DIVERSORIVM
IVRIS CANONICI
VNIVERSVM CLERICORVM
AC REGVLARIVM STATVM,

VITAM, ORDINES, BENEFICIA, IRREGVLARItates; illationesquè permultas, tùm Ciuiles, tùm Criminales, mixtas denique, atque feudales continens:

CONFIRMATAS MAXIME DECISIONIBVS; ETIAM NON IMPRESSIS *omnium Tribunalium, ac plerumq; auctoritate Patrum, & sacrę Scripturæ sententijs, atq; etiam factis, dictisq; memorabilibus, cuiuscumque generis, etiam Ethnici Scriptoris;*

OPVS ITA LABORIOSVM, SICVTI LONGE VTILE, & periucundum, omnia in Theorica, & Praxi luculenter explicans.

AVCTORE

IO. HIERONYMO CAMPANILI

V.I.D. Neapolitano, & Episcopo Laquedonensi,

ANTEAQVE VERSATO ROMAE, ET NEAPOLI, in defendendis, ac decidendis causis.

CVM PRIVILEGIIS, & SVPERIORVM PERMISSV.



Expensis Io. Francisci Peregrini, ac Francisci Bonocore Bibliopol. Neapol.

NEAPOLI, Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longhi. M. DC. XX.

PAVLO QVINTO PONT. MAX.

IO. HIERONYMVS CAMPANILIS NEAPOLITANVS EPISCOPVS LAQVEDONENSIS. F.

EXPERIMENTO paſſim comprobatur (Beatiſſime Pater) inſanas ædiũ ſtructuras proprio extructas ſumptu, alieno erectas commodo, ſummorum virorum ſtemmatibus inſigniri: vt non ſolùm, quod foris è fronte emicat, verùm etiam, quod intus enitet, alicuius liberalitate Principis factum eſſe videatur, & vt æterna grati animi monumenta rigidis inciſa marmoribus præ tanta Principis munificentia collocentur, & poſteris admiranda in poſterum relinquantur. Verùm quò nam potiori pacto fieri á me vnquam poterit, vt res meas omnes, & meam Antiſtitis dignitatem, per omnem ætatem, è tua inexauſta animi beneficentia veluti fonte, nemini vnquam lateat emanaſſe? Equidem pro tanta tui erga me (qua ſoles omnibus) animi largitate, grati etiam animi erga te mei, æterna collocem monumenta neceſſe eſt; Quamobrem, hanc mearum elucubrationum ſtructuram, tuo nomini, velut nunimi dicandam putaui. His

inde addam (Sanctissime Pater) neminem huc vsque temporis agnouisse, nec sine rectore nauim mugiente Austro petijsse portum; nec pubescentem sine munimine florem, reflante Euro, stetisse diù; nec vllam molem nisi firmo nixam fundamento, aduersus ventorum impetus, ac vetustatis iniurias obstitisse: sed, & nauim Oceano tumulatam,& florem humi deiectum,& struem illam,solo mox æquatam,ingemiscimus. Iure igitur optimo,tuæ celsitudini (Beatissime Pater) libellum hunc Diuersorium Iuris Canonici inscriptum vouendum cēsui: Iure quidem, atqui vt verum fatear, nulli erat vnquam potius dicandus, cùm nullius hominis patrocinio defensus, facilius inuidorum iniurias possit effugere, quám tuo. Siquidem sacra illa Maiestas,inter homines maxima,Deo proxima,superis, infernisquè rebus præfecta, & augustissima animi indoles, suis penè diuinis afflatibus,rebus omnibus vestro nomine obsignatis,nescio quid augustum,atquè immortale afflat;vt dubitandum non sit, quin hic meus ingenij fœtus, quem tot lucubrationibus parturiens peperi, vestræ amplitudini sacer, ac deuotus, hominibus quam qui gratissimus futurus sit. Et verò obsequij exiguitatem mei inspiciens, non semel volui á suscepto consilio recedere,& recessissem profectò nisi nossem, summa cum maiestate, summam etiam vestri animi lenitatem coniunctam, vt non minus inde reuerentiæ, quám hinc amoris excitetur: Illa igitur Vaticani Domina,& rerum arbitra maiestas,illa admixta genij lenitas, vtraque in summo Principe requisita, hanc animi mei obseruantiam non abijciendo, collucescat; hunc animi mei fœtum,labore conceptum,industria obstreticante editum,fouens, votum ne recuset. Ipse verò interea, tantum Reipublicæ Christianæ Imperatorem; Vaticani moderatorem,Ecclesiæ bono, ac fœlicitate superstitem diutius á superis obsecro. Vale.

ILLV-

ILL.MO PRINCIPI
SCIPIONI BVRGHESIO
S. R. E. CARDINALI
DIGNISSIMO.

IO. HIERONYMVS CAMPANILIS NEAPOLITANVS EPISCOPVS LAQVEDONENSIS.

S. D. P.

PERIPATETICORVM Principis, atque omnium vulgare illud est (Cardinalis Amplissime) nil assequi homines vnquam posse, nisi prius, cum fine apta proportio mediorum præcurrat; cuius inde defectu factum esse, ac censendum fore, nè quidquid voluerint, ac voluere mortales, fuerint olim adepti, ac sint in posterum adepturi. Dùm ergo Illustrissime Princeps, illud vnum exoptem, vt nimirum, hæc meæ seruitutis monumenta, quæ huiusce libelli præfata dicatione signantur, Pontificia illa Auunculi tui Maiestas, eo quo solet animo, libenter excipiat; quæ maiora, ac aptiora, te media esse queunt? nulla sanè. Etenim si Pontificiam illam tui maiestatem Auunculi, Romanæ totius Ecclesiæ cœlestem sanè solem appellem; huiusce solis te lunam alteram fateri necesse est: Illam si arcem; huiusce te arcis Augustum Pontem potius, quàm angustum: ac tandem si illum inuictum Ducem nuncupem; Te præfati Ducis, vel æneum clypeum expedit perhibere: Ita fiet, vt, & tuæ prius moderato lunæ lumini assuetus, possim inde lucentiores solis illius radios, intentis oculis intueri; &

aduerso

aduerſo veluti Marte, te auſpice, arcem petendo illam, perfacilè poſſim temporis fluctuantes æſtus effugere, ac tandem fortuna acriter inſequente, tuo queam clypeo ipſius ictus eludere; Cuius conſcia fortaſſe natura, Scipionis tibi nomen impoſuit. Non immeritò dicam ego, adeò, vt alterum ætate noſtra Scipionem credendum cenſeam, Romana ſibi mœnia ſuſcitaſſe. Etenim vterque Scipio, vterque magnus; Africanus ille, Tu Romanus: Ille Marti dicatus, Tu Ioui: haſta ille potens, Tu pollens exemplo: Ille lactatus in copijs, Tu enutritus in pompis: Inter obſtrepentes armorum ille ſonitus, Tu inter honeſta Principum ornamenta; Africanum ille ambitum præliando vicit, Tu terrarum orbem iubendo vincis, ac vinces: armatus ille clypeo, Tu purpura clypeatus: fortitudinis quidem ille portentum, Tu miraculum maieſtatis. Quod ſi inuidit illi olim antiquitas, proculdubio tibi eſt in poſterum inuiſura mortalitas, vt vtrumque ſanè cenſeam æternam ſibi nominis gloriam vindicaſſe. O nepos quidem tali dignus Auunculo, ſed Auunculus tali nepote digniſſimus. Tu tui generis gloria, tuæ Patriæ decus. Suſcipe ergo libellum, eo, quo polles animo, nec negotium mireris operis, hoc enim nolo, cum tanto Principi nullum ſit. Sed quod volo hoc rogo, vt meum, erga te beneficijs deuinctum animum, in ipſo legas, inſpicias, ac agnoſcas. Vale fœliciter.

DON

DON
PETRANGELVS RONCA
CANONICVS LAQVEDONENSIS
CANDIDO LECTORI.

INIMICAM enimuerò coniurationem, duo illi teterrimi hostes, in mortales iniere omnes (Amice Lector;) quorum alteri tempus nomen est, alteri verò mors. Ambo in vnum illud conspirant, vt hominem, eiusquè memoriam deleant; Ille, vt rerum edax, studet omnia destruere, famamquè iniuria obliuionis obruere; Hic sepulchra fodere, in eisquè impia falce secatos in puluerem redigere. Ars verò vice versa consurgit, quæ, & si nonnumquam natura ipsa præstantior, tanta indignata iactura, conspirat, & ipsa secum adsociata natura. & sicut illi euellere, sic isti hominum memoriam immortalitati conantur ascribere; & si omnium illorum barbarica nequiuerint tela disrumpere, vnius confregere quidem; dùm adeò virilem industriam acuerunt, vt modum perscrutari compulerint, quo post occasus limina, sui ipsius in posterum excitaret memoriam, & quorum vita iam aruit, eorum saltem periucunda vireat recordatio. Hoc nimirùm effecit, vt veteres literarum prima elementa fingerent, & scribendi ritum instituerent. Hoc Abraham literarum Caldearum inuentorem; hoc Moysem Hebræarum inuestigatorem; Cadmum Agenoridem Græcarum demonstratorem; Nicostratam Latinarum auctricem; Isidem Aegyptiorum magistram instruxit. Hoc denique, vt Gutembergus Eques Theutonus longiori perpetuitati incumbens Typographiæ esset institutor. Quorum quippe, & literarum, & molis illius ope iam cernimus, nec nomina, nec gesta virorum, qui virtutibus insudarunt, vmbris densissimis delitescere: Nec iacula sentire temporis, sed temporis dedignata limitibus, limites ipsos excedere. solo itaque literarum vsu memoriæ fulcitur æternitas, memoratu digna ab omni obliuionis iniuria vendicantur, & virtutis monimenta ad posterorum commoda conseruantur; & quæ mors ipsa inimica falce dirimere demolitur, Ars illa, amica fronte, Typographiæ molis, ac literarum inuentu, non denegat æternam degustare canitiem. Hanc ob rem sua ætate Principes vi-

ri, diù, noctuquè elaborarunt, suasquè deinceps typis tradidere elucubrationes; venturis siquidem, vt prodessent ætatibus, eorumquè nomina futuris sæculis viuerent. His adscribitur Illustrissimus, & Reuerendissimus Ioannes Hieronymus Campanilis, Laquedonensis Antistes, omnium scientiarum professor, legum potissimùm Canonicarum, & Ciuilium benemeritus, qui lucubrationibus incessanter animum adiecit, illaquè in lucem edere festinus, præter iam exarata volumina, aliaquè propediem edenda Consiliorum, Praxis Canonicæ, Decisionum, Tractatus de immunitate Ecclesiastica, alteriusquè priuilegiorum Clericalium; Duodecim rubricis præsens sub Diuersorij titulo volumen contextum nunc imprimendum curauit, in quo ferè omnia, quæ in mentem cuiusquè venerint, vel curiositas concitarit, quam breuissimè, optima serie, elegantiquè structura promptè reperiet. Vos igitur ex eminentissimo legistarum cœtu, Senatuquè laureato, illius insigni, ac solidæ plaudite doctrinæ, & insequimini, veras, nec fallaces ambiguitatum iuris resolutiones amplecti volentes: & si Græcia Talete, Athenæ Solone, Lacedemonij Chilone, Prienes Biante, Mitilene Pitaco, Lidia Cleobolo, & Corinthus Periandro gloriantur; Tu præclara Parthenope mater, & nutrix olorum, tùm alijs de tuo sinu prodeuntibus, cum etiam hoc nouo genito gloriare, & noua tuum caput percinge lauro; Gloriare quidem (nec iniuria,) quod hortos hesperios, Alcinæ Pomarium, Cresi, & Assiria prata, Campos Ericinos, & omnia mirabilia Terrarum Orbis antecellis, & imitetur quicumque cupit laudis conscendere metam: nam difficile nihil, volenti; Aptus, ardor, & labor, opera inuidiosa parant. Vale.

Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino

IOANNI HIERONYMO CAMPANILI

EPISCOPO LAQVEDONENSI.

D. HIERONYMVS AFFLICTVS
V. I. D. Neapolitanus.

IVRIS, & interpres legum, pariterque togati,
O splendor Cœtus; gloria Parthenopes.
Te Diuina humeris attollet fama, dabitq;
Currere, & Eoas, Hesperiasq; plagas.
Ingenij quàm sacra tui monumenta relucent;
Quàm Phebo es similis munere, & ingenio.
Is radijs terram illustrat; sapientia toto,
Sic tua, sic radijs lucet in Orbe suis.
Immò Deo similis, Phœbo, qui lumina præbet,
Is benè cuncta facit, tu benè cuncta doces.

BRE-

BREVE COMPENDIVM TOTIVS OPERIS,

AD FACILIOREM LEGENTIVM commoditatem sequitur.

Prohemium fol. 1.

De Episcopali agit auctoritate, quodque ipsa, vel à dignitate, vel à iurisdictione, vel ab ordine prouenit, & ad quam illarum spectet indulgentias cócedere, & propterea an illas elargiri valeant ante consecrationem, an perpetuas. Ad dignitatem verò, quæ spectent, quæ verò ad simplicem iurisdictionem, & ista delegare valeat Papa, etiam non Episcopo, quin & Prælatus Episcopo inferior acquirere potest: secus quæ ad ordinem, tametsi Papa Sacerdoti concedere valeat potestatem cófirmandi. & quamuis etiam Abbates ius habeant conferendi, ordines minores tamen, & aliquibus, & quandoque.

De Sacramentis rubr. 1. folio 5.

Perbreuem complectitur de Sacramentis in genere tractatum, speciatim verò ad aliqua, & in praxi vtilia de alijs quibusdam fatur, de baptismo præsertim, scilicet cui successerit, cuius efficaciæ, quod iterari nequit, & iterantis pœna additur, quod nonnumquam sit conferendus cum conditione, si non es baptizatus. De confirmatione etiam multa prodit, quodque potissimum illud conficere, & conferre alij quam Episcopi non possunt, vt neque consuetudine illud ius acquiri possit, vtique verò auctoritate Papæ, à Sacerdote tamen: illud repetentis, atque alterius non iterabilis, scilicet ordinis Sacramenti adiungit pęnam: deindeque multa de ordine prosequitur, maximè quod iure ordinario non nisi Antistes confert ordinē, si ab hæretico fuerit datus, an validè, & quando dicatur collatus. Reliqua autem quatuor Sacramenta, quia iterabilia sunt, inquirit si ea ad libitum iterare liceat: maximè si Eucharistia in eadem infirmitate, itidem si extrema vnctio; matrimonium insuper repetere fas ne sit, & quoties, ac quando, attento præsertim iure ciuili. Rationes etiam explicat, quibus inductam esse repetitionem nuptiarum constat, quibus illam de necessitate procreandæ sobolis infert, quæ Philippum II. coegit quatrigamum esse, & cũ quibus contraxerit nuptias, quando & quos ex illis procreauerit filios: ambobus tamen viuentibus coniugibus nefas esse ad alias conuolare nuptias ostendit, & pœnam refert aduersus contrafacientes, quin & Iudex, quis illorum sit non omittit, neque formam, ac materiam matrimonij; illudque si subsistat celebratum præsente Parrocho, sed inuito? vtrum ne alter ex sponsis cogi possit cõtrahere matrimonium: quin & causas refert ad excusandum renuentem à contrahendo, Iudicemque detinentes à coactione; quod lege mosaica, itemque ciuili permissum erat dare libellum repudij, & aliud inire coniugium. Iure verò Canonico tantum permitti ob fornicationem separationem tantum thori; tunc verò an liceat Religionē ingredi inuito altero coniuge? & marito an permittatur accusare de adulterio vxorem vim passam, maximè propria culpa oppressam? modos etiam annectit, quibus

a soluitur

ſoluitur matrimonium ratum, ſcilicet diſpẽſatione Papæ, ingreſſu Religionis, ſique in domo manens voueat obſeruantiam alicuius Regulæ, necnon impotentia coeundi; illud verò (quod quamuis non ſit conſumatum ſi intrauit clauſtra, neque emiſit ſemen) ingreſſu Religionis non ſolui, neque ordinis ſacri ſuſceptione, neque per vitam hæremiticam; quod ſi vxor adulterauit, liceat ne eius viro aſſumere ſacros ordines illa inuita? Matrimonium verò conſumatum, nec Religione diſſolui, nec Papæ diſpenſatione, quid cum mulierem inuitam cognouit maritus? quiduè ſi ignoretur, an adfuerit copula, quod matronarum numerus ſit tunc adhibendus: quod matrimonium morte diſſoluitur, etiam ſi mortuus reſurrexerit, quod benedictio nuptialis vetatur ſecundò fieri, & pœnam adijcit Sacerdotis illam repetentis, ante verò illam ſi coniuges conſumant matrimonium an mortiferè peccent: quin & Sacramenta in quibus conſiſtant, quæque in eis requirantur, quæque in miniſtro conferente, nec ſit neceſſaria actualis intentio: baptiſmum verò ſi conferat, qui conferre ſimulat, ac baptizari poſſit nè exiſtens in vtero matris, ſaltem ſi pars aliqua exierit, intentio autem an requiratur in ſuſcipiente Sacramenta, illaque publicis peccatoribus non conferenda, quin & ſuſcipiens grauiter peccet ſi in peccato ſit, ſicuti & miniſtrans; ſuſcipere nemo debeat à præciſis ab Eccleſia, quod ſi recipiens an validè, & ſi ordinem, num caractherem, & an exequutionem, maximè ſine diſpenſatione ſaltem Epiſcopali. Sacramentum verò pœnitentiæ ſi conferre ille tentaret, abſolutio non teneret, rationemque diuerſitatis addit, cur negatiua ſubſiſtat reſolutio in Sacramento pœnitentiæ, affirmatiua verò in alijs, an ſaltem ſubſiſtat abſolutio ab illis data exiſtenti in articulo mortis, quin & laici quando licitè baptiſmum conferant, & illis confiteri peccata vtrum liceat in neceſſitate, & alia plura ad generalem Sacramentorum tractatum.

De Sacris ordinibus rubr. 2. fol. 38.

Continens genericam ordinum materiam, ſcilicet illius nomen, quid ſignificet, quotuplex ſumatur, quæ ſit eius definitio, ſit nè Sacramentum; eundem quomodo hoſtes Eccleſiæ ab ea tollere elaborarint, quot ſint ij ordines: pſalmiſtatus ſit ne idem, quod prima tonſura: Epiſcopatus vtrumne ſit ordo, eorum quot dicantur ſacri, quot verò non ſacri: ſacri autem, quare ita dicantur; inter eos an ſemper fuerit numeratus Subdiaconatus, qui cum confertur habeat ne manus impoſitionem: minores ordines, quod primitiua Eccleſia agnouerit, & & illi ſint nè Sacramenta, omnes autem vnum conſtituant Sacramentum, eius quæ ſit materia, & forma: contactus materiæ requiritur, & cum forma concurrere debeat; calicis verò, patenæ, & hoſtiæ an ſit neceſſarius in ordinando ad Sacerdotium, qui ſit nè collatus ſi vinum abſit cum calix traditur: ordinis Sacramentum gratiam conferat, cum confertur, & caracther quoque imprimatur: ille verò cur tantum in tribus Sacramentis imprimatur, eiuſque deſcriptio, ordinem non recipiat, qui baptiſmo caret, & aſſumptus ſi fuerit in Epiſcopum, an alijs conferat ordines, ſimulque Regula I. Barbarius explicatur: ſed confirmatione carens ſi ordinetur recipiat caractherem, quot gradus perfectionis conſiderentur in ordine: Primates, & Patriarchæ, qui & quot ſint; ordines conferre, vel ex ordinaria, vel delegata proueniat iuriſdictione, ordinaria verò tantum Epiſcopis competat; requiſita pro illorum collatione, quorum aliqua ſunt de ſubſtantia ordinum, aliqua verò de ſolemnitate, & ambo minutatim explicat.

De ſcrutinio ordinand. rubr. 3. fol. 48.

Omnia congerens ad ſcrutinium faciendum, quodque duplex ſit, antecedens verò ordinationem circa quæ verſetur, eius quæ ſint requiſita, qui in illo interuenire debeat; & an ordinatus abſque examine, & inquiſitione ſit deponendus: ſecundum verò ſcrutinium fiat in ipſo actu collationis ordinum, quando Archidiaconus interrogatus ſi ſciat illum dignum, & annuat, vtrum peccet ſi indignus ſit: antequam verò ordinator ſubditorum mores ſcrutetur, ſuos componere debeat, ijque quibus qualitatibus, & requiſitis fulgere debeant: Iuſtitiæ additur deſcriptio, quodque Superiores in benignitatem potius quam in rigorem debent eſſe propenſi, cum declarationibus, quodque vaſtiora, & prolixiora fuerint corpora antiquorum.

De vita, & honeſtate clericorum rubr. 4. fol. 52.

Ea non tantum continens à iure requiſita ad honeſtatem clericorum, at vetita quoque illorum ſtatui, vitæque, quorum ſumpta occaſione, complura adijciuntur de ſobrieta-

ſobrietate,& ebrietate,de tabernis, illaſque ingredientibus,de balneis,de ludo, venatione,compoſitione morum, adulatione,detractione,mendacio,cohabitatione cum mulieribus,notorio concubinatu, armorum delatione, vſu, pœnis, ſpoliatione, modo probandi talem delationem, poteſtate dandi licentiam illa deferendi, ac præſertim ſi illam habeant Epiſcopi concedendi ſuis ſubditis, & alia multa tangentia ſupra dicta, & ſcitu digna,etiam reſpectu laicorum.

De ſcientia ordinandorum rubr. 5. fol. 64. continens quinque capitula.

PRimum de ſcientia in genere fatur,eiuſque tribus partibus, cuius poſtrema, cum ſit humana, eius adijcitur definitio, & diuiſio in alias tres partes, cum declarationibus eminentis, medioeris, & ſufficientis, & quæ illarum requiratur in confeſſario, qui peccet ſi requiſitam omittat adipiſci,vtrum verò ſi omittat monere pœnitentem ad detegendum ſocios fol.64.

Secundum diſtinctè eam complectitur, quæ vnicuique ordini iudicatur neceſſaria de iure communi, & Concilij Tridentini, etiam reſpectu Regularium, & pœnam adnectit ordinati, & ordinantis inſcium litterarum fol.66.

Tertium illam recenſet vnicuique beneficio neceſſariam, quæ tandem remittatur arbitrio Epiſcopi, ſimulque fatur de approbatione facienda ad beneficia,ſed à quo pro beneficijs non curatis conferendis per inferiores ordinarios: ad Parrochiam verò requiratur concurſus, illeque quomodo ſit faciendus; num verò ſi affectum ſit, & reſeruatum; ſubinde de reſeruatione aliqua tangit, & ſit nè rurſus approbandus in alterius conſequutione, qui ſemel fuit idoneus dijudicatus; Examinatores autem Synodales, quos beneficiandos approbare debeant, & num omnes repertos idoneos ad curam, an verò idoniorem tantum; quid verò pro beneficio habente reſidentiam perpetuam, aut pro altero habente curam animarum in habitu? fol.67.

Quartum de ſcientia,tùm iure communi, tùm ciuili requiſita in promouendo ad Epiſcopalem dignitatem loquitur, necnon ad Cardinalatus honorem, deque Epiſcoporum,& Cardinalium celſitudine, & ſi carens requiſita ad ſuum ordinem ſcientia, irregularis ſit, fol.71.

Quintum de collatione beneficiorum non facienda illiteratis tractat,& factæ innaliditate,maximè ad Epiſcopatum, etiam paruæ Ciuitatis, necnon quis dicatur illiteratus, fol. 72.

De temporib.ordinat. rubr. 6.fol.73. cum quatuor capitulis:

PRimum de tempore,loco, territorio, & hora idoneis ad conferendum tonſuram loquitur, atque ſi illa ordo ſit, & ſi diſtet ab altera, quam coronam appellamus, cuius vſum antiquiſſimum fuiſſe in Eccleſia, illiuſque delationem neceſſariam, ad finem gaudendi priuilegio extricat, fol. 73.

Secundum, Minorum ordinum explanat tractatulum,illique quo tempore, quo loco, ſeù hora conferendi ſint, necnon à quibus, ſcilicet Abbatibus, & quando, necnon quibus, maximè vtrum nouitijs: ſint nè examinandi ab Epiſcopo, ordinandi ab ipſis Abbatibus,vtrum verò Guardiani illos conferre valeant, ſiue Priores, aut Parrochus, ſeù Cardinalis; feſtiui dies qui ſint,vt in eis cõferantur minores ordines, miſſa requiratur nè cum dantur, & an ſimul conferri poſſint, pœnam tandem in recipientem,& conferentem illos extra conſtitutos dies recenſet, fol. 74.

Tertium amplam de ſacris ordinibus tractationem explicat, ſcilicet quibus temporibus, quibus diebus, & quare in ſabbathis tantum conferantur, an vnica die,qui ſit locus, quæ hora congruens, quæ ſit pœna promouentis, ac promoti ad ſacros extra tempora,illeque præſertim beneficia acquirere vtrum valeat, miſſæ celebratio cum conferuntur,vtrum requiratur; cum promoto extra tempora an diſpenſet Epiſcopus, ſoleat autem Papa concedere illos aſſumere extra prædicta tempora, idque vno ex tribus modis,qui recenſentur: quin & multa fatur de ieiunijs quatuor temporum,de anni dimenſione,innouatione,initio,eiuſque curſu, de eius diuiſione facienda pro rata; de fructibus,eorumque qualitatibus, & diuiſionibus faciendis; de interſtitijs, de diſpenſationibus,tam circa interſtitia, quàm extra tempora, alijſque in genere, cum quindecim cauſis ad diſpenſandum ſufficientibus, earumque declarationibus, ac de alijs ſpeciatim ad diſpenſandum pro matrimonijs contrahendis inter coniunctos, pro relaxandis denunciationibus, & ad pluralitatem beneficiorum; deque alijs duabus ad concedendam ſeparationem thori, illaque præſertim quando ſit facienda propter ſæuitiam copioſè declaratur, an verò ob ſodomiam,

a 2 mor-

morbum gallicum, hydropisim, furorem, & similes discutitur, anuè propter maleficium; cum verò pendet lis separationis, debeantur nè mulieri alimenta, & in quem locum reponenda sit: in quem verò concessa separatione, & in quem pendente lite de matrimonio contrahendo; tandemque de casibus loquitur, in quibus queunt generatim Antiſtites diſpenſare: de reseruatorio fructuum, deque præsentatione, electione, & collatione beneficiorum facienda digniori, de narratiua dispensationis verificanda, de falsa causa vitiāte dispensationem, etiam si impulsiua, deque forma concedendi dispensationem in foro interiori ab incursa irregularitate fol. 79.

Quartum edocet affatim modum, tempus, locum, horam, reliquasque adhibendas conditiones ad consecrationem Episcoporum, multa adnectens dubia, quæ in hac materia contingere possunt, multaque etiam adiungens circa fatalia appellationum, & circa terminum probationum, quodque illa minime currunt durante tempore remissoriæ, aùt compromissi, cuius vigore neque dictus probatorius terminus, fol. 104.

De ætate ordinan. rubric. 7. fol. 106. cum sex capitulis.

PRimum de ætate tùm in genere, tùm in specie sermonē habet, præsertim quod varia sit pro ordinibus constituta, & quæ ad tonsuram, item quæ obliget ad confitendum peccata, in qua peccare quis valeat, aut validè contrahere sponsalia, in qua incipiat quisque somniari; in qua censuræ vinculo ligari possit, in qua coire, in qua tutor fieri, & obligari, in qua delinquens nulla mulctetur pœna; in qua verò minoretur, & in atrocibus veniant nè minores decem & octo annis puniendi pœna ordinaria, cum duobus vetustis, atque alijs nouioribus exemplis fol. 106.

Secundum de ætate loquitur ad vnumquemque minorum ordinum, tùm veteri, tùm nouo iure inspecto, necnon de ætate discretionis multa subnectit fol. 109.

Tertium varias pro sacris ordinibus iure vetustiori, necnon Clemētinarum, & Tridentini Concilij enarrat ætates, tàm in sæcularibus, quàm Regularibus; addit multa de continentia sacro ordini annexa, cum nonnullis super ea re contingentibus dubijs; nempè si insignitus sacris ante pubertatem obligaretur ad cōtinentiam, ad cam-que verum conditionali coactione ordinatus; quo tempore, quonè iure cæperit esse continentia annexa sacro ordini, quod illa antiquitus expressa promittenda erat, nunc verò tacitè inest, & qui illis est insignitus, sacrilegium propterea etiam committit, quod castitatem seruat, qui cum propria vxore concubit: ideò legatum relictum mulieri, si honestè, & castè vixerit, debetur si alias contraxerit nuptias: differentia ob id refertur inter castitatem, & continentiam, dùm castitatem vouenti nefas est matrimonium inire; votum verò emitti an possit in his, quæ sunt de præcepto, vel quæ tantum de consilio; circumstantiam sacri ordinis an exprimere debeat, qui initiatus sacris, mentale peccatum commisit; differantque nè inter se mentale, & actuale peccatum; ordinariam verò pœnam an mereatur, qui delictum attentauit, nec potuit consumare: quin virginitas possit nè tantum suaderi, an insuper imperari? illamque rem magis voti, quàm præcepti esse, valeatque nè Pontifex cum monacho professo dispensare ad matrimonium contrahendum: num promotus ante ætatem recipiat caracherem, maximè si puero conferretur sacer ordo, & infans si consecraretur, si Episcopus fieret, tādemque annorum computationem quomodo faciendam ad constituendam legitimam ætatem fol. 110.

Quartum de pœnis constitutis, tùm aduersus promouentem aliquem ad ordinem, carentem ætate ad illum necessaria, quid si primam tonsuram, quin & suspensus à collatione ordinum sit irregularis conferendo; vtrum verò si ab vsu Pontificalium suspensus fuerit, & conferat: tunc verò an fiat irregularis celebrando, numuè suspensus ab aliquo actu, incurrat irregularitatem, illi se ingerendo: addit pœnam promoti ante ætatem, & si ministrando fiat irregularis; tempus in quo est promotus considerata dispositione iuris communis, & constitutionis; si pęnam incurreret, qui credens habere ætatem legitimam promoueretur, re vera careret, tuncque non fieret irregularis ministrando, quid verò si postquam aduertit non habere legitimam ætatem ministrauit, quid si dolosè tunc suscepit ordines, bona tamen fide ministrauit; sacerdotali ordine initiatus ante ætatem, vel alio in casu vetito per constitutionē Pij II. vtrum dicatur irregularis, cum dicatur concelebrare dùm ad sacerdotium euehitur, sicque Episcopus consecratus ante 30. annum, vtrum fiat irregularis fol. 117.

Quintum de suspensione, & irregularita-

te

te tangit aliqua,|& quis ab illis vigore constitutionis Pij II. contractis absoluat,tùm clericos sæculares, tùm Regulares; quando verò dicatur publicum delictum, & irregularitas, ad finem, vt cesset dispositio Concilij Tridentini in cap.6.sessio.34.de reformat. cuius Concilij auctoritate valeat suo confessario potestatem concedere ipsummet absoluendi,& secum dispensandi in casibus occultis, in quibus, & alios absoluendi facultatem dare posset,quorum permulta recenset exempla, quæ in praxi contingere possunt fol.121.

Sextum longum texit, & 163. numeris distinctum sermonem de ætate, tùm pensioni, tùm beneficio cuiquam collatiuo, electiuo, aut de iure patronatus idonea, etiam si aliquem haberet annexum ordinem, & consequenter de ordinatione ad vnumquodlibet beneficium necessario; de ætate etiam vnicuique dignitati, aut beneficio Regularium necessaria, necnon pro sæcularibus dignitatibus, officijs, & exercitijs minutatim explicata, item de requisita, vt quis possit excommunicari, ad Imperium eligi, vel ad Imperium eligere;de ætate Intemeratę Virginis, Iesu Christi Domini Nostri, in qua nos resurgemus, affatim subiungens dubia multa, & quidem vtillima ad talium declarationem opportuna. Immò & ex eis sumpta occasione deflectit ad multa de præsentatione, de ordine requisito, si tempore impetrationis adesse debeat, vel satis sit postmodum adipisci,item de Commendatarijs, de Coadiutoribus, de præcepto ieiunij, de redditione rationum, de quotidianis distributionibus, de Vicarijs perpetuis, de congrua portione,de testibus,maximè si præsumantur subornati, ex eo quod pars illos alloquuta est de negotio, & si liceat illos instruere per modum reminiscentiæ ad veritatem dicendam. De cappellanijs etiam multa infert, potissimum si sacerdotalem possidens, valeat per substitutum inseruire; quid verò eum ipse Cappellanus infirmatur, & si illa habeat onus vnius missæ in die, an possit Cappellanus vnica saltem die in hebdomada vacare, & si subsistat onus prædictũ in beneficio appositum. De amplissimis etiã Cardinalibus multa fatur, necnon omnem ponit tractatum de electione supremi Præsulis,nihil intactum relinquens, quod maximè sit in ea re necessarium in praxi,etiam si facienda sit electio de digno omisso digniori, vel è contra, demumque de potestate Sacri Collegij extincto Papa,& quomodo ad ipsos Patres deuenerit potestas illum eligendi fol. 126.

De titulo ordinand.rubrica 8. fol. 165. cum sex capitulis.

PRimum, tituli pro suscipiendis ordinibus attingit materiam,illumque duplicem esse probat,pro quibus suscipiendis ordinibus requiratur,quæ sit pęna ordinantis, & ordinati absque titulo,num verò qui promouit aliquem ad minores, carentem sufficienti titulo, illum teneatur alimentare, fol. 165.

Secundum verò inquirit summam necessariam pro titulo ad honestè viuendum, & quibus consideratis arbitrari debet Antistes sufficientem esse; verbaque illa vitæ necessaria, quæ complectantur, quidnè significet aduerbium illud honestè, eumque ordinans non habentem titulum illi suppeditare alimẽta teneatur,explicantur quæ veniunt appellatione alimentorum, quin & si propterea cogatur subministrare necessaria ad disciplinam acquirendam fol.166.

Tertium autem præter materiam eius capitis præcipuam de titulo pacificè possidendo, & in ordinando requisito, copiosè tractat materiam de pacifico possessore, necnon multa de fidei professione, de litis pendentia, de appellatione à possessorio, de citatione circumducta, deque peremptione instantiæ, de prouiso ad secundum beneficium Curatum quando spolietur primo,de triennali possessione, de approbato ad Parrochiam si rursus examinari debeat si alteram vellet assequi, & si possit amplius ab Episcopo examinari, de allegante dispensationem, aut fidei professionem, si illi credendum sit, deque vtili differentia inter possessionem triennalem, & annalem, fol. 168.

Quarti materia est, eaque optimè explicata, de titulo patrimoniali, aut donationis, Vicariæ perpetuæ, Coadiutoriæ, Beneficij quærendi, Ecclesiæ receptitiæ, alterius cui ascribitur, beneficij metu renunciati, alterius consistentis in distributionibus; quin & patrimonij vniti cum beneficio, in eorumque explicatione inferuntur complura de hæreditate,euictione,læsione, postulatione, Ecclesia receptitia, Parrochia fructus tenues retinente,de Parrochianis si cogi possint,& quando suppeditare alimenta Parrocho, tandemque de casibus, & qui hi sint recensentur, in quibus promouere liceat indigentem titulo fol. 175.

Quintum pęnas complectitur ordinantis, & ordinati sine titulo,aut illo emendito,aut

retro-

retrocesso, ac prouisionem beneficij per Episcopum faciendam eiusmodi ordinato, & interim subministrationem alimentorum; illaque sint ne præstanda habenti genitorem diuitem, cum Pater filium alere constringatur: additis ampliationibus, & post interitum illi legitima debeatur, ipsaque qualis esse debeat, & quomodo persoluenda adiungit, tametsi diuisionem ad certum tempus Pater inhibere valeat, & inuestigetur si debeatur renunciantibonis paternis, maximè propter assignatam, sed non sufficientem dotem, tametsi ob ingratitudinem, aliasque similes causas priuari possit, necnon alimentis: probat etiam teneri Patrem succurrere, & patrimonium constituere filio volenti promoueri, ad quod posse à Iudice compelli, sicuti ad constituendam donationem propter nuptias volenti vxorem ducere, aut filiæ volenti nubere, ad sibi persoluendam dotem: agit præterea de beneficio à promouente collato, & euicto, si promouens teneatur rursus prouidere, aut si titulus chasmate perijt, vel si promotus habeat insufficientem, siuè consistentem in distributionibus, aut si cum ordinatore pactus sit nolle petere alimenta: numuè præstanda sint alimenta extra domum ordinantis volenti eò morari, quodque possint ordinati obtinere Pontificium rescriptum, quo ordinans constringatur, quod in forma pauperis dicitur, & in multis, qui recensentur casibus non suffragatur, illudque an de subreptione notetur, si pensionis, quæ possidetur non meminerit, sicuti & beneficium cum imperratur nulla facta mentione alterius, aut etiam pensionis: ex quibus sumpta occasione multa de filijs Imperatorum, vel Regum explanat, si scilicet in vita patris, ita appellentur, quò vero nostris temporibus honòrentur titulo: ad Imperium non propagatione naturali, sed electione perueniri, quia Rex prius eligitur successurus ad Imperium: itemque si ordinibus insignitus reputari inhabilis ad simplex beneficium possit: & si beneficium habens ordinem annexum, quis à Papa obtinuir, possit ab Episcopo examinari, cum ordo annexus conferendus est, quodque ordinatus ad titulum beneficij, quod in spe habet incurrat suspensionem: simonia an committatur in tituli retrocessione, illaque vtrum nè subsistat si ordinationem antecedat, quin & casus multos addit, in quibus nulla incurritur suspensio, quamuis primo aspectu in eis videatur, quis sine titulo promotus: dictum autem titulum non requiri in Regulari ordinando, nisi tamen professionem nondum emiserit: in eo verò, qui nulliter est professus, quid seruandum adiungens fol. 181.

Sextum loquitur de titulo ab ordinato non distrahendo, & si beneficialis sit non resignandus nisi facta mentione, quod fuerit ad illius titulum ordinatus, & admitti, vt possit, quæ requirantur, quare Procurator ad resignandum constitutus reuocari à constituente an possit, anuè cogi perficere resignationem, & vigore Concilij Tridentini, an etiam permutatio sit prohibita, eo casu, maximè si pinguis beneficij cum tenui, illaque an præsumatur fraudulenta, præsertim si pensio super pingui fuit constituta: titulus verò patrimonialis an vendi possit, & requiratur nè tunc Episcopi consensus, quodque donatio facta in titulum ordinandi reuocari nequeat, illaque si fuerit à parente facta, in legitimam nec ne computetur: in fructus autem beneficiati non concedi exequutionem fieri, neque cadere obligationem, & qui distraxit rem non facta mentione promotionis ad illius titulum, an aliquam præter nullitatem incurrat pęnam fol. 195.

De ordinibus suscipiendis á proprio tantum Episcopo rubric. 9. fol. 199. cum nouem capitulis.

PRimum non solum probat ordines recipi ab alieno Præsule non posse, tàm si Italus vterque sit, quàm si Vltramontanus, qui vellet ordinibus insigniri, aut alter Italus, alter verò Vltramontanus, aut de ijs, qui medium tenent locum, sed etiam de pęnis loquitur ordinantis externum, etiam si ille laicus sit, quid verò si minoribus tantum, & si conferatur, vtrum imprimatur caracther, necnon de ordinante externum, cum dimissorijs exprimentibus titulum donatum: inseio tamen Episcopo retrocessum, aut titulum insufficientem, sed satis esse, si mentitus est Episcopo, de Abbatibus valentibus ordines conferre, de ordinato ab alieno Abbate sine licentia proprij, si recipiat caractherem: de conferente ordines non habente facultatem illos dandi, publicè tamen credebatur habere: de excommunicatione non ferenda nisi in subditos, ac de suspensione non semper inducente irregularitatem fol. 199.

Secundum fatur de secunda pęna ordinati ab alieno, scilicet inhabilitatis ad beneficia, quamuis non priuetur obtentis; fructibus verò illorum priuetur, de declaratoria incur-

incursus censurarum, illaque præsertim si necessaria sit ad priuationem fructuum: de fisco si repetat bona alienata post patratum crimen causans priuationem ipso iure; ac si priuilegio clericali priuetur ordinatus ab alieno, sique fructibus modestè saltem alimentari debeat, quiduè dicendum in excommunicato fol. 203.

Tertium, de Regulari non ordinando ab alieno Episcopo loquitur, quin neque à proprio, sine dimissorijs sui Superioris Regularis, & qui sit illius proprius Antistes, & à quo sint ordinandi Nouitij, quæque sit pœna tùm Religiosi promoti, tùm Episcopi promouentis sine dimissorijs Superioris Regularis, quiduè præseferat priuatio à communione reliquorum, fol. 205.

Quartum, de habente potestatem dispensandi cum promoto ab alieno sine dimissorijs tractat, tùm vigore constitutionis Pij II. tùm Concilij Tridentini, & consequutiuè de ratihabitione multa scribit, fol. 207.

Quintum, de vsu Pontificalium vetito in aliena Diœcesi agit, eiusque explicatione, & quæ sub tali prohibitione contineantur, de insignijs, & ornamentis Episcopalibus, & quæ illa sint, quibusuè vti in locis exemptis, aut in alieno territorio possit Antistes; de Episcopo baptizante, aut matrimonium celebrante si mitra vti debeat, sique valeat sibi facere deferre caudam in externa Diœcesi, tandemque de inuitato ad conferendum ordines, in aliena Diœcesi vtiliora inquirit, potissimumque si in inuitantis subditos tantum conferre ordines valeat, an etiam in alienos habentes dimissorias suorum ordinariorum, & consequutiuè de intellectu tractat cap. 5. Concilij Tridentini sess. 6. de reformat. fol. 207.

Sextum, quibus concurrentibus sit permittendum extero celebrare, exercereque Sacramenta exarat, sique beneficia sint conferenda alienigeno, sique commendatitiæ literæ sint de forma, vt ille celebret, aut Sacramenta ministret in aliena Diœcesi, si clerici minoribus tantum insigniti aduocari possint à suo Episcopo, sique cogi ad seruiendum Ecclesiæ, quæque sit pęna statuta in celebrantes absque commendatitijs literis in territorio alieno, vel cum literis falsis, quæque sit ratio ob quam interdicitur externo celebrare sine prædictis literis, fol. 211.

Septimum, licere quandoque ordinare alienum probat, & consequutiuè de literarum speciebus agit, scilicet de dimissorijs, Reuerendis, & Commendatitijs, ac de breuibus extra tempora, vel in temporibus appellatis, illaque si cessent, cessante causa concessionis, nempè si cesset vacatio sedis Episcopalis, ob quam facultatem ordines recipiendi concessit Papa: tandemque de pueris tractat excommunicatione ligatis, & à quibus sint absoluendi, maximè postquam facti sunt maiores, fol. 213.

Octauum, longo sermone, declarat, si dimissorias concedere sit iurisdictionis Episcopalis, ac propterea si ab inferiore Prælato, Vicario, aut Capitulo concedantur, siuè à Vicario Papæ maximè statim; quis verò dicatur proprius Superior abundè explicat, necnon qualitatem domicilij, originis, & beneficij, additis dubijs omnibus, & declarationibus superinde contingentibus, aliaque multa extricat de dimissorijs, interstitijs, homicidijs, irregularitate, dispensationibus, sententia ex deductis prolata, & quando gratiæ, dimissoriæ, seù licentiæ expirant, fol. 216.

Nonum, de familiaritate, & requisitis ad illam acquirendam, & illa acquisita possit nè Episcopus promouere suum familiarem, & quibus concurrentibus, itemque valeat nè cum illo quò ad illegitimitatem, siuè interstitia dispensare; quiduè si Episcopus titularis sit, necnon si pęnam aliquam incurrat ordinans familiarem, nullo vel post longum tempus collato beneficio eidem ordinato: postremò fatur de priuilegijs familiarium Episcoporum, illisque verum gaudeant Colonus, Massarius, Notarius, siuè Actuarius, & Scriba, fol. 233.

De cler. per saltum promot. rubr. 10. fol. 238. vnicum continens caput.

ORdines gradatim suscipiendos esse demonstrans, & carathere m nihilominus recipi si præpostere conferantur, sique Episcopatus conferatur Presbyteratu carenti, & quæ sit pęna ordinati per saltum, ipseque à quo dispensetur, cum explicatione cap. 14. sess. 23. Concilij Tridentini, quiduè respectu ordinis prætermissi agendum sit, cum eo præsertim, qui anceps est, fuerit ne omissus, vel collatus ordo, fol. 238.

De personis prohibitis promoueri rubr. 11. fol. 241. tria supra triginta complectens capita.

QVorum primum licere cuicumque promoueri non prohibito, ex aliqua causa, illumque propterea impediri ab Episcopo

scopo nè ordines suscipiat non posse: deindeque ad necessariam cognitionem contentorum in sequentibus capitibus præmittit distinctionem, quædam requiri ad collationem ordinum de necessitate Sacramenti, quædam verò de necessitate præcepti, sub qua contineri omnes promoueri vetitos, fol.241.

Secundum, de sexu muliebri fatur ad ordines inhabili, necnon ad actus ciuiles, de earum vitijs, maximè quod sint reconditarum rerum propalatrices,& si qua illarum fit clerici concubinæ, cuius sit fori, quidue præseferant nomina illa Diaconissa, & Presbytera, fol.242.

Tertium, de Hermaphroditis continet sermonem, cum distinctione concludens an ordinum sint capaces, si Religionem intrare queant, si in ea profiteri, si ad feudum ad masculum pertinens an succedat, quid si ementito sexu Religionem ingressus est, quidue dicendum in eo, qui vtrumque sexum parem habet, aut de hominibus neutrius generis, aut sexum mutasse constaret: multis de his additis exemplis; denumque explicat quis sit, qui Hermaphroditus appelletur, illius nomen vnde prodierit cum periucunda, sed breui illius fabula, fol.244.

Quartum, ad declarandam secundam speciem distinctionis constitutæ in cap. 1. quatripartita vtitur distinctione, quod alij prohibenrur ob defectum, alij ob vitium corporis, alij ob infamiam: cæteri verò ob delictum,& quia illud, quod ex defectu procedit complectitur carentiam idoneæ ætatis, ideò de illa multa scribit,& quidem vtilia, tùm pro ordinibus, tùm pro alijs actibus, ac de modo probandi illam, necnon de causa scientiæ requisita ad illam probandam, fol. 247.

Quintum, de carente libera voluntate tractat,& propterea de ordinato præcedente coactione, subijcit si receperit caracterem, & cum distinctione respondet de coactione absoluta, siuè præcisa, & conditionali, siuè causatiua, & si fidem abnegans metu mortis sit hæreticus,& ordinatus per vim conditionalem sit nè obnoxius ad continentiam, metusuè verum annullet ipso iure votum, siuè iuramentum, fol.248.

Sextum, longum ponit tractatum de bigamia, scilicet quotuplex illa sit, cum declarationibus vniuscuiusque speciei, si impedimentum ex illa prouenies auferat baptismus, si bigamus sit, qui mulierem quomodocumque corruptam duxerit, an qui virgini nupserit, & deflorauit: cum qua deinde ab altero cognita rursus coiuit; quid si rem habuit à Superiore compulsus, quid si cum vna contraxit validè, cum altera inualidè,& fornicator cum pluribus, aut cum vna corrupta non censeatur bigamus, & ratio distantiæ additur, cur prædictus non sit bigamus, vtique verò ducens corruptam, ad côtrahendam bigamiam duo requiri,& coitus cuius requiratur,& si copula satis sit absque seminis emissione, numque affinitas contrahatur ex sola copula absque prædicta seminis emissione, semenque mulieris an concurrat ad generationem, bigamus à quorum ordinum promotione arceatur, quæ sint pœnæ, quibus puniuntur bigami, clericus coniugatus si bigamus, an perdat priuilegium, quæ sit pęna ordinantis bigamum; quando cæperit irregularitas annexa esse bigamiæ, nùm omnis Apostolorum constitutio dicatur de iure diuino: dispensare cum bigamo quis valeat, cum distinctione si ad ordines, vel ad beneficia, & si dispensatus ad ordines dicatur ad beneficia, quandouè auferatur bigamiæ impedimentum sine dispensatione, omnisque irregularitas à iure humano procedat: quin mulieres longe propensas esse ad libidinem, auctoritatibus, & exemplis ostendit, sicuti & illarum genus honestandum esse, necnon illas viris sapientiores esse oportere,& quam ob rationem subnectit, fol.251.

Septimum, de Neophitis non ordinandis fatur, de eorum duplici specie, de rationibus ob quas vetantur ordinari,& tempore, quousque protelerur promotio, & si tantum ad maiores, an etiam minores, & de filijs Indæorum à natiuitate baptizatis, non prohibitis beneficia acquirere; quod eadem distantia temporum requiritur in Regulari, quæ in sæculari ordinando, minutatim addita prædicta distantia de vno ad alterum ordinem, necnon ad Episcopatum, & officia Regularium, quæque perscrutanda sunt ab ordinatore neophiti, fol.261.

Octauum, de inhabilitate seruorum ad ordines, siuè Religionem loquitur, cum distinctionibus, & declarationibus opportunis, ac de seruis tractationem omnem adiungit, eorumque qualitatibus, & speciebus, necnon de Asciptitijs, Vassallis, Angarijs, Libertis, liberis Colonorum, deque eorum Patronis, ac Iuribus à libertis debitis ipsis Patronis, cum declarationibus prædictorum Iurium, fol.264.

Nonum, de debitore agit, illeque sit creditoris seruus, ordinibus quando insigniri prohibeatur, quandouè obligatus ratiocinijs, si delegans debitorem liberetur, & debitor cedentis, quando teneatur cessionario iterum

iterum soluere, nouatione quando recedatur à priori obligatione, fideiussor prioris obligationis verum dicatur liberatus, si secunda addatur: illeque experiri contra principalem, quibus in casibus valeat: altiores assumere nullus prædictorum vetetur; hæres etiam debitoris, & obligati ad ratiocinia prohibetur ordinari, num verò Religionem ingredi, fol. 270.

Decimum, cessionis bonorum amplum continet tractatum, insuperque de clausula salua moderatione loquitur, de Episcopis, & Baronibus si possint facere gratiam, de nequeunte persoluere pęnam pecuniariam, quando veniat corporali affligendus; de commutatione pęnarum, de cessione si prosit fideiussori, de exceptionibus coherētibus personæ debitoris, si fideiussoribus cōmunicentur, & propterea de fideiussore debitoris Patris liberati, vltrò quod facere potuit, aut Patroni, Soceri, Mariti, Socij, Militis, Magistratus, & similium, item de exceptionibus rei coherentibus, moratorijs, inducijs, annalibus, seu quinquennalibus, de fideiussore si admittendus sit ad cessionem, quando clerico denegetur priuilegium cap. Odoardus; & si dum petit admitti ad illud, veniat carceribus mancipandus, & si impetrato breui protelet expeditionem, quid agendum. Clericus autem coniugatus, siuè in minoribus, an illo priuilegio gaudeat, & quomodo sit succurrendum debitori carcerato, & petenti cibaria à creditore negante subministrare, fol. 274.

Vndecimum, de irregularitate tractat abundè, & propterea eius species explicat, à quibus priuet, quomodo succurratur irregulari, an admittatur ad beneficia, an gaudeat fructibus, an iuuetur clausula teque absoluentes, an facultate concessa in Iubileo: an eam incurrat, qui inèbriari consueuit, ipseque an sit ordinandus, an etiam, qui vouit non bibere vinum, an ille qui vomere solet, an cantans Epistolam sine manipulo, vel Euangelium sine stola, & de dispensatione etiam loquitur concedenda irregulari, & à quo, aliaque addit vnumquodque prædictorum tangentia, cum annexis, & connexis, fol. 286.

Duodecimum, de coniugato fatur, & eius inhabilitate ad ordines, & beneficia, tùm obtempta, tùm obtinenda: quid verò si matrimonium iniret inualidum, nè vacent beneficia per sponsalia de futuro, vtrum pensio subsequenti matrimonio nullo; differentia quænam sit inter priuationem ipso iure, & per sententiam; si excommunicationem incurrens ob non paritionem literarum Apostolicarum eligi possit, aut beneficium ab alio, quam à Papa impetrare: qua pęna castigetur coniugatus suscipiens ordines, quo priuilegio potiatur clericus coniugatus, eoque non priuetur exercendo officium laicale: lex posterior contradicens anteriori, an illam reuocet si illius non meminerit: personam verò clerici vxorati constringere an possit Iudex laicus, quid pro causa ciuili, & si consuetudo suppetat, vt omnibus gaudeat priuilegijs, an illis potiri debeat, fol. 291.

Decimumtertium, quingentis & vndecim numeris distinctè extricat totam illegitimorum materiam, tùm attento iure canonico, tùm ciuili, maximè quo ad successiones, & impetrationem beneficiorum, officiorum, & dignitatum Ecclesiasticarum, & de successione attenta cōstitutione Pij V. cui nonnullæ adduntur, & vtiles declarationes, & restrictiones: insuperque tractatulum continet de dispensationibus, cum quindecim causis validis ad dispensandum, de rescriptis, de insignioribus clausulis solitis in illis apponi, scilicet de illa, si preces veritate nitantur, de non tollendo iure quæsito, de altera quam & quas, vocatis vocandis, contradictores compescendo, constito & constito de re iudicata, si inueneris si per diligentem examinationem: Parito, sine retardatione, Amoto, defendas inductum; non retardata solutione pensionis: quouis modo vacet, & prout de iure: Postmodum de appellationis agit inhibitionibus, de legitimatione per rescriptum, aut subsequens matrimonium, de exceptione declinatoria, recusatione Iudicis, de arbitris, de iurisdictione pendente, seu perpetuata, de valore exprimendo, & eius probatione, de delegatis, de legitimo contradictore, de desertione appellationis, de exequutione sententiæ, tandemque copiosum adnectit tractatulum de Iurepatronatus, cum casibus in indiuiduo circa prædicta omnia, cumque annexis, & emergentibus, quæ summatim referre impossibile esset, fol. 304.

Decimumquartum, imperitorum defectum continet, & consequenter de inhabilitate illius vigore ad ordines, officia, & munera, etiam laicalia, nec non ad beneficia: de Doctrina Christiana, & si illam ignorans, detineri possit à contrahendo matrimonio, vel ad illam addiscendam cogi ab Episcopo possint fideles per censuras: decem præterea recenset conditiones, quarum aliqua carens sit inhabilis ad beneficia, cum declarationibus, easdem decem conditiones requiri ad pensionem, cum explicationibus adnectit,

 necnon

necnon quod inhabilis ad beneficia, dicitur, & ad pensionem, illaque si loco beneficij sit, vtque subsistat, sit nè beneficij valor, & à quo iustificandus, quodque successor persoluere teneatur pro terminis antea decursis, cum declaratione; hæredibus autem pensionarij sit pro rata soluenda, cumque moritur beneficiatus, à quo sit præstanda pro eodem anno interitus, maximè vbi succedit Camera Apostolica vigore spoliorum, maxime pro portione peruenta ad hæredes titularij, vigore gratiæ Apostolicæ circa fructus, fol. 406.

Decimumquintum, excommunicationis materiam affatim explicat, scilicet quotuplex illa sit, à quibus alterutra priuet, quis absoluat, declaratoriam quando requirat, quando etiam determinationem, illaque quomodo, & contra quem facienda, appellatio quando suspendat, vel deuoluat præmissa distinctione, si ab excommunicatione, vel declaratoria interponatur, & vtroque casu si præcedat, vel sequatur; ipsius excommunicationis effectus etiam recenset: insuperque de clausula fatur, teque absoluentes, de hæreticis, de Regulis Cancellariæ, de rescriptis, & noua prouisione, de fructibus beneficiorum, de pœna legali quando in conscientia persoluenda sit, de differentijs pœnarum ipso iure, & per sententiam, de alienatione bonorum facta à committente crimen inducens illorum priuationem, de gestis per occultum excommunicatum, de distributionibus, & quando illas excommunicatus consequatur, de absolutione cum reincidentia, vel ad cautelam, siuè ex falsa causa, de contumacia, eiusque triplici specie, de monitione si præcedere debeat excommunicationem: ad quam procedere quando prohibeatur Iudex Ecclesiasticus, lateque de monitionibus generalibus ad finem habendi reuelationes, & ad illas spectantia vtiliora continet, & in praxi necessaria, quin ad exequutorem Apostolici significauit, tandemque imprecationem, eamque pergrauem addit aduersus excommunicatos omnes, fol. 417.

Decimumsextum, materiam suspensionis explicat, præsertim quando, & qualis suspensus sit inhabilis ad ordines, siuè beneficia obtinenda, quando etiam priuetur obtemptis, quando fructibus beneficiorum, & quando illis potiatur iniustè suspensus: iustè verò an saltem alimenta habere debeat, cuius sit efficaciæ suspensio simplex, cuius verò suspensio ab officio, siuè Diuinis, siuè à Pontificalibus, siuè à beneficio, fol. 449.

Decimumseptimum, tractatum continet de corpore vitiato, ideoque hominis anothomiam facit, atque à vertice capitis adusque plantam pedis minutatim, & distinctè loquitur, ostenditque qualis deformitas, aut quale impedimentum operetur prohibitionem ad assumendos ordines, obtinendas dignitates, beneficia, siuè officia, necnon in vnoquoque defectu vtiliora congerit scitu digna, ac necessaria, sub ducentis, & octo numeris comprehensa, abundeque explicata, vt impossibile crediderim in breue compendium redigere, fol. 457.

Decimumoctauum, de infamia loquitur; eiusque distinctionibus, & casibus, ex quibus, & in quibus incurratur, an etiam si per viam exceptionis procedatur, quæ concurrere debeant ad illam contrahendam, à quo aboletur: item pœnis ob eam contractis, sique fustigatus, vel ad triremes damnatus post redditum ordinari valeat: nobiles nè sint pœnis ignominiosis plectendi; ideoque non furca suspendendi, non fustigandi, non ad triremes conijciendi, dictaq; pęna in cuius locum successerit: ordinati verò postquam à triremibus exierint, possintnè ordines exequi, missasque celebrare, fol. 497.

Decimumnonum, periurij materiã explicãs loquitur de eius grauitate, pœnis, & quis ab eo absoluat, item de iureiurãdo, requisitis ad illud, de rebus à iurante tangendis, ab illo relaxatio concedatur, & à quo; ab illa liceat nè appellare, in ea vtrum requiratur citatio partis, si partis remissio eximat iurantem à periurio, minor deuinciatur nè iuramento, illiusque contractus an iuramento firmetur: tempus quale sit pubertatis, cum distinctione masculorum, & fœminarum, addita ratione diuersitatis. Pubertati proximus an comparetur puberi, læsio ita præcedere oporteat vltra dimidiam si maior, ac si minor iurauit: Canonici successores iurantium non indigent absolutione, non etiam hæredes quamuis eos obliget testatoris iuramentum, fol. 503.

Vigesimum, de vsurarijs, & vsura copiosè fatur, cum illius definitionis vniuscuiusque particulæ, definitione, distinctione, probationis, modo, & casibus multis practicabilibus, vsurariorumque pœnis, modo procedendi aduersus illos, restitutione ab illis facienda, siuè ab hæredibus, ad eamque vtrum censura cogi possint; & quæ sit satis; generatim verò loquendo, quod omnis restitutio sit gradatim facienda additis declarationibus, loquitur etiam similiter abundè de cambijs, eorumque vi, efficacia, & rigore, de literis cambij, & quando scribentem illas liberent, aut recipientem obligent, quandouè

præsu-

præsumantur acceptatæ, fol.515.

Vigesimumprimum, de pœnitentia solemni, vel publica breuiter agit, & si qui illarum alteram fecerunt ordinari queant, aut beneficia acquirere, aut matrimonia inire, numuè abiurans ob suspitionem hæresis perdat antea impetrata beneficia, quid in hæretico formali prima vice abiurante, numuè Episcopi vetentur cum illis dispensare ad suscipiendos minores, quibus ex causis fuerit instituta solemnis pœnitentia, nomenque pœnitentiæ quatrupliciter sumi cum declarationibus addit, fol.533.

Vigesimumsecundum, infandissimi criminis sodomitici tractatulum extricat, quam illud sit graue, quamque omnibus abominabile, quæ pœnæ tanto sceleri ex varietate legum irrogatæ fuerint, quæque clericis à iure canone, & constitutione Pij V. eamque in quibus casibus restringi, in quibus verò ampliari subnectit, in eoque delicto si procedi, & ad quem finem possit post mortem, matrimonium ob illud separetur, affinitas non contrahatur, illud attentans an veniat eisdem puniendus pœnis, quid in Clerico retro abutente muliere, aut vitio bestialitatis laborante, si ad priuationem beneficij tunc requiratur declaratoria, si tale crimen sit mixti fori, si dormiens patrãs, veniat aliqua pœna castigandus, demumque tractat, quæ sint luxuriæ species, cuiusque grauitatis sit peccatum pollutionis simplicis, fol.535.

Vigesimumtertium, vniuersam homicidialem materiam fusè digerit, & post declarationem vniuscuiusque verbi definitionis homicidij, additis casibus multis, qui ex eis euenire quoquo modo possunt, explanat reliqua sub quadruplici homicidij distinctione illa, quod vel committitur iustitia mediante, vel casu eueniente, vel necessitate cogente, vel sola voluntate instigante, ac præterea de abortis, de irregularitate, de dispensationibus, de intelligentijs ad cap.7. Concilij Tridentini sess.24. de reformat. Item de venatione, ac de pœnis, quibus puniendi sunt eiusmodi homicidæ, etiam si laici sint; de potestate Capituli sede vacante, ac de officio Vicarij, & si Episcopi sententia subsit iurisdictioni Vicarij Archiepiscopalis, fol.542.

Vigesimumquartum, de curialibus loquitur, & sic de Iudicibus, Assessoribus, Notarijs, Aduocatis, alijsque Ministris Iustitiæ, de Militibus, de Medicis, tàm Physicis, quàm Chirurgis; de Feudatarijs, Histrionibus, & alijs, & incidenter de iure adhoæ de iusto bello, & de his, qui possint, & quando dispensare cum Curialibus, tùm ad ordines suscipiendos, vel in susceptis ministrandum, quam ad beneficia, aut dignitates, fol.581.

Vigesimumquintum, furti perbreuem, sed vtilem complectitur tractatum, eius nempè species, & requisita explicans, necnon in quibus, & quando committatur de seruo aufugiente si præsumatur illud patrasse: de capto cum furto vtrum sit relaxandus, si Dominus rei attestetur sua voluntate capisse, de re furata, si perijt in euius perijsse dicatur damnum. De restitutione facienda, & à quibus, cum multi surripuerunt rem: de pœna infligenda pro furto, de fure, qui sit nè propterea inhabilis ad ordines, & beneficia, vtrum in hoc delicto sufficiant præsumptiones, quod constare debeat de corpore delicti, quibus illud probetur; de reperto cum furto extra territorium delicti, si detineri, & puniri possit, ac de alijs similibus casibus, quin & de occultante res furatas, de receptante malefactores: de eo, qui inuitus hospitatus est bannitum: de pœna Baronum receptantium bannitos: de receptante malefactorem sibi affinem: de ignoranter receptãte criminosum: de modis quibus probatur, quod scienter receptauerit: de personis, quæ furti pœnam euadunt, ac de furto si operetur hypothecam in rebus furantis, & qui sit in illis præferendus: quin & casum in quadam Ecclesia Neapolis successum, eumque horrendum refert in hac materia, fol.586.

Vigesimumsextum, de hæreticis tractationem continet, scilicet, qui dicantur hæretici, quæ concurrere debeant, vt ita reputentur, de illorum pœna, quæ sit eorum distinctio, quod alij pertinaces, alij pœnitentes sunt, quomodo hæresis probetur, quæ sit inter illum, & schisma differentia, propositionum genera quot sint, & quæ hæreticales, de filijs hæreticorum, eorumque qui puniantur, & qua pœna, quauè fautores, receptatores, & fautores illorum, quauè filij dictorum fautorum, &c. consequutiuè autem de testibus fatur: de abiuratione, de relapsis, de tortura illis inferenda, quomodo & ad quem finem, de blasphemia quoque abundè agit, de superstitione, magia, sortilegio, diuinatione, ac maleficio, cum declarationibus, & explicationibus multis: de competenti Iudice in hoc crimine, de expensis in eo permissis: quin & alijs in reliquis causis, maximè Procurationibus, necnon alijs apud Exequutores dispensationum permissis, aut vetitis, fol.594.

Vigesimumseptimum, simoniæ crimen explanat cum eius definitione, diuisione, in mentalem, conuentionalem, & realem, illarumque explicationibus, & casibus, qui occurrere

currere possunt, necnon confidentiali: quin & modum subijcit probandi simoniam omnem, maximè confidentialem, maximeque attenta constitutione Pij V. Insuperque de clausula loquitur ex deductis,& absoluto ob non probatum delictum, maximè si rursus molestari possit, & si noua inditia debeant per se sufficere, an coniungantur antiqua, necnon de propinquis, & proximioribus, siuè de prima, & secunda instantia, deque articulis,& illorum impertinentia,sique liceat in priori instantia non productum in secunda producere: exemplum, simonia in illa non opposita possit nè in altera opponi,quæ sit causa criminalis,& protestatio de impertinentibus si necessaria sit ad illorum reiectionem, ipsaque pro tempore fieri debeat, & quæ cum illa concurrere, fol.618.

Vigesimumoctauum,tractationem cõplectitur falsi criminis,potissimum illius species extricat refer ẽs,tria requisita ad illius essentiam;agitq; de modo probandi,de pęnis tàm respectu laicorũ, quàm Ecclesiasticorum, de illam fabricante, siuè vtẽte,ac de remissione à falsatio petita,de Iudice cognoscere debẽte,loci scilicet fabricatæ, vel vsus: de teste falsum deponente vigore remissorialium, si puniatur à Iudice delegante examen,vel eorum quo deposuit: de producente falsam scripturam,deque respondente se velle vti si veræ sint,fol.634.

Vigesimumnonum, de numismate loquitur,quis primus illud excuderit,quo genere, quouè metallo quisque vsus fuerit,in eo quæ intuemur,monetam cudere sit de regalibus, & alius si cuderit veniat tanquam falsidicus puniendus, etiam si in pondere, forma, & materia iusta fuerit, multo magis si etiam materia peccet, sub his speciebus comprehendi adulterantem: an verò ioco tingentem,sub altera verò diminuti ponderis comprehendi tondentem, nisi tamen grauioris ponderis circumciderit; sit verò puniendus cum reliqua concurrunt, sed tanti detraxerit,quanti erogauerit cudendo, qua pœna mulctetur falsans monetam: qua verò expendens, & quilibet teneatur istud propalare crimen falsitatis,non tẽdenris,ex eo damnatus non appellet, puniatur etiam Dominus domus,in qua licet ipso ignorãte patratum est,vt illa addicatur fisco,nisi viduæ,vel pupilli sit, cuius generis debeat esse moneta creditori persoluenda, vt ille recipere teneatur, & vbi monetarum suspicetur mutatio,an possit solutio præueniri: expendere an quis valeat monetam falsam tuta conscientia ad ipsum peruentam; moneta expendi solita alicubi iuxta pondus aliò transferri, vtrum liceat, vbi expenditur ad valorem cunei? excommunicatione nemo ligatur falsans quouis modo monetam, & conuictus de tali crimine, an ordinari possit, fol.638.

Trigesimum, pauca quædam de crimine læsæ maiestatis congerit,præsertim, vt prohibeatur ordinibus insigniri,qui illud patrauit, etiam si in Principem temporalem; in quem si Clericus aliquid committat, an tali crimine notetur; filij insuper committentium illud ad honores euehi prohibentur, aut clerici fieri, quod si tunc erant clerici minimè altiores assumere vetantur, crimenque istud an proditione committatur, fol. 640.

Trigesimumprimum, proditorij delicti continet materiam, iureque merito longum texit sermonem ad cognoscendum, quando dicatur quis proditor, aut vulnus proditorium commisisse, maximè respectu gaudendi indultu excipiẽte delictum proditorium, cumque qui sclopi ictu vulnerauit: insidiæ nomine quid veniat, & si Princeps dicatur loqui secundum consuetudinem loci sui, vel illius ad quem sermo dirigitur;reperianturque nè arma inducentia præsumptionem proditionis, aliaque multa addit de vsu loquendi, deque modo probandi illum, fol. 642.

Trigesimumsecundum,de rebelante secretum fatur,quodque ille inter proditores numeretur, necnon de sigillo confessionis, de his,qui propterea sunt inhabiles ad ordines, & beneficia, eorumque filiis, necnon de modo probandi reuelationem confessionis, aut tentatam fuisse mulierem in actu ipso confessionis, de pœna cognoscentis filiam spiritualem,ac de proditore, & alijs, qui indultu Principis laici gauisi sunt si ordinari valeãt, maximè absque alia dispensatione,quiduè in eorum filijs dicendum,fol.656.

Trigesimumtertium,& postremum de cęteris omnibus criminosis generatim loquitur,illique quando sint inhabiles ad ordines, beneficia, honores, aut officia; quiduè de accusatis tantum, necnon abundè loquitur de testibus,eorumque repulsa, de salario, ac de condemnato ad triremes vita durãte, aut perpetuos carceres, si etiam dicatur priuatus beneficio, vltra sentẽtiam condẽnantem pro homicidio,si dicatur necessaria expressa priuatio beneficij: missas autem celebrare an permittendus sit criminosus pendẽte accusatione, præsertim ob simoniam, habilitatus etiam an possit; criminosus autem, vt quis dicatur an satis sit vnicum perpetrasse facinus,& alia plura practibilia, fol.660.

De

De Regularibus rubric. 12. fol.665.cum sexdecim capitibus:

PRimum, de monasticæ vitæ professoribus agit, quibusque nominibus antiquitus appellati fuerint, eum eorum declarationibus, illosque tunc emisisse professionem: de Canonicis Regularibus quoque fatur, quin Mendicantibus, additque differentiam inter Fratres, & Monachos; Religionis nomen vnde prodierit, Religiosæq; vitæ quando initium fuerit, fol.665.

Secundùm inquirit, & explicat requisita inuestiganda antequam aliquis admittatur ad habitum, scilicet ætatem, nè parentes habeat in necessitate constitutos, si Spiritu Diuino an leuitate aliqua adductus, sique seductus fuerit, ac propterea declarat quanta sit filij erga parentem egentem obligatio, quæ sit illius necessitas valida ad detinendum filium ab ingressu, an tantum necessitas victus, vel alia, etiam quæuis: insuper quod Religionem ingressurus diù cogitare debet, quid agere velit, quod bona seducti, ac blanditijs adducti ad ingrediendum Monasterium non Monasterio, sed illius parentibus præstanda sunt, ideoque voluntatis exploratio fit nonnumquam antequam suscipiat habitum, aut confestim illo suscepto, quodque nemo ad illum admitti debet, nisi Ordinarij loci accedat approbatio, fol.667.

Tertium, de anno professionis vtiliora congerit, deindeque longum continet sermonem de nouitijs præsertim si possint, & à quo promoueri, absolui, beneficia consequi, priuari obtemptis, exequi vota, alia emittere, beneficia resignare, donare, testari, renunciare, gaudere, priuilegijs Ecclesiasticis, retinere antea quæsita, sique præceptis, ac censuris Religionis subiaceant, aut personæ Ecclesiasticæ dicantur, postque egressum si succedant ad feuda, fol.672.

Quartum, de professione tractat, eamque in expressam, & tacitam distinguit, subnectitque requisita ad expressam, itidemque ad tacitam emittendam, ac differentias inter eas species, earumque effectus, & quando matrimonium non dirimatur sequenti professione, illaque si tacita quando dirimat matrimonium postea contractum, fol. 680.

Quintum, subnectit formam seruandam in emittenda professione, & quando tali omissa forma sit nihilominus valida professio, vtrumuè Religiosi peccent mortiferè, si in alijs quàm in votis paupertatis, castitatis, & obedientiæ offendant, scilicet si in concernentibus dispositiones Regulares, folio 685.

Sextum, de primo voto emittendo à profitente loquitur, scilicet obedientiæ, ac propterea de illius virtute, & excellentia multa cumulat, quæque sub illo veniant, in illudque quando committatur, quæque sit differentia inter peccatum inobedientiæ, contemptus, & intemperantiæ, cum exemplis, sique inobediens dicatur renuens parere Superiori reformanti Regulam, fol.686.

Septimum, de secundo voto paupertatis edisserit, nempè de contentis sub illo, & alijs, quibus illud obseruatur, alijsque quibus violatur, quando Regularis dicatur proprietarius, si Superior concedere possit Regulari licentiam habendi vsum rerum, si liceat profiteri, sub conditione retinendi proprium, si professio verbis promissa renuente animo valeat, quid si adfuit animus profitendi, sed promissa non obseruandi, si legatum monacho relictum cum conditione ne quæratur Monasterio subsistat, si Religiosi assequi beneficia, quandoque possint: insuperque de beneficio Regulari, & si plura vni conferri possint, quiduè clericis sæcularibus, maximè si vnum non est tatis ad victum: si beneficium curatum secundum adipiscens, vacet primum, quid si neutrum sit Curatū, sed alia ex causa incompatibile, & post alia multa adnectuntur allegationes ad fauorem monialium circa votum paupertatis, & si Religiosi recusantes vitam communem peccent, Eucharistiæque Sacramentum, quos operetur effectus, fol.688.

Octauum, de castitatis voto fatur, illaque quos effectus pariat, quos habeat gradus, qui illorum sub castitatis voto comprehendatur; si Religiosus non seruans castitatem sufficienter confessus sit, non exprimendo se esse Regularē, sed ex voto se teneri ad castitatem dixerit, recensentur quoque omnia, ob quę facilius quis custodiat castitatem; exempla addūtur, quibus ostenditur otium vitandum, quodque malum nascens facilè opprimitur, inueteratum sit plerumque robustus cum exemplis, fol.700.

Nonum, subiungit aliqua ad quæ præter vota obligantur ex vi Regulæ, ac præsertim ad habitandum intra septa Monasterij cum declarationibus, & restrictionibus: quin & de apostatis, & alijs transfretari volentibus de vna in alteram Religionem, quando liceat: necnon professione rursus ab ipsis translatis emittenda, atque illorum bona cui Monasterio competant, primo nempe, an secundo, fol.703.

Deci-

Decimum, de effectibus validæ professionis ratiocinatur, quod scilicet plenariam Indulgentiam, quod dissoluit quodcumque votum personale, vel reale; quod irregularitatem aufert, & nobilitatem, non iura suitatis, quod vitium omne purgat ingratitudinis, quod à iurisdictione laicali remouet, quod matrimonium antea ratum dissoluit, quod facultatem concedit Superiori absoluendi ab excommunicatione antea contracta; nouissimeque discutit si excommunicatus profiteri valeat, ab eoque emissa vtrum subsistat, fol.708.

Vndecimum, de causis annullantibus professionem tractat, & consequenter de ætate, alienatione mentis, metu, blanditijs, furore, ebrietate, similibusque loquitur, necnon de Curatore dando, ac de requisitis per Concilium ad inualidandam professionem, cum ampliationibus, restrictionibus, & declarationibus multis, fol.710.

Duodecimum, de modo, & loco sedendi scribit, ac de iure præcedendi competente cuilibet, maximè Religioso, etiam inter ipsos, maximeque Episcopis: de consuetudine Religionis seruanda, de Superiore Regulari, etiam Generali permittere nequeunte aliquid fieri contra statuta Religionis, de remedijs, quibus vti posesi ille, qui à suo expellitor loco, de Iudice præcedentiæ in Processionibus, de clausula reclamationibus, appellationibus, &c. ac de eo, qui obtinere debet, cum controuertitur de præcedentia in Processionibus, fol.715.

Decimumtertium, continet materiam illam, & ferè inextricabilem de Religiosis, si subsint Episcopis attento iure communi, & quid post Concilium referens casus 25. in quibus vigore Concilij, Constitutionumque Pontificium subijciuntur; in quorum casuum explicatione omnes attingentes materias fusissimè explanat, ac propterea de Regularibus admittendis ad confessiones, ad ordines, ac munus prædicationis latissimè fatur, cum omnibus declarationibus ad prædicta omnia; item de obseruantia festorum, de decimis, de Iudice aduersus Regulares inquisitos, de hæresi, & alijs multis ad hæresim spectantibus; de Regularibus exercentibus curam animarum, de Processionibus, de renunciationibus à Regularibus faciendis, de volentibus impetere professionem additis causis, tempore, & Iudice, si Episcopi queât Regulares excommunicare, aut declarare; sique punire delinquentes, in omnibus illic mentionatis casibus, in quibus dictum est subesse eisdem Episcopis, fol.721.

Decimumquartum, de Monachis assumptis ad Episcopatum fatur, si scilicet à iugo professionis absoluantur, si à ieiunijs, vel prohibitione eius carnium statutis per Constitutiones suæ Religionis, si à recitatione officij illius, si à votis; si expendere valeat vt alter Episcopus, qui non fuerat Regularis, si rem emptam de fructibus Episcopatus donare queat, cui acquirat Monasterio, an Ecclesiæ Episcopali, si succedat hæreditati Paternæ, si vestibus Religionis spolietur, si Roccheto vti possit, si claustrum petere rursus queat post renunciatum Episcopatum, taodemque si Monachus alicui inferiori Ecclesiæ sæculari Præfectus ad instar assumpti ad Episcopatum absoluatur, & Dominicanus promotus ad Episcopatum consecrari nequit, nisi libros, & alia Superiori prius assignauerit, fol.767.

Decimumquintum, agit de Regularibus à Monasterio non eijciendis, illi quando censeantur incorrigibiles, eijci nonnumquam posse ex Pontificum Priuilegijs, aut Constitutionibus Religionis, & tunc quæ gerere, aut exequi valeant in sæculo existentes, potissimum si ordinibus insigniri possint: à votis Religionis an liberentur, dispensatione cum indigent, quis præsul impartietur, cui tunc subsint, cui acquirant, cui verò si fugitiui sint, cui demum si damnati ad triremes, si redireut ad Religionem iterum vouere an teneatur, propriumque an acquirant locum, sique inter apostatas numerentur ipsi eiecti à Religione, fol.771.

Postremum verò caput, de Monialibus explicitè tractat, omnia complectens ad earum qualitates, victum, vitam, ætatem, dotes, clausuram, moresque spectantia; atque ex illis sumpta occasione fatur, etiam de stricta appellatione Monialium, siuè Sororum, de cogentibus ingredi Monasterium, de exploranda voluntate puellæ, de professione emissa non facta exploratione, de licentia egrediendi à Monasterio, siuè in illud intrandi, deque causis ad id validis, de personis valentibus ingredi sine illa, de pœnis aliter ingredientium, aut loquentium, siue scribentium; de oratione cui incumbere debent, de paupertate, & castitate ab ipsis custodienda, de raptore illarum, & aliorum necnon pœnis rapientium, de velo, tandemque de ieiunio vtiliora congerit, fol. 775.

Ahortatio ad Consacerdotes, & Coepiscopos nouissimè accedit.

Multa pro interiori, & exteriori foro complectens, quibus tùm Sacerdotes ipsi,

ipsi, cùm Episcopi deuinciantur; continetque præterea complura de præcepto audiendæ Missæ, aliaque de obseruantia Festorum; demumque quam senserit auctor delectationem, videndo perfectum partum, adiungit: Gratiasque DEO enixè reddit, protestatione addita, si verbum aliquod minus vtile, incautum, aut scandalosum apposuerit, misertus inuidorum, quorum turbam futuram prauidit, fol. 805.

Præscia mens dixit, rabies furiosa canina,
Intrepidum nostrum dilacerabit opus.
Nec patrare steti, censens virtutis alumnus,
Et vires, Animum, nouerit æquè, bonum.
Sed scelus hoc tantum, nullum tentare putaui,
Vt lumen libro tolleret ille meo.
Et tamen est ausus, iaceat perfusa rubore,
Fama susurronis turpe notata dolo.
Nam rectum facti floret, mendacia cedunt,
Auctor sit viuens, inuida turba fremat.

Illu-

Ill.^mo, omniumq; veneratione digniſſimo

IO. HIERONYMO CAMPANILI

V. I. D. E X I M I O,

Viroque cunctarum ſcientiarum erudititiſſimo.

D. PETRVS ANGELVS RONCHA

Laquedonenſis Eccleſiæ Canonicus.

GRANDIA ſi traxit Thebarum ad mœnia ſaxa
Amphion blandus dulci ſonante Lyra:
In mare, Delphinum, merſus Cithare dus Arion
Qui, portum, tamquam Cymbala tuta, daret:
Thracius, & valuit ſonitu mitire Triſaucem:
Vt ſponſam traheret Ditis ab ore trucis.
Iuſtius, & vobis fas ſit, pater optime, vatum
Flos, lux Parthenopes, familiæque decus.
Mellifluis dictis, mundum ſolaris, & omnes,
Quos verbo paſcis, conſilioque trahis.
Vbere virtutis, præclara inſignia pandis,
Efficis, vt reſonet nomen, vbique tuum.
Excellis ſacris ſcriptis, Germana Minerua
Indixit ſtudium, te decorauit enim.
Pindarus, & Linus, tùm lingua Maronis, Homeri
Ni taceant, iſtis ſumma Camena fores.
Quid tribuent gentes tali prò munere? dicent:
Non Aquilæ Cœlum, non tibi terra ſatis.

D I.

DIVERSORIVM IVRIS CANONICI.

Auctore

IO. HIERONYMO CAMPANILI V. I. D. NEAPOLITANO, & Episcopo Laquedonensi.

SVMMARIA.

Episcopalis auctoritas omnis, vel à dignitate prouenit, vel à iurisdictione, vel ab ordine num. 1.

Indulgentias concedere possunt Episcopi ante consecrationem nu. 2.

Etiam perpetuas nu. 3.

Dignitatis Episcopalis, quæ sunt, distant ab illis, quæ simplicis sunt iurisdictionis nu. 4.

Papa ea, quæ iurisdictionis sunt Episcopalis delegare potest carenti Episcopali dignitate num. 5.

Spectantia ad Episcopum, vel ex dignitate, vel iurisdictione, potest acquirere Prælatus Episcopo inferior nu. 6.

Illa verò, quæ ab ordine procedunt nullo modo adipisci valet nu. 7.

Papa delegare potest simplici Sacerdoti potestatem confirmandi nu. 8.

Abbates conferre queunt minores ordines nu. 9.

Prohemium.

ANtiquitus bimembrem tantum tradidere distinctionem Doctores in spectantibus ad Episcopalem auctoritatem; Alteram legis iurisdictionis esse existimantes, alteram vero legis Diocesanæ, iuxta glos. 2. in cap. dilectus de offic. ordin. sed moderniores scribentes crediderunt iustius esse eam tripartitam proferre; Di-
1 gnitatis vnam, iurisdictionis aliam, postremam verò ordinis, vt ex auctoritate Hostiens. inquit Ant. de Butr. in cap. fin. post nu. 38. vers. ad quarum de offic. Archidiac. & cons. 19. In nomine Patris, & sequuntur Abb. in cap. accedentibus num. 2. ibiq; alij complures de excess. Prælat. Felyn. in cap. auditis nu. 2. de præscript. & cap. dilectus nu. 8. de offic. ordin. Ioan. Franc. Balb. in tract. præscript. in 1. par. 5. part. princip. q. 11. & Lambert. tract. de iure patronat. lib. 1. par. 1. q. 9. princip. art. 3. nu. 21. & opinati sunt, illa esse Episcopalis dignitatis, quorum meminit text. in allegat. cap. accedentibus, scilicet, cognoscere de causis matrimonialibus, publicas iniungere pœnitentias, atque indulgentias concedere; quod tamen de indulgentijs concedendis dixi, an sit verum scribam Deo fauente pleniori manu, in eo volumine, quod illarum tractatum continebit, illud neutiquam hic omittens, quod illas potest
2 electus Episcopus ante consecrationem concedere, Abb. in cap. suffragationes nu. 3. de elect. decis. Delph. 1396. Sot. in 4. dist. 21. q. 1. artic. 4. vers. hinc fit, Anchar. in clem. abusionibus nu. 7. de pœnit. & remiss. August. ab Anchona tract. de potest. Eccl. q. 29. Siluest. verbo indulgentiæ nu. 13. D. Thom. in 4. sent. dist. 20. q. 1. art. 4. vers. ad secundam quęstio-
3 nem; quin & poterit etiam perpetuam elargiri Pręsul ipse ex Nauar. in cons. 18. vers. 5. nu. 5. de pœnit. & remiss. ac nouissimè dicit Vgolin. in tract. de potest. Episc. par. 2. cap. 41. §. 3. nu. 2. & Suarez tract. de indulgent. disput. 55. sect. 3. post nu. 5. Simplicis autem iurisdictionis metipsi Doctores, dixerunt, ea esse, quæ tradiderat glos. in cap. transmissam vers. de talibus de elect. nempè iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta recipere à vassallis, confir-

mare, inuestire, beneficia conferre, instituere, cæteraq; his consimilia, quæ suo quoque loco explicabo, si Deus dabit, sed ordinis ea esse arbitrati sunt præcitati Doctores, quæ congerit allegat. glos. cap. transmissam de elect. & text. in cap. quamuis chorepiscopis 68. dist. & cap. quanto de consuet. quæq; referuntur in Pontificali Romano rubr. de consecrat. Episcop. dùm inquit, ad potestatem Episcopalis ordinis pertinere tria; scilicet, ordinare, consecrare, & confirmare; licet autem glos. adducti cap. dilectus, bimembrem dumtaxat ponat distinctionem Episcopalis auctoritatis; puta legis Diocesanæ, & legis iurisdictionis; non tamen ab ista tripartita abhorret; nam quæ ipsa retulit ad legem Diocesanam, moderniores subdistinguêtes retulerunt ad dignitatem aliqua, cætera verò ad ordinem Episcopalem, vt constat ex exemplis relatæ glosæ, & Doctorum: neque prætereà ab hac tripartita abhorret; altera etiam bimembris distinctio tradita à glosa non semel citata in cap. transmissam de electio. alteram iurisdictionis, alteram verò ordinis esse affirmans. Dùm etenim ea explicat, quæ iurisdictionis esse dicit, solummodo illa refert, quæ præcitati ad simplicem iurisdictionem potestatis Episcopalis, spectare scripserunt, nec quid minimum ipsa glosa complectitur, quod non ad simplicem iurisdictionem, sed ad dignitatem Episcopalem pertineat; quare præfata glosa dicatur potius inibi omisisse hanc tertiam speciem, quam respuisse; tùm præsertim, quod illam nequibat iustè reijcere; cùm nemini sit dubium, quin distantia existat in-
4 ter isthæc, quæ dignitatis Episcopalis sunt, aliaq; simplicis iurisdictionis, vt etenim experimur quotidie, cõsueuit Papa, ea quæ iurisdictionis sunt Episcopalis, delegare, etiam non Episcopo, sed alijs in-
5 feriori dignitate preditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, per cap. statutum de rescript. in sexto. Quod deinde Concilium Tridentinum restrinxit ad Iudices in Diocesana Synodo deputatos, iuxta cap. quoniam sess. 25. de reformat. Illa vero, quæ dignitatis Episcopalis esse affirmaui, non solet idem Pontifex alicui non Episcopo delegare; imò relatum Concilium in cap. 2. sess. 23. de reform. prohibet illa committi posse, non existentibus in dignitate Episcopali; dùm illorum cognitionem tãtummodo Episcopi examini, & iurisdictioni relinquit, in
6 cap. causæ omnes sess. 24. de reform. quamuis autem vtraque adipisci valeat Prælatus Episcopo inferior, idq; ex concessione, alioue iure speciali, aut consuetudine, vel præscriptione, per cap. auditis, & cap. cum olim de præscript. ibiq; dicunt Abb. & Felyn. atque etiam glos. final. in cap. accedentibus, ibidemq; Abb. nu. 2. de excess. Prælat. & Lambert. tract. de iure patron. lib. 1. par. 1. q. 9. princip. art. 3. nu. 22. inibi hanc regulam amplians; attamen constat rem euidentissimam esse, non sic de facili acquiri, quæ dignitatis Episcopalis sunt; tùm maximè post Concil. Trid. ob illa verba apposita in citato cap. causæ omnes, ibi, etiam si in præsenti inter Episcopum, & Decanum, seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitionem, lis aliqua in quacunque instantia pendeat. Ea
7 verò, quæ ordinis Episcopalis esse dixi, nullatenus competere possunt inferiori Prælato, nec consuetudine, alioue iure speciali, Abb. allegat. cap. accedentibus post nu. 2. vbi additio Alex. de Neuo clarioribus id explicat verbis, & succurrit text. in cap. quanto de consuet. & cap. aqua de consecr. eccles.
8 vel altar. licet autem verissimum sit, posse Papam delegare alicui Sacerdoti potestatem confirmandi, iuxta conclusionem firmandam inferius rubric. 1. num. 20. id tamen nunquam fecisse constat, præter Gregorium, & ex vrgenti necessitate in cap. peruenit de consecrat. dist. 5. licet etiam indubitatum
9 sit, minores ordines conferre posse Abbates aliquos, quos ipse recenseo in rubr. de tempor. ordin. cap. 2. nu. 4. & 9. attamen de iure est patens resolutio, nemini fas esse illos conferre, præter Episcopũ, iuxta relata inferius rubr. 2. num. 30. Ex quibus sic breuioribus quam potui verbis annotatis, remanet abundè comprobata distinctio Modernorum, paulò ante relata, eamq; constat minimè aduersari alijs glosarum distinctionibus; cum autem constituerim sub præfatæ distinctionis themate duodecim conscribere volumina, eorumq; cuilibet titulum præponere, Diuersorij Iuris Canonici, ac iuxta constabilitum ordinem sit, de ijs in primo volumine tractandum, quæ ab ordine proueniunt Episcopali, eorumq; primum sit ordinare, ideò ex præscripta operis diuisione, erit pernecessarium in ipso exordiri à sacris ordinibus, & Sacramento ordinis, atque vniuersam ordinum materiam tangentia deinde prosequi, eaq; sub peculiaribus explicare rubricis. Duxi propterea permulta ante omnia consectari ad generalem Sacramentorum tractatum spectantia, eaq; alijs quamplurimis anteponere Rubricis, vt scribenda, tùm in hoc volumine circa Sacramentum ordinis, tùm in alijs circa reliqua Sacramenta, præparato animo, atque intellectu sint Lectores ad intelligendum procliuiores. Hæc enim quãtum ad vniuersa diuersorium istud tangentia conducant, facilè erit animaduertere si quisquam illa attentè considerabit. Quam rem dum paucis attingo, quæso Patres amplissimi, omnesq; alij beneuoli Lectores diligenter attendite.

SVMMARIA.

Sacramẽti nomen apud profanos Auctores, quomodo explicetur, tùm apud Cæsarei, tùm Pontificij iuris peritos, & quomodo in sacris literis, tùm præsertim apud latinos Patres num. 1.

Sacramenti nomen minus latinum est nu. 2.

Sacramenti definitio nu. 3.

Sacramenta nouæ legis, quot sunt nu. 4.

Quauè ratione, septem sint constituta Sacramenta nu. 5.

Sacramenta an cõuenienter iuxta præscriptum modum sint ordinata nu. 6.

Quod à Domino Iesu Christo fuerint instituta num. 7.

Sacramentorum institutionem non simpliciter necessariam fuisse nu. 8.

Causæ institutionis Sacramentorum, quot referant scribentes nu 9.

Sacra-

Sacramentorum alia neceſſitatis ſunt, cętera voluntatis nu.10.
Neceſſarium reſpectu finis bifariam conſideratur nu.11.
Solus baptiſmus eſt Sacramentum ſimpliciter neceſſarium nu.12.
Sanctificatio materia in ſacramentis neceſſitatis,requiritur ad ſolemnitatem,in cæteris verò ad ſolemnitatem, & neceſſitatem nu.13.
Sacramenta non ſunt inter ſe paria, ſed aliud alio præſtantius cernitur nu.14.
Baptiſmus eſt ianua Sacramentorum nu.15.
In baptiſmo plena fit remiſſio peccatorum n.16.
Confirmationis ſacramentum temporibus Apoſtolorum, non niſi ab eiſdem Apoſtolis peractum eſſe ſcitur nu.17.
Illud conficere, & conferre, alij quàm Epiſcopi non poſſunt nu.18.
Conſuetudine acquiri non poteſt,vt qui non eſt Epiſcopus confirmet nu.19.
Papa poteſt ſimplici ſacerdoti concedere auctoritatem confirmandi, non autem laico, aut etiam Diacono quamuis Cardinali nu.20.
Papa vtrum committere valeat ſacerdoti,vt ſacros conferat ordines nu.21.
Ordinis Sacramentum, præter Epiſcopum, nemo iure ordinario confert nu. 22.
Sacramenta initerabilia tantum tria nu.23.
Sacramenta quæ iterabilia non ſunt, nec morte delentur nu. 24.
Ordo ab hæretico collatus quando cenſeatur valide collatus nu.25.
Baptiſmus circumciſioni ſucceſſit nu.26.
Circumciſio iterari nequibat,atque propterea explicatur textus Ioſuæ cap.5. nu.27.
Baptiſmus Ioannis non erat ſacramentum, ſed quaſi quodam ſacramentale diſponens ad ſacramentum Chriſti nu.28.
Chriſtus,quare voluerit baptiſmo Ioannis baptizari nu.29.
Pœna iterantium baptiſmum nu.30.
Baptiſmus quando ſit dandus ſub illa conditione, ſi non es baptizatus nu.31.
Aetatis defectus an excuſet, & quando, in delictis nu.32.
Pœna repetentium cætera duo ſacramenta, non iterabilia nu.33.
Sacramenta iterabilia quatuor ſunt, & quæ ea ſint nu.34.
Eucharistiam ſumere quoties & quomodo,liceat in eadem infirmitate ſub eod. nu.34.
Ius ciuile inhibet matrimonium tertio contrahere nu.35.
Monogamę mulieres apud antiquos corona pudicitiæ coronabantur nu.36.
Mariti animam contriſtari, ex ſecundo matrimonio ab vxore celebrato,demonſtratur multis exemplis nu.37.
Exemplum hominis cuiuſdam ex citeriore Hiſpania tricies in die vxorem cognoſcẽtis n.38.
Philippus II. Auſtrius,quater matrimonium contraxit, & cum quibus, quoſque ex eis liberos habuerit nu.39.
Eiuſdem ſereniſſimi Philippi refertur interitus num.40.
Ipſiuſmet laudes aliquæ recenſentur nu.41.
Philippi III. Auſtriaci præconia nu.42.
Matrimonium poſſe repeti quonam modo ſit intelligendum nu.43.
Vxor ob fornicationem licitè dimittitur nu.44.
Vxori dimiſſæ ob fornicationem de lege Moſaica,non licebat, quo ad Deum, alteri nubere, viro adiuuente, tametſi in foro exteriori nubere potuiſſet nu.45.
Repetentem matrimonium nondum diſſolutum morte alterius,punit Eccleſiaſticus nu.46.
Refertur condemnatio per ſummam Inquiſitionem facta aliquorum,qui nondum mortua vxore cum alijs contraxerant nu.47.
Ratio cur vetitum ſit contrahere matrimonia, vtroque coniuge adhuc viuente nu. 48.
Lex Valentiniana tãquam impia notatur, permittens duas ſimul habere vxores nu.49.
Matrimonium celebratum abſque conſenſu Parochi,illo tamen præſente an validum ſit poſt Concilium Tridentinum nu.50.
Materia & forma matrimonij,quæ ſint,quique miniſter nu.51.
Sponſus ſit,nè quandoq; cogendus ad matrimonium contrahendum,cum diſtinctione,declarationibus,& cauſis nu.52.
Abſolui inuitus,an quis poſſit ab excommunicatione nu.53.
Cauſæ recenſentur multæ ex quibus excuſatur ſponſus ne contrahere matrimonium teneatur,atquè ad illud cogatur eod nu.53.
Mari non eſt vetitum, etiam ſtatim poſt vxoris obitum,aliàs inire nuptias nu.54.
Vir negotijs domus vacare debet nu.55.
Fœmina de tempore Romanorum nephas erat contrahere ſecundas nuptias,infra ſemeſtre tempus ab obitu mariti, quid tamen de iure ciuili,& canonico nu. 56.
Pœnas à iure ciuili ad fauorem filiorum impoſitas contra ſecundò nubentes,ius canonicum non reuocat nu.57.
Mulier prohibetur etiam poſt ius canonicum ſecundò nubere tàm properè, ſi poſſit ſequi incertitudo cuiuſnam ſit partus nu.58.
Plures ſimul habere vxores, quo tempore vetitum non fuerit nu. 59.
Vxoribus verò,nunquam licuit plures ſimul habere viros nu.60.
Lege Moſaica permiſſum eſt dare libellam repudij nu.61.
Moiſis lex permittens dare libellum repudij, à

peccato non excusabat nu.62.
Spurius Carbilius primum Romæ diuortium fecit, & introductum diuortium nu.63.
Iura ciuilia diuortium permiserunt, & alia contrahere matrimonia nu.64.
Ius canonicum, tantum ob fornicationem diuortium, quo ad thorum concedit nu 65.
Diuortio facto Iudicis auctoritate ob causam fornicationis, an liceat tùm viro, tùm mulieri ingredi religionem aliquam, altero coniuge inuito nu.66.
Marito an permittatur mulierem vim passam accusare de adulterio nu.67.
Vxor an teneatur illicò notificare viro suo exposcentem inhonesta ab ipsa nu.68.
Mulierē culpa sua oppressam, accusare de adulterio an liceat viro nu. 69.
Matrimonium ratum soluitur dispensatione Papæ nu.70.
Item per ingressum Religionis alterius coniugum nu 71.
Exempla Macharij, Alexij, & Theclæ referuntur nu.72.
Soluitur etiam matrimonium ratum per professionem militaris ordinis S. Ioannis nu.73.
Atque etiam si in domo manens voueat obseruantiam alicuius Regulæ nu.74.
Matrimonium dicitur etiam ratum, cum vir penetrauit claustra pudoris, & corrupit spōsam, sed semen non emisit nu.75.
Affinitas non dicitur contracta cum vir penetrauit claustra, & sponsam violauit, non tamen semen emisit nu.76.
Matrimonium dissolui non potest per Religionis ingressum tametsi consumatum non dicatur, cum vir tantum corrupit, sed non emisit nu.77.
Matrimonium ratum dissoluitur quoque propter impotentiam coeundi nu.78.
Sed ordinis sacri susceptione non soluitur n.79.
Si vxor adulterauit, liceat nè viro assumere sacros ordines illa inuita n.80.
Neque per vitam heremiticam dissoluatur adnectitur nu.81.
Matrimonium consumatum Religionis professione non dissoluitur nu.82.
Neque dispensatione Papali sub eod. nu.82.
An mulieri per vim cognita à viro, liceat regularem vitam profiteri nu.83.
Referuntur sanctarum Agnetis, & Luciæ præclara responsa nu 84.
Ecclesia non iudicat de occultis nu.85.
Cum ignoratur, an affuerit copula inter virum, & vxorem, cuius standum sit dicto nu.86.
Quot numerus matronarum sit adhibendus ad cognoscendam mulieris deflorationem nu 87.
Matrimonium morte dissoluitur, & resurgens non repetit superstitem nu.88.
Benedictio nuptialis prohibetur secundo fieri num.89.
Pœna sacerdotis iterantis benedictionem nuptialem nu.90.
Coniuges matrimonium consumantes ante benedictionem sacerdotalem, non vtique mortaliter peccant nu 91.
Sacramenta in duobus consistunt nu.92.
Tria requiruntur ad substantiam sacramentorum nu. 93.
Ministro conferenti sacramenta, tria pernecessaria esse nu.94
Intentio actualis in ministro non exigitur, sed virtualis requiritur nu 95.
Baptismum conferre simulans an conferat n 96.
Puer in vtero matris existens, an possit baptizari nu.97.
An etiam baptizari possit ille, cuius non integrum corpus natum est, sed pars aliqua n.98.
Intentio suscipientis sacramentum, an requiratur nu. 99.
Sacramenta publicis peccatoribus non conferenda nu.100.
Ea suscipiens si in peccato est, grauiter peccat, præterquam si ordines minores nu. 101.
Sacramenta ministrans in peccato, non sine peccato graui facit nu. 102.
Sacramenta ab hæreticis, alijsq; præcisis ab Ecclesia, nemo debet suscipere nu.103.
Hæretici, aliјq; præcisi, si conferre, & conficere Sacramenta audeant, & Ecclesiæ formam seruent, vera conficiunt sacramenta, ac recipientes, verùm quidem recipiunt sacramentum, sed peccarent si scienter nu. 104.
Ordinatus a præcisis ab Ecclesia nè dum characterem recipit, sed executionem si ignoranter nu.105.
Dispensatio hodie requiritur ab Episcopo concedenda, vt ignoranter ordinatus à præcisis, possit susceptum ab eis ordinem exequi n.106.
Degradatus consecrat, si id facere audeat nu. 107.
Sacramentum pœnitentiæ, hæretici, nèc conferre possunt, nèc si absoluere audeant tenet absolutio, & tale Sacramentum non dicitur collatum nu.108.
Ratio diuersitatis quare hæretici seruantes formam Ecclesiæ in omnibus Sacramentis ea conferant, excepto Sacramento pœnitentiæ nu.109.
Sacramentum pœnitentiæ hæretici an saltem possint conferre constituto in articulo necessitatis nu.110.
Laici baptismum in necessitate licite conferunt nu.111.
Peccata vtrum liceat in necessitate confiteri laicis nu.112.
Sacramenta omnia conferunt catholici, hanc re-

tinen-

ſtituter ſanctitatem, quamuis peccatores nu. 113.

Sacramenta nouæ legis, excellentiora ſunt Sacramentis veteris legis nu. 114.

Differentia inter baptiſmum, & circumciſionem remiſſiuè tangitur nu. 115.

De Sacramentis in genere. Rubr. I.

PRincipio Sacramenti nomen, á profanis aliter acceptum
1 eſſe, quám á ſacris ſcriptoribus conſtat apertè, dùm alij auctores ſacramenti nomine obligationem illam ſignificari voluerint, cum iurati aliquo ſeruitutis vinculo obſtringimur, atque hæc frequentiſſima huius vocabuli ſignificatio, apud illos videtur fuiſſe, vt ex Ciceronis creberrimis exemplis in orat. pro Milone, pro Cecinna, pro domo ſua, in lib. de orat. atque alibi, apparet; proptereaq; iuſiurandum, quo ſe milites fidelem operam Reipublicæ præſtaturos pollicentur, ſacramentum militare dictum eſt, vt ex cathecheſi Romana, ex decreto Concilij Tridẽtini edita, docemur in rubr. de ſacram. in princip. atque ex Vegetio lib. 2. de re milit. & Varrone lib. 4. de lingua latina: Quinimò & ipſi milites olim, ex hac re ſacramentarij nuncupabantur, vt apud eundem Ciceronem, & Liuium permulta ſunt teſtimonia, & à militibus Duci fiebat, atque pollicibus eleuatis, gladijs ſtrictis, ceruicibusq; admotis perficiebatur, teſte Liuio, Pollibio, Vegetio, & Nonio Marcello, quos citat Petr. Greg. Tholoſ. lib. 19. ſyntag. iur. vniuerſ. cap. 4. nu. 2. Hoc autem ſacramenti nomine Iuriſconſulti quoque, vt iuramentum ſignificarent, vſi fuerunt, dum ſacramenta puberum (ideſt iuramenta puberum) ſpontè facta ſuper contractibus rerum ſuarum, non retractandis inuiolabiliter cuſtodiri mandarunt, in l. 2. C. ſi aduerſ. vendit. & ſi inter Dominum, & vaſſallum lis oriatur de inueſtitura feudi, Domino ſcilicet inueſtituram ſe feciſſe negante, ſi teſtibus res probari non poterit, poſſeſſoris Sacramento res decidatur ſtatuitur, in cap. 1. ſi de inueſtit. inter Domin. & vaſſall. lis oriat. in vſib. feud. ac ſubinde ad ius canonicum eadẽ peruenit ſignificatio ex Concilio, namq; Hilerdenſi præcipitur in cap. qui Sacramento 22. q. 4. vt qui ſacramento (ideſt iuramento) ſe obligauerit, vt litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro illicito iuramento, vno anno à communione corporis, & ſanguinis Domini ſegregatus reatum ſuum eleemoſynis, fletibusq; & quantis potuerit ieiunijs abſoluat, huic conſimilis eſt text. in cap. paruuli 22. q. 5. illo met nomine vtens.

Apud latinos verò Patres, qui res diuinas ſcriptis tradidere, Sacramenti nomen, rem ſacram, quæ in occulto latet declarat; ad quam rem ſignificandam Græci, myſterij vocabulo vſi ſunt, vt Iob 12. legitur, vbi Sacramentũ Regis abſcondere bonum eſt, & ad Epheſ. 1. vt notum faceret ſacramentum voluntatis ſuæ, & 1. Thim. 3. manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum; idem nomen hoc modo ſumptum, ſcriptum eſt ad Epheſ. 5. Sapient. 2. & Apocal. 17. quibus in locis, ita conuerterunt interpretes; Græci namq; auctores non Sacramenti, ſed myſterij vocabulo in eiſdem textibus vſi ſunt, atque ita myſterium Regis abſcondere bonum eſt, vt legunt Boer. in tract. de auctorit. magni conſilij nu. 155. & Vrſill. ad Afflict. deciſ. 265. nu. 85. pariter græca ſcriptura dicit, vt notum faceret myſterium voluntatis ſuæ, ac deinceps, vt admonet Sot. libr. 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 1. verſ. ad cuius; Myſterij ſi quidem vox ſecretum indicat, teſte Cicerone de orat. dicente, hoc tacitum, tanquam myſterium teneas, & rurſus in lib. Academ. quæſt. quæ ſunt, tandem iſta myſteria, cur celatis?

Frequentiſſimè autem apud eoſdem Patres Sacramentum dicitur ſacræ rei ſignum, quod eius ſimilitudinem gerit, cuius ſignum eſt; idq; dupliciter contingit ex Nauar. in ſumm. cap. 22. nu. 1. nam alterum eſt ſignum tantum ſignificans cap. ſignum de conſecrat. diſt. 2. cuiuſmodi ſunt ſigna, & figuræ veteris teſtamenti, quæ Sacramenta appellantur, idq; familiare eſt Patribus, vt aſſerit Enchirid. ex decreto Concil. Prouinc. Colon. edit. ſub rubr. de Sacram. & ita ea nominat Auguſt. contra Fauſtum Manich. libr. 96. cap. 13. dúm ait, Sacramenta quæ obſeruabantur ex lege prænunciatiua, tantum fuiſſe Chriſti venturi, hęcq; tantum ſignificabant gratiam, per ea quæ fuſius ſcribam inferius verſ. final. Alterum ſignum ſignificans, & faciens rem ſignificatam, quo modo acceptum vocabulum ad rem noſtram pertinet; Patres autem ad demonſtrãdum peculiariter Sacramenta nouæ legis, ad hoc ipſum potiſſimum incubuerunt; in qua quidem ſignificatione apud Ethnicos non modo nõ reperitur ſumptum, (quia neque res ipſa Sacramenti innotuerat,) verùm ne hoc quidem modo in ſacris literis nominatur, cum proprio, & ſingulari nomine nuncupentur in eis, nempè baptiſmus, confirmatio, peccatorum remiſſio, vnctio, &c. Quinimò Dionyſij interpres dum generatim ea nominat, non Sacramenta, at Symbola (græcè) appellat; Sacra-
2 menti namq; nomen minus latinum eſt; quare latini nos redarguunt cur tali vtamur vocabulo; verùm quia minimè debet nobis vitio dari, ſi nouis inuentis rebus, noua adaptamus nomina, teſte Cicerone lib. 1. Academ. quæſt. & lib. 3. de finib. ideò D. Hieronym. Auguſtin. & Lactant. lib. 3. de vera Sapientia cap. 26. & lib. 4. cap. 22. & Tertull. lib. 1. aduerſ. Marcion. non abhorrent ab hoc nomine (Sacramentum) in hac noſtra ſignificatione, in qua catholica Eccleſia pro ſeptem Sacramentis recepit Henriqu. lib. 1. ſumm. theol. moral. cap. 2. §. 3. nam ſi dicuntur ſymbola, hoc eſt, latentis gratię indicia, cur non, & Sacramenta? vt ſcribit Sot. in 4. ſentent. diſt. 1. art. 1. verſ. tertia demum ſignificatio. Huic tandem ſignificationi rectè accomodari vocem Sacramenti probat doctiſſimus ille vir, & religioſiſſimus Robert. Bellarm. lib. 1. de Sacram. in genere cap. 7. & 8.

Ad hunc ergo modum ſumpto vocabulo inprimis fari conſtituo de ſanctiſſimis Eccleſiæ Sacramentis, admonitus verbis œcumenici Tridentini Concilij ſeſſ. 7. in decreto de reformat. quod per

illa, omnis vera iustitia, vel incipit, vel cœpta auge-
tur, vel amissa reparatur, Sacramentum itaq; ita
acceptum diuersimodè definiunt Doctores, quo-
rũ varijs, ac permultis definitionibus omissis, eam
3 amplexor quam D. August. lib. 10. de Ciuitate Dei
cap. 5. tradidit, quod sit sacræ rei signum sanctifi-
cantis nos, aut alijs verbis; in eandem tamen sentẽ-
tiam dixit, est inuisibilis gratiæ, visibile signum,
quam relatam habemus in cap. sacrificium de con-
secr. dist. 2. sequitur D. Thom. 3. par. q. 60. art. 1. &
2. & in 4. sentent. dist. 1. q. 1. art. 1. cæteriq; Doctores
Scholastici, hancq; definitionem esse in vniuersum
Patribus receptissimam. ait Thom. Vualdens. de
Sacram. cap. 20. tom. 2. & Sot. in eod. 4. lib. sent. dist.
1. q. 1. art. 2. vers. vnde ad argumenta proposita,
eandem quoque commendat cathechef. Roman.
alleg. rubr. de Sacram. §. verum, ibiq; singulas defi-
nitionis partes interpretatur.

Hęc autem nouæ legis Sacramenta sunt septem,
4 nempè Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eu-
charistia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium
ex glos. 1. & notab. in cap. veniens de transact. iuxta
communem Theologorum sententiam in 4. sent.
& Canonistarum in rubr. de Sacram. non iterand.
probatam prius per Concil. Florent. sub Eugenio
IV. in materia Sacramentorum in princ. & Con-
stantiense sess. 15. demumq; per Trident. cap. 1. sess.
7. de Sacrament. hisce verbis, si quis dixerit, Sacra-
menta nouæ legis esse plura, vel pauciora quam
septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem,
Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionẽ,
Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod ho-
rum septem, non esse verè, & propriè Sacramen-
tum, anathema sit; cuius aliorumq; textuum au-
ctoritate damnata remanet glosæ sententia in cap.
3. vers. iterari de secund. nupt. asserentis extremam
vnctionem, non Sacramentum, sed orationem esse
super hominem morientem, necnon alterius glosæ
confutatur opinio, dicentis in cap. 1. de consecr. dist.
5. Confirmationem esse vltimum Sacramentum
inter alia Sacramenta necessitatis, præter vnctio-
nem infirmorum, quæ non ita propriè dicitur Sa-
cramentum, & proprius istarum glosarum dictum
aperté respuit idem Concil. Trident. in cap. 1. sess.
14. sub rubr. de Sacram. extremæ vnction.

Sed quod isthæc Sacramenta, sint numero septẽ,
5 nec plura, nec pauciora, iustissimis probatur ratio-
nibus; quarum duas nos docet D. Thom. 3. par.
summ. q. 65. art. 1. in med. Aliam verò colligimus
ex sacris canonibus, scilicèt ea septem constituta
fuisse, ad instar septem diuersitatum hominum in
Ecclesia; quorum primus status est, intrantium,
eisq; competit baptismus cap. præter hoc §. porrò
32. distin. Secundus est pugnantium, quibus datur
confirmatio; quandoquidem in baptismo ablui-
mur, post baptismum roboramur, ex text. in cap.
Spiritus sanctus de consecrat. dist. 5. tertius est pro-
gredientium, eisq; ministratur Eucharistia, quod
& viaticum dicitur in cap. qui recedunt, & cap. de
his 26. q. 6. quartus est redeuntium, scilicet per pœ-
nitentiam, quintus est exeuntium status, illisq; ex-
trema vnctio conceditur, sextus est ministrãtium,
vt qui ordinibus sunt insigniti; nouissimus autem,
est nouos introducentium militesidq; petissimum
matrimonio fit; aliam huic consonam rationem

scripsit cathechesis Romana in rubr. de Sacram. §.
sequitur, vt Sacramentorum etiam numerus.

Quærenti autem, an huiusmodi Sacramenta
6 conuenienter iuxta prædictum, ordinentur modũ?
satisfacit responsio D. Thom. affirmatiua in 3. par.
summ. q. 65. artic. 2. cui sententiæ haud refragatur
(inter alias) oppositio desumpta ex verbis Aposto-
li 1. Corinth. cap. 15. ibi, non prius, quod spirituale
est, sed quod Animale; deinde quod spirituale, ex
cuius conclusione consequentia nasci videtur, ma-
trimonium præponi debuisse baptismo; siquidem
per illud constat hominem generari, prima gene-
ratione animali, & per baptismum regenerari se-
cunda, & sic spirituali; hæret namq; rationabili in-
tellectui, ratio confirmans matrimonium iustè in-
ter Sacramenta infimo loco connumeratum; nam
licet ordinetur ad animalem vitam, & non imme-
ritò sit naturæ officium; quia tamen habet aliquid
spiritualitatis est Sacramẽtum; sed cum minimum
habeat de spiritualitate, & minus participet de ra-
tione spiritualis vitæ, meritò ponitur vltimum in-
ter Sacramẽta, & roboratur; nam quemadmodum
vnum prius est, quàm multitudo, ita Sacramenta
ordinata ad perfectionem vnius personæ naturali-
ter, (cuiusmodi sunt quinque prima Sacramenta)
præcedunt ea, quæ ad perfectionem multitudinis
sunt ordinata, cuiusmodi sunt, ordo, & matrimo-
nium; eaq; propterea optima ratione nouissimè
posita.

Instituta veró hæc septem Sacramenta á Iesu
7 Christo D. N. fuerunt, qui autem contrarium di-
ceret, anathema pronunciatur in cap. 1. Sac. Con-
cil. Trid. sess. 7. de Sacram. quorum & si non omnia
tradita in sacris literis inueniantur; nihilominus, ea
habet Ecclesia ex familiari traditione Apostolorũ,
vt annotauit Viguer. cap. 16. vers. 8. in fin. nec ad-
mittenda est consequentia à nonnullis falso facta,
quod. s. Sacramenta in Euangelijs non scripta, ne-
quaquam fuerint à Christo instituta: istorum pra-
uam hanc sententiam reijcit Argent. lib. 4. sentent.
dist. 23. art. 2. concl. 1. vers. ad secundum; & acriter
aduersus illos vrgent verba Ioannis Apostoli cap.
vlt. nempè sunt autem; & alia multa, quæ fecit Ie-
sus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbi-
tror mundum capere eos, qui scribendi sunt libros
eaq; recitat August. serm. 44. de verbis Domini, &
Ecclesia recitat Dominica 15. post Pentecostem
lection. 8.

Absolutè verò necessaria non vtiq; fuit eorum
8 institutio, vt sinè ipsis quisquam seruari nequisset,
vt nos admonet glos. in cap. institutio de consecrat.
distin. 2. & Viguer. cap. 16. vers. 9. & est communis
Theologorum sententia, vt affirmat Ioseph. An-
gles. in Flore theol. quæst. super 4. sent. par. 1. q. 2. de
instit. art. 1. & nouissimè Illustriss. Cardin. Bellarm.
lib. 1. de Sacram. in genere cap. 22. vers. si igitur, non
etenim erat abbreuiata manus Domini, vt aliter
saluare non valuisset Esa. 59. sed fuit profectò ne-
cessaria, necessitate conuenientiæ, tametsi nec hæri-
ci theologi, putauerint eam necessariam fuisse, ne-
cessitate consequentiæ, quia sic Deus ordinauerat,
quorum sententiam refellunt Gabriel in 4. sent. di-
stinct. 1. q. 2. & Sot. ead. dist. q. 2. art. 1.

Causas verò institutionis Sacramentorum plu-
9 res referunt scribentes, D. Thomas enim in 3. par.

summ.

ſumm.q.61.art.1.tres affert; aliàs item tres, gloſ.in nuper citato cap. inſtitutio; aliàs autem duas ponit Enchir. Colonien. rubr. de Sacram. §. verum el 2. & Sot.in 4.diſt.1.q.2.art.1. eos videto, & ſatis ſit in præſentia eam dumtaxat reſcribere rationem, quam Florentinum Concilium docuit, dúm de Sacramentis loquens in princ.dixit, quod per baptiſmum ſpiritualiter renaſcimur, per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide; renati autem, & roborati nutrimur diuina Euchariſtiæ alimonia; quod ſi per peccatum, ægritudinem incurrimus Animæ, per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur, ac ſpiritualiter etiam, & corporaliter, (prout animæ expedit) per extremã vnctionem; per ordinem verò Eccleſia gubernatur, atque per matrimonium corporaliter augetur; propterea, vt iſthæc omnia perficiantur, Sacramentorum inſtitutio iuſta fuit, iuſtiſq; de cauſis introducta.

10 Ipſa autem Sacramenta ſic inſtituta, dupliciter conſiderantur, ſcilicèt, quod alia neceſſitatis, alia voluntatis ſint, per cap. remiſſionem §. ſed notandum 1.q.1.& gloſ.in cap.veniens de tranſact. Abb. in cap.quãto nu.4.de conſuet. quæ diſtinctio complectitur ſanè aliam gloſæ diuiſionem in cap. ſi iuſtus in fin.1.q.1.quod ſint neceſſitatis, & dignitatis, ſiquidem ea, quæ dignitatis ſunt, vel voluntatis, vel neceſſitatis ſunt, vt fuſius conſtabit inferius.

Sacramenta neceſſitatis quinque ſunt, iuxta diuiſionem Iuriſtarum, vt dicit Palud.in 4. ſent. diſt. 9. nempè Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, & Extrema vnctio; cætera duo, ſcilicèt, Ordo, & Matrimonium ſunt voluntatis per gloſ.1.in alleg.cap. veniens, & peculiares ſunt textus id probantes in vnoquoque Sacramento; de Baptiſmo namq; loquẽs, id probat text.in cap.nullus præter de conſecrat.diſt.4. De confirmatione text. in cap. nullus miniſtrorum, adducta diſtinct. De Euchariſtia text.in cap. omnis chriſtianus de conſecr. diſt. 1. & cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit.& remiſſ. De extrema vnctione text.in cap. 1. 26.q.7. ac de pœnitentia text. in cap. non poteſt de pœnit.diſtin. 1. quia ſunt ex præcepto pro loco, aliàs ſponte omittens baptiſmum, & pœnitentiam, non ſaluatur, quod ſi alia volũtariè omitteret, peccaret tantum mortaliter, vt collegi ex his, quę ſcribit Syluest. verbo Sacramentum verſ.tertium, aut dicendum, quod in adulto, omnia quinque illa Sacramenta requiruntur, ſaltem in interiori, aut in corde, vt dicit Archidiac.in cap.remiſſionem nu.5. in fin.1.q.1.aliàs non ſaluatur. De voluntarijs autem loquitur text.in cap.vbi iſta 74.diſtin. qui Epiſcopum, vel Presbyterum, aut Diaconum inuitum facere prohibet, ex quo ſeligitur conſequentia ordines eſſe voluntatis, quemadmodum & de matrimonio idem patet in cap. vbi non eſt 30. q.2. ſcilicèt reſpectu perſonarum particularium, quas neque ordo, neque matrimonium obligat ad ſuſcipiendum, tametſi reſpectu Eccleſiæ in communi ſint, & illa neceſſaria, vt Henrichez, & Toletus inquiunt relatis in locis.

Sed quis, ferro ſibi viam aperit, qui per contraria tranſit, vt inquit Bald. in l. petens C. de pactis, quem refert Afflict in deciſ.150.nu.3. non mirum ſi, vt prædictarum diſtinctionũ, veritas magis fulgeat, oppoſitio iuſtè fiat, qua videtur probari, omnia ſeptem Sacramenta eſſe neceſſitatis, nam cap. 4.Concil.Trid.ſeſſ.7. de Sacram. definiuit, quod ſi quis dixerit Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis, aut eorum voto, homines per ſolam fidem gratiam iuſtificationis adipiſci, anathema ſit.

Quinimò è contra videtur argumentari poſſe, ne dum omnia minimè eſſe neceſſaria, verùm nec illa quinque, neque baptiſmus ipſe, nam licet pueri ſolo baptiſmo ſalutem conſequantur; adulti verò, quandoq; ſuæ ipſorum ſaluti cõſulant, tametſi non baptizati, vt probat D.Thom. 3. par. ſumm.q.68. art.2.ex verbis D.Ambroſij in lib.de obitu Valent. lib.5.epiſt.54.tom.3.aſſerentis, qui cathechumenus mortuus fuit, quem regeneraturus eram amiſi, veruntamen ille, gratiam quam popoſcit non amiſit.

Sed rectè intuenti placebit, hæc minimè aduerſari; primumq; argumentum, haud probare; omnia ſeptem Sacramẽta dici neceſſaria, nec alterum conuincere, aliud dictum, ſcilicet nulla eſſe neceſſaria; ſiquidem textui Concilij vera datur reſponſio, ex ipſiuſmet Concilij verbis deſumpta, non omnia ſingulis eſſe neceſſaria, & ſic omnia vnicuique, ſed genericè omnia neceſſaria eſſe, non negat.

11 Altera præterea, & conſentanea eſt reſponſio, quod neceſſarium reſpectu finis, de quo nos verba facimus duplex eſt, ex authoritate D.Thomæ in 3.par. ſumm. q.65. art.4. & Summ.Corona cap.1. nu.97. verſ.primum, vno enim modo, ſine quo non poteſt haberi finis, veluti cibus humanę vitę, qui eſt ſimpliciter neceſſarius ad finem; altero verò, ſine quo non poteſt haberi finis, ita cõuenienter, quemadmodum equus ad iter, ſine quo poterit ſanè quis commeare, ac pedibus ire, maximè ſi benè valeat.

Primo modo, & ſimpliciter neceſſaria dicuntur tria Sacramenta, ſcilicèt baptiſmus, pœnitentia, atque ordo; altero verò, & ſecundo modo, dicuntur neceſſaria cætera Sacramẽta, ex diſtinctione, quam communiter ſectantur Theologi, quamq; refert Syluest. verbo Sacramentum verſ. tertio, melior tamẽ mihi videtur diſtinctio Toleti lib.2. inſtruct. cap.17. nu.4. vt duo Sacramenta comprehendantur ſub primo modo, nempè baptiſmus, & pœnitentia; baptiſmus quidem omnibus, pœnitentia verò lapſis poſt baptiſmum, per peccatum mortale; ſed optima ſanè videtur diſtinctio illa Herichez lib.1.ſumm.theol.moral.cap.4. §.1. prædictis duobus Sacramentis addens tertium, nempè Euchariſtiam, ipſaq; omnia tria ſub primo modo contineri affirmat, eò quod de his tribus explicatur præceptum diuinum, eadem ſerie, & tenore verborum conceptum. De baptiſmo namq; dicitur Ioann. 3. niſi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in Regnum Dei; de pœnitentia verò legitur Lucæ 3. niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis; tandemq; de Euchariſtia reperitur ſcriptum cap.6. Ioann. niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: adde Catecheſim Romanam in rubr.de Sacram. §.illud verò, vbi inquit, ex his Sacramẽtis tria eſſe, quæ tametſi non eadem ratione, tamen præ ceteris neceſſaria dicuntur, nempè baptiſmus, pœnitentia, & ordo.

12 Sed re vera abſolutè, & ſimpliciter loquendo, ſolus

lus baptismus necessarius est ex prædictis; ac præsertim, ex Cathechesi Romana adducto loco, nec aduersatur ratio pro contraria parte adducta supra vers. quinimò nam inibi defuit baptimus in re, non autem in voto, baptizari namq; desiderauit, idq; assecutus vtique fuisset, nisi casus mortis, consilium eius præuenisset, quare nil mirum, si absque actuali baptismo, valuit adipisci incolumitatem animę, atque ideò semper, quod deest facultas baptismi suscipiendi, saltem in voto ille requiritur, & cum adest, sufficit ad salutem D. Thom. 3. par. q. 68. artic. 2. Viguer. cap. 16. vers. 17. Tolet. in summ. lib. 2. cap. 17. post nu. 4. & confirmatur ex Concil. Trid. canone supra citato, dum inquit, sine eis, aut eorum voto. Ratio autē est, quia inuisibiliter baptismus ministratur ei, quem non contemptus Religionis, sed terminus necessitatis excludit cap. ad Apostolicam de Presbyt. non baptiz. cap. baptismi vicem de consecr. dist. 4.

13 Non tamen omittendum esse duxi id annotare in hac re, quod in Sacramentis necessitatis requiritur sanctificatio materiæ ad solemnitatem, atque ideò baptismum aliquando in aqua pura administramus; in alijs verò Sacramentis perfectioris materiæ, non solum illius sanctificatio ad solemnitatem; verùm etiam necessitatem præexigitur, ac propterea in Chrismate, aliisq; oleis cathecumenorum, & infirmorum, non nisi consecrata vtendum est Astensis 1. par. lib. 4. tit. 7. art. 3. Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 6. nu. 8. quare simplici oleo vnctum, oporteret sancto Chrismate iterum linire, vt confirmationem dicatur suscepisse, per cap. 1. & ibi Innoc. de Sacram. non iteran. sed D. Thom. hoc idem, alia tamen distinctione, & ratione determinat in 4. sent. dist. 7. q. 1. art. 2. vers. ad tertiam quæstionem, asseuerans illa Sacramenta exigere materiam sanctificatam, quæ ministrum sibi determinant, vt est confirmatio, non autem ea, quæ non determinant sibi ministrum, nisi quantum ad solemnitatem.

14 Hæc septem Sacramenta, inter se paria nequaquam sunt, eò quod aliud est, alio dignius per cap. 3. Concil. Trid. sess. 7. de Sacram. idq; quatrupliciter contingit secundum glos. in cap. nihil de consecrat. dist. 2. & cap. ecce vers. non debet 95. dist. Eucharistiæ siquidem Sacramentum præstātissimum est, vt Archidiac. affirmat indicato cap. ecce nu. 4. sanctitate enim, & mysteriorum numero, ac magnitudine longè cæteris antecellit, catechesis Romana rubr. de Sacram. §. illud, & suffragatur text. in cap. multi §. Sacramentum 1. q. 1. quia in sacrificijs nihil maius esse potest, quàm corpus, & sanguis Christi; nec vlla oblatio, hac potior est, sed ipsa omnibus antecellit cap. nihil de consecr. dist. 2. ideoq; Sacramētum, sacramentorum illud nominat Dionysius cap. 5. Ecclesiast. Hierarch. & à reliquis græcis Patribus magna quidem ratione, teleta teletorum, hoc est mysterium mysteriorum, appellatum est, teste Ludou. Maiorano in suo Clypeo militant. eccles. lib. 3. cap. 13. & simpliciter loquendo illud esse inter alia potissimū constat ex D. Thom. 3. par. q. 65. art. 3. in medio, Viguer. cap. 16. vers. 17. quod triplici ratione, ipsimet confirmant.

15 Aliorum verò Sacramentorum inuicem ratio multiplex esse potest, ratione etenim necessitatis, & efficaciæ, baptismus est dignius Sacramentum, quia ianua est aliorum cap. veniens de Presbyt. non

16 baptiz. cap. nullus de pœnit. dist. 7. & quia in ipso plena fit remissio peccatorum cap. non ex quo de consecrat. dist. 4. scilicet omnis culpæ originalis, & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur; propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda est satisfactio, & morientes antequam nouam contrahant culpam, statim ad Cœlorum Regnum, Deiq; visionem perueniunt, ex Concil. Florent. rubr. de Sacram. baptism. §. fin. exinde legimus in cap. per aquam baptismi de cōsecr. dist. 4. & tangit cap. 13. Concil. Trident. sess. 6. quod per baptismum de terrenis ad cœlestia fit transitus; nam regenerante spiritu, non solum originalium, verùm etiam voluntariorum fit remissio peccatorum cap. regenerante de consecr. dist. 4.

Ratione autem significationis, Matrimonium potissimum esse, assensu omnium censetur, nam significat conformitatem consistentem in carne inter Christum, & Ecclesiam, cap. debitum de bigam. cap. acutius 36. dist.

At confirmationis Sacramentum pro ministri qualitate, potius iudicatur, & propterea summa tenendum veneratione, ex quo ab alijs, nec confer-

17 ri potest, præterquam á summis Sacerdotibus; & Apostolorum temporibus, ab alijs quàm ab ijsdem Apostolis nescitur, nec legitur peractū esse; ideoq;

18 ab eorū locum tenentibus Episcopis perfici dumtaxat fas est; quod si aliter quis ausus fuerit irritum habebitur, & vacuum, nec inter Ecclesiastica reputabitur Sacramenta cap. manus, & cap. nouissime de consecr. dist. 5. & cap. quanto de consuet. hac de causa in actib. Apost. cap. 8. legimus, quod cum Samariæ gentes, credidissent Philippo euangelizanti de Regno Dei, in nomine Iesu Christi baptizabātur viri, ac mulieres, cumq; audissent Apostoli, qui erant Ierosolomis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem, qui cum venissent orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum; nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu; tunc imponebant manus super illos, & accipiebāt Spiritum sanctum, ex cuius textus verbis, conclusio seligitur, Apostolos cōfirmasse baptizatos à Philippo, qui illos ab Apostolis confirmandos reliquerit, vt dicit D. Thom. in 4. sent. dist. 7. q. vnic. in secundo scripto, ex quo apparet quidem iure optimo scripsisse Melchiadem Papam; quod sicut à Summis Pontificibus solum fieri potest, non à minoribus, ita maiori veneratione tenendum in cap. de his de consecr. dist. 5.

19 Consuetudine propterea acquiri non potest facultas hoc Sacramentum conferendi, adeò quod si eius vigore auderet aliquis illud cōferre, nihil profecto ageret; illudq; collatum non foret, tametsi vmbra quædam ostendatur in opere, quia veritas non subest in effectu ex cap. quanto de consuet.

20 Summus tamen Pontifex vtique posset simplici sacerdoti concedere facultatem confirmandi, Diu. Thom. in supplem. ad 3. par. q. 38. art. 1. ad tertium argum. Argent. in 4. sent. dist. 7. art. 3. vers. 2. ibiq; Sot. q. vnic. art. 11. ad 4. argum. & dist. 25. q. 1. art. 1. ad 2. Hostiens. in cap. quanto nu. 2. de consuet. inibiq; Innoc. nu. 2. Anchar. sub nu. 4. Cardin. Florent. nu. 6. Butr. sub nu. 13. Imola num. 7. & post longam dispu-

diſputationem, ita inibi cõcludit Collectarius nu. 6. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 10. num. 13. verſ. ex quibus omnibus, & communem eſſe opinionem adiũgit idem Collectarius, atque è modernioribus eruditiſſimus Azzorius in 2. par. inſtitut. moral. lib. 5. cap. 1. verſ. ſexto quæritur, cum ſequenti (in eo ſiquidem libro tractatio omnis explicitur, quid poſſit Romanus Pontifex circa Sacraméta Eccleſiæ,) & legimus Gregorium Papam ita ſeruaſſe in cap. peruenit 95. diſt. & meminit D. Thom. in 4. ſentēt. diſt. 7. q. vnic. art. 5. in 2. ſcripto; neutiquam verò laico eandem poſſet dare poteſtatem Pontifex, Argent. loc. cit. in fin. & diſt. 25. art. 1. concl. 2. & communior videtur opinio, vt dicit Abb. in eod. cap. quanto nu. 8. neque Diacono, etiam Cardin. Henrichez lib. 10. cap. 23. §. 3. tametſi Ant. de Butr. in eod. cap. quanto nu. 15. videatur fateri contrarium, vt id committere poſſit etiam clerico, reſpuendo dictum Compoſtell. qui id affirmat in Presbýtero, per quod videatur negare, vel ſaltem non tutè id fateri in inferioribus; ipſe tamen Butrius ſubdit Innocentium, & alios ſtare cum gloſa, & propterea ipſe ita concludit, quaſi gloſa illic ita concludat, ſed credo eum decipi; namq; gloſa dum ter loquitur de hac re, & hoc quærit, ſemper reſpondet poſſe Papam hoc delegare ſimplici Sacerdoti, ergo nullum verbum de habétibus inferiores ordines; quare apparet Compoſtell. & gloſæ vnam, & eandem eſſe ſententiam, & conſequenter cum ipſe Butr. firmet Innoc. & alios ſequi gloſ. ipſamq; conſtet eandem tenere reſolutionem, quam Compoſt. neceſſario ſequitur omnes concludere (idq; probabile
21 ſit) vt alteri non Sacerdoti, nequeat Pontifex id demandare, ſicuti etiam eodem in textu concludit Henrich. Boic. nu. 2. & Collectarius n. 6. D. Thom. adducto art. 1. ad 3. argum. & in 4. ſent. diſt. 7. q. 3. art. 1. in fin. Turrecrem. in cap. manus 3. de conſecrat. diſt. 5. ſub num. 6. Aſtaſan. lib. 4. tit. 7. art. 6. q. 2. Fr. Ioann. in ſua ſumm. confeſſ. tit. de Sacram. confirm. quæſt. vtrum Papa, & Couar. loc. cit. veluti neque poſſet delegare Sacerdoti, vt ſacros ordines conferret, quod fuſiſſimè ſcripſi in rubr. de tempor. ordin. cap. 2. verſ. maiores; hæc autem de ordinaria poteſtate Papæ dicta intelligantur, de abſoluta verò quia Hoſtienſ. & Henrich. Boic. non audent in præfato cap. quanto, diſputare, equidem multo conuenientius ipſe vermiculus attentè præcauere debeo, ne quid pertingam, niſi quod me in omnibus ſubijciam Iudicio ſanctæ Matris Eccleſiæ.

Hac etiam ex ratione, ordinis Sacramentum di-
22 gnius cenſetur, cum & illud non niſi ab Epiſcopis conferatur, D. Thom. 3. par. q. 65. art. 3. argum. 2. Bonauent. in 4 diſt. 25. art. 1. q. 1. inibiq; Riccard. art. 1. q. 1. Durand. q. 1. nu. 4. & 5. Thom. de Argent. q. 1. art. 1. concl. 1. Pallud. q. 1. art. 2. Gabriel Biel q. 1. art. 2. concl. 1. Guglielm. de Rubeone q. 2. art. 1. concluſ. 1. Dionyſ. Carthuſ. quæſt. 1. §. præterea Soto q. 1. art. 1. concl. 1. Scotus diſt. 24. art. 3. & ead. diſt. Ioan. de Baſſ. q. 1. artic. 2. Ledeſma de Sacram. ordin. difficult. 11. concl. 1. Ioſeph. Angles ſuper 4. ſent. in quæſt. de Sacram. ordin. in 3. art. concluſ. 1. Summ. confeſſ. lib. 3. tit. 22. q. 16. Aſtenſ. lib. 6. tit. 3. art. 1. concluſ. 1. Syluest. ordo 3. nu. 1. Victor. de Sacram. ordin. nu. 236. gloſ. in cap. commiſſionem verſ. neceſſitatem 1. q. 1. quamuis autem minores ordines, etiam non Epiſcopi conferant, quod prolixius declaro in rubr. de tempor. ordin. cap. 2. & dicit Syluest. verbo Sacramentum verſ. primum; illis tamen ex ſpeciali fauore conceditur; ſat namq; eſt, neminem de iure id poſſe, præter Epiſcopum, ideoq; Catecheſ. Romana in rubr. de Sacram. ordin. §. iam verò in fin. aſſerit, quod quamuis nonnullis permiſſum ſit minores, & non ſacros ordines interdum adminiſtrare, tamen quin hoc præcipuum Epiſcopi ſit munus, nemo dubitat, atque ideó iuſtè dicitur Epiſcopum eſſe huius ſacramenti miniſtrum, cum ad ipſum de iure ea adminiſtratio pertineat, & ordinaria poteſtate, quamuis alij quandoq; ex generali, ſeu ſpeciali facultate, vel cõſuetudine ſoleant minores tantum dare ordines, prout inquiunt etiam Ricchard. in 4. diſt. 25. art. 1. q. 1. & Thom. de Argent. q. 1. art. 1. concl. 1. quod ſacrarum literarum auctoritate, certiſſima traditione; omnium Patrum teſtimonio; Conciliorum decretis, ſanctæ Eccleſiæ vſu, & conſuetudine, facilè erit comprobare.

Tandem Sacramenta pœnitentiæ, & extremæ vnctionis, inferioris gradus à prædictis eſſe, quiſque fatetur; ordinantur etenim ad vitam chriſtianam, non per ſe, at quaſi per accidens, ſcilicet in remedium ſuperuenientis defectus; inter ſe tamen, pœnitentia eſt maioris neceſſitatis; extrema verò vnctio maioris perfectionis; D. Thom. 3. par. q. 65. art. 3. in medio.

Hanc verò hactenus copioſè enarratam Sacramentorum quadruplicem differentiam, ſub paucis reſtrinxere verbis Doctores omnes, eamq; illis explicarunt carminibus, quæ ſequuntur.

Maius in effectu, baptiſmus, corpus in eſſe.
Coniugium ſigno, maiori chriſma miniſtro.

Horum ſeptem Sacramentorum, quatuor iterari poſſunt, ſed haudquaquam cætera tria; non
23 enim iterabile eſt Sacramẽtum ordinis, cap. Preſbyteri 68. diſtin. item baptiſmi; cap. hi qui, & cap. hanc regulam 1. q. 1. & text. in cap. licet fieri de conſecrat. diſt. 4. qui de ordine, & baptiſmo id probat; Aliud non iterabile eſt, Sacramentum confirmationis, vt ex Concil. Terracon. in cap. dictum de conſecrat. diſt. 5. proinde Gregor. II. de homine à Pontifice denuó confirmato, reſponſum dedit, talem iterationem prohibendam eſſe, in cap. de homine de conſecrat. diſt. 5. illiuſq; meminit Diu. Thom. in 3. par. q. 72. art. 5. verſ. ſed contra; nouiſſimè autem prædicta tria Sacramenta iterari, haud poſſe ſtatuit Concil. Trident. in cap. 9. ſeſſ. 7. de Sacrament.

Rationem autem eam eſſe meditati ſunt ſcribentes, quod in ipſis, caracther imprimitur, qui eſt ſignum indelebile, Argent. in 4. ſent. diſt. 23. art. 4. concl. 2. & Sotus diſt. 7. q. vnic. art. 5. in princ. atque expreſſis verbis Concil. Florent. rubr. de Sacram. §. hæc omnia; Qui verò aſſereret caractherem non imprimi, anathema pronuntiatur per Concil. Trident. adducto cap. 9.

Quod ſi ipſa iterarentur, Sacramento quidem non leuis inferretur iniuria, D. Auguſt. ad Parmen. & habetur in cap. quod quidam, & cap. Sacramenta 1. q. 1. cuius Auguſtini verba exponunt gloſ. in cap. 2. verſ. iniuriam de Apoſtat. & Hoſtienſ. in ſumm. de Sacrament. non iterand. dicentes, quod quemad-

quemadmodum si quis imaginem, siuè picturam super aliam pingeret, primæua obumbraretur pictura, ita cum caracther spiritualis imprimitur; dicitur quædam imago prætiosa Animæ addita, quæ obumbraretur, si quod aliud prædictorum, secundo conferretur Sacramentum, illiq; iniuria irrogaretur; quorum ratio, haudquaquam est admittenda, ipsamq; meritò improbat Borgas.d.rubr.de Sacram.non iteran. nu.15. etenim prædictorum iteratio nullius est valliditatis, ideoq; nullum valet parere effectum, ac primum ritè collatum, & caractherem impressum obscurare, nefas est dicere; ob idq; iustius quidem, poterit quisquam dicere, quod qui aliquod ipsorum iteraret, intentione sua primum inefficax esse, ac perperam collatum existimaret, quare iniuria fieret Sacraméto, quasi prima collatio non valuerit, vt tangit glos. in cap. vir vers.iterari de secund.nupt. atque Borgas.allegat.loco nu.14. vbi glosam præfatam non citat, & colligitur etiam ex Alberic.in suo Diction. verbo Sacramentum 1. vers. an Sacramenta possint iterari.

24 Quibus sanè fit, vt ne morte quidem, prædicta tria Sacramenta deleantur cap. licitè 32. q. 7. cap. quod quidem 1.q.1. nam si mortuus quisquam ad vitam rursus excitaretur, baptizari iterum, ordinari, confirmariuè, haud deberet, si viuus illa recepit, iuxta glosam, & Doctores in allegat.iuribus, & Armill.verbo Sacramentum nu.1.ac Toletum lib. 2.instruct. cap.16. nu.12. quare multo magis nefas est, ac plusquam temerarium asserere, ea alia ex causa aboleri, & meritò Concil.Trident.in cap.11. sess.7.de baptism.sanciuit, illum anathemam esse, qui dixerit, verùm & ritè collatum baptisma, iterandum esse illi, qui apud Infideles fidem Christi negauerit, cum ad pœnitentiam conuertitur, quod etiam dixerat Bald.in l.nihil nu.1. vers. & idem, ibiq; glos.C.de vindict.libert. ideoq; deceptum esse Arelatanum censeo, dùm in tract. de hæret. notab.39.affirmat, hæreticum ab hæretico ordinatum debere iterum ordinari, cum reuertitur ad fidem; quandoquidem si Ecclesiæ forma seruata fuit cum
25 hæretico fuerunt ab hæretico collati ordines, non vtique sunt repetendi, ex scriptis inferius vers. nemini; nec refragatur text.in cap. Daibertum 1.q.7. ab Arelat.allegatus, ibi etenim, non vtique fit irrita ordinatio, ex eo, quod ordinans, & ordinatus hęretici erant, sed quia Nezelon promouens, tanquam ordinatus ab hæreticis præter formam Ecclesiæ, (vt inibi glos. declarat, & in cap. ab excommunicatis illa ead.quæst.) ordinibus insignitus non erat, ac propterea Daiberbo ordines dare nequibat, suffraganturq; verba Gregor.de Valent.disput.3.q.5. punct.3.vers.neque verò tom.4.in quem, præterea sensum declarandus est, text.in cap.1. 9. q. 1. vt ibi glos. vers.celebrata, ex quibus infidus sanè relator auctoritatis Bert.de Firmo in tract. de Episcopo 3. par.3.part.princip. vers.nono quæro lib.3. iudicandus est, idem Arelat in citat.notab.39. namq; Bert. illic non probat intentionem Arelat. nam præbet intellectum ad relatum canonem Daibertum, & inquit, illum textum procedere in excommunicato, qui nunquam fuit in numero catholicorum, & excommunicationis censuram contraxit in ipsa ordinatione. quod si prius fuit inter catholicos, ac posteà fuit excommunicatus, toleratur profectò eius ordinatio ab Ecclesia per cap. 3. §.sed excommunicati, iunctis duob.cap. sequent. allegat. causa 9.q.2.& tunc procedat doctrina glos.in cap.fin. de ordin. ab Episcop. qui renunc. Episcop. & à me scripta vers.nemini autem; quod ordinatus ab hæretico virtutis effectum non consequitur, quia executione caret, & licet verissimũ esse hunc Bert. intellectum, non dubitem, quia qui semper fuit infidelis non potest ordinari, cum careat baptismo, qui est ianua Sacramentorum; & consequenter, nec dare eiusmodi ordines potest; libentius tamen assentior illius text.literæ magis satisfacere intellectum anteà relatum, cum Ecclesiæ formam non seruauit hæreticus; quem quidem intellectum collaudat insuper Marius Alterius de censur. tom. 1.disput.8.lib.1.cap.5. vers.Verùm; etenim de hæretico dum fatur, supponit illum esse baptizatum, alioquin nõ hæreticus, sed infidelis diceretur, quod probo inferius rubr.11. cap.26. nu.24.

26 Quamuis autem argui posset baptismum iterabilem esse, quia ipse circuncisioni successit, vt cap. maiores §.ad id de baptism. circuncisioq; iterata appareat Iosue 5.ibi, fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundò filios Israel; quare Iosue, fecit, quod iusserat Dominus, & circũcidit filios Israel in colle præputiorum; ergo ita & baptismus, qui illi successit, cuius illa fuit figuratiua, & præparatiua, Viguer.cap.16.§.1. vers.13. & D.Thom.3.par. q.70. artic.1. per auctoritatem Apostol.ad Coll.2. circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed circuncisione Christi, consepulti, ei in baptismo.

Ac rursus argui potest ex cap.19.actuũ Apostol. vbi Paulus babtizabat eos, qui erant baptizati baptismo Ioannis. & nihilominus Ioannes, præcipue fuit à Christo commendatus, Matthei namq; 11. dicitur; inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, ergo à fortiori rebaptizari possent à cæteris hominibus baptizati.

His tamen non obstantibus veritas catholica hæc est, baptismum initerabile Sacramentum esse, dicente Apostolo ad Ephes.4. vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, & ad Hebræos 6. impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, scilicet per baptismum, iuxta D.Chrysostomi, & Damasceni expositionem, atque Augustin.contra Petul.lib.4.quos refert, & sequitur Viguer.cap.16. §.1. vers.5.& Victoria in summ. conclus.35.& optimè Caietan.super d.Epist.Pauli.

Ratioq; fouens hanc catholicam sententiam, ea est, quod baptismus mortem Christi, & sepulturam representat, qui semel mortuus, sepultusq; est, ergo semel quis baptizandus; qui verò bis baptizaretur, Christum bis mortuum (contra veritatem) referret, atque illum cruci iterum affigere profiteretur, ex Damasceni sententia tradita in cap. qui bis de consecrat.dist.4. quamobrem Apostolus aduersus illos non immeritò dixit ad Hebr. 6. crucifigentes filium Dei in semetipsis; at Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur ad Roman.6. ergo fateri, & confiteri sola veritate compellimur, baptismum iterari

ri non poſſe, veluti non ſemel catholica Eccleſia definiuit, repetendumq́; haud eſſe, iterum ac ſæpius conſtituit, vt D. Auguſtin. in lib. de vnico, & Concil. Carthagin. 1. cap. 1. illiusq́; conſtitutionis aliàs quatuor tradit rationes D. Thom. 3. par. ſum. q. 66. art. 9. in medio.

Et ſuperius ſcripta argumenta, atque alia plura ſi quis inueſtigaret, me tamen illis non reuinceret, qui non rumores, ſed validas requiro rationes, nec nuper allatæ præmunt, & prima ex cap. 5. Ioſue, deſumpta reijcitur, primum ex reſponſione gloſæ ordinariæ ſuper illomet cap. deinde ex altera reſponſione inibi data à Nicol. de Lyra, quod non conſtet inibi, ſecundò circuncisos fuiſſe eaſdem perſonas, quæ aliàs fuerant circunciſæ, ſed illæ tantum, quæ natæ in deſerto remanſerant incircunciſæ, meminit autem ille textus ſecundæ circunciſionis, non quia fuerant antea eædem perſonæ, iterum circunciſæ, ſed reſpectu circunciſionis, quæ primo data fuit Abrahæ Geneſ. 17. quæ ferro fiebat, vt tenent D. Thom. in 3. par. q. 70. artic. 3. ad 2. & Hugo de S. Victoro lib. 1. de Sacrament. par. 12. cap. 2. & communiter Doctores in 4. diſtin. 1. ſed quia Deus præcepit Ioſuæ in illo cap. 5. vt ſpeciali quadam ceremonia, ſcilicet cum cultris lapideis fieret circunciſio, dixit ſecundò circuncides, non quidem, vt
27 denotaret circuncifionem bis fieri ſolitam, cum apud omnes compertum ſit, illam non potuiſſe iterari, etiam ſi abſque debita ſintentione facta eſſet, ſed ita dictum, quia Deus ſecundò præcepit illam cum ſpeciali cæremonia, & ſic cum cultro lapideo fieri; quæ quidem ſecundo locò præcepta, reſpectu illius primæ, quæ fuit data Abrahæ, & facta ferro, poteſt appellari ſecunda; quod ex verbis Iuſtini martyris in ſermone cum Triphone, apparet, dúm inquit, beati nos circuncifi cultris lapideis circunciſione ſecunda; nam prima illa veſtra, quia ferro facta eſt, & fit hodie, permanet in vobis, eadem cordis duritia, at noſtra, quæ ſecunda poſt veſtram circũciſionem numeratur, fit per acutos lapides, hoc eſt, per verbum Apoſtolorum illius ſingularis lapidis excifi ſine manibus.

Alteram quoque ex cap. 19. actuum Apoſtolorum depromptam argumentationem refellere, & coarguere poſſumus, auctoritate D. Auguſt. ſuper illud Ioan. 1. dicentis, ſed ego neſciebam eum; vbi Auguſtin. dicit, ecce poſt Ioannem baptizatum eſt, poſt homicidam non eſt baptizatum, quia Ioannes dedit baptiſmum ſuum; homicida verò dedit baptiſmum Chriſti, quod Sacramentum, tam ſanctum eſt, vt ne homicida quidem miniſtrante polluatur, quod Auguſt. dictum recitatur in cap. dedit 1. q. 1. & ſic quia baptiſmus Ioannis, vt ex proprio nomine patet, non à Deo, ſed à Ioanne, Deo inſpirante inſtitutus fuit, vt ſuo baptiſmo aſſueſaceret homines ad baptiſmum Chriſti, iuxta gloſ. 1. allegat. cap. dedit, aſſatimq́; ſcribit Sot. in 4. ſent. diſt. 2. q. 2. art. 1. verſ. ad hanc quæſtionem, cum ſequ. vel potius
28 non erat Sacramentũ propriè ſumptum, ſed quatenus communiter accipitur, dicitur ſacræ rei ſignum, quia baptiſmus Ioannis fuit ſignum baptiſmi Chriſti, vt concludit D. Thom. in 4. diſtinct. 2. q. vnic. art. 3. in medio 2. ſcripto, hac de re minimè regenerabantur, qui baptiſmum Ioannis accipiebant, ſed quodam præcurſorio illius myniſterio ad Chriſti Sacramentum, in quo ſolo renaſci pote-
29 rant parabantur. Nec mirum ſi Chriſtus in aqua baptizari voluit à Ioanne eius baptiſmo, peccatum non diluere, vt per baptiſmum ſe hominem oſtenderet, cæteriſq́; exemplum præberet, ſed per illum peccati ablutionis inefficacem, vt ſe minimè illorum remiſſione indigere pateſaceret, & æquè noſtræ fidei aduerſarijs promptum eſſet, quibus ſanè ſcire conuenit Chriſtum baptizatum, non vt eius vlla dilueretur iniquitas, verum vt maxima eiuſdem commendaretur humilitas, ſiquidem baptiſmus nihil in eo habuit, quod ablueret, veluti mors nihil quod puniret inuenit, cap. non regenerantur iuncta gloſ. de conſecrat. diſt. 4. non igitur Ioannis baptiſmus peccata delebat, idcirco baptizatos à Ioanne, oportebat denuò baptiſmo Chriſti baptizari, D. Thom. in 4. diſtin. 2. q. vnic in 2. ſcripto, ac propterea iure optimo Concil. Trident. cap. 1. ſeſſ. 7. de baptiſ. anathemam declarauit illum, qui dixerit baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum baptiſmo Chriſti.

Quare reiectis ijs, quæ in contrarium vrgebant rationibus, confirmatum auctoritatibus remanet, verum illud catholicæ Eccleſiæ dogma, ne baptiſmus iterari poſſit, neque alia item duo Sacramenta; ſcilicet confirmatio, & ordo.

Quod ſi quis baptiſmum auderet iterare, grauiſſimis profectò mulctaretur pœnis, ſubſcripta
30 diſtinctione præhabita; vt ſi agentis ſit perſona, quæ ſcienter ſecũdò baptizet, ſacerdotio indignus à iure ciuili iudicatur in l. 1. C. ne ſanct. baptiſm. iteret. eodemq́; iure pœna capitis plecteretur, ex l. 2. allegat. titul. ſed de iure Pontificio præter ſacrilegij reatum, incurrit excommunicationem, & irregularitatem, beneficioq́; & officio deponendus venit cap. fin. de baptiſm. inſtit. canon. in §. illi quoque lib. 2. Abb. in cap. ex litterarum de Apoſt. ſumm. de exempl. & ſimilit. cap. 68. lib. 8. Syluest. verbo baptiſmus 5. nu. 3. Nauar. in manuali cap. 22. nu. 6. verſ. ſecundo, & primam pœnam à ciuili ſanctione conſtitutam, confirmauit canon. 46. Apoſtol. hiſce verbis. Epiſcopus, aut Presbyter, ſi eum, qui verum baptiſma habuit, iterum baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit deponitur, vt qui crucem, vel mortem Domini derideat; huiuſmodi autem pœna illum tantum punit, qui ob ſolum factum rebaptizat; illum veró nequaquam, qui ita faciendum doceret, & eo in errore pertinax & obſtinatus exiſteret; nam hic per omnia, velut hæreticus impenitens tractandus eſſet, curiæq́; ſæculari relinquendus, vt edocet Pegna ad Director. Eymer. par. 1. comm. 12. in fin.

Qui verò iterum ſuſciperet baptiſmum, diſtinguendum ſupereſt, vt vera reſponſio detur, vel etenim ignoranter id permiſit, vel ſcienter; ſi etenim ignoranter, minimè compellitur, pro eo tunc pœnitere, quamuis ordinari nequeat, præter caſum magnæ neceſſitatis cap. qui bis de conſecrat. diſt. 4. cuius textus diſpoſitio, ſic ſimpliciter intellecta, dura, nimis quidem videtur Doctoribus, ideoq́; gloſa, ac cæteri ibidem diſtinguentes, aſſeuerant, ignorantiam illius, vel iuris fuiſſe, vel facti; ſi iuris neminem excuſantis, ad ordines haud ferendus ſit aſcendere, tametſi peccatum non commiſerit, tanquam ignorans fecerit, & voluntas præexigatur ad com-

committendum peccatum cap. 1. 15.q.1. meritoq; illum pœnitere de eo non ſit neceſſe. Quo tamen modo dubium iuris poſſit eſſe in baptiſmo, explicat Henriq.ſumm.theol.moral.lib.2.cap.31.§.3.

Sed ſi facti ignorantia deceptus, baptiſmum recepit iterum, cum ipſa, iuſtam concedat excuſationem ex l.iuris error ff.de reg.iur.neque pœnitere ipſum oportet, neque á promotione eſſet arcendus, quia haudquaquam iteratur, quod factum eſſe neſcitur cap.fin.in fin.de Presbytero non baptiz.cap.ſolemnitates de conſecrat. diſt.1. cap.vnico de cleric. per ſaltum promot. cap. Presbyteri 48. diſt.dummodò probabilis ſit ignorantia, Nauar.alleg.cap. qui bis, & manuali cap.27.nu.246. gloſ.in l.1.C.ne ſanctum baptiſma iteretur.

Propterea precaueant ſibi, baptizantes in ancipi-
31 ti caſu, atque baptizandi, vt ſub illa conditione, ſi non es baptizatus, ei tunc baptiſmus detur cap. 2. de baptiſm. ipſa namq; conditio addita ab irregularitatis incurſu eximit, tametſi bona fide, quis tali vſus conditione, baptiſmum alicui conferret; quem poſteà rectè baptizatum agnoſceret, vt probat Nauar.cap.27.nu.246.verſ.ſecundo; idq; etiam ſi mẽte ſola, conditionem illam adiecisset Henriq.in ſum. theol.moral.lib.2.cap.31.§.1. vbi Victoriæ opinionem in ſumm.nu.35. refellit, affirmantis, irregularem fieri eum, qui alterum ſub conditione baptizauit, qui iam erat baptizatus; cuius verba videntur indicare ſemper irregularem fieri baptizantem ſub conditione, quoties illa eſt otioſa, eo quod ille baptizatus, re vera reperitur; ſed rectius intuenti patebit verba Victoriæ declaranda eſſe ex ſubſequentibus verbis, ab eodem Victor.relatis, quibus firmat, teneri Parochum diligenter quærere verum ne puer ſit baptizatus, quia ſi compererit illum baptizatum; nullo modo, ſcilicet, nec abſolutè, nec conditionaliter rebaptizet, ſed ſi conſtiterit non baptizatum, tunc illum baptizet, quoties autem diligentia adhibita, vere colligi non poteſt, an baptizatus ſit, ſed iuſtè de eo dubitatur, tunc procedat determinatio Eccleſiæ in cap. 2. de baptiſm. quod baptiſmus detur ſub præfata conditione, ergo conſtat intentionem Victoriæ in præcedentibus verbis illam eſſe, vt irregularis ſit, non ille, qui vtcunque vſus eſt hac conditione otioſa, ſed qui nulla præhabita diligentia ſub conditione baptizauit, nec curauit inueſtigare veritatem; & hoc modo eius verba ſi intelligantur, vera quidem exiſtimanda ſunt, ſiquidem, ita in hac dubitatione cõcluſerunt etiam Sot.in 4.ſent.diſt.3. q.vnic. art.9. verſ.quartum argumentum, Maiol. tract. de irregul.lib.3. cap.14. nu.5.Gregor.de Valent.diſput.4.q.1.punct.4. verſ. quibus rebus tom.4.Pegna ad Eymer. in director. par.1.comm.10. & Emanuel in lib.aphoriſm.verbo baptiſmus nu. 3. neque obſtat reſolutio Nauar. & ſupra relata, ne ſint irregulares, qui bona fide ſic baptizarunt, namq; id credit verum in foro exteriori.

Si verò ignorantia illa exoritur ex defectu æta-
32 tis, excuſat ſanè omninò cap.placuit 1.q.1.idq; cõfirmant Ciceronis verba ſcripta in orat. pro Cœlio, ſed ego Atraſino ignoſcebam, qui habet excuſationem, vel pietatis, vel ætatis, vel neceſſitatis; quamuis autem videatur aliquibus ſentiendum deciſionem cap.placuit 1.q.1.pendere ex diſpenſatione ibi conceſſa, vt inibi perpendit gloſa, & in cap. eos verſ.impoſitione per illum textum de conſecr. diſt.4. tamen Borgaſ.in tract. de irregul. rubr.de Sacram. non iteran. nu.26. primæua magis arridet ſententia, mihiq; pro hac parte, & veritas, & grauis, ac recta ratio propemodum obuerſatur ex D.Auguſtini ſcriptis in cap.14. de vera religione, & cap. 13. retract. & cap. 11. in lib. de duab. animab. deprompta; cuius verba reſcripſit Gratian.in ſumm. 15.q.1.vſque adeò peccatum voluntarium malum eſt; vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium; atque hoc quidem, adeò manifeſtum eſt, vt nulla hinc Doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat; at is in quo cadit defectus ætatis, non habet velle, ſed quicquid videt, ignorat ex l.1. §.impuberes C. de falſa monet. quam rem concinnè, ac peritè plurimi ſcripſere Doctores, quos memoro in rubr.de perſ.proh.prom.cap.23.ſub n.98. ſi igitur ab eis procul eſt voluntas, ergo & peccatum, atque excuſatione in hoc caſu digni, nec non ordinibus inſigniri poterunt, quam eandem ſectatur ſententiam Syluestr.verbo baptiſmus 5.nu.3.tametſi tutius eſſe affirmet, obtinere diſpenſationem. Quæ autem ſit ætas criminis incapax, aut capax demonſtrat Pegna ad Direct. Eymer. par. 1. comm. 12. verſ. ſi tamen, & 3. par. comment.40. verſ.ſed qua ætate.

Alterum principalis diſtinctionis caput eſt, de rebaptizato ſcienter, hicq; pœnam vltimi ſupplicij patitur de iure Cæſareo iuxta l.2.C.ne ſanct.baptiſm.iteretur, ac perpetuó ab ordinum ſuſceptione arcetur de iure Pontificio, iuxta cap.confirmandum 50. diſt. nam irregularis eſt cap. eos de conſecrat.diſt.4. Nauar.in ſumm.cap.22. nu.6. verſ.2.& cap.27.nu.246. Catecheſ.Neapol.lib.1.cap.3. verſ. 46.inſtit.canon. §.illi quoque, & §. quod ſi quis lib. 2.Couar.clem.ſi furioſus 2.par.num.8.de homicid. eſtq; canon.46.pœnitent. præcipuens, hunc ſe pœnitere debere quarta, & ſexta feria, ac ieiunare per tres Quadrageſimas in cap.qui bis de conſecrat.diſtinct. 4.

Quod ſi pro vitio, nempè pro hæreſi introducenda, vt Nouitiani, & Donatiſtæ in cap. quidem, §.Nouitiani, & §.Donatiſtæ 24.q.3. aut ſi pro munditia corporis, regenerationis lauacro ſe infundi paſſus eſt, nempè ſi ægritudine longa confectus, inſano ſortilegarum mulierum credens conſilio, vt ſanaretur, per iterationem fecit iniuriam baptiſmatis Sacramento, vt in cap.2. de Apoſt. iſtorum non alterutrum, ſed vtrumque oportet tribus annis pœnitere per allegatummet cap. qui bis de conſecrat. diſtinct. 4.

Qui verò ſcienter quidem, ſed coactè permiſit ſe rebaptizari, nil ei imputandum, ſi coactio abſoluta fuit, nullamq; propterea meretur pœnam gloſ.in cap. eos verſ. ſed coactos de conſecrat. diſt. 4. verùm ſi conditionalis fuit coactio, vtpotè ſi ei quiſquam mortem minetur, niſi iterum ſe baptizari patiatur, vtique puniendus eſt, quamuis mitius ſecum agendum erit, propter coactionem cap.ſacris, de his, quæ vi met.cauſ.quia licèt nolit directè ipſum peccatum, ad quod compellitur, indirectè tamen vult illud, per aliud, quod ſubterfugere nequit, ſine tali peccato cap.1. 15.q.1. nam ſufferre potius debebat quælibet mala, quàm tanto crimini

aſſenti-

aſſentiri,cap.ita ne 32.q.5. ardentioriq; amore cor-
pus, quàm animam proſequendo, cap. ſi quis coa-
ctus 22. q.5.

Eandem,& nuper relatam pœnam aduerſus ge-
minantes baptiſma,luunt quoque repetentes cæte-
33 ra duo Sacramenta,puta confirmationem,& ordi-
nem, vt ſcriptum reliquit Hoſtienſ. in ſumm. de
Sacrament.non iteran.in finalibus verbis;cuius di-
ctum fortaſſe ſuſtineri poterit in omnibus iam di-
ctis pœnis, quia ſic prohibetur quiſque iterum
ordinari,aut confirmari, quemadmodum & fonte
baptiſmatis,ſecundò ablui,in cap.1. 68.diſt. & cap.
dictum de conſecrat.diſt.5.præterquam in irregu-
laritate,in quam tametſi baptiſmum iterantes inci-
dant,vt dixi;confirmationem verò,aut ordinem
duplicantes,haud incurrunt,quia canon in hac re
ſolum exprimit baptiſmum, quod indubiè affir-
mat Scot.lib.4.ſent diſt.7. q.5. ibiq; inſequitur Sot.
q.vnic. art.5. ac Palud. cæteriq; Theologi, Turre-
crem. in cap.conſtat diſt.4. & alleg. cap. dictum,
Alſonſ.à Caſtro de lege pęnal. lib.1. cap.7. Armill.
verbo irregularitas nu.84.in fin. Couarr.abunde
in clem.ſi furioſus par.1.nu.8.de homicid. Henriq.
ſumm.theol.moral.lib. 10. cap.14.§.2. & lib.2.cap.
31. quorum ſentētiam communiter eſſe receptam
atteſtatur Tolet.lib.1.inſtruct.cap.28.nu.4. & Na-
uar.in manual. cap.27. nū.247. quamuis ipſe con-
tra ſentiat,ſecutus Antoninum,cuius opinionem
tenēdam fatetur,tanquam conſuetudini aptiorem.

Reliqua quatuor Sacramenta, vtique iterabilia
34 ſunt, quia caractherem non imprimunt Nauar.in
ſumm.cap.22.num.83. circa finem, Sylueſt.verbo
Sacramētum verſ.quintum iterari, & Concil.Flo-
rent. in §. hæc omnia in materia Sacramenti; valet
namq; conſequentia; Sacramentum non derelin-
quit effectum perpetuum,& indelebilem,ergo po-
teſt multiplicari Argent.in 4.ſentent.diſt.23. art.4.
concl.2.quibus tamen ex rationibus.in illis minimè
imprimatur caracther explicat D.Thom.in 4.diſt.
1.q.4.ibiq; Sot. art.6.

Canones etiam adſunt perplures probātes qua-
tuor ſupradicta Sacramenta iterabilia eſſe, textus
enim in cap.adhuc inſtant de pœnitent. diſt.3. id de
pœnitentia oſtendit,& de Euchariſtia,probat text.
in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.
dumtamen non eadem die, teſte Diu. Thom. in 4.
ſent.diſt. 12.& Suarez in 3.par.q.80.diſput.69. ſect.
4. verſ. dices. Imó ſi per modum viatici, non niſi
ante octo dies,ſanus ſe communicauerit,Poſſeu.de
offic.Curat.cap.8.nu.20.verū Suarez dicit poſſe,&
adhuc ſumpto cibo, ſi die præcedenti incolumis
ſumpſerit ſect.3. verſ.rogabis in fin. Sæpius autem
in eadem infirmitate id licere ægroto non ieiuno,
affirmant in verbo communio, Tabien.nu.43.Ar-
mill.nu. 18.Fumus nu.18.Emanuelsà in verbo Eu-
chariſtia num.5. & Vittorell.in annot.ad citatum
Poſſeuini cap.8. num.20. verſ.quoties, eamq; ſatis
piam, & probabilem aſſeuerat, inſequiturq; cita-
tus Suarez diſput.68.ſect.5. in verſ.duo verò dubia,
modo interſtitium dierum octo ab vna ad alteram
vicem præterierit,quod idem Suarez, & Vittorell.
aiunt: Quin ieiunus frequentius ex deuotione qui-
bit, idem Fumus loc. citat. idemq; Vittorell. verſ.
mala valetudine. De extrema vnctione verò gloſ.
in cap.2.verſ.iterari de ſecun.nupt. etiam in eadem
infirmitate, quoties mutato ſtatu morbi, rurſus in-
curritur mortis periculum, Valentia diſp.8.pūct.2.
in fi.vol.4.ac de matrimonio text.in cap.Deus ma-
ſculū 31.q.1. & verba D.Hieron.ad Pamach. dūm
cōtra ſuos obtrectatores libera voce proclamabat,
non damnari in Eccleſia bigamiam,imó nec triga-
miam;& ita licere quintò,& ſextò,& vltra;quomo-
35 do, & ſecundas contrahere nuptias,vt in c.aperiant
31.q.1.quāuis autem ius ciuile,tertium inhibeat ma-
trimonium §. hæc autem in auth. quomod.oportet
Epiſcop.cum illo iure,ſatis ſit,ad ſecundas venire
nuptias, aliàs contrarium ſit honeſtati, vt inibi An-
gelus aſſerit, attamen Cæſareo illi iuri, canones re-
ſtiterunt, ſtatuentes licere, iuxta allegat.cap. Deus
maſculum 31.q.1.iuncto cap.aperiant,tametſi bea-
tior ſit, qui in viduitate permanſerit, ex Auguſtin.
ſententia ſuper epiſtol.1.ad Corinth. reſcripta in
36 cap.quod ſi dormierit 31.q.1. quinimò,& ſi apud
antiquos monogamæ mulieres (hoc eſt) quæ vno
contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ
coronabantur, exiſtimantes eius præcipuè matro-
nę ſincera fide incorruptum eſſe animum,qui poſt
depoſitæ virginitatis cubile, in publicum egredi
neſciret; nolens per ſecundas nuptias conſpectui
mortalium exponi, multorum matrimoniorum
experientiam, quaſi legitimæ cuiuſdam intempe-
rantiæ,ſignum eſſe credentes;vt Valer.Maxim.lib.
2. cap.1. retulit: attamen ſecundas,aut tertias,vlte-
rioreſq; experiri nuptias, nunquam vetuerunt, vt
inibi affirmat Valer. qui non immeritó illis verbis
(legitimæ intemperantiæ) vſus eſt, & Plutarch.
problem. 99. ac Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 9. ſyn-
tagm.iur.vniu. cap.26. nu.6. Quid eſt (inquiunt)
quod publicis feſtis, veteri more, virgines non nu-
bunt,viduę nubunt? an quod virginibus decorum,
viduis verò multis præſentibus fœdum nubere?
ſęlices namq; ac fauſtæ primæ nuptiæ,ſecundæ ve-
rò triſtes, ac deteſtandæ; pudet enim viuis adhuc
eis,quibus antea nupſerant alios accipere, mortuos
autem lugent. Quò fit,vt magis quietè,quam ſtre-
pitu,& deducentium multitudine delectētur. Dies
verò feſti,adeò multitudinem diſtrahunt, vt his re-
bus per otium intereſſe non poſſit, hæc illi: Reperi
tamen apud Germanos cum nupta tranſigi, cum
qua ſeneſcendum erat,neque à viro diuertere, ne-
que poſt obitum alteri nubere permiſſum eſſe, vt
refert Alex.ab Alexand. lib.4. genial.dier. cap.8.ea
fortaſſe ratione, quam noſtris legibus cautam in-
uenimus, quod iniuria mortuos maritos afficiunt
mulieres, ad ſecundos maritos venientes, illorum
memoriam quaſi negligentes §. ſi autem tutelam
in auth. de nupt. adeo quod nullam dicatur fidem,
nullumq; honorem ſeruare priori coniugi, qui ſe-
cundò nubit, exiſtimat Luc.de Penn. in l. mulieres
verſ. adhuc C. de incolis lib. 10. & confirmatur ex
§. tunc igitur, ibi, (inuiolatum morientium tho-
rum) in auth.de non elig.ſecund. nubent. necnon
ex Virgiliano illo carmine lib.4. Aeneid.

Nec ſeruata fides, cineri promiſſa Sichęo.

Et Phyloſtrates cenſet, vxorem ad ſecunda vota
tranſeuntem, iura coniugij violare, in lib. 3. in vita
37 Apollonij, atque defuncti coniugis animam con-
triſtari,ex ſecundo matrimonio probatur ex auth.
cui relictum (ibi contriſtando priorem maritum)
C.de indict.viduit.tollend.ibiq; Bald.nu.15.& text.

B in

in §. qui verò iuncto §. nos igitur in auth. de nupt. Lucanus etiam lib.3.recenset, Iuliam apparuisse Pompeio in somnis,ac se se indignatam ostendisse, quod ille secundas nuptias appetiuisset,& Aegisippus lib.2.cap.2.ac Ioseph.lib.17.antiquit.cap.vlt.& lib.2.de bello Iudaico cap.2.referunt,simile,& memorabile Alexandri filij Herodis exemplum; etenim vita functus ipse Alexander, Glaphiræ quondã vxori suæ in somnis indignatus apparuit, quod alteri, atque alteri se matrimonio post mortem ipsius, copularat; nam cum Glaphira concupisceret illum amplecti, Alexander ira incensus complexum refugiens,eamq; aspernans,visus est dicere. Hæc Glaphira promissa fides? ita amores erga te seruasti meos,quorum memorem te esse oportuit? sed esto adolescentula secundas nuptias non refugeris,etiam non tertias? (& post multa subiunxit,) sed mihi ne diutius manebat contumelia mea; tunc experrecta mulier, familiaribus renunciauit somnium,ac post triduum obijt: sed nihilominus cum sit vniuersalius Valerij dictum, & validius, non dubium, quin honestius sit, ne exponantur per secundas nuptias conspectui mortalium; non tamen prohiberi,tùm ab ipsis antiquis,præter Germanos, tùm à posteriori,& ciuili iure,atque etiam canonico; imò primæ,& vnicæ nuptiæ commendantur,& laudantur semper, repetitæ verò, licet verè fornicationes sint secundum rectam rationem; nihilominus permissæ sunt ex Chrysost.in cap.hac ratione cum seq. 32.q.1. & Gregor. Tholos. lib.9. syntagm.iur.vniu.cap.26. nu.5. quod ad remedium fornicationis concessæ, idq; pluribus rationibus, probat Hieronym.lib.1. contr.Iouin.

Prima causa est, cum aliquem vrget profusa luxuries,nimiaq; in rem venereàm propensio,vt ei complexu venereo iungi necesse sit, nam nubere tunc eidem magis expedit,quam vri,1.Corinth.7. cuiusmodi extitisse viros asseuerat Iacobus Cionius Episcopus Ilerdensis in cap. fraternitatis de frig. & malef. vbi exemplum memorat notatu di-
38 gnum,de quodam homine (suo tempore) Catalano, quem toties venereis amplexibus frui, oportebat, vt singulis diebus exactè triginta vicibus suã vxorem cognoscere, non puduerit; quare coniux (præter expectationem) lassata, Regem Aragonum,secretò adijt, secumq; de mariti scelere conquesta est;qui illico virum illum ad se venire iussit, atque ascitum,interrogauit, num id veritati respõderet? qui nolens supremo illi Principi veritatem obtendere,rem quomodo,se se haberet,illicò fassus est, cui propterea prouidus Princeps, sub capitis pœna præcepit, ne deinceps sua cum vxore amplius quàm sexies in die re venerea vti auderet; quod exẽplum refert etiam Hieronym. Paul.Barchin.in praxi cancellar.fol.mihi 78. vers.prædictus Episcopus, & vterque, nedum viri potentiam admiratus est,verum etiam muliebrem querelam, cum os vuluæ insatiabile sit,Prouerbior.20. ideoq; Ouid.lib.2.de arte amandi,concinnauit.

Et lassata viris,nedum satiata recessit.

Alter pæterea fuit adeò validæ complexionis vir, qui quidem, vt periculum profundendæ salutis vitaret,sepiùs matrimonium contraxit, & cum vnaquaque vxore, filios procreauit, illumq; attestatur se cognouisse Viuald. in rubr. de Sacram.in genere nu.10.vers.matrimonium;imò alium extitisse virum legimus,qui postquam viginti vxores sepelierat,aliam duxit,quæ alios viginti duos viros habuerat,teste D.Hieronym.lib.3.epist. tract.7. epistol.16. Boer.decis.186. quid si maritus num. 4. & Menoch.de arbitr.Iudic. cent.5. casu 417. num.5. adeò quod Summa, tùm virorum, tùm mulierum expectatione,expectabatur,vter eorum,alterum sepulturæ efferret,& cum euenisset, vt vir aduiueret,totius vrbis populo confluente coronatus fuit, & palmam gestiens feretrum mulieris,multitudine præcessit acclamatus,ac collaudatus ab omnibus.

39 Altera etiam videtur excusabilis causa, scilicet, necessitas quærendæ sobolis, quæ sanè Serenissimum Philippum II. Austrium,Hispaniarum,Regniq; nostri Neapolitani Catholicum Regem, quadrigamum esse impulit.

Primã namq; Mariam, Ioannis Lusitaniæ Regis sobolem duxit in matrimonium, ex qua Carolum vnigenitũ habuit filium,quem dum pareret Maria mater obijt; illincq; ad plures annos, Carolus annũ tertium,& vigesimum agens,dilectam matrem sequens,mortem cum vita fœliciter commutauit.

Aliàs contraxit nuptias cum Maria Angliæ Regina,Henrici VIII.filia, Catherinæq; Austriæ Caroli V. Imperatoris germanæ, die 25. Iulij 1554. qua die totus Populus Christianus solemnia Iacobi Apostoli celebrat; & quia Regina ipsa imbecillis nimis, atque debilis erat; tertium post annum, 17. Nouembris 1558.superna petijt Regna, nulla relicta, nec procreata sobole; cuius interitus cuncto populo christiano, summum, & mœrorem, & detrimentum attulit, Regniq; præsertim Anglicani Christicolæ,maximas luunt pœnas.

Post cuius obitum Isabella, seu Elisabettha potius, Henrici II. Galliæ Regis filia, Philippo nupsit anno 1559. quibus in nuptijs Henricus parens inopinato euentu à quodam Barone secum conferente extinctus,geniale cubile,quod nubenti filię strauerat, in torres lugubres vertit, atque Elisabetthæ luctum,mariti lacrymis,mariti mœrorem suo fletu auxit dolor; quæ duas successiuè peperit filias, Elisabettham, quam cõceperat ex Philippo, quem Lutetiam adeuntem hospitio simul, & lecto exceperat, nunc Alberti Serenissimi Austrij vxor, Catherinam deinde Caroli Emanuelis Allobrogum Ducis vxorem, & superiore anno 97. defunctam; posteaq; cum mulier tertiò esset grauida, iamquè appropinquasset partus, in ipso pariendi actu, simul cum infantulo concidit.

Nouissima verò dicti Regis vxor intercedente dispensatione Pontificis, fuit Anna Maria de Austria,Maximiliani II.Imperatoris progenies,eidem primo, & secundo gradu consanguinitatis ex vno, atque in secundo, & tertio ex altero latere coniuncta; Maria namq; genitrix Annæ, fuit soror ex vtroque latere eiusdem Philippi, & viri postmodum ipsiusmet Annæ neptis,idcircò ille sibi in primo, & ipsa sibi in secundo gradu coniuncta; quemadmodum in secundo, & tertio consanguinea, quia Anna soboles fuit Maximiliani II. & liberi Ferdinandi Imperatoris, fratris vtrinque coniuncti Caroli V. Imperatoris, & Serenissimi Philippi Regis Procreatoris.

Quatuor genuit cum ea liberos, Ferdinandum videli-

videlicet, qui in Principem Hiſpaniarum cooptatus,
poſt paucos menſes obijt; alterum habuit Carolum
Laurentium,qui puer cęlos aſcendit, tertium Dida-
cum nomine procreauit,qui ad inſtar Ferdinādi,Hi-
ſpaniarum Princeps electus, deceſſit; vltimo Philip-
pus eſt nomen,qui iam viuit Princeps Hiſpaniarum,
ipſumq; fęliciter regnaturū ſperamus, pientiſſimoq;
Philippo genitori,ſucceſſurum, ſummaq; cum lęti-
tia,& laude cūctorum Regnorum ſuorum, totiusq;
orbis,ſuis dominaturum populis,ſāctæq; Matris Ec-
cleſiæ,ejusq; coronæ contuſurum,ac fracturum exul
tantium inimicorum audaciam,calumniam q; obtu-
40 ſurum; Quod iam benè cępimus experiri, poſtquā
die 13.Septembris 98. & dum hæc ſcripſeram,mor-
tem obijt,vir ille prudentiſſimus Philippus II. Pater,
41 qui quam benè vixerit,ex eius interitu,quiſquam co
gnouit, ſemper etenim miſerias humanas deteſtans,
ſoli Deo tribuendam gloriam fatebatur,cōtinuò illa
proferens verba; tu ſolus Dominus, tu ſolus Altiſſi-
mus; cumq; in extremis ageret,arcam,qua mortuus
recludi debebat,ad ſe iuſſit deferri,illamq; lęta fron-
te,ac trāquillo,pacatoq; animo,omni poſthabito me-
tu,aſpexit,cunctaq; poſtmodum Sacramenta Eccle-
ſiæ,& petijt,& maximo cū dolore peccatorum reue-
renter ſuſcepit;qua cum maxima contritione, mun-
dana omnia deſpiciens, totq; Regna partiſfaciens, ad
42 meliorem migrauit vitam : tuncq; Sereniſs. Philip-
pus III.illi ſuccedens,incipiensq; Regnare,prudēter,
ac ſi ſenex eſſet,omnia hucuſq; geſſit; habuit quoq;
ipſe Philippus II.ex eadem Anna,quādam ſęmellam
iam extinctam,cōpluresq; alios habuiſſet,ni Regina
ipſa,eodem anno,quo Sereniſs. Philippus, Luſitanos,
ſuo exercitu deuicit, atq; Antonium illius Regni il-
legitimum ſucceſſorem ſuperauit, deceſſiſſet, Phi-
lippum virum ſuum quadrigamum relinquens.

Iſthæc de Sereniſs. Principe, & Catholico Rege
Philippo II.delibata,nè tę pigeat percurrere beneuo-
43 le lector, matrimonium etenim iterabile eſſe autu-
māt,dumtamen aliud fuerit diſſolutū morte alterius
coniugum,nam ambobus ſuperexiſtentibus,ſecus eſ
ſet, quia verè tunc fornicatio eſſet, c.hac ratione 30.
q.1.& glo.in c.1.de ſec.nup.idq; confirmatur aucto-
ritate Apoſt.ad Rom.7.aſſerentis,quod mulier, quæ
ſub viro eſt,viuente viro alligata eſt legi,ſi aūt mor-
tuus fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege viri; igitur viuēte
viro,vocabitur adultera,ſi fuerit cum alio viro,ſi aūt
mortuus fuerit vir eius,liberata eſt à lege viri,vt non
ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro; hisq; cōſona ſunt
alia eiuſdem Apoſt. verba in Epiſt. 1. ad Corinth. 7.
Mulier alligata eſt legi, quāto tempore vir eius viuit,
quod ſi dormierit vir eius liberata eſt,cui autem vult
nubat tantum in Dño,hoc idem comprobat Guliel.
Perald.Epiſ.Lugdun.in ſuo exempl. virtut. & vitior.
c.90. quod propterea Geneſ.7.tot viros iuſſerit Dñs,
quot fęminas reſeruari in Arca Noe, vt eſſet vnica
vnici; hæc ille,quibus nō vtiq; aduerſatur,quod licitè
44 dimittatur vxor ob fornicationē iuxta legem Euan-
gelicam, & refertur in cap. dixit Dominus in Euan-
gelio 32.q.1.& c.19.Matthæi;nam quia manet vincu
lum,nec caret Sacramēto coniugij, tametſi viro mi-
nimè fuerit reconciliata, alteri nubere nō poteſt, qui
45 verò eam duceret,reus homicidij fieret, c. licitè 32.
q.7.etiam de lege Moſaica,quoad Deum,licet in hac
vita,illo iure inſpecto, nullam pati meruerit pęnam,
atq; cum alia perſona contrahere poſſet, vt dicit Sot.
in 4.ſent.diſt.33.q.2. art.2. & 3. & fuſius ipſe ſcribo,
hac eadem rub.nu.61.& 64.aperteq; indicant verba
Domini,Matth.19.Moiſes ob duritiam cordis veſtri
dimittere vxores veſtras,permiſit; tùm ex illo verbo,
duritiam, quæ in malum ſonat, teſte Sot.citat. art.2.
verſ. in contrarium, tùm ob aliud, .ſ. permiſit, quia
id permittitur,quod ad plenum ob malas hominum
voluntates,prohiberi nequit, cap.hac ratione 31.q.1.

Nemini igitur fas eſt alia inire matrimonia, altero
adiuuēte coniuge,qui verò id auderet grauiſſimis ſa-
nè mulctaretur pœnis,nec non varijs, iuxta varieta-
tem conſtituentium eas, quas recenſent Couar. Me-
46 noch.& Theſaur.inferius citandi; quinimò etiam ad
forum eccleſiaſticū,ſpectaret eius criminis cognitio,
cū illud contradicat Sacramento matrimonij, quod
conſiſtere nequit,pręter quam inter virū,& vxorem,
tàm ex lege naturali, quàm Diuina,Euangelica,Ca-
nonica,& Ciuili,vt probat Menoch.de arb.Iud.lib.2.
cent.5. caſ.420. atq; ideo ad forum eccleſiaſticum vt
foueat, conſeruet, ac tueatur veritatem Sacramenti
matrimonij;prohibeatq; adulterium, atque peccati
ſtatum.qui illo quidem iure punitur c.1.2.& 3. cauſa
34.q.1.& 2. cap.in præſētia de ſponſal.cap.Dominus
de ſecun.nup.& cap.gaudemus de diuor.& alia inni-
xus ratione, Viui.com.opin.lib.3.opin.1057.nu.2.imò
cū de hęreſi ſuſpecti ſint,qui ita contrahunt tanquam
malè ſentientes de Sacramēto matrimonij,ac pręſer
tim videantur ſentire quod liceat Chriſtiano ducere,
& retinere duas, pluresq; vxores ſimul; idcirco illius
punitio ad Tribunal Sanctiſſimæ Inquiſitionis perti-
net,iuxta antiquam,& communem ſententiam Do-
ctorum de hac re loquentium, vt per Lap.in cap.ac-
cuſatus nu.2.de hęret. in 6. quem expreſsè referunt,
& ſequūtur ibi Domin.de S.Gemin.ſub §.ſanè nu.7.
Philip.Franc. in princ.d.c.accuſatus nu.3. Felyn.in
cap. ad abolendam nu.1. de hęret. Io.Lup.in cap.per
veſtras §.18.nu.25.de don.inter vir. & vxor. Summa
Roſell.in verb.hæreticus nu.6.Gūdiſal.de Villadiego
Rotæ Auditor tract.de hæret.c.9.num.5.Franc.Epiſ.
Squillac. de ad. Cathol.c.15.nu.2.Repert.Inquiſ. in
verb contrahēs in prin.Couar.de ſponſal.p.2.c.7.§.3.
nu.6.Iaco.Septimac.in inſtit.cathol.c.40.nu.2.Fr.Ca-
mill.Campeg.ad Zāchin.de hæret.c.35. Io.Royas de
hæret.par.1.nu.540. Arnald.Albert.de agnoſc.aſſert.
cathol.q.23.nu.49. Alphonſ.de Caſtr. de iuſta hæret.
punit. lib.1.c.1.verſ.& idem cenſeo dicendū,Ludoui.
Carrer.in pract.crim.de hęret.§.circa ſecundum nu.
60.Corrad.Brun.lib.1.de hæret.c.2.ſub nu.4.Pet Re-
buff.in concord.Franciæ tit.de publ.concubi.§. & cū
omne, & idem Bermond. in verb. monemus omnes
laicos &c.nu.4.nec non Tyber. Decian.,in ſuo tract.
crim. tom.1. lib.5. ſub rub. Inquiſitores hæreſis quæ
poſſint ſub nu.41.Pegn.ad Direct.Inquiſit. p.2.q.56.
commen.81.verſ.de eo qui viuente,atq; Maiol.de Ir-
regul.lib.1.c.33.ſub nu.11.& Iac.Menoc.de arb.Iud.
d.caſ.420.nu.114.& de præſump.vol.2.lib.5.præſ.6.
nu.37.Mazzieng.lib.5.tit.1.l.Tauri gl.2.nu.3. Farin.
in tit.de Inquiſ.q.8.nu.127.verſ.amplia hanc ſecundā
limitationem,& in 4.par.ſuæ prax.q.140. p.1. nu.24.
nouiſſimèq; in tract.de hæret.q. 178. ſub nu.71.nam
factum in ſe eſt hæreticale, ex Repert.Inquiſit. verb.
Hæreticus §.ex quibus; facto ſiquidē non ſecus ac,&
verbo,aut ſigno hæreſis manifeſtatur,Sanch.in Sum.
lib.2.c.8.nu.6.& ratio quippe illa concurrit quod pręſu-
mitur iniqua intentione factū,idem Repert.verb fa-
cto §.an quando factum,& verb.præſumptio §. item
omne malum factum;omne ſiquidem malè factum,
vel dictum,peruerſo animo factum, aut dictū exiſti-
matur, Symanch.in enchir.violatæ Religionis tit.29

nu.7. locatus q. 14. post suum opus iudiciale Inquisit. in vltimis verbis, & Roias in tract. de hæret. nu. 304. 319. & 321. & sicuti non existimãdus est dixisse quod mente nõ cogitarit, quodq; non sentijsset, l. labeo ff. de suppell. lega. ita nec fecisse cum facto asseruerit ꝙ fecit, idem Reper. in d. §. ex quibus; cumq; plus sit facto, quam verbis exprimere ex omnium cõclusione, ac nimirum si Auctor eiusdem Repert. memorato verb. contrahens, in faciente cõtra Sacramẽtum istud matrimonij, adducit tex. in c. ad abolendam de hęret. qui tamen loquitur in aliter sentiente de Sacramẽtis, quam sacrosancta Rom. Eccles. prædicat, & obseruat, ipsum q; illa adductum ratione credimus, ꝙ verbum sẽtire exemplificatur in eo qui in externo facit, aut dicit aliquid, quo eius animus cõuincatur ita sentire; nosq; non immerito in præcedentibus diximus, eiusmodi contrahentem secũdas nuptias, ob id malè sentire de Sacramento matrimonij; ipsumq; nimirũ hęreticum pręsumi ostendit Ioa. de Anan. in ipso cap. ad abolendam cũ nu. 27. loquens de Monaco egresso à Religione, & matrimonium contrahente, dicit, hæreticũ præsumi, quia fecit contra Sacramentum matrimonij, nec non Bal. in l. nemo clericus C. de sacros. eccles. Verum si rigoroso suppositus examini, illius voluntas speciatim exquiratur; certè vel fatetur animo diabolico instigatum ad secundas conuolasse nuptias, & consequutiuè malè sentiendo de Sacramẽtis, quo quidem casu non præsumptiuè, sed verè dicitur formalis hęreticus, vel negat prauam intẽtionem, aut aliqam allegat excusationem prorsus non excludentem delictum; & quãuis iniquę intentionis iam dicta præsumptio eneruetur, itemq; altera formalitatis ab ipso facto remoueatur, suspicio nihilominus, eaq; vt plurimum vehemẽs perdurat; licet cõtingere possit, vt tot tantaq; cõueniant, quibus leui dumtaxat locus sit, quod eod. mox citato loco docet Pegna; Ideo in casu priori vehementis suspitionis, & abiurare tenetur, & puniendus venit teste locato in d. q. 14. vers. si autem, & Graff. in decis. aureis lib. 2. c. 5. vers. quod si non compareant sub nu. 15. non secus ac, & suspecti omnes de hęresi; iuxta theoricam locati in opere Inquisit. verb. pęna sub nu. 6. & Farin. in tract. de hæret. q. 193. nu. 84. In vltimo verò casu leuis suspictionis, tametsi abiurare debeat, vt in hac specie docet Pegn. indicato loco, & generatim sanciens tex. in c. accusatus de hæret. in 6. Alia tamen minimè castigaretur corporali pęna, sed leui dumtaxat pęnitentia afficeretur ex Repert. Inquisit. verb. suspectus §. nota quod quando; sed si ille versaretur in terminis c. cum per bellicam 34. q. 2. c. in præsentia de spõsal. & cap. Dominus de secund. nupt. liceret profectò rursus se matrimonio copulare, dumtamen etiam ficta coniugis mors absit, nam si illa argumentum faciendis nuptijs probabitur præstitisse, cum hoc facto pudicitia laboret iudicari debet pro admissi criminis qualitate, ex insigni tex. in l. miles §. mulier ff. de adulter. & vbi tempus adhuc quantumuis longũ ab vnius ex consortibus discessu lapsum fuerit, velitq; alter secundò nubere, aut si nupserit sit nè á pęna, & huiusmodi suspictione immunis? præter Menoch. adducto cas. 420. á nu. 121. extricat Pauin. in tract. de visit. p. 2. q. 8. Ioseph Ludou. decis. Perus. 30. nu. 2. lib. 1. Magon. decis. Lucẽs. 44. sub nu. 3. & colligi affluenter potest ex cumulatis per Pompe. de Leonar. in suis alleg. rescriptis per Viui. in opin. com. lib. 3. opin. 1042. á vers. quę omnia sub nu. 11. vbi verò ob istud matrimonium primo nõdum dissoluto initum, mereretur pęnam, & quæratur quæ illi debeat infligi explicare renuo cũ illas tùm Couar. indicato nu. 6. tùm Menoch. mentionato cas. 420. tùm demum Gasp. Thessaur. quæst. forens. lib. 1. q. 14. nu. 5. copiosè referant; Triremium potissimum approbãtes, addit autem ipse Thesaur. longiori tẽpore in triremibus morari, propterea eum debere, qui nõ iterum tantum contraxit, at sepius eiusmodi delictum cõmisisset, in quam etiam sententiam desfe ctit, Gram. vot. crim. 17. multiplicatione siquidem vicium, peccati speciem aggrauari, & delictum magis puniri, affirmat Repert. Inquis. verb. Bis; neq; n. mirum si ego ipse vidi ab ipso sacro Prætorio summæ Inquisitionis Vrbis, quatuor ob tale facinus dãnatos ad remigandum in triremibus; scilicet duos per septemnium, tertiò sic matrimonia contrahentes; reliquos autem duos per quinquẽnium, secundas in matrimonium ducentes vxores non dũ legitimis defunctis vxoribus; nec nõ omnes quatuor abiurarunt de vehementi cũ iniunctione pęnitentiæ salutaris die 18. mensis Maij 1597. in Ecclesia S. Marię supra Mineruam; quæ dum agebantur, omnes S. R. E. Cardinales in conspectu consedebant, qua etiam die alij quoque solemnem ob alia crimina egerunt pęnitentiam, atq; duo impęnitentes traditi Curiæ seculari inibi præsenti. Ac tertius licet pęnitens, nihilominus vigore Constitutionis Pauli IV. exordientis, cum quorundam hominum, eidem Curiæ puniendus est traditus.

Ratio autem cur vtroq; coniuge viuente nefas sit aliàs contrahere nuptias, ea videtur, quia contra le-
48 gem naturæ est, plures habere vxores eodem tempore, vt affirmat D. Tho. in supplem. ad 3. par. q. 65. art. 1. & in 4. sent. dist. 33. q. 1. art. 1. nam legitur Genes. 2. erunt duo in carne vna; ideoq; ius canonicum, eodem tempore alia celebrari matrimonia vetuit, eaq; celebranti pœnitentiæ tempus imponit, in cap. de his 31. q. 1. atque etiam ius ciuile interdixit, pœnamq; constituit in l. nemo Iudæorum C. de Iudæis in l. 2. C. de incest. nupt. & l. ea quæ C. de donat. ante nupt. & l. eum C. ad leg. Iuliam de adulter. hinc meritò lex Valentiniana, quæ duas simul habere vxo-
49 res concedebat, tanquam impia, & nefaria notatur, ac libidinis causa excogitata in cap. 11. lib. 8. tripart. Histor. & Ioa. Capet. de perpet. castit. sacerd. cap. 16. & sanctius quidem depositionis pęna plectendus iudicatur Presbyter, illis consentiens nuptijs in cap. Teugualdum 11. q. 3. & alijs in cap. 1. de secun. nupt. de quibus Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cent. 5. cas. 417. nu. 9. ex quibus sumpta occasione illud quæram, cuius pridie disceptatio fuit.

Vtrum sit in matrimonij contractu necessarius
50 Presbyteri consensus, & consequenter sint de ipsius essentia, & forma, necnè, verba illa, quę profert Parochus ex decreto Conc. Trid. can. 1. sess. 24 de reform. matrim. illa, scilicet, & ego vos coniugo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; pro cuius resolutione, radicitus rem ipsam perscrutando reminiscor, varias circa materiam, & formam matrimonij Doctores protulisse opiniones, sed alijs præteritis, duas tantum vti veriores amplector, quæq; Theologorum sunt præcipuæ, easq; refert Palud. in 4. dist. 3. q. 4. Altera, quod ipsa corpora, seu personæ contrahentium, sint materia, verba veró, seu nutus exprimentia consẽsum sint forma, quam resolutionem, tuẽtur etiam Bellarm. lib. 1. de Sacram. matrim. cap. 6. vers. quod igitur; altera veró, quam idem Bellarm. ibibi commendat, est opinio; quod materia, sit cõsensus coniugum interior, quo consentiunt in vnionem quãdam

mutuam

mutuam, ſiuè fiat per ſe, ſiuè per Procuratores; forma veró ſint ſigna exteriora, aut nutus, aliuduè huiuſmodi, quibus conſenſus ipſe exprimitur, & ſequitur Tolet. lib. 7. inſtruct. cap. 2. nu. 4. ex quibus patet euidenter, quis ſit huius Sacramenti miniſter; nam cum ad illum propriè pertineat, verba formæ pronunciare, ac per ea Sacramentum conficere, ſequitur neceſſario, ipſos coniuges, eſſe proprios huius Sacramenti miniſtros; ſiquidem ab illis proferantur in hoc Sacramento verba formæ, vt idem Bellarm. in illomet càp. diſertè probat verſ. ex his, cuius dictum non dubito, quin etiam poſt Concil. Trident. ſubſiſtat; ipſe etenim doctiſſimus Cardinalis, illius decretum non ignorás, hæc ſcripſit verba; atque ideò contrarium Toleti dictum non admittendum, in lib. 2. inſtruct. cap. 16. num. 4. Inquit enim, quod in Sacramentis requiritur miniſter. qui in omnibus eſt neceſſarius, licet non in omnibus opus ſit diſtingui à ſuſcipiente, nam in Euchariſtia, Sacerdos ſe cómunicat, & in matrimonio coniuges inter ſe contrahunt, licet poſt Concilium requiratur Parochus miniſter; ex quibus verbis videtur affirmare, poſt Concilium diſtingui à ſuſcipiente miniſtrum in hoc Sacramento, atque ille ſit Parochus. Rurſus hoc iddem videtur ſentire in lib. 7. cap. 2. poſt num. 6. ſed ipſe verius cenſeo primum dictum; nec Parochus requiritur per Concilium, vt miniſter, ſed ipſius, ac teſtium præſentia ad tollendam clandeſtinitatem, vt ex eodem canone apertè colligitur ibi, qui aliter quàm præſente Parocho, ergo ex eis non requiritur, vt verba illa proferat, ſed tantum præſentia, quod optimè declarat Henrichez in ſumm. theol. moral. lib. 11. cap. 2. §. 7. verſ. in omni tamen Sacramento, & Petrus Magdalen. in tract. de numero teſtium par. 3. cap. 8. nu. 11. & cap. fin. num. 200. vel quatenus reſolutio Toleti defendi velit, dicendum ſit, ne is cenſendus ſit miniſter eſſentialis, ſed auctoritatiuus, vt conſenſum coniugum exquirat, eundemq; approbet, & declaret, ac benedictione Sacerdotali confirmet iuxta verba doctiſſimi Bellarmin. adducto cap. 6. verſ. neque abſurdum, & Viual. de Sacram. matrimon. nu. 22. ac propterea, illa verba, & ego vos coniungo ab ipſo prolata, interpretanda ſunt, hoc eſt coniunctos declaro, vt Iudex, ita explicat idem Henrichez lib. 11. cap. 7. §. 5. eaq; de forma matrimonij non eſſe, affirmandum eſt, quod in ſpecie aſſerit D. Thom. in 4. ſent. diſt. 26. q. 2. art. 5. ad primú, & diſt. 28. art. 3. atque alleg. diſt. 26. q. vnic. art. 1. ad 5. in 2. ſcripto, Sot. eadem diſt. q. 2. artic. 3. verſ. hanc autem opinioné, & expreſsè poſt Concil. Trident. Ioſeph. Angles in Flore Theol. quæſt. ſuper 4. ſent. rubr. de Sacram. matrimon. art. 4. difficult. 2. concl. 1. Henrichez lib. 11. cap. 2. §. 7. in textu, & in gloſa lit. V, & lit. A, & rurſus cap. 7. §. 1. in textu, & in gloſa lit. H, necnon Viuald. in ſuo Cãdelab. rubr. de Sacram. matrim. nu. 58. & cæteris copioſius Didacus Spinó in ſuo ſpecul. teſtam. gloſ. 55. nu. 15. ac reſponſum fuiſſe memini Epiſcopo Salmantino in anno 82. idq; ex canone eiuſdem Concilij conſtat euidenter, inquit enim, quod Parochus, vel dicat, ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; vel alijs vtatur verbis; ergo ſi eſſent huius Sacramenti forma, Parochus ea non vtique mutare valeret, nam quæ ſunt de forma immutabilia ſunt, ex l. Iulianus §. ſed ſi quis ff. ad exhib. atque ideò fatendum eſt, quod ſi Parochus illa non protulit verba, ſed præſens matrimonio per contrahentes celebrato, tacuit, vtique validum ſit matrimonium ex reſolutione præfatorum, ac præſertim Henriq. §. 7. in gloſ. lit. H, & Viuald. adducta rubr. ſub nu. 22. ita etiam ſi dicat, & ego vos poſteá coniungam, vt idem Henriq. alleg. cap. 2. §. 7. quinimó hoc idem dicendum eſt, ſi Parochus præſens fuerit, ſed cõtradixerit, vt ait, & rectè quidem Emanuel in ſuo lib. aphoriſm. verbo matrimonium, dumtamen appareat hac de cauſa Aduocatum fuiſſe à contrahentibus, etiam ſi per dolum, aut inuitus acceſſerit, non autem ſi caſu interfuerit Rebell. de obligat. iuſtit. par. 2. lib. 2. q. 8. num. 4. qua in quæſtione affatim, præterea explicat cuiuſnam Parochi requiratur præſentia, itemq; de teſtium præſentia, & qualitate.

Sed ardua quæſtio illa, ſit nè alter ex ſponſis per
52 Iudicem Eccleſiaſticum compellendus ad matrimonium contrahendum, non erit prætereunda, cum multoties in tribunalibus Eccleſiaſticis controuerti viderim; etenim pro negatiua pugnat illa ratio, cuncta debere eſſe libera matrimonia ex cap. cum locum, & cap. Gemma de ſponſal. l. Titia ff. de verbor. obligat. ideoq; nullum præciſè cogendum ad conſentiendum; alioqui inualidum ſit matrimonium metu contractum, licet præceſſerint ſponſalia ex voluntate celebrata, colligitur apertè ex cap. requiſiuit, & illic Cardinal. & Abb. nu. 2. de ſponſal. notant, necnón Fortunius Garſia in cap. 1. nu. 30. de pact. Iaſ. in l. ſtipuler nu. 8. de verbor. obligat. Ferret. conſ. 171. per totum, & Couar. in epitome de ſponſal. lib. 4. par. 1. cap. 4. in princ. num. 5. ac non immeritò citatus text. in cap. requiſiuit, decidendo hanc quęſtionem, illis vtitur verbis, monendum eſſe, potius quàm cogendum. Pro affirmatiua verò inſtat vulgata ratio, vt quæ promittuntur, opere compleantur cap. 1. & cap. qualiter de Sardinia de pact. graue enim alioqui eſſet, fidem fallere, l. 1. in princip. ff. de conſtit. pecun. eo quod nihil magis congruit fidei humanæ, quám ea, quæ placuerunt cuſtodiri l. 1. in princip. l. Iuriſgentium §. Prætor ait ff. de pact. & l. non minorem C. de tranſact. ita quod in proprijs hiſce terminis, ſponſi recuſantis ſponſam in vxorem ducere, qui ſit commonendus, ac modis omnibus inducendus, ad promiſſam fidem ſeruandam, decidit apertus text. in cap. 2. in princ. de ſponſal. & Romæ declaratum fuiſſe, necnon Mediolani, & Papiæ pluries iudicatum; vt ſequutis ſponſalibus de futuris, fideq; data de contrahendo matrimonium, poſſit renuens, cogi ad contrahendum per verba de præſenti, cum ſolemnitatibus Sacri Concilij Tridentini, teſtatur Brixienſis in ſuo repertor. ad deciſiones Fiuizanas Borgnini Caualcani, verbo matrimonium ſine denunciationibus; tandemq; modernus, ſed eruditus Alexand. Trentacinq. lib. 3. variar. reſolut. vol. 1. rubr. de matrimon. reſolut. 1. verſ. quando igitur ſub num. 1. ipſeq; inter alias vidi deciſionem Rotæ coram Gypſio in vna Feretrana matrimonij 28. Iunij 1593. vbi multa quoque perpenſa fuerunt ad probandum ſponſalia de futuro, quæ deinde fuerant ab ipſo ſponſo negata; & ſi iuramentum neque interceſſerit, nihilominus mortalis culpæ ſit

reus, qui coniugalem consensum, recusat promissioni adiungere, affirmat D. Thom. in 4. sent. dist. 17. q. 2. Imola in l. Titia in fine principij ff. de verbor. obligat. cum alijs cumulatis per Couar. in 4. decret. par. 1. cap. 4. in princ. nu. 2.

Hanc profectò controuersiam dirimere intendens, aliorum secutus scripta, illam pro certo statuo conclusionem; superiorem immunem debere esse, & alienum á totali, & præcisa coactione, posse autem monitionibus, mandatis, ac nonnunquam censuris inducere, & cogere ad perficiendum matrimonium; idq; comprobo præsertim doctrina Ferret. cons. 171. qui obiectis omnibus, affatim respondet, & assentiri videtur Couar. citato cap. 4. in princ. nu. 5. nam metus à Iudice ne debeat ita inferri, vt consensus desinat esse liber, instruimur apertè, túm ex d. cap. 2. túm citato cap. requisiuit in fin. eaq; propter si Iudex cognoscat alterum ex sponsis, adeò reluctantem, vt induci impossibile videatur ad præstandum nedum consensum, sed liberum, teneatur cessare ab exactissima compulsione, teste Garsia citato cap. 1. num. 30. de pact. quin
53 si fuerit propterea excommunicatus, sit absoluendus, quamuis talem non petierit absolutionem, dicit Archidiac. in cap. raptor 27. q. 2. Io. Andr. in cap. ex literis el 2. propè finem. Anchar. nu. 5. Butr. post num. 11. & Præpos. in fin. de sponsal. necnon Henrich. Boich in cap. 2. num. 2. & cap. requisiuit in fin. eod. tit. cui profectò conclusioni, non refragatur altera Rotæ conclusio, ne absolui possit, qui non est contritus, in decis. 13. de sentent. excomm. in antiq. siquidem, non semel etiam inuito datur absolutio, non tanquam à culpa, sed tanquam à pœna, ex D. Thom. in 4. sent. dist. 18. q. vlt. art. 5. & sequitur Io. Andr. in cap. 1. de sentent. excommun. in sexto, & Abb. in cap. ab excommunicato nu. 20. de rescript. qui hanc esse communem, & verissimam opinionem attestatur; quamq; nouissimè insequitur Mantica in tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 17. sub num. 11. licet autem Couar. d. cap. 4. nu. 1. & 2. annuat Hostiens. Abb. & alijs asserentibus compellendum esse censuris, dato quod præcesserint sponsalia, absque iuramento; & multis auctoritatibus comprobet Mantica adducto tit. 17. nu. 5. attamen Syluest. verbo sponsalia num. 4. Ant. Gabriel cons. 186. nu. 9. cum seq. tunc non esse locum coactioni dicunt, sed monitioni, quamq; communem asserit opinionem Aretin. in l. Titia in princ. ff. de verbor. obligat. insequiturq; idem Mantica sub num. 7. sed Rota dixit verum esse contrahentem sponsalia de futuro, etiam sine iuramento cōpelli posse ad contrahendum matrimonium per verba de præsenti in vna Tullen. matrimonij 13. Maij 1596. coram Penia, & rescripta per Marium Antoninum variar. resolut. Macerati lib. 1. resolut. 2. præfataq; decisio adducit doctrinam Anton. Gabrielis in cons. 159. lib. 2. additq; ita sæpius censuisse Rotam, ac præsertim in vna Abulens. matrimonij die 28. Maij 1593. coram Blanchetto. Est tamen verùm, quod eadem Rota cum iuramentum abest, censuit facilius abstinendum esse à censuris, ac leuiorem causam sufficere ad retrahendum superiorem à compulsione ex sententia Abbat. indicato cap. requisiuit in fine de sponsal. & Præposit. in cap. 1. nu. 12. declaratione 6. de pactis.

Quin etiam multis in casibus, neque si adest iuramentum, licet procedere ad compulsionem, sed ab ea prorsus abstinendum est; nempè si causa aliqua rationabilis existat, iuxta cap. ex literis Syluani de sponsal.

Causa verò rationabilis iudicatur, si ex matrimonio subsequenti suspicari posset homicidium, adulterium, aut aliud malum, quod ex eo oriri posset d. cap. 2. & cap. requisiuit in fine, & vtrobique Doctores, necnon Alex. cons. 212. vers. 4. nu. 5. lib. 2. & Gabriel. cons. 159. nu. 5. & 6. qui eiusmodi suspitionem, vehementem esse oportere subnectit.

Item fornicatio, rationabilis causa recedendi à sponsalibus, optima quoq; est, ne sponsus, vel sponsa, aut censuris cogatur, aut monitionibus inducatur ad contrahendum, prout satis clarè desumitur, ex eisdem capit. 2. ex literis Syluani, & requisiuit: Propterea si sponsa fuerit interea ab alio cognita, non modo licet sponso recedere à sponsalibus; verùm insuper illa subsequēti fornicatione essent dissoluta, etiam quæ iuramento fuerint roborata cap. quemadmodum in princ. de iureiur. & illic Abb. sub 6. illud nu. 4. qui in contingentia facti respondit consil. 48. vers. sed his non obstantibus libr. 1. & multa cumulat Mantica de tacit. & ambigu. conuent. lib. 3. tit. 17. à num. 19. vbi num. 20. extendit ad sponsum ipsum fornicarium, ac num. 21. restringit procedere tantum ad fauorem eius, qui iniuria affectus est, qui si iniuriam paruipendens, vellet ad matrimonium commeare, sit compellendus fornicator, teste Felyn. in cap. intelleximus nu. 4. de iudic. & Couar. in epitom. decret. lib. 4. par. 1. cap. 5. in princ. nu. 2.

Quin si Iudex ex disparitate conditionis personarum, & diuturna lite, articulisq; productis, peruersaq; de sponsæ moribus concepta opinione à sponso percipere valeret, excommunicationem fore elusoriam; valida, sine dubio est causa abstinēdi, ex tutiori sententia, quam videntur amplexari collect. indicato cap. 2. vers. credo tamen, quod Ecclesia de sponsal. dùm fatetur de obstinato proposito alterius contradicendi; & suppetunt Gabriel citato cons. 186. num. 4. lib. 2. & Mantica relato tit. 17. num. 17.

Hinc Rotam pronunciasse supponendum fortasse erit; abstinendum esse à coactione, in casu, quo testibus probabatur sponsum adeò abhorrere nuptias contrahendas, cum sponsa, cum qua sponsalia iurata contraxerat, vt se omne malum potius subiturum, quàm in illam matrimonialiter consensurum; in vna Toletana matrimonij 27. Ianuarij 1595. coram Seraphino, & in altera Aquilegiensis sponsalium 10. Decembris coram Pamphilio.

Necnon si timor adsit amissionis paternæ hæreditatis, iusta etiam sit causa, scripsit Menoch. consil. 69. quæstionis propositæ num. 44. vol. 1. & decidit Rota in vna Trullen. matrimonij 13. Martij 1596. coram Pegna, & rursus coram Seraphino 16. Ianuarij 1598. quin, & in proximè adductis decisionibus concludentibus, ob parentis dissensum, qui dedignatus de matrimonio dispari á filio celebrando, testamentum condidit, in eoq; exheredauit illum, excepta legitima, quatenus dictum matrimonium ad effectum deduceret; & respectu sponsæ nolentis amplius cum sponso inire connubium tenuit

nuit eadem Rota, validam esse causam, si testibus probauerit, ipsam tàm grauiter abhorrere nuptias, tantoq; odio sponsum prosequi, vt libentius in flumen, se se proijcere electura sit, quàm illum sibi copulare; quorum testium assertio, & iudicium, diuturna lite confirmabatur, ita tentum in vna Toletana matrimonij 27. Ianuarij 1591. coram Seraphino. Imò in eadem decisione, reputatam fuisse apparet sufficientem causam recusandi; suspictio morbi gallici per text. in cap. quemadmodum §. quid si post de iureiur. etiam si non fuerit plenè probata suspictio præfata, sed vnico tantum teste, nempè Medico, etenim ad effectum istum satis esse censuerunt Patres, & eadem decisio testatur; addo Marium Antoninũ posteà visum, & aliàs coaceruantem causas in lib. variar. resolut. 1. resolut. 2. & 28.

Eam verò causam, non esse iustam fatendum est, inopiam scilicet sponsæ, quæ propterea dotem persoluere nequeat; nec tantum si tempore sponsaliorum, satis nota erat sponso egestas illius. Verúm si tunc Diues illa erat, postmodumq; egere cæpit, per cap. de illis de condit. appos. & Io. Andr. Butr. & alios indicato cap. quemadmodum, & Couar. citata par. 1. cap. 5. in princ. sub nu. 4. nisi tamen promissio contrahendi matrimonium fuerit sub ea conditione, si dotem sibi dederit, iuxta communem intellectum citati cap. de illis, & illic Couarr. adnèctit, atque Menoch. cons. 386. duabus propositis dubitationibus nu. 3. vol. 4.

Altera præterea, neque erit rationabilis, allegata per sponsum inimicitia inter ipsum, & sponsæ consanguineos, enata ex copula subsequuta post sponsalia de futuro inter eosdem sponsos; nam libentius quis adduci potest ad credendum, euenturam pacem, recõciliationemq; imo ex negato matrimonio aucturum odium, & rancores, ac propterea tanto magis compellendum, iuxta responsum in proprijs terminis Antonij Gabrielis in consil. 150. præsertim nu. 12. volum. 2. & amplexata est Rota coram Aldobrandino in vna Valentina matrimonij 6. Februarij 1597. ex quibus pergrandi errore lapsum Brixiensem credo, dum in suo repertor. ad decisiones Borgnini, verbo matrimoniũ sine denunciationibus propè nu. 3. virum non esse cogendum scripsit, si post sponsalia maritali affectione, & tanquam vir, & vxor rem simul habuerint; non præcedentibus denunciationibus, aut si tanquam sola sponsalia de futuro, se ad inuicem cognouerunt; eo quod fecerunt actum vetitum à Concilio, & propterea grauiter redarguit parentes permittentes copulam filiarum illicò post sponsalia, & ante perfectum matrimonium, iuxta formam Concilij, vt conqueri nequeant, si deinde filiabus grauidis, masculi negant contrahere, neque possit eis quoquo modo succurri.

Tandemq; sit ne causa rationabilis excommunicandi, vel abstinendi Iudicis arbitrio remittunt Doctores, tùm generatim loquentes, túm in hac specie Cardin. & Butr. eod. cap. ex literis el 2. num. 11. Abb. nu. 8. Boich. citato cap. requisiuit in princ. & Præposit. nu. 2. Gabriel. d. cons. 186. nu. 8. tale verò arbitrium rationabile, ac regulatum esse debet, Præposit. in cap. nunc autem num. 2. in fin. 21. dist. Purpurat. cons. 581. nu. 27. Osasc. decis. 71. num. 53. Dec. cons. 92. num. 66. quin in proprijs his terminis scripsit Gabriel cons. 159. nu. 4. lib. 2.

Quibus explicatis, nec profectò inutiliter, ad
rem nostram redire conuenit, & adiungere, quod
illo tantum excepto casu (de secundis nuptijs ce-
lebratis nondum dissolutis primis, per mortem al-
terius coniugum) si quis matrimonium iteret, &
alio non detineatur impedimento, vtiq; licitè fa-
54 ciat, & si masculus sit, etiam statim post vxoris
obitum quibit alteram in matrimonium ducere,
nec propterea vllam meretur pœnam de iure ci-
uili, vt Hostiens. in summ. de secund. nupt. §. quæro
vers. vidisti, Ias. in auth. cui relictum nu. 10. C. de
indict. vid. toll. Sylua nupt. lib. 2. ampliat. 5. vers. in
marito autem, atque alij, quos refert Gabriel. lib. 3.
commun. opin. concl. 5. nu. 6. sub rubr. de secundis
nuptijs, quia maritus non compellitur lugere vxo-
rem l. vxores ff. ex quib. caus. infam. irrog. glos. in
l. decreto vers. remittuntur C. eod. tit. illo, & alia
55 est ratio, quam tradit Ias. in auth. cui relictum, su-
pra alleg. quod negotijs domus vacare debet; quod
si mulier sit, quæ velit se nuptui tradere, quamuis
56 tempore Romanorum per semestre tempus post
viri obitum alia contrahere coniugia fuerit illi in-
hibitum, nisi obtẽpta dispensatione Senatus, quem-
admodum fuit aliquando isthæc concessa dispen-
satio, vt Octauia soror Cæsaris Octauiani, vidua
per mortem Marci Marcelli, nuberet infra illud
tempus Marco Antonio, vt fœdus inter ipsum, ac
Cęsarem Octauianum initum, robur ex matrimo-
nio illo acciperet, quod Petr. Messia in vitis Imper.
affirmat, in vita Cæsaris Octauiani, fol. mihi 21.
Quamuis etiam prædictum tempus dilatatum per
eosdem fuerit ad decem menses, vt probat l. 2. C.
de secund. nupt. atque Ouid. lib. 1. Fastorum, dùm
anni à Romulo decem mensium constituti ratio-
nes affert, quibus id factum fuit, quæq; mouerant
illum, ad annum ita digerendum; ostenditq; illum
habere, quo tueatur errorem suum, & inquit.

Quod satis est vtero matris dũ prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses à funere coniugis vxor,
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Ac postmodum, quamuis denuò huiusmodi pro-
hibitio ad annuum tempus fuerit extensa per ius
ciuile in l. 2. C. de secund. nupt. l. 1. l. genero, &
l. liberorum §. 1. ff. de his, qui not. infam. attamen
ius Canonicum substulit illam prohibitionem, &
pœnas ob id impositas ab illo iure, iuxta cap. 2. de
secund. nupt. atque ideò pœnas, quas illo iure pate-
rentur secundo nubentes, & expressas in l. 1. & al-
legat. l. 2. Pœnas veró quas ciuiles leges apposue-
57 runt simpliciter contra secundo nubentes, non ra-
tione annalis illius prohibitionis, sed in fauorem fi-
liorum, & recitatas in auth. hac edictali, & l. fœmi-
næ cum l. fin. C. de secund. nupt. haudquaquam re-
uocat inibi ius canonicum; ac propterea contrafa-
ciens, illas profectò pateretur ex resolutione Inno-
cent. in cap. fin. de secund. nupt. Bald. in sua mar-
gar. vers. pœnæ, Alex. cons. 68. vol. 4. & cons. 3. circa
præmissam num. 12. Anchar. cons. 278. præmittam
nu. 5. & communis est distinctio; vt inquit Afflict.
decis. 75. quædam Ioannella nu. 5. de Franch. decis.
428. & nouissimé Aloys. de Leo in l. 1. nu. 4. C. de
secund.

secund.nupt. Corrasius copiosè in lib. 3. miscellan. cap. 1. Couar. de sponsal. 2. par. §. 9. nu. 5. Io. à Garronibus in l. 1. glos. fin. nu. 23. C. de secund. nupt. Ioan. Guttier. in l. nemo potest nu. 19. & 21. ff. de legat. 1. communemq; sententiam esse, dicit aliorum fretus auctoritatibus Hieronym. de Cauagliof. in suis quæst. commun. contra commun. q. 742. & Viuius libr. 2. commun. opinion. verbo mulier ad secundas nuptias transiens num. 2. & 4. Estq; opinio 535. atque è modernioribus abundè notat, validisq; rationibus defendit Gaspar Thesaur. q. forensi 28. lib. 1. quamuis in illius calce referat decisum in fauorem mulieris in dubio illic mentionato; fortasse quia aderat licentia Principis celebrandi secundum matrimonium, de qua quidem licentia in verbis proximè præcedentibus iam loquutus erat, & ob quam cessare omnes pœnas concluserat; alioquin si aliter decisio ab ipso relata intelligeretur, certè non solum contradiceret suismet dictis in eadem quæst. sed alijs in duabus sequentibus. Ratio diuersitatis est, quia primo casu, est mera pœna; secundo verò, nequaquam, sed prouisio filiorum, vt adiungit inibi Innocent. & propterea pœna priuationis à successione filij punitur, & his temporibus, mulier ipsa, quæ ad secundas nuptias conuolauit infra annum, iuxta decis. Viuij 432. per totam, maximè à nu. 6. & post nu. 10. recenset similem decisionem Regiæ Audientiæ Apuleæ de anno 1583. scribit insuper in decis. 460. vbi præterea decidit priuari etiam tutela filiorum. His omnibus addo videndum Mainardum à decis. 88. vsque ad centesimam inclusiuè lib. 3. in quibus ostendit, adeò veram esse conclusionem aduersus mulieres intra annum luctus nubentes, & constitutam superius, vt etiam multos peculiares casus proponat, atque in eis pronunciet contra tales in eo tempore nuptas, potissimumq; neque excusentur ob minorem ætatem, in decis. 91. Vbi verò filij primi matrimonij abessent, vxor ea non amitteret, iterum matrimonium contrahendo, quæ à marito habuit, per Alex. cons. 111. viso themate nu. 1. vol. 2. & cons. 45. vol. 4. & allegat. cons. 3. nu. 4. vol. 7. Nauar. cons. 456. & 570. Berous cons. 30. vol. 6. succurrit text. in adducta l. fœminæ; cuius verba sunt, fœminæ quæ susceptis ex priore matrimonio filijs ad secundas post tempus luctui statutum, transierunt nuptias, quicquid ex primis viris habuerunt, tenentur filijs illorum reseruare; vt etiam inibi annotauit glos. 2. Ripa in 3. quæst. & Odoffred. in figuratione casus; ex quibus per Consil. Neapol. fuit interpretatum, & iudicatum, ex eadem ratione, dotem á viro donatam mulieri prætextu nobilitatis; mulierem ipsam non amittere secundas contrahendo nuptias, si filij illius matrimonij non superexistant, vt testatur Afflict. decis.
58 61. nu. 6. Est tamen indubitatum, quod de iure canonico etiam, non licet superstiti nimis propere alteri nubere post obitum viri, cum incertitudo cuiusnam esset partus subinde sequi posset, vt ex glos. in l. decreto vers. contrahere circa finem C. ex quib. caus. irrog. infam. concludunt ibidem Bald. & Castr. ac sequitur Ant. Gabriel lib. 3. commun. opinion. conclus. 5. nu. 5. rubr. de secund. nupt. Abb. in cap. fin. post num. 3. de secund. nupt. Bald. cons. 357. viso dicto puncto libr. 2. & cons. 266. factum super quo lib. 3. Felyn. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ nu. 57. de constitut. & Sylua nuptialis lib. 2. ampliat. 5. vers. aduertat igitur primo; quinimò fuit vetus cõstitutum, ne vxori liceret concepto, nec dum edito partu, alteri nubere, post diuortium, aut obitum viri; dãnaturq; propterea Octauius Augustus, quod Liuiam Drusillam ex altero viro abduxit grauidam, quamq; probauit vnice, & refert Aulus Gellius lib. 4. genial. dier. cap. 8.

Imò refert non omittere, quod aliquando etiam
59 plures simul habere vxores non fuit vetitum, nam prȩter Numidas, Mauros, Aegyptios, Regesq; Persarum, hisq; temporibus Turcas, qui plures eodem tempore habere consueuerunt, vt Salust. in Iug. cap. 71. Cicer. in 5. Verr. cap. 16. Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 11. in fin. atque alij multi, quos recenset Tiraqu. in tract. de lege connub. l. 7. nu. 6. Alex. ab Alexand. libr. 1. dier. genial. cap. 24. & Menoch. tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 5. casu 417. nu. 72. idq; in lege quoque veteri permissum reperitur, vt Deuter. cap. 21. vbi asseritur, quod si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam, & alteram odiosam, & filius odiosæ fuerit primogenitus, non poterit filium dilectȩ facere primogenitum, eumq; filio odiosæ præferre; sed legem propter præuaricatores positam esse constat ad Galat. 3. videlicet, vt præuaricatores prohibeat, vt dicit D. Thom. in supplem. ad 3. par. q. 65. art. 2. vers. sed contra; ergo cum in d. l. mentio fiat de vxorum pluralitate, non adiecta prohibitione aliqua, sequitur sic contrahentes minimè præuaricatores dici, ideoq; id illis licuisse.

Quod quidem permulta deinde sanctorum Patrum declarauerunt exempla, qui cum Deo acceptissimi essent, plures simul habuisse vxores leguntur cap. gaudemus de diuort. vt Iacob. qui quatuor habuit cap. obijciuntur 32. q. 4. atque alij permulti, ac præsertim Salamon, qui ex eo tantum fuit reprehensus, quod plurimas, non autem duas habuerit; septingentas namq; habuit, & tercentas concubinas, vt lib. 3. Regum cap. 11. & apud Iosephum lib. 8. antiquit. Iudaicæ cap. 2. quibus diuina reuelatione id fuit concessum allegat. cap. gaudemus, & D. Augustin. in lib. de bono coniug. & per eorum quidem exempla, ad alios quoque deriuatum est eo tempore, quo prædictum secundarium naturæ præceptum prætermitti oportebat, vt maior esset multiplicatio prolis ad cultũ Dei educandæ; semper enim præstantior, ac principalior finis, magis obseruandus est, quám secundarius; ideò cum bonum prolis, præcipuus sit matrimonij finis, vbi prolis multiplicatio necessaria erat, impedimentum prætermitti debuit ad tempus, quod in secundarijs finibus posset euenire; ad quod remouendum constituitur præceptum, pluralitatem vxorum, prohibens; vt abundè scripsit D. Thomas d. art. 2. in medio, & in 4. sentent. dist. 33. q. vnic. art. 1. ibiq; latè Sot. art. 2. q. 1. ex quibus apparet reiectam esse sentẽtiam Tostati, Durandi, & Caietani, quod lege Diuina minimè prohibita fuerit pluralitas vxorum, quàm etiam Menoch. copiosè respuit de
60 arbitrar. Iudic. lib. 2. centur. 5. casu 420. nu. 7. Vxoribus verò, plures eodem tempore viros habere nunquam licuit, idem Sot. allegat. dist. 33. q. vnica art. 3. Henrich. summ. theol. moral. lib. 12. §. 3. cap. 6. Bellarmin. tractat. 2. controuers. rubr. de cleric.

cap. 23.

cap.23. verſ.ex eodem loco, Ioſeph. Angles in Flo-
re theolog.quæſt. 1.par.quæſt. de bigamia,difficul-
tate 6.concl.1. neque id de iure ciuil. licet, quo qui-
dem iure eadem duobus nupta eſſe non poteſt §.af-
finitatis inſtit.de nupt. & l.2.C.de inceſt.nupt.

Per legem deinde Moſaicam permiſſum fuit re-
61 pudij libellum dare, aliudq; contrahere matrimo-
nium,etiam ſi nullus coniugum defunctus eſſet, vt
habetur Deuteronom. cap. 24. Malach. 2. Matth.
cap. 5. & 19. quod tamen ob duritiam cordis per-
miſit Moyſes, ab initio autem non fuit ſic,vt dixit
Ieſus, & habetur cap.19.Matthæi, quæ permiſſio à
peccato non excuſabat,iuxta gloſ.in cap.hac ratio-
ne 31.q.1.& Magiſtrum ſentent.in 4.diſt.33.ibique
Altiſiod.& Bonauent.artic.3. q. 1. eamq; commu-
nem, & ſecuriorem eſſe opinionem,affirmat Ric-
card. ibidem art. 3. & communius ipſa ſuſtinetur,
iuxta verba D.Thomæ lib.3. contra gentes ca. 23.
quam ſequitur etiam Nicol. de Lyra ſuper dictis
cap.24.Deuteronom.& 19.Matthæi,atque Sot.qui
nonnullis confirmat rationibus in ipſa diſt.33. q.1.
art.1.& 2.& q.2.art.2.verſ.de Iudæis;hanc quoque
opinionem magis communem eſſe, ſcripſit Du-
rand.allegat.diſtinct.q.2.Scot. & Palud. quãuis ip-
ſi contrariam tueri nitantur ſententiam; repudium
ſcilicet illis tanquam licitum fuiſſe permiſſum;
eandemque Conrad. de contractibus qu.24. art.2.
verſ.contra primam,ſequitur ſententiam,& Diuus
Thom.in 4.diſt.33.q.vnic.art 1.in 2.ſcripto,ambas
refert opiniones,vtràm verò earum veriorem exi-
ſtimet, ſub Iudice relinquit; ipſe autem primam
veriorem eſſe arbitror, veluti à ſacris canonibus
comprobatam,in d.cap.hac ratione 31.q.1. & cap.
ſi quod verius 33.q.2.exinde concludendum puto,
Moyſem minimè conceſſiſſe eis repudium, con-
ceſſione diſpenſatiua,ſed tolerantiæ potius; quem-
admodum permiſit fœnerari alienis ad vſuram,ne
eam à proprijs ciuibus corraderent, per capit. 23.
Deuteronom. ibi non fœnerabis fratri tuo ad vſu-
ram,ergo alienis maximè,ſcilicet tolerando ex Di-
uo Thom.2.2.q.78. art.1,ad ſecundum argument.
& inibi Caietàn.& Conrad. adducta q.24. concl.2.
62 Quarè dicere nefas eſt, propterea abſtuliſſe cul-
pam, aut à pœna exoluiſſe incurrenda, at dumta-
xat eis veniam conceſſiſſe, ſimpliciter tolerando;
veluti ſolet quandoq; ſuperior, alicui ſubdito ali-
quod minus bonum concedere, quatenus eum nõ
punit,atque impunitum tranſire patitur in præſen-
ti,eundem punitioni diuinæ in foro Dei relinquẽs,
vt maius malum vitetur; quod fortaſſe exoriretur,
ſi minus prohiberet,Conrad.indicata concl.2.verſ.
ſecũda ſolutio, & conſonant verba Caietan. ad D.
Thomam ſuper adducta q.78. art. 1. ad ſecundum
argument. vbi de vſura permiſſa Iudæis cum alie-
nigenis loquens, inquit, non enim Moyſi lex per-
mittens vſuram ab extraneis, vetat repetitionem,
ſed impunitatem concedit.

Deinde etiam tempore Romanorum legimus
anno Vrbis conditæ quingenteſimo vigeſimo ter-
63 tio M.Attilio, & P.Valerio Conſulibus, Spurium
Carbilium,cui Ruga cognomentum fuit, virum
nobilem,primum Romæ diuortium,cum vxore
feciſſe, quia liberi ex ea corporis vitio non gigne-
rentur Aul. Gell.lib. 4. noct. actic.cap.3.& lib.16.
cap.vlt. Valer.Maxim.lib.2. cap. repudium, à quo
primitus introductum fuiſſe diuortium dicit Bald.
in l.diuortio nu.6.ff. de negot.geſt.

Ciuilia quoque iura diuortium,aliaque agere
64 matrimonia permiſerunt in l. conſenſu C. de re-
pud.l.1.ff.de diuort.& Auicen. lib. 10 metaphyſi-
corum cap.penult. inquiens, quod niſi liceret viro
aliquando vxorem dimittere, multa damna pro-
uenirent; hæc tamen non admittit ius canonicum,
at ſolum cõcedit diuortium, hoc eſt ſeparationem
65 tori, iuxta legem Euangelicam cap. dixit Domi-
nus in Euangelio 32.q.1.& cap. Apoſtolus 32.q.7.
iuncto cap.omnes cauſationes,& cap.ſi infidelis 28.
q.2.& cap.gaudemus,inibiq; gloſ.verſ.in Euange-
lio de diuort. & habetur Matthæi 19.omnis namq;
qui dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit me-
chatus eſt,qui verò dimiſſam à viro ducit mecha-
tur Marci 10.& Luc.16. eiuſmodi autem ſeparatio
duabus tantum ex cauſis conceditur, nempè pro-
pter adulterium, aut ſi probabiliter coniux timeat
vitæ periculum, ſi cum altero habitet,iuxta verio-
rem ſententiam,quam Sot.amplexatur in 4.diſtin.
46.q.vnic.art.1.ad finem, & Barboſa in rubr.ſolut.
matrimon.par.2.ſub num. 18.adductæ verò cauſæ
metus, quia multa vtiliter ſcribo in deciſ.43. hic
tantum eloquar, & breuiter quidem de prima
cauſa, ſcilicet de adulterio, & recordor illud ſuffi-
cere ad prædictam ſeparationem tori, tàm ſi car-
nale, quàm ſpirituale (vt puta ſi hæreſi, vel idola-
tria commaculatus fuerit maritus) adulterium
commiſſum appareat, ex relatis, & probatis per
eundem Barboſam poſt adductum nu. 18. oportet
autem, vt ante dictum carnale adulterium com-
miſſum fuerit conſtante matrimonio, ex deciſione
Rotæ coram Penia in vna Romana ſeparationis
tori, Lunæ 3. Martij 1603. & eſt deciſ.751. inter
congeſtas à Farinac. verùm quia tali facto diuor-
66 tio Iudicis auctoritate aliud contrahere matrimo-
niũ nefas eſt, ideò quæritur ſi Religionẽ ſaltem in-
gredi liceat diuortium petenti, & inuito delinquẽ-
te? Cuius quidem dubij clara apparet ſolutio,cum
mulier fuit adultera, & diuortium factum eſt ma-
rito quærelante; nam tũc licebit viro Religionem
intrare, ibique profiteri etiã muliere renuente cap.
Agathoſa 27. qu. 2. Inſuper & ordinibus inſigniri,
quod mille auctoribus defendit Sanchez tract. de
matrimon.lib. 10.diſput.11.nu.16 ipſeq; ſcribo in-
ferius num.80. Quinimò ſi talem emiſit profeſſio-
nem tacito matrimonio, cui erat alligatus, valeat
profeſſio,dicit Nauar.conſ. 7. an valeat de conuerſ.
coniugat. in nouis, & ſequitur Sayr.deciſ. 11. pro-
feſſio viri ſub rubric.de Regular.quia eius vxor a-
dultera, nec poſſeſſorio, nec petitorio poteſt age-
re ad reſtitutionem ſic profeſſi cap. ſignificauit de
diuort. Præfatuſq; vir quo ad hoc, perinde eſt cen-
ſendus,ac ſi morte ſuę vxoris eſſet ab ea ſolutus, vt
inquiunt præfati Nauar, & Sayrus, ex quibus ma-
ximum emergit dubium, an ita quoque permitta-
tur vxori Religionem aliquam ingredi, & profeſ-
ſionem inibi emittere, quoties fuit admiſſum di-
uortium ob viri adulterium? dubium namq; iſtud
oritur ex eodem cap.Agathoſa; quod videtur per-
miſiſſe in vrgentiori caſu, quia vir maiorem pro-
pulſat iniuriam à muliere adulterante, quam vxo-
ri inferat mariti adulterium,ac propterea, vir mo-
leſtius fert mulieris adulterium, quam filij interi-
tum

tum l. codicillis §. matre ff. de legat. 2. & dixit ibidem Bald. ac Tiraquell. de legib. connub. l. 13. nu. 27. & tract. de pœn. cauſ. t. nu. 3. nam maior requiritur caſtitas in muliere, quam in viro, ex gloſa in l. palam §. fin. verſ. quæ in adulterio ff. de ritu nupt. atque ideò, conſtat maius committere peccatum mulierem adulterantem, reſpectu læſionis matrimonij, & infamiæ, quam virum, ex reſolutione Aſtenſ. lib. 8. tit. 11. art. 3. q. 3. ac proptereà non mirum ſi non videtur eo in textu conceſſum in faciliori caſu; nihilominus gloſ. in eod. cap. illo, verſic. conuerſionis, affirmatiuam, ex ſententia Hugo. inſequitur partem, quia cum tunc ſeparatio, iudicio Eccleſiæ fuerit facta, neuter tenetur alteri, iuriq; ſuo ceſſit vterque; ideoq; cenſuit tunc licere etiam altero inuito aliquam regulam, aliquo in cœnobio profiteri, & confirmatur, quia vir, & vxor ad imparia minimè debent in hoc caſu iudicari, vt ait Soccin. Iunior. conſ. 32. vt præſentis nu. 9. volum. 2. Brunell. de ſponſal. concluſ. 8. nu. 4. Sanchez de matrimon. lib. 1. diſt. 55. nu. 4. ob idq; non tantum viro permittitur vxorem dimittere propter adulterium in cap. dixit Dominus 32. q. 1. ſed vxori virum, in cap. Apoſtolus, & cap. vxor à viro 32. q. 7. aduertitq; Franc. Marc. deciſ. delphin. 513. quæritur an vxor poſt nu. 23. par. 1. & poſt alios, probat Marius Antonin. in lib. variar. reſolut. 1. reſolut. 35. nu. 1. ſeparatumq; proptereà fuiſſe decreto Rotæ legimus in deciſ. 571. relata à Farinaccio, & rurſus coram Seraphin. deciſ. 226. par. 1. licet nequeat vxor ipſa accuſare virum de adulterio reſpectu pœnæ, & criminalitatis, ſicuti vir vxorem, ſed tantum quo ad præfatam ſeparationem tori, Cuman. conſil. 175. Domina Andriola poſt num. 4. Soccin. eodem conſil. nu. 3. & Franc. Marcus nu. 1. accedit, quod in his terminis ſcribit Barboſa indicato loco, cum ait, ſeparationem concedi etiam, ob adulterium ſpirituale, & exemplificat, ſi aliquis ex coniugibus incidat in hæreſim, vel idolatriam, aſſentiuntur generica eiuſdem Sanchez verba lib. 10. diſput. 3. nu. 6. & alia apertiora in diſput. 11. Quare iure optimò admiſſa ſeparatione decreto Auditoris Cameræ anno 1597. quàm petijt religioſiſſima mulier Cõſtantia Piccolominea de Aragonia, Amalphitenſium Dux, aduerſus nobiliſſimum Alexandrum Piccolomineum eius cõiugem, fas fuit eidem Duciſſæ arctiſſimum ingredi Monaſterium, (quod vulgò Sapientiæ nuncupatur) Ciuitatis Neapolis, ibiq; illius Regulam profiteri maximopere cupiẽs, Summo Pontifici Clementi VIII. ſupplicauit, vt id ſibi licere declararet; qui quidem pro ſua ſingulari prudentia, magnum hoc, arduumq; negotium Illuſtriſſimis Cardinalibus, decretorum Tridentini Concilij interpretibus cognoſcẽdum, ſibiq; referẽdum commiſit, è quorum accurata reſolutione, diligenter, ac ſtudioſè facta, agnouit ipſe ſanctiſſimus eandem Duciſſam monialem effici, profeſſionemque emittere poſſe, quamuis Alexander vir eius acriter perſtitiſſet, contraq; pugnaſſet; ideò per breue Sanctitatis ſuæ expeditum 17. Iulij 1595. reſcripſit Nuntio Neapoli, tunc exiſtenti, vt veris exiſtentibus prænarratis, ac vocato viro, vt eadem Duciſſa profeſſionem petitam, etiam ſi per annum poſt ſuſceptum habitum regularem in probatione non perſtitiſſet emittere licitè valere, auctoritate Apoſtolica diſpenſaret; cuius breuis vigore id iam factum fuit, dictamque re ipſa profeſſionem emiſit.

Cùm verò ambo coniuges adulterium perpetraſſent, profectò nemini eorum aliquam profiteri Regulam altero inuito concederetur, Archidiacon. eod. cap. Agathoſa nu. 5. hoc etenim caſu, neque repudium poteſt conſiſtere cap. ſignificaſti de diuort. & dum altera parte renuente profiteretur, inde compelleretur exire, vt ipſemet Archidiacon. affirmat, quia ambo ſunt in pari cauſa turpitudinis, illoque caſu neuter valet alterum accuſare, aut dimittere. Quinimò dimiſſam ob adulterium tenetur reintegrare, ſi ipſa quoque poſteà adulterauit, cap. ex literis de diuort. Summa Corona de Sacram. matrim. nu. 15.

Mulierem autem vim paſſam de adulterio ac-
67 cuſare viro non permittitur l. vim paſſam ff. ad legem Iuliam de adult. etiam ſi iniuriam ſuam protegendæ pudicitiæ cauſa marito confeſtim renunciari prohibuerit expreſsè, vel tacendo illi celauerit, vt ibidem dixit text. cum gloſ. verſ. prohibuit; plerumq; etenim id maritis celant gratia vitandi mala, ac rixas, & homicidia, ex his ſolita enaſci; & proptereà aliàs fuit dubitatum, an vxor debeat ſe
68 amantem illicò notificare viro ſuo, an vtilius ſit tacere, vt ſcribit, ſed non reſpondet Neuizan. ſua ſylua nuptiali libr. 4. 6. notandum tamen eſt, verſ. vidi aliàs dubitari, & text. in d. l. vim paſſam, videtur probare ſententiam pro muliere, quæ marito non debeat tale factum notificare, vt dicit Boerius deciſ. 262. incip. & dico poſt num. 12. quas mulieres ſummopere ipſe commendarem, ſi his temporibus eſſent, ſed vereor nè noſtræ tempeſtatis mulieres fingentes ſe reſpuiſſe voluntatem amãtium, illoſq; odiſſe, marito, aut fratribus omnia pandunt, illos interius non modo diligentes, at quoque adamantes, ac viri fratreſq; mulieribus ipſis credentes, certò exiſtimant illas amantium blanditijs non conſenſuras; ſecus enim cuncta ſponte ad eos non detuliſſent; quarè ab omni procul ſunt ſuſpitione, & illæ ſuas cum illis explere libidines, nõ deſiſtunt, vt perplures ſimiles cognouiſſe mulieres, refert Neuizan. vbi ſupra, & ipſe auditu tale facinus de quadam muliere Romana. Quod ſi aliquæ extarent, quæ de adulterio poſtulatæ petentium precibus ſe aſſenſuras ſimularent, animò tamen conſtantes, & pudicæ, viris proprijs ſecreto nunciarẽt omnia, illorum appetitui, vt obuiarent, impedirẽtque, eſſent profectò ad ſydera extollendæ ex ſententia Paul. de Caſtr. in l. ſi quis ſeruo nu. 2. C. de furtis, ſicuti cuſtos Caſtri commendandus quidem eſſet, ſi petenti proditionem Caſtri ſimularet conſenſum, & tamen Domino renunciaret efflagitatam proditionẽ, vt inibi Caſtrẽſis aſſerit, & Boer. in tractat. clauium portarum Ciuitatum in præfat. ſol. 6. & allegata deciſ. 262. poſt nu. 12. ſed quò ad Deum, magis commendarem ſi mulier, & cuſtos, marito, Dominoq; omnia cælarent, illa verò denegaret aſſenſum amanti, ac colloquia, cæteráq; præparatoria ad libidinem prohiberet; iſte autem reſpueret proditionem expoſcentem; Mulierem verò culpa ſua oppreſſam, vtrum nè liceat marito di-
69 mittere, necnõ de adulterio accuſare, ſi quæratur, reſpondeo negatiuè, quamuis culpa præceſſerit,

puta

puta ſi maritus ei mandaſſet, vt ſugam arriperet,
né incurſu hoſtium ſuperueniente opprimeretur,
illiq; incredula renuerit parere, ſicq; ab hoſtibus
poſtmodum aduenientibus violenter cognita fue-
rit, vt concludit gloſ. 2. in cap. de pudicitia, & ibi
Archidiac. 32. q. 5. & eſt quæſtio Dominicalis Bar-
thol. Brixienſ. quæ incipit, vir mandauit vxori, ip-
ſaq; demùm ita concludit, in quibus omnibus ſa-
nè caſibus, quia viro nefas eſt mulierem accuſare
de adulterio, neque poterit aliquod ingredi Mona-
ſterium, inibi profeſſurus.

Matrimonium præterea ſi ratum ſolummodo
70 ſit, diſpenſatione ſupremi Pontificis, ſolui conce-
dunt, etiam canones, teſte Nauar. in manuali cap.
22. nu. 21. & conſ. 49. num. 2. de deſponſ. impub. &
conſ. 1. num. 9. in fin. de frigid. Bald. in l. Deo nobis
num. 9. C. de Epiſcop. & cleric. in l. 1. C. de ſponſal.
Anchar. in cap. canonum de conſtitut. & conſ. 409.
viſo, & diligenter inſpecto nu. 4. Tiraquel. in præ-
fat. ad tract. de pœnis nu. 42. Gozzadin. conſ. 2. nu.
4. & 6. Curt. Iun. conſ. 170. nu. 1. Summa Corona
in rubr. de Sacram. matrim. num. 13. & gloſa cele-
bris, & final. in cap. ex publico de conuerſ. coniug.
quam inibi omnes, & communiter amplexantur,
vt inquit Dec. in conſ. 112. in præſenti poſt nu. 2. &
alij complures, maximè Succin. conſ. 28. circa pri-
mum nu. 6. vol. 1. cæteriq; relati per Pariſium con-
ſil. 51. nu. 14. vol. 4. & communis opinio, hanc ean-
dem tuetur reſolutionem, cuius teſtis eſt Grattus
conſ. 1. nu. 31. vol. 2. & Petr. Magdalenus in tract. de
numero teſtium par. 3. cap. fin. num. 241. & Henri-
chez in ſumm. theol. moral lib. 11. cap. 8. §. 11. vbi in
gloſa liter. F, congerit mille Doctores, id ipſum
affirmantes; quibus addo Imol. in cap. fin. nu. 6. de
tranſact. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 20.
de conſtitut. ibiq; Dec. nu. 3. tueturq; Loaces in tra-
ctat. de matrimon. Regis Angliæ in 2. dub. argum.
2. pro parte affirmatiua, Sylueſt. in ſumm. verbo
diuortium q. 4. Selua in tract. de iureiur. par. 4. nu.
61. Emanuel Suarez in ſuo theſauro receptar. ſen-
tent. verbo matrimonium, Sylua Nupt. lib. 1. num.
52. & 152. alijq; multi adducti per Couar. in 4. de-
cret. 2. par. cap. 7. §. 4. nu. 13. & tandem Barboſ. in
2. par. rubr. ff. ſolut. matrim. verſ. ſi autem ſit matri-
monium ratum, poſt num. 102. Quorum tamen
ſententiæ contradicunt Theologi ferè omnes, à
quibus contraria, & negatiua defenditur, adeò
quod ipſam eorundem Theologorum commu-
nem eſſe aſſeuerat Couar. citato §. 4. nu. 14. & Cor-
duba q. 25. Matthienzo in rubr. de matrimon. tit.
1. gloſ. 1. nu. 75. lib. 5. recopilat. & ſequitur Guttie-
rez in ſuis canonic. quæſt. cap. 17. per totum, maxi-
mè num. 22. & 23. lib. 1. verùm certi iuris eſt, non-
nullos è Theologis primam commendare ſenten-
tiam, præſertim Henriq. Sylueſt. & alij ſupra me-
morati, necnon Caietan. ſuper D. Thomam 2. 2. q.
88. art. 5. nouiſſimeq; poſt alios tuetur Rebell. de
obligat. iuſtit. par. 2. lib. 2. de matrimon. q. 15. ſect. 3.
quamq; affirmatiuam ſententiam, frequens pra-
xis, vſuſq; comprobat; ſiquidem perſæpè diſpenſa-
tum fuiſſe ſcimus, & aliquas diſpenſationes eiuſ-
modi refert Nauar. indicato num. 21. Borgaſ. in
tract. de irregular. par. 6. tit. de ſponſal. & matrim.
ſub nu. 74. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt.
20. nu. 35. Ant. Gomez. in l. 40. Tauri num. 66. Ra-
phael Volaterran. lib. 2. Geographiæ cap. fin. Hie-
ronym. Blanch. in Iuſcript. Regn. Aragon. fol. 23.
in Aragonenſium rerum commentar. pag. 145. &
Hieronym. à Cauall. in 1. tom. ſuar. quæſt. pract. q.
343. à nu. 7.

Soluitur quoque ratum matrimonium per in-
71 greſſum Religionis alterius coniugum, etiam al-
tero nolente; cui ad aliud matrimonium tunc con-
cederetur tranſire cap. verum de conuerſ. coniug.
§. detrahuntur in authent. de nupt. Concil. Trident.
ſeſſ. 6. de Sacrament. matrimon. cap. 24. Graff. lib.
3. cap. 5. ſub nu. 33. nam vinculum prioris matri-
monij, tunc diſſoluitur, vt concludit Henrich. in
ſumm. theol. moral. lib. 11. cap. 8. §. 6. in gloſa lit. X,
aduerſus Henricum de Gandauo, qui quodlib. 5,
q. 39. minimè eſſe inconueniens aſſerit, vt relicta
in ſeculo, habeat duos ſponſos, carnalem ſcilicet
vnum, ſpiritualem alterum.

Diſſoluitur profectò ex his omnis rata matri-
72 monialis conſociatio, per regularis profeſſionis
emiſſionem, exemplo Beati Macharij ſummi viri
Eremitæq; qui cum iam vxorem duxiſſet, conui-
uiumq; nuptiale celebraſſet, cumq; eſſet torum
veſperi, cum vxore ingreſſurus, petijt Eremum, vt
Beatum Hieronymum retuliſſe reſcripſit, Io. Hie-
ronym. Alban conſ. 32. num. 10. quemadmodum,
& de Beato Alexio legimus, Epiphanij clariſſimi
viri filio, qui ex nuptijs diuina gratia vocatus, ſpon-
ſam deſeruit, ac nudus Chriſto famulari cępit, quo-
rum exempla textum deinde reſcripſiſſe reperi in
cap. ſcripſit 27. q. 2.

Extat, & aliud huius rei inſigne exemplum de
ſancta Tecla virgine, ac martyre, quam iam gran-
dem, atque nubilem, duodeuiginti annos natam,
mater eius Tochia viſendo adoleſcenti, nobiliſſi-
moq; Thamaridi collocauit, ad quam, dum quoti-
die gratulaturæ vicinæ, affines, notæq; mulieres
commearent, dum muſicorum inſtrumenta appa-
rantur, dùm menſæ exquiſitiſſimis cibis extruun-
tur, dum conuiuæ accerſuntur, dumq; genialis, at-
que mollis ſternitur thalamus, ipſa cuncta aſperna-
tur, ac reſpuit; nam alius præclarior quæſitus vir-
gini ſponſus, nobiliorq; ſuo pectori ignis inhæſit
ex Pauli commota facunda prædicatione de fidei
chriſtianæ arcanis, deq; caſtitatis laudibus verba
facientis; qui quidem vix erat hæc prælocutus, cum
dedignata virgo, quod virginitatis ſpreta ſublimi
prærogatiua, in obſcœna animum deieciſſet, paſſu-
ra nimirum amplexus, alteriuſq; Imperium, tuen-
dæ virginitatis cauſa, mori potius, quam nubere
conſtituit, á quibus, cum eam à ſententia retorque-
re priſtinum ad obſequium nequiſſent, matris mi-
næ, obiurgationeſq;, neque verò Thamyridis tre-
mula vox, cum gemitu, exhortationes, pręceſuè, ira
feruidus Thamyridis, venere, & cupidine æſtuans,
omnem conuocauit familiam, manumq; nobi-
lium, atque Proconſulem adijt, cum quo grauiſſi-
me de Paulo lamentatur, petulantiſſimeq; in illum
inuehitur, quantum diræ, quantum audacia, inue-
recundia, impudentia, rabies, amorq; indidere;
tunc Proconſul protinus aſcitum, interrogatumuè
de doctrina Paulum, audaciter inimicorum ca-
lumnias obtrudentem, in carcerem coniecit; quo
Tecla orbata magiſtro, illiuſq; ſanctiſſimo priua-
ta aſpectu, mæſta, ac ſordidata, ſecum conqueri cę-
pit,

pit,cupidineq; perdiscendarum pœnarum, quibus Paulus cruciabatur ardere, quas vt agnouit, prorupta in lacrymas, inanes fundere voces, & charum Pauli nomen, sæpè sæpius frustra appellare non destitit, simulatoq; sopore, cum dulcis, & alta quies,placidæq; simillima morti,mortalium occupasset animos,surrexit è cubili,ac maternæ domus pecunia ianitore corrupto,illinc tacita concubia nocte proficiscitur,vltroq; procedens, peruenit ad carceris ostium, illiusq; vindici,aureum offert,traditq; speculum, vt ipsam carcerem ingredi, eiusq; limen intrare, Pauli videndi gratia pateretur, illucq; introducta,magistrum asperis aspiciens vinctum,astrictumq; cathenis,pallore aspersa,pauida, exanguis, & semianimis concidit; ac propediem eum reuixit, ad pedes prostrata magistri iacens, illi animi sui enarrat ardorem, ac moriundi noua pro Religione desiderium, seq; vt christianis imbueret præceptis, supplex, demississimeq; exposcit; tunc Paulus sordidatæ puellæ commendato consilio, in prælocutione pernoctans, illi aperuit arcana Dei, sanctissimis erudiuit præceptis, ac lustrali expiauit aqua; At cum primum gelidos rores aurora remisit, cognoscentes Thamyrides, Tochia parés, pedissequæq; lectulum puellæ inanem, collacrymare, radices euellere capillorum, vnguium tenacitate dilaniare vultus, sollicitoq; pectore repetere suspiria non destitere; quibus postquam renuntiatum est Teclam ad Pauli pedes abiectam subsidere,eos arctissimè amplexari,deosculari,fidoq; lambere,eiusq; ex ore pendere,grauiter, molesteq; tulere,& maiori in eam concitata indignatione genitrix,generum irritat,vt suo vsus iure in sponsam prosiliret: dein lugubri aspectu pallida, funesta, ad Vrbis Præfectum excucurrit,fatur lacrymis,euentum enarrat, ac tandem intensissimis præcationibus, argutisq; cohortationibus, in animum infixit illius, haudquaquam virgini parcendum fore, sed Deos immortales nefandæ victimæ cruore pacandos. Is igitur Paulum fustibus vexatum de oppido censet cedendum; puellam verò igni iussit cremari,quæ ad locum dum perduceretur supplicij, Tochiam matrem pectore, vultuq; ferocem, ouantemq; in filiæ calamitate; omniaq; instrumenta mortis procul aspiciens, eis non perterrita, sed ardentior facta, concupiscenti animo paratam pro Christo necem,exoptans,constituit serena fronte sufferre, quicquid antiqua sæuitia inuenisset, quicquid noua adiecisset;ac propterea tantos processus faciebat, vt euolare, non excurrere videretur ad flammas,seq; ardenti rogo,illuc cum peruenit, lætabunda proiecit; At ignis ardens,& non vrens,pacatior hominibus, virginis membra, præconia Christo canentis, Deoq; benedicentis, haud læsit, sed repentè imber effluxit, grauisq; incidit vehementi flamine ventus, accensasq; flammas extinsere, nonnullosq; ex stantibus inde euolare fecere; tunc Tecla,& cognouit Dei præsidium,& humi se deiecit,& gratias illi omni conatu,totoq; pectore egit, moxq; vestibus induta suis, Paulum perquirit, & post pusillum inuentum (illiq; renunciatis omnibus) obtestatur, vt se virili, aut muliebri habitu induta,ipsum sequi,quocumque pergeret,pateretur;quamuis autem semel,atque iterum renuerit Paulus, demùm Theclæ acrius instanti inuitus assensit,secumq; posteà externas peragrauit regiones; cuius ex successu constat matrimonio iam rato licuisse vxori,nouam, etiam nolente viro adipisci,& ingredi Religionem. Hæc (amice lector) tædio te affecisse non credo, sed vehementer animo sedisse tuo,nec tibi displiceat me in itineris initio defecisse, ac reliquum virginis vitæ tépus omisisse,præter rem enim erat; sed quæso perlege, politam,venustam, peritam, atque concinnam compositionem duodecim virginum,& martyrum, quam anno 97. typis dedit perillustris vir, omniq; virtutũ genere ornatissimus Paulus Aemilius Sanctorius Iulij Antonij Sanctorij*Cardinalis Prænestini, Sanctæ Seuerinæ nuncupati ex fratre nepos.

Quinimò matrimonium ratum, soluitur etiam
73 per professionem militaris ordinis S.Ioannis,Henriq.summ.theol.lib.11.cap.8.§.6. vbi in glosa lit.E, ait, quod D.Gaston Dux Medinacœli, huius ordinis professione emissa,liberatus fuit à matrimonio iam valido per legitimum consensum de præsenti; idq; cum sapientum consilio, & vigore statuti illius Religionis id permittentis, tenet etiam Nauar. cons.1.de conuers.coniug.Corduba q.148.in princip. & q.178. in fin. Ludou.Lop.2.par.sui instruct. de matrimon. cap.48. ad 4. Petr. de Ledesma de matrimon.q.61.art.2.ad 4. Manuel 1.tom.summę cap.239.num.2.in 2.edit.& super bullam cruciatæ §.9.num.123.Vega lib.6.summ.casu 17. & Thom. Sanchez lib.2.de matrimon.disput.18. post nu.8.& Barbosa in rubr.ff.solut.matrimon.par.2. num.82. quamuis pro negatiua videatur propendere Sot. in 4.sentent.dist.27.q.1. art.4. vers.quo circa, & lib.7. de iustit.& iure q.5.art.3.ad 3.vers.quod si contra.

Prout etiam,si in domo velit manere, & voto se
74 astrinxerit ad obseruantiam regularem alicuius Religionis, matrimonium dissoluitur ratum, ex glos.in cap. de viduis 27. q.1. dummodò solemnibus,non autem simplicibus votis se alligauerit, Sãchez de matrim. disput.18. nu.4. & consequenter, non procedat si habitum solum suscipiat,velitq; remanere domi, quasi propositum castitatis in seculo seruatura, iuxta verba cap.ex parte el 2. de conuers.coniug.& in glos.cap.scripsit 27.q.2.

Matrimonium verò, tametsi consumatum non
75 dicatur, cum vir penetrauit claustra pudoris, & corrupit sponsam, sed semen non emisit, vt concludit Sot.in 4.sent.dist.27.q.1.art.3.vers.causæ dirimendi, & dist.41. q.vnic.artic.2. vers. ex quo fit, Syluest.verbo matrimonium nu.15.vers.si autem, Henrich.Boich.in cap.fraternitati nu.10.de eo,qui cognou.consang.vxor.suæ,Summ.Coron.in 3.par. rubr.de Sacram.matrim.post num.12. Vega lib.3. summ. casu 157.& lib.6. casu 17. Thom. Sanchez lib.2.de matrimon.disput.21.post num.5.Henrich. summ.theol.moral.lib.11.cap.8.§.8. quia non sunt effecti vna caro; sicuti in adducto vers. ex quo fit,
76 Sot.affirmat,prout neque est contracta affinitas,vt allegati tenent,& Armill.verbo matrimonium nu. 26.Aufrer.ad decis.Cappell.Tholos.96. nu.2. & 3. D.Antonin.3.par.summ.tit.1. cap.11. per auctoritatem Palud.dicunt etiam Corduba casu 178. Anchar.in cap.fraternitati, de eo,qui cognou.consanguin.vxor.suæ,& Tolet. qui adiungit, etiam si fœ-
77 mina seminet in 7.lib.instruct.cap.11. nu.3. Nihilominus tale matrimonium quamuis ex suprascri-

ptis

ptis tantummodo ratum dicatur, diſſolui tamen per regularem profeſſionem non poteſt, vt reſoluit Henrichez relato cap.8. §. 11. quod multo magis procederet ſi vera eſſet ſententia illorum, qui credunt matrimonium tunc dici conſumatum, quos refert, & ſequitur Ledeſma de matrimon.q. 61.artic.1.

78 Diſſoluitur quoque matrimonium, quod ratum eſt ob impotentiam coeundi prouenientem, tùm ex defectu naturali in frigido, cap. fin. de frigid.& malefic. tùm accidentali in maleficiato, Gloſ. in Summ. verſ.quod autem 33. quæſt.1. & d.cap.fin. dummodò tale impedimentum ſit perpetuum, puta ſi triennali tempore non ceſſauit, Archidiacon. allegat.cap.final. verſ. & hoc verum 33. quæſt.1. ſi quis enim per id temporis, huiuſmodi impedimentis detentus fuerit, matrimonium profectò declarabitur nullum, eodem cap.fin.modo impedimentum fuerit continuum, cap. litteræ in fin. de frigid. & malefic. Archidiacon.in Summ.33.quæſt.1. nu. 3. & alia huic caſui perneceſſaria ſcripſi in rubric. de perſon.prohib. prouom. cap. 17. de corpore vitiati verſic. maleficiati; non tamen omitto, quod conſumato matrimonio, impotentia ex cauſa frigiditatis, aut maleficij ſuperueniens, nequaquam illud diſſoluit ex Gloſa in allegat.cauſa 33.quæſt.1. ac cæteris à me adductis; quare licet Spurius Carbilius primitus diuortium fecerit Romæ, Anno quingenteſimo vigeſimo tertio ab Vrbe condita ex cauſa ſterilitatis vxoris, & proptereà tolerabili ratione motus videatur tunc temporis; attamen nec tunc reprehenſione caruit, quia maiores arbitrati ſunt, neque liberorum cupiditatem præponi debuiſſe fidei coniugali, vt inquit Valer. Maxim. lib.2.cap.Repudium.

79 Per ſuſceptionem verò ſacri ordinis, matrimonium dumtaxat ratum, nec dum conſumatum, vtrum nè diſſolueretur, antiquitus, maxima ſanè inter Scribentes diſſenſio fuit; idq; ſatis conſtat ex theorica Hoſtienſ. in Summ.de conuerſion.coniugat. §.& vtrum num.6. & Aſtenſ.in Summ. libr.8. part.2.titu.11.artic.2.verſic.vtrum matrimonium initiatum, & præter alios Syluest. videtur amplecti affirmatiuam in verbo matrimonium 8. nu.5.verſ. quinto quæritur, ſed negatiua verior, vt matrimonium etiam non cõſumatum per ſacrum ordinem poſteriorem non diſſoluatur, nam ita reſolutum fuit per extrauagantem Ioannis XXII. antiquæ de voto, & vot.redempt per Gloſam in capit.2.verſic. ſacri ordinis, eodem illo titulo in ſexto, Sot.in quarto ſententiarum diſtinct.27. quæſt.1. artic.4. verſic. præterea contra, & in libr. 7. de iuſtitia, & iure quæſt.5.artic.3.verſic.ex his ſequitur, Aretin. conſil.59.in facto num.1. Ioannem Brunellum tractat. de ſponſal. concluſ.30. declarat.prima, ſecunda, & tertia, Ioannem Lupum de matrimon. nu.34. Petrum Dominicum Magdalen. in tractat.de numero teſtium part. 3. capit. final. num. 262. & Tolet. libr.4. inſtruct. cap.18. num.5. atque ideò nec aliquod poterit adipiſci beneficium, vt firmauit Cappell.Tholoſan.deciſ.362.quid autem ſit faciendum de ſic promoto, fuit iam diſpoſitum in eadem illa extrauaganti, vt nec ſoluto matrimonio in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, nec ad ſuperiores prouehi, nec ad aliquod beneficium, vel officium Eccleſiaſticum valeat promoueri; de conſenſu verò mulieris non dubitatur, quin poſſit ordinari, atque etiam ad Epiſcopatum aſſumi, ſi illa non tantum votum continentiæ emittat, ſed Religionem ingrediatur, iuxta capit.ſanè, & inibi ſummarium de conuerſ. coniug. & probat illic per aliorum auctoritates, Ant.de Butr. nu.3. nec vlla tunc requiratur diſpenſatio, notat Abb. in cap.1. ſub num.2. de teſtament. eorum tamen dicta de ingrediendo Religionem reſtringenda videntur ad promouendum in Epiſcopum, iuxta gloſam citandam; reſpectu verò illius, qui inſigniri cupit ſacris ordinibus ſufficiat vouere in ſæcula caſtitatem, dicit Gloſ.in cap.quia ſunt 28.diſtinct. Aſtenſ.part.2.lib. 8.tit.11.art.2. verſ.ſed eſto, quod coniugatus, Guttierez cap. 25. mox adducendo ſub num. 17. atque Aretin. conſ.59. in facto ſub nu. 8. ita quod exequi ordines valeat ipſa viuente, ſcribunt mille relati, & commendati per Barboſ. in 2.par. rubric. ff. ſolut. matrim.num.90.

Sed valeat nè maritus inſigniri ſacris ordinibus, adhùc viuente vxore, ſi illa adulterium commiſit, ſicuti ex notatis num. 66. poſſet Religionem ingredi, in controuerſiam duci memoro. Etenim hanc quæſtionem explicitè proponit Guttierez canonic.quæſtion. cap.25. lib.1. pro vtraque parte, rationes, & auctoritates reſcribens; & licet à num. 13. defendere nitatur ſententiam negatiuam, in eamq; ipſe propendat, attamen affirmatiuam tutantur validæ complures rationes, necnon Corduba in Summ.quæſt.138. & 178. atque Nauar.conſil.23.quidam contraxit num.6.& 7. de ſponſal. in antiquis, & 15.de conuerſion.coniugat.in nouis, & Sanch.à me citatus eodem nu.66. eorumq; opinionem vidiſſe ſeruari, teſtatur idem Guttierez in calce nu. 12. & ſic fuiſſe promotum adulteræ virum, eiq; deinde collata beneficia, etiam Parrochiale in concurſu, excluſis alijs benemeritis, & non vxoratis addit; illumq; deinde aſſumptum ad Canonicatum Doctoralem, cuiuſdam Eccleſiæ Cathedralis illius Regni; cætera verò permulta ſuper hac re videre licebit inferius, rubr.penult.ſcilicet vndecima cap.12. vbi de coniugatis eſt ſermo à nu. 2.

81 Prætereà neque per vitam diſſolueretur Eremiticam ex gloſ.final. in capit. ſcripſit 27.quæſt.2. & alia meliori, & final. in capit. ex parte el ſecondo, ibiq; omnes notant de conuerſion.coniugat.Felyn. in cap.2.num.6.de foro competenti, nec refragatur exemplum Beati Macharij, relatum in eodem capit.ſcripſit; Is enim Eremiticam poſt ratum matrimonium vitam ſuſcepit ex reuelatione Diuina, vt Felyn.loco nuperrimè relato explicat, id deducens ex verbis illiuſmet Canonis, ibi, gratia Diuina vocatis, vel potius ex ſententia Archidiaconi ibidem, intelligendus eſt ille textus, de tali Eremo, qualem hodie ſuſtinent Camaldulenſes; atque ita de Religioſis vitam Eremiticam eligentibus, qui habent votum caſtitatis, vt concludit Diuus Thomas 2. 2. quæſt.186. artic.5. Sylueſt.verbo Eremita in princip. Armill. eodem verbo num. 2. ſuppetunt, quæ Rodor.ſcribit 2.tom.quæſt.Regul. q.62. art.20.ac de illis Eremitis fuiſſe Macharium, alioſquè relatos, qui ſolemniter vouerunt caſtitatem, aſſeuerat Henrich.ſumm.theol.moral.lib.11. cap. 8.§.7.in gloſa lit.A,

C Quod

Quod si matrimonium sit cõsumatum, est quidem indissolubile, Bellarmin. in lib. de matrimon. capit.15. idq; ex lege Euangelica, vt probat Petrus Dominicus Magdalen. in tract. de numero testium
82 part.3.capit.final. num.245. ac iure merito dissolui ex causa Regularis professionis minimè valet, cap. verum de conuersion. coniugat. & Concil. Tridentin. capit.24. session.6. de Sacrament. matrimonij; nam inter ratum tantum, ac consumatum matrimonium (præter alias.) Quatuor sunt rationes differentiæ, quas memorat Ioann. Brunell. tractat. de sponsal. & matrimon. conclus.1. num.10. præsertim veró, quare matrimonium ratum per ingressum Religionis dissoluatur, consumatum vero nequaquam, ea dari potest, quia matrimonio solo consensu contracto, & copula inani, dumtaxat coniunctio inest animorum non corporum, quæ vnionem inter Deum, & fidelem animam existentem significat; hæc autem, quemadmodum per peccatum dissolubilis est, ita matrimonium ratum dissolubile erit, maximè per professionem. Cùm verò matrimonium ratum subsequuta est copula, quia indicat vnionem, inter Deum, & fidelem animam per carnis humanæ assumptionem in vtero virginali, quæ vnio, quia inseparabilis est, matrimonium quoque consumatum inseparabile, existit; quam rationem scriptam reliquerunt Ioann. Hieronym. Alban. consil.32. num.10. Ioann. Brunell. allegato tractatu de sponsal. & matrimon. conclus.1. num.10. Abbas in capit. ex publico num.13. & capit.2. num.5. de conuersion. coniugat. Præposit. in capit. final. sub num.8. & 9. de sponsalibus, & capit. rursus num.4. in fine, nè Clerici, vel vouent. est Glosa vnica, & singular. in capit. qua propter 27. quæst.2. & Gozzadin. consil.2. num.6. eaque desumi potest ex cap. debitum de bigam.

Alia ratio, est Dominici á Soto libr.7. de iustitia, & iure quæst.2. artic.5. in primo argumento, Scoti vers. negamus, quin & in quarto sententiarum distinct.27. quæst.2. art.1. quod natura sua matrimonium consumatum, sit prolis productiuum, quare si ita coniugati separentur, educandæ proli iniuria fieret.

Reliquas dat rationes Franciscus Turrianus libr.2. caracther. verbi Dei, quarum non minima existimatur illa, quod non expedit eos separari, quos copula coniunxit; quod veró non expediat tribus confirmat rationibus, quas me docuit Ioannes Capetius tractatu de perpetu. castitat. Sacerdot. capit.24. versic. ex dictis, vbi verba illa Matthæi 19. nempè, quod Deus coniunxit homo non separet, interpretatur de matrimonio consumato, & suffragatur textus in capit. verum de conuersion. coniugator. vbi sponsi per legitimum consensum de præsenti, & ante copulam, non sunt vna caro simul effecti; consimilesq; sunt textus in capit. ex publico eodem illo titulo, & capit. lex Diuina, versic. qui ergo 27. quæst.2. quare reijcienda est opinio Arboricens. in libro de cœlibatu, intelligentis illa de matrimonio rato, tanquam dicta à Christo in Paradiso ante consumatum matrimonium; & omninò firmandum de consumato loqui, quod itidem Astasan. tenet libr.8. titul.11. articul.2. versic. sed obijcitur, Hostiens. in Summ. rubrica de matrimon. §. & qualiter dissoluatur sub num.31. Gregorius de Valentia disputat.10. quæst.1. punctu 7. versic. tertio id probatur tom.4. Ancharan. in capit.1. sub num.1. de voto in sexto, Cagnol. in l. nuptiæ num.6. ff. de regulis iuris. Decius consil. 112. in præsenti num.5. Gozzadin. consil.2. num.5. in fine, atque è Modernioribus Scriptoribus probant, Petrus Dominicus Magdalen. in tractat. de numero testium par.3. cap. fin. nu.264. & Henrich. summ. theolog. moral. lib.11. cap.8. §.6.

Quin, neque dispensatione Papali supponunt ijdem Doctores relati num. . & alij dicunt tùm Ciuilistæ, tùm Canonistæ, tùm denique Theologi, quos referunt, & sequuntur adducti Couarru. in citato capit.7. §.4. in fine, Barbos. adducta part.3. versic. vltimo ad complementum sub num.101. Henrichez in summ. theolog. moral. lib.11. de matrimon. capit.2. in glosa litera T, addo Franciscum Marcum quæst. Delphin.464. & sequenti par.2. in impressione Lugdunensi de Anno 1600. & Thomam Sanchez tractat. de matrimon. lib.2. disputat. 13. Rodoric. Lusit. quæst. Regular.1. artic.5. versic. primum argumentum tom.3. & Gregor. de Valent. disputat.10. quæst.1. punctu 7. versic. tertius casus, & rursus altero versic. tertius casus, tom.4. memini tamen aliquos contradixisse, asseuerantes posse Papam tunc dispensare; at eos pessime loquutos esse dicit Sanchez eadem disputat.13. num.11. eorumq; sententiam intollerabilem continere errorem dixisse Alphonsum á Veracruce in specul. coniugior. part.2. artic.8. ad finem, refert Barbos. indicato loco, eamq; esse falsissimam addit Guttierez lib.1. canonic. quæstion. capit.17. num.21. ac proculdubio reijciendam Mazziengus lib.5. recopilat. tit.1. glosa prima rubricæ num.76. sed ipse nec supremæ potestati Papæ detrahere audeo, nec contradicentem improbare sententiam; Quicquid itaque Romana Ecclesia definiet prompte admitto, eiusdemq; decisioni libenter assentior; Papali siquidem declaratione indigere hanc quæstionem arbitror, vt sic certo sciamus, quid sentire teneamur.

Quod si mulier fuerit per vim cognita, an ei liceat Monasterium aliquod intrare, ibiq; profiteri,
83 Viro autem contrahere aliud matrimonium? & quidem maximum est dubium, aliquibus enim (quorum amplexor, vt veriorem sententiam) placet resolutio negatiua, quam tenet glosa Ioann. in cap. fin. per illum textum vers. inuitus 55. distinct. & Aegid. Bonon. in suis quæstionibus, ac præsertim quæst.3. vtrum sponsa de præsenti, Durand. in 4. sentent. distinct.27. q.2. nu.15. Borgas. de irregular. par.5. rubrica de bigam. num.34. vers. sed inuenio, Bald. in cap. causam num.8. vers. vltimo de probation. Sot. in 4. sentent. distinct.27. quæst.1. artic.4. vers. quid autem iuris sit, Couarru. in 4. rubr. de sponsal.2. par. cap.7. §.4. nu.10. Gregor. de Valent. tom.4. disputat.10. quæst.1. punct.7. vers. secundus casus, Victoria nu.258. & alij, quos citat, & sequitur Henrichez lib.11. cap.8. §.10. nam præter multas rationes á præfatis adductas, illa suadet, quod reuera est violata mulier ista, ex Ciceronis dicto in epistol.140. Virginem me quondam inuitam per vim violat; & quia benedici inter Virgines non poterit, cap. illæ autem famulæ 32. quæst.5. Quinimó virginibus corpore, & mente in Cœlis competit aurea,

aurea, & aureola, ſed per vim cognita carebit aureola, & auream ſolummodo habebit ex gloſ. in adducto capit. illæ autem famulæ verſic. tutè; ſed Ioannes à Capiſtrano in Summula matrimoniali num. 344. ex ſententia Theologorum aſſerit, illis competere aureolam, & Henrichez citato loco, Andr. de Iſern. in conſtitutio. Regni omnes noſtri, verſic. iuſti autem, Foller. in praxi dialogica rubrica audiantur excuſatores num. 88. coniunctim verò aurea, & aureola triplici ſtatui perſonarum datur; virginibus propter puritatem concupiſcibilis, martyribus propter ſtrenuitatem iraſcibilis, ſine timore ſe morti exponentibus; ac tertiò Doctoribus propter ſcientiæ claritatem, Argent. lib. 2. ſententiarum diſtinct. 40. artic. 2. verſic. nam aureola, & quamuis haud defuerint tenentes licere prædictæ mulieri ſic cognitæ profiteri aliqua in Religione, vt Gloſſa ordinaria in capit. final. verſic. iniuitus 55. diſtinct. Ioann. Andr. poſtquam hanc quæſtionem diſcuſſit ad partes, ita concludit in regula, quæ contra ius, de regul. iur. in ſexto, Felyn. qui dicit non eſſe in hoc recedendum à Ioanne Andrea in cap. cauſam num. 4. in fine de probation. Alciat. libr. 6. parerg. cap. 20. Angel. in l. 1. §. remouet ff. de poſtulan. Hippolyt. in l. 1. §. præterea num. 15. ff. de quæſtion. & Barthol. Brixienſ. tùm in allegat. gloſ. tum in quæſtion. Domin. 8. incipiente, quidam per verba de præſenti; quorum ſententiæ ſuffragantur dicta Sanctorum Patrum. Diuus enim Hieronymus in libr. 2. ſuper Lucam ſic fatur; finge ſi quis in aliqua perſequutione aliquam virginem præſtitutam cognouerit, apud Euangelium, quia voluntate non peccauit, virgo ſuſcipitur; in lege quaſi corrupta repudiatur; atque idem in libr. Hæbraic. quæſtion. corpus mulieris non vis maculat, ſed voluntas, vt habetur in cap. de pudicitia 32. quæſt. 5. & Diuus Ambroſius lib. 5. de Virgin. ſcribit, tolerabilius eſſe mentem Virginem, quàm carnem habere, vtrumque bonum ſi liceat; ſi non liceat, ſaltim nõ homini caſti, ſed Deo ſimus; Virgo enim proſtitui poteſt, adulterari non poteſt, vt in cap. tolerabilius allegata cauſa, & quæſtione, legitur; necnon in capit. re vera eadem cauſa, & quæſtione, his verbis: Re vera non poteſt caro corrumpi, niſi mẽs fuerit antea corrupta; & Diu. Auguſtin. libr. 2. de Ciuitate Dei, idem per diuerſa verba expreſſit, ſubiungitq; rationem, quia nullus magnanimus, & pudicus in poteſtate habet, quid de ſua carne fiat, ſed tantum quid annuat mente, vel renuat; quis tandem, mente putauerit ſe perdere pudicitiam, ſi fortè, vi apprehenſa, vel oppreſſa ſua carne, exerceatur, & expleatur libido non ſua, vt habetur in cap. ita ne, dicta cauſa, & quæſtione; ac propterea in cap. ſequenti; exemplum Lucretiæ Romanæ refertur, & aliorum ſententias, huc ſpectantes congerit Gratianus in eadem quæſtione quinta, quò credo pertinere verba illa Sanctæ Agnetis ad
84 Vrbis Præfectum, ſi virginitatem meam in diſcrimen adduxeris, mecum habeo cuſtodem corporis mei, Angelum Domini, qui me immaculatam ſeruabit; & aliæ glorioſiſſimæ Luciæ virginis, & martyris, Paſchaſium Syracuſarum Præfectum alloquentis; Age inquit, euibra, ſecuri exerce furorem tuum, ſeca, verbera, crucia, torque, lacera, oculos lancina, proſcinde martyrem; templum Dei deſtruere paras, & incendere; cui dum nocere ſtudes, beneficium præſtabis; & qui ratione non poteras, fluitans in luto luxuriæ, & vndis irarum, experimento fateberis, vel Dijs tuis inuitis, atque lugentibu, ſcorpus Virginis, ſedem, & templum eſſe Spiritus ſancti; tunc Paſchaſius in eam concitatus dixit, iubebo te ad Lupanar Duci, vbi ſcortata Spiritus ſancti præſidio, ac numine nuderis; cui Lucia ſtrenuè reſiſtens, illiusq; contundens impudentiam, reſpondit, inuita anima, & pectore auerſante peccatum, labes minimè contrahitur; voluntas ſpectatur, aſſenſusq;, & non iniuria, ſi me violari iuſſeris, caſtitas duplicabitur ad coronam, vt affatim, atque perdoctè ſcripſit in ambarum virginum vitis, idem Paulus Aemilius Sanctorius, nunc Cuſentinus Archiepiſcopus; non tamen has ob rationes cenſeo iſtorum iuſtè defendi poſſe ſententiam; ſiquidem procul eſſe autumo, virginitatem circa animam, à virginitate circa corpus; illam, namq; non amittit, quæ nolens, corporis paſſa eſt deflorationem, iuxta relatas auctoritates; corporalem verò amiſiſſe negari non poteſt, ideoq; inter Virgines benedici nequit, allegato cap. illæ autem famulæ 32. quæſtio. 5. ac propterea ſententiæ affirmanti hanc nequaquam poſſe ingredi Religionem aſſentio; quia & ſi voluntas reſtiterit, atque copulam auerſata ſit; nihilominus per illam commixtionem, quamuis inuitam, ſponſi effecti ſunt vna caro, per cap. verè de conuerſ. coniugat. ideò conſumatum tunc matrimonium dicendum; quó caſu neutiquam permittitur Regularem emittere profeſſionem, vt probaui in huius quæſtionis initio; húc accedit, quod Eccleſia non iudicat de oc-
85 cultis, nec cognoſcit de interna integritate, & renitentia, ſed incerta interioris abnegatæ delectationis, externam tantummodo corruptionem inquirit, & inſpicit, propter quam, eam corruptam iudicat, ex Diuo Thoma in 4. ſententiar. diſtinct. 38. quæſt. 1. artic. 4. Maiol. in tractat. de irregular. lib. 1. cap. 29. num. 35. quemadmodum conuictus, quod aliquam propoſitionem hæreticam dixerit; qui iudicatur, vt hæreticus, etiam ſi non malo, aut peruerſo animo eam dixiſſe fateatur; ſiquidem Deus ſolus eſt, qui inſpicit animum, intueturq; cor; Eccleſia verò non niſi exteriores actus, vt affirmat Vmbert. Locatus in opere iudiciali Inquiſit. §. hæreticus nu. 28.

Cùm verò ignoratur vtrum ne fuerit vxor co-
86 gnita ab ipſo viro; & quæratur an ei tunc liceat moniali fieri, necne: vtique non exigua penes ſcriptores exiſtit controuerſia; puta ſi ipſa neget commixtionem, maritus autem, affirmet; & quidem exiſtimo hoc caſu poſſe concluſiuè loqui, & fateri, tunc ſtandum eſſe mariti dicto per capit. ſi quis acceperit 33. quæſt. 1. & Alexand. 3. in cap. continebatur de deſponſ. impuber. & ſubſcribunt Couarru. in rubric. de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 1. num. 14. Tiraquell. de vtroque retractu in capit. de retract. lignagier §. 4. num. 3. & Maſcard. de probationib. concluſ. 452. num. 14. volum. 1. id tamen ſubſiſtit, cum eſt introducta in domum viri; etenim, eo in caſu, loquitur iam citatum capit. continebatur, vt inquit Calderin. conſil. 3. de probation. aut ſi extra domum ſimul dormiſſe, & concubuiſſe probetur, ex Couarruuias indicato loco. Regu-

la autem illa, vt præsumatur copula, vendicat sibi locum, quoties ipsa præsumptio fouet partes matrimonij per cap. videtur 35.quæst.6. estq; vna inter alias rationes traditas per glosam in citato capit.si quis acceperit, versic. tempore, dùm quærit, cur potius mariti dicto stetur, quam vxoris,ait ipsa, quia maritus fouet partes matrimonij, quod est fauorabile; qua propter, si mulier iurasset se cognitam, non marito, sed vxori pro matrimonio iuranti, credendum esse probant Doctores in capit. duo pueri de desponsat. impuber. præsertim Hostiens.sub num.1. Butrius num.6. Abbas num.6.& Præposit. num. 4. in fine, necnon Henrich. Boich. in eodem capit. continebatur num. 4. & Couarru. relato num.14.atque Mascard. de probation. conclus.312.Coitum num.24.& Emanuel Suarez in lib.commun.opinion. vers.copula, seu coitus probatur. Cúm verò copula adduceretur ad effectum matrimonij dissoluendi, ne dum, minimè præsumeretur, at prætereà, neque suspicaretur ex vrgentibus illis coniecturis, quibus solet alias copula ipsa probari, & enarratis per Soccin.Iunior.consil. 32.vt præsentis volum.2.Lapum allegat.53.factum super quo post num.3. Paris.consil.160.num.25. & consil.54. num.91. iuncto consil. 57. num. 34. volum. 4. ac præsertim, licet vna simul dormierint, vir, & vxor, aut in eodem lectulo cubuerint, & præsumatur propterea inter eos coitus, iuxta capit. literis de præsumption. capit. prætereà de testibus, atque alios multos, necnon ex glos.prima in l.Caij, Cassij ff.de fideicommiss.libert. Alexand.consil.77. in causa post num.2.volum.2. & alijs, quos congerit, & sequitur Mascard. de probationib. conclus. 312. coitum num. 1. volum. 1. Nihilominus, in casu dissoluendi matrimonium, neque probaretur, neque ex hac sola coniectura suspicaretur copula ipsa, nisi aliæ concurrerent coniecturæ, concludentes copulam, vt inquit, & eas refert Syluan. consil.3. num.14. Cúm non adeò efficax sit isthæc præsumptio, quin probationem contrariam admittat, vt resoluit Petrus de Ancharan. consil.209. facit dubium, quare si mulier doceat, à viro minimè cognitam fuisse, eius probationi assentiendum esset ex Tiraquell. adducto num. 3. Natta consil. 205.num.3.& 4.par.1. & Mascardo indicato num. 14. maximè si tempore contracti matrimonij,non erat deflorata, sed virgo; quia Glosa in capit. 2. versic. septima manu 33. quæst. 1. opinatur eam posse probare se non cognitam, ac suæ potius probationi,tunc staretur, quàm faceret per aspectum corporis ex alia Glosa in dicto capit. si quis acceperit. & cap.continebatur, quibus succurrunt,quę notat Bald. in l. Deo nobis num. 9. C. de Episcop. & cleric. & expressè cautum in cap. proposuisti de probationib. constituente præponendum esse di-
87 ctum mulieris iuratum, & vallatum testimonio septem mulierum; quod ipse faterer verum esse, etiam si minor numerus mulierum affirmaret illam adhùc Virginem esse; in casu tamen præsenti, vbi vxor non petit nullitatem matrimonij ob viri impotentiam ad coeundum, iuxta casum in dicto cap. si quis acceperit; nec quia vellet alteri nubendi facultatem, tanquam in eum non consenserit, postquam ad nubiles annos peruenit, iuxta textum in adducto capit.continebatur; sed cum negat coitum, quia ardenti animo concupiscit Religionem ingredi, iuxta casum in cap. verum de conuersion. coniug. quia matrimonium spirituale dignius est carnali capit. inter corporalia de translation. Prælator. quarè cessant in hoc casu, nè dum rationes à Doctoribus relatæ pro validitate matrimonij temporalis; verùm etiam eas ad confirmandum,roborandumq; matrimonium istud, iustè possumus adducere, siquidem duo priuilegiati, quoties vna simul concurrunt,debemus tueri partes magis priuilegiati, si Luc. de Penn. vera fatur in l. ne ad diuersa C. de silent. libr. 12. & Affict. decis. 56. Cuius quidem sententiæ, vt sufficiat hoc casu minor numerus matronarum fuit quidam meritissimus Antistes, dùm mecum Romæ apud Sanctum Petrum de hac re alloqueretur; & suffragantur verba Syluest. verbo diuortium num. 18. versic.si autem vir, ibi, quæ probatio debet fieri cautè per duas,vel plures matronas honestas,atque huiusce rei peritas: melius autem illud idem probat Glosa in capit.2. versic. septima manu 33. quæst. 1. cautius verò (si fieri potest) ageret Episcopus, si litem hanc dirimeret iudicio septem mulierum, vt nouissimè seruauit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Tridentini Concilij interpretum de mense Februarij 1597. in causa cuiusdam negantis succubam se viro fuisse,regularemquè emittere professionem concupiscentis, marito renuente, ac iurante se cum illa rem habuisse; sanciuit namq; Sacra illa Congregatio, mulierem ipsam inspiciendam, atque tangendam manu septem matronarum; earumq; Iudicio standum, & præfatorum Cardinalium sententiæ suffragatur plurimum ratio illa, quod sæpé manus obstetricis, & oculus fallitur, capit. causam matrimonij de probationib. cap. nec aliqua 27. quæst.1. Francisc. Marcus decision. Delphin.168. quæritur de modo probandi num.16.part.2.& decis.468.quæritur de modo visitandi, eadem parte secunda; Imó cum tanta est difficultas, vt veritas discerni nequeat, à mulieribus peritis, admittendi sunt viri, vt inspiciant, atque etiam tangant, si sola inspectio non sufficeret, nulla habita consideratione illius rationis, quod non congruat honestati, vt scribit Franciscus Aretin.consil.142. ex facto num.15. cum sequentibus.

Ex his, quæ hactenus scripsi, & à Doctoribus affabre, sed sparsim tradita sunt, puto affatim satisfactum esse Lectori intelligere exoptanti, verum esse Ecclesiæ dogma, scilicet, matrimonium esse Sacramentum iterabile; & grauiter proptereà deceptum esse Borgas. in tractat. de irregular. rubrica de Sacrament. non iterand. num. 7. asserentem, tria esse Sacramenta iterabilia, quatuor autem non iterabilia, intèr quæ matrimonium numerat; nondum enim didicerat, in secundis, & vlterioribus nuptijs, verúm semper esse matrimonij Sacramentum, quia caracther in illo non imprimitur; & per mortem alterius dissoluitur, ac superstes caret Sacramento coniugij, capit. licitè 32. quæst. 7. Nec resurgendo posset eius morti su-
88 perstantem coniugem repetere de iure, quamuis de æquitate ipsi succurrendum esse (si illa vacet) dicat Glosa in eodem capit. licitè; sed verius resurgenti in nullo teneretur, qui superuixit, nisi de no-

uo ſecum contraheret ex ſentent. D. Thomæ in quarto ſententiarum diſtinct.38.artic.4. ad 2. in 2.ſcripto, Bart.in l.nam ad ea ff.de legibus, Abb.in cap. fraternitatis num.22. de frigid. & malefic. eſt text. in l. cum duæ ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Alberic.in ſuo dictionario, verbo Sacramentum, verſ.an Sacramenta poſſint iterari, vbi hoc idem affirmat in cæteris duobus Sacramentis, caractherem non imprimentibus; ſecus verò in alijs tribus indelebile ſignum animæ relinquentibus.

Inhibetur autem benedictio nuptialis, ſecundò
89 fieri in cap.vir autem de ſecun.nupt. niſi vir aliam vxorem duxerit virginem; etenim benedictio tunc iteraretur, vbi adeſſet conſuetudo, ſimulq; ſcientia Pontificis conniueret, iuxta gloſam notabil. & receptam in illo cap. vir autem, & Summam Coronam de Sacram.matrim.nu.20. verſ.poſſet aliquis; illud autem, quod D. Thom. videtur ſimpliciter affirmare in 4.ſentent.diſt.42.q.3.artic.2.ad ſecundum, vt poſſit iterari benedictio, ſi fœmina nondum præfatam obtinuit benedictionem, etiam ſi vir fuerit alias benedictus; interpretatur Nauar. in ſumm. cap.22.num.83. intelligendum eſſe, cum ſubeſt conſuetudo.

Sed quam ob rationem, iſthæc benedictio, minimè ſit iterabilis, oporteret Doctorum ſcripta percurrere, permultas referentes; verùm eas omnes ſilentio inuoluere duxi, quod ea tanquam verior arridet animo meo, quam tradit Nauar. adducto loco, quia dedeceret plurimum, ſi benedictiones ſolemnes rerum, & perſonarum, quales ſunt conſecratio Eccleſiæ, altaris, virginum, ordinum, atque exorciſmus, cathechiſmus, aliæuè ſimiles, iterentur, ne vilipendantur.

Propterea Sacerdos benedictionem ſecundò ce-
90 lebrans, ab officio, beneficioq; ſuſpenſus, creditur à multis per cap. 1. de ſecund. nupt. non quod latæ ſententiæ, canon ille ſit, at ſolum ferendæ, iuxta communem, quam atteſtatur Diazza in praxi crimin.cap.68.Iul.Clar.in §.fin.q.75.num.2.& Couar. in rubr.de ſponſal.par.2.cap.8.§.11.num.2.atque ideò ſuſpendendus; eiq; nonniſi à Papa eſt concedenda diſpenſatio, per illummet textum, ibi, cum litterarum tuarum teſtimonio, ad ſedem Apoſtolicam nullatenus deſtinare poſtponas; ſed receptior Doctorum reſolutio videtur propendere in eam ſententiam, quod pœna ſit hoc caſu arbitraria, vt poſt Io.Andream, Butrium, & Abbatem exiſtimat Diazza indicato cap.68.ſiuè 74.num.3.& inibi Salzed.ac ſequitur Menoch. tract.de arbitr.Iudic. lib. 2.centur.5.caſu 417.nu.8.reſpondentes text. citato in cap.1. de ſecund. nupt. loqui de ſecundis nuptijs ab aliquo celebratis, antequàm morte alterius coniugum diſſolutum ſit primum matrimonium, & tunc procedat altera communis opinio, mox relata, ne ipſo iure in illam ſuſpenſionem incidat, verum ſententia, ſit ſuſpendendus.

Sed coniuges matrimonium conſumantes ante
91 præfatam benedictionem, non equidem mortale crimen committerent, etiam ſi eo in loco conſumarent, vbi conſuetudine obtentum eſſet nuptias ante copulam benedici, Armill. verbo debitum num.12. Angel.nu.1. Syluest.nu.9. Ceietan.verbo matrimonium, Enrichez in ſumm.theolog.moral. lib.11.cap.5.nu.7.cap.7.nu.3.& cap.16.num.3. Couar.in rubr.de ſponſal.par.2.cap.7.nu.2. Spino in ſpecul.teſtament.gloſ.15. num.18. Nauar.indicato nu.83. Tolet.lib.7.inſtruct.cap.19. poſt nu.2. & alij plures adducti à Thoma Sanchez de matrimon.libr. 3. diſputat. 12. num. 4. neque veniale exiſtimat Graff.lib.2.deciſ.aurear. cap.81.nu.1. Philiarch.de offic.Sacerdot.tom.1. par.2.lib.4.cap.19. §.quinto peccat, & probabilius eſſe cenſet Sanchez indicata diſput.nu.7. vtramque verò reſolutionem his maximè temporibus indubitabilem eſſe, reputo, cum Concilij Tridentini decreto ſeſſ.24. cap.1. de matrimon. illud potius conſilij eſſe conſtet, quam præcepti; ſunt tamen, qui lethale peccatum id eſſe credant, ſaltem cum prima vice matrimonium conſumatur, ex aliorum ſententia, vel vt cæteri opinantur, mortali culpa innodentur petentes, non autem reddentes debitum; ſed eas reſpuit adducto loco Sanchez, priorem ſequens, & multipliciter reſtringens.

Demùm, vt illuc redeat, vnde iamdiù digreſſa eſt oratio mea, puta ex generali Sacramentorum
92 tractatu, reminiſcor, Sacramenta in duobus conſiſtere, & dicunt Syluest. verbo Sacramentum, & Magiſt.ſentent. in 4. diſt.23. ſcilicet in verbis, & in rebus; ad eorum tamen ſubſtantiam, tria, vt perfi-
93 ciantur requiri, nempè materiam debitam, puta aquam in baptiſmo, ac debitam formam verborum, intentionemq; Miniſtri copulantis formam materiæ, iuxta illud, accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum cap.detrahe 1.q.1.nam verbum, accedere oportet, cum intentione Miniſtri, quæ tria neceſſariò requiri, oſtendit Concil. Florent. ſub Eugenio IV. §. hæc autem, his verbis; Sacramenta ſeptem, tribus perficiuntur, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, perſona Miniſtri conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, ac propterea re-
94 cordor tria oportere Miniſtrum habere; nempe manum, qua neceſſaria Sacramenti expleat, vt puta aquam in baptiſmo aſpergat; linguam, quæ formá proferat; demúm ſanam mentem, qua id facere intendat, quod Eccleſia iubet, Sot.in 4.ſent.diſt.1.q. 5.art.6. in fin. verſ.res ergo, vbi id probat ex Scoto diſt.6.q.1.his tamen ſubiungenda cenſeo, quæ ſcribo rubr.11.cap.17. verſ. manibus.

Quod ſi vnum ex iam relatis requiſitis ad perfectionem Sacramenti deſit, nequaquam conficeretur aliquod illorum; nec quiſquam negabit hoc verum eſſe, cum materia, aut forma deficit; atque adeó, nemo etiam idem inficiari poteſt, cum Miniſtri intentio procul eſt, vt prolixè, atque perite tractat Viguer.cap.16. verſ.6. Tolet.lib.2.inſtruct. cap.16.& Concilium Tridentinum cap. 11. ſeſſ.7. de Sacrament. ibi, ſi quis dixerit in miniſtris dum Sacramenta conficiunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia, anathema ſit;
95 non tamen actualis adſit præexiginus, vt ſic in ipſo actu effectum Sacramenti, illudq; conficere cogitet, quamuis tunc eam habere optimum ſit, & curare debeat Miniſter, vt illa adhibeatur; ſed ſatis eſt ſola intentio virtualis, ſcilicet, vt actualis ante ceſſerit in Miniſtro ipſam adminiſtrationem Sacramenti, illudq; tunc ſtatuerit conficere; nam quamuis poſteà eius cogitatio aliò rapiatur, iuxta illud Dauidicum dictum Pſalm. 39. Cor meum dereli-

quit me, attamen perficietur Sacramentum, Viguer. dicto vers. 6. & Suarez super tertium D. Thomæ q. 64. art. 10. sect. 3. vers. dico secundo, & copiosè Gregor. de Valent. super eundem D. Thomam q. 5. disput. 3. punctu 3. vers. quinto requiritur cum. seq. tom. 4. qua in re, maximè refert perlegere, quæ scripserunt Innoc. in cap. 1. de baptism. & Syluest. verbo baptismus 3.

Sed si iocosè, quem conficere baptismi Sacra-
96 mentum continget, tuncq; anceps sit, an illud contulerit, adeat textum in cap. Spiritus sanctus §. ecce 1. q. 1. & cognoscet, Alexandrum Antistitem Alexandriæ solemnia Petri martyris celebrantem, vidisse super oram maris puerorum ludum, Episcopum imitantium, atque eadem gerentium, quæ in Ecclesia in conferendo baptismo geri mos est; qui quidem eos accersiuit, atque solerte interrogauit, & posteà illis, quibus aqua fuerat infusa præcepit, nè baptismum iterarent; illud autem mandauit, non quia ludendo materiam cæperant, sed quoniam intentio eorum fuit baptizandi, vt inibi subdit glosa, & Præposit. num. 1. & rescribit copiosè Tilmannus in lib. 7. sacrar. collat. cap. 31. quare si omnia fierent iocosè, atque abesset intentio, non vtique esset baptismus, Petr. Gregor. Tholos. lib. 1. partitionis iuris canonici cap. 3. num. 5. & ita contingere posset, vt aliquando damnetur aliquis propter malitiam ministri, quod non equidem in Deum refundi potest; eo quod ipse sufficienter prouidit hominibus, modo tamen illis accomodato, sicuti isthæc luculenti methodo differit Suarez super 3. par. D. Thomæ q. 64. artic. 10. disputat. 13. section. 2. versic. secunda, & copiosius artic. 8. eiusdem quæstionis, vbi singulariter declarat illa verba Diui Thomæ, quod intentio Ecclesiæ sufficit ad perfectionem Sacramenti, nisi contrarium exterius exprimatur, & inquit, non esse intelligenda de perfectione, seu veritate Sacramenti in re ipsa, sed in humana existimatione, & certitudine; ac si diceret, satis esse, vt Sacramentum censeatur esse perfectum, & humana quadam certitudine tale reputetur, quamdiù Minister non expresserit exterius suæ intentionis defectum, & subiungit Gregor. de Valent. super Diuum Thomam disputat. 3. quæst. 5. punctu 3. vers. dicimus igitur tom. 4. & inquit satis esse, vt effectum Sacramenti illud suscipiens consequatur, certitudinem quandam moralem, qua existimet se vnum esse ex his, quibus rectè sit administratum Sacramentum; quæ certitudo ex ea præsertim re, prouenit, scilicet significatione exteriori ipsius Ministri, cum formam, & materiam adhibe- à Deo institutam, neque aliquo alio exteriori signo declarat, se non adhibere intentionem; quinimò proferendo verba formæ, eo ipso declarauit se illud intendere, & velle, quod Ecclesia ipsa intendit in eiusmodi rebus; constito igitur de contraria intentione Ministri, certum est nullum fuisse collatum Sacramentum, ex ijsdem Auctoribus, & Soto in 4. sent. dist. 1. q. 5. art. 8. præsertim vers. tandem; & tunc neque ipsum confecisse, aut aliquod contulisse Sacramentum, constat ex ijs, quæ dicam rubr. seq. nu.

Si verò á me quisquam expeteret, ita vel nè sit baptizatus ille, cui fuit datus baptismus, sed dubitatur an illud totum, quod gestum est, ludicrum, vel mimice, seu ioculariter actum sit? respondere rem hanc non exiguam thesim inter scribentes esse, nec meum inter eos tantas componere lites, sed iudicium concordi oratione, atque imis gemitibus à Deo esse implorandum, vt in libro de vnico baptismo, & epistol. 23. ad Bonifacium, huicmet quæstioni responsum dedit D. Augustin. & refertur in cap. solet, de consecrat. distin. 4. sequitur Magister sentent. lib. 4. §. 5. dist. 6. subdens, visum esse sapientibus, non fuisse baptismum.

Sed vtrum puer existens in vtero, baptizari pos-
97 sit? nonnulli sunt affirmatiuam opinionem sentientes veram, vt refert Vrsill. ad Afflict. decis. 151. Serenissimus num. 17. per Tiraquell. in l. si vnquam vers. susceperit liberos num. 132. de reuocand. donation. & suffragatur, quod apud Medicos, in ea quæstione, an partus in vtero, animal sit, & homo, obtinuit eum hominem esse, quod pertinet ad hominis veram substantiam, ex sentent. Hippocr. in lib. de puer. natura, & refert Petr. Gregor. Tholosan. lib. 7. syntagmatis iuris vniuersi cap. 1. num. 10. sed ipse omninò veram esse contrariam sententiam existimo; atque ideò non leuiter deceptum esse Vrsillum priorem referentem resolutionem, maximè cum Tiraquellus hanc rem in ipso num. 132. non tangat, neque ita concludat num. 153. vsque ad num. 160. vbi de hac materia loquitur; sed tantum auctoritatem Gerson. refert in sermone de Natiuit. Virgin. Mariæ; cuius verba preportant, debere mulieres prægnantes, earumq; viros per se, & alios diligentius præces fundere Deo, & ad sanctos Angelos Custodes hominum, & puerorum in vtero; debent & ad cæteros Sanctos, Sanctasq; omnes confugere, quatenus infans nondum natus, si fortè moriturus est priusquam ad baptismi fluminis gratiam peruenire valeat, dignetur Dominus Iesus summus Pontifex baptismo Spiritus sancti præueniendo ipsum misericorditer consecrare. Quis enim scit si fortè exaudiet Deus? imó quis non deuotius sperare valeat, quod orationem humilium, & in se sperantium nequaquam despiciet? ex quibus verbis Gersonis, & á Tiraquello relatis, constat, non eorum intentionem fuisse asseuerare, vt possit infans existens in vtero baptizari (sicuti illorum auctoritates adducit, & perperam Vrsill. in ea decisione, cuius antea memini, præsertim baptismo fluminis, de quo, ipse inibi loquitur) sed tantum hortatur Gerson. præces fundere, vt baptismo Flaminis dignetur Dominus illum misericorditer consecrare; concludo itaque, non nisi extra vterum existentem ministerio Ecclesiæ, & sic baptismo sanctificari, & renasci posse, iuxta resolutionem Magistri sententiarum in quarto distinct. 6. §. 2. Diui Thomæ ibidem quæst. vnica artic. 1. in secundo scripto, & in Summ. 3. part. quæst. 68. artic. 11. vbi refert sententiam Diui Augustini dicentis, paruulus, quamdiù ad maternum vterum pertinet, baptizari nequit. Hanc eandem tuentur partem Bonauentur. in eodem quarto libro sententiarum distinct. 6. artic. 1. quæst. 1. par. 1. Riccard. art. 2. q. 1. Alexand. de Ales. in Summ. 4. par. quæst. 16. membr. 2. Angel. verbo baptismus 6. num. 1. Zabarell. in clement. 1. §. ad hoc num. 1. de summa Trinitate, & fide catholica, glos. 1. in cap. si ad matris de consecrat. distin. 4. Franc. Marcus decis. 950.

quæri-

quæritur quia baptiſmus part. 1. eaque confirmatur primum ratione illa, quod partus nondum editi in vtero exiſtentes materno, non propriè homines, ſed qui futuri ſperantur homines, dicuntur à Papiniano in l. in Falcidia ad l. Falcidiam, & Iuſtiniano in l. cum inter veteres C. de fideicommiſs. libert. eoſque partem viſcerum matris eſſe quibus aluntur, donec in lucem edantur, inquit Vulpian. in l. 1. §. ex hoc reſcripto de ventr. inſpic. ſed qui non eſt homo, minimè eſt baptiſmi capax, teſte Petro Gregorio Tholoſano lib. 1. partition. Iuris canonici tit. 7. cap. 6. num. 1. item alia confirmatur ratione, quod Baptiſmus eſt lotio, ſeu ablutio quædam in aqua, quæ non vtique tangere valet in vtero exiſtentem Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius verſ. & ſobolem quam geſtabat nu. 21. de teſtam. Alia demum eſt ratio, quod regeneratio in eo dici non poteſt, quem generatio non præceſſit; qui enim natus ſecundum Adam non eſt, renaſci ſecundum Deum haud poteſt, ex ſententia Iſidori in lib. de ſummo bono cap. 24. & reſcribitur in c. qui in maternis de conſecrat. diſt. 4. ſicuti in veteri lege, nec poterat circumcidi, vt illic ſubiungit Guliel. quinimò, licet proles occiſa in vtero martyris matris ſaluetur, illo martyrio, ex Emanueli Aphoriſmo verbo Martyrium nu. 3. nihilominus, cum mater baptizatur, non extenditur matris baptiſmus ad eum, qui in eius exiſtit vtero, c. ſi ad matris, de conſecrat. diſt. 4. totum verò, & integrum corpus & ſi natum oportere dixerint plerique; pro

98 parte tamen ex vtero egreſſum, baptiſmi lauacro regenerari poſſe, verior fatetur, & communis ſententia; idque non tantum ſi caput exierit, vt affirmat Hoſt. in ſum. de baptiſmo num. 7. verſ. licet autem & nu. 10. Præpoſ. in c. baptizari de conſecrat. diſt. 5. Lucas de Penna in l. cum antea in princ. C. de Agricol. & cenſit lib. 11. Alex. de Ales. in 4. parte ſum. queſt. 13. membro 4. artic. 1. & queſt. 17. membro 3. Diu. Thom. in 4. ſent. diſt. 6. artic. 1. quæſt. 1. & Riccard. in eodem lib. diſt. 3. artic. 4. quæſt. 1. verum etiam id liceat quæcumque ſit pars extra vterum apparens, Aſtaſan. lib. 4. tit. 6. artic. 2. quæſt. 7. gloſ. 1. in c. vulgaris de pœnit. diſt. 1. & penult. in c. propriè de conſecrat. diſt. 4. Cappell. Tholoſ. deeiſ. 156. Gregor. Tholoſan. citato num. 1. & alij quos ibidem congerit Aufrer. ſubdens hanc ſecuriorem, & valdè piam eſſe opinionem; ſequitur Angel. verbo baptiſmus 6. nu. 3. quam tunc præſertim veriſſimam eſſe cenſeo, cum mortis periculum timetur, ſequutus Franciſcum Marcum deciſ. 951. par. 1. & Toletum lib. 2. cap. 18. num. 8. quamque amplexandam ſuaderem pijs parentibus, memoria repetere debentibus Maronis carmina, illa nempè quæ in lib. 6. Aeneid. ſcripſit, adductus fortaſſe miſeratione quadam ipſorum infantium, abſque baptiſmo decedentium; quæque hoc in loco ſubſcribere cenſui.

Continuò auditæ voces, vagitus, & ingens,
Infantumq; animæ flentes in limine primo;
Quos dulcis vitæ exſortes, & ab vbere raptos,
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

99 Verum requiratur nè intentio ſuſcipientis Sacramenta, expedit ſubiungere, & reſpondet Argent. in 4. lib. ſent. diſt. 25. artic. 3. concluſ. 1. verſ. ad probationem, & inquit, non eam genericè in eo requiri, qui ſuſcipit Sacramenta imprimentia caractherem, eamq; de illorum neceſsitate nō eſſe; cuius opinio comprobatur ſanè ex textu iuncta gloſa in c. maiores §. item quæritur de baptiſm. ac rationibus multis, nec tantum illa, quod baptiſmus, & cōfirmatio ſolent conferri paruulis vſu rationis carentibus, nullamq; valentibus habere intentionem; & ordo ſi conferatur, vtiq; caracther imprimitur, etiam ſi puero daretur, quamuis continere haudquaquam teneretur, etiam cum ad legitimam peruenit ætatem, niſi tunc conſentiat iuxta ea, quæ copioſius explico in Rub. de perſon. prohib. promou. c. iij. num. viij. ſed alia, & admodum valida, quod is qui vi conditionali ordinatus fuit, non dubium, quin intentione carere videatur, & tamen ordo confertur, & imprimitur caracther ex deductis inferius citata Rub. cap. 5. num. 1. & Victor. in ſum. num. mihi 239. fatetur Sacramentum ordinis non requirere actum ex parte ſuſcipientis, neque baptiſmum, aut confirmationem; contra verò hanc reſponſionem acriter vrget, quod extrema vnctio nullum imprimit caractherem ex adductis ſuperius num. 34. nec propterea requirit intentionem ſuſcipientis, cum exiſtenti extra ſenſus, atque adeo etiam in agone conſtituto conferri poſſit; at reſpondetur non requiri actualem, eò quod virtualis ſufficit Tolet. lib. 2. inſtruct. ſacerd. cap. 16. num. 6. & ideò preſumi iſtum habere intentionem, & in eo durare illam, quam habebat antequam ſenſus amitteret, dum hoc, & alia ſacramenta recepit, aut petijt; ſufficit enim quod obicem contrariæ voluntatis non poſuerit ex adducto §. item quæritur; & textu in c. quæris à me in fine de conſecrat. diſt. 4. & c. ſi ſeruus 54. diſtinct. etenim cum non contradicit, cenſetur interpretatiuè ſua indigentia petere hæc remedia, eo ipſo, quod Chriſtiane, & cum pœnitentia vixit Henric. in ſum. Theol. Moral. lib. 1. cap. 22. §. 3. quamobrem, ſi antequam ſenſus amitteret contradixiſſet, & hoc, vel aliud ſacramentum recipere reſpuiſſet, vtique prædicto extremæ vnctionis, Sacramento, eundem linire nemo poſſet, per citatum textum in c. maiores. §. fin. de baptiſm. ſed alij cognoſcentes prædictis rationibus congruam reſponſionem tradere nequire, diſtinctione vſi ſunt in propoſita quæſtione, & præſertim Alan. in ſum. de ſacrament. cap. 59. verſ. fin. & ait, tanti eſſe momenti in adultis hanc intentionem, vt ſine ipſa propter defectum materiæ ſubiectæ, nullum poſſit eſſe ſacramentum, excepta Euchariſtia, quæ perficitur extra vſum, & antequam recipiatur, & Toletus indicato nu. 6. ſimpliciter fatetur, eam neceſſariam eſſe in ſuſcipiente adulto, nec pugnat ratio illa de adulto inuito ordinato, aut baptizato, quia neque ordinem, neque baptiſmum collatum eſſe, cum in ſimpliciter inuitum conferri attentatum eſt, apparet ex his quę dico in Rub. de perſon. prohib. prom. cap. 5. num. 1. ſimpliciter autem inuitus is dicitur, qui abſolutè diſſentit Sot. in 4. diſt. 5. quæſt. vnica artic. 7. concluſ. 1. ſed is, quem conditionalis coactio impulit, quia licet conditionaliter noluit, abſolutè tamen voluit ex Ariſt. 3. Aethic. quare non videtur intentione carere.

Vnumquodq; autem iſtorum Sacramentorum nemini non pœnitenti dandum eſt c. illud 95. diſt. &

100 & cap.fin. 50.dist. denegandum verò est non nisi manifestis, nō autem occultis peccatoribus, ex sententia Archidiac. in add. capit. illud num. 1. Goffred. in Summ. de Sacramen. non iteran. §. effectus, ibiq; Hostiens. §. quid operetur, Alberic. suo dictionario verbo Sacramentum 1. versf. nam propter, Sot. in 4. sentent. distin. 12. q. vnic. art. 6. conclus. 1. Viuald. par. 1. rubr. 1. nu. 18. Non enim prohibeat dispensator manducare pingues terræ in mensa Domini, sed exactorem, moneat timere, consulit D. Augustin. in cap. non prohibeat de consecrat. dist. 2. quinimò huic dandum est, si pœnituerit, & occultè petierit Nauar. in Summ. cap. 21. nu. 55. & Viuald. citato loco vers. tertia conclusio, & alij omnes, & his temporibus vigore extrauagantis ad euitanda scandala, permissum est, dari Sacramenta, etiam excommunicatis occultis, & cum alijs Christicolis publicè se ingerentibus, vt etiam annotarunt Syluest. verbo excommunicatio 5. num. 9. & Cate-
101 chef. Neapolit. lib. 5. cap. 14. vers. finali; qui verò in peccato existentes suscipiunt Sacramenta, peccant quidem, ex omnium consensu per cap. fin. 40. dist. & citatum cap. illud; controuertitur tamen an idem, si minores ordines susciperent, & Nauar. in Summ. cap. 22. nu. 18. vers. secundo peccant, tuetur negatiuam partem, vti veriorem, eamq; comprobat Catechef. Romana sub rubr. de Sacram. ordin. §. sequitur, & Sot. in 4. sentent. dist. 25. q. 1. art. 4. vers. dubium ergo ex his emergit, & alij permulti grauissimi Doctores, præsertim Victor. nu. 235. ad id, ea ratione adducti, quod ipsi minimè sint Sacramenta, sed sacramentalia, tametsi permulti sint, qui contradicant, adeò vt idem Victor. num. 228. anceps in hac re, nullam videatur firmare sententiam, neque repellere, adeò quod in adducto num. 235. neque absolutè concludit non peccare, sed conditionaliter loquitur, non peccare mortaliter, si Sacramenta non sint, peccare autem si Sacramenta; ipse verò non dubito quin illi, & vnusquisque ipsorum sint Sacramenta, iuxta ea, quæ longioribus verbis differo rubric. sequ. versic. thesim num. 13. atque propterea eos suscipiens constitutus in mortali, peccet mortaliter; quod non omninò durum esse affirmat Gregor. de Valent. ad D. Thomam disput. 9. q. 1. punct. 4. vers. ad quartum tom. 4. subiungens, quod vt aliquis vitet peculiare peccatum mortale in susceptione illorum ordinum, satis est, conari bona fide ad habendam contritionē, quod non est admodum difficile, tametsi exercere huiusmodi ordines, imò Diaconatum, & Subdiaconatum in peccato mortali sine conatu ad cōtritionem, dicat non esse peccatum mortale, vt etiam Sot. in 4. sentent. dist. 24. q. 1. art. 4. namq; adiungit diuersitatis rationem extare, quod ita eos suscipiens opponat obicem gratiæ, quam possunt eiusmodi ordines ex opere operato conferre, cum sint Sacramenta; qui autem illos exercet in peccato mortali, non opponit per se talem obicem, siquidem exercitium istorum ordinum non est talis actus, qui per se conferat gratiam vtenti ex opere operato, sed illorum tantum spiritualis potestas exercetur tunc indignè, & indecenti modo, quod non est vsque adeò magnum peccatum, vt sit mortale, vt rectè illic Gregor. atque subtiliter ratiocinatur ex sententia Sot.

102 Sed qui in peccato existentes ministrarent Sacramenta, grauiter quidem peccarent, vt inquit D. Thom. in 3. par. Summ. q. 64. artic. 6. Syluest. verbo Sacramentum, Alberic. in eodem verbo el 1. vers. similiter, & verbo ordinatus el 1. vers. an taliter ordinatus; atque ita quisque Sacerdos exercens officium suum in mortali, committit mortale crimen, quod in officio minorum ordinum, Doctores communiter non admittunt, tametsi eos grauiter delinquere fateantur, citra tamen mortale, vt ait Victor. in Summ. nu. 235. & Gregor. de Valent. loco nuper adducto, atque Sot. in 4. sentent. distinct. 24. q. 1. artic. 4. conclus. 7. vers. ad secundum, ob idq; consacerdotes admoneo, vt perpensè considerent, & præcaueant, quotiescunque intendunt Sacramenta conficere, aut conferre, ne diuites in peccatis ad illud peragendum accedant, atque illa temerè, & inconsideratè exequi audeant, sed hanc quæso abhorreant impudentiam, sicq; accedere vereantur, & cōtremiscant, sintq; memores, Deum esse cordium etiam scrutatorem, & secretorum, optimum cognitorem, atque Iudicem, sicuti habetur in cap. erubescant 32. distinct. omniaq; ei esse certa, iuxta l. sed & si restituatur §. fin. cum glosa ff. de iudit. eundemq; propterea fallere nos nequaquam posse, quamuis vtique mentiri cap. panem de consecrat. dist. 2. Nec ignorare Deum putemus, quæ nos facimus; omnia namq; diligentissimè expendet, siuè bona fuerint, siuè mala, etiam illa, quæ nobis videntur pœnitus occulta, prout habetur, (iuxta interpretationem 70. Interpretum) in lib. Ecclesiast. cap. 12. in fine; propterea huic tempori, (quod miserendi dicitur) haud confidere debemus, nam tempus vlciscendi futurum est, cum Dominus ad iudicandum venerit, quando & seuerus Iudex in facinorosos, & diligentissimus erit exactor, atque peccatoribus irascetur, & succensebit; maximè verò prauis Sacerdotibus ex eorum Sacerdotio crimen acquirentibus, non dignitatem, & in eorum Iudicio sedentibus, Deumq; instruentibus, quomodo ipsos debeat condemnare, iuxta Ioannis Chrysostomi sententiam relatam in capit. final. 40. distinct. ad hæc prolapsus sum, ac fortè longius, quam dignitas sacri ordinis postulabat, atque permittebat, quia de ea re verba facio, quam ipse proprijs oculis vidi; reminiscantur igitur Iuuenalis sententiam illam; omne animi vitium, tanto conspectius in se crimen habere, quanto maior, qui peccat habetur; cuius quidem sententiæ ponderare, nisi obliuiscantur, sanè à nequitia se coercere nitebuntur; Prædictis autem illud addam, quod tunc ordinatus, & peccator, aliud perpetrat mortale peccatum, quoties exercet alicuius ordinis actum; si verò aliqua exigente necessitate exequeretur, aliquid, quod laicis quoque, concederetur agere in necessitate, scilicet baptismum conferre in articulo mortis, non vtique eo casu peccaret ex sententia Alberici in suo Dictionario verbo ordinatus 1. Sacramentum verò, vt efficax sit non requiritur fides, aut probitas ministri, vt edocet Bellarmin. lib. 1. de Sacram. in genere cap. 26. quod etiam Lutherus, Caluinus Kemnitius, & confessio Augustana cap. 8. affirmant.

103 Nemini autem licet aliquod accipere Sacramētum ab Hæreticis, Schismaticis, alijsq; ab Ecclesia præcisis,

præciſis, per ea quæ copiosè ſcribit Sot. in 4. ſent. diſt. 1. quæſt. 5. art. 6. verſ. Prima itaq;; & ſuſcipiétes, eam merentur punitionem, quam refero in Rubr. de ordin. ſuſcip. à Proprio tantum Epiſcopo, cap. 6. verſ. quod ſi iſtud tamen indubiè ſubſiſtere fateor, in ſacramentis omnibus, excepto Baptiſmo in caſu neceſſitatis, c. præter §. verum 32. diſt. c. quod. quidam 1. quæſt. 1. cap. Diacones. 93. diſt. c. conſtat de conſecrat. diſt. 4. & c. ſi quem 24. quæſt. 1. quamuis Collectan. in c. quanto poſt num. 8. de conſuet. dicat ſe audiuiſſe Clementem ſeptimum in minoribus conſtitutum interpretantem quartum librum ſententiarum Piſis, & concludentem ab Hæreticis nec baptiſmum, etiam ſi neceſſitatis caſus immineret ſuſcipere licere; ea præſertim ratione, quia cum illis ſine peccato communicare non poſſumus c. nuper de ſent. excommun. nec talis vrgeat neceſſitas, quin adultus ſine baptiſmo fluminis ſaluari queat, cum illi tunc baptiſmus flaminis ſatis ſit, ex cap. debitum de baptiſm. cap. ſi quem 24. quæſt. 1. atque ideo reſpondet, non obſtare textum in §. verum; quia hic minimè perit, eo quod ſalutem conſequitur per Baptiſmum flaminis, ſubditq; neque aduerſari alios textus ſupracitatos, & loquentes de hæretico, alijs ignoto; ipſe autem veriorem reputo ſententiam antedictam, fretus doctrina gloſæ finalis in adducto cap. quanto, & inibi Imol. nu. 18. verſ. in eadem gloſa; Anton. de Butr. nu. 25. eamq; communem eſſe apud Canoniſtas, ſubiungit eo in textu Abb. nu. 13. nam melius eſt illud ſumere ab hæretico, quam ſine illo decedere, vt ſuper illomet canone inquit Hoſt. num. 11. eſt tamen vetitum extra caſum neceſſitatis ſuſcipere, tametſi & tunc ſi ab ipſis præciſis daretur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, verum conferatur baptiſma, & recipiatur à baptizato cap. Romanus de conſecrat. diſt. 4. & qui contrarium aſſeueraret anathema pronunciatur per Concilium Tridentinum canone 4. ſeſſ. 7. de baptiſm. refert Conrad. Brun. de hæret. in 6. c. 2. Victor. in ſum. §. 28. & Iacob. Septimac. de inſtitut. Cathol. cap. 52. num. 2. licet autem Cyprianus in Concilio Prouinciali Carthaginenſi circa annum Domini 256. decreuerit, baptizatos ab hæreticis, iterum baptizandos, eique ſubſcripſerunt amplius quam octuaginta Epiſcopi ex Prouincia Africana, Numidia, & Mauritania, vt refertur in c. ſi quis inquit 1. quæſt. 1. & cap. quomodo de cõſecrat. diſt. 4. iuncto cap. præter §. verum 32. diſt. ipſumq; propterea errore lapſum, dixerit Auguſt. lib. 5. de baptiſmo cap. 20. & lib. 6. contra Donatiſtas cap. 23. eiquè grauiter propterea reſtit Stephanus Papa, illumque reprobauit, atque correxit, vt Euſebius edocet lib. 7. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 3. & 4. poſt Diuũ Hieronymum, in dialogo aduerſus Luciferianos, ob id tamen haùdquaquam hæreticus exiſtimatus fuit idẽ Cyprianus, ſiquidem non pertinaciter, ſed inaduertẽter illud protuliſſe fertur, ac poſtmodum veritate manifeſtius cognita, ſe correxit, & retractauit; necnon Stephani decreto vna cum Epiſcopis illis obtemperauit, teſte Vincentio Lyrinenſi in ſuo aureo libello aduerſus prophanas hæreſum nouationes ſcripto, & Pegna in ſuis perutiliſſimis Commentarijs ad Dyrectorium Eymerici par. 2. quæſt. 17. comment. 42. verſ. ſciendum eſt ergo; adeo quod Iure merito inter Doctores approbatos, atq; eruditos, ac ſanctos, primus ipſe Cyprianus nominatur à Gelaſio Papa in cap. Sancta Romana Eccleſia diſt. 15. eiuſque rei eſt etiam relator, Ioannes à Royas in tract. de hæret. part. 1. nu. 53. Quinimmò licet dubitet Diuus Auguſtinus, vtrum ne viuens ipſe Cyprianus errorem hunc depoſuerit, in lib. 2. contra Donatiſtas c. 4. imò cap. 5. propendat in negatiuam reſponſionem, atq; illum vſq; ad mortem in hoc errore perſtitiſſe fateatur; dicit tamen lib. 1. cap. 18. vbertate charitatis, errorem illum compenſatum ab eo fuiſſe, & paſſionis falce compurgatum; Quo circa abſit vt vllo vnquam tempore fuerit, ceu hæreticus exiſtimatus, maximè quod ſua ætate non erat ille error ab Eccleſia condemnatus, vt inquit Sot. in 4. ſent. diſt. 1. quæſt. 1. artic. 5. verſ. At quamuis veritas, propè finem; qui præterea adiungit artic. 9. in vltimis ferè verbis, quod ob id fortaſſe neque peccauit mortaliter. Hi præterea quibus aliud quodlibet à prædi-
104 ctis miniſtraretur Sacramentum, illud quidem (excepto pœnitentiæ quod enodo nu. 108.) reciperent, iuxta notata inferius nu. 105. mortiferè tamen peccarent, ſi ſcienter id facerent, Argent. in 4. ſent. diſt. 25. artic. 3. concluſ. 1. atque illi verum conficerent Sacramentum, & conferrent, nec non interabilia, caractherem imprimerent, ſi formam Eccleſiæ ſeruarent, ac materiam debitam adhiberent, & intenderent facere conformiter ad intentionem Eccleſiæ cap. Eccleſijs de conſecrat. diſt. 1. c. hi qui §. ſed notandum 1. quæſt. 1. Diu. Thom. 3. par. ſum. quæſt. 23. alias 82. artic. 5. in medio, Hoſt. in ſum. Rub. de ſchiſm. §. quid Iuris num. 4. Aſtaſan. lib. 6. tit. 3. artic. 4. verſ. notandum igitur. Sot. in 4. ſent. diſtinct. 13. quæſt. 1. artic. 7. & diſt. 25. quæſt. 1. artic. 1. per totum; maximè verſ. quod autem, & in eadem diſt. 25. ſcribit Guliel. de rubeone quæſt. 2. artic. 1. concluſ. 3. Diaza praxi crim. canon. cap. 29. Petrus Greg. Tholoſ. lib. 1. partit. iuris canon. cap. 3. gloſ. 2. & Greg. de valent. in ſuis commentarijs ad Diuum Thomam diſput. 3. quæſt. 5. punt. 3. verſ. & de fide tom. 4. quare deceptus eſt Arelatanus, qui in tract. de hæret. notabili 34. aſſerit, ſacramenta collata à præciſis ab Eccleſia, virtutis effectum non imprimere, & tex. in cap. præter §. verum 32. diſt. ab ipſo citatus, non ita loquitur, ſed inquit virtutis effectum non id habent, eſt gratiam, & executionem; quæ procul ſanè ſunt à verbo illo, quo vtitur Arelat. ſcilicet non imprimere, quod caractherem reſpicit, quem non dubium, quin ſacramenta illum imprimentia, ſi ab illis conferantur, ipſe imprimatur, ſicuti ex illo met textu liquido patet; Quinimmò ſi aliquis ordines ſuſcepit à nominatum excommunicato, de hæreſi damnato, vel depoſito, dummodò hæc ignorans fecerit ſe ab illo promoueri, nedum caractherem, at ordinis quoque executionem, vt dicit Innoc. in cap. 1. num. 4. verſ. imò plus dicunt de ſciſmat. & videtur expreſſus textus in cap. ordinationes 9. quæſt. 1. vbi Vrbanus Papa ordinationes ab Hæreſiarchis nominatim excommunicatis, factas, iudicat irritas eſſe, niſi ordinati probare voluerint, ſe cum ordinarentur eos neſciſſe damnatos; nec inibi declarantur irritæ ordinationes, reſpectu caractheris, ſed reſpectu executionis, ſicuti conſimilis eſt textus cum gloſa in c. ſanctorum

ctorum 70. dist. & in his terminis glos. in cap. fin. de ordinat. ab Episcop. qui renunc. Episcopatui, maximè cum, ex testibus antecedentibus cap. ordinationes, constet abandè caractherem in huiusmodi ordinationibus imprimi; Cum itaque Vrbanus illic irritet, quo ad executionem; illaque eos carere velit, vtique exceptio ista erit de regula ista, & ea de-
105 sumi poterit exceptio, quod ordinatus ignoranter ab illis, detineri minimè debeat, quin suos exequatur ordines, eorumque exerceat ministerium; quam præterea confirmat rationibus illic Innoc. sed noua Gregoriana Constitutione in cap. fin. de ordin. ab Episcopo, qui renunc. Episc. cauetur expresè, dispensationem per proprium Antistitem concedi posse in gratiam eorum, qui ita inscienter promoti fuerunt à prædictis Episcopis excommunicatis, quem textum, licet Innoc. indicato cap. 1. post num. 4. de scismat. procedere existimet in eius tantum persona, quam ignoratio crassa, & supina vicit vt laberetur, atque ab illis se ipsum insigniri pateretur, & hic possit auctoritate illius canonis à suo Episcopo consequi dispensationem; tamen pedes inconcussa stabilitate non figit, perterritus verbis finalibus cap. primi, illo eodem tit. de ordin. ab Episc. vbi Alex. 3. concedit Episcopis facultatem dispensandi cum suis subditis ignoranter promotis ad ordines ab Episcopis, qui renunciarunt loco, & dignitati, nisi crassa, & supina adducti fuerint ignorantia; ideoq; erit Iure concludendum, prædictum cap. fin. subintelligendum esse cum præfata restrictione, & posita in alleg. cap. 1. cui subsequens textus præfatus, & finalis consonam præbet facultatem: Illius autem cap. 1. limitationem, ea ratione opinatur inibi Innoc. fuisse vtrobique cõstitutam expresè in vno, tacitè verò in alio, quia semper cadit suspictio de scientia, eo quod Quintil. auctore lib. 7. cap. 2. ignorantia prætendi non potest, atque ideo firmat idem Innoc. quod cum
106 certum est, de ignorantia, non esset opus dispensatione; Mihi verò arridet sententia, tunc illa eos indigere, motus per glosam final. in eodem cap. 1. Syluestr. verbo irregularitas nu. 9. Maiol. tract. de irregul. lib. 4. cap. 22. & Ioan. Andr. indicato cap. 1. nu. 16. vers. in glosa vltima, qui adiungit Innocentium omni conatu, quæsiuisse in cap. 1. de scismat. defendere contrariam, & superius relatam opinionem, postea tamen se eodem in loco correxisse, & hanc probasse sentẽtiam, vt reuera ex eius finalibus verbis apparet ibi, potest tamen dici; namque irregularem illum esse, qui ignoranter ordines suscepit ab hæretico, dicit Specul. Rub. de dispens. §. iuxta post num. 14. vers. item recipiens ordines; Nec ipse dubito quin Episcopali opus sit dispensatione, alias etenim facultas Episcopis concessa in dicto c. fin. censeretur inanis; si enim cũ supina adest ignorantia non potest ab Episcopis ipsis dispensari, & cum probabilis, aũt certa esset ignorantia, non indigeret dispensatione, vtique frustra esset constitutio illius capituli, quam etiam his casibus rationabilem esse iudico, ne vllus sine dispẽsatione in tam notorijs negotijs admittatur; quamuis autem tueri possemus, huiusmodi ordinatos etiam scienter minimè esse suspensos ab executione susceptorum ordinum, vt defendit Innoc. in iam dicto num. 4. quia si celebrant conficiunt, si ordinant conferunt, & consimilia, id eoque eos tantummodo peccare exequendo, attamen, cum id tantum nos posse dicendum sit, quod Iure, & licitè possumus, illique nequeant ex Iuris dispositione, sic susceptos ordines exequi, vtique suspensi sunt censendi, tametsi eorum non irritetur actus, & exequendo fiant irregulares, ex Regula illa Iuris, quod prohibitio etiam si cum Decreto irritante nõ impedit caractherem imprimi, sed tantum executionem, vt eam tradit Butr. in cap. quanto num. 18. in fine de elect. per glosam notabilem in cap. prouida vers. firmitatis de elect. in 6. & confirmatur ex scriptis per Diuum Thomam in 3. par. quæst. 82. artic. 5. 7. & 8. & Henr. sum. Theol. moral. lib. 14. cap. 6. §. 6. & 7.

Resolutionem autem superius constitutam, nimirum, Sacramenta ab hæreticis, alijsque huius generis personis collata, vere dici collata, & initerabilia caractherem etiam imprimere, textuum, Doctorumue speciatim loquentium confirmare auctoritatibus, non decbit; id namque de Baptismo, & ordine probant textus in cap. non nocet, c. quod quidam, & c. si quis confugerit cum seq. prima quæst. 1. Gregor. de Valentia de ipso ordine loquens disput. 9. quæst. 3. Punctu 2. vers. penult. to. 4. de Eucharistia affatim Argent. in 4. sent. dist. 13. artic. 2. & Diu. August. ad Parmen. lib. 1. cap. 13. vbi sicut Baptismum non amittit baptizatus, quamuis in hæresim, vel scisma labatur, & habetur in c. licitè 32. quæst. 7. & cap. ostenditur de consecrat. dist. 4. ita, nec sacerdotalis ordo ritè collatus, qui propter hæresim non amittit potestatem dandi Sacramentum Baptismi adducto cap. ostenditur, neuè potestatem consecrandi ex allegatis, & Diuo Thoma in 3. par. sum. quæst. 82. alias 23. artic. 7. & 8. & q. 64. artic. 5. & 9. tandemq; Marius Alterius ita concludit de censur. tom. 1. disput. 8. lib. 1. cap. 1. de omnibus sacramentis generatim loquens. speciatim verò de Baptismo fatur in cap. 2. de Confirmatione verò in cap. 3. de Ordine, & Extrema Vnctione in cap. 5. de Matrimonio in cap. 6. ac de Eucharistia in cap. 4. Nec refragantur quinque rationes contra hanc veram sententiam adductæ, nam illis respondet Argent. locò nuper relato.

Præcipuæ verò obiectioni, sumptæ ex textu in cap. audiuimus 24. quæst. 1. vbi quicumque ab vnitate Ecclesiæ est alienus, execrari potest, consecrare non potest; sed hæretici, illisque similes, sunt huiusmodi, ergo nequeunt consecrare, respõdetur 1. alienum ibi intelligi quantum ad formam consecrandi vtendo alia, quam á Christo instituta fuit, & in Sancta Matre Ecclesia hactenus obseruata; quare si ab hæreticis ea seruetur, ordo quidem ab illis conferretur, cap. ventum, cum glosa 1. quæst. 1. & glosa in cap. fin. vers. excommunicato, de ordin. ab Episc. qui renunc. Episc. Replicari secundò, potest, alia responsione, qua inferius vtor respondendo secundo argumento.

Neque præterea aduersatur ratio illa, quod degradatus minimè habeat potestatem consecrandi, quamuis baptizandi retineat, vt tenet glos. B. in sum. 9. quæst. 1. in finalibus verbis, & glosa fin. per illum textum in cap. degradatio de pœn. in 6. in cap. accedens. nupsit Præsbytero 55. dist. in c. dictũ 81. dist. & alij, quos congerit glosa in cap. 2. de cleric. excomm. ministr. pro qua sententia, facit illud

August.

Auguſt.dictum,Degradatum Epiſcopum non retinere poteſtatem largiendi ſacros Ordines, facultatem verò baptizandi, non amittere in cap. quod quidam verſ.degradatus 1. quæſt.1. ergo ita & hæretici,ac ſimiles;hæc inquam non obeſt ratio;quandoquidē opinio iam dicta circa degradatum,haud vera reputatur, quia re ipſa prædictus degradatus conficit,vt concludit Diu.Thom.in 3. par. ſumm. quæſt.82.artic.8.gloſa in adducto cap.2. & gloſa Ioan. in ſum.1.quæſt.1.& in figuratione caſus,capituliprimi,de teſtib.in 6. Ioã.faber in Rub.C.de ſanctis. Epiſcop. num.12.Viguer. in ſum. cap.16.§.3. verſ.23.Abb. in cap. de Diacono in fine ſub Rub. qui cleric. vel vouent.ſubdens itaTheologos communiter tenere,& in cap. non poteſt, ibique Apoſtilla de ſent.& re iud. Io.And.in citato cap. degradatio num. 7. Sot. qui rationibus comprobat in 4. ſent.diſt. 13.quæſt.1.artic.8.Henric. in ſum.Theol. moral.lib.13.cap.56.§.3.Bertach.de firmo in tract. de Epiſc.lib.4.par.8.principali,cauſa vltima verſ.3. quæro,& opinio Magiſtri ſentent. in diſt 13. cuius paulo antea memini,ab omnibus inibi reijcitur, & contra ipſum ſatis communiter tenetur, vt ſunt verba Argent.ibidē;merito hac in re vtebor verbis gloſe fin.& Ioan.in ſum.9.quæſt.1.Hæc ergo ſit fides tua,quod hæretici, & excommunicati,& depoſiti vera ſacramenta conferunt, & verum corpus Chriſti conficiunt, vt notatur prima quæſt.1. Dominus declarauit.Inſuper reſpondetur,quod id nō poſſe dicimus,quod minus honeſtè,& licitè poſſumus. Ex vulgata, & omninò probata ab omnibus doctoribus ſententia,ideò quamuis degradatus poteſtatem retineat ſacerdotalem,qua abſolutè poſſit cōſecrare,tamen quia executio illius poteſtatis eſt ſibi interdicta;neque verò id facere poſſet ſine peccato,merito licet hoc reſpectu dicere, illum conſecrare non poſſe, atque ita de Iure ex ſentent. Diui Thomæ alleg. quæſt.82.artic.7. in medio; & alia vtor reſponſione Rubr. ſeq. verſ. hæc autem reſolutio.

Sacramentum etiam confirmationis conferrent hæretici Antiſtites,ſi vellent Argent.in 4. ſent. diſt. 25.artic.2. verſ. è contrario autem ſit, vbi videtur idem affirmare,in cæteris ſacramētis,præter ſacramentum pœnitentiæ; itemq; generaliter,quod hæretici hanc retineant auctoritatem,probat textus in cap.quod quidem verſ. quamuis 1. quæſt.1. ibi ſacramenta, quæ apud hæreticos non aliter quam in Eccleſia Dei celebrantur,vera, & rata ſunt,quò ad ſe,falſa verò, & inania,quantum ad effectum, & in his quidem, à quibus male tractantur, & in illis, à quibus male ſuſcipiuntur.

108 Sed ſacramentum pœnitentiæ vt ſupra delibaui, ab hæreticis, & ſciſmaticis non præſtandum, quod ſi de facto abſolutionem concedere tentarent, non propterea tale conferrent ſacramentum pœnitentiæ,vt acriter defendit Argent.in 4.ſent. diſt.19.artic.3.concluſ.2.& diſt.25. art.2.verſ. reſpondeo ad maiorem Sot.diſt.25.quæſt.1. art.1. concluſ.3. verſ. quicumq. Diu.Tho.in ſupplem.ad 3.par.quæſt.19. artic.6.& in 3.par.ſum. adducta quæſt.82. alias 23. artic.7.ad 2. Nauar. in ſum.cap.26.num. 26.Tolet. lib.1.inſtruct.cap.9. nu 3. Gutier. Canon.qq.lib.1. cap.1.ſub num.54.Valentia eodem punctu 3. verſ. Corollarie;idemque Alterius ead.diſput.8.cap.7. & cōmunis eſt opinio,vt idem Nauar.atteſtatur c.27. nu.272.verſ.7. & ſequitur Henric.lib.13. ſuæ ſum. Theol.moral.cap.10.§.2. & cap.21.§.4.

109 Ratio diuerſitatis ex parte Miniſtri,ea eſſe videtur,quia in alijs Sacramentis poteſtas illa conferendi, ac potiſſimum conficiendi corpus Chriſti, innititur ſoli ordini, ideo etiam hæretici conficiunt, & ea conferunt ſacramenta; Poteſtas vero conferendi ſacramentum Pœnitentiæ,innititur ordini,& iuriſdictioni,merito cum illis ſit prohibita executio ordinum,iuriſdictioneque careant, eo quod eis ſubtrahit Eccleſia ſubditos, iccircò habere vſum clauium, nequaquam poſſunt, neq; abſoluere queunt Argent.adducta diſt.25. artic.2. concluſ.2. verſ. ad cuius,& Diu.Thom.in ſupplem.ad 3.par.quæſt.19. artic.6. in medio.

Altera ratio ex parte confitentis eſt,quia in cunctis ſacramentis tanta eſt diſtantia inter veritatem ſacramenti, & eius vtilitatem, quod fieri poteſt, vt aliquis Sacramenti quidem recipiat veritatem,non autem eius vtilitatem,puta gratiam,& charitatem; ſed in ſolo ſacramento pœnitentiæ,veritas, & vtilitas non poſſunt ab inuicem ſeparari,in quo veritas eſt,quod pęnitens à peccatis abſoluatur;ſed horum abſolutionem niſi pœnituerit,atque adeo gratiam, & charitatem, habeat conſequi nullatenus poteſt, circa quæ verſatur vtilitas ſacramenti pœnitentiæ, ergo illa non patiuntur diuiſionem in hoc ſacramento; propterea quia in alijs ſeparabilis eſt veritas ab vtilitate, ſi quis ſcienter illa reciperet, quamuis lethaliter peccaret, nec ſacramenti conſequeretur vtilitatem; nihilominus, & ille verè conficeret, & hic ſacramētī ſumeret veritatem; quod nullatenus poteſt accidere in eo qui ſciēter illis vellet ſua confiteri peccata, quemadmodum explicat Argent. citat.diſt.25. artic.2. concluſ.2.

110 Dubium tamen, non minimum ex his emergit, an ſaltem in artic.neceſſitatis valeant hæretici,ſciſmatici,alijque ab Eccleſia,præciſi conferre Sacramentum pœnitentiæ, atque beneficium abſolutionis impendere, Syluest. quidem, verbo Confeſſor num.16.affirmat poſſe,& licere eis tunc confiteri; ſequitur Bert.de firm.in tract.de Epiſc.lib.4.par.8. princip.cauſa finali,verſ.& quod cōſtitutus,Suarez. in 3.tomo ſuper 3.par.Diu.Thom.quæſt.82.art.3. diſp.72.ſect.4.in fine,& Vinald.ſuo Candel. Rubr. de confeſſione nu.64.auctoritate Victoriç de clauibus 5. ſed numquid, ac Diui Thomæ in ſupplem. quęſt.19.art.6.& aliorum per eundem Vinald.relatorum,ſed Diuus Thom.illic. ne dum ſuam non probat opinionem, verum negatiuam partem tuetur, quam ipſe met Diu.Tho. tradiderat in 3. par. quæſt.82.ad 2. dū dixitquod ſolus Baptiſmus permittitur eſſe ratus hæreticis,& ſciſmaticis, in nullo autem caſu licitè poſſunt Euchariſtiam conſecrare,vel alia ſacramenta conferre;nec Bertach. in loco citato debet ad hoc allegari, quia ſuum dictum probat per textum loquentem in baptiſmo,qui eſt Sacramentum neceſſitatis,& propterea non extendendus ille canon ad pœnitentiam,atq; ideo,hac in dubitatione reſponderem de iure communi prædictos etiam tunc id facere haud poſſe, iuxta cōmunem Theologorum ſententiam, quam atteſtatur, & ſequitur Toletus lib.1. inſtruct.cap.34.poſt nu.3. atque alij ſuperius adducti,& per Sayr.in ſuo Theſauro

sauro lib.2.cap.2.nu.18.sed post Concil.Trid.forsan sustineri posset opinio affirmatiua per verba illius Concilij in cap.2.sess.14.nempè in articulo mortis omnis Sacerdos,quoslibet pœnitentes,á quibuslibet peccatis,& censuris absoluere potest,atq; ita firmat per hæc verba Nauar.citat.cap.27.nu.272. & Sayr. adducto nu.18.comprobatq; alterius disput.7.cap. 3. vers.sed hæc sententia, & vers. hæc tamen argumēta,quia cum habitualem habeat iurisdictionem ex iure Diuino in cap. adijcimus §. ecce 16. q. 1. & actualis non præsumatur suspensa, ex causa necessitatis,dicendum quidem videtur posse,vt etiam firmat Henrich.summ.theol.moral.lib.1. cap.23. nu. 3.& lib.13. cap.10.§.2. vbi in glosa pro defensione suæ sententiæ allegat idē Concilium, & D. Thom. in addit.ad 3.par.q.8.art.6. sed mihi videtur, quod D.Thom. inibi loquatur de omni Sacerdote, scilicet approbato,& non approbato,non autem de excommunicato, & alijs de quibus in cæteris supra relatis locis expressè videtur tenere contrarium, ideoq; assentio id licere per Concilium. Eucharistiam præterea ab eisdem præcisis assumere nec licet, etiam in casu necessitatis, Imol. in cap.quanto nu.17. de consuet. Alexand.de Ales. 4.par.Summ. q.11.membr.2.art.3.§.2. Durand.in 4. dist.13.q.4. nu.8. alijq; plures,quos allegat Sayr. allegat.cap.2. nu. 21. neque etiam extremam vnctionem, vt illic subiungit idem Imol. nu.21.

111 Laici autem licitè conferunt baptismum in casu necessitatis,& ab eis sumitur cap.constat, & cap.in necessitate de consecr.dist.4. quo etiam casu à muliere quoque ministrāte licitè suscipitur cap. super quibus 30. q.3. quin etiam tenentur prædicti laici, aut mulieres hoc Sacramentum tunc dare,si lethale crimen cupiunt euitare, Angel.verbo baptismus 5. nu.1. in fine; prohibentur tamen illud solemniter conferre cap.qui sub gradu, iuncta glosa 50.distinct. Io.de Imol. in cap.quanto nu.19. de consuetud. quinimò si nulla vrgente necessitate à prædictis daretur, non posset dici, non datum; quamuis rectè dici possit,illicitè datum,cap.quod quidam §. sed & si 1. q. 1. tunc verò necessitas vrgere videtur,vt aliquis eo in casu permissus baptizere, id licitè faciat, cum alter, eo maior abest, & baptizandus moribundus apparet, quia si maior præsens esset, omnis proculdubio abesset necessitas, neque id sibi foret permissum; atque ideò nulli licet baptizare aliquem, præsente proprio Sacerdote illius, neque conuenit non Sacerdoti coram Sacerdote, nec Diaconatu carenti, cum adest Diaconus, neuè Subdiaconatum non habenti,si præsens est Subdiaconus, aut non Clerico, si Clericus adsit, neuè fœminæ si vir existat, Armill. verbo baptismus num. 41. Angel. baptismus 5.num. 1. & reliqui omnes; quem ordinem peruertere,non sine culpa,& mortali, quandoq; fit; tametsi mulier nunquam committat mortale, si coram laico viro baptizet, quia laicus id minimè habet ex officio, nec propterea vsurpatur eius munus,sed potius quędā indecentia venialis contrahitur,eademq; leuissima,& aliquando nulla; puta si obstetrix peritior rustico, eo præsente baptizet; eadem quoque ex ratione, non erit mortale si laicus coram Diacono tale conferat Sacramentum, cum neque Diacono id competat ex officio, atque ideò veniale, vt inquit Sot. in 4. sententiar.distinct.4.quæst.vnica art.2. vers. circa tertiam; Verum Suarez in 3.tom.super 3.par.D.Thomæ quæst.67.art.6.disputat.23.sect.2. vers.fin.dicit hanc peruersionem ordinis in inferioribus personis inter se non esse peccatum mortale,secluso contemptu, respectu tamen Diaconi non esse dubium quin res sit grauis, quasi tunc absente Sacerdote, & necessitate existente possit ille iure suo ministerium exercere, per glosam in cap. Diaconos vers. necessitas 93.distinct.atque ideó, quotiescumque Sacerdos,est præsens non videtur adesse dubium, quin laicus non sine mortali id exequatur; graue tamen est dubium, an idem si eo præsente, & baptizare renuente baptizet, vt illic subiungit Sot. & quia tunc etiam vsurpatur, quod ad Sacerdotis officium spectat, iure quidem censetur peruicacia mortalis,vt inibi opinatur ipse Sot.tametsi non admodum grauis, quia non solemniter; Baptizare autem solemniter nemini conceditur,quam Plebano in sua Parochia, aut alteri ex priuilegio, vel Plebani licentia,Sot.allegat.quæst.art.1.vers.vnum autem; quod tamen declarandum est subsistere extra casum necessitatis; aliàs si prędicta adductus causa, Diaconus baptizaret, vtique non prohiberetur solemniter ministrare huiusmodi Sacramentum, iuxta glos.pen.in cap.si Diaconus 81.dist.& cōcinnunt,quæ idem Sot.citat.art.1.subscribit vers.quod enim,& expressè Suarez in 3.tom. super 3.part. D. Thomæ q.67.art.6.disput.23.sect.2.vers.penult.

112 Confiteri autem peccata; tametsi nemo possit, nisi soli Sacerdoti, iuxta modum, quem ab initio seruauit,& seruat catholica Ecclesia, vt in canon.6. Concil. Trident. sess.14. de Sacrament. pœnitent. attamen verissimum quoque est,quem posse sua peccata confiteri etiam laico, si vrgeat necessitas, non quidem, vt laicus possit supplere munus ministri absoluendo, aut satisfactionem iniungendo, ex glos.fin.in cap.2.de pœnitent.& remiss.in sexto, & cap. 2. extra de furt. sed vt ipse pœnitens exequatur,quod sua ex parte est,nempè conteri, & confiteri,cui potest, sicuti isthæc omnia explicauit Diu. Thom.in suppl.ad 3.par. q.8. art.2. & in 4.sentent. distinct.17.q.3.art.3. Imol.in cap.quanto nu.20. de consuetud. nam licet verecundari nequeat coram Sacerdote, sit nihilominus venia dignus ex Sacerdotis desiderio,cum socio confitetur turpitudinem criminis,ex cap.quem pœnitet de pœnitent.dist.1. atque ideò improbanda est sententia asserentium, non licere talem facere confessionem, non tamen propterea inferendum est, quempiam teneri sub præcepto mortali, aut veniali in absentia Sacerdotis confiteri laico,si periculum mortis immineat,vt copiosè,& prudenter quidem differit Sot. in 4.sentent.distinct.18.quæst.4.artic.1.conclus.2.ex qua confessione contrahi filiationem spiritualem impedientem, ac fortasse etiam dirimentem matrimonium inter eos,opinatur glos.penultima in cap. omnes 30.q.1. cuius rei, contraria sententia est vera,iuxta glosam marginalem in eodem cap.& succurrit glos.fin. in cap.vltimo de cognat.spiritual.& Magist.sentent.in 4.dist.42.§.spirituales filij,qui de filiatione spirituali loquentes, eam exemplificant contrahi inter pœnitentem,& Sacerdotem, & adiunxissent profectò, id etiam cum laico confiteretur,si cognouissent, de iure subsistere.

113 Et vt ad Eccleſiaſticos Miniſtros redeam, illi etiam ſi mali ſint, dummodó catholici (quamuis peccent, vt dixi nu.102.) nihilominus (vt vtar verbis Greg.de Valent.diſput.9.quæſt.4.Pončtu 1.& 2. tom.4.) validè, & licitè cuncta ſacramenta conferunt Diu.Thom.3.par. quæſt.64. artie.5. nam Auguſt. ſuper Ioannem tract.5.dicit, quid in Chriſto non nouerat Ioannes? poteſtatem Baptiſmi ipſum Dominum habiturum,& ſibi retenturum, ſed miniſteriū planè tranſiturum in bonos,& malos; quid ſibi facit malus miniſter, vbi bonus eſt Dominus? quia miniſtri Eccleſiæ inſtrumentaliter operantur in Sacramentis, ideò non agunt ſecundum propriam virtutem; ſed eius à quo mouentur, qui eſt Chriſtus Diu.Tho.adducto art.5. quæſt.64.part.3. merito ab illis collata ſacramenta, ex opere operato gratiam conferunt non ponentibus obicem, Conc.Trid. c.6.7.& 8.ſeſſ.7.de ſacram. idq; etiam inibi conſtat in Matrimonio; quare longè aberrauit gloſ.in cap.his igitur verſ.pro beneficiis 23.diſt. credens in Matrimonio non conferri gratiam Spiritus Sancti; Quinimmò præfati cuncta conferunt ſacramenta,atque illa etiam,quibus ipſi carent, excepto ordinis, & confirmationis ſacramento, quæ dare non valet, qui eſt Epiſcopo inferior, vt dixi nu.18.&22.quin,& reſpectu Epiſcopi excepto ordine quo ille caret, vt poſt Aſtenſ. par.2.lib.6. tit.4. artic.3.videtur ſentire Henric. ſum.Theol. moral. lib.10.cap.5.nu.2.vbi confirmationem tamen conferre poſſe Epiſcopum ea carentem ſubijcit; qui verò haud ſunt catholici, quando validè conferant dixi num.104.

114 Ex his omnibus hactenus ſcriptis, circa ſacramentorum materiam, illud etiam planè conſtat, excellentiorem, ac præſtantiorem vim,ſacramentis nouæ legis ineſſe,quam olim veteris legis ſacramenta habebant; quæ cum infirma eſſent, egenaq; elementa,inquinatos ſanctificabant ad emundationem carnis, non Animæ, quæq; vt ſigna tantum earum rerum, quæ miniſterijs noſtris efficienda eſſent,inſtituta ſunt, At verò Sacramenta nouæ legis,(quæ ex Chriſti latere fluxerunt, qui per Spiritum Sanctum obtulit immaculatum Deo, emundans cōſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti,)eam gratiam, quā ſignificant Chriſti ſanguinis virtute operantur, Cathechef.Rom.ſub Rubr.de ſacram.§. ex ijs illa namq; vmbra futurorum fuerunt,vt ſignificarent ea, quæ cum ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet,ablata ſunt, & ideó ablata, quia impleta; Hæc verò inſtituta ſunt,virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, & numero pauciora, vt non tantum ſignificarent, ſed etiam mundarent, ac ſanctificarent, ex ſententia Auguſt. lib.19. contra Fauſtum cap. 11. cum 13. & 14. & Epiſt.111. ad Ianuarium, & hùc ſpectant verba illa ſponſæ cap.4. Canticorum, iuxta interpretationem Proſperi Roſſeti ordinis Seruorum in lectione 22. lib.1. ſuorum commentariorum ſuper cantica; inquit enim illic ſponſa; pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata; ſubiungit Roſſettus, hoc'eſt lex Euangelica præſtantior eſt Moſaica, quoniam melliſluis cœleſtium donorum odoribus referta,quám maximè redolet;non enim antiqua lex aliquem ad perfectum deduxit, aut ex ipſorum operum vi,iuſtum effecit; neque ex opere operato, ſcilicet non ex virtute ipſorum met operum,ſed ex opere operantis,puta ex fide ſuſcipientis Dei gratiam, & Spiritus Sancti dona ei conferebant, quia egena erant (vt dixi) atque infirma:ſed nouæ legis Sacramenta, non ſolum ex fide ſuſcipientis; verum ex virtute effectrice, veluti Dei inſtrumenta,gratiam, quam vocant iuſtificantem, nobis præſtant, adeò vt efficiant, quod ſignificant.

Quod autem ipſa vetera Sacramenta, neminem iuſtificauerint ex opere operato, & eo modo, quo Sacramenta nouæ legis præter hactenus dicta,probatur ex Diuinis literis, ſcilicet ex Prophetis, & Apoſtolis, miro conſenſu edocentibus ſacramenta veteris legis,non iuſtificaſſe,cum de noſtris contrarium aſſerant, quorum auctoritates iſtud Catholicum dictum comprobantes,recenſet Bellarm.in lib.2. de ſacram. in genere cap.14. illudque præterea confirmat ex Patribus in cap.15. ac demum in cap.16. multis corroborat rationibus ex ſcriptura deſumptis, ſoluitque in cap. 17. obiectiones aduerſariorum.

115 Diſcrimen verò exiſtens inter baptiſmum nouæ legis Sacramentum, & circuncisionem veteris legis, ſcribunt. Diu.Thom. 3. par. quæſt. 62. artic.6. & Viguer.cap.16.§.3.verſ.13.

SVMMARIVM.

Ordinis nomen quid ſignificet, quotuplexque ſumatur, num. 1.
Ordinis Eccleſiaſtici definitio num.2.
Eſt autem verè ſacramentum, num.3.
Eundem, quomodo hoſtes Eccleſia ab ea tollere elaborarint num.4.
Ordines quotuplices ſint num.5.
Pſalmiſtatus, ſit ne idem,quod prima tonſura? num. 6.
Epiſcopatus, vtrum ne ſit ordo num.7.
Eorum, quot dicantur ſacri, quot vero non ſacri, num.8.
Sacri, quare ita dicantur num.9.
Subdiaconatum non ſemper inter ſacros ordines numeratum fuiſſe demonſtratur, numero 10.
Subdiaconatus cum confertur habeat nè manus impoſitionem? num. 11.
Minores ordines, quod primitiua Eccleſia agnouerit, oſtenditur, num. 12.
Illi verò vtrum ſint ſacramenta? num.13.
Ordines omnes, vnum conſtituunt Sacramentum, num.14.
Ordinum materia, & forma, qua ſint, numero 15.
Ordinandus ad Sacerdotium, debeat nè tangere calicem cum patena, & hoſtia, an ſatis ſit calicem attingere? num. 16.
Vinum ſi abſit, cum calix traditur ordinando in presbyterum, ne ſit collatum Sacerdotium demonſtratur, num.17.

Ordinis Sacramentum gratiam confert, numero 18.
Caracther quoque imprimitur, cum ordo datur. num. 19.
Caracther cur tantum in tribus sacramentis imprimatur, num. 20.
Tria in omni numismate considerari, num. 21.
Caractheris descriptio, num. 22.
Non baptizatus, haud recipit ordinem, numero 23.
Baptismo qui caret, si fuerit in Episcopum assumptus, an alijs conferat ordines? numero 24.
Regula l. Barbarius ff. de offic. Prat. explicatur, num. 25.
Confirmatione carens si audeat ordines suscipere, recipit caractherem, num. 26.
Quot gradus perfectionis considerentur in ordine, num. 27.
Primates, & Patriarcha, qui sint; & quotuplices, nu. 28.
Ordines conferre aut ex ordinaria, aut delegata potestate prouenit, num. 29.
Ordines conferendi potestas, tantum Episcopo regulariter competit, num. 30.
Requisita pro collatione ordinum, num. 31.
Illorum quædam sunt de substantia ordinum, quædam de solemnitate, num. 32.
Contactus materiæ, est de substantia ordinum, debetque simul cum forma verborum concurrere, num. 33.
Manus impositio sit ne de substantia ordinum, declaratur, num 34.
Quæ verò sint de solemnitate, num. 35.
Missa cum ordines dantur, de necessitate, vel solemnitate, an requiratur? nu. 36.

De Sacris Ordinibus. Rubr. II.

1 ORDINIS nomen genericè sumptum, est parium, dispariumque rerum sua cuiq; loca tribuens dispositio, ex August. lib. 10. de Ciu. Dei cap. 13. quia dispensationis prouisio, gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, idq; ideò, quia, dùm minores, potioribus exhibent reuerentiam, & potiores minoribus dilectionem impendunt, vera concordia fit, & ex diuersitate contextio, & rectè officiorum geritur administratio singulorum; neque enim Vniuersitas poterat alia ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret, vt inquit textus in cap. fin. 89. dist. in cap. licet el 2. 48. dist. & cap. legimus 93. dist. qui quidem ordo, tùm in personis, tùm in rebus perpenditur; at personę quia præstant. rebus, merito hominum ordo præstantior est ipso rerum ordine, l. 2. ff. de stat. homin. cum verò inter homines ipsos, clerici alijs excellant cap. solitæ, de maior. & obed. ideo dicit Nauar. in sum. cap. 22. num. 17. per Antonomasiam, appellatione ordinis simpliciter prolati, intelligi Ecclesiasticum, non secus ac, iuris ciuilis denominatione, Romanorum ius, rectè suspicatur; qua etiam ratione, Apostoli appellatione, Paulus demonstratur §. ius Ciuile, ibique glosa instit. de Iure naturæ gentium, & Ciuil. & glosa in cap. significauit. versic. Vrbis, de pœnitent. & remission. veluti, vrbis vocabulo continetur Roma, l. Vrbis appellatione, & l. Qui in continentibus ff. de regul. Iur. ac Sapientis nomine, Cato consideratur, glosa in §. sed quoties instit. de Iure natur. gent. & Ciuil. per cap. cum omnes de constit. ibi, & sapientis dicat auctoritas; patere legem, quam tu ipse tuleris, eam enim Cato protulerat sententiam, vt dicta glosa, & Zacharia, Ad Abb. in alleg. cap. significauit, asserunt.

2 Ordinem, iam dicto modo sumptum, diuersimodè definiunt Doctores, Scot. namque dicit in 4. sentent. dist. 24. quæst. vnica, artic. 1. quod est sacramentum institutionis alicuius, in gradu præeminenti in Ecclesia; cui conuenit aliquod Ministerium circa Sacramantum, præcipuè verò circa Eucharistiam factam à Ministro idoneo, verba simul cum intentione debita proferente ministerium gradus illius, signo aliquo visibili repræsentans, ex institutione diuina, efficaciter significans gratiam præuenientem, qua ordinatus aliquod ministerium dignè exequatur: hanc autem definitionem videtur reijcere Sot. in 4. sent. dist. 24. quæst. 1. artic. 1. vers. vnde; quare Thom. Vualdens. in lib. 3. de sacram. cap. 116. definit, quod est sacramenta Ministrantium habitudo legitima, cuique ratione ministerij sui conueniens; sed Nauar. in sum. c. 22. asserit, esse sacramentum, quo traditur caracther, & potestas sufficiens consecrandi Eucharistiam, vel id administrandi, Enchirid. verò Coloniense, in Rubr. de sacram. ordin. §. cum itaque, respondet esse gratiam quandam, & potestatem quæ per traditionem, visibili quodam signaculo baptizatis infunditur, cum per manus impositionem ad munus aliquod in Ecclesia publicum gerendum, ritè ordinantur, At Mag. sent. in 4. dist. 24. §. si autem, asserit, esse signaculum quodam per quod spiritualis potestas traditur ordinato; quam amplexati sunt Diu. Thom. in supplem. ad 3. part. quæst. 34. artic. 1. & lib. 4. sentent. dist. 24. quæst. 1. artic. 1. Viguer. in summ. cap. 16. §. 6. Sot. in adducto artic. 1. vers. vnde vt Petrus, eandemq; sequitur glosa fin. in sum. 22. dist. Innoc. licet aliqua verba addat in cap. 1. nu. 4. do Scismat. Angel. verbo ordo, el 1. inquiens Hugonem de Sancto Victore, hanc tradidisse, subdit tamen verbum illud (scilicet signaculum) in ea positum, stare inibi pro signaculo in Animam diuinitus impressa, verum D. Tho. Sot. & alij, relatis in locis annotarunt verbum illud non pro caracthere ordinis illic accipi, sed pro sacramento, quo caracther imprimitur, qui est potestas illa spiritualis.

3 Hic autem ordo Ecclesiasticus, verè sacramentum est, vt probat D. Thom. in supplem. ad 3. par. quæst. 34. articulo tertio; Argent. loco supra relato artic. 3.

artic.3.& communites Theologi in 4. ſent. & ipſe abunde probaui in Rubr. præced. habet enim, vt cœtera ſacramenta ſuum viſibile ſignum, habet & verbum ſuum; ideó ſacramentum eſſe, & pro ſacramento in Eccleſia hactenus ſemper habitum conſtat, extantq; varia in ſcripturis teſtimonia; ſiquidem Ioan.20. legimus,quod Chriſtus ipſe,poſtquam reſurrexit, Apoſtolos in orbem terrarum miſſurus,ſic alloquitur;ſicut miſit me Pater,& ego mitto vos,& cum hæc dixiſſet inſuflauit, & dixit, accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis; ſubiungit Enchirid.Colonien.in dicto §.cum itaq;, & inquit, ſic vides Chriſtum, Apoſtolos cœrimonia quadam viſibili in opus ſuum ordinaſſe, & in eam rem, gratiam Spiritus Sancti, ſigno quodam viſibili contuliſſe; Poteſtatem quoque eiuſcemodi ordinatione collatam, apertiſſimè confirmaſſe, atq; ſic ſtabiliſſe, vt quod ipſi eorumque ſucceſſores, ſuo nomine in Eccleſia ritè peragerent, Deus perinde ratum haberet, ac ſi per ipſum Chriſtum factum eſſet,idque non ipſorum,ſed Chriſti merito, & virtute ſpiritus, operibus eorum aſſiſtente,Matth. cap.10. Mar.cap.6. & Luc.cap.10.non ſine grati Emphaſi narrant;fouet etiam ſupradictam ſententiam,Apoſtoli dictum Epiſt.1.ad Thimoth.4.noli negligere gratiam,quę eſt in te,quæ data eſt tibi per Prophetam,cũ impoſitione manuum mearum; atq; Conc.Trid. cap.1. ſeſ.7. de ſacram. & cap.3. ſeſſ.8. de ſacram. ordin.

4 Hunc ordinem hoſtes Eccleſię,maximo ſtudio, omnique conatu, ab ea tollere elaborarunt, ex ſacerdotibus,laicos facientes,vt ſublata miniſtrorum legitima poteſtate, gratiam coniunctam habente, Sacramenta,ac reliqua omnia, quæ in Eccleſia miniſtrorum opere peraguntur euileſcere faciant;qua doctrinæ peſte,nullam peſtilentiorem eſſe,iuſtè aſſeuerarunt veteres,maximè dum tale perniciosum dogma ex ſcripturis peſſimè detortis,perſuadere illi nituntur,vt videre eſt apud Thom. Vualdenſ. in lib.2.de ſacram.cap.7. & cap.28. Sot. lib.4. ſentent. diſt.24.quæſt.1.art.1.verſ. hoc ergo Bellarm.lib.1. de cleric.cap.12.cum ſeq.Greg.de Valent. in comment.ad 3.par.Diu.Thom.diſput.9. punct.2. verſ. porrò ſectarij; & eundem Bellarm. in lib.1. de ſacram.ordin. per octo capitula exactiſſimè, more ſolito explicantem illorum antiquitatem, eoſq;, & vnumquemque ipſorum, ſacramentum eſſe probantem; ad quorum ſcripta lectores remitto, cum vires ingenioli mei haud patiatur,vt ea diſcutiam, erroneaſq; hæreticorum in hac re ſententias iuſtis refellã rationibus: ſed dumtaxat,hortor, moneo,& obteſtor, vt Catholicis dogmatibus S. Matris Eccleſiæ Orthodoxæ,Romanæ aſſentire debeant,eaq; vera eſſe, & fateri,& confiteri debere,& oportere, ac precipuè,quę per Conc.Trid.ſeſſ.42.de ſacram. ordin. ſuper eo definita, & declarata fuerunt.

5 Atq; ego propius ad ordinum explicationẽ accedendo,duxi animaduertendum, eos eſſe numero ſeptem, iuxta communem Theologorum ſententiam in lib.4.ſent.diſt.24. nempè Oſtiariatum, Lectoratum, Exorciſtatum, Acholytatum,Subdiaconatum, Diaconatum,& Præsbyteratum,cui Theologorum opinioni ſuffragantur (mea ſentẽtia) text. in c.ſeriatim cum ſeq.32.diſt.in c.illud 24.diſt.& c. à ſubdiacono 93.diſt.hos ſolos exprimẽtes ordines.

Canoniſtæ verò, ordines putãt eſſe nouem, in c. cum contingat de ætat. & qualit. gloſa in prohęm. ſexti verſ. Epiſcopus; gloſa finalis,in ſum. 32. diſt. doctiſſimus Syluest. Aldobr. in §. ſunt, & aliæ inſtit.de Iure natur. gent. & Ciuil. ſupradictis ſeptem ordinibus à Theologis numeratis addẽtes primam tonſuram,& Epiſcopatum,ipſorumq; ſententię fauet text.in c. Cleros 21. diſt. vbi generaliter clerici nuncupantur omnes,qui in Eccleſia Chriſti deſeruiunt, quorum gradus, & nomina ſubſequuntur, Oſtiarius,Pſalmiſta,Lector,Exorciſta, Acholytus, Subdiaconus, Diaconus, Præsbyter, & Epiſcopus, ergo ſunt nouem, vt Canoniſtæ affirmant, nam

6 Pſalmiſtatus, & prima tonſura idem ſunt, ex eorumdem concluſione; Couar. etiam,totidem eſſe atteſtatur in cap. quia nos nu.3. de teſtam. Diazza pract.crim.canon. cap.131. & alios congerit Henric.in ſum.Theol.moral. lib.x.cap.2.§.3. in gloſa litera V.ipſis autem,alijsq; hanc ſuſtinentibus opinionem ſuffragatur Epiſtola Iſydori Epiſcopi Hiſpalenſ. ad Gutifredum, relata in cap. perlectis 25. diſt. vbi poſtquam, nouem illos gradus enumerauit, quodq; ad vnumquenquam ipſorum pertineret munus ediſſerit,verba ſubijcit hæc. hi ſunt ordines,& miniſteria clericorum, & quæ ſequuntur.

Et præſertim quod prima tonſura ſit ordo, videtur probare tex.in c.cum contingat de ętat.& qualit.inquiens, per primam tonſuram iuxta ordinem Eccleſiæ datam à talibus clericalem ordinem conferri,& confirmatur ratione illa,quia conſtitutione cap.non dubium de ſent.excomm. & Concilij in c. ſi quis ſuadente 17.quæſt.4. (vt manus violentas in clericos inijcientes incurrant ſententiam excommunicationis) ligetur etiam percutiens clericum tonſuratum ex gloſ.fin.in dicto cap.cum cõtingat, neq; aduerſatur ratio illa, quod tali priuilegio etiã Hoſpitalarios gaudere cõſtat ex c.canonica,de ſent. excom.& conuerſos,ex ſententia Butrij in c.2. poſt nu.6.de inſtit.qui tamen,non ob id aliquem retinẽt ordinem,eo quod beneficia nequeunt cõſequi Eccleſiaſtica,ſicuti nec laici,vt inibi, idem Butrius affirmat,quę nihilominus tonſuratus vtiq; nõ prohibetur adipiſci c. cum adeo de reſcript.& c. ex literis de tranſact.namq; dicendum eſt,prædictam rationem non probare opinionem iam dictam, quia tonſuratis,à Iure, illis veró ex ſpeciali fauore concedatur Priuilegium dicti cap. ſi quis ſuadente. Sed Rubr.6.cap.1.nu.5. propendo in ſententiam, ne ſit ordo, verum illorum ianua.

7 Epiſcopatum quoq; ordinem eſſe,dicit in ſpecie gloſa in prohem.6.verſ.Epiſcopus, & in c.quia periculoſum verſ.de Epiſcopis de ſent.excom.in 6.& in c.quoties verſ.ſui ordinis de purgat. canon. & c. prouida verſ.firmitatis de elect.in 6,Fel.in c.cum te nu.8.de reſcrip.Zabar.clem.2.nu.12.de ętat.& qualit.& Leo Papa in c.1.diſt.32.idem expreſsè ſentit, dum ait,nec Subdiaconibus carnale connubiũ quidem cõceditur,vt etiam qui habent, ſint tanquam non habẽtes, & qui non habent permaneant ſinguläres,& innupti (ſubdit) quod ſi in hoc ordine, qui quartus extat à capite (idest ab epiſcopatu) dignũ eſt cuſtodiri, quanto magis in 1.vel 2.tertioue, ſuadendũ eſt?cui textui ſe,haud reſpondere poſſe fatetur Nauar.in Manual. cap.22.nu.18. verſ. quarę, eſt etiam pro hac parte textus in cap. Diacones 93.

dist. in cap. nullum 28. dist. & cap. cleros, 21. dist. ibi ordo Episcoporum quadripartitus est, & affatim probat Sot. lib. 10. de Iust. & Iure quæst. 1. artic. 2. & copiosè Bursat. cōs. 125. quia scriptum à nu. 1. vol. 1. quinimò Episcopatum esse de per se, & seiunctim sacramentum, defendit Bellarm. in lib. 1. de sacram. ordin. cap. 5. & Greg. de Valentia ad Diu. Thom. disput. 9. quæst. 1. puncto 4. vers. 2. controuersum, tomo 4. quorum opinio, vtrum ne vera sit luculentius ex more, dicam in Rubr. de tempor. ordinand. cap. fin. & Bursat. adducto loco.

Episcopatum ergo, cum Nauarr. dixerit loco paulò ante citato, ordinem esse, non autem clericalem tonsuram, nō mirum si nouam protulit sententiam, circa ordinum numerum, sequendo Canonistas, quo ad Episcopatum; Theologos verò, quò ad tonsuram, & inquit ordines esse octo, quod antea sustinuerat Caiet. sed summis ferè labijs in opuscul. de ordine, inibi Episcopatum, octauum appellans ordinem; idque alij etiam sentiere, quos recenset Henric. in sum. Theol. moral. lib. 10. cap. 2. in glosa littera E. quamuis ipse in §. 1. abhorreat á tali doctrina; mihi verò, ipsius Nauarri resolutio placet; namq; tonsuram, haud esse ordinem, indubiè affirmandum credo, præsertim cum textus absint, illam ordinem esse affirmantes, neq; canones allegati ab ipsis Canonistis, eorum probant sententiam, quia cap. cleros 21. dist. nullam penitus facit mentionem de tonsura, neque aliquorum persuasio militat, quod loquatur de psalmistatu, qui sit idem quod tonsura; tum quia psalmistatum, & tonsuram idem esse Theologi non admittunt. Syluest. verbo ordo el 1. vers. Secundo est dubium, tùm etiā qui ex illo met textu apparet hoc esse falsum, nam gradatim inibi ordines referuntur, ob idq; si psalmistatus esset ille ordo, qui alio nomine appellatur prima tonsura, cunctos alios ordines anteiret, atq; etiā Ostiariatum antecederet; sed ibi subsequitur ostiariatum, ergo non est idem, quod prima tonsura; & vera est resolutio, dicentium, esse officium annexum ordini lectoratus, vt Syluest. alleg. verbo, ordo vers. 4. igitur. Henric. sum. Theol. moral. lib. 10. c. 2. §. 1. lit. F. in glosa; nec textus in cap. cum contingat, de ætat. & qualit. probat opinionem canonistarum, quia non asserit tonsuram ordinem esse, at solum illa profert verba, clericalis ordo confertur, quæ verba propriè ordinem non indicant, per quem spiritualis potestas datur: nam ipsa per coronam non confertur, sed per eam disponitur ad ordines; atque ideo, stat impropriè, quemadmodum communiter omnes dicere solent, Religiosorum ordinem, propterea, cum ingressus sit ianuam ordinum, distat à laico, atque aptus est ad cæteros ordines assumendos, beneficiaq; obtinenda cap. cum adeò de Rescript. cap. ex literis de transact. laicus verò, nequaquam cap. 2. de instit. nisi ex speciali dispensatione Papæ; constito igitur clericalem tonsuram, non esse ordinem, Episcopatum verò maximè, ex supra relatis, sequitur veram esse doctrinam Nauarrus quod ordines sint octo.

Qui verò Theologorum vellet sequi doctrinā, nec Canonistarum improbare sententiam, fortasse vti posset distinctione Diui Thomæ in supplem. ad 3. par. quæst. 37. artic. 2. & in 4. sen. tent. dist. 24. art. 2. dicentis, ordines esse septem propriè sumptos, & pertinentes ad consecrationem hostiæ, nouem autem impropriè, ratione quarumdam actionum.

8 Horum ordininum, quatuor sacri appellantur, cæteri non sacri dicuntur; non quidem quod omnes sacri minimè sint, sed illi præcipuè, & per excellentiam, sic nominantur à sanctimonia, idest casti-

9 tate, & continentia, quam inducunt, vt asserit glosse fin. in sum. 32. dist. & Bellarm. lib. 1. de sacram. ordin. cap. 8. versic. respondeo el 1. illis namq; est annexum votum solemne castitatis, non essentiale, sed accidentarium ex præcepto Ecclesiæ ex Nauar. in sum. cap. 22. nu. 18. ob idq; recta ratione sacer ordo peculiariter in Ecclesia, is dicitur, cui est annexum sacrum votum continentiæ, vt inquit Greg. de Valentia in commen. ad D. Tho. disput. 9. quæst. 1. punct. 4. vers. Innocentius vero, tomo 4. vbi subnectit etiam explicationem verborum, Vrbani in cap. fin. 60. dist. quæ sunt, sacros autem ordines dicimus Diaconatum, & Presbyteratum; hos siquidem solos primitiua legitur habuisse Ecclesia, hactenus ille; explicat enim Gregor. & inquit, hos solum habuisse tanquam Sacros, eo modo, quo ita vocamus illos tres, quibus est annexum castitatis votum, sicuti etiam glosa in versic. habuisse, super eodem cap. fin. indicare videtur. Alio item modo, possumus affirmare ordinem dici sacrum secundum se, ac ratione materiæ; secundum se enim, omnes sunt sacri, cum quisque ipsorum, sit sacramentum quoddam; sed ratione materiæ circa quam habet aliquem actum, vt circa rem consecratam, hoc modo sunt tantum tres ordines sacri, nempè sacerdotium, ac Diaconatus, qui habent actus circa Corpus Christi, & sanguinem consecratum, atque subdiaconatus, habens actum circa vasa consecrata Diu. Thom. in supplem. ad 3. par. quæst. 37. artic. 3. Syluest. verbo ordo el 1. vers. quantum ad secundum, & Astasan. lib. 6. tit. 2. art. 3. Iuxta opinionem autem Canonistarum, quartus erit Episcopatus, cuius functio, licet non sit missæ celebratio, vel eius administratio, est tamē in ordine ad Corpus Christi verum: instituit namque, & præparat ministros, templaque, & Crismata consecrat, ob quæ inest Episcopali ordini aliqua propria, ac spiritualis functio ad Sacramentum Eucharistiæ ordinata, Sotus lib. 10. de Iustit. & Iure quæst. 1. art. 2. conclus. 1. atq; ideo dicitur propriè sacer ordo, meritoq; quatuor esse sacros ordines, ait Zabar. clem. 2. nu. 12. de ætat. & qualit. ordin. quia ipsi omnes, vtraque ratione sacri sunt, alij verò tantummodò prima ratione, quo ad seideoq; non mirum, si sacrorum ordinum appellatione isti censentur; Alij verò, diuidunt ordines inter maiores, & minores, vt nouissimè habetur in Cōc. Trid. c. minores ordines sess. 23. de reform & cap. 2. Rubr. de Sacram. ordin. Eadem sess. illa.

10 Subdiaconatum verò, non semper inter sacros, & maiores ordines fuisse computatum, scire expedit maximoperè; quia continentiam non habuisse annexam colligitur; in primitiua etenim Ecclesia, ordo sacer non reputabatur, vt inquit Vrban. Papa in cap. nullus 60. distinct. ideo legimus, tempore Siricij antiquissimi Pontificis cathedram Petri tenentis Anno Domini 385. & trigesimi noni post Petrum, Subdiaconatum minimè esse Sacrum ordinem in cap. quicumque, vbi glosa vers. ad Diaconij 77. dist. ac tempore Lucij Papæ in cap. Ministri

ftri 81.diſt.propterea tempore Concilij Carthag.4. in cap. Subdiaconus 23. diſt. ille manus impoſitionem non accipiebat; & tamen ſcimus, manus impoſitionem, ſuper caput, eſſe ſignum ſacri ordinis, vt in Præsbytero, & Diacono cap. Præsbyter, & cap. Diaconus ead. diſt. 23. quam profectò ob ra-
11 tionem, conſtat ordinationem Subdiaconatus habere manus impoſitionem, & cõprobatur ex cap. 1. vbi Hoſtienſ. id tuetur poſt num. 2. de ſacrament. non iteran. cuius quidem Hoſtienſ. dictum, licet veriſſimum eſſe exiſtimem, de eo tamen non leuiter dubitaui hactenus, ob auctoritatem illius integerrimi, & doctiſſimi viri, ſimulque Illuſtriſſimi, & hæreticorum Mallei, Roberti Cardinalis Bellarmini; qui in libro vnico de Sacram. ordin. cap. 7. aſſeuerans valdè probabile eſſe, vt Subdiaconatus ſit ſacramentum, ſicuti & Diaconatus, ſubiungit, non tamen ita certè conſtare, tum quod in ſcripturis de eo mentio non fit, tum quod eius ordinatio non habet manus impoſitionem; atque ideo loquitur, ipſe Bellarm. de tempore præſenti, non autem de præterito, quod elucèſcit magis, ex toto contextu illius capitis, maximè ex his, quod Subdiaconatus eſt ſacer ordo: ergo non de antiquo tempore, quo non erat ſacer ordo. iſtud autem quod olim Subdiaconatus non fuerit ſacer ordo, confirmatur ea ratione, quod in Concilio Laodicenſi cap. 21. non permittitur Subdiaconis, ingreſſus in ſacrarium, nec contactus vaſorum Dominicorum, & tamen conſtat, vaſa ſacra ab alijs tangi non debere, quàm à ſacratis hominibus, vt dicit Stephanus primus in Epiſtola ad Hilar. confirmat Sixtus primus in prima ſua Epiſtola, de qua in primo tomo Concil. & Silueſt. in Synodo Romana actione prima Canone 9. in eodem tomo Conciliorum; legitur quoque in cap. ſacratas 23. diſt. & cap. ſancta de conſecrat. diſt. 1. fuit autem inter ſacros Ordines numeratus à Conſtitutione Gregorij, atque Vrbani, vt dicit text. Innocentij in cap. miramur, de ſeruis non ordin. vbi gloſa refert prædictas Conſtitutiones, & luculentius Marcus Antonius Capetius in ſuo tractatu de perpetua caſtitat. Sacerd. cap. 7.

Sunt etiam, qui minores ordines, veluti humanum, atque etiam nouum commentum, rideant,
12 contra quos, facilè erit probare, primitiuam Eccleſiam, eoſdem ordines reuerenter agnouiſſe; Primo ex Pauli Epiſtolis ad Theſſalonicenſes ab Athenis per Titicum Diaconum, & Oneſimum Accolitum miſſis; ergo tempore Apoſtolorum Accolitos fuiſſe in Eccleſiæ Miniſterium aſcitos, conſtat; ſecundò ex canonibus Apoſtolorum 25. 40. & 42. Qui nedũ Subdiaconi, ſed & Lectoris, & Cantoris, expreſsè meminerunt; tertiò ex Dionyſij antiquiſſimi (citra controuerſiam) ſcriptoris, qui Oſtiarij, lectoris, aliorumq; ſuperiorum, & minorum ordinum, meminit in cap. 3. de Eccleſiaſt. Hyerarch. ac Dionyſio quidem conſentit Ignatius Martyr, ac Ioannis Apoſtoli diſcipulus, in Epiſtola quam ex Philippis ad Antiochenſes ſcripſit, in qua, & maiores, & minores clericos ſalutat, eoſque nominatim, & gradatim recenſet; ac deniq; ex illis vetuſtiſſimis Cõcilijs (quę totus penè recipit orbis Chriſtianus) ordines minores in Eccleſia ſemper extitiſſe probãtibus, nempè Laodicen. cap. 23. & ſeq. Calcedon. 4. in cap. 6. & ſeq. Toletan. 1. cap. 4. Toletan. 4. c. 40. & Brachar. 1. cap. 28. & ſeq. id idem cõfirmatur deniq; ex auctoritatibus nouiſſimè relatis per Greg. de Valent. ad Diu. Tho. diſput. 9. quæſt. 1. punctu 2. à verſ. 6. certum eſt; quin etiam nõ tantum maiores ordines, ſed & minores, nõ omninò humanitus, ſed magis Diuinitus, & ex Chriſti auctoritate in Eccleſia inſtitutos fuiſſe teſtatur Diuus Ambroſ. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 4. & probat Victor. in ſum. Sacram. concluſ. 228. verſ. fit tamen; hinc fortaſſe minores ordines inſtituiſſe Eccleſiã, antequam Apoſtoli ordinarentur affirmarunt Innoc. in cap. 1. de Præsbyt. non baptiz. & Ioan. Andr. in cap. 1. num. 7. de cleric. per ſalt. prom.

13 Theſim verò non exiguam circa minores ordines, eſſe inter ſcriptores aduerti, vtrum ſcilicet ipſi, ſacramenta ſint, nec ne; Nauar. n. tenet ſolummodò tres ſacros, eſſe ſacramenta, non autem ipſos minores, in ſum. cap. 22. nu. 18. verſ. quare probabilis cum ſeq. quia, vt dicit Diu. Thom. in ſupplem. ad 3. par. quæſt. 36. art. 5. peccat mortaliter, qui cum peccato mortali ad ordines accedit, quod Nauar. nimis durum videtur, in ſuſcipientibus minores ordines, idque neceſſariò ſequeretur ſi ſacramenta eſſent; quam Nauar. opinionem negatiuam, firmat etiam Caiet. (quem idem Nauar. allegat) in tract. de modo, & ritu ordin. ſuſcipien. & Sot. in 4. ſent. diſt. 25. quęſt. 1. art. 2. ratione 4. & art. 4. verſ. dubium ergo, atq; Michael Medina in lib. 1. de ſacror. ordin. continent. cap. 46. quinimmò ex ipſis ordinibus, nõ niſi ſacerdotalem, eſſe ſacramentum, defendit Durãd. in 4. ſent. diſt. 24. quæſt. 2. nu. 6. hancque ſententiam probabiliſsimam eſſe, teſtatur Franciſc. Victor. in ſum. ſacram. nu. 227. cõtrariam tamen opinionem, vt omnes, tùm maiores, tùm minores ordines, ſint ſacramẽta, concludit D. Tho. in ſupplem. ad 3. par. quæſt. 37. art. 3. in medio. Bonauent. in eodem 4. lib. ſent. diſt. 24. art. 2. quæſt. 4. Ricchar. eadem diſt. artic. 3. quæſt. 3. Palud. quæſt. 1. Capreol. quæſt. 1. art. 1. Argent. artic. 3. Bellarm. lib. 1. de ſacram. ordin. c. 8. Henric. ſum Theol. moral. lib. x. cap. 2. §. 2. Franciſc. Ferrar. lib. 4. contra gentes cap. 65. Eckius tomo 4. homil. 64. Petrus Sotus in inſtit. ſacerd. lectione 4. de ordine; eamq; communem Canoniſtarum ſcholam tueri, dicit Henric. citato §. 2. in gloſa litera N. quinimmò eandem, omnes Doctores firmare, dicit Franciſc. Victor. eamq; ſequitur in ſum. nu. 227. & communiorem eſſe aſſeuerat Gregor. de Valent. in comment. ad Diu. Tho. diſput. 9. quæſt. 1. punctu 4. verſ. 3. opinio, tom. 4. eaq; ſibi videtur probabilior, quam deinde rationibus comprobat, quod etiam aliqui ex præcitatis agunt, ac præſertim Argent. & Bellarm. quorum duæ profectò ſunt potiſſimæ rationes; Altera quod omne ſacramentum, in quo nõ imprimitur caracther, iterabile eſt, ſed nullus ordo eſt iterabilis in eadem perſona ex cap. vnico de cleric. per ſalt. prom. atque ex rationibus per Argent. loco nuper citato, adductis, ergo in eis, & vnoquoq; ipſorum imprimitur caracther, & conſequenter omnis ordo, quia in eo imprimitur caractherq; ſæpè iterari nequit, eſt ſacramentum, ex reſolutione Diu. Auguſt. in lib. 2. contra Epiſt. Parmen. c. 13. cui quidẽ expoſitioni accedunt, tùm antiquorum Patrum teſtimonia, abſolutè dicentia, ordinem eſſe Sacramentum, nullumque excipientia ordinem à prædicta Regula, vt inquit idem Gregor. de

Valent. loco nuper citato versic. tertio, tum etiam Conciliorum Florentini, & Tridentini, Canones, indefinita propositione concludentes, ordinem esse Sacramentum; Florentinum etenim hoc explicat, his verbis. sextum nouæ legis sacramentum esse ordinem, & Tridentinum sessio. 23. cap. 3. de Sacram. Ordin. ait, ordinem esse Sacramentum.

14 Omnes tamen minores ordines, atque itidem sacri vnum constituunt sacramentum, vt vnanimi consensu, affirmant Doctores, præsertim Abb. in cap. per tuas el 2. num. 5. de simon. & veram attestatur doctrinam Argent. in 4. sent. dist. 24. artic. 2. duplex autem (vt res facilius intelligatur) affert exemplum Syluest. verbo Ordo. el primo num. 2. atque alijs explicat modis Viguer. cap. 16. §. 6. versic. tertio, & mihi videntur, ordines esse quasi gradus, vt velut, per gradus in sacerdotium tenditur, iuxta Concil. Trident. in cap. 2. de Sacram. Ordin. sessio. 23. merito, sicuti plures gradus constituunt scalam, ita plures, omnesque ordines vnum sunt sacramentum; vel etiam dici potest, ordinem esse vnum Sacramentum, perfectione vnius finis, quia constituitur ex diuersis ordinibus specialibus, qui omnes ordinantur ad vnum actum consecrationis, sicut etiam, Domus vna dicitur ex Archidiac. in sum. 32. distinct. num. 1. & hoc est, quod diuersis verbis scripsit Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 8. in fine, inquiens omnes ordines, licet sint per se singuli, Sacramentum, tamen vnum Sacramentum censeri, quia vnum sunt, vel genere, vel quia ad vnum finem omnes referuntur, rationibus autem contra allegatis, fusè respondet Argent. loco supra citato.

15 Quorum ordinum materia est, res illa sensibilis, quæ traditur ordinando; forma verò, sunt verba illa, quæ minister profert in traditione materiæ, vt omnium est vera resolutio, sicuti Astasan. fatetur in lib. 6. tit. 4. artic. 5. quæst. 3. quæstiunc. 3. qua in re pensandum est, quod eodem puncto, quo infunditur gratia, imprimitur caracther, & quo imprimitur caracther, infunditur gratia, nisi obex opponatur: momentum autem illud est, quando Sacramentum perficitur, quod fit cum materia, & forma applicatur, nempè cum in traditione materiæ proferuntur verba illa, accipe, & quæ sequuntur, vt dicit Sot. dist. 24. quæst. 1. artic. 4. vers. quinta Conclusio, in lib. 4. sentent.

Ex his, explicare specificam vniuscuiusque ordinis materiam, nunc locus esset, ni præterire duxerim, eò quod alibi, de hac re acturus sum, ideò curiosam tantum hæsitationem proponam, circa materiam sacerdotalis ordinis, quæ cum consistat

16 in traditione calicis cum patena, vino, & hostia, dubitatur oporteat nè tangere non tantum calicem, sed insuper patenam, & hostiam? & quidem respondeo, nō id necessario opus esse, ita quod alioqui non dicatur collatus Præsbyteralis ordo, cum satis esse credatur calicem pertingere, iuxta doctrinam Soti in 4. sent. dist. 24. quæst. 1. art. 2. vers. vnum tamen, propè finem; Siluest. verbo, ordo, 2. circa num. 6. & Petrus Ledesma in sum. Hispana, Rub. de sacram. ordin. cap. 3. vers. A esta duda par. 1. qui omnes dicunt etiam, neque teneri ordinandum manibus tāgere; admonet tamen ordinantem, & ordinandum, vt omnem adhibeant diligentiam contingendi, etiam hostiam. Ad præscriptum ordinem in Pontificali Romano; ista autem, quæ in hoc ordine dicta sunt, ad reliquos extendunt, in quibus sufficiat aliquam partem attingere.

17 Alterum verò dubium longè curiosius, neque prætereo, si calix vino careat, aut aquam contineat, & si hostia non ex vero pane fit, dicatur nè ille promotus, & illo ordine insignitus? hoc dubium contingere non semel potest incuria præsertim Magistri ceremoniarum, nam quia calix, patena opertus Episcopo exhibetur, non solet Præsul aperire, & si vinum adsit introspicere, & nihilominus ordo non esset collatus; in vnoquoque prædictorum casuum; ita apertis verbis concludit citatus Ledesma, & relato cap. 3. vers. la tercera difficuldad. es; quare attente aduertant Magistri Cerimoniarum, vt vinum apponatur, atque Antistites cautius agent, si discoperiri curabunt calicem, vt videant, nec ne adsit, priusquam ad materiæ traditionem, properent.

18 Hoc Sacramentum ordinis, gratiam confert, vt reliqua Sacramenta, sicuti luculentioribus verbis explicaui Rubr. præcedenti vers. recipere autem, idque confirmat Apostoli sententia primo Thimoth. 4. noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetam, cum impositione manuum Prasbyterij, & rursus Thimoth. primo. Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ in te est, per impositionem manuum mearum; idque tum si bonus sit minister, tum si malus, vt ex Ambrosio in Epist. 1. ad Corinth. cap. 12. & Theophilact. super Ioan. 11. colligitur. Ideo Concil. Trident. cap. 8. sessio. 7. de sacram. vtitur illis verbis, ex opere operato; quia gratiam conferunt, non ponentibus obicem; si verò à bonis sacerdotibus conficiantur, non tantum hæc gratia facit ratum ministerium, sed & ordinatum iuuat, vt ordine concredito ritè vtatur; estque apud Deum multi meriti cumulandi causa, vt tradit Enchirid. Colonienf. Rubr. de sacram. ordin. versic. Virtus, vbi confirmat pluribus auctoritatibus, præsertim verò per Parabolam de fideli negotiatione, Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui.

19 Præterea imprimit caractherem, sicuti & baptismus, ac confirmatio, ita Angel. de Clauasio in summa, verbo caracther, Magister sententiarum in 4. distinct. 6. quæst. 1. 2. 3. & 4. ac demum Concilium Tridentinum sessio. 7. cap. 9. de sacrament. & sessio. 23. cap. 4. de Sacrament. ordin.

20 Ratio autem, cur non etiam asseramus per alia quoque Sacramenta imprimi caractherem, sed tantum per iam dicta tria, præter eam, quod ita nos edocet Ecclesia, quæ & ipsa sic est docta ab Apostolis, habetque quod ad doctrinam sacramentorum imprimis attinet infallibilem auctoritatem, vt comprobat Gregor. de Vatentia super 3. par. Diui Thomæ disput. 3. quæst. 4. punctu 2. tomo 4. Alia insuper existit, & valida quidem, eaque communiter ab orthodoxis adducta, & tradita à Diuo Thoma, est ratio in 3. par. sum. quæst. 63. artic. 6. quod cum caracther tria habeat officia, nempè aptum facere ad cultum diuinum, configurare CHRISTO, & distinguere ab alijs ex Bellarmin. citato cap. 19. versic. tertia propositio.

Istaque

Itaq; non vtique, per alia Sacramenta propriè cõſequamur, quam per ipſa tria iam enarrata, inde fit, vt per illa tria, tantum caracther imprimatur, vt copioſius explicat Bellarmin. citato verſ. & Gregor. de Valent. adducto punct. 2. propè fin.

Caracther autem, eſt nomen græcum, quod latine ſignificat ſignum, ſeu figuram, aut notam firmiter alicui rei impreſſam, vt per eam diſcernatur à cæteris rebus: hoc igitur modo, nota illa candenti ferro pecudibus impreſſa à veteribus latinis, maximè propriè dicta eſt caracter; hinc gloſa in
21 cap. quanto verſ. Patris de iureiurand. tria in omni numiſmate conſideranda aduertit, primò materia publicè electa, ſecundò caracther, quo inſignitur, ſeu notatur forma publica, tertiò valor, ſeu functio, & concinit l. 1. ff. de contrah. empt. atque in his omnibus, quid decretum á ſuperioribus, quæq; in vſu ſint, quiq; numis vtantur inſpicimus; ac præſertim, quod ad caracTherem attinet, eo diſcernitur, & cuius ſit Regni, cuiuſq; Ciuitatis, & quis illud, & cuius auctoritate percuſſerit; quæ maximum habent momentum in detegendis fraudibus monetarum, ex Gregor. Tholoſ. lib. 36. ſyntagm. iuris vniuerſi cap. 2. nu. 18. vbi præterea ſubiungit, quis primus numiſma excuſſerit.

22 Theologi quoque, iuxta hanc nominis ſignificationem, caracTherem appellant, & eſt quædam ſpiritualis qualitas, animæ, ſignificans gratiam gratum facientem, diſponenſq; ad eandem, & habens aliquam ſimilitudinem cum gratia, quæ eſt ſimilitudo Dei; vnde omnes configurat Deo, & diſtinguit ab his, qui non ſunt de grege Domini, vt ex auctoritate Bonauent. in 4. ſentent. diſt. 6. q. 1. par. 1. inquit Angel. de Clauas verbo caracther, & ſequitur Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 1. partit. iur. canon. tit. 6. cap. 3. gloſ. 2. ſed alijs diffinit modis Alberic. in ſuo dictionario. verbo caracther; verùm omnium Scolaſticorum in 4. ſentent. diſtinct. 6. ea eſt ſententia, vt ſit ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, quod animæ imprimitur in prædictis tribus Sacramentis, & habetur expreſsè in Concil. Trident. ſeſſion. 7. cap. 9. de Sacrament. & Concil. Florent. in inſtructione Armenorum. Iſtud autem nomen ab Auguſtino acceperunt Scolaſtici, nam ille pluribi, paſſimq; eo vtitur, maximè epiſtol. 44. ad Donatum, epiſtol. 50. ad Bonifacium, & lib. 6. de baptiſm. contra Donat. ſ. cap. 1. & alibi; etenim ante Auguſtinum non caracTherem, ſed ſignum, aut ſignaculum vocarunt veteres, & eandem rem eſſe affirmat Bellarmin. in lib. 2. de Sacrament. in genere cap. 19. verſic. nomen; ſed ſacra ſcriptura hoc ſanè vtitur nomine, quamuis non in hac ſpecie Sacramentorum; ſcilicet Apocalypſ. 13. in codice Latino, in Græco autem Hebræi 1. verùm cum aduerſarij acriter contendant, nec ratione, nec ſcriptura poſſe caracTherem probari, inſurrexit malleus hæreticorum Bellarmin. & illorum contundens peruicaciam, rationeſq; proſternens, longa & accurata ſerie, illum ex ſcripturis, ex Patribus, & rationibus comprobat, in eodem lib. 2. cap. 20. cum duobus ſequentibus; quinimò hanc vocem Apoſtolis notam fuiſſe, tuetur Henrichez in ſumm. theolog. moral. lib. 1. cap. 13. §. 1. eiuſq; aſſertionem ab Apoſtolis traditam fuiſſe Eccleſię, inquit præfatus Gregor. de Valent. citato punct. 2. verſ. ſecundo probatur. CaracTher autem, adeò validè animæ imprimitur, vt D. Auguſtin. in lib. 4. de baptiſm. contra Donatiſtas cap. 10. ex Orthodoxa Eccleſiæ doctrina ſtatuerit, poſt mortem quoque manere caracTherem, in anima, & ſequitur Gregor. de Valent. adducta q. 4. punct. 4.

Ad hoc Sacramentum ordinis, nequit aſcende-
23 re, qui aqua baptiſmi regeneratus non fuerit, quique ſi promoueri tentauerit, nihil profectò agit, ac ne ordinem quidem accipit cap. 1. de Presbyt. non baptizat. cuius textus decretum in eo, qui accidit caſu, confirmauit Innocent. III. in cap. fin. illo eodem titulo; qui verò non baptizatus, ſe tamen baptizatum credens (puta ſi natus è chriſtianis parẽtibus, atque adeò inter chriſtianos fideliter conuerſatus fuerit, quia tunc adeò violenter præſumitur baptiſmum ſuſcepiſſe, vt pro certo ſit habenda iſthæc præſumptio, quouſque euidentiſſimis argumentis oppoſitum non conſtiterit, cap. fin. de Preſbyter. non baptizat.) ordines procurauit aſſume- 3
re, dubitatur an illos receperit, Chriſtiuè corpus celebrando conficiat, quod ſibi, alijſq; profit tãquam Sacramentum; & hunc ſacerdotio inſignitum conficere, non in virtute ſua, ſed Eccleſiæ, putat Angel. verbo baptiſmus 7. num. 12. falsò tamen id ſancto Thomæ tribuens; gloſa verò final. in cap. Apoſtolicam de Presbyter. non baptizat. arbitratur, iſtum non eſſe Sacerdotem, neq; conficere, ſed bene quo ad ſe, qui credebat conficere, & quo ad alios idem credentes, tanquam verum Sacramentum conficere, ſibiq; & recipientibus prodeſſe; at D. Thom. in 4. ſentent. diſtinct. 24. affirmat, ordinem haud recipere, neque conficere, neuè abſoluere, piè tamen credendum cenſet, ſummum Sacerdotem, quò ad effectus Sacramentorum ſupplere, neque fore, permiſſurum hoc ita latere, cum inde maximum Eccleſiæ poſſet imminere periculum, cuius D. Thomæ dicto, in eius prima parte, vt veriori aſſentitur Syluest. verbo baptiſmus 6. num. 3. Alberic. eodem verbo el 4. in fine, & Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 24. q. 1. art. 4. circa finem verſ. ad tertium: nam aperti iuris eſt, prædictam ordinationem, ante baptiſmum non valere, quinimò ſi prædictam malam collationem ſubſequatur baptiſmus; non tamen poſt illum poterit iterum ordinari, quamuis prima vice ignorantér tentauerit promoueri ante baptiſmum, nam requiritur diſpenſatio, vt comperto errore, & validè ſuſcepto, deinde baptiſmo, poſſit iterum ordines ritè ſuſcipere, iuxta cap. ſi quis per ignorantiam 1. q. 1. vbi gloſ. penult. videtur fateri, quod tunc requiratur diſpenſatio, idq; expreſsè affirmat Præpoſit. inibi apertis verbis; quare ſi in Epiſcopo-
24 rum numerum cooptaretur, non baptizatus, tametſi baptizatum fuiſſe ſuſpicatum eſſet, ſi alijs ordines conferret, inanis ſanè eius eſſet collatio, iuxta ea, quæ in hac re copioſè annotaui rubric. præced. verſ. quod ſi iocoſe, & Sot. loco nuperrime adducto; propoſitus autem caſus de promoto in Epiſcopum ante baptiſmum, dùm Angliæ eueniſſet Martini V. decreto conſtitutum fuit, vt prædictus in Epiſcopum conſecratus baptizaretur, atque iterum ordinaretur, ordineſq; proptereà alijs minimè contuliſſe, eo quòd illos, ipſe non habebat, vt refert gloſa immarginea in cap. cum Paulus 1. q. 1. in antiquis tamen Codicibus, ſubiungens Barthol.

Brixienſ.

Brixiens. ita concludere, & fouet Astasan. lib. 6. tit. 2. artic. 4. quæst. 3. quæstiunc. 1. & Syluest. verbo baptismus 6. num. 3. quod nec conferre, nec absoluere, nec ordinare potest, & concludit in simili Henrich. in Summ. Theolog. moral. lib. 10. cap. 10. §. 3. exinde videmus, Episcopum per saltum promotum, Episcopalem recepisse ordinem, nullumque posse ordinem conferre, si Sacerdotio careat, quem si habeat, tametsi alios non susceperit, aut illorum aliquos, illum tantum alijs dare nequibit, quo ipse caret, iuxta ea, quæ longioribus verbis scribo in rubr. de cleric. per salt. promot. vers. an verò; & tangit glos. final. in cap. vltimo de cleric. per salt. promot. & Henrich. lib. 10. cap. 5. §. 2. neque aduersaretur oppositio sumpta de regula legis Barbarius ff. de offic. Prætoris: illum Episcopum reputandum habilem, tanquam assumptum ad Episcopatum ex communi omnium consensu, qui ipsum idoneum iudicat; Regulam namque dictæ legis, locum sibi non vendicare in spiritualibus, affirmat Anton. Gabriel conclus. 8. de probation. nu. 36. lib. 1. & secuta est Rota Romana in terminis ordinati ab illo, qui communiter existimabatur habere facultatem illos conferendi, concludens ordinatum non esse, neque dictam Regulam tunc procedere in decis. 731. par. 1. in decis. diuers. & Nauarr. cons. 9. num. 4. de tempor. ordin. par. 1. ideoque non mediocriter deceptum esse Zerulam in sua praxi Episcopali par. 1. verbo dispensatio §. 9. dubio 1. tenentem dispensationem matrimonialem factam ab eo, qui communiter putabatur habere facultatem, prædictas dispensationes concedendi, valere, atque matrimonium validare, motus doctrina Antonij Mariæ Papaz. in additionibus ad Rotalem decis. 136. aliàs 2. num. 9. sub rubric. de filijs Presbyter. in nouis, vbi allegat Ancharan. in cons. 409. idque postmodum reperi etiam dixisse Anton. Gabriel adducta conclus. 8. num. 18. cuius tamen Zerulæ opinionem, erroneam iudicari debere, apertè demonstrant subsequentia, vltra prædicta; & primum, quod præfata Regula subsistit, quotiescumque ratione publici officij aliquid exercetur, & valeat si constet auctoritate superioris illud officium sibi commissum fuisse, quamuis ignoretur causa, quæ eundem inhabilitaret, dummodò sine notorio defectu toleretur in eo; atque ideò, duo coniunctim requiruntur, auctoritas, scilicet superioris constituens ipsum in officio, & communis error; nec istud sufficeret sine illo, vt explicarunt Bald. in eadem lege Barbarius 2. lectur. post num. 18. Abb. in cap. nihil post num. 11. & cap. dudum el 2. num. 20. cum sequen. de election. Nauarr. adducto consil. 9. num. 5. & propterea nullo modo valere, acta facta ab eo, qui pro Notario se gessit, cum non esset; ex aliorum auctoritatibus dixit inibi Bald. eo, quod tunc deficit istorum alterum, nempè valida deputatio, in officio; sed prædictus à Zerula propositus casus, non est huiusmodi, quia ille nullum habebat officium ordinarium super quo potuisset figurari talis potestas, sed tantum dicebatur esse Commissarius Fabricæ sancti Petri, meritò neque in eo poterit procedere Regula dicti textus, tùm præsertim, quia Rotæ decisio, seù potius illius additio ab eodem Zerula allegata pro sua opinione, non videtur eius dictum probare, si actentè consideretur, inquit enim, quod dispensatio facta per illum, qui communiter reputabatur habere facultatem super matrimonio, valet, licet facultatem non haberet, per consil. Ancharan. 409. in fine; cuius dictum, si ex vulgata illa iuris Regula, est intelligendum, iuxta Ancharan. doctrinam, quam allegat, sanè prædictæ additionis resolutio non tantum haud probat Zerulæ opinionem, sed implicitè concludit idem, quod nos ex Abb. & reliquis adductis Auctoribus tradidimus paulo ante; inquit enim Ancharan. in illo consil. post num. 8. quod ille (de quo ipsius est inibi sermo) excusatur iustè propter communem errorem, credebatur namque ab omnibus in illis Regionibus ordinarium dispensare, tunc posse, & omnia agere, quæ alias erant Papæ specialiter reseruata, quia communis error excusat, & reddit actum validum, qui alias non valeret l. Barbarius ff. de offic. Prætor. ergo inibi Anchar. magnifacit, & communem errorem, & auctoritatem ordinariam, super qua videtur constabilita communis illa reputatio, & consequenter si prædictæ additionis æquiuoca, seù potius generica verba, declaranda erunt secundum specificam resolutionem Ancharan. ab ipsa citati, apparet euidenter, quod dispensatio illa matrimonialis, facta ab eo, qui communiter reputabatur habere prædictam facultatem, innitebatur certè officio illo publico, quod ille gerebat, atque ideò non Zerulæ, sed meæ opitulatur sententiæ; nec præfata Zerulæ conclusio defendi poterit per hanemet Regulam, vt interpretetur iuxta Ancharan. dictum allegatum à decisione, quam ipse citat; illudque cum declaret relatam decisionem, ergo ita debeat explicare Zerulam; Nam respondetur primo, quod tametsi Rota intelligatur secundum dictum Ancharani, non propterea ita erunt intelligenda verba Zerulæ allegantis Rotam, quæ adducit Ancharan. tùm ne isthæc Regula in infinitum procedat, tùm quia, cum Zerula non perlegerit verba Ancharani, dici non vtique poterit, vt eius intentio reguletur, & declaretur à verbis ipsius Ancharani, sed tantum à verbis Rotæ, quæ perlegit, quæque simpliciter loquuntur, & absque præfata declaratione; Respondetur secundò, quod casus á Zerula propositus clarissimis ostendit verbis, dispensantem nullum habuisse publicum officium, sed tantummodo nomen suscepisse Commissarij Apostolici, asserentis expressam habere facultatem dispensandi in impedimentis matrimonialibus, & ita communiter reputati, cum re vera non haberet, cuius Zerulæ opinio, maximam sané omnibus attulit admirationem, & præsertim sanctissimo Clementi VIII. summo Pontifici, qui dum eundem Zerulam examinaret pro Episcopatu Minorensi, præ cæteris interrogauit, quo modo ausus esset ita decidere; ipse nesciens perquirere rationem, qua suam potuisset tueri sententiam, se Pontifici purgauit, per auctoritatem Gomesij, qui in suis Regulis Cancellariæ refert, se vti Auditorem Rotæ pronunciasse in causa, vno modo, posteaque in alia simili, præhabita maturiori consideratione firmasse contrarium, ibique excusationem adhibere, quod non omnia semper scire possumus; cuius exemplo, & verbis vsus est idem Zerula, coram summo Pontifice, vt ipsemet post examen mihi retulit,

tulit; quare non admiror, quod in prima editione ſuæ praxis, ita concluſerit, & vt Vicarius anteà ita determinauerit, ſed quod in repartu ſuæ praxis idem concluſerit, dúm agnouerat, & confeſſus erat errorem, & ſanctiſſimus de eo redarguerat eundem; quare tu lector omninó poteris contrarium decidere, & declarare mâtrimonium inualidum, & aſſertos coniuges ſeparandos, quouſque à Sanctiſſimo obtinuerint, omnibus explicatis veram diſpenſationem, ſicuti anno elapſo 99. vidi ſeruatum cum quibuſdam contrahentibus Neapoli matrimonium in ſecundo gradu, vigore cuiuſdam falſæ diſpenſationis Apoſtolicæ, ipſis inſcijs factæ á ſuſcipientibus onus illam expediri faciendi à ſummo Pontifice, & recipientibus propterea quingentos aureos, quam falſitatem detexit vnus ex falſarijs, qui ob aliud crimen ſuppoſitus rigoroſo examini, hoc etiam faſſus eſt, á quo, eiuſque ſocijs pœnam capitis exegit Pontifex, diſpenſationemque validam conceſſit prædictis contrahentibus, ergo ſi communis error validitatis primæ diſpenſationis ſatisfuiſſet, non aliam dediſſet Papa, & matrimonium validum tunc fuiſſet, abſque ſecunda diſpenſatione.

Interdicitur quoque promotio cuicumque non confirmato, Concil. Trident. cap. 4. ſeſſ. 25. de reformat. non ea quidem ratione, quod confirmatio exigatur, quaſi de neceſſitate Sacramenti ordinis, veluti baptiſmus, quo fit vnuſquiſque ordinis capax; ſed ob congruitatem, cuius cauſa omnis perfectio requiritur, per quam reddatur quiſque idoneus ad ordinum executionem, quorum vnum
26 eſt confirmatio; quare ſi non confirmatus ordines recipere tentaret, vtique non vitiaretur actus, & caractherem ſuſciperet, eo quód non præſupponit neceſſariò caractherem confirmationis D. Thom. in ſupplem. ad 3. par. quæſt. 35. artic. 4. Aſtaſan. lib. 6. tit. 2. art. 4. q. 5. par. 2. & Victor. in ſua Summ. Sacrament. concluſ. 234. ad inſtar Apoſtolorum ordinis caractherem recipientium ante Aſcenſionem; per illa verba Ioann. XXII. accipite Spiritum ſanctum, & quæ ſequuntur; confirmationem veró poſt Aſcenſionem per Aduentum Spiritus ſancti; in confirmatione namque datur Spiritus ſanctus ad robur, ſicuti datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes Concil. Florent. de Sacrament. confirm. §. effectus; quinimó ſi ex negligentia, & citra contemptum prætermitteret confirmationem recipere ante ordines, non peccaret mortaliter, licet malè faceret, vt inquit Victor. loco citato, & Nauarr. in manual. cap. 22. num. 9. ſequitur Gregor. de Valent. ad 3. par. D. Thom. diſputat. 5. quæſt. 2. punctu 2. verſ. caractherem, ſubiungens neque tranſgreſſionem iſtam, habere aliquam cenſuram annexam.

Nouiſſimé verò in hac materia animaduertere ſtatui, iuxta ſeptem ordines ex Theologorum do-
27 ctrina ſupra relatos, ſeptem quoque in tali Sacramento deprehendi poſſe gradus perfectionis, & dignitatis, ac digniſſimus quidem gradus homini conueniens ratione ordinis ſit gradus Presbyteralis, ſeu ſtatus Sacerdotalis: ratione verò officij ſupra Sacerdotalem gradum, alij quinque ſint in Eccleſia gradus ſingularis dignitatis, nempè gradus Epiſcopalis, Archiepiſcopalis, Primatialis, Patriarchalis, & Papalis, Argent. in 4. ſentent. diſtin. 24. artic. 4. ſed ipſe putarem Sacerdotalem ſtatum digniſſimum eſſe ratione conſecrationis hoſtiæ; reſpectu veró cæterarum functionum ad Sacramentum Euchariſtiæ ordinatarum, digniſſimum gradum eſſe, Epiſcopalem; quem ordinem, & Sacramentum eſſe, iam probaui, & ſupra quem non placet quatuor adeſſe particularis officij, ac dignitatis ſtatus, vt Argent. affirmat, ſed tantummodo tres gradus, non ordine, & conſecratione, ſed officij, atque auctoritatis, ratione differentes, ſecundum quandam iuriſdictionem, vt Archiepiſcopi, ſeu Metropolitani, & ſuper hos Patriarchæ, ac Primates, & ſuper omnes, Romanus Pontifex, teſte Gregor. de Valent. ad Diuum Thomam diſputat. 9. queſt. 1. punctu 2. verſ. quinto certum eſt; quandoquidem Primatem à Patriarcha nequaquam
28 diſtare, ſed idem eſſe, Doctores aſſerunt, quamuis enim quatuor ſint, qui propriè loquendo Patriarchæ dicuntur; quorum primus eſt Conſtantinopolitanus, qui à tempore Mauritij Imperatoris ſic denominari cæpit; nam antea Epiſcopus Conſtantinopolitanus erat, ac Ioannes, primus fuit Cōſtantinopolitanus Epiſcopus, vt ſcripſit Petr. Meſſia in vita Imperatoris Mauritij fol. mihi 274. à tergo, dúm de Pontificibus loquitur, qui tempore dicti Mauritij ſederunt in cathedra Beati Petri; ſecundus, qui Patriarcha dicitur eſt Alexandrinus; tertius eſt Antiochenus, & quartus Hieroſolymitanus; olim tamen poſt Papam, Alexandrinus erat cap. renouantes 22. diſtinct. ſed non ita proprie ſunt alij, tali fulgentes nomine, ex gloſa in cap. cleros 21. diſtinct. verſ. Archiepiſcopis; nempè Bituricenſis, vt in cap. conqueſtus 9. quæſt. 3. Aquilegienſis, in cap. nunc verò, eadem cauſa, & quæſtione, & Grandenſis de quo in cap. erubeſcant 32. diſtinct. & cap. ex literis Patriarchæ Grandenſis de offic. delegat. & Archidiacon. qui hos tres memorat Patriarchas in adducto cap. cleros poſt num. 20. vbi gloſa recenſet etiam Cantuarieſem; adeſt prætereà Riſangen. teſte Turrecremat. in Summ. de Eccleſ. lib. 3. cap. 26. necnon Lugdunenſis in Francia, ex Rebuff. in praxi rubr. de deuolut. num. 24. ac Venetus hodie, in Italia, iuxta gloſam in cap. nulli 99. diſtinct. qui non Venetiarum eſt Patriarcha, ſed Grandenſis, ex gloſ. in cap. in illis verſ. ſingulos 80. diſtinct. & in l. vxorem §. legauerat verſ. gadibus ff. de legat. 3. nam cum ſolo æquata fuit Grandenſis Vrbs, Nicolaus V. anno Domini 1451. Patriarchatum ad Ciuitatem Venetias tranſtulit, vt ſcripſit Gigas de reſident. Epiſcop. cap. 18. nu. 12. & Modern. de reſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 1. nu. 42. atque hi omnes Patriarchæ, præter quatuor, primo nominatos, veriori, propriorique vocabulo; Primates nuncupantur, Specul. in tit. de diſpenſat. §. 8. num. 2. quæ tamen duo vocabula, veluti pignus ab hypotheca, tantum nomine diſtat l. res hypothecæ ff. de pignor. ita quidem iſthæc nomina, quæ non re, ſed verbis tantum inter ſe differunt, cum eiuſdem ſint officij, ſecundum gloſam finalem in cap. Vrbes 80. diſtinct. Gratian. in Summ. 99. diſtinct. Speculat. indicato loco, & Anacletum Papam in cap. 1. allegat. diſtinct. licet Patriarchas maioris dignitatis, dixerit Cardinal. Alexandr. Præpoſit. vulgo nuncupatus in cap. 1. verſic. ſecunda concluſio diſtinct. 100. vbi copioſè differit, ſuper hac mate-

ria,

ria, & differentijs, atque Bertachin. in tract. de Episcop. in Prælud. & satis sint huiusemodi scripta hoc loco in præsenti re, pleniori manu explicaturus in tit. de Auctor. & vsu pallij.

29 Potestas autem conferendi ordines dupliciter potest alicui conuenire; aut enim ex ordinaria iurisdictione, aut delegata, generica, vel specifica; primo quidem modo solis Episcopis competit illos con-
30 ferre, etiam minores, atque ideò Isidor. lib. 7. ethimolog. cap. 13. affirmat, quod ipse Pontifex efficit Presbyteros, & Leuitas; ipse omnes Ecclesiasticos ordines dispensat; & ob id Episcopus tantum (mea sententia) dicitur minister Sacramenti ordinis, iuxta ea, quæ luculentius scripsi in rubrica præcedenti versic. hac etiam ratione; & probat D. Thom. 3. par. Summ. quæst. 65. artic. 3. argum. 2. & Glosa in cap. commissionem vers. necessitatem 1. quæst. 1. Huius autem rei, causa est, Diuina institutio, quæ patet ex sacra scriptura, vt testatur Astasan. lib. 6. tit. 3. artic. 1. quæst. 1. eò quod Deus, cum duo habuerit discipulorum genera, alios in numero duodeno; alios veró in numero septuaginta duorum; illos Apostolos nominauit, istos simplices discipulos nuncupauit; illis fuit data potestas imponendi manus, & consecrandi, non autem discipulis simplicibus, vt constat ex cap. 8. actuum Apostolorum iuncta glosa, & ipse demonstro in rubrica præcedenti versic. at confirmationis; sed Apostolis decedentibus, successerunt Episcopi in eorum locum: Discipulorum vero septuaginta duorum, typum gerunt Presbyteri, & in eorum locum sunt constituti in Ecclesia, iuxta cap. in nouo 21. distinct. euidenter igitur patet ex hoc, quod auctoritas ordinandi secundum formam Ecclesiæ primitiuæ, congruit Episcopis. Huius autem Diuinæ institutionis, ratio congruens fuit illa, quod ad solum Principem sicuti spectat non solum ordinare viros bellatores in exercitu; verùm etiam, & multò conuenientius Duces exercitus, ita ad solos Episcopos (qui sunt in Ecclesia Principes) non tantum pertinet ordinare homines ad certandum cum persecutoribus fidei, vt confiteantur audacte Christi fidem (quod fit per Sacramentum Confirmationis) sed etiam constituere Duces Ecclesiastici exercitus, per collationem Sacramenti ordinis, vt inquiunt Bonauentur. in 4. sententiar. distinct. 25. quæst. 1. artic. 1. & Riccard. eadem distinctione, quæstione, & articulo. Altero verò, & secundo modo, etiam non Episcopis conuenire potest auctoritas ista; respectu tamen minorum ordinum tantum; illos etenim præter Episcopos nonnunquam conferunt inferiores Prælati, Abbates, alijque Sacerdotes, quos recenseo in rubrica de tempor. ordin. cap. 2. à versic. Abbates etiam, ibique hanc materiam cæteris copiosius explico; & propterea Cathechesf. Romana in rubrica de Sacrament. ordinis §. iam veró in fine, inquit, quod tametsi permissum sit nonnullis, minores, & non sacros ordines interdum administrare tamen hoc præcipuum Episcopi munus esse nemo dubitat, & ideò huius Sacramenti Minister Episcopus dicitur, cum ad ipsum ea administratio pertineat.

Hæc autem resolutio, vt Episcopo tantum competat regulariter huiusmodi facultas conferendi ordines, vsque adeò vera est, vt etiam si excommunicatus, hæreticus, aut degradatus sit Episcopus conferens, si formam Ecclesiæ seruet, validè caracterem imprimat, si alium audeat ordinare; tametsi prohibeatur id facere, ob idque minus licitè faciat, & ordinatus propterea executione careat, iuxta ea, quæ abundè disserui in præcedenti rubrica versic. nemini autem, & Astasan. cæteris clarius explicat lib. 6. tit. 3. artic. 2. cum duobus par. 2. sequentibus, Gregor. de Valent. ad D. Thomam disputat. 9. quæst. 3. punct. 2. vers. penult. tom. 4. & Soto ex communi sententia in 4. distinct. 25. quæst. 1. artic. 1. & inibi Gabriel Biel quæst. 1. artic. 2. conclus. 3. Ioann. de Bassis quæst. 1. artic. 2. & Tatar. quæst. 1. versic. est hic difficultas; & præsertim quod de degradato dixi in ipsa rubrica præcedenti versic. neque præterea, non inualidatur ex verbis Gratiani in cap. quod quidam §. ex his vers. degradatus 1. quæst. 1. affirmantibus degradatum non habere potestatem largiendi sacros ordines; istud enim illic fatetur Gratian. non quia ordines non det, sed illorum executionem non taliter conferat, vt promotus valeat propterea in huiusmodi suscepto ordine licitè ministrare, vt inquit Riccard. in 4. sententiar. distinct. 25. quæst. 1. artic. 3. cap. 1. & Astasan. adducto artic. 4. alias mentiretur Gratian. nisi de legitima executione intellexisset, vt admonet Præposit. super eodem §. ex his vers. in textu, ibi, nulla potestas.

Sunt autem conferendi ordines habenti ætatem
31 legitimam vnicuique ordini constitutam à iure, & à me explicatam in rubrica de ætat. ordinand. præterea in temporibus permissis, & relatis in rubrica de tempor. ordin. 3. vt seruato ordine rescripto in titulo de cleric. per salt. promot. ac quarto, vt concurrentibus debitis interstitijs, iuxta decretum nouissimè super inde prolatum à Concilio Tridentino in cap. minores ordines, & capit. Subdiaconi sess. 23. de reformat. & alijs concurrentibus, quæ summatim delibauit Hostiens. in Summ. rubr. de tempor. ordin. à nu. 32.

Circa præfatos ordines, aliqua considerantur de
32 substantia illorum, quorum omissio, aut ipsorum aliud, operatur, vt totum iteretur; alia verò de solemnitate, quorum aliud si fuerit prætermissum, nihil iteretur, sed statuto tempore ad ordines conferendos cautè suppletur, quod incautè fuit omissum; Aliqua verò dubia sunt, nec scitur vtrum de substantia, vel de solemnitate sint, & tunc eligenda est tutior pars, vt iterentur; cætera verò, quæ honesta, & leuia videntur, ob eorum omissionem, putant scribentes, nihil esse necessariò supplendum, aut iterandum, tametsi dicentes congruum esse ea suppleri non errent; quam relatam quadruplicem distinctionem tradit Hostiens. in Summ. de sacra vnctione num. 7. vers. patet; & eius est relator Astasan. lib. 6. tit. 4. artic. 5. in fine; & circa illud, quod est, aut dubitatur vtrum sit de substantia, vt totum debeat iterari, dicit etiam Armill. verbo ordo num. 8.

Ad primam partem distinctionis, attinet conta-
33 ctus materiæ ab ordinando Astasan. lib. 6. titul. 4. quæst. 3. & tenent Sot. in 4. sententiar. distinct. 24. quæst. 1. artic. 4. vers. hinc fit; atque Bellarmin. lib. 1. de Sacrament. ordin. cap. 9. vers. alij enim; affirmantes porrectionem Instrumentorum esse essentialem,

tialem, ergo præſupponunt tactum eſſe eſſentialem; traditio namque ab vno facta, alterius indicat receptionem, & apertius idem Sot. probat requiri materiæ contactum allegat. diſtinct. artic. 2. verſic. vnum autem, Nauarr. in Summ. cap. 22. num. 17. & ante eos Caietan. quodlibet 1. quæſt. 16. & opuſculo 27. quæſtionum, quæſt. 23. & Couarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. 10. poſt num. 9. quam communem eſſe opinionem, ipſamque ſequendam dicit Franciſc. Victor. in Summ. Sacrament. concluſ. 232. atque in eam propendet Diu. Thom. in eadem diſtinct. 24. artic. 1. in finalibus verbis; quare deceptus eſt Caietan. in Summ. verbo ordinandi, dùm contrarium aſſeuerauit; maximè quod in citato quodlibeto, priorem conſtituit concluſionem; ac toto cœlo aberrauit etiam Iulius Caluus in ſua ſyntaxi curæ animarum rubric. de Sacrament. ordin. quæſt. 5. dùm aduerſus præfatam concluſit, adductus auctoritate Caietan. in Summ. mox allegat. & Soti in 4. ſentent. diſtinct. 24. quæſtiunc. 4. non aduertens Caietanum ſibi ipſi contradixiſſe, & Sotum ibi dubiè locutum eſſe, ſuamque intentionem declaraſſe, & explicaſſe in adducto verſ. vnum autem.

Quin imò, non tantum requiri contactum, ſed ipſum debere concurrere, ſimul cum forma fatentur permulti; atque adeó, vt durante forma verborum, fiat traditio materiæ ab ordinatore, eiuſdemque tactus ab ordinando; nam ſi antea, vel poſteà fierent, ordinatio ſanè foret nulla ex Caietan. loco citato, & tractat. 26. de collat. ordin. Nauarr. Sot. & Victor. adductis in locis; ſubiungit tamen Victoria ſufficere ſi poſt verba ſine multa mora ſuccedat contactus, quod ipſe non commendo, niſi fortè eius dictum reſtringatur, & interpretetur, iuxta reſolutionem, Sot. citato artic. 2. verſ. penult. explicantis præfatam concluſionem, vt requiratur ſimul contactus cum forma, non intelligendam Mathematicè, vt non finiatur verborum prolatio, antequam tactus fiat, vt in materia baptiſmi dixit ipſemet, ſed ſatis eſt, quod ſint ſimul, more loquendi humano, nam qui dicit, ego te baptizo, ſi ſtatim baptizet ſimul cenſetur dicere, & facere; quia veró in præſentia, multo minus requiritur, vt contactus fiat ſimul, nam ad verificandum illud verbum accipe, non exigitur ex vi ſignificationis, vt antequam præcipiens, mandatum proferat; alter adimpleat, ſed quod ſtatim accipiat, ex cuius verbis conſtat, eius intentionem fuiſſe, vt tametſi tantillo temporis ſpatio diſiuncta ſint verba, & tactus; ſi tamen in ipſo tactu traditionis, ſtatim ordinandus contingat materiam, non obſit, ſi non acceperit, cum verba proferebat ordinans, ſed illicó, ipſis prolatis; quod breuiſſimum interuallum à verbis, ad contactum, apparet non contineri ſub dicto Franciſci Victoriæ; nam illud longius tempus videtur concedere; cuius Franciſci intentio, ſi hęc fuit, eſſet ſanè reprehendenda; ſi veró iuxta antedicta ex auctoritate Sot. fortaſſe non improbanda eſſet, & conſequenter, ſufficit contactus ſit, ſtatim ac forma ordinationis prolata eſt, vt affirmat Gregor. de Valent. ad D. Thom. diſput. 9. quæſt. 1. punct. 5. verſ. mihi probabilior tom. 4.

Manus autem impoſitionem, plerique non in-
34 terſerunt huic parti, præfatæ diſtinctionis; eò quòd
de eſſentia non eſſe opinantur, atque ideò non iteretur ordo, ſed illa ſuppleatur, ſi omiſſa ſit, Syluest. verbo ordo el 2. nu. 11. in fine, D. Thom. in 4. ſententiar. diſtinct. 24. quæſt. 2. artic. 3. Hoſtienſ. in Summ. rubrica de ſacra vnction. nu. 5. verſ. item manus, Victor. in Summ. Sacrament. concluſ. 231. circa finem, & Sot. eodem libro quæſt. 1. artic. 4. verſ. at veró; ſed Bellarmin. defendit ipſam ad eſſentiam Sacramenti ordinis pertinere, in libro de Sacramen. ordin. cap. 9. allegat Petrum à Soto idem tenentem in lectur. 5. de Sacrament. ordin. Martinum Ledeſmum in 4. ſentent. quæſt. 36. artic. 4. ad primum, & Cardinalem Hoſium in confeſſione Polonica cap. 50. idem præterea probat auctoritate ſacræ Scripturæ, Conciliorum, Patrum, & Scholaſticorum, tandemque adducit Bonauenturam, Scotum, & Paludan. in 4. ſententiar. diſtinct. 24. & Altiſidiorenſem in Summ. 4. part. dicentes apertè manuum impoſitionem eſſe de eſſentia; à qua reſolutione non audeo recedere; vnum tamen eſt, quod me aliquantulum vacillare conſtringit, illud ſcilicet, quod veriſſimum eſt, ne debeat iterari collatio ordinum facta abſque manuum impoſitione, at illa ſuppleri, cap. 1. & 3. de Sacrament. non iterand. quod idem Bellarmin. non negat, ergo videtur dicendum, eam non eſſe de eſſentia Sacramenti, quandoquidem ſi ita eſſet, ſanè collatio repetenda foret; cui tamen rationi, reſpondet idem Bellarmin. inquiens prædictos textus ſuffragari eius ſententiæ, namque ſuppletur omiſſum, quia illud eſt de neceſſitate, non autem iteratur totum, quia Pontifices nolunt repeti cæremonias ritè peractas, tametſi ſuppleri omiſſum, & propterea poſſe cæremonias diuidi, diuerſoque tempore dari, & efficaces eſſe, quocunque tempore dentur; cuius reſponſio tametſi placeat, non tamen videtur ſatisfacere oppoſitioni, quod ſi ea eſſet de neceſſitate Sacramenti; omnis foret iteranda ordinis collatio; cum ipſa fuit prætermiſſa manuum impoſitio; & propterea non abhorrerem à replicatione dicentium, hanc manuum impoſitionem requiri ad collationem ordinum; non autem de illius ſubſtantia eſſe, atque ideó verum eſt, quod ſuppleatur, nec repetatur collatio; at quoniam idem Bellarmin. inibi verſic. reſpondent, affirmat, quod ſi replicatione prædicta non poſſemus conuincere hæreticos, & probare ordinationem eſſe Sacramentum propriè dictum, & alia, quæ illic ſubiungit, propterea non tantum præfatæ, non audeo adhærere replicationi; ipſamque commendare, verum etiam, operatur, vt meus diſtrahatur in deliberando animus, circa principalem concluſionem, afferatque ancipitem curam cogitandi, eo quod, prima placet, ſecunda non diſplicet, illa videtur inniti veritati; hæc non procul eſſe ab ea; illa & rationibus, & auctoritatibus fulcita; iſta nec validiſſimis rationibus, nec innumeris, atque grauiſſimis caret auctoritatibus; quas diuerſas reſolutiones conciliari poſſe crederem, (vt manus impoſitio ſit de eſſentia, iuxta ſecundam opinionem, ſed non taliter, quod omiſſa inualidet actum, ſed ſuppleatur iuxta primam) ſi verùm eſſet, quod Aſtaſan. innuere videtur in lib. 6. 6. titul. 4. articul. 5. in principio, dúm inquit, quod ſi quid illorum omiſſum ſit, quæ ſunt de ſubſtantia, poteſt ordinatio iterari, ſcilicet ex toto, quaſi nihil ſit actum, ergo ſentit non exoriri neceſſariam conſequen-

ſequen-

sequentiam, vt iterari debeat totus actus, at possit, si libeat, quasi adiunxerit id faciendum præhabita protestatione ab ordinante, & ordinando, ipsos non habere intentionem conferendi, aut suscipiendi ordinem, si fuerit collatus? atque ideò si subsisteret indicata conclusio, vt non esset necessario repetendum, quod est de substantia collationis, vtique omni semoto scrupulo asseuerandum esset manuum impositionem esse de substantia, quia non refragaretur adducta oppositio; quod si ita, ergo totus actus reiteretur; cuius contrarium apparet in impositione manuum omissa, quæ suppleatur cap. 1. & 3. de Sacrament. non iterand. sed quia de hoc dubito, nam omnes præcitati dicunt, tunc fore totum actum repetendum, vt etiam Armill. concludit verbo ordo num. 8. idcirco videtur adhuc aliquãtulum vrgere prædicta oppositio contra secundam opinionem.

Secundæ partis distinctionis sunt, tempus statu-
35 tum ad collationem ordinum; ætas ordinandi,
quod seruatis interstitijs, quod à suo ordinetur Episcopo, necnon vnctio; Ieiunium, nè pransus conferat, aut recipiat; quod non simul ipsi ordines conferantur, quodq; à Latino, non à Græco; Astasan. lib. 5. tit. 4. artic. 5. vers. est autem expressum, & Hostiens. de aliquibus prædictorum loquens, id asserit in Summ. rubr. de Sacra vnction. num. 5. vers. item tempus, & generalius in rubr. de tempor. ordin. á nu. 32.

Missam verò, tametsi ad primam partem distin-
36 ctionis spectare dixerint aliqui, eo quod illam tenuerunt de necessitate collationis esse, iuxta glosam finalem in cap. te referente de celebratione missarum, ibique Hostiens. num. 2. & glosam primam in cap. omnes Basilicæ de consecrat. distinct. 1. Rayn. tamen, & Goffr. eam connumerarunt inter illa, quæ vtrum sint de substantia ordinum, ignoratur, & propterea crediderunt ordinem sine Missa non conferri, quos secutus est Astasan. lib. 6. tit. 4. artic. 1. quæst. 1. At verius, & conuenientius (mea sententia) asseuerarent, qui ipsam ad quartam partem relatæ diuisionis referrent; & consequenter concluderent eam non esse de substantia, neque dubitari, vtrum sit; veruntamen grauiter peccent contrafacientes, cum veniant contra ordinationem Ecclesiæ, eiusque vsum, sed valeat collatio ordinum sine Missa facta, vt ex antiquissimis Auctoribus, id dixerunt Hugon. & Bern. quod omnes referunt, dixitque deinde glos. in cap. quod sicut §. super eo vers. diuidatur de election. & communiter videtur ab omnibus fateri, vt refert, & sequitur Armill. verbo ordo nu. 9. cum tamen repetendum est omissum, id fieri debet, si potest ab eodem, qui ordinauit; secus verò, fiat per alium, idque adeò cautè, vt cautius fieri nequeat; ne cæteris innotescat error, ac propterea patiens defectum, accedat quasi minister Episcopi; vt dicit Armill. adducto loco num. 10. & Astasan. qui adiungit modum, quo id exequi possit lib. 6. tit. 4. quæstiunc. 1.

SVMMARIA.

Sacramentum ordinis, gratiam confert nu. 1.

Examen præponi debet, cum quis est ordinandus nu. 2.

Scrutinium duplex esse demonstratur nu. 3.

Scrutinium antecedens ordinationem, circa quæ versitur nu. 4.

Requisita in eiusmodi scrutinio declarantur, num. 5.

Ordinatus nullo præcedente examine, aut inquisitione, est deponendus nu. 6.

Ordinator prius mores suos componere debet, quam subditorum vitam scrutetur nu. 7.

Vastiora, & prolixiora fuisse corpora antiquorum, ostenditur nu. 8.

Superiores in benignitatem potius, quàm in rigorem debent esse propensi nu. 9. idque declaratur etiam nu. 13.

Superiores, quæ habere requisita, & qualitates oporteat nu. 10 & nu. 12.

Iustitiæ descriptio nu. 11.

Scrutinium secundum, quod sit explicatur, num. 14.

Archidiaconus interrogatus ab ordinante, sit nè dignus ordinandus; si annuat, vtrum possit peccare, si is indignus sit nu. 15.

Expedit plurimum, vt Episcopi examinatores ordinandorum deputent eiusmodi Archidiaconos nu. 16.

Quinimò, vt illos debeant constituere, iure defenditur num. 17.

De Scrutinio Ordinandorum. Rubr. III.

GEneralibus rubricis de Sacramentis, atque ordine, subdere titulum de scrutinio ordinandorum, ea ratione duxi, vt in eo summatim præscribam, quæ longiorem orationem desiderant, & diuisim, affatimque in singularibus rubricis, subinde narrabo; admoneo autem Lectorem,
1 Sacramentum ordinis id efficere, vt promotus ad
ordines, & gratiam recipiat, & ad sublimiorem
statum conscendat, nec ab re, aliqua in promo-
uendo requiruntur virtutum merita, illorumque
2 examen præponi decernitur, quod in suscipienti-
bus cætera Sacramenta, haud exigitur, vt dicit Sotus in 4. sententiar. distinct. 25. quæst. 1. artic. 4. conclus. 2. vers. at verò, nec mirum si Paulus Apostolus epistol. 1. ad Timoth. 3. dixit, debere Presbyterum, & Diaconum habere testimonium ab ijs, qui foris sunt, & refertur in cap. licet 8. quæst. 1. ideò munus est Episcoporum, ordinationi faciendæ diligens scrutinium ordinandorum præponere, Syluester verbo Ordo 2. nu. 2. Tabiena ordo 6. Diuus Thomas in supplem. ad 3. part. quæst. 36. articul. 4. estque textus memorabilis in capit. quando, 24. distinct. & cap. nihil de election. sanciuit Concilium Valentinum cap. 34. sessio. 2. Bracchar. vltim. actu 2. tit. de examine cap. 4. & 7. Cartagin. tertium in

cap. 22.

cap.21.& nouiſſimè Trident.Synod.in cap.5. & 7. ſeſſ.23.de reformat.

Hoc autem ſcrutinium dupliciter conſideratur,
3 alterum, quod fit aliquibus diebus ante ordinationem, alterum verò, quod in ipſa ordinatione, illud fieri debet per tres continuos dies proximos ante ordinationem; cum enim Epiſcopus diſponit ordinationes facere, omnes volentes accedere ad ſacrum miniſterium, debent conuenire feria quarta præcedenti ad examinationem coram Epiſcopo, qui viros prudentes diuinæq; legis gnaros, & exercitatos in Eccleſiaſticis ſanctionibus eliget, vt illa inueſtigent, quæ inferius memorabo, iuxta capit. quando 24.diſtinct.Concilium verò Tridentinum requirit, vt per menſem antea, adeant Epiſcopum, qui Parrocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur committat, vt nominibus, ac deſiderio eorum, qui volent promoueri publicè in Eccleſia propoſitis de requiſitis diligenter inquirat, & literas teſtimoniales ipſam inquiſitionem factam continẽtes ad ipſum Epiſcopum quamprimum tranſmittat, iuxta cap.5.ſeſſion.23. de reformat.tametſi eius diſpoſitio non vbique ſeruetur, quo ad partem illam de nominibus, & cognominibus publicè proponendis in Eccleſia, eò quod alijs modis expetitur veritas prædictorum requiſitorum, vt longioribus oſtendo verbis in rubrica de ordinibus ſuſcipiendis á proprio tantum Epiſcopo cap. verſ. ſed contra prædicta nu.

Quæ tamen debeant Epiſcopi, aut ab ipſis De-
4 putati, prudentes viri, ſcrutari in ordinando, conſtat ex prædictis canonibus 5. & 7. Concilij Tridentini, & cap.quando 24.diſtinct.eos teneri inquirere in illius genus, natalia, perſonam, inſtitutionem, patriam, vitam, mores, doctrinam, & fidem; atque, vt Henrichez ſubiungit in Summ.Theolog. moral. libr.10. capit.17. §.ſecundo, compelli etiam eos inquirere in illius intentionem, necnon in confirmationem, neque verò quiſquam miretur, cur ipſe, ac textus præcitati non adiunxerint etiam in baptiſmum, qui hominem reddit ordinis, ac reliquorum Sacramentorum capacem, capit. 1. de Presbyter. non baptizat. Nam cum prætendatur baptizatus, tanquam natus inter chriſtianos, & inter eoſdem conuerſatus, cap. final. allegato titulò, etiam ſi expoſitus, qui viginti, vel plures dies natus appareret habere, Henrichez in Summ. Theolog. moral.libr.2.capit.31.§.primo, propter eá non dubitandum illum eſſe baptizatum, quouſque euidentiſſimis argumentis oppoſitum non appareret, ex allegato cap.fin. ideoque non tenebitur Epiſcopus ſcrutari an ille ſit baptizatus.

Hæc tamen requiſita in ordinandis, quæ copioſiſſimè in proprijs rubricis, aut capitulis explicabi-
5 mus, breuiter, ſtrictimque viſum eſt conſentaneum hic interpretari. Genus namque, primo loco relatum requiſitum, declaratur, an ex catholicis parentibus, vel proditione damnatis, aut matre ſerua nati ſint, iuxta expoſitionem Maiol.in tract. de irregular.lib.4.cap.2. & Henrich.in Summ. Theolog.moral.lib.10.cap.17. in gloſa litera G, & ipſe de hac eadem re ago in rubrica de perſon. prohib. promou.cap.10.in principio, & cap.17. verſ.natus autem; natalia, hoc eſt an legitimi, vel illegitimi, Gloſa in dicto cap. quando, & ipſe affatim ſcribo in dicta rubrica de perſon.prohib.promou.cap.21. Perſonam, id eſt, an ſint corpore vitiati, ex gloſ.in adducto cap. quando, & ipſe pleniori manu enucleo in allegata rubrica capit. 19. Inſtitutionem, nempè titulum iuxta gloſam ſupracitati cap.quando & ipſe, fuſius explico in rubrica de titul. ordin. Patriam (quod requiſitum ſolum exigit text. in dicto capit.quando,) & arbitror id ea ratione, vt ſcilicet cognoſcantur, cuinam ſubſint, nè ab alieno Antiſtite promoueantur, & ipſe non paucis declaro in rubric.de ordinib.ſuſcip.à proprio tantum Epiſcopo. Aetatem, de qua loquor in rubrica de ætat. ordinand. Vitam, moreſque, de quibus dico in rubric.de vita, & honeſtat.clericor. Doctrinam, cuius memini, eiuſque materiam interpretor in rubric.de ſcientia ordinar. Fidem, hoc eſt, ſi fidem catholicam firmiter tenent, Concil.Trident.in adducto cap.7.poſt textum in memorato cap.quando diſtinct. 24. ac tandem, ex ſententia Henrici in citato lib.10.cap.17.§.ſecundo, inquirere debent, in intentionem ordinandi, hoc eſt, an illi adſit, vel deſit intentio aſcendendi ad altiores ordines, cum aptus fuerit, ſi enim ea careret intentione, (vt inquit. Henrich.illic) non deberet ordinari, & concinunt verba Concil. Trident. in cap. 6. ſeſſ. 23. de reformat. quemadmodum neque ille, qui confirmatus non eſt, vt ſcripſi in rubrica præcedenti verſ. interdicitur quoque promotio, & ob id rectè ſentijt idem Henrich. loco paulò ante citato, vt etiam ſcrutari debeat Epiſcopus, vtrum ne ordinandus Sacramentum Confirmationis ſuſceperit.

Quod ſi quis, nullo præmiſſo examine, nullaque
6 præhabita inquiſitione fuerit ordinatus, deponendus eſt, quamuis dignus, ſi tamen ignotus fuerit, Syluеſt. verbo ordo ſecundo num. 2. vel ſi cognitus, ſed inhabilis, etiam ſi impedimentum nouerit ordinans, nec diſpenſauerit expreſsé Aſtaſan. libr. 6. titul.5. quæſtiunc. 9. Henrich. in Summ. Theolog.moral. lib.10. cap. 18. §.1. cum gloſa littera B, eſt textus in capit. ſi qui ſine examinatione 81. diſtinct.idque multo magis, ſi ignotus, & indignus, vt omnium eſt conſenſus. quod ſi eſſet cognitus, & dignus, nec peccaret, nec deponeretur, ſi abſque præcedenti ſcrutinio fuerit ordinibus inſignitus, Syluеſter dicto num.2. Maiol.tractat.de irregular. libr.4. cap.9. num.6. eſt textus cum gloſa in capit. nullus 24.diſtinct.Concil.Carthag.tertium cap.22. quam relatam diſtinctionem ſcripſit præ cæteris Hoſtienſ.in Summ.hac rubrica num.6.& Aſtaſan. adducto tit.quæſtiunc.7. par.2.

Antiſtites autem hæc perſcrutari oportet, cum alios intendunt ordinibus inſignire, ſed quoniam ſubditos nequaquam rectè iudicat, neque eorum cognoſcit, corrigitque errata, qui non, & ſe ipſum prius iuſtitiæ cenſura caſtigat, tunc enim melius iudiciorum exordia ducuntur, cum vita iudicum ante diſponitur; eò quòd potius iudicij forma completur, cum negotiorum principijs æquitas iudicantium antefertur; vt monitum legimus in præfatione noni Concilij Toletani, itaque ipſis
7 ordinatoribus valdè conſonum videri debet, vt antea ſuis eceeſſibus modum imponant, ſubindeque ſubditorum vitam, moreſque ſcrutentur, eorum-

E que

que corrigant errata; nam secus abiectissimus sane censendus esset, nisi præcelleret sanctitate, qui est honore præstantior, capit. vilissimus 1. quæstio. 1. vt dignitatis suæ auctoritatem, fide, ac vitæ meritis, æquet, capit. Episcopus 41. distinct. vt dum in eos tanquam in speculum reliqui oculos conijciunt, ex ijs sumant, quod ad pietatem, ac Dei cultum se instruant, Concil. Tridentin. capit. 1. session. 22. de reformat. qui & si postmodum austeriores esse possint in subditos, non tamen in illos vsque adeò seuerè, tum in scrutinio ordinandorum, tum in delinquentium punitione se gerere debent, vt modum excedant, quamuis enim multa sint, quæ in huiusmodi casibus obseruanda esse canonicè iubeat subtilitatis auctoritas, quia tamen defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed etiam corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram, iuxta Pelagij Papæ responsum in capit. fraternitatis 34. distinct. & adstipulantur,
8 quæ scribit Aulus Gellius libr. 3. capit. 10. auctoritate Homeri, quod vastiora, prolixioraque fuerunt corpora hominum antiquorum, nunc vero, quasi iam mundo senescente, rerum, hominumque decrementa fint; hæc ille; eos igitur conuenit,
9 in pietatem, potius, quam in rigorem propensiores esse; atque ideò feruent inter cætera, quæ Phylosophus superiorem alloquens scribit, inquiens.
10 Cunctis esto benignus, omnibus æquus, nemini blandus, paucis familiaris, ad iracundiam tardus, ad clementiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus, omnibus prodesse debes, & nulli nocere, quæ refert Lucas de Penna in l. Iudices versic. vltimo nota C. de dignitat. libr. 12. namque (vt ait Seneca libr. 1. de clement. cap. 7.) si Deus placabilis est, nec statim delicta potentium, fulminibus persequitur; multò æquius est, hominem hominibus præpositum miti animo exercere Imperium; ac Iustinianus Imperator subditis maluit parcere, quam seuerè punire, quod ita se imitari Dei Clementiam asseuerabat in l. Imperialis C. de nuptijs, licet autem innocentem tradat exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem, per capit. est iniusta 23. quæstio. 4. & facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, ex Diuo Ambrosio sermone octauo super Psalm. 118. adeò vt subiungat, iniustam esse
11 misericordiam, quæ peccantibus parcit, & Chrysippus iustitiam seueris, ac venerandis verborum coloribus depinxerit, eamque fieri solitam à Pictoribus, Rethoribusque antiquioribus dixerit, forma, atque filo virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate; intelligi volens, ex huiusmodi imaginis significatione, Iudicem, qui iustitiæ An-
12 tistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos, nocentesque, immisericordem, atque inexorabilem, erectumque, & arduum, ac potentem, vi, & maiestate æquitatis, veritatisque, terrificum, vt refert Aulus Gellius lib. 14. noctium athicarum capit. 4. præfatorum, nihilominus contrariæ sententiæ conciliantur, ni fallor, illis prudentis Senecæ verbis in libr. 1. de clement. capit. 2.

scilicet; tam omnibus parcere crudelitas est, quam nulli, atque ideò superiores licet deceat plurimum
13 clementia, non quidem in eos, qui grauitate criminis commaculati sunt, iteratisque vicibus scelera patrarunt; tunc namque seueritatem legum seruabunt, sed in leuioribus causis ex Martiani responso in l. respiciendum ff. de pœnis; ac prætereà debent attentè præcauere, nè omni spiritui credant, & nimium sint creduli, ne dolo decepti, alterius innocentiam deuenustent, quemadmodum legitur fecisse Phutifar, Eunuchus Pharaonis, & Ioseph Dominus, qui nimium credulus verbis coniugis, perperam dicentis illum ingressum, ad ipsam, vt coiret secum, ipsamque clamasse, & Ioseph, audito clamore reliquisse pallium, & aufugisse foras; quare iratus illum coniecit in carcerem, Genes. 39. Sed quæso omninò, quam nesciunt causam diligentissimè inuestigent, Dei Optimi Maximi exemplo moniti, quem tametsi, nihil latere possit, legitur nihilominus Genes. 11. ipsum descendisse, vt videret Ciuitatem, & Turrim, quam ædificabant filij Adam, atque iterum Genes. cap. 18. constat, id clarioribus demonstrasse verbis dum dixit, clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis, descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.

Alterum verò scrutinium, in ipso fit actu colla-
14 tionis ordinum, dùm prior Diaconorum, seu maior Diaconus, aut Archidiaconus ordinandos repræsentat Episcopo, & examinat iuxta capit. vt nostrum de officio Archidiaconi, quod tunc sane euenit, cum prædictus ea profert verba in ipso actu ordinationis faciendæ, postulat sancta Mater Ecclesia, hunc Diaconum, vel Subdiaconum ad onus Presbyteratus, vel Diaconatus assumi, & Episcopo interrogante, scis illum dignum esse, idem respondet, quantum humana fragilitas nosse sinit, scit, & testificatur, illum ad huiusmodi onus officij dignum esse, vt habetur in Pontificali Romano, & tangit cap. vnicum, hac rubrica.

Hæc sanè, est huius secundi scrutinij forma, vt inquiunt Hostiens. in Summ. hoc titul. post num. 5. versic. forma autem, & Astasan. lib. 6. tit. 5. quæstiunc. 4. an autem peccare possit præfatus Archi-
15 diaconus hanc faciens attestationem, si fortasse ordinandus indignus esset, aut aliquo careret requisito, vel tametsi nullo illorum careat, quia ipse ignorat vtrum omnia habeat, siuè aliquo indigeat, anuè dignus, vel indignus sit, ob quod eius fides, & approbatio erronea, ac temeraria videtur, & consequenter illum peccare; tum quia si indignus foret, quamuis ipse crederet eum dignum, committeret falsitatem, absque tamen mendacio, si eundem dignum esse attestaretur, capit. is autem 22. quæstio. 2. & Astasan. libr. 1. titul. 36. artic. 2. & Summistæ omnes, tùm etiam si non esset indignus, quia tamen, nemo debet affirmatiuè fateri, quod sibi certum non est, nam tene certum, & relinque incertum dicitur, in cap. si quis autem de pœnit. distinct. 7. & Guttierez canon. quæstio. lib. 1. cap. 31. nu. 40. & 41. Ideò hac etiam ratione videtur delinquere, sed rem hanc perpense omnes considerantes,

rantés, conſentiunt in negatiuam partem, ac præſertim Hoſtienſ. & Aſtaſan. citatis in locis, & textus edocet in capit. vnico, cuius paulò antea memini, nam eum dignum fore præſumere debet, quem ignorat indignum eſſe per cap. dudum de præſumptionibus, idque multo conuenientius opinari debet, in hoc ordinando, quem proſupponit dignum repertum in triduo antecedenti à viris, ab Epiſcopo deputatis, dùm Sabbato ipſo, eundem tanquam idoneum repertum, & probatum inuentum, iuxta formam cap. quando 24. diſtinct. repreſentant Epiſcopo, ob quod cenſetur habere notitiam quandam de illius qualitatibus, & reſpondere ex ijs, quæ ab alijs audiuit, & præcitati dixerunt, iuxta Gloſam adducti cap. vnici, per cap. hoc videretur 22. quæſt. 5. nam præſumptiuè ſcit, eum dignum, atque ideó, tutè poteſt ita reſpondere, vt inquit Butrius in illomet capit. vnico num. 10. Non enim ſimpliciter aſſerit, illum eſſe dignum. ſed in quantum humana fragilitas patitur, cum illum, quem indignum eſſe non nouit, dignum debet exiſtimare; quam rationem adducit litera eiuſdem capit. ſi tamen ipſum Archidiaconum minimè lateret ordinandum indignum, aut in aliquo ex requiſitis deficere, vtique peccaret, ſi eum dignum reſponderet, eò quod loqueretur contra conſcientiam, vt illo in canone adiungitur, & ſuccurrit textus in capit. quoniam in fine de præſcriptionibus; non tamen debet publicè affirmare, ipſum inhabilem, ſed priuſquam ad huiuſmodi ſcrutinium veniatur, debet id nunciare ordinatori, iuxta verba allegati capit. vnici, qui ſi eius denunciationem non admittat, ad aliud ipſe non compellitur, ſed tantummodo euitare, ſi poteſt huiuſmodi ſcrutinium, dummodò illius crimen propterea non detegatur, atque ideò ſi probabiliter cognoſceret, illius delictum poſſe publicari, cum præſens taceat, tenetur iam dicta verba proferre; ſicuti etiam ſi nequiret, vitare ſcrutinium iſtud, quia vtroque caſu prædictam fidem aſſertis conceptam verbis atteſtari valebit, tuta conſcientia, eo quod in perſona Eccleſiæ loquitur, quæ illius neſcit indignitatem, nec illa profert, vt talis, verùm vt Eccleſiæ Miniſter, capit. cum Miniſter 23. quæſtio. 5. Neque ſibi conuenit ſuo Iudici violenter reſiſtere, capit. ſi quando de offic. delegat. quam diſtinctionem tradunt Innocent. in ipſo capit. vnico verſic. nuuciare, Anton. de Butr. num. 15. Hoſtienſ. num. 17. quod ſi inopinatè aduerteret in ipſo actu collationis ordinum, præſentatum fuiſſe Epiſcopo pro ſuſcipiendis ordinibus, aliquem inhabilem, nec tempus haberet illi nunciandi qualitatem ordinandi, debet ſuum exequi munus, & ab eo non deſiſtere, ne illius pandatur indignitas, Hoſtienſ. indicato loco, poſt nu-
16 me. 18. Ideoque conſulerem Reuerendiſſimis Epiſcopis, vt in electione virorum prudentum, ac debentium inueſtigare omnia requiſita in ordinando, numerent inter alios, & deputent huiuſmodi Archidiaconos, ſeu primos Diaconos, vt valeant præuidere omnia, eiſdemque ſecreto nunciare, ſi aliquem minus idoneum cæteri probarent, ac fortaſſe non improbanda erit reſolutio concludens
17 prædictos Antiſtites debere illos conſtituere ad examen ordinandorum, quod ab Archidiaconis faciendum eſſe, præcipit ius Pontificium, vt Hoſtienſ. affirmat in Summ. de ſcrutin. in ordinat. faciend. num. 4. & Aſtaſan. libr. 6. titul. 5. quæſtione prima, & eſt textus expreſſus, quem ipſi non adducunt in capit. ad hæc 9. in quadam de offic. Archidiacon. ex cuius verbis apparet euidenter, primum ſcrutinium faciendum eſſe ab ipſis; quinimmò id non tantum de promouendo ad ſacros; verùm etiám, idem obſeruandum eſſe in collationibus beneficiorum, credit illic Innocent. III. eſt tamen veriſſimum, hoc minimè ſeruari ab Epiſcopis tantummodo deſtinantibus perſonas ſibi beneuolas, & non ipſos Archidiaconos, & qua adducti ratione id faciant, me latet, eò quod eorum vſus contradicit iuri communi; vt potius abuſus, ſeù corruptela dici debeat.

SVMMARIA.

Verbis illis de vita, & boneſtate Clericorum, traditur Germanus intellectus num. 1.

Ad Clericorum ſtatum, quæ pertineant, numer. 2.

Clericis, maximè conuenit ſobrie viuere, numer. 3.

Ebrietas, quæ mala producat nu. 4.

Loth vicerunt vina, quem non vicit ſodoma num. 5.

Veritas vino attributa fuit ab antiquis, numer. 6.

Ebrietas ſit nè peccatum mortale, & quando num. 7.

Sobrietas quam maximè confert corporali ſaluti num. 8.

Continere debent, qui ſacris ſunt inſigniti ordinibus num. 9.

Sacerdotes Romani capram, tanquam libidinoſum animal abborrebant nu. 10.

Lectio ſacrorum librorum, vt audiatur in Clericorum menſa maximopere conuenit, numer. 11.

Clerici probibentur ingredi tabernas edendi gratia nu. 12.

Item ne ſordidiſſimum cauponem, aut tabernarium agant nu 13.

Clericis præcipitur, condecenti babitu vti, & qui is ſit nu. 14.

Honeſtam quoque, non ſuperſluam debent retinere ſuppellectilem nu. 15.

Arma deferre, neque poſſunt nu. 16.

Armorum vſus à iure communi vetitus, numer. 17.

Ea deferens, inter alias, quas patitur pœnas, ſpoliatur illis nu. 18.

Clerici verò à laicali familia reperti cum armis, ſpolientur ne ab illa nu. 19.

Ad incurrendas pœnas ſtatutas aduerſus illa portantes, an opùs ſit, quod reperiantur cum illis num. 20.

Sbirruarÿ an standum sit dicentibus, reperisse aliquem cum armis nu. 21.
Armorum appellatione, quæ veniant, num. 22.
Quibus in casibus liceat portare arma, numero 23.
Episcopus concedere vtrum possit licentiam subditis deferendi arma? nu. 24.
Vagina vtrum ne perdatur, si gemmis sit pretiosis ornata, cum in casibus non permissis deferuntur arma nu. 25.
Familia laicalis, possit ne clericum armatum capere? nu. 26.
Captum verò an saltem per viginti horas detinere queat nu. 27.
Armorum inuentor, quis fuerit nu. 28.
Eorum nomen si largè sumatur complectitur omnium artium Instrumenta, idque multis auctoritatibus comprobatur nu. 29.
Balnea ingredi lauandi causa prohibentur, num. 30.
Venatio denegatur Clericis nu. 31.
Clericorum statum dedecet aleis ludere, numer. 32.
Clerici debent mores componere suos, numer. 33.
Compositio ista morum, in quibus consistat, numer. 34.
Periculosum est alicuius probitatem, aut improbitatem ex sermone iudicare, nu. 35.
Oratio est animi vultus nu. 36.
Clerici præsertim linguas suas, à mendacio cohibeant nu. 37.
Mendacium triplex nu. 38.
Mendacium, quod sit peccatum mortale, num. 39.
Adulatio maximè vitanda ab Ecclesiasticis; num. 40.
Adulationis potissima causa est, superiorum conniuentia, & delectatio nu. 41.
Detractores esse, ÿdem Clerici prohibentur, num. 42.
Clerici, ne cum perditis hominibus conuersentur, statuitur nu. 43.
Prælati redarguuntur detinentes inhonestos familiares nu. 44.
Mulierum cohabitationem, vitare debent Ecclesiastici nu. 45.
Pœna Clericorum fornicantium delibantur, num. 46.
Clerici notorÿ concubinarÿ, sint ne irregulares num. 47.
Honestas, quanta olim desiderabatur in Clericis num. 48.

De vita, & honestate Clericorum. Rubr. IV.

Dauidicus sermo Psalm. 18. Bonitatem (inquiens) disciplinam, & scientiam doce me, aperuit mihi viam Rubricæ de scientia ordinandorum, anteponere præsentem titulum de vita, & honestate clericorum, qui titulus, tùm in Decretali Gregoriano, tùm in sexto decretalium, tùm denique in Clementinis ponitur; cumque per subscripta verba descripserunt Pontifices, scilicet, de vita, & honestate clericorum, idq; factum est, vt ipsa rubrica complecteretur, vitam, mores, honestatemque ipsorum Clericorum, cuius rubri-
1 cę verba si iunctim intelligere velimus, ea possumus interpretari de vita honesta, seu de honestate vitę Clericorum, iuxta expositionem Philippi Probi in suis commentarijs ad Ioannem Monachum in repetit. huius rubricæ in 6. lib. decretal. num. 17. versic. & possumus; quod si disiunctim, tunc quid propriè vita sit, subticeo, cum & ipsa multipliciter sumatur, vt inibi explicat abundè, Probus, & Baldus in decretal. super eadem rubrica ista, sitque nunc satis referre interpretationem Luc. de Penn. in l. neque furiosi C. de dignitat. lib. 12. quod accipiatur pro actu viuendi irreprehensibiliter iusto, & recto; quamuis autem, secunda istius rubric. pars (nempè honestas) idem significare videatur, cum honestas sit, quasi honoris status, vt dicit Ioannes Andreas super eadem rubrica in sexto num. 1. versic. licet autem, & sic, quasi honoris statum seruans ex Bald. in dicta rubrica num. 8. tamen vita propriè ad interiorem animi virtutem pertinere videtur; honestas verò magis ad exteriorem conuersationem spectat, ex sententia Diui Thomæ 2. 2. quæst. 145. artic. 1. in tertio argumento, sed mihi summopere placet, huius rubricæ verba, coniunctim intelligere; Cicero enim libr. 2. offic. illis sic vtitur, inquiens, in officio colendo, sita est, vitæ honestas omnis, & in negligendo turpitudo; non tamen displicet, quod si diuisim intelligatur, ipsa tamen nomina promiscua esse, atque ita in hoc loco sumi, vt quicquid vitæ tribuitur, etiam honestati congruat, & è contra, vt optimè censuit Ioannes Andreas adducto versicul. licet autem.

Ad hanc igitur honestatem Clericorum per-
2 multa, & quasi innumerabilia sunt, quæ pertinent, cum ipsa à vertice capitis, vsque ad plantam pedis Clericorum requiratur, secundum Speculat. verba in titul. de vita, & honestate clericorum num. 9. eaque percurrendo, enumerat Ioan. Antonius de Nigris super extrauagantem Clement. VII. verbo honestè num. 1. quam extrauagantem ille posuit, post Capitula Regni, & sua Commentaria, super prædictis Capitulis. Ego verò aliqua tantum, &
3 vtiliora referre constitui; & primò ad hanc vitæ honestatem pertinet sobrie viuere; attendite namque, nè grauentur corpora vestra crapula, & ebrietate, eis præcipitur, Lucæ vigesimoquarto, Fratres

Fratres ſobrij eſtote, & vigilate, dicitur 1. Petr. 5. Sobrietas autem, primò in cibo, & potu conſiſtit, cap.à crapula, hac rubrica, vbi Innocent. III. præcepit, vt à crapula, & ebrietate, omnes clerici diligenter abſtineant; nam vinolentum Sacerdotem, & Apoſtolus damnat,& vetus lex prohibet,in cap. vinolentum 35.diſtinct.& ratio dari poteſt, tùm illa,quæ ex ſacris Canonibus deſumitur,'quia venter merò æſtuans, facilè deſpumat in libidinem, & vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor, capit. venter 35.diſtinct.ac Seneca epiſtol.24. nimirum ſcribit, quod epulæ, & ebrietates cruditatem afferunt,neruorum torporem,ac tumorem, libidines; pedum,manuum,& articulorum omnium deprauationem; Cicero etiam 4. Academicarum ſic fatur, nec vinolenti, quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua ſobrij; multos prætereà gigne-
4 re peſſimos effectus conſtat ebrietatem ipſam dum obuoluit memoriam, euacuat ſenſum, denigrat mentem, confundit intellectum, concitat libidinem, inuoluit linguam, impedit ſermonem, corrumpit ſanguinem, obtundit viſum, perturbat venas,obturbat auditum,infirmat neruos, comprimit ſenſum, reſoluit viſcera, onerat cerebrum,debilitat memoriã,aufert fortitudinem, excitat ſomnum,obdurat animum, maculat corpus, & hominem ſuo coinquinat vitio, ac ſine honore facit alienum,vt ex ſententia Galeni,inquit Lucas de Penna in rubrica C.de legation.lib.10. verſ.è contra; Huc pertinent verba illa, quod ebrietas, eſt temporis amiſſio, voluntaria inſania, langor ignominioſus, ſanæ mentis debilitatiò, morum turpitudo, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, & animæ corruptela, quibus vtitur Diu. Auguſtin. de ſobrietate, & vir-
5 ginitate,hinc legimus, Loth,quem non vicit ſodoma,viciſſe vina,& inebriatum eſſe, cap.ſexta die §.legimus 35. diſtinct. & longioribus verbis explico in rubric.de perſon.prohib.promou.cap.23. de homicid.verſ.ebrius etiam nu. 108. Legimus prætereà luxuriam campanam inuictum armis Annibalem illecebris ſuis complexam vincendum Romano militi tribuiſſe; illa enim vigilantiſſimum Ducem,illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum fragrantia, veneris vſu, laſciuiore ad ſomnum, & delitias euocauit, vt ſcribit Valerius Maximus lib.9. rubric.1. de luxuria cap.de Annibale,ſubiungens,his vitijs nihil fœdius, nihil etiam magis obnoxium, quibus virtus atteritur, victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam conuertitur; animique pariter, & corporis vires expugnantur, adeò vt neſcias, ab hoſtibus nè, an ab illis capi pernicioſius ſit habendum; in hoc igitur vitiorum generali loquela,ipſe Valerius complectitur ebrietatem, eique aſcribit prædicta; nec mirum, cum ebrietas, animi fucum tollat, & quicquid in pectore conditum eſt,in apertum proferat,teſte Oratio,dicente.

Quid nõ ebrietas deſignat? operta recludit.

Atque etiam teſte Plinio lib.14.cap.22. aſſerente, quod propter vina,ſecreta proferuntur,adeò vt neque redituras per iugulum voces cõtineant; quàm
6 multis proptereà ita interemptis; hinc ſubdit eueniſſe,quod vulgò veritas, vino attributa ſit, quamobrem non ab re paſſim, apud Auctores fuiſſe vſurpatum adagium illud, in vino veritas, cuius meminit Manutius in libr. adag. & apud Græcos, extat illa ſententia prouerbialis,latinè interpretata, quod in corde ſobrij, id in lingua ebrij, vt Plutarch.de garr.refert,quod alijs demonſtrat verbis Seneca epiſt.84.inquiens,quod mero onerati, quemadmodũ non retinent cibum, vino redundante, ita nè ſecretum quidem,& quod ſuum eſt,& alienum pariter effundunt, & mox alijs vtitur verbis; nempè cum vis nimia vini poſſedit animum, quicquid malè latebat emergit; idque tàm verum reputo, quàm quod veriſſimum,atque ideò celebratur cuiuſdam Perſæ apophtegma, qui negauit tormentis opus eſſe ad exquirendum verum, eò quia, vino rectius eliciatur, quod confirmans Oratius in arte Poetica, inquit.

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero,quẽ perſpexiſſe laborent,
An ſit amicitia dignus

Quamuis autem aſſuefactam ebrietatem, mor-
7 tale peccatum eſſe, non aſſuefactam verò dixerit veniale peccatum,Lucas de Penna in l.1.verſ.cęterum in medio C.de erogat.milit.annon.lib.12. attamen ebrietas, per ſe loquendo,re vera peccatum eſt mortale, quamuis aliquando ſit veniale,& quãdoque etiam ſine aliquo peccato, inueniatur, vt ex ſententia, & reſolutione Summiſtarum explicat Sebaſtianus Medices in ſua Summa part. 2. titul. 7. q.13. & Aſtaſan.triplici vtens diſtinctione lib.6.tit. 8.verſic.notandum par.2. Ex quibus nemo mirari debet,cur ante omnia clericis vitetur ebrietas,omnium vitiorum fomes, ac nutrix cap.ante omnia 35.diſtinct.ac proptereà ſancierunt iura clericis, nè vltra tres cyathos bibant in cap.quando,el ſecondo 44.diſtinct.ita quòd ſi quartum, peccarent, ex Nauarr. cap.25. num.111. niſi tamen naturali impellente appetitu, dicit Guttierez canonic. quæſtion, lib.2. cap.4. num.53. quin & vinum cum aqua non concretum, interdixit eis textus in eodem capit. à crapula; idque adeò, quod ſi ita ſorberent, peccarent, & quidem mortiferè, ex aliquorum ſententia, improbata tamen ab Angel.verbo clericus in principio, vel ſaltem reſtricta ab eodem Guttierez num.57.cum vinum minus potens eſſet,ac lenis ſaporis; Iſthæc omnia tùm animæ ſaluti conferunt,
8 tùm etiam corporis valetudini proſunt, vt ex hactenus ſcriptis apertè colligitur,auctoritateq; Scolæ Salerni, confirmatur in capit. 1.dicente, parce mero, cenato parum; proptereà etiam Auicenna 3.punct. doctr.2. cap.7. admonet; neminem, ita replendum eſſe cibo, vt nihil loci, ſit reliquum,ſed à menſa ſemper cum fame recedendum eſſe, tantum enim vini, & potus adhibendum eſt, vt reficiantur vires,non opprimantur, ex ſententia Platonis in conuiu. fol.mihi 2.à tergo, & 175. in principio, ideoque abſtinentiam cibi, & vini prodeſſe, ſcripſit idem Plato libr. 3. de Republica, & Plinius ex auctoritate Aſclepiadis libr. 26. natural. hiſtor. capit. 3. multoque vtiliſſimam eſſe in cibis temperantiam, aſſerit ipſemet Plinius in cap.5.libr.28. & cap.53. libr.11. itemque Liuius libr.39. cart.1. Sobrietas namque, (vt ait Galenus) memoriam ſeruat, quæ, cuilibet Oratori perutilis eſt, & vt Cicero lib.5.Rethoricorum proſequitur, acuit ſenſum, decorat mentem, dirigit vultum, integrat pudo-

rem, mitigat vitia, vigorat faciem, elimit aures, exo-
nerat cerebrum, explicat linguam, exprimit ser-
monem, nutrit medullas, confirmat sanguinem,
purgat venas, constringit neruos, contemnit libidi-
nem, retrahit somnum, propagat sanitatem, & ho-
minem firmum, ac stabilem reddit; atque vt Diuus
Hieronymus, summatim scribit ad Celanciam;
omnibus omninò virtutibus abstinentia opitula-
tur, & refert Luc. de Penn. in rubr. de legation. lib.
10. C. vers. septimo, quod maximè euenit, si absti-
nentia in potu sit, præsertim vini, cuius moderata
potio, licet plurimum conferat saluti, & ob id Pau-
lus Apostolus, cum Timothei agnouit deiectam
esse virtutem omnem, illi consuluit, nè amplius
aquam biberet, sed vinum; neque hoc simpliciter
dixit, at quadam præhabita modificatione, non
enim dixit tantummodo, vino vtere, sed vino mo-
dico vtere; nam vt scripsit Diuus Chrysostomus
homil. 80. non ita terræ natura vexata, aquarum
superabundantia continua dissoluitur, vt corporis
vis mallescit, & diffluit, & exilis redditur, vini po-
tu, continuò ingurgitata; omnes igitur, & maxi-
mè clerici, hanc fugiant intemperantiam, & super-
fluitatem, causasque illius; atque ideò præ cæteris
caueant ipsi clerici ex symbolis (quę vulgus com-
messalia appellat) conuiuia celebrare cap. non
oportet 44. distinct. symbolum enim, dicitur á Sy-
nod. quod est cont. & bolum, quod est morsellus, &
sic coniunctim morsellum ponunt, scilicet portio-
nem suam, quilibet ponit, ad commestionem fa-
ciendam, vt ait Archidiacon. dicto cap. non opor-
tet num. 2. neque etiam delicatos cibos quærant,
secularium denique conuiuia fugiant, ex D. Hie-
ronymi dicto in epistola ad nepot. tom. 1. versatur
9 etiam hæc Clericorum sobrietas, circa continen-
tiam, quam tenentur custodire á mulieribus, &
etiam vxoribus, abstinendo, scilicet eas, non ducen-
do, vt copiosissimè scribo in rubric. de ætat. ordin.
cap. 3. vers. sed hic potest quæri; quam sanctam le-
gem, quisque sacris donatus ordinibus, niti debe-
ret serena fronte, totoque pectore obseruare; me-
moria repetens, Sacerdotes Romanos, castitatis aui-
dos, omnia à castitate aliena odisse, atque ob id, ca-
10 pra abstinere voluisse, vt nè dum tangere, verùm,
& nominare quidem liceret; capram, tanquam li-
bidinosum animal abhorrentes, vt scripsit Plutar-
ch. capit. 3. problem. & Plaza lib. 1. capit. 24. num. 6.
quamuis orientalis Ecclesia, vxoratos ad ordines
admittat cap. vt clericorum. & cap. clericis, hac ru-
brica cap. cum olim de cleric. coniugat. & Grego-
rij testimonium, id comprobat in lib. 1. epistol. 42.
& Bellarmin. lib. de cleric. cap. 18. vers. non esse, vo-
lum. 2. quod si, vt tenentur sobrietatem seruabunt,
occidentales clerici in cibo, potu, ac carnalibus de-
siderijs, profectò non eos tanget, quod Ecclesiast.
19. legitur vinum, & mulieres, apostatare faciunt
sapientem.

Ad hanc vitæ honestatem Clericorum, spectat
11 etiam, vt sacra lectio semper in eorum mensa au-
diatur ex constitut. Eusebij Papæ canon. 4. in fine
his verbis, recitetur (supplem. in conuiuijs clerico-
rum) sacra lectio, subsequatur, viuæ vocis exor-
tatio, vt non tantum corporali cibo, imò verbi spi-
ritualis alimento conuiuantes, se refecto gratulen-
tur, vt cibis honorificetur Deus per Iesum Chri-
stum Dominum Nostrum; atque alia fuit ratio,
quæ impulit Concilium Tolentanum Tertium
idem statuere, in hæc verba, pro reuerentia Dei, &
Sacerdotum, vniuersa constituit Synodus, vt in
omni Sacerdotali conuiuio, lectio diuinarum scri-
pturarum misceatur; per hoc enim, & animæ ædi-
ficantur, & fabulæ non necessariæ prohibentur ca-
pit. pro reuerentia 44. distinct. tandemque idem
statuit Concil. Trident. sess. 2.

Huc, tertiò pertinet, ne clerici edendi, aut biben-
12 di gratia tabernas ingrediantur, nisi iter facientes,
illas petere cogantur, ex constitut. Concil. Cartha-
ginens. Quarti in cap. clerici 44. distinct. & Conci-
lij generalis in cap. penultim. hac rubrica, quorum
decretum, ad quemlibet Clericum, etiam ad con-
uersos, extendit Concil. Laodicens. in capit. non
oportet 44. distinct. sed proh dolor, quam parum
seruant nostræ ætatis clerici, præsertim verò Ro-
mæ, vbi tabernæ frequentes sunt, atque aulici,
etiam clerici; qui simul epulari volentes, in eas, se
sepè recipiunt, ac diuersantur in illis, in quos gra-
uiter inuehitur Concil. Prouinc. Coloniens. rubrica
de offic. priuat. ac public. cap. 25. & ait, quid si vi-
deret Ecclesia illa prisca, clericos nostri temporis
tabernarios, tabernisque (quasi domos non habe-
rent) noctu, diuque alligatos, quàm vehementer
execraretur facinus.

Huc etiam spectat, vt nullus ex clero, sordidissi-
13 mum cauponem, aut tabernarium agat, ex decre-
to sextæ Synodi in hæc verba: nulli clerico liceat
tabernam, aut ergasterium habere, si enim huius-
modi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis
alijs ministrare in ea? si quis verò tale quid fecerit,
aut cesset, aut deponatur, cap. nulli 44. distinct. &
clarioribus verbis constituit clement. prima hac
rubrica, extendens ad clericos exercentes officium
macellariorum; qui clerici talia ministrantes offi-
cia, præter iam dictam pœnam, peccatum com-
mittunt, Nauarr. in Summ. cap. 25. num. 111. vers.
Clericus verò; & si tertió moniti, minimè resipue-
rint, si clerici sunt coniugati, nullo clericali priui-
legio gauderent; neque capit. si quis suadente 17.
quæst. 4. sed si non coniugati, & habitum deferunt
clericalem, in rebus tantum priuilegia amitterent,
quod si, in laicali habitu incedunt, nec reale, nec
personale retinerent, Angel. verbo clericus 8. nu. 7.
& probat allegata clement. idque tùm maxime
procederet hodie post Concil. ex his, quæ scribo in
rubrica de priuileg. cleric. cap. secundò. An autem
præfatæ clementin. pœna, afficiat clericos, non
tantum exercentes officia nominata in ea, sed alia,
dumtamen vilia, eisque prohibita, plures recenset
opiniones, super eadem clementina, Zabarell. nu.
7. concludens cum glos. inibi, tenente negatiuam
partem ob specificam expressionem, quam litera
illa facit, de tabernarijs, & macellarijs; non tantum
propter horrorem, qui in his duobus considerari
potest, sed propter frequentiam, eò quod frequen-
tius contingebat in ipsis peccare, & sequitur inibi
Io. de Imol. nu. 14.

Ad honestatem vitæ clericorum spectat, vt ipsi
14 condecẽti habitu vtantur, & sit, qui dignitati, pro-
fessioni, atque ætati conueniat; non enim vestibus,
aut calceamentis decorem quærere debent, sed eo-
rum professionem, habitu, & incessu probare, cap.

clericus

clericus 41. distinct. Nam quamuis habitus non faciat Monachum, attamen clericos oportet semper deferre vestes, proprio ordini congruentes, vt per decentiam habitus extrinseci, morum intrinsecam honestatem præferant Concil. Trident. cap. 6. sess. 14. de reformat. & qui clerici se fulgidis, atque claris vestibus ornarent, contra dispositionem cap. 1. 21. quæst. 4. vtique si ex officio metirentur omnia, atque recordarentur verba Prophetæ Soph. 1. Visitabo super eos, qui vestiuntur veste peregrina; sanè hanc effugere indignationem peroptarent; quamuis autem, secundum glos. penultim. in clement. 1. hac rubric. prohibitum sit clericis, vestium certas formas deferre, non tamen (vt ipsamet glosa affirmat, & Abb. in cap. transmissam post n. 2. versic. habitu de elect.) reperitur iure cautum esse eis, quem certum habitum præfixum; concesso enim, quod bipartitæ, variegatæ, atque coloratæ vestes, rubei, crocei, viridisque coloris, sint eis interdictæ, vt scribit Plaza in epitom. delict. lib. 1. cap. 8. nu. 26. circa finem, & Abb. in allegat. cap. transmissam sub nu. 2. Cappell. Tholos. decis. 253. quidam clericus nu. 2. & quod, qui bipartitis, aut coloratis operiretur, suspenderetur ad sex menses, si beneficiarius esset, sicuti etiam si non beneficiatus, sed sacro ordine insignitus esset; nam is foret vtique inhabilis, in idem tempus ad beneficia, per clement. 2. de vita, & honestat. cleric. Nauarr. cap. 27. num. 157. vers. decimotertio, & cap. 25. num. 111. vers. clerici verò, Diaz. practic. crimin. canon. cap. 69. & clericus coniugatus, nec gaudeat priuilegio clericali, si interdum delinquēs vinciatur, per allegatam decis. Tholos. non tamen sequitur, certum habitum illis esse à sacris canonibus assignatum, sed Doctores arbitrati sunt, eas, pro clericis censeri honestas vestes, & clericales, quas Prouinciæ mos admittit, ac quæ Regionis communi vsu deferuntur, ex glosa notabil. in cap. penult. vers. deauratis de vita, & honestat. clericor. Astasan. lib. 6. tit. 11. in princip. ne alias hyppocritæ videantur, & hanc conclusionem copiosè probat, Ioann. Anton. de Nigris super extrauagant. clement. 7. in verbo habitum num. 17. cum sequenti, quam extrauagant. ipse posuit post Capitula Regni; & confirmatur exemplo nepotis Diui Hieronymi, qui excepta vili tunica, & operimento pari, quo tecto tantum corpore frigus excluderet, nihil sibi amplius reseruauit, ipsius Prouinciæ morem gerens, nec munditijs, nec sordibus, notabilis erat, vt ipse Diu. Hieronym. in epitaph. nepot. ad Heliodorum scripsit; quod si prætiosæ forent, quas consuetudo concederet, nè clericalis vilesceret auctoritas, eas sanè induere posset, per glos. in cap. 1. 21. quæst. 4. vt conforment se moribus eorum, inter quos viuunt, ex glos. in Summ. 21. quæst. 4. Quare nequaquam diceretur clericus prohibitas vestes gerere, si iuxta Regionis consuetudinem. vsum, & morem, vestitus incederet, vt probat Alexand. conf. 149. in causa inquisitionis nu. 12. lib. 6. glos. 1. in cap. si quis virorum 30. distinct. ac exteris fusius Couarru. practicar. quæstion. cap. 31. num. 7. vers. quarto, idque etiam si sericias deferret, ea in Prouincia, vbi consuetudo permitteret, vt Abb. firmat in cap. clerici el secondo nu. 18. de vita, & honestat. clericor. subdens illud certissimum esse, Clericorum habitum à laicalibus vestibus differre debere; demúm vt concludam, is clericus diceretur congruenti habitu vti, qui decentis longitudinis, & coloris vnicuique ordini concessi indueret vestimento, vt ex Henrico collegi in Summ. theolog. moral. lib. 10. capit. 11. §. 1. Talares enim debere clericos deferre vestes, dicitur in cap. penult. 23. distinct. atque ideò deferens vestes vsque Genua, non diceretur in habitu clericali incedere, eò quod prohibentur clerici, tam breues portare, vt inquit Guid. Papæ quæst. 138. in camera post nu. 1. his adde, quæ vtiliter in hac re annotauit Viuald. super bulla Sixti V. de habitu, & tonsura, per clericos deferendis, ex causa tamen peregrinationis, siuè timoris, necessitatis, alteriusuè consimilis, & honestæ, non tantum ipsis clericis liceret, non talares deferre vestes; verùm etiam transformare, & habitum assumere laicalem, Astasan. lib. 6. tit. 11. in fine, Clement. final. vbi glos. Imol. & cęteri Doctores de vita, & honestat. clericor. & Cappell. Tholos. decis. 104. Clerici tamen coniugati, quibus debeant vestiri indumentis, si priuilegio clericali vti voluerint scribo in rubrica de priuileg. clericorum cap. 2. num.

15 Huc etiam tendit, vt clerici honestam suppellectilem habeant, vt optimè visum est admodum pijs Patribus Concilij Carthagin. Quarti cap. 15. & refertur in cap. Episcopus 41. distinct. huius etiam Concilij Patrum exemplo, placuit Concilij Tridentini Patribus præcipere in cap. 1. sess. 25. de reformat. vt nedum Episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint; verúm etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat; quod si in arido præceptum est, quid in viridi dicendum? si enim Episcopis ita Canones iubent, quibus optimus est modus, decus ipsum seruandi, atque adeò magis lautam, ac magnificam habendi suppellectilem; quid igitur modo liceat inferioribus clericis, vnusquisque capere poterit, atque præterea intelligere præfati canonis sanctionem, non prohibere, quin beneficiarius aliquis, ampliorem, ac splendidiorem valeat retinere familiam, lautioremque mensam, prætiosioremque, splendidioremque suppellectilem, quam alter possit, sed ei licere pro diuersitate beneficiorum, redditúum, & aliarum circumstantiarum, iam dicta agere, etiam post dictum canonem, vt dixit Menoch. de arbitrar. Iudicum casu 520. nu. 13. centur. 6. quamuis enim Iudicis arbitrio sint æstimanda alimenta, quæ clericus ex bonis Ecclesiasticis recipere potest, ex Molina de iustitia, & iure disputat. 145. versic. his ita constitutis, atque itidem dicendum sit de vestimentis, apparatuque domus, quia ad hominum sustentationem necessaria sunt, alimentorumque nomine continentur ex Menoch. de præsumptionibus libr. 4. præsumption. 157. num. 13. tamen certissimi iuris est, arbitrium istud qualitate beneficij, quantitateque redditúum inniti debere, ob quæ permissum est beneficiario plus, vel minus in suam sustentationem expendere, maioremque familiam retinere, sumptusque facere, ex sententia eiusdem Molinæ indicato loco, quem sequitur Menoch. in adducto casu num. 10. & ante omnes

prædi-

prædictos, dixerat Sot. in lib. 10. de Iustit. & Iure, quæst. 4. artic. 3. conclus. 6. in 4. ratione, vers. quapropter. quæ autem dicatur modesta suppellex, & frugalis victus, & mediocris familia, iudicis arbitrio relinquit Molina citata quæst. 145. vers. secundum est, vbi complura in hac re accuratè edisserit, & comendat Menoch. dicto casu 520. num. 14.

Textus in cap. clerici, el primo sub Rubr. ista, de vita, & honestate Cleric. præcipiens, excommu-
16 nicatione deuinciendos esse clericos arma deferentes, expresse insinuat, ad hanc vitæ hõnestatem quoque pertinere, nè ipsi clerici armati incedant; quod & veritate niti, & Iustitia, non ambigitur;
17 præsertim quod Ius commune generatim prohibet armorum vsum: sicuti ex Rubr. & nigro desumitur, tituli, vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit in lib. 11. Codic. & auth. de armis collat. 6. asseritque glosa in Rubr. C. de Fabricens. lib. 11. Corneus cons. 20. & videtur nu. 4. vol. 3. Plaza in Epitome delict. lib. 1. cap. 8. nu. 1. Soccin. Reg. 30. septem adnectens restrictiones, & plenius Duena Reg. 15. arma portare, Afflict. in constitut. intentionis nostræ num. 6. tangit Viuius decis. 287. Angel. nu. 3. Arnon. cautel. 2. & latè Barbat. in tract. de præst. Cardin. part. 2. cap. 50. idque adeo fulcitur veritate, quòd neque consuetudo immemorabilis prodest ambientibus, illa deferre, ex notatis per Crauett. consil. 314. & Roland. à Valle consil. 3. quod nobilibus num. 36. vol. 2. licet reluctetur Albert. Brunus cons. 207. circa proclama lib. 2. Consiliorum feudalium, soli enim Principi, cum armis esse licet, idque propterea de Regalibus esse probat Menoch. cons. 298. lib. 3. & tractat. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 394. num. 24. quamuis alij, etiam cœteris nobilibus, fas esse contendant, de Iure, cuius rei veritatem inquirit Tiraq. in tract. de nobilib. cap. 20. à num. 69. Si igitur laicis quoque interdicta est, illorum delatio, conuenientius quidem, eisdem clericis, vetita, censeri debet, quorum arma sunt, lachrymæ, & orationes cap. conuenientior, iuncto cap. armabit 23. quæst. 4.

Qua constitura conclusione, haud ignorandum est, præter pœnas à lege, vel statutis comminatas aduersus portantes arma, incurri in alteram, scilicet, vt illis spolientur, ita Bart. & Alex. scripserunt in l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi publica glosa, & Bal. in cap. 1. §. si quis rusticus, de pace tenend. in vsib. feud. Ias. in §. ex Maleficijs num. 31. instit. de action. Plaza indicato cap. nu. 22. & Ioan. Anton. de Nigris in cap. Regni, vt inter subiectos num. 36. &
19 propterea, si à laicis Ministris reperiatur clericus armatus, sit nè armis spoliandus ab illis, dubitatum plerumque fuit, & communior sententia probat affirmatiuam partem, quam præcœteris amplexantur Cassan. Couar. Plaza. Clar. Nauar. & alij, mox citandi; atque Iacob. Graff. lib. 4. decis. aurear. cap. 19. num. 158. nullam tamen addunt rationem, vel auctoritatem, si rectè attendantur eorum verba, nisi tantum Regionum vsum; id enim præportant verba citati Plazæ indicato cap. post num. 25. ex vsu enim ita fieri in Gallia testatur Cassan. in consuet. Burgund. Rubr. 1. §. 5. versic. Archidiaconus num. 79. (quinimo cognoscit Rex, eiusque Curia in eo Regno, etiam de delicto eiusmodi delationis armorum contra clericos, eosque punit. teste Gulielmo de Benedictis in Repetit. cap. Raynutius, vers. & vxorem nomine Adelisiam nu. 436. de testam.) Apud Hispanos verò, testis est Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. ad finem; nec non apud Mediolanenses, præter ipsum Cassaneum, affirmat Iulius Clar. §. fin. quæst. 36. nu. 22. & in Regno Neapolitano manauit lex Regia, sanciens, in eo casu tantum, in quo trina monitio Episcopalis præcessit, vt nullus clericus portet arma prohibita, iuxta Pragmat. 6. de Clericis, sed vsus iste vbi viget, non equidem prodijt ex Iuris dispositione, aut quod in pœnam Clericorum cum illis inuentorum ab apparitoribus introductus fuerit, at potius, quia clerici ita reperti iusteque propterea capti à Sbirruarijs, debentibus rectò itinere ad Ecclesiasticos superiores illos ducere, libenti animo, eis relaxant arma, ob spem præsertim quam habent, sequenti die pauca pecunia redimendi; vt notat Nauar. cons. 27. Præfectus vigilum, sub Rubr. de sent. excom. in nouis, quo quidem casu dubitatur inibi à Nauarro, si incurrerint in excommunicationem latam in cap. si quis suadente 16. quæst. 4. & respondet negatiuè; quamobrem iustè iterum dubitat si peccatum saltem commiserint, sed eos peccare existimat, maximè si eô animo principaliter caperent, vt eorum arma haberent; qui præterea adiungit illa non teneri restituere antequam fuerint ad id condemnati; ideo quærit etiam, á quo sint Iudice condemnandi; Ecclesiastico, vel sæculari; & post multa concludit à laicali tantum Iudice, si clerici sæcularis arma abstulerunt; quod si regularis, ab Ecclesiastico: ob eam rationem, quia bona omnia ipsius, sunt Ecclesiastica, ita quod sacrilegium commisissent argument. cap. qui prædia 12. quæst. 2. aduertendum tamen Nauarrum verba facere in eo casu, in quo Clerici reperti armati, sponte obtulerunt Alguzerijs arma, nè ipsos ducerent ad præsulem. quando denegatur eis repetitio á Iure, illius rei turpiter datæ, & acceptæ; quare si illi abstulissent, maximè si Clericos non duxissent ad Præsules, tunc eorum factum non videtur comprehensum sub Nauar. consultatione, at potius in contraria, per argumentum à contrario sensu, atque illius intentionem desumptam, ex verbis inibi scriptis, & alijs expressioribus positis per eumdem in Manual. cap. 27. sub num. 70. quare ab hac sententia prorsus discedo ex prædictis, nec non ex notatis per Martam in tract. de Iurisdict. par. 4. centuria prima, casu 7. per totum, & speciatim à num. 20. vbi omninò defendit, non eos posse talia arma auferre clericis, at ipsos propterea deuinciri excommunicatione prolata in bulla Cœnæ Domini, concludit; Rationique etiam respondet relatæ per Salzed. in additio. ad praxim Diazæ cap. 55. versic. quamuis ab hac opinione; aitque, hanc esse rem continentem factum, quia respicit nudum ministerium, sine cognitione Iurisdictionis, & propterea credit Salzedus ipse expleri posse á Laico: Namque tunc factum respiceret; Martha replicat, quando clericus reperiretur in flagranti crimine, nempè in actu perpetrandi aliquod delictum, cum verò solum deferret arma, quia multis in casibus, ea portare queit, ex notatis per Soccin. adducta Regul. 30. vers. sexto fallit, & Butrium in cap. clerici de vita, & honestat. cleric.

vtique

vtique caderet cognitio, an ille ſit de prædictis caſibus, & propterea non eſſet nudum miniſterium facti, ſed iuriſdictionis adminiſtratio, quæ laicis prohibetur in Eccleſiaſticos, & hanc ſententiam meam, reperi quoque amplexatum eſſe Vgolinum, licet nulla addita ratione in tractatu de poteſtate Epiſcopi cap. 13. §. 12. num. 3. In hoc autem Regno iſthæc difficultas ceſſat, ob eaſdem Regias Sanctiones, prohibentes, & canonum ſanctionibus inhærentes, & videre licet in adducta pragmat. 6. quin etiam altera quæſtio expedita cernitur, nè puniantur clerici pœnis comminatis in laicalibus edictis aduerſus clericos iuſta Conſtitut. de perſonis clericorum vbi ſoll. num. 4. & Rouit. in pragmat. 1. de armis non illepide notant.

20 Vt autem, quis incidat in pœnam ſtatutam in deferentes arma, vtrum nè oporteat, quod fuerit repertus cum armis; an verò ea aſportaſſe ſatis ſit probare, controuerti ſæpè ſæpius vidi; & verior ſententia eſt, capi cùm illis oportere, quam tuetur Bart. in l. ſi Barſatorem num. 1. C. de fideiuſſ. Hippoll. de Marſill. in pract. crim. §. pro complemento nu. 24. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 82. ſtatuto 6. num. 1. Amod. de Ponte de Syndic. nu. 90. Bertazzol. conſ. crimin. 461. abſoluendus num. 11. vol. 2. & alij mille; ita quod, hanc Bart. ſententiam inſequi communiter Doctores aſſeuerat Nicol. Bellon. conſ. 49. Reſolui num. 4. atque ita communiter teneri affirmat Alex. in l. 1. nu. 77. ff. de acquir. poſſeſſ. Cepoll. in l. ſi fugitiui nu. 81. C. de ſeruis fugit. & in Praxi obſeruari referunt citati Amodeus, & Marſil. & ipſeque pluries deciſum fuiſſe memini, cum caſus contigiſſet, & propterea ſit omnis dubietas reijcienda, & ab iſta reſolutione, tanquàm veriori, magis communi, vſuque continuò comprobata, nullatenus recedendum eſſe, inſinuat Clarus in loco ſuperius memorato.

Non tamen è mea fugiunt memoria, complures reſtrictiones, iam dictæ concluſioni traditæ per Soccin. indicata Regula 30. quibus aliam adijcio ex iure Regni, contra deferentes arma, per Ciuitatem Neapolitanam, vt hic veniat plectendus pœna deferentium arma ſtatim quod illa detuliſſe conuincatur, per adductam Pragmaticam primam.

Similiter, & ille puniatur, qui etiam extra hanc Ciuitatem in actu fugæ, dum ipſum familia inſequeretur fuerit viſus deijcere arma in terra, aut etiam poſt capturam, in actu perquiſitionis, aut alteri ſecretim ſubminiſtrare conatus ſit, & alij intellexerint, nihilominus, & perſpexerint, ex notatis per Corneum conſ. 20. lib. 3. per totum, ſi perpenſe eius verba attendantur, quamuis in ſpecifico caſu, illius ſtatuti reſponderit contrarium.

21 Verum ſtandum nec nè ſit Miniſtrorum aſſertioni, quod aliquem repererint cùm telo, aut alio quouis armorum genere? & Bar. in l. Diuus poſt num. 8. C. de cuſtod. reorum, reſpondet affirmatiuè, pariterque Afflict. in conſtitut. fidelium, ſub num. 9. Clarus in §. fin. quæſt. 7. poſt num. 3. Baiard. ad eundem clarùm quæſt. 8. num. 8. vbi alios cumulat, in hanc ſententiam, & Farin. quæſt. 56. poſt num. 379. At præſes meritiſſimus de Franchis, exiſtimat illorum dictis fidem adhibendam, tantum quò ad torturam inferendam, non autem ad ſententiam condemnatoriam proferendam, fretus doctrina Andreæ Iſernienſis, atque Afflicti in conſtitut. Regni, humanitate, qui non vtique verba faciunt de miniſtris teſtificantibus reperiſſe aliquem cum armis, ſed reperiſſe in flagranti crimine; quo caſu, quia præter delationem, delinquit, cum armis ipſis, non mirum ſi ſtandum eſſe inquiunt; & propterea ex eorum ſententia, in validiori illo caſu; fortaſſe non eſt inferendum ad ſolam armorum aſportationem; quamquam ob auctoritatem illius viri eximij; necnon Regij Conſilij decidentis, credendum eſſe dictis Miniſtris, relinquo cogitandum; maximè quod præfata deciſio loquitur de portante tormentum paruum, qui mortis pœna punitur, ex Regni lege; & propterea non ſumus in leuibus, at potius in grauibus, in quibus non omninò credendum illis eſſe, ſcilicet ad pœnam inferendam, complures ex relatis auctoribus arbitrati ſunt, qui iam dictæ, & genericæ deciſioni aduerſari videntur, ac præ cęteris Farin. indicato loco, & rurſus quæſt. 21. num. 157. vol. 1. & tangit quæſt. 108. num. 150. vol. 3. cęterum Berroarijs, quando credendum ſit, loquitur Maſcard. concluſ. 189. incipiente, Berroarij vol. 1.

22 Armorum autem appellatione, bellica tantum venire, certum eſt; Eaque duplicia eſſe docet Cicero in orat. pro Cœlio, inquiens; Arma, alia ad tegendum, alia ad nocendum, & tunc quæ contineantur, ex Iuris diſpoſitione ſub hoc nomine, explicant textus, & gloſ. in l. armorum ff. de verb. or. ſignific. textus, & gloſa in l. 3. §. armis ff. de vi, & vi, armat. textus in l. armatos ff. ad l. Iuliam de vi publ. textus. & Doct. in §. armorum inſtit. de interd. gloſ. in §. ius autem, verſ. Palam, in auth. de armis gloſ. in cap. ſi perfodiens de homicid. in cap. ita quorundam, in verbo ferrum de Iudæis, in clem. nè in Agro, verſ. arma de ſtat. Monach. in cap. clerici 23. quæſt. 8. Bar. in l. 1. §. occiſorum ff. ad Senatus Conſ. Syllan. ex quorum dictis, illud præſertim ſeligitur, illorum appellatione comprehendi lapides, & fuſtes, idque veritate niti, poſt percuſſionem, & non antea: ita quippè dicit gloſa citata, in ipſa clem. nè in agro, eamque notabilem eſſe aſſeuerat Hippol. de Marſil. in ſua praxi crim. §. Pro complemento num. 14. attamen contradicunt alij multi, & quorum validior reputanda ſit de Iure communi opinio, non curo inquirere, ob legem Regni, cuius diſpoſitione haud venire lapides, & fuſtes, certum eſt; deſumiturque ex Conſtitut. intentionis noſtræ, ſuper qua notant Regnicolæ, & Ioan. Anton. de Nigris in cap. Regni, qui cum Ronca, num. 4. quinimmò ex vniuerſali conſuetudine, vſuque verborum non venire; in generali bannimento ſaxa, atque cultellos dicit Clarus quæſt. 82. verſic. ſtatutum 6. num. 4. & 5. immò etiam attenta iuris communis ſanctione, in materia tamen pœnali, & ſtricta, ea tantum ad nocendum ſuaptè natura parata, comprehendi, dicit Marſil. indicato loco, & Cepoll. in l. armorum, & illic Alciat. & Rebuff. ff. de verbor. ſignif. & ſub his non venire cultellos ad aptandos calamos, aut panem incidendum, dixit gloſa antepenult. in auth. de armis, quam non alibi in Iure reperiri ſcripſit Angel. in l. ſi pignora, §. furem ff. de furtis, & tanquàm ſingularem comendat Ioan. de Anan. in cap. lator ſub num. 1. de homicid.

&

& post alios Felyn. in cap. ita quorumdam sub num. 2. de Iudæis.

23 Sunt tamen multi casus in quibus licet cuiquam incedere armato, quos memorat præfatus Soccinus indicata Regula 30. sub lit. A. quorum duos recensebo, vti frequentiores; alterum quippe procedere in illo memoro, qui viæ se committit, atque è ciuitate egreditur, & ad aliena loca se conferre intendit, quin etiam si ad Villam eat, dicit notabiliter Nicol. de Neapol. in l. vltima C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. quem sequitur Barbat. in tractat. de præst. Cardin. quest. vltim. 2. par. col. 1. & Soccin. adducta Regula limitat. 2. nec non Andreas in cap. 1. §. si quis de pace tenenda, in vsib. feud. quod speciatim militare in clericis. suadet glossa in cap. clerici, el 1. de vit. & honest. cleric.

Alterum est, in eo, qui portat arma ligata, posse enim scribunt Doctor. per textum in cap. 1. §. mercator de pace tenend. in vsib. feud. notatque in indiuiduo Bald. in §. si quis rusticus, eiusdem capitis primi, & Cotta sing. incipiente armorum, prope finem, atque ita passim fieri in Ciuitate Neapolitana, non me latet, prout, & in alia Venetiæ, testatur præcitatus Baldus.

In hac specie armorum mihi euenit casus, non contemnendus, cum quidam Sacerdos odio prosequeretur ab aliquibus, imò propter factiones existentes, in terra Rochettæ, inter Ciues illius vtrum
24 licuisset meo Vicario concedere facultatem dicto Sacerdoti deferendi arma; & iustè facere potuerit, ita quod reprehendi non meruerit à me ipso, atque ab alijs superioribus Ecclesiasticis? & acquieui doctrinæ Bald. per ipsum Vicarium citatæ in Rubr. C. qui admitti sub num. 1. tu autem vide Soccin. in vers. vltimo, dictæ Regulæ trigesimæ, atque Andr. Siculum relatum, & comendatum á Cotta indicato memoralis item clem. nè in agro de stat. Monac. & glos. in cap. duò sunt genera 12. quæst. 2. quam sequitur Abb. in cap. clerici de vit. & honest. cleric. quin, & Vgolin. in tract. de potest. Episcopi cap. 13. §. 12. vers. secundo excipitur sub nu. 1. & Riccium Collectan. 1130. par. 4. per decis. 26. Viuij, qui de Religiosis fatur post num. 8.

25 Sed cum deferens arma, posset illis spoliari à ministris, eum capientibus, an etiam vaginam auro gemmisque prætiosis ornatam, perderet? Affirmat Afflict. in dicto §. si quis rusticus num. 11. & Rouit. in citata Pragmatica 6. de Cleric. & Diacon. saluat.

26 Ex his occasionem nactus, perscrutabor, valeat nè potestas laicalis, aùt eius familia capere clericum repertum cum armis, aut delinquere paratum? & licet varia fuerit superinde responsio Doctorum, ipse tamen libentius subscribo affirmatiuæ in his duobus casibus; sed post patratum delictum licet annuat Abb. si de fuga suspectus sit, alij nihilominus reluctantur, opinantes nequire, nisi Ecclesiastici Superioris antecedat auctoritas: quæ omnia perpensè considerat Decius in eodem cap. cum non ab homine à numero mihi 34. & Farinacc. citata quæst. 8. à num. 116. extatque adhuc celeberrimus canon in cap. vt famæ §. laici de sent. excom. qui tametsi, laicis simpliciter inhibeat, nè Ecclesiasticos capere audeant, præterquam si proprij Præsulis mandatum præcedat; attamen assentoir communiori sententiæ, in primis duobus casibus; tenentur tamen, tàm in illis, quàm in nouissimo casu, & quotiescumque licitè capiunt, illicò, ac rectó tramite carceratos ipsos ducere ad illius superiorem Ecclesiasticum, per Bar. in l. si quis in seruitute num. 2. ff. de furtis Bald. in cap. 1. §. si quis, de pace iuram. firmat. in l. si qua per calumniam num. 6. C. de Episcop. & cleric. Dec. post alios adducto cap. num. 41. & Abb. num. 15. Nauarr. citato cons. 27. de sentent. excom. in nouis, & Viuium communis opinione. Verbo Iudex laicus, seù eius familia; Qui ita fatur; familia laicalis potest capere clericum depræhensum in crimine vel rixa; sed non potest illum detinere, immò statim tenetur Iudici competenti Ecclesiastico præsentare, vt sentiunt omnes Canonistæ communiter in cap. cum non ab nomine de Iudic. Et referunt moderni inibi. Resolutio autem illa ab aliquibus tradita, vt valeat
27 laicalis potestas, detinere illos spatio viginti horarum, vnde prodierit, reperire non valeo. Non enim à Iure, quippè quód, illo attento, apparet contrarium verius, scilicet in dicto capite, vt famæ. Neque præterea á glossa aliqua; quamuis autem Stephanus Aufrerius, in tractat. de potest. secular. in Ecclesiast. Fallent. 12. versic. quarto in clerico, sub num. 14. adducat glosam ad eam comprobandam sententiam in cap. cum non ab homine de Iudic. ipsa re vera, nullum scribit verbum de detentione ista per viginti horas; Alij fulciuntur glos. in l. capite quinto ff. ad legem Iuliam de adulter. quæ loquitur iuxta textum illum, de adultero, qui textus patitur retineri adulterum ab adulteræ viro repertum in eo actu, vt reliqui interea ipsum videant, testimoniumque proferant deinde, aduersus illum, quem conuincant de adulterio: Quare ipse in eam sum sententia, vt capientes debeant his casibus statim, nullaque mora postposita illos tradere, & consignare Ecclesiastico Iudici; nisi impossibile foret, ad eum recto itinere accedere; quia tunc seculares Iudices, & ministros reliquos, ab excommunicatione eximerem, si omni prorsus remota fictione, atque excusatione, quam citius fieri posset, consignarent, per notata à Farinacc. quæst. 8. num. 118. alioqui non effugiant censuram si cum potuissent incontinenti ducere, vel dare vinculis, etiam breui temporis intestitio mancipassent.

28 Horum autem omnium armorum inuentor, quis fuerit, non erit silentio inuoluendum, & Tobalchaim fuisse reperi, apud Gulielm. de Benedictis, (si illi id asseueranti, erit adhibenda fides,) in cap. Raynutius, in verbo mortuo itaque testatore num. 16. & scribit etiam Petr. Foller. in Pragmatica de ictu scoppiti num. 11.

29 Cum vero armorum appellatio, largo sumpto vocabulo desumitur, certe non tantum bellica, verum omnium artium instrumenta contineri, certum est; Namque rusticorum arma vocamus, rastra, ligones, & reliqua huiusmodi, Auctore Virgilio, secundo Georg. his verbis.

Dicendum, & quæ sint duris agrestibus arma;

Quin etiam, Nautarum, & pistorum instrumenta, arma appellari nos instruit idem Virgilius in lib. 5. Eneidos, inquiens

Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis.

ita quoque, non ignoramus, arma coquinaria esse,

ſe, lebetem, patellam, tripum,& ollam: teſte Plau-
to aſſerente; quam eleganter inſtructum coquina-
rijs armis, ex cuius prætereà verbis, alibi poſitis,
conſtat, quam claré, quod ſtudioſorum arma,
ſunt, ſtylus, pugillares, & libri; ait enim, cuius ar-
ma erant, non venabulum, ac lancea, ſed ſtylus,&
pugillares; Demumque clericorum arma eſſe, la-
chrymas, & orationes, non né antea dixi? per tex-
tum in cap.conuenientior,& cap.armabit 23.quæ-
ſtio. 4. Quinimò arma nonnunquam capi pro bel-
lo ipſo,& togam pro pace; vulgatum illud, & om-
nium ore prolatum, inſinuat adagium. Cedant ar-
ma togæ, quod verò fraudes quoque,& conſilia,
dicantur arma, præportant illa Maronis verba, in
lib. 2. Aeneidos.

Et quærere conſcius arma.

Honeſtati prætereà conuenit Clericorum, Bal-
30 nea lauandi gratia minimè ingredi, præterquam
in caſu neceſſitatis cap.omnis iuncta gloſa final. 24.
quæſt. 1. cap.peruenit de conſecrat.diſtinct.3.quod
vtique peſſimè obſeruant huius temporis clerici,
qui non recogitantes, quæ ſuam ipſorum deceant
honeſtatem, balneum domi ſuæ calefieri haud iu-
bent, at publica ſæpiſſimè, & ſemper adeunt.

Ad honeſtatem clericorum ſpectat, nequaquam
31 venari, cum id ſit eis vetitum toto titulo de cleric.
venat.& cap.qui venatoribus 86.diſtinct.etiam in
minoribus tantum conſtitutis ordinibus, ex doctri-
na Anan. in cap.1. in fine de cleric. venat. quamuis
Anton.de Butr.inibi contra ſentiat; eſſent tamen
pro ſuperioris arbitrio puniendi ex reſolutione
Hoſtienſ.Ioan.Andr. & Henrich. in eodem cap.1.
Hoſtienſ.in Summ.allegat.tit.§.final. & Djaza pra-
xi crimin.canon.cap.61. animi verò gratia, aut cu-
iuſpiam cupidinis cauſa, vel victum ſibi compa-
randi ſtudio, minimè eis prohiberetur venatio, nec
indecora quidem eſſet, non tamen frequens, ſed
quam rariſſima, vt concludit Abb.in eodem cap.1.
in fine, Archidiacon. in cap. qui venatoribus num.
2. diſtinct.86. Maximè ſi ſit venatio, cum laquea-
ribus, retibus, & ſimilibus, ſine ſtrepitu, ſine cani-
bus, aut clamore, quæ conceditur clericis, Zabarell.
clement.ne in agro §.porrò num.3.de ſtatu Mona-
chor. Anan.in rubrica de cleric.venat.num.2.Præ-
poſit.in cap.1.num. distinct.34. & Ioan. de Pla-
tea in l.Senatoribus C. de excuſ.muner. lib.10. ſed
non omittenda eſt, additio ad Abb.in dicto cap. 1.
hanc venationem concedi clericis, dummodò fre-
quenter non inſiſtant; illam verò cum canibus ra-
riſſime, atque oblectationis cauſa permiſſam, & in
dubio delectationis gratia, & recreationis cauſa
fieri, ſit præſumendum, interpretatur, & tuentur
prætereà Alexand. conſ.72. inſpecto num. 13. vo-
lum.1. Cardinal.in citato cap.qui venatoribus, Fe-
lyn.in cap. final. num. 11. de præſumptionib. Me-
noch.conſ.221.nulla certè eſt ratio num.51.volum.
3. Anan.in cap.1.num. .de cleric.venat. & Lucas
de Penn.in adducta l.Senatoribus C.de excuſſ.mu-
ner.lib.10. Piſcari verò ſéper permittitur cap.Eſau
86.diſt. vbi gloſ.final. duas refert diuerſitatis ratio-
nes, quare venatio prohibeatur clericis; piſcatio ve-
rò permittatur, ſed mihi arridet ratio recitata in
eodem cap.Eſau, quia penitus non inuenimus in
ſcripturis ſanctis, ſanctum aliquem venatorem,
ſed piſcatores inuenimus multos ſanctos: ideó illos
imitabimur, ſi piſcatores erimus, eorumque vitam
ſequemur; Alia plura de clericis venatoribus tan-
go in rubrica de perſon. prohib. promou. cap. 23.
num. 39.41. & alijs, necnon Hieronym. Schurfius
conſ.1. á num.6. centur.3. qui ſub num.6. arbitra-
tur, iure Diuino prohiberi Miniſtris altaris, vena-
tionem.

Clericorum ſtatum dedecet aleis ludere, ijſ-
32 demque intereſſe ludis, aut illorum eſſe partici-
pes cap.clerici officia hoc tit.cap.Epiſcopus 31.di-
ſtinct.§.interdicimus in authent. de ſanct.Epiſcop.
ita nec ad taxillos, eodem cap.clerici, & latè Detius
conſ.115.num.1.& 3. quinimo prohibentur, etiam
gratis, ad hos ludere ludos, ex Gloſ. in dicta auth.
& §.interdicimus, ſequiturque Ioann.Faber in ru-
brica C.de ſanctiſſ.Epiſcop.num.14. ſed Tolet. in
inſtruct.Sacerdot.lib.5.cap.27.poſt nu.5.arbitratur
hos ludos non adeó eſſe prohibitos, quin ipſis cle-
ricis liceat ob recreationem, & cum ſumma parua
eſt, ſed rariſſime, & Menoch. conſ.221. nulla cer-
tè eſt ratio num.49.volum.3. qui prætereà videtur
aſſerere, vt conſtare debeat, ſi lucri cauſa luſerit,
alias præſumatur recreationis gratia feciſſe. Pœ-
nam tamen Clerici aleatoris, eam eſſe iudicauit
Rota, vt beneficio cenſeatur indignus, & collatio
facta publico luſori nulla ſit. occulto verò, veniat
irritanda, vt atteſtatur Aldobrand. in deciſ. 426.
nu.2. par.1. qui poſteà ad ſummi Pontificatus api-
cem euectus Clement. VIII. nomen aſſumpſit, vir
quidem adprime doctus, ac ne dum purpura, ſed
ſanctitate fulgens, quique vtrumque tempus, &
bellorum (teſte Ferraria capta,) & pacis, iuſte,
pie, recteque ſe geſſit; adeo quod ipſum iuſtitiæ
vindicem, orbis appellat, & Religionis amantem;
Huiuſmodi verò conſimiles luſores, ſi publici ſint,
etiam antequam fuerint de delicto moniti, non
erunt admittendi ad ordines, neque ad obtinenda
beneficia, ex gloſa in adducto cap.clerici verſic. ad
aleas; vt autem priuentur obtemptis antequam lu-
ſores effecti erant, debet ſané præcedere monitio;
qua ſpreta, ſi perſiſtant, priuarentur profectò, iux-
ta allegatam gloſ.& Abb.inibi nu.11. Publicus ve-
ró luſor, vt aliquis dicatur, an ſufficiat ſemel, at-
que iterum luſiſſe; atque alia de clerico luſore ſcri-
bit Nauar.in Summ.cap.20. latrunculis verò, quos
vulgo ſchaccos appellant licitè ludere poſſunt ex
ſententia Ioan.Fabri loco iam citato, mortifere ta-
men quando vetitis iocis ludendo peccent diſtin-
ctione vtens, reſpondet Rebell. de obligat. iuſtit.
par.2.lib.12.q.7.nu.10.

Ad honeſtatem inſuper Clericorum, pertinet
33 mores componere ſuos Concil. Tridentin. cap.1.
ſeſſ.22.de reformat. quia non generis ſplendore,
vel parentum amplitudine, ſed morum nobilitate,
innoteſcere debent clerici cap.nos qui, diſtinct.40.
quæ quidem vitæ compoſitio, primo reſpicit gra-
uitatem morum, quæ in ſacris requiritur ordini-
bus, vt atteſtatur Detius in cap. cum in cunctis nu.
5. de elect.

Reſpicit etiam, hæc morum compoſitio, ge-
34 ſtum, & inceſſum, ex decreto eiuſdem Concilij
allegato cap. 1. quia grauitate itineris, mentis ma-
turitatem oſtendunt; nec iniuria Salluſt. Catilinæ
mutabilitatem deſcribens (cuius conſcientia exci-
tatam curis mentem vexabat) inter cætera hoc
etiam

etiam notabile iudicauit, inquiens, citus modo, & modo tardus incessus; quibus consonant, quæ cap. 16. Eccles. scribuntur, & Epist. 40. Senec. in fin. vbi quemadmodum sapienti Viro, incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax; exinde incessum, grauem esse debere, seruilem verò properatiorem, dixerunt Plaut. in cap. penult. & Pont. cap. 1. de magnan. atque liberos homines per vrbem, modico magis par est gradu ire, seruili currere, scripsit Plato in Carm. incompositio namque corporis inæqualitatem indicat mentis, vt ex sent. Diu. August. relata in cap. fin. §. sicut ergo, dist. 41. quod perpendentes Hispani, iam, iam, moribundi, legant filijs grauitatem, quod nos edocet Liu. lib. 28 his verbis; Hispanos, presso gradu incedere iubet: quare id conuenientius clericis congruere fatendum est; nec mirum si in eis considerandum esse incessum, & habitum dixit Dec. in cap. cum in cunctis num. 8. de elect. per cap. 1. dist. 41. cap. clerici, hac rubr. & clem. 2. eodem tit. nostro, atque Isidorus lib. 2. offic. cap. 1. registratus in cap. his igitur 23. dist. eos admonet, nè petulanti, fluidoque, seù tumido gressu incedant, at pudorem, & verecundiam mentis, simplici habitu, incessuque ostendant.

Atque, hæc morum compositio clericorum, respicit etiam venustatem oculorum, nam eos quidem debent castos custodire cap. ex merito 6. quæstio. 1. ideoque vagis oculis incedere, eis minimè fas est, iuxtà cap. his igitur 23. dist. namque, in illis tunc perpenderetur impudicitia, & qui haberet oculos impudicos, non posset dici oculos habere pudicos; cum oculus impudicus, impudici cordis, sit Nuncius, cap. nec solo 32. quæst. 5. quod idem demonstrat Cicero in lib. de oratio. dum inquit, quod oculi sunt, quorum, tùm intentione, tùm remissione, tùm coniectu, tùm hilaritate, motus animorum significamus; ipseque id luculentius scribens, probo inferius in Rubr. de person. prohib. prom. cap. de corpor. vitiat. vers. & ante alia, circa finem.

Hæc demum compositio, respicit sermonem, vt Conc. Trident. eodem cap. 1. sess. 22. de reform.
35 nam quamuis Cicero, in Epistola ad Quintum fratrem, arbitretur periculosum esse, probus nè sit, quispiam, an improbus, ex sermone iudicare; quia multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura, nam frons, oculi, vultus persæpè mentiuntur, oratio verò sæpissimè; ob idque Tassus in sua Ierusalem liberata, cantu 5. rythmo quarto, ista quæ sequuntur, protulit carmina.

Soggiunse poi, bench'io sembianza esterna
Del cor non stimi testimon verace,
Ch'in parte troppo cupa, e troppo interna
Il pensier di mortali, occulto giace.

Atque ipsemet Cicero in orat. contra Lutium Pisonem, dùm in illum inuehitur dixit, non enim color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi, deceperunt; sed oculi supercilia, frons, vultus denique, qui sermo quidam tacitus mentis est: hic in errorem homines impulit, hic eos, quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit; atque iterum contra eumdem Pisonem in oratio. pro sextio, inquit, nam quid ego de supercilio dicam? quod hominibus non supercilium, sed pignus Reipublicæ videbatur, tanta erat grauitas oculi, tanta contractio frontis, vt illo supercilio, tamquam virtutis vmbraculo, vt Athlante cœlum niti videretur, erat hic omnium sermo, Reipublicæ magnum, firmumq; subsidium, & mox; etenim animus eius vultu; flagitiæ parietibus tegebantur: Nihilominus censuit Tridentina Synodus allegat cap. 1. clericos componere debere mores suos, præsertim, quò ad sermo-
36 nem, & quidem rectè, Regula namque nos docet orationem animi vultum esse, authore Seneca Epistol. 115. & Matthæi capite 26. dicitur; nam, & loquela tua, manifestum te facit; sint igitur omnes Clerici, veloces ad audiendum, tardi ad loquendum, & tardi ad iram; iuxta auctoritatem Iacob. Apost. cap. 1. atque huic simile est, eiusdem Apostoli dictum in cap. 3. si quis putat se Religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est Religio; si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir; His etiam congruit, quod scribit Diu. Ambros. lib. 1. de offic. Primùm officium est loquendi modus, hoc sacrificium laudis Deo dependitur, hoc reuerentia exhibetur, cum scripturæ diuinæ leguntur, hoc honorantur parentes, scio loqui plerosque, cum tacere nesciunt; parum est tacere quemquam, cùm sibi non prosit loqui, sapiens, vt loquatur multa prius considerat; quid dicat, cui dicat, quó in loco, quó tempore; & in cap. 3. in eandem sententiam, per alia verba ipsemet scribit. alliga sermonem tuum, nè luxuriet, nè lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat; sit restrictior, & Ripis suis coerceatur. Cito lutum colligit amnis exultans; sit ori tuo ostium, vt claudatur, vbi oportet, & obseretur diligentius, nè quis in iracundiam excitet vocem suam, & contumeliam, rependat contumelijs, audisti hodie lectum, irascimini, & nolite peccare; ergo & si irascamur quia affectus naturæ est, non potestatis, malum sermonem, de ore nostro non proferamus, nè in culpam ruamus, sed iugum sit verbis tuis, & statera; hoc est humilitas, atque mensura, vt lingua tua menti subdita sit, restringatur habenæ vinculis, frænos habeat suós, quibus reuocari possit: ad mensuram sermones proferat, libra examinatos iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus; his quoque adstipulantur, quæ Diu. Gregor. lib. 6. moral. cap. vltim. scripsit, nempè, in omni quod dicitur, necesse est, vt causa, tempus, & persona pensetur; si verba sententiæ, veritas roborat, si hoc tempus congruum, postulat, si veritati sententiæ, & congruitas temporis, non repugnet; atque perbelle etiam Isidor. lib. 1. offic. dicit, sermo debet esse purus, simplex & apertus; plenus grauitatis, & honestatis, plenus suauitatis, & gratiæ, & qui loqui vult prænoscat, quid, cui, quando opus, vel quomodo proferat. & consimilia scribit verba Diuus Hieronymus quæ referuntur in cap. quoties 22. quæst. 5. nec immeritò tot patres hæc scripsere: eos namq; videntur monuisse sacræ Scripturæ sententiæ; Psalmus etenim 106. dicit, vir lingosus non dirigetur in terra, & lib. Prouerb. 10. habetur, quod in multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua prudentissimus est, & lib. 13. qui cu-

stodit

ſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala; lib. autem 17. dicitur, qui moderatur ſermones ſuos, doctus eſt, & Eccleſiaſt. 5. nè temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo: Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram; iccircò ſint pauci ſermones tui, & 28. verbis tuis facito ſtateram, & fræenos ori tuo rectos, & attende nè fortè labaris in lingua tua; cultus Iuſtitiæ ſilentium; quæ quidem omnia roborat ſententia illa relata Eccleſiaſt. cap. 32. & Matth. 12. de omni verbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die Iudicij. Otioſum verò eſt verbum, quód aùt ratione iuſtæ neceſſitatis, aut intentione piæ voluntatis caret, ex Diuo Gregor. in Paſtor. cap. 15. par. 3. omnes igitur Chriſti fideles, ac præſertim Eccleſiaſtici ſtudeant, linguam ſuam attente cuſtodire, ſibi præcipuè dictum putantes. Quod Pſalm. 33. dicitur, & labia tua ne loquantur dolum; imó & illud. Quod Paul. ad Epheſ. 4. ſcripſit, omnis ſermo malus ex ore veſtro, non procedat, & ad Colloſ. 4. Sermo veſter, ſemper ſit ſale conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere, quia vt dicitur Matth. 18. non quod intrat per os, coinquinat hominem, ſed quod exit ab ore; nimirum ſi natura ſagax, aures fecit patentes, lingnam verò duplici clauſula circundedit, labijs ſcilicet, & dentibus, vt prudentiſſimus Seneca prudenter aduertit; & ſi duas cuiquam dedit aures, totidemque oculos, vnum verò os; nàm debet eſſe prouiſus, tàm in videndo, quám in loquendo, ſed copioſior in audiendo; quia ſenſus auditus, eſt ſenſus diſciplinæ, ſenſus viſus multarum rerum nobis differentias oſtendit; loqui verò, tantum modeſtè, ac parce conuenit, ideò vnum os, illudque labia circumſtant, vt ſe vir moderet in loquendo, ex Ariſt. in prohęm. de auribus verba faciente.

37 Præſertim verò clerici compeſcant linguas ſuas, & cohibeant á mendacio, nam os quod mentitur occidit Animam Sap. 1. ideó perdes omnes, qui loquuntur mendacium, habetur pſal. 5. & Diuus Petrus, qui optimè nouit, potius allicere poſſe humanum geuus ad bene, beatæque viuendum, & á malo retorquere, pollicitatione rerum temporalium, quàm fortaſſe ęternarum, ſic enim alloquitur Epiſtola 1. cap. 3. qui vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum; expertus namq; erat Apoſtolus ille, atque in dies, manu comprehendebat mortales homines flagranti cupiditate ardere viuendi, tantiq; vitam facere, vt ſalubriorem theriacam eis proponere haud intellexerit, quàm linguis à malo cohibitis exoptatam vitam, diesq; proſperos polliceri, niſi ſententiam Apoſtoli velimus interpretari, de vita æterna, boniſq; diebus in Paradiſo; cui interpretationi, concinit ſententia Diui Ambroſij lib. 1. de Virgin. ingreditur mors, per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter.

38 Hinc ad vtiliora deſcendo, atque in memoriam reuoco, triplicem ſpeciem mendacij Doctores diſtinguere, pernicioſum nempè, iocoſum, & officioſum, vt explicat abundè Herman. in explic. octaui præcepti Decal. verſ. mendacium; intelligat tamen quilibet Chriſtianus, præoptandam eſſe mortem, & expetendam potius, quàm mentiri, etiam officioſè, aùt iocoſè, ſibi dictum putans, quod Eccleſ. 7. ſcribitur, noli velle mentiri omne mendacium, igitur qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus cum gloſ. ff. de legat. 3. & l. à Procuratore C. mand. atque ideò Diu. Thom. in 3. lib. ſent. diſt. 38. quæſt. vnica artic. 2. in 2. ſcripto, dicit, omne mendacium eſſe

39 peccatum, quantumcumq; aliquis propter bonum mentiatur; quinimò quiſquis aliquod genus mendacij, quod peccatum non ſit, putauerit eſſe, ſeipſum turpiter decipit ex auct. Diui Auguſt. in lib. de mendacio; non tamen dicendum erit, omne mendacium, mortale peccatum efficere, ſed ſolum pernicioſum; Iocoſum verò, & officioſum non niſi veniale Diu. Thom. alleg. diſt. 38. art. 3. & in ſum. 2. 2. quęſt. 110. art. 4. verſ. reſpondeo in fine, Diuus etiam Anton. in ſum. par. 3. tit. 16. c. 2. verſ. tertio ſi mendacijs, nec non Durand. in eodem lib. 3. ſent. diſt. 38 quæſt. 2. & Tolet. in ſum. de ſeptem peccat. mortal. cap. 54. nu. 9. per accidens tamen, vnumquodque illorum poteſt fieri mortale, puta ſi aſſiduitate aggrauetur, Herman. dicto verſ. mendacium, aut ſi iuramentum addatur. Sylueſt. verbo mendacium num. 3. in medio. Armill. eodem verbo num. etiam 3. vel ſi ſcandalum inde oriatur, veluti ſi non vereatur publicè mentiri, propter ſcandalum, vt ſupracitata quæſt. 110. artic. 4. verſ. reſpondeo in fine, docet Diu. Thom. aùt ſi eſſet perſona grauis illud dicens, vt exemplificat Armill. loco citato; ſubiungens hoc idem eſſe ratione voti, nam ſi vouiſſet nullum amplius, dicere mendacium, vtiq; mortaliter peccaret ſi officioſum, aùt iocoſum diceret; ſi tamen pernicioſum excuſaretur leuitate materiæ, eſſet veniale Tolet. eodem iam memorato cap. 54. num. 8. antiquitus autem, etiam in foro exteriori magni criminis inſtar erat, mentiri; apud Perſas enim, & Indos, qui ter mendacio abuſus erat, illi per omnem vitam, ſilentium indicebatur, nulloq; Magiſtratu, aut honore dignus habebatur; Artaxerſes, quoque mirificè mendacium auerſabatur; atque adeò vt mendacis linguam triplici clauo affigi iuſſerit; ac fertur Epaminundas, tàm ſeuerus veritatis cultor fuiſſe, vt ne ioco quidem ſit quandoque mentitus; teſte Alex. ab Alex. in lib. 6. genial. dier. cap. 10.

40 Illud quoque merito his ſubnectendum videtur, adulationem præcipuè, Eccleſiaſticas perſonas effugére debere, nam ſimulator, ore decipit amicum ſuum, Prouerb. 2. & Diu. Hieronym. ſuper Pſalm. inquit; nihil eſt, quod tam facile corrumpat mentes hominum ſicuti adulatio: plus enim nocet lingua adulatoris, quam gladius perſecutoris, atque alia conſimilia protulit verba Diu. Gregor. lib. 16. moral. cap. 3. quæ relata reperiet lector in cap. ſunt nonnulli 4. diſt. hinc Cic. de amicitia, non immeritò dixit. In amicitijs nullam peſtem eſſe maiorem, quam adulationem, blanditias, & aſſentationem: quam maximopere aborrentes Patres Carthaginenſis Concilij 4. cap. 56. ſtatuerunt, clericos adulationibus, aut proditionibus vacare comprehenſos, ab officio degradandos; quinimò, & laudati ab illis, eniti deberent, non ſibi adulari permittere, ſed vt Criſpus Paſſienus dicebat, nos adulationi opponere, non claudere oſtium, atque ita equidem cenſeo; non enim ſufficeret illi claudere oſtium, quemadmodum amaſiæ quiſque ſolet; nam illa ſi impulit grata eſt, gratior, ſi effregit, vt ait Seneca

in præfatione lib. 4. natur. quæst. in princip. sed se toto pectore debere opponere; Huius autem adulationis vitij perquam insignis, partes tres constituit glosa in cap. clericus qui 46. dist. in cap. vnum orarium, circa finem, vers. adulari 25. dist. alia namque est nimium extollens bonum in laudato existens; alia eidem tribuendo bonum, quo caret, atque vtraque hæc, veniale est peccatum, postrema, malum, quod habet approbando, & ad voluntatem loquens, non ad veritatem, eaque mortale est peccatum, per cap. væ qui dicitis, & ibi glos. 11. quæst. 3. cuius adulationis causa potissima est superiorum conniuentia, & delectatio, cum (auctore Ouidio) delectet auriculas præconia ferre, & propterea ex Hieronymo ad Eustach. constat, quod à naturali ducimur malo, vt adulatoribus nostris libenter faueamus; namque nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, scribit Valer. lib. 1. circa finem: & refert Anan. cap. 1. num. 4. de cler.

41 venat. Hæc inquam est ratio, quare hoc vitium adeò creuerit, delectatio scilicet superiorum, & vtilitas quam inde sentiunt adulatores, atque ideò, vt cætera, ita & hoc iustè quoque scripsit Diuus Hieronymus, quod hoc vitium regnat in tantum, quod adulari nesciens, aut inuidus, aut superbus reputetur ex eodem Anan. loco iam citato; & ò quàm pauci his temporibus adulatores reperirentur, si illis exitium pro præmio redderetur, quemadmodum, & hoc pretium meditatæ adulationis Gallio tulit, Auctore Cornelio Tacito lib. 6. Annal.

De eis multa tandem prodit Carthagena lib. 6. Homil. 5. illos potissimum Echo comparans, prolatas voces repetenti; nam si expedire aliquid Principes asserunt, annuunt ipsi, si negant Principes, non diffitentur, & illi.

42 Pari ratione, nec eos detractores esse conuenit, nam qui alicui rei detrahit, ipse se in futurum obligat. Prou. 13. nec immeritò Iacob. Apost. Epist. 1. cap. 3. hortatur fratres in hæc verba; nolite detrahere alterutrum fratres mei, qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem, & Diu. Hieron. ad nepotem, illi consulens inquit, caue quoque, nè aut linguam, aut aures habeas prurientes, id est, nè aut ipse alijs detrahas, aut alios audias detrahentes; sedens (inquit Psalm. 49. Propheta) aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ, ponebas scandalum; hæc fecisti, & tacui; existimasti iniquè, quod ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam; parce à detractione linguæ, custodi sermones tuos, & scito, quia per cuncta, quæ de alijs loqueris, iuxta conscientiam tuam iudicaris, & in his ipse reprehenderis, quæ in alijs arguebas; consimilem quoque interpretationem Dauidicis verbis. Psal. 49. & supra relatis, affert Caietan. in sum. verbo prædicatorum peccata; atque ea ipse vtor in fine huius operis, in exortatione ad Clericos propè finem; qui verò tali à detractione, suas cupiunt cohibere linguas ad Omnipotentem Deum præces effundant, dicantq; semper cum Propheta Dauid. Psal. 140. pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis.

43 Ad clericorum item honestatem pertinet, ne perditis hominibus admisceantur, quandoquidem cum Domino perpetuam consuetudinem habere debent; fugiant iccircò illos, ac detestentur; tales enim habeto socios, quorum consuetudine non infameris, scribit Diu. Hieronym. ad nepotem, & quidem, sic res se habet, nam sancta conuersatio confundit inimicum, ædificat proximum, glorificat Deum, vt inquit Isid. lib. 2. Solliloquiorum illiusque tanta est vis, vt dicere fas sit cum Dauid Psalm. 17. cum Sancto, sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris; ideòque sapientissimi Salomonis sententia, Prouerb. cap. 13. plurimi est æstimanda; qui enim (sic inquit) cum sapientibus graditur, sapiens erit; qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam; quibus forsitan rationibus, ca-

44 nones arguunt contra Prælatum, domi suæ inhonestos familiares detinentem, per Abb. in cap. nulli Episcoporum num. 1. de accusat. per illum textum, qui prohibet Episcopo repellere criminosum ab accusatione sui, quem antea neglexerat, à communi familiaritate separare, idque ex glosa fin. ibidem in odium Episcoporum constitutum fuit, cum potius eos retinere honestæ vitæ viros, deceat, qui testimonium de ipsorum vita perhibeant, cap. cum Pastoris, 2. quæst. 7.

45 Ad hanc etiam vitam, & honestatem clericorum attinet, mulierum cohabitationem vitare, cap. oportet 81. dist. & toto tit. de cohab. cleric. & mulier, nisi cum eis, cum quibus propter solas necessitudinum causas, canones id permiserunt, cap. fœminas 81. distinct. atque alijs honestis mulieribus, cum quibus citra omnem suspitionem, consuetudo intercedere possit, puta matre, sorore, amita, & similibus cap. interdixit 32. dist. nam colloquium mulieris, quasi ignis exardescet Eccles. cap. 9. ideo in medio mulierum, noli commorari, de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri, dicitur Eccles. cap. 42. alias memoratu dignas, atque his consonas sententias scripserunt. Diu. Hieronym. ad nepotem, Cyprian. lib. de singul. cleric. Diu. August. serm. 37. ad fratres in Eremo, Concil. 4. Cartag. cap. 17. Concil. Colonienf. cap. 28. de offic. priuat. & publ. cuius Concilij nos debemus animaduertere verba illa, si tamen hæc tempora tantam seueritatem pati non videntur, nos saltem suspectam cohabitationem prohibemus; cui hærent verba Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de reform. Prohibet (inquit) Sancta Synodus quibuscumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspitio in domo, vel extra detinere, cuius Concilij authoritate, aliorumque textuum consimilium, mitigatam fuisse credo, rigidam illam Concilij Maguntini Constitutionem desuper æditam, de qua in capit. 1. versic. sed neque, de cohab. cleric. & mulier. & vigeat dispositio, vt cum illis tantum mulieribus prohibeantur clerici habitare, cum quibus naturale fœdus aliquid permittit suspicari, capite penultimo, dicto titulo; cum quibus, non modo cohabitare, verum etiam conuersari, est clericis inhibitum. Hac etiam ratione vetitum est, ipsos solos mulierum domos ingredi, neque causa visitationis cap. clericus 81. distinct. iuncto cap. in omnibus eadem illa dist. ideòque Diu. Hieron. admonuit nepotem, inquiens, si propter officium clericatus, aut vidua visitatur, aut

Virgo,

Virgo, numquam ſolus domum introeas. Nè dicam vt mulieres ipſas non tangant, quauis etiam ex cauſa, eaque quantumuis honeſta, ideó teſtis eſt Poſſeuinus in ſua praxi de officio curati cap. 7. ſub num. 84. aitque, ſe ſcire Religionem longè piam ita practicantem, nè etiam ſuper veſtes, locaque itidem honeſta tangant; vt inter loquendum, alij & male faciunt; neque prætcrea admittentem grandiuſculas ad deoſculandas manus, eas nempè, quæ excederent octauum annum, licet blandiri paruulis, res ſit eorum parentibus grata, & curato præſertim amorem conciliet. Ait inſuper generatim melius eſſe, ſi cum fœminis aſperi ſint, quam placidi. Ita arbitratur; quin, & bonum eſſe abſtinere cum illis loqui ſi neceſſitas abſit; & tunc neque longius protrahere ſermonem, cuius ſalubre conſilium, ſi his noſtris temporibus amplexarentur Eccleſiaſtici, ò quam eorum animabus prodeſſet, & minora adeſſent in orbe ſcandala, atque peccata, ex murmuratione ſaltem, aut temerario iudicio prodeuntia. Deflectit poſtmodum idem Poſſeuinus num. 85. ad eas mulieres, quæ octauo quoque die confiteri ſolent, aut frequentius, & tamen cum accedunt ad confeſſiones, tamdiú immorantur; quamdiù poſſet quiuis perditus homo, aùt perfidus latro propria confiteri facinora, & vt illius verbis vtar, Dant multum quod loquantur aſtantibus. Tu vide an benè hoc cedat, & tollatur iſta admiratio. Poſtquam perſonam noueris non audias, niſi mortalia, ſi habet, vel venialia grauiora; reliqua omnia facias verbo generali eam confiteri, quia ita bene confitetur, & non laſſatur expectando. & omnis admiratio tollitur; cum illa breuiſſime præſtari poſſint: & ſi talis pœnitens conqueratur, quaſi non planè ſatisfiat illi; tu doce veritatem decentemque modum confitendi, omittatque non neceſſarium.

46 Quod ſi aùt cum illis habitare, aùt fornicari pateat, ſacri canones expetunt ab eis pœnas conſtitutas in cap. ſi quiſpiam cap. ſi quis Epiſcopus, & cap. ſi quis clericus 81. diſt. & Diaza pract. crim. can. cap. 73. eoſque innouat ſancta Trident. Synod. in cap. 14. ſeſſ. 25. de reformat. niſi poſtquam moniti fuerint eiuſmodi clerici, quia illic præſcribitur forma á ſuperioribus obſeruanda contra prædictos, tùm prima vice, tum ſecunda monitos, & non reſipiſcentes; Illud tamen non omittendum duxi, quod aliqui credunt, idque maior pars Doctorum pro-

47 bat, vt clericus notorius concubinarius, ſit ſuſpenſus, & irregularitatem contrahat, ſi tali durante ſuſpenſione celebret; eorumque verior eſt ſententia de iure, ſed contraria conſuetudine conſtat hanc ſuſpenſionem hoc caſu ceſſare, vt inquit Sotus in 4. ſentent. diſtinct. 1. quæſt. 5. artic. 6. verſic. in contrarium autem, & diſtinct. 13. quæſt. 1. artic. 9. in fine. Salzed. ad Diazam adducto cap. 73. Henrichez ſumm. Theol. moral. lib. 13. cap. 5. §. 3. cap. 31. §. 3. & cap. 36. & lib. 14. cap. 5. §. 2. iunctis gloſis in omnibus prædictis locis, atque Medin. lib. 1. inſtruct. cap. 11. §. 8. ſuccurrit Simanch. in tract. de Catholic. inſtitut. tit. 9. num. 207. & Innóc. in cap. fin. de clerico excommun. miniſtr. idque maxime poſt Concil. Trident. quod renouans pœnas Iuris, dumtaxat illum puniri iubet per Iudicem cap. 14. ſeſſio. 25. de reformat. non tamen perperam ageret, qui cautius procedendo ab iſta irregularitate diſpenſationem obtineret ad cautelam, ex doctrina Couar in Clement. ſi furioſus part. 1. §. 1. num. 5. de homicid.

His tandem opere prætium viſum eſt ſubnectere verba illa, quæ ex Concilijs Agathenſi, Laodicenſi, & Carthagin. 5. tradit Prouinciale Concilium Colonienſ. cap. 25. ſub Rubr. de offic. pri-

48 uat. & public. Quod olim tanta honeſtas deſiderabatur in clero, vt nè nuptialibus quidem conuiuijs, ipſis intereſſe liceret, nec immiſceri ſpectaculis, ac cœtibus, vbi amatoria cantabantur, aut obſcœni motus corporis, choreis, & ſaltationibus efferebātur, né auditus, & intuitus ſacris Myſterijs Deputatus, turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione pollueretur. Alia Pauli verba ad Colloſſ. 3. & vltimo, conſtitueram ſanè referre, quæ ipſe, clericis ſcribit, ac cęteris Chriſtianis de vita inſtituenda; me tamen poſtmodum eius rei pęnituit, eaque ſilentio præterire mauolui, quam à cunctis vti prolixus haberi, tametſi non ea cenſuerim omittere, quæ Diuus Bernard. de curatis ipſis verba faciens, ſcribit ad Eugenium; vt in quacunque re agenda conſideret Parochus, an liceat. an deceat, an expediat id agere; ſapienter, prudenter, humiliter, præeſſe ſtudeat, lentè feſtinet, oculatam manum gerat, nec temere quæcumque credat, Præteritorum memor, Præſentia intueatur, conſideret, futuraque præcogitet. Pertinaciam, & inconſtantiam fugiat, illa ſuperbiam, hæc leuitatem matrem agnoſcit. Det operam ſedulo, vt cupiat ex animo pro Chriſto, & pro grege mori. Diuinis hiſce dictis, morem gerens.

Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Prouerb. 4.

Fili, ſine conſilio nihil facias, & non te pœnitebit, Eccleſ. 32.

Meninerit Parochus, ſe magiſtrum diſcipulorum bella gerentium. Imperatorem; Viatorum Ducem, Paſtorem, Medicum, Iudicem eſſe animarum pretioſo Chriſti ſanguine redemptarum; Mente illa cogitet (Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Qualis rector eſt ciuitatis, tales, & inhabitantes eam; qui ſibi nequam, cui bonus.) hæc Bernard. cuius verbis fortaſſe Poſſeuinus in praxi de officio curati, cap. 11. multa congerit ad Curati Prudentiam perneceſſaria, quin circa veſtimenta, ita fatur num. 5. In veſtitu conformet ſe loco, non vilioribus, nè ſui malè accipiant, tanquam eos dedecorans; nec prætioſioribus ornet ſe, nè inuidiam paret, maximè ſi fuerit Curatus ruralis; habens ibi alios clericos: multo magis ſi ipſe in loco, aduena fuerit. Iſta enim inuidiam adducunt. In moribus prudenter ſtudeat, nè ſit agreſtis, ſed placidæ, & laudabilis conuerſationis. Pro quo nota, quod licet mores incompoſiti, ex ſuo genere, & vt plurimum, non ſint peccata grauia, tamen reddunt hominem valdè exoſum. In ſeſſionibus accedendo ad alios, vel alios excipiendo obſeruet modum loci.

SVMMARIA.

Natura vnusquisque scire desiderat, num. 1.
Scientia á sapientia differt, num. 2.
Scientia in genere sumpta tres habet partes. num. 3.
Scientia humana quid sit, num. 4.
Atque ipsa triplex est, num. 5.
Vera declaratio scientiæ eminentis, mediocris, & sufficientis, num. 6.
Eminens in Confessario non sit necessaria, at sufficiens tantum requiratur, num. 7.
Confessarius monere debet criminosum ad detegendum socios criminis, num. 8.
Confessarius mortiferè peccat, si requisitam negligat adipisci scientiam, num. 9.

De scientia ordinandorum, Rubr. V.

CAPITVLVM PRIMVM.

1 NATVRA vnumquemque cognoscendi desiderio teneri, & Philosoph. 1. Metaphys. in procemio docet, & Seneca in lib. de vita beata cap. 37. ostendit, illis nempè verbis. Curiosum nobis natura ingenium dedit; idque probatum erit, si se vnusquisque consuluerit quantam cupiditatem habet ignota noscendi; quam ad omnes fabulas excitetur; nauigant quidam, & labores longissimæ peregrinationis vna mercede perpetiuntur, cognoscendi aliquid abditum gratia, atque remotum. Hæc res ad spectacula Populos contrahit, hæc cogit præclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates euoluere; mores barbarorum audire gentium; quinimmò vnicuique inest homini quoddam principium scientiæ, scilicet lumen intellectus agentis, per quod cognoscuntur statim á principio naturaliter, quædam vniuersalia principia omnium scientiarum, ex auctoritate Diui Thomæ in summ. part. 1. quæst. 17. artic. 1. versic. ad cuius euidentiam.

2 Hæc tamen scientia differt à sapientia; ista namque considerat altissimas causas, vt habetur 1. Metaphys. quamuis autem sit, quædam scientia; propterea quod habet id, quod est commune omnibus scientijs, vt scilicet ex principijs conclusiones demonstret; quia tamen habet aliquid proprium supra alias scientias, cum omnes alias exquirat, & iudicet; nec solum, quò ad conclusiones, verum etiam quó ad prima principia, ideò habet rationem præstantioris virtutis, quam scientia, quæ dependet ab intellectu; vtrumque verò à sapientia, veluti à præstantissimo, quód sub se, & intellectum, & scientiam continet, vt inquit Diu. Thom. prima secundæ quæst. 57. artic. 2. ad primum, & secundum argumentum; & Viguer. cap. 3. §. 8. versic. 5. quorum verba retulisse sat sit, cum huius disciplinæ perfectam me cognitionem habere, haudquaquam profitear, tametsi legalem professionem nedum addiscere, verum etiam aliarum quoque percurrere libros iucundum mihi semper fuerit. An autem inter sapere, & sapientiam quicquam intersit, Peripatetici, & Dialectici diuersè sentiere; tu percurrere Senecam poteris hanc susissimè enucleantem Thesim Epist. 117. Magnum quoque discrimen, inter scire, & meminisse tradit idem Seneca Epistola 33. desideras, & inquit, illum nos dicere scire, qui sua memoria facit quicquam, nec ab exemplari pendet, ac toties ad Magistrum respicit, meminisse verò illum, qui rem commissam memoriæ custodit.

3 Quin & ipsa scientia, in vniuersum sumpta, tres habet partes. Alia enim est humana, & acquisita, alia est donum Spiritus Sancti, & communis omnibus iustis; Alia est, quæ cum gratia gratis data certis personis ad aliorum vtilitatem datur, vt Viguer. asserit cap. 13. §. 3. Sed nè videar immittere falcem in messem alienam, aliqua dumtaxat ad scientiam humanam pertinentia congeram.

4 Hanc vero describere potero, esse cognitionem rerum per causas, ex Aristotile in prohœm. primæ phylosophiæ, & secundo Metaphys. sext. cap. 13. nec non 1. Physic. sext. cap. 1. & 1. poster. 7. Ideò scire, quid facias, & nescire quò ordine facias, non esse perfectè cognitionis, dicit è nostris Gomes. in Rubr. de constitut. in 6. numero 8. & eam acquirere impediuntur homines, neque in ipsius studio valde proficiunt, triplici ex causa; Prima propter hebetudinem ingenij; Secunda propter alias occupationes, & necessitates temporalis vitæ; Tertia propter torporem addiscendi; Diu. Thom. 2. 2. quæst. 2. artic. 4. in medio, non enim valet aliquis illam adipisci nisi cum labore, vt dicit Cardin. Iacobat. de Concil. lib. 5. artic. 8. numero 35. quinimmò acquisitam, quisque amittit non nullis modis, quos scribit Arist. in lib. de longit. & breuit. vitæ cap. 2. eorum aliquos congerit Diu. Thom. 1. par. summ. quæst. 89. artic. 5. vers. respondeo dicendum: præsertim autem obliuione ex animo labi affirmant, quare vt scias, non esse satis didicisse, inquit Seneca, intercidit enim scientia, nisi continuetur in lib. 3. de benefic. cap. 5. & hominum memoriam labilem esse, non ignoramus.

5 Atque huius humanę scientiæ, & acquisitæ, Doctores nostri tres constituunt species in cap. cum in cunctis, de elect. vbi Innoc. num. 1. & Abb. nu. 4. primam eminentem vocarunt, quam illum habere arbitrati sunt, qui subtiles, ac difficillimas quæstiones discutere, atque diffinire noscit, nec non ex tempore sine librorum reuolutione, scit respondere, de illis interrogatus, Aliam mediocrem nuncuparunt; eamque illum acquisiuisse autumarunt, qui studio operam nauando cum reuolutione librorum alicuius scit quæstionis perquirere veritatem; ac quamuis multa ipsi veniant in mentem, in

in vtramque partem, verius tamen eligere, & conſtituere non ignorat, ac deinde certum ſcit dare reſponſum, & has duas ſcientiæ declarationes approbat Felyn. in cap. per tuas, el 1. num. 2. de Simon. Tertiam denique nominarunt ſufficientem, hancque, illum adeptum eſſe putarunt, quem minimè latent ea, quibus ſuum munus penſumque exercere poſſit.

Animo tamen meo ſedent, quæ in hac reſcripſit Rebuff. in concordat. Franciæ, Rubr. de Regia ad Prælat. nomin. verſ. eminentis ſcientiæ, vbi, & ſi
6 triplicem illam ſcientiæ approbet diſtinctionem, refellit, tamen declarationes nuperrimè relatas, ac primo ſi eminens illa foret, quam illi tradunt, & ipſe ſupra commemoraui; nullus vtique adeò vir eruditus in hoc orbe reperiri poſſet, qui illam diceretur aſſecutus, quod tum maximè veriſſimum exiſtimo, in vacantibus legali ſcientię, cuius profeſſores nequaquam dedecet ex tempore interrogatos aliquid reſpondere, eiuſque contrarium poſt reuolutionem librorum affirmare, vt dicebat Iaſon, ac propterea inutiles iudicarentur, fruſtraque textus de hac eminenti ſcientia loquerentur, vt cap. niſi de ætat. & qualit. & alij; ideò Dec. in cap. cum in cunctis num. 31. de elect. ab illorum ſententia recedendo, dixit eminentem ſcientiam eſſe, qua mediante omnes, etiam difficillimas quæſtiones, cum reuolutione librorum quis ſcit Iure decidere; ſed Rebuffo loco nuper citato, ex alluſione vocabuli (quæ non numquam bona cenſetur l. 3. §. mutui datio ff. ſi cert. petat.) non diſplicet eminentem ſcientiam eam dici, quæ manet penes aliquem præ alijs, ideoque ille dicatur eminentis ſcientiæ, qui præ alijs maiorem habet ſcientiam, tunc autem poteſt ſibi locum vendicare diſpoſitio textus in cap. venerabilis de præb. dicentis, cum vix viri eminentis ſcientiæ valeant reperiri; ergo quia aliqui reperiri poſſunt, quamuis difficillimé, ſi ita interpretabimur, & hanc eſſe eminentem ſcientiam dicemus, quod ſi huius eminentis ſcientię admittamus declarationem illam, quam ſuperius ex aliorum doctorum auctoritate recenſui; certè nullus vnquam reperiri poſſet, & conſequenter, à verò deuiarent verba citati cap. venerabilis. Mediocrem vero Rebuff. aſſerit eſſe, quæ pares habet, & ſic mediocris, quaſi medium tenens, quam ipſe potius competentem nuncuparem, iuxta textum in cap. cum nobis olim de elect. & cap. niſi cum pridem de renunc. ſufficientem autem approbat eam eſſe, quàm ipſimet Doctores affirmant, ſi ſcit ea, quæ ſibi, & ſuo beneficio, vel officio incumbunt, qua carentes ſi aſſumantur ad gradum aliquem, ſibi laborandum eſt, vt illam addiſcant, atque ita minimè ignorent, quæ eis ſcire neceſſaria ſunt. Et qua pollere debeant Sacerdotes Auricularij aduertit Nauarr. in cap. 4. num. 8. & Valer. Reginald. in tractat. de Prudentia, & cœteris in Confeſſario requiſitis cap. 22. num. 27. Aiunt enim, quod Confeſſarius, vt ſit perfectus, & ſolus poſſit de omnibus diſcernere, debet probè tenere, & callere ſacramentalem, ac moralem Theologiam, vtriuſque Iuris peritiam, & Conſtitutiones ſynodales illius Regionis in qua audit confeſſiones, verumtamen vt ſit ſufficiens muneri á ſe obeundo, ſatis eſt, ac neceſſarium vt libros, ſiuè græcos, ſiuè latinos, ſiuè vulgares religens, diligenterq; ſecum conſiderans, intelligat, quæ peccata ex ijs, quæ illi, quorum audit confeſſiones communiter perpetrant; quæ ſint mortalia, quæ venialia, & quæ circumſtantiæ ſint neceſſariò confitendæ, quibuſque criminibus ſit annexa excommunicatio; quæ ſint peccata reſeruata; quæque reſtitutionem expoſtulent; vel ſaltem ſciat dubitare in ijs, quæ alij mediocriter eruditi intelligunt, vt nouerit conſulere peritiores, quo modo, & quando ſit illud agendum de quo dubitat. Quod ſi auditurus ſit clericos, debet inſuper ſcire illos caſus, in quibus contrahere illi ſolent irregularitatem; aut ſaltem noſſe dubitare circa il-
7 los. Quin nè eminens ſit in eo neceſſaria (quamuis vtile eſſet) at iſta dumtaxat ſufficiens adnectit idem Nauar. propè num. 9. ex doctrina Innoc. in cap. cum in cunctis de elect. Ac propterea non ſubſiſtat eorum concluſio, quæ ſe habet, vt qui ſua ſponte ſe ſe offerunt ad munus confeſſarij obeundum, maiori præditi eſſe debeant ſcientia, quam alij ad id electi á ſuperioribus, eiſque vt obediant tale aſſumunt exercitium; atque ideo priores teneantur de omnibus à pœnitente propoſitis iudicare, An illud ſit mortale, nec ne; An ſit obnoxius reſtitutioni, aut ſit excommunicatione ligatus. An contractus ſit licitus, vel illicitus; An impediat communionem nec ne? nam vt optimè Nauar. ſub num. 9. eiuſdem cap. 4. aſſerit; ſi hæc, veritate inniteretur, ſententia. Pauci, aut nulli ex confeſſarijs ſecularibus ſalui fierent; Inſequiturque præcitatus Reginald. cap. 22. ſub num. 28. Illud tamen me ſemper terruit, quod multi, ipſeque Reginald. pręſertim eodem cap. 22. num. 26. deducunt ex cap. 1. de pœnit. diſt. 6. Defectum ſcientiæ debitæ in confeſſario, eſſe de numero eorum, quæ confeſſionem, & abſolutionem reddunt inualidam; Verba quippè iſthæc, ſunt ſummopere formidanda, & cauti ſint propterea pœnitentes, & idoneos perquirant confeſſarios, qui præterea ſi debita careant ſcientia, & habilitate, non ignorent ſe peccare mortaliter, tametſi pręfulgeant bona vita, aut ingenij ſubtilitate, induſtriaque naturali ad alia munia exercenda, ex eiuſdem Reginaldi ſententia num. 25. Maximè ſiquidem intereſt, Confeſſarios eſſe doctos, ipſeq; multoties expertus ſum; quidam enim crimìnoſus cum propria faſſus eſſet delicta, tacuit aliquos ex ſocijs, ſibi affinitate coniunctos; antequam veró ſuſpenderetur, ſacramentalem fecit confeſſionem, atque à confeſſario expetijt ſi citra peccati labem potuerat illorum nomina detegere Iudici interroganti, & an tunc illos reuelare teneretur; bonus Confeſſarius irregularitatem contrahere pertimeſcens, ſi illi conſuluiſſet, vt propalaret omnes ſocios; reſpondit potuiſſe negare, nec amplius teneri, vt ipſe mihi retulit, huius rei veritatem á me exquirens. Ignorabat enim, quod non tantum pœnitenti conſilium petenti reſpondere debebat obligatum eſſe ad illos manifeſtandum, verum etiam
8 non interrogantem monere, vt omnes culpæ ſocios denunciaret Sot. de ratio. teg. membro 2. quęſtio. 6. Nauar. cap. 18. ſub nu. 58. & Peguer. deciſ. 5. num. 27. par. 1. atque adeò, vt prædicti Confeſſarij ita peccent non admonendo, & abſoluendo, ac illi

non denunciando, vt illic citatus Nauar. adiungit. Hoc itaque si ille non ignoraffet, neuter eorum peccaffet. Eos autem Confessarios iam dictam 9 negligentes acquirere scientiam simili maculari peccato existimo, per auctoritatem Innocent. in adducto cap. nisi, cum pridem sub num. 4. de renunc. suffulti cap. 1. 38. distinct. & doctrina Host. in eodem cap. nisi num. 14. Abb. num. 10. & perbelle distinguit Diu. Tho. in 2. lib. sent. dist. 22. quæst. 2. artic. 1. versic. respondeo dicendum in 2. scripto; tunc vero supplebunt Vicarij per ea quæ scribit Abb. in cap. vltimo nu. 4. de ætat. & qualit. Quod si ex defectu proueniat ignorantia, nequaquam peccarent cap. 1. §. t. cum glosa, versic. ignorat 15. quæst. 1. eos tamen admittere Antistites non deberent, qui diligenter intueri tenentur, qualis, & quantæ sint periti z Sacerdotes, sacris Confessionibus audiendis, præficiendi, teste Antonucio in sua Cathechesi Neapol. lib. 1. cap. 2. vbi, nec non cap. 1. copiosè de hac scientia Confessariorum loquitur.

SVMMARIA.

Scientia, quæ requiratur ad Beneficia, & ordines de Iure communi num. 1.
Quæ autem per Concil. Trident. num. 2.
Pœna ordinati, & ordinantis inscium litterarum, num. 3.
Regulares non examinandos esse de scientia aliqui credunt, num. 4.

Capitulum secundum.

1 SCIENTIAM vnicuique ordini, Beneficio, aut dignitati necessariam, non nulli Doctores non explanarunt, at Iudicis arbitrio relinquendam esse putarunt, teste Bonifacio de Vital. clem. 1. quæst. 1. de ætat. & qualit. Rebuff. in concord. Rubr. de Regia ad Prælat. nomin. §. 1. verf. eminentis scientiæ, sed Diu. Tho. in supplem. ad 3. par. quæst. 37. artic. 2. ait sufficere tantum, habere scientiam quod dirigatur in actu ordinis illius; Concilium autem Prouinciale Mediolanense 4. sub quondam Religiosissimo integerrimoque Viro Cardinali nunc Sancto Carolo Borromeo, nimis rigidè loquitur in hac re, quæ si obseruanda tradere vellet optimus quisque Præsul, laboriosi operis plurimum vtique sustineret; meritò igitur ea silentio prætereunda esse censui, atque à sacra Tridentina Synodo sincita, quò ad ordinandorum scientiam, quam breuissime referenda.

2 Prima enim clericali tonsura (verba sunt Concilij) non initientur, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & scribere nesciant cap. 4. sess. 23. de reformat. cuius verba cum non exprimant in qua lingua, videntur intellexisse linguam vulgarem, seu maternam, ita quod valeat tonsura insigniri, quisquis in sua lingua patria, & natiua, legere, & scribere sciat, & scripsit Azzorius in 2. par. institut. moral. lib. 6. cap. 6. versic. secundo quæritur. Minores ordines ijs qui saltem latinam linguam intelligant conferantur cap. 11. eadem sess. Subdiaconi, & Diaconi ordinentur, qui literis, ac ijs, quæ ad ordinem exercendum pertinent instructi fuerint cap. 13. dicta sessione, atque ad Præsbyteratus ordinem assumantur hi, qui ad Populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ministrandi Sacramenta diligenti examine præcedenti comprobentur, cap. qui piè, eadem sess. illa 23. atque ideò, quia ex dispositione Iuris scire debent canones pœnitentiales, vt Rebuffus dicebat, vtiq; eos dedeceret illos ignorare; quod tamen ipse credo in illis Præsbyteris, quibus ambæ functiones competunt, non quibus vna, puta in eo, qui nedum præcipuam habet auctoritatem supra Corpus Christi verum, at etiam supra Corpus Christi mysticum, quę non nisi Plebanis conuenit. Si verò ad solum priorem actum Præsbyter ordinatur, non aliam fortasse requiri scientiam crederem, quam vt Mysterium Sacramenti intelligat, secutus auctoritatem Sot. in 4. distinct. 25. quæst. 1. artic. 4. versic. tertia Conclusio, vbi singillatim scientiam vnicuique ordini de Iure requisitam, explicat, & nouissime Azzor. in 2. par. instit. moral. lib. 6. cap. etiam, 6. cuius dicta perlegenda moneo.

3 Quod si ignaros litterarum, quis præsumpserit ordinare, vltioni graui, ordinatores, & ordinatos subiacere declarat Innoc. in cap. cum tibi de ætat. & qualit. Sic tamen ordinati nequaquam sunt irregulares, Henrichez summ. Theol. moral. lib. 10. cap. 17. §. 2. vbi in glosa lit. Q. dicit, ita communiter teneri, Corduba casu 9. in sine, nec Concil. Trid. cap. 4. & 11. sessio. 23. requirens scientiam in ordinando, illa carentem facit irregularem, quemadmodum Nauar. cap. 27. num. 205. & Maiol. tract. de irreg. lib. 2. cap. 17. Sustinuerunt, dicentes non eos esse irregulares de Iure, potissimum autem post Concilium, ideo ex sententia Henrici, ignari litterarum ordinati, executione ordinum non carent; sed qui Parochi officium adeptus sit, illi Episcopus coadiutorem dabit, aut Vicarios pro tempore deputabit, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignabit, vel aliter tamquam Apostolicæ Sedis Delegatus prouidebit, quacumque appellatione, & exemptione remota Concil. Trident. cap. 6. sess. 21. de reformat. & Concilium Toletanum 4. cap. 24. & 25. & Tolet. 8. cap. 8.

Regularem verò sacris Ordinibus, atque etiam Sacerdotio poterit Episcopus ordinare dummodò bene legere, & canere ille sciat, licet minorem alijs habeat scientiam, vt affirmat Henrichez in summ. Theol. moral. lib. 10. cap. 17. §. 2. Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 31. num. 5. & 10. & lib. 2. cap. 13. num. 8. quamuis Concilium Tridentinum, locis supra citatis generaliter loquatur, saltem scientiam linguæ latinæ requirens, vt idem Henric. ibidem in glosa lit. V. quinimmo sunt qui dicant, Regulares

4 non examinandos esse de scientia; vt inquiunt Archid. in cap. quando, ibique Gemin. post num. 5. dist. 24. nam glosa in cap. legi versic. instructio 16. quæst. 1. affirmat sufficere Monacho si bonus sit, licet illiteratus, vel irregularis, tametsi hæc duo noceant

ceant clerico promouendo; atque ideo clericos ſeculares debita ordini peritia carentes, ſi quis promoueret, vltra pœnam cap. cum ſit, de ætat. & qualit. mortiferè pecccaret Tabien. verbo Epiſcopus num. 17. & ſuffragantur verba eiuſdem cap. cum ſit; verum poſtremis his temporibus á prædictis recedendo, non admitto minorem ſcientiam ſufficere in regularibus ambientibus initiari, ex his quæ ſcribo Rubr. 12. cap. 13. nu. 27. cum ſequentibus, & notatis per Rodericum quæſt. Regul. to. 1. quæſt. 18. artic. 6. in eius calce, & tomo 3. quæſt. 24. artic. 1. vt demirari liceat, cur contrarium ſcripſerit eodem tomo 1. quæſt. 24. artic. 9. inibi præſertim ſilentio inuoluens text. Concil. in cap. 12. ſeſſ. 23. de reformat. quo fultus alteram, & quippè veriorem iam inſequutus erat ſententiam, indicato articulo ſexto.

S V M M A R I A.

Scientia in beneficijs adipiſcendis diuerſa, & iuxtà qualitatem beneficiorum requiritur, num. 1.

Scientia qua in vnoquoque exigatur declaratur, num. 2.

Parochiales Eccleſiæ non niſi præcedente concurſu conferri poſſunt ab Epiſcopis, nu. 3.

Quod ſi ſint affecta, à quibus conferri poſſint, & num præcedente examine Præſulum, num. 4.

Reſeruatio beneficiorum duplex, generalis, & ſpecialis, & quæ illæ ſint declaratur, nu. 5.

Reſeruatio ſpecialis validior generali, nu. 6.

Approbatio ad beneficium non curatum à quo obtineri debeat, maximè ſi ad inferioris prouiſionem ſpectet, num. 7.

Approbatus qui ſemel fuerit, an iterum ſit pro alterius beneficij conſecutione examinandus, num. 8.

Examen quomodo; & à quo ſit faciendum pro beneficio curato, aut non curato num. 9.

Examinatores ſynodales quos beneficiandos approbare debeant, num. 10.

Examen per concurſum tantum ad curata requiritur, non alia beneficia, num. 11.

Approbatio ſit ne facienda ab examinatoribus de omnibus repertis idoneis ad curam, vel tantum de idoniori, num. 12.

Beneficium ſimplex ſi reſidentiam perpetuam requirat, aſſimilatur curato num. 13.

Beneficij habentis curam animarum, in habitu, idem iudicium, quod de habente in actu, numero 14.

Scientia vnicuique beneficio neceſſaria, Epiſcopi iudicio remittitur. num. 15.

Capitulum Tertium.

1 AD beneficia quoque obtinenda ſufficiens requiritur ſcientia iuxtà beneficiorum qualitatem; namque al'a in ſimplicibus, alia in curatis, atque alia in Epiſcopali dignitate exigitur, per Innocent. in cap. cum in cunctis numero primo Abb. num. 4. Det. num. 34. & cœteros de elect. Imol. in clem. 1. num. 1. de ætat. & qualit. Ioan. de ſelua tract. de benef. quæſt. 5. nu. 1.

2 Volenti itaque ſimplex conſequi beneficium ſatis eſſe, ſi canonicas horas recitare ſciat, dicit Modern. de reſign. benef. lib. 4. quæſt. 11. nu. 30. Etenim ratio traditur, quia illas recitare quotidie tenetur ex cap. vltimo 92. diſtinct. cap. quod à te, & cap. diuerſis fallacijs de cleric. coniug. Concilio Lateranenſe coacto ſub Leone x. §. ſtatuimus, & poſtremo ſanxit Pius V. fœlicis recordationis in ſua extrauag. incipiente, ex primo Lateranenſi Concilio cuius §. ſtatuimus, & extrauag. verba, refert Nauar. in Manual. cap. 25. num. 122. ibique deinde hanc rem copioſè explicat, in tractat. de horis Canonicis cap. 7. per totum illud cap. ac præſertim num. 3. probat, teneri eas recitare, qui ſimplex retinet beneficium ob quarum recitationem intollerabile quid eſſe reputant Doctores, quod pueris beneficia conferantur, vt inquit Armilla verbo beneficium num. 83. Verum ipſe ſecutus Nauar. concluſi in Rubr. de tit. ordin. cap. 5. vt requiratur in eo non ſolum ſcientia per Concilium Tridentinum neceſſaria ad primam tonſuram, at inſuper quod ſciat conſtruere per gloſ. in clem 1. verſ. reputamus de conceſs. præb. & inibi Zabar. ſub num. 1. ibi, ſi bene legit, conſtruit, & cantat. & magis in ſpecie id ex eius verbis reſpectu ſcientiæ neceſſariæ ad beneficium ſimplex, dicit Hieronym. Gonzales in ſuis commentarijs ad octauam regulam cancell. gloſ. 4. ſub num. 73. & ſequitur Gomeſius adiungens ex prædictis tribus ſaltem duo concurrere debere, & licet addat in Galliæ Regionibus, pluris fieri cantus in tractat. de expect. nu. 79. Italos verò duas priores conditiones nouiſſimè anteponere certum eſt; tunc præſertim, cum de beneficij ſimplicis idoneitate agitur, cui cantus haudquaquam eſt neceſſarius; itaque, ſit concluſio, vt pro beneficio ſimplici ſciat legere, & intelligere latine, prout etiam his temporibus concluſit Azzorius in 2. par. inſtit. moral. lib. 6. cap. 6. verſ. ſecundo quæritur in fine, ac propterea, ſit iterum examinandus, qui tonſura inſignitus beneficiandus eſt, defendi indicato cap. 5. ſub Rubr. de tit. ordinand. verſ. ſed contra perſonam.

3 Ad curata vero maiorem quandam, flagitant iura peritiam, quandoquidem animarum cura, ars artium eſt cap. cum ſit de ætat. & qualit. atque ideo onus vix Angelicis humeris ſuſtinendum, vt eam depoſcant ſcientiam, quæ ad fidem, moreſque pertineat, & ſalutarem doctrinam tradendam ſatis ſit: quinimmò humanarum legum cognitio, non procul ab eis eſſe debet, non ea quidem ratione vt cunctas legales difficultates ſcire cogantur, at ea quæ populus credere, & obſeruare debet ex lege, vt inquit

quit Diu. Thom. in supplem. ad 3. part. quæst. 36. artic. 2. vers. ad primum; vel sufficit sit tanta, quæ plebem sibi commissam pascere valeant salutaribus verbis, atque exemplis, quod omnibus necessarium est ad salutem, eos admonendo breuibus quidem, & dilucidis verbis, de vitijs, quæ declinare, vitareque, ac virtutibus, quas sectari eos oportet, vt æternam euadant pœnam, atque cœlestem gloriam adipiscantur: Concil. Trid. cap. 2. sess. 5. quæ clarius explicat Sot. in 4. sent. dist. 25. artic. 4. conclus. 3. vers. & per hoc, idque his explicat verbis. Qui verò Parochiæ in Pastorem præficitur, vt idoneus habeatur, ea scire debet, quæ plebi sunt cognitu necessaria; nempè illa, quæ sunt de necessitate salutis, vt videlicet docere suos subditos sciat fidei articulos, & Decalogum, atque ordinaria peccata, quæ ei per confessionem deteguntur, vtque pœnitentibus salutaria consilia præstare valeat, præsertim verò (cum Diuo Thoma in 4. sentent. dist. 17. in 2. scripto) credo tantam debere esse in eo scientiam qua distinguere noscat peccatum, & non peccatum, atque inter mortale, & veniale; Quinimmò, & sacris literis præditus esse debet, cum eius sit peculiare munus prædicare iuxta Tridentinam Synodum sess. 24. cap. 4. de reformat. quæ præterea sanciuit, vt Ecclesiæ omnes Parochiales non nisi ab Episcopo, & præuio examine per concursum præpositis edictis conferantur, alijsque adhibitis, quæ enarrantur in canone 18. eiusdem sessio. 24. sub Rubr. de reformat.

4 Dubium autem non minimum videtur extare si eas possint Episcopi conferre ad præscriptum modum, quæ generali, aut speciali reseruatione affe-
5 ctæ sunt: & antea annotandum arbitror, quæ generalis sit, & quæ specialis reseruatio; pro qua re percurrenda sunt, quæ tradidit Aeneas de Falconibus in tract. reseruat. quæst. 2. princ. Mileus in suo repert. vers. reseruatio quando dicatur generalis. Cassad. decis. 3. de reseruat. Cardinal. Simonetta in tractat. reseruat. quæst. 4. Mandos. in prohem. Reg. Cancell. quæst. 4. & in glosa facultat. in princ. vers. ad perpetuam; ex quorum dictis illud præsertim videtur concludendum, generales reseruationes dici eas, quæ à iure communi fuerunt introductæ, speciales verò, quæ per Regulas Cancellariæ, indultæ, & aliter; quamobrem generales censendæ sunt, quæ de vacantibus in curia disponunt in cap. 2. de præb. in 6. vel de vacantibus per obitum venientium ad curiam in cap. in præsenti eod. tit. & lib. nec non illæ de quibus loquitur extrauag. ad Regimen de præb. & dignitat. Reseruationes autem in regula prima Cancell. Pontificis Clem. 8. cum alijs septem Regulis subsequentibus factæ, vtique non nisi speciales dicendæ sunt; quæ tamen
6 maioris sanè dignitatis, & roboris sunt, quàm priores, si Doctoribus est adhibenda fides, id enim affirmant decis. 119. legatus siue 3. num. 4. de offic. legat. in nouis, Aeneas de Falcon. in tract. reseruat. 4. Prælud. quæst. 2. princ. num. 4. & in 6. effectu 4. quæst. princ. priuil. num. 12. & Rebuff. in praxi tit. de reseruat. num. 6. His explicatis respondeo principali quæsito, quod iuris communis attenta dispositione; quamuis nemo valeat præfata beneficia affecta, aut eorum alterum conferre, præter Summum Pontificem, eiusdem tamen Concilij san-
7 ctione in eo met canone 18. ad ea quæ curam haberent animarum, quamuis affecta, solus Episcopus examinat concurrentes, iuxta præscriptum modum in dicto capite, & electo digniore rescribit habenti potestatem conferendi, illumque nominat superiori, qui illi conferat, quem modum etiam in affectis, & reseruatis Apostolicæ Sedi, attendendum esse, edocet Pij V. Constitutio 32. exerdiens in conferendis.

In alijs auté non curatis beneficijs, & ad inferioris prouisionem spectantibus quid agendum sit, & à quo approbandi, non licet ignorare, & responsio vera erit si distinctione vtar, quod vel ad liberam collationem inferioris pertinent, vel ad eius institutionem, seù confirmationem præcedente præsentatione, vel electione ab eo qui præsentare, vel eligere potest.

Et primo quidem casu non dubitatur, Episcopi examen non requiri, ex multis declarationibus superinde factis à sacra Congregatione Concilij, quas habeo ad pennam, ac præsertim vna sub die tertia Ianuarij 1594. sub his verbis. congregatio Concilij censuit in prouisione beneficiorum simplicium, quorum collatio liberè spectat ad collatorem inferiorem non requiri approbationem Episcopi, prout requiritur in institutione, vt dicitur ex cap. 13. sess. 7. de reformat.

Altero verò casu habemus textum expressum in dicto cap. 13. sessio. 7. cuius verba sunt; præsentati, seù electi, vel nominati à quibusuis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nuntijs, ad quæuis Ecclesiastica beneficia non confirmentur, neque admittantur etiam prætextu cuiusuis priuilegij, seù consuetudinis, etiam immemorabilis, nisi fuerint prius à locorum ordinarijs examinati, & idonei reperti. Ista quippè verba loquuntur de beneficijs ad nominationem Ecclesiasticorum, quare videntur escludere beneficia patronata laicorum, & licet textus in cap. 9. sess. 25. de reformat. generalioribus vtatur verbis: illis scilicet, quod si ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen iuxtà alias statuta ab hac sancta Synodo examinentur, & propterea includi videantur quæcumque beneficia curata, attamen cum canon ille se referat ad alias statuta ab eadem Synodo, & iuxta declarationem Congregationis, ad textum in adducto cap. 13. loquente de Ecclesiasticis, ita quoque videntur intelligenda verba istius canonis, tùm maximè, quod in eodem text. mentio etiam fit de patronatis Ecclesiasticis, tùm etiam quód multas declarationes superinde perlegi, quæ omnem ambiguitatem auferre videntur, ac præsertim illa, quæ super eodem cap. 13. legitur, vt obtinentes beneficia curata ab inferioribus, debeant ab ordinarijs examinarij, secus in beneficijs simplicibus ad prædictos collatores inferiores pertinentibus; quod etiam procedere in beneficijs, quæ sunt de iure patronatus, & simplicibus, ait; quæ quidem verba si referantur ad proxima præcedentia, insinuant id ipsum paulò ante declaratum, respectu beneficiorum ad liberam collationem inferioris pertinentium, procedere in reliquis beneficijs de Iurepatronatus laicorum non mentionatorum in dicto cap. 13. Quin alterius declarationis verbis impellimur ad eandem firmandam conclusionem; sunt enim

in

in beneficijs curatis, ſiue ſint Iuris patronatus, ſiue collationis, examen faciendum eſt ab Epiſcopis ordinarijs ſecundum diſpoſitionem Concil. Trident. ſeſs.24.cap.8. & in quibuſuis alijs beneficijs, ad quę præſentatio, ſeù electio, vel ordinatio facienda ſit à quibuſcumque alijs perſonis Eccleſiaſticis inferioribus Epiſcopis, prout ſtatutum eſt à Concilio Tridentino hic, & infra ſeſs.25. cap.9. hæc itaque verba expreſsè demonſtrant requiri pro beneficijs curatis, aut ſimplicibus, ſed ad præſentationem, aut electionem Eccleſiaſticam pertinentibus; immò finalia illa verba á Concilio Tridentino hic, & infra ſeſs.25 cap.9. comprobant reſolutionem á me ipſo mox traditam, circa verba paulò generaliora relata per Conciliũ indicato cap.9. limitari, & reſtringi ad beneficia Eccleſiaſtica, verum tutior erit contrarium firmare, & aſſeuerare in omni patronali beneficio præcedere debere approbationem ab Epiſcopo ordinario, idque maximè propter verba declarationis ad dictum caput 9. ſuper illis verbis. Quod ſi ad inferiores inſtitutio, &cęt. quæ dicit quod quando Concilium hic ſe remittit ad ſtatuta, alias in hac ſancta Synodo, intelligit textum ſeſs.7. cap.13. dempta illa litera D. vt ſit ſenſus; beneficium Iuris patronatus quantumuis ſimplex, & poſſit inferior ad illud inſtituere, tamen ſemper Epiſcopi requirit examen, ſic congregatio die 18. Iunij 1573. & in illis verbis Concilij ab Epiſcopo examinentur, &c. ſuperuenit deinde altera declaratio his alijs concepta verbis, etiam ſi inſtitutio pertineret ad Monachos; non tamen comprehendet beneficia ſimplicia, quorum collatio liberè pertinet ad inferiores, ſed bene ſe extendit ad omnia beneficia pro quibus facienda eſt præſentatio, electio, ſeù nominatio inferioribus collatoribus iuxtá decretum cap.13. ſeſs.7. hæc quidem verba, adeò ſunt generalia, vt nullum patronatum excludere videantur, ita quod exiſtimem comprehendi etiam beneficia ad præſentationem laicorum, alioquin inſtitutio ab inferioribus facta, irrita ſit, & inanis iuxta diſpoſitionem eiuſdem Concilij in adducto cap.9. ſuper cuius verbis, declarauit eadem con-
8 gregatio, nec ſufficere quod præſentatus fuerit alias examinatus, & approbatus ab alio ordinario ad beneficium curatum; quid veró ſentiendum ſit, cum ab eodem ordinario obtinuit approbationem ad curatum beneficium? In hoc caſu ſentirem non eſſe iterum examinandum ad beneficium de Iure patronatus ſimplex; cum enim fuerit ab eodem idoneus repertus ad curatum, multó magis ad ſimplex, nimirum ſi declaratio verba facit de approbato ab alio ordinario, & quidem iuſtè, quia Concilium exigit approbationem ab Epiſcopo ordinario, itaque non ſufficit illa, quæ ab alieno facta eſſet, & cum proprius ordinarius approbauit, ſit ne iterum examinandus, ſi aliud conſequi beneficium intendit, diſtinguendum puto, pro vera reſponſione. Aut enim de curatis loquimur, vel de ſimplicibus. Primo caſu memini explicaſſe in Rubr. octaua, cap.3. nu.20. de ſimplicibus autem ſi quis quærat, adeat Azorium in inſtit. moralibus part.2. lib.6.c.6.verſ.9. quæritur, vbi ſuppoſita æqualitate loci beneficij, ſatis eſt fuiſſe ſemel approbatũ, dicit, ex ſtylo Curiæ Romanæ, & conſert videre, quæ ſcribit Abb. in cap. cum in cunctis in princ. & cap. qualiter de electio. & ipſe concludendum aſſero, quod attento iure communi non eſt iterum examinandus, per text. in cap. accepimus de ætat. & qualit. ac deciſ. Paleotti 83. & Caputaq. deciſ.367. lib.2. inſpecta vero ſanctione Concilij, examini ſemper ſubiiciendum eſſe arbitror, edocetquę Seraph. ex ſententia Rotæ in deciſ.1323. vbi propterea concluſit Rota, quod cum in aſcenſione ad alterum, quæratur nouus titulus, iuxta conſil. Oldrad. 18. Ideo ſit etiam tunc examinandus, refert etiam declarationem Cardinalium, quod cœptus beneficiari, in quolibet aſcenſu, denuò examinetur; atque ita prætèrea reſolutum fuiſſe memorat in vna Cæſaraguſtana coram Pamphylio de Anno 1587.
9 Iſtud verò examen quomodo ſit faciendum, ſi quæratur, cum oportebit diſtinctione vti, qui ab errore voluerit eſſe alienus. Quandoquidem illud præcedere debet, vel pro conſecutione curati beneficii, vel alterius cuiuſpiam non curati; ſi etenim pro curato, omninó erit obſeruanda forma præſcripta in capite 18. Concilii Trident. ſeſs.24. de reformat. additis aliis ſtatutis in conſtitut. ſuperius relata 32. Pii V. ex quibus iuribus, quia multa poſtmodum ſunt enata dubia, quorum vera reſolutio à multis ignoratur, ideò relego Lectorem ad notata per Quarantam in ſua ſumma Bullarii iu verbo Parochialium beneficiorum collatio; quo loci, & illa proponit, & propoſitis veras conatur reſponſiones tradere; in illis igitur pertranſire cenſui ſub ſilentio. Alia etiam de modo conferendi Paro-
10 chiales, deque examinatoribus ab ipſo Quaranta non delibata, addere itidem recuſo, quia affatim congerit Franciſcus Leo in ſuo Theſauro Fori Eccleſiaſtici par.2.cap.18. á num.23. recolo tamen inſignem Rotę deciſionem, ex eodem canone conciliari deſumptam, quod ſi Parochialis Eccleſiæ redditus valdè tenues ſunt, de forma examinis aliquid remittendum eſt, vt optimè probat Seraphyn. deciſ.942.nu.10.par.1. Quod ſi aliquis eſſet de Parochiali prouiſus cum approbatione facta non ab iſtis examinatoribus ſynodalibus, ſed alijs ab Epiſcopo deputatis, quia nullitet, & inualidè eſſet prouiſus, ex eo oriretur, quod Parochia tamquam vacans, & reſeruata, poſſet impetrari à Summo Pontifice, vigore eiuſdem citatæ Conſtitut.32. Pij V. Quod minimé eueniret, ſi de alio non curato fuerit prouiſus, & ſic reſpondemus ſecundo capiti diſtinctionis mox conſtitutæ: etenim Concilij Tridentini verba in adducto cap.18. & Bullæ 32. Pij V. pro adipiſcendis curatis beneficijs, ſanxerunt eligendos eiuſmodi examinatores, itaque pro obtinendis alijs remiſerunt poteſtati ordinarij, qui de-
11 putet examinatores; Non ſecus, ac in ſolis beneficijs curatis præſcripſit formam examinis per concurſum, vt apparet in dicto cap.18. in alijs vero requirit habilitates de iure communi neceſſarias cap. 4. in fine de reformat. ſeſs.22. & cap.13. ſeſs.7. & ita cenſuiſſe ſacram Congregationem de anno 1583. refert adducta Seraphyni deciſ. ſub nu.6. inquiens præfatam Congregationem reſcripſiſſe, vt beneficia non curata præuio examine, vel approbatione Epiſcopi, filijs patrimonialibus conferrentur; vbi verò cura animarum eſſet committenda, tunc ſeruaretur forma dicti cap.18. ſeſs.24. Verum ſi exa-
12 minatores cognouerint aliquos ex concurrentibus

bus esse idoneos, alium verò magis idoneum, teneantur ne omnes tamquam idoneos approbare, an eum tantum quem idoniorem censuerunt? Dubium istud cum sæpè sæpius euenisset, scio resolutum fuisse ad fauorem omnium, vt eos debeant approbare tamquam habiles, cui quidem sententiæ fauent in primis verba citati cap. 18. Concilij Tridentini. Illa scilicet, ex hisque Episcopus eum eligat, quem cœteris magis idoneum iudicauerit, itaque ex approbatis vnus aderat, qui alijs idonior erat, cuius electio competit Episcopo. Accedunt. Verba citatę Constitut. 32. Pij V. atque etiam quod scribit Francisc. Leo in suo Thesauro Fori Eccles. par. 2. cap. 18. sub num. 35. vbi formam recensct tenendam ab istis examinatoribus, & ait approbandum idoneum, cœteros verò reprobandos: ergo ex examinatis, aliqui erunt approbandi, alij verò reijciendi, maximè quod, qualitas ista maioris idoneitatis, vt plurimum prouenit ex alijs circumstantijs, quarum notitiam Antistes habet, eccine exemplum. sunt multi, qui concurrerunt æqualis scientiæ, sed alter nullum obtinet beneficium, vel vnicum tantum, alius verò plura, certè præferendus est qui beneficijs caret, aut vnicum possidet iuxtà decisionem in hac materia insignem, Seraphini 767. fuit resolutum par. 1.

13 Quod si quis beneficium simplex, perpetuam tamen requirens residentiam adipisci voluerit, quia illud comparatur curato ex lapi resolutione in allegat. 116. Hispanus sub num. 2. per doctrinam Innoc. & Ioan. Calder. in cap. clericos de cleric. non resident. ideò maiori preditus esse debet scientia, quàm is, qui simplex, & residentia carens vellet consequi, eumque solertius examinatores deberent interrogare, strictiorique examine cum eo vti, atq; ita pariter cum eo, qui Canonicatum aliquem Cathedralis Ecclesiæ impetrauit, tùm ex his, tùm præsertim post concilium, disponens dignitates omnes, ac saltem dimidiam partem Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ, & collegiatarum insignium conferri tantum Magistris, & Doctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia, vel Iure Canonico, in cap. cum dignitates de reformat. sess. 24. ideoq; prouisione facta Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis Neapolitanæ à fęlicis memor. Sixto V. in forma gratiosa ad fauorem cuiusdam cubicularij extra muros eiusdem sanctissimi, quem examinatores Vrbis approbauerant, idoneumque iudicauerant ad simplex beneficium, nullam habentes notitiam de collatione Canonicatus; & me tunc canonico illius Ecclesiæ, atque alijs canonicis instantibus in mei gratiam, fuit illi denegata possessio; & per viam recursus supplicatum Pontifici, vt illum denuò subijciendum examini iuberet, qui iustæ petitioni capitulari assentiens, Nuntio Neapolitano mandauit, vt eundem secundo examinaret: tunc ipse non bene sibi, suæque virtuti confidens, non adepta possessione, assensu omnium canonicorum, alteri Canonicatum ipsum resignauit.

14 Si vero beneficium esset curam habens animarum in habitu, non in actu, adhuc requireretur in obtinente eadem scientia, quam ad beneficium curatum in actu canones deposcunt: quia nedum curatum dicitur beneficium, quod actu habet curam animarum, sed etiam quod habitu, vt concludit Andr. Barbat. inter consilia Alex. cons. 74. viso puncto num. 1. vol. 4. Staphil. de liter. grat. & expect. Rubr. de qualit. & stat. benef. num. 22. & 27. nec quidem aduersatur contrarium dictum. Mil. in verbo Ecclesia Parochialis, atque glosę, & aliorum in cap. licet canon. de elect. in 6. nam sunt intelligendi in casu proprio de quo loquuntur, ne teneatur promoueri infra annum, qui Parochialem in actu retinet, sicuti teneretur, qui illam habitu possideret, quod etiam tenet Rebuff. in praxi Rubr. de non prom. infra annum num. 33. & 34. idque ipse existimo non esse sine maxima ratione diuersitatis; si enim Parochiani reuertantur, poterit sanè (vt idem Rebuff. illic fatetur) infra annum ab eo die quò reuertuntur promoueri, proprioque muneri satisfacere, sed cum requisita peritia caret, & illi reuertantur, quod remedium dabitur? pati quod ipse exerceat, non vtique fieret, sine graui detrimento animarum; præcipere, vt illud renunciet, aut ipso facto spoliare eundem, & scandalosum esse apparet, & non practicabile, demumque illius persona infamia afficeretur, ac fortasse titulo, & alimentis etiam priuaretur, vt propterea dicendum omninò sit, conuenientius, & iustius esse præuidere, atque tempore collationis. requisitam expetere ab eo peritiam, quam ad Parochialem habentem curam in actu requirerent; quod præterea confirmatur ex eo, quod duo beneficia curata, alterum scilicet in habitu, alterum vero in actu, nemo potest retinere, neque secum intelligitur dispensatum, nisi mentio præcesserit, quod sit beneficium curatum in habitu, vt tenet, & rectè quidem Rebuff. in praxi Rub. de dispens. ration. ætat. nu. 14. quibus non obstat decis. Rotæ, quæ inter collectas à Seraphino, est decis. 936. cum pro verincatione par. 1. nam licet concludat impetrationem non requirere de necessitate expressionem, quod Ecclesia est habitu tantum Parochialis, agnoscit tamen hanc resolutionem sic generice, & absolutè prolatam, non esse tutam, ac propter ea recurrit ad aliam rationem coadiuuantem, quod impetrans erat excusandus, quia credens visitationi Episcopi asserenti dictam Ecclesiam esse oratorium, erravit per cap. nobilissimus 97. distinct. & Roman. cons. 156. num. 3. ex qua credulitate excluditur dolus, qui requirebatur, vt surreptio vitiaret, teste Bellam. decis. 4. & consequenter non figit pedes in priori ratione, & causa, sed in ista posteriori, ideoque minimè aduersatur nostræ sententiæ.

Ad beneficium verò simplex, quod ordinem aliquem haberet annexum, non secus, ac requiritur eadem ætas, quæ ad illum ordinem iuxta conclusa in Rubr. de ætat. ordinand. cap. 6. vers. illud vero quod sacrum ordinem; ita illa eadem requiritur scientia, quæ ad ordinem ipsum iudicatur necessaria per ea, quæ scribit Rebuff. tract. de pacif. possess. num. 176. quamuis annale tempus postea habeat ad ordinem requisitum suscipiendum clem. vt ij, qui, de ætat. & qualit. Concil. Trid. cap. quicunque sess. 23. de reformat. potissimum verò in his casibus, in quibus restringitur ambitio vt annotauit additio 1. ad dictum cons. Alexan. 74. tametsi Gemin. in cap. licet canon, de elect. in 6. alter distinguat.

15 Postremo approbo sententiam relatam in initio

prece-

præcedentis capituli, vt ſcientia vnicuique beneficio requiſita remittatur arbitrio ſuperioris, quod præter allegatos inibi, affirmant Innocent. in dicto cap. cum in cunctis de elect. ibique Abb. num. 4. & Det. num. 16. Barbat. conſ. 34. ad facti contingentiam, poſt num. 54. vol. 2. Imol. clem. 1. num. 3. de ætat. & qualit. atque Abb. in cap. qualiter num. 4. de elect.

SVMMARIA.

Epiſcopale munus eſt cunctis formidandum. num. 1.

Epiſcopis, vt potè populorum Principibus non ſatis eſt morum honeſtate pollere, verum etiam, & ſcientia ſplendore fulgere, neceſſe eſt, num. 2.

Scientia, in Epiſcopis, quæ nam requiratur de Iure communi, num. 3.

Quæ verò per Concilium Tridentinum, nu. 4.

Ad Cardinalatus amplitudinem, non niſi inſignes doctrina viri ſunt aſſumendi, num. 5.

Irregularis, nec nè ſit, qui ſcientia requiſita ad ordines, illorumque exercitium, careat. num. 6.

Capitulum Quartum.

1 AD cunctis formidandum Epiſcopale munus, euehendi, ſingulari tùm diuinarum, tùm etiam humanarum rerum ſcientia ſunt commendandi; cap. cum in cunctis de elect.
2 non enim ſufficit Prelatis bona conuerſatio, & morum probitas, niſi etiam doctrinæ ſcientia eiſdem addatur, cap. qui Eccleſiaſticis, in fine 36. diſt. ne tunc diſcere cogantur, quando alios ex officio debent docere, vt inibi ſubiungitur. maximè quod, poteſtatem coactiuam in laicos omnes, etiam Reges circa res temporales habent; idque multis probat auctoritatibus Franciſcus Bozius in ſuo opere de tempor. Eccleſ. Monarch. lib. 2. cap. 1. habentque in eoſdem laicos vim punitiuam in vitijs, & delictis omnibus, quod idem Bozius probat lib. 3. c. 4. eiuſdem par. 1. quamobrem eos, qui Epiſcopatus dignitate præfulgent, non ſolum non oportet indigere doctrina, ſed aliorum debent eſſe Doctores cap. conuenientibus 1. quæſt. 7. & §. 1. in auth. de ſanctiſs. Epiſcop. & ea ſaltem debent eſſe præditi quæ competens ſit cap. cum olim de elect. Quamuis enim, in eis ſit eminens ſcientia deſideranda,
3 competens tamen eſt toleranda, iuxtà textum in cap. niſi cum pridem pro defectu de renunc. vbi Hoſt. nu. 14. Bal. num. 3. Abb. in cap. vltimo nu. 4. de ætat. & qualit. gloſa in cap. viliſſimus 1. quæſt. 1. cum viri eminentis ſcientiæ vix valeant reperiri cap. venerabilis de præben. Quinimmò numquam aliquem, illam habuiſſe, vel in ciuili, vel canonica ſcientia, reperijſſe teſtatur Barb. conſ. 34. ad facti contingentiam poſt num. 53. vol. 2.

4 Nouiſſime vero per Concil. Trident. eam in illo ſancitur requiri ſcieniiam, qua muneris ſibi iniungendi neceſſitati ſatisfacere poſſit, ſic igitur, qui antea in vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiuè Doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico, merito ſit promotus, aut publico Accademiæ teſtimonio idoneus, ad alios docendos oſtendatur, & ſi regularis fuerit, à ſuperioribus ſuæ Religionis ſimilem fidem habeat, tali cenſebitur munere dignus Concil. Trident. cap. 2. ſeſs. 22. de reformat. cuius tamen textus diſpoſitioni fuit additum per Conſtitut. Greg. 14. vt peculiaris circa doctrinam promouendi ad Epiſcopatum diligentia adhibeatur, ita quod priuilegium doctoratus, aut licentiaturæ, nemini ſuffragetur, ſed de eorum etiam doctrina diligens fiat inquiſitio, niſi ex aliqua publica functione illud notorium eſſet. Poſtmodum verò Sanctiſſimus Pontifex Clemens Octauus, his non contentus, omnes quotquot ad Epiſcopale munus erant aſſumendi aduocabat, illoſque vnius horæ ſpatio, vel circiter, flexis genibus coram ſe exiſtentes, ac nonnullis Illuſtriſſimis Cardinalibus, alijſque Prælatis, & doctiſſimis, ſelectiſſimiſque viris interrogabat, in ea ſcientia, cui ſe operam dediſſe fatebantur; & idoneos quidem repertos, admittebat, ſin minus reijciebat; neque verò ſolum, hoc vtebatur examine, cum eligendo, verum etiam, cum transferendo, ex vna ad alteram Eccleſiam, modò non fuerit ab ipſomet Pontifice creatus Epiſcopus, ſi enim ab ipſo ſemel examinatus, & approbatus fuerat, denuò examinare non curabat; iſti verò qui transferebantur, ſtabant, dum examini ſe ſubijciebant, alij autem genua ſubmittebant: cuius laudabile inſtitutum, & ſucceſſores Pontifices amplexati ſunt ad hec vſque tempora Sanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Pauli Diuina prouidentia Papæ Quinti, eodem vtentis more.

5 Cardinales quoque non aſſumantur, niſi viri in ſcientia, & moribus, ac rerum experientia excellentes magiſtri, ſeu licentiati in iure diuino, vel humano, & ſit ſaltem tertia, vel quarta pars de Magiſtris in ſacra Scriptura, diſponitur in Conſtit. Concilij Baſilienſis ſeſs. 23. Sed illius decreta omni prorſus carent auctoritate, eaque reuocauit Eugen. 4. vt affabre, auido lectori conſtabit, alio in opuſculo ſub Rub. de Priuil. cleric. cap. 1. Illam tamen in eis nunc requiri ſcientiam exiſtimo, quam vigore Concilij Tridentini dixi, pauló ante, requiri in eligendis Epiſcopis: Namque Concilium in cap. 1. ſeſs. 24. de reformat. ea omnia, & ſingula, quæ de Epiſcoporum vita, ætate, & doctrina, & cœteris qualitatibus, alias in eadem Synodo conſtituta ſunt, decernit eadem etiam in creatione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium: etiam ſi Diaconi ſint, exigenda, eſtque poſterior motus proprius Sixti V. Anno Domini 1595. tertio nonas Decembris, qui ſpecificè explicat omnia, circa ætatem, natalia, ſcientiam, vitam, moreſque requiſita, in eo qui eſt Cardinalitia dignitate decorandus, & aliqua tango inferius Rub. de ætat. ordin. cap. 6. nu. 47. In illo autem, qui eſt aſſumendus ad Papatus Apicem, maior præexigitur ſcientia, quàm in reliquis inferioribus dignitatibus, canones depoſcunt, vt reſoluit, ac rectè quidem Barbat. conſil. 34. ad facti contingentiam num. 55. vol. 2.

Reliqua

Reliqua tandem ad hanc rem tangentia, explico in Rubr. de person. prohib. prom. cap. 14. ac præ-
6 sertim, an irregularis sit, qui scientia requisita (maximè per Concil. Trid.) ad ordines careat, vt propterea neq; ordines suscipere potuerit neq; susceptis vti? & illic respondeo negatiuè, fretus auctoritate Henrici in sum. Theol. moral. lib. 14. cap. 8. §. 11. in glosa lit. A. & defendit Sayr. in suo Thesauro casuum conscient. lib. 6. cap. 13. num. 8. subiungens num. 9. quæstionem illam, vtrum liceat Summo Pontifici dispensare cum penitùs illiterato, tu videto.

S V M M A R I A.

Collatio beneficij facta illiterato, est ipso Iure nulla, num. 1.
Illiteratus quis dicatur, num 2.
Episcopus omninò illiteratus, est amouendus, num. 3.

Capitulum quintum.

1 NEDVM prohibetur fieri collatio beneficij illiterato, verum etiam est ipso iure nulla, si fiat ex resolutione Felyn. in cap. per tuas el 1. num. 1. vers. quarto de Simon. Abb. in cap. cum nostris num. 22. inibique Innoc. num. 1. de concess. præb. Rebuff. tract. de pacific. possess. num. mihi 213. & abundè Anton. de Butr. in cap. si quando vers. dum glosa de rescript. ipseq; latius dicam Rub. 11. c. 14. nec refragatur textus Concilij Trident. in cap. 6. sess. 21. de reformat. præcipiens Episcopis, vt illiteratis Parochis coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputent, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignent, tùm quia loquitur de illiteratis, qui alias honestæ vitæ sunt, idque ex eiusdem cap. verbis, apparet; quam equidem ob eausam tolerantur de iure communi, & eum eis dispensatur, quo ad obtempta, vt patet inferius sub num. 3. non autem quo ad obtinenda vt affirmat Borgas. tract. de irregul. par. 6. Rubr. de illiteratis num. 11. tum etiam, quia canon ille, non de pœnitus illiterato intelligitur; totalis namque illiteratura operatur inhabilitatem ad beneficia, non alia, vt conclusit Rota, teste Cantuccio decis. 16. num. 2. par. 2. in decis. diuers. & mouetur Cantuccius auctoritatibus plurimorum Doctorum, præsertim textus, & glosæ, atque Archid. Gemin. Præpos. & aliorum in cap. 1. 36. distinct. & textus cum glosa in cap. praceplmus 34. distinct. iddemque affirmat etiam Rebuff. tract. de pacif. possess. num. mihi 215. Cardinal. in cap. illiteratos 36. distinct. & succurrunt, quæ in hac re copiosè notauit Sayr. in suo Thesaur. casuum conscient. lib. 6. cap. 13. à num. 8. propterea repeto illud memorabile dictum Bal. in sua Margar. verbo Homicida; Quod tùm homicida, tum alij irregulares, iustè detinent beneficium, quousque eo priuentur, & ipse fusius explico in rubr. de person. prohib. promoueri cap. 11. & 13. subdit Bald. inibi, secus in omninò incapaci, vt in illiterato, infante, & muliere, cuius quidem sententiæ iusta ratio est illa, quod Ecclesia non indiget Asinis ferratis, sicuti scripsit Ioan. Monach. in cap. cum ex eo de elect. in 6. & Felyn. indicato loco.

2 Eum verò dici penitus illiteratum, censet Prepos. in cap. 1. num. 2. vers. & propterea 36. dist. qui aliqua non habet principia; sed Lambert. tractat. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 9. artic. 24. num. 2. illum reputat, qui est inscius litterarum; alij verò, cum iudicant ita dici, qui nullas, aut modicas scit literas, nempè si tantum legere, & scribere sciat vulgari sermone, vt post Bart. in auth. sed nouo Iure C. si cert. petat. tenet Rebuff. tract. de pacif. possess. num. 214. Hoiedan. de incompat. benef. cap. 24. num. 29. Maiol. tractat. de irregular. lib. 1. cap. 32.

3 Propterea, qui tam illiteratus in Episcopum promoueretur, sanè ab Episcopatu amouendus esset, quemadmodum fuit amotus Episcopus Calinen. ab Honorio III. de quo in cap. fin. de ætat. & qualit. cap. si forte de elect. in 6. Milis suo repert. verbo Episcopi, Diaza pract. crimin. canon. cap. 18. id tamen aliquibus causis exceptis, ex quibus toleraretur profectò, scilicet si ex longo vsu, & rerum experientia sciat rectè exercere omnia, ad Episcopum spectantia Abb. in cap. fin. num. 4. de ætat. & qualit. Hoyedan. adducto cap. 24. num. 32. par. 1. Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 32. num. 10. nonnulla subijciens exempla. Alia item ex causa si charitatis perfectio scientiæ defectum suppleat, vt firmat Hoyedan. indicato cap. 24. num. 33. Maiol. cap. 32. num. 4. & colligunt Doctores ex cap. nisi de renunc. Vltima tandem, si esset Episcopus alicuius paruæ Ciuitatis, quod ipsimet Hoied. & Maiol. tradiderunt, ille, num. 34. iste verò num. 9.

Hanc postremam limitationem non facilè admitterem, quia si eandem requiri scientiam in prouidendo ad curatum detinens tantummodò curam in habitu, quæ in altero habente actu curam, dixi capite 3. huius Rub. num. 14. longè magis in Præsule actu habente Populum, quamuis non tam frequentem, & (vt ita loquar) non tam numerosum; immò ratione maioris necessitatis, quam patitur Antistes exiguæ Ciuitatis, fortasse doctior esse deberet; vt plurimum quippè in ea desunt viri docti, neque externos conducere ille queit, ob tenues Episcopatus redditus; quamobrem expediret multum illis, atque alijs omnibus, maxime in Italia, præficere tantum Doctores in vtroque Iure, aut qui, vel ex paterna hæreditate, vel beneficijs, haberet quoque introitus, vt omnibus illis sic simul iunctis, & alimentari congruentius possit, & decentius viuere, & idoniores apud se detinere viros.

SVM-

SVMMARIA.

Prima tonſura qualibet die conferri poteſt. num. 1.

Eaque etiam in aliena Diœceſi, poteſt conferri ſubditis, num. 2.

Locus idoneus quis ſit pro illius collatione, num. 3.

Sit ne ſtatuta hora certa ad illam conferendam, num. 4.

Sit ne ordo inquiritur, num. 5.

Qua alio nomine corona dicitur, quam antiqua fuerit, & alia circa eius delationem, delibantur, num. 6.

De temporibus ordinationum, Rubr. VI.

CAPITVLVM PRIMVM.

INTER cœtera, quæ in ordinum collatione ſunt de neceſſitate præcepti, ſelegi ex ſacris Canonibus, Doctorumque ſententijs, tempus connumerari, idque propterea cuilibet ordini præfixum, enucleandum aſſumpſi.

1 Ad conferendam primam clericalem tonſuram, quia Canones certum non conſtituerunt tempus, proinde Epiſcopis fuiſſe relaxatam facultatem, illam qualibet die conferendi, arbitrati ſunt Abb. in cap. conſultationi num. 5. Hoſtienſ. in finalibus verbis Ioan. Andr. verſic. minores, & Cardinal. Alexand. verſic. de prima tonſura ſub rubr. de tempor. ordin. eorumque ſententiam comprobare generalem conſuetudinem, qua ſic ſeruari, atteſtantur ipſimet inibi, & Aegid. Bellam. verſic. & his Sabbatis.

2 Quinimmò eam etiam in aliena Diœceſi Epiſcopos ſuis ſubditis conferre poſſe, non deſunt, qui tenuerint, vt Rebuff. in tractat. nomin. quæſtio. 14. num. 29. & 65. Alber. in l. emancipari numero 1. ff. de adoption. & Barbat. in cap. nouit. num. 18. de offic. legati: ſubnectens Epiſcopum Aſtenſem, illam contuliſſe Bononiæ, nonnullis ſcolaribus Aſtenſis Diœceſis, & conſequenter licentia haud petita ab ordinario loci, vt declarat idem Rebuff. in praxi Beneficiali Rubr. de clericis, & à quibus, & quomodo creent. num. 13. quæ tamen ſententia mihi ſummopere diſplicet, ex canone Apoſtol. 34. dicente, Epiſcopus extra terminos ſuos in Ciuitatibus, & Regionibus ſibi non ſubditis, ordinationes facere non præſumito; Si verò præter voluntatem eorum qui Ciuitates illas, aut Regiones detinent, id feciſſe conuictus fuerit, deponitor, tàm ipſe, quàm, & hi, quos ordinauit; tùm maximé poſt Concilium Tridentinum, diſponens nulli Epiſcopo licere cuiuſuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de ordinarij loci expreſſa licentia in capit. nulli ſeſſ. 6. de reformat. ipſeque inferius eloquar in rubr. de ordin. ſuſcipiend. á proprio tantum Epiſcopo cap. 5. num. 1. vtriuſque namque text. generalia ſunt verba, vt propterea non limitatam, ſed itidem generalem præſeferant concluſionem, ex iactata Iuris Regula.

3 Locus idoneus pro collatione primæ tonſuræ, ille erit, quem Epiſcopus eligere mauult, quamuis domus ſit, tum propria, tum aliena, quod equidem clarius conſtabit cap. ſequenti num. 15. & conſuetudine comprobatur, idqué in dies experitur quiſquam, tametſi honeſtius agat, qui aliquo in loco Eccleſiaſtico conferat, ſaltem in cappella Palatij.

4 Horam prætereà illam ſatis congruentem eſſe exiſtimo, & generalis vſus admittit, quæ Epiſcopo aptior erit, & manè, & veſperi, noctuquè, luminibus prælatis accenſis. At ipſe, tàm ſero ſemper abſtinui ab illius collatione, & alij Zelotypi Præſules obſeruant.

5 Sed vtrum tonſura iſthæc, poſſit ordo propriè dici, anuè ipſa imprimat caractherem, reſpondet Armilla, & negatiuè concludit, in vtroque quæſito, in verbo, ordo num. 3. & ipſe dixi copiosè circa primum in Rubr. de ſacris Ordinibus verſic. Canoniſtæ, & ſuccurrit Concil. Trident. cap. 6. ſeſſ. 23. ſub Rubr. de reformat. dum inquit. Nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, nec non in cap. 10. eadem ſeſſione, & Rubrica, in illis verbis. Tonſuram, vel minores ordines conferre: ex quibus verbis, conſtat Concilium propendere in ſententiam, nè tonſura ordo ſit; namque peculiari nomine eam appellat, atque ex numero Ordinum etiam minorum ſegregat; inde dicimus primam tonſuram eſſe ianuam ordinum, quæ longè diſtat ab altera, quam coronam propius loquendo ap-

6 pellamus, & cuius vſum antiquiſſimum in Eccleſia eſſe, probat multorum Auctorum referendo verba, & loca, Gregor. de Valent. diſput. 9. quæſtio. 5. punctu 3. tom. 4. quin Beda in lib. 5. de hiſtoria Anglorum cap. 22. aſſerit D. Petrum in memoriam ſpineæ Coronæ Chriſti, Coronam Capillorum geſtaſſe, toto reliquo capite detonſo; & id alios Clericos fuiſſe imitatos. Iſidorus inſuper Apoſtolorum inſtitutum eſſe, inquit lib. 2. de offic. cap. 4. illamque ſi clericus non deferat, mortifere peccet ex ſententia Abb. in cap. ſi quis numer. 1. de vit. & honeſt. Cleric. inſequiturque Catheche. Neapol. lib. 1. cap. 47. quin, & reſpectu priuilegij Clericalis, vt eo gaudeat, itidem geſtare tenetur; cum declarationibus, à me poſitis in tractatulo de Priuileg. cleric. cap. 2. à verſic. Aliud eſt, quod ex eo Canone deducitur.

SVMMARIA.

Minores ordines, quo tempore conferre permissum sit num. 1.
Festiui dies, de vespere in vesperam celebrantur, nisi consuetudo repugnet num. 2.
Minores Ordines etiam feria quarta, quatuor temporum conferri posse, demonstratur, numero 3.
Abbates conferunt minores ordines, & quando, & quibus personis num. 4. 5. & 9.
Vtrum Secularibus de licentia proprij Episcopi, num. 6.
Ordinandi ab Abbatibus non sunt ab Episcopis examinandi, num. 7.
Nouitij à suis Superioribus promoueri nequeunt, num. 8.
Guardiani, ac Priores possint ne subditos tonsurare, num. 10.
Cardinales Presbyteri familiaribus conferunt minores ordines, num. 11.
Parochis vtrum liceat tonsurare, ordinesque minores dare, num. 12.
Ordines sacri, non nisi ab Episcopis conferuntur, num. 13.
Papa Sacerdoti delegare potestatem conferendi sacros Ordines, non valet, num. 14.
Papa committere non Sacerdoti potestatem conficiendi Corpus Christi, minimè potest, num. 15.
Festiui dies qui sint, vt in eis conferantur minores ordines, num. 16.
Locus, qui sit idoneus ad conferendos ordines minores, num. 17.
Hora quæ competens, in qua illi dentur, num. 18.
Missæ celebratio sit ne, cum illi conferuntur necessaria, num. 19.
Minores Ordines simul conferri an possint, num. 20.
Minoribus insignitus extra Constitutos dies, an contraxerit suspensionem, num. 21.
Quid in promouente, num. 22.

Capitulum secundum.

1 TEMPVS idoneum ad conferendum minores ordines, illud iddem esse, quod ad maiores, constat, ac præterea, quamlibet Dominicam, aut festiuam diem, ex Constitutione Alex. 3. in cap. de eo, de tempor. ordin. loquitur Det. in cap. cum in cunctis §. inferiora, num. 19. de elect. cuius capituli, de eo, literæ inhæret, intellectus Hostiens. ibidem, quod prædictis diebus Episcopo conferre liceat, illos ordines vni, vel duobus taxatiuè, & non pluribus: sequitur Anton. de Butrio ibidem num. 5. quam tutiorem esse opinionem, dicit Angel. verbo ordo 4. num. 1. & propendet Astensis tit. 4. artic. 1. lib. 6. eaquè mouentur ratione, quia in re dubia, tutius est seruire verbis edicti l. 1. §. si hi ff. de exercit. actio. Alios attamen Doctores, suadeo nos posse iustè sequi, affirmantes, pluribus quàm vni, vel duobus præfatos ordines iam dictis diebus conferendi Episcopum habere facultatem; modo generalem ordinationem minimè videatur facere, iuxtá glosam in eodem cap. de eo versic. aut duos, ibique Abb. num. 1. Innocent. in princip. Goffred. in summ. hoc tit. Præpos. in cap. quod à Patribus distinct. 75. Syluest. ordo 2. num. 6. versic. Secundò, hanc partem veriorem commendans; Henric. etiam dicit in summ. Theolog. moral. lib. 10. cap. 12. in text. & in glosa lit. H. subijciens primæuos Doctores sine causa tueri contrariam sententiam, concedit quoque consuetudo recepta, vt feria sexta, vespere præcedente Sabbatum, in quo de Iure ordines sacri conferuntur, vt Episcopis fas sit ordines minores dare, quasi in hoc officio censeatur incipere dies Sabbati pridie vesperi Henric. dicto lib. 10. cap. 12. §. 2. quemadmodum in recitatione matutini sequentis diei Diu. Thom. quodlib. 5. art. 18. Nauar. lib. de orat. notab. 3. nu. 60. in cap. 2. versic. prius de ferijs, prout etiam scriptū est, de vespere in vesperem celebrabitis Sabbata
2 vestra Gen. 2. & Exod. 16. & 20. Leuit. 23. Num. 28. & Deutero. 5. atque ex Concilio apud Compend. disponitur in cap. 1. de ferijs; tametsi Alexand. 3. circa principium, & finem festorum, diuersarum Regionum consuetudini standum esse, constituerit in cap. 2. de ferijs: Causa vero consuetudinis permittentis Episcopis in die veneris, vesperi conferre minores ordines, est vt ipsi ea cura vacarent, possintque in Sabbato maiori cum solemnitate sacros ordines dare, nèc mirum si hoc potest facere consuetudo: cum à Iure tempus, aut ætas non exprimatur ad minores ordines, meritò potuit consuetudo extendere tempus ad vesperam feriæ sextæ, per Henric. loco citato.

Quinimmo concedit etiam consuetudo ipsa potestatem Episcopis promouendi ad minores ordines, feria quarta, quatuor temporum, vt affirmat
3 Henric. summ. Theol. moral. lib. 10. cap. 12. §. 2. ex doctrina Bernardi pract. cap. 26. atque ita tenuere Iurisperiti, & praxis, vt ipsemet Henrich. attestatur

ſtatur, inibi in gloſa litera k. Iure vero antiquo, vbi, & quando Epiſcopis libebat, illos poterant conferre iuxta gloſam in cap. ordinationes el 2. diſtinct. 75. & habetur in cap. quando eadem diſtinct.

4 Abbates etiam conferunt minores ordines illiſmet feſtiuis diebus, quibus, & Epiſcopi per Antoni. de Butr. in dicto cap. de eo num. 3. & cap. cum contingat, num. 12. ibiqué Anan. num. 1. de ætat. & qualit. qui potius illis diebus conferre eos deberent, quàm in quatuor temporibus, ne generalem facere ordinationem videantur, ex reſolutione Hoſtienſ. eodem capit. de eo; ibique Abb. num. 2. Angel. ordo 4. num. 2. ex quibus deſumpta occaſione, ne ſuper impoſitum corruat, fundamentis non benè iactis, poſt notare cenſui, vt lector dictæ Concluſionis habeat omnimodam cognitionem.

5 Abbas ad primam clericalem tonſuram conuerſos, Monachos, ſui Monaſterij, illoſque in quos habet iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, promouere poteſt cap. Abbates de Priuil. in 6. cap. cum contingat de ætat. & qualit. & cap. 1. ibique gloſa in verbo à non Epiſcopis de ordin. ab Epiſc. qui renunc. Epiſcop. ita quoque poterit eoſdem promouere ad cœteros minores ordines, ex gloſa in dicto capit. cum contingat verſic. nota, quod Abbates, atque in adducto verſic. à non Epiſcopis, dicit etiam, & melius gloſa in cap. 1. verſic. alia, de ſupplenda negligent. Prælat. & dicto cap. Abbates verſic. tonſuram Sotus in 4. ſentent. diſt. 23. quæſt. 1. verſic. Abbatibus. Butrius in cap. cum inter de ſentent. & re Iudic. Abb. in cap. quanto num. 9. de conſuet. Bellam. citato cap. cum contingat quæſt. 1. ibique Cardinal. notab. 1. Abb. nu. 2. Butr. nu. 13. Ioã. And. in princip. & Anchar. notab. 1. ac communis inibi eſt opinio Doctorum, & Nauarr. conſil. 13. Abbatibus nu. 13. de priuil. Innocent. in cap. 1. num. 1. de ætat. & qualit. vbi additio ſubnectit hanc communem eſſe opinionem, licet gloſa Ioannis in capit. quoniam verſic. lectoris, per illum textum 69. diſtinct. & textum in cap. cum contingat de ætat. & qualit. dixerint prædictis Abbatibus dumtaxat lectoratum, & Hoſtiariatum conferre licere; tamen ipſe credo iddem de alijs duobus, ex identitate rationis, & auctoritate Doctorum proximè citatorum, atque ita ſeruari de facto firmat Hoſtienſis in ſumm. de Epiſcop. qui renunciau. Epiſcopat. & lapus allegation. 138. num. 6. & videtur poſſe confirmari ex textu Concilij Tridentini in capit. Abbatibus ſeſsio. 23. de reformat. ibi tonſuram, vel minores ordines conferre, immò Abbatem eoſdem minores dare poſſe, qui datus ſit adminiſtrator Eccleſiæ Cathedrali vacanti, ſubditis illius Epiſcopatus, reſpondet Geminian. in cap. is cui, num. 7. verſic. vidi dubitari, de elect. in 6. Felin. in cap. eam te num. 8. de reſcript. & commendat. Ioann. de Selua tractat. de benefic. part. 2. quæſt. 6. poſt num. 3. ibique ratione comprobat, quinimmò Abb. inuitatus in clauſtris aliorum exemptorum, poteſt iure ſuo conferre tonſuram, & minores ordines, vt inquit ex plurimorum auctoritatibus Geminian. in cap. Abbates de Priuil. in 6. num. 6. Maiol. tractat. de irregul. lib. 3. cap. 23. num. 12. Sayr. in ſuo Theſauro Caſuum conſcient. lib. 4. cap. 13. poſt num. 15. Concilium tamen Tridentinum, quia in aliquibus prædictorum definiuit aliter quam ſupra conſtituimus. non mirum ſi in his erit contrarium ſeruandum; atquè in illis tantum ex præfatis concluſionibus perſiſtat ius antiquum, in quibus nihil fuit ab ipſo Concilio diſpoſitum, aut immutatum; illud igitur reſtrinxit, vt Abbatibus, ac alijs quibuſcumque, quantumuis exemptis non liceat in poſterum intra fines alicuius Diœceſis exiſtentibus, etiam ſi nullius Diœceſis, vel exempta eſſe dicantur, cuiquam qui regularis ſubditus ſibi non ſit, tonſuram, vel minores ordines conferre, vt in alleg. cap. Abbatibus; declarauit autem Congregatio, quod Abbates Regulares habentes ius baculum deferendi, & mitram, poſtquam ſacerdotalem ordinem, & munus benedictionis ſuſceperunt, poſſint ton-

6 ſuram, & ordines minores ſæcularibus Epiſcopi Iuriſdictioni ſubiectis conferre, ſi modo ipſius Epiſcopi conſenſus accedat; qui literas dimiſſorias ſpeciatim recipiendi ordines ab Abbatibus conceſſerit, ita vt ſatis non ſit, id generatim ab Epiſcopo conceſſum eſſe, ſed hac conceſſione ſemper opus ſit ſingulis, &c. Præterea declarauit, quod poſſunt Abbates eoſdem ordines conferre, alijs regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuperiorum ſuorum, & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci habuerint, ac præterea alijs Sæcularibus, qui aliorum Epiſcoporum iuriſdictioni ſubiecti ſint, dummodo ſuperiorum ſuorum dimiſſorias attulerint; & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci, in quo ordines huiuſmodi cupiunt ſuſcipere, ac tertio declarauit poſſe etiam, ex priuilegio Apoſtolico, (De conſenſu tamen ordinarij, vt ſupra) confirmationis Sacramentum conferre, quas tres declarationes reſcribit Sorbus in ſuis additionibus ad compend. mendicant. verb. Ordines ſacri verſic. notandum quod ſacra Congregatio: Verùm poſtremis his temporibus in lucem prodierunt doctiſſimæ deciſiones Seraphini in quibus legitur deciſio 985. par. 1. in qua, de voto Rotæ reſponſum fuit, non licere Abbatibus promouere perſonas ſeculares habentes literas dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum. Cùm verò Abbates ſeruata forma dicti Concilij conferre intendunt ordines minores ſuis ſubditis regularibus,

7 nè flagitent Epiſcopi examinare huiuſmodi viros, ab Abbatibus iſtis ordinandos, neque poſt Concilium, vt firmiter affirmat Nauarr. allegato conſil. 13. quandoquidem textus in cap. nullus in poſterum ſeſsio. 23. ſub rubr. de reformat. loquitur de Ordinibus ſacris; meritò, in alijs antiqua iura correctionem non admittunt, niſi quatenus in nouo iure reperitur expreſſum l. præcipimus C.

8 de appell. non tamen deberent ipſi Abbates infra annum profeſſionis, aliquem inſignire ordinibus, vt conſuluit Ioan. Andr. in allegat. cap. Abbates num. 1. verſic. in gloſa, vt ibi, de Priuil. in 6. notat Præpoſ. in cap. quoniam num. 3. diſtinct. 69. eo quod illi poſſunt inde exire infra talem annum

9 cap. 1. de regular. in 6. aduerto præterea non omnes, qui Abbates appellantur hanc habere facultatem dandi minores ordines, at hi dumtaxat, quibus ſecundum morem præficiendorum

Abbatum, manus impositio fit ab Episcopo cap. cum contingat, de ætat. & qualit. nec aduersatur, quod etiam electi in Abbates, & non benedicti illos conferunt cap. 1. de supplend. neglig. Prælat. glos. in dicto cap. cùm contingat versic. Abbati; quandoquidem talem operatur effectum, Episcopi negligentia nolentis, aut distulentis Abbatem benedicere; tunc etenim ius supplet potestatem; Iccircò constat illum textum loqui de Abbatibus electis, & benedici solitis, nec fuerunt benedicti, ob Episcopi resistentiam; illis enim à iure videtur concessa potestas omnia exercendi, quæ possent, si consecuti essent benedictionem; aut, & secunda potest dari responsio, textum illum verba facere de Abbatibus Cistercienfibus, qui à collatione minorum ordinum non detineantur, cum Episcopi negligunt eos benedicere, vt ex eiusdem textus verbis patet, & ibidem annotarunt Abb. vers. oppono secundò, Innoc. in finalibus verbis, ac Ioan. Andr. & Host. ergo Regula est, requiri benedictionem, quinimmò tria requirunt canones in Abbate volente minores ordines conferre, nempè quod sit Præsbyter, secundò quòd benedictionem acceperit, ac tandem quòd proprio Monacho conferat, Franciscus Marcus decis. Delphinal. 1082. num. 2. lib. 1. idquè etiam confirmatur ex finalibus verbis Host. in eod. capit. cùm contingat.

10 Guardiani, & Priores, tametsi minores nequeant dare ordines, nihilominus de iure primam clericalem tonsuram suis subditis, vtique conferunt, Præpos. in capit. quoniam num. 3. distinct. 69. & Franciscus Marcus adducta decisione num. 3. Vsu tamen admitti numquam vidi, neque audiui.

11 Cardinales quoque Præsbyteri tonsuram, cæterosquè minores ordines conferunt suis familiaribus, Ioan. Andr. quem alij sequuntur in cap. 1. num. 14. de supplen. neglig. Prælat. Præpos. in dicto cap. quoniam num. 5. Martin. Laud. in tract. de Cardinal. quæst. 20. Card. Iacob. tractatu de Concilio lib. 1. artic. 12. versic. item Cardinalibus Maiol. tractat. de irregul. lib. 4. cap. 20. num. 8. & Rota in vna Cremonens. pensionis Veneris tertia Decemb. 1582. estq; decis. 731. nu. 10. par. 1. in decis. diuers. eosquè Romæ etiam, & proprio iure conferunt in suis titulis, vt idem Maiol. allegato num. 8. subiungit.

12 Parochos verò tonsuram conferre posse firmat Abb. in cap. quanto num. 9. versic. quinimmò dico de consuet. vsus tamen Ecclesiæ resistit, & propterea eius sententiam iustè refellit Sot. in 4. sent. dist. 25. q. 1. artic. 1. ad secundum Argument. in fin. & eo magis erit reijcienda opinio glosæ in cap. quoniam vers. lectoris 69. distinct. Archidiac. in cap. Psalmista num. 2. in fin. 23. distinct. Innocent. in cap. cum contingat num. 1. de ætat. & qualit. & inibi Host. num. 2. firmantium, tonsuram conferre licere cuicumque simplici Sacerdoti; cui profectò multò minus competit, ratione præfati vsus; sicuti Gregor. de Valent. innuit in suis comment. ad Diuum Thomam disputation. 9. quæst. 3. puncto 2. versic. 2. tomo 4. & miror quomodo Abb. Sot. & alij, in locis citatis allegent Hostiensem in dicto cap. cum contingat, ad probandum Præsbyterum tantummodò parochialem, eam conferre posse, cum eius verba sint, quod simplex Sacerdos hunc ordinem conferre potest, & consequenter non de Parocho loquitur, quare opinor eos voluisse allegare Ioan. Andr. in dicto cap. cùm contingat id affirmantem post num. 17. prædictorum verò sententiam respectu simplicis Sacerdotis nedum, at ipsius quoque Parochi his temporibus non approbat vsus, vt dixi.

13 At maiores ordines Abb. & alij conferre nequeunt, nam illorum minister est solus Episcopus cap. manus de consecrat. dist. 5. & scribo in rubrica de sacramentis in genere num. 22. nequè vigore delegationis eis factæ à Papa (quamuis essent sacerdotes) possent sacros conferre, vt firmat Diuus Tho. in supplem. ad 3. part. quæst. 38. artic. 1. ad 3. argument. Sot. in 4. sentent. distinct. 25. quæst. 1. artic. 1. ad 2. & distinct. 7. quæst. vnica artic. 11. ad 4. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 10. num. 10. idem Diuus Thomas in 4. sentent. adducta distinctione 7. quæst. vnica artic. 5. versic. talia verò in 2. scripto, Astasan. lib. 6. tit. 3. artic. 1. quæst. 2. Collectarius in alleg. cap. quanto num. 7. & communis est opinio, teste Victoria in sua summula nu. 237 Quamuis Abb. in cap. quanto nu. 9. de consuet. glosa finalis dicto cap. manus de consecrat. distinct. 5. & cap. peruenit 95. distinct. acriter faueant, opitulenturque sententiæ contra Diuum Thomam; eiusque sequaces, & concludant Papam posse indistinctè concedere potestatem Sacerdoti conferendi ordines sacros, & alios promouendi ad ordinem, quem ipse habet, nam se decipiunt, quia verum

14 est non posse illi elargiri facultatem conferendi, non tantum Sacerdotium, sed neque alios inferiores sacros ordines, vt aliqui ex præcitatis expressè dixerunt, & reliqui indistinctè affirmantes, sacerdotes ex delegatione Pontificis sacros ordines conferre nequire, tametsi Victoria indicato loco asseueret collationem tantum sacerdotalis ordinis delegare Præsbytero non posse, sed aliorum sacrorum, vtique, & videtur firmare etiam Henric. Boic. in cap. quanto num. 4. de consuet. atque ideò refert Victor. se vidisse quandam Bullam Papæ concedentem facultatem Sacerdoti conferendi diaconatum, & subdiaconatum, & sequitur Viuald. in suo Candelab. 1. par. Rubr. de sacrament. ordin. nu. 17. In fine; quam ob rem multò minus posset non sacerdoti auctoritatem dare conferendi ordinem, quem ipse habet vt Astasan. firmat lib. 6. tit. 3. cap. 1. in finalibus verbis; sicuti ne-

15 que valet committere non Præsbytero, vt conficiat Corpus Christi, nam Christus solis Præsbyteris committi voluit, iuxtà glos. notab. in cap. peruenit 95. distinct. & Abb. in cap. quanto num. 9. de consuet. quin neque posset concedere non Sacerdoti, vt conferat minores ordines. Victor. in summ. num. 236. & confirmatur ex Couarr. loco, & numero supracitatis, atquè alijs auctoribus hactenus memoratis, & concludentibus posse Summum Pontificem delegare simplici Sacerdoti facultatem conferendi minores ordines, ex quibus verbis innuunt, id concedere non Sacerdoti, non posse, quod expressius inter alios fatetur Diuus Thomas in supplem. ad 3. par. quæst. 38. artic. 1. ad tertium argumentum, & Sot. adducto art. 1. ad tertium argumentum, in vltimis verbis.

ac nouiſſima Seraphini deciſio 985. num. 6.

Vt autem illuc mea redeat oratio vnde digreſſa eſt, & vbi concluſum eſt licere Abbatibus, & Epiſcopis minores ordines Dominicis, & feſtiuis die-
16 bus conferre, infurgit dubitatio, quinam ſint hi dies feſtiui; etenim gloſa in cap. ſanè verſ. ad Sacros, de temporibus ordinat. dicit diebus ſolemnibus; Silueſt. dicit præcipuis diebus, in verbo ordo el 2. nu. 6. verſ. ſecundum; quo etiam verbo poſtmodum reperi vſum eſſe textum in cap. 2. de ferijs, ibi diebus autem Dominicis, & alijs præcipuis feſtiuitatibus, quo fit, vt illius textus reſolutio minimè complectatur omnes feſtiuos dies, ſed Viguer. ait duplicibus diebus in cap. 16. §. 6. verſ. 6. ibi, ordinis Sacramentum. Quibus etiam verbis vtitur Pontificale Romanum in Rubr. de ordin. conferend. verſic. minores verò ordines. Hoſt. verò, & Abb. in cap. de eo, hac Rubr. inquiunt, illis diebus feſtiuis minores ordines eſſe conferendos, quibus, & conſecrandi Deo dicatas Virgines facultas à iure conceditur, & relatis in cap. deuotis 20. quæſt. 1. Alij intelligunt de omnibus feſtiuitatibus expreſſis in cap. fin. de ferijs, ſed mihi ſummopere placuit verbum, quo vtitur Viuald. ſuo Candelab. in rubrica de ſacrament. ordin. nu. 35. verſ. tertia concluſio par. 1. ſcilicet illos eſſe dandos diebus feſtiuis de Præcepto, & ſic intelligantur cœtera relatorum auctorum verba, vt præcipua duplicia, & reliqua ſint quæ ſub præcepto tenentur populus celebrare, & colere, alioquin allucinatus eſſet Viuald. dùm ſuam reſolutionem conſtabilire nititur auctoritate gloſ. in dicto cap. de eo, Silueſt. Armill. Nauarr. & aliorum, qui tali non vſi ſunt verbo; Hancq; concluſionem poſſe ſimilibus confirmari auctoritatibus non dubito, illa ſcilicet, quod quinis Chriſtianus compellitur ex præcepto audire Miſſam qualibet die Dominica, ex cap. miſſas de conſecrat. diſt. 1. & alijs diebus feſtiuis cap. 2. de Paroch. cap. ſi quis el 2. de conſecr. diſt. 1. Suarez ad Diu. Thom. 3. par. quæſt. 83. art. 6. diſput. 83. ſectio. 5. concluſ. 2. nempè feſtiuis diebus de præcepto Sylueſt. verbo miſſa el 2. nu. 1. & Henric. ſum. Theol. moral. lib. 9. c. 28. §. 1. quamuis, per diuerſa verba exprimat dicens, quemlibet Chriſtianum teneri audire totam, & integram miſſam in diebus Dominicis, feſtiſque, qui Populo colendi proponuntur, tametſi Aſtaſan. in hoc etiam caſu, vtatur verbo ſolemnibus, & dicat quem teneri audire miſſam die Dominico, & alijs diebus ſolemnibus, in ſum. lib. 6. tit. 32. quæſt. 5. in fine; inſuper die Dominico omnem Chriſticolam á ſeruili opere arcet cap. 1. de ferijs, & die feſto ſub præcepto obſeruando Nauarr. in Manual. cap. 13. num. 6. & Hoſt. in ſum. de ferijs §. 4. pari igitur ex ratione conſtitutio diſponens minores ordines conferendos eſſe diebus Dominicis, atque feſtiuis; erit ſanè intelligenda de feſtiuis ſub præcepto, non ſecus ac breue Apoſtolicum, à vulgo extra tempora appellatum, & concedens facultatem ordines ſacros conferendi in diebus feſtiuis, intelligendum erit, nam & delegatus illius vigore, non niſi in feſtis de præcepto, & à populo colendis conferre poterit ex ſupradictis, ex quibus ita reſpôdi hoc anno 1614 cuidam Ampliſſimo Cardinali de hac re me Romæ interroganti, tametſi Azzor. poſtea viſus contradicat in 2. par. lib. 1. c. 27. verſ. vlt.; nullum enim ſe habere auctorem profitetur, & ratio qua mouetur non ſubſiſtit ex adductis. Non tamen credo diem feſtiuum illum debere vbique celebrari; ſat enim eſſe exiſtimo, ſi in Diœceſi ſit ſolemnitas illius feſti, intra quam minores ordines conferuntur ex Henrico in citato §. 1. ibi qui Populo colendi proponuntur, in quibus dixi Chriſti fideles miſſam audire, atque ab operibus ſeruilibus abſtinere debere; conſulerem tamen Epiſcopo, nè vt ſuo ſubdito ordines illos conferat ad alienam Diœceſim celebrantem feſtiuitatem alicuius Sancti conſulto peragret, qui in ſua minimè eſſet de præcepto, ſed potius ad illius Diœceſis Antiſtitem ſuum ſubditum dimittat ordinandum, tametſi haùd crederem eum peccare, ſi illùc iret hoc facturus; quemadmodum nec in grauiori caſu, qui à ſuo proprio loco vbi feſtiuitas celebratur in alium laborandi gratia commeat, vbi feſtum illud non obſeruatur, vt concludit Sebaſtianus Medices in ſum. par. 2. tit. 7. quæſt. 33. circa medium.

17 Circumſtantia loci vbi ordinatio fieri debet, ad ritum pertinet, & eſt quælibet Eccleſia, tametſi non Cathedralis, ſecundum opinionem Raymun. quam refert Sylueſt. verbo ordo el 2. num. 8. Tabien. ordo. 5. §. 1. Aſtaſan. lib. 6. tit. 4. artic. 2. argum. cap. ſi Archiepiſcopus, hac Rubr. ſed gloſ. fin. in capit. ordinationes el 2. 75. diſtinct. affirmat licere Epiſcopo eos dare vbi libuerit, & confirmatur in cap. quando ead. diſtinc. quod verum reputo etiam in domo, prout hodiernus vſus demonſtrat, dummodò Epiſcopalis domus ſit vt inquit Henric. in ſumm. Theol. moral. lib. 10. cap. 11. §. 8. tametſi ipſe verius cenſeam, illos dari poſſe etiam in domo non Epiſcopali, vt non ſemel ſeruari vidi, & vbique, & gloſa, & textus ante citati probant, excepto tamen loco interdicto. Sylueſt. verbo interdictum. 5. §. 7. verſ. ſexta eſt, Sot. in 4. ſentent. diſt. 22. quæſt. 3. artic. 1. concluſ. 4. §. igitur verſ. Secundus effectus Nauar. in ſumm. cap. 27. num. 179. in fine, & Innoc. in cap. non eſt, de ſponſal. atque excepto loco alienæ Diœceſis, ſine illius ſuperioris licentia, ex cap. 5. Concil. Trid. ſeſſ. 6. de reformat.

18 Hora verò idonea de iure videtur, quælibet ex gloſ. in cap. ordinationes el 2. diſt. 75. atque ex textu in cap. quando, eadem illa diſtinct. Verumtamen eos mané eſſe conferendos, non nulli ſunt qui aſſeuerât, quos refert, & ſequitur Angel. verbo ordo el 4. nu. 5. & praxis admittit; idq; religioſiſſimi Antiſtites omninò ſeruant, ac præſertim quondâ meritiſſimus Epiſcopus Minorenſis Ioannes Auguſtinus Campanilis meus patruus, ita faciendum omninò eſſe aſſeuerabat, & exequebatur, qui Epiſcopali dignitate, tametſi humili, ſed amœno, ſalubri, & ſemoto loco contentus, ad ditiores Eccleſias, & ampliores Ciuitates transferri, non ſemel renuit, ibique reparandis permultis dirutis Eccleſijs, aliiſque conſtruendis, erigendiſque Monaſterijs, etiam vrbis Pontibus, & vijs, aliiſque pijs operibus, & quotidianis Eleæmoſinis vacans, non tantum Eccleſiæ introitus, ſed, & Paterna bona vtiliter conſumpſit. His verò temporibus legimus apertè ita fuiſſe demandatum in Pontificali Romano ſub Rubrica de ordin. confer. verſic. minores verò ordines.

19 Miſſæ tamen celebrationem in illorum colla-

G 3 tione

tione,iura haudquaquam ex necessitate deposcunt, sicuti scribentes vnanimi assensu affirmant, eò quod sine ipsa, possunt sanè conferri, vt inquit Ioan. de Imol. in cap. quod sicut nu.16. de elect. & manifestat consuetudo, vt dicit Armill. verbo ordo. num. 9.

20 Hos minores ordines eidem personę posse simul conferri, sentit glos. in cap. de eo, vers. ad minores hac Rubr. in cap. 2. vers. minores, de eo qui ordin. furt. suscep. Nauar. in sum. cap. 25. num. 71. vers. 8. quia Pontifex in eodem cap. loquitur indefinite, dum concedit Episcopo, vt Dominicis, alijsq; festiuis diebus vnum, vel duos ad minores ordines promouere: merito sit intelligendus ille textus ad omnes minores per cap. si Romanorum 19. distinct. quam tamen sententiam eatenus veram arbitror, quatenus concurrat consuetudo, aut intercedat dispensatio, iuxtà glosam in cap. quicumque versic. Acholytus 77. dist. & glosam finalem in cap. ordinationes el 2. 75. dist. idquè comprobat tex. in c. 2. de eo qui ordin. furt. suscepit; vbi Celestinus videtur id probare, cum adest consuetudo, & cum dispensatio intercedit, affirmat Nauar. adducto nu. 71. & Concil. Trid. quod licet præcipiat illos esse per temporum interstitia conferendos, nihilominus subiungit, nisi aliter Episcopo magis expedire videatur, in cap. minores ordines sess. 23. de reform. ergo concedit dispensationem Episcopalem posse intercedere, quod Concilium, quia consuetudinem non aufert, ideò illa adhuc hodie seruanda foret, vbi adesset, vt in eodem cap. 25. num. 71. tenet Nauar. & probo inferius cap. seq. vers. ordines minores, & quamuis Henric. in sum. Theol. mor. lib. 10. cap. 11. §. 4. constituat Regulam affirmatiuam, vt possint eidem simul eadem die conferri, nisi consuetudo contrarium obtineat; idque videatur tendere ad iddem, tanquam satis sit, huius dubij resolutionem regulari à consuetudine, vt si soleant conferri, adsit consuetudo affirmatiua, quod si minimè soleant ita conferri, adsit consuetudo negatiua, nihilominus, cum præfatus Concilij Canon prohibeat id fieri, est profectò sumenda conclusio negatiua, eamq; subsequatur restrictio illa, nisi consuetudo aliud admittat, tuncque illa sit verificanda consuetudo.

Ex his, apparet multó minus licere minores ordines, & primam tonsuram vnica die conferre eidem, vt Host. & Abb. rectè adnotarunt in eodem cap. de eo, eorumque opinio, videtur verior Angelo in verbo, ordo 6. num. 2. indecens etenim esset, quem vna die esse laicum, & Acholitum, & propterea nullum verbum positum fuit de clericatu in alleg. cap. de eo; Consuetudo tamen, si adesset, quę id permitteret, valida foret, per Ang. vbi supra, Armilla etiam, ait in verbo ordines num. 6. subnectens consuetudinem hoc habere, & in practica esse, quod simul eidem conferantur minores, & prima tonsura: de cuius consuetudinis attestatione sic generali, maximopere dubito, tametsi verissimum reputem, consuetudinem seruandam, si hoc induceret, vt etiam placet Rebusso in reg. Cancell. 23. vers. item rapiens; & Henric. sum. Theol. moral. lib. 10. cap. 11. §. 4. & Syluest. verbo ordo el 2. num. 7. versic. tertium, vbi hanc consuetudinem in Alemania vigere fatetur; illa tamen, vbi non existeret, aut de ea non constaret, Angel. reputat veriorem opinionem Hostiensis; cui non obstat glosa in allegato cap. de eo, illum textum indefinitè id concedentem circa minores ordines, ergo sit de omnibus, atque etiam de prima tonsura intelligendus, nam respondetur illum textum solum verba fecisse de quatuor minoribus; quæ subsequens indefinita loquutio de minoribus, restringitur, ad supra expressa, vt Angel. alleg. verbo ordo el 6. nu. 2. per l. Pomponius in principio ff. de procur. vltra quam, optima altera potest illi textui dari responsio, vt loquatur indefinitè, cum consuetudo, aut dispensatio concurrit ex glosa in cap. quicumque vers. Acholitus 77. dist. & glosa fin. in cap. ordinationes el 2. dist. 75.

21 Minoribus ordinibus insignitus extra dies constitutos, suspensionem, nec de iure canonico incurrit, nec per Bullam Pij 2. Cum ex Sacrorum, vt firmat Nauar. in sum. cap. 25. num. 70. vers. dixi, & cons. 9. nu. 2. & cons. 19. in fine hoc tit. par. 1. in antiq. Henric. lib. 10. sum. Theol. moral. cap. 12. §. 2. in glosa lit. M. & fusius scribo in Rubr. de ætat. ordin. cap. 4. nu. 9. per Constitutionem verò Sixti V. editā contra clericos malè promotos, incipientem Sanctum, & salutare, videtur extensa suspensio, vt in ipsam incidant etiam promoti ad minores extra tempora, idq; apparet, tum ex verbis in illius Constitutionis initio positis, nempè in promouendis tám inferiorum graduum clericis, quàm etiam Præsbyteris; túm alijs positis in §. quare, scilicet, & ad minores, maioresq; ordines promouere; tum demum alijs relatis in §. vt igitur, ad primam tonsuram, minoresq; ordines, & mox, aut ad ordines minores, vel sacros, sicuti etiam adnotauit, Viuald. in expositione ad dictam bullam notab. 7. quam expositionem ipse posuit in fine sui Candelab. Postremis verò hisce temporibus præfatam Sixti Cōstitutionem quo ad pęnas eiusmodi non admittimus ob alteram á Clem. 8. fęlicis memoriæ æditam, abrogantem iam dictam Sixti, vt multis in locis aduertimus huius diuersorij.

Quod si alicubi abesset consuetudo concedens facultatem promouendi eadem die ad omnes insimul minores ordines, quo casu nemini fas esset illos iunctim suscipere, si tamen illis vnica vice, aut aut aliter non seruatis interstitijs, quis faceret se insignire, sicut nec per iuris communis dispositionē, nec per Constitutionem Pij 2. fieret suspensus ex supra relatis, ita neq; per Constitutionem Sixti V. quæ tametsi complectatur Clericos malè promotos ad minores, nihilominus in §. vt igitur, ad hunc casum descendens Pōtifex, solummodò sacros memorat, per verba illa, ita vt aliquis vnico die, seu continuatis diebus ad plures ordines sacros, & quę sequuntur.

22 Sed promouens alium extra tempora ad minores, suspensus non fit, túm iuris communis considerata dispositione, tum Constit. Pij 2. cum ex sacrorum, quarum legum vigore, neque ita promotus, fit suspensus, vt dixi nu. 21. per Constit. veró Sixti V. vtiq;, vt ex eius lectura, & verbis dicto num. collectis vnicuique constabit: Huic tamen dispositioni parendum his temporibus non est, propter alteram Clem. 8. Constitutionem supra relatam, & huius moderatoriam.

SVM-

SVMMARIA.

Sacri ordines, quibus temporibus dari poſſint, num. 1.
Quatuor temporum ieiunia, olim quo tempore celebrarentur, quoq; his poſtremis temporibus, num. 2.
Anni diſpoſitio, & innouatio, nu. 3.
Annus Romæ, aut in Bullis apoſtolicis, quando exordiatur, num. 4.
Quando verò, dum quæritur de diuiſione facienda pro rata temporis? nu. 5.
Iſta diuiſio inter quas perſonas, & in quibus fructibus admittatur, aut denegetur? nu. 6.
Reſeruatarius fructuum, an titulario comparetur, an citius penſionario? nu. 7.
Fructuum diuiſiones, quot ſint, & quæ, nu. 8.
Sacri ordines, cur Sabbati diebus conferantur, num. 9.
Minores ordines, & Subdiaconatum eadem die conferre prohibitum eſt, nu. 10.
Ita quoque duos ſacros, nu. 11.
Anni curſus, de vno ordine ad alium intelligitur de vna feſtiuitate ad eandem ſequentis anni, num. 12.
Pœna ſuſcipientis, & conferentis plures ſacros ſimul refertur, nu. 13.
Diſpenſare Epiſcopus poteſt in interſtitijs, quantumque ſit tempus interſtitiorum diſcutitur ſub eodem num. 13.
Diſpenſatio circa interſtitia, quomodo concedenda, nu. 14.
Cauſa neceſſitatis, quæ dicatur, quæq; vtilitatis, num. 15.
Locus ad conferendos ſacros, qui congruus cenſeatur, num. 16.
Hora quæ idonea exiſtimetur pro illorum collatione, nu. 17.
Sacri ordines quamuis extra tempora conſtituta, dentur, imprimitur nihilominus caracther, num. 18.
Pœna promoti, ac promouentis extra tempora. num. 19.
Eiuſmodi promotus, & propterea ſuſpenſus, poſſit nè beneficia interdum adipiſci? nu. 20.
Miſſæ celebratio requiratur nè, cum Sacri ordines conferuntur, nu. 21.
Epiſcopus cum eiuſmodi promoto diſpenſare, nec ne valeat? nu. 22.
Diſpenſare ab irregularitate nemini licet, quam Papæ, nu. 23.
Papa diſpenſare queit, vt quis extra tempora aſſumatur ad ordines, idq; vno ex tribus modis concedere conſueuit, nu. 24.
Dictionis quatenus refertur vis, & intellectus. num. 25.
Diſpenſatio conceſſa arctato, quando impetranti non ſuffragetur, nu. 26.
Diſpenſatio poſſit nè, abſq; cauſa, tutè concedi? nu. 27.
Cauſæ quindecim referuntur ad diſpenſandum validæ, num. 28.
Multitudini erranti ignoſcendum, nu. 29.
Nobilis, quando præferendus ignobili, cum beneficia conceduntur, nu. 30.
Nobilis, cum docto ſi concurrat, vter præferatur, num. 31.
Epiſcopus beneficium conferens bono viro, exploſo meliori, an peccet? nu. 32.
An etiam eligens, ſiue præſentans ſub eode, n. 32.
Quid dicendum in inſtituente, nu. 33.
Quid etiam in reſignante, nu. 34.
Bonus ſeu melior, dupliciter quis intelligitur, num. 35.
Præferendus ſit nè is, qui ſemper fuit bonus, an emendatus, nu. 36.
Ætas ſextuplex conſideratur, nu. 37.
Eſus lacticiniorum conceditur tempore ieiuniorum in quibuſdam locis, nu. 38.
Lacticinijs veſci tempore vigiliarum, ſit ne iure vetitum, diſcutitur, nu. 39.
Diſpenſatio nullo iure debetur, ſed ex miſericordia conceditur, nu. 40.
Cauſæ ad diſpenſandum pro matrimonijs inter coniunctos contrahendis, nu. 41.
Item aliæ, vt ommittantur denunciationes, n. 42.
Aliæ etiam circa pluralitatem beneficiorum, num. 43.
Item alia referuntur ad concedendam ſeparationem thori matrimonialis, cuius materia deinde ſummatim explicatur, nu. 44.
Caſus in quibus Epiſcopi diſpenſare queunt tanguntur, nu. 45.
Narratiuam diſpenſationis verificandam eſſe probatur, nu. 46.
Cauſa etiam impulſiua ſi falſa ſit, vitiat diſpenſationem, nu. 47.
Forma refertur concedendi diſpenſationem in foro interiori ab incurſa irregularitate, num. 48.

Capitulum Tertium.

1 SAcros ordines, non niſi, in ſex ſabbatis anni conferri licere, ſtatuere canones, nempè in ſabbatis quatuor temporum, in ſabbato ſancto, & in ſabbato præcedente Dominicam de Paſſione, iuxta decretum Gelaſij Papæ in c. fin. 75. diſt. & Alexandri tertij in cap. de eo, hac Rub. ex quibus, quia mihi ſe ſe obtulit occaſio, ipſam meis è manibus elabi, haud patiar, & tempora, quibus hoc ieiunium ſit celebrandum, inquiram.

2 Calixtus

2 Calixtus sui Pontificatus initio, Ieiunium quatuor temporum ex doctrina Benedicti Episcopi, ter in anno indixit; sed postmodum eidem Calixto visum fuit congruentius, vt quemadmodum Annus per quatuor voluitur tempora, sic, & quater solemne ageretur Ieiunium cap. 1. 76. distin. quare confutanda est opinio Cœlestini primi, & aliorum, quos sequitur Polidor. Virgil. lib. 6. de inuentoribus rerum, cap. 31. in fine, affirmantium Apostolos tradidisse Ieiunia quatuor temporum, quod deinde Ieiunium confirmauit Concilium Maguntinum inseritque peculiaria tempora, quibus Christicolas ieiunare oporteret, in cap. constituimus eadem distinct. 76. cuius textus pars secunda abrogata fuit, vt inibi glosa, & cœteri adnotarunt, & ex Concilio Salagustano, alia fuere constituta tempora, de quibus loquitur cap. de Ieiunio alleg. dist. quæ pariter reuocata fuere, merito, ea omnia, non erit incuria prætcrire, & illa dumtaxat recensere, quæ recens vsus Catholicæ Ecclesiæ nos edocet, & ab Vrbano Pontifice statuta. qui primum ieiunium Quatuor temporum in initio Quadragesimæ celebrari præcepit; secundum in hebdomada Pentecostes; tertium in Septembri, ac quartum in Decembri, cap. statuimus 76. dist. quæ sub illis duobus carminibus continentur relatis à Doctoribus, ac præsertim ab Host. in ca p. consultationi nu. 2. hoc tit.

Vult Crux, Lucia, Cinerum Charisma-
ta Dia.
Vt det vota pia, quarta sequens feria?

Quæ Ieiunia ex doctrina Sancti Spiritus, ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit ascripta temporibus; siquidem vernum in Quadragesima, in Pentecoste æstiuum, in mense septimo autumnale, inque decimo, Hiemale frequentemus ieiunium; intelligentes esse nihil vacuum præceptis, & verbo Dei, ad eruditionem nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Euangelia incessabili tuba discimus, vt ex sermone sancti Leonis Papæ habetur in c. huius 76. dist. Altera ratio, cur fuerint Quatuor tempora constituta, refertur à Gomesio in cap. cum in multis nu. 80. de rescript. in 6. & inquit quatuor esse tempora Anni magni totius temporis, ab Adam vsque ad finem mundi, nempè tempus deuiationis, Reuocationis, reconciliationis, & Peregrinationis; quorum ratio de iniunctis Ecclesiæ ieiunijs quatuor temporum inibi incumbit, ex auctoritate Diui Antonini in 3. par. sum. tit. 13. cap. 4. §. 9. qui copiosius isthæc dilucidat, & Azor. vniuersam huius rei materiam pertractans In lib. 7. Moral. instit. cap. 25. Ipse autem ad Leonis sermonem redeundo, aduerto, quòd ille aduersari videtur decreto Vrbani in dicto cap. statuimus; præcipienti duo vltima ieiunia in mense Septembris, & Decembris, esse celebranda, & Leo asserit celebrationem illorum fieri mense septimo, & decimo, & tamen constat ex hodierna mensium computatione septimum mensem esse Iulium, & decimum mensem esse Octobrem, in quibus nullum fit ieiunium Quatuor temporum; ideo cum exoptem beneuolos lectores exonerare labore, illumq; meis superimponere humeris, vt omnium quæ hoc in opusculo scribo facilis admodum sit cognitio, tametsi huius meæ cupidinis effectum consequi non possim, sine continuo studio, assiduis lucubrationibus, maximisque laboribus, quibus sanè nullo vnquam tempore peperci, vt pro viribus lectori satisfacerem, propterea sæpè sæpius consideranti mihi, quisnam septimus, & decimus sit ille mensis, occurrerunt nonnulla illorum certam cognitionem præbentia, & explicare constitui; exploratum habens, hunc meum diffusum sermonem
3 nemini tædium allaturum; quinimò videre mihi videor animos incitasse ad discendum ordinem, quo vel apud Priscos fuerit, vel certioribus postea regulis innouatus annus, & propterea mihi imponere, vt pergam eloquio tam dulci, de Anno quoque edisserere; quo ductu iubendi aliqua contexere decreui, atque paucarum Regionum morem referre constitui; non etenim ambigitur quin apud gentes, dispares fuerint differentiæ, & multiformes species de anno, ita vt sciam, quemque ingenio, ac prout cuique commodum fuit, inueniamus dimensos esse annum. Hebræi namq. annum lunarem attendunt decem mensium, ex quatuor, & trecentis diebus constantem, cuius initium Aprælis est, ac merito legimus Iulium esse quartum mensem, Augustum quintum, Octobrem septimum, ac Ianuarium decimum, in c. Ieiunium el 2. dist. 76. & Aprælem primum anni mensem esse apud Hæbræos tenet Vgo Cardin. super cap. Exodi 12. & Esdr. 1. cap. 3. D. Thom. in 4. sent. dist. 15. quæst. 3. artic. 4. glosa in cap. celebritatem vers. primi mensis, de Consecrat. dist. 3. ibique Turrecremata, quamuis Nicolaus de Lyra Genes. 7. & Exod. 12. affirmat, Martium esse primum mensem apud Hebræos, idque confirmat Arnald. Albertin. Rub. de hæret. in 6. nu. 58. Arcades annum tribus mensibus habebant, Arcananes sex; Græci reliqui, trecentorum quinquaginta quatuor dierum, annum proprium computabant, Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 12. Persas verò annum dierum trecentum sexaginta quinque, & quadrantis recepisse Quintus nos edocet Curtius; Nemini igitur mirum videri debet, si Romani quoque annum latium, variè computarunt, & olim annum suum auctore Romulo decem habuerunt mensium digestum, & illorum Princeps Martius erat, quem Romulus dicauerat Genitori suo, præfatique menses, ex quadringentis quartoque die constabant, teste Macrobio effuse explicante, in citato lib. 1. Saturnal. cap. 12 & Ouidio lib. 1. fastorum asserente.

Tempora digereret, cum conditor Vrbis in anno
Constituit menses, quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis, quā sydera Romule noras,
Curaque finitimos vincere maior erat
Est tamen, & ratio Cæsar, quæ mouerat illum,
Erroremque suum, quo tueatur habet
Quod satis est vtero matris dum prodeat infans
Hoc anno statuit, temporis esse satis.
Per totidem menses a funere coniugis vxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Hac

Hac igitur vidit Trabeati cura Quirini
Cum rudibus Populis annua Iura daret
Martis erat primus menſis, Venerisq. ſecũdus
Hac generis Princeps, ipſius ille Pater
Tertius à ſenibus, Iuuenum de nomine quartus
Quæ ſequitur numero, turba notata fuit.

Hæc fuit Romuli annua ordinata dimenſio, cuius numerus, cum neque ſolis curſui, neque lunæ rationibus conueniret, nonnunquam vſu veniebat, vt frigus anni, æſtiuis menſibus, & contra calor hyemmalibus proueniret, ideo ſequutus Numa Pompilius primum addit quinquaginta dies, poſtmodum illis adiecit alios ſex, deductos ab illis ſex menſibus, qui triginta habebant dies, ideſt de ſingulis ſingulos, eoſque quinquaginta, & ſex dies in duos ab ipſo conſtitutos menſes diuiſit; quorum priorem Ianuarium nuncupauit, illumque primum anni menſem fecit, alium veró Febuarium nominauit, & vltimum anni menſem eſſe iuſſit, tametſi hos duos menſes, addidiſſe Tarquinium Priſcum, aſſerat Fuluius, & falsó, vt ex his quæ copioſè adnotauit Macrob. dicto lib. 1. Satur. cap. 13. apertè liquet, & ex Ouid. eodem lib. faſtorum dicente.

At numa nec Ianum, nec Auitas præterit vmbras.
Menſibus antiquis addidit ille duos

Multi legunt.

Menſibus antiquis præpoſuitque duos.

Quod carmen nequaquam ita legendum puto, etenim non ambos illos menſes Numa præpoſuit anno, at Ianuarium dumtaxat, Februarium verò vltimum conſtituit, quos duos menſes poſtmodum, decem viri prudentes coniuxerunt, & Februarium poſt Ianuarium numerarunt, ergo legendum.

Menſibus antiquis addidit ille duos.

Quibus paululum poſt tempus, idem Numa Pompilius in honorem imparis numeri, vnum adiecit diem, quem Ianuario dedit; quam omnem inconſtantiam temporum, vagam adhuc, & incertam in ordinem ſtatutæ definitionis redigere, atque annum à Numa ratione quadam adeo confuſa, & imperfecta conſtitutum, immutare coactus fuit poſtmodum Iulius Cæſar, qui imitatus Aegyptios ad numerum ſolis, qui diebus trecentis ſexaginta quinque, & quadrante, curſum conficit, annum dirigere elaborauit; magnum quidem opus, ſed Cæſare dignum, & ipſe obſeruationi veteri decem ſuperadiecit dies, vt tempus trecentum ſexaginta quinque dierum, & horarum circiter ſex (quo tempore Sol per duodecim Zodiaci ſigna excurrit) annum conficeret, vt ex Macrob. eod. lib. cap. 14. abundè colligitur, atq; in fine cuiuſlibet quatriennij intercalarem diem conſtituit; quam noſtri Doctores biſextilem vocant, quæ ex ſenis horis cuiuſlibet anni, in calce quarti anni dies integra efficitur, & ſic Iulius Cæſar poſtea rem tantum ſuſcepit. Impleuitque, vt nos Ouidius docet lib. 3. Faſtorum, his verſibus.

Sed tamen errabant etiam tunc tempora, donec
Cæſeris in multis, hac quoq; cura fuit

Et mox.

Is decies ſenos tercentum, & quinque diebus
Iunxit, & è pleno tempora quinta die
Hic anni modus eſt, in luſtrum accedere debet
Qua conſumatur partibus vna dies.

Manifeſtè igitur patet ex his, annum continere tercentos ſexaginta quinque dies, idque comprobant è noſtris textus in cap. Quatrageſima, & ibi gloſa verſ. dies de conſecrat. diſt. 5. gloſa in cap. quæſiuit verſ. qui duo de verbor. ſignif. eſt textus in cap. cum biſextus, & inibi Alciat. abunde ff. de verb. ſignif. & l. cum hæres. §. Stichus. ff. de ſtat. liber. & hoc denique anno vſa eſt Reſpublica Romanorum à tempore Iulij Cæſaris, atque Chriſti Eccleſia, totuſque ferè ad hanc vſque diem, Terrarum orbis, etiam nunc vtimur, tametſi varia olim fuerit apud varias nationes annorum ratio, vt dixi, & ſcripſere Plinius lib. 7. cap. 48. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 12. Tiraq. lib. 1. de retractu §. 1. gloſa 10. & cœteris elegantius Alex. ab Alex. lib. 3. gemal. dierum cap. 24.

Ex quibus, quam potui ſtrictim conſcriptis, agnoſcet quiſquam, Leonem Papam, eo in textu allocutum eſſe, & de ſeptimo, & decimo menſibus, iuxta anni à Romulo inſtituti computationem; cuius ſeruata dinumeratione, September eſt ſeptimus, ac December decimus eſt menſis: & quamuis ipſe Leo longè poſt Iulium Cæſarem vixerit, quo tempore annus (vt hodiè) erat ſolis curſui accomodatus, & ſeptimum atq; decimum locum menſium, Leonis tempeſtate tenuerint Iulius, & October; ipſi tamen non numerum tunc temporis, at rationem inſtitutionis inſpicere, & conſectari viſum fuit congruentius; quandoquidem menſes à numero ipſorum ferè omnes dicti fuere, ac nomina ſortiti ſunt, iuxta quam interpretationem, Leonis Papæ auctoritas congruit Vrbani decreto in cap. ſtatuimus 76. diſt. & cap. fin. cum gloſa 1. 75. diſt. ob idque ſubſiſtunt verſus traditi à Doctoribus, circa Quatuor tempora, & à me paulo ante relati. Nec tandem meam forſan aliquis admiretur incuriam, cur Priſcas annorum varietates conſcripſerim, recentes verò, voluntaria oblinione omiſerim; atque anni correctionis á Gregorio XIII. fælicis memoriæ factæ, haud meminerim, qui ex menſe Octobris milleſimi quingenteſimi octuageſimi ſecundi, exemit decem dies; rem namque omnibus notam, hucque non pertinentem, ſilentio inuoluere, non ab re viſum fuit, non tamen rem memorabilem, & vnicuique per neceſſariam prçterire volui, quod in Romana Curia exorditur Annus à die Natiuitatis Domini, iuxta Rotæ deciſionem 50. ſeu 3. à Natiuitate, de Iudicijs in nou. & deciſ. 800. ſciendum eſt, ſiue 2. de verbor. ſignif. in antiquis: ita etiam in Italia, Hiſpania, Aragonia, Catalonia, Dacia, & Vaſcouia, vt atteſtatur deciſ. 638. ſciendum eſt, vel 17. de iudicijs in antiq. ſed in Alemania, Anglia, & Francia ab Incarnatione Domini recipit initium, vt ex eadem deciſ. apparet, excepta Prouincia Lugdunenſi, ex cuius generali conſuetudine, incipit à Paſcha Reſurrectionis, ſicuti atteſtatur additio ad mil. in ſuo repert. litera A. nú. 26. verſic. Annus; in Bullis autem Pontificis, mos eſt, illum exordiri; ab Incarnatione Domini, vt ex eorum lectura vnicuiq; patere poterit.

Sed

5 Sed annum metiri, quo pacto debeamus in his, quæ ex diſpoſitione Iuris communis, aut alterius cuiuſpiam peculiaris Sanctionis, eſt facienda diuiſio pro rata? hanc ſanè quæſtionem, ſcitu dignam exiſtimaui ſemper, & ſi de diuidendis fructibus pro rata generatim quæratur, vnam eſſe quæſtionem; ſi vero ſpeciatim de diuidendis fructibus Eccleſiaſtici Beneficij inter hæredem defuncti, & ſucceſſorem; alteram eſſe hæſitationem, ferunt, qui ſuperindè ſcribunt.

Et in prima quippe parte diſtinctionis, ſit Regionis mos actendendus, vbi adeſſet, cenſent; eo tamen non extante, conſiderandos eſſe duos caſus, admonet vir ille ſummis laudibus extollendus Io. Baptiſta Coſta in tract. de portione, & rata quæſt. 114. fructus bonorum, num. 4. & ante eum Pereg. in altero tract. de fideicom. artic. 49. nu. 102.

Eorumque prior, is erit de bonis locatis; in quibus initium ſumat ab eo die, quo locatio cepit, cum enim hominis prouiſionem ſuperinde habeamus, nihil eſt, quod recurramus ad Iuris. vel Conſuetudinis diſpoſitionem, ex omnium citatorum ſententia, ita in caſu iſto indiuiduo credente, per textum in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de Reg. Iur. iſthæc autem computatio in his rebus actenditur, quarum vtilitas toto fermè anno indifferenter percipitur, inſinuatque inſuper, & quidem maxima cum eruditione Reuſner. conſil. 15. num. 8. In his vero, quæ aliquo tantum anni tempore colliguntur, ſicuti in Ruſticis ipſis Prædijs contingit, quamuis mutati in pecuniam, nihilominus conſideretur annus, habito reſpectu ad fructus, eorumque perceptionem, ex his, quæ copiosè citatus Peregr. poſt alios ſcripſit à nu. 96. & alij relati; nam ſolutiones huiuſmodi, locum fructuum ſubingrediuntur, Alex. conſ. 28. nu. 3. lib. 1. etiam ad hunc effectum cognoſcendi tempus, quod ſit conſiderandum ad diuiſionem faciendam fructuum, vt poſt Anchar. & citatum Alex. conſilium, tenuit pluries Rota præſertim in vna Regien. fructuum 7. Martij 1573 coram. Foriolenſi, & in altera Papienſ. fructuum coram ampliſſimo, & meo vndique D. Lancellotto Iuniore 12. Febr. 1601. recitata per Marium Antoninum variar. reſolut. lib. 1. Reſolut. 46. & iudicauit etiam Regium Conſilium Neapolitanum in deciſ. D. de Franchis 79. & 160. idque adeò, quòd pentionis ſolutio, licet promiſſa fuerit ex ſpeciali pactione in pluribus tandis; ſit nihilominus habenda ratio fructuum, ad dijudicandum rationabile tempus, quo annus exorditur, pro facienda iuſta diuiſione ratæ, non autem conſtitutæ ſolutionis, vt ſcribunt ijdem Pereg. & Coſta, ille artic. citato 49. nu. 97. & 99. iſte verò adducta quæſt. 114. nu. 7. & Reſner. indicato conſ. 15. idemque de Franch. deciſ. iam citata 79. nu. 4.

Poſterior verò ſpecies, intuetur res, haud locatas, & tunc recipiat initium ab eo die, quo percipi fructus conſueuerunt ex Regionum præſertim more ita Molina tract. de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 11. nu. 18. Alciat. conſ. 121. lib. 9. Grat. conſ. 131. lib. 1. Præſes de Franch. deciſ. 19. in his tamen in quibus non ſecus ac, in anteriori ſpecie dictum eſt, fructuũ perceptio toto anno fit, in alijs autem, qui tantùm aliqua anni parte recolliguntur fructus, illius ſit dimentio, ab ipſo recollectionis tempore ad ſequentem, quod præ cœteris notat idem Molina loco ſuperius relato, vbi præterea ſubijcit redditus prouenientes ex Tritico, aut Ordeo, á medietate Auguſti, ex vino autem à die 29. Septembris, ex fructibus pecudum, & armentorum à Die 29. Iulij, ex oleo verò à Kalend. Ianuarij.

Vt autem, iſthæc omnia illuſtrius pateant, reminiſcor, res, quarum continuò fructus percipiuntur eſſe affictus domorum, tabernarum, molendinorum, atque de vſu animalium, operibus ſeruorum, ac penſionibus libellarijs, vt eleganter explicat idem Peregr. num. 99. & de Franch. deciſ. 79. in cauſa ſub nu. 3. & 4. & deciſ. 160. cum audiſſet nu. 7.

Altera verò eſt quæſtio, de diuiſione fructuum beneficiorum, de qua agit idem Coſta, in eodem tract. de portione, & Rata quæſt. 29. cum reditus, nu. 9. Hieronym. de Cauaglios pract. qq. commun. contr. com. lib. 1. quæſt. 33. nu. 13. Couar. variar. reſol. lib. 1. capite 15. á num. 12. Præſ. de Franch. citata deciſ. 79. maximè propè finem, alijque mille, è quorum verbis, id ipſum dicendum arbitror in his fructibus, quod hactenus ſcripſi, cum de fructibus in genere tractaui, de quibus ſatur etiam, & copiosè Statilius Pacific. in ſuo tract. de Saluian. Interd. Inſpect. 4. cap. 1. á nu. 162.

6 Sed quò ad diuiſionem faciendam, ſcilicet inter quas perſonas, & in quibus fructibus ſit illa facienda pro rata; inter quas vero, & in quibus fructibus denegetur, repetere non curo, ſiquidem aliena iſta ſunt á præſenti tractatione, de anni initio, quare relego lectorem ad omnes ante dictos auctores, qui eorum explicationem accuratè ſubijciunt, ſed pro eorum vera cognitione, refert non ignorare, diuiſionem faciendam inter hæredes, beneficiati extincti, & ſucceſſorem, in hoc præſertim Regno, & alijs, in quibus viget ius ſpoliorum, ceſſare eorumdem hæredum prætentionem, eò quòd, in eorum locum ſufficitur Camera Apoſtolica, ex deciſ. Caualc. 30. nu. 20. par. 5. & notatis per Rodoan. in tract. de ſpolio quæſt. 5. Marium Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 46. in controuerſia ſub eod. nu. 4. Eumdemque Coſtam citata quæſt. 29. ſub nu. 9.

7 Quin, & ſi Reſeruatarius fructuum æquiparetur titulario, an citius pentionario, ſcire expedit, vt cognoſcatur an ille ſit admittendus ad eorum ratam, & eius hæredes; & ſiue dicamus æquiparari titulario (ſi verba quædam adſint in reſeruatione, quæ extare credendum eſt, ſi ad fauorem Cardinalis ſint reſeruati) vt ſcribit Gomez. in reg. de Annal. quæſt. 60. & Paris. de Reſignat. beneſ. lib. 3. quæſt. 5. nu. 34. ita quod, non vendicare ſibi locum Regulam de publicandis, vbi ſacta eſt Reſignatio cum reſeruatione fructuum, dixit Rota in vna Spolet. Canonicatus, & in alijs teſtatur idem Gomes. in Regula de public. quæſt. 2. vbi num. 3. cam addit rationem, quia talis reſignans cum effectu, dicitur poſt reſignationem beneficiatus, ſicut antea & effectus actendi debeat iuxta cap. relatum de Cleric. non reſid. quin reſignatio facta reſeruatis fructibus propria auctoritate percipiendis, dicatur reſignans in ſua poſſeſſione continuare, defendit Paris. conſ. 39. nu. 7. vol. 4. & Mandoſ. tract. ſignat. gratiæ, verbo fructuum reſeruatio, verſ. reſignanti, quo loci præterea ſubdit, huic reſignanti, & dubitanti ſpoliari, conceſſum fuiſſe mandatum de manure-

nendo à Rota coram Puteo, quorum sententia præ maximè subsisteret, si cessio fuerit de Ecclesia Cathedrali, que casu solet hodie de stylo expressè reseruari titulus, & denominatio eidem Resignanti, vt aduertit idem Mandos. inibi versic. titulum, eumque sequitur Paris. de resignat. benef. lib. 6. q. 1. nu. 61. Si verò dicamus non eum titulario æquiparari, sicuti cum deessent prædicta, ex quibus titulario assimilari recensuimus; saltem pensionario, omnino similem iudicat Gomes. adducta q. 60. & Paris. citata quæst. 5. sub nu. 35. Vtra earum opinionum sit verior, semper danda videtur portio Resignatorio, seu eius hæredibus; si namque titulario similis appareat, tunc eius hæredibus indistinctè portionem dandam esse scribit Alber. in l. diuortio nu. 12. ff. sol. matr. cuius sententiam omninò veram existimat Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 15. vers. sed in hac ipsa quæstione, sub nu. 12. epitulaturque conclusio altera, quod vacatio per mortem, & per Resignationem conueniunt iuxta sententiam doctorum in cap. susceptum de rescr. in 6. aitque in specie Francisc. Marcus decis. Delfinal. 1120. nu. 2. par. 1. & Bursat. cons. 362. num. 1. sed tatam. tum Resignanti, tum Resignatario deberi, licet dissentio sit, vsque ad quod tempus, dicunt Hieronym. de Cauagliof. pract. qq. comm. contra comm. quæst. 561. a nu. 46. & Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. 6. a nu. 1. ita, & huic reseruatorio eiusque hæredibus, quod si pensionario, itidem dicendum est, cum, & pensionario præstandam esse portionem scripserit citat. Couar. sub nu. 13. alios congerens Hieron. Gabriel. cons. 191. in materia post nu. 6. vol. 2. Peregrin. adducto artic. 49. nu. 101. Alex. cons. 15. lib. 2 Ferret. cons. 118. & 152. quorum opinionem veriorem scripsit Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 11. nu. 4. ac de stylo seruari notat Berous cons. 138. lib. 1. & Gaspar. thesaur. ad decis. Antonini Patris. 143. successor in beneficio, vbi de reseruatorio in specie scribit, & distinctione vtitur illa, quo ad fructus, & inquit, nihil eius hæredibus deberi si decesserit antequam fructus sint maturi, & à solo separati, quod si postquam fructus fuerint collecti, omnes ad hæredes pertineant, itaque videtur eijcere ratam, at vel nullos, vel omnes consignandos.

2 Cœterum licet fructuum non desint qui multiplices constituant diuisiones, & quidem erroneas propter bimembrem positam à glosa 2. in l. ex diuerso. ff. de rei vendic. vt alij naturales, alij autem industriales dicantur, & cum hæsitatum fuerit in quorum numero poni deberent pensiones, census, & aliæ obuentiones, responderunt aliqui, inter naturales, præsertim Bal. in l. vbi adhuc sub nu. 57. C. de iure dot. alij antem inter industriales, ita quod eos industrialissimos esse iudicauerit idem Bal. in l. si traditio in fine C. de action. empti, & in proprijs terminis fructuum consistentium in Pratis, & herbagijs ad pecuniam locatis, reputetur talis præstatio, fructus naturalis, docet Natta consil. 384. nu. 4. vol. 2. atque Viuius decis. 8. nu. 19. vol. 1. & non immerito tertiam illam speciem fructuum, scilicet, ciuilem ab aliquibus additam, & sub qua contineri istas pensiones, & obuentiones dixerant, esse commentinam, & omnino falsam, scripsit Menoch. de arbitr. Iudic. casu 110. sub nu. 29. & videndus est de Franchis decis. 572. nu. 9. in 4. vol. & decis. 167. sub nu. 11. qui inuestigantur; veniant nè fructuum appellatione eiusmodi pensiones, obuentionesque, ipseque si non essent vere fructus, attamen inter fructus communiter scribi, notat Cassan. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 17. ibi, & faire les fruicts siens nu. 3. ita quod venire proptcrea regulariter appellatione fructuum dixerunt Butr. & Imol. in cap. cum dilectus de consuetud. & sequitur Affl. decis. 44. num. 7. sed ille quando dicantur fructus separati à solo, aut non separati, & pendentes, adamussim tractat Bal. in cap. 1. nu. 25. de pac. tenend. in vsib. feud.

Quibus explicatis, ad rem nostram redeundo, & quærenti, cur potius diebus Sabbati Ecclesia constituerit, sacros ordines esse conferendos, quam alijs, ea potest dari responsio, quam tangit glosa in cap. literas versic. pertinere, hoc titulo; scilicet, quia Sabbatum significat requiem, legitur enim, Ioan. 10. quod requieuit Deus die septimo ab omni opere quod patrarat, & quoniam requies consideratur dupliciter, vno modo pro cessatione ab operibus, alio modo pro implemento desiderij ex Diuo Thoma par. 1. Sum. q. 37. art. 2. in medio; & quo ad primum caput requietis, considero ea frui sacris initiatum ordinibus, cum de labore sæcularium negotiorum, transeat, ad Ecclesiasticam requietem, ideoque illi non amplius negotiari permictatur cap. fornicari 88. dist. qua tamen non potiuntur constituti in minoribus ordinibus; cum possint retrogredi ad seculum c. Ioannes de cleric. coniug. glos. in cap. fin. 50. distinct. est textus in cap. si qui 32. dist. Alterum verò requietis caput, nec Sacri initiati assequuntur, quousque ipse, alijue triumphantem ingrediantur Ecclesiam, ex D. Thoma inibi, & succurrit auctoritas David Psalm. 16. Tunc satiabor cum apparuerit gloria tua; cuius desiderij complementum Apostolus consequi, animo concupiscenti concupiens; in ea prorupit verba; cupio dissolui, & esse cum Christo.

Qua vero ratione, statutis tantum modo diebus, quibus etiam solemnia ieiunia ex vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more indicuntur, fiant ordinationes, respondere conuenit, & ea vtor responsione, quam Cathechesis Romana posuit in Rub. de Sacram. ordinis §. sequitur nunc, vt scilicet, fidelis Populus, eiusmodi Sacrarum rerum ministros, pijs, & sanctis præcationibus à Deo impetret, qui ad tanti ministerij potestatem assumuntur, rectè, & cum Ecclesiæ vtilitate ad eam gerendam aptiores esse, & hæc sanè vtilior apparet ratio, & verior ijs, quas tradit Præpos. in cap. quoniam §. cœterum 75. dist. & Rebuff. easdem refert in praxi Rub. de cleric. malè promot. glos. 1. nu. 8. & 9.

13 Ordines minores, & Subdiaconatus eidem conferri eadem die non possunt, sine Papæ licentia cap. 2. de eo qui ordines furtiuè suscepit, Armill. verbo ordines nu. 6. Angel. verbo ordo 6. nu. 2. Sot. in 4. sent. dist. 25. quæst. 1. artic. 3. quinimo hodie nedum simul dari non possunt, at præterea, neq; infra annum, cum non nisi post annum, à suscepto postremo gradu minorum ordinum, ad sacros, quis promoueri possit, ex decreto Cōc. Trid. nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas, aliud exposcat in c. minores ordines de refor. sess. 23. Cuius Conc. decretū arbitrio

Episcopi

Episcopi remittit facultatem abbreuiandi interstitia, non autem promouendi, vel dispensandi, vt promoueatur vna die ad duos sacros, vel vltimum minorum, cum primo Sacrorum ordinum, vt optimè annotauit Lopez ad Diazam in praxi crim. cap. 25. vers. vna eadem die Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 11. post nu. 1. & lib. 3. cap. 24. post nu. 13. atque Menoch. de arbitr. Iudic. centuria 6. casu 564. nu. 6. non tamen præfatus Concilij Canon, aufert consuetudinem, quæ permitteret, vt possint simul minores dari, cum Subdiaconatu; nam vbi ea extaret licitè his quoque temporibus eos simul conferret Episcopus, vt affirmat Nauar. in Sum. cap. 25. nu. 71. vers. 8. Henric. Sum. Thæol. Moral. (qui Concilij non meminit) lib. 10. cap. 11. §. 4. & ratione probat Sorbus in Compendio mendicantium, in verbo ordines Sacri vers. & licet Nauar. succurritque auctoritas Diui Antonini 3. par. Sum. tit. 14. cap. 16. §. 16. quam consuetudinem adesse, quia ita seruari fatetur Rebuff. in sua praxi Rub. de cleric. malè promot. glos. 1. nu. 18. fretus auctoritate Cardinalis in cap. 3. hac Rub. eamque attestatur etiam Martin. Vival. in suo Candel. Rub. de Sacram. ordin. nu. 36. subdens ita fere vbique hodie seruari; ipse vero tutius iudicarem vnicuique conuenire, primum rem aliquam excogitare, & experiri, vt postmodum illam, cogitate attestari valeat; tunc namque non ita libenter de consuetudinibus istis fidem facerent, & hercle hanc rem hucusque, non vidi, quamuis á teneris vnguiculis his in rebus sim versatus; fateor tamen eam valere, si aliquo in loco, illa adesset, Concilij decreto non obstante: ideoque recedendum arbitror à contraria sententia, quam tenet Maiol. in tract. de irregul. lib. 4. cap. 11. nu. 1. & sequitur Lopez ad Diazam in pract. crim. c. 25. vers. vna, & eadem die, & Menoch. de arbitr. cent. 6. casu 564. num. 8. existimantes, ab ipso Concilio sublatam esse omnem cõtrariam consuetudinem.

11 Ex prædictis multo magis est concludendum, nè duobus sacris, quis valeat insigniri eadem die, per cap. dilectus hac Rub. quinimmó iura prohibent aliquem promoueri vna die, ad vnum sacrum ordinem, & sequenti ad alium continuato ieiunio, vt scripsit Abb. antiq. & eius additio in cap. literas num. 1. de temp. ordin. namque ex continuatione ieiunij, ex duobus illis diebus, fit dies vna, eodem cap. literas, & adstipulatur illud Genes. cap. 1. factum est, vespere, & mane dies vnus; quam ob rationem, sicuti vna, eademque die, non nisi vnus ordo est eidem personæ conferendus, ita, neque in duabus diebus, & continuato ieiunio, idque præsertim hodie per Concil. Trid. in cap. Subdiaconi de reform. sess. 23. quæ promoto ad Sacrum Subdiaconatus ordinem, per annum saltem in eo non versato, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur ascendere non permittit, ipsumque prohibet ad illum assumi, qui ad minus, in Diaconatu, per annum integrum non ministrauerit, nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem, aliud Episcopo videatur c. qui piè alleg. sess. 23. de refor. consuetudo tamen contraria his etiam casibus, & post Concilium valida foret, Nauar. & reliqui, nuper citati auctores; imò si illa adesset, & propterea permitteretur plures sacros vnica die, simul conferre, eidem, ob id concederetur etiam, quod olim ius canonicum permittebat, vt ne dum diebus Sabbati prædictis, vnum, sed Dominicis immediatè sequentibus, alium Sacrum ordinem conferre, liceat, continuato tamen Ieiunio Sabbati præfati, vsque ad Dominicam subsequentem, ab ordinatore, & ordinato; qua verò consuetudine non existente, vtique vtrumq. prohibetur, adducto c. literas hac Rub. Dominicis tamen diebus immediatè sequentibus præfata Sabbata ordinationum, continuato ieiunio ab ordinato, siue ordinando, & ordinatore, sanè Iura, id concedunt Syluest. verbo ordo el 2. nu. 6. vers. primum; Henric. in Sum. Thæol. moral. lib. 10. c. 12. §. 3. Innoc. in d. c. literas in princip. quia mane diei Dominicæ retrotrahitur ad diem Sabbati præcedentem, fictione canonica, vt Henr. inibi asserit, & Astasan. lib. 6. tit. 4. circa medium, ideoque censetur dies vna iuxta verba eiusdem cap. literas, & ibi Inn. nu. 1. vbi in finalibus verbis, & Syluest. atque Henric. citatis in locis addunt, id nequaquam expedire, nisi necessitas immineat, & ante eos dixerat Abb. antiq. super illo met. c. literas nu. 2. in fine Ioan. And. num. 4. & Anton. de Butr. num. 14. subiungentes tunc prædictam extare necessitatem, si ordinans nequeat perficere collationem ordinum, propter repentinam infirmitatem, vel propter multitudinem ordinandorum, quos si vellet in Sabbato ordinare, nõ posset infra nonam, missam explere, ideoque sibi liceret ordinationi supersedere, missamque complere, cum non debeat vltra nonam illa celebrari, ex cap. solent de consecr. dist. 1. & quia nec moris est, tales ordines conferre sine missa, ob idque fas erit in his casibus sequenti die ordinare, reliquos, si tám ordinandi, quàm ipse Præsul continuauerit ieiunium, vsque tunc. Possunt quoque hi ordines Sacri in nocte Resurrectionis conferri, vt affirmant Innocen. & Siluest. citatis in locis, & profusè Henric. in Summ. Thæol. moral. lib. 10. cap. 10. §. 2. in glos. lit. P.

Ex his, quæ vigore Concilij dixi de interstitijs anni, insurgit dubium, non exiguum, quodque sæpè potest euenire, & accidisse haud ignoro,

12 nempé hic anni cursus, quo modo sit intelligendus, an scilicet oporteat integrum excurrere tempus dierum tercentum sexaginta quinque, quo tempore annus conficitur, an verò satis sit aduenisse eandem solemnitatem, & diem subsequentis anni, in qua superioris anni, alium suscepit ordinem; licet integrum annuum tempus non pertransierit? exemplum in festis mobilibus ponitur, cum aliquis fuit promotus anno 97. die Sabbati sancti ad sacrum Subdiaconatus ordinem, quæ fuit die quinta aprelis, an potuerit anno sequenti 98. eadem die Sabbati sancti, ascendere ad Diaconatum, cum ipsa venerit die 21. Martij, & sic quadraginta quatuor diebus, antequam dies, annum efficientes laberentur? & concludo affirmatiuè, quia annus vnus computatur more Ecclesiastico, ab vna festiuitate ad aliam sequentis anni, quamuis plures, aut pauciores laberentur dies, vt Henr. in simili casu loquens, firmat in Summ. Thæolog. Moral. lib. 7. cap. 20. §. 2. & ita in præsenti dubio scio declarasse Illustrissimos Cardinales Concilij Interpretes subscriptis verbis, in promotione ab vno ad alium ordinem Sacrum, de sententia Domini nostri, attendendus est cursus quatuor interstitio-

ſtitiorum, non autem duodecim menſium completorum, & in hac reſidere ſententia reperi modernum in ſua praxi Epiſcopali in verbo ordo, verſ.ad quartum, circa medium, dum reparum dictæ ſuæ praxis die 15. Octobris anni 99. percurrebam; aduerti tamen, ipſum inibi, defeciſſe in ratione, qua ductus hanc firmauit conclusionem: inquit enim, annum non numerari ſolarem, ſed Eccleſiaſticum, qui computetur ordine lunarij, idque probare nititur per textum in l. 1. §. hoc ædictum, ff. de aqua quotid. & æſtiu. & Gomes in c. cum in multis nu. 80. de reſcript. in 6. quod ſanè neque textus ille probat, neque Gomeſius, qui nec vnum tradiderunt verbum. quo poſſit deduci, annum Eccleſiaſticum numerari ſecundum ordinem lunarij, ad quod probandum illos citat, ſed licet ipſe minus validè probauerit minorem ſuæ rationis, veram nihilominus concluſit opinionem, quam ego Romæ degens, omnino tenendam reſpondi, in quam ſententiam propendit etiam Hieronymus à Sorbo in compen. mendicantium verbo ordines ſacri, verſ. circa id. de qua reſolutione ſummopere lætatus ſum, cum illum, die 8. Octobr. 1602. reperi; maxime quod fælicis memoriæ Sixtum V. ita reſpondiſſe de congregationis Cardinalium ſententia, atteſtatur, hiſce verbis, Sua beatitudo reſpondit eſſe attendendum curſum quatuor dictorum interſtitiorum; non autem tempus 12. meſium completorum; Ac propterea vehementer admiratus ſum, quod contrarium ſuſpicatus ſit, verius eſſe, quidam Antiſtites in Regno Neapolitano, dum renuit anno 97. in Sabbato poſt Pentecoſten die 28. Maij promouere ad Diaconatum, quendam, Subdiaconatu inſignitum anno 96. in eodem Sabbato die 8. Iunij.

13 Pœna verò quam canones expetunt à ſuſcipiente, & conferente plures ſacros inſimul, eſt ſuſpenſio ordinati ipſo iure ab exequutione, & promouentis á collatione c. literas, & c. dilectus de temp. ord. c. qui Eccleſiaſticis 36. diſt. iuncto c. fi. de eo qui furt. ord. ſuſcep. quamuis Anan. eod. c. literas nu. 4. Hoſt. in finalibus verbis, & Butrius dixerint, ordinatum ſuſpenſum ipſo Iure; Ordinatorem verò ſuſpendendum fore per ſententiam, & Angel. verbo ordo 6. nu. 2. Epiſcopus autem cum ita ordinato diſpenſare non valet per dictum cap. dilectus, cuius verba ſunt, ideo ipſum tandiu ab ordinandi ſuſpendimus poteſtate, donec noſtram meruerit gratiam obtinere, & ita illic concludit Innoc. nu. 5. verſ. videtur melius dici, & Borgas tract. de irreg. par. 6. Rub. de tempor. ordin. nu. 27. verſ. ſed ponamus; eſt verum quod contrarium tenet Specul. in Rub. de diſpenſat. §. Nunc de Epiſcoporum. poſt nu. 26. verſ. item non diſpenſat; vt aliquis poſſit ad duos ſimul aſcēdere, neque poteſt diſpenſare, vt firmat Innoc. in adducto cap. dilectus nu. 5. verſ. aliquando prohibetur, Specul. loco nuperrime citato, & ſuffragatur litera eiuſdem c. dilectus. vbi declaratur ab Epiſcopo ſuſpenſus, ordinatus ſimul ad duos ſacros, vigore diſpenſationis illic conceſſæ ab Archiepiſcopo ordinario ſuperiore ipſius ordinati. Aliæ ſunt prætcrea conſtitutæ pœnæ aduerſus præfatos per conſtit. Sixti V. editam contra clericos malè promotos relatæ in §. vt igitur, & §. nihilominus; Aduertendum eſt tamen, quod ſi de iure communi ſubſiſteret præfata opinio Specul. vt liceat Epiſcopo diſpenſare cum huiuſmodi ordinato eodem die ad plures ſacros, id etiam procederet poſt dictam conſtitutionem Sixti V. illa etenim reſeruat Pontifici diſpenſationem, & abſolutionem illius, qui malè promouens, aut promotus miniſtrauit, nec vllum penitus adiecit verbum de reſeruatione diſpenſationis male ordinati, aut ordinantis, antequam miniſtrauit, atque ideo in illis caſibus ſtandum eſſet iuri communi, aut Papæ id reſeruanti, aut Epiſcopis expreſſè, vel tacitè concedenti hanc facultatem diſpenſandi, idque maximè ſtantè nunc reuocatoria dictæ Conſtitutionis Sixti per alteram Clem. VIII. non ſemel relatam.

Suſpenſionem quoque ipſo Iure incurrunt, qui non ſeruatis temporum interſtitijs, ſed continuatis diebus ordinarunt, ordineſque ſuſceperunt plures Sacros, vel poſt vnum ordinem ſuſceptum ſine cauſa rationabili, antequam tempus ab eodem Conc. Trident. præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, ſine diſpenſatione, vt in dicta conſtit. & §. vt igitur, plenius continetur; niſi tamen contradicat Clem. VIII. ſanctio, cuius nunc ſunt percurrenda, & attendenda verba reuocantia prædictam Sixti legem, vt propterea nullam nunc incurrant ſuſpentionem, ſicuti neque ante dictam Bullam affirmat Nauar. conſ. 4. hoc tit. in nouis. Poſſet tamen Epiſcopus diſpenſare, vt non expectato anno, ſed poſt ſuſceptum ſacrum ordinem, quis valeat in primis quatuor temporibus ad alium promoueri c. Subdiaconi, & c. ſequenti ſeſſ. 23. de reform. quam Concilij Canonum, diſpoſitionem, non vtique præfata conſtitutio Sixti V. reuocat, aut coarctat, vt eſt declaratio Illuſtriſsimorum Cardinalium eiuſdem Concilij interpretum, & de conſenſu eiuſdem Sixti Pontificis facta, & his quibus ſequitur concepta verbis. An per Conſtitutionem Sixti V. contra malè promotos cenſeatur reuocatum, ſeu reſtrictum arbitrium Epiſcopo conceſſum, in cap. 13. ſeſſ. 23. de reform. vt poſſit ordinare infra annum á promotione vnius ordinis Sacri ad alterum, & Sanctiſſimus Dominus noſter, reſpondit non eſſe ſuæ mentis alterare diſpoſitionem illius decreti, quod vult remanere in ſua priſtina validitate, atque vigore; abſque vlla renouatione, vel reſtrictione, idque præſertim hodie ſubſiſtit ob dictam Conſtit. Clem. reducentem præfatam Sixti legem ad terminos Iuris communis, & Concilij Tridentini.

Quinimmo opinor poſſe Epiſcopum diſpenſare cum Canonico habente annexum ordinem Subdiaconalem, aut Præsbyteralem: nam quamuis mera neceſſitas Eccleſiæ non adſit, vt ille promoueatur, cum alij adſint Canonici; maximè vbi frequens extat capitulum, vt in Cathedrali Neapolitana, attamen quia intereſt Eccleſiæ numerum habere clericorum, & canonicorum, eoſq; ſua vti dignitate, gradu, & ordine, merito licet abeſſet neceſſitas, non tamen vtilitas, ſicque practicaui multoties, & diſpenſatum fuit per ordinarium Neapolitanum, vt mihi fas eſſet ſuſcipere ſubdiaconatum annexum canonicatui, quem ipſe conſecutus eram in ipſa Cathedrali Neapolitana, & mihi collatum à ſanctiſſimo vigore renunciationis in mei gratiam factam à meo Auunculo Pyrro Ioanne Campanile, deinde Prorhonotario Apoſtolico, & Abbate, atque perpetuo Commendatario Abbatiæ

H Sañ-

Sanctæ Mariæ de Positano Amalfitanæ Diocæsis, sibi ab illustrissimo omnique veneratione dignissimo viro Iulio Antonio Sanctorio Episcopo Prænestino, & Cardinali Sanctæ Seuerinæ nuncupato, cessæ, ac resignatæ, nulla sibi super ea retenta pensione, ac permutatione facta; Quem deinde canonicatum permutaui, vt Romam habitationis causa irem, vnde post aliquot annos Neapolim regredi coactus fui, vt eidem amplissimo Card. Sanctæ Seuerinæ, Summo Pœnitentiario, & Inquisitori parerem, in hoc Regno causa exercendi nomine dictæ Sacræ inquisitionis, & eiusmet generale munus negotiorum gestoris, qui postmodum Vrbis, & orbis merore, & imis gemitibus 7. Iunij huius anni 1602. ex hac vita migrauit. Cæterum de interstitijs aliqua scribo inferius Rub. 9. cap. 8. nu. 24. & Rub. 11. cap. 7. nu. 7. & 8.

Sed vbicumq; licet Episcopo dispensare in interstitijs istis, vtrum dicatur dispensasse, cum ordinando, si aliquid fecerit, quo possit credi tacitè dispensasse; & licet dubitari cōsueuerit si dicatur ab Episcopo dispensatum, cum eo, quem assumpsit ad ordines infra anni circulum, neque expectatis temporibus statutis à præfato Concilio: attamen vnanimis est doctorum responsio cum distinctione, vt negatiua sit verior, si ignorans Episcopus fecerit, affirmatiua autem, si sciens nondum esse lapsum tempus ab antea suscepto ordine ad sequentem, ita Maiol. in tract. de irregul. lib. 3. cap. 24. nu. 14. Ignatius Lopez ad Diazam in pract. crim. cap. 25. vers. oportunæ, & Menoch. de arbitr. Iudic. cent. 6. casu 563. nu. 10 eisq; succurrit ratio illa, quod omne canonicum impedimētum, cuius dispensatio ad Episcopum pertinet, censeatur sublatum, si illum sciens Episcopus ordinauerit, quam docet Abbas, in c. venien, nu. 2. & 3. de filijs præsbyt. Felyn. in c. præterea n. 7. cum seq. de test. cog. Bart. in l. Barbar. nu. 12. ff. de off. Prætor. ibique Ias. nu. 10. Puteus dec. 448. fuit tentum lib. 1. & Menoch. de præsump. lib. 2. præsumpt. 20. nu. 7. inibi nonnullos subiungens consimiles casus, quibus addo glosam peregrinam, in cap. qui in aliquo vers. qui concubinas. 51. dist. eiusmodi autem tacitam dispensationem concessisse Episcopum, cum literas dimissorias sciens dedit, subijciunt, præfatis in locis Maiol. & Salzedus, ob id, quod ordinare, & dimissorias concedere à pari procedunt, ex notatis per Syluest. verbo irregularitas in fine, & pluries defendi, ex eo præsertim, quod is potest dimissorias concedere, qui & ordinare potest cap. 1. dist. 72. ac Serafin. decis. 985. nu. 3. atque ideo si Abbati fuerit concessa facultas ordinandi aliquem priuatiuè ab Episcopo, censeatur etiam priuatus idem Antistes potestate dandi dimissorias, vt eadem Rota firmauit teste eodem Serafino decis. 467. nu. 9.

Sed quantum sit istud, temporum interstitium, vel vt omnes percipiant, facilioribus verbis expeto, quale sit istud tempus, quod intermedium esse debet ab vno, ad alterum ordinem, á iure, & Concilijs sub plurali nomine interstitia dicta? & quò ad tempus, quo distare debeat vltimus ordinum Minorum, à primo Sacrorum, nec non ab vnoquoque Sacro, ad alterum, quamuis antiquitus fuerit variè decisum: postremis tamen temporibus apertam legimus sanctionem in Trident. Conc. c. 11. ac 13. & 14. sess. 23. de reform. itaq; dubium versatur ab vno minore ad alterum, cum verba eiusdem Concilij in adducto c. 11. id minimè exprimant, & dumtaxat affirment minores ordines, nonnisi per temporum interstitia conferendos, quare Maiolus credidit, ea censeri ab vno Sabbato Quatuor temporum, ad alium sequentium Quatuor temporum, in tract. de irreg. lib. 3. c. 24. nu. 13. Sed ego veriorem existimo, quod Sorbus scripsit ad compend. mendicantium, verbo, ordo, vers. & sic bene concludi posse arbitror; inquiens, ea censeri ab vno die festiuo, ad alterum, atq; ita testatur vidisse complures Episcopos obseruasse, & vnumquemq; ordinem minorem contulisse in vno quolibet die festiuo, vno alterum subsequente; ipseq; passim seruari scio, & rectè fieri, cum iuri communi maximè conueniat, quo etiam vnico die licebat omnes dare iuxta glosam in cap. de eo, de temp. ordin.

14 Ex prædictis autem Conc. capitibus, aliud emergit insignè dubium, quodq; solet persæpe contingere, & explicatione dignū censemus, ac propterea cogimur attentè notare verba dictorum capitum; eaque non casu, sed consulto posita fuisse, fateri; nam quamuis minores ordines constituerit, nonnisi per temporum interstitia conferendos, id tamen, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur adiungit, c. 11. d. ses. 23. de refor. itidemq; cum Subdiacono assumendo ad Diaconatum c. 13. non tamen explicant eiusdem arbitrij qualitates: Ideó cum adeó simpliciter loquantur, iudicioq; Episcopi, id relinquant, nulla præmissa conditione, certè quamlibet causam, etiam leuem sufficere credendum est, si ita Antistes arbitretur, cuius arbitrio remissum videatur; idque expressis verbis, ait Hier. à Sorbo super Compend. Mendic. verbo ordines Sacri, vers. Quo ad illud, & post Maiolum, & Ignatium Lopez ad Diazam, scripsit Menoch. de arbitr. Iudic. cent. 6. casu 564. sub nu. 9. & Confectius in Summar. Priuileg. tit. 15. cap. 3.

A postremo autem, minorum ordinum gradu, dumtaxat post annum ad sacrum Subdiaconatus ordinem permittitur vnumquemq; assumi, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas, Iudicio Episcopi aliud exposcat iuxta c. 11. eiusdem Concilij, quas etiam causas, idem Concilium exigit in dispensatione concedenda Diacono suscipiendi Sacerdotalem ordinem infra annum; ait enim in c. 14. eadem ses. 23. qui ad præsbyteratus ordinem assumuntur, hi sint qui in Diaconatu ad minus annum integrū nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, ac necessitatem, aliud Episcopo videretur, ministrauerint, ex quibus canonibus aduertendum, alteram illarum sufficere ad concedendam dispensationem volenti ascendere ad Subdiaconatum: vtramq; verò cuicumq; concupiscenti Sacerdotio insigniri, ob illam dictionē (aut) positam in c. 11. & alteram dictionem (ac) scriptam in citato c. 14. quarum prior est alternatiua, posterior veró coniunctiua, ex quibus rectè, ita cōclusit Sorbus loco mox citato, & confectius. Qui
15 verò expeteret, quæ dicatur causa necessitatis, quæque vtilitatis, idem Sorbus respondet, in vers. & quia, est iam suqradictum, & antea Emanuel Rodriquez Lusitanus in explicatione bullæ cruciatæ in fine, sed ipse hic quæsito fusius satisfare constitui illorum tamen vestigia insequens, & quidem Syluest. opinatur in verbo ordo el 3. nu. 10. in fine, & Diuus Antonin. tit. 14. capit. 16. §. 18. vers.

verſ.in ſecundo verò caſu tomo 3. tunc dici extare Eccleſiæ vtilitatem, quando illa miniſtris indiget, neq; alij adſunt qui idonei ſint preter illum, qui diſpenſari poſtulat: neceſſitas autem cum indiget, nec vllus eſt alius, qui promoueatur, verùm alijs iſthæc opinio viſa fuit rigida nimis; ipſiq; propterea mitius reſponderunt, maximè ſorbus, conſectius, & Rodriquez, atque Eccleſiæ neceſſitatem adeſſe dixerunt, quoties alios, ipſa non haberet ad ordines promouendos, plurimumq; indigeret miniſtris, qui capellanijs, reliquisq; beneficijs ſatisfacerent; & vtilitatem conſiderarunt, quoties illa haberet alios idoneos miniſtros, & pluribus indigeret, pro decentiori cultu, & commodiori illius ſeruitio, parochianorumq; maiori comoditate; quamobrem paucis exiſtentibus idoneis miniſtris, vtile erit, huiuſmodi diſpenſationes elargiri; quod ſi etiam aliorum, & non idoneorum inopia polleret ſané tunc neceſſitas ſuppeteret, pro concedenda diſpenſatione: Harum tamen cauſarum inueſtigatio relinquitur iudicio Epiſcopi, ob quæ obſtupeſco, cur his temporibus Præſules nulla requiſita cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, pro arbitratu, paſſimq; diſpenſent, minus aduertentes, eatenus, eis conceſſam eſſe facultatem illas dandi, quatenus aliqua prædictarum cauſarum adducti, ante lapſum interſtitiorum indulgent, promoueri; ipſosq; antiſtites ob id ſimpliciter enixeq; exoro, vt poſthac á prædictis caueant, attentèq; rimentur, ſi cauſa ſubſit, illaq; ſit talis, qui ab ipſo Tridentino Concilio requiritur, atq; ita proprijs, & ordinandorum conſulant conſcientijs, ex huc vſq; conſtitutis concluſionibus.

Minores verò, & vnum ſacrum, quia ſuſcipere quis non debet, vbi id conſuetudo non permittit, vt fatetur Ang. verb. ord. 6. n. 2. & dixi ſupra hoc eod. c. ſub n. 10. ideo ſi promoueretur eſſet ſuſpenſus per d. c. 2. de eo qui ordin. furt. ſuſcepit Nauar. in Sum. c. 27. n. 24. verſ. ſecundo dico, & nulli dubium, poſt Concilium per ſcripta hucusq; quia ab Acholitatu ad Subdiaconatum, debet intercedere diſtantia annalis, alias incurreret ſuſpenſionem per cap. Minores ordinès ſeſſ. 23. de reform.

16 Locus congruus ad conferendos ſacros ordines, eſt de iure, Eccleſia Cathedralis ſecundum Raym. quem refert, & ſequitur Syluest. verb. ord. el 2. nu. 8 conſuetudine autem obtemptum eſt licere in ea Eccleſia eos dare, quam Epiſcopus eligere mauult, per Aſtaſan. lib. 6. tit. 4. art. 2. Syluest. vbi ſupra D. Anton. 3. par. Sum. tit. 14. c. 16. §. 17. Rebuff. in Reg. Cancell. 23. verſ. & minores Tabien. verb. ordo 5. §. 1. Henrichez in Sum. Theol. moral. lib. 10. c. 11. §. 3. & hodie in hac re clare diſponit Conc. Trid. in c. ordinationes de refor. ſeſſ. 23. his verbis, ordinationes Sacrorum ordinum in Cathedrali Eccleſia, vocatis præſentibusque ad id Eccleſiæ Canonicis publicè celebrentur, ſi autem in alio Diœceſis loco præſente Clero loci, dignior quantum fieri poteſt Eccleſia ſemper adeatur.

17 Hora verò pro Sacrorum collatione, eſt circa nonam per gloſ. 1. in c. quod à Patribus ibiq. Archid. 75. diſt. ſed vſus ſeruat, vt conferantur manè quacumq; hora, modo non in diluculo, tunc enim conſulerem, vt abſtinerent Epiſcopi, dixi manè, quia poſt nonam minime ſunt conferendi ex his, quæ ſcribit Abb. Antiq. In c. literas nu. 2. In fine de tempor. ord. & ipſe plenius adnotaui hoc eodem cap. verſ. ex prædictis in fine.

Tempus quoq. conſtitutum ad conferendos ſacros, & ſupra relatum, non quidem eſt de ſubſtantia collationis illorum ex gloſa in c. ordinationes el 1. 75. diſt. ideo ſi illis non ſeruatis conferrentur, vti-
18 que imprimeretur caracther per Ioan. Monach. in Rub. de tempor. ordinand. in 6 nu. 1. gloſ. in cap. vel non eſt compoſ. verſ. ætatem, & tex. in c. penul. hac rub. ob idque rectè ſentijt Hoſt. in cap. conſultationi nu. 2. de temp. ord. quod tempus, ætas, & Epiſcopi qualitas, non eſt de ſubſtantia ordinum, adeoque caracther imprimatur, ſi quocumque tempore, à quocumq; Epiſcopo, dummodo in forma Eccleſiæ conferantur, & homini baptizato, ſed quia tám conferentes, quam recipientes ſunt propterea tran-
19 ſgreſſores canonum, ideo puniuntur, & tàm promouens, quám promotus extra tempora, ſuſpendendi ſunt, ex ſententia gloſæ penult. in clem. fin. de ætat. & qualit. aut, & melius promouens ſuſpendatur, promotus vero ſit ipſo iure ſuſpenſus, vt aſfirmant Hoſt. Io. And. & Butr. in c. cum quidam de temp. ord. vbi licet videantur primo aſpectu tenere contrarium, nihilominus, quia poſtmodum eorum ſententiam in hac parte remittunt, ad notata in cap. literas, illo eod. tit. vbi Io. And. nu. 7. Butr. nu. 15. & Hoſt. in finalibus verbis, affirmant promotũ ipſo iure ſuſpenſum, hoc itidem eos tenere in d. c. cum quidam affirmandum eſt; quorum dictum verius putat Armill. verbo Irregularitas nu. 82. & propterea reſpuenda videtur reſolutio Nauar. conſ. 40. alias fuit dubitatum nu. 7. verſ. 11. de temp. ord. p. 1. in impreſſis Cremonæ anno 1591. quod Conſilium, in impreſſis Venetijs anno 1600. ponitur ſub rub. de cleric. excom. miniſtr. conſ. 7. vbi firmat hunc promotum non eſſe ſuſpenſum ipſo iure; Quicquid tamen ſit de iure communi verius, non eſt dubium, quin Conſtitutione Pij II. cum ex Sacrorum ſit ſuſpenſus ipſo iure, idq; ex ea idem Nauar. adducto conſ. deducit, & in Sum. c. 27. nu. 241. verſ. quinto dico; cuius Conſtitutionis, quamplures quia prorſus peregrini fuere, concluſerunt contrarium; nouiſſima autem Conſtitutio Sixti V. contra Clericos malè promotos, ne dum ſuſpendit ipſo Iure, promotos extra tempora, at etiam illos ita promouentes ad ſacros, vt in §. vt igitur, cum duobus ſeq. Verùm quia ſucceſſit poſtmodum Clem. 8. ſanctio, antedictam Sixti V. Conſtitutionem reſtringens, ac modificans, & ad terminos tantum Sacrorum Canonum, ſanctionisq; Pij II. & Conc. Trid. redigens, ideo meminere oportet, ac conſiderare tantum pœnas in dictis Iuribus ſtatutas aduerſus promouentem, & promotum ad Sacros ordines extra tempora à Iure ſtatuta, & quidem actenta diſpoſitione Iuris communis, ſuſpendendum diximus ordinantem, ſuſpenſum verò ipſo Iure ordinatum. Sed Pij II. lex, præteriens ordinatorem, aduerſus ordinatum pœnam indixit ſuſpenſionis ipſo iure, & propterea quæ antea extabat controuerſia doctorum, ſi tunc Iuris communis diſpoſitione actenta, ſuſpenſus illicò fiebat, vel á Iudice potius ſuſpendendus erat; poſt dictam Pij Conſtitutionem, deſijt. Concilium verò Tridentinum ſi mea non me fallit opinio, nullam aduerſus iſtos inſligit pœnam, & text. in cap. 8. ſeſſ. 23. de reform. qui primo aſpectu auderſari videtur, dubito ſi contradicat, quandoquidem de duobus

tractat. 1. quippe de ordinante extra tempora. Deinde vero de ordinante alienum absque litteris dimissorijs, & tunc immediatè, & sub eodem contextu verborum subijcit pœnam, vt ordinans sit suspensus à collatione ordinum per annum, ordinatus autem ab exequutione, donec proprio ordinario videbitur expedire; Hæc igitur pœna dicendum videtur, quod referatur ad proximum tantum præcedens caput. Scilicet collationis ordinum ab externo, & fine dimissorijs proprij superioris; quod fortasse deducitur ex verbis, Guttier. can. qq. lib. 1. cap. 26. nu. 25. nec non illa iuris Regula præsertim comprobat, vt clausula in fine posita referatur. Dumtaxat ad proximum immediatum caput, si plura sint in eadem scriptura distincta capita, maximè si diuersitas rationis considerari possit, circa disposita in distinctis illis capitibus, quia tunc multò magis ad proximum tantum referendam esse clausulam vltimò positam, dicendum apparet cum Rota in vna Romana legatorum lune 17. Nouembris 1577. coram Aldobrand. & inter decisiones coaceruatas à Farinaccio, est dec. 446. & quidē inter disposita in duobus articulis eiusdem capitis Conciliaris maxima distantiç ratio est, si rectè perpendamus omnia, cum in primo non nisi tempus violetur, & sic legis præceptum, iám dictum statuens tempus; in 2. vero non tantum illius sanctio violatur, at insuper ob illius violationem multa solent oriri mala, & scandala, præsertim si indoctus vitiosus, atque alijs multis ex causis inhabilis promoueretur ab incognito Presule, ad quæ vitanda sanxerunt Canones vnumquemlibet à proprio Antistite promouendum, aut de illius licentia, & ab eo obtemptis dimissorijs, & in hanc libenter deflecterem sententiam, donec aliter fuerit declaratum ab Amplissimis illis Patribus Sacri Concilij interpretibus. Itaque stat interim conclusio, vt promouens veniat suspendendus ex dispositione Sacrorum Canonum, promotus verò sit suspensus ex eorumdem sanctione, & multò apertius ex adducta Bulla Pij II. cuius tenorem, quia non omnes pre manibus habent, amicorū ductu rescribere censui.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei Ad futuram rei memoriam, cùm ex sacrorum ordinum collatione caracther inuisibilis Animæ imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum, in eorum susceptione excessus graues tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur, cum itaque (sicut fide dignorum relatione non nisi molestè accepimus) nonnulli Clerici extra tempora á iure constituta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui verò sine dimissorijs, contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros ordines promouere; nos eorumdem temeritatem, tali castigatione reprimentes, vt alijs in posterum committēdi similia aditus præcludatur; Auctoritate Apostolica hac constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs literis, etiam citramontani, á citramontanis (præterquam si in hoc vltimo casu, per Cameram Apostolicam iuxta illius stylum) ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promouere, à suorum ordinum exequutione ipso iure suspensi sint, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, Beneficijs Ecclesiasticis possint iure priuari: Volumus autem, quod præsens nostra constitutio in Romana Curia existentes, post quindecim dies; absentes verò Italos post duos menses; alios vero Vltramontanos post sex menses ab ipsius in audientia cōtradictarum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione ligare incipiat; Nulli ergo liceat eam infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerint incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno ab incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo primo; quinto decimo Kalendas Decembris Pontificatus nostri anno quarto.

Quam constitutionem à tempore felicis memoriæ Iulij III. omnes posteriores Pontifices in eorum Cancellariæ Regulis confirmare consueuere, & demum supremus Pontifex Clem. 8. Reg. 23.

Qui autem extra tempus promoueretur ad sacros Ordines, contra constitutionem relatam, quia
20 per eam est suspensus; iustè dubitari potest, an valeat, ea durante suspensione, consequi beneficia, & si Couar. verba attendamus in c. alma mater p. 1. §. 7. nu. 1. ipsi beneficia conferre non licebit, cum ille careat ordinum exequutione: si vero Nauar. resolutionem amplexari velimus in Sum. cap. 27. nu. 160. posset fortasse concludi contrarium, illa cum sit, vt promotus contra dispositionem dictæ constitutionis non ammittat fructus beneficij, quia est tantum suspensus ab officio; cuius Nau. sententia non obstante, existimo Couar. opinionem verissimam, illiq; propterea beneficia conferri non posse tametsi fructus beneficiorum antea obtemptorum non amittat, vt Nau. affirmat, non etenim admittenda est consequentia, fructus non amittit, ergo alia potest adipisci beneficia, excommunicato nãq; prohibetur fieri collatio, ipse tamen rectè percipit interea fructus, nisi morosus fuerit in petenda, & consequenda absolutione, vt concludo in Rub. de person. prohibit. promou. cap. de excommunicato vers. fructibus.

21 Missa autem; vt requiratur cum sacri ordines conferuntur, omnes indubie fatentur, ac præsertim Imol. in c. quod sicut nu. 16. de elect. non tamen, vt ipsa sit (sicuti permulti falsò affirmant) de substantia ordinum, sine qua nihil fiat, sed de honestate, & vsu, nam de substantia non esse testatur communis Theorica in d. c. quod sicut Armill. verb. ordo n. 9. & dixi in Rub. de sacris ordinibus vers. missa, atq; ideo firmandū est, vt sine ipsa cōferatur Sacer ordo

22 Dispensare Episcopus cum huiusmodi promoto extra tempora, vtiq; potest, vt ministret in ordinibus, sic susceptis iuxta glos. fin. in cap. consultationi hoc tit. per illum tex. sequitur Armilla verbo irregularitas num. 82. & Ant. de Butr. illomet capitulo nu. 7. dummodo ex necessitate, aut vtilitate Ecclesiæ faciat; nec talem concedat dispensationem, idem Episcopus, qui eum ordinauit, sed eius successor, vt ipsimet affirmant, cui quidem resolutioni, non vtique refragatur tex. in cap. cum quidam

de

de tempor. ordin.qui ſic promotum tandiu declarat ſuſpenſum, donec à Papa reconciliationis gratiam conſequatur; nam præter reſponſiones aliquas relatas à gloſa citata: ea mihi arridet, quam Hoſt.affert,in c.cum quidam de tempor.ord.vt leges legibus concordentur, inquiens, diſpenſationem inibi non ſolum reſeruari ipſi Pontifici, at præterea Epiſcopis ſucceſſoribus ipſius delinquentis,& malè ordinantis, & procedat alleg. cap. conſultationi, atque ideo,per reſeruationem factam in d.cap.cum quidam,dicatur tantummodo ipſi Epiſcopo promouenti extra tempora, prohibita facultas diſpenſandi cum tali, ita promoto; nequit autem per conſtit. Pij II.cum ex ſacrorum, idque patet latius Rub.7.cap.5.ſub nu. 1. Quod autem alij affirmant, vt liceat Epiſcopo diſpenſare cum ordinato extra tempora, & ab irregularitate deinde incurſa ſi celebrauerit,& refert Borgas tract.de irreg.par.6. nu.29. ſub Rub. de tempor. ordin. eſt ſanè opinio omninò reijcienda, ſiquidem, Regula
23 extat, nè ab irregularitate alius citra Papam ſoleat diſpenſare per cap. 1. in fine de ſent. & re iud. in 6.& cap.1.de ſent.excom. in 6.communiter receptos ſecundum Nau.conſ. 40. nu. 8. de tempor. ordin. in impreſſis Cremonæ anno 1591. ſed in impreſſis Venetijs,anno 1600.eſt conſilium 7. de cleric.excom.miniſtr.dicit etiam conſ.9.nu. 1. de ætat. ordin.in illis; & eſt octuageſimum quartum ſub rub.de regular.in iſtis; affirmat etiam in Sum. cap.27.num.245.& cap.25.num.93.Zabar.clem.1. quæſt.11.de priuil.Borgas. alleg. num. 29. Henric. Summ.Thæol.Moral.lib.14.cap.7.§.5. & ſpeculat. in Rub.de legato §.nunc oſtendendum nu.35. Qui verò inſurgerent,& probare vellent,illam tantummodo diſpenſationem ab irregularitate vigore dictorum textuum, dici reſeruatam Summo Pontifici,quę proceſſit ex celebratione facta per ſuſpenſum, atque ideo in illis terminis loquendo Nauar. in adducto conſ.40.in princip.& nu.8. citat illa capita. Alia verò non intelligatur ibi reſeruata; aduertant, quod illi textus generalem referunt rationem, adiunctam verò caſui peculiari, & incidenti, illicq; relato, ſicuti, & Nauar. ipſe in illo conſilio ait; cùm verò doctores genericè de hac re alloquuti ſunt, eandem quoque tradiderunt Regulam,vt idem Nauar. alleg. conſ. 9. num. 1. de ætat.& qualit.ſiue 84.de Regul.inquiens,quod Regulariter omnis irregularitatis diſpenſatio,eſt Papæ reſeruata, quod probat per illamet iura; idem quoque firmat Franch.in eod.cap. 1.§. ſcituris nu. 1.de re iud. in 6. quod ſolus Papa diſpenſat ab irregularitate quod etiam tenet Abb. in cap. cum illorum nu.2.de ſent. excomm. ibi quia effectus eſt irregularis, cum quo nullus citra Papam diſpenſat, idipſum quoque alij quamplures indefinitè loquēdo aſſeuerant verum eſſe, & ipſe hanc extendendo reſolutionem ad irregularitatem incurſam vigore ſuſpenſionis, aut excommunicationis Epiſcopalis, aut alterius ſuperioris,á qua tam Epiſcopus, quàm alter ſuperior poterat abſoluere; etenim, quamuis auferre valeat Epiſcopus ſuſpenſionem,excommunicationemuè prædictam,non propterea irregularitatem illius cauſa contractam abolere, Abb. in d.c.cum illorum nu.2.Syluest. verbo irregularitas nu.4.Angel.eod.verbo nu. 22. Diazza pract. crim. canon.cap.13.Fuſcus tractat. de viſit. lib. 1. cap. 7. num. 5.Stephan. troch.in clem.dudum col.4.verſ. Dominus tamen de ſepult.Viuald.Rub.de ſuſpenſione num. 131. Maiol.lib. 3.cap.19.nu.2.Epiſcop. Scalenſ.Rub.de ſuſpenſ.cap. 15. & veriſſima eſt reſolutio,reiecta contraria opinione Hoſt. in Sum.de clerico excom.miniſtr.nu.5.verſ. dic ergo,præſertim cùm ipſemet affirmet conſuetudinem ſibi refragari. Hodie verò per conſtitutionem Sixti V. contra Cleric. malè promot. nemo abſoluit a ſuſpenſione iſta,quam quis contraxit ob promotionem extra tempora,neque diſpenſat ab irregularitate poſtmodum enata, vt apparet in illa conſtit. §.vt autem, & copioſius dico in Rub. de ætat. ord. cap. penult. vbi etiam alterius ſanctionis memini promulgatæ à Clem. Papa VIII. & iam dictam Sixti legem modificantis.

A Regula,in principio huius capituli conſtituta, vt non niſi in ſtatutis illis temporibus ſint dandi ſacri ordines,excipitur Pontifex; qui nè dum Subdiaconatum die Dominica conferre poteſt, iuxta terminos c.vltimi 75.diſt.& c.1. hac Rub.at etiam reliquos ſacros,& quacumque die,vt Hoſt.in Sum. Rub.de temp.ordin.nu.2. affirmat, & Rebuff. ſuper Reg.Cancell.23.verſ. item in quatuor temporibus,& expreſſus Canon,quem ipſi non aduerterunt in cap.de eo in fine, hac noſtra Rub. quinimmò ſolo verbo poteſt alium promouere ad Sacerdotium Iacob.de Concil.lib.4.art. 4. verſ. Hoc tamen intelligerem, atque etiam ad Epiſcopatum Angel.in l.1.C.de ſent.paſſ.Rebuff. ſuper d.Regula 23. verſ. item hoc concedere poteſt, & in praxi Rub.de cleric.male prom. gloſ. 1. verſ. tamen nu. 11.Item cum Papa de poteſtatis plenitudine poſſit
24 ſupra ius diſpenſare ex cap. propoſuit de conceſſ. Præb.ita,& diſpenſare, vt extra tempora ſtatuta quis poſſit ab aliquo antiſtite ad ſacros ordines promoueri ex DD.ſententia alleg. cap. 1. Rebuff. ſupra citatis locis, & praxis confirmat, quam diſpenſationem Romæ communiter Curiales appellant extra tempora,eamque vno ex tribus modis Pontifex impartiri ſolèt.

Primò modo diſpenſare conſueuit,vt ſacros ordines quis poſſit aſſumere in tribus diebus Dominicis,vel feſtiuis continuis,cui ſolet ſignatura addere clauſulam,& quatenus arctatus, aut ſufficienter
25 beneficiatus ſit; & tunc illa dictio quatenus alterutram recipit interpretationem, vt vel conditionem faciat per l. ſtichum qui meus erit, verſ. ſed conditio ff.de leg.1.& Bart.in l.1.nu.2.ff.de condit. & demonſtr. vel ſtabit limitatiuè, & eam recipiet expoſitionem: nempè,in quantum ſit arctatus,iuxta l.ſi quis crediderit, iuncta gloſ.ff. de pact.& c. placet de conuerſ.coniugat. Dec.conſ. 385. Iuridicam nu.2.& Ruin.conſ.114.vol. 4. ſolet quoque additio prædicta,alijs verbis concipi, ſcilicet; & ſi vel poſtquam orator arctatus,vel competenter beneficiatus fuerit,vt ſcribit Mandoſ.in tract. ſignat. grat. §. licentia ad ordines promou. faciend. verſ. additur per ſignaturam.

26 Diſpenſatio iſta,cum hac clauſula conceſſa, non ſuffragatur prouiſo de beneficio habente ordinem annexum,vel curam animarũ, ſi illud beneficiũ ſit litigioſum,neq; ei ſuffragatur, qui beneficij nondũ eſt adeptus pacificam poſſeſſionem; atq; ideó nec

tunc compellitur ordinibus, propter beneficium insigniri Clem. vt hi qui de ætat. & qualit. glos. in cap. si tibi concesso vers. vacare, circa medium de præb. in 6. Concil. Trid. in c. quicumq; de reform. sess. 13. Pius V. constit. sua 74. exordiente. Romanus Pontifex, promulgata pridie Idus Octobris 1568. pacificè autem, quis illud possidere censetur (vt teneatur propterea ordines suscipere annexos) qui liberum habet curæ exercitium, licet nondum fructus exigat, iuxta glos. fin. in cap. si tibi concesso, ibique Gemin. in final. verb. de præb. in 6. & luculentius scribo in Rub. de tit. ordin. cap. 3. vers. pariter. Et quia solet in his casibus plura orator inserere supplicationi, nempe vt promoueri possit in vna, duabus, vel tribus Dominicis, aut feriatis, vel non feriatis diebus, simul, aut successiuè, per signaturam nolentem iuxta petitionem concedere præfatam dispensationē, delentur aliqua verba, ac tantū remanent subscripta, scilicet, vt promoueri possit in tribus dominicis, aut feriatis dieb⁹ successiuè.

Alio modo solet Papa hanc licentiam impartiri, vt in tribus temporibus continuis, non expectatis interstitijs, & anni circulis, ad tres sacros ascendere quis valeat; neque libenter cuique petenti concedit, & Romæ appellatur in temporibus.

Nouissimo autem modo conceditur, vt vna eademque die festiua omnibus tribus sacris insigniri valeat, quam tamen non nisi prouiso de Episcopali, & superioribus dignitatibus, Papa solet elargiri, vt refert Staphil. de gratijs, & expectatiuis Rub. de rescript. in forma breuium num. 51. fol. mihi 142. quia Pontificali dignitate præditis ob reuerentiam Sacri Officij, quod exercent, plurimum deferri conuenit, eosque supra alios venerari decet, cap. 2. de offic. deleg. in 6. nec de his aliquis subrideat, quomodo sit eligendus in Episcopum, qui nondum suscepit sacros Ordines, nam plerumque id contingere euidentissimi iuris est, Siquidem laicus ad Episcopatum assumi potest, propter vitæ sanctitatem ex c. statuimus §. his omnibus 61. dist. Tiraq. tract. de pœnis causa 51. nu. 148. & alibi copiosius Deo fauente loquar in alio volumine huius Diuersorij Iuris canon. hic tamen non ommittens dispensationem in hac re iuxta vltimum relatum modum, non nisi in relato dumtaxat casu, concedi, iuxta verò secundum modum, cuicumq; Oratori; est præterea verissimum, quod primo modo semper obtinetur cum clausula, quatenus arctatus; absque vero illa, consueuere etiam prædecessores Pontifices concedere: Papam verò Clementem Octauum Iuris peritissimum, atque prudentissimum exequutorem, minimè consueuisse, ita passim, & cuicumque poscenti gratificari, sed tùm huiusmodi, tum alias quascumque dispensationes, aliqua non existente causa legitima, cuilibet supplicanti assentiri recussabat; haud enim ignora-
27 bat dispensationes tantùm ex causa fore concedendas, atque peccare sine ea dantem, cumque propterea dissipatorem censeri potius, quám dispensatorem, ex Armill. verb. dispensatio num. 13. Syluest. num. 2. quinimmo grauissimi auctores, summique Doctores, ausi sunt hanc resolutionem asseuerare, etiam respectu Summi Pontificis, vt Aluar. Pelag. de planctu Eccles. lib. 2. c. 15. Couar. Rub. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 9. nu. 7. Victor. relect. de Potest. Papæ nu. 7. Cordub. lib. 4. quæstionarij q. 9. Sum. Confes. lib. 1. tit. 3. q. 31. & abundè Sot. lib. 3. de Iust. & Iure q. 6. art. 3. vers. itaq; & Papa necnon Alphonsus Hoied. in tract. de incompatib. benef. par. 2. cap. 12. num. 39. Eman. Suar. lib. recept. sent. verbo dispensatio, Hippol. de Marsi. sing. 230. antiqua dubitatio, & Mascard. conclus. 345. confessio nu. 14. vol. 1. atque D. Bern. lib. 2. cap. 6. de considerat. ad Eugen. his vtens verbis. Potius Pontificem Summum, qui spiritualis est, omnes iudicans, & à nemine iudicatus, debere non sua voluntate pro lege vti, sed Christum præ omnibus imitari, qui non suam, sed Patris voluntatem venit facere, vt omnia non pro sua vtilitate, sed pro communi cómodo dispenset, alias vt dissipator censendus est, & confirmat Conc. Trid. generale Decretum in c. 2. sess. 6. ibi, dispensationibus, ex veris, & rationabilibus causis, & Io. de lign. tract. de plural. benef. nu. 28. dicit, posse Papam dispensare generaliter, vt vnus plura habeat curata, & dignitates quascumque, contemplato bono publico, sit igitur anima in manica sua, hæc ille, & antea nu. 27. dixerat, quod Papa vt generalis dispensator, & dator omnium bonorum, potest relaxare rigorem Iuris communi, vt vni plura conferri possint curata. contemplato bono publico, & ratione suadente, ac propterea infero, quod illás sine rationabili, aut saltem dubia causa obtinens securus, quo ad Deum nequaquam esset iuxta glosam notabilem (vbi scribentes notant) in cap. non est, vers. adimplere de vot. & voti redempt. quamuis quo ad Ecclesiam exceptione vtatur, vt inibi, ob idque Sot. loco nuper citato ea eructauit verba, Papam sine legitima causa dispensantem grauiter delinquere, eiusque delictum non liberare ambitientem, obtinentem, & retinentem à culpa, néc ille cum quo est dispensatum securus est, dicendo, Papa dispensauit, ipse sibi viderit, ego immunis sum; nam hic Cauillus securos multos reddit, tutum veró neminem, ex ratione per ipsum illic relata, & lib. 1. de Iust. & Iur. quæst. 7. artic. 3. vers. postremum ergo dubium, & Couar. adducto loco, sed Innoc. in c. cum ad Monasterium nu. 3. de statu Regular. affirmat dispensationem Pontificis factam sine causa; sine peccato factam; si contra ius positiuum.

28 Causas veró legitimas, ad dispensandum, in qualibet re, Doctores enumerant quindecim, quas hié referre, & explicare non incongruum esse consideraui, suntq; personarū numerus, qualitas, ætas, loc⁹, tempus, pietas, necessitas, Religio, vtilitas Ecclesiæ, scandalum, futurum bonum, maius bonum, euentus rei, discretio, & misericordia, quas congerit, & declarat Borgasius tract. de irreg. rubr. quæ sint causæ dispensationis par. 2.

Prima igitur optima ratio, quæ iustè impellat superiorem, ad dispensandum, est personarum numerus. c. sané de temp. ordin. namq; si In causis, in quibus per graues dissensionum scissuras, non hu-
29 ius, aut alterius hominis periculum, sed Populorū plurimorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus sanandis malis charitas syncera subueniat, cap. vt constitueretur in fine dist. 50. cap. ipsa pietas vers. verum, iuncto c. non potest vbi glos. vers. multitudinem 23. q. 4. & quoties à populis, aut turba peccatur (quia in omnes

propter

multitudinem vendicari non poteſt) inultum ſolet tranſire facinus, iuxta verba c. quoties à Populis 1. queſt. 7. ideoque non immeritó gloſ. in alleg. c. ſanè verſ. multitudo de temp. ord. ea profert verba, nēpè ob populum multum, crimen pertranſit inultum, intellexit enim illa gloſa, quam periculoſum, & iniquum ſit, iraſci publico vitio, ob idque non iniuria arguitiſſimus Seneca lib. 2. de ira ad Nouatū c. 10. inquit, quod in ſingulos ſeueritas Imperatoris diſtringitur, & neceſſaria venia eſt, vbi totus deſeruit exercitus, quia iram Sapientis non tollit, niſi turba peccantium; congruentius igitur erit ex hac cauſa diſpenſationes elargiri; ab illis verò, quos magis cauſam delicti fuiſſe conſtiterit, expetendas pœnas ſanciuit. Alex. 3. in cap. latores de cleric. excomm. miniſtr., & commendat gloſa citati cap. ſanè; vt metus ad omnes, pęna verò ad paucos perueniat, ex ſententia Ciceronis in Oratione pro Aulo Cluentio, cuius ſententiæ meminit (licet non citet locum) Iure Conſultus in l. Cicero. ff. de pœn. quod ſeruatum quoq; fuit tempore Scipionis Africani, teſte Plutarco in illius vita; cum enim in morbum incidiſſet Scipio, maximaq; inter milites orta eſſet ſæditio, & rem ipſam Conſilio cognoſcendam ille remiſiſſet, prudentiſſimi Senatores in Auctores ſuaſores, atq; machinatores animaduertendum, reliquiſq; ignoſcendum cenſuere; quibus ſuccurrunt perplura Cæſarea Iura, ac Doctores permulti vtriuſq; paginæ, ſcilicet tex. in l. quoniam C. ad l. Iul. de vi publ. & l. fine verſ. pecoribus C. de exact. & execut. lib. 12. ibique Lucas de Penna verſic. & nota, ex hac l. Bald. conſ. 367. venerabilis nu. 3. vol. 3. & in ſua Margar. verſ. multitudo. Abbas in cap. latores num. 3. de cleric. excomm. miniſtr. in cap. clericos num. 4. de cohab. cleric. & mulier. & Innoc. in cap. ſanè de tempor. ordin.

Secunda, & validiſſima cauſa eſt, perſonæ qualitas, quam euidens meritorum prerogatiua commendat cap. tali coniugio 1. q. 7. iſthæc autem merita, vel proficiſcuntur ex vitæ ſanctitate, vel doctrina, aút demum ex natalibus, quia ortus ex nobili genere, & vnumquodque iſtorum operatur validam cauſam ad diſpenſandum, ob id namque dixi in rubr. de ſcient. ord. cap. 5. verſic. fin. illiteratum non eligendum in Epiſcopum, & electum remouendum, niſi perfectio charitatis defectum ſcientiæ ſuppleat, & in rubr. de perſon. probibit. promou. cap. 7. num. 1. & 9. iam conſtitui, Neophitum ex præcepto Apoſtoli ad Epiſcopatum non poſſe aſſumi; & nihilominus legimus Ambroſium Cathecumenum, ob vitæ ſanctitatem, ad Epiſcopatum fuiſſe promotum per cap. Valentinianus 63. diſtinct. & Martinum Neoplitum ad Epiſcopatum Turonenſem, vt legit Eccleſia die 11. Nouembris: ſtatutum præterea extat Eccleſiaſticum; ne laicus in Epiſcopum eligatur, & tamen ſi ille merito ſuæ perfectionis clericalem vitam tranſcendat, exemplo Beati Nicolai, & Seueri, poteſt vtique illius electio rata haberi; iuxta cap. ſtatuimus §. fin. 61. diſt. itidem ſi ex doctrina iſthæc merita prodeant, dicendum arbitror, idque abunde confirmatur ex illa aſſertione quod pluralitas beneficiorum quorumcumque, eſt iure canon co prohibita; requirentium verò reſidentiam, & incompatibilium, iure etiam diuino, eò ipſo quod iure diuino eſt præcepta reſidentia; cuius aſſertionis vtraque pars, probatur apertè per Gregor. de Valent. diſput. 5. quæſt. 7. punctu 2. §. quarto quæritur, verſ. prima aſſertio vol. 3. ſuper 2. 2. Diui Thomæ, quæſt. 63. & nihilominus cum literatis perſonis, quæ maioribus beneficijs ſunt honorandæ, per Sedem Apoſtolicam diſpenſari conuenit, iuxta cap. de multa §. fin. de præben. multa etenim ſunt, quę diſpenſationem inducunt, ac pręſertim literarum ſcientia, ex cap. innotuit §. multa ſunt, iuncto §. fin. de elect. namque expedit interdum bono communi, vt eiuſmodi homines opibus etiam valeant; tametſi maximè cauendum ſit in eis, nè prædicta coacceruatio beneficiorum ad luxum potius, & ſæcularem pompam, quàm ad bonum commune referatur, vt in eodem §. verſic. Quod autem, ſubnectit, & accuratè quidem idem Gregor. quinimmò etiam ciuiles leges huiuſmodi viris maximè deferunt, qui etenim eminenti ſcientiā fulgens, delinqueret, illo Iure parcendum eſſet, etiam illi, qui inſigne aliquod haberet artificium ex vulgata l. ad beſtias ff. de pœnis, & ſuccurrunt dicta per Alex. conſ. 19. circa primum, & tertium dubium num. 15. vol. 7. & Iaſonem in l. 1. verſ. item propter ff. de legibus. Aút demum iſthæc merita à nobilitate dependent, & iuſta pariter erunt, cauſa impellens Principem ad gratiam liberalem; Egregias ſiquidem perſonas cœteris præferendas eſſe Legislatores mandarunt, teſte Gomeſ. in cap. mulieres num. 47. de reſcript. in 6. per l. nobiliores C. de commerc.; & mercat., vt non immeritò gloſ. in cap. cum adeó verſ. ſufficientem, & Doct. inibi de reſcript. dixerint, nobilitatem conſiderandam eſſe in collatione beneficiorum, adeò quod ſi Papa alicui mandet, vt diſpenſet cum aliquo, inanè cenſeatur iſtud mandatum, niſi ſublimis, aut literata perſona foret illa, cum qua eſſet diſpenſandum, ex doctrina Innoc. in cap. dudum el 2. nu. 16. de elect. nobilitas etenim ſubſtituit perſonam in locum deficientis ſcientiæ, auctore Phylipp. prob. in addit. ad Ioan. Monach. in c. permittimus num. 17. de temp. ordin. in 6. ideoque non requiri tantam peritiam in Nobilibus, quæ exigitur in ignobilibus dixit Barbat. conſil. 35. in præſenti, poſt num. 1. volum. 2. quinimmò vt nobiles præferendi ſint cœteris in beneficijs, tenet gloſ. penult. in cap. fin. de pœn. Bertrand. conſ. 2. viſo proceſſu num. 40. lib. 3.
30 quorum tamen dictum vtrum veritate innitatur, videndus eſt Tiraq. tract. de nobilit. cap. 20. nu. 11. & Henric. Boic. in cap. venerabilis num. 1. de prębend. aſſeuerantes, nobilem in beneficijs præferendum quoties inter ipſum, & ignobilem, æqualium meritorum, & ſcientiæ quæſtio eſſet, atque in ſuſcipiendis ordinibus ſolam nobilitatem non ſupplere ſcientiæ defectum aſſentio, ex notatis per Bal. in l. ſin dando ff. de tutor. & curat. datis, ab his, & Felyn. in cap. cum adeò num. 7. de reſcript. ſed ſi nobiles delinquant, mitiorem ſanè ab eis expetere iura pœnam, certum eſt, & copioſiſſime ſcripſere Tiraq. tract. de pœnis, cauſa 31. & Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 1. nu. 22. verſ. Decimoquarto; quibus tandem ſubijcio, quod iſta qualitas perſonarum, vt iuſtè inducat ſuperiorem ad diſpenſandum, debet referri ad bonum publicum, per ea quæ annotauit Ioan. de Lignan tractat. de pluralit. bene-

benefic.num.20.nempè si posset propterea prodesse Ecclesiæ, aut alijs.

31 Ex his duxi non dedecere si de duobus quæram; quorum prius sit, vter potior erit, cum nobilis, & doctus concurrunt ad beneficium, & credo nemini dubium esse; quin doctus nobili sit præferendus ex verbis Gregor. IX. in cap. Venerabilis de præben. ibi. Nos igitur attendentes quod non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem, ad cuius regimen non multos secundum carnem nobiles, & potentes elegit, sed ignobiles, ac pauperes, & propterea optimè dixit Cyn. in l. prouidendum nu.1.C. de postul. quod nobilis Ingenij, & scientiæ, præfertur nobili à natura, & sequitur Anton. Corset. in repet. cap. grandi num.56. de supplen. neglig. Prælat. in 6. omnibus namque nobilibus, nobilior est sapientia teste sapientissimo Salomone cap. 7. Sapient. ob idq; Cicero non immeritò dixit, nobiliores esse, qui sua virtute nobilitatem acquisierunt, quàm qui per manus ab antecessoribus habuerunt; idemq;, dum in Salustium inuehitur, scripsit, cùm ait, sanctius esse meis fulgere moribus, quàm maiorum opinione inniti, vt sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Hoc ipsum dicendum suadeo, quoties nobilis, alterque ignobilis concurrerent, nam si ignobilis vitæ meritis nobilem antecelleret, hic illi præponendus iusta ratione, & auctoritate esset, quoniam apud Deum, non gradus elegantior, sed vitę melioris actio comprobatur, cap. sicut excellentiæ §. Concilium 23. quęstio.4. nec loca, aut ordines nos Deo proximos faciunt, sed merita bona nos ei coniungunt cap. non loca 40. dist. cùm tamen Ecclesia indigeret persona nobili ad eius optimam administrationem, eligendus esset, ac præferendus nobilis quamuis minus idoneus, & spreto digniori ignobili, vt post alios scribit Alex. Rauden. decis. Pisana 35. nu.203. part. 1.

32 Alterum quod inuestigari constitui illud est, quod cum in collatione beneficiorum debeat Episcopus optimum eligere, per cap. Metropolitano 63. dist. cap. licet quæst.1. & propterea certum sit eum peccare mortaliter minus dignos seruitio Dei applicando cap. monasterij 19. quæst.3. glosa penult. in cap. ad Apostolicam, de Regul. tanquam sit transgressor Canonum cap. quia 63. dist. cap.1. & cap. quæ in Eccles. de constitut. Rebuff. in praxi rubr. Pœnæ contra Collatores indignis conferentes, atque ideó graue nimis, & absurdum sit, quod quidam Ecclesiarum Prælati cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos cap. graue de præb. maximè, quod illorũ inhabilitatem patere Episcopis, pręsumptio est, teste Rebuff. adducta rub. nu.3. ideò meliori, & digniori teneatur nè conferre, an verò peccatum euitet conferendo bono, exploso digniore? & quamuis in hac difficultate glosa Vgon. in cap. licet 8. quæst.1. & cap. Monasterium 16. quęst.7. dicat, excusari à peccato, qui bono contulit, omisso meliore; cuius alij multi Iuristæ commendant sententiam, eamque duodecim conualidant argumentis, coacernatis per Michaelem Salon. in tract. de Iustit. & Iure quæst.63. art.2. controuers.3. attamen vera illius quæsiti resolutio, prędicatorum opinioni refragatur, quæq; affirmat prædictum collatorem mortiferè peccare, quam tenet Diu. Thom. 2. 2. quæst.63. artic.2. ad 3. argum. & quæst.185. artic. 3. ibique Caiet. vers. in eodem Gregor. de Valent. super dicta quæst. 63. disput. 5. quæst.7. puncto 2. §. secundo quæritur vers. secunda assertio, idem Thom. quodlib.6. artic.9. Lambert. tract. de Iur. patron. lib. 2. par. 1. quæst. 10. artic.3. per totum, & præsertim num.26. vers. tu circa; Berous in cap. quoniam num. 102. de Iure patron. Roch. de Curte, eodem tract. verbo honorificum num.42. Alex. de Ales 2. par. sum. quæst. 163. membro 2. Nicolaus de Lyra Ioan. 2. Caetan. in summ. verb. beneficium Sot. lib.3. de Iust. & Iure quæst.6. artic.2. & lib.10. quæst.2. artic.3. & communem esse opinionem Theologorum, & Canonistarum, dicunt Nauar. tract. de Oratione Miscell. 43. post num.76. & Modernus de resignat. beneficiorum lib.10. quæst.11. num.36. quamque sex auctoritatibus sacræ Scripturæ, quindecim vero ex sacris Canonibus, vndecim ex Iure ciuili, septem auctoritatibus Doctorum, alijsque septem rationibus, ex fonte naturalis legis procedentibus, defendit per multas columnas Alex. Raudensis decis. 34. à num.78. & ipse latius scribo inferius rubr de ætate cap. vltimo nu.69. Hæc autem resolutio restringitur, primo, vt beneficia conferantur melioribus possibilibus haberi, in Diœcesi; hi enim de quibus constat quod inibi haberi non possunt, extra latitudinem eligibilium, computandi sunt, ex Caietan. ad Diuum Thomam, alleg. quæst.63. artic. 2. versic. fin. non enim tenetur perquirere totum mundum, vt meliores habeat, cui conferat, quia excusaretur conferendo bonis in Diœcesi existentibus, quique facile, & in promptu haberi possunt, vt per Caiet. tradit idē Michael Salon. tract. de Iust. & iur. q.63. artic.2. controu.3. versic. tertio certum est, idque cōfirmatur exemplo Diui Gregorij Epist.19. dum cuidam Episcopo iniungit, vt electioni alterius Ciuitatis Episcopi interesset, illumque sic alloquitur: commonemus etiam fraternitatem vestram, vt nullum de altera eligi permittas Ecclesia, nisi fortè inter Clericos ipsius Ciuitatis, nullus ad Episcopatum dignus potuerit inueniri, quibus verbis, Episcopus Brachar. in suo stimulo pastorum part.2. cap.1. versic. & ibi, subiungit alia, & inquit; tu ergo qui Episcopi munus administras exemplo hoc explora diligenter, per totum Diœcesim tuam Clericos probatæ vitæ, vt illis in primis conferas beneficia hæc ille, cuius verbis ipse adiungo, id verum, vt conferens euitet peccatum conferendo bono, omisso meliore extra Diœcesim existente; sed si extra illam perquireret meliorem non dubium quin optimè faceret, exemplo eius met Diui Gregorij, qui ex omnibus mundi partibus optimos clericos quęrebat, vt eis beneficia conferret, quod pręsertim constat ex lib.2. Epist.18. vbi quia audierat Syracusis esse, quędam Presbyterum probatę vitæ, iussit Episcopo, vt explorato an ita esset, curaret statim eum Romã venire, vt alicuius Ecclesiæ Antistitem eligeret; atque ex his, illud confirmari affirmo, quod Diuus Thomas defendit, vt valeat constitutio, aut consuetudo inducens beneficia, non nisi personis eiusdem diœcesis, vel Regni, esse conferenda, quamue sequitur Sot. lib.4. de Iustit. & iure

quæst.6.

quæst.6.artic.2.ante.10.conclusionem,& Salon. alleg.tract.quæst.63.artic.2. controuers.3.conclus.2. §. in quibusdam,vers.Diuus autem Thom.& Bannes.hoc eodem tract.& quæst. artic.2. vers. quarto sequitur,& vers.ad quartum, quod verum explosa contraria maior.sententia,in 4.distinct.24.quæst.3. ad primum.

Coarctatur præterea principalis resolutio, quoties minus dignus fulgeret aliqua pietatis, misericordiæ,vel vtilitatis publicæ,causa,vt defendit longaque serie,declarat Nauarr. adducto Miscell. 43. numero 79.

Restringitur tertio,quotiescunque consideratur exiguitas damni, per verba eiusdem Nauar. adducto Miscell. num.77. vers. fallit 3. atque ideo tàm si dignioris maior idonietas, parum excedat idonietatem minus digni,non enim committeret peccatum mortiferum ex resol. Nauar. inibi,& Gregor. de Valent. disputat.5.quæst.7. puncto 2. §.secundo quæritur, versic. fin. quam etiam si excessus esset alicuius considerationis,electio autem non esset ad munus magni momenti, vt illic Gregor. adiungit, & cæteris luculentius Salon. tract. de Iustit.& Iure quæst.63.artic.2.controuersia 3.vers.his positis,inibi ambos hos casus decidens, & Bannes eod. tract. & quæst. artic.2. vers. sit prima.

Ac demum limitatur procedere tantum quo ad forum conscientiæ, ratione peccati, non autem in foro iudiciali,vt collatio possit impugnari;eius etenim respectu satis est bono fuisse collatum beneficium, ex vnanimi citatorum resolutione, quorum auctor est Diuus Thomas in alleg.quæst.63. art.2. ad 2.& determinauit Rota decis.16.nu.9.par.2. in decis. diuers. & glos. in cap.2.de offic. custod.alias vna quælibet collatio pateretur calumniam, quæ non propterea debet inualidari,quamuis agatur de fauore dignioris,Sot.lib.3.de iustit.& iure quæst.6. artic.2. conclus.8. & Alex. Raudensis alios coaceruans in decis.36.par.1. num. 247. Ratio autem illa aliquorum firmantium non peccare, tanquam valida de Iure huiusmodi collatio; haud subsistit, si quidem multa iam facta tenent in foro exteriori, quæ fieri prohibentur; ob idque ea agens, minimè sit tutus in conscientia Dec. in cap. constitutis el 2. num.13. de appell.atque ideò valida est conclusio, Prælatum mortifere peccare non eligendo meliorem, quia non dominus Ecclesiasticorum beneficiorum,vt possit ea dare pro libito, sed dispensator iuxta verba Diui Thomæ,all.g.artic.2.ad primum argumentum, & concinit dictum Apostoli primæ ad Corinth. 4. sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorũ Dei; sub illo autem nomine Prælati,quo vtitur D. Tho. continetur etiam Papa,vt asserit Caetan.inibi vers. nota tertio,& sequitur Sot.lib.3.de Iustit. & Iure quæst.6.art.2.conclus.10.vers.qui circa, & Nauar. tractat. de orat.

Nec solum peccant collatores dùm bono viro conferunt omisso meliore, verum etiam electores illum eligentes sicuti apertè constat ex Diui Thomæ verbis in adductis locis, aliorumq; Auctorum quos nuper memoraui, ac præterea firmat Dec.in cap.constitutis el 2.num.6.de appell. & inibi Butr. nu. 15. Abb.num.7. Franch.num.4.Card.Alex.in cap. licet ergo num.4. per totum, ac præsertim conclus.4.caus.8. quæst.1. & inibi Geminian. nu.5. & Couar. in relect.regul.peccatum par.2.§.7.nu.3. idque communiter teneri subnectit Dec. in eodem cap. constitutis num.13. optimum namque eligere oportet cap. Metropolitano 63. dist. ac demum omnium apertissimè Tridentina Synodus in cap.1. & 18. sess.24. de reform. præcipiens digniorem eligendum, vt à peccato sit immunis elector.

Patronus quoque præsentando idoneum cum habet idoniorem iddem peccatum committit tametsi in foro exteriori præsentatio boni non inualidetur, iuxta conclusionem Rotalem decis.16.numer.6.& 9. in decis. diuers. par.2. Federic.de Senis cons.95.super dubitationum, nu.1. quamuis Lambert. tract. de Iure patr.lib.2.par.1.quæst.10.art.3. nu.34. teneat contrarium, est tamen verum, quod sicuti in collatione dixi, iddem omninò concludendum est in præsentatione, ne sit obnoxius perquirere vniuersum orbem, & inuenire meliorem ad præsentandum,Rocch. de Curte tract.de Iure patron. verb. honorificum num. 42. vers.vel alteri moneo tandem lectorem studiosum,vt adeat Bannes, qui hanc rem quatuor notabilissimis conclusionibus determinauit in tract. de Iustit. & Iure quæst.63.artic.2. vers.dubitatur quarto.

33 Illud tamen quiuis Antistes perpetua memoria repetat, ipsum tute posse, atque debere præsentatum idoneum dignumque instituere; tametsi extet magis idoneus,qui potuisset à patrono ad illud beneficium præsentari, vt resoluit Federic. de Senis adducto cons. 95. sicuti etiam confirmare dignum iam electum ab habentibus ius eligendi Caietan.in summ.verb. Electio, & verbo Beneficium Couar. in relect. regul. peccatum part. 2. §. 7. num. 13. & 14. & Salon addens hanc esse communem opinionem inter Thomistas in tract. de iust. & iure quæst. 63. artic. 2. controuers. 3. vers. obseruemus tertio. Quinimmò instituendus esset idoneus præsentatus, quamuis alter, & idonior fuisset etiam præsentatus, sed á minori parte patronorum, ex glos. in cap.3.versic. qui maioribus de iure patron. Rocch. de Curte tract. de iure patron. verbo honorificum num. 42. & Couar. indicato. §. num.4. alijque plures,freti auctoritate Compostell. in cap. Ecclesia vestra de elect. genericè affirmantis,instituendum esse præsentatum à maiori parte patronorum, non quidem omnium patronorum, sed habita consideratione, & comparatione ad cæteras partes.Quod si alter idoneus,& idonior alter,simul fuerint præsentati,nemini dubium,quin instituendus esset habilior, cap.3. de iure patron. namque gratificationi tunc locus est,cum cætera sunt paria Abb. in cap. cum autem num.4. de iure patronat. Zabar.in clem.plurcs.§.fin.post nu.1.alleg.tit.Imol. in ead.clem.post num.18. & Anchar.cons.55.vltra prædicta post num.2.

34 Hac etiam peccati labe irretitur, resignans ad fauorem habilis si habeat habiliorem,& optimum ex Rebuff. in praxi Rubr. de infirm. resign. glosa 14.num.3. Nauar. in summ.cap.23.num.107.vers. secundo in fine Dec. cons.141. ad plura nu.3. vers. sed quia in isto casu. Sot. de Iustit. & iure quæst.6. artic.2.in finalibus verbis vers. & peculiariter, atq; idem Nauar. copiosè in tract. de orat. Miscell. 43. nu.78. & Paris. de Resign. benefic.lib.4. quæst.11. num.34.

num. 34. vbi tamen ad hoc citat quamplures Doctores, qui eius dicto non fauent, eò quod minimè loquuntur de resignatione facta idoneo, sed inhabili, quod quidem procul est à casu præsenti.

Quin etiam, si minus dignus sit competitor ad beneficia, & concurrat ad ea obtinenda cum digniore, & concursum vsque ad finem prosequatur, peccatum committit, idq; non tantum si indignitas ipsius talis sit, quæ inualidet ipso iure collationem, nempè si illa procedat ex aliquo defectu illorum, quæ requirit tex. in cap. cum in cunctis de elect. quorum quidem requisitorum primum est, ætatis maturitas, item morum grauitas, item literarum scientia, atque tandem natiuitas legitima: verum etiam, si talis, quæ reddat electionem malam, non tamen inualidam, sicuti optimè declarat Nauar. tract. de orat. Miscell. 45. num. 100. & aliqua ad id spectantia tangit Caietan. in summ. verb. beneficium.

35 Demum in hac re aduertendum esse considerationi; quod bonus, seù melior dupliciter intelligitur: primò simpliciter, & secundum se; aliò modo secundum quid, & per comparationem ad bonum commune; Iuxta primum modum, bonus est, qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis, & maioris est dignitatis, & bonitatis. Iuxtà verò secundum modum, dicitur ille, qui magis profuturus est Ecclesiæ, vel auxilio potentiæ, vel industria, vel alio huiusmodi, & quoniam dispēsationes spiritualium principalius ordinātur ad vtilitatem communem, nam vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem Corint. 12. ideo tunc boni secundum quid. debent præferri simpliciter bonis, & illi istos antecellunt: Bonum namque commune id operatur: ex Diuo Thoma alleg. quæst. 63. artic. 2. & quæst. 185. artic. 3. & quodlib. 6. artic. 9. Præpos. in cap. licet ergo. 8. quæst. 1. num. 4. conclus. 2. & 3. Felin. in cap. cum adeo de rescript. num. 6. & confirmatur ex verbis scriptis per Bartholomæum à martiribus Episcopum Bracharens. in suo stimulo Pastorum par. 2. cap. 1. vers. non te fallat in medio; ibi non ergo dāda est Ecclesia alicui, quia doctissimus, aut quia sanctissimus est, aut quia multum seruiuit Ecclesiæ matrici, sed qui creditur seruiturus illi Ecclesiæ, quæ sibi committitur, quemadmodum stipendium taxatum medico huius hospitalis, non est dandum alicui, quia optimè seruiuit alijs hospitalibus; Reliqua verò, & vtilissima dubia in hac re copiosè explicata à Soto alleg. artic. 2. præterire censui, vt cogamini illius adnotata perlegere, & fontes rerum videre non riuolos consectari, & sic nota quod bonus secundum quid, præfertur meliori, non autem si esset malus, nam quamuis posset aliquo modo iuuare Ecclesiam, tamen peccaret illi conferens, vt concludit Felyn. dicto cap. cum adeò num. 6. vers. limita.

36 Sed quoties alter semper bonus, alter verò emendatus, ac penitens, cōcurrunt, vter eorum erit præferendus? & diuersæ quidem fuerunt in hoc dubio sententiæ: siquidem alij in ea fuerunt opinione, vt emendatus anteponeretur semper bono, præsertim glos. fin. in cap. penultimo in fine 63. dist. & prima in cap. fidelior 50. dist. Abb. in cap. at si clerici. 6. de adulterijs nu. 21. de Iudic. Roman. sing. 725. quo ad casum, & tangit idem Abb. in c. dudum el 2. post num. 21. vers. electionis tempore, de elect. Quorum quidem resolutioni opitulatur, tum ratio quod in sua culpa didicit qualiter alijs misereri debeat, & in sua infirmitate cognouit, quàm misericorditer alienas toleret, iuxta cap. considerandum 50. dist. qui enim doloris experimenta non nouit, impossibile est, vt afflictorum cognoscat afflictiones, ex glos. ad Hebræos 4. & confirmatur ex auctoritate Virgilij lib. 1. Aeneid. introducētis Didonem consolantem Aeneam, Regemque Pelasgi, aliosque ad Regiones fœuas delatos, nè ipsos puderet calamitatis, quod aduersa fortuna eos tantum attriuerit, sed eam, atque maiorem vim superuenientem æquo animo ferrent, idque illis ipsismet loquentis exemplo persuadet, dum suæ miserationis causas commemorans, affirmat, ipsam quam tunc proprijs oculis felicem cernebat, aliquādo fortuna m depressisse, malisq; proprijs cognouisse, quantum sustineant laborem, quos aduersa fortuna persequitur, subiungens, ex ijs didicisse modum, quo miseris deinceps succurrere deberet ipseque Maro subscriptis explicat carminibus.

Me quoque per multos, similis fortuna, labores
Iactatam ac demum voluit consistere terra;
Non ignara mali miseris succurrere disco.

Tùm etiam, & alia opitulatur ratio, quod sicuti homines cum corruunt, ad currendum resurgunt fortiores, pudoris stimulo maiora reparantes certamina, vt non solum nullum eis attulisse existimetur lapsus impedimentum; verum etiam velocitatis incentiua cumulasse: ita qui peccati labe est aspersus, & concidit, si resurgit ardentiori animo emendatæ vitæ iter percurrens, cœteris præbet exemplum, argum. cap. ille Rex de pœnit. dist. 3. nèc amplius debet in eo considerari, quod fuit, namque incœpit esse, quod non fuit, & nouus homo post pœnitentiam, vt inquit Abb. in eodem 6. de adulterijs num. 21. Aliqui verò inter quos Dec. in citato 6. de adulterijs num. 174. & alij distinxerunt, vt emendatus sit præferendus, quoties agitur de collatione dignitatum, & Prælaturarum iurisdictionem habentium in subditos, quia in eis nedum integritas requiritur, sed etiam Misericordia cap. quod Episcopus 23. dist. quam ille præcœteris sine dubio exercebit, qui aliquando deliquit c. considerandum 50. dist. & auctoritates nuperrimæ relatæ comprobant, ob idque, Dominus noster Ioanni Baptistæ semper bono, Petrum in Ponuficatu prætulit correctum, vt Doctores aduertunt per allegatum cap. considerandum, & cap. fidelior 50. distinc. Reliqui verò, quorum prior est Ripa in cap. eam te num. 39. de rescript. firmat præferendum semper bonum, & qui numquam peccauit, Roman. sequitur in dicto cap. fidelior, nec non Felyn. in citato cap. eam te num. 12. vers. limita 3. subiungens hoc verum si in cœteris sint pares, secus verò si emendatus alijs meritis præcelleret semper bonum, puta doctrina, experientia, & similibus, quia tunc emendatum bono præferri oporteret, & mihi arridet, tametsi videantur refragari verba cap. fin. 25. distin. illa scilicet, qua fronte reprehendet alios, cum tacitus ipse sibi respondeat eadem commisisse? item alia Bald. in l. 2. num. 9. C. de libert. & eorum liber. scilicet, quem semel multa horrendis maculis in-

fama

samia nigrat, ad benè tergendum laborat aqua; ete-
nim respondeo, & valide profectò, ni fallor, quòd
præteritas maculas noua conuersatione, & pœni-
tentia diluit, præcipuus enim Sacramenti pœni-
tentiæ effectus est, reconciliatio cum Deo, iuxta
canon 3. Concilij Trident. sess. 14. ob idque serena
fronte lœtoque vultu poterit alios redarguere.

37 Tertia causa legitima dispensandi est ætas, quæ
cum sextuplex consideretur, iuxta glos. in prohœm.
sexti vers. profectus, non quidem omnis ætas iu-
sta erit ad dispensandum, at senilis dumtaxat, vel
puerilis. De senili namq; id decidit glos. per illum
textum in clem. 1. §. penult. versic. necessitate, ibi-
demque Abb. de priuil. exinde legimus etiam iu-
ra eximere senes ab aliquibus præceptis, ac præser-
tim à ieiunio post septuagesimum; etiam si ad il-
lud fortes essent, atque antea si debiles, vt abundè
Syluest. verbo ieiunium num. 18. versic. in senibus
Nauar. in Man. cap. 21. num. 16. & Gregor. de Va-
lent. super. Diu. Thom. disput. 9. quæst. 2. punctu 5.
vers. impotentia vol. 3. præterea Romam haud pe-
tere coguntur pro absolutione Papæ reseruata, sicu-
ti cœteri impediti per cap. quod de his de sentent.
excom. Quinimmò illis delinquentibus ignoscen-
dum fore iura mandarunt ex l. si quis in graui §.
ignoscitur ad Senat. Consult. Syllan. l. 2. ff. de termi-
no mot. & copiosissime Tiraq. tract. de pœn. caus. 8.
Quòd autem puerilis ætas, sit iusta causa, nemo du-
bitat, & confirmant scripta à me in rubr. de ætat.
ordin. cap. 1. vers. in foro vero exteriori.

Quarta causa ad dispensandum est locus, nempè
si ab alio distaret, vbi id expediri posset, quia inibi
concederetur ne fieret, sed viciniori, quod nisi pro-
cul esset, haudquaquam permitteretur; iuxta cap.
audientiam el primo, & ibi Glos. de Eccles. ædific.
38 vel repar. non secus ac, nonnullis in locis conce-
ditur esus latticiniorum, casei, butiri, ouumque, &
consimilium, tempore ieiuniorum, ob penuriam
olei, vt in minori Britannia, Galliæ Celticæ regione;
cuius habitatores, Britones dicti sunt, qui quadra-
gesimali tempore, ea comedunt Sylu. verbo ieiu-
nium nu. 16. & Medin. tract. 4. de ieiunio quæst. 8.
& Alemaniam incolentes illomet tempore, prædi-
ctis vtuntur cibis, Borgas. tract. de irreg. Rubr. quæ
sint causæ dispens. num. 8. part. 2. Hispanos quoque
ex concessione Papali scio eisdem vesci, cum ieiu-
nant, atque cœteros Galliæ habitatores, qui præte-
rea Romæ illis vtuntur tempore ieiunij, cuius rei
non minima affectus sum admiratione cum con-
cessio Apostolica illis concedens huiusmodi esum
sit localis ex necessitate, & penuria olei, ideoq; vbi
ipsa cessat ratio, debet, & permissio cessare, quare
ita, vel ne sint in conscientia tuti, affirmare non au-
deo, cum maximè dubitem, & Doctores eis resi-
stant; etenim Cathalanis carnes comedere die Sab-
bati non licet, si in studio Tholosano sint, aut alibi,
& peccarent si comederent; tametsi in Cathalonia
si illis tunc vescerentur, essent ob consuetudinem
immunes à peccato, vt inquit Zabar. in clem. fin.
num. 5. de celebr. Missar. ac nedum in quadragesi-
mali ieiunio, si id seruarent, credo nulla protsus ra-
tione fieri, verum etiam in aliis Ecclesiasticis ieiu-
39 nijs, scilicet quatuor temporum, & vigiliarum, in
quibus haùd vetitum est lacte, caseo, ouis, & cœte-
ris lecticinijs pasci, teste Diu. Thom. 2. 2. quæst. 17.
artic. 8. ad tertium argumentum, apertè Nauar. in
sum. cap. 21. nu. 15. Archid. in cap. rogationes de
consecrat. dist. 3. & communiter Doctores, vt dicit
Syluest. verbo ieiunium nu. 15. Gregor. de Valent.
ad Diu. Thom. disput. 9. quæst. 2. punctu 3. vers. cœ-
terum volum. 3. nam forsan posset sustineri opinio
contraria, ac tutior, quam defendit Couar. lib. 4.
variar. resolut. cap. 20. num. 15. asseuorans esum la-
cticiniorum fuisse prohibitum omnibus illis die-
bus, quibus ieiunij causa reperitur inhibitum car-
nem comedere, ex ratione cap. denique 4. dist. &
ex verbis canonis 56. sextæ Synodus; cuius verba
sequuntur. Visum est ergo, vt omnis Dei Ecclesia,
quæ est in vniuerso terrarum orbe vnum ordinem
sequens ieiunium perficiat, & abstineat, sicut ab
omni mactabili, sic, & ab ouis, & caseo, quæ sunt
fructus, & fœtus eorum, à quibus abstinemus, &.
quatenus vera esset communis sententia, conclusio
tamen vnanimi Doctorum assensu seligitur præ-
fatam sententiam non subsistere, vbi ex consuetu-
dine fuit introductum, ne tempore ieiunij extra
quadragesimam liceret lacticinijs vesci, vt admo-
nent nuper citati Doct. & Graff. lib. 2. decis. aurear.
cap. 32. num. 11. sed vbique in Italia illa viget con-
suetudo, icircò omnes eam incolentes, illis ad ve-
scendum vti minimè debent, atq; propterea ligan-
tur omnes illæ personæ, quæ proprijs in prouincijs
ab hac sunt lege exempti, cum etenim ad hæc per-
agrassent loca, eorum sanè mores seruare cogun-
tur exemplo Beati Ambrosij, qui interrogatus à
Diuo Augustino quare die Sabbati haud celebra-
retur ieiunium Mediolani, vtrumue ipse, & mater
eius tutè potuissent illam imitari consuetudinem,
cum suis in Prouincijs adsuerit contrarius vsus, á
quo responsum Augustinus accepit: cum Romam
venio ieiuno Sabbatum, cum Mediolani sum, non
ieiuno, vt in cap. illa autem 12. dist. ob idque Lusi-
tanum transeuntem per Castellam posse edere die
Sabbati intestina animalium, quamuis permissum
minimè sit in Lusitania, dicunt Nauar. in sum. cap.
23. num. 120. Couar. variar. resolut. cap. 20. post
num. 8. Pedraza in sum. 3. Præcepto §. 14. Enriquez
in sum. Theol. moral. lib. 9. cap. 25. num. 2. & Tho-
mas Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 18. nu. 19.

Illud verò omninò respuendum affirmo, quod
duodecim rationibus sectarij contendunt, impiè
prohiberi vsum lacticiniorum, & similium, cum
ieiunatur, tanquam omnes cibi fuerint ad vsum
concessi hominibus á Deo, præsertim Genes. 9. vt
propterea credant, minimè licere vsum quorum-
dam ex illis iam permissum, interdicere: Namque
veritate nititur, ac iustissimè factum esse asseueran-
dum, quod á carnibus, atque alijs quibusdam cibis
abstineamus tempore ieiunij, tametsi ab illis cibis
cauere, vel eorum vsum prohibere illicitum sit,
quasi per se immundi, & abominabiles sint, quod
profectò, & dumtaxat, ex illo loco Genes. colligi-
tur, non autem vt propterea ad alios bonos fines
minime conueniat ab aliquibus cibis abstinere, aut
illorum esum inhibere peculiari præcepto, quod
non sit contra præceptum Dei, vt inquit, & longa
serie defendit Gregor. de Valent. omninò viden-
dus ad Diu. Thom. disput. 9. quæst. 2. puncto 2. vers.
secundo controuersium vol 3.

Quinta causa ad dispensandum, est tempus cap.
necessa-

necessaria, & cap. quod pro remedio 1. quæstio. 1. estque in cap. quidam 25. quæst. 3. sexta causa est pietas, septima est vtilitas, quas ambas approbat textus in cap. requiritis §. nisi rigor 1. q. 7. Octaua causa est Religio propter quam, & saluti hominū potest consuli, & statuta canonum debent temperari cap. si quis Diaconus 50. dist. Nona est vtilitas Ecclesiæ alleg. cap. requiritis, & cap. tali coniugio 1. quæst. 7. vbi etiam probatur decima causa, nempè necessitas. Vndecima est scandalum cap. cum quisquam, & ibi glos. vers. vbi periculum 23. q. 4. Diu. Thom. 2. 2. quæst. 43. artic. 1. quid tamen citra dispensationem oporteat facere, vel omittere ad euitandum scandalum, declarat, & copiosè quidem Gregor. de Valent. super Diu. Tho. disput. 3. q. 18. punctu 4. vol. 3. duodecima causa est euentus rei adducto cap. requiritis §. nisi rigor quæst. 7. & in cap. tali coniugio §. pro euentu allegat. causa, & quæst. decimatertia, est maius bonum, eo quod despicienda sunt aliqua, ne cunctorum patiamur dispendia c. dispensationes 1. quæst. 7. Decimaquarta est futurum bonum; ideoque cum hæreticis solet dispensari, vt cæteri ad gremium matris Ecclesiæ redire incitentur, & propensiores sint illius sequi præcepta, cap. ipsa pietas, vbi etiam notatur, 23. q. 4. post quæ, ne te pigeat lector percurrere, quæ Alex. Raud. longa serie scribit in decis. 35. par. 1. à num. 194. vbi cumulat aliquos casus in quibus licet transgredi regulam illam, vt dignior præferatur digno. Ex his apparet comprobata multò magis conclusio, in vnoquoque casu à me relato, in quo dispensari posse rescripsi, & nouissimam nunc addo causam: eaq; est misericordia, à qua dispensatio sanè dependet, sicuti probat Borgas tract. de irregul. rubr. vnde habuerit ortum dispens. ob idq;
40 ipsa non ex iure debetur; eamque nemo habet ius petendi nisi fortè deprecatiuè Syluest. verb. dispensatio num. 3. in fin. vbi præterea fatetur certam non posse dari causam cuilibet casui, an in eo liceat dispensare, sed standum esse arbitrio boni viri, qui si iudicauerit illam fore rationabilem, dispenset, ea tamen assertio haud mihi displicet, peccare Prælatum, qui potest si non dispensat cum iusta subest causa, quam tradit Emanuel in libro Aphorism. verbo dispensatio num. 2. Quod autem misericordia distet á pietate (de qua in sexta causa scripsi probatur ex Gregor. de Valent. super Diu. Thom. disput. 5. quæst. 2. punctu 5. vers. tertio iustitia vol. 3.

41 De causis autem peculiaribus ad dispensandum, vt matrimonia contrahere fas sit, inter personas coniunctas alibi congruentiori loco, Deo fauente scribam: Tu interea videto Nauar. in sum. cap. 22. num. 87. vers. fin. & Quarant. in sua Summa Bullarij, rubr. matrimoniales dispensationes: Quo in loco, tresdecim ad illa contrahenda recenset validas causas, quamuis eas minimè declaret, nisi postremam tantum. Earum prior, & his temporibus frequens; est dotis incompetentia, hisque solet concipi verbis. Quod cum oratrix dotem habeat minus competentem iuxta status sui conditionem; cum qua virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, inuenire queat, & dictus Orator intendat illam cum dicta minus competente dote, in vxorem ducere, &c. Ex his verbis illud enascitur non exiguum dubiū, an eiusmodi defectus dotis competentis, sufficiat, si talis sit respectu eius personæ, quæ eandem mulierem sibi in matrimonium coniungere procurat: an verò requiratur talis, qui respectu omnium, ita iudicetur. Et si Nauar. vera fatetur, eiusque valida sunt rationes, indicato num. 87. & cons. 13. An infrascriptæ de consang. & affin. in nouis, dicendum est, sufficere defectum dotis, ita consideratum, & iudicatum respectu illius tantum personæ, & opitulantur verba Rodriq. Lusit. in summa cap. 236. sub num. 2. & Genuens. cap. 25. sub num. 3. illius tamen opinioni contradicere videntur verba illa à Posseuino relata in suo opusculo de Matrimon. & sponsal. posito post suum de offic. curati tractatū, nu. 139. nempè quando dispensatio conceditur ob incompetentiam dotis, sufficit quod ista incompetentia sit respectu personarum, quæ degunt in loco mulieris; cuius tamen verba sic indefinitè prolata, non erunt restringenda ad vnicam mulierem carentem dote, sed ad plures volentes contrahere matrimonia; & tunc respectiuè, sit consideranda incompetentia illa personarum, eiusdem loci, itaq; veram existimo relatam conclusionem, atq; etiam si dos, quam illa possideret, eidem congrueret, & eius respectu honesta, & competens iudicetur, vt idem Rodriq. inibi adiungit, quin & si spem quoque haberet succedendi parentibus, nō tamen certam; eam scilicet ob causam quia eandem instituere hæredem, illi minimè teneantur, etiam si de Genitricis hæreditate agatur; vbi tamen illa posset eo in loco iure municipali bona sua alteri, quam filiæ legare Nauarr. consil. 19. impetrata fuit, de rescript. in nouis; etiamque si extra locum virum reperiret, qui illa cum dote secum celebraret matrimonium, vt speciatim loquendo attestatur Henriq. in sum. Theol. moral. lib. 12. & 2. sub tit. de matrim. cap. 3. §. 9. suffragantur que Doctores inferius adducendi, idipsum asseuerantes, cum de causa loquuntur ob angustiam loci. Illa autem verba (paris conditionis, cui nubere posit inuenire nequeat) posita in huius causæ explicatione, alteri etiam causæ pro Oratrice excedente vigesimum quartum annum, addi solere comperi, idemque Quarant. ostendit, cum vndecimæ causæ verba recenset; Ea nempè, quod dicta Oratrix vigesimum quartū annum excedens, hactenus virum paris conditionis cui nubere posset, non inuenit. Hæc siquidem causa, minimè opitulabitur supplicanti, nisi adhibita diligētia inuestigatum fuerit, si alter secum contrahere voluisset, idq; nos docuit assumptum illud, quod præfatus Posseu. refert adducto loco sect. 7. nu. 135. cuius verba sunt. Pro dispensatione in quarto gradu consanguinitatis, sufficit quod omni adhibita diligentia mulier, cum qua dispensatur, non inueniat alium virum parem cui nubere possit. Prædictam veró diligentiam requirit dispēsatio, in quarto gradu, vt recensita insinuant verba; longè magis id ipsum dicendum est, ac maiori vtendum cura, si dispensatio concessa fuerit in strictioribus gradibus: Illud tamen verum est, non oportere eam extra locum contrahendi matrimonij facere, seu habitationis mulieris; sed in eo tantum, & contracturi matrimonij, prout altera resolutio probat, relata ab eodem Posseuino nu. 136. per hæc verba.

Iusta

Iuſta cauſa diſpenſationis matrimonialis, eſt cauſa dotis incompetentis, & ſatis eſt, ſi eo in loco in quo mulier habitat, ipſa diligentiam adhibeat in perquirendo virum parem, à quo cum tali dote in matrimonium duceretur, neque tamen inuenerit. Sanchez etiã multa addit conſideranda ad verificãdã d.cauſam quod nõ inuenit,& c.in lib.4. diſp.26. nu.27. Altera, eaq; frequẽtiſſimè nunc ſolita apponi in diſpẽſationibus ipſis, & cuius vigore illas paſſim elargiuntur ſupremi Pontifices, eſt anguſtia loci, ob quam minimè eſſe ſubreptitium reſcriptum ſi oratrix in eo loco, vbi contrahendum eſt matrimonium, virum ſibi non conſanguineum paris conditionis, cui nubat inuenire non poſſet, inſinuat declaratio ex ſententia Sanctitatis Domini noſtri, relata ab eodem Poſſeuino nu. 137. Adeo quod ſi in loco vicino eſſent aliqui non coniuncti,qui eandem vellent mulierem accipere,non propterea diſpenſatio erit inualida, ex notatis per eundem Rodriq. eodem cap.236. ſub num.2. Genuenſ. eodem cap.25. ſub num.6.idque altera concluſione ab eodem Poſſeuino relata num. 139. eiſdemque verbis,comprobari facilè poterit, quibus eiuſmodi ſolet explicari cauſa,& num.3. recenſitis ab eodem Quaranta; illis nempè. Quod cum dicta Oratrix in dicto loco propter illius anguſtiam virum ſibi non conſanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poſſit inuenire nequeat.

42 Cauſas vero iuſtas vt ordinarius ritè diſpenſet,in denunciationibus faciendis ex Decreto Concilij Tridentini ſeſs. 24. cap. 1. cum matrimonia celebranda ſunt, congerit Thomas Sanchez in tractat. de matrim.lib.3. diſput.8. & 9. & ſi nulla extet cauere debet à diſpenſando, quamuis Concilium id remiſerit ipſius arbitrio Guttier.can.qq.lib. 1.c.19. num.12. Sed illa an ſit valida, quod ſi ad patris notitiam perueniat, non patietur illud contrahi, reſpondet Menoch. conſil.69. negans concedendam eſſe propterea diſpenſationem celebrandi matrimonium, abſque denunciationibus; in quam ſententiam, ipſe nullatenus inflector, cum malitiosè impedire poſſe ſuſpicaretur,ex apertis verbis Concilij in cap.1. ſeſs.24. de reform. quod ſi non malitiosè, ſed iuſtè impedire poſſet,nempè ſi magna extaret diſparitas inter contrahentes, tunc licet idipſum credat Vgolin. de poteſt. Epiſc. cap. 60. num.4. ab eius, & aliorum quos memorat recedo ſentẽtia,& aſſentior contrariẽ Guttier.can.qq.lib.1 cap.20.num.10. & 23. maximè quod nullus poteſt inde validus timor enaſci, ſi Pater ſciens adueniat; quippè quod, licet iura conſentiant, nè filius inuito parente ineat matrimonium, quin omnia ferè matrimonia Sanctorum, magis à parentibus, quã à filijs contracta oſtendat Petrus à Soto in inſtitut. Sacerdotum rubr. de matrim.lectiõ.3.verſ. tertio etiam, & propterea peccet filius aliter contrahendo ſine graui cauſa,vt ille ait,& Gregor.de Valent.diſput.10.quæſt.3. punctu 6. in eius initio, atque iterum verſ. ac oſtendit tom.4.ſi tamen velit contrahere,nequè impediri poſſit, nequè contractum inualidari, rectè adijciunt citati Auctores, atque diffiniuit Tridentina Synodus in cap.1. de reformat. matrim.ſeſs.24. contra ſectariorum errorem, non obſtante l.2. ff. de ritu nupt. & l.nec filium C. de nupt. ac §. iuſtas, inſtitut.de nupt. eo quod illas improbauit ius Pontificium, teſte gloſa, & alijs, quos inſequitur Boer. deciſ. 197. & pro deciſione nu.6. idque adeo verum, quod Couar. in Epitom. de ſponſal.lib.4. par.2. cap.3. §.8. num.1. ex communi Doctorum opinione docet,non poſſe filium, aut filiam à parente exhæredari eo prætextu, quod illo inuito matrimonium contraxerit,etiam ſi indigno ſe iunxerit,tradit etiam Nauar. in Manual. cap.14. num.15.idemque Gregor.in eodem Punctu 6.verſic. Adde quod Couar. Dum verò idem Menoch. affirmat illud abſque denunciationibus ob diſpenſationem celebratum, eſſe nullius validitatis, recedo, nam etiam ſi denunciationes omiſſæ fuerint nulla præcedente diſpenſatione, valere matrimonium oſtendunt Ledeſ.de matrim. quæſt.45. art.5. Sanchez dicto lib. 3. diſput.5. & declaratum fuiſſe teſtatur Poſſeuinus, ad finem ſuæ praxis de offic. curat. hancque recenſet ſect. 2. num. 7. ipſeque latiſſimè defendo rubr.11. cap.13. num.126.

43 Illas autèm cauſas, quibus validè diſpenſatur circa pluralitatem beneficiorum, coaceruat Alphonſus Hoieda in tractat. de incompat. benefic. par.2.cap.12. à num.46.

44 Sed cauſas ad impetrandam ſeparationem thori matrimonialis efficaces, duas tantum eſſe, nempè adulterium, aut ſi mulier probabiliter timeat vitæ periculum ſi cum marito habitet, dicit Sot. in 4. ſentent.diſt.46.quæſt.vnica artic.1.ad finem, & ſequitur Barboſ. in rubr. ſolut. matrim.part.2. ſub num.18. exempla poſterioris ſpeciei multa recenſent, tum Barboſ. citata parte 2. à verſ. defenſa igitur,ſub num.27. tum Caualcan. ſummatim tamen deciſ. Fiuiz.18. ſub num.26.par.2. earum verò dumtaxat tres probát frequentior Doctorum ſententia,vſuſque non improbat, ſæuitiam nempè, ac vitium ſodomiticum,Gallicanumq; morbum, quas profectò,& ipſe quoq; admitto,reliquis prorſus exploſis,cũ declarationib. tamen mox addẽdis.

Adulterium itaque validam eſſe cauſam ſeparationis,quòad torum túm ſi carnale, tùm ſi ſpirituale ſit, his etiam temporibus non dubitatur, quod optimè probat illic Barboſa poſt num.18. & ipſe, rub.1.ſub nu.65. oportet autem commiſſum fuiſſe eiuſmodi carnale adulterium, conſtante matrimonio,per tex. in cap. ſignificaſti cap.literis,& c.gaudemus de diuort. ac pronunciauit Rota coram Penia in vna Romana ſeparationis thori,lunæ 3.Martij 1603. quæ inter reſcriptas à Farinac. eſt deciſ. 751. ipſaque refert, fuiſſe antea deciſum coram Pamphilio in Biſuntina ſeparationis thori die 11. Februarij 1598. & coram Serafino iuxta illius deciſionem 226. par.1. licet autem canones loquantur paſſim in caſibus adulterij commiſſi ab vxore, tamen etiam ſi à viro commiſſum fuerit, certum eſt, per tex. in cap. vxor à viro 32.quæſt.7.probatque Franciſc.Marc. deciſ. Delfin.513. quæritur an vxor, poſt num. 23. part.1. & Rodriq. Luſit. in par.1. ſum.cap.139. num.2. licet contradicat Caetan.in cap. 16. ſuper Matthæum; ac propterea ſeparatum fuiſſe matrimonium legimus deciſum in adducta deciſ. 751. Farinaccij, & 226. Serafin. fortaſſe quia maritus, & vxor ad imparia iudicari non debent cap. gaudemus de diuort. & ex alijs à me cumulatis Rubr.1. ſub num. 66. quod ſi vxor ipſa poſt adulterium tacuerit, cum viro commorando, quia videtur remiſiſſe iniuriam ex tali adulterio ortam, eius reijceretur petita reparatio

I thori

thori ex Boer. decis. 338. num. 7. & Osascho decis. 77. num. 36. dumtamen vxor conscia fuerit adulterij, & tunc perseuerauerit, cum viro habitare, & copulam (explosa sententia Lutheri, & sectariorum pertinaciter defendentium, nec non Erasmi, Caetani, & Catharinæ non quidem pertinaciter; sed eam iudicio Ecclesiæ submictentium, quod propter adulterium possit dissolui etiam vinculum matrimoniale cum sententia orthodoxa sit, non nisi in tribus tantum casibus dissolui posse vtroque coniuge viuente, vt dicit eosque recenset Gregor. de Valent. disput. 10. quæst. 1. Punctu 7. versic. sententia veró, & vers. Pars autem altera ipseque de 2. loquor rubr. 1. num. 71. nu. autem 70. de tertio quibus exceptis nusquam, & consecutiue neque per adulterium dissoluatur.) habuerit, probataque à viro fuerit isthæc mulieris scientia, & copula tunc habita, vt eadem Rotæ decisio firmauit, coram Penia, quæ est 751. Farinac. & resoluit curia Episcopatus Papiæ teste Mario Anton. resol. 35. in vna separationis num. 2. lib. 1. variar. resolut. qui insuper adiungit, iam dictam resolutionem procedere, si mulier esset adultera; eo enim casu, scientia viri de adulterio, & copula subsequens operetur remissionem iniuriæ, & nequeat amplius ipse vir appetere separationem; non autem si vir fuerit adulterio commaculatus, quia mulieri semper liceret instare pro separatione thori cum subsit viro, illique nèc debitum negare audeat, nèc illum corripere, & redarguere; mouetur doctrina Graffij lib. 2. cap. 83. num. 6. ipseque credere, quamuis nequeam, quod vxores contententur de viri adulterio, licet plerumque dissimulent, nè inquietam semper ducant vitam, & propterea certò certius esse affirmamus ab illis nunquam fuisse ex animo remissam iniuriam; nihilominus hoc tantum suffulti assumpto, duci non possumus ad prædictam comprobandam restrictionem, cum preterea iustus timor concurrere debeat, ob quem mulier non ausa fuerit negare debitum, quod non breui sermone tutatur Sanchez de matrim. lib. 10. disput. 14. num. 15. spiritualis verò adulterij exemplum erit, si hæresim, vel idolatriam commiserit alter ex coniugibus per eundem Barbos. post relatū nu. 18. Sanchez de matrim. lib. 10. disput. 15. ipseque tetigi rubr. 1. sub nu. 65. quamuis post pœnitentiam teneatur ex veriori sententia innocens coniux, alterum iam conciliatum ab hæresi in vtroq; foro recipere, eique alimenta, & obsequia matrimonialia subministrare rebell. de obligat. iustit. par. 2. lib. 5. quæst. 4. num. 36.

Altera quam retuli causa, est sæuitia viri, iuxta cap. ex transmissa de restit. spoliat. Bar. in l. cum satis num. 7. cap. de Agricol. & censit. lib. 11. cognitionem verò si talis sit sæuitia, quæ sufficiat ad concedendam separationem prędictam, arbitrio Iudicis remitti, probant Tiraq. in l. si vnquam verbo omnia, vel partem sub nu. 31. C. de reuocand. donat. & Menoch. de arbitrar. Iudicum casu 139. in fine, ac tenuit Rota in vna Perusina separationis thori Mercurij 28. Iunij 1589. coram Gipsio, quæ inter relatas à Farinac. est decis. 278. quin in altera Romana separationis thori, esse arbitrariam, tàm ratione subiectæ materię separationis, quám ratione iusti metus, probat relata decis. 226. Serafini, dictum veró arbitrium regulari debere admoneo, iuxta dispositioné citati cap. literas §. fin. vt sit magna sæuitia, scilicet talis, qua existéte, succurri mulieri iustè trepidanti de vita, per cautionem videatur impossibile: cum nempè illam non tantū verberaret vir, & percuteret, sed vitæ illius insidiaretur, eamq; continuò prosequeretur odio; profectò tunc non esset restituenda, dato quod cautio offerretur idonea, attentis terminis constitutis per Farin. quæst. 143. nu. 129. part. 4. & text. in eodem cap. ex transmissa, §. si autem capitale odium; Nattam conf. 24. & Marium Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 35. num. 7. ac tori propterea separatio concederetur, assentiétibus prædictis omnibus memoratis auctoribus, & Abb. in cap. 1. num. 4. de diuort. adductaque decisione Peniæ num. 3. inter relatas á Farin. 751. potissimumque, si vir accusauerit mulierem de adulterio, tametsi non probauerit, nam ei minimè redderetur mulier, oblata adhúc sufficienti cautione Triuis. decis. 61. Domina Helena par. 1. fortasse, quia viget causa odij capitalis, ex notatis per Menoch. cons. 299. quod doctissime nu. 10. vol. 3. cuius suppositum frequentius in hoc casu perpetrati adulterij per vxorem, subsistere credimus, in quo difficilius mariti simulant, quam in alijs etiam grauibus; idquè experientia docet; Pax enim, reconciliatio, & condonatio plerumque efficit, vt præteritarum iniuriarum obliuiscamur, nisi ex adulterio illę proueniant in quo nó passim, nec sæpe cadere solet obliuio. Alterum veró, & itidem validum adducimus exemplum illud, adinuentum in decis. 20. Peguerae, par. 1. nunquam etenim métionatus in ea vir, alloquebatur mulierem, nunqnam cū illa concubebat, sed multis malis tractationibus, & sęuitijs opprimebat, pluries illi mortem, varijs, & excogitatis modis machinando; si veró esset quidé magna sęuitia, non tamé ad mortem tendens, periculumq; vitæ; vtiq; eiusdé §. fin. altera sanctio militaret, quod ei succurri per cautionem posset, & ea præstita restitui deberet viro mulier, reiecta petita separatione, & quidem magna esset, si seuere verberaret; & si continuò flagellis percuteret, læderetq;, teste thesauro, & de Franch. in decis. adducendis in vers. sed mulieri diuertéti, aliaq; prodit exépla Thomas Sanchez de matrim. lib. 10. tit. de diuort. disp. 18. á nu. 10. atq; ideo, non immeritó affirmant Hippol. Rimin. cons. 81. nu. 33. inter consil. crim. diuers. Natta cons. 616. sub nu. 2. & Farin. ead. q. 143. nu. 221. nè vxor valeat sine ratione, eaq; verisimili, & valida, operante iustā causam timoris, petere securitatem: inhæret Viu. decis. 435. & alij, quos memorat; sicq; constituere debeamus differentiam inter timoré futuræ sæuitię, scilicet verberum, seù percussionum; & timorem futuri periculi vitæ, quā facilè depromi opinamur, túm ex verbis Host. in ipso c. ex transmissa nu. 5. ibi in tali casu, tū citati Sanchez sub nu. 16. vers. secundo existimo, & vers. adde ex vnica verberatione; túm demū eiusdé Farin. nu. 203. in fine; ex quorū dictis apertè deduci; & cóprobari dicimus alteram etiam firmatā conclusioné. vt primo casu sufficiés medela timoris futurę sęuitię, quāuis magnę, sit ipsa cautio; futuri verò periculi, nequaquā; sed concedatur diuisio tori; addo Viu. decis. 435. à nu. 24. cum cautioné fideiussoriam non iuratoriam dandam esse, ait, vbi grauissima atrocissimaque offensio intercessit, & capitalis inter ipsos coniuges enata est inimicitia.

Quod

Quod ſi tanta non eſſet ſæuitia, certè reſtituenda eſſet mulier, & nulla cum cautione; idque á ceſſante ratione conuincitur, nec non aperto textu in eodem cap. tua nos, de iure iuran. eodemque §. fin. qui tàm in caſu cõcedendæ reſtitutionis cum cautione, vel denegandæ, etiam oblata cautione, loquens, dicit ſi magna eſt ſæuitia, & ea propter, ſi vir cum vxore habitet comedendo, dormiẽdo, remq; præſertim veneream habendo, probatam maximè ex procreatione filiorum, abſonum eſſet affirmare, tunc vendicare ſibi locum diſpoſitionem adducti §. finalis, ſed omninó, & nulla adhibita ſecuritate reſtituendam, quamuis ſua natura iracundus ſit vir, ſoleatq; in domo continuò vociferare, adhuc cum mulierę ipſa, & iraſci; quin ad iniurias quoq; procedere; ita quod, infeſtus quodammodo ſit omnibus ex cumulatis per Farinac. nu. 144. etiam ſi furore correptus ſit, de Franch. aliorum auctoritates memorans in deciſ. 312. Imò etiam ſi verberaſſet illam, leuiter tamen, & concurrente cauſa, quod viro ad correctionem nõ prohiberi, teſtatur Abb. in cap. quemadmodum §. Illud autem, de iure iur. Roland. conſ. 27. lib. 3. relataq; Gipſij deciſ. quæ inter reſcriptas à Farin. eſt deciſ. 278. pro cuius declaratione, complura idem Farin. coaceruat. eadem quæſt. 143. à nu. 194. Non tamen improbamus ad eum finem admittendæ ſeparationis, vel denegandæ, ſeú conſtringendi ad prẹſtandam cautionẽ pleniores requiri probationes, quá ad hunc, vt petita ante omnia reſtitutio fiat, & cõſequenter, probationes incontinenti requiſitæ, in pluries citato §. quod ſi non habeat (dummodò magnam præſeferát ſæuitiam, ob quam diſcutere, deinde oporteat ſi tori facienda ſit diuiſio, vel refutanda, & reſtitutio decernẽda cum cautione; ratione quarum probationum oſtendimus ex ipſo §. quod ſi nòn habeat, ceſſare reſtitutionem, & ſequeſtrandam quouſq; ſententia proferatur diffinitiua) ſatis erunt, ſi tám plenæ, & concludentes deerunt; qua adhibita diſtinctione, conciliare poſſumus diſſentientes Doctorum ſententias, dum alij opinantur neceſſarias eſſe plenas, alij verò admittunt ſufficere exiliores, priorem quippè collaudant Pariſ. conſ. 54 vol. 4. & Barboſ. in repetit. Rubr. ff. ſolut. matrim. part. 2. ſub nu. 27. poſteriorem verò Zabarel. conſ. 9. nu. 1. & 7. diſtinctionem autem admittit Farin. quamuis intricate loquens in illa quæſt. 143. nu. 165. ex quibus non immeritò prodijſſe praxim omnium tribunalium Eccleſiaſticorum, monet Guttierez canon. qq. lib. 1. cap. 24. num. 6. quod mulier ſtatim ac, tori petijt ſeparationem, producit incontinenti teſtes, quorum depoſitiones receptæ, & ſufficientes apparentes Iudicibus, interloquuntur reponendam eſſe in loco tuto, dum cauſa, diffinitiue pronunciatur; quam eandem conſuetudinem, & decretum admittit etiam Sanchez indicata diſput. 18. nu. 30.

Subſiſtit igitur indubitabilis concluſio, vt præter caſum admittendæ ſeparationis, ſit facienda reſtitutio mulieris cum cautione, ſi magna, & ſine cautione ſi non ita ſit ſæuitia; idque primum, & ante omnia non expectatis probationibus, niſi incontinenti producantur ex eodem cap. literas §. quod ſi non habeat; alijsque tum iuribus, tùm auctoritatibus mox citandis; quamuis enim concluſio illa, vt reſtitutio ante omnia facienda ſit, exceptionem admittat in caſu, quo coniux diuertens, opponit alterius ſæuitiam, teſte Thoma Sanchez de matrim. lib. 10. diſputat. 18. num. 2. fretus verbis dicti §. fin. dictique capitis, ex tranſmiſſa; ipſe tamen eandem declarat reſtrictionem. cum incontinenti probatur ſæuitia, dum illic ſubdit, eſt tamen opus, incontinenti probari ſæuitiam, qua reſtitutio hæc impediatur; quamobrem mulieri diuertenti à viro, ſtatim iniungendum eſſe ſub cenſuris redire ad illum, docet præcitatus §. quod ſi non habeat, iuncto cap. tua nos de iure iuran. etiam pendente iudicio ſeparationis cap. 2. vt lite pendente Farinac. eadem queſt. 143. num. 228. latiuſque probat Bertazz. conſil. crimin. 228. à num. 1. vol. 1. ſi tamen vir petat, addunt præcitati, nec non Pariſ. conſ. 54. num. 52. vol. 4. cum declaratione tamen poſita inferius, hoc eodem verſiculo; quod aduertendum pro reſponſione ad relatum conſil. Bertazzoli, qui poſtquam, multis iuribus tutatus erat iam dictam concluſionem, deflectit num. 4. ad exceptiones ab vxore propoſitas, & ſi illæ impediant iam dictam reſtitutionem; ex quibus videtur innuere, quod illis oppoſitis, ſit differenda reſtitutio quouſque oppoſitiones appareant ineſficaces, & ſic pugnare cum noſtra ſententia; verum facilis ni fallimur erit replicatio, ex illius met conſilij verbis, ſupponentibus; duos fuiſſe in ea cauſa compilatos proceſſus; & non niſi in 2. neque in principio, ſed ſolio 47. petitam iam dictam reſtitutionem, & conſecutiuè poſt receptas probationes, itaquè non intrabat diſcuſſio, ſi ante probationes eſſet locus reintegrationi, ſed ſi illæ iam factæ probarent oppoſitiones mulieris, ad impediendam reſtitutionem, admittendamque ſeparationem. ſi enim maritus ab initio petijſſet ſibi conſignari vxorem, vtique obtinuiſſet, per terminos præcalendatorum iurium; quia tamen non petijt, non mirum, ſi ad probationes etiam proceſſum fuit, eiſque factis, dubitatum, ſi conuincerent virum circa oppoſita ab vxore; & dictum negatiuè, perduratque nimirum in ſuo robore diſpoſitio adducti §. quod ſi non habeat, & Doctorum hactenus citatorum, cui minimè aduerſari monemus verba Viuij in deciſ. 435. ſub num. 20. Illa ſcilicet; Nam vbicumque vir agit contra vxorem ad illam recuperandam, túnc nullatenus eſt facienda vxoris reſtitutio, oppoſita ſæuitiæ exceptione, & multó magis inimicitiæ; hæc ille: quem, vel errore lapſum dicendum, vel intelligendum iuxtà hactenus reſoluta, certo credimus; non ſolum quia etiam probata ſæuitia, non ſemper eſt deneganda reſtitutio, ſed eo tantum in caſu, quo difficile creditur ſuccurri poſſe per cautionem, vt probauimus, adducti verbis dicti cap. literas §. fin. eodemque cap. ex tranſmiſſa; quo, idem Viuius vtitur ad probandum veritatem dictorum verborum: At inſuper, quia contradicunt aperta verba eiuſdem cap. literas §. quod ſi non habeat, & cap. tua nos, de iure iuran. nec non Concluſio, illis, alijsquè Iuribus, & Doctoribus ſulcita ſuperius, vt ſit ſtatim facienda reſtitutio, niſi incontinenti probata exceptione; Dum itaq; Viuius inquit oppoſita (adde, & probata incontinenti) ſæuitiæ exceptione; & quia illic adiunximus ante probatas exceptiones faciendam reſtitutionem, ſi illa petita fuerit; aduertimus poſſe contingere, quod peteretur reſti-

tutio, opponeretur exceptio sæuitiæ, & nō replicaretur, quod etiam exceptione opposita, præ cæteris, & primitus restitutio facienda est, nam tunc nō diceretur facta petitio eo modo, quo requiritur ad hunc finem; & propterea declaramus non sufficere instantiam repetentē vxorem, nisi subsequatur altera speciatim petens, illam ante omnia faciendam non obstantibus exceptionibus propositis, nec incontinenti verificatis; qua superaddita, cogenda sit redire ad virum; iuxta conclusionem firmatam, & nostro iudicio omninò veram; ipsa autem subsistat, nè adhuc si magna esset sæuitia, quamuis alij non exprimant, tamquam admittentes ob genericam eorum assertionem, ipse nihilominus aperire volui propter tirones; manifestas ambientes cōclusiones; & quidem responsio affirmatiua nō erit fallax, tùm ex adducto §. quod si non habeat, adductoq; cap. 2. generatim, & indefinitè loquentibus, tùm ex glos. in ipso cap. 2. in contrarium eius quod inibi disponitur allegante verba citati §. finalis, & dicente, illa nō aduersari dispositioni illius tex. (scilicet cap. 2.) affirmantis, nè maritus ante probationes spolietur, ex illo præsertim assumpto, quod probationes in dicto §. fin. erant in promptu; quo casu illius §. sanctionem vendicare sibi locum fatetur; tùm demum, quia tanta viri sæuitia, odium, & pessimæ tractationes, considerata in illo §. verisimiliter neminem latere solent, at patere omnibus, maximè domesticis, consanguineis, & vicinis; & consecutiuè incontinenti verificari possunt, tuncquè satisfieri petitioni mulieris, iuxtà terminos illius §. alioquin augeatur magis præsumptio contra illam, quod malitiosè, friuole, falsòque opposuerit. Insequor itaque sententiam probantem, semper cogendam redire ante probationes, si illas incontinenti producere nequeat, attenta forma dictorum Iurium; Idque obseruari vidi á doctis, & timoratæ conscientiæ Iudicibus, vt fallacijs, & versutijs mulierum obuiarent, domos proprias perdere volentium, & subijci virorum correctionibus recusantium, suscitant namque non semel contra maritos discordias, diffidias, etiam ad id via iuris procedendo, subterfugium obedientiæ maritalis improbè exquirunt, frenum, ac iugum virorum suorum excutere, seque ab illis eximere procurant, iuxta verba Constit. 47. Sixti 5. §. similiter; expletis veró probationibus, si illæ probent vitæ periculum, separatio concedenda venit, sin minus, remedio cautionis restituenda vxor per adductum §. fin. semper tamen cum cautio requiritur, fideiussoria præstanda est, nec sufficit iuratoria, étiam si pauper esset, nec inuenire fideiussorem firmaret; idque tùm ex generica conclusione Doctorum, nè satis sit iuratoria, quotiescunque persona est suspecta, quam statuunt Doctores relati per Guttierez in l. nemo potest num. 295. cum seq. de legat. 1. sequiturque Viuius decis. 137. cautionis num. 3. tùm ob alteram in hac specie traditam resolutionem per Roder. Lusitanum in summ. cap. 239. num. 1. Viuium in altera decis. superius citata 435. à num. 24. & decisum attestatur idem Guttierez num. 297. eiusdem l. nemo potest.

Nunc vanum non erit inuestigare, in quem locum, sit reponenda vxor, vel pendente iudicio separationis, vel post decretam separationem; & dicimus in primis deferendum plurimum esse maritis, circa electionem loci, nè sit illis suspectus; Mulieribus namque sufficit, sit tutus eius respectu, nè offendantur à viris, cum de illarum vitæ periculo dubitatur, seruata forma citati cap. ex transmissa; In cœteris autèm, debet esse talis, qui satisfaciat, & placeat maritis. Insuper deflectendo ad responsionem magis specificam, affirmamus distinctione illa vtendum, quod vel loquimur pendente iudicio separationis, vel illo expleto. Primò quippè casu, si nulla præcessit petitio restitutionis, vel præcessit, sed incontinenti esset probata exceptio, quibus in casibus deueniendum esset ad sententiam, vel concedentem separationem, vel denegātem, & decernentem reditum cum cautione, iuxta nostram, & iam probatam distinctionem, & tunc quia esset sequestranda mulier, id faciendum esset penes honestam Matronam, dicit glos. fin. in dicato cap. literas de restit. spoliat. probatq; apertus textus in eodem cap. ex transmissa, cuius canonis verba, duo coniunctim requirunt in persona Matronæ eligendæ; volunt namq; vt commitatur alicui probæ, & honestæ mulieri. In aliquem præterea locum religiosum reponi posse, dicunt super eodem cap. ex trāsmissa Hostiens. sub nu. 5. Ioan. Andr. sub nu. 3. Butrius, nu. 9. & Abb. sub num. 4. & videmus in simili sancitum cum puellæ voluntas exploranda est de matrimonio contrahendo; iuxta notata inferius, vers. sed mulierem; atq; in hanc sententiam citius propendere Iudices in contingentibus casibus experimur quotidie, legimusq; obseruatum in adducta decis. Peguera 20. par. 1. nam videtur eorum arbitrio remissum, opitulanturque verba citatæ Constit. 47. Sixti V. §. Quod si pendentibus, quæ subijcere iustè censemus, eaque sunt. Quod si pendentibus huiusmodi litibus, & controuersijs super separatione, vel diuortio, aut subsequuta, vt premittitur tori separatione vxor ipsa arbitrio Iudicis ad quē spectauerit, in Monasterio aliquo monialium, aut certè in aliquo tuto, vel honesto loco; siue apud aliquas probas, honestas, & non suspectas personas, deposita, & collocata fuerit. Sed mulieribus consanguineis, sit nè committenda, controuersum fuit de anno 1614. in Curia Archiepiscopali Neapolitana in causa cuiusdam nobilis mulieris de sedili, & quàuis aliqui Aduocati affirmatiuā conati fuerint defendere, auctoritate Io. Andr. Host. Butrij, & Abb. indicato cap. ex transmissa, per text. in cap. siue 35. q. 2. renuit tamen illius Curię Congregatio assentiri, ita quod, neq; proprijs eiusdem mulieris filiabus, committere voluit, quamuis, & illę essent virtutum omniū genere ornatę, & viris longè diuitibus, prudentibus, atq; dignis collocatæ; quamuis etiam ipsa mulier quinquagesimum octauum attingeret annum; fortasse quia citati Doctores, & tex. in c. siue, non exprimunt si id faciendum sit, vbi contradicat maritus, & stāte frequentiori vsu totius orbis reponendi illas, in aliquem religiosum locum; stanteque quod Iudicū arbitrio remissa est electio, quare ipsi in casu controuersiæ, tutiorem amplexantur partē, eliguntq; locū; Itaq; coacta fuit mulier illa, conseruatorium ingredi Capuccinarum, & post multos menses accedente voluntate viri translata ad templum vulgo dictum delle Paparelle, & vtrobique dum anno stetit reclusa, inhians nō spernendam libertatem

bertatem pacem inijt cum marito, cum quo nunc quiete viuit, timens illuc redire; In qua etiam cauſa obſeruatum quoque vidi aliud incidens nõ contemnendum; ſcilicet, præſcriptum fuiſſe terminum eidem mulieri, & viro ad allegãdum loca vnicuiq; ſuſpecta, ad finem eligendi aliquem per Curiã neutri parti infidũ; & annuunt ni fallor recenſita Conſtitutionis Sixti V. verba illa: ſiue apud aliquas probas, honeſtas, & non ſuſpectas perſonas, quæ enim proba, & honeſta eſt, omni caret ſuſpicione, vt propterea verba illa, probas, & honeſtas referantur ad vitam matronarum, ſicuti, & tex. quoq; ait indicato cap. ex tranſmiſſa; alterum verò ſuſpectas referatur ad maritos ipſos ob inimicitiæ, aut alterius; rei cauſam, qua moti non confidant in illis; eiſque propterea committi ſuas vxores recuſant.

In 2. vero caſu admiſſæ ſeparationis certum eſt, nõ eſſe cogendam intrare locum aliquem, ſed poſſe in ſeculo manere, vt eſt videre in reſolutione Marij Antonini 35. lib. 1. nu. 8. non tamen licebit ei manere in omni loco, cum eadem ſententia concedens ſeparationem, continere debeat alia duo, nempè vt continenter viuat, vtq; in honeſto loco degat, & penes honeſtas perſonas; cuius ſententiæ exemplum legimus in quadam ſententia Rotali in vna Romana ſeparationis tori 22. Martij 1574. cui ſententiæ paritum eſſe per dictam mulierem eiq; vigore illius ſententiæ licuiſſe habitare, ſuumq; facere incolatum in domo matris, fratris, & ſororum pronunciauit eadem Rota die 18. Iunij eiuſdẽ anni, teſte Cæſare de Graſſis deciſ. 182. alioqui vnica de diuort. & rurſus concluſit in vna Anchonitana corã Serafino in illius deciſ. 1276. Præterquam ſi eadẽ mater inſtetiſſet ſeparari matrimonium, in alia Romana matrimonij 29. Aprelis 1579. corã Blanchetto. Id tamen ſi admiſſa eſt ſeparatio ex alia quã vxoris adulterij cauſa, quia ſi propter illam, ſemper in Monaſterium reponenda eſſet cap. de benedicto 32. quæſt. 1. vbi gloſ. fin. addit id in pœnam adulterij contingere.

Sed mulieri diuertenti à viro, denegari poſſe ab eodem viro alimenta quouſque reuertatur ad illius domum Regula certiſſima eſt, cum tantũ ſubminiſtranda veniant in domo eius degenti, per doctrinam inſignem ſpecul. in tit. qui filij ſint legit. nu. 31. cõfert Guid. Papa deciſ. 439. nu. 6. & conſ. 127. Lopez in repetit. Rub. de donat. inter virum, & vxorẽ, §. 64. nu. 10. Portius Imolenſis conſ. 160. nu. 1. & cæteri omnes; niſi culpa ipſius viri diſceſſerit, quod aiunt præcitati, alijque ab eodem Peguera relati in adducta deciſ. 20. nu. 4. & Farin. citata quæſt. 143. nu. 238. quorum communem, & receptiſſimam eſſe ſententiã teſtatur Lancell. de attent. c. 4. limit. 11. nu. 16. Surdus tract. de alimen. tit. 7. q. 16. nu. 1. & 11. modum verò probandi diſceſſum mulieris, illius culpa, aũt viri contigiſſe, edocet Anchar. conſ. 246. inſequiturq; Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 4. §. 23 nu. 15. non tamen omnis mariti culpa, id operatur, ſed magna, ſcilicet talis, quæ inferat mulieri metũ cadentem in conſtantem mulierem, dicit præcitata Pegueræ deciſ. nu. 9. exemplificatq; theſaur. in deciſ. 130. ſi flagellis percuſſerit, & de Franch. in poſtremis verbis deciſ. 244. explicat, ſi ſeuerè illam verberauerit, conſimilibus autem vtuntur verbis Doctores, quos relati memorant, theſaur. & de Franch. & militant, non ſolum prolata ſententia ſeparationis, at quoq; lite pendente Afflict. deciſ. 10. dumtamen mulier diuertendo, nihil ſecum de bonis mariti detulerit, neq; dotem repetierit, ſi enim illius abſtuliſſet bona, aũt dotem habuiſſet, idque à muliere non negaretur, nihil interdum cogeretur vir pro alimentis ſubminiſtrare durante lite, ex eadẽ Afflicti deciſ. in initio, ibi, & quod habuit multa eius bona; ex quibus id deducit apertius loquens, Tuſch. concluſ. 309. nu. 4. lit. A. vol. 1. neque ſi dos marito promiſſa fuiſſet, non tamen perſoluta ex L. fin. C. ad Velleian. notat Caſſan. ſuper conſuetud. Burg. rub. 4. §. 23. verſ. ſecunda eſt. fauetque Couar. de ſponſal. par. 2. c. 7. ſub nu. 1. demumq; non eſſent perſoluenda alimenta, ſi non ageretur de ſeparatione tori, aut matrimonij nullitate, ſed de reditu mulieris ad viri id petentis domum ſubminiſtraturæ obſequia matrimonialia, nam quia ad id tenetur, & ante omnia cogi, vt aduerti in ſuperioribus, certè ad hunc finem non poteſt conſiderari litis pendentia, ſed potius contentio quædam, breui tempore duratura, & conſequenter ceſſabunt alimenta, durante lite præſtanda, & cum perſolui debent, non niſi futura, ſcilicet à petitione perſolui debẽt; quippè quod mulier hoc caſu futura tantum petere nõ præterita queit; teſte Campag. in cap. Regni 165. mulier nu. 23. quin illa ſi mulier poſt ſex menſes ab obitu viri recepit ab hæredibus, vtrũ intereſſe dotium non reſtitutarum poſt annum petere poſſit, ſi quæratur, adeat lector inſignem de Franch. deciſ. 217. hanc queſtionem enodantẽ, & negantem. Itaq; cum eueniſſet, vt quædam vxor relicta eſſet adminiſtratrix à viro totius hæreditatis, quouſque filius maſculus, & hæres expleuiſſet annum 25. iuxta terminos à me conſtitutos inferius rub. 8. cap. 5. nu. 10. eodẽq; marito vita functo exegiſſet introitus, eoſq; expendiſſet, tùm pro alimentis ipſius, & filiorum, etiam fœminarum, tùm creditoribus quibuſdã eiuſdem mulieris poſterioribus ſatisfaciendo; poſt aliquot tempus petẽtes eorum creditum reliqui creditores, anteriores quippè eorum quibus ſatisfactũ erat, quamuis eiuſdem mulieris poſteriores, inhians ipſa adminiſtratrix illos excludere, inſtetit pro reſtitutione dotium, & Antefati, atq; illorum intereſſe hactenus decurſo, quę vniuerſam tunc extantem abſorbuiſſent hæreditatem, dictoſque excluſiſſent creditores; defendi non poſſe; tùm ex adducta deciſ. de Franch. tùm ad vitandas fraudes in creditorũ perniciem, qui longo tempore defatigari poſſent poſt viri interitum, ne quantitates ſibi debitas conſequerentur, vt poſtea excludantur ab ipſis mulieribus prætextu fructuũ dotium, interim decurſorũ, & ob colluſionem inter ipſam, & hæredes, non reſtituta dote, & Antefato, maximè (vt hoc caſu contigebat) ſi mulieres ſint eorundem hęredũ, matres, ſiue Auunculæ, aut aliter attinentes. tùm demũ ob ſpecificam in iſto caſu deciſionem Vrſil. ad Afflict. deciſ. 284. ſub num. 6. id indiſtinctè procedere concludens, vbi mulier adminiſtratrix, ſeũ tutrix fuiſſet, ſibiq; potuiſſet ſatisfacere per cõſ. Fulg. 501. Dña Guldrada, Socc. conſ. 126. primum nu. 5. vol. 1. & alios, cui quidem meæ reſpõſioni minimè aduerſatur Surdi deciſ. 211. mortuo marito, tũ quia innititur mora, quam licet probari adiungat, ex eo quod elapſo tempore non fuit reſtituta dos nu. 32. id improbat Regium Conſilium in ipſa deciſ. de Franch. nu. 5. tùm quia inibi dos erat conſtituta in

stabilibus, quorum fructus statim esse mulieris defendit à num. 14. hic autem in pecunia numerata, & sic non fructus, sed interesse petitur, & procedit memorata de Franch. decis. tùm quia ipse surdus in eo etiam casu contradicebat, vt est videre, in versic. ego tenebam; vbi preterea subdit alia verba, quibus in ea quæstione ad partes per ipsum antea discussa, insinuat nihil fuisse decisum, tùm demum quia eius postrema verba, ex Bald. in l. diuortio nu. 5. ff. solut. matrim. deducentia, fructus restituendos esse quatenus excedunt quantitatem alimentorum, fauebãt meæ respõsioni in casu iam relato, quo fructus dotis, & Antefati iuxta taxam obseruatam per Regiũ Consilium, & ab ipso de Franch. relatam nu. 2. non excedebat ducatos 165. & grana tria pro dote ducatorum mille octingentorum, & Antefato ducatorum noningentorum.

Cum tamen isthæc desunt, illaq; propterea subministrãda veniunt, sit nè laicus competens Iudex si coram Ecclesiastico super diuortio pendere litẽ constet, inquirit Peguera in adducta decis. 20. in vltimis verbis, addens certum quid assignatum fuisse pro victu durante lite; & Afflict. decis. 10. Iudiciũ verò separationis coram Ecclesiastico tantum Iudice, agitari posse, præter alios, aduertit de Franch. decis. 312. num. 7. & generalius loquens in decis. 36. num. 1. quin, & Iudicium recuperandæ vxoris, inibi adnectit, probantque complures Canones, scilicet cap. literas de restit. spoliat. cap. tua nos de iure iur. cap. 1. de sponsal. Abb. in cap. 1. de adulter. & cap. 1. de offic. ordin, alijque multi affirmant. Alterum verò petitæ cautionis ab vxore ob sęuitiam viri, possit nè coram laico tractari non discutit Viu. in decis. 435. refert tamen in Regia Audientia Barensi agitatum fuisse, atque ex causis in ea discussis decisum, præstandam esse cautionem ipsam, quam mulier expoposcerat.

Tertiò, cum sodomia vincat adulteriũ cap. adulterij malum 32. quæst. 7. & adulterium operari separationem scripserimus, ideo concluditur ex omnium sentẽtia, sodomiticum actum prebere iustam causam separationi; communemq; sententiam dicunt Lambert. in tract. de iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 9. art. 18. nu. 18. Clarus in §. sodomia vers. proponitur, Sanches de matrim. lib. 10. disp. 4. inibi multas annectens declarationes, ac præsertim si mulierem ipsam sodomitasset, non autem, si alteram personã inquit Innoc. in cap. 1. sub nu. 1. de adult. Archid. in cap. omnes causationes 32. quæst. 7. Francisc. Marc. decis. Delfin. 687. quæritur de pœna sodomiæ sub num. 10. Caualcan. decis. 18. sub nu. 26. par. 2. & fuit decisum in Episcopali Curia Papiensi, teste Mario Antonino resolut. 46. N. mulieris lib. 3. idque etiam si vxorem ipsam, dumtaxat tentasset sodomitare, Menoc. de arbit. Iudic. lib. 2. cent. 3. casu 286. nu. 14. Salzed. ad Diazam in praxi crim. canon. c. 88. vers. & propter hoc scelus, & Triuis. decis. 45. num. 3. par. 1. id tamen si ad actum proximum perueniss et, quemadmodum, & Paris. exemplificat in cons. 163. num. 2. vol. 4. tueturque relatus Antonin. indicata resolut. 46. sub num. 9.

Sed respectu morbi Gallici distinguit additio Bertazzoli in cõs. crim. 228. ex processu lit. D. vol. 1. Bosch. autem in tract. de iniust. nupt. lib. 2. num. 14. negatiuam prorsus eo casu amplectitur sententiã, affirmatiuam verò Alciat. in Rub. ff. solut. matrim. num. 16. Natt. cons. 24. & ipse libentius insequerer relatam distinctionem, nisi meminerim, quod eo ipso, quod probatur aliquem coniugum morbo gallico laborare, conuincitur de adulterio commisso, ob quod fieri diuisionem prædictam, certum est ex antea relatis.

Quod si quis ethicus, tisicus, hidropicus, furiosus, mentecaptus, eiusuè os malè oleret, esset admittenda eiusdem thori diuisio, concludit citatus Caualc. decis. adducta 18. sub nu. 26. cuius sententia, si veritate inniteretur, ò quanti coniuges separarentur, non itaq; admitto respectu illius separationis, cuius noster est sermo, qua dirimitur matrimonium quò ad thorum, sed tantùm respectu cohabitationis in eodem cubili, cum in eadem domo cohabitare debeant, & conuersari.

Aliqui insuper recentiores, addunt, & ineptè quidem maleficium, aiuntq; efficacem parere causam separationis thori, fulciunturque tex. in cap. si per sortiarias 32. quęst. 1. hi profectò mentiuntur, quãdoquidem, vel est perpetuum, cum scilicet continuò saltem triennio perdurauit, atque ideò nequiuerint sponsi intra illud tempus, initum consumare matrimoniũ, illudq; in meris terminis rati matrimonij ob dictum impedimentum, adhùc post triennium persistat, & totalis matrimonij separatio tunc fiat, deciditur in ipso cap. si per sortiarias; quin, & si postea alias nuptias expetierint, & possibilitas concubendi eis reddita fuerit, nec debeant reconciliari, sancitur in eodem cap. si per sortiarias; atq; in his terminis loquitur Francisc. Marc. decis. 467. Quæritur qualiter matrimonium nu. 14. par. 2. ipseq; verba feci rub. 1. nu. 78. & rub. 11. cap. 17. vers. maleficiatus num. 193. quod si matrimonium, non tantum ratum erit, sed insuper cõsumatum, quamuis superueniat maleficiũ, illudq; triennio, aut quoque longiori tempore duret, vt sit thori admittenda separatio, non iure probatur; neque adductum cap. si per sortiarias, aliquod etiam minimum addit verbum, quo voluerit insinuare de separatione ista thori, etiam verba facere; neque aliquis hucusque scripsit ex Doctoribus; qui nõ solùm accurata, verum mediocri vsi sunt diligentia in conscribendis tractatibus, consilijs, aut decisionibus, in eodemquè casu loquitur Borgnin. decis. 18. D. A. de contract. par. 2. quamuis vbi maleficium esset, adeo peruersum, & iniquum, quod etiam simul habitando vitæ incurrerẽt periculum, posse eos separatim, & seorsum viuere addiderit, post nu. 2. etenim id procedere insinuat in maleficio ante consumationẽ matrimonij, & durante tẽpore triennali, quod expectandum est, vt experientia fiat, si maleficium cesset; ac celebratum matrimonium in effectũ deduci possit vel & generalius dicendum est, ipsum loqui in habitatione propterea seorsum facienda, non in separatione thori; quæ ad inuicem sine dubio multum distãt, idq; præsertim colligitur ex verbis finalibus glosæ vltimæ in cap. si vxorem 32. q. 5. Hanc tandẽ separationem denegandam esse, vbicumq; maleficium subsequutum est matrimoniũ, probat apertè glos. in cap. fraternitatis vers. diuinum miraculũ in fine de frigid. & malefic. & Capell. Tholos. decis. 381. Quidam ætatis 30. annorum vers. & præmissa sub nu. 4. neque replicatio illa vrgeret si diceretur tum glosam, tum adductam decisionem loqui, in separatione totali, scilicet dissolutione matri-

monij, quia adducendo textus in citato cap. ſi vxorem, & cap. hi qui matrimonium ſani 32. quæſt. 7. oſtendunt, non ſolum in ipſa matrimoniali diſſolutione, ac etiam in ſimplici thori ſeparatione fari, prout adducti textus loquuntur; ait quippe adductum cap. ſi vxorem. Quod ſi vxorem quis habeat ſterilem, vel deformem corpore, ſiue debilem membris, vel cœcam, vel ſurdam, vel claudam, vel ſi quid aliud, ſiue morbis, & doloribus läguoribusque confectam, & quicquid (excepta fornicatione) cogitari poteſt, vehementer horribile, pro fide, & ſocietate ſubſtineat, text. inſuper in cap. hi qui; verba ſunt, Hi qui matrimonium ſani contraxerint, & vni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas acceſſerit, ob hanc infirmitatem coniugia talium ſolui non poſſunt; ſimiliter tenendum de his, qui ab aduerſarijs excœcantur, aut membris truncantur, aut à barbaris exſecti fuerint. Vtriuſque igitur verba, tum matrimonium ſolui vetant, & ſic matrimoniale vinculum; tum fidem, & ſocietatem ſubſtineri mandant, & ſic thori ſeparationem interdicunt expreſſis verbis; Quin & dum adductum, cap. ſi vxorem, excipit fornicationem illiuſque vigore fiat tantum ſeparatio thori ex relatis hoc eod. num. inde ſequitur regulam intelligi de ſeparatione thori, cum exceptio firmet regulam in caſu non excepto, ex iactatis iuribus: concludo igitur quod ratione maleficij, vel eſt facienda totalis diſſolutio matrimonialis, ſi hactenus enarrata concurrant, vel nulla, etiam quo ad thorum, ſi illa deſint.

Sed mulierem præter caſum enarratum in deciſ. vnica Achill. Rub. de ſponſal. ſub ſequeſtrum poni debere, cum pendet lis de matrimonio contrahendo, docet Bal. in cap. penul. ſub nu. 3. de probat. & Zilett. conſ. 8. inter Conſilia Matrim. idque in aliqua domo tuta, vt ſemota omni ſuſpictione violentiæ illius exploretur voluntas, probat text. in c. cum locum de ſponſal. quem textum quia interpretantur doctores, & intelligendum aiunt de domo monialium, præſertim Ioan. And. in c. ex tranſmiſſa ſub nu. 3. Abb. ſub nu. 4. Butrius num. 9. & Hoſt. ſub nu. 5. de reſtit. ſpoliat. ideo in Monaſterium ſegregandam conſentio, & Rota coram Comitulo in vna Hippereg. Matrim. 3. Martij 1589. non immerito reſpondit puellam extrahendam eſſe á loco violentiæ ſuſpecto, ob præſentiam Principis, & tranſportandam in Ciuitatem Mediolanenſem, ibique in Monaſterio recludendam, quouſque libere propalaſſet voluntatem, in quem virum conſenſura eſſet, & confirmari poſſet textu in cap. accedens de procurat. ſuper qua præterea tractatione videatur Conſil. Crauettæ 190. incipiens, quod in præſenti cauſa, nam multa ſpectantia ad hanc materiam reponendæ puellæ explorandæ pro matrimonio celebrando cumulat.

45 Sed caſus, centum ſeptuaginta duos in quibus poteſt vnuſquiſque Antiſtes diſpenſare, referunt Specul. in tit. de diſpenſat. §. nunc ad Epiſcopatum Bertach. in tract. de Epiſcop. par. 2. lib. 2. à nu. 107. Bonaguid. Ariminenſ. in tract. de diſpenſ. Io. Rendin. in eod. tract. & Lancell. in lib. 2. temp. omn. Iud. cap. 5. §. 4. à nu. 6. qui præterea nu. 12. affirmat poſſe Epiſcopum diſpenſare, vbicumque á Iure permittitur diſpenſatio, licet minimè ſit eidem Epiſcopo nominatim, & ſpecialiter delegata iſthæc facultas: cuius dictum, nec ne veritate innitatur adamuſſim explicat vir ille eximius, omniumque virtutum genere ornatus Anaſtaſ. Germon. in ſuo perutili tractatu, accurateque conſcripto de Sacror. immunit. lib. 3. cap. 8. nu. 37. ac potiſſimum valeat ne, Antiſtes diſpenſare in impedimento, etiam dirimente contractum, fuit quandoque hæſitatum, & poſt contractum annuit vnanimis ſcribentium aſſertio, ſi quatuor concurrant, relata ab eiſdem doctoribus, ea itaque recenſent, dictamque amplexantur concluſionem Syluest. in verbo diſpenſatio, quæſt. 9. ſub nu. 15. Henr. eodem c. 3. §. 2. Rodriq. c. 235. n. 2. Nau. c. 22. nu. 84. & conſ. 14. an Epiſcopus de conſang. & affin. in nouis Vgolin. de poteſt. Epiſ. c. 60. §. 1. Graff. conſ. 26. nu. 39. de ſent. excom. & communem eſſe opinionem teſtis eſt Coſta de remed. ſubſid. remed. 35. nu. 3. Illa autem, vulgi ſententia, queat ſcilicet Præſul diſpenſare in impedimento enato per affinitatem, aut conſanguinitatem in 4. & 5. gradu, vana prorſus cenſenda eſt, quia vbicumque duo adſunt gradus, ab vlteriori, & remotiori fit numeratio cap. fin. de conſang. & affin. & Conſt. 23. Pij V. & cum quintus nullum hodie impedimentum parias, quartus autem, vel tertius non attendatur, ex cauſa alterius remotioris; ideo nulla adhibenda videtur diſpenſatio, Emanuel sà, in verbo impedimenta dirimentia nu. 4. tametſi aliqui Præſules ad ſedandas contrahentium ambiguitates, conſueuerint declarare nullum inter eos extare impedimentum, idque præſertim in Archiepiſcopali Curia Neapolitana fieri admonet relatus Genuen. citato cap. 25. ſub nu. 12. verúm cùm diſpenſatio quæuis appareat odioſa, ex cap. nulli fas eſt 25. quæſt. 1. propterea quod, Iuri aduerſatur ex Rebuf. in prax. benef. tit. de diſpenſat. nu. 20. equidem nar-

46 ratiuam cuiuſlibet diſpenſatiuæ prouiſionis verificandam eſſe, ediſſerit Pariſ. conſ. 51. nu. 30. vol. 4. Caputaq. deciſ. 271. diſpenſatio obtempta num. 2. par. 1. Cœſar de Graſſis deciſ. 66. Quo ad primam num. 2. de probat, nam quiuis impetrans gratiam, tenetur verificare omnia in ea narrata, & expreſſa Put. deciſ. 322. eodem die nu. 2. lib. 3. Caputaq. deciſ. 27. allegationi nu. 3. par. 1. deciſ. 240. narrata omnia par. 2. & Tholom. deciſ. 815. Vincent. num. 3. lib. 3. par. 3. diuerſ. Mohed. deciſ. 304. alias 35. de renunc. latéque diſſerui rub. 11. cap. 13. nu. 179. 193. & 215. & Marchis. in 1. vol. commiſſ. rub. de referend. par. 1. cap. 2. nu. 232. imo narratiua literarum Apoſtolicarum iuſtificari debet ex actis iuxta deciſ. Rotalem coram Corduba nu. 2. quæ inter reſcriptas á Marchiſ. in commiſſ. appellat. ab exequut. breuis par. 1. cap. 1. eſt 31. in Placentina Præſtimoniorum lunæ 26. Aprilis 1599. proptereaque falſitas cauſæ finalis, ne dùm, ſed impulſiuæ etiam, in diſpenſa-

47 tionibus adiecta operatur, vt gratia, & diſpenſatio ſit ipſo iure nulla, ſi Oldrad. vera fatetur conſ. 256. Clemens Epiſcopus poſt nu. 1. & ſequitur dec. in cap. cum ceſſante nota. 2. de appellat. dummodo in diſpoſitiua, quia ſi in generali narratiua, tunc attenderetur tantum diſpoſitiua, Rota deciſ. 592. quærebatur nu. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ. quod tamen multum cautè obſeruandum erit, cum narratiua ſit pars gratiæ, & propterea iuſtificanda teſte Rota in vna Rauennat. penſionis Veneris 28. Iun. 1596.

coram

corã Litta n.3.quæ inter rescriptas ab eodẽ March. in commiss.appell.in causa pension.par.1.§.2.tenet locum 16.probatq; idem Marchis. Rub. de signat. Grat.par.1.c.2.n.232.siquidem narratiuam quamuis esse duplicis generis scripserit Aldobrand. in Marsicana beneficij 10. Iunij 1577. nu. 4. rescripta per Maschis.in commiss. appell. ab exeq. breuis p. 1.post caput primum nu.56.vtramque tamen probandam (tametsi distincto modo) addit, quin & si delegatus testetur narratiuam fuisse coram eo probatam,non sit ei standum, nec probet narrata, neque propterea sit iudicanda valida gratia, concludit eadem adducta decis. Rotæ 855.ita quod licet vbi aliqua ex causa allegetur, vel impediatur exequutio literarum Apostolicarum,ob illarum auctoritatem, debeant nihilominus exequutioni demandari;attamen hoc casu minimè demandantur iuxta præfatam Mohed.decis. 35. etiam si veritas narratorum superueniat post exqeditionem illius; nam tempore impetrationis, & relationis factæ Summo Pontifici, vera fuisse, docere oportet, sic in materia impetrationis scripsit Rebuff. ad Constit.Gallicanas rub.de rescript. nu. 56. tom. 2. atque in terminis dispensationis matrimonialis probat Ioan.Guttier.lib.2Canon.qq.cap. 15. num. 131.cum seq. Quam profectò inualiditatem operatur falsitas,quam supplicans nullo adductus dolo expressisset,ex eodemmet consil.51. Parisij nu. 31. & amplexata ex Rota teste, Caputaq. decis. 7. dispensationis,siue 274.par.1.

Mandatum insuper de dispensando, nulla præcedente inquisitione, & probatione narratorum executum,haud subsistere censuit eadem Rota, cuius testis idoneus est,citatus Caputaq. decis.6. dispensatio,seu 273.eadem par. 1. quin si exequatur, & postmodum accedat decretum exequutoris, non illud suffragaretur, sicuti in casu dispensationis Matrimonialis,conclusit Nauar.cons.3. qui filij sint legit, ipseque longiori themate annotaui rub. 11.cap.13.adducto nu.193. & 215.

Sed quibus in casibus docere intercessisse dispensationem,necesse sit, cuiusque sit onus probare,quibusue modis illa verificetur, scribit Mascar. de probat.concl.523.& 524.vol.1.

48 Formam autem concedendæ dispensationis,super irregularitate, in foro interiori scribit Cathechis.Neap. lib.1. Quam subscribo. Auctoritate N.in hac parte tibi concessa, & mihi commissa dispenso tecum super irregularitate (vel irregularitatibus) quam, vel quas contraxisti, propter talem causam (vel tales causas) & restituo te ad actus legitimos · In nomine Patris,& Filij, & Spiritus sancti. Amen.

SVMMARIA.

Tempus constitutum pro consecratione Episcoporum,quod sit nu. 1.

Consecratio Episcoporum cur tantum die Dominico fieri statutum sit,nu.2.

Ordinatus ordine Sacerdotali die Sabbati,potest consecrari Episcopus Dominica immediatè sequenti, nu.3.

Episcopatum esse ordinem probatur,nu.4.

Sacerdotium adeptus die Dominica ex dispensatione, eadem die consecrari Episcopus non potest, num. 5.

Locus idoneus pro consecratione Episcoporum, qui sit nu.6.

Numerus Episcoporum requisitus ad istam consecrationem, nu.7.

Hora qua sit pro hac re idonea,nu.8.

Consecratio ista infra quod tempus fieri debeat, num.9.

Fatalia in causa appellationis minimè currunt durante tempore remissoriæ,nu.10.

Terminus probatorius suspenditur subsequenti compromisso, nu.11.

Capitulum Quartum,

1 COnsecrationi Episcoporum Canones constituerunt peculiare tempus,scilicet diem Dominicum, cap. qui in aliquo 51.dist.idque tum ex consuetudine, tum ex Apostolica nouimus venire doctrina, scriptura manifestante, quod
2 in hac die Apostoli ex Spiritus sancti præcepto imposuerunt manus Paulo, & Barnabæ: & quia prædicta dies tantis diuinarum dispensationum mysterijs consecrata est, vt quidquid à Domino, est insignè constitutum, iam huius diei dignitate sit gestum; in hac die, mundus sumpsit exordium; in hac per Resurrectionem, & mors interitum, & vita accepit principium; in hac, &c. nos seruare propterea debemus,vt nunquam benedictio, nisi in die Dominico Resurrectionis tribuatur,cap.quod die 75.dist. Hanc siquidem diem primam dierum nominat Ecclesia, in hymno exordiente Aeterne rerum conditor, & re vera, ipsa prima seculi dies fuit,quæ etiam prima Sabbati dicitur Matth. 28. & vna Sabbati, (idest prima Sabbati) Ioann.20.atque dies Dominica vocatur, quia Christus verè se esse Dominum Cœli, & terræ declarauit,ideoque per Excellentiam dies Domini dicitur, & quia singulariter illam fecit, nam licet omnes dies ipse fecerit (præter diem culpæ) hanc tamen peculiariter fecit, cum suam humanitatem glorificauit, vt scribit frater Donatus Marra Eremitanus in exposit. præfati Hymni, Aeterne rerum Conditor.

Sed hic non omittendum, maximum exoriri dubium ex textu in adducto, cap. quod die, præcipiente, vt benedictio consecrandis,non nisi in die Dominicæ Resurrectionis tribuatur ,illi enim videtur contradicere vsus, quo quidem apparet,illam qualibet Dominica dari, atque ideò, duxi respondendum,quod diem Dominicum ob venerabilem Resurrectionem Domini nostri Iesu Christi,non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulas hebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus c. Sabbato de consecr.dist. 3. non secus, ac in ipso die Dominico Paschæ, dicimus hodie

hodie Dominus reſurrexit, cum ex quo reſurrexit tot anni tranſierunt; non tamen mentitos nos ita loquentes, iuſtè poteſt quis arguere, quia iſtos dies ſecundum illorum, quibus geſta ſunt ſimilitudinem nuncupamus, vt dicatur ipſa, quæ non eſt ipſa reuolutione temporis, ſed ſimilis eius; & dicatur illo die fieri propter Sacramenti celebrationem, quod non illo, ſed iam olim factum eſt in alio, cap. quæris 9. nempè de conſecr. diſt. 4. & propterea viſum eſt Dominicam celebrari in memoriam continuam Paſchæ, dicit Henriq. in Sum. Theol. Moral. lib. 9. c. 25. §. 1. in gloſ. lit. d. ex quibus colliget quiſquam, adductum cap. quod die, loqui de qualibet Dominica; Aliam vero, & breuiſſimam rationem cur illa tantum die fiat conſecratio Epiſcoporum tradit Sot. lib. 10. de Iuſtit. & Iure, q. 1. artic. 2. concluſ. vltim. verſ. accedit, & inquit Ritum Eccleſiæ habere, vt Epiſcopus die Dominica conſecretur, tamquam legitimus eius ſponſus.

3 Quod vſque adeo verum, vt ordine Sacerdotali die Sabbati inſignitus, poſſit Dominica immediatè ſequenti conſecrari Epiſcopus, ex gloſa 1. in fine, in cap. quod à Patribus 75. diſt. Syl ueſt. verbo ordo el 2. nu. 6. verſ. Epiſcopatus autem, Angel. verbo ordo 6. nu. 2. in fin. Aſtaſ. lib. 6. tit. 4. verſ. & poteſt electus. Ihn. in cap. literas verſ. nec valet, ibidemque Hoſt. nu. 4. verſ. ſed non fingitur, de tempor. ordin. & Henric. lib. 10. cap. 12. §. 2. in fine, vbi gloſ. lit. Q. addit eſſe communem opinionem, & rationem adiungit, quia idem character eſt Epiſcopi, & Sacerdotis, & ex vtroque fit vnus ordo, nec nouus imprimatur character, ſed impreſſus per Sacerdotalem ordinē, perfectione quadam addita extendatur, & dixerat ipſemet fuſius in cap. 7. §. 1. & cap. 2. §. 1. illo eodem libro, quod idem videtur ſentire Duran. in 4. ſent. diſt. 24. quæſt. 6. ſed ego in Rub. de Sacram. ordin. verſ. Epiſcopatum, alios ſecutus

4 firmaui Epiſcopatum eſſe ordinem, atque ideo exiſtimo nouum per ipſum imprimi characterem, vt etiam concludit Abb. in c. Aqua de conſecr. Eccleſ. vel altar. & videtur etiam firmare in cap. 1. nu. 3. de ordin. ab Epiſc. qui renunc. Epiſ. quod idem firmarunt Durand. loco nuper adducto Almain. maior, & alij, quos refert Couar. Variar. reſol. cap. 10. nu. 16. lib. 1. tenet Iacob. lib. 10. de Concil. actu. 7. & plerique alij, quos Henric. citat in relato cap. 7. in gloſ. lit. C. licet eos minimè ſequatur; quinimmo confert nouam gratiam, vt ipſemet non dubitat in cap. 1. §. 3. in gloſ. lit. R. & cap. 2. §. 1. lit. E. & probat Doctiſſimus Cardinalis Bellarm. lib. de Sacram. ordin. cap. 5. verſ. item quod Epiſcopalis; ac meritò Epiſcopatum ordinem, & Sacramentum eſſe diſtinctum à Sacerdotali cēnſuerunt Altiſiodoren. in Sum. lib. 4. cap. de ordinis Sacram. Palud. in 4. diſt. 24. quæſt. 7. Medin. lib. 1. de celibatu cap. 16. Nau. in Sum. cap. 22. nu. 18. ac tandem ampliſſimus Cardinalis Bellam. adducto cap. 5. verſ. mihi hoc dictum confirmans, quinimmo Petrus de Soto in inſtit. Sacerdotum lectione 4. de Sacram. ordin. adiungit mirabile dictum, & inquit, certa fide id eſſe tenendum. Illumque ſequitur Greg. de Valent. ſuper 3. par. D. Thom. diſput. 9. quæſt. 1. punni 4. verſ. altera ſententia vol. 4. ac propterea non ſubſiſtit ratio ab Henrico adducta ad comprobandum conſtitutam concluſionem, de promoto ad Sacerdotium in Sabbato, qui valeat ſubſequenti die Dominica conſecrari Epiſcopus, ſed illam arbitror veriorem, quam tangit Hoſt. ſuper eodem cap. literas num. 6. quod ſicuti Vigilia ſeruit feſto, ita ſacris inſigniti ſeruiunt Epiſcopo c. Epiſcopus ſacrificans de conſecr. diſt. 1.

5 Qui autem ex diſpenſatione Papali ad Sacerdotium promoueretur in die Dominica, non vtique poſſet eadem illa die conſecrari Epiſcopus, per Innoc. in cap. literas de temp. ordin. exploſa contraria gloſæ ſenteātia in cap. quòd à Patribus Verſ. Sabbati in fine 75. diſt.

6 Locus autem idoneus de iure pro conſecratione Epiſcoporum eſt Eccleſia, quam Metropolitano placet eligere, cap. fin. 51. diſt. niſi Conſuetudo probata aliud haberet in vſu Syl ueſt. verbo Conſecratio 1. nu. 3. Aſtaſan. lib. 6. tit. 4. art. 2. & comprouinciales ad id vocati ab Archiepiſcopo tenentur illuc accedere cap. non debet cum ſeq. 65. diſt. Præpoſ. in cap. ſi Epiſcopus diſtinct. 18. & Stephan. quar. in tract. de auctor. Archiep. in 7. auth. ſed hodie videmus Summos Pontifices ſemper concedere ſolere conſecrando facultatem conſecrationis ſuſcipiendæ à quocunque Catholico Antiſtite, & tunc illa fiet in ea Eccleſia, quam ipſe mauult eligere, dummodo non in aliena Dioceſi, ſed in propria, vel conſecrantis, niſi expreſsè addatur etiam in aliena, & tunc proprij ordinarij loci, accedere debet aſſenſus.

7 Hæc tamen Conſecratio à minori numero, quam trium Epiſcoporum fieri minimè debet, c. ſi Archiepiſcopus de tempor. ordin. cap. 1. 64. diſt. quod ſi id facere minor numerus tentaret, ſunt qui exiſtimant conſecrationem non valere, quos Henric. coacervat in Sum. Theol. Moral. lib. 10. cap. 24. in princip. gloſ. r. id tamen, niſi ex diſpenſatione, vt inibi in textu aſſerit, atque alia multa notatu digna ad hanc rem ſpectantia tradit, & eſt tota diſtinctio 64. in decreto, necnon Aſtaſan. lib. 6. tit. 3. art. 9 qui autem Epiſcopus conſecratus eſt, conſpectui ſui Metropolitani debet infra tres menſes præſentari, vt ab illo monitis Eccleſiaſticis inſtructus, plenius, quod obſeruare debeat recognoſcat, quod ſi infirmitate, aut alio impedimento præpeditus id explere nequeat, hoc ſuis literis Metropolitano indicare procuret per cap. cum longe 63. diſt. & cap. ſi quis 65. diſt.

8 Hora veró congruens Epiſcoporum conſecrationi eſt tertia, iuxta cap. ordinationes el 1. 75. diſt. vbi gloſ. verſ. tertia, adducit plures rationes, ac præ cœteris illam, quod Apoſtoli tali hora conſecrarunt Paulum, & Barnabam, ex quo ſuſcitari poteſt vtrum ne Apoſtoli fuerint viſibili vnctione conſecrati, & pro reſolutione videnda eſt gloſa in c. ſi in fin. 66. diſt. & D. Th. 2. 2. q. 184. art. 6. ad primum.

9 Huiuſmodi conſecratio debet infra trimeſtre tempus fieri, ex cap. quoniam 75. diſt. & cap. 1. 100. diſt. illudque exorditur à die confirmationis, iuxta gloſam in cap. cum in cunctis §. cum verò, Verſ. tempore, de elect. & Modern. de Reſign. benef. lib. 7. quæſt. 1. nu. 92. nec refragatur textus in cap. ordinationes el 1. 6. tempus diſt. 75. dum præcipit ne conſecratio vltra tres menſes poſt electionem protrahatur, explicatur enim ille Canon, de electione confirmata, ex ſcriptis per Archid. & Gemin. inibi

aut

aut de electione Papæ, cuius prouisio, electionis, & Confirmationis locum tenet, per Abb. in cap. cum in cunctis §. cum verò nu. 3. de elect. in cap. eam te nu. 2. de rescript. in cap. nosti nu. 4. de elect. & decis. Delphin. Marci 1394. nu. 3. & decis. 1395. etiam nu. 3. ante enim confirmationem, nemini licere suscipere consecrationem, patet ex cap. prouida §. eos super hoc, de elect. in 6. ob idque apparet rationi congruum, ne illud tempus ab electione ad confirmationem eis currat, ad instar collationis beneficiorum, in qua non vtique Episcopo currit tempus suspensionis, vt in cap. quia diuersitatem de
10 concess. præb. sic fatalia statuta ad prosequendum, & finiendum, in causa appellationis, non currunt durante tempore remissoriæ, nec efficitur deserta appellatio, vt latè Cassad. decis. 9. præsertim nu. 5.
11 de appell. Neque pendente partium compromisso currit tempus antea assignatum ad examinandos testes, Rot. decis. 2. de dilat. in nouis, ita neque fatalia appellationis, Gaill. obseruat. 141. lib. 1. nu. 2. nam tempus compromissi subduceretur in calculo fatalium, ac tempus antecedens compromisso iungeretur tempori illud subsequenti auth. si tamen C. de tempor. appell. clem. quamdiu, vbi glos. in verbo currere, illo eod. tit. & latè Vestr. in sua praxi Rub. de temp. ac fatal. appell. lib. 7. cap. vltimo, nu. 17. Lancell. de acten. par. 2. cap. 12. in præfat. nu. 33. & cap. 15. limit. 50. nu. 161. Brederod. in tract. appell. par. 2. tit. 7. vers. si compromissum factum sit, & iterum vers. si compromissum pendeat & in decis. parlam. quæst. 115. & quæst. 240. hoc tamen verum, si in arbitros, compromissum sit, quia si in arbitratores, vtique non obstante compromisso currerent appellationis tempora, vt probat Anchar. subijciens rationem diuersitatis cons. 284. habebis, eumque sequuntur Anton. Grau. in suis annot. ad Vestr. in adducto cap. vltimo nu. 41. & Lancell. relato cap. 12. nu. 36.

SVMMARIA.

Non in omni ætate homines pariter sapere, sed ea crescente, scientiam itidem crescere demonstratur, nu. 1.

Aetatem variam, pro ordinibus constitutam à iure fuisse ostenditur. nu. 2.

Quæ ad primam clericalem tonsuram requiratur, nu. 3.

Aetas iusta constringens ad confitendum peccata sub peccato nu. 4.

Ecclesia per censuras neminem cogit ad confessionem, vsque ad 12. aut 14. annum nu. 5.

Ante septennium posse aliquem peccare, nu. 6.

Exemplum refertur à D. Gregor. proditum, de puero in quinquennio solito blasphemare, num. 7.

Huic exemplo respondent aliqui, sed reijcit D. Thomas responsionem illam, nu. 8.

Somniare incipit, qui quatriennium attingit, num. 9.

Septennium completum requiri ad contrahendum sponsalia, probatur, nu. 10.

Valida sint ne, vbi aliqui dies septenij desiderent, nu. 11.

Septennalem ætatem habens, si contrafaciat præcepto negatiuo, peccet ne tantum, an etiam censura vinculo ligetur, nu. 12.

Coire, vt valeat, quæ ætas præsumatur iusta, n. 13

Minor non doli capax si delinquat, nullam in foro exteriori patitur pœnam, cum declarationibus, nu. 14.

Quando vero ob ætatem tenellam minoretur, num. 15.

Et tunc sit omnino minuenda, an Iudicis arbitrio relaxetur, nu. 16.

Quousque tamen protrahatur ætas ista, in qua mediocris infligitur pœna. nu. 17.

Tutor fieri, & obligari potest etiam ante 25. si aliqua sanctione municipali minorata est ætas. nu. 18.

In atrocibus tamen criminibus non tantum minores 25. at etiam 18. & impuberes legali plectuntur pœna. nu. 19.

Huius rei duo referuntur vetusta exempla, & alia in successis casibus, hoc nostro quo, n. 20.

De Aetat. Ordinan. Rub. VII.

CAPITVLVM PRIMVM.

Eleganti Ciceronis sententia, in lib. de Senect. concinnis explicata verbis edocemur, non in omni ætate homines pariter
1 sapere, sed ea crescente, scientiam itidem ipsam crescere, & augeri; natura, (inquit) vnicuique suam tempestiuitatem dedit; infantium, puerorum, & adolescentium infirmitas est, ferocitas iuuenum, grauitas iam constantis ætatis, maturitas senectutis, senij autem labor, & dolor; atque inter illas ætates quædā consiliorum expertes sunt, vt infantia, pueritia, decrepita ætas; quædam consilia habent, sed ea fragilia, & infirma, vt adolescentia: quædam firma quidem, sed ne dum vsu, & experientia corroborata, vt iuuentus; quædam matura, & solida, multaq; rerum cognitione, vsu, & exercitatione confirmata, vt media ætas, & senectus; concinitq; Manutij adagium illud, quod ætate prudentiores reddimur; quã profectò ex ratione euenit, sacros Canones non ean-
2 dem pro suscipiendis ordinibus constituisse ætatem, sed pro varietate ordinum diuersam præscripsisse ætatem in ordinando; ideo illam vnicuique ordini constitutam subijcere statui, temporum tamen pensata varietate.

3 Ad primam clericalem tonsuram, tempore D. Thomæ, infantia ante vsum rationis sat erat, ex Maiolo lib. 1. cap. 30. num. 5. & 8. ac Tabien. verbo ordo 4. hodie tamen id prohibetur per cap. nullus de

temp.ordin.in 6.vt dicit Henric.Summ. Thæolog. Moral.lib.10.cap.19. in gloſa lit. R. atque ideo his temporibus iuſta ætas eſt ſeptennium ad tonſuram ex eodem cap.nullus, vbi gloſa verſ.infanti gloſ. fi. in clem. finali de ætat. & qualit. ibique Imol. poſt nu.18.non quidem quod ceptum proſit, ſed expletum exigatur, illudque exceſſiſſe ordinandum oporteat, vt firmat Cagnol. in l. fœminæ §. impuberes, nu.14.ff.de reg.Iur.Syluest.verbo ætas nu. 2. verſ. tertium quantum ad ordines Viual. in ſuo candelab. Rub.de Sacram.ordin. nu.27. Ioan. Firman. tract.de Epiſcopo lib.2.quæſt.31.nu. 56.par. i.Rebuff.conſ.2.hæ litteræ nu. 3. Mandoſ. tract. de Minor.ætat.cap.4.nu.12.Henric.alleg.cap. 19. §. 1. ac nouiſſimè Toletus in Summ.lib.1.cap.25.nu.15.

4 Quorum reſolutio à ſimili de puero facilè comprobatur, qui licet compellatur confiteri peccata ſua quoties peruenit ad vſum rationis, ex c. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. atque huiuſmodi vſus non ex ætate, ſed ex diſcretione penſandus ſit, cum non omnes illum eodem tempore conſequantur, vt dicit Nau.in Sum. cap. 21. nu. 38. verſ. dixi. Nihilominus quemlibet poſt ſeptennium præſumit illam habere, & tunc peccare poſſe affirmat, & rectè quidem Hoſt. in cap. 1. nu. 1. de delict.puer.iccirco tunc ipſum teneri ſua confiteri peccata, & ligari diſpoſitione Canonis, omnis vtriuſque ſexus ſcribit Mandoſ. in adducto cap. 4. nu.6.Syluest.verbo confeſſio 2.nu.4. verſ. quinto; tametſi quo ad Euchariſtiam ille textus cum prædictis non ſeruetur ob reuerentiam tanti Sacramenti, vt ſuper eodem cap.illo annotauit Abb.poſt nu.9.& eſt cap.9.ſeſſ.13. & cap. 4. ſeſſ. 21. Concil. Trid.nam pro ea oportet, vt peruenerint ad annos diſcretionis, vt in illis textibus habetur, non tamen ad primum gradum annorum diſcretionis, ſed ad ſecundum, ſcilicet ad pubertatem, vt inibi Abb. ex diſtinctione Hoſt. affirmat, & copiosè explicat Suarez ſuper partem D. Thomæ vol. 3. quæſt. 80. art.11. diſput. 70. ſectione 1. id tamen niſi antea in decimo, vel vndecimo apparuerint in eis diſcretionis ſigna Syluest.verbo Euchariſtia 4.num.7. verſ.
5 ſeptimum, & Suarez loco citato verſ. deinde. Immo Eccleſia, neque illos per cenſuras ad confeſſionem cogit, quouſque duodecimum, aut quartumdecimum annum tetigerint per Henric. Summ. Thæol.Moral.lib.4.c.5.§.2.Sot.in 4.ſent.diſt. 18. q. 1.art. 3. concluſ. 5. verſ. de verbo, ſed tantum ſub præcepto compellit cum ſeptimum expleuerunt annum, eo quod tunc peccare poſſunt quibus non vtique refragatur gloſa in cap. paruuli 4. diſt. verſ. loqui, dum refert ſententiam D.Auguſtini dicentis quod ſeptennis ætatis pueri, & mentiri, & verum dicere, confiteri, & negare iam poſſunt, ergo non videatur requiri tempus ſeptenne perfectum namque aduertendum eſt, quod Gloſ.& D. Auguſt. ad ſignificandam hanc ætatem vtuntur genitiuo caſu, qui perfectum demonſtrat ætatis tempus ex Bart. in l.ſi cui ff. de legat. 1. & Ioan. de Lignano in ead. clem.fin.de ætat.& qualit.& Corn.conſ.213. repetitio poſt nu.2.vol.1.

6 Quin etiam ante ſeptennium, quem poſſe peccare conſtat, nam legimus in Dialogis D. Gregor. lib.4.Dialog. 3. cap. 19. quendam infantem quinque annorum Deum blaſphemare aſſuetum ex ſinu patris raptum à demone, æternoque igni dam-
7 natum, quod præterea referunt Lucas de Penna in l.omnes verſ.ſecundo quæritur, C.de delat. lib. 10. Hippol.de Marſil.in l.infans ff.ad leg. Cornel. de Sicar.Abb.in c.1.nu.4.ibique Hoſt.nu.2. Io. Andr. nu. . . de delict. puer. Mandoſ. tract. de Minor. ætat.cap.3.nu.11.Repertor. inquiſit. verbo filij hæreticorum verſ. circa prædicta Gregorius.

8 Reſponſio autem omninò reijcienda eſt aliquorum aſſerentium infantem illum haud damnatum re vera fuiſſe, neque etiam mortaliter peccaſſe, ſed fuerit viſio, quæ genitori apparuerit, per quam ſobolis damnatio, eius animo, ita repreſentabatur, vt eam proprijs oculis cernere, preſentemque videbatur habere, ipſaque viſio eumdem Genitorem, & negligentem in correctione infantuli triſtitia afficeret; hanc etenim interpretationem refellit D. Thom.in ſupplem.ad 3.par.q.43.artic.2. ad ſecundum ſubnectens illam expreſſe contrariare intentioni Diui Gregorij dicentis, quod Pater pueri animam filij negligens, non paruum peccatorem Gehennæ ignibus nutriuit.

9 Præterea cum quatriennium, aut quinquennium attingit ſomniare incipit teſte Ariſtotele lib. 4.de Natur.Animal.cap.10. ad finem, & Mandoſ. in tract.de Minor.ætate cap.3. nu. 2. ſed quæ de puero peccante ante ſeptennium dicta ſunt regu-
10 læ quidem ſunt exceptiones, nam Regula contradicit cum in prædictis ſeptennium exigat, eo quod tunc ille præſumitur habere vſum rationis.

Non ſecus ac, & ſeptennium perfectum requiritur ad contrahendum ſponſalia de futuro, c. literas de deſponſ. impub. Syluest. verbo ſponſalia quæſt. 2. verſ. tertium l.in ſponſalibus contrahendis ff.de ſponſal.& alij textus, atque Doctores, qui licet non ita expreſſe id fateantur dicunt, tamen ſeptennium requiri, vt gloſa in §.1.verſ.viri potens inſtit.de nupt.l.ſi vxor §.ſi minor iuncta gloſa verſ. ſponſa ff.de adult.Alber.in verbo ætas, & lapus alleg.75.caſus talis eſt poſt nu 4.quæ verba exactum quippe demonſtrant tempus, namque ſi ipſi cœptum ſufficere exiſtimarent non vtique ſeptimum requiri dixiſſent, ſed in ſeptimo anno ea poſſe contrahi iuxta diſtinctionem gloſæ in clem. fin. verſ. in decimooctauo de ætat. & qualit. ibidem communiter receptam, & quam communem eſſe fatetur Couar.tract.de ſponſal.p.1.c.2.nu. 2.

11 Si tamen aliqui, & pauciſſimi deeſſent dies à ſeptennio ſponſalia ſi contraherentur nulla forent, ex reſolutione Abb.in c.iuuenes de ſponſal.tametſi eius opinio alijs multis contrarium ſentientibus diſpliceat, eorumque ſententiam communem eſſe referat Sot.in 4.diſt.27.quæſt.2.artic.2. ad tertium non tamen ob id extremum rigorem ſequens affirmarem, neque valere ſponſalia contracta in vltima die ſeptennij, nam tunc illa omnino valida iudicarem ſecutus Couar.in 4. Rub. de ſponſal. p. 1.cap.2.nu.2. & Mandoſ. in tract. de minori ætate cap.4.nu.11.per textum in l.qua ætate ff.de teſtam. quem ad hoc allegat Abb.in cap. atteſtationes poſt nu. 7. de ſponſ. Impub. & dico inferius hac Rub. cap.vltimo.

12 Imò expleta eiuſmodi ætate contrafaciens præcepto negatiuo, ſi habeat vſum rationis, non tantum peccat, ſed cenſuræ vinculo ligatur, quamuis non

non ita si præcepto affirmatiuo, quare si post septennium ingrederetur septa Monasterij, aut carnem diebus ab Ecclesia vetitis comederet, vel clericum percuteret, & peccatum committeret, & excommunicationem incurreret, si illam proinde inflictam minime ipsum lateret, teste Henriq. in Sum. Theol. Moral. lib. 4. cap. 5. §. 2. in glosa lit. M. fræto auctoritate Cordub. casu 60. §. 4.

13 In delicto verò, & crimine carnali, quamuis doli capax, canones tamen haudquaquam suspicantur ipsum posse delinquere, nisi pubes sit c. 1. de delict. puer. atque etiam ius ciuile, ex glosa in l. clarum vers. concedunt, C. de auct. præst. Anton. Gomes. in c. 1. delictorum, nu. 60. subiungens se ob id euasisse quemdam ob infandum delictum cum cane; Puerum tamen nouennem fertur reddidisse propriam nutricem grauidam, recensetque Zabar. in cap. 1. vers. oppono 2. de delict. puer. glos. in Sum. 20. quæst. 1. Calcan. cons. 121. spectabilis post nu. 16. Tiraq. de ll. conn. l. 6. nu. 25. Menoch. de arbitr. casu 57. num. 33. lib. 2. quorum aliqui falsò ascribunt D. Greg. id dixisse, in Dialogis, cum ille minimé hunc scribat casum, vt asserit idem Zabar. Salomonem veró non dubitatur habuisse in decimo anno filium ex filia Regis Pharaonis, & de Achaz scribitur; cum annos natum vndecim Ezechiam filium progenuisse, vt idoneus est testis D. Hieron. in Epist. ad Vitalem præsbyt. Coras. lib. 6. Miscel. cap. 23. num. 4. & 5. & Valent. Franch. tract. de fideiussor cap. 2. nu. 65.

14 Ex prædictis autem liquidè patet, quod minor non doli capax, nullam in foro exteriori patitur pœnam, si delinquat, quodque confirmatur ex l. illud relatum in princip. ff. de iure iuran. registrata in cap. illud 15. quæst. 1. & scribit D. Anton. in Sum. 2. par. 3. par. princip. cap. 1. tit. 30. sed tunc sanè delicti reus, cum est, pœnæ etiam fit capax, cum proximus pubertati, & doli capax delinquit, atque ita hæc duo copulatiuè requiruntur, vt pœnam pati mereatur; nec vnum sine altero sufficeret ex resolutione August. ad Angel. in tract. malefic. vers. scienter, & dolosè, nu. 6. verbo quid in infante, per glos. & Angel. in l. Impuberem ff. de furt. dummodò concurrant, quæ in hac re scripsit Alber. de Gandauo in suo tract. Malefic. tit. de pœnis, nu. 30. vers. cum aliquis minor, non tamen ordinaria puniretur pœna, quamuis in adolescentia constitutus

15 esset, sed mitiori ob ætatem tenellam, & florescentem ex l. auxilium §. in delictis & ibi Doct. ff. de minor. Alphan. in suis Collect. ad textum illum, Zabar. in clem. si furiosus nu. 6. de homic. Alex. in l. & si seuerior, num. 8. C. de his qui notant infam. Quibus concinunt, quæ Plutarchus cum Agidæ Regis Spartani interitum detestaretur, scribit, spartam quidem primum ex his, qui regnarunt, ab Ephoris interfectum fuisse constat, opus sanè pulcherrimum, & sparta dignum, in Ciuitate Moli ausum, cum in ea esset ætate constitutus, in qua homines, si quid errauerint, facilè veniam consequi solent; His consentiunt, quæ Liuius, quarta decade lib. 10. de Demetrio Philippi Macedonum Regis filio ait, te (inquit) maiorem fratrem pro minori deprecari oportebat; te Adolescentiæ; te errori veniam impetrare; ac cœtera vt omittam adstipulantur Ciceronis verba in oratione pro cœlio, nempè, datur enim consensu omnium huic aliquis ludus ætati; & ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates, quæ faciles, & tolerabiles haberi solent: nec mirum si Lactantius dixit, Iuuenilem ætatem ex ijs esse, quæ maximè ad delinquendum incitant in lib. de ira Dei cap. 22. proinde vsu cognitū est, nonnullos solutioris vitæ primos Adolescentiæ annos egisse, quos postmodum eorum mútasse mores legimus, vt quantum prius inhonestatis fuerant exemplum, tantum deinde specimen modestiæ, ac bonitatis euaserint; eosque memorat Valer. Maximus lib. 6. cap 9. & cap. de Varietate casuum, vers. 9. & Mandos. in tract. de minori ætate cap. 5. nu. 12. ex quibus, poterit sanè quisque respondero auctoritatibus, quæ huic conclusioni videntur obstare, textibus scilicet in l. 1. & 2. C. si aduers. delict. dicentibus quod in criminibus, ætatis suffragio minores non iuuantur, quia malorum mores, infirmitas animi non excusat, atque etiam Ciceroni lib. 4. Rethor. asserenti, qui peccatis Adolescentium ignosci putant oportere, falluntur, propterea quod ætas illa non est impedimento bonis studijs, nam eas interpræetantur omnes præfati authores, vt intelligantur, nè propterea censeantur ipsi ab omni prorsus pœna immunes, verum sit ab eis aliqualis, vtique expetenda pœna, nec quidem ordinaria, sed mitior.

16 Verum teneatur nè Iudex hoc in casu minuere pęnam, vel eius arbitrio, id remissum dicatur, controuertitur à Doctoribus; & quidem Iuris communis sanctione inspecta, verior apparet resolutio affirmatiua; cum eiusmodi ætas sit causa intrinseca legis debilitantis crimen, ideoque in eam libentius propendunt, Alex. in l. & si seuerior nu. 8. C. de his, qui notant, infam. Anchar. cons. 283. iure stricto in fine, Cuman. cons. 96. Christophorus, laté Alber. de Gandauo, & Angel. in suis tractatibus maleficiorum, versiculis, & numeris supra relatis Petrus Foller. in pract. crim. par. 4. num. 17. Bursat. cons. 77. nu. 19. vol. 1. Anton. Gomez tomo 3. variar. resolut. tit. de delictis, cap. 1. nu. 63. Menoch. de arbitr. iudicum casu 329. nu. 28. in additionibus, & communem esse opinionem asseuerat Gram. decis. 23. nu. 12. & Clarus quæst. 60. post nu. 1. eamq; veram esse testatur Præses de Franch. ex authoritate Antonij de Alexandro in decis. 230. minori, n. 2. sed quamuis nullum habeat iudex arbitrium, sed necessitatem minuendi pœnam ob ætatem, habet nihilominus arbitrium circa quantitatem, si quidem lege, haud est diffinitum, quantam debeat imminuere pœnam, vt non immerito videatur sibi relaxatum, vt sua prudentia, delicti, personæque qualitatem rimetur, illisque rectè pensatis statuat pœnam, ex Menoch. indicato casu 329. nu. 29. In Regno vero Neapolitano, ex eius particulari pragmatica, quæ est prima sub Rub. de minor. facultas eam minuendi in delictis minorum, concessa est Iudicis arbitrio.

17 Quousque tamen sit protrahenda huiusmodi ætas, quæ in causa est, vt Iudex infligat mediocrem pœnam? respondeo vsque ad vigesimum quintum de iure, sicuti edocet Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 32. nu. 11. verum in Regno Neapolitano, vsque ad decimumoctauum expletum ex Constitutione minorum iura, vbi glosa adiungit

git hoc prodire ex iure Lombardorum, ea autem constitutio ad feudatarios, quamuis non extendatur, ſi iuris regulis innitamur, probatq; illic Iſernia nec non in c. Imperialem §. præterea, ſi quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per Feder. nouiſſima tamen pragm. typis nuperrimè tradita inter prætermiſſas, ſub Rub. de minor. ad illos extendi decernitur, quinimmo ob talem conſtitutionem, licet nec poſſit eſſe tutor, qui maior eſt decem; & octo annis, & minor 25. vt probat Bald. conſ. 105. quæritur 4. vol. neq; ſine curatoris auctoramento obligari ſaltem in actis curiæ Homod. conſ. 161. ſtatuto; & ambas prædictas reſtrictiones ſequitur grauinenſis de liquid. inſtr. p. 2. declarat. 16. nu. 29. & 30. nihilominus ob illam nimis generalem clauſulam in adducta conſtitutione poſitam (in om-
18 nibus) recte illic grauinenſis, nu. 31. ſubdit cum tunc obligari poſſe, & tutorem fieri; Conſimilè autem ſtatutum minuens minorum ætatem, extat in Ciuitate Lucenſi, ſicuti nobis fidiſſimus eſt teſtis Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſi 17. nu. 52.
19 In atrocioribus tamen criminibus non tantũ minores vigintiquinque annis, verum etiam decem, & octo, ac quod mirabilius eſt, impuberes legali plecterentur, atque ordinaria pœna, iuxta textum in L. excipiuntur ff. ad Senatus conſ. Syllan. l. ſi arrogati ff. de tutelis. & ſcripſere Plaza indicato cap. 32. nu. 5. nec non Tiraq. in tract. de pœn. cauſa 7. nu. 6. ac peregrinum extat apud Aelianum exemplum in lib. 5. omnigenæ hiſtoriæ c. 16. de puero quodam apud Athenienſes in iudicium adducto, quia auream laminam, quæ ex dianæ Corona ceciderat, ſubſtulerat; Cui Iudices prima munuſcula pueris dari neceſſaria (crepundia dicta) atq; thalos, & laminam auream præponenda eſſe cenſuerunt; qui cum iterum ad laminam illam inclinaſſet, ætati veniam haud dedere, at flagitium, & ſcelus vendicare; ab illo tamquàm ſacrilego pœnam ſumentes; Aliud conſimile Areopagytarum iudicium adducit M. Fabius Quintilianus lib. 5. inſt. c. 9. & Petrus Greg. Tholoſ. lib. 30. Syntagm. Iuris vniuerſi cap. 5. nu. 7. illorum quippe iudicio ferunt damnatum puerum, quod inuentus eſſet oculos Cothurnicum omnium eruens, quas poſſet comprehendere: quod ſignũ eis viſum fuit pernicioſiſſimæ mentis, multiſq; malo futuræ, ſi adoleuiſſet. Conſtantini quoque Harmenopoli ſanctio concinit in promptuario iuris lib. 6. tit. 6. ſub his verbis, qui cœdem meditato, & conſulto facit, cuiuſcũq; tandem ſit ætatis, gladio plectitor, dictio enim illa, cuiuſcumq; vniuerſalis eſt; atq; apta comprehendere ætatem, etiam infantilem; in puero verò pubertati proximo, his quoq; temporibus iam dictã plerumq; obſeruatam fuiſſe doctorum ſententiã, compertum eſt, præſertim in Senat. Pedemont. teſte Theſauro deciſ. 161. ſub nu. 3. & in Reg. Conſ. Neap. teſte Præſide de Franch. deciſ. 230. minori nu. 3. quamuis autem hucuſque ſcripta, exiſtimem veriſſima, attamen lectorem admoneo, vt in hac materia pœnarum infligendarum pro delictis à minoribus patratis, adeat notata per Iacobum Menoch. varias diſtinguentem ætates; pluresque conſtituentem caſus in tract. de arbitr. Iudicum caſu 329. in additionibus. Virumque illum eximium Rouit. pragm. 1. de Minorib.

SVMMARIA.

Aetas ad minores ordines, quæ ſit conſtituta refertur, ex varijs doctorum reſponſionibus, num. 1.

Ad Accholytatum Iure communi ſit 14. annus, verior videtur, nu. 2.

Ad cæteros verò, talis ætas, illo iure non requiratur, nu. 3.

Sed poſt Concilium illam requiri in omnibus minoribus defenditur verius eſſe, nu. 4.

Aetas diſcretionis verificatur in 14. quo ad maſculum 12. verò, quò ad fœminam, nu. 5.

Capitulum Secundum.

1 AEtas ad minores ordines conſtituta, quæ nam ſit, conuenit non ignorare, illiuſq; veram inquirere ſententiam; cum Doctores nimis confusè, atq; dubie illam tradiderint; aliqui etenim vnam, candemq; omnibus ordinibus conſtituerunt ætatem, illam ſcilicet, quæ eſt maior infantia, vt gloſa finalis in clem. fin. de ætat. & qualit. ibidemq; Zabar. num. 7. Io. Andr. in c. ſuper inordinata de præb. Mandoſ. tract. de Minor. ætat. c. 4. nu. 12. Alij verò crediderunt Oſtiario, Lectori, & Exorciſtæ, eandem ſuf-
2 ficere ætatem; nempè Septennalem completam, vt citati fatentur, ſubdentes in Acholyto duodecimũ annum requiri, iuxta gloſam in Sum. 77. diſt. Armill. verbo ordines, nu. 1. Henric. in Sum. Theol. Moral. lib. 10. cap. 19. §. 1. & Imol. in clem. generalem, nu. 18. de ætat. ord. Alij aſſentiunt quidem ætati pro illis tribus ordinibus nuperrimè conſtitutæ, diſſentiunt tamen ab ętate tradita pro Acholytatu, neſcientes illi certam conſtituere; vacillantq; dum aſſerunt duodecimum, vel decimumquartum annum requiri in eo, qui Acholytatu inſigniri peroptat, vt Rebuff. in ſua praxi, Rub. de cleric. ad ſacros ordin. malè prom. gloſ. 2. nu. 1. & in addit. ad Reg. Cancell. 23. verſ. iſta ætas: cœteri verò arbitrati ſunt, quemlibet poſſe ante decimum quartum, minores ſuſcipere ordines, præter Acholitatum, iuxta gloſam in c. Pueri, verſ. ad ſacros q. 1 1. quod Sot. explicare videtur, dum annum duodecimum, ad tres primos ſufficere exiſtimat, &
3 decimumquartum ad Acholytatum, in 4. ſent. diſt. 25. q. 1. art. 2. verſ. quo autem, ſed gloſ. in clem. generalem de ætat. & qualit. firmat expletum ſeptennium ſatis eſſe in omnibus quatuor minoribus; cuius dictis ſe remittit Anchar. inibi, nu. 1. & ita ſeruari inquit Zab. ibid. nu. 7. mihi verò ſummopere arridet concluſio illa, vt ad omnes minores prę exigatur ætas 14. annorum, & quidem indubitata mihi videtur ſententia de Iure reſpectu Acholytatus ex doctoribus pluribus nuper citatis, & ita concludentibus, atq; Maiol. in tract. de irreg. lib. 1. c. 30. nu. 8. ſed idem poſt Conc. ad cœteros extendendum duco; nam hanc ætatem requiri in omnibus minoribus dixit Incarnatus trac. 2. p. 1. Rub. de ord. verſ. quot anni, & Fuſc. de viſit. Epiſc. lib. 2.

cap.7.n.7.ex generali constitutione Concilij Trid. in c.6.de reform.sess. 23. & credo hanc posse confirmari sententiam, ex eo, quod in annis discretionis debet esse constitutus, qui illis cupit insigniri, vt scribit D.Tho.in add.ad 3.p.q.39.art.2. & probat textus in cap.vnico de cleric. per salt. promot. idque in decimoquarto anno verificatur, respectu masculi, ex glosa 1.in c. cum virum de regular. & concinit distinctio tradita ab Host.in hac materia, in cap.omnis vtriusque sexus, ibidemque sequitur Abb.nu.9. de pœnit. & remiss. quam opinionem tutiorem credo, quamque vnusquisq; Præsul amplexari deberet, aut saltem aliam Sot. vt promomouendi ad Hostiariatum, Lectoratum, & exorcistatum, ætatem annorum duodecim habeant, ad Acholytatum verò quartumdecimum attinxerit; cœteras verò, omninò renuendas ducerem.

SVMMARIA.

Ordines sacri, qua in ætate potuissent iure veteri conferri recensetur, nu.1.

Qua verò de iure clementinarum, nu.2.

Aetas ad Episcopatum est triginta annorum completorum, nu.3.

Sed Iure Concilij Tridentini, quæ sit pro sacris suscipiendis ordinibus statuta ætas refertur, nu.4.

Statuta variantur humana secundum varietatem temporum, nu.5.

Tempori seruiendum est, nu.6.

Aetates omnes pro suscipiendis ordinibus etiam Sacris, non nisi à Iure positiuo statutæ sunt, num. 7.

Caracther imprimeretur etiam si puero conferretur sacer ordo. idquè auctoritatibus, & rationibus probatur, nu.8.

Sacris insignitus ante pubertatem non obligatur ad continentiam etiam postquam ad illam peruenit, nu.9.

Qui conditionali coactione suscepit ordines vtrum obligetur ad continentiam, nu. 10.

Continentia quando cœperit esse annexa sacro ordini, nu. 11.

Eam cogebantur antiquitus expressè promittere ordinandi, nu. 12.

His verò temporibus nequaquam, & satis est si non dissentiant, quia tacitè dici promissam sanxit Martinus, nu. 13.

Insignitus sacris peccatum carnis committens, non tantum simplicem fornicationem, aut etiam aliud patrat, sed insuper sacrilegium, num. 14.

Castitatem seruat qui cum propria vxore concubit, nu. 15.

Legatum relictum mulieri si honestè, & castè vixerit, debetur si alias contraxerit nuptias etiam si tertias, nu. 16.

Differentia inter castitatem, & continentiam refertur, nu. 17.

Castitatem vouenti, nefas sit matrimonium contrahere explicatur sub eod. nu 17.

Votum emitti, an possit in his, quæ sunt de præcepto, vel quæ tantum sunt de Consilio, num. 18.

Circumstantiam Sacri ordinis, an exprimere debeat, si mentale peccatum carnis commisit insignitus Sacris ordinibus, nu. 19.

Peccatum actuale, & mentale, differant ne inter se, vel sint eiusdem efficaciæ latè discutitur, nu. 20.

Pœnam delicti ordinariam non meretur, qui illud attentauit, nec potuit consumare præter quam in atrocioribus, nu. 21.

Virginitas possit nè tantum suaderi, an etiam imperari? nu. 22.

Illa est res magis voti, quam præcepti, nu. 23.

Votum continentiæ æquissimo Iure annexum esse ordini sacro probatur, nu. 24.

Quo Iure fuerit cœlibatus sacro ordini annexus discutitur, nu. 25.

Papa vtrum dispensare possit cum Monacho professo, vt matrimonium contrahat, nu. 26.

Promotus ante ætatem vtrum, & quando recipiat caractherem, nu. 27.

Infans si consecraretur Episcopus, nihil ageret, nu. 28.

Regularis ordinandus eandem debet habere ætatem, quam, & sæcularis Clericus promouendus, nu. 29.

Annorum computatio, quomodo facienda ad constituendam legitimam ætatem, nu. 30.

Capitulum Tertium.

AEtates varias à Sacris canonibus requisitas in promouendis ad sacros ordines, si recensere vellem, quia lectori, ab re molestiam exiberem, silētio inuoluere censui, cum præsertim ad vtilitatem tantum, & breuitatem semper tetenderim; quod si aliquando æd res, hanc minimè necessariò tangentes materiam, me diuertis eas tamen, vt iucundissimas, & vtillimas, nolui præterire, hic igitur aliqua dumtaxat tempora, & constitutiones diuersimodè loquentia de ætate ad sacros ordines requisita, seligam.

1 Primò namque tempore ex Decreto Zosimi Papæ in quartodecimo anno, quemque fieri potuisse Subdiaconum aliqui crediderunt, & Marol. in tract.de irregul.lib.1.cap.30.nu.8.& verbis cap. in singulis 77. dist. sed tum ipse, cum alij eiusdem opinionis decipiuntur, Zosimus etenim, cum inibi dixerit, quòd qui ab infantia (nempè septennio) Ecclesiasticis ministerijs nomen dederit, scilicet tonsuram susceperit, exinde (subdit) Acholytus, vel Subdiaconus quatuordecim annis fiat; &

sic

ſic exinde,hoc eſt, ex dicta ætate ſeptennali, poſt quatuordecim annos, & conſequenter, in vigeſimo primo, vt benè inibi aduertit gloſa verſ. quatuordecim, el 1. & deinde Diaconus conſecrari poterat,in quo ſi quinque annis inculpatè ſe gerebat,non prohibebatur aſcendere ad ſacerdotium, ex eodem cap. in ſingulis, ſed poſtmodum aliter diſpoſuerunt canones,vt patet in c.quicumq; cum duobus ſequentibus illa ead.diſt.

2 Quæ quidem ætates deinde per Clementem V. modificatæ fuerunt, qui in clem. final. de ætat. & qualit. conſtituit, vt (alio non obſtante impedimento canonico) poſſet quis liberè in decimooctauo anno ad Subdiaconatus ordinem promoueri, in vigeſimo ad Diaconatum, & vigeſimoquinto ad Præsbyteratum; ordinis autem Epiſcopalis non meminit,ideo firma remanet conſtitutio Alex.3.in Concilio Lateranenſi,vt inquit Imol. in d.clem.fi.nu.18.quæ quidem Alexandrina conſti-
3 tutio præcipit nullum in Epiſcopum eligendum, niſi qui iam trigeſimum annum ætatis exegerit, in cap. cum in cunctis de elect. quod idem ius Authenticorum tradit in §.clericos in auth.de ſanctiſ. Epiſc.& copioſius ſcribo in hac rub.c.fin.

Nouiſſimo tamen Iure Trid.Conc. præcipitur, vt nullus ad Subdiaconatus ordinem antè 22.annũ
4 ad Diaconatus ante 23. & ad Præsbyteratus ante 25.ætatis ſuæ annũ promoueatur;Regularis quoq; nec in minori ętate priuilegijs,quo ad hoc pœnitus excluſis,c.nullus de reform.ſeſſ. 23. & ſic in initio dictorum annorum, vt defendit Guttierez. lib. 1. canon.qq.cap.29.à nu.8.

5 Ad Cathedralium verò Eccleſiarum regimen nullus aſſumatur,niſi ætate matura iuxta conſtitutionem Alex.3.in d.c.cũ in cunctis,vt idem Conc. Trid.ſanciuit in c.1. de reform. ſeſſ. 7.quod luculentius explico in c.fin.huius Rub.

Hanc tamen varietatem temporum,nemo ſanè admirari iuſtè poteſt, quandoquidem reprehenſione dignum iudicari,haud debet, ſi ſecundum varietatem temporum,ſtatuta quandoq; varientur humana; præſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit, quoniam ipſe Deus ex his,quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo, iuxta verba Innoc. in c. non debet de conſang. & Affinit. Ideoque, quis ignorat Abraham,ſic placuiſſe in coniugio,ſicut nunc Vir-
6 gines placent in caſtitate? ſeruiuit ille legi,& tempori ſuo ſeruiamus, ergo, & nos legi, & tempori noſtro,c.quis ignoret 32.q.4.pro tempore enim, loco,perſona,& negotio inſtante neceſſitate traditæ ſunt Regulę Sanctorum Patrum c.Reg.29.diſt.

7 Huiuſmodi ætates, pro ſuſcipiendis ordinibus requiſitæ,non alio,quàm Poſitiuo, & canonum Iure, conſtitutæ ſunt; nèc quidem iure Diuino, aliqua fuit determinata ætas, ad neceſſitatem Sacramenti ordinis, vt omnium conſenſu veriſſima eſt reſolutio,relata à Soto in 4.ſent.diſt.25.q.1.artic.2. concl.3.& propterea, ſi Puero ſacer ordo conferri contingeret caracter ſanè imprimeretur, tùm ſi
8 doli capax fuerit, iuxta gloſam in cap. pueri, verſ. ad ſacros 1. q. 1. & Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap.30.num.5.tum etiam (contra prædictos) ſi in infantia conſtitutus, nec doli capax fuerit, ex Rebuff.in addit.ad Regul.Cancell.23. verſ. ordinatus verò Bonau.in 4.ſent.diſt.25.q.2.art. 2. ibique Sot. q.1.art.2. concluſ.3. & Argent. artic. 3. concluſ. 1. ſubijciens reſponſiones ad contraria; concludit etiam Ioan.Andr.in cap.1.num. 5. de cler. per ſalt. prom. Nauar. conſ. 2. nu. 4. de his,qui metuſue cauſ.ſiunt p.1.& conſ.7.nu.3.de tempor.ordin.p.1. adſtipulatur textus in cap. vnico de cleric. per ſalt. promot. & Cathechesis Romana ſub Rub. de Sacram.ordin.§.ſequitur,hæc ſcribens verba; Pueris autem,& furioſis, vel amentibus, qui vſu rationis carent,hoc Sacramentum dandum non eſt;quamuis ſi ijs quoq; adminiſtraretur, Sacramenti caractherem in eorum Animam imprimi, certò credendum ſit, & hæc eſt aſſertio omnium doctorum excepto durando in 4. diſt. 25.q 2. vt inquit Gregor.de Valent.ad D.Thomam diſt.9.quæſt.4. punct. 1. tomo 4.quinimmo ſunt, qui ſpeciatim addant, caractherem imprimi, etiam ſi in cunis exiſtentibus conferrentur ordines,vt Syluest. verbo matrimonium 8. nu. 12. verſ. ſecundum,Hoſt. in citato c.vnico,nu.2.quod Zabar.clarius loquens aſſerit idem ſi infantulo vnius diei darentur in clem. 1.num. 11. de ætat. & qualit. Nauarr. alleg. nu.4.& Zachar.ad Abb.in cap.vel non eſt compoſ. in princip. de temp. ord. Ratio autem cur in Animam prædictorum imprimatur caracther,ea ſanè veriſsima eſt,quam tradit Diuus Thom.in 4.ſent. diſt.25.quæſt.2.artic. 1. & in add. ad tertiam part. ſuæ Sum.q.49. artic. 2. & eſt communiter recepta in adducta diſt. 25. ſcilicet cuncta Sacramenta actum ſuſcipientis de neceſsitate illorum non requirentia,ſed poteſtatem aliquam diuinitus datam poſſe pueros, alioſq; vſu rationis carentes ſuſcipere,& præter relatos, id probat tex. in cap. maiores §.fin.de baptiſ. ſed quæ caractherem imprimunt, haudquaquam requirunt actum ſuſcipientis, vt prædicti affirmant,illiſque expreſsius Sot. ead.diſt. 25.q.1.art.2.concl.3. & ipſe latius ſcribo in Rub.1. nu. 99. Sed ordo eſt huiuſmodi, ergo illum pueri ſuſcipiunt; ſatis namque eſt, vt abſit reſiſtentia cum confertur Cœſar de Graſſ. deciſ. 19. nu. 32. ſub Rub.de his,quæ vi metus.cauſ.fiunt.

9 Ille verò, qui ante pubertatem ſacris eſt inſignitus ordinibus, ad continentiam non arctatur poſtquam peruenit ad illam, niſi cum pubertatem attinxit,promotionem ratam habuerit,tùm expreſſè, cum tacitè, non contradicendo; quia ſi tunc proteſtetur,poſſet ad ſeculum retrogredi,vxorẽq; ducere Abb.in c.vnico nu.3.Io.And.nu.5.& Hoſt. nu.2.de Cleric.per ſalt.promot.Calder.conſ.vnico Rubr. qui Cleric. vel vouent. Gem. in cap. ſi eo tempore de reſcript.in 6.Archidiac. in cap. Pueri, nu.1.1.quæſt.1.Zabar.clem. fin. ſub nu. 5. de ætat. & qualit.Diazza in praxi criminal.canon. cap. 22. Rebuff.in praxi Rub. de Cleric. malè prom. gloſ. 2.nu.10.Sot.in 4.ſent.diſt.25.q.1.art.2.concl.3.verſ. quod ſi roges Henriq. Sum. Thæol. Moral. lib. 1. cap.22.§. 3. Nauar. conſ. 2. num. 4. de his, quæ vi metuſu.cauſ.fiunt Cœſar de Graſsis, deciſ. 20 ſeu 2. nu. 5. citata Rub.& eſt declaratoria data à Cancellaria,quam reſcribit Hieronym. Paul. in pract. Cancel.fol.mihi 54. verſic. & pro recipiente ordinem ſacrum antequam eſſet doli capax; ſuccurrit ſimile de emittente profeſsionem in eadem ætate puerili, quæ nullius eſt validitatis cap. ad noſtram

cap.supplicatum,& cap.cum simus de regular.latè
Diu. Thom. 2. 2. quæst. 189. art.2.ergo sicuti ex-
presè obligari nequit voto continentiæ per pro-
fessionem, multo minus tacitè per Sacri ordinis
susceptionem, cui est annexum votum continen-
tiæ D.Tho.in supplem.q.39.art.2. vers. respondeo
dicendum, Huic autem conclusioni non quidem
aduersatur altera á me firmata in Rub. de person.
10 prohibit.promoueri capit.5.nu.4. vt conditionali
coactione compulsus,ordines suscipiens,obligetur
ad continentiam; inter istos etenim, diuersa potest
considerari ratio, ille namque, vt inibi probaui,
quamuis coactè,cum aliquali tamen voluntate.or-
dines suscepisse videtur, dum comminatum ma-
lum,vt euitaret, passus est ordinari, iste verò cùm
promoueretur,nulla quidem,nèc tantilla profectò
considerari potest quod intercesserit voluntas ad
promotionem istam,& consequenter ad continen-
tiam ordini sacro annexá,per ea, quæ scribit Abb.
in cap.1.in finalibus verbis de delict. puer. & lucu-
lentius scribo in Rub. de person. prohib.promo.
capit.de Homicidio vers.Infans.
11 Continentia verò Sacro ordini, quod cœperit
esse annexa, ex institutione Siricij anno 338. in c.
plurimos 82.distinct. dixit glosa in cap. præterito,
versic.qui Sacramentis.84.dist. nec non Clitoueus
lib.de continentia cap.4.eamque postea confirma-
uerit Innocen.primus anno 408.videtur deduci ex
capite proposuisti 82.dist. quod deinde ad mini-
stros extendisse Gregor. in cap. nullum 28. distin.
& capite ante triennium 31.distinct. Sotus autem
lib.7.de Iust.& Iur.quæst.6.artic.2.vers. probatur,
dicit auctorem huius constitutionis fuisse Calix-
tum (qui sedit ab anno 214. vsque ad 220.) in
cap.Præsbyteris 27.dist. sed qui actentè illius ca-
nonis verba considerabit,aduertet Calixtum dum
taxat prohibuisse, nè ordinibus inibi expressis in-
signiti matrimonium contraherent; sed nè vxo-
ratis liceret ascendere ad ordines, vetuit Siricius,
quorum quippe Pontificum canones ita loquen-
tes, & speciatim sancientes obstare non videntur
sententiæ asseueranti, adeò antiquam esse legem
istam cœlibatus,vt potè planè Apostolicam,quam
post Sotum loco citato, omnino veram arbitratur
Gregor.de Valent.disput.9.q.5.Punctu 5.§. 2. vers.
cæterum; ita quod nonnulli à Iure Diuino pro-
dijsse crediderint, ipseque refeto inferius nu.
12 Hanc continentiam promouendi, cogebantur
antiquitus expresè polliceri,cap.nullum,c. præte-
rea,& capit.quando 28.distinct. illi tamen, qui ad
Diaconatus, & Præsbyteratus ordinem ascendere
cupiebant,cap. proposuisti, & capit. plurimos 82.
dist. & confirmauit postmodum Leo I. extenditq;
ad Subdiaconum capit. omnium Sacerdotum 32.
distinct,cuius lex non obligauit illicó, quia vsu re-
cepta non fuerat cap.in istis 4.dist. ideo Gregorius
Magnus cœlibatum,annexum ordini Sacro,etiam
Subdiaconatui mandauit esse coniunctum capite,
ante triennium 31. dist. & postmodum Vrbanus
2.in capit.erubescant 31.distinct. Postremo autem
ex constitutione Martini Papæ, nemo ordinando-
rum tenetur hanc continentiam expressis prò-
13 mittere verbis, sed tacité, vt silentium ordinati
pro consensu reputetur; subdens nè promouere-
tur asseuerans se non velle continentiæ pollicita-
tione detineri c.Diaconus 27.dist.& c.Diaconi 28.
dist. & ipse, vt experta prodam, ac nunc vigentia
referam,affirmo ordinandum minimé constringi
emittere expressum votum continentiæ, sed im-
plicité censeatur eo ipso, quod ordines suscepit;
propterea,quemadmodum si illam expresè deuo-
uens, & incontinenter viuens non tantum pecca-
tum fornicationis,vel adulterij, aut incestus com-
mittit,sed ob voti transgressionem,in sacrilegium
descendit D.Thom.2.2.quæst. 99. artic. 3. ad ter-
14 tium,& glos.in cap.Virginibus 26.quæst. 1. ita
& prædictus ordinatus; non enim Sacrilegus mi-
nus efficitur, qui statum vitæ eligit, quem solent
vouentes retinere,quam qui ore expresserunt,me-
ritò Nauarr. in Sum. cap. 16. dixit sacrilegium
committi,quando alter, vel est persona Religiosa
Professa, aut ordine sacro insignita, aut cognatio-
ne spirituali coniuncta, & expressius in casu cur-
renti, vt constitutus in ordine Sacro fornicando
sacrilegium committat,affirmat Graff. lib. 1. dec.
aurear.cap.20.nu.31.in fine,ideo scripsit Sot. lib. 7.
de Iust.& Iure quæst.4. artic.2.vers. de tertia posi-
tione,quod votum annexum ordini Sacro, nequa-
quam sit intelligendum de illa tantum continen-
tia,quæ rei vxoriæ opponitur, at etiam de illa,quæ
cuilibet copulæ aduersatur, sicuti, & votum Reli-
gionis,nam ad functionem suam, qui consecran-
do venerabili Sacramento mancipatur, debet om-
ni ab immunditia alienus esse; quod quidem Apo-
stolicus sermo confirmare videtur in cap.1.ad Ti-
tum; oportet Episcopum esse hospitalem, beni-
gnum,sobrium,iustum, sanctum, continentem;
aduertendum tamen à nobis est illud, quod apud
Latinos scriptum est sobrium, apud Græcos est,
quod, vt Diuus Hieronymus in eum
locum scribit, ambiguum est, cúm tám pruden-
tem,quam sobrium, aut castum significare possit,
ibique significet castum, vt etiam dicit Doctissi-
mus Bellarmin. lib. 1. de cleric. capit. 19. versic.
probatur 1. & quia castitas etiam in coniugatis
consideratur,nam castitatem seruat,qui cum pro-
pria vxore concubit cap. Nicena 31. dist. sicuti ab-
stinens est,qui bené comedit cap. conuiuia 44. di-
stinct. hinc legatum relictum mulieri, si honestè,
& castè vixerit debetur, si ne dum primas, sed se-
cundas contraxit nuptias Bart. & cœteri in l. mu-
lier §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. idem
Bar.in §.cum igitur,num. 1.in auth.de non eligen.
secund. nub. Abb. in cap.3. num. 3. de cleric. co-
niug. & cap. vt clericorum num. 5. de vit. & ho-
nest. cleric. quod licet coarctent aliqui cum lega-
tum istud fuit à marito relictum mulieri (tametsi
relati in hoc casu deberi scripserint) vt Angel.
in dicto §. cum igitur, & Bal. in l. Deo nobis, nu.
11. C. de Episcop. & Cleric. & in auth. cui reli-
ctum, num.15.& l.legem Iuliam, num. 4. C. de
indict.viduit. tollen. eorum tamen si vera est sen-
tentia, vtique non esset, quia in coniugio non con-
sideratur castitas, sed quia verba prædicta á ma-
rito prolata indicant, vt viduitatem seruet, nam
respectu castitatis non dubium, quin eam coniu-
gatus seruet, si cum alia non coeat, Nuptiæ etenim
pudicæ sunt, vt scribit Basilius, in Prohemio con-
stitutionum Monasticarum; ideò tam Hierony-
mus,quàm Bellarminius locis citatis,dicunt Apo-
stolum

ſolum inibi adiunxiſſe aliud verbum, Idest continentem, quod intelligitur ab vxorijs amplexibus, vt non tantum, ea caſtitate fulgere debeant Clerici, quæ aduerſatur, cuicumque illicito coitui, ſed altera, quæ rei vxoriæ quoque repugnat, idque ſine dubio inſinuat cœlibatus, quem ſacris nexuit ordinibus Eccleſia, teſte Valentia diſput. 9. quæſt. 5. Punctu 5. §. 1. tomo 4. Verbis autem Apoſtoli ſubiungere expoſitionem alteram, clericis maximopere conſerre opinor, vt cognoſcatur, quanta accuratione, Apoſtolus inibi vſus ſit verbo caſtitatis, & continentiæ ſimul; nam Caſſiani ſententia eſt
17 lib. 6. de ſpiritu fornic. cap. 4. quod inter caſtitatem, & continentiam id diſtet, vt continentia corporalis virtus ſit, cuſtodiens homines á quocumq; coitu, ac propterea non tantum, qui in ſolitudine ſunt, remoteque degunt, ſed etiam in congregatione fratrum viuentes, inueniri valeant continentes, idque perfacile fieri poſſe ſubdit Caſſianus, caſtitas verò ſit, quæ corpus, & mentem immunem ſeruat, à carnali vitio, & concupiſcentia, ideoque hi caſti dicantur, qui virgines corpore, & mente perdurant, atque vt ita dicam in affectum integritatis, & incorruptionis transire, in quorum gradu, illos quoque non immerito reputat Caſſianus, qui poſt experimenta corruptionis ad ſimilem puritatis ſtatum per laborem longum, & induſtriam peruenerunt, aculeoſque carnis, non tàm impugnatione concupiſcentiæ turpis, quàm naturæ, tantummodo motu ſentiunt; quem ſtatum inter hominum turbas apprehendi difficillimè poſſe dicit, vtrum verò, & hoc poſſibile ſit, decidere non audet, admonetque, vt nemo (ſua ſententia) expectet agnoſcere, ſed conſcientiæ propriæ rimetur examine: permultos tamen exiſtere non dubitat, qui impugnationem carnis, quã, vel rarò, vel quotidie ſuſtinent, metu Gehennæ, aut flagranti deſiderio Regni Cœlorum extinguunt, & compeſcunt. Hæc igitur declaratio, verbis Apoſtoli congruere fortaſſe magis videtur, quam alia ſupra relata de continentia reſpectu vxoris, & caſtitate reſpectu alterius cuiuſcumque concubitus; tum quia ſi id verum eſſet, ſequeretur, licere caſtitatem vouenti, matrimonium contrahere, ; cum id non tantum improbetur teſte, Nauar. c. 22. nu. 73. Tolet. lib. 7. cap. 14. Valentia diſput. 6. q. 6. Punctu 5. verſ. eſt igitur tom. 3. & Emanuel sá Aphoriſmo, Verbo Caſtitas, num. 5. ſed illud celebrans, & conſumans, bis peccet contrahendo, & cognoſcendo, ex Nauarr. in Sum. cap. 12. num. 70. verſic. 14. túm etiam, quod, inhians Paulus, vt quæuis Eccleſiaſtica perſona, non tantum corporales concubitus compeſcat, ſed ab omni mentis, & intentione, hunc immundiſſimum ſpiritum ſubmoueat, in eo loco præmonuit, illam & continentem, & caſtam eſſe debere, ſub nomine caſtitatis prohibens omnem actualem coitum, & matrimonium; ſub continentiæ verò, mentalem ipſam concupiſcentiam, & ſic, ne dum ſi fornicetur duplici maculetur culpa, hoc eſt fornicationis, & fractionis voti, ſed cum mulierem ad Machandum concupiſcit, vt inferius demonſtrabo; quamuis autem teneamur, vnumquodque peccatum euitare, & conſequenter prohibiti ſimus fornicari, idq; ſit de Præcepto, nihilominus, ſicuti & cœtera de præcepto, ita, & non fornicari, cadere poteſt ſub voto, quia nō
18 peccare non habet abſolutam neceſſitatem, ſed neceſſitatem finis, nempè ſalutis, vt nos edocet D. Th. 2. 2. q. 88. art. 2. verſ. reſpondeo dicendum, quæ quidem concluſio eſt veriſſima, (quamuis Riccard. in 4. ſent. (& alij) diſt. 38. firmauerit, votum fieri poſſe de aliquo bono, quod eſſet de conſilio, ſecus ſi de præcepto) eamque communem dicit Valent. eadem q. 6. Punctu 2. verſ. 5. ſubdens quod oppoſitum eſſet ſcandoloſus error in Eccleſia, & propterea vouentem non fornicari, aut non furari, aliudue ſub præcepto cadens, ita obligari omnino fateor, vt contrafaciendo non ſolum præceptum de illud non committendo transgredi dicatur, at inſuper votum, & præceptum aliud vouentibus iniunctum, vouete, & reddite. Pſal. 75. & c. 5. Eccleſiaſtes, ſi quid vouiſti Deo, nè moreris reddere, & mox, quodcunq; voueris redde. multoq; melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere, ità quòd poſſet etiam conueniri ad redendū votum Amatus conſ. 16. quin, & illi non ſatis eſſet, ſi peccatum ſolūmodo ab eo commiſſum confiteretur, ſed addere debet huiuſmodi circumſtātiam, vt concludunt. Nau. in Sum. c. 12. n. 25. Caet. ad D. Th. adducta q. 88. art. 2. verſ. in corpore, D. Anton. 2. p. Sum. tit. 11. c. 2. §. 1. ſubnectens, quod huiuſmodi vouens, dum votum ſeruat, illius ratione actus ſit magis meritorius, idque tutatur etiam citatus Valentia adducta q. 6. Punct. 3. verſ. tertia aſſertio.

Quinimmo, vt ſupra tetigi, conſtitutus in ſacris, quia habet votum caſtitatis annexum, non ſolum circumſtantiam ordinis ſacri debet Sacerdoti auriculario detegere, cum actuale peccatum carnis patrauit, ſed cum mente tantum libidinoſo actui
19 conſenſum præſtitit ex his, quæ concludit Sot. in 4. ſent. diſtinct. 18. q. 2. art. 4. verſ. Enimuero Graff. lib. 1. dec. Aurear. c. 20. nu. 32. & tex. in c. qui viderit 32. q. 5. nam mentale peccatum ab actuali non diſ-
20 fert, vt defendit Argent. lib. 2. ſent. diſt. 42. artic. 1. concl. 1. & peccata voluntatis, oris, & operis, ſunt eiuſdem ſpeciei, & non differunt, niſi quod alia ſunt magis perfecta, quam alia, vt ſcribit Nauarr. in Sum. c. 6. nu. 8. & c. 15. nu. 9. ex D. Tho. 1. 2. q. 72. art. 7. quia apud Deum, qui eſt ſcrutator cordium, votum pro opere reputatur, cap. magna. de pœnit. diſtinct. 1. aliqui tamen vt Alex. de Ales & Antonin. quos citat, & ſequitur Tiraq. tract. de pœnis cauſa 40. nu. 4. & gloſ. fin. in c. pernicioſe, & gloſ. 1. in c. ſi cui non contingat, de pœnit. diſt. 1. firmant, peccatum operis maius, & grauius eſſe quam cordis, idq; nouem rationibus defendit Scotus; quibus tamen cœteris copioſius reſpondet Argen. loco adducto, & quia illarum duæ ſunt potiores, quæq; videntur validiores, cenſui illas referre, illiſque allatas reſponſiones adiungere; Altera deſumitur ex Pſal. 68. appone iniquitatem ſuper iniquitatem, vbi gloſa explicat, quod qui opus addit voluntati, apponit iniquitatem ſuper iniquitatem, ergo maius actuale, quàm mentale; Altera verò deſumitur ex verbis D. Aug. cap. 5. lib. 13. de Trinit. aſſerentis, quod mala voluntate ſola, quilibet miſer efficitur, ſed miſerior poteſtate, qua deſiderium malæ voluntatis impletur; ſed iſtis reſpondetur, duplici ex capite contingere poſſe, vt peccatum conſumatum maius ſit altero cogitationis tātum, nempè extenſiuè, vel intenſiuè, nam mentale eſt dumtaxat contra Deum, actuale, verò etiam con-

tra proximum esse potest, & damnum alicui,
aut pluribus personis inferre, & ita maius erit,
extensiuè, puta, si fornicetur, quia peccat ipse,
& aliam peccare facit cum qua coiuit; intensiuè
autem cum ex præsentia operis, voluntas magis
intenditur, magisque effranatè in ipsa delecta-
tione resoluitur, & cum maiori contemptu
prorumpit in prohibitam operationem; & pro-
cedunt relatæ, & aliæ consulto omissæ oppositio-
nes, cæterum non dubium, quin inter peccatum
cordis, & operis, nulla sit distinctio, ac propterea,
quotiescumque circumstantia aggrauat actuale
crimen, & mutat speciem, idem operatur in men-
tali, illaquè, vtroque casu est confitenda, ex auctori-
tatibus, quarum antea memini, & consequenter
dum constitutus in sacris, in peccatum carnale sola
mente consensit, teneatur prodere confessori, se il-
lis initiatum esse, non secus ac, si opere comple-
uisset; in foro tamen exteriori dubio procul, assen-
sentior opinioni affirmantium maius consuma-
tum, quam intentione commissum facinus; in illo
etenim foro, nemo patitur cogitationis pœnam,
cap. cogitationis de pœnit. distinct. 1. quinimmo,
nec in foro conscientiæ, tàm grauis in vno, quæ in
alio sit infligenda pœnitentia, dixit glosa 2. in cap.
qui viderit 32. q. 5. imò si attentauit, nec quidem
21 valuit perficere, neque ordinaria puniretur pœna,
in foro etiam exteriori: in atrocioribus tamen vti-
què per textum l. si quis non dicam rapere C. de
Episc. & Cler. quem tex. ita omnes interpretantur,
& concludit Gram. decis. 2. nu. 6. illi tamen, & alijs
consimilibus resistit Generalis consuetudo totius
Italiæ, & orbis, vt in eadem decis. nu. 8. testatur ipse
Gram. & decis. 74. in causa nu. 8. qua quidem con-
suetudine derogatur legibus punientibus cona-
tum, non subsequuto effectu; Immò quotiescum-
que effectus puniri mandaretur, ac si consumatus,
posset Iudex, ex potestate sibi à lege concessa miti-
gare pœnam, tametsi ad id minimè compelleretur,
Afflict. decis. 276. serenissimus, num. 8. & sequitur
Hieron. de monte tract. quæst. variar. quæst. 11. nu.
24. æquitati namque conuenit, & Rigori sanè di-
splicere non debet, si conatus non ita, & tam graui
pœna plectatur, qua, & opus ipsum; hinc sapien-
tissimus Plato dissimilem in his casibus pœnam
sanciuit, dum homicidium morte punit; cum ta-
men, qui interficiendi consilio vulnerauit, iusserit
in vicina ciuitate, dum viueret, exulare, vt refert
Tiraq. tract. de Pœni. caus. 40. nu. 4.
22 Prædictis conuenit quæsitum subnectere non
exiguum, quomodo Ecclesia cogat ordinandos
ad sacros ordines, vt cœlibatum, & continentiam
seruent, si virginitas sola est, quæ suaderi potest, &
23 non imperari, tanquam res magis voti, quàm præ-
cepti; iuxta Ambrosij sententiam registratam
in cap. integritas 32. q. 1. & confirmatur Matthæi
verbis 19. non omnes capiunt verbum hoc, sed qui-
bus datum; & mox, qui potest capere capiat; suc-
curunt alia 1. Corinth. 7. de virginibus præceptum
Domini non habeo, consilium autem do; nec non
alia Sap. 8. nemo potest esse continens, nisi Deus
det, hinc text. in cap. viduas el 1. 27. q. 1. illis non
immerito vtitur verbis, quod si propria fuerit vo-
luntate continentiam professa; alia litera dicit, spõ-
tanea voluntate continentiam professa; aliæ item
multæ existunt auctoritates, confirmantes virgi-
nitatem imperari non posse, & propterea iustè va-
leat vnusquisque dubitare, cur Ecclesia promo-
uendos cogat continentes esse; cui quidem quæsi-
to, respondet Henric. in Sum. Theol. Moral. lib. 10.
c. 14. §. 4. ritè, & rectè Ecclesiam statuisse, ne quis ad
Sacrum ordinem admiteretur, nisi sub eius con-
ditionis pacto, vt sponte renunciet Iuri matrimo-
nialis status, non tamen rationem adiungit, quare
id ritè faciat; ideo non ignorandum est, Ecclesiam
neminem vrgere ad continentiam, sed tantum in
re sua (nempè in ordinum susceptione) legem
constituisse, quam maluit, scilicet, vt qui illos su-
scipere intendit ea lege recipiat per glos. in c. nullũ
28. dist. Decis. Cœsar. de Grass. 19. siue 1. num. 22.
de his quæ vi metuasuè causa fiunt, Nauar. in Sum.
c. 22. nu. 52. non secus ac quisquam facere potest in
propriæ rei traditione. l. in traditionibus ff. de pact.
ideoque quisquis illos spontè suscipit, qualitatem,
& conditionem ei annexam eadem spontanea vo-
luntate recipit, prompteque exequi solet, quod vo-
luntariè pollicitus est; alias autem, & contrarias
obiectiones, ab aduersarijs fidei adductas, adamus-
sim, & copiosè refellit Bellarm. lib. 2. de Monach.
cap. 29. cum quinque sequentibus, nec quidem hæc
conditio videtur continere Impossibilitatem, ne-
que illam, qui promittit, temerè vouet, tametsi ne-
mo id vouere debeat, quod non est certum se posse
persoluere, sicuti videtur esse pollicitatio conti-
nentiæ, quam ex adductis constat, assequi nullum
posse sine dono Dei, namque dubitandum non est,
continentiam esse donum Dei, sed pariter, neque
ambigendum est, quin ipsa in arbitrio, & potestate
hominis posita sit, vt respondet Bellarmin. indicat.
lib. cap. 31. vers. Respondemus, subdens multa esse
genera donorum Dei, quædam etenim homini
dantur sine eius cooperatione, eiusmodi sunt ro-
bur, sanitas, pulchritudo, Prophetiæ linguarum,
aut miraculorum gratia, omnesque habitus, quos
Deus infundit; Aliud genus consistit in auxilio di-
uino, sine quo nemo facere posset, quod cum eo fa-
cit; cuiusmodi sunt, credere, sperare, diligere, per-
seuerare, patientem esse, & vincere tentationes, quæ
quidem, dicuntur, suntque verissima Dei dona;
quia nisi Deus gratia sua præueniret excitando, &
adiuuaret dirigendo, protegendo, & cooperando,
nihil boni facere quisquam posset; & nihilominus
eadem ista opera, ab electione humana pendent,
atque in nostra sunt potestate: Iuuat enim Deus,
non cogit, compellitue; ac licet homo absque
Dei auxilio, nec minimum quidquam boni facere
possit, nihilominus dicitur absolutè posse, quia
sufficiens auxilium, vt quis operetur, aut saltem, vt
possit maius auxilium petere, numquam deest; ad
quod quidem genus donorum, continentia perti-
net, vt in calce. vers. Aliud genus, optimè firmat
Bellarmin. indicato cap. 31. iccirco quis vnquam
amplius suspicari audebit, vtrum nè homo possit
perpetuò continere? nemò profectò; cum sufficiens
auxilium ad continendum, aut ad gratiam impe-
trandam nulli denegetur, vt non nisi propria cu-
iusque voluntas, requiratur, ac propterea, nullus
debet amplius impossibile reputare, hominem, ta-
metsi de se fragilem perpetuò posse contineri, om-
nesq; posse, qui volunt, ac citra temeritatem, non-
nulli explicitè Deo promittunt se perpetuam ca-
stitatem seruaturos, & multò minus, qui implicitè
vouent

uouent, ordines ſuſcipiendo ſacros; ſiquidem Chryſoſt. Origen. Hieronym. & aliorum eſt ſententia, ſuper illud Matthæi 19. non omnes capiunt verbum hoc, quod omnes poſſunt capere, cum volunt, ſi neceſſaria adhibeant, vt refert Henric. in ſum. Theol. moral. lib. 10. cap. 14. §. 4. in gloſa litera M.

24 Hoc igitur votum continentiæ, ordinibus ſacris, æquiſſimo iure annexum fuit; cui quidem ſtatui maximopere expedire cõtinentiam, teſtimonijs ſacrarum ſcripturarum, antiquorum conciliorum, veterum Pontificum, antiquorum Patrum Græcorum, & Latinorum, & ſex rationibus probat Bellarm. copioſiſſimæ lib. 1. de cleric. cap. 19. itemque Greg. de Valent. diſput. 9. quæſt. 5. Punctu 5. §. 3. quin alijs nouem defendit rationibus Sot. lib. 7. de iuſt. & iure quæſt. 6. artic. 1. verſ. & quoniam; inter quas profectò illa eminet, quod Sacerdotes lectioni maximè ſacræ Scripturæ ſe totos dare debent, vt Sot. illic dicit verſ. tertium, nec non diù, noctuque pro plebe ſibi commiſſa, præces effundere compelluntur, teſte Diuo Ambroſio in tertium caput 2. Timoth. at vxorius vſus detinet, tum à primo, quia coniugio impediri ſtudia philoſophiæ, ac libris ſimul, & vxori inſeruire neminem poſſe dixit Theophraſtes lib. 1. de nuptijs; tùm quoque à ſecundo, quia ſi Sacerdotibus ſemper orandum, ergo ſemper illis præcauendum eſt matrimonium, teſte Diuo Hieronymo lib. 1. contra Iouinian. vt non immerito, ex his, concluſionem depromere fas ſit: Vxoris vſum non modo corpus conſpurcare, at quoque mentem deprimere, obnubilare, ſupernorumque contemplationi ineptiſſimam efficere; & iure quidem hac de re, continentiæ legem ſacris Ordinibus inſignitis impoſitam fatendum eſt; tametſi Cardin. Alex. in rubr. qui clerici, vel vouent. & Abb. in cap. cum olim de cleric. coniug. dixerint, hanc prohibitionem ingentem peperiſſe animarum ruinam, adeò quod doctiſſimus Silueſt. Aldobrand. in Commentarijs ſuis ad rubr. inſtit. de nupt. illos ſequutus, putet, id omninò correcturum futurum Concilium, ſi quod vnquam fauente Deo congregabitur; qui non vtique acri ingenio, aut intento animo intuiti ſunt, quam non modo congruens, at etiam neceſſarius fuerit Eccleſiæ Dei cœlibatus in perſonis Eccleſiaſticis. Hinc verum experimur quod vates ille cecinit.

Sæpe ſolent filij ſimiles eſſe Patri.

ſæpe enim dixit, quia cognouit non ſemper id contingere; quàm namque diſſimilis fuerit in hac re Hippoliti Aldobrandini ſentẽtia, & opinio eiuſdem Silueſtri prolis, omnibus quippè notũ eſt, cum ad Papatus Apicem, meritiſſime euectus, & Clement. 8. nomen conſequutus, nihil prætermiſerit, nihilque ſit, quod non effecerit, vt Regularium, & ſecularium clericorum incontinentiam compeſceret; nec tantum ſeueritate pœnæ illos cohibuit ab impudicitia, ſed præmio allecit ad continentiã, iſtos beneficijs ditauit, iſtos Epiſcopali, & Cardinalitia dignitate decorauit, iſtos denique ad æthera ſuſtulit, ad ſydera euexit, ſemperque adamauit, ac paterno fouit amore.

25 Sed quo iure fuerit cœlibatus ſacro ordini annexus, controuertitur á ſcribentibus, ſiquidem non deſunt qui teneant à iure diuino adiunctum fuiſſe, ideoq; nulla poteſtate humana etiam Papali diſpenſari poſſe, concludit Franciſc. Turr. lib. 2. de Eccleſiaſt. caracth. vbi eam nititur defendere reſolutionem, ſequitur Diu. Auguſt. 2. retract. lib. 6. c. 1. & in Iulian. cap. 11. atq; Vuald. de ſacram. cap. 128. & ſequenti; Alij tamen ſolo præcepto Eccleſiaſtico prædictis ordinibus fuiſſe annexam continentiam aſſeuerant, vt Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 88. artic. 11. & ibidem Caietan. verſ. ad hoc breuiter dicitur. M. Anton. Caper. quinq; rationibus comprobans in tract. de perpetua caſtit. Sacerd. cap. 25. Henric. ſumm. Theolog. moral. lib. 10. cap. 14. §. 16. Sot. lib. 7. de iuſt. & iur. quæſt. 4. artic. 2. verſ. ſubnectitur, & in 4. ſent. diſt. 38. quæſt. 1. artic. 1. verſ. dubium. Sylueſt. verbo matrimonium 8. nu. 12. verſ. ſecundum Henric. de Gandauo quodlib. 5. artic. 28. Claudius Spenſęus lib. 1. de continen. Sacerd. cap. 3. Gregor. de Valent. memorato Punctu 5. §. 1. verſ. ſed his argumentis; atque Cardin. Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 18. ſuccurritque antiquiſſimum Ancir anum Concilium, confirmatum à Leone Pontifice in cap. de libellis diſt. 20. & Concil. Trid. cap. 9. ſeſs. 24. de ſacram. matrim. ibi, non obſtante lege Eccleſiaſtica; quam communem eſſe opinionem teſtatur Couar. 2. par. de ſponſal. cap. 6. §. 3. num. 1. Sot. de iuſtit. & iure lib. 7. quæſt. 6. artic. 2. verſ. quæſtio præſens; Ideoque omninò fatendum eſt Papam diſpenſare poſſe cum Subdiacono, Diacono, Præsbytero, vel Epiſcopo, vt matrimoniũ contrahat, idq; abundè probarunt Sot. in alleg. lib. 7. quæſt. 4. artic. 2. verſ. hoc patet, & in 4. ſent. citato verſic. dubium, Diu. Thom. & Caiet. adducto artic. 11. Armill. verbo diſpenſatio num. 12. Henric. dicto lib. 10. cap. 14. §. 5. & §. 8. Bellarm. & cęteri relati, Ioan. Faber. in Rubr. C. de Epiſc. & cler. nu. 14. & Borgas. tract. de irreg. par. 6. rubr. de ſponſal. & matrim. num. 7. & 11. quamuis Zabar. vtatur diſtinctione in clement. vt hi qui num. 13. de ætat. & qualit.

26 Cum Monacho tamen profeſſo, Papam diſpenſare minimè poſſe, vt matrimonium iniat, tenet Armill. citato verbo diſpenſatio num. 12. Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 38. quæſt. 1. artic. 1. & 2. & lib. 7. de iuſtit. & iur. quæſt. 4. art. 2. verſ. ex his, & ante prædictos firmauerat Diu. Thom. 2. 2. quęſt. 83. art. 10. & quæſt. 88. art. 11. per cap. cum ad monaſterium de ſtat. regul. ſed affirmatiuam concluſionem tuetur praxis, & grauiſſimi auctores pręſertim Innoc. in eodem cap. cum ad monaſterium poſt num. 2. Hoſt. num. 30. Io. Andr. nu. 24. Butr. poſt nu. 28. Anan. in final. verb. ac cœteri omnes, & Nauarr. conſ. 1. num. 6. de his quæ vi met. cauſ. fiunt par. 1. in antiq. & 3. in nouis Caiet. ad Diuum Thomam allegata quæſt. 88. artic. 11. citatus Borgas adducto loco, Henric. adducto lib. 10. cap. 14. §. 5. in gloſa litera A. & melius lib. 11. cap. 8. §. 11. & lib. 12. c. 5. §. 7. Henric. de Gandauo quodlib. 5. quæſt. 25. 26. & 28. & ipſemet Diu. Thomas hanc opinionem non reſpuit, quin admittit in 4. ſent. diſt. 38. artic. 4. ad 3. tandemq; commendat Sanchez alios omnes quotquot ex Theologis, & Iuriſtis eam inſectati ſunt, referibens in tract. de matrim. lib. 8. diſp. 8. num. 6. Fauetque concluſio illa, non iure diuino, ac naturali; ſed ſolo Eccleſiaſtico, matrimonium irritum eſſe,

esse, quod post votum solemne contrahitur, quam Scot. & Palud. probant eadem dist. 38. Caet. citata dist. 88. artic. 7. & communiter admittere Doctores, testatur Abb. in cap. Rursus sub nu. 6. qui Cleric. vel vouent. tametsi communior Theologorum sententia pugnet, ita quod amplissimus Bellarm. noluerit definire, sed vtramque probabilem esse affirmauerit in lib. 2. de Monac. c. 34. vers. At Scot. Ipse igitur in Principe quæstione, Papę authoritati id non esse denegandū assentior; potissimum quod pro Pontificis gestis præsumendū est, vtpote, qui in Ecclesiæ gubernatione peculiariter à Spiritu Sancto ducitur; Ac propterea validè fecerint complures Pontifices, quos super hac re dispensasse constat. Ipseque experta prodo, quandoquidem felicis memoriæ Gregor. 13. dispensauit cum Germano Illustrissimi Cardinalis Gioiosæ Galli, sacerdote Professo, & Prouinciali Ordinis Capuccinorum, vt matrimoniū inire, & legi Diu. Tho. alleg. q. 88. art. 11. attestantem Celestinum III. dispensasse cum Remigio Monacho, & Sacerdote (qui ex sanguine Aragoneo erat) vt matrimonio copulari posset, quia cęteri homines illius familiæ mortem obierant; apud verò Archiepisc. Florent. 3. part. lib. 19. cap. 6. scriptum reperitur de Constantia Rogerij Regis sobole, quæ monialis professa dispensationem nubendi obtinuit annum quintum, & quinquagesimum agens, ipsaque Henrico Imperatori nupsit, cum quo Federicum secundum procreauit, & quia de partu supposito suspicabatur, ob grauescentem illius ætatem, qua impossibile existimabatur ab omnibus, ipsam conceptioni idoneam fuisse, ideò publicè cunctis cernentibus peperit. Nec quidem vsui prædicto aduersatur textus in citato cap. cum ad monasterium, si attentè consideretur responsio illi tradita à Caietano super Diuum Thomam adducta quæst. 88. artic. 11. versic. ad hoc breuiter dicitur.

27 Ad materiam verò ordinati ante ætatem, vt redeam aduerto, quod si aliquis mentitus sit Episcopo, affirmans se habere legitimam ætatem, & propterea fuerit ab illo ad sacros Ordines assumptus, nō quidem recepit talium ordinum caractherem, si ordinans habuit intentionem actualem, vel virtualem ordinandi tantum habentes requisitam ætatē, sine qua non; quare esset ille denuò promouendus vt concludit Nauar. cons. 7. num. 3. de tempor. ordin. par. 1. sed in casū dubij præsumitur habuisse intentionem ordinandi, quamuis antea vetuisset defectuosos ordinari, vt idem Nauar. scripsit consil. 5. per totum, & cons. 8. num. 3. eodem illo tit.

28 Sed infans si consecraretur Episcopus nihil ageret ex Diu. Thoma in supplem. ad tertiam partem summ. quæst. 39. artic. 2. Henric. in sum. Theolog. moral. lib. 1. cap. 21. §. 4. & lib. 10. cap. 14. §. 3. nam requiritur ætas recipientis Pastoralem curam animarum; & quemadmodum carens vsu rationis est inhabilis ad matrimonium corporale, exigens interiorem consensum, vt scribit idem Thom. in supplem. quæst. 45. artic. 4. ita pariter ad spirituale, & idem requirens in persona consecranda in Episcopum, cum sit sponsus suæ Ecclesiæ. Contradicunt alij, quod etiam in cunis consecraretur Episcopus, maximè Hostiens. in summ. de tempor. ordin. §. & cui, vers. sed etiam præter regulas. Lector autem videat Astensem par. 2. lib. 6. tit. 25. & Borgas. de irreg. rubr. de tempor. ordin. num. 14. & 15.

29 Aetates autem prædictæ nedum in clericis secularibus, & ordines sacros suscipere volentibus necessariæ sunt, sed in quolibet regulari per dispositionem Concilij Trident. cap. 12. sess. 23. de reformat. licet olim non tanta exigeretur ætas in Regularibus, quàm in Clericis sæcularibus, per cap. Monachus 77. dist. Alber. in dictionario verbo ordinator in principio, ex authoritate Diui Thomæ, eo quod mos, & disciplina probitasq; vitæ, defectum supplebant ętatis, ex glos. in eodem cap. Monachus.

30 Iustam verò ætatem an dici potuisset habere, natus antè annum 1582. & voluisset deinde promoueri, dum Gregorius 14. decem dies dempsit ex mense Octobris prædicti anni, & talis ordinandus in ætate iusta esset, ex annorum computatione, & mensium, secundum currentem vsum; si verò annum nos oporteret numerare eo modo quem trecenti sexaginta quinque dies efficiunt (per ea quæ luculenter scripsi in Rubr. de tempor. ordin. cap. 3. à nu. 3.) legitimam non haberet ætatem; & inconcussa stabilitate asseuero, quod potuisset ad ordinem ascendere, si iuxta annorum numerum ætatem adeptus esset, nulla præhabita consideratione dierum, quia censentur anni integri, ex Henrico in sum. Theol. moral. lib. 10 c. 19. §. 2. sicuti dies additus in bisexto, neq; numeratur, vt idem firmat Henric. in glos. lit. R. qui consimilem ponit casum lib. 7. cap. 20. §. 2. & vidi seruari: Conferuntque quæ ipse in simili casu scribo eodem adducto cap. 3. num. 12. vbi illud præsertim aduerto, vt anni cursus de vno ad alterum ordinē, intelligatur de anno Ecclesiastico, scilicet de vna festiuitate ad alteram similem sequentis anni.

S V M M A R I A.

Ordines conferens carenti ætate requisita, quam incurrat pœnam, num. 1.

Quam etiam incurrat qui tonsuram illi daret. num. 2.

Suspensionem, an propterea incurrat ipso iure, num. 3.

Suspensus à collatione ordinum fit irregularis conferendo, num. 4.

Quid verò si ab vsu Pontificalium fuerit suspensus, qui ordines confert num. 5.

Suspensus à Pontificalibus, si in Pontificalibus celebret non est irregularis, num. 6.

Suspensionem quis incurrat, & quando si ingerat se actui, à quo est suspensus, num. 7.

Pœna promoti ante ætatem, quæ sit de Iure communi, num. 8.

Irregularis vtrum fiat, qui ita promotus ministraret, num. 9.

Tempus in quo est suspensus ita promotus considerata dispositione iuris communis, & Constitutionum Pontificum, recensetur, nu. 10.

Aetatem legitimam habere credens, si ea tamen careret, & promoueretur, haud fieret suspensus, num. 11.

Neque

Neque poſteà fieret irregularis miniſtrando in ſuſceptis, num. 12.
Quid vero ſi poſtea aduertat, ſe ante ætatem requiſitam ordinatum, & miniſtrare non omiſerit? num. 13.
Quid ſi doloſè tunc ſuſcepit ordines, deindè verò bona fide miniſtrauerit, ſit ne irregularis? num. 14.
Sacerdotali ordine, qui initiatur, vel ante ætatem, vel alio modo vetito per Conſtitutionem Pij Secundi, vtrum dicatur irregularis? num. 15.
Concelebrare dicitur cum Epiſcopo, qui ad Sacerdotalem euebitur ordinem, num. 16.
Epiſcopus qui conſecratur ante trigeſimum annum, vtrum fiat irregularis, num. 17.

Capitulum quartum.

1 POENAS conſtitutas, túm contra Epiſcopos ordinátes aliquem non habentem ætatem requiſitam, túm contra ſic promotos, conuenit iam explicare, & ſi rectè intueamur, patebit cuiquam, vt ordinator incurrat ſuſpenſionem à collatione omnium ordinum, cap. vel non eſt compos, de tempor. ordin. & inibi Abb num. 4. cuius textus vigore, etiam qui infanti tonſuram dabat, à collatione cœterorum ordinum ſuſpenſione dignus erat; quod cum nimis durum viſum fuerit Bonifacio octauo, ſtatuit, nè per an-
2 num tonſuram alteri dare poſſet, qui illam infanti contuliſſet cap. final. de tempor. ordin. in 6. qui quidem tex. quod ſolummodo loquatur de conferente clericalem tonſuram, non autem reliquos ordines, eiuſdem canonis verba demonſtrant, & Doctores omnes illum textum, ita intelligentes, præſertim Ioan. Andreas in cap. 1. in fine adducti tituli, & libri, & propterea non ſubſiſtunt, quæ maiol. tradit in tract. de irregul. cap. 30. lib. 1. nu. 9. nempè quod adductum cap. nullus, alterumque finale de tempor. ordin. in 6. aduerſetur alteri, in cap. vel non eſt compos; eò quia in iſto Honorius Tertius genericè à collatione ordinum ſuſpendebat talem ordinationem, in illo veró, Bonifacius octauus ab ordine tantum ſic collato: aberrauit itaque vera intelligentia dicti cap. nullus, dumtaxat verba facientis de conferente tonſuram, quarè non extendendum ad ceteros ordines, inibi non expreſſos Henric. in ſumm. Theolog. moral. lib. 10. capit. 19. §. 1.
3 Erat tamen de iure quæſtio, an carentem ætate promouens, fuerit ipſo iure ſuſpenſus, an veró ſuſpendendus, & Tabiena. verbo ordo 3. dicit eſſe ſuſpendendum, & ſequitur Maiol. loco paulò ante citato, quare non incurrebat irregularitatem, ſi in illo ita ſuſcepto miniſtrabat, vel celebrabat, vt inquit Rebuff. in praxi de cleric. malè promot. gloſa 2. nu. 7. grauè tamen, & mortale vulgò dictum committebat peccatum, vt aſſerit Diuus Anton. in 3. par. ſumm. tit. 14. cap. 16. §. 15. ſed vigore Conſtitutionis Sixti Quinti contra clericos malè promotos incipientis. Sanctum, & ſalutare; qui ordinaret alium requiſitam ætatem non adhuc tangentem, eſſet ipſo iure ſuſpenſus à collatione ordinum quorumcumque, & ab exequutione omnium munerum Pontificalium, tum ſi ſacros, tum etiam ſi minores conferret, vt in §. vt igitur, illius Conſtitut. exprimitur, & probaui in Rubrica de tempor. ordin. capit. 2. nu. 22.
4 Ideoq; ſi hac ſuſpenſione durante auderet alium initiare ordinibus, fieret quidem irregularis, nam ſuſpenſus á collatione ordinum, illos conferendo irregularitatem contrahit, Sylueſt. verbo ſuſpenſio num. 5. verſic. ſi vero ab ordine, illudque indubitati iuris eſſe, nemo profectò, mea ſententia, iuſta ex cauſa negare poteſt, tametſi modernus in ſua praxi Epiſcopali, auſus ſit contrarium firmare; neſcio qua ſuffultus auctoritate, rationeue, in verbo, irregularitas §. vltimo par. 1. ſubſcriptis vtens verbis (à me conſulto reſcriptis.) Dices ſi eſt ſuſpenſus à collatione ordinum, vel beneficiorum ſi confert, nonne eſt irregularis? reſpondetur quod non, quia iſta non ſunt ordines, ſed ordinatus carebit exequutione ordinum, & beneficij collatio non teneret; Hæc ille; cuius quidem reſponſio negatiua in primis ineptitudine notari poteſt, ob verba impropria, nullamque contexturam habentia. Præterea adaptari non vtique poterit, & reſtringi tantum ad ſuſpenſionem á collatione beneficiorum, & illa nihilominus conferentem, quandoquidem luce clarius ex eius verbis apparet ipſam reſpicere vtrumque caſum ab ipſo antea propoſitum, nempè cum ſuſpenſus à collatione ordinum, vel beneficiorum confert, (ſcilicet alterutrum illorum, puta ordinem, vel beneficia) an ſit irregularis, & dum reſpondet negatiuè, opinatur, id verum, tàm ſi ordines, quàm beneficia dedit, quod præſertim ex reſtrictione ſubſequenti confirmatur, vtramque ſpeciem complectente, ſed ordinatus carebit exequutione ordinum, & beneficij collatio non teneret. Neque Hoſtienſ. ab ipſo citatus, aliquod verbum ſcribit de hac re in ſum. Rubr. de diſpenſ. §. ſunt autem caſus verſ. quartodecimo. Alia inſuper ex ratione confirmatur irregularem eſſe qui virtute prædictæ Cōſtitutionis Sixti Quinti ſuſpenſus aliquem promouerit, illa namque ſuſpendit etiam ab vſu Pontificalium, qui licet celebrando etiam in Pontificalibus irregularitatē non incurrat, vt concludit Hoſtien. paulo ante citato loco, & Innocent. in cap. cum medicinalis poſt num. 2. de ſentent. excommunicat. in 6. ac Nicol. plou. tract. de irregul. num. 31. Reg. 41. quia tamen in collatione ordinū debet Antiſtes Pontificalibus vti, quamuis de neceſſitate collationis non ſint, iccircò crederem, vt tunc fiat irregularis, qui ab illis ſuſpenſus, ordinaret, non quia celebrat in Pontificalibus, ſed quia celebrando, cum illis confert etiam ordines. Accedit vltima ratio ex regula illa generali deprompta, quod ingerens ſe actibus, à quibus eſt ipſo iure ſuſpenſus ſit irregularis cap. 1. de ſentent. & re iudic. in 6. & cap. cum medicinalis de ſentent. excomm. eodem lib. quibus textibus, ad ſuſpenſionem extenſa fuit reſolutio iſta, quæ antiquitus in excommunicatione

nicatione dumtaxat habebat locum, iuxta capit. si quis Episcopus in concil. 11. quæst. 3. vt dixit glosa penult. citato Canone, cum medicinalis, illamque conualidat Syluest. distinguens in verbo suspensio nu. 5. versic. cum autem, & Innoc. in eod. cap. cum medicinalis num. 2. inquiens, siuè suspendatur à diuinis, siue ab officio, siuè ab executione officij, siuè à celebratione missę, siuè à quolibet alio huiusmodi, irregularis est, qui contra facit; Qui tamen est ab ordine, vel diuinis suspensus, & sciscitetur, an cótraxerit irregularitatem per exercitium alicuius actus, semper aduertendum est, an actus ille, quem exercuit conueniat, sitque proprius alicuius ordinis Ecclesiastici, quia tunc solummodó erit irregularis, cum aliquem gessit actum suo ordini specialiter deputatum, sibiq; vetitum, per suspensionem ex Innoc. in cap. final. nu. 3. de excess. Prælat. inibi communiter recepto, firmat Nauar. cons. 64. de sentent. excomm. Armill. verbo suspensio num. 20. Couar. in capit. Alma mater par. 2. §. 2. nu. 3. tangit Graff. lib. 4. decis. aurear. cap. 25. num. 3.

His tamen omnibus resistunt ni fallor Innoc. & Rota, dum statuunt suspensum à iure celebrantem non contrahere irregularitatem; ita quippè præfatus Innocentius, ait in capit. sicut nu. 4. de cohabit. clericor. & mulier. Rota autem in decis. 303. siue 5. num. 2. de sentent. excomm. in antiq. & Felyn. in cap. Pastoralis §. fin. sub num. 28. vbi longa serie recenset exempla complura ad comprobandam Regulam illam mitius agi, cum lege, quàm cum hominibus; etenim inserit hãc Innocentij, & Rotę sententiam, quę si ita generatim intellecta, esset vera subuerteret multa iura, compluresq; auctoritates Doctorum prosterneret, vt propterea censeam accurata diligentia interpretanda esse, ac legenda, quin non ita vniuersaliter admittenda, sed aliqua cum restrictione, aut declaratione alibi à me tradenda in secunda huius diuersorij parte, cum de suspensione erit peculiaris sermo, ac studere affatim potero absque librorum penuria qua hic laquedoniæ (reuisioni huius primæ partis insudãdo) nunc præmor. Prędicta vero tradita ob Sixti legem corruunt hodie propter reuocatoriam Clement. 8. & nimirum viget suspensi de qua in adducto cap. vel non est compos, nam Concil. Millan. in hoc casu apponit pœnam, neque Constitut. Pij I I. aduersus, ita promotus tantum loquens.

8 Pœna promoti ad ordines ante legitimam ætatem suspensio est de iure communi ab illorum exequutione cap. vel non est compos de tempor. ordin. Philipp. prob. in commentarijs ad Ioannem Monachum in Rubr. de tempor. ordin. in 6. nu. 1. id tamen nó ipso Iure, ab homine etenim exequutio illi interdici debebat, vt conclusit Abb. in eod. cap. vel non est compos nu. 6. Ant. de Butr. nu. 12. & inibi glosa, & Zabar. in clem. generalem §. fin. num. 9. de ætat. ordin. Nauarr. in Manuali cap. 25. num. 70. versic. dixi. Diu. Anton. par. 3. tit. 14. c. 16. maior. in 4. dist. 24. quæst. 5. Siluest. verbo irregularitas vers. vigesimo primo quæro, subdens hanc solemnes Doctores approbare sententiam, & communem esse opinionem fatetur Nauar. consil. 24. num. 5. de tempor. ordin. par. 1. ideoq; si in susceptus hoc modo etiam sacris Ordinibus post modum ministraret, haudquaquam incurreret irregularitatem de iure, vt concludit Philipp. Franc. in cap. eos num. 5. de temp. ordin. in 6. & indubitanter firmat, ac rationibus defendit Couar. in clement. si furiosus §. 1. num. 4. par. 1. de homicid. idque ipse confirmo, tum ex eo, quod non nisi, quo ad se dicitur suspensus, neque reperitur in iure expressum ipsum fieri irregularẽ ex resolutionẽ Philipp. Frãc. adducto loco, tum quia nó est ipso iure suspensus, sed suspendendus, vt probaui, tum denique, quia etiam si ipso iure suspensione ligaretur non propterea per subsequentem celebrationem diceretur irregularis, quia non ob crimen, sed ob defectum esset suspensus, vt firmarunt Gonsal. à Villa Diego tract. de irregular. cap. de suspensione. Couar. loco nuper adducto, at quisquis non ab crimen, sed ob defectum suspensus est, minimé contrahit iam dictum canonicum impedimentum, vt prædicti cócludunt, & auctor est Abb. in cap. si celebrat nu. 4. de cleric. excomm. ministr. & copiosius scribo in rubr. de person. prohib. promou. cap. 17. nu. 208. licet autem idem Franc. in cap. 1. §. sciturus num. 4. in fin. de sent. excom. videatur dubitare in hoc, an isti dicantur suspensi ex defectu, vel crimine, & potius dicatur propendere in eam. sententiam, vt ex crimine, tanquam committentes, & delinquentes aduersus Canonis dispositionem, dum vetiti ab illo suscipiunt ordines, ac propterea relinquat cogitandum; non tamen opinor improbandam propterea esse communem sententiam, vt promoti ante ætatem quamuis aliquod patrassent crimẽ, dependeat ex defectu ætatis suspensio prædicta, ac propterea ob illius defectum suspensi dicantur, & consequenter celebrando non fiant irregulares considerata dispositione iuris communis. Per constitutionem veró Pij I I. cum ex sacrorum rescriptam supra Rubr. de tempor. ordin. cap. 3. sub num. 19. vtiq; sunt ipso iure suspensi, quam constitutionem confirmarunt postea Iulius Papa I I I. in sua regula Cancell. vigesima quinta, & alij successores, nec non Clement. V I I I. & Sanctissimus Paulus V. regula 23. per hęc verba. Item de clericis extra tempora à iure statuta, siue ante ætatẽ legitimã, aut absque dimissorijs literis ad sacros Ordines se promouere facientibus pro tempore, etiam voluit Constitutionem piæ memoriæ Pij II. similiter prædecessoris sui desuper editam, & in dicto Cancellariæ Apostolicę libro descriptam, quę incipit cum ex sacrorum, & cœt. pari modo obseruari.

9 Quod si hac durante suspensione in susceptis ordinibus ministrare auderet, proculdubio fieret irregularis ex illius Constitutionis dispositione; quinimmò ascendendo ad altiores ordines, eandem incurreret irregularitatem, cum dicatur tunc ministrare in promotis Maiol. tract. de irregul. cap. 2. num. 11. lib. 1. & cap. 33. num. 2. lib. 4. & luculentius scribo in rub. de titulo ordin. cap. nu. est tamen verissimũ, quod constitutio prædicta Pij II. tantum loquitur de promoto ad sacros Ordines ante ætatem, ibi, se faciunt ad sacras ordines promouere; ideoque non idem dicendum si ad minores, sicuti eam communis Doctorum consensus intelligit ex Nauar. cons. 24. num. 5. & cons. 25. nu. 4. de tempor. ordin. par. 1. quare minoribus insignitus ante ætatẽ vigore prædictæ Constitutionis, non vtiq; esset suspensus, neq; per Regulas Cancellariæ illam

illam confirmantes, & eidem nihil addentes, & cõſequenter ſi miniſtraret in illis eſſet ab irregularitate immunis. Nauar, in ſum. cap. 25. nu. 70. Graff. lib. 4. deciſ. aurear. cap. 27. nu. 10. & 20. Sed nouiſſima Conſtitutione Sixti Quinti indubiè ſuſpenſus eſſet, vt probo in Rubr. de tempor, ordinat. cap. 2. num. 21. contradicit tamen altera Clem. de qua inibi num. 22.

10 Admoneo tamen curioſum Lectorem de differentia exiſtente in tempore ſuſpenſionis, inter ius canonicum, & allegatas Pij, ac Sixti Conſtitutiones; illo etenim iure promotus ante ætatem ſuſpenſus eſt, vſq; ad ętatem legitimam, cap. vel non eſt compos de tempor, ordin. ac propterea, ipſa adueniente eidem liceret ordines ſuſceptos exequi abſque vlla diſpenſatione, iuxta communem in citato Canone, vt teſtatur Couar. in clement. ſi furioſus §. 1. num. 4. & Graff. lib. 4. deciſ. aurear. cap. 27. num. 22. & dixerant antea Archidiacon. & Præpoſ. in cap. placuit 76. diſtinct. nam ſuſpenſus ad determinatum tempus, eo ſuperueniente, abſolutione non indiget, quia finito tempore, ceſſat ſuſpenſio gloſa in clem. 1. verſic. donec de decim. Innocent. in cap. cum bonæ num. 1. de ætat. & qualit. & inibi latè diſtinguit, & ita concludit Butrius num. 9. Felyn. in cap. ſi quis num. 1. de Simon. quemadmodum pęna appoſita ad tempus, finito tempore dicitur remiſſa Bart. in l. fratres num. 1. per illum textum ff. de pœn. & l. Imperator ff. de poſtul. Alienationis etiam prohibitio temporalis, poſt tempus dicitur permiſſa Bart. in l. pater filium §. fundum nu. 1. ff. de legat. 3. Caputaq. deciſ. 23. num. 2. part. 2. ſicuti è contra, alienatio conceſſa ad tempus illo elapſo vetita cenſetur Paul. de Caſtr, conſil. 135. in caſu præſenti, & Dec. conſil. 327. in princip. Angel. conſil. 310. in themate nu. 2. verſic. ſuper artic. ex diſpoſitione autem adductæ Conſtitutionis Pij II. perpetuo eſt ſuſpenſus, inflingit namque ſuſpenſionem ipſo iure incurrendam, quæ verba ipſo iure cum vim canonis latæ ſententiæ habeant, ſicuti res eſt euidétiſſima, & noſtrates expreſſim annotarunt quos congerit Tiraq. in l. ſi vnquam §. Reuertatur num. 144. C. de reuocand. donat. ideo operantur perpetuitatem, vt in propoſito facti themate firmat Stephan. de Caeta in cap. ad limina §. 3. num. 111. 30. quæſt. 1. illa item Conſtitutio imponit hanc ſuſpenſionem abſque temporis præfinitione, ideoque perpetuo cenſetur illam infligere, idque in ea expreſſum intelligitur l. ſeruus C. de pęn. ibique Cyn. verſ. ſed quæro, & gloſa ordinaria ad hoc in cap. cupientes §. cæterum verſ. perpetuo de elect. in 6. Bart. in l. ſi quis adulterium §. ſi quis ff. de adult. Abb. in cap. ex literis num. 10. ibique gloſ. verſic. in perpetuum de Conſtit. Felin. in c. tam literis nu. 1. in fine de teſtibus, & Rota Romana genericè loquens firmauit contrauenientes decretis dictæ Cõſtitutionis perpetuò eſſe per eam ſuſpenſos in vna Melit. Abbatiæ die Mercurij 24. Ianuarij 1590. coram Reuerendo Patre Gipſio, & demum expreſſe declarauit Sixtus V. in allegata ſua Conſtitutione contra clericos malè promotos, in hæc verba eoſdem clericos malè promotos ab exequutione miniſterij, & exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuò ſuſpenſos declaramus, in §. & nihilominus. De cuius tamen validitate eloquo cap. ſeq. ſub num. 3.

11 Sed qui probabiliter crederet ſe habere legitimam ætatem, & ignoranter ante illam ordinaretur, in dictam non incideret ſuſpenſionem, etiam hodie poſt relatas Pij, & Sixti Conſtitutiones, ob illa verba quibus vtuntur, id eſt temerè præſumpſerit ex Nauarro in Summa cap. 27. num. 156. Ludouic. de Beia in reſponſionibus caſuum conſcientię, caſu incipiente Petronius Præsbyter in princip. cũ verſic. non quidem Graff. lib. 4. deciſ. aurear. c. 27. num. 22. Nauarr. in cap. accepta oppoſit. 8. num. 34. de reſtit. ſpoliat. & conſil. 9. num. 3. de temp. ordin. par. 1. & conſ. 3. num. 1. de ætat. & qualit. eadem par. 1. Salzed. ad Diaz. in praxi crim. cap. 26. verſ. 1. quod diſpoſitio. Toletus in ſumma impreſſa apud Iuntas de anno 1601. lib. 1. cap. 15. num. 4. Nec non Thom. Sanchez tract. de matrim. tomo 2. lib. 7. diſput. 30. propè finem. Nam verba illa temere præſumpſerit, dolum ſignificant, iuxta gloſam penultimam in cap. ſolet de ſent. excommunic. in 6. & Card. Zabarell. in Clementina 1. quæſt. 38. de Priuileg. quin ſolum illud verbum (præſumere) denotat aliquid propria temeritate fieri Hoſtienſ. in cap. decernimus num. 1. de iudic. inde rectè cẽſuit Innocent. in capit. cum medicinalis in finalibus verbis de ſentent. excomm. in 6. quod textus in capit. ſi quis Epiſcopus damnatus, & alter in cap. ſi quis Epiſcopus in Concilio 11. quæſt. 3. præſupponunt contemptum, dum ille vtitur verbis illis (auſi fuerint) iſte autem verbo illo (præſumpſerint) ex quibus iuſta ratione dicendum videtur, vt

12 prædicto modo promotus miniſtrans in ordinibus ſic ſuſceptis non fiat irregularis, neque excommunicationem incurrat ſi ab Epiſcopo excommunicatio promulgata eſſet aduerſus ſuſcipientes ordines contra canonicas ſanctiones, vt Ludouic. de Beia, & Graff. citatis in locis, iuſtis ex rationibus concluſerunt. Vidi tamen complures diſpenſationes Apoſtolicas conceſſas ſupplicantibus, & aſſerentibus ſe ante ætatem ignoranter promotos, vel exiſtimantes ſe in legitima ætate conſtitutos nihilominus ante illam ordines aſſumpſerunt, itaque ſi præfatæ diſpenſationes fuerint conceſſæ ad tollenda ſcrupula, vel potius, quia Sanctiſſimus, aut ſacræ pœnitentiariæ Tribunal, ea indigere iudicauerint, ignoro.

13 Quin etiam ſi poſt ſuſceptum ordinem cognoſcat ordinatum fuiſſe ante ætatem, & propterea abſtinere debeat ab illorum exequutione, nihilominus ſi illos exerceat antequam legitima ſuperuenit ætas, non tamen fieret irregularis, ſed peccaret tantum, nam cum loquantur prædictæ Conſtitutiones contra Clericos doloſè promotos ante ætatem, vt proximo præcedenti verſiculo probaui, non vtique iſtum afficient pœnæ in eis conſtitutæ ſi tempore ſuſceptionis ordinum dolo carebat, vt tangit Graff. adducto capitulo 27. num. 23.

Huic igitur licebit cum iuſta ſuperuenit ætas licitè illos exequi ſine aliqua abſolutione, aut diſpenſatione, non obſtantibus dictis Conſtitutionibus, vt concludit, & acriter defendit Couarr. in Clementina ſi furioſus §. 1. num. 4. par. 1. idq; animo meo vehementer arridet, quia cum aliæ Conſtitutiones non amplectantur hunc ordinatum, eo

quod

quod de illis verba faciunt, qui temere præsumpserunt ordinibus insigniri (quod sanè alienum est à prædicto probabiliter credéte se tunc constitutum in ætate legitima) ergo hic casus remanet sub dispositione iuris cõmunis; quo quidem iure, vt probaui supra vers. aduertendum, licebat promoto ante ætatem ordines exercere sine vlla absolutione, cùm legitima superuenit ætas.

14 Eadem responsione vti possumus pro contrario casu, cum dolosè ante ętatem promoueri passus est, & sit vigore dictarum Constitutionum suspensus ipso iure; Nihilominus si bona fide celebret, credens id sibi licere, irregularitatem nequaquam incurreret, vt firmarunt Nauarr. Ludouic. Salzed. & Graff. locis citatis in versic. qui autem, Couar. adducta Clement. si furiosus §. 1. nu. 4. par. 1. Sed Fuscus tract. de visitat. Episc. lib. 2. cap. 28. nu. 37. tuetur hunc esse irregularem, tanquã ipsum dedeceat ignorare, quæ cõmuniter omnes sui ordinis sciunt; propterea consulerem tutius esse dispensationem petere, quandoquidem nisi illa indigeat, Papa respondebit ipsum non indigere dispensatione, vt sæpé diuersis in casibus contractaui, tuncque tutus esset, & tutior si concederet, quia necessaria foret, & ipsum irregularem supremus Pontifex iudicaret, tum pręsertim petendam absolutionem opinor quia ipse etiam propendo in sententiam Fusci, eo, quod in simili casu dependente ex eisdem Constitutionibus obtinui dispensationẽ pro clerico Amalfitano, sub die 13. Decembris 1596. qui subdiaconatum assumpserat ad titulum insufficientem, & bona fide postmodum in eo ministrauerat, ergo illi non est opitulata bona fides, pari ratione, neque huic suffragari valebit.

15 Sed contrahat ne irregularitatem, qui non expleto anno vigesimo quarto suscepit ordinẽ Præsbyterij, aut in tempore interdicto, vel sine titulo, siue ab alieno Episcopo, aut sine dimissorijs, vel extra tempus statutum? & quidem controuersa est quęstio, siquidem negatiuam tuetur Medina in summ. lib. 1. cap. 11. §. 8. quia Ecclesia non eã reputat primam Missam, quam tunc vna cum Episcopo ordinante celebrauit, iccircò fiat irregularis cum primam solus celebrat; quam eandem resolutionem confirmare videntur rationes multæ à Salzedo relatæ, in suis annotationibus ad Diazam in praxi crimin. cap. 26. vers. 5. nec non aliæ á Butrio in simili casu traditę in c. quod sicut post nu. 47. de elect. & hanc sententiam amplexatur additio ad Nauar. consilio mox citando, Henriq. in sum. Theol. moral. lib. 14. cap. 3. §. 6. in fine Sayr. in suo thesauro lib. 4. cap. 16. num. 23. & Suarez de censur. disput. 31. sect. 1. nu. 71. cui tamen alij multi, & grauissimi auctores contradicunt, defendentes affirmatiuã partem, præsertim Couar. in cap. Alma Mater par. 2. §. 3. nu. 5. vers. Nono, & Salz. adducto loco, qui prætera attestatur se alios, & prudentissimos viros maximè è societate Iesu alloquutum esse de hac re, & istam omninò firmasse resolutionem; quamq; tuetur Nauar. cons. 8. vtrũ accipiens de cleric. excom. & Hier. à Sorbo in compendio mendicantiũ verbo ordines sacri vers. Sed hic aduertendo, ipseq; libenter

16 suscribo, ex ea ratione, quam præfati deducunt, quod hic Sacerdos concelebrat hoc casu Episcopo ordinanti ex resol. D. Tho. in sum. 3. par. q. 82. art. 2. & in 4. sent. dist. 13. q. 1. art. 2. ibidq; ait Palud. q. 4. artic. similiter 2. atq; ideo simul cum ipso Antistite eandem hostiam verè consecrat. vt explicat Caiet. super dicto art. 2. q. 82. & concinunt verba Francisci Victoriæ in sua sum. Sacram. in rub. de sacram. Euchar. nu. 88. quæ subscribere censui, eaque sunt, Quando autem ordinandi cum Episcopo consecrant, si aliqui dicant formam consecrationis antequam Episcopus, vel postquam finiuit Episcopus, nihil faciunt, nam intentio eorum est consecrare cum Episcopo: hæc ille; ex quibus, & alijs á citatis auctoribus scriptis verbis, constat prędictum ordinatum consecrare, ideoq; fieri irregularem si in aliquo prædictorum casuum sacerdotium suscepit, quia simul ordinem illum recepit, & Episcopo ordinanti concelebrauit, probatq; optimus textus in cap. quod sicut §. super eo autẽ, de elect. vbi ex hac ratione deciditur, nè Episcopus, vel Archiepiscopus ordines conferre præsumat, dũ celebratur Missa ordinationis suæ, & rationes subiungunt Doctores, maximè Butrius nu. 38. & 47. nisi enim prohiberetur, posset eò quod Episcopus consecratus cõcelebrat suo consecratori, ideoq; conferendo, grauem committere excessum inibi dicitur, actum verò nullitati subiacere non additur, quod Butrius eodem num. 38. notare videtur.

17 Dubium illud pro coronide subnectam, si consecratus Episcopus ante annum trigesimum expletum, fiat irregularis, incurratque alias pœnas inflictas aduersus promotos ante ætatem, & licet annuendum videatur ex aliquibus rationibus; á negatiua nihilominus non esse discedendum probat Suarez in tractat. de censur. disput. 31. sectione prima, num. 29. & veram credo sententiam.

SVMMARIA.

Suspensus vigore Constitut. cum ex sacrorum, non nisi à Papa absoluitur, num. 1.

Ita ab irregularitate postea contracta, quia ministrauit, num. 2.

Vt sit publice irregularis non satis est, quòd fuerit gestus actus, & commissum delictum, sed publicè habeatur pro male gesto, & delicto ad incurrendam irregularitatem, nu. 3.

Irregulares, qui antiquitus ob priuilegia absolui poterant, & dispensari à proprijs superioribus, hodie non possunt, num. 4.

Constit. Clement. 8. moderatoria alterius Sixti contra malè promotos, an faueat regularibus habentibus priuilegia, vt non obstante sanctione Sixti, vti illis valeant, num. 5.

Episcopi in his casibus, in quibus absoluunt subditos, secumque dispensant, possunt confessario concedere facultatem, vt se ipsos absoluant, aut secum dispensent, num. 6.

Casus aliqui, & singulares recensentur, in quibus Episcopi, ob textum in cap. liceat, Concilij Tridentini, absoluunt subditos, quos alioquin absoluere nequirent, num. 7.

Et

Et præſertim ſi fuerit deductum in iudicio delictum, & abſolutus reus, quamuis per media deprauata, num. 8.
Epiſcopus concedat nè poteſtatem ſuo confeſſario ſe ipſum abſoluendi, & ſecum diſpenſandi remiſſiuè tangitur? num. 9.

Capitulum Quintum.

1 EOS, quos Pij II. conſtitutio, exordiens, cum ex ſacrorum, cenſura ſuſpenſionis ligat, citra Papam nemo abſoluit per Rebuff. in praxi Rub. de cleric. malè promot. gloſ. 4. nu. 3. Guttierez canon. qq. cap. 26. ſub num. 21. de cuius veritate dubitaui, quia Pius II. ſibi non retinuit abſolutionem in ea conſtit. iuxta doctrinam Armill. verbo ſuſpenſio num. 22. Syluest. eodem verbo nu. 8. verſ. tertium, gloſ. in clem. 1. §. penult. verſ. excommunicationis de hæret. Abb. in cap. quam ſit nu. 3. de exceſſ. Prælat. illaque gloſa communiter approbatur teſte Abb. in cap. tam literis num. 3. de teſtibus (tametſi illic ipſe propendat in contrariam ſententiam) ſicuti in excommunicatione expreſſum reperitur, quoties conditor canonis ſibi ſpecialiter non reſeruauit, quia eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem alijs abſoluendi cap. nuper de ſent. excom. nam conceſſum dicitur quicquid expreſsè prohibitum non reperitur per l. nec non §. quod eius ff. ex quibus cauſis maior. nihilominus re maturius perpenſa admitto ob rationem depromptam ex cathecheſi neap. cap. 12. & refero inferius ſub num. 2.

2 Ab irregularitate verò contracta à miniſtrante in ordinibus malè ſuſceptis, ac propterea ſuſpenſo per iam dictam conſtitutionem, non niſi ſummus Pontifex diſpenſare valet vigore eiuſdem bullæ, vt dixerunt Syluest. verbo irregularitas num. 12. verſ. hodie autem, & Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 9. in finalibus verbis Nauarr. in Manuali cap. 25. num. 70. Iacob. Graff. lib. 1. deciſ. aurear. cap. 8. num. 15. qui non addunt rationem qua ipſorum comprobent opinionem, veramque demonſtrent, cum Papa inibi ſibi neque reſeruauerit; ideò meam ſubiungam, & valdé vtilem rationem illius dicti, & ſit quod ab irregularitate non niſi Papa diſpenſat, prout notaui affatim in rubr. de tempor. ordin. cap. 3. nu. 23. præterquam vigore Concilij Tridentini in capite 6. ſeſſ. 24. de reform. concedentis facultatē Epiſcopis abſoluendi ab irregularitate occulta, excepta illa proueniente ex homicidio voluntario, & propterea poſſit ab Epiſcopo diſpenſari, qui ob contrauentionem præfatæ bullæ incidit in irregularitatem, ſcripſit auctor cathecheſis Neapol. lib. 4. cap. 12. verſ. tertio; Ludouic. de Beia in expoſit. caſuum conſcient. caſu incip. Patronus Presbyter, verſic. verum, & Maiol. tract. de irregul. lib. 1, cap. 30. nu. 9. in fine, ſubdens veritate fulciri, ſi non fuerit, & ſcienter particeps eiuſdem culpæ; cuius reſtrictionis, nedum vllum verbum ponitur in cathecheſi nuperrime à me citata, & ab ipſo adducta ad conualidandum ſuum dictum, at neque rationabilis ipſa videtur. tum quia ſi non malitioſé aliquo caſu aduerſus illam bullam fecit, nec ſcienter ordines ſuſcepit, non incurrit ſuſpenſionem, ex his quæ congero inferius cum requiratur, vt ſcienter fuerit particeps culpæ, tum etiam ob facultatem Concilij concedentis Epiſcopis poteſtatem diſpenſandi in irregularitate occulta non ſolum ignoranter, ſed ſcienter cōtracta, modo non ex cauſa homicidij voluntarij; opinor tamen veriſſimam eſſe limitationem, quam illic Cathecheſ. adiunxit, vt diſpoſitio precitati cap. 6. Concilij Tridentini, tunc tantum prædictis ſuffragetur cum peruenerunt ad ætatem legitimam, neque aduerſatur ſecretum murmur, quod vndique ſcatire videor circa irregularitatem iſtam, quę ab aliquibus publica reputatur, eo quod mala promotio fuit publica, nec non illorum executio, & propterea ceſſet fauor dicti Concilij, ac facultas ab eodem tributa; etenim, vt delictum ſit publicum,
3 non ſatis eſt actum eſſe publicum, ſed publicè delictum eſſe non ignoretur, vt idem Ludouic. aſſerit, verſ. tum, quia Nauar. in ſum. cap. 27. num. 255. verſ. finali, & Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 13. §. 7. ſub num. 4. aliam rationem, cur abſolui nequeat ſuſpenſus, & diſpenſari irregularis ob promotionem ante ætatem, aut miniſterium in illis, dum Conſtitutio Pij II. neminem illarum Papæ reſeruauit, tangit Cathecheſ. in cap. 12. cuius pauló ante memini, quod in illa Conſtitut. abſolutè, & non ad aliquod tempus ſuſpenſionis cenſuram Papa infligit, irregularitatemq; incurri decernit; quaſi voluerit inferre quod perpetuo ob id cenſeatur irregularis, prout demonſtraui in proximo præcedenti capite ſub num. 10. ſi itaque perpetuò, quis tantam habebit auctoritatem, qui Pontificis ſupremi factum reuocare, & retractare poſſit? aut tàm peruicaci animo erit, vt illius diſpoſitionem infringere audeat? nemo quidem, ac propterea nèc ſuſpenſos auctoritate illius bullæ quibit abſoluere, neque irregulares diſpenſare, & nouiſſimo iure Conſtitutionis Sixti Quinti exordientis. Ad perpetuam rei memoriam, túm abſolutio ab huiuſmodi ſuſpenſione, túm diſpenſatio ab irregularitate ab iſto ſuſpenſo contracta ob exequutionem ordinum reperitur expreſsè reſeruata in dicta Conſtitut. Sixti, vt ex ea ſatis apertè conſtat in §. vt autem in fine, & notat Viuald. in expoſitione illius Conſtit. num. 18. quam in ſui candelabri calce ſcripſit: & certè ad hec vſque tempora vigerent relata hactenus, niſi Clement. VIII. ſuperueniſſet Conſtitutio moderatoria eius, quæ à Sixto emanauit. Itaque videnda ſunt verba Conſtitut. Clement. exordientis ad Romanum Pontificem decet: illaque obſeruantiæ tradenda, atque ideò ab altera Sixti recedendum eſt, in his, quæ Clemens immutauit; ac præſertim in hoc capite, dum illius tenorem ad diſpoſitionem Sacri Concilij reſtrinxit, & reduxit.

4 Regulares etiam, qui à proprijs ſuperioribus conſequebantur antiquitus diſpenſationem ab irregula-

regularitate prædicta, idque vigore suorum priuilegiorum in mari magno, & alibi, vt inquit eadem cathechesis Neapolitana in versic. quarto, dicti capitis 12. per eiusdem Sixti Constitut. non amplius impetrare queunt; illa siquidem apparet expressè sublata potestas dictis superioribus in eodem §. vt autem, Per illa verba, nè à quoquam sæculari, vel regulari, Præsbytero, & alia. Nec vigore, aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum mare magnum, aut alias quomodolibet nuncupatorum, quibusuis ordinibus, & cet. quibus conueniunt, quæ ipsemet Viuald. adiungit in eo
5 loco num. 9. dum ex eadem Constitutione carpit intentionem illius Pontificis fuisse in ea complecti omnes, & quoscumque Religiosos; quibus posterior Clementis moderatoria Constitutio superius relata, nec nè suffragetur, vehementer dubito, propterea quod in secunda parte moderatur, & abolet omnes pœnas, & censuras in eisdem Sixti literis, contra quoscumque, præter eas, quæ per Canones, Constitutionem Pij II. Conciliumque antea fuerant comminatæ; in reliquis firma remanente Constitutione prædicta; sed auferre potestatem absoluendi, & dispensandi, non est pœna, aut censura, ideo sublatum id minimè censetur per ipsius moderationem: cui supposito non obstat replicatio illa, quòd si in moderatoria ista minimè comprehenditur qualitas illa, de reseruatione potestatis dispensandi, quæ non videatur per Clem. relaxata, non tantum ipsi Regulares amplius illam dare in his casibus nequibunt, at neque Episcopi, quia in hac parte persistit Sixti Sanctio, retinens Papæ dictam auctoritatem, etenim huic illationi, & oppositioni respondeo, quod Regulares circa potestatem dispensandi in his irregularitatibus, fulciuntur priuilegijs, & mari magno; Episcopi verò, sacro Concilio Tridentino, sed Constitutio Clementis licet, quo ad pœnas eas moderatus sit in secunda parte, iuxta modum relatum in prima, tamen reduxit ad terminos præfati Concilii omnia per Sixtum inibi statuta, in quibus antea sanxerat Concilium, quod cum in dicto cap. 6. facultatem elargiatur Episcopis dispensandi in omnibus irregularitatibus occultis præter homicidij voluntarij. eamque non competere Abbatibus alijsque superioribus Regularibus censuit sacra Congregatio Concilij, ex relatione Toleti lib. 1. cap. 89. vers. penult. propè finem; ideò, moderatio Clementis fauet Episcopis Concilio innixis, non autem ipsis regularibus eorum deducentibus auctoritatē ex priuilegijs, quorum non meminit Clemens ipse VIII.
6 Demum pro securitate conscientiæ Reuerendissimorum meorum Coepiscoporum præterire nolo, quod in his, & alijs casibus in quibus ipsi ex auctoritate dicti capitis, & aliorum Canonum absoluunt subditos, secumque dispensant, possunt Confessorem sibi eligere, eique facultatem impertiri ipsosmet absoluendi, ac secum dispensandi si forte incurrerunt, ex sententia Diui Anton. 3. par. versic. 15. §. 2. generatim loquentis, & Henrici in summ. Theol. moral. in hac specie verba facientis in lib. 14. cap. 18. §. 3. Maiol. in tract. de irregul. lib. 2. cap. 2. vers. est antem sub num. 12. & lib. 5. cap. 51. vers. propterea post nu. 7. ac Tolet. in loco mox citato, attestantis etiam, ita declaratum per Congregationem Concilij, & Suar. to. 5. disp. 41. sect. 2. nu. 9.
7 Itaque sicuti potest Antistes in eo crimine apponere manus, quod non tantum per se est occultum, sed quod ex se ipso probabile est per testes, non tamen est publicum notorium, vel famosum; vel licet ab aliquibus notitia habeatur, toleratur tamen citra infamiam, & murmurationem; neque saltem in vicinia, aut collegio notorium est, & consequenter in omnibus, quæ nondum sunt deducta, quamuis deducibilia in iudicio, quia potest dispensare Præsul ex resolutione Toleti indicato lib. 1. cap. 89. versic. penult. & Henriq. in eod. lib. 14. cap. 20. §. 4 ita, & ipse à proprio confessore si illi concesserit facultatem.
8 Quin & si fuerit deductum in Iudicio, & reus fuerit absolutus etiam per probationes, & alia média deprauata, & iniqua, cum subsistat eiusdem Concilij Canon. & dicatur occultum, ad finem, vt Antistes possit postea dispensare, ex resolutione eiusdem Henrici in eodem cap. 4. itidem, & pro ipsomet Episcopo respondendum propterea est.

Tandemque dispensatio non secus ac concessa ab Episcopo, valet in foro interiori etiamsi postmodum crimen illud manifestatum appareat, quia deductum, & probatum in iudicio, ex Toleto in eodem adducto loco, ita & si à Confessore fuerit data Episcopo propter regulam iam constitutam. Quod tamen post num. 6. de potestate per Episcopum concedenda suo Confessori se ipsum absoluendi, perpende si contradicat sententiæ Nauarr. in cap. placuit de pœnitent. distinct. 7. à num. 15. & in tractat. de Iubilæo, notab. 20. sub nu. 9. nec non in Manual. cap. 27. vers. quarto dico, iuncto vers. quinto dico, sub num. 260. cautius igitur ageret si deputaret confessarium cum potestate sibi à Concilio concessa dispensandi secum, innixus verbis Alterij disput. 1. lib. 2. cap. 5. in fine tom. 1.

SVMMARIA.

AETAS, quæ ad beneficia requiratur, tàm de iure communi, quàm Concilij? num. 1.

Adolescentia quando incipit, num. 2.

Præsentatio de persona non attingente 14. annum non iudicatur inualida, num. 3.

Laici præsentatio ad beneficium, neque est penitus de indigno censenda, si erat proximè clericandus, num. 4.

Aetas pro obtinenda pensione Ecclesiastica, quæ sit necessaria, num. 5.

Verbum obtinere quid importet, num. 6.

Aetas necessaria ad beneficium habens annexum ordinem sacrum, quæ sit, num. 7.

Quæ verò ad beneficium habens aliquod onus adiunctum, num. 8.

Cappellania, vt dicatur sacerdotalis, ex quibus verbis desumatur? num. 9.

Ordine sacro insignitum oporteat ne cum tunc esse, qui cappellaniam adipisci intendit, vel satis sit postmodum ad illum assumi. num. 10.

Obseruantia

Obſeruantia ſubſequens interpratatur dubiam ſanctionem, & quamlibet aliam dubiam diſpoſitionem, num. 11.
Aetas, qua requiratur pro obtinenda Cappellania? num. 12.
Inſeruire vtrum poſſit per alium, qui ſacerdotalem poſſidet Cappellaniam? num. 13.
Quid verò, cum ipſe Cappellanus infirmatur, vtrum debeat per ſubſtitutum celebrari facere Miſſas? num. 14.
Canonicus ſi non conſueuit deſeruire, cum infirmatur non percipit distributiones quotidianas, num. 15.
Beneficium cum onere celebrandi qualibet die qui poſſidet, an vnicam ſaltem in hebdomada habeat vacuam diem ſub dicto, num. 15.
Illius inſtitutio vtrum ſubſiſtat, quæ obliget omni die celebrare? ſub eodem, num. 15.
Eucharistiam quotidie ſumere laudabile eſt, ſub eodem, num. 15.
Diſtributionibus quotidianis gaudeat nè, ſeruiens per ſubſtitutum? ibidem.
Illis minimè potitur inſeruiens Epiſcopo, quin & Papæ, ibidem.
Canonicorum non ſeruientium applicari fabricæ alicuius Monaſterij vtrum poſſint, ibidem.
Cappellania ſi eſſet familiaris, & ſacerdotalis, quid agendum ſi in familia abeſſet Sacerdos, num. 16.
Aetas, quæ requiratur in beneficio habente ordinem diaconalem annexum, præbendam verò curatam, num. 17.
Beneficium alteri vnitum amittit naturam ſuam, idque multis concluſionibus in hac re vtillimis comprobatur, num. 18.
Canonicatum incompatibilem eſſe cum Curato probatur, num. 19.
Canonicatus omnes, requirere reſidentiam demonſtratur, num. 20.
Dignitas cui annexa eſt Parochialis, non exigit concurſum cum confertur, num. 21.
Dignitas ſi habeat annexam curam animarum, quam exigat ætatem in obtinente, num. 22.
Quid ſi in commendam detur, num. 23.
Aetas quæ olim, quæque hodie ſit neceſſaria ad perſonatum, num. 24.
Ad reliquas verò dignitates carentes Animarum cura, quæ ſit neceſſaria? num. 25.
Canonicatus, quam requirat ætatem, numero 26.
Quid ſi habeat annexum onus pœnitentiariæ? num. 27.
Portiones, quam ætatem exigant, demonſtratur cum diſtinctione, num. 28.
Parochialem conſtituto tantum in 25. *anno conferendam eſſe, oſtenditur, num.* 29.
Canonicatus, ſiue hebdomada in Collegiata Eccleſia quam requirat ætatem ſi curam exerceat animarum? probatur longa, & vtili cum diſtinctione, num. 30.
Aetas ad vnumquodque beneficium requiſita, tempore impetrationis ineſſe debet, num. 31.
Ordines verò beneficijs annexos, ſufficit aſſumere infra annum num. 32. *niſi in caſibus de quibus in num.* 39.
Curatus ſi labi annum paſſus fuerit, nec ſuſceperit ſacerdotium, ipſo iure priuatus eſt beneficio, num. 33.
Illud impetrans pro verificatione narratorum quid teneatur probare, num. 34.
Impetrans beneficium tamquam vacans ob publicationes non factas, verificare quid compellatur, num. 35.
Parocho liceat ne reſignare Parochiam prope finem anni in quo ſit impoſſibile aſſumere ſacerdotium, num. 36.
Epiſcopus, & Capitulum ſede vacante concedere poſſunt diſpenſationem Curato, vt cauſa ſtudij infra ſeptennium minimè promoueri compellatur, num. 37.
Beneficia quauis in Cathedrali obtinens infra annum à die adepta poſſeſſionis, annexum tenetur ſuſcipere ordinem, num. 38.
Ordo ad quodlibet beneficium neceſſarium. qui ſit, num. 40.
Qui verò ad Archidiaconatum de Iure, numero 41.
Qui verò ad reliquas dignitates? num. 42.
Ordinem ſacrum ſi beneficium exigat, illudque propterea aſſumi infra annum poſſit; quo ſaltem inſignitus eſſe debeat tempore prouiſionis dicti beneficij? num. 43.
Aetas traditur, quam habere debet aſſumendus ad Epiſcopatum, num. 44.
Gallia Regnum octodecim Prouincijs contineri refertur, num. 45.
Minori habenti ætatem ſi Papa concedit Epiſcopatum, id facit concedendo adminiſtrationem, vſque ad legitimam ætatem, numero 46.
Aetas vtrum fuerit certa quandoque conſtituta in aſſumendo ad Cardinalatus Apicem, numero 47.
Cardinalium nomen. & dignitatis titulum antiquiſſimum in Eccleſia fuiſſe demonſtratur, num. 48.
Vetus Cardinalium numerus qui fuerit, quiue recens, num. 49.
Aetas ſit nè ſtatuta in eo, qui ad Papatus Apicem euehendus eſt? num. 50.
Papam comprehendi ſub illo nomine Epiſcopi oſtenditur, num. 51.
Canones de ſupremi Præſulis electione loquentes referuntur, num 52.

Quomodo ad Cardinales venerit Ius eligendi Papam recensetur, addita varietate temporum, additisque varijs superinde emanatis legibus, num. 53.
Forma nulla sit praescripta, qua omissa sit inualida electio, si tamen duae partes accedant, num. 54.
Locus qui sit de validitate actus, nullus reperitur Constitutus, num. 55.
Receptio sit ne de substantia vltra electionem, discutitur, num. 56.
Intronizatio sit ne etiam necessaria ad substantiam actus, inquiritur, num. 57.
Tractatus, qui anteire possit, num. 58.
Consensus concors duarum partium tantum concurrere debet ad validandam electionem, num. 59.
Electio Papae vno ex tribus modis fit, nu. 60.
Electio per inspirationem, quae sit, eaque quomodo fiat, num. 61.
Altera per viam compromissi, quomodo fiat, quaeque requirat, num. 62.
Vltima demum per scrutinium fit, eaque, quae requirat, num. 63.
Electus computetur nè in numero duarum partium quaeritur, ac Doctores omnes recensentur, vel negantes, vel annuentes, vel distinguentes à num. 64.
Affirmatiuam demum sententiam amplexatur auctor, num. 65.
Consensus duarum partium debeat ne Collegialis esse, quaeritur, num. 66.
Tacitus, si fuerit aliquorum, an sufficiat, numero 67.
Electus antequam acceptetur, possit nè retrocedere, & se poenitere, qui elegit? num. 68.
Electus si fuerit alter à tertia parte, qua concurrere recuset electioni factae à duabus partibus quid sanciant canones refertur, numero 69.
Electio Papae, sit nè sub mortiferi peccati labe facienda de digniori, an sufficiat de digno discutitur, num. 70.
Generatim loquendo, electio facta de digno, omisso digniori an valeat num. 71. etiam post Concilium, num. 74.
Cardinalis non impediens propositum in Concistorio ad Episcopatum vtrum peccet, si sciat alium esse idoniorem, num. 72.
Dignus quis dicatur, num. 73.
Prouisio curatae Ecclesiae in personam dignam irritatur si dignior appellet, & constet illum digniorem esse, num. 75.
Vter habeat maiorem potestatem Collegium, scilicet Cardinalium, an Papa, num. 76.
Penes Collegium remaneat nè potestas, defuncto Papa, quaeritur, num. 77.
Collegium possit ne mortuo Papa creare Cardinales? num 78.
Vtrum, & beneficia conferre, num. 79.
Appellatio ad idem Collegium tunc interponi nec ne possit, num 80.
In deficientis locum subrogat Camerarium, num. 81.
Item alia, quae oporteret de terra Ecclesiae Romanae defendenda, num 82.
Curare debet, vt acceleretur prouisio Papae, num. 83.
Irregularitatem in quibus casibus auferre valeat, num 84.
Magnum quippè negotium probatur esse electionem Papae, num. 85.
Cardinalium coetum, esse honorabilius membrum, quod Ecclesia habeat, ostenditur, numero 86.
Aetas, quae requiratur in eligendo in Abbatem Regularem num. 87. & num. 90. & 101. vbi etiam de saeculari agitur.
Quae ad Prioratum conuentualem, num. 88.
Abbatissa cuius aetatis esse debeat? num 89.
Abbatiae nomen quando primum frequentari coeptum fuerit? num. 91.
Abbatis nomen, in Regulares, & seculares findi demonstratur, num 92.
Abbatiae regularis nomen quid importet, nu 93.
Eiusmodi Abbatia, sicut, & caetera beneficia Regularia non nisi regularibus sunt conferenda, num 94.
Nisi conuentu careat, quia seculari in commendam concedi solet, num 95.
Commendae descriptio recensetur, ac declaratur, num. 96.
Oeconomus quis sit, & quomodo differat à commendatario sub eodem num. 96.
Commenda quibus ex causis concedi soleat, numero 97.
Cum in gratiam prouidendi datur, perpetua est, tuncque sub generali nomine collationis comprehenditur, num. 98.
Commendatarius quae possit, quamque habeat potestatem, num. 99.
Seculares multi sunt qui hoc titulo decorantur, non tamen eis verè competit, num. 100.
Coadiutores easdem conditiones, & qualitates habere debent, quae illi sunt annexae officio, siue beneficio, num. 102.
Eandem propterea aetatem, quam, & beneficium requirit, num. 103.
Residere in Curatis insuper tenentur, nu. 104.
Coadiutores deputare qui possit, cum distinctione respondetur, num. 105.
Coadiutor quam retineat in beneficio potestatem? num. 106.
Declaratio Congregationis Rituum refertur, omnem coadiutoris materiam explanans, num. 107.

Benefi-

*Beneficiorum collatio cui competat? ſcilicet coadiutori, vel coadiuto, ſub eodem num.*107.
Cauſa ob quam dandi ſunt coadiutores, numero 108.
*Quibus tamen in caſibus, relatiuè tangitur. num.*109.
Preſertim propter ingraueſcentem ętatem. num. 110.
Et ob illam conceſſa, cuius ſit onus verificare ętatem ingraueſcentem, num. 111.
*Si exprimatur coadiutum in ętate ſexaginta annorum conſtitutum, vel circa, quam debeat habere ętatem? num.*112.
Vicaria perpetua eſt beneficium Eccleſiaſticum, num. 113.
*Iura loquentia de beneficijs curatis, vendicant ſibi locum in Vicarijs perpetuis, num.*114.
Quibus in caſibus ſit eiuſmodi Vicarius conſtituendus? num. 115.
*Ei aſſignanda eſt competens portio ex fructibus beneficij, conſiderata varietate beneficiorum, num.*116.
Et multis conſideratis circumſtantijs, nu. 117.
*Tunc poſſit nè habere incerta? nempè decimas, & alia? num.*118.
Vtrum diſtributiones quotidianas? nu. 119.
Conſtitutio 46. *Pij V. circa congruam portionem iſtam, loquens, explicatur, num.*120.
Eam non fuiſſe reuocatam ab altera, & 15. *Greg.*13. *oſtenditur, num.*121.
Aetas pro Inquiſitore hæretica prauitatis, numero 122.
Quæ verò in delegatis ab ipſis Inquiſitoribus, num. 123.
*Aetas habilis ad ſponſalia contrahenda refertur, num.*124.
Si paucis deficientibus diebus contracta fuerint, ſunt inualida, num. 125.
*Filij obligantur, atque impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus celebratis à parentibus, ipſis ſcientibus, & non contradicentibus, num.*126.
*Aetas pro Matrimonijs contrahendis, quæ ſit valida attenta iuris diſpoſitione, quæ verò attenta Phyloſophorum ſententia, num.*127.
*Procurator ad ea celebranda, quot annos natus eſſe debeat? num.*128.
Profeſſioni emittendæ, quæ ſit idonea ætas, numero 129.
*In alijs verò procuratoribus, quæ deſideretur ætas, eum diſtinctione reſpondetur, num.*130.
*Quale debeat illis conſtitui ſalarium, & quando perſolui, num.*131.
*Procurator ſiue negotiorum geſtor miſſus de vno in alium locum, ac poſtmodum reuocatus fuerit, & petita redditio computorum præſtanda in loco geſtæ adminiſtrationis, vt propterea detineatur redire ad Patriam, conſequi vtrum interea debeat conſtitutum ſalarium? num.*132.
*Officialis conſequitur ſalarium etiam pro tempore ſyndicatus, num.*133.
*Expenſæ faciendæ pro ſcripturis neceſſarijs ad reddenda computa in damnum eius, cui redduntur computa, cadunt, num.*134.
Doctoratus quam exigat ætatem? num. 135.
Aduocati munere fungi prohibetur quis ante 17. *completum annum, num.*136.
*Qui dicantur Aduocati, num.*137.
*Honorarium debetur eis à clientibus, nu.*138.
Iuramentum, & circa quæ præſtent, explicatur, num. 139.
Eorum errores referuntur, ac redarguuntur, num. 140.
Aetas ad Magiſtratus gerendos, quæ ſit, numero 141.
*Quæue in Iudice compromiſſario, num.*142.
Quæue in Syndicis, & electis Vniuerſitatum, ſeù Decurionibus, num. 143.
*Et quando functo officio poterunt iam dicti conueniri, num.*144.
Quæ ſimiliter requiratur ætas in exequutore teſtamenti, num. 145.
*Prætextam togam quis inſtituerit, num.*146.
Militaris ætas in anno 17. *conſtituta fuit, numero* 147.
Aetas ad ieiunandum eſt annorum vnius, & viginti completorum, num. 148.
Antea verò, qui alicuius Regulę emiſit profeſſionem, num. 149.
Et qui Iubilæum conſequi vellet, quod ieiunium præcipiat, num. 150.
Senes quã propriè in ætate de obligentur à ieiunio, num. 151.
*Aetas, quæ cenſeatur valida ad ferendum teſtimonium, adnectitur, num.*152.
*Pars non prohibetur alloqui teſtes antequam illi teſtimonium dicant, num.*153.
Subornatio non præſumitur ex eo, quod pars allocuta eſt teſtem de negotio, num. 154.
Teſtes inſtruere per modum reminiſcentiæ ad veritatem dicendam non eſt vetitum, numero 155.
Aetas in qua quis poteſt excommunicari, numero 156.
*Ad Imperium eligi, num.*157.
*Aut eligere ad Imperium ipſum, num.*158.
*Intemerata Virginis, num.*159.
*IESV CHRISTI Domini noſtri, num.*160.
In qua reſurgemus, num. 161.
Quomodo vna quaque ætas probetur, nu. 162.
Aetas perfecta quando dicatur, & alia multa. num. 163.

Capitulum Sextum.

1 AETAS ad beneficia, quæ sit de
iure congruens, opere præ-
tium duxi hoc in capite, &
huius Rubricæ finali explica-
re, & à simplicibus beneficijs
exordiendo, affirmo iustam
ætatem de iure communi, ad
illa censeri, quæ septennium
excessit, iuxta glos. penult. in cap. si eo tempore de
rescript. in 6. ibique Archid. num. 3. vers. nam li-
cet, & Rebuff. tract. de pacif. poss. num. mihi 125.
& expressius glos. in cap. de ijs vers. infantia dist.
28. Mandos. tract. de minori ætate cap. 4. nu. 13. Za-
barell. clem. generalem, versic. aut sunt alia simpli-
cia, post num. 7. de ætat. & qualitat.

2 Attenta verò dispositione Concilij Tridentini,
omnis ætas erit illegitima ante decimum quartum
annum in cap. 6. sess. 23. de reformat.; & ratio vi-
detur illa idonea, quia tunc desinit esse puer, inci-
pitq; in eo adolescentia, ex glosa in prohemio sex-
ti, versic. Præfectus; tuncque proximus est puber-
tati, nam anno peracto bis septimo in masculis, iu-
ra publica definierunt pubertatis ætatem, vt Ma-
crob. inquit. in lib. 7. Saturn. cap. 7. & vera scripsit,
ob textum in l. fin. C. quand. tutor. vel curat. esse
desin. & §. primum instit. quib. mod. tutel. finitur,
quod longioribus verbis extendo inferius rubr. de
person. prohib. promou. cap. de periurio, sub nu. 34.
dicitq; præterea Aristot. lib. 5. de histor. Animal.
cap. 1. subnectens, quod vox item per id tempus
mutari incipit in sonum asperiorem, inæquabilem-
que, quamuis nondum grauem, neque enim acuta
præterea est, neque tota æquabilis, sed similis fidi-
bus incontentis, & asperis, quod caprire denomi-
nant, aitq; præcitatus Aristoteles in eomet loco.
Aduertendum tamen est, non oportere esse exple-
tum quartumdecimum annum ad obtinendum
simplex beneficium post Concilium, sed cœptum;
prout non semel respondi innixus verbis præfati
Concilij, ibi ante 14. annum, ergo prohibet si ætas
sit nondum attingens 14. annum; non autem si in
ea sit ætate 14. annorum; quamuis non excesserit,
ex quibus, & alijs ita concludit Guttieres canon.
quæst. cap. 26. num. 33. & Hieronym. de Cauagl.
inter quæst. comin. contra comm. q. 523. Beneficia
Ecclesiastica nu. 4. & quæst. 693. Patronum laicum
nu. 18. asserit etiam Tuschus conclus. 338. lit. E.
nu. 12. tomo 3. & summa affectus sum lætitia cum
11. Februarij 1605. inter legendo commentarios
modernissimi quidem, sed eruditissimi viri Hiero-
nymi Gonzales ad 8. Regulam Cancell. glos. 5. in
princ. qui sub num. 90. & clarius sub nu. 95. refert
ita declaratum; quinimmo num. 91. testatur, quod
si in fundatione sit statutum, vt illud, etiam minor
quatuordecim annorum adipisci valeat, standum
sit fundationi, cui non fuit derogatum per iam di-
ctum Concilij decretum, & ipse scio declaratum
esse, non censeri inualidam præsentationem factam
3 de persona nondum attingente quartumdecimum
annum (licet in eo beneficio minor ætas non con-
cedatur, ex fundatione) sufficit enim quod ante
institutionem pertingat eam ætatem; non secus, ac
Laicus, si præsentetur; nam hanc præsentationem
factam de indigno, licet credat communis Docto-
rum sententia, probatque Lambert. de Iurepatron.
part. vlt. lib. 2. quæst. 2. artic. 3. eam tamen restrin-
4 xit Rota coram Orano 19. Nouembris 1584. non
subsistere, si fuit præsentatus proximè clericandus;
nam penitus indignus tunc non erit, & sufficiat si
ante institutionem fuerit tonsuratus.

5 Quod autem præfati Concilij sanctione in eo-
dem capite dispositum est, nè quis ante 14. annum
valeat obtinere beneficium Ecclesiasticum, ad
pensionem extendi placuit Congregationi, quæ id
ipsum tempus in pensione censuit necessarium es-
se, & opitulantur, quæ de Clerico habente tantum
pensionem loquentes tradunt Diaz. in praxi c. 61.
num. 10. Marchis. in commiss. admiss. ad bonorum
cession. par. 3. §. 1. num. 100. tom. 1. Marius Alterius
de censur. lib. 5. disput. 16. cap. 1. vers. postulabis, &
disput. 20. cap. 1. vers. Secundo dubitari potest, to-
mo 1. ipseque abundantius decis. mea 83.

Ex quibus satis copiosè apparet confirmatum,
quod Mandos. in tract. de minori ætate c. 4. nu. 17.
annotauit pro intelligentia dicti capitis conciliaris,
vt prohibitio de obtinendo beneficio ante illam
ætatem, subsistat, nedum si per viam collationis
daretur, verum etiam præsentationis, electionis, aut
alterius cuiuscumque prouisionis, stante generica
6 concilij prohibitione, & ob verbum in eo positum
(obtinere) quod generale esse, probat idem Man-
dos. super Reg. Cancell. 13. quæst. 13. & Reg. 5.
quæst. 4. nec non in glosa facultatum §. sanè versic.
obtinebat.

7 Illud verò, quod sacrum ordinem haberet an-
nexum, requirit eandem ætatem, quàm adiunctus
ordo exigeret, Gemin. in cap. si eo tempore nu. 7.
de rescript. in 6. Rebuff. supracitato num. 175. &
Barbat. consil. 33. scripsit Psalmista in fine 2. vol. per
glos. in citato cap. vers. non esses idoneus; quod ta-
men nonnulli verum esse fatentur, cum benefi-
cium dumtaxat ordinem sacerdotalem annexum,
secus veró si diaconalem, aut subdiaconalem habe-
ret, vt Io. Andr. in cap. ei cui, vers. Sacerdotalis, sub
num. 1. de præb. ibique Anchar. vers. tertio nota
Dec. in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 21. de
elect. Roman. consil. 325. quo ad primum, num. 1.
Lambert. tract. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 7.
artic. 29. num. 2. quare adiungunt Dec. & Roman.
memoratis in locis, beneficium habens ordinem
diaconalem, vel subdiaconalem annexum, confer-
ri posse non existenti in ætate ad illos ordines legi-
tima, & prouisus valeat illud retinere, suscepturus
tamen ordines requisitos, cum idonea superueniet
ætas, suffulti præsertim dispositione adducti cap.
ei cui, statuentis, vt adipiscens præbendam sacer-
dotalem in ea sit ætate, quam canones deposcunt
ad suscipiendum sacer lotium, ex quo iustè cre-
dunt negare posse, idipsum esse respectu beneficij,
cui annectitur ordo diaconalis, vel subdiaconalis,
in quo si Papa illud idem sensisset (ex eorum sen-
tentia) inibi expressisset; contrariam verò fir-
mauit resolutionem Archidiacon. illo eodem
cap. ei cui, num. 1. in fin. ibidemque sequuntur
Philipp.

Philipp. Franch. nu. 14. Gemin. nu. 7. verſ. & iſtam partem, & rurſus indicato c. ſi eo tempore, nu. 7. collaudantq; Ioan. de Lignan. Ioan. Calder. & Io. de Fano, quos referunt ijdem Franch. & Gemin. nuper citato, cap. ci, cui; illorumq; placet ſententia cum nulla diuerſitatis ratio adduci poſſit, quæ ſubſiſtat, ſed eadem in vtroque rectè aſſignetur, ſcilicet ætatis defectus, tùm maximè, cum idem Ioannes Andr. gloſauerit pro hac parte in gloſa penult. (ibi niſi eſſent talia beneficia, quæ ſacrum ordinem haberent annexum) in dicto cap. ſi eo tempore, & cap. cum in illis verſ. prouideri in fine de præb. in 6. & in cap. 1. verſ. tale, de filijs præsbyt. in 6. neque vrget pro contraria opinione, text. ab illis citatus, in c. ci cui, namque reſpondet illic Papa ſucceſſo, & propoſito caſui, itaque non excludit ſimilem, quod latè probo, deciſ. mea 90.

9 Pro beneficio verò, cui non ordo, ſed aliquod onus apparet per expreſſa verba adiunctum, nempè celebrationis miſſarum; neque ætas ad Sacerdotium conſtituta, neque ſacerdotium ipſum requiritur, in eo, qui illud adipiſci peroptat; quandoquidem miſſæ onus poterit explere per Vicarium, annexoquè muneri deſeruire, vt lapus perſæpè tenuit alleg. 35. Verum abſque diſpenſatione, ſub nu. 2. alleg. 116. Philipp. verſ. ſtabitur igitur ſub nu. 3. alleg. 117. pactum poſt nu. 2. adducitque Calder. in cap. ſuper inordinata de præb. & inferius ipſe copioſius declaro, ver. quartam nunc mihi aſſumo.

Verum ipſe opinor prædicta ſubſiſtere, quoties tenor fundationis abeſt, & origo inſtitutionis, ſiuè erectionis Iuris patronatus non producitur; quia ſi illa adeſſet, cuius tenore expreſsè diſponeretur, vt eſſet Sacerdos, tunc ſeruanda omnino eſſet inſtituentis voluntas.

Sed quia plura occurrunt dubia, eaque omnia ſanè notatu digna, & in praxi admodum neceſſaria, ideo veram illorum reſolutionem inueſtigari

9 decet; dubitatur enim, quæ ſint verba, ex quibus mens fundatoris colligatur, vt ſit ſacerdotalis cappellania, cum adeo nō adſunt expreſſa verba, quibus citra omnem difficultatem illius intentio, pateat. Alterum ſit nè Sacer ordo neceſſarius tempore aſſecutionis? tertium quæ ætas requiratur in illius aſſecutione. Ac quartum ſi poſſit per alium deſeruire, qui obtinuit dictam Cappellaniam requirentem Sacerdotium.

Ad primum reſpondeo, quod ſi illius verba eſſent, vt in ea præſentaretur, aut nominaretur Præsbyter, ſiue ſacerdos, quamuis alia abeſſent, quæ apponi plerunq; ſolent, nempe, qui celebret miſſas aut his ſimilia, certe ſacerdotalis iudicanda eſt, iuxta reſolutionem Caſtrenſ. & Philippi probi in locis mox citandis, & conuenit deciſ. Rotalis coram Ampliſsimo Mantica in vno Pampilon. ſacrificij 11. Februarij 1591. quam etiam inſerius memorabo. Quod ſi diceretur in ea, vt Cappellanus nominaretur, adhuc eſſet Sacerdotalis, vt inquit Paul. de Caſtro conſ. 358. primo eſt ſciendum vol. 1. & Philipp. prob. ad Ioann. Monachum in c. ei cui, de præb. in 6. opitulaturq: Nauar. conſ. 6. reliquit teſtator, de præb. dum præſupponit eum teneri ad celebrandum miſſas, quamuis non omnidie; ergo eſt Sacerdotalis cappellania, ſed prædictis, ſi alia adiungerentur verba, inſtituentis voluntatem clarius præportantia; eo caſu, certior apparet reſolutio, nempè, vt eligeretur, aut præſentaretur præsbyter, vel ſacerdos, qui celebret tot miſſas, Rocchus de Curte in tract. de Iure patron. verbo honorificum, nu. 21. Lambert. eodem tract. lib. 2. par. 1. q. 7. artic. 27. nu. 3. & artic. 29. atque Borgnin. Caualc. deciſ. Fiuizan. 63. Reuerendus Præsbyter, ſiue 17. nu. 21. de contract. part. 2.

10 Ad ſecundi quæſiti reſponſionem, nunc deflectens, recordor omnes præcitatos Doctores acriter defendere ſacerdotalem ordinem requiri tempore prouiſionis, & impetrationis, & hanc tuetur Præterea Mandos. in tract. annalium caſuum, nu. 8. Dec. conſ. 129. pro tenui, nu. 5. Ioan. Guttier. conſ. 1. num. 11. ac conſ. 2. per totum, nec non Didacus Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinamenti col. 246. verſ. notabile eſt etiam dubium.

Secunda vero aliorum eſt ſententia, nè debeat eſſe actu Sacerdos, cum illam conſequitur, & ſufficiat ſi infra annuum tempus aſſumatur ad ſacerdotium, quam omni conatu nititur tueri Hieron. de Cauaglios inter communes opiniones contra communes, quæſt. 693. Patronum laicum à nu. 7. Alterque Hieronymus ſimiliter Hiſpanus, cognomento tamen Gonzalez in ſuis commentarijs ad Reg. Cancell. 8. gloſ. 5. in princ. num. 74. & Spino in ſuo Specul. teſtam. q. 4. princip. nu. 68. multis ad id impulſi rationibus, ea præſertim, quod vna quęlibet perſona in ſua diſpoſitione videtur velle adherere diſpoſitioni iuris communis, ex Bar. in l. hæredes mei §. eum ita nu. 4. ff. ad Trebell. Afflict. deciſ. 44. de tribus nu. 20. & communi relata per Iaſon. & alios ab eodem Cauagl. memoratos; atq; Decian. conſ. 18. nu. 20. lib. 1. ſed beneficium habens annexum ſacerdotale miniſterium, impetrare de iure non vetatur, qui eo caret, licet teneatur infra annum á die poſſeſsionis requiſito ordine inſigniri, per cap. cum in cunctis de elect. & cap. 15. cui de præb. in 6. clem. generalem de ætate, & qualit. & Concil. Trid. cap. 4. ſeſſ. 22. de reform. ibi, vt alij miſſas, & cap. 12. ſeſſ. 24. ſimiliter de reform. ergo ſequitur neceſſaria illatio, quod iſte huius patronatus inſtitutor, voluerit, vt eiuſmodi Cappellanus eueheretur ad Præsbyterium infra annum.

Tertia fuit opinio eiuſdem Borgnini Caualc. qui præfatæ quæſtionis dum voluit rurſus inquirere veritatem in deciſ. 10. ſequendo, nu. 7. & deciſ. 11. poſt nu. 18. par. 3. credidit rectius loqui, ſi præhabita diſtinctione reſponderet, itaque arbitratus eſt, illum oportere eſſe Sacerdotem, ſi eſſet nominandus Sacerdos, vel præsbyter, qui celebret, vel alijs verbis in eandem tamen ſententiam propendentibus, conciperetur ſermo erectionis, puta cum onere celebrandi tot miſſas per Præsbyterum, ſiue Sacerdotem nominandum, ſeu præſentandum à patronis; quod ſi Sacerdotis, vel Presbyteri mentio nulla fieret in ipſa fundationis ſcriptura, ſed Cappellani, etiam quod addita fuerint illa verba, qui celebret, vel reliqua ſimilia, mox recenſita, non oportere, tunc eſſe actu Sacerdotem exiſtimauit, quamuis ætatem vigintiquinque annorum attigiſſe crediderit neceſſarium, pariterque Sacerdotio ante lapſum anni inſigniri oportere; cuius quidem opinio nimis æqua, & à veritate aliena

aliena fortasse videtur, tum ex dictis antea cum probaui sacerdotium in eo requiri, dato quod diceretur tantum in erectione, vt eligeretur Cappellanus ob significationem illius nominis Cappellani, cuius appellatione venit, qui actu Sacerdos est, per Barb. loco citando, tum quia, & multo magis, si alia prædicta verba sequantur, vel etiam antecedant, quæ apertam indicant instituentis intentionem. Quin etiam si præfatus erector mandasset præsentari Cappellanum, qui per se, vel alium diceret tot missas, vtique Sacerdotali ordine initiatus esse deberet, eo tempore, quo prouidetur de illa iuxta resolutionem, quam multis ornat rationibus Barbat. conf. 33. quo ad primum articulum à nu. 8. vol. 2. Lambert. indicato tract. par. 1. lib. 2. quæst. 7. princip. artic. 28. per totum maximè nu. 3. Nauar. autem, quartam videtur tradere, vt possit non Sacerdos, dummodo in proximis sequentibus temporibus ordinetur, eo ordine, & sic non indulget integrum annum, in conf. 7. de Capellania, num. 2. de præbend.

Verumtamen ipse priori nullatenus aberrare sententia audeo, insecutus illius defensores, & rationes per ipsos recitatas, neque aduersatur ratio à contrarijs adducta, quod præsumatur homo voluisse inhærere dispositioni Iuris, quæ se habet, vt assequi valeat beneficium, qui ordine caret requisito, ad illud, dummodo antequam prætereat annale tempus promoueatur ad requisitum ordinem namque isthæc ratio non subsistit, hoc casu, vbi expressa requiritur conclusio, vt in dispositione hominis, vel consuetudinis adhibentis sacerdotium, tunc actu debeat esse Sacerdos, aut in alio ordine requisito, & annus dicatur, solummodo concessus ad assumendum ordinem necessarium, quando iuris, vel statuti sanctione exigeretur talis ordo iuxta Lambert. repsonsum, par. 1. lib. 2. quæst. 7. princip. artic. 29. post num. 4. Caualcan. in eadem decis. 17. post nu. 21. & conuenit decis. Rotæ 3. si statutum, vel 1. de præb. in nouis, vbi determinauerat Rota, vt non Sacerdos impetrans beneficium requirens ex statuti forma Sacerdotium tempore impetrationis validè dicatur prouisus ob clausulas non obstantiarum in literis Apostolicis apponi solitas, modo infra annum fiat Sacerdos præterquam si super illo particulari beneficio reperiatur requisitum Sacerdotium à fundatore, eoque laico tantum.

Item aduersus hanc sententiam non vrget illatio adducta per Gonzal. eadem glosa 5. á nu. 74. qua pro ratione vtitur ad confirmandam suam sententiam, quam secundo loco retuli, probat etenim in his casibus, vtcumq; amplissima continentibus verbis, nó teneri per seipsum deseruire, & celebrare, sed intercedente persona Vicarij, (cuius quæstionis veritatem inferius inquiram) ideo compelli, vt Sacerdos sit, cum similem obtinet cappellaniá, non potest. Ista siquidem consequentia, nullatenus militat, scilicet, valebit missas per alium celebrare, ideo nó oporteat, vt sacerdotio honoretur, namque prædicta potius inter se distant, idque patet ad sensum ex decreto Concilij, quod num. 88. ad verbum rescribam.

Tertio non ipsa impugnatur ex decis. Rotæ ab eodem Gonzales relata, nu. 85. qua in vna Pampilonen. sacrificij 17. Februarij coram Mantica doctissimo viro, & Cardinali meritissimo tentum est, vt non obstante fundatione, qua ad Cappellaniam præsentarentur, & instituerentur Præsbyteri, illa nihilominus Cappellania non sit sacerdotalis; non solum ea ratione freti, idem Mantica, & reliqui DD. Auditores in eam deflexerunt sententiam, quod per illa verba non dicatur necessarius ordo

11 Sacerdotalis, sed insuper, quia obseruantia subsequens opitulata est; quandoquidem licet sæpè fuissent in ea præsentati Præsbyteri, aliquando tamen Clerici inferiores, ob quam subsequentem obseruantiam admittendi, quandoque non Præsbyteros, rectè ita interpretata fuit iam dicta erectio; tùm quia obseruantia est optima, cuiuslibet dispositionis interpres iux. l. si de interpretatione, & l. minimè ff. de legib. Roman. conf. 271. vis tota præsentis, nu. 4. & Crauett. conf. 201. præsupponitur, nu. 12. & conf. 766. Illustris sub nu. 7. tùm quia passim doctores aiunt, standum esse subsequenti vsui, cum dispositio est dubia; quorum auctoritate impulsus Gabriel in hac peculiari materia Iurispatronatus, subsequentem vsum actendendum dixit conf. 196. Iuspatronatus, n. 6. vol. 2. & Borgn. adducta, decis. 11. num. 2. nam licet ex proprietate vocabuli, præsbyter intelligatur, qui habet ordinem Sacerdotalem, & ita regulariter sumatur; nihilominus, quia largè conuenire potest etiam Clericis inferioribus, per cap. vestra, iuncto principio, cum fine de cohabitat. cleric. & mulier, ideo vsus potuit extendere nomen istud ad latam eius significationem.

Tandem declaratio Congregationis Cardinalium Concilij interpretum rescripta nu. 88. neque refragatur, cuius verba insinuant, ex fundatione teneri Cappellanum celebrare diuina officia, quæ cum ampliorem præseferant intelligentiam, non videantur restringenda ad celebrationem missarum; qui quidem intellectus, clarior fit ex alijs verbis, annexis, diuina officia, diè, noctuque, & longè clarior redditur, ex alijs, sicut cœteri Cappellani faciunt, ergo plures erant Cappellani in illa Cappella conuenientes, & recitantes diuina officia, hoc est matutinum, reliquasque canonicas horas.

Vtrùm verò resistat altera eiusdem Congregationis declaratio. inferius à me, rescribenda, subsisto cum in præsentia diffinire non audeam.

12 Tertio nunc principali quæsito, vt satisfaciam, scilicet, quæ ætas requiratur in illius assecutione, respondeo, quod si mea, veritate nititur opinio, oportet vigesimumquintum illum attigisse annum, & si hispanorú verior erit, satis vtiq; erit, vigesimumquartum ingressum esse, vt ijdem adduntmaximè Cauaglios, nu. 8. sed Nauarr. tertiam proposuit opinionem, debere tunc esse in anno vigesimoquinto, licet non opus sit, vt eomet tempore sit sacerdotio insignitus, possitque postmodum in primis temporibus insigniri; eaque fouetur, ea potissimum ratione, quod Ecclesiæ Curatæ, quoties datur Vicarius perpetuus, si beneficiatum mori contingat, ei substituendus esset alter, qui vigesimumquintum attigisset annum, quique intra annum assumatur ad sacerdotium, sicuti alius quiuis curatus non habens Vicarium.

13 Quartam nunc mihi assumo resoluendam quæ-

quæſtionem, nec nè poſſit per alium inſeruire, qui ſacerdotalem poſſidet Cappellaniam, & poſſe reſpondit Lapus in allegationibus á me citatis, nu. 8. Felin. in cap. cum omnes verſ. & hoc procedit etiam ſi ex ordinatione teſtatoris, ſub num. 32. & inibi Decius propè finem de conſtit. Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 112. D. caro in princ. lib. 1. & Cardin. in cap. de multa, ante finem, de præb. Berous conſ. 5. nu. 28. vol. 1. Franciſ. Marcus deciſ. 799. part. 2. Grat. deciſ. Marchiæ 153. ſub nu. 3. cum ſeq. Ann. conſ. 22. nu. 10. Monald. conſ. 129. vol. 2. definuitq; Rota, in vna Romana Capellaniæ 23. Ian. 1589. coram Pamphilio, & in altera Lucana Capellaniæ 12. Decembris 1593. coram Giptio; atque in vna Tiraſonen. Cappellæ 9. Iunij 1603. coram Sacrato, demumque declarauit Sacra Congregatio Concilij, quam Rota memorat ſn adducta deciſ. Lucana, & Gonzales in gloſ. 5. ſupra citata, nu. 84. & hanc quidem veram doctrinam, non ſola diſpoſitione legum publicarum fulciri autumo, at conſuetudine potius vniuerſali, qua omnes vtuntur, idque eiuſdem Lapi verba, in ead. allegat. 35. ſub num. 4. inſinuant, aliaque Felini in eodem verſ. & hoc procedit. In quem profectò ſenſum, alij complures auctores receperunt ipſius Lapi verba, & dicunt, quod vbi ex mandato teſtatoris, vel alterius decretum fuerit, Eccleſiam conferendam alicui, vt continuò in ea celebret, non ſit vetitum alteri in eadem celebrare nomine prouiſi, ſi conſuetudo ſuppetat: ita Ioannes de Selua, fretus iam dicta allegatione, in ſuo tract. de beneſ. par. 4. q. 2. poſt num. 3. & Petrus Aduena, Reg. 134. num. 2. part. 1. eiuſmodi itaque ſententia, doctoribus, deciſionibus, & declaratione fulcita, omnino tenenda eſt, paruipenſa pugnante ſententia Guttieres conſ. 1. ſub nu. 11. & conſ. 2. ſub nu. 18. niſi tamen verba erectoris expreſsè ſignificarent intentionem illius eſſe, vt per ipſum Capellanum miſſarum celebratio fieret, iuxta Decretum congregationis, Concilij, cuius verba ſubijcio, ſimul cum petitione, cuiuſque originale perlegi?

Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini, Anibal de Iannellis in ſuo teſtamento diſpoſuit, quod ſui hæredes dent vni ex filijs ipſius teſtatoris pro alimentis, cui dictis hæredibus melius placuerit, & qui ad officium Clericatus aſcendere voluerit, vnam vineam ipſius teſtatoris, cum onere, quod cui dederint, ille teneatur pro anima ipſius teſtatoris celebrare annuam miſſam cantatam, in quolibet annali die mortis ipſius teſtatoris; & dicto eius filio ſuccedenti defuncto, alius ex eius filijs ſimiliter ſacerdos ſuccedat, cum eodem onere; & dictis eius filijs ſacerdotibus defunctis, vadat in perpetuum, cum eodem onere ad propinquiorem Sacerdotem de familia Iannellæ.

Dubitari contingit, an ſupradictum relictum, ſit ſimplex legatum, cum onere tantum aſſumendi ordinem clericalem, & miſſam celebrandi, ita vt nulla ſit opus inſtitutione ordinarij, vel potius ſit beneficium Eccleſiaſticum, erectum de Iure patronatus familiæ de Ianneliis.

Secundo, An in eo, qui conſequi tale legatum prætendit, requiratur ordo Sacerdotalis, & teneatur per ſe ipſum miſſam celebrare, vel ſufficiat, quod ſit Clericus, & poſſit per alium dicto oneri miſſam celebrandi ſatisfacere?.

Ex quibus ſupplicatur pro deciſione.

Congregatio Concilij ad primum reſpondit, hoc eſſe ſimplex legatum, cum onere aſſumendi ordinem ſacerdotalem, & miſſas celebrandi, ideoque non eſſe opus illa ordinarij inſtitutione.

Ad ſecundum; ad huiuſmodi legatum conſequendum oportere eſſe conſtitutum in tali ætate, vt intra annum ad ſacerdotium poſſit promoueri, eoque anni ſpatio Sacerdotij ordinem debere ſuſcipere, ſed quo ad celebrationem miſſæ, poſſe etiam per alium huic oneri ſatisfacere, niſi fundationi præter expreſſa inſint alia verba, quæ ſignificent, vt per ſeipſum id muneris explicet.

A Cardinalis Viceccomes. Locus ✝ ſigilli.

Ex hoc decreto, cuius originale ad meas peruenit manus; quatuor ni fallor colliguntur concluſiones, earumque prior, vt illa ſatis ſit ætas, idonea, vt durante anni ſpatio Sacerdos fiat; Altera vt Sacerdotium non ante impetrationem neceſſario aſſumpſerit, ſed poſtea, dummodo antequam labatur annus promoueatur ad illud; Tertia licere huic Cappellano ſuo oneri celebrationis miſſarum ſatisfacere per Vicarium; Quarta demum, & proximè præcedentis reſtrictio, ſi verba ſint pregnantia, quibus omnimodo inſtituentis voluntas deprehendatur, vt per ſeipſum celebret, nam tunc minimè ſuum adimplet munus, ſi non ipſe, verum eius Vicarius miſſas celebraret, & vera prioribus quæſtionibus ſit ex his data reſponſio, ex quibus cauendum eſt, à reſolutione Garſiæ Maſtrilli, in deciſ. 2. de Iure nu. 8. defendentis adeò verum eſſe, vt Cappellanus per ſeipſum celebret, quod etiam ſi verba erectionis inſinuarent, miſſas celebrandas per ſe, vel alium, quia intelligenda arbitratur, quando Cappellanus aliquo legitimo detemptus eſſet impedimento, ideo credit, in caſu tantum impedimenti, inſeruire, per ſubſtitutum poſſe, alioquin per ipſummet dumtaxat poſſe.

Et ſumpta occaſione ab vltima iam relata concluſione, inquiro, ſi beneficiatus prædictus,
14 nequeat ſuo muneri ob aduerſam valetudinem inſeruire Miſſaſque celebrare, teneatur nè alterum interea ſubſtituere, qui celebret durante infirmitate? & ſequutus Petrum de Nauar. in tract. de reſtit. lib. 2, nu. 210. concludit memorata gloſ. 5. Gonzales nu. 71. teneri alterum deputare, niſi breui tempore infirmetur, vel. egeſtas non patiatur alium conſtituere: cuius reſolutionem, ipſe quoque amplexor, vbicumque munus per ſe ipſum obire tenetur Azzor. lib. 10. Inſtit. Moral. cap. 24. verſ. ſeptimo quæritur, & poſſunt applicari verba Guttieres conſ. 1. ſub nu. 11. & conſ. 2. ſub num. 18. quin, & tunc ſi celebrare per alium conſueuerit, neque ſemel liceret, ad inſtar Canonici non ſoliti
15 deſeruire, qui ſuperueniente ægritudine diſtributiones non percipit, vt poſt Ioann. And. Card. & Abb. in cap. ad audientiam, de Cleric. non reſid. ſcribit Alex. Moneta in ſuo tract. de diſtribut. quotid. par. 2. q. 6. nu. 27. Sicuti, & cum per alium poteſt inſeruire, quamuis ipſe miniſterium conſueuerit adimplere ex eodem Azzorio, quin, & tunc, ſi per ſubſtitutum ſatisfacere iniuncto muneri ſolitus fuerit, dictuſque ſubrogatus morbo aliquo correptus

ptus detineatur prosequi celebrationem, quidem omni cessante fraude minimè cogatur alium incontinenti constituere, nisi ipsius Vicarij salus longius protelaretur.

His præterea impellor falsam omninò affirmare, vulgi sententiam illam, de beneficiato possidente beneficium, cum onere singulis quibusque diebus celebrandi missam, potiri vacua die, quauis in hebdomada, atque vt omnes aiunt, missam francham habere, in hebdomada? licet enim non ignorem Augustinum in cap. quotidie de consecrat. dist. 2. neque laudantem, neque vituperantem, omni die celebrantem; Necnon Abb. assertionem inualidum existimantem statutum, obligans Sacerdotem, quolibet die sacrificare in cap. consuluisti, num. 1. de celebrat. missar. idque notandum adiungit pro institutionibus beneficiorum, in quibus apponunt nonnumquam Patroni, vt promoti ad illa teneantur singulis quibusque diebus celebrare, sequiturq; glos. finalis Lancell. super instit. canon. lib. 2. tit. 6. §. inualuit tamen, latiusque explicat idem Abb. in cap. significatum, num. 4. de præb. inibique apertius fatur, illicitam propterea existimans institutionem beneficij, qua beneficiatus arctatur ad quotidie immolandum, sæpenumero quippe materiam peccandi præbere ait, cum facile contingat, Sacerdotem, non ita deuotum reperiri, vt res ipsa postulat, quin semper ita reperiri, perdifficile censet, ac satis esse felicem, qui digne posset omni die missam celebrare. Attamen deduci ex prædictis rectè posse autumo, statutum & institutionem prædictam, ita loquentem ex verbis eiusdem cap. significatum, interpraetandam esse salua honestate, ac debita concernente præparatione, & deuotione, nullaque existente, nè dum graui, sed alio quoque exiliori, legitimo tamen impedimento; si scilicet in somnis pollutus, si incidenter euenit, vt vestimentis careat, alijsque similibus, Illam verò superius relatam vulgi assertionem, de vacua die in omni hebdomada, & sic nulla ex causa, tuncquè possit, vel abstinere, vel quod peius alij agunt, missam alibi, alteriusq; Cappellaniæ, vt satisfaciant, celebrare; nullatenus colligi posse existimo, & fieri nequire arbitror, cum Medina præsertim in C. de confess. c. 14. in fine, dicat, quod elapsis diebus, in quibus celebrare tenebatur Cappellanus teneatur postea totidem dicere, ne dotator defraudetur, cumque etiam in eo, qui ratione beneficij non arctatur, laudabile sit, tatnum quotidie suscipere Sacramentum; ait enim D. August. serm. 28. parum ante medium, tomo 10. iste panis quotidianus est, accipe quotidie vt quotidiè tibi prosit; & D. Ambr. lib. 4. cap. 26. tomo 4. si quotiescumq; effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum, effunditur; debeo semper accipere, & qui semper pecco, debeo semper habere medicinam, & quia idem Augustin. eodem serm. 28. adiungit, sic viue, vt quotidie merearis accipere; Ideo D. Thom. in 3. par. quæst. 21. siue 80. artic. 10. in medio, concludit, tum ex parte ipsius Sacramenti, tum ipsius sumentis laudabile esse, quotidie sumere, & D. Bonau. lib. 4. sent. dist. 12. par. 3. artic. 2. q. 2. & Alex. Alensis par. 4. quæst. 11. membro 2. art. 4. §. 1. sed qui multoties in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionem vel animæ, quotidie ad hoc Sacramentum accedere, non est vtile omnibus hominibus, sed quotiescumque se ad illud homo inuenerit præparatum, vt illic Thom. & alij annuunt, nec non insequitur, Anton. Timothæus in sua annot. ad memoratum §. inualuit; itaque si nullo valido detemptus impedimento, nullaque obligatione deuinctus, rem agit laudabilem, omni die sacrificare, quin ita viuere debet, vt quotidie mereatur facere; quanto magis, & ille, qui ratione beneficij sponté suscepti, id exequi obligatur, & ratione cuius, recipit denarium illius diei? licebit igitur, mea sententia eiusmodi beneficiato, concurrentibus, à me traditis in antecedenti vers. abstinere, si causa subsit, ea autem cessante missam dicere omittere non valeat, & multo minus celebrare, vt alterum adimpleat onus.

Quia verò dubitatum, quandoque generatim fuit, si liceret seruire per substitutum in beneficijs omnibus; sicquè gaudere distributionibus quotidianis, & memini circa priorem partem huius quæsiti me aliqua scripsisse, maximè supra nu. 14. & infra à num. 105. vsque ad num. 122. pauca modò subijciam enodantia posteriorem, & sequutus Calder. conf. 1. dubio 2. de cleric. non resid. atque Galetum in Margar. casuum conscient. verbo distributiones §. 6. existimo, nefas esse, nisi priuilegiò quis potiatur: & quoniam acquiri ex priuilegio quicquid potest, itidem & præscriptione, siue consuetudine; nam stante capacitate, vtique præscriptio, & priuilegium à pari procedunt, vt optimè post Ioann. Monach. notat Probus in cap. 2. nu. 8. de præben. in 6. nimirum. si illa existente seruiendi per alium, posse, & distributiones percipere credendum est; alioquin vanum esset indagare, si alium substituere valeret; quin incassum tot doctissimi viri eam disputassent quæstionem, & in casibus multis, quos referunt, annuissent; Cui resolutioni non vtique aduersatur dispositio capitis, vnic. de Cleric. non resid. in 6. irritans consuetudinem permittentem distributiones non seruientibus, stante exceptione non residentiæ, quod non semel diffiniuit Rota teste Serafino decis. 1131. part. 2. neque remittentibus Canonicis, aut alijs colleghis, teste Menoch. de arbitrar. casu 429. nu. 6. aut donantibus, siue gratiam, quoquomodo facientibus, & vniuerso capitulo annuente Grat. lib. 1. disceptat. forent. cap. 166. etiam pro momento temporis, firmat idem Gratian. nu 31. Isthæc siquidem omnia, & alia complura, procedunt cum nullus inseruit, non in casu isto, in quo subrogatus assistit horis canonicis, & consecutiuè Ecclesia proprio non fraudatur seruitio, hæcquè mihi videtur vera replicatio, neque contradicunt verba Felini incidenter prolata in Calce Consilij 18. cum dicunt, regulam improbantem consuetudinem percipiendi distributiones in absentia, procedere in absente continuo ex causa propria, & seruiente per Vicarium; nam illa omnia vnitim concurrere supponunt, vt scilicet sit absentia continua, sit ex causa propria, & inseruiat per substitutum; ideo si prior abesset circumstantia, & non esset absentia continua, cessaret, & Felini sententia, & consecutiuè meam á contrario sensu comprobant

probant

probant replicationem; quam reſtringo ad aliquod tempus, menſes ſcilicet, aut etiam annos; tuncque conſuetudo valida ſit concedens ſeruire per ſubrogatum, & diſtributiones percipere, idemque Felin. apertè probat in cap. cum omnes ſub nu. 32. de conſtit. ſequiturque Grat. deciſ. Marchiæ 155. nu. 7. ſicuti, & cum omnes fructus conſiſtunt in diſtributionibus, quo caſu, ſi Epiſcopo inſeruiat canonicus, aut alter ſimilis, duas valeat illarum aſſequi portiones, tertia tantum amiſſa in beneficium ſeruientium, eodem Galeto teſte indicato verbo, diſtributiones §. penultimo. Quod ſi præbendam quoquè continerent iam dicta beneficia, omnibus prorſus priuarentur diſtributionibus, etiam ſi Papæ ſeruitio incumberent, ex reſolutis per monetam, mentionato tract. de diſtrub. quotid. par. 2. quæſt. 9. à num. 13. & quia tex. in cap. olim de verbor. ſignif. habens plures intellectus, aliqualis in cauſa eſt dubietatis, ideo præter cumulata illic per ipſum monetam, veritatem ſtatutæ concluſionis præportantia, & quæ de iure adiungere poſſem, verba tantum cuiuſdam breuis ſanctæ memoriæ Pauli Papæ Quarti, expediti in gratiam Ioannis Auguſtini Campanilis mei Patrui, tunc Canonici Neapolitani, & eiuſdem Sanctiſſimi. Cubicularij participantis, Epiſcopi Minorenſis, reſcribam; Eaque ſunt.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Gratis deuotionis obſequijs per te nobis hactenus impenſis, & quæ te impenſurum ſperamus, inducimur, vt te ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequamur. Cum itaque (ſicut accepimus) in fundatione, ſeu ſtatutis Eccleſiæ Neapolitanæ, forſan in illius erectione Apoſtolica auctoritate, aut alias editis, aut etiam conſuetudine, ſeu priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis, illi, & dilectis filijs Capitulo dicta Apoſtolica auctoritate conceſſis, & confirmatis, inter alia caueatur expreſsè, quod Canonici ipſius Eccleſiæ, in ea perſonaliter reſidere, & illi in illis deſeruire teneantur, alioquin de fructibus Canonicatuum, & præbendarum per eos obtemptorum, nihil percipere debeant. Nos volentes te etiam Cubicularium ſecretum, & continuum commenſalem noſtrum antiquum, aſſerentem te Canonicatum, & præbendam dictæ Eccleſiæ Neapolitanæ, etiam dum in minoribus conſtituti Eccleſiæ Neapolitanæ ex diſpenſatione Apoſtolica præeſſemus, nobis ſeruiendo obtinuiſſe, & obtinere, fauore proſequi gratiæ ſpecialis, huis in hac parte ſupplicationibus inclinati; Tibi, vt eiſdem obſequijs noſtris inſiſtendo, in dicta Eccleſia perſonaliter reſidere, & illi deſeruire minimè tenearis, nec ad id per pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Neapolitanum, ſeu prædictos Capitulum, aut quoſcumque alios, quauis auctoritate fungentes, compelli, ſeu coarctari, neque Canonicatu, & præbenda prædictis deſtitui, ſeu illis, aut illorum fructibus huiuſmodi priuari, vel deſuper moleſtari, quomodolibet poſſis, neque debeas; Et nihilominus interim omnes, & ſingulos fructus, redditus, & prouentus dictorum Canonicatus, & præbendæ, quos ſi in eadem Eccleſia reſideres, & illi perſonaliter inſeruires, percipere, exigere, & leuare poſſes (quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis) percipere, exigere, & leuare liberè, & licitè valeas, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Quo circa dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel aliũ, ſeu alios faciat te præſentibus literis, & in eis contentis quibuſcumque pacificè frui, & gaudere, non permittens te per Archiepiſcopum pro tempore exiſtentem, & Capitulum prædictos, ſeu quoſcumque alios quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras; & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, quibuſuis Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Concilijs æditis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon fundatione, ac ſupradictis, & alijs dictæ Eccleſiæ, & iuramento Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam ſi de illis ſeruandis, & non impetrandis litteris Apoſtolicis contra ea, & litteris ipſis, etiam ab alio, vel alijs impetratis, ſeu alias quomodolibet conceſſis, non vtendo, tu, per te, vel procuratorem tuum præſtiteris hactenus iuramentum, necnon priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis Eccleſiæ, & Capitulo prædictis, etiam per nos, & ſedem Apoſtolicam, etiam ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, & confirmatis; Quibus omnibus, ac fundationi, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus ſupradictis, etiam ſi alias pro ſufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrarijs quibuſcumque; Aut ſi Archiepiſcopo, & Capitulo prædictis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die tertia Decembris milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto Pontificatus noſtri Anno primo.

Subſcriptum Io. Carengus.

A tergo vero Dilecto filio Ioanni Auguſtino Campanili Canonico Neapolitan. familiari noſtro. Deinde ſigillum impreſſum ſub annulo Piſcatoris

Ex iſto Pontificio reſcripto depromitur facile, aſſumptum in ſuperioribus conſtitutum, tanta firmitate pollere, vt non modo verum ſit, Canonicum inſeruientem Epiſcopo, aut etiam Papæ, minime gaudere diſtributionibus quotidianis; verum, cum ſupremus ille Pontifex voluiſſet gratioſe ſe gerere cum ſuo intimo familiari, atque vt ſuis

suis assisteret seruitijs, absoluere à residentia, non tamen concedere voluit potestatem percipiendi distributiones; Illæ vero fructuum appellatione vtrum veniant, memini tractari per scribentes, potissimumq; per Caputaq. decis. 29. part. 2. abnuétem, ac propterea illos non venire in condemnatione adiungentem, si tamen quotidiè distribuantur, non aliæ, puta, quæ in fine anni, quas verè fructus, licèt affirmet non esse, magis tamen ad fructus, quám ad distributiones pertinere adiungit, cuius distinctioni non adhæreo, propterea quod, non ideo amittunt propriam naturam distributionum quotidianarum, dummodo in illis persoluendis habeatur respectus ad singulos dies, & horas præstiti seruitij Achill. decis. 275. vel. 12. de præb. & post alios docet Moneta, in tract. de distrib. quotid. par. 3. q. 3. sub nu. 22. atque in hac specie generatim loquens, eadem Rota, constituit, eas non venire fructuum nomine, neque in condemnatione, nisi in certis quibusdam casibus, videndis in decis. Blanchetti à me relata inferius, rubr. 11. cap. 13. nu. 306. Illud insuper certum est, non eas computari inter fructus cum de valore expresso in beneficij impetratione agitur, teste Rota decis. 407. siue 33. num. 2. de sent. & re iudic. in antiq. ipseque latius alibi probaui.

Consului etiam cuidam integerrimo Antistiti, vt distribuciones Canonicorum non interessentium, fabricæ cuiusdam monasterij pauperis assignaret; cuius Consilij notitiam cum haberet Metropolitanæ cuiusdam Ecclesiæ, quidam, & perdoctus in vtraque pagina Canonicus, eumdem alloquens Episcopum, non sine admiratione respondit, quod nisi consulentem sciuisset, consilium omninò falsum, & à veritate alienum replicasset; cuius verbis Præsul ille suapte natura dubius, perterritus, suis ad me datis litteris eademmet illius verba rescripsit: Meum igitur Consilium auctoritatibus comprobatum censui ad eumdem mittere Canonicum, his conscriptum verbis: Audiui dubitatum fuisse à dominatione tua, quod responderim D. meo Episcopo N. posse distributiones Canonicatuum suæ Cathedralis, quibus absentes priuantur, ascribere fabricæ pauperrimi Monasterij Monialium S. N. cum potius debuisset dubitare, cur non semper eiusinodi locis pijs applicentur, ob dispositionem Concilij Trid. id mandantem in cap. 3. sess. 21. de reform. iuncto cap. 1. vers. si quis autem sess. 23. de reform. quorum sanctio, quatenus admitteret interpretationem Nauar. relatam à Moneta, atque alteram eiusdem Monetæ in tract. de distrib. quotid. par. 3. cap. 3. sub num. 28. & 29. insinuat nihilominus, illarum naturam procliuam esse ad subueniendum Fabricæ Ecclesiæ, si indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio ordinarij; quibus addimus Rotæ decisionem coram Blanchetto 325. par. 2. diuers. apertis verbis affirmantem, ita decisum, & alijs, non hactenus adductis, suffultam iuribus. His visis, & consideratis, quid dominatio tua sentiat, intelligere vellem. Qui ita respondit: quod ipse ob solam consulentis personam improbare non sum ausus, nunc perspectis rationibus prorsus admitto. Aliud nunc recogito dubium, multis ab hinc annis agitatum, in quo ipse tunc iuuenis, & Canonicus Neapolitanus partes illius Capituli defendens aduersus opinionem multorum, & in illo, & extra illud maioratum tenentium sustinui affirmatiuam sententiam, ac statutum illius capituli validum, concedens Canonicis Romam adeuntibus, aut domum B. M. de Laureto, distributiones ad vigintiduos dies, eiusque vigore illas deberi præfatis Canonicis, eosque tutè posse illis frui, dicebam; non obstante peruulgata conclusione à me ipso etiam commendata in superioribus, quam prudentissimi illi contradicentes viri, aperto ore adducebant, nec impugnari posse vociferabant, ne distributiones quotidianæ percipi valeant à non seruientibus, etiam toto remittente collegio, etiamque existente consuetudine; Nam causa ipsa, & valida quippe, & longè pia innitebar; legitima siquidem causa, legitimum præbens impedimentum seruiendi choro operatur, vt absentia non obstante, distributiones debeantur. Calder. cons. 17. de præb. Cassad. decis. vnic. nu. 2. de Cleric. non resid. & Seraphin. decis. 1239. par. 2. Ideo Canonicis absentibus pro seruitio Ecclesiæ deberi, probat longa serie citàtus Moneta par. 2. q. 11. missis itidem ab Episcopis ad visitandum limina, alijsque in casibus similibus, doctores concedunt, suffragaturque demum altera Rotæ decisio coram Seraphino, in illa Valentina emolumentorum 27. Nouembris 1579. in qua Domini concluserunt, non deberi absenti ex iusta causa, nisi consuetudo suppeteret; ergo eiusinodi Canonicis deberi annuit, quibus vtrumque fauet, scilicet iusta causa, & consuetudo comprobata etiam antiquissimo iam dicto statuto. Re itaque maturius, ac pluries discussa, ac concurrente oraculo Romanæ Curiæ, congregato Capitulo resolutum fuit, non esse amplius de hac re deinceps dubitandum, sicque in posterum obseruandum esse, ab Auditoribus singulis annis eligendis ad reuidenda computa officialis, & puncta Canonicorũ, summamq; vnicuiq; debitam decernẽdam; Hæc omnia apud Marcellum de Amato Canonicum, & tunc Secretarium.

16 Ad rem nunc retrogrediens, vnde disgressus sum, admoneo, quod si Cappellania instituta fuerit cum ea conditione, vt in ea institueretur præsentatus, qui in propria familia reperiretur Sacerdos, nihilominus liceat in ea instituere simplicem Clericum, de eadem familia, quando abesset Sacerdos, per Nauar. cons. 5. quidem testator, nu. 2. de præb. Roder. in sua Sum. par. 1. cap. 42. & Hieronym. de Cauagl. quæst. comm. contra comm. 693. Patronum nu. 12. nec sine ratione, sed illa vrgentissima, quod si fundator patronatus, interrogatus de hac re fuisset, vtique hoc ipsum respondisset, & Clericum propriæ familiæ, anteposuisset Sacerdoti alterius cognationis per gloss. singularem, & finalem in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. quam illic Castrens. existimat solemnem, & Ias. nu. 16. ad æthera extollit, consentitq; Anton. Gabriel. in comm. conclus. tit. de reg. iuris, conclus. 10. debet tamen præsentatus ille habere intentionem suscipiendi Sacerdotium, in primis temporibus, alioquin peccaret mortaliter, ex sententia eorumdem Nauar. & Roder. quinimmo ętatem legitimam ad Sacerdotium attinxisse oporteret, si præfato Roderico credimus; sed quoniam ad id scribendum mouetur eodem Consil. Nauar. opinor ipsum decentum in

intelli-

intelligentia verborum Nauarri, qui ait, obligatum eſſe ad aſſumendum Præsbyterium, cum iuſtam habet ætatem, & ſic poſtquam ad legitimam peruenit ætatem; Itaque non requirit in eo idoneam ætatem pro ſacerdotio, cum inſtituitur, dummodo præsbyter fiat, cum poſt inſtitutionem illa ſuperuenit, ac propterea inſtitui non prohiberi carentem ætate congrua ad talem ordinem, ſed in longe minori exiſtente, & hoc fauore conſanguinitatis, & parentelæ, ac diſpoſitionis teſtatoris, volentis inſtituendum eſſe aliquem de familia, quæ profectò conditio, nedum valida apparet, & ſeruanda, cum apponitur in Cappellania erecta ſine auctoritate ſuperioris Eccleſiaſtici; quæque propterea non iudicatur beneficium Eccleſiaſticum, iuxta gloſ. in clem. 2. verbo ſi beneficiorum de decim. & notat Abb. conſ. 47. illud de iure nu. 1. part. 2. atque Dec. in Rub. de reſcript. ſub nu. 3. in quo quidem caſu Nauarr. illic verba facit, Verum etiam ſi in fundatione beneficij, vt experimur quotidie, & à iure tolerari, permittique defendit Spino in ſuo Specul. teſtament. gloſ. 3. princip. poſt num. 28.

17 Sed ſi beneficium haberet ordinem Subdiaconalem annexum, vel Diaconalem; Præbendam verò curatam, quam exigat ætatem, non eſt ignorandum, exemplum in Cathedrali Eccleſia Neapolitana, complures extant Canonicatus, quibus annexus eſt ordo Diaconalis, eorumque præbendæ conſiſtunt in aliquibus curatis Eccleſijs, illarumque introitibus; & vigeſimumquintum requiri dicendum videtur, ex ſententia Petri de Peruſio in tract. de vnione Eccleſiaſt. cap. 7. num. 2. ea ratione, quia Canonicus, & non eius Vicarius, (tametſi perpetuus,) detinet illius Parochiæ curam animarum; quam ſanè rationem non omnes admittunt, eo quod diuerſæ ſunt, in hac re ſententiæ, ex gloſ. in cap. ſuper eo verſ. annexæ de præb. in 6. Ideo verius eſſe puto, ſufficere impetranti hunc canonicatum, ætatem conſtitutam ad illum Canonicatum (de qua inferius loquar, num. 3.) ac ſi curatam Eccleſiam, non haberet in præbendam, & moueor multis, & efficacibus concluſionibus, & prima, quod animarum cura, tametſi in habitu reſideat, penes Canonicum, in actu verò nullus ambigit, quin penes ipſum curatum ſit, per gloſ. imar-

18 gineam in citato cap. ſuper eo: Altera quod beneficium alteri vnitum amittit naturam ſuam, illiuſque aſſumit, cui annectitur per Valaſc. deciſ. Luſit. 14. pro Commendatarijs poſt num. 1. quin, & illius prædium dici, & reputari docet Caputaq. deciſ. 349. vel 6. Vnitum beneficium par. 3. & nomen beneficij amittit Rota deciſ. 370. ſiue 11. nota, quod vbi beneficium de reb. Eccleſ. non alien. in antiq. ideoque ſuo proprio nomine non amplius appellatur, & prouiſus de beneficio, cui aliud eſt vnitum, conſequitur vnitum abſque quod in ſpecie, & nominatim fuerit ſibi collatum, eandemque propterea poteſtatem habet in principali, quod in vnito Gemin. conſ. 25. duo videotur poſt princip. & melius conſ. 29. licet ſubtiliter verſ. ſed hic; ob quod regula illa, vt cuiuſlibet obtempti beneficij mentio fiat, cum aliud impetratur, deſumpta ex cap. cum adeò de reſcript. & copioſè explicata in meis collectaneis verbo vnio, & in addit. ad deciſ. 1. Capyc. reſtringitur in beneficio alteri adiuncto, quia illius tantum, cui adhæret eſt facienda mentio per Rotam deciſ. 319. ſiue 46. de reſcript. in antiqu. inquit etiam Ioannes de Selua tractat. de benefic. part 3. quæſtion. 9. num. 64. verſic. decimaquarta qualitas, & Ioannes Baptiſta Caccialupus in tractat. de vnione artic. 8. num. 7. Caſſador. deciſ. 12. pluries, num. 5. de præb. Cardin. conſ. 30. & Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 201. nu. 67. nouiſſimeq; Hieronym. Gonzales ad 8. regulam Cancellar. gloſ. 5. §. 7. num. 16. in quo quidem §. omnem hanc materiam vniti beneficij, copioſè ediſſerit, ex quibus, illud etiam conſtat, quod reſidentia debita præbendæ, ſiue canonicatui affert præiudicium reſidentiæ parochialis Eccleſię, cum in illo teneatur reſidere, per Abb. in c. ſuper inordinata, nu. 2. in fine de præb. atque ita cenſuiſſe congregationem teſtatur Garſias tract. de benef. part. 11. cap. 2. num. 24. & conſequenter Regula illa iuris, omnibuſque patens, vt parochus debeat per ſe ipſum deſeruire Eccleſiæ curatæ, non vtiq; vendicat ſibi locum, ſi cura non ſit principale beneficium, ſed alteri adhæreat, eo quod tunc deſeruire tenetur Eccleſiæ, cui eſt annexa Parochialis, illi verò per Vicarium idoneum perpetuum, canonicèque inſtitutum c. extirpandæ §. qui verò de præb. itaque ad obtinendum curatum, quoties præexigeretur diſpenſatio, non ea eſſet opus, cum præbendæ annectitur iam dictum beneficium curatum, vt concludit Anton. de Butr. in cap. ſuper eo, nu. 3. de præben. in 6. & perperam peteretur diſpenſatio, cum Ius non reſiſtat, fruſtraque præcibus impetraretur, quod iure communi, vel conceditur, vel non proxibetur, immo ex caſu ipſo enarrato in noſtro principali quæſito iſto, apertius confirmantur prædicta: etenim Canonicatus ca-

19 thedralis, & curata, de iure communi, ſunt beneficia incompatibilia, prout decidit, Hoied. de incompatib. benefic. par. 1. cap. 2. nu. 10. comprobaturque altera per ipſummet Hoyed. tradita reſolutione in 1. part. cap. 17. & 18. quod duo ſimplicia, reſidentiam requirentia, vel curatum, cum ſimplici, habente annexam reſidentiam, incompatibilia ſunt, & multò clarius ex diſpoſitione Concilij Tridentini in cap. 17. ſeſſ. 24. de reformat. ſtatuentis in poſterum vnum tantum beneficium conferendum, quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre; ex quo, & alijs Concilij textibus, declarauit Rota deciſ. 483. part. 1. diuerſ. canonicatum incompatibilem eſſe, cum curato; & indicant verba Marij Antonini reſol. 53. Reuerendus lib. 1. per totam; nam Canonicos omnes teneri ad reſidentiam, eiſquè minimè licere vigore, cuiuſlibet ſtatuti, vel conſuetudinis, vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſijs, quolibet anno abeſſe, ſtatutum eſt, per ipſummet Concil. in cap. 12. ſeſſ.

20 24. de reform. ex quo textu, omnes canonicatus hodie requirere reſidentiam, dicunt doctores, præſertim Nauar. conſ. 2. in antiq. ſeu 12. an iure communi, num. 2. in nouis, de clericis non reſid. &

consil. 26. sub num. 3. de præb. & eum sequutus, idem Marius Anton. resol. 85. sub num. 7. lib. 1. ob quam rationem incompatibiles esse, cum Parochialibus, sicuti ob eandem incompatibiles esse à duos Canonicatus fatetur, citatus Nauar. adducto cons. 24. Quamobrem reijcienda omninò est contraria Rebuffi sententia, quod Canonicatus cum Parochiali sit compatibilis, in sua praxi Rubr. de dispensat. ratione ætat. vers. incompatibilia sub nu. 8. tum quia post dictum Concilium non est dubium, quin sint incompatibilia beneficia, vt iam deduxi, per dictum cap. 17. sess. 24. tum quia idem Hoyed. etiam attento Iure communi eam restrinxit nè subsistat, sed intelligatur in Canonicatibus non requirentibus residentiam; quare cum hodie ex eodem Concilio probatum sit, omnes habere annexam residentiam, ergo vana redditur eiusdem Rebuffi doctrina; & quod idem Hoyeda subiungit de consuetudine totius Italiæ, nè Canonicatus requirat residentiam, aduertendum est ad illius verba; quandoquidem fulciuntur auctoritates Cæsaris Lambert. qui ipsum Trident. Concil. antecessit multis annis, ita quod illa quatenus tunc viguisset, per dictum subsequens Concilium apparet expressè sublata in adducto cap. 12. ad quæ Concilij capita, non aduertit Hoyeda; sunt igitur Canonicatus, & curata incompatibilia beneficia, & nihilominus propter vnionem in nostro proposito dubio, apparet Canonicatum habere curatam in præbendam, ac propterea dicimus, etiam præbendam retinentem annexum curatum, non iudicari incompatibilem, cum personatu habente simile curatum sibi vnitum, per adductum c. super eo, & inibi glos. penult. & Franch. nu. 2. atque lapus ellegat 35. vtrum in fine, & illic Mandos. in vltima additione; ideoque inspiciendam dumtaxat qualitatem Canonicatus, non annexi beneficij curati demonstraui in Rubr. de person. prohib. prom. cap. de illegitimis vers. Episcopus, & consequenter non ætas ad curatum idonea, sed quæ ad Canonicatum habilis, erit quoque in hoc de quo agimus casu sufficiens, prout declaratum fuisse testatur Hieronym. Gonzal. ad 8. Regulam Cancell. glos. 9. in princip. num. 4. Garsias tract. de benefic. par. 12. cap. 24. quin alias etiam propterea
21 declaratum fuit, prouisionem Ecclesiæ parochialis faciendam per concursum iuxta cap. 18. expedit de reformat. sess. 24. non extendi ad prouisionem dignitatis, vel alterius beneficij, cui Parochialis vnita est, testatur idem Garsias eodem adducto loco & Gal. Verbo Paroch. §. 8. quin & iure defendi tandem reperi per Riccium, virum vndequaque dignum in sua Praxi Episcopal. cap. 490. hinc videmus, quod capta possessione beneficij, dicatur Cappellæ etiam subiectæ acquisita possessio per Capyc. decis. 1. sub nu. 10. Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 16. num. 13. & Peregr. de fideicommiss. artic. 48. nu. 76. & 79. ac propterea non videatur attentare, qui adepta possessione Canonicatus, præbendæ, & iurium ipsius per admissionem ad stallum in choro, & alia consueta, obtinuerit mandatum de manutenendo, postquam lis vertebatur in Rota super dictis fructibus, & per Rotam eidem prouiso inhibitum, determinauit eadem Rota in vna Camerin. attentat. coram Aldobrandin. 17. Maij 1554. quia prouisus id facit animo continuandi possessionem in distributionibus, & fructibus, quam censetur cæpisse cum Canonicatus adeptus est possessionem, & declarat Lancellott. tract. de atten. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 73. sed cum verba multum clara non extarent, quibus vnio probaretur, nihilominus ex aliquibus coniecturis verificatur; quas habes apud Menoch. cons. 897. Præsumptio stat á nu. 10. vol. 9.

22 Ad dignitates verò minores nempe Decanatum, Archidiaconatum, & alias, curam tamen animarum habentes, vigesimusquintus iam cœptus requiritur annus, cap. cum in cunctis §. inferiora de elect. confirmauitque Concil. Tridentin. cap. 12. sess. 24. de reformat. Id tamen si principaliter cura subest, quod si illa accessoriè vnita esset Dignitati, illam si quis vna cum Dignitate obtineret, non deberet necessario attingere vigesimumquintum annum, si veritate nititur, quod ita declaratum fuisse testatur Galet. in sua Margar. casuum verbo, Parochus §. 6. In eadem verò ætate 25. Annorum constitutú esse oportere non dubito promouendum ad Abbatiam, iuxta glosam in capit. indemnitatibus vers. trigesimum de elect. in 6. Syluestr. verbo ætas, vers. 4. sub nu. 2. & Zabar. clem. Generalem vers. Aut sunt, post nu. 7. de ætat. & qualit. quin Sacerdotium insignitum esse oportet ex cap. 1. hoc tit. glos. in c. exposuisti vers. promoueri de corpore vitiat; sed si cura iam dicta careant asciscuntur Clerici non minores vigintiduobus annis, eodem cap. 12. Concil. Tridentin.

Ad Præposituras insuper hæc ipsa requiritur ætas Zabar. loco citato, nam, & Presbyteri esse debent, qui illas retinent, per adductum cap. 1.
23 de ætat. & qualit. atque eadem in obtinente eiusmodi beneficia in commendam, habetur apud Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 30. nu. 13. per textum in cap. deinceps de elect. in 6. namque commendatarium habere verum titulum, si perpetuo fuerit sibi Ecclesia commendata probant omnes, quos citat, & sequitur Hoyeda in tract. de incompat. benef. part. 1. cap. 14. sub nu. 6. & Anastas. Germon. in tract. de indult. Cardinal. §. ita quod nu. 11. Adductus autem Canon, deinceps, cum de commendatis curatis loquatur, ad alia beneficia commendata haud extenditur, sed in his substitit ius antiquum, vt illic rectè admonent glosa ordinaria, alteraque Ioann. Andr. in vers. Parochialem.

24 Ad personatum vero olim cuiuscumque fuerit Ecclesiæ, poterat quis assumi post annum 14. cap. indecorum de ætate, & qualitate, hodie vero nec expleto vigesimo, nisi ex dispensatione Antistitis cap. vnico adductæ Rubr. in 6. quinimmo Concilij Tridentini sanctione, ad dignitates, & personatus, quibus animarum cura nulla subest præcipitur nè asciscantur minores viginti duobus annis in cap. 13. sess. 24. de reformat. ideò si ad Decanatum, Archidiaconatum, aliasque memoratas dignitates, Episcopatu inferiores, quibus nulla inest animarum cura, aut ex consuetudine, statuto, vel priuilegio, asciscí sine dubio possunt minores viginti quinque annis, dummodó non minores viginti duobus, iuxta decretum præfati

Concilij

Concilij; Quid autem ſi perſonatus? reſpondent ſcribentes ſuper cap. 1. de Conſuetud. in 6. & Ioan. Corraſ. in paraſraſi Sacerdot. part. 4. cap. 3. num. 6. & 7. vt ſit honor, & præcedentia quædam in Eccleſia, quæ Canonicis etiam antea receptis, præcellit, tùm in choro, cum in capitulo, & dicit Alfonſus Hoyedus de incompat. Benef. part. 1. cap. 9. num. 2. ſubiungens minus ſignificare, quám dignitas præſeferat, ſi propriè loquamur, eo quòd dignitas habet adminiſtrationem, qua caret perſonatus; Quod ſi amplior ſit noſter ſermo de perſonatu, non diſtabit á dignitate, ac potius Sinonyma erunt ex ſententia eiuſdem Hovedi, Vtcumque tamen ſumatur, beneficium Eccleſiaſticum eſſe non ambigitur, quod vltra præcitatos auctores, dicit Ioannes de Selua in ſuo tractatu de benef. quæſt. 2. num. 46. ac nouiſſimè Paris. tract. de reſign. lib. 2. quæſt. 1. num. 90. & non diſſentit text. in cap. cum acceſſiſſent de conſtit. cap. de multa de præb. cap. 1. de conſuet. in 6. & extrauag. execrabilis de præb.

26 Inſuper Canonicatus, quam requirit ætatem; reſpondit longo vtens ſermone Alfonſus Hoiedus in tract. ſupra citato, part. 1. capit. vltim. à num. 12. & ipſe breuioribus verbis hanc rem explicare intendens, aduerto diſtinguendum eſſe, cum ſemper mihi diſplicuerit confuſus quorumdam modernorum ſcriptorum ſermo, quos propterea non ſemel in terminis erraſſe apparet his, qui rerum veritatem attentius, & oculatius ſategunt, vltra itaque adducta in verſ. ſi autem; admoneo, vel nos loqui de Canonicatibus in Eccleſijs collegiatis; vel in Cathedralibus.

In primo etenim caſu, nonnulli aiunt, ſeptennium ſufficere completum, alij verò decimumquartum neceſſarium aſſeuerant, vt videre licet apud Hoſtien. in citato cap. ſuper inordinata, Archidiac. in cap. ſi eo tempore num. 3. verſ. nam licet de reſcript. in 6. Zabar. clem. generalem, num. 7. verſic. aut ſunt ſimplicia, de ætat. ordinan. quamuis per Regulam Cancellariæ, decennium ſatis fuiſſet, cuius Regulæ meminit Rebuff. in tractat. de pacif. poſſeſſ. num. mihi 178. eam tamen Regulam hodie non habemus; neque dubito, vt prior ſit prorſus his temporibus reijcienda, ſtante diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini, cap. 6. ſeſſ. 23. de reformat. quo iure, neque ſimplex beneficium obtineri poteſt ante annum decimumquartum, ſed poſterior, nec ne ſubſiſtat attenta diſpoſitione eiuſdem Concilij prodam inferius, ſub num. 27.

In altero item caſu, adhuc multi ſunt, qui credant ætatem annorum ſeptem congruere, cum quibus in puncto iuris, tenet Mandoſ. in Regula Cancellariæ 18. de ætat. pro Canonicat. quæſt. 1. num. 3. alij omnino credentes oportere exceſſiſſe quartumdecimum iuxta gloſ. penultim. in dicto cap. ſi eo tempore, & cæteros adductos, in cuius inquirenda veritate non immorabor, ob Sacrum Concilium Tridentinum, quo iure, Canonicatus omnes, tàm in Cathedrali, quàm in collegiata Eccleſia, ordinem tamen aliquem habentes annexum, quia iuſto impedimento ceſſante infra annum requirunt ordines ſuſcipiendos eſſe requiſitos, iuxta c. 4. ſeſſ. 22. de reform. & nemo ad illos eſt recipiendus, qui eo ordine Sacro non ſit initiatus, quem requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus de iure, vel eadem ſancta Synodo (hoc eſt annum) ſtatutum initiari valeat, c. 12. ſeſſ. 24. de reformat. ergo dum ad Subdiaconatum promoueri, quis poteſt in vigeſimoſecundo, ad Diaconatum in vigeſimotertio, ad Præsbyteratum in vigeſimoquinto, ex eodem Concilio in cap. 12. ſeſſ. 23. de reformat. inde fit, quod Canonicatum Subdiaconalem in vigeſimoprimo, Diaconalem in vigeſimoſecundo, & Sacerdotalem in vigeſimoquarto anno obtinere quibit, vt etiam Paris. memorat. in tract. de reſignat. benef. lib. 4. quæſt. 9. num. 11. licet ex in curia dixerit vigeſimumquintum neceſſarium ad Canonicatum Præsbyteralem; nam eadem ratione, qua motus conceſſit, ex Concilio in adducto cap. 12. ſeſſ. 24. annuum tempus ad ſuſcipiendum ordinem requiſitum, opitulari, quo ad ætatem neceſſariam ad obtinendos illos Canonicatus Subdiaconales, vel Diaconales, adduci debebat ad id ipſum ſtatuendum pro Canonicatu Sacerdotali, cum ille Canon loquatur indefinitè; neque textus eiuſdem Concilij, quem illic adducit ad corroborationem ſui dicti in cap. 12. ſeſſ. 23 de reformat. ſubſiſtit in ætate, qua exiſtente ſuſcipiendus eſt ordo Sacerdotalis, tùm maximè, quod ille Canon non modo verba facit de ætate adhibenda ad Sacerdotium, verum ad alios inferiores ſacros, ita quod ſi eius impulſu cenſuit 25. requiri ad Canonicatum Præsbyteralem, ita 23. ad Diaconalem, & 22. ad Subdiaconalem, non autem reſpectu duorum inferiorum Sacrorum vti diſpoſitione textus in citato, cap. 12. ſeſſ. 24. & reſpectu Sacerdotij vti altero præſato, cap. 12. ſeſſ. 23. ſed vel illo, conſtituere in omnibus vniformem concluſionem, & rectè ſcripſiſſet, vel iſto, & tunc errore, ſanè lapſus eſſet, ſicuti, & Henriquez videtur deceptus in Summ. Theologor. Moral. lib. 10. cap. 9. §. 1. & 2. ætatem vigore Concilij conſtitutam pro illis beneficijs in initio, & actu impetrationis requiri aſſeuerans, non obſtante annali, tempore conceſſo ad illorum promotionem, motus fortaſſe finalibus verbis cap. 4. ſeſſ. 22. de reformat. ibi neque alijs in poſterum fiat prouiſio, niſi ijs, qui iam ætatem, & cæteras habilitates integre habere dignoſcuntur, Hæc ſiquidem verba, ſuæ non fauent intentioni, non enim ætatem, tunc temporis habere decernunt, quam ordo requirit, ſed eam ætatem, cæteraſque habilitates requiſitas á Concilio, à quo, demonſtratum iam fuit, requiri eam ætatem in vno quolibet canonicatu, in qua poſſit infra annum ſuſcipere adiunctum ordinem, ideo hanc ætatem neceſſariam eſſe inſinuant verba mox relata, ex dicto capite 4. in quem ſenſum ſupmſerunt omnes, etiam Curiæ Romanæ Praxis teſte Nauarr. conſil. 46. num. 2. in antiquis de tempor. ordin. & conſil. 8. Eccleſia collegiata, num. etiam 2. de præb. in nouis; Vnum eſt, quod animum meum ſummopere angit, declaratio ſcilicet Sacræ Congregationis in hæc verba; ſi neque ante Concilium, neque poſt Concilium Tridentinum nullus ordo, ſiue Diaconalis, ſiue Præsbyteralis canonicatui annexus fuerit, & Parochialis Eccleſia legitimè, & perpetuo eidem Canonica-

tui vnita, tamquam Parochiale accessorium, attendenda est natura Canonicatus, non autem Parochialis, & ita sufficit, vt is, cui collatio facta est, sit in ætate viginti duorum annorum, quæ in Canonicatus collatione requiritur, quam manuscriptam habeo, & eius insuper meminit Anastas Germon. in tract. de indult. Cardinal. §. quibusuis, num. 6. Hæc siquidem verba, aperte præseferunt ætatem saltem viginti duorum annorum necessariam in Canonicatu carente ordine sacro annexo, vel si præsupponant habere Subdiaconalem, quia in ista ætate constitutus esse debet, idipsum videtur, in alijs superioribus dicendum, & sic eam debere habere ætatem canonicandus, quam ordo annexus exigeret, si ita, ergo humi prostrata remanent, quæ antea ipse scripsi, & attenda expressa dispositio Concilij.

27 Sed pro Canonicatu habente annexam pœnitentiariæ munus, præter alias qualitates, quibus honorandus est, annorum quadraginta esse debet per idem Concilium cap. 4. sess. 24. de reform. est verum, quod ex eodem Canone conciliari apparet illas qualitates adhibendas, cum in loco haberi potest, qui illas retineat, alioquin deputetur alius, qui pro loci qualitate reperiatur, qui dum confessiones in Ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur, quod notandum, quia etiam cœteri Canonici habentes onus celebrandi missas, dicuntur præsentes in choro, dum illas celebrant, quod si illud exequi deberent ob alias Cappellanias seiunctas à Canonicatu, non gauderent distributionibus pro tempore, quo celebrarent in illis, qaamuis existentibus in eadem Ecclesia per Fclyn. in cap. cum olim num. 2. de sent. & re iudic. His modo subnectam aliquas declarationes Congregationis Concilij super dicto cap. 8. §. nullus autem, vers. dum confessiones, quarum prior erit, quod si pœnitentiarius vigore huius Decreti deputatus renueret confessiones audire, puniri potest ab Episcopo. Item pœnitentiarius habendus est pro præsente in choro, dum audit confessiones in Ecclesia, siue in confessionario, siue extra, non autem pro tempore, quo residet in confessionario, nec audit confessiones, alijs in choro celebrantibus, nec recitans officium priuaté, nec si dixerit missam, est censendus præsens in choro.

Pro illis vero canonicatibus collegiatæ Ecclesiæ, quibus nullus sacer ordo est adiunctus, neque vlla per Concilium fuit constituta ætas, ideo perdurabit in eis resolutio iuris antiqui argum. l. præcipimus C. de Sacrosanct. Ecclesijs, & declarauit congregatio Concil. super cap. 12. sess. 24. de reformat. vers. in omnibus verò Ecclesijs: dum ait, habet solum locum in Cathedralibus, & Congregatio censuit non extendi ad Canonicos in collegiatis. refertur etiam altera Greg. XIII. declaratio ad idem illud caput S.D.N. Gregor. XIII. decreuit nihil disposuisse Concilium, qua ætate debeant esse ij, qui Canonicatus acquirere volunt in collegiatis Ecclesijs, sicque reliquisse in illis terminis, qui constituti ante Concilium sunt. Itaque á Iure licet non reperiatur expressé statuta in eis ætas, & contradictio sit apud DD. per notata, nu. 26. (vbi affatim scripsi de ætate ad vnumquemque Canonicatum) quia eiusdem Concilij sanctione decretum fuit, ne ad vllum quoquo modo simplex beneficium admittatur nisi decimumquartum annum attigerit in cap. 6. sess. 23. de reform. certe nulla videtur in præsentia extare dubietas, sed in decimoquarto anno posse vnumquemlibet, alioqui idoneum, prædictos acquirere.

28 Ex his patet etiam, quid dicendum de portionibus in eisdem collegiatis Ecclesijs, cum præfatus canon 12. Concil. loquatur in Canonicatibus, & portionibus in Cathedralibus; quinimmo cum eius verba exprimant portiones in Cathedralibus, non extenduntur ad dimidias portiones in eisdem Cathedralibus, in quibus propterea, neque ordines sacros, neque ætatem per Concil. requisitam ad illos ordines necessariam esse declarauit eadem Congregatio iuxta duas superinde relatas declarationes à Hieronym. Gonzal. adductis Commentarijs ad dictam Regulam glosa 5. in princip. num. 93.

29 Parrochialem Ecclesiam non nisi constituto in ætate annorum vigintiquinque conferēdam esse, probat text. in c. cum in cunctis §. inferiora de elect. resque tam certa redditur, vt nulli fas sit superinde dubitare. Hanc tamen resolutionem coarctandam esse moneo, vbicunque Parrochia annexa esset alicui beneficio, minorem requirenti ætatem; nempè si canonicatui, quandoquidem non vigintiquinque annorum exigeret ætatem. Sed quam dixi sub n. 24. ad canonicatum necessariam, vt probaui, num. 17. quod multis deinde comprobaui similibus, num. 18. 21. & 22. Ad rectam verò intelligentiam omnium canonum, aut summorum Pontificum Constitutionum, loquentium de Parochialibus, illud imprimis, & semper præ oculis habendum est, scilicet distantiam esse inter Parochialem Ecclesiam, & beneficium curam animarum habens; idque facilè constabit, cuiquam legenti textum in cap. dudum el 2. de elect. primum in illis verbis; cum pluribus Parochialibus Ecclesijs (& alijs illis mox sequentibus) aliquod beneficium curam animarum habens annexam. Rursus verò, in alijs, propè finem; prædictas Parochiales Ecclesias retinebat, cum earum cura, ex quo quidem textu patere, latius esse habere curam animarum, quam esse Rectorem Parochialis Ecclesiæ, dicunt Innoc. & alij in cap. cum satis de offic. Archid. necnon Marius Altcrius in illo perutili tract. de censur. Disp. 22. lib. 5. c. 7. vers. Cœterum Patriarchæ tom. 1. quo in loco subijcit declarationes, & exempla admaiorem dictorum explicationem. Nimirum igitur, si Canones de Parochiali beneficio verba facientes, non eo ipso in omni beneficio curam retinente animarum vendicare sibi locum, monet Gomes in Regul. Cancell. de Idiomate, quæst. 11. Vers. & ideo pro vero intellectu.

30 Quod si Canonicatus, aut aliud quodpiam beneficium, siue hebdomada sit in Collegiata Ecclesia, quæ curam exerceret animarum, quam exigat ætatem? vt vera fatear, distinguo, quod si intendimus de collegiata, in qua penes vnicum residet animarum cura, sicuti annis retro elapsis fiebat in parochiali Ecclesia S. Mariæ Maioris huius Ciuitatis Neapolis, in qua licet essent plures hebdomadarij, nihilominus vni ex illis hebdomada-

rijs

rijs annexa erat cura, ad quam simul cum hebdomada instituebatur persona idonea ab Archiepiscopo Neapolitano, siue Papa, prout casus vacationis contingebat, in mensibus reseruatis, vel non reseruatis, eique decedenti semper substituebatur alter eodem seruato modo, quo quidem casu, nè alius ebdomadarius præter istum cogatur in ea esse ætate tempore impetrationis, seruata dispositione citati, §. inferiora; cum cæteri consuetum, & quartumdecimum habentes annum valeant tales hebdomadas, adipisci per ea, quæ superius annotaui.

Aut pœnes collegium residet cura, sicuti in Ecclesia Sancti Ioannis Maioris huiusmet Ciuitatis Neapolitanæ, in qua mensatim duo ex hebdomadarijs eliguntur à reliquis, vt curæ animarum vacent, & cum his, licet videatur non esse, tam rigidè procedendum, sicuti cum cœteris curatis. & vt singulis tale onus habentibus, quemadmodum aperti iuris esse edocemur ex textu in cap. statutum de elect. in 6. restring, nte textum in cap. licet canon. illo eod. lib. & tit. (disponentem contra institutos ad parochiales Ecclesias, vt nisi fuerint ad Sacerdotium promoti infra annum sint illis priuati) ne ad collegiatas Ecclesias extendantur, etiam si alias Parochiales extiterint, cuius declarationis rationes aliquas recenset Oldrad. cons. 62. quæstio talis est; & Roman. consil. 325. quo ad primum post num. 2. quibus videtur illa validior, quia cura pœnes collegium, tunc esse dicitur, non autem singulos argumento eorum, quæ habentur in cap. irrefragabilis §. excessus iuncta glosa de offic. ordin. ita quod ipsorum quilibet dici curatus nequeat ex Mandos. consil. 20. num. 8. & 9. & decisum in Rota teste Puteo decis. 290. die 20. Martij lib. 1. Felyn. in cap. in nostra de rescript. & Hieronym. Gonzales super 8. regula Cancell. glos. 6. num. 71. attamen in proposito casu arbitror, vt annos natus vigintiquinque, non minor, sit habilis ad hunc Canonicatum, siue beneficium, nam actu curam vnusquisque illorum exercet, tametsi habitu pœnes totum collegium illa resideat, quare ea in Ecclesia ita firmari attestati sunt ijdem beneficiati; nec sine ratione, verum illa, quod apud plures esse posse curam animarum, & exercitium, & vnumquemquam illorum dici habere curam non ambigitur, si Cassadoro credimus decis. 11. si impetrantur sub num. 3. per Innoc. Host. Anchar. Imol. & Butr. in cap. cum non ignores de præb. & conuenit Trid. Synod. in cap. 18. sess. 24. de reformat. Rot. decis. 48. part. 1. diuers. & Gonzales glos. 6. num. 114. etenim aliorum ante relatorum scriptorum dicta, subsistere opinor in priori casu, in quo penes collegium, tametsi residet, nihilominus per vnum illorum, ad id deputatum exercetur, cum verò ab omnibus iuxta præscriptum vltimo loco casum, procedat Cassad. opinio, à qua mea distinctione non discedit Gonzales adducta glos. 6. nu. 74.

31 Constituta ætas ad vnumquodque beneficium, regulariter inesse debet cum fit impetratio, per Rebuff. in praxi Rub. requisita ad collationem bonam, num. 38. Abbatem in c. cum in cunctis §. inferiora, num. 1. de elect. subdentem collationem alias esse nullã ipso iure per c. si eo tempore de rescript. in 6. & cap. vnicum de ætat. & qualit. eod. lib. restringitur tamen in canonicatibus cathedralis Ecclesiæ, de quibus aliter sanxit Trid. Synod. in cap. 12. sess. 24. de reformat. & ipse affatim scripsi in hoc, cap. num. 26. ætas igitur vigintiquinque annorum ad Decanatum statuta, Archidiaconatum, reliquasque dignitates excrcentes curam animarum, in illius consecutione præexigitur per cap. cum in cunctis §. inferiora de elect. & dixi in vers. ad dignitates.

Sed ordines, iam dictis annexos beneficijs, non est de iure necesse, illo tempore adesse; quoniam
32 annum elargiti sunt canones ad suscipiendos annexos ordines, per Geminian. & Franch. in cap. si pro Clericis pauperibus de præb. in 6. exceptis his in quibus aliud esset expressè statutum, vt inquit Lambert. de Iure patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 7. princip. artic. 29. num. 4. Ac speciatim prouiso de parochiali, prædictum tempus ad insigniendum Sacerdotio à die adeptæ possessionis numerandum, impertijt text. in cap. licet canon de elect. in 6. nisi in commendam illud habuisset, quia oportuisset, tunc fuisse promotum ad Præsbyterium, cap. nemo deinceps alleg. tit. & lib. & qui titulum
33 obtinuit Parochialis, si annale probabi tempus passus fuerit, antequam, dictum Sacerdotalem ordinem acciperet, ipso iure, nullaque monitione præmissa, priuatus tali parochia existeret, eodem cap. licet canon; alterique fas esset à Sanctissimo impetrare; quiquè pro verificatione narratorum,
34 non aliud probare teneretur, quàm annum prædictum excessisse; namque onus esset possessoris, ordinem ipsum ostendere in tempore statuto suscepisse; quod rectè Rebuff. asseuerat in sua praxi Rub. de non promot. intra annum num. 71. deciditque Bellam. decis. 415. si impetrauit; negantis enim, onus probandi, esse minimè videtur ex l. actor. C. de probat, & cap. quoniam eod. alleg. tit. de qua quidem resolutione, & semper, & vehementer dubitaui; quandoquidem negatiuam verificare compellitur, qui illam deducit, ex glos. in l. 2. ff. de prob. Bar. in l. in illa nu. . . ff. de verb. oblig. & communis adstipulatur opinio, quæ colligitur ex Anton. Gabr. lib. 1. commun. opin. tit. de prob. conclus. 6. atque Hercul. tract. de negat. nu. 2. exinde experimur quemquam teneri resignatarium publicare resignationes beneficiorum iuxta constitutiones, quas desuper publicarunt Innocentius VIII. Pius IV. Pius V. & nouissimè Gregorius XIII. cuius est 87. in ordine, & exorditur. Humano vix iudicio; qua cauetur vnumquemquam debere infra certum illic determinatum tempus, & secundum præscriptum in ea modum resignationes publicare, alioquin beneficia resignata vacent ipso iure, liceatque alteri cuicumque illa impetrare, & nihilominus Rota Romana non semel definiuit eiusinodi impetrantem ob publicationes non factas teueri docere resignatorium ipsum non publicasse, nisi velit succumbere, & hoc iure passim vtimur; illius verò tribunalis decisiones, tanquam manuscriptas memorat Modern.

M 3 Paris

Paris. in suo tract. de resign. benef. lib. 11. quæst. 14. nu. 5. tu considera.

Cœterum si tantum de anno transierit, quod Parochus nequeat amplius insigniri Sacerdotio infra illum, seruata dispositione Concilij Lugdunensis in adducto cap. licet canon; censeatur nè propterea vacare Parochia, non est multa diligentia inuestigandum propterea quod negat Pontifex in cap. commissa de elect. in 6.

36 Ex quo alterius quæstionis resolutio enascitur, si liceat parocho illam interea resignare, nam posse certum est, etiam in vltima die anni, prout Rota conclusit decis. 187. siue 38. de præb. in antiq. Cassad. decis. 27. tenuit Palatium, in Regulis Cancell. Bellam. decis. 178. non promotus, & sequuntur Oldrad. cons. 203. factum tale nu. 1. Roch. in tract. de iure patron. vers. honorificum, quæst. 30. eamq; communem, & veriorem sententiam dicit Aufrer. in addit. ad decis. Tholos. 471.

37 Episcopis tamen, & superioribus conceditur, facultas dispensandi cum curatis litterarum studio insistentibus, vt ad septennium promoueri haud teneantur, nisi ad ordinē Subdiaconatus, adquem infra dictum annum, tunc astringuntur, eumque nisi susceperint pœna in dicto Lugdunensi Concilio statuta plectuntur, ij tamen cum quibus ob hanc causam dispensatum extitit infra annum post septennium suscipere Diaconatus, & Præsbyteratus ordines, alioquin ex tunc dictam pœnam se nouerint incursuros cap. cum ex eo de elect. in 6. quam dispensationem, etiam capitulum sede vacante concedere posse in proposito casu defendit Feder. de Sen. cons. 30. an Capitulum.

Similiter, qui dignitates. Personatus, officia, Præbendas, portiones, aliauè quælibet beneficia in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis Secularibus, vel Regularibus obtinent, aut obtinebunt in posterum, quibus onera varia sunt annexa, vt alij missas, alij Euangelium, & alij Epistolas cantent, tenentur infra annum á die pacificæ possessionis, ordines suscipere requisitos Clem. vt ij, qui de ętat. & qualit. quam innouat Sacrosancta Trid. Synod. in cap. quicumq; sess. 22. de reform.

38 Sed prædictum annale tempus Ecclesiarum Rectoribus, & alijs quibusuis, ad Sacros etiam Præsbyteratus ordines suscipiendos à iure, aut fundatione beneficiorum quomodolibet constitutum, extra casus à iure permissos vltra sex menses prorogare nequit maior pœnitentiarius, iuxtá Constitut. 67. Pij IV. Ad perpetuam rei memoriam.

Ista verò ordinum annexio ad beneficia, duplici modo consideratur, vt inquit Dec. in cap. cum in cunctis, §. inferiora num. 22. de elect. Altera quippe simplex est, cuius hactenus memini; Altera autem, quæ ex statuto, Priuilegio, consuetu-

39 dine, vel ipsius beneficij primæua institutione, non tantum ordinem habet adiunctum, sed præambulum, & actu tempore collationis necessarium, quo quidem casu beneficium illud adipisci prohibetur, qui eo ordine non est insignitus Nauar. cons. 45. nu. 1. de tempor. ordin. par. 1. & Lambert. tract. de Iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 7. princip. post nu. 2. vers. tamen in casu; Quæ profecto annexio secundo loco relata, numquam præsumitur, nisi expressè constet de prædictis constitutionibus, statutis, priuilegijs, vel consuetudinibus; ideoque regulariter, & vt plurimum non oportet ordinem annexum adesse tempore obtenti beneficij, præterquam in casibus enarratis, sicuti distinxerunt Philipp. probus ad Ioan. Monachum in cap. ei cui, num. 1. & 3. de Præb. in 6. Dec. indicato §. inferiora, num. 22. Abb. & glosa in clem. vt ij qui. vers. annexi de ætat. & qualit. Gemin. in cap. 1. num. 8. vers. in eadem glosa, de filijs præsbyt. in 6. ibique Franch. num. 8. hinc rescriptum Papæ mandans aliquem prouideri de præbenda vacatura suffragatur prouidendo si vacet Sacerdotalis, dato quod tali ordine initiatus minimè fuerit per Imol. in c. fin. num. 10. de præb.

40 Superest modo inquirere veram resolutionem duorum in hac re dubiorum; Alterum qualis ordo requiratur ad quodlibet beneficium; Alterum vero cum requisitum ordinem Sacrum valeat infra annum recipere, quo saltem initiatus esse debeat tempore prouisionis; & primo respondeo sufficere clericalem tonsuram ad obtinendum & retinendum simplex per cap. cum adeo de rescript. & cap. cum ex litteris de transact. eamdemque tonsuram satis esse ad habendum canonicatum probatur Iure canonico de quo Abb. in c. 2. nu. 5. de instit. & Boer. decis. 171. præsuppono nu. 1. immutato postmodum à Concilio Trid. respectu canonicatuum Cathedralium, prout supra firmaui, nu. 26. quare, vt illic adiunxi viget etiam his temporibus dispositio antiqua respectu canonicatuum in collegiatis, sed quia collegiatæ etiam Ecclesiæ ad sui regimen indigent, Præsbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & inferioribus ordinibus, initiatis, ideoq; solet in eis statui certus numerus vniuscuiusque ordinis, vel Clericorum certum ordinem habentium, sicut citatis in locis admonuerunt ijdem Abb. & Boer. & tūc Canonicus, seu beneficiatus de illis prouisus cōpelleretur, (nisi illis spoliari vellet,) suscipere ordines à statutis, vel consuetudinibus constitutos, illisque nihil expressè disponentibus, satis esset prima tonsura, quamuis nequiret interea vocem habere in capitulo, quousque aliquem Sacrorum susceperit Clem. vt ij, qui de ętat. & qualit.

Pro Parochiali retinenda oportet Præsbyteriū suscipere per cap. licet canon. de elect. in 6. & alia cumulatiuis recensita in vers. sed ordines.

41 Et qui Archidiaconus esse dignoscitur, non altiorem Diaconali constringitur, iure communi suscipere in citato §. inferiora, & cap. 1. de ætat. & qualit. atque etiam attenta dispositione posteriori Conc. Trid. si careat cura per notata vers. ad dignitates; quo iure Archidiaconi ipsi, quamuis Magistri in Thæologia, seu Doctores, aut licentiati in iure canonico esse debeant, iuxta §. Archidiaconi, eiusdem capitis 12. sess. 24. illic citati, eum tamen locum Amplis. Card. Congregatio Concilij interpretata est, procedere in ijs tantum Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel iurisdictionem, prout habetur in tit. de off. Archid. non autem de ijs, qui nomine dumtaxat sunt Archidiaconi, cuius declarationis est nobis idoneus testis Anast. Germ. in trac. de ind. Card. §. quibusuis n. 4.

Abbates

Abbates autem Decani, Præp oſiti, & Archipreſbyteri, ſacerdotium ſuſcipere non poſtponant, cum eo inſigniri arctentur, per textus iuris Canonici, relatos in proximioribus verſiculis.

42 Ad reliquas veró dignitates, officia, aut perſonatus, nullam habentes curam animarum nec iure cauetur, quem certum debeant prouiſi habere ordinem, ideó actendenda eſt conſuetudo per Abb. in dicto §. inferiora in finalibus verbis, eſt gloſ. ſing. in cap. 1. diſt. 60. Verum poſt Concilium obſeruantiæ in his etiam tradenda eſt diſtinctio, relata in præcedentibus, quò ad Eccleſiam Cathedralem, vel collegiatam.

Alteri quæſito me affatim ſatisfacturum ſuadeo ſi lectorem remittam ad notata in rubr. de perſon. prohib. prom. cap. de Neophitis verſ. quo vero ad ſecundam; hic tantum pauca dicturus non inutilia; quorum primum ſit, quod aſſumendus ad parochialem Eccleſiam ſit eo tempore ſaltem inſi-
43 gnitus ſubdiaconatu, ex diſpenſatione vero, qui tantum minores habeat, cap. præterea de ætat. ordin. cuius concedendæ diſpenſationis auctoritatem retinet Antiſtes per gloſ. in eod. cap. præterea; licet illa opus non ſit, quoties vigore præſentationis inſtituitur quis ad parochialem, quia non prohibetur ante ſacros ordines obtinere parochiam ſi alias idoneus reperiatur per tex. ſingularem in cap. 2. de inſtit. in 6. vbi omnes illum textum magnifaciunt, & ſcribit Franch. in cap. ſi pro clericis Pauperibus de præbend. in 6. & Lambert. tractat. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæſt. 7. princ. artic. 29. num. 6. Non tamen defuerunt exiſtimantes vnum quemlibet ſine aliqua diſtinctione admitti ad beneficium habens annexum ſacerdotium, tametſi tempore prouiſionis, etiam ex alio, quam præſentationis capite factæ non reperiatur ſacro ordine initiatus, idque præſertim auctoritate Innocent. dixit Abb. in millies citato §. inferiora num. 12. de elect. ſubdens id communiter obſeruari, & ſequitur Roch. de Curte. in tract. de iurepatron. verbo honorificum. verſ. tunc dicendum eſt poſt num. 21. textui autem in adducto cap. præterea, requirenti ſubdiaconatum ſaltem, in eo qui prouidendus erit, multis modis reſpondet Abb. in cap. dudum el 1. numer. de elect. alij veró adherent verbis illius capitis, à quo recedere minimé audent, niſi in caſibus in iure expreſſis, vt gloſa Ioan. Andr. in cap. cum ex eo verſ. Subdiaconatus de elect. in 6. & cap. ſi pro clericis verſ. prouidere de præben. in 6. quorum ſententiam crederem tutiorem, ſed priorem communiorem, & in praxi ſeruatam.

Et quod ad non curata attinet; quibus adiunctus eſt ordo presbyterij, non eſt dubium, conſtitutum in minoribus non prohiberi conſequi, iuxta cap. 1. de inſtit. Lambert. adducto artic. 29. num. 7. & Rocch. de Curte loco nuper citato, & conueniunt, quæ Panormit. annotauit in dictis cap. præterea, & cum in cunctis §. inferiora.

Hactenus de ætatibus ad beneficia, & inferiores dignitates neceſſarijs diſſeruimus, nunc de ijs agendum eſt, quę pro maioribus dignitatibus canones
44 expoſcunt, quare reminiſcor ad Epiſcopatus culmen ex concilio Agathenſi in capite 16. & 17. neminem promoueri potuiſſe ante annum trigeſimum, & habetur in cap. quicumque 77. diſtinct. poſtmodum vero ex conſtitutione Alex. III. in Concilio Lateranenſi ſuperadditum fuit, vt exegerit trigeſimum in cap. cum in cunctis de elect. itaque non amplius ſatis eſt attigiſſe dictam ætatem, niſi expleuiſſe pateat, ex Rebuff. in praxi rubr. requiſita ad collationem bonam num. 37. & tract. de pacif. poſſeſs. num. mihi 184. licet gloſ. in cap. volco verſ. complcuerint de ætat. & qualit. in 6. dixerit Epiſcopum eſſe poſſe, qui trigeſimum ingreſſus eſt annum, ad id ducta auctoritate præfati cap. cum in cunctis, cuius quidem verbum exegerit non perpendiſſe inſinuat; quod ſine dubio perfectû indicat tempus; idq; tandem conſtit Greg. 14. Publicata 15. Martij 1591. expreſſis declarauit verbis; ibi annum trigeſimum expleuiſſe; licet in Regno Franciæ idoneus ad Epiſcopatum iudicetur, qui in vigeſimo ſeptimo conſtitutus anno reperitur, ita commonentibus concordatis inter Leonem X. & Galliæ Regem, teſte Rebuffo adducto nu. 37. & in tract. de pacif. poſſeſs. nu. 184. Quod tamen nuſquam credidi locum habere in omnibus Epiſcopatibus gallicanis, etenim verba bullæ concordatorum, id exprimunt de Epiſcopatibus, & Archiepiſcopatibus exiſtentibus in Delphinatu, ac comitatu Dienſi, & Valentinenſi, vt apparet ex verbis relatis per Rebuff. in concord. rub. de Regia ad Prælat. nominat. facienda §. 1. ideó ſit in reliquis prouincijs actendenda diſpoſitio iuris communis iuxta l. præcipimus C. de Sacroſanct. Eccleſ. neque dubitare contingit, cum vltra memoratas, alię extent in eo Regno Prouinciæ, ſiquidem Argent. in ſua Hiſtor. in præfatione ad lectores, & Gaguinus lib. 1. Hiſtoriæ Francorum fol. 3. nu. 20. verſic. eſt enim Gallia triplex; multis prouincijs Galliæ Regnum refertum aſſerunt, eaſque nominant, diſtincteque ponunt, ita quod idem Gaguin. fol. 5. num. 40. his vtitur verbis; Porrò, vt omninò gallia diſtinctior haberi poſſit: ſciat le-
45 ctor, Galliam omnem, octodecim prouincijs contineri, & quæ ſequuntur; oportet autem, promouendum ad Epiſcopatum in ſacro ordine, antea ſaltem ſex menſium ſpatio conſtitutum fuiſſe, ex Concil. Trident. cap. 2. ſeſſ. 22. de reformat.

Qui vero conſecraretur Epiſcopus ante præſcriptam ætatem, ſi Papæ diſpenſatio præcederet, intelligeretur etiam habilitatus ad neceſſaria conſecutiua, & dependentia: per Abb. & gloſ. in cap. quia in tantum de præbend. & propterea ad exercenda iuriſdictionalia, beneficiaque conferenda, prout ceteris luculentius Ioan. de Selua ediſſeruit, poſtquam quæſtionem iſtam in medium protulerat, in ſuo tractat. de benefic. par. 2. quæſt. 6. licet hodie eiuſdem quæſtionis diſputationem præterire valeamus; eo quod ſupremus Pontifex expreſsis ſolet diſpenſare verbis, cum dicto Epiſcopo, vt
46 Iuriſdictionalia exerceat, ac cætera ad ordinem ſpectantia; Eſt tamen verum non directe ſecum diſpenſari, ad obtinendum Epiſcopatum, ſed illius adminiſtratio detur in ſpiritualibus, & temporalibus omnibus, vſque ad ætatem legitimam, cap. cum nobis olim, in fine de elect. vſque proba-tum cum Ioan. Petrus Caraffa 10. Kal. Maij anni M. D. LV. Pontifex Maximus renunciatus, & Paulus quartus appellatus, vacauit Archiepiſcopalis Eccleſia Neapolitana, quam ipſe in adminiſtrationem

strationem concessit Alphonso Cardinali Carafæ cum decimum nonum, vel circa ætatis annum ageret, referente Mandos. in tract. signat. grat. rubr. de dispens. super retentione propter promot. in princip.

47 In Cardinalium numerum cooptari prohibetur, quiuis minor triginta annis, per Constit. Concilij Basiliensis sess. 23. quod cum conciliabulum potius reputetur, non erat eius dispositio seruanda; ea propter nouissimum Concilium Tridentinum, cap. 1. sess. 24. de reform. omnia, & singula, quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, & doctrina, ac cœteris qualitatibus in eadem Synodo constituta sunt, decernit adhiberi in creatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam si Diaconorum; cum itaque idem Concilium confirmando Alex. III. constitutionem in Concilio Lateranensi editam, exordientem, cum in cunctis, pręceperit ad Cathedralium Ecclesiarum regimen neminem assumi, qui ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, grauitate morum, literarumque scientia præditus non fuerit in cap. 1. sess. 7. de reformat. & cap. 2. sess. 22. eadem rubr. & constitutio illa Alexandrina trigesimum expletum præscripserit annum, pro ordinando Episcopo; eadem ni fallor, per concilium videtur constituta ætas, in cardinando, tametsi posteriori constit. 50. Sixti V. in Diaconum assumi possit, constitutus in vigesimo secundo suæ ætatis anno.

48 Sed horum Cardinalium nomen, & dignitatis titulum, antiquissimum in Ecclesia fuisse certum est, tametsi Caluin. id ambigat in lib. 4. instit. c. 6. sect. 30. quin etiam tale nomen in veterum scriptis ante Gregorij tempora, se nusquam legisse attestatur; at toto cœlo sine dubio aberrauit, quia oculos minimè intendit ad Canonem sextum Concilij Romani sub Siluestro Papa, in eo siquidem expressè legitur, tunc Romæ fuisse septem Diaconos Cardinales, & tamen Siluestrum tercentis circiter annis præcessisse Gregor. præportant Pontificum vitæ, & scripsit in hac ipsa re, Greg de Valent. super Diuum Thomam disput. 9. quæst. 1. punct. 2. vers. sic etiam, tomo 4. & si Archidiacono credimus in cap. vbi periculum num. 4. de elect. in 6. referenti ex chronica Martiana, Pontianum Papā instituisse Cardinales; illiusq; tempore, ducentum triginta sex Cardinales adfuisse, ait glosa in pragmat. Sanct. §. statuit vers. moderatus; Is autem Pontifex in Papatus apicem euectus 8. Kalen. Iulij anni 232. trecentis sexaginta, & amplius annis, conuincimur extitisse Cardinales, ante Gregorium; ex his similiter mendax conuincitur Alber. in rubr. de summ. Trinit. & Fide Cathol. & eum sequens Francisc. Marc. decis. 1296. num. 8. part. 1. inquiens, nondum fuisse creatos Cardinales cum Pontificia Maiestas, Constantino, Ecclesiæ Romanę multa, & ingentia dona largiente, aucta maximè est; Quinimmó si Hieronymi Plati de Cardinalis dignitate, & officio summa cura exarata scripta, inspexerimus in cap. 2. vers. ex his igitur; libenti animo fatebimur Cardinalis nomen in veterum monumentis rarissimum fuisse; rem tamen ipsam, & dignitatem antiquissimam esse, semperque in Romana Ecclesia, etiam tempore Beati Petri retentam, ita quod Linum, & Cletum, & Clementem, qui Beati Petri consiliarij, & adiutores erant, ex hoc numero extitisse, putarint complures; & de Laurentio non est dubium quin Diaconus Cardinalis fuerit.

49 De veterum veró Cardinalium numero inuestigari veritatem non esse difficile credit, citatus Platus; cum siquidem colligi rectè posse ait, ex titulorum numero, quos in initio dicti capitis secundi recensuerat; ob idque semper fuisse tres, & quinquaginta ad Honorium vsque secundum, Anno Domini 1125. affirmat, à quo sensim minui ceptum, cum in demortuorum locum nemo substitueretur, sed eorum tituli, vel ab Archipræsbytero, vel ab altero Cardinali, Pontificis iussu administrarentur, & incertum ex tunc, atque varium fuisse illorum numerum, vsque ad annum 1276. ex quo tempore ad Nicolai Tertii electionem, septem tantum extitisse Cardinales reperiisse; ab eo, vero tempore rursus reflorescere, & augeri cępisse; Verum si nostrates vera fatentur, eorum primordialem numerum fuisse vnum, & quinquaginta apparebit ex relatione Aluarot. in cap. 1. an Episc. vel Abb. feud. dare poss. & Francisc. Marc. decis. 192. qparitur de statu num 6. & deinde fuisse duodenarium probat Vestrius in sua praxi Romana lib. 1. cap. 1. num. 1. illud tamen veritate nititur, quod Bonifacio VIII. sedente, viginti fuere, neque tamen vsque ad Sixtum IV. trigesimum attigerunt; Sixtus trigesimum supergressus est. Alexander verò VI. ferè ad quinquagesimum perduxit, At Leo X. cum vna vice; vnum, & triginta creasset, vsq; ad sexagesimum quintum peruenit. Paulus IV. quinque alios addidit, Pius IV. vsque ad sextum, & septuagesimum, quo nequè antè, nequè post peruentum est. Postremò Sixtus V. recentissime, numerum septuagesimum definiuit, in sua Constitut. quinquagesima, cuius initium est. Postquam verus ille, atque æternus Pastor, vbi hunc statuit numerum, ad instar illorum septuaginta seniorum, quos Dominus Num. 11. adiutores Moysi dedit, in quos tanti oneris partem deriuaret, sunt autem complures, tum rationes, tum auctoritates, quibus hunc numerum haud excedēdum, contendant Card. in clem. ne Romani §. irritum nu. 7. de elect. & Petrus Gregor. Tholos. lib. 15. syntagmatum iuris vniuersi cap. 4. num. 9. nec vnquam vidimus ab ordinatione ista Sixti, in hac parte recessum, quamuis ad eum multoties peruenisse numerum, supremos Pontifices, maximeq; Clem. VIII. & nunc feliciter viuentem Paulum V. qui pluries illius Constitut. numerum tetigerunt. Reliqua autem permulta de cardinandis, congerit Paleott. de Sacri Consistorij consultat. par. 4. quæst. 1. vers. nunc de Cardinalium.

50 Ad supremum nunc Papatus apicem, vt quis euehi possit, quot annos natus esse debeat, non videtur hæsitandum, cum nusquam audiuerimus, nequè perlegerimus dubitatum fuisse de validitate alicuius Pōtificis maximi electionis, ob hunc defectum ætatis; quærunt namque amplissimi Cardinales, quem eligant senem, & quandoque decrepitum: illumque si iuuenem assumunt, ó, quoties eos penitet, & tamen diuino inflatu ducti, quin consentirent in illum, facere non potuerunt; Spiritus enim Domini vbi vult spirat, & Cardinalium voluntates

luntates in electione Papæ trahit, quo illi fortaſſe nollent; Verum nè quicquam intactum penitus relinquamus, reminiſcor, ſentiſſe Ioannem de Selua, nè ſupremus Pontifex renuncietur minor annis triginta, in ſuo tractat. de benef. q.5. par.3. nu.14. fretus iuribus multis, & rationibus, ea præſertim quam Diuus Hieronymus contra Iouinian. ſcribens in 1. par. Epiſtol. lib.5. cap. 14. memorat pro cauſa, ob quam CHRISTVS Dominus noſter, potius Petrum elegit, quam Ioannem, quem ſummo proſequebatur amore, ex Sacræ Scripturæ teſtimonio; ait enim poſtpoſuiſſe Ioannem iuniorem, Petro ſeniori, illique propterea commiſiſſe Eccleſiæ regimen, ſuſcribitq; Decius in c. tranſlato 2. lect. num.19. de Conſtit. Aliam neq; incongruam exiſtimo rationem, quod Papa ſub nomine Epiſcopi nonnumquam veniat, idque iudicio felicis memoriæ Pij V. nititur, nam vacante Parochia vrbis Romæ, in concurſu multi fuerunt reperti idonei, ex quibus vnus eligendus erat, qui ab Epiſcopo iudicaretur magis idoneus, iuxta Decretum Concilij in cap. 18. ſeſſ.24. de reformat. quare dubitatio exorſit, ad quem electio illa ſpectaret, nempè ad Papam vti Epiſcopum Romæ, an verò ad Cardinalem titularem; & ipſe Pius reſpondit, ad
51 Papam ſpectare, tamquam comprehenſum ſub illis verbis concilij, & ita vſus poſterior obtinuit, refertque Maiol. in tract. de irregul. lib.2. cap.4. ſub num.2. hiſque multum confert, quod omnes Papæ ſe Epiſcopos vocare conſueuerunt, & titulus in prohemio ſexti, euidenter præportat. Iſthæc licet nullum ius reprobet; attamen ſi minor eligatur, dumtamen vſum habeat rationis; eius quippè electio non erit inualida reputanda, aut nullius momenti cenſenda; ſed ipſam potius ſubſiſtere pronunciandum, cum Iacobat. in ſuo tract. de Concilio lib.3. artic. 1. verſic. & idem de infante, ac Maiolo adducto tract. lib.1. cap.30. num.13. & fortaſſe etiam ſi rationis vſu careat, ſi verum eſt, quod de Epiſcopo dicunt aliqui, quorum memini capite 3. numero 28.

Hinc nactus occaſionem, tractatulum de electione Papæ ſubiungere cogor, vt cui multum debeo, inſeruire ne omittam, Is enim ampliſſimus vir, cunctis maximè profuturum cenſuit, ſi notabiliora in hac re congeram, vt ſi caſus eueniat, habeant Illuſtriſſimi Patres rem iſtam breuiloquio ſermone explicatam; & vbi in conclaui tempus terere nequeunt, valeant in currentibus negotijs, dubiorum veritatem non longo interiecto tempore conſectari.

Cum itaque de ſuffragio ferendo in ſummo totius Eccleſiæ Pontifice creando, tractatio futura ſit, quo nihil maius inueniri, quia ſcripſit Paleot. de ſacri Conciſt. conſultat. par.3. quæſt.4. verſ. & eò magis; Ideò rem altius exordiendo, recenſendas primitus eſſe aduerto Conſtitutiones omnes, de eiuſmodi electione, verba facientes; qua propter
52 textum in primis memoro in cap. in nomine Domini 23. diſt. deinde alterum in cap. ſi quis Papa 79. diſt. in cap. licet de vitanda, de elect. in cap. vbi periculum, adducto tit. in 6. & clement. nè Romani, eodemmet citato tit. de elect. adiunctis multis ſſ. in eiſdem textibus appoſitis. Non tamen ignoro complura alia extare iura generatim de electione tractantia, & maximè de Epiſcoporum electione, á Summis Pontificibus, Concilijſque generalibus edita; quę vendicare etiam ſibi locum in electione Romani Præſulis, niſi ſpeciatim reperiatur contrarium in ea deciſum, affirmo per doctrinam Bellam. in eodem cap. licet, ſub num.17. & fateri videntur omnes hi, qui aliqua ſpecialia coaceruant pro electione Papæ; Præſertim idem Bellam. in cap.1. num.4. diſtinct.79. & illic Præpoſit. in vltimis verbis.

53 Ac poſtmodum inueſtigandum eſſe, quomodo ad Cardinales venerit huius ampliſſimi ſuffragij Ius; quouè in ipſis ſolis remanſerit, & Hieronymi Plati de Cardinalis dignitate, & officio fultus auctoritate, in c. 2. affirmare placet; ſemper, vel ab initio ipſo Eccleſiæ, hoc perpetuum, ac ſolemne fuiſſe, vt Pontificem, Cardinales, id eſt ij, quos nunc Cardinales vocamus eligerent; quamuis multorum luſtrorum curriculo, id eis ſolis minimè competijſſet; at reliquo etiam clero, cum populi interuentu; iſtumque morem ad annum circiter vſquè D XXX. duraſſe; quo Iuſtiniani Decreto, ad tollenda diſſidia ſancitum fuit, ne Pontificis electio rata eſſet in poſterum, niſi Imperatoris quoque accederet conſenſus; cuius legem per annos centum, & quinquaginta viguiſſe apparet, nempè ad annum vſque DC LXXXIV. quando optimus ille Imperator, Catholicæque Eccleſiæ acerrimus defenſor, & cultor, Conſtantinus Quartus, abrogata prædicta ſanctione; electionem Papæ ad priſtinam libertatem reſtituit; & qui Romæ concordibus animis Pōtifex eligeretur, vt ſtatim conſecrari poſſet, nulla Imperatoris accedente auctoritate, aut conſenſu, edixit; cuius tamèn ſanctio interrupta fuit anno DCCLXXII. noua Adriani Papæ lege, cum conſilio centum, & quinquaginta trium Epiſcoporum; qua Carolo Magno delatum legitur ius eligendi Pontificem Maximum in capit. Adrianus 63. diſtinct. quam tamen poteſtatem exercuiſſe præfatum Carolum non apparet; fortaſſe quia in re, quam ad ſecularem Principem non pertinere cognoſcebat, ſola ſibi animi moderatione vtendum arbitraretur. Quare prior conſuetudo in creandis Pontificibus perſeuerauit, idquè adeò, quod Ludouici Secundi approbatio ſucceſſit, qui expreſsè etiam priuilegio antea conceſſo renuntiauit in cap. ego Ludouicus 63. diſtinct. & expreſsius conſtitutum, centum, & amplius poſt lapſos annos ab Adriano 3. Anno DCCCLXXXIV. taliſquè mos tenuit ad annum vſque CMLXIII. cum Ioannes 12. Sedem Apoſtolicam Alberici Patris, vi, & potentia occuparet; quod Otho primus ex Germania aduocatus, coacto Concilio, vt Ioanne depoſito, alter (qui Leo fuit 8.) eligeretur; illeq; inſolentiæ primum Romanorum, minis, aut mercede populum clerumquè corrumpentium, vt ſe ipſos, vel amicos, aut parentes, ad Pontificatum proueherent; cenſuit ſuffragij Ius, quo Populus Romanus, & Clerus in Papæ creatione vtebantur, in Imperatorem transferre: ac poſtmodum, re vera Othoni, tunc Imperatori, eiuſque in Regno Italiæ ſucceſſoribus facultatem dedit; vt videre licèt in cap. in Synodo 63. diſt. vſu tamen obtentum eſt, poſt aliquod annos, vt rurſus ſpreta Imperatoris auctoritate, Pontifices crearentur; quod

tamen

tamen, quia multorum malorum seges erat, Henrico II. concessum iterum fuit anno MXLVII. idipsum, quod ante fuerat Othoni indultum; quo existente priuilegio Damasus II. ac Leo IX. euecti fuerunt, quare cum Imperatores iam nimium sibi sumpsissent, Nicolaus II. Anno MXLIX. omnem hanc eligendi rationem moderandam ratus, ita decreuit in cap. 1. & cap. si quis pecunia 79. dist. vt electio præcipuè à Cardinalibus peragetur; deinde reliquus clerus, ac Populus ad eam comprobandam accederet; salua tamen, inquit, honore, & reuerentia Herrici; Itaquè hoc primum tempore totum eligendi ius Cardinalibus concessum est; habita tamen, & populi, & Imperatoris aliqua ratione, licet eodem Nicolao defuncto electum, & consecratum fuisse Alexandrum Secundum, nulla accedente Herrici Tertij auctoritate notum sit; cuius electionis, quamuis ille indignatus, & conuocato conuentu Basileæ, Cudolum Parnensem Episcopum renunciasset Pontificem; attamen pacatus deinde animo, post Alexandri interitum, electus fuit Gregorius Septimus, qui tamen consecrationem non admisit priusquam missis ad Herricum legatis, illius quoque voluntatem exploratam habuit; & hic mos perdurauit multis subsequentibus annis, & vsque ad tempora Alexand. III. qui nonis Septembris anni MCLIX. Romanus Pontifex à tribus, & viginti Cardinalibus renunciatus, vt primum ex magno calamitarum concursu, quibus Ecclesia præmebatur, respirare potuit, eisdem illis incommodis admonitus, Lateranense aduocauit Concilium; in quo Decretum illud edidit; in sacris nunc Canonibus registratum, scilicet in cap. licet de elect. quo totum eligendi Ius, in Cardinales translatum est, reliquo Clero, & Populo, atque etiam Imperatore excluso, quod deinde à Gregorio Nono in cap. vbi periculum de elect. in 6. & iterum à Clement. V. in clem. vnica adducto tit. roboratum legitur; quæ quidem formula ex tunc recepta, & vsu, ad hęc vsque tempora semper seruata cernitur quod etiam ostendo nu. 76. quare non tantum ratio, sed ipsa insuper experientia, satis apertè docuit, nullam meliorem commodioremuè formam excogitari potuisse. Hæc igitur, de eligendi potestate, quid deinde in eligendo spectandum sit, quiduè in eius electione seruandum, mox si paratim agam.

54 Quarè illud in primis aduertendum recordor, nullam esse præscriptam formam, ad talem electionem omninò necessariam; iccircò si quæ in iure statuta cernitur, omittatur; irritus non propterea iudicaretur actus, dumtamen consensus duarum partium accesserit, quod optimè desumitur ex decreto Alex. III. in eod. cap. licet de vitanda, & ex eo textu rectè desumit inibi Innocent. in fine, in verbo, speciale; inquiens non est hic aliqua forma ex necessitate seruanda; immò quocumque modo appareat duas partes consensisse in aliquem, tamquam in electum, Ius habet, & verus Papa est quod præter Innoc. notat etiam super eodem textu Compostell. in verbo speciale num. 5. Host. in vers. vel etiam sine forma sub num. 14. & verbo constituitur sub num. 33. Ioan. Andr. in 9. speciali, sub num. 5. Anton. de Butrio sub num. 18. & 27. Cardin. Florent. colum. 4. in 22. quæst. col. 7. in 9. speciali, & colum. penult. vers. secunda conclusio est; Imol. num. 9. Abb. in 9. speciali, & iterum propè num. 14. Ioan. de Anan. nu. 1. & rursus propè nu. 8. Bellam. in verb. constituitur, & sub nu. 17. in 16. notabili; nèc non sub num. 18. & 46. ac in colum. 32. in 3. princ. quæst. in tantum, quod ita ex eo textu collegisse omnes scribentes, testatur in colum. 30. circa medium, quin & alij non desunt, qui alijs in locis hoc ipsum firmauerint, nèpè Gulielm. Durand. in cap. Vbi periculum in 3. speciali num. 22. de elect. in 6. glosa in cap. si cui, in verbo præter, adducto tit. & libro, & illic Gemin. nu. 4. Goffred. in summ. d. tit. num. 13. inibique Hostiens. §. & nota, num. 18. Lancellott. Corrad. in templo omnium Iudicum lib. 2. cap. 1. de Pontif. Max. §. 2. quęst. 1. num. 4. Francisc. Marc. decis. Delphin. 934. quæritur de forma num. 3. par. 1. Archid. in cap. si transitus 79. dist. in fin. num. 4. Turrecrem. in 4. quæst. num. 6. Cardin. Alexand. vers. neque de alia forma, sub num. 2. Gemin. propè finem, licet eius litera sit corrupta, & Bellam. num. 7. dum se remittit ad notata per ipsummet in dicto cap. licet, tandemq; Butrius in cap. cum in iure propè nu. 37. de elect. Card. Florent. in clem. nè Romani nu. 7. eod. tit. & inibi Anchar. num. 10. Hieronym. Alban. quæst. 20. & Hieronym. Manfred. cap. 22. ibi, sciendum est præterea.

55 Locus insuper, licet adsit in Palatio Apostolico, in quo conclaue fieri, mos fuit, ac cellulas parari, quin cappella Paulina appellata, in qua conuenire Patres ad Diuina peragenda, & ad electionem celebrandam consueuerint, attamen non eum de substantia electionis esse comperio; siquidem alibi facta non inualidatur, iuxta notata per Archid. (reiecta glosa contradicente) in cap. 1. num. 17. distinct. 23. adducentem Hostiens. Rofir. Beneuen. & communem esse adiungentem; eumque sequuntur ibidem Bellam. num. 11. Gemin. num. 16. Turrecrem. prope num. 18. & Cardin. Alex. colum. 6. propè finem in glosa super verbo in vrbe; & hoc etiam tuentur in cap. vbi periculum de electio. in 6. Archid. col. 2. in princip. Ioan. Andr. sub num. 4. Anton. de Butrio nu. 12. Gemin. in §. hoc sacro, ante nu. 5. addens communem esse opinionem Anchar. in eod. §. hoc sacro, eandē Io. And. & Archid. videntur insequi sententiam, licet pro contraria, multa cumulent, quin, & Franch. in §. fine, in vltimis verbis, ab illa, neque discedit, dum se remittit ad notata per eundem in cap. cum Terra, supra eodem; ita quod Archid. non sine ratione, his vtitur verbis; dicunt quidam sed male, quod locus per hanc Constitutionem est de substantia huius electionis, & si alibi fiat electio, quam in loco ad hoc destinato, nulla sit.

56 Pro illa verò alia controuersa quæstione, vtrum nè receptio requiratur, vltra electionem, videndus est tex. in cap. licet de vitanda, sub rubr. de elect. cuius verba sunt. Ille absque vlla exceptione Pontifex habeatur, qui à duabus partibus concordantibus electus fuerit, & receptus; ex his itaquè verbis duo videntur necessariò requisita; scilicet electio, & receptio. Attamen Innocent. in verbo receptus, affirmat, nullam esse vim in receptione, siue loquamur de receptione ad osculum pacis, siue de obedientia præstita, siue de incathedratione: sed

satis

ſatis ſit, quod eligatur, vel nominetur animo eligendi, vt plenum ius habeat: cuius ſententiæ tandẽ inheret ſuper eo tex. Hoſt. poſt nu. 20. declarans illud verbum receptus, & inquiens, intelligendũ eſſe de receptione verbali; vt ſcilicet poſtquã inter ſe Patres deliberauerint, & vt nominatum ad præſtandum conſenſum requiſierint, & ſic ipſum receperint, vel rurſus explicat, electus & receptus, vt illa dictio, & exponatur, pro vel, & ſic legantur illa verba, electus, vel receptus, ideſt approbatus, quamobrem Ioan. Andr. num. 16. ait opinionem Innocent. teneri ab Hoſt. & ipſe tametſi multa in contrarium prodat, demum eidem aſſentitur, atque ita tenendum reſoluit, exponens cum Hoſtienſi dictionem illam, & pro vel, dicens, receptus, ſcilicet per acceſſum, à qua interpretatione, non abhorret Bellam. ſub num. 8. cum ſequentibus, ad effectum validæ electionis; quamuis pro illius probatione, quatenus ab eiſdem eligentibus negaretur electio, requiri receptionem illic crediderint etiam Card. Florent. in quæſt. 14. Anton. de Butrio ſub num. 27. Imola ſub num. 4. Abb. in 5. notab. ſub num. 5. Dec. num. 10. & ſpecul. in cap. vbi periculum in 6. ſpeciali num. 26. & ſub num. 36. de elect. in 6.

57 Prout neque ſit omninò neceſſaria intronizatio, ſeù confirmatio, poteſt deſumi ex prædictis, atquè ex textu in cap. 1. diſt. 23. cum ſtatim ac, electus fuit, verus eſt Papa, & ius habet adminiſtrandi iuxta gloſ. inibi verſ. & diſpenſandi, & cum gloſa concordant inibi Archid. num. 19. Bellam. ſub num. 7. & 11. ac 12. Gemin. ſub num. 16. & 17. Turrecrem. nu. 10. 20. & 21. Cardin. Alex. propè nu. 24. & per adductum cap. 1. dicit gloſa fin. in cap. licet de vitanda de elect. quod Papa dum eligitur confirmatur, ſtatimque plenam habet, & liberam adminiſtrationem, & cum ea, illic ſcribunt perplures Doctores, atque Corrad. in templo omnium Iudicum lib. 2. cap. 1. de Pontif. maximo, §. 2. q. 1. in 11. ſpeciali, dicit, electionem Papæ nulla indigere confirmatione.

58 Sed qualis tractatus anteire poſſit, videndus eſt textus in cap. in nomine Domini 23. diſt. cum gloſa verſic. tractantes.

59 Ex hactenus relatis, illud vni cum concurrere omninò oportet, vt valida ſit electio; concors ſcilicet duarum partium conſenſus: Namque plena, tametſi dicatur concordia, in qua nemo diſſentijt, vt aiunt in cap. licet de elect. Bald. in princ. Imol. num. 2. Abb. num. 3. Dec. num. 6. & in cap. vbi periculum eodem tit. in 6. Franch. in princ. & verſ. & idem eſſet, ſub num. 19. nihilominus certó certius eſt, duarum partium concordiam, ſufficere ad ſupremi Præſulis validam electionem; ex adductis hucuſque.

60 Sed hic numerus quomodo computandus ſit, tota vis eſt, inueſtigare. Quippè vno ex tribus modis fieri poſſe, & conſueuiſſe præfati Pontificis electionem, eamque propterea triplicem eſſe reminiſcor. Prima quippè dicitur electio per viam Spiritus Sancti; Altera per viam compromiſſi, nouiſſima autém per viam ſcrutinij, teſte Alberico in ſuo Dictionario verbo electio debet fieri, & Corſetto in ſuo repertorio, eodem verbo, electio.

61 De prioris nunc materia, in primis locuturus, nolo ſilentio inuoluere, quod à fide dignis, ac verſatis in conclaui relatum habui; Quod ſcilicet vbi Patres de electione agere intendunt, audita miſſa, remanent ipſi ſoli in Cappella, ſedentque ſuper ſcabella, ſiue ſcanna illis parata, relicto ſuper Altari, calice vacuo, &c. & tunc prior Epiſcoporum proponit eis; per quam viam ad electionem procedere volunt; per viam ſcilicet compromiſſi, an ſcrutinij; quando ſi aliquis fortaſſe Patrum diceret, Reuerendiſſimi Domini, perſpecta ſingulari virtute, probitate, &c. Reuerendiſſimi Domini mei N. ego iudicarem, ſine aliquo proceſſu illum eligendum, & ex nunc eligo ipſum in Pontificem; quandoquidem ſi alij, aút ſaltèm tot Cardinalium vota, iſtius ſententiam ſequerentur, cum viua voce eligentes: quòd à duarum partium ſuffragijs electus dici poſſet; ille ſanè canonice electus diceretur, & verus eſſet Papa; hæcque electio vocatur per viam Spiritus Sancti, ſiue inſpirationem; & ſæpè apud maiores noſtros fuiſſe ita factam electionem non ignoratur, ſed propius loquendò, tùnc dici electionem per inſpirationem credimus, cum omnes concordarunt nemine contradicente: adeò quod, ſi vnus tantum diſſentiat non dicatur per inſpirationem celebrata, ſed per inſtigationem, iuxta textum in c. quia propter, iunctis notatis per Ferdinand. Compoſtell. num. 28. & Abb. antiq. nu. 21. de elect. etiam ſi poſtmodum ratificatio illius accedat, ex eodem Compoſtellano; immó ſi fiat electio ſigillatim, non dicatur per inſpirationem, ſed per inſtigationem, cenſuerunt ijdem Compoſtell. & Abb. Antiq. ſed Paleott. per aperta ſuffragia multis modis perfici electionem Papæ ſcripſit, in tractat. de Sacri Conciſt. Conſult. part. 5. quæſt. 3. verſic. & ſi quis diceret; nempè per acceſſum, compromiſſum, inſpirationem, & quaſi inſpirationem.

62 Secunda à nobis tradita electio, ſeù mauis modus eligendi, eſt per viam compromiſſi, quo quidem caſu, vt omnes conueniant ad compromittendum, neceſſe eſt; alioquin minimé teneret, idquè edocet in primis Compoſtell. in cap. licet ad euitanda propè num. 8. de elect. ibi, vno contradicente non poteſt compromitti, & illic Hoſtienſ. ſub num. 25. Ioan. Andr. ſub num. 14. Bellam. ſub num. 29. Butrius ſub num. 18. iunctis notatis in num. 20. Zabar. ſub num. 10. Abb. ſub num. 8. in illis verbis, ſed vnus impedit; ex verbis etiam carpitur citati cap. quia propter; illis ſcilicet; vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committatur; qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ prouideant de Paſtore; quæ verba interpretatur illic gloſa, inſinuare omnium requiri aſſenſum in compromiſſo faciendo, dum omnium vice funguntur compromiſſarij in eligendo: ſubditque rationem, nam cum vnuſquiſque habeat in electione vocem, non eſt iure ſuo, priuandus, & hæc ſibi arridet opinio, licet alios in contrariam pugnantes memoret, ob illam rationem, quod ſi duæ partes eligunt non obſtante tertia contradicente, valida eſt electio; ita & ſi compromittant. ſed gloſæ ſententiæ illic inherent Innoc. in verſ. vel ſaltẽ, Abb. Antiq. num. 18. Compoſtell. ſub nu. 20. Hoſt. ſub num. 49. Io. Andr. ſub nu. 39. Bal. ſub nu. 21. Anchar. nu. 1. Anton. de Butr. ſub num. 36. Imola

propè

propè nu. 10. Bellam. nu. 12. Zabarell. in princ. Abb. num. 2. & in cap. vbi periculum de elect. in 6. scribit Gulielm. Duran. vers. vno autem contradicente nu. 8. affirmans, vno pugnante, nequè compromissum fieri posse, neque concludi, quod valeat electio facta à maiori parte; & vera mihi videtur ratio illa, quod nemo potest compromittere, de iure tertij, cum in sua non sit potestate, ex Bal. indicato loco, & tanta est vox vnius contradicentis, vt facta electio á compromissarijs, nulla sit, quamuis consensus superueniret eius, qui antea contradixerat compromisso, ita quippe super eodem cap. quia propter, concludunt Compostell. num. 21. Ioan. Andr. sub dicto num. 39. Butrius sub num. 48. Zabar. indicato num. 1. & Bellam. in §. nisi forte, num. 3. Quod si duæ partes compromittentes, tamdiú in ea permanerent sententia, quousquè compromissarij nominarent aliquem, quem ijdem compromittentes approbarent, credo esset canonice electus, non tamquam electus à compromissarijs, sed á duabus partibus ipsis.

63 Nouissima forma electionis est, per viam scrutinij, in qua sunt ante omnia eligendi tres scrutatores Collegij, & alij tres scrutatores scrutatorum collegij; & ex quolibet ordine Cardinalium vnus, per Hostiens. indicato cap. licet num. 23. hæc fit per cedulam, in qua vnusquisque nominat eligendum; quin, & plures nominare potest in eadem cedula; immó consuetudine obtentum est, vt etiam tres valeat nominare; in hæc verba; consentio primo in A. secundò in B. ac tertiò in C. & ita nominatus á duabus partibus sit electus; dicit Compostell. in adducto cap. licet ad euitanda num. 6. & alij, qui nó se restringunt ad prædictum numerum trium; eo quod indefinitè loquendo, aiunt, posse plures nominare, præsertim Bellam. sub nu. 46. Io. Andr. sub nu. 4. Host. sub nu. 23. Butr. sub nu. 18. Abb. in 2. speciali Anchar. & Cardin. Florent. ambo in 2. speciali, & Gulielm. Duran. in cap. vbi periculum, propè num. 25. de elect. in 6. Hieron. Manfred. cap. 22. ibi, vsus autem obtinuit, & Lancellott. Corrad. in templo omn. Iudicum lib. 2. cap. 1. de Pontif. Maximo §. 11. quæst. 1. sub num. 5. qui præterea asseuerant, non esse attendendum, quis prior fuerit nominatus, sed tantum, quis eorum habuerit duas partes vocum. & si plures duarum partium suffragio fouerentur, vel etiam maiori, sed æquali; tunc crederem attendendam esse prioritatem, si eorum vnus reperiretur ab omnibus descriptus ante alios; quod si vnus ab aliquibus, alter ab alijs fuerit primó nominatus, vel forte dirimerem controuersiam, vel potius iterum procedendum ad electionem censerem; cum forte non esse faciendam electionem in Ecclesiasticis, probet cap. Ecclesia de sortileg. latèque Suarez. de Relig. lib. 2. c. 12. nu. 5. Valent. disp. 6. q. 12. punct. 3. tomo 3. & D. Tho. quæst. 95. artic. 8. & si publicato scrutinio, reperiatur non adesse duarum partium concordem numerum, in aliquem; potest procedi ad electionem per viam accessus, & hac via, electionem viuificare, teste Bellam. in eodem cap. licet nu. 14. Hostiens. num. 25. Anchar. num. 5. Butr. num. 18. Zabar. sub quæst. 20. Imol. sub num. 4. Abb. nu. 5. & iterum sub num. 8. Ioan. de Anan. post num. 6. & Philipp. Decius num. mihi 14.

64 Nunc pergrandem illam, & perdifficilem attingere cogor quæstionem, vtrum né electus computetur in numero duarum partium, in qua intricata, longèque ventilata quæstione, mille ni fallor scripsere Doctores, & inter eos maximam reperi controuersiam; siquidem

Alij negant, alij annunt, alij distinguunt.

Negant enim in cap. licet de elect.

Glosa in verbo à duabus partibus.

Innoc. inibi in princ. in illis verbis, etiam se non computando.

Compostell. sub num. 3. & inibi additio lit. B.

Bellam. sub num. 29. remissiuè ad dicta per ipsum in c. cú in iure, vbi insequitur præfatorum Innoc. & Compostell. relatam sententiam.

Decius in glos. in verbo à duabus partibus, sub num. mihi 29.

Et in c. cum in Iure eod. tit.

Glosa in verbo consentiat.

Innoc. in verbo, dummodo.

Compostell. sub num. 5. subdens, & sic seruamus.

Bellam. latissimè disputat, per multas columnas vers. & decimum sub num. 17. cum seq.

Eiusmodi Innocent. & Compostell. amplexatur opinionem.

Archid. in cap. si quis Apostolicæ 79. dist. sequitur eosdem Innoc. & Compostell. in dicto cap. licet.

Bellam. indicato cap. si quis nu. 1. remittit se ad notata per eundem in c. cum in Iure, quo loci, hanc sequi partem demonstraui superius.

Gemin. sequitur Archid. inibi.

Cardin. de Turrecrem. collaudat Innoc. & Compostell. dictum.

Paulus de Eleazar. in repet. cap. nullus sub num. 3. de elect. dicit, quod in eligentibus nomine proprio verior est opinio dicti Bernardi Compost.

Bellam. in c. qui Episcopatum 8. q. 1. sub nu. 2. remittit se ad notata per ipsum in d. c. cum in iure; vbi si hanc teneat opinionem, superius scripsi.

Hieronym. Cardin. Alban. in suo tract. de præst. Cardin. quæst. 28.

Et hanc partem approbabat vetustas, per Constit. Innoc. cuius initium erat, quia frequenter, quæ his vtebatur verbis; hanc quæstionem decidentibus. Vniuersalis Pastor, & Episcopus habeatur qui à duabus partibus futurus eligetur, electo in duabus partibus minimè computato; quæ refert Io. Andr. in relato cap. licet; & Guliel. Durand. in citato cap. vbi periculum, sub num. 9.

Annuunt verò infrascripti, nempè indicato c. licet.

Imol. num. 9. affirmans in electione Papæ, indistinctè computari electum.

Bal. sub num. 8.

Et Zabar. nu. 6. refert Alanū. & Vincentium tenuisse electum computari in num. duarum partium.

Idipsum scribunt in relato cap. cum in Iure.

Collect. num. 3.

Anchar. in 5. notab. in 3. num.

Zabarell. sub num. 3. in 11. notab.

Imol. sub num. 4. adiungens contrariam Innocent. opinionem esse communiter reprobatam.

Abb. nu. 5. subdens opinionem Innoc. esse falsam.

Quod præterea aiunt in cap. qui Episcopatum 8. q. 1.

Glosa,

Gloſa, dum ait, qui non poteſt ſe ipſum eligere, poteſt coeligere, per cap. cum in iure de elect.
Archid. in gloſa, ibi, ſe coeligere, ſic fatur; iſta ſententia probatur per Vincent. Goffred. Laurent. Phylip. Innoc. Hoſt. & Bernard. Compoſtell. in Decretali hic allegata, cũ in iure; & ita obſeruat Curia Romana, ſecundum Bernard. Compoſt. ſed ibi Tancred. & Bernard. notant cõtra, vt extra de ſortileg. c. vltim. quorum ſententiam tenebat Ioan. de Deo; tu dic, cum D. Hoſt. quod 1. ſententia eſt vera, quando primò ipſum alij eligunt, ſecus ſi primò nominaret ſe, & ſic loquuntur iura inducta per Bernard. & Tancred.
Gemin. in fine in dicta gloſa, ibi coeligere; eadem omnia ſtatuit.
Cardinal. Alex. alias Præpoſitus appellatus num. 6. in gloſ. ibi coeligere; vbi eadem ſcribit minutatim verba.

Et in c. vbi periculum de elect. in 6.

Franch. verſ. & an tunc, ſub nu. 17. dum ſe remittit ad Imol. in c. licet; vbi hanc ille ſtatuit concluſionem.

In cap. fin. de ſortileg.

Butrius num. 7.
Zabarell. col. 2.
Marian. Socc. ſenior n. 7. qui teſtatur de communi.
Anan. num. 4. qui etiam dicit communem.

Ex conſulentibus.

Barbat. conſ. 33. quo ad primum nu. 19. & 21.
Ripa reſponſ. 2. tit. de Iurepatr. nu. 7. in hæc verba: licet quis nõ poſſit ſe ipſum eligere, poteſt tamen coeligere, & vox ſua, computatur in numero.

Ex Summiſtis.

Goffred. in tit. de elect. nu. 3. inquiens, duas partes intelligi, computato electo.
Hoſt. eod. tit. verſ. & nota ſub num. 18.

Textus etiam adſtipulatur in l. planè, ff. quod cuiuſquè vniuerſ.

Cuius verba ſunt. Planè, vbi duæ partes Decurionum adfuerint, is quoque quem decernunt, numerari poteſt.
Vbi gloſ. 2. in verbo, poteſt, dicit, ſi tamen ipſe ſit de Decurionibus.
Odoffred. (qui legit ſub l. nulli col. fin.) dicit per iſtum textum, quod ille eſt actor in quem maior pars conſentit, & actor in numero maioris connumeratur, & ita cum quis decernitur actor; prodeſt ei conſenſus ſuus.
Bald. in prima lectura, quod clericus numeratur in numero duarum partium; & ſic fungitur loco duarum partium.
Gloſa in l. 3. ff. de Decretat. ab ordin. faciend. quod in numero duarum partium, numeratur electus
Ioannes de Platea in l. nominationũ nu. 2. C. de Decur. lib. 10. in numero maioris partis computari etiam ipſum electum inquit, & ſic obtinere vicem eligentis, & electi; adducit l. planè ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine.
Iaſon in l. cum filio familias nu. 21. ff. de leg. 1. quod ſi quis non poteſt ſe ipſum eligere, poteſt tamen electioni de ſe factæ conſentire, eiuſque conſenſus connumerabitur in eligentium numero, additque textum adeſſe valde notabilem in cap. cum in iure de elect.
M. Ant. Bauerius in ſua repet. ſuper eadem l. cum filio familias num. 10. eadem ferè ſcribit verba.

Iacobat. in tract. de Concil. lib. 3. artic. 1. ſub rubr. de except. hęreſis, col. 1. in fine. multa prodit; demumq; annuit, quando prius fuit ab alijs electus.
Rocchus de Curte in tractat. de Iurepatron. verbo honorificum ſub nu. 20. de præſentatione ſcribens, ait, præſentatum, à compatronis poſſe præſentationi conſentire, citatq; Doctores, & Iura de electione loquentia.
Bertach. in Repert. verbo electio, 6. electio, à quibus fiat, quod licet quis ſe ipſum nequeat eligere; ſi tamen plures ſint electores, valeat vnus eorum eligere ſemetipſum, cum alijs eligentibus ipſum; Addens Ioannem 22. ſe ipſum in Papam elegiſſe, teſte Antonino in chronico.
Idem in verbo Papa in princ. quod electio Papæ fit à Cardinalibus ſecundum morem ſuum; & ipſe electus à duabus partibus poteſt cõſentire electioni de ſe factæ, etiam ſi electio nõ ſit perfecta.
Nicol. Pignol. ad ſing. Romani 813. An in Collegio; & fulcitur textu in adducta l. placet, & dicto cap. cum in iure.
Roderiq. in qq. Regul. tomo 2. q. 53. art. 10. verſ. neque etiam.

Diſtinguunt.

Hoſt. in c. per veſtras num. 5. de Iurepatr. inquiens computari, niſi in forma ſcrutinij procedatur, nam cum ſcrutinium ſecretò fiat, iuxtà c. quia propter de elect. non poſſet electio habere originem, quam à ſe ipſo; quod ceſſat, quando ipſo audiente alium ipſum nominant; & ſic nominationi factæ ab alijs conſentit; non autem ſe ipſum eligere incipit.

Eumdemquè ſecuti ſunt ibidem.

Ioan. Andr. ſub num. 4.
Anchar. ſub num. 3. addens hoc eſſe de mente gloſæ, ſcribentis rationem, quia à ſe ipſo oriri minimè debet.
Zabarell. in prima oppoſ.
Anton. de Butrio ſub num. 8.
Abb. remiſſiuè ad dicta, in cap. cum in iure.

Eandem opinionem tenuerunt in c. licet de elec.

Hoſt. ſub num. 16. in verbo duobus.
Io. Andr. ſub num. 38. qui inſuper adducit Laurentium, quod aut electus habet vocem in capitulo, & computetur; alioquin non numeretur.
Anton. de Butr. num. 24.
Zabarell. in 9. quæſt. & iterum in 13. ſpeciali.
Abb. ſub num. 13.

Quin & in eodem cap. cum in Iure.

Hoſt. ante num. 1. inquiens, & idem credo in electione Summi Pontificis, niſi ſeruaretur forma ſcrutinij; ſi Cardinales ipſum forſan eligerent. Addit, & ſic ſeruant Cardinales, ſicut expertus ſum poſtquam feci iſtam gloſam, vt notaui ſupra eodem cap. licet.
Abb. antiq. num. 1.
Bald. ſub num. 2. & 3.
Anchar. ſub num. 3. in prima oppoſit. & rurſus in fine ſecundæ oppoſitionis, & ſub 3. quæſt.
Zabar. in 5. oppoſ. non ſolum prędictam inſequitur diſt. Hoſt. at prætera adiungit, contrariam gloſ. ſentẽtiam communiter reprehendi; quin col. 6. in 4. lect. ait computari etiam ſi procedatur per viam ſcrutinij, ſi illud nõ ſit ſecretum. Refertq; Hoſtienſem inferentem ad electionem Papæ, quod augetur numerus duarum partium.

Anton. de But. sub nu. 36. approbans præterea relatam distantiam de scrutinio publico, & secreto.
Imol. sub num. 4. vbi residet cum præfata distinct. scrutinij publici, & secreti.
Abb. sub nu. 5. inquiens distinctionem Host. esse communem, & addit, quod etiam si fiat scrutinium secretum, cum deinde panditur, liceat electo in se ipsum consentire, & sic in electione supremi Præsulis, subsistat doctrina Hostiens. vt vox electi augeat numerum, & procedat vbicumque fieret scrutinium publicum, vel postquam in apertum prodijt.
Ioan. de Anan. sequitur, in princip. huius capitis, & communem ait distinctionem Host.

Idem etiam voluerunt in cap. cumana de elect.

Host. num. 4.
Anchar. sub num. 3.
Anton. de Butrio num. 35.
Zabarell. in 4. opposit.
Imol. vers. in eadem glosa, ibi, nec etiam sciant sub nu. 9. collaudans distinctionem alteram de scrutinio publico, & secreto.
Abb. sub nu. 10. subdens computari etiam quando scrutinium palam fieret.

In cap. qui Episcopatum 8. quæst. 1.

Præpos. sub num. 6.

In cap. vbi periculum.

Gulielm. Durand. num. 9.

In cap. in toto, de Regul. Iuris in 6.

Ioan. Andr. sub num. 1. num. 4. & 8.

Ex Summistis scribunt

Host. in tit. de elect. §. & nota vers. sed nũquid n. 18.
Ioan. de Friburgo in sua Summa Confess. lib. 3. tit. 26. sub rubr. de elect. quæst. 5. approbat relatam differentiam inter compromissum, & scrutinium.

Eandemquè amplexantur.

Pisanell. electio 1. §. in numero eligentium.
Rosella electio 2. nu. 4. & dicit communem.
Syluest. electio 2. nu. 23. dicit etiam communem.
Tabiena electio 1. nu. 26. & in verbo Papa §. 4. vbi dicit communem, & in princ. inquiens electum in Papam, posse consentire electioni de se factæ, etiam si illa non sit perfecta, sed eiusdem electi voce perficiatur.
Alberic. in Dictionario, verbo electio, §. in numero eligentium.
Barthol. Veronens. cautela 96. Vidimus pridie.
Ioan. le Cirior in tract. de primoneg. sequitur remissiuè Panorm. in cap. cum in cunctis, & consequenter distinctionem præfatam.

Lambert. in tract. de iure patron. in 8. artic. 8. q. princ. 1. part. 2. libri, recenset distinctionem Host. eamque tutatur inter compromissum, & scrutinium publicum, ex vna parte, & scrutinium secretum ex altera, atque communi sententia fulciri, quod in prioribus casibus computetur.

Lancellot. Corrad. in templo omnium Iudicum lib. 1. cap. 1. §. 2. q. 4. sub num. 8. quod electores Imperatoris possunt eligere vnum ex eis, qui annumeretur in eligentium vocibus, eò quod inter cos attendenda minimè est forma c. quia propter, Addit quod si fit electio omnibus audientibus non oritur à se electio, nec potest dici ambitiosus; ideòque electi vox constituit maiorem partem. Idem post publicationem scrutinij secreti; nam & tunc electus potest numero eligentium incrementum adijcere.

Francisc. Marcus decis. 929. quæritur an electus par. 1. metipsam distinctionem defendit, etiam in electione Pontificis Maximi.
Borgnin. Caualcan. decis. Fiuizana 4. Pulchra, & perutilis num. 4. iunctis notatis num. 10. cum seq. par. 1. vbi alteram quoque citatam distinctionem, de scrutinio publico, & priuato, veram statuit.
Ac demum Abb. cons. 25. quoniam de infrascriptis, part. 2.

Hactenus retuli Doctores, pro vnaquaque dictarum opinionum; in qua virorum dissonantia, asseuerare quid sentiam formido, ne reprehendar, quod inter tot præstantissimos Iurisperitos, nare præsumpserim; verum quia meo iam Marte mihi non consului, sed alieno suffultus subsidio; nam eruditissimis multis viris, sententiam in hac re meam insinuaui; qui omnibus eius partibus rectè perpensis collaudarunt; ideo silentio inuoluere no-
65 lui; Ego itaque in ea semper fui sententia, quòd qui eiusdem est sacri Collegij Cardinalium, electioni de eius persona factæ, nondum tamen perfectæ ob vnicam vocem, quæ deficiat, consentire queat, per accessum, vel compromissum, aut scrutinium publicum, vel etiam secretum, postquam tamen propalatum fuerit; eiusq; adhæsio suppleat numerum duarum partium, si de electione vniuersalis pastoris agatur: vel maioris partis, si de alijs inferioribus tractetur electionibus.

66 Sed hic consensus debeat nè, collegialis esse, non semel hæsitatum fuit, & affirmatiuè respondent Host. & Io. And. in c. in causis in verbo à singulis, de elect. in contrariam tamen iuit Bellam. in millies citato c. licet, col. 30. inibi multas adnectens validissimas rationes, atque in electione supremi Pastoris, suus est sermo, cum priores auctores in eo tantummodo loquantur casu, in quo est omninò adhibenda forma cap. quia propter de electione, licet autem ad eiusdem Papæ electionem consuetum fuerit collegialiter procedi, & in conclaui adhibitis his quæ statuta cernuntur, & sancita in c. vbi periculum §. hoc autem de elect. in 6. id tamen non videtur introductum pro forma, cum talis electio nulli formæ supponatur, sed tantum suffragijs duarum partium contentetur, ex notatis supra nu. 54. reiectis contrarijs in libro ceremoniali scriptis, quem idem Bellam. nullum facere ius, neque formam adijcere potuisse, contendit.

67 Præterea controuersum multoties fuit; an hic consensus satis sit, vbi tacitus fuerit; & pro negatiua pugnat tex. in c. dilecto filio de præb. vbi Episcopus recipiens aliquem ad osculum, ad quod non nisi canonici admittuntur, in illum consentire tanquam in Canonicum, non censeatur, eaq; propter glos. in vers. recepisti, ea profert verba; nè patientia faciat canonicum, sed tantum canonica electio. Alter quoq; adstipulatur tex. cum glos. in c. Ecclesia vestra el 1, de elect. vbi Honorius 3. Rothomagensi capitulo rescribens, diffiniuit, ne deportatio ad sedem solemniter facta, vim electionis haberet; aut alius quicumq; actus, cum verbo tantum electio expleri debeat. quare Doctores communiter illic concludunt non valere tacitum consensum

ac præſertim in electione Papæ, Bellam. in cap. licet num. 8. de elect.

Contrariam verò partem tutantur, quæ ſcripta fuere in cap. cum Adrianus 63. diſtinc. quo Principum legatos, & ipſos, humiliter acceſſiſſe ad ſalutandum Adrianum Papam electum, refertur, ex quo gloſ. in verſ. ad ſalutandum, illud deſumit argumentum, quod illi conſenſerint dum interfuerunt, lœtoq; ipſum aſpectu ſalutarunt, nèc reclamauerunt; ſic etiam extra de his quæ fiunt á Maior. par. cap. ex ore in fine; & de priuil. cum olim in fine, & de ſent. excom. ſi aliquando; nam ſtatim quod, alter alterum ſalutat, videatur in eum conſentire, carpitur ex cap. omnes 24. quæſt. 1.

Huic ſententiæ in eodem c. Adrianus, inhærent Archid. ſub nu. 1. Gemin. in gloſ. 3. ſub nu. 1. Turrecrem. in verbo ad ſalutandum, & Cardin. Alex. nu. 1. qui quidem omnes, apertis verbis aiunt, omnes illos, qui reuerentiam faciunt Papæ, aut alteri ſuperiori iam electo, in eum conſentire, tacitumque præbere conſenſum.

Quin, & in adducto cap. ex ore, inhærent gloſa in verſic. renunciaſſe, & Hoſtienſ. ſub num. 8. Anchar. 6. notab. num. 3. & Ioan. Anan. ſub num. 7.

Pro hac parte adduci præterea poteſt doctrina Henrici Boic. in dicto c. dilecto filio num. 1. quod tacitus conſenſus Papæ, dat ius in beneficio, ſi ſcit tenentem beneficium minus canonice fuiſſe inſtitutum, ex ea ratione quam num. 3. videtur ſubiungere, quod Papa eſt ſupra ius, nèc forma aliqua conferendi, eligendi, vel prouidendi aſtringitur; quin & illic Butrius ſub num. 17. ait patientiam operari in dependentibus à poteſtate patientis, quòd inſuper dixerunt inibi Imol. ſub num. 22. & Ioan. de Anan. ſub num. 9.

Quin etiam textus inſignis in l. 1. §. ſcientiam ff. de tribut. action. cuius verba ſunt, ſi igitur ſcit, & non proteſtatur, & non contradicit, tenebitur actione tributaria: ex quo textu, illic Gulielm. Cuneus auctor inter noſtrates grauiſſimus, infert ad ſtatutum concedens proximiori ius retrahendi rem immobilem á conſanguineo venditam, reſtituto pretio; tale ius amittat ſi eo preſente, ac patiente, fuerit alienata, opitulaturque textus in l. Titius ff. quib. mod. pign. vel hipothec. ſoluat. quod ipſum in feudo diſtracto à vaxallo, agnatis præſentibus, nec contradicentibus, ſeù proteſtantibus, ſcripſit Iacob. à S. Georgio in tract. feud. verbo, & cum pacto de non alienand. col. 2. verſ. ſed quid ſi vaxallus; ac propterea agnatos ipſos admonet, nè talibus interſint alienationibus.

Et in ſpecie de qua agitur, videtur concluſiſſe Gulielm. Durand. in c. vbi periculum ſub nu. 36. de elect. in 6. qui ſic fatur. Imò ſufficit ſi tanquam Papa ſalutetur, vt 63. diſt. Adrianus; vel ei inclinetur, vt de his, quæ fiunt à maior. par. cap. ex ore: & hoc generatim determinat.

Et Abb. in cap. Eccleſia veſtra, 2. notab. ſub num. 3. de elect.

Hoc inſuper ex ijs carpitur Doctoribus, qui ad electionem Papæ ſatis eſſe aiunt, quod de conſenſu duarum partium appareat quocumq; modo; nam ſub his verbis, quocumque modo, comprehendi etiam ſi facto ſiue verbis conſtet de conſenſu; maximè quia regulariter, nihil intereſt, quis declaret voluntatem ſuam ſuffragio, an rebus ipſis, & factis; l. ſi quibus ff. de legib. præſertim quod facta plus habent ponderis, quàm verba ad manifeſtandam voluntatem l. ſi tamen, §. ei, qui ſeruum ff. de ędil. ædict. vbi Odoffred. inquit, plus eſſe ligatum tradere, quam dicere fugitiuum eſſe; & Alberic. propterea infert, ad eam reſolutionem plus eſſe facto, quam verbis declarare; & Bald. in lectura antiq. multo plus eſſe facto facere, quàm verbo pronunciarę; Ad quod Tiraq. in tract. de vtroq; retract. tit. 11. ad finem ſub nu. 75. citat Anchar. conſ. 302. num. 3. vbi conſimilibus vtitur verbis: & Roman. conſ. 291. nu. 4. quibus addi poteſt Hoſt. in c. ex literis in verbo Epiſcopus, & Iudex, ſub num. 3. de exceſſ. Prælat. Ioan. Monac. in cap. in Generali nu. 59. de Regul. Iur. in 6. Philip. Prob. in cap. 1. nu. 10. de cleric. coniug. & c. is qui nu. 2. de homicid. in 6. & text. in c. dilecti de appell. vbi quod plus eſt ad Sedem Apoſtolicam facto prouocare, quam verbis, & illic.

Hoſt. in verbo facto, ſub num. 2. & verbo, quam verbo num. 3.
Ioan. Andr. num. 5.
Anton. de Butrio num. 3.
Abb. in 3. notab. num. 4.
Philipp. Franch. num. 1.
Guid. Papæus num. 2. &
Ioan. de Anan. etjam num. 2.

Ob idquè non ſemel experti ſumus, cautius eſſe, rem ipſam conſequi, quam illius conſequendæ promiſſionem habere: cum namque proniores ſint homines ad promittendum, quam tradendum, nobisq; inſinuat Martialis Epigram. 16. lib. 10. Caium deridens, qui ſolis promiſſis volebat videri amicus, & liberalis, dum inquit.

Si donare vocas promittere, nèc dare Cai,
Vincam te donis, muneribuſquè meis.
Accipe callaicis, quicquid fodit Aſtur in aruis:
Aurea quicquid habet diuitis vnda tagi,
Quicquid Erythrea niger inuenit Indus in alga
Quicquid & in nidis, vnica ſeruat auis,
Quicquid Agenoreo tyros improba cogit Aheno
Quicquid habent omnes: accipe quomodo das.

Vnde in prouerbium tranſijt, alienis promiſſis ditefcere; relatum à Didaco de Medrano in tractat. de conſen. connub. cap. 15. ſub num. 7. nec mirandum ſi citati Doctores concluſerant, melius eſſe poſſeſſioni, quam promiſſioni inhærere; & facta ſuperare verba.

Itaquè ſupradictæ affirmatiuæ ſubſcribendum fateor, cui non aduerſatur in primis adductus textus in c. dilecto filio; quandoquidem, eo in caſu loquitur, in quo Epiſcopus ignorabat illum non eſſe legitimè inſtitutum, & propterea errore lapſus eſſet, & non diceretur conſentijſſe, ſi errantis nullum eſſe conſenſum probat l. qui per errorem ff. de Iuriſd. omn. Iudic. & ita in eo textu reſpondent Innoc. ſub num. 1. Hoſt. propè nu. 5. Henric. Boic. nu. 1. & Archid. in eodem c. Adrianus nu. 2.

Præterea, reſponſio eſt, quod Epiſcopus nequè expreſsé poterat conferre canonicatum contra formam Concilij, per Innoc. Hoſt. Butrium, Imol. & Ioan. de Anan. in præcitatis locis, dum aiunt, patientiam illic non eſſe in dependentibus à poteſta-

te patientis, & Archid. in dicto cap. cum Adrianus suo num. 2.

Alter etiam, neque militat tex. in cap. Ecclesia vestra; quoniam est de mente glosæ: quinimmò Doctores omnes expressè dicunt, loqui cum verba sunt de forma substantiali electionis, vt in cap. quia propter eod. tit. quæ cum nulla sit præscripta ad electionem Papæ, ex resolutis à me nu. 54. sufficit tacitus consensus sicuti nobis insinuat relatus Abb. in adducto loco apertis verbis.

68 Ad aliam nunc quæstionem, eamque sæpè, sæpius contingentem deflectens, inquiro si antequam in Papam acceptetur electus, & velit aliquis ex eligentibus retrocedere, ipsumque pœnitere, vtrum ne possit? In qua dubietate pro tutiori responsione oporteret interfuisse conclaui; vt consideratis his, quæ inibi aguntur daretur responsio; quare dubitatiuè loquendo, & solum attentis verbis Doctorum hanc quæstionem formantium (nempè Host. in cap. licet ad euitanda sub num. 19. de elect. & illic Bellam. col. 3. vers. caue tamen, & col. 30. vers. & hoc est, Anchar. in 7. notab. nu. 5. Zabar. in 5. notab. nu. 4. & rursus col. 4. in 20. q. Abb. in 5. speciali sub nu. 8. Guliel. Duran. in c. vbi periculū vers. sed pone sub nu. 35. & vers. sed numquid nu. 40. dicto tit. in 6. ac Lancell. Corrad. in templo omnium Iudicum lib. 2. cap. 1. de Pontif. maximo §. 2. q. 1. in 4. & 5. speciali) respondendum opinor; quod si per scrutinium fuerit facta electio, non liceat post eius publicationem alicui eligentium se pœnitere cap. publicato de elect. maximè, quia nullam in eius electione requiri acceptationem defendi superius sub num. 56. ita quod si in aliis, nefas est etiam re non integra variare, vt dixit glos. in eodem cap. publicato vers. variare, & illic Innoc. qui legit in c. Ecclesia vestra el 2. de elect. vbi hoc dicit nu. 9. & illic Io. Andr. nu. 25. nec non Petrus de Bais in suo Directorio elect. c. 30. in 3. par. nu. 5. & Host. in sum. de elect. vers. vtrum mutari possit sub nu. 22. longè magis id ipsum dicendum videtur in hac electione Papæ, quæ statim, ac fuerit facta duarum partium consensu, verus est Papa iuxta notata sub d. nu. 54.

Si verò per accessum fieret, & quis vna cum aliis concluserit eligendum, cumque acclamauerint eligendum in Papam; sed antequam pro more consensum præbuerint in cappella, aut alio commodiori loco pro electione perficienda, & adoratione, recesserit; esset ni fallor locus pœnitentiæ si quem pœnitet, nondum illum, vt Papam veneratus est, etenim si adorasset, & dum cæteri colunt, vellet retrogredi non esset fortasse audiendus, quamuis Host. annuat, si rationabili impulsus causa, recedere cogitaret; siquidem si eiusdemmet Host. verba defendunt, nihil præter hæresis crimen posse electo in Papam opponi, licet antea multa impingi potuissent; itaque non est (mea sententia) vis in causa, sed in cognitione illius quæstionis, resipiscere nec nè valeat; quia si recedere nequit, id neque ex causa, si altera sit quam hæresis.

Quod si electio perfecta foret, quia tractatus intercesserit, non per verba electionis faciendæ, quibus demonstretur velle eligere, sed per verba præsentis temporis, quibus declaretur electio, non concederetur pœnitentia.

69 Perfecta itaque electione facta à duabus partibus, si tertia concordare recuset, aut sibi alium præsumpserit nominare; ille absque vlla exceptione Pontifex habeatur, qui à duabus partibus concordantibus electus fuerit ex eod. c. licet, vbi Innoc. in verbo nominare, supplet cum intentione eligendi, & eligendo, sequiturque Io. Andr. nu. 9. licet idem Innoc. intellexerit etiam ante nu. 1. eiusdem capitis resolutionem procedere, cum duæ partes elegerant, alioqui duarum partium non præcedente electione, si tertia, siue alia minor ad electionem perueniret, non subiaceret illius canonis pœnis, quamuis delinqueret, & ab illis nominatus si se pro Papa gereret, eas incurreret. Verum Host. sub nu. 10. relato Innoc. ab illius sententia pro parte discedit; & ait; Tu dicas, quod siue antea, siue post eligatur aliquis à minori parte duarum, & vltro non procedatur, neuter incurrat penas, cum vero electus cōsentijt, ac se pro Papa gerit, ambo pœnis illis plectātur; & Io. Andr. sub nu. 18. recenset vtriusque sententias, & Host. inhæret dicto, prout etiam Bellam. notab. 10. nu. x. adiungens præfati Host. dictum verius videri.

70 Eiusmodi autem electio sit ne sub mortiferi peccati labe facienda de digniori, an satis sit de digno factam esse?

Ad hanc quæstionem multa cumulaui in Rubr. de temp. ordin. c. penul. nu. 32. cum de electionibus generatim loquebar. Nunc vero occasionem nactus ex ea, qua summus Præsul decernitur, longiorem cogor sermonem texere; quamuis paucioribus quibus potero verbis, eius complecti tractationem enitar.

Itaque sit vnusquisque obnoxius, quantum ad propriam conscientiam simpliciter eligere meliores, vel in comparatione ad bonum commune; licet si dignum tantum nominauerit prætermisso digniore, in foro exteriori minimè inualidetur actus, scripserunt Diu. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. & ibi Caiet. in fine, ac Salon conclus. 1. idem D. Tho. ead. 2. 2. q. 185. artic. 3. & illic Caiet. & Alex. Alens. ead. part. 2. quæst. 119. membro 2. artic. 3. idemque Thom. quodlib. 6. artic. 6.

Sum. Confess. lib. 3. tit. 34. De iuditijs peccatorum, quæst. 236. cum seq.

Astens. lib. 2. tit. 13. quæst. 2.

Rayn. par. 1. de elect. cap. 18.

Angel. in verbo accepto personarum, sub num. 6. & 10.

Et in verbo electio.

Tabiena num. 14. Siluest. num. 18. Armill. nu. 3. & Caietan. in verbo electio maximè versic. & Ratio quare potest.

Alex. Anglus in sum. virtutum, seu destructione vitiorum par. 4. cap. 14.

Iacob. Graff. in decision. Aureis lib. 2. c. 98. nu. 2.

Adstipulaturque textus in cap. constitutis el 2. de appellat. & ibidem.

Glosa in vers. magis vtilem.

Hostiens. eodem versic. sub num. 2.

Io. Andr. glos. 3. num. 21. & ibi Additio, Anchar. num. 10.

Zabarell. glos. 3. sub num. 2.

Butrius num. 4.

Abb. in 3. notab. num. 3. & notab. 4. num. 7.

Franch. num. 4. & seq.

Cardin. Alex. sub num. 2. & 16.

Dec.

Dec. num. 5. & iterum in verſ. ſecundò, concluſio gloſæ limitatur.
Alex. de Neuo in 4. notab. ſub n. 13. & ſub n. 20. & 21.
Item textus in c. licet ergo 8. q. 1. & illic.
Gloſ. in verſ. qui præſtantior.
Archid. num. 3.
Bellam. num. 5.
Gemin. num. 5.
Card. de Turrecrem. num. 1. cum aliis ſex ſubſeq. qui ponit ſex concluſiones.
& Præpoſ. num. 4. & 5.
Concurrunt præterea Ioan. Andr Gemin. Anchar. Alberic. Paul. de Eleazar. Auguſt. de Anchona, & Diuus Hieronymus ad hoc citati per Raudenſ. deciſ. Piſana 34. Incipiente. Qui non inclinantes ſub num. 158.

71 Sicuti, & de collatione beneficiorum loquentes, ſcripſerunt.
Sum. Confeſs. adducto lib. 3. tit. 34. quæſt. 236.
Aſtenſ. citato lib. 2. tit. 13.
Piſanell. verbo acceptio perſonarum, in princ.
Roſella eodem verbo, etiam in princ.
Et Sylueſt. num. 2.
Goffredus de offic. Sacriſtæ num. 6.

Multas præterea auctoritates deducit pro ipſo idoniore, tùm ex fonte ſacræ ſcripturæ, tùm ex lege naturali, citatus Alexand. Raudenſ. indicata deciſ. Piſana 34. in principio; ac rurſus à num. 179. poſtquam alias complures, antea deduxerat, tùm ex ſacra Scriptura; tùm ex iure canonico, tùm ciuili, tùm Doctoribus, tùm demum, ex fonte iuris naturalis, in deciſ. 33. à num. 10.

Cœterum idem Raudenſis duodecim ſuper hac concluſione aſtruit caſus, & concluſiones, in deciſ. 35. à nu. 188. ſepté autèm Ferdinandus Rebellus in ſuo tract. de obligat. iuſtit. & Relig. par. 1. lib. 3. q. 4. poſtquam q. 3. eam ſtatuerat reſolutionem, nullam in propoſito contrahi obligationem reſtituendi digniori prætermiſſo; ſi nullum iuſtitiæ ius, per oppoſitionem, aut aliquem legitimum titulum acquiſierit, quo ad beneficium, cathedram, officiumquè publicum.

Et cum de electione inferiorum, & prouiſione, ſiuè inſtitutione ſcripſerim, copioſè in rub. de tempor. ordin. cap. penult. ſatis erit, hoc in loco pauca tantum adijcere pro electione Papæ, cuius in præſentia agitur: & non recedo à communi ſententia de omni electione generatim verba faciente; ac propterea in ea ſum reſolutione, teneri quemlibet ex ampliſſimis Cardinalibus ſub pena læthalis peccati, eligere idoniorem, ita quod dicant aliqui, id adeo verum, vt neque obligentur Cardinales eligere aliquem ex eorum collegio: ſed alium quærere, qui ſit magis idoneus ad onus Pontificium ſuſtinendum, præſertim Franch. indicato cap. vbi periculum 6. præterea num. 5. de elect. in 6. & Hieronym. Manfred. in tract. de Sacroſancto Collegio deciſ. 20. non tamen ignoro, expleta electione, nefas eſſe dicere, talis fuiſſet magis idoneus, cum præſumatur pro ſanctimonia, & integritate Summi Paſtoris; quem Apex tantæ dignitatis extollit cap. non vos 4. diſt. & Alciat. de præſumpt. Regula 3. Præſumpt. 3. & 19. aitq; Raudenſ. indicata deciſ. 35. num. 189. quinimmò, & ſi á multis acclamatus ſit habilior, fortaſſe reſtitutioni obnoxius, eſſet, qui contradiceret, ſi vera ſunt, quæ aliqui ſcripſerunt.

Attamen rem hanc decidere ſi velis, né recedas ab ijs quæ longa ſerie, & eruditè coacervauit præcitatus Rebellus in adducta 1. par. lib. 3. in quo, reſtitutionis tractatum attinxit, ac ſeptem prioribus queſtionibus, omnem hanc materiam conſectatus eſt, circa electionem factam, aut alteram prouiſionem de perſona minus digna, reiecta digniori.

72 Illud autem, quod à multis hæſitatum vidi, cum de promouendis Epiſcopis agitur; vtrum nè, & peccato commaculetur, & reſtitutione vinciatur Cardinalis, qui non impedit nominatum, ſi alterum digniorem arbitretur? In qua re, quoniam ex antiquo inſtituto, atque ex præſcripto Sacri Concilij canone, in cap. 1. ſeſs. 21. de reform. Ampliſsimi Cardinales interpellantur à ſupremo Pontifice, vt quid de propoſita perſona ſentiunt, fideliter reſpondeant; an ſcilicet, ſi eam dignam exiſtiment, teneantur collaudare, an potius aliam idoniorem proponere; huic namque quæſito, perdoctè quidem, reſpondet Paleott. in ſuo perutili tract. de Sacri Conciſt. Conſult. par. 4. q. 1. verſ. quo loco, & ait. Ad Cardinalium auctoritatem, & officium non propriè pertinere aliquem ad Epiſcopatum admittere, ſed tanquam Papæ Conſiliarios, non vlterius obligari, quàm vt ad eas res de quibus à Papa requiruntur, & conſuluntur, fidele præſtent reſponſum, per c. fundamenta 5. decet de elect. in 6. itaque cum Pontifex in Epiſcoporum promotione, non aliud ab ipſis Cardinalibus exquirat, quam iudicium, ſi propoſitum Epiſcopali dignitate dignum arbitrentur; Ideo non ad aliud obligantur, quàm ad interrogata reſpondere, illumq; approbare ſi ita credant. Imò, & Cardinales omnes, tutá reſpondendi, ferendiq; ſuffragij ſui rationem, colligere poſſe, addit, ex teſtimonijs, quatuor Cardinalium in publicá formam redactis, & ab eis ſubſcriptis; quibus inquiſitio cómittitur de promouendi qualitatibus.

73 Verum ad dignoſcendum, quis dignus ſit, quiſuè indignus, referam tantum verba Ferdinádi Rebellis, in tractat. de obligation. iuſtitiæ, nuper impreſſo; is enim par. 1. lib. 3. q. 2. nu. 1. ita ſcribit: Dignum vocamus, quicumq; habet ſufficientiam, & omnes partes ad prædicta munera; proùt oportet, miniſtranda, licet comparatione alterius, maiorem ſufficientiam habentis, vtiliusque adminiſtraturi minus dignus exiſtat, indignum veró abſolutè, qui prædicta ſufficientia ſimpliciter caret.

74 Poſtremò animaduertere debemus ad Concilij Tridentini caput 3. ſeſſ. 7. de reform. quod aduerſari videtur concluſioni ſtatutę ſuperius ſub nu. 71. ne in foro fori annulletur electio facta de digno reiecto digniori. Namq; verba Concilij, cò loco contrarium exprimunt, dum inquiunt inferiora beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curam animarú habentia, perſonis dignis, & habilibus conferantur. Aliter autèm facta collatio, ſiuè prouiſio, omninò irritetur; hęc ſacrum Concilium; quę non aduerſari, at potius opitulari patebit cuiquam attentius intuenti; dicunt enim perſonis dignis conferantur, non quippè aiunt dignoribus cóferantur: cum veró aſſerunt. Aliter autèm facta collatio, irritetur, intelliguntur de indigno, non autèm de collatione facta digno, prætermiſſo digniori; hunc enim, non iubet Concilium irritari, vt inquit Emanuel Rodericus in 2. tomo quæſt. Regular. quæſt. 52. art. 5. verſic. ex quibus infertur.

75 Vnum tamen excipio casum de prouisione facta ad curatam Ecclesiam, quæ annullatur, si dignior reiectus appellauerit iuxta constit. 32. Felicis memoriæ Pii V. exordientem in conferendis. Namque eo casu superior, si per examen digniorem inuenerit, prouisionem cassabit.

Hactenus pergrandem materiam de electione Papæ, breuibus explicui verbis; nunc pauca quædam adnectere propono de potestate amplissimorum patrum Apostolica Sede vacante; & cum
76 Sacer ille consessus reperiatur in possessione, vel quasi eligendi Pontificem, iuxta notata in cap. licet de elect. in 6. atq; Petr. á Monte lib. de Monarch. Concil. 6. postquam nu. 4. & Hieron. Manfred. in tract. de Sacrosanct. Collegio decis. 3. & Regula videatur, quod eligens maiori potestate fungatur, quam ipse electus; iccirco Illustrissimi Patres, ampliorem videantur retinere facultatem, eodem Papa; maximè si vera est assertio altera, quod nemo alteri dare valeat, quo ipse caret; etenim eorumdem Cardinalium Collegium, quia electo Papatum conferre videtur, & consequenter auctoritatem omnem subsequentem Papatum, ideo, habeat, eandem, quam dat auctoritatem, & adhuc maiorem.

Verum rectè sentienti apertè patebit, contrarium omnino veritate fulciri, nam si maiorem Sacrum Collegium haberet auctoritatem Papa electo, necessarium non esset, tunc Papam eligere, consequens est falsum, ergo, & antecedens, vt optimè docet August. Triumphus de potest. Ecclesiast. quæst. 3. art. 7. qui, Collegium eligens Papam esse minoris potestatis, eodem Papa, rectè probat cum Papatus quantum ad officium, & auctoritatem consideratus sit immediatè à Christo, omnesque Papæ, qui à Principio fuerunt, eruntque ad vsque mundi interitum, non sint, nisi vnus Papa, omnesque habeant illud idem officium, eandemque auctoritatem, quam habuit Beatus Petrus, qui primus fuit; ex quo sequitur, quod omnes formaliter non sunt, nisi, sicut Petrus, & quod omnes non sunt, nisi primus Papa, qui non fuit electus à puro homine, sed immediate à Christo, à quo recepit auctoritatem Papatus, in persona omnium sequentium; Si autem Papatus quatenus huius, aut alterius personam denominat, consideretur, non est, nisi eorum auctoritate, qui auctoritate Papæ hunc, vel illum elegerunt; quia, quod ipsi Cardinales sint deputati ad eligendam, & terminandam personam hanc, vel illam ad Papatum, non nisi auctoritate Papæ hoc faciunt iuxta caput. In nomine Domini 23. distinct. & capit. licet de elect. quibus tàm electio, quam modus eligendi ex Papæ auctoritate in Collegium transfusa ostenditur.

77 Quin si petatur, in Collegio remaneat né, Papæ potestas, illo defuncto, concludendum est negatiuè; quia non plus possunt Cardinales sine Papa, quam Apostoli sine Christo. Nam Iob. 15. Christus alloquens Apostolos dicit, sine me, nihil potestis facere, iccirco Collegium Cardinalium, similiter nihil potest absque Pontifice, ex sententia eiusdem Augustini art. 9. qui prætcrea in art. 8. respondet, Papæ potestatem ipso mortuo non mori, sed remanere quantum ad radicem, & quantum ad auctoritatis Iurisdictionem, non autem, quo ad actualem iurisdictionem, qua vt ille ait, citato art. 9. Collegium minimè fungitur. Quod nihil posse dicendum subdit vniuersaliter, nisi quatenus sit ei specialiter, statuto prædecessorum Pontificum concessum, & permissum, & Aluar. de planct. Eccles. lib. 1. cap. 20. non immerito scripsit. vacante Papatu, nullum succedere Papæ in iurisdictione etiam cœtum Cardinalium, nisi in quibusdam, & minimis. siquidem textus etiam in clem. né Romani de elect. irritum, & inanè decernit, quicquid potestatis, aut iurisdictionis ad Romanum, dum viuit Pontificem pertinentis, cœtus ipse duxerit eadem vacante Ecclesia exercendum; nisi quatenus eis permissum legitur in constitutione Greg. X. relata in cap. vbi periculum §. ijdem de elect. in 6. cuius verba attendere oportet. vbicumque peteretur, si sacrum Cardinalium Collegium aliquid agere, aut exequi possit, Supremi Præsulis post interitum.

78 Ac præsertim si hæsitetur possit nè Collegium tunc creare Cardinales, Responsio est antiquitus fuisse Hugonis affirmatiuam sententiam, in cap. nullus 99. dist. collaudatam ab Host. in cap. licet num. 26. de elect. hoc tamen æuo, nequaquam id verum esse, apparet dicendum, ex adducta clem. Ne Romani, de elect. super qua id notat glos. in vers. potestatis, & alij plures, nec non citatus Hieronym. Manfred. adducto tract. de Sacrosancto Collegio dec. 14. Ita neq; potestatem ius condendi Dec. c. translato 2. lectur. num. 9. de constitut.

79 Beneficia verò Ecclesiastica conferre, nec nè valeat, inquirit August. Triumphus indicato tract. quæst. 68. artic. 3. & concludit nequire; respondetque contrarijs, dixeratque antea Ioan. de Selua in suo perutili tract. de benef. q. 2. sub nu. 2.

80 Et appellatio interponi vtrum possit ad Collegium ipsum, expetijt Bart. in l. vbi absunt, nu. 3. ff. de tutor. & curat. datis ab his, & respondit affirmatiuè; attamen in cõtrariam iuit sententiam illic additio, & Barb. adductus verbis eiusdem. §. ijdem in cons. 1. ex Sacris sub n. 17. vol. 1. qui insuper nu. 18. neq; constitutiones promulgare posse, idem Collegium subnectit, & alia quædam illic memorata, tametsi famæ restituere posse ex sententia Innoc. & Archid. aduertat Roman. consil. 498. in casu,

81 Itaque, si petatur, quæ possit exercere? Respondeo in primis. posse Camerarium in deficientis locum subrogare, atque etiam pœnitentiarium, quorum potestas cum non expiret interitu Papæ, eos præmori oportet, vt alios substituat, clem. ne Romani §. eo tamen de elect. quare reliquos magistratus in locum aliorum statim supponere non vetatur, qui Papæ obitu desinunt esse Iudices, nempe Gubernatorem Vrbis, & consimiles, quos ante omnia decernit, mihique, & alijs, qui Romam incoluerunt notum est; duraturos tamen vsque ad electionem Pontificis, notatque præcitatus Hier. Manfred. decis. 38.

82 In ijs etiam negotijs possent amplissimi ipsi Patres se intromittere; in quibus necessitas adeò vrgens incideret, quod eos oporteret de terra eiusdem Ecclesiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere, vel si aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, quod omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer vi-

deretur

deretur illi celeriter occurrendum, eodem cap. vt debitus. §. ijdem quoque, de elect. in 6. restituere verò Cardinales priuatos, discutit Capyc. decis. 114. propenderque in negatiuam partem sub nu. 9.

83 Cæterum accelerandę prouisioni Papæ, actente vacare debent, & quædam alia exequi tangentia electionem faciendam, eandemq; accelerantia, ac propterea Cardinali de recenti creato, & iuxta morem os fuerit clausum, si antequam aperiatur, Papam mortem obire contingat, illud aperire eiusmodi Patrum Senatui licebit, & insignia Cardinalatus eiusque possessionem tradere, ita Marcus Mantua, & Hieronym. Torniell. in cons. 8. Deciani vol. 1. ille sub nu. 235. cum seqq. iste verò nu. 256.

84 Quin, & irregularitatem generatim auferre, licet nequeant, quò ad omnes personas; nihilominus ad electionem faciendam valebunt, cum tunc, non adsit superior, ad quem pateat aditus; ita quippe scriptum reliquit Suarez in tract. de censur. Eccles. disput. 41. sect. 2. vers. Hic verò.

85 Vacent itaque electioni supremi Præsulis; quæ quidem, est actio omnium, quotquot à Cardinalibus obiri possunt maxima, & præstantissima. Nam cum in Ecclesia, nulla maior altitudo cogitari possit, ipso Pontificatu, quod est sublime, ac summum fastigium inter Christianos; inde profectò sequitur, nec maius quidem esse posse negocium, quam hoc ipsum de Pontificatu alicui, demandando, eoque creando; qui cœlorum claues habeat, qui totum Christi Domini gregem, eius loco, & cum eius potestate gubernet; In quo quidem opere, tám diuino, quæ Religio, quæ integritas adhiberi debeat, non explano, cum tantum tamque arduum sit negotium, vt merito non oscitanter, aut remissiuè peragendum sit, sed si quid est in hac vita, quod attentionem, curam, meditationem, omnemque animi propensionem requirat; hoc profectò requirit. Ita enim S. Gregor. illud interpretatur, quod scriptum est in lib. Regum 4. cap. 4. de Samuele, qui & si iam antea Saulem à Deo electum, norat, eumque ipse inunxerat, tamen cum ad eum Regem renunciandum ventum est, tanta vsus est inquisitione, vt populum omnem per tribus, & familias stare iusserit; deinde sortes miserit, postremo latentem domi reperierit, quid ergo inquit hoc facto signatur, nisi quia Sanctæ Ecclesiæ Principes, multa consideratione eligendi sunt? egregie etiam Origenes Homil. 6. in cap. 8. Leuit. quod Dominus in Leuitico iussit, vt in Pontifice constituendo congregaretur omnis populi cœtus, ita interpretatur, vt sciat omnes, vt inquit, & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad Pontificatum. Hoc est autem, quod & Apostolus præcipit in ordinatione Episcopi, dicens; oportet autem illum, & testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt. Addit etiam alteram interpretationem, non minus aptam huic loco, quod nimirum conuocare Populum, hoc sit colligere omnes animi virtutes, easque in vnum congregare: vt cum de Pontifice instituendo agitur, vigilent omnes animi potentiæ, & intentæ sint, vt nihil in eis sapientiæ, nihil scientiæ, nihil desit industriæ, sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum; vt quid sit Pontifex, quid vnctio, quid indumenta eius, (eaque conferens intra Sacrarium cordis sui) possit aduertere. Quæ cum ita sint, hoc primum apud se decernere debent Cardinales omnes, vt in tanta re, quanta est eum eligere, qui omnium fidelium caput in terris futurus sit, qui totam Ecclesiam sit administraturus, omnem diligentiam, omnes ingenij, prudentiæ, iudicijque neruos intendant; vt eum eligant, qui tanto oneri tantæque Prouinciæ, par sit. Quid enim monstruosius, quam id, quod ait S. August. Epist. 148. vt præcipuus locus gubernaculorum ei tradatur, qui remum tenere non nouit.

86 In reliquis, ne quæso ignoret aliquis, amplissimi huius Senatorij cœtum esse honorabilius membrum, quod ipsa Dei Ecclesia habeat; idque iusta ratione scribit Ioan. Monach. in cap. 1. num. 4. de Schismat. in 6. illudque Collegium dici, Romanæ Ecclesiæ gremium, notat Roman. præcitato cons. 498. nu. 10. ex textu in adducto cap. in nomine Domini 23. dist. ibi, eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, &c. ex quo quidem textu, hoc ipsum carpunt, Host. & Ioann. Andr. in cap. ad liberandum, & cap. antiqua de prinil. & tangit Roman. in suo sermone, post consilia, conscripto, sub nu. 18. & ipse, nec minimum quippe verbum fari, de tam insigni consessu præsumo, at illum, & quemlibet ex illius patribus reuerenter venerari, placebit, vt debeo.

87 Nunc ad ætates, in vnoquolibet actu necessarias vndè hucusque digressus sum, retrogredior, & præsertim ad dignitates pertransco Regulares, in quorum Abbatibus nullam certam expressisse ius ætatem, comperio; tametsi Doctores communiter affirment, annum vigesimumquintum exigi, maximè Abb. in cap. super inordinata, nu. 7. de præb. & inferius latius demonstrabo, nu. 90.

88 Hæc eadem requiriter ætas pro Prioratu Conuentuali habente sub se Collegium, vt eo in loco scripsit Abb. nu. 9. arg. clem. ne in agro §. cœterum de stat. regul. pariterque si Conuentu careret, non tamen cura animarum: per cap. ei cui de præb. in 6. & copiosè scripsi, nu. 17. & 22. nisi illam per Vicarium exerceret, quia vigesimum attingens annum idoneus esset, teste Abbate in citato capit. super inordinata; Quod si tum Conuentu, tum cura careret, septimum oporteret saltem habere annum, vt defendit Feder. de Senis cons. 49. Domine Raynuti, & concinit glos. in cap. si eo tempore, vers. Aetatem de rescript. in 6. à cuius dicto recedit Abb. in eod. capite, si eo tempore, dum quartumdecimum annum exigi in prouidendo ad tale beneficium sentit, tum per argum. sumptum ex cap. indecorum de ætat. & qual. adductoque cap. cœterum, tùm per rationem illam, quod Prior esse nequit, qui professionem non emisit. cap. nullus de elect. in 6. quam professionem, ante eam ætatem emittere vnicuique interdicitur, in cap. 1. de regular. in 6. ob quam rationem, longior est hodie necessaria ætas, quia maiorem in emittenda professione requirit ætatem Concil. Trid. relatum à me ipso in rub. de Regul. cap. 11. nu. 1. vbi de ista professione non pauca prodo.

89 Monialibus præfici, tanquam Abbatissa, nulla olim

olim poterat,nisi sexegenaria, cap. iuuenculas 20. quæst.1.postmodum verò,constitutum fuit,vt tam in priorissam,quam in Abbatissam,(vbi per Priorissam Monasterium gubernatut) non eligatur aliqua, nisi trigesimum annum compleuerit, & expresse professa fuerit ordinem regulam, cap. indemnitatibus de elect. in 6. Nouiori tamen sanctione Concilij Tridentini, Abbatissa, vel Priorissa, aut alio quocumque nomine præfecta, vel præposita appelletur,non minor quatraginta annis eligi potest,& quæ octo annis,post expressam professionem laudabiliter vixerit in cap. Abbatissa sess. 25.de regular.

90 In Abbatibus verò, vt dixi nu. 87. neque vllam
expressit ius ætatem, sed Doctores á similibus de-
flexetunt ad eam constituendam; ipseque præ-
missa distinctione enarrabo,postqnam aliqua præ-
notauero pro veriori explicatione eorum, quæ ad
91 hanc ipsam rem spectare noscuntur, ac præser-
tim; quod Abbatiæ nomen ex Anachoritis, pri-
mum frequentari cœptum est, in Christiana Re-
ligione iuxta Sozomeni dictum in lib.5. cap. 10. &
D.Hieronymi in vita Hilarion,& præter alios Po-
lidor.Virg.de inuentor.rerum lib. 7. cap. 1. Hi si-
quidem aiunt, Hilarionem Anachoretam in salti-
bus Thebaidis Syriç,primum floruisse Monachū,
á quo plures viuendi formulam accipientes, Ere-
mi, cultum in cœtum transtulerunt; vixit, & D.
Antonius in Thebaida regione Egipti, & inibi
condidit Monasterium. Hunc innumeri postea
sequuti sunt, qui suos Duces, & Præpositos nomi-
ne,Patris Abbatis appellarunt. Hæc ex illis au-
ctoribus; ex quorum, & aliorum scriptis,apparet
primum,Monachis,& Solitarijs venerationis cau-
sa hoc nomen tributum,ab ijs, qui se tanquam fi-
lios edoceri, & haberi nouerant. Postea veró in
ambitionem apud quosdam degenerasse, in quos
grauiter profecto inuehit D. Hieronym. in Epist.
4.ad Galat. cap. 4. Hisce verbis; Cum autem Ab-
ba, Pater Hebræo sermone, Syrioque dicatur, &
Dominus noster in Euangelio præcipiat, nullum
Patrem vocandum, nisi Deum,Matthæi, cap. 23.
nescio qua licentia in Monasterijs vocemus hoc
nomine alios, vel vocari nos acquiescamus; cuius
tamen verba de ijs,qui nulla cura aliorum donati,
nullisque præpositi desiderant se ita nominari, in-
telligenda esse recte existimat Petrus Greg. Tho-
los. lib. 15. Syntagm. iur. vniuersi cap. 23.num.4.
Quamuis,& nomen istud,transiuisse postmodum
in Dignitatem permulti doctissimi viri existimas-
sent,maximè Abb.in cap.decernimus, num.2.de
iudic.& Lapus alios cumulans alleg. 84. Dominus
Papa,num. 11.sed verius ipse, alios sequutus existi-
mo,eius appellationem,sollicitudinis potius, quàm
honoris esse,ex cap. 1. causa 8.quæst. 2. & tuentur
glos.in c.tuam vers.non ascendat de ætat. & quali-
tat.& cap.exposuisti, vers. tacuerit de corp. vitiat,
nec non Ioann. Monach. in cap. inquisitores post
num.1.de hæret.in 6.Itaque ab alijs sine stultitia,
aut gloria,vsurpari nequit,quam à certis Præposi-
tis; Prisco autem nomine Abbas,à Græcis Archi-
mandrita appellabatur, ex textu iuncta glosa in
l.nos reddentes. C. de Summ. Trinit. & fide Ca-
thol.ideoque iusta adductus ratione Hoieda. Hæc
duo uomina Archimandritæ, & Abbatis confun-
dit in tract. de incompatib. benef. part. 1. cap.
24.num.11.

92 Cuiusmodi Abbatis nomen, vel Abbatiæ, in duas findi species, in Abbatem,scilicet regularem & secularem annotauit Ioan. de Selua in tract. de benef.par.1.quæst.2.nu.35. Rebuff. in praxi Rubr. secular. benefic. quoruplex, numer. 5. Hoyeda tract.supra citato part.1.cap.5,num. 2.& Modern. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 1. num. 63.ad id concludendum suffulti,auctoritate glosæ in cap.ex transmissa versic. Abbatis de renunt. vbi Panormit.num.5.

93 Regularis igitur Abbatia, non aliud videtur es-
se, quam potestas super Monacis, & beneficijs re-
gularibus, namque ab Abbatibus pendere Mo-
nasteriorum potestatem inquiunt Ioan. de Selua
indicata,quæst.2.nu.49.Paris.lib.7.quæst. 15. nu.7.
& Hoyeda citato, num. 2. eorumque dictis suc-
currunt permulti sanè canones,maximè text. in
cap.nullam potestatem 18.quæst.2. & cap. cum ad
Monasterium,vers.Prior autem.& vers. Abbas ve-
rò (ibi, cui omnes, & in omnibus reuerenter
obediant) de statu Monach. Horum autem, alij
dicuntur Abbates generales, seu magni Abbates;
quorum quisque præest cunctis Monacis suæ Re-
ligionis, & Episcopalem proculdubio retinent iu-
risdictionem,atque Episcopis ipsis æquiperantur.
Alij veró sunt Abbates inferiores, quiq; alicui sin-
94 gulari præsunt Monasterio. Quæ profectò Ab-
batiæ,sicut & cœtera beneficia regularia, non nisi
regularibus sunt conferendæ personis, non secus,
ac sæcularia sæcularibus, cap. cum de beneficio,
cap.cum singula de præb.in 6. clem. 1. de elect. §.
statuimus de collation.in concord.& Conc. Trid.
cap.10.sess.14.de reform.& sess. 25. cap. 21. de re-
gular.sed quæ Regularia sint,quæque secularia, in
primis cognoscimus ex fundatione, in qua sta-
tuuntur personæ à quibus regi, & gubernari de-
beant, iuxta glos.in §. idem ordo vers. regularibus
de collat.in concord.Ioan.de Selua tract. de benef.
in 1.par.quæst.4. nu. 13. tametsi ex posteriori vsu,
regularia plerumque fiant sæcularia, & sæcularia
in regularia transeant, idque etiam per possessio-
nem pacificam quatraginta annorum, á personis
alterius qualitatis contingere, probat cap. cum de
beneficio de præb.in 6.Rota in decis.32. vel 2. fuit
dubitatum de præb.in nouis,ac Io.Staphil.in tract.
de litteris gratiæ,forma 8.dumtamen possessio illa
pacifica, habuerit titulum, nempe institutionem,
& bonam fidem,alioquin beneficij status non mu-
taretur, per cap. vigilanti de præb. latè Rebuff. ad
§.volumus vers.regularia de collat. in eisdem con-
cord.& Petrus Gregor.Tholos. in suo periucundo
tract.institutionum Rei Beneficiariæ,c.10. nu. 12.

95 Vbi verò Abbatia, suum conuentum non ha-
beret, etiam sæcularibus conferri solet, non qui-
96 dem in titulum, sed in commendam; Quæ qui-
dem describitur esse, depositum quoddam apud
aliquem idoneum factum de beneficio vacante,
tum ratione spiritualitatis, quam temporalium:
idque Hoyeda inquit in tract.de incompat. benef.
cap.14.num.2.part.1.& dicitur 1. in ea,depositum
quoddam, quia comendare nihil aliud est, quam
deponere, ad l. comendare ff. de verb. Signif. & l.
Lucius ff. depositi, expressisquè verbis affirmat

Rebuff.

Rebuff.conſ.71. ex facto nu. 5. aſſimilaturq; propterea ſequeſtratario per Oldrad. conſ. 166. ordinarius poſt num.3.apponuntur præterea in eadem deſcriptione, verba illa; apud aliquem idoneum; quia neque Laicis, neque alijs inhabilibus commendare beneficia permiſſum eſt,iuxta cap. nemo deinceps,de elect.in 6. item, alia adiunguntur verba; de beneficio; ad cognoſcendam diſtantiam inter commendatarium, & Oeconomum extantem; cum ille non beneficio, ſed rebus detur, vt inquit Paris.de reſignat.lib.7.quæſt.21.nu. 1. comprobatque definitio Oeconomi à Sebaſtiano Medico relata in definit.29.nu.6.dum ait,quod Oeconomus eſt diſpenſator Eccleſiæ, ſeu defenſor, cui res Eccleſiæ gubernanda mandatur: & hanc priorem inter commendatarium, & Oeconomum aſſimilari illi,quæ a Doctoribus conſideratur,inter tutorem,& Curatorem,quod Curator rebus principaliter, tutor veró, ipſi perſonæ dari ſoleat, ex textu in §.ad certum inſtit. qui teſtam. tutor. dari poſſ.& expreſſius Miſing.ſcripſit in §. 1. ſub nu.7. inſtit. de Curat. Altera eſt differentia, quod licet commendari beneficium nequeat, niſi vacet, vt mox dicemus,attamen poſtquam fuerit commendatum,non dicetur amplius vacare durante commenda,& Commendatarius poſſidere poteſt,quádiu vixerit,per Gomes in Reg.de public.reſig.q.4. & rurſus in Regula de triennn.poſſ.q.5.gloſ. in §.licet euidenti cauſa,de elect.in prag.Sanct. & Petrus Gregor. Thol. in inſtitutionibus rei beneficiariæ, cap.10.ſub nu.13.Oeconomus autem,non niſi vacet conſtituitur, regulariter ex l. iubemus C. de Sacroſanct.Eccleſ. l. omnes §. hoc nihilominus C. de Epiſcop.& Cleric.cap. quia in quibuſdam iuncto cap.volumus,& cap.vltimo 89.diſt. atque cap. cum nobis de offic. ordin. & eo conſtituto adhúc vacare dicitur, prout adductis in iuribus optimè probatur,& cap.18.Sacri Concilij Trid. ſeſſ.24.de reform.niſi daretur ob impotentiam beneficiati,& Prælati adminiſtrare non valentis, ex adductiſmet iuribus. Dicitur quoque in eadem relata deſcriptione, vacante, quoniam ex adductis in proximioribus verſiculis,non vacans, non commendatur,& notant ſcribentes in cap. nemo deinceps de elect.in 6.ac poſtremo loco dicitur, tàm ratione ſpiritualium,quám temporalium,ad inſinuandum commendatarium ſubingredi vices Prælati, eiuſque locum tenere.

97 Conſueuit autem concedi commenda duplici de cauſa; nempe, vel ob vtilitatem Eccleſiæ, vel commendatarij, in primo caſu, non dat beneficij titulum comendatario,eodem cap.nemo deinceps & reuocari poteſt,ex notatis per Rebuff. conſ.71. ex facto nu.2. adeo quod vltra ſex menſes ab Epiſcopo concedi non poteſt, vt apertè depromitur ex citato cap. nemo deinceps; Exceptis caſibus aliquibus,enarratis per Hoyed.cit.cap.14. num.3. & ſubſiſtit quod vulgo fertur, nè beneficiũ commendatum cenſeatur vacare, per interitum commendatarij, ſed eo modo quo prius vacauit, niſi ſit commenda perpetuo à Papa data, vt optimè aduertit Tholoſ.in tract.de benefic. cap.25.nu.17. licet contradicant verba Hieronymi Gonzales ad 8.Reg.Cancell.gloſ.5. §. 8. num. 48. quæ de commenda perpetua,dum agunt, præportant beneficia, ita commendata non vacare modo præſenti, ſed priori, ad quod probandum adducit Doctores multos, ac deciſiones referentes hanc concluſionem.

98 Altero itaque modo,vel cauſa,in gratiam obtinentis,conceditur; eaque in perpetuum datur; cuius plura recenſet exempla præfatus Hoyeda relato loco poſt num.5. & iſthæc ſub generali nomine collationis comprehenditur, vt Rebuff. probat. in §.ſtatuimus el 3.verſic.conferantur ſub rubrica de collat.in concord.Gallican. Petrus Greg. Tholoſ. lib.17.Sintagm.iur.vniuerſi,cap. 15. nu. 35. eſtque beneficij titulus canonicus,per cap.dudum el 2. de elect.& cap.ſi plures 21.quæſt. 1. & Hieron. Gonzal.ad d.Regulam Cancell.gloſ.5.§.8.á num.2. vbi multa,tùm iura,túm auctoritates,tùm denique,ſimilia coaceruat ad ipſum commendatarium ſpe-
99 ctantia,ac præſertim,num.28.cumulat illud ſimile de denuntiationibus ante Matrimonia faciendis iuxta formam præſcriptam in Concil.Trid.cap.1. ſeſſ. 24. de reform. Matrim. niſi ordinarius expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur; quod illius prudentiæ, & iudicio ſancta Synodus relinquit; nam poſſe ipſum Commendatarium remttitere illas, dixit, eo in loco Gonzales poſt Nauar.conſ. 2. An Comendatarius de Clandeſt.deſponſ. ex quibus licere Commendatario ordines dare minores,ſuis ſubdit Regularibus, vel dimiſſorias concedere videtur, ſicuti & Abbatibus licere diſponitur in cap.10.ſeſſ.23. de reſor.nam hoc iure vti Abbatem S. Aemiliani Ciuitatis Agubij, mihi notum eſt, cum perlegerim litteras ordinum,quibus inſigniti fuerunt cõplures Regulares illius ſubditi præcedentibus litteris dimiſſorijs expeditis per Lutium Cardinalem Saxum, tunc illius Monaſterij Abbatem Commendatarium, Rationem vero in præſentia inueſtigari nolo, cur Parochialis Eccleſia non Sacerdoti conferri valeat, quamuis in anni curriculo præsbyter fieri debeat ad text.in cap. licet canon de elect. in 6. comenda vero prohibeatur, ita quod oporteat, tunc habere Sacerdotium ex textu in adducto c. nemo deinceps, niſi Pontificia auctoritate conferretur ei, qui tali ordine careret, quo caſu deberet illum aſſumere in annuo tempore, ſi illius priuationem ipſo iure comminatam voluerit poſt annum vitare, iuxta reſolutionem Rebuff. conſ. 74. dubijs num.1.adducti multis auctoritatibus, rationibuſque validis,maximè textu in clem.ne in agro §.cœterum de ſtat.Monach.

100 Præterea complures extant Abbates ſæculares, qui eiuſmodi licet vocentur nomine, maximè in Hiſpania,vbi omnes Clericos,ita appellari teſtatur Abb.in cap.ex tranſmiſſa,nu.5.de renunt. Neapolique, cunctos digniores Clericos honorario iſto titulo paſſim decorari cernimus; quam rariſſimè tamen reperiuntur ſæculares Clerici, quibus verè competat, ſtrictoque ſumpto vocabulo; Multis enim commendantur, nulli vero, vel pauciſſimis ſæcularibus Clericis in titulum conceduntur.

101 His explicatis ad propoſitum dubium circa ætatem requiſitam in eo,qui Abbas conſtituendus eſt, redire cogor, & quintum ſupra vigeſimum attigiſſe oportet, ad Abbatiam Regularem, ex communi Doctorum ſententia, quam tuentur

Abb.

Abb.in cap.super inordinata,num.7.de præb. Oldrad.cansil.14.cum primum num.9. & Amplissimus Cardin.Tuschus concl.337.lit.A,num. 3.nec non Hoyeda in tract. de incompat. benef. cap. 24. post nu.11.par.1.

Quod idem in eo, cui sæcularis conferenda est Abbatia, tenendum videtur; Etenim genericè loquuntur Doctores,dum aiunt, in Abbatijs vigesimumquintum cœptum sufficere annum; non distinguentes inter Regularem, & sæcularem, præsertim Zabar.in clem.generalem post num. 7. de ætat.& qualit. & Ioannes de Selua in tractat. de benef.par.3.quæst. 5.nu. 15. suffragaturque argumentum illud à paritate rationis, quam vnam esse inter Abbatem sæcularem, & Regularem, notat Hoyeda adducto tract.cap.5.num.6.par.1.nec non verba Petri Gregor. Tholos. Dilucidius idipsum demonstrantia in lib.17.Syntagm. iuris vniuersi c. 6.nu.5. & sunt; In Abbatia conferenda, quia in alijs, quam in Episcopatu sufficiunt 25. anni,cap. cum in cunctis §. inferiora de elect. puto totidem sufficere, nisi ius prælaturæ trigesimum exigit, quodq; melius est; Ex his verbis constat euidenter eius intentionis esse, vt Abbas sæcularis esse possit, qui vigesimumquintum aggressus est annum, tum ex ratione ab ipso relata, de ætate requisita ad dignitates, Episcopali inferiores, tum ex textu in eodem §.inferiora,quo fretus illam affirmauit cõclusionem; cum vtrumque subsistat,vendicetque sibi locum in Abbatijs sæcularibus, excipio tamen Abbates francigenas, quorum ætatem esse legitimam, quæ attingit vigesimumtertium, legitur in concordatis Gallicanis,§.Monasterijs, sub tit. de Regia ad Prælat.nomin.

102 Coadiutores etiam,qui tales esse debent, quales ij, quibus dantur,easdemq; habere qualitates,quæ illis sunt annexæ officio ex scribentium resolutione in cap.vn.de cleric.ægrot. præsertim Abb. post num. 1. atque Lelius Zeccho in tract. de benefic. cap.7.post num.8..& Tridentina Synodus in cap.7 sess.25. de reform. deflectendum est ad specificam multorum casuum conclusionem, & eius potissi-

103 mum, cuius scilicet ætatis oporteat eos esse; & quidem concluserunt præfati,in ea debere eos esse constitutos ætate, quæ ad illud obtinendum beneficium requiritur; atque ideo in vigesimoquinto, si curato dentur per Abb.& alios in citato cap. fin. & campeg. in suo tractatulo de coadiutor. Episc. Vers. coadiutorem opus est, quod si Episcopatui, trigesimum explicuisse opus esset ex eorumdem sententia, & Imola in comet cap. fin. post num. 5. idque maximè constat ex Concilio Tridentino in cap.7.sess.25.de reform.ibi, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit,quæ á iure, & decretis huius sanctæ Synodi in Episcopis, & Prælatis requiruntur, Hisque non refragatur Ioan. Andr. titubatio, quæ subsistit quoties in temporalibus daretur coadiutor, vt eo casu deputari non prohibeatur, qui vigesimumquintum ingressus est annum,& declararunt ijdem Abb. & Campeg.

104 Ex his,Coadiutores institutos in beneficijs curatis teneri residere non secus ac curatos ipsos,nisi ex fundatione per alios deseruire liceret, declararunt Amplissimi Cardinales Concilij interpretes sub die 23. Iulij 1575. nobisque testis est Lelius Zeccho indicato tract.post num.8.

105 Verum eiusmodi deputare coadiutores, quis valeat,non audeo asseuerare, nisi præmittam distinctionem illam, quod vel Episcopis, eorumue superioribus dandi sunt; vel alijs inferiora obtinentibus beneficia; vt primo casu à nullo alio, quam supremo Pontifice constituantur, c. vnico de Clerico ægrot. in 6. Altero vero ab habente facultatem instituendi in beneficio ipso,resignationemque admittendi,per Imol. ita distinguentem, & concludentem in cap.fin.num.11.de cler.ægrot.

Est tamen non ignorandum, altero ex duobus modis constitui solere istos coadiutores; nempe simpliciter, siue ad tempus: aut cum futura successione; & quidem omnis Antistes, vel alius retinens facultatem admittendi resignationem, quibus eidem beneficio dare coadiutorem ad tempus constitutum; sed cum futura successione est omnino vetitum á Concilio Trident. cap.7.sess. 25.de reformat.& iuris etiam communis accenta dispositione,cuius vigore,neque antea dabantur,licet ex stil. Curiæ, & tunc darentur teste Cassad. decis. 2.nu.2.de restit. spoliat. atque Mandos. in tract. signaturæ gratiæ sub Rub.coadiutoriæ,vers. Altera cum futura successione; & hodie passim conceduntur à Summis Pontificibus, teste Hieronymo Gonzales ad 8.Reg.Cancell.glos. 5. §. 9. num. 47. eaque propter, ad quæcumque beneficia etiam Episcopatibus inferiora, non nisi Papa constituit illos,ex omnium scribentium resolutione, atque ex adducto Concilij capite, quibus suppetit ratio euidens quod ad vacatura beneficia solus Papa tribuit ius,iuxta c.2.de preb.in 6.ex quibus illud presertim constat,ne temporalis coadiutor datus Episcopo ,sit consecrandus Episcopus, cum tempus postquam præterijt, ipsa cesset coadiutoria, expiretq; coadiutoria ipsa morte naturali, vel ciuili, tũ ex regula generica, quod concessum ad tempus, eo lapso denegatum censetur, tum ex resolutione in hac specie firmata passim á scribentibus, maximé Imola indic.cap.fin.num.15. & Campeg.in illo tract. vers.si coadiutor, vbi illam præceteris validam subnectit rationem, ne coadiuti interitu,reperiatur sine Episcopatu, & consecratus Episcopus.

106 Sed quam retineat ipse coadiutor potestatem, siue auctoritatem in beneficio, cui datus est? respondetur esse primitus inquirendam formam, & tenorem deputationis,ita commonente Præposito in cap.quia,sub num.1.causa 7.quæst. 1. cœterum credendum est tantum exercitium curæ pœnes ipsum residere, cura ipsa remanente apud coadiutum, ad text. in citato, cap. vnico de Cleric. ægrot. in 6. atque Campeg. indicato tract. vers. coadiutor.

Attamen vt omnis prorsus auferatur dubietas, declarationem, quam superinde fecere Illustrissimi Sacræ Congregationis super ritibus Cardinales.recensere in primis constitui, deinde alia non inutilia, & tunc faciliora, ob declarationem memoratam,cuius verba sunt.

107 Die Iouis 31. Ianuarij 1591. Congregatio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium super sacris ritibus, ad dubia nomine Illustrissimorum Dominorum Cardinalium Palleotti, & Veronen.

propo-

propoſita, ſic reſpondendum cenſuit.

Ad primum dubium cenſuit coadiutori cum futura ſucceſſione non licere ingredi Ciuitatem Pontificaliter, quia licet ſit coadiutor cum futura ſucceſſione, ex quo tamen non habet ius in re, ſed ad rem, nou debet recognoſci tamquam ſuperior, & caput. ſed vti coadiutor, & eo magis, quia contingere poteſt, vt non ſuccedat in Epiſcopatu, ſed prior moriatur.

Ad ſecundum reſpondit, ipſum non debere vti cruce in diuinis, nec in functionibus Pontificijs, nec, dum incedit per vrbem, cum crux ſit ſignum, & ornamentum dignitatis, & iuriſdictionis, & coadiutor, vtraque eareat.

Ad tertium cenſuit coadiutorem Pontificalia in Eccleſia exercentem abſente Archiepiſcopo vti poſſe cappa, cum ea ſit tantum ornamentum dignitatis Epiſcopalis, præſente autem Archiepiſcopo vti debet Mantelletto, & Rochetto, neque licere vnquam coadiutori vti Mozzetta, & Rochetto, etiam abſente Archiepiſcopo, cum hoc proprium ſit eius, penes quem eſt dignitas, & iuriſdictio.

Ad quartum reſpondit negatiuè, cum vna ſedes non capiat duos.

Ad quintum cenſuit Canonicos eſſe compellendos, vt coadiutori Epiſcopo ſollemniter celebranti, & Pontificalia exercenti ſemper aſsiſtant, alioquin indecorum videretur, ſi Epiſcopus ſine Canonicorum aſsiſtentia celebraret, nec non videretur eſſe contra Decretum Concil. Tridentin. quod extenſiuè huic etiam caſui accommodari poteſt.

Quo ad circulos, reſpondit Canonicos non debere accedere ad circulos, cum ipſi circuli, denotent membrorum vnionem ad ipſum caput, & ex ſuperius deductis conſtat coadiutorem non debere eſſe caput.

Quo vero ad confeſsionem faciendam cum celebrante ſolemniter, reſpondit decere, vt coadiutor Epiſcopus confeſsionem faciat cum Sacerdote Canonico celebrante; & vt idem quoque benedicat in fine miſſæ. Ne populus præſens diuinis benedictione Epiſcopali defraudetur, & iam eſt vſu receptum, vt Epiſcopus benedicturus faciat etiam confeſsionem cum celebrante.

Ad Sextum cenſuit licere coadiutori de licentia, tamen Archiepiſcopi ibenedicere populo dum per Ciuitatem incedit.

Ad ſeptimum reſpondit maximè decere, vt Canonici prodeant obuiam coadiutori Epiſcopo ad Eccleſiam pontificaliter accedenti ad oſtium Eccleſiæ, eumque deſcedentem ad idem oſtium deducere, immo eſſet valde commendandum, ſi nonnulli Canonici, officij, & vrbanitatis gratia ad ipſius coadiutoris ædes accederent.

Ad octauum reſpondit coadiutorem non habere facultatem largiendi indulgentias, & ſic eas Archiepiſcopi nomine, ſi quas Archiepiſcopus concedere voluerit eſſe publicandas.

Hæc ſunt illius Congregationis verba, ex quibus non modo clara habetur cognitio multorum dubiorum per ipſam deciſorum; at inſuper clarior redditur aliorum complurium ad hanc rem ſpectantium; Ac præſertim cui competat beneficiorum collatio: Nam alij coadiutori; Alij verò coadiuto hanc tribuunt facultatem in cap. fin. de cler. ægrot. Mihi tamen ſemper placuit conciliatio illa, quam tradit Oldrad. conſ. 44. quæritur ſi Epiſcopus ſub nu. 3. vbi probat ſententiam in gratiam coadiuti, quoties ob ſenectutem, aut alteram legitimam cauſam, & aduerſam valetudinem corporalem, quæque mentis exilium non operaretur. Alteram verò tuetur in gratiam cauditoris, vbi datus fuit ob cauſam concludentem perfectum impedimentum alienationis mentis, vel intellectus puta propter dementiam; & huic diſtinctioni ſuſcribunt Gem. in cap. vnico §. fin. num. 4. de cleric. ægrot. in 6. Tuſch. concluſ. 402. coadiutor, nu. 11. vol. 1. & vſus mihi benè cognitus. Cœterum nè ignores duas illas coram Penia in hac re deciſiones Rotę, in Tarraconenſi vnam, in Salamant. alteram, quas Marchiſ. reſcribit in Commiſſ. appellat. ab exeq. Breuis par. 1. §. 2 tom. 1. ſuntque deciſ. 45. & 46. ex quibus colliges præſertim Coadiutori non eandem competere Sedem. coadiuto debitam, ſed quam vacuam reperit eo tempore, quo poſſeſsionem recipit Coadiutoriæ, poſt alios, tunc exiſtentes Canonicos; item ſuperueniente morte coadiuti eandem continuare debere, ita quod etiam tunc præcedat alios poſt ſuam Coadiutoriam creatos Canonicos, cum nulla poſt Coadiuti interitum requiratur noua collatio, ſed Coadiutoriæ gratia plenum ſortiatur effectum, ſiquidem Papa concedendo Coadiutoriam, confert cum clauſ. ex nunc, pro tunc, teſte Rota coram eodem Penia in vna Calaguritana Cannoicatus 1. Iulij 1592.

108 Et quia validior cauſa, qua ſacri Canones dandum Coadiutorem cenſuerunt, illa eſt ne cura animarum detrimentum patiatur, in cap. 2. Concil. Trid. ſeſſ. 6. de reform. & alijs multis adducendis; num. . , ideo me errore labi non exiſtimo ſi dicam eoadiutoris officium non ea, quæ ſunt iuriſdictionis reſpicere, exercereque poſſe, ſed quæ ordinis, idque ex hactentus relatis comprobatur, atq; ex vſu.

109 His ſubnectere non erit ſuperfluum quæſitum illud, ſint nè ſemper dandi præfati coadiuteres? & certa erit, quamuis generica reſponſio negatiua, exceptis aliquibus caſibus, quos recenſere non curo, ne lectorem tedio afficiam, ipſum tamen relego ad canones omnes congeſtos in Rub. de Cleric. ægrot. nec non ad cap. qualiter cum ſeq. iuncto c. nihil 7. quæſt. 1. atque etiam ad Paris. in tract. de reſign. benef. lib. 7. quæſt. 10. Tuſchum concluſ. mox citata, & Hieronym. Gonzal. gloſ. 5. §. 9. qui caſus omnes coaceruant.

110 Inter ipſos reſcribitur illæ ætatis; conceditur enim propter ingraueſcentem ætatem, & non erit ſubreptitia gratia, ſi annum attinxerit ſexageſimum, prout Rota definiuit, vt eſt videre, apud Caputaq. deciſ. 129. coadiutoria data, num. 1. part. 1. Quod ſi porpter ſenilem ætatem datus fuerit; tuno in ſeptuageſimo anno conſtitutum eſſe oportet, ipſe coadiutus, per eandem deciſionem Caputtq. iam relatam, ſed ſi propter ingraueſcentem iunctis infirmitatibus procul ſatis dubio eſſet ætas annorum quinquagintaquinque, per alteram eiuſdem Capntaq. deciſ. 130. eadem par. 1.

111 Hanc quippe ætatem in litteris coadiutoriæ expreſſam, cuius ſit onus verificare controuertitur à duobus

à doctoribus, ipseque prò tutiori responsione distinguo, vel nos loqui in eo casu, in quo ex iuris dispositione sunt verificanda cuncta in gratia enarrata, & tunc probare vera esse, quæ in ea asseruntur, non alius quam impetrans tenetur, nempe coadiutor; quod si ad impugnãdam gratiam ageretur, aduersarij esset onus, & vtrumq; dictum collaudat Rot. in dec. ipsiusmet Caputaq. 128. ead. p. 1.

112 Cùm verò narraretur coadiutum in ætate sexaginta annorum, vel circa constitutum, quam debeat ille habere ætatem, vt gratia subsistat? respondeo, eum oportere tunc saltem esse in ætate annorum sexaginta cum dimidio, quia sic definiuit eadem Rota decis. 297. in vna Hispalen. sub nu. 1. lib. 1. par. 3. diuers. eaque ductus respondi surreptitiam esse impetrationem coadiutoriæ concessæ Cimiliarchæ Neapolitanæ Ecclesiæ, in qua ita fuerat enarratum supremo Pontifici; cum re vera Octauius Floccarus Cimiliarcha, tunc non excederet annum quinquagesimumseptimum, quare vtraque pars recessit à concordatis; nec aliqua ipsarum ausa est expedire literas.

113 Et quia Vicariam perpetuam, esse Ecclesiasticum beneficium, dicit Rota in decis. 273. fuit dubitatum, siue 2. nu. 1. de excess. præl. in nouis, Abb. in c. ad hæc nu. 2. in fine de offic. Vicarij Io. Nicol. in tract. de plural. benef. cap. 1. nu. 37. Gambar. de off. de leg. à latare tit. de dispens. num. 10. lib. 6. Rebuff. in praxi Rub. de Vicarijs perpetuis, num. 15. & Alfons. Hoyed. in cap. 15. mox citando num. 11. Butrius cons. 3. supposita nu. 2. Roman. cons. 356. circa primum, num 5. Gomes, in Regula de idiomate, quæst. 11. nu. 2. Nam verum titulum retinet, qui Vicarius est perpetuus, vt post multos ex relatis scripsit Hieron. Gonzal. in 8. Reg. Cancell. §. 3. glos. 5. nu. 2. subiungens, num. 21. ob hanc causam omnia iura loquentia de beneficijs curatis, quo ad

114 illorum vacationem, assecutionem, requisitam promotionem, vel ætatem, vendicare sibi locum in illorum Vicarijs perpetuis, per Clem. vnicam de offic. Vicarij, vbi Doctores omnes, maximè Bonifac. num. 21. atque Paris. in tract. de resignat. benef. lib. 3. quæst. 1. à num. 115 ac propterea curatæ Ecclesiæ Vicarium oportere annum vigesimum quintum attigisse, aiunt præfati ex textu in dicta clem. & illic Bonifac. num. 10. & 28. quin, & promoueri ad illius titulum posse, defendo Rubr. 8. cap. 4. num. 8. etenim iste Vicarius dicitur Rector curæ animarum, quanquam Rector Ecclesiæ, non ita propriè dicatur, vt idem Bonif. indic. clem. nu. 24. & Abb. in cap. ex parte, de offic. Vicarij; siquidem cura actualis remouetur à rectore, & in ipsum Vicarium perpetuum transfertur, remanẽte apud rectorem cura in habitu, & potentia per Nauar. consil. 21. Ecclesiæ nu. 7. & 8. de Cleric. non resid. in nouis, & Caputaq. dec. 339. par. 3. nu. 3.

115 Sed quando, & quibus in casibus sit eiusmodi Vicarius perpetuus constituendus? respondent Lelius Zecchо in trac. de benef. cap. 7. nu. 9. Alfons. Hoyeda in tract. de inconpat. benefic. part. 1. c. 15. qui omnes congerunt casus prædictos, & ipse subticeo, ne aliorum scripta surripere videar.

116 Cui Vicario assignanda est competens portio ex fructibus beneficij, tum ex iure communi per tex. in cap. extirpandæ §. qui vero, & illic notat Abb. nu. 3. in fine de præb. tum ex Conc. Trident. quod septem in locis meminit huius congruæ portionis; primo quippe in cap. 2. sess. 6. de refor. ibi Episcopi tamquam sedis Apostolicæ delegati per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem prouidere debent, ne cura animarũ negligatur; secundo in cap. 5. sess. 7. de reform. ibi ipsi ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omnino prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur. tertio in cap. 7. eadem sess. & Rub. ibi cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori arbitrio ipsorum ordinariorum portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputando animarum cura laudabiliter exerceatur; Quarto in cap. 4. sess. 21. de reform. illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesijs nouiter erectis, præficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam Matricem quomodocumq; pertinentibus. Quinto in c. 6. ead. sess. & Rub. ibi, aut Vicarios pro tempore deputare partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint. Sexto in c. 18. sess. 24. de reform. ibi idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore prouideatur; extremoq; loco in c. 16. sess. 25. de refor. per illa verba; Illa deinceps in simplex beneficium etiã assignata Vicario ꝑpetuo cõgrua portione non conuertãtur

117 Multa tamẽ perscrutari oportet antequam Antistes hanc decernat congruam portionem, nempè qualitates, & circumstantias loci, beneficij, personarum, morum regionis, & altera complura recensita à Rebuffo in tract. de congrua portione, quæst. 8. præsertim, num. 61. & delibauit Rota in decis. 5. in vna Legionen. num. 2. par. 2. diuers. tandemque insignis vir Valenzuola cons. 54 á nu. 42. lib. 1. & cum Vicario deputando pro tempore vacantis Paroch. iuxta Conc. indicato c. 18. assignãda est; sit congrua portio aureorum duorum singulis mensibus testatur Galet. in Marg. verbo Vicar. §. 8.

118 Sed cum omnibus rectè pensatis, certam ijdem ordinarij definierunt summam, possint né Vicarij perpetui prætendere incerta vltra congruam? ac primum possint, nè habere decimas? & negatiuè respondeo per decis. Crescent. 65. Vicarius perpetuus, vel 2. de decim. Mohed. decis. 5. Bellicen. decimarum eod. tit. de decim. Caputaq. decis. 353. possessio decennalis num. 3. par. 2. & melius decis. 339. Vicaria perpetua, nu. 3. & 4. par. 3. & Cappell. Tholos. quæst. 109. item fuit quæsitum, si intentio alicuius Vicarij; neque refragatur decis. 342. Nota, quod cum Vicarius, siue 5. de offic. Vicarij in antiquis, probans ius commune fauere intentioni Vicarij, nam adductæ decis. Mohed. Crescent. & Caputaq. inquiunt illam procedere quoties decimæ fuerunt illi assignatæ pro congrua portione, alioquin contentus erit portione sibi constituta.

119 Quid in distributionibus quotidianis? in hac dubia positione credo rectè me posse respondere in gratiam Vicarij, qui distributiones ipsas assequi veleat, earumque quantitatem inter assignatam portionem non computandam, si auctoritate præ-

fatorum

ſatorum Canonum Conc. Trid. vel aliorum in corpore Iuris introcluſorum decerneretur, prout definiuit Rota in vna Legionen. congruarum die Veneris 15. Aprilis 1575. de qua in 2. part. deciſ. diuerſ. ac propriè deciſ. 5. in vna Legionenſ. maximè, num. 4. cum ſeqq. & antea ſcripſerat Rebuff. in tractat. de congrua port. quæſt. 8. num. 83. nec non 85. & 86. nam inter incerta numerari aiunt, contradicentibus tamen multis, ob eam rationem, quod licet ſint incertæ, ad certam nihilominus ſummam redigi poſſunt, ideoque computandas in congruam, cùm paria ſint, certum quid eſſe per ſe, vel per relationem ad aliud, vt in caſu iſto declarant Rebuff. indicato loco, nu. 87. & Felyn. in c. ad aures ſub nu. 16. de reſcript. nam reſpondet eadem Rota in ead. deciſ. 5. nu. 6. quare non eſt ab illius reſolutione diſcedendum, eamq; ſequitur Hieron. Gonzal. in ſuis Commentarijs ad 8. Regul. Cancel. in proh. §. 7. nu. 184. & addit, id paſſim in Rota ſeruari, ipſeq; reſtringerem in eo caſu, in quo aliud appareret ex verbis deputationis, cuius rei optimum nobis tradit exemplum Nauar. in conſ. 2. de cler. ægrot. ex his longe verius in oblationibus, eleæmoſinis, funeralibus, & ſimilibus id ipſum ſuadetur, atq; ex verbis eiuſdem deciſionis, & alterius Cœſaris de Graſſis 117. fuit tentum nu. 12. vel 6. de præb.

120 Quia vero poſt concilium ſuperuenit Pij V. conſtitut. 146. circa congruam portionem iſtam definiendã pro Vicarijs Parochialium, quæ diſtributiones aliaq; incerta numerari in portione voluit, his verbis; Prælatorum arbitrio facienda ita ſe continere, & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum annuorum ſumma, cõputatis omnibus etiam incertis emolumentis, & alijs obuentionibus cõmuniter percipi ſolitis, eis omnino aſſignetur; Ideò in hoc dumtaxat caſu, Vicarij perpetui ad Parochiales deputati, nõ erit prior reſolutio actendenda, ſed quod iſta conſtitutio piana ſanxit, obſeruantiæ tradendum; ac propterea incertorum quantitas connumeretur in portione, eo in loco ſubiungit præfatus Gonz. nu. 185. & conſuluit Io. Gutt. conſ. 8. quamuis; neq; hoc caſu numerari eleæmoſynas altarium, funeralium (Addo & aliorum ſimilium iurium Parochialium) rectè admonuerit Io. Franciſ. leo in ſuo theſauro fori Eccleſ. c. 31. ſub nu. 6. eo quod iſthec percipit Vicarius ex ſuo officio, & labore: & verba illius Conſtitut. intelliguntur de obuentionibus, & emolumentis, quæ ſunt incertæ reſpectu ſummæ, quæ in ſpetie ignoratur; venit tamen certificanda, ex eo quod in præteritum communiter, atq; vt plurimum conſueuit percipi; quam reſtrictionem vſu probatam ſcio, cum Iul. Ant. Sanctorius Cardin. benemeritus S. Seuerinæ nuncupatus Abbatiã S. Marie de Paſitano comendatam Gregorij XIII. munificentia habuit, & pro exercenda cura animarum obtinuit Vicarium perpetuum, aſſignata illi portione ſexaginta ſcutorũ, hanc enim congruã vltra funeralia ſemper conſecutus eſt, quinimmo, & emolumenta dari eleæmoſinaliter pro ſepulturis, campanis, ſponſalitijs, & baptiſmis, pariter exegit, idq; mihi notum eſt, dum idem Cardinalis memor beneficiorũ à meis anteceſſoribus acceptorũ in minoribus, inter alia, hoc etiam grati animi munus oſtendit, & eandem Abbatiam ad fauorẽ reſignauit Prothonotarij Pyrri Ioan. Campanilis meæ genitricis vtrinq; coniuncti; Hanc enim familiam ex vtroq; parente habeo.

121 Vnum modo ſupereſt, ne prætercam, ſcilicet præfatam Pij conſtitutionem non eſſe reuocatam ob alteram Greg. XIII. conſtit. 15. tũ quod iſta ſubſiſtit dũtaxat in Vicarijs parochialium vnitarũ Monaſterijs, tùm etiam, quod idem Gregorius viuæ vocis oraculo poſtmodum reualidauit, & confirmauit eandẽ Pij V. conſtitutionem, teſte Hier. Gonzal. in gloſ. 5. §. 3. n. 79. vbi adnectit declarationem Congregationis Concilij ſuper diſpoſitis in illa, quæq; his vtitur verbis, cum fratre, ſeu Religioſo Vicario ad nutum amouibili per Monaſterium pro ſubeunda animarum cura aſſignãdo, vnus alius religioſus extra clauſtrum maneat, & non plures; quia verò poſt hæc ſcripta prodijt volumen conſil. eximij illius Iuriconſulti Viriq; integerrimi Io. Valenz. Regij Conſiliarij qui vnicũ ſuper hac congrua portione conſcripſit, & quidem maxima refertum eruditione Conſilium, ſcilicet 54. illius propterea verba, nè quæſo omittat percurrere auidus lector, nam multa, & vtilia fermè ex eo colliget.

122 Ad Inquiſitorum, nunc ætatem progrediens, reminiſcor Clement. V, in Conc. Vienn. ſtatuiſſe, nullis ex tunc, niſi qui Quadrageſimum ætatis annum attigerit, officium inquiſitionis prædictæ committi Inquiſitoribus, vt habetur in Clem. Nolẽtes de hæret. quod maxima admiratione dignum videtur, ex eo, quod Epiſcopi, Inquiſitores ſunt, iuxta c. per hoc de hęre. in 6. & tamen minori in ætate conſecrantur, vt ſcripſimus ſupra nu. 44. quare gloſ. non valens excogitare rationem diuerſitatis, dixit in ead. clem. ad verbum Quadrageſimum, hanc rem numerari inter reliquas arbitrarias, de quibus non cogimur reddere rationẽ, ſed tu ne omittas videre Conrad. Brunum in tract. de

123 Hæret. lib. 4. c. 2. etas verò quæ requiratur in Commiſſarijs, & ſubdelegatis inquiſitorum, ſi quæratur, videtur eadem neceſſaria ex ſententia Io. Andreæ in eadem clem. nolentes; Verum trigeſimum expletum ſufficere annum, inſinuat locatus ex quodam breui Clem. VII. in ſuo opere inquiſ. Verbo Inquiſitor nu. 4. cuius dictis adiungere expedit, quæ D. Antonin. explicat in 3. p. tit. 18. c. 2. §. 6. ac preſertim, quod ex clem. 1. de hæret. aduertit contra ſuperiores Eccleſiaſticos malitioſè, ac fraudulenter alicui imponentes crimen hæreſis; Et quoniam impiorum vis quotidie magis inualeſcit, qui omnibus malis artibus officium inquiſitionis hęreticę prauitatis ſubuertere, miniſtroſq; functionibus diſturbare moliuntur; Nefariam illorum, ac ſceleſtam audaciam acerbiore caſtigationis verbere reprimere volens, Pius V. Generali ſua conſtitutione complura ſanxit aduerſus nefarios viros iſtos, & videre licet in Conſt. 83. exordiente, de protegendis; cuius formidanda verba peroptarem, vt ſemel ſaltem in anno ab omnibus maximè Principibus Laicis, eorumq; miniſtris perlegerentur, nam certè crederem qnod retraherentur à tanto facinore, quando diabolus inſtigaret tanti Tribunalis vtiliſſimum miniſterium quoquomodo impedire.

124 Sed ætatem in ſponſalibus contrahendis, licet non eſſe definitam, ſicut in matrimonijs differit, l. in ſponſalibus contrahendis ff. de ſponſal. quia tamen lex illa ſubſiſtit cum neuter contrahentium, aut ſi vnus non alter (licet ſeptennis) aſſecutus eſt rationis vſum, ſecus ſi omnes habent; atque ideo rectè inibi dicitur, non eſſe tunc ſponſalibus ætatem præſcriptam, ſicut matrimonio, cum in matrimonio ſemper ſufficiat ætas ſtatuta à iure, in ſponſalibus vero non ſemper eadem ſatis ſit, eo quod perſæpe completo ſeptemnio

O deeſt

deest rationis vsus, prout in ea, l. explicat glos. in fine Goffred. in Summ. Rub. de desponsat. impuber. nu. 3. Sanchez in tract. de matrim. lib. 1. disput. 16. nu. 3. & est cons. 15. nu. 3. inter Consil. matrim. Ziletti; ideo ad inquirendam ętatem constitutam, vt ipsa contrahantur ab iis, qui vsum rationis adepti sunt, condescendo, & eam iustam post septennium probat text. in cap. literas, c. accessit, & c. ad dissoluendum de desponsat. impub. D. Tho. in 4. sent. dist. 27. q. 2. artic. 2. & Sotus eadem distinctione, quęstione, & articulo, concl. tamē 11. Couar. in Rub. de sponsal. p. 1. c. 2. nu. 1. Nauarr. in Manuali c. 22. nu. 26. atque ista sufficit ætas in vtroq; contrahentium Nauar. d. capite, nu. 29. Syluest. verbo sponsalia q. 2. §. tertium Sot. citata dist. 27. q. 2. art. 2. ad secundum; Verum quandoq; minor satis est. puta si malitia supplet ætatem c. vnico §. 1. de despons. impub. Syluest. adducto loco. Couar. in eod. cap. 2. nu. 2. glos. in §. 1. vers. viri potens instit. de nupt. in l. si vxor §. si minor vers. sponsa de adult. glosa in summa 30. q. 2. atque alia communiter recepta in clem. vltima de ætat. & qualit. Alberic. in suo dictionario, verbo ætas iusta Lapus alleg. 75. casus talis est num. 5. Ioann. de Friburgo in Sum. confess. lib. 4. titulo 1. q. 5. Cosmus Philiarcus de officio Sacerd. tom. 1. lib. 2. cap. 1. par. 2. Vega lib. 6. Summæ casu 101. aliique permulti, quos citat, & sequitur Sanchez adducta disputat. nu. 9 cui hæc sententia videtur altera multo verior; eique haud refragatur ratio illa; quod si existente discretione contrahi possent ante septennium; ea vero deficiente, neq; post septennium, ergo perperam ius præscripserit septennium, cum rectius, ac consultius sanxisset sponsalia ab habentibus rationis vsum, contrahi debere; Huic siquidem obiectioni, ea, & consona affertur responsio; considerate ius præscripsisse septennium, quia tunc præsumitur in puero vsus rationis, nisi contrarium clare pateat Ioan. Andr. in c. Iuuenis nu. 9. Anch. nu. 4. Alex. de Neuo, nu. 19. de desponsal. Henric. Boich. in c. accessit, num. 2. de spons. impub. semper enim in dubio, & vbi contrarium non apparet attendimus annorum numerum, Ludouicus Lopez id præsertim ex Theologis confirmans in 2. par. sui instructorij de Matrim. cap. 37. col. 2. in fine, quare oporteat probare contrahentes esse doli capaces, si velint ante septennium perfectum, illa celebrare, eaque vt post septennium contrahi nequeant probare sit necesse, eos non esse doli capaces, vt ait, & optime quidem Henric. adducto, num. 2. & commendat præfatus Sanchez in citata disputat. 16. nu. 11.

125 Sed si aliquis ex contrahentibus careret aliquibus, licet paucissimis diebus, essent proculdubio sponsalia nulla. etenim negari nequit, vt septennium (etiam si vnica deficiat dies) completum dici non possit, sed tantum inceptum, tueturq; Sanchez citata disputat, post nu. 4. quamuis alij contrarium senserint, suffulti auctoritate illa Aristotelica 2. Phisic. parum, aut nihil distare dici, quod à re ipsa parum distat, contracta tamen in vltima die septennij, non audeo improbare, at illa subsistere opinor, cum Mandos. in tract. de minori ætate, cap. 4. num. 11. Abb. in c. attestationes de desponsat. impub. Enrichez. in Summa Theol. Moral. lib. 11. c. 13. §. 2. Ludou. Lopez in loco superius citato; Adeó autem sunt inualida sponsalia ante ætatem iam dictam celebrata, si non fuit verificatum adesse rationis vsum, vt neq; conualescant postmodum lapsu septennij, nisi mutua eorum cohabitatio superuenerit, aut alio modo, nempè verbo, vel facto, liquido appareat eosdē in eadem voluntate factos maiores septēnio perdurare, c. vnico in princ. de despons. impub. lib. 6. cunctos autem modos, quibus intelligitur facta ratificatio, tum expressè, tum tacitè post septennium recenset Sanchez in disput. pluries adducta nu. 6. neq; illud prætereo, quod sponsalia quoties inualida sunt, quia inita á non habente legitimam ætatem, cum sint nulla, ratione defectus consensus, eisdem in casibus impedimentum publicæ honestatis iustitiæ non inducunt ex c. vnico in princ. de despons. impub. in 6. sicuti neq; illud inducunt sponsalia sub cōditione celebrata & ante ipsius conditionis euentum, tanquā consensum non habentia, & incerta, c. vnico §. fin. de sponsal. in 6.

126 Cœterum ex sponsalibus, quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus contrahunt ipsi filij, si expressè consenserint, vel tacitè, vt si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligantur sine dubio, atq; ex eis oritur iustitia publicæ honestatis, idemq; si filij tempore sponsaliorum absentes, & etiam ignorantes, eadem sponsalia postea scientes ratificauerunt tacitè, vel expressè, alias ex sponsalibus ab ipsis parentibus pro filijs contractis, neq; filij deuinciuntur obligatione aliqua, neq; publicæ honestatis iustitia inde exorsit, cap. vnico §. fin. de despons. impub. in 6.

127 Ad Matrimonia contrahenda in mari, ætas 14. annorum completorum desideratur, in femina veró duodecim similiter completorum Syluest. verbo matrimonium 5. nu. 1. Pisanell. Matrimonium 2. nu. 1. Io. de Friburgo in sua Summ. Confessor. lib. 4. tit. 2. q. 19. Nauar. in Manual. c. 22. num. 29. Enriquez in sua Theol. Moral. lib. 11. c. 13. §. 10. quare si antea celebrētur, quamuis ex cōceptis verbis crederētur matrimonia inita, impediente tñ ætatis defectu, neq; existente legitimo ad illa contrahenda consensu. Iuris interpretatione sponsalia tantum de futuro iudicantur, citato c. vnico §. 1. de despons. impub. licet nec sponsalia, tunc contrahi existimasset antiquitas, cuius rei veritatem inquirit Couar. in Rub. de sponsal. c. 3. p. 1. Ratio autem, qua dicatur adductus conditor Canonum, vt eandem præscripserit ætatem in viris, & fœminis ad contrahenda sponsalia; dissonam verò ad matrimonia inienda; ea, & rectè quidem traditur, quod ad sponsalia sufficit rationis vsus, qui eodem tempore viris, & fœminis aduenit, cum ad matrimonia potentia generandi exigatur, quæ citius in fœminis, tardius in maribus reperitur, per auctoritatem Arist. lib. 5. de histor. animal. c. 14. quamobrem omnis cessat admiratio, si ita fuerit constitutum, vt inquit D. Tho. in 4. sentent. dist. 27. art. 2. ad 3. arg. & Tho. Sanch. in tract. de Sacram. Matrim. lib. 1. disput. 16. post nu. 2.

Et quę Philosophi vetustissimi, aut gentiliū leges decreuerunt circa ætatē pro matrimonijs, non illorū validitatē intuentur, sed quæ naturali rationi conueniāt, ob id enim Plato à 30. vsq; ad 35. annum, matrimonio idoneā dixit mari ætatē in 4. & 6. de leg. & Arist. mulieres decimoctauo anno, & mares circa ętatē triginta sex annorū coniungi oportere arbitratus est 7. Polit. c. 16. alioquin immaturas nuptias gignere, corpora pusilla facere, mulieres Veneri nimiū indulgentes, & omnibus iuuenibus animalibus partus esse imperfectiores, quia semen nutritioni corporis adhuc inseruiat, apud Germanos qui diutissimè impuberes remāsissent maxime inter suos ferebant laudē. Hoc alij staturam, alij vires neruosq; confirmari putabant intra

tra vero annum 20. fœminæ notitiam habuiſſe in turpiſſimis habebant rebus, vt inquit Iul. Cæſ. lib. 6. de bello gallico, & Petr. Greg. Tholoſ. multa cumulans in lib. 9. Syntag. Iuris vniuerſi c. 6. á nu. 3.

128 Verum quot annos natus eſſe debeat, qui procurator conſtituendus eſt ad celebrandum matrimonium ſubticeo, ſimulq; alia multa in hac re nõ inutilia, at quoniam latè idem Sanchez enarrat indicato tract. lib. 3. diſput. 41. nu. 8. illud neutiquam hic omittens verã eſſe reſolutionẽ; mutuũ conſenſum neceſſarium Matrimonij contractui, exprimi poſſe, per procuratorem rationis vſu minimè carentem, vt ille idem ſubiungit verſ. & confirmatur.

129 Profeſſio autem fieri in Religione tam virorum quam mulierum prohibetur ante 16. annum, expletum, & quæ anteà fieret decernitur nulla, & inualida; nullamq; inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel Religionis, vel ordinis obſeruantiã; aut ad aliquos quoſcumq; effectus decreuit Sancta Trid. Synod. c. 15. ſeſſ. 25. de regul. in ſuprema autem die 16. anni illam emitti poſſe etiam poſt Concilium emiſſamq; ſubſiſtere cenſeo ex his, quę Thomas Sanchez in ſimilibus arguens, ſcripſit in tract. de Sacram. Matr. lib. 2. diſput. 24. nu. 22.

130 In reliquis autem procuratoribus, quæ ætas deſideretur diſtinguendũ videtur, nãq; in eo, qui ad negotia conſtituendus eſt, ſeptendecim annorũ ætas exigitur, ex ſententia Petr. de Bellaper. in l. exigẽdi col. 3. verſ. ſolutio, & Alber. n. 5. Caſtr. n. 9. Iaſ. nu. 19. qui ſubdit eſſe cõmunẽ opinionẽ C. de procur. Io. de Graſſal. de ſubſtantiali procuratorũ, verbo prouidos deſertos viros, nu. 4. Siueſt. verbo Procurator circa mediũ, & illic Tabiena. q. 1. nu. 2. D. Ant. 3. p. Sum. tit. 6. c. 3. §. 7. Io. Gutt. tract. de Iur. p. 3. c. 11. nu. 1. & gloſ. in §. eadẽ ad verbũ decem inſtit. quibus ex cauſis manum. non licet, dum tantum illum text. de procuratore ad negotia interpretatur, & iſthæc reſolutio conſtat ex textu in c. qui generaliter, §. licet de procur. in 6. ex aliorum vero ſententia nulla certa deſideratur ętas in iſto procuratore ad negotia, ſed puerum habentẽ tamen vſum rationis poſſe eo munere fungi dixerunt, ſcilicet Bal. in illam et l. exigendi poſt nu. 4. Fulg. poſt nu. 6. Alex. nu. 23. Salyc. nu. 13. Franch. indicato c. qui generaliter, §. licet, nu. 1. & videntur aſſeuerare ſuper illo, c. Ioan. And. nu. 2. Anchar. nu. 4. & Gem. in eod. §. licet nu. etiam 4. eamq; tuetur multa cumulans Iura Franc. Cald. de reſtit. in integrum verbo hunc contractũ, nu. 4. & Thom. Sanch. in tract. de Sacr. Matr. lib. 3. diſput. 41. poſt nu. 8. inibi multis modis reſpondẽs textui in d. §. licet, & ipſe in eiuſmodi prudentiſſimorum virorum diſſona ſentẽtia crederẽ non eſſe ab hac ſecunda recedendũ quãuis primeuã tutiorẽ

In procuratore autem ad Iudicia 25. annorum requiri ætatem probat idem §. licet, & rationẽ differentiæ, cur in hoc procuratore ad iuditia ſit certa ſtatuta ætas, in alio vero ad negotia nequaquam; aſſert Bal. citato, nu. 4. & ait, ideo contingere, quia negotia inter conſentientes geruntur; Iudicia autem inter contradicentes.

131 His autẽ quantũ debeat conſtitui ſalariũ ſcribit Menoc. de arbit. Iud. centur. 6. caſu 512. celebris nu. 17. quando vero debeat ſolui ſubijcit poſt nu. 20. ſi vero nullũ fuerit eis conſtitutũ ſalarium, nequeant illud petere pro tempore præterito ſcripſit nu. 2. & conſ. 228. nu. 6. vol. 3. concinunt textus in l. qui mutua §. ſalarium ff. mand. & l. ſalariũ C. eod. citato tit.

132 Verum quęſtio excitata fuit in Reg. Conſ. Neap. ſi Procurator, ſeu potius negotiorũ geſtor miſſus de vno loco ad alium cauſa exercendæ negotiationis, & adminiſtrationis alicuius cum ſtatuto ſalario ſi poſtmodum fuerit remotus, & petita iudicialiter à conſtituente reditio adminiſtrationis, quæ cũ iure debeat fieri in loco geſtæ adminiſtrationis per Rubricam Codicis, vbi de ratiocinijs agi oportet, quare detineatur ille ad propriam interea regredi Patriam debeat ne interdum conſequi ſalarium, donec expleta redditione reuertatur ad Patriam.

Et multis rationibus fulcitur intentio negotiorum geſtoris, quibus ita reſponſum fuiſſe recolo ab eruditiſſimo viro; ſi enim actus expleri debet expenſis illum petentis, vt textus edocet in l. fin. C. de erogat. milit. Annon. lib. 12. & quoties quid fieri petitur, expenſis petentis faciundum eſt l. quoniã liberi, C. de teſt. Bar. in l. 3. §. defendi in fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur & in l. ſi poſtulauit. In princip. ff. de adult. Bal. in l. generaliter, §. is de præſentibus C. de rebus credit. & l. Prætor ait §. final. ff. de eden. Afflic. deciſ. 177. Nobilis quidam & ibi Vrſil. nu. 2. atq; de Franc. dec. 332. Receſſit Marcus nu. 3. quin in proprijs hiſce terminis expẽſarum in redditione computorum, vt ſubminiſtrari debeant à petente redditionẽm, ſcripſerũt Crauett. conſ. 238. nu. 15. Socc. conſ. 149. nu. 4. vol. 1. & poſt alios Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſu 228. & ſalarium ſub expenſis ipſis contineri, & comprehendi non dubitatur ex Magiſtrali doctrina Io. Ignei, ita concludentis in l. dudum nu. 77. C. de contrah. empt. & Guid. Pap. etiam docet dec. 68. Dom. Petrus nu. 6. vtiq; deducitur ex his neceſſaria ſequela vt ſalariũ præſtet, qui rationes á ſuo negotiorum geſtore expopoſcit, ſicuti & expenſas ab eodem perſoluẽdas demonſtrauimus. Maxime quod Ius, & æquitas ſuadẽt, vt pro laboribus tempore, quo rationes redduntur ſalarium ille conſequatur, eo quia opera prętium requirit l. cum duobus §. ſi in coeunda ff. pro ſocio, & iuſtum eſt, vt is conſequatur ſtipendium, qui pro tempore ſuum exhibet obſequium, cap. carithatem 12. q. 2.

Et præter alia conſimilia, quæ vt breuitati ſtudeam ſubticeo, adduco textum percelebrem in l. ſi cui §. tandiu ff. ex quib. cauſ. maior, quo loci Vulpianus reſpondit, tamdiu Reip. cauſa abeſſe, quis videbitur, quandiũ officio alicui præeſt; quod ſi finitum fuerit officium, iam deſinit abeſſe, Reip. cauſa; ſed ad reuertendum illi tempora computabimus, ſtatim atq; deſijt Reip. cauſa abeſſe, ea, quibus reuerti in vrbem potuit, & erit moderatum tempora ei dare, quæ lex reuertentibus præſtitit. Quare ſi quod tempus affluxerit ſuæ rei cauſa non dubitamus id tempus ei non proficere, habitaq; dinumeratione temporis, quo reuerti potuit, ſtatim eum dicemus deſiſſe Reip. cauſa abeſſe; Hæc ſanè præſeferunt eiuſmodi coactum immorari in Ciu. Neapol. dici abeſſe cauſa petentis computa, cum non ſua cauſa detineatur regredi, nec potuerit regredi propter impedimentum ſibi datum ab illo.

Ex hoc etiam textu, atq; ex altero in l. abeſſe ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur Fęl. in c. quam ſit nu. 2. de Iudæis deflectit, ad Clericos percipientes fructus, adhùc tempore reditus, & notat finem explorationis rerum agendarum, eſſe finem abſentiæ,

computato tempore quo reuerti potuisset, additq; text. in adduct. §. tandiu, fuisse ponderatum ab Inn. in c. ex tuæ post princ. de cler. non resid. dum fatur quod Clericus absens ex iusta causa, tandiu excusatur, quamdiu moratus est, expediendo rem sibi delegatam: Itaq; non secus ac Clericus excusatur à residentia, percipitq; fructus quousq; rem sibi commissam totaliter expleuit, & pro illius expeditione detempus fuit; ita sint dubio censebitur administrator iste, ipseq; debeat percipere salariũ, quandiu eo in loco impeditur, & regredi ad patriam non valet, vt in eo reddat computa, remquè sibi demandatam expediat; & quidem rem expedire is rectè dicitur, cum non dicatur finita administratio, nisi finitum sit rationem reddere, neque actum dicatur aliquid, cum quid superest ad agendum l. penul. in fin. C. de his quib. vt indig. Vnde dicitur perfectum non esse, quod perfectionis ordine, non est completum c. nihil. 1. q. 7. & certè superest modo ad agendum, cum redditio computorum sit de connexis, & dependentibus administrationis, vt dixit Anch. in c. accessorium col. 30. sub nu. 16. de reg. Iuris, & latè Fran. Callect. in addit. ad Fulu. Pacian. in tract. de Prælat. lib. 1. c. 28. vers. propriè dependẽs sub nu. 38. & Ant. Sola in const. ant. Sabaud. p. 1. glo. 6. arg. l. ita tamen §. si tutor, & §. fin. de admin. tutor. qua de re, sicut salarium debebatur tempore administrationis, ita fateri oportet, vt debeatur pro tempore redditionis rationis, quæ perficit administrationem, & quia de connexis idem est iudicium, c. translato de constitut. Bald. in l. cum necessitate in fine C. de fideicomm. & multa congerit Hippol. sing. 251.

Præterea textus suppetit in l. Lutius Titius la 2. §. quæsitum ff. de administr. tutor. vbi Paulus Iureconsultus respondit, quod si tutor pupilli pecunia vsus est, post finitam tutelam, easdem vsuras præstare debeat, quæ in tutelæ iudicio computantur, vbi glos. in vers. easdem vsuras, ex hoc Pauli responso infert, ad eam statuendam conclusionem, quod causa finita, non semper finitur effectus; & sic quamuis sit finita tutela, non tamen eius effectus; quare non secus ac durante administratione debetur salarium, ita, & durante effectu distrahendarũ rationum continuari debet illius solutio, & comprobatur ex sequenti §. in quo idem Paulus considerat tempus expletæ tutelæ, vt si necessitate continuet, sit eius habenda ratio, quæ, & de tempore ante finitam, non autem si voluntate perdurauit, itaq; hoc ipsum dicendum videatur finita administratione ista, cum compellatur administrator ex necessitate officij, & petitione constituentis, distrahere rationes; & his concinunt, quæ Anchar. scribit in q. 61. loquens in proprijs terminis, visionis, & reuisionis rationum benè administratarum; concinunt insuper notata per Gasp. Boet. in c. 1. nu. 3. in libello de decima tutori Hispanico iure præstanda, quod præmium, salariumq; debitum ex l. 1. §. si pupillis pater ff. de tutel. & ration. distrahen. debeatur non quod administrator capiat lucrum, sed euitet damnum, nam tunc, militat, quod in eo textu dicitur, quia iusta causa est præstandi, per quem text. Bonif. de Vital. in clem. similiter, nu. 18. de Appell. dicit causam iustam præstãdi salarium dici, quando est necessarium officium, prout in casu nostro non dubitatur esse, & per illummet text. Bart. in l. in eos ff. de tutelis, affirmat ex iusta causa per Iudicem deberi salarium.

Quin consideratis duobus extremis, à quo, & ad quod, scilicet, à quo die debeatur salarium, & ad quem vsque diem, apparebit cuicumque gerenti aliena negotia deberi, ab eo die, quo se præparat, ex notatis per Boet. in d. libello, c. 33. nu. 7. & vsq; ad diem redditæ rationis, quousq; durat officium per textum in l. tutor ff. de appellat. qui ad hanc rem mihi videtur singularis; dicit enim, tutor si in negotio Pupilli prouocauerit, eius hæres antequam reddat rationes appellationis causam prosequi debet; nam post redditas rationes, neque ipse tutor, merita probare cogetur, probat igitur, quod quãuis tutela certo tempore finiatur, non tamen officium, sed illud duret, quousq; redditæ sint rationes, & ibi Alber. de Rosato ampliat in similibus, gerentibus officia aliena, & sic extrema non ex tempore, sed ex officio iudicari. & pro tunc deberi salarium cum duret officium Bar. in l. negotiorum gestor §. 1. ff. de appell. & in adducto §. 1. Raphael Cuman. simpliciter extendit ad alios.

133 Tandemq; ad id fatendum conuincimur assumpto illo simili de officiali, quem consequi debere salarium, adhuc tempore syndicatus per officium Iudicis scribit Bar. in l. 1. §. sed, & si comites, ff. de varijs, & extraord. cognit. quem sequitur Martin. Laud. in tract. de offic. nu. 152.

134 Assumptũ verò illud ab aduersario productum quod negotiorum gestor ex consequentia sui officij tenetur reddere computa; prosternebatur; quia licet teneatur, non tamen proprio sumptu, & expensis, sed cuius sunt negotia, etiam pro scripturis exẽplandis, vt dicit Io. And. in add. ad Specul. in tit. de Instr. edit §. 7. in addit. mag. verbo Economus in 1. col. vers. & fit talis scriptura.

135 Doctoratus insignia suscipere, vt quis valeat omnis sufficit ætas, modo adsit sufficientia, & idonietas, ex auctoritate Zabarell. in prohem. Decret. quem deinde penituit in clem. 2. nu. 14. de Magist. vbi decimum septimum post annum, non antea licere eam consequi dignitatem affirmat, & sequitur Felyn. in c. cum vigesimum nu. 11. de offic. Iudic. deleg. & Ias. Rub. C. de Proc. sub nu. 5.

136 Similiter Aduocati munere fungi prohibetur vnusquisq; ante annum 17. expletum ex l. 1. §. pueritiam ff. de postul. Petr. de Bellaper. repetit. in l. exigendi, col. 3. vers. solutio C. de procu. & Felyn. in c. cũ vigesimum nu. 10. de offic. & potest. Iud. deleg. quod verum præterquam in causa propria, in qua etiam minor postulare valet, adeo quod, si omiserit in ea allegationes, quamuis ex imperitia non tamen admittitur ad petitam restitutionem in integrum ex bal. in l. 1. nu. 3. qui & aduersus quos.

137 Omnes autem, qui ad Tribunal dicunt, aduocati rectè cẽsentur, nam aduocatos accipere eos omnes debemus, qui causis agendis, quoquo studio operantur l. 1. §. Aduocatos ff. de var. & extraord. cogn. eorumq; duplex est genus, nam alij priuatorum negotijs, alij publicis, addicti dicuntur, & qui priuatorum commodis inseruiunt, ab ijsdem mercem colligunt, non quidem mercedis nomine, cũ proprias operas locare non videantur, sed officiũ, sub amici specie præstare, & mandatum suscipere in l. 1. in fine ff. mand. cumq; etiam scientia legalis quæ hic exigitur, prætio nummario æstimari non

possit

poſſit l.1.§.eſt quidem de var.& extraod.cogn. ſed remunerationis gratia,honorarij, titulo honorátur l.ſi non remunerandi ff. mand.in quibus, honora-
138 rijs,ita verſari Iudex debet.vt pro modo litis,ideſt quantitate,cauſæ,proq; Aduocati facundia, & fori conſuetudine, & Iudicij,æſtimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur ead.l.1.§.in honorarijs ff. de var. & extraor. cognit: ſunt tamen vbilibet aliqui ſalario de publico Donati, Aduocati pauperum appellati, eo quod pauperum cauſas fouere, & defendere gratis debent, quorum aliqui ſunt Romæ in Camera Apoſtolica ſi veſtrio credimus in lib. 27.ſuæ praxis c.7.nu. . .ſuntq; in Gallia qui ſolent, vel debent exhibere pauperibus officium gratuitum, triumviri Regij,ſeu Aduocati Fiſci, & Neapoli inuictiſſimi Regis iuſſu, & expenſis, dignior ferè ex Aduocatis ſemper eligitur, quique hoc munus ſubeat, quique præſidium contra potentium iniurias recte appellari poteſt,alioquin

Curia pauperibus clauſa eſt; dat cenſus honores
teſte Ouid.lib.1.de arte; quiq; 1.Faſtor. etiam ait.
In pretio pretium nunc eſt; dat cenſus honores;
Cenſus amicitias; pauper, vbique iacet.

139 Eiuſmodi Aduocati iuramentum præſtabunt quod omni quidem virtute ſua omniq; ope, quod verum,& iuſtum exiſtimauerint,clientibus ſuis inferre procurabunt; Nihil ſtudij relinquentes,quod ſibi poſſibile eſt; non autem credita ſibi cauſa cognita, quod improba ſit, vel penitus deſperata, & ex mendacibus allegationibus compoſita ipſi ſcientes,prudenteſq; mala conſcientia liti patrocinabūtur: ſed & ſi certamine procedente aliquid tale ſibi cognitum fuerit, a cauſa recedent ab huiuſmodi communione ſeſe penitus ſeparantes,hęc ſunt verba l.Rem non nouam. §. Patroni autem C.de Iud.

140 Sunt tamen complures Aduocati, qui propriæ conſcientiæ non parcentes,iſthæc obliterant, ſibiq; proptcrea damnoſi ſunt,atq; Iudici,& Clientibus; innoluunt namq; ſucant,concinnantq; lites, & inſolenti eloquentia,& conuitijs,tutari ſatagunt; nihil curantes in opinionem incidere iniqui hominis, cum vix eſſe poſſit, vt qui improbas fouet lites, improbus non ſit:impijſſimus, qui ſæpè conſulto, & ſcienter veritatis lumen,verbis,& lingua obſcurari,& fucū Iudici facere ſatagit; quo nihil damnabilius eſt, quodq; per bonos Iudices á tribunalibus tanquam peſtis explodendum: & idipſum ſæpius vindicat Deus in morte Aduocatorum, quibus ſubito loquendi facultatem ſub mortem adimit,vt aiunt gloſ.in §.item Surdus inſtit.quib.non eſt perm.facer.teſtam. & Angel. in l.ſi quis Aduocatus C. de except. atque ideo per eam torqueantur linguam,qua pernitioſè abuſi peccarunt, ad c. literas de temp.ord.c.paſtoralis de iur.patr.c. fi. de Immun.Eccl.& ita prærepto ſermone,nec animæ, nec bonis,nec liberis conſulere poſſunt. Alia verò multa de Aduocatis ipſis cumulat Petr. Cened. in Collect.ad cap.non licet Iudici 11.q.3.à nu. 12.

141 Pro Magiſtratibus gerendis,ſi veterum prudentum inquirimus ſcripta, inueuimus Platon. inter alios 3.Dialog.de Repub.ſcripſiſſe, non Iuuenem, ſed ſenem eſſe oportere bonum Iudicem, refertq; Liuius lib. 10.Decade 4.Q.Plau. & L. Manio Alcidino Conſulibus rogationem factam à L. Iunio Tribunoplebis, quot annos nati Magiſtratum peterent caperentq; & Dio.Caſſad. lib. 32. atteſtatur Mecenatem ſuaſiſſe Octauiano, nè ad equeſtrem dignitatem minores duodeuiginti annorum deligeret.In Senatorem ordinem,non niſi vigintiquin que annorum eligeret; Item non fieri Prætorem ante annum trigeſimum,qui quæſturam,& tribunatum geſſiſſet. Sed Romulus ſapientius ſibi proſpiciens,Curiam ſuam primam, & Conſilium delegit.ex ſenioribus: Vnde Senatus nomen accepit à ſenibus Dyon.Halicar.lib. 2. lex item Calcidenſium ſanciebat,ne quis natus infra annos quinquaginta,vel Magiſtratum ageret, vel legationem, vt Heraclid. in Polit.& in Rep. Calcedenſ. memorat Plutarch. inſuper in Lycurgo prodit Lycurgum apud Spartiatas primum conſtituiſſe Iudices, & decreuiſſe in demortui locum aſſumi eum, qui virtute cæteris præſtare iudicatus eſſet, ex illis ſcilicet.qui annum ſexageſimum exceſſiſſent.Enimuerò nouerant optima iudicia eſſe,& fieri cum ratione,experientia,& prudentia,ex Platon. lib. 9. de Rep. quæ quidem à Iuuenibus longe abſunt; vt autem aliorum mores,inſtitutaq; omittam,recenſebo, quid in hac re conſtituant Iura, quibus illud præcipué conſtat in delegato Iudice, viginti annorum completorum requiri ætatem, niſi conſenſus partium in eum acceſſerit, qui annum tranſcendit decimumoctauum,iuxta cap. cum vigeſimum de offic. de leg. ac niſi Princeps ex certa ſcientia delegauerit,qui etiam adulto poterit cauſam committere,vt eo in textu notant,gloſ.& Ioan. Andr.nu. . nec non Spec.in tit.de Iudice de leg.§.8. poſt nu. 2. Sed ordinarius,nonniſi ille poterit conſtitui,qui vigeſimumquintum ingreſſus eſt annum, l. quidam conſulebant ff. de re iudic. tametſi queat Principes etiam adultum creare Iudicem ordinarium, ex verbis eiuſdem l.in fine.& fatentur DD.mox citati,An tamen ſui iuris, vel alterius poteſtatis ſit non intereſt l.cum Prætor.§ fin. ff. de Iudic. Quibus,& ipſe adductus monere non deſinā,& audebo Principes omnes, vt diutius inueſtigent, quem eligant in Iudicem,& cuius ætatis,atque ideo, ne Iuuenes, eo quod præuacare nequeunt, quæ contigiſſe non viderunt, niſi ob anticipatam ætatis prudentiam ſtudio,labore, & induſtria quæſitam, illud munus concedendū cognouerint; cum prudens Mathæus Scolaſticus, iure optimo teſtatus ſit expedire in Magiſtratu gerēdo,non tàm annorum numerum, certamq, ætatem,aut vitæ ſtatum,quàm pietatem, prudentiam,magnaminitatem,circumſpectionem & longam rerum experientiam; in tract.de verò, & Chriſtiano Principe,cap.4.

142 Iudex autem compromiſſarius adductus exercere compromiſſum non valet,ſi minor ſit viginti annis,ex textu in l.cum lege ff.de arbit. & fortaſſe, neque ſi minor vigintiquinque, ita quippe Florianus legit text. in citata lege cum lege, vt illic ſcripſit Apoſtilla immarginea; quare non error Tipografi credendus eſt,quod Hoſtienſ. ait in c. cum vigeſinum,num.3.de offic. deleg.nè poſſit arbiter compromiſſarius,eſſe minor 25.annis.

143 Decuriones etiam 25. annis minores eſſe prohibentur in adducta l.non tantum, & Conſules maiores 20.annis creandi ſunt, etiā quod euenire poſſit,vt minor ſit l. 1.de off.conſ.Horū verò Conſulū, & decurionū officia, verſabātur in adminiſtratione

vniuersitatū, & in Regno dicimus, & appellamus electos vniuersitatis, atque Syndicos, in quibus id ipsum, quod in Iudicibus constituimus, respondendum videtur, cum ad Rempublicam administrandam admitti minores non debeant ex l. ad Rempublicam ff. de munerib. & honorib. itaque dum isti vniuersitatem administrant, sine dubio Rempublicam administrant, nam in Pragmaticis Regni, extat titulus, De administratoribus vniuersitatis, quinimmo videtur decisio in indiuiduo Francisci Caldas in Commentarijs ad l. si curatorem C. de in integr. restitut. verbo, hunc contractum, sub num. 41. tum in eo loco, vbi sanctionem iam dictam subsistere explicat, non solum in administratoribus, quibus est adiuncta dignitas, quales sunt Iudices, & similes; Verum in ijs, qui dignitate carent, quales ni fallor sunt præfati Syndici, & electi, tum etiam in eo loco, vbi minores istos, nullam habere vocem in Consilio vniuersitatis ait, neque in electione, seu constitutione Syndici ex Bartol. in l. de Pupillo ff. de nou. oper. nunciat. & dixerat antea Specul. in tit. de Syndico §. 1. nu. 3. vers. sed cuius ætatis: & apertissimis verbis, ne Syndicus ex Dyni sententia minor vigintiquinque annis esse possit, testatur Grat. dec. Mar-
144 chiæ 109. sub num. 9. quique postea non rectè conuenitur pro vniuersitatis debito, etiam quod ipse durante officio contraxerit, nisi pendente redditione computorum, scripsit idem Fabrus multa ad eius declarationem cumulans, definit. 4. tit. 7. lib. 4. & nisi docere omiserit, aut non potuerit, pecuniam versam esse in vtilitatem vniuersitatis, vt ille subdit defin. 5. licet autem cogi, vllus nequeat, vt seipsum suaq; bona pignori obliget pro seruitio vniuersitatis, nihilominus si bona sua obligauerit, quamuis obligatus, tanquam Syndicus vniuersitatis, conueniri etiam finito officio potest, adeoque detrudi in carceres, si vt plerumque fit, personam quoque suam subiugauerit, idem Fabr. defin. 15. Cum verò tenetur denunciare delictum in territorio patratum, excusatur, si aliqua enarrata per Grat. adducta decis. 109. concurrant, aut illorum aliquod, & quando teneatur præcessor, vel successor, vide Cottam sing. Syndicus, eumdemq; Grat. num. 7. qui propterea teneatur nè denunciare etiam delicta, non merentia punitionem, nempè si occidatur bannitus, Iul. Clar. extricat, quæst. 7. num. 6. ipse autem functo officio, per quinquennium, non secus ac, & alij administratores, & electi, ad illud idem promoueri nequit, ad aliud verò per triennium, iuxta l. 2. C. de muner. & honor. lib. 10. quæ procedat nè tantum ipso renuente, vel etiam volente, inquirit de Franch. & vtroque casu negat, decis. 264. dūmodo alij sint idonei de Franc. dec. 210. quia si non essent idonei, etiā inuitus cogeretur in eodem perseuerare officio, Montan. super Prag. 5. §. 16. sub nu. 5. de administr. vniuer. eius autē Syndici, & Electorum electio, fieri debeat per ipsam tantum vniuersitatem, tūm iura, tūm Pragm. Regni mandant, neque admittendus vsus, vt nominatio plurium fiat ad officium ex quibus eligatur aliquis à barone determinauit Regiū Consilium teste de Franc. ead. dec. 210. vers. deinde in termino sub nu. 6. vbi alteram in gratiam Baronis adnectit eiusdem Consilij decisionem, ne qui vno anno fuit Syndicus, vel electus, possit excusari anno immediatè sequenti, & prætendere nè valeat ærarius constitui; idemq; Mont. eod. §. 16. comprobat, de alijs etiā hucusq; relatis conclusionibus loquens.

Quod si necessitas suaderet; adlegi tunc possent minores in omnibus exercendis recensitis per l. generaliter iuncta l. non tantum §. neq; ff. de decur. atq; ita propter necessitatem aliorum l. 1. C. qui, & aduersus quos, præter pupillum, qui nullo modo eligi permittitur. l. 2. §. Impuberes ff. de iure Imm. ibi quamuis necessitas penuriæ hominum cogat, & aduertit Caldas citato verbo, nu. 42.

145 Quod vero ad exequutorem testamenti attinet, paucis restringam, cum minorē vigintiquinque, maiorem decem & septem posse hoc munus exequi scripserit Cou. in c. tua nu. 4. de testam. & eum sequutus Caldas. in adducto verbo, Hunc contractum num. 41.

146 Prætextam togam Tullus, Hostilius Rex Romanorum tertius debellatis Hetruscis primus Romæ instituit, sellamq; Curulem, Littoresq; quæ antea Magistratum Hetruscorum insignia erant, in vsum vna cum bulla puerorum nobilium vsurpata tempore Tarquinij Remorati exulis, & Corinthij filij; sicuti memoriæ prodidit Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 6. hancq; nimirum sibi prætextam togam induebant, qui nondum decem, & septem annos præterierant; eaque deposita virilem togam accipiebant, teste Suetonio in Augusto, & tunc in viros recepti militaris ætatis esse incipiebant, iccir-
147 co Liuius lib. 5. decade 3. in anno 17. completo constituit militarem ætatem, & Imper. Valentinus & Theodosius iusserunt, ne vllus tyro, vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius ad militiam accederet in l. 1. C. de Tyronib. lib. 12. Quamobrem si Regio ædicto decerneretur, vt ex quauis familia vnus bellum adiret, minimè obstringeretur illi parere, qui decimumseptimum non expleuisset annum, ex auctoritate Ludouici Romani sing. 122. per glos. in c. vnico, versā 18 de pace Iuram. firm.
148 Ieiunare nemo constringitur, nisi primum, & vigesimum excesserit annum D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 2. arg. Nauar. in Manual. c. 21. post nu. 16. & communis Doctorum comprobat opinio, teste Menoch. de arbitr. Iud. casu. 559. nu. 1. Hoc siquidem tempus ad augumentum naturæ datur, etenim, hominem crescere in longitudinem ad annos vsque ter septennos dicit Plin. lib. 11. c. 37. propè finem, & numerari iam dictum tempus oportet de momento ad momentum, computato etiam Natiuitatis puncto, quia fauore minoris ætatis, minimè tale præceptum obligat ante eos annos, quamobrem si die ieiunij quis eam impleat ætatem, ante punctum, quo implet, possit ientaculum sumere, quo semel sumpto, non amplius tenebitur eo die ad ieiunium, cum semel illud sit fractum, ita explicat Thomas Sanchez de matr. disput. 24. nu. 23. vt autem abstineat á carnibus, & lacticinijs, tempore Quadragesimæ, vigiliarum, atque in die Veneris, & Sabbati, ligatur quiuis post septennium, sit rationis compos Corduba q. 60. §. 4. Henriq. in Sum. Theol. Moral. lib. 4. cap. 5. §. 2. in glosa littera M. & Alfonsus Madrigal. de Sacram. par. 1. tit. de ieiunio cap. 2. & ita vniuersali consuetudine interpretatum esse, adiungit illic Corduba; non tamen negat his etiam licere comedere oua, tempore Quadragesimæ, si consuetudo accedat, & Caetan. 2. 2. q. 147. artic.

artic.8.nec non Pedrazza in ſuo confeſſion.3.præ-
cepto §.14.&aduertendum,me dixiſſe, tempore
Quadrageſimæ, nam eo tempore prohibitum eſſe
á iure comedere oua,& lacticinia,per textum in c.
denique 4.diſt.inquit Tabiena,verbo ieiunium ſub
num.8.ſubdens, in alijs ieiunijs attendendam con-
ſuetudinem, quæ ſi abſit prohibitiua, liceat omni-
bus,illa comedere; cui ſententiæ non audeo inhæ-
rere,eo quod præfatus textus in cap. denique, licet
verba faciat de ieiunio quadrageſimali, mouetur
nihilominus ratione generica, his verbis: Par au-
tem eſt,vt quibus diebus à carne animalium abſti-
nemus, ab omnibus quoq; quæ ſementinam car-
nis trahunt originem,ieiunemus; à lacte videlicet,
caſeo. & ouis; & propterea gloſa ad verbum,
ab omnibus deflexit ad eam conſtituendam con-
cluſionem,& ait,ex quo caro prohibetur, ergo, &
omnia, quæ de carne procedunt; tu modo conſi-
dera,quæ ſit verior, nam quod ad rem præſentem
attinet, nullam patitur dubietatem, ſed pueros,
quam primum vſu rationis polluerint, legibus ie-
iuniorum omnino aſtringi Innocentius etiam fir-
mat in Rub.de obſeruat.ieiun. non quidem reſpe-
ctu omnium neceſſariorum ad ieiunium, ſed eſus
carnium,& reliquorum ciborum vetitorum, in
hunc enim ſenſum doctores interpretantur ipſius
Innoc.doctrinam, memoratq; Azorius in ſuis in-
ſtitutionibus moralibus,lib.7.c.28.verſ.2. queritur
in fine,& fauent quæ ſuperius ſcripſimus.

Referuntur tamen duo caſus, in quibus non ſo-
lum à carnibus, alijsq; prohibitis cibis abſtinere
debent, habentes rationis vſum, quamuis vigeſi-
mum primum non exceſſerint annum; primus
149 quippe eſt,vt qui inſtituti alicuius profeſſionem
emiſit,teneatur ſeruare ieiunium,quod illius regu-
la præcipit, ita commonentibus doctoribus multis
adductis,atque commendatis, ab eodem Azor. in
eo capite verſic.3. quæritur, & præter illos tuetur
Tabienna,verbo ieiunium,ſub nu.17.

150 Alterum ſubiungit caſum idem Azor. in ijs ie-
iunijs à ſupremis Pontificibus indictis, cum ob
communem vtilitatem Iubileum,quod vocant de-
nuntiant, ſi priuilegijs, & indulgentijs in eo con-
ceſſis, potiri intendunt minores ipſi.

151 Extremo loco ætatem illam inueſtigare conue-
nit,in qua ſenes ab eo præcepto ieiunij de obligari
incipiunt, & Riccardi dictum ante alia referre
cenſui,dum in 4. ſent. diſt. 15. ait, nimium Senes,
non teneri ad ieiunium,quia virtus, & calor in eis,
frigeſcit,ob id ſæpius alendos, cuius opinio ſi veri-
tate nitatur, aliam oportet perſcrutari ætatem, in
qua nimium ſenes rationabiliter credantur,& quia
eiuſmodi cenſentur, qui decrepiti ſunt, nempè ab
anno ſeptuageſimo ſupra, á quo tempore non eſſe
conſtitutos in ſenectute;ſed in ſenio,aliarum ætatū
termino,dixit glo.in prohem.6.ad verbū.Perfectus
ideoq; ſeptuagenarios à ieiunio excipiunt Sylueſt.
verbo ieiunium,nu. .Roſel. nu.15.Gabr.in 4.ſent.
diſt.16.q. 3. art. 1. Alij verò diuerſas produnt ſen-
tentias,cum pleriq. crediderint ſenes poſt annum
quinquageſimumquintum exemptos à ieiunijs,te-
ſte Angel.eod.verbo ieiunium nu. 15. & Nauar. in
cap.21.nu.16. atteſtatur communem eſſe opinio-
nem,ſexagenarios eſſe à Ieiunij legibus ſolutos, &
licet dubitetur, ſit ne illa communis, attamen ex-
cuſari,tunc illos conſentit Armill.verbo ieiunium,
nu.3.Medina in ſua inſtructione confeſſ.lib.1. cap.
14.§. 10. eamque probabilem cenſet opinionem
Azor.indicato cap. 28. verſ.4.quæritur, mihi verò
arridet, quod Tabienna poſt alios ſcripſit nihil de
hac re fuiſſe,lege,vel iure definitum, ob idq; firmo
ac valido corpore,quouſque ſunt,debeant ieiunare
etiam poſt ſeptuageſimum,in verbo ieiuniū, nu.1.
non tamen improbandum, ex tunc, vt plurimum
excuſari per auctoritatem Tolet.lib.6.c.4.nu.2.

152 De teſtium ætate ſilere potius,quám imperfectè
loqui arbitratus ſum; ac nè audaciæ redarguar,
quod Farinacij ſuperinde copioſiſſimè congeſtis,
q. 58. voluerim addere, itaque mihi ſat erit, ſum-
marim recenſere,non eſſe admittendum in crimi-
nalibus cauſis minorem viginti annis, per l.in te-
ſtimonium ff. de teſtibus, ſic uti neq; in Ciuilibus
marem quatuordecim minorem, fœminam verò
duodecim per text.in l.3 §.lege Iulia ff.de teſtib.&
illic gloſam verbo lubricum, alteramq; gloſam in
l.inuiti la ſecunda, ad verbum, ſed nec pupillus ff.
eod.tit. reliqua videre licet apud eundem Farinac.
eo loci, vbi ampliationes,reſtrictiones, & declara-
tiones adnectit; hic tantum adiungens elucidatio-
nem illius frequentis,& perutilis hæſitationis,cuius
veram reſolutionem vulgus, & cauſidici non mo-
do ignorant, at inſuper ſententiam contradicen-
tem veritati paſſim inſectantur; autumant enim,
153 partes prohiberi teſtes alloqui, antequam teſti-
monium dicant, & tamen certum eſt, id minimè
illis vetari,& cum illis loqui non inducere præſum-
ptionem ſubornationis, vt optimè Vulpell. ſcribit
conſ.11.nu.5. qui præterea addit experimento cō-
probari,vt nemo faciat examinare teſtes,niſi, & il-
los de negotio prius alloquatur, quin, tàm in ad-
154 ducto conſilio, quám in antecedenti, ſcilicet 10,
nu.3.licere parti, etiam inſtruere teſtem, per mo-
dum reminiſcentiæ ad verum perhibendum teſti-
monium,aſſeuerat,fretus doctrina Bald. & Felyn.
in c.licet cauſam de probat. adijciens non inueniſ-
ſe apud Bal.in contrarium allegatum in conſ. 280.
lib.2.ſubornationem præſumi ex eo,quod ante de-
poſitionem,pars cum teſte loquuta ſit de negotio,
Hanc eandem Vulpellæ ſententiam, poſtmodum
tenuiſſe Rotam animaduerti,cum decidit non eſſe
prohibitum teſtibus videre articulos, ſed tantum
ſubornare teſtes; Inſtruere autem ad veritatem,
155 dicendam licere pronunciauit,teſte Seraſino dec.
1147.nu.5,per l. 1.§.in cauſa ff.de quæſtion.& Nel-
lum in tract.de teſtib.nu.102.quæ ſi teſtibus igno-
ta non eſſent,o quam pauciores periuri eſſent, per-
timeſcentes enim conuinci de ſubornatione, negāt
ſibi oſtenſos fuiſſe articulos à partibus, & de ne-
gotio ad inuicem loquutos eſſe, cum ſuper inter-
rogatorijs examinati,de his interrogantur.

156 Aetas verò neceſſaria, vt excommunicatione li-
getur, eſt pubertas, ſi ab homine excommunica-
tio feratur; nec ſufficit capacitas doli,ante puber-
tatem; inflictam verò à lege incurrit etiam impu-
bes, doli tamen capax,ita poſt Socc.in c.nulli n.30.
verſ.8.quæro de ſent.excom. reſpondent Vgol. de
cenſ. tab.1.c.17.per totum, & Suares de cenſ.diſp.
5.ſect.1. á nu.17. qui præterea doli capax compre-
hēdatur in caſibus reſeruatis alioqui nonniſi pubes
ſcribit Lazzar.tract.de blaſphem.q.8.nu.41.& 46.

Sed

157 Sed quoto quisq; ætatis anno in Imperatorem eligi possit, inquirit Restaur. in suo periucundo de Imperatore tract. q. 73. & nu. 1. nè minor quatuordecim annuit, verum post num. 14. resolutiue loquendo dicit, ex omnibus antedictis se putare Imperatorem 25. annis minorem eligi non debere, & quidem non dicit non posse, at non debere, vsus namq; contradicit, cum non ignoremus inuictissimum illum Carolum Quintum in XXI. suæ ætatis anno ad Imperium euectum fuisse, quamuis idem Restaurus num. 36. referat in 18. etenim certissimum esse non ambigitur, annis 37. rexisse Imperium, ipsumquè currente mense octauo anni 58. suæ ætatis, itidemquè 58. à Christo Domino, mortem obijsse: quam vera existente computatione, oportet fateri in anno XXI. tantam adeptum esse dignitatem, nisi attentius perscrutando, verba eiusdem Restauri, quin morem eligendi Imperatorem in 18. tum à Natiuitate CHRISTI, tum eius ætatis, electum fuisse, in Imperatorem promouendum, dicamus, scilicet in Regem Romanorum, promouendum in Imperatorem, post mortem tunc existentis Imperatoris; ex cumulatis à nobis in cap. 5. rubr. 8. num. 7. atquè ita fuerit electus in anno 18. in vigesimo autem primo, re ipsa consecutus Imperium; illudquè ex tunc administrasse, vt diximus annis 37. Carolum etiam Magnum Pipini filium in ætate satis Iuuenili assumptum fuisse ad eandem dignitatis eminentiam testis est Iacobus Aluarotus in tit. quis dicatur Dux. col. 4. in vsib. feud.

158 Aetatem verò, in Principe electore Imperij 18 annorum complectorum taxauit Carolus IV. in sua bulla aurea: capite 29. relata per eundem Restaurum quæst. 8. à num. 22. & addidit quòd si ille pateretur defectum ætatis iam dictæ, frater senior tutor existat, & administrator, donèc ætas legitima veniat, quę quidem verba obscuritatem præportare mihi videntur, volunt enim, quòd Primogenitus succedat in electione, qui si minor sit decem octo annis, frater senior eiusdem primogeniti, sit tutor; etenim si verba illa, (frater senior) intelligerentur, respectu ipsius primogeniti, non eueniret quod primogenitus succederet; si verò (vt credo) respectu aliorum fratrum, & sic esset minor primogenito, quomodo posset tutor esse minoris ætatis ipso pupillo? nisi dicamus, bullam de Rege Bohæmiæ Comite Palatino Rheni, Duce Saxoniæ, & Marchione Brandeburgensi, tuuc viuentibus loqui, eosquè habere virtute Regni eorum, in electione Regis Romanorum, in Imperatorem promouendum, ius, vocem, & locum: Insuper statuit perpetuò valitura illa l. quod post mortem eorum potestas, & vox electionis huiusmodi, ad filium primogenitum laicum legitimum transeat, vel illo non extante ad eiusdem primogeniti primogenitum, laicum similem, & eis deficientibus ad seniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam descendentem, mox ad illius primogenitum laicum, & existentibus eorundem hæredibus masculis primogenitis, defectum ætatis patientibus, frater senior eiusdem primogeniti, tutor existat; quæ verba non intelligantur de fratre seniore ipsius tunc viuentis primogeniti, sed de fratre seniore mortui primogeniti, & consequutiue de patruo viuentis, huncque intellectum approbant præcedentia verba illa, & eis deficientibus, ad seniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam descendentem: quo loci, frater senior intelligitur Patruus.

159 Aetas verò Intemeratæ Virginis, quæ fuerit, variè senserunt DD. cum alij 50. annorum fuisse memorent; alij verò. 51. alij 58. alij 59. alij 60. alij 62. alij 63. alij 70. alij 72. alij 73. alij demum 82. scripserint, si Pannicarolus ad Compend. Baronij vera refert, anno à CHRISTO Domino 48. in annot. sub lit. B. & Masell. in vita eiusdem Virginis lib. 6. cap. 19. atque Azzor. tomo 2. lib. 1. cap. 20. vers. Quinto quæritur, quo loci inhæret tandem sententiæ, quam communem insuper attestatur tribus scilicet, & sexaginta vixisse annis, nèc præterire volui Metaphrastis verba illa, cum ætate prouecta ad multam senectutem peruenisset.

160 At CHRISTVS quoto suæ ætatis anno obierit, in diuersas etiam iuerunt sententias scribentes, cum alij crediderint in anno 46. alij 30. alij 34. cuius sententiæ, tùm Baron. fuit in histor. anni 34. tum Pannicar. in annot. ad compend. ipsius Baronij eiusdem anni lit. O o. sed alij existimarunt in anno 33. potissimum Magist. sent. in 4. dist. 44. atquè has postremas opiniones, probabiles censet Azzor. eod. lib. 1. cap. 7. vers. duæ supersunt; Ipse vero, in calce vers. sed certè, suscribit nouissimæ relatæ, vt currente trigesimo tertio passus sit, eiquè accedit Dionys. & reliqui citandi inferius, ad probandam ætatem resurgentium.

161 Ad illud verò quæsitum, cuius nempè ætatis resurgemus. Respondent complures, id declarari verbis Pauli ad Ephes. 4. donèc occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis CHRISTI; præsertim Marc. Marul. in instit. beatæ vitæ lib. 6. cap. 6. nèc non Suarez super 3. par. Diu. Thom. disput. 50. sect. 5. vers. tertio, tomo 2. illis tamen suffulti alij deflexerunt ad eam speciatim exprimendam, cum dixerunt, in anno 30. in circa, scilicet exacto 32. nempè in 33. idque post Magist. sentent. in superioribus citatum, scripsere omnes in ipsa dist. 44. ac præterea August. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 15. Frater Angel. Ellius in suo specul. spiritual. ratiocin. 10. propè num. 10. Pinell. in tract. alterius vitæ, par. 2. cap. 13. vers. Tertio, Bellarm. in declarat. Symboli artic. 11. vers. nè ci è pericolo; & Hugo Victorin. in tract. de resurrect. cap. 15. & præter sedul. aliosque in eodem Diui Pauli loco scribit Dionys. Chartus. cap. 4. vers. Denique, verbo autèm, in mensuram.

162 Sed Aetas ipsa generatim sumpta, non nisi mensura, quædam est hominis, ac temporis descriptio, à Natiuitate ad obitum vsquè decurrens, ex Bald. cons. 19. factum tale est, lib. 5. ipsaquè multis probatur modis, libro nempè parentis siuè Parochi, nec non scripturis, siuè instrumentis, demumquè testibus, cum explicationibus, & declarationibus relatis per Mascard. in conclusionibus multis, super hac materia congestis in verba ætas, atque Tuscum conclus. 340. additis alijs tribus subsequentibus lit. F. Minorem autem facilius per aspectum verificari docet Oldrad. cons. 329. quamuis non

certi-

certitudo ætatis per eundem Oldradum conſ.332. Illãm verò in homine diſtingui à multisin tres ętates, vt ſcilicet earum prior ſit iuuentus, altera autèm virilitas, poſtrema ſenectus: teſte Hieronymo Laureto in ſua ſilua allegoriarum, verbo ætas, ſubdit autem ab alijs in ſeptem diſtingui, in infantiam nempè, pueritiam, iuuentutem, virilitatem, ſenectutem, ac decrepitatem, quin, & gloſ. in prohæm.6. verſ. Perfectus, ſex eſſe Mundi ætates monet, eaſque recenſet, nec non idem Lauretus.

163 Ne tandem aliquem lateat velim, perfectam ætàtem dici expleto 25. anno l. minor 25. annis ff. de minor l.vltim.C.de his qui veniam ętat.impetr. & §. vltim. iuncta gloſ. verſ. perfectæ inſtit de fiduc. tut. tunc enim finitur adoleſcentia, minorquè ætas l.1. verſ. nam poſt hoc tempus ff. de minor §. non aliter verſic. cœterum exiſtimari ff.de legat.3. propterea que anno exacto 25. dici quem maiorem, & in ætate maiori conſtitutum, probat l.1. adductaque lex minor ff. de minor. quin, & tunc dicatur iuſta ætas deducitur apertè ex l. cum filio familias, in eius calce ff. de legat. 3. & l.2.§.1.ff. de vacat. muner. nèc non plena, per l. ad rem §.annus autèm vigeſimus quintus pro pleno habetur ff. de muner. & honor. l. cum non ſolum, ad finem §.1. ibi ſi plenę ætatis filius eſt, iuncta gloſ. in verſic. ætatis C. de bonis, quæ lib. itemque ætas integra proculdubio tunc eſt, quod deſumitur profectò, ex illis (adductæ l.cum non ſolum §.1.) verbis; ſiue Pater adire filium familias integrę ętatis compellit; Item legitima l.cum filio familias, propè finem ff. de legat.3. eademque l. poſtrema C. de his qui ven. ætat.impetr. Item matura, per eandem l. cum filio familias in fine, demumquè robuſta l. ſi Maritus §. lex Iulia; ibi, qui nondum robuſtæ ætatis eſt ff. de adult. & l.1. in illis quippè verbis; nam poſt hoc tempus compleri virilem vigorem, conſtat; vbi gloſ. verbum illud, compleri, exponit, ideſt roborari ff. de minor. Iſthæc veró omnia, Iure tantum communi actento procedere monemus, cum Regni lege, tranſacto decimo octauo vendicare ſibi locum ſanxerit Conſtitut. minorum Iura, quæ exiſtentem in anno 19. maiorem cenſet, ac perfectæ ætatis in omnibus reputat; quod perutili themate exornat in ſuis comment. ad Pragmat.1. de minorib. Vir ille fatigatus, atquè (vt ita dicam, & verius loquar) indefeſſus, & integerrimus quippè Conſiliarius, ſcriptorque ſolertiſſimus Scipio Rouitus. extat conſimilis in Ciuitate Lucenſi Conſtitut. cuius teſtis eſt Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ.17. num. 52. ad noſtræ verò præfatæ conſtit. ornatum conferunt deciſ. de Franch. 167. num.3. & 404.num.2. quin alterius itidem meritiſſimi Conſiliarij, & doctiſſimi viri ſcripta, nempè Io. Andreæ Georg. Allegat.18. Borrell. conſil. vlt. num. 21. Arnon. in tract. differentiarum differ.50. Ioan.de Amicis conſ.33.num.13. Maxill. in conſuet. Barenſ. tit. de Iure dot. §. dos à Patre numero 191. quin, & huius Conſtit. meminit Oddus Sfort. in tractat. de reſtitut. in integr. quæſt.2. artic. 6. num. 45.

S V M M A R I A.

Titulo ſufficienti ad victum, ſi quis caret, promoueri vetatur, num. 1.
Titulum non habenti promoto, interdicta eſt ſuſcepti ordinis exequutio, num.2.
Ordinans inquirere primitus debet, in titulum ordinandi, num. 3.
Titulus ordinandorum duplex, num.4.
Ad quem ſuſcipiendum ordinem, requiratur, titulus, num. 5.
Conferens minores non retinenti titulum, haud neceſſitatur ſubminiſtrare illi neceſſaria num. 6.

De titulo ordinand. Rubr. VIII.

Capitulum Primum.

VALDE' cum dedeceat vocem audire illam; mendicat infęlix, in plateis Clericus, & ſeruili operi mancipatus, publicam à quolibet poſcit eleęmoſynam, quod ſcriptum reperimus in cap. Diaconi, verſ. mendicat. 93. diſtinct. non mirum ſi canones, huius totius clericalis ordinis dedecori mederi, & proſpicere cupientes, ſanxère,
1 nè quis titulo ſufficienti ad victum carens promoueretur ad ordines, & quiſquis contra ire auderet,
2 vt talis ordinatio, vacuam habeat manus impoſitionem, conſtitutum eſt ex Concil. Calcedon. relato in cap. neminem 70. diſtinct. idquè poſtmodum confirmauit Concilium Vrbani Placentiæ habitum, dicens ordinationem ſine titulo factam, irritam haberi in cap. ſanctorum allegata diſt.70. nempè vacuam, & irritam quò ad exequutionem, iuxta gloſ. penult. in eodem cap. neminem, & illic Gemin. & cap. ſeq. verſ. irrita ante num.1. nèc non Maiol. affirmat, in tract. de irregul. lib.4. cap.15.
3 in princip. & munus eſt Epiſcoporum, in ſcrutinio faciendo, circa perſonam promouendam, præ cœteris, in titulum ordinandi inquirere cap. quando 24. diſtinct. & Concil. Trident. cap.7. de reformat. ſeſſio. 23. ibi inſtitutionem, ſcilicet titulum, iuxta interprætationem gloſ. in eodem cap. quando.

4 Huiuſmodi titulus dupliciter conſideratur, Beneficij, nempè, & Patrimonij Nauarr. conſil. 14. quæſitum eſt de tempor. ordin. part.1. de beneficiario verba faciunt canones adducti, ſcilicet cap. neminem, & cap. Sanctorum 70. diſt. ac de patrimoniali loquitur Innoc.3. Biſſontin. Archiepiſcopo reſcribendo, in cap. tuis de præb. ſubſcriptis vtens verbis; tuis queſtionibus reſpondemus, quod clericos in minoribus ordinibus conſtitutos de patri-

patrimonialibus bonis habentes, vnde possint congruè sustentari, & si nondum fuerint beneficium Ecclesiasticum consequuti, dummodò aliud canonicum non obsistat impedimentum, ad superiores poteris ordines promouere; vbi glos. ad verbum de patrimonialibus, adiungit, quòd titulus istorum, est patrimonium, ibiquè Abb. num. 3. & glos. fin. in cap. Episcopus de præbend.

Vtrumque titulum istum, complexus est canon Concilij Trident. in cap. 2. sess. 21. inquiens, cum non deceat eos qui diuino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aút sordidum aliquem quæstum exercere; nullus clericus sæcularis, quamuis aliàs sit idoneus, moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoueatur; nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat possidere; quod si beneficium Ecclesiasticum, non habeant, patrimonium, vel pensionem obtinentes, ordinari posthàc non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos, pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.

Sed qualis ordinandus debeat illo titulo potiri, reperio apud antiquos controuersum, nam illo ca-
5 rere haúd posse, tonsuram, aut quatuor minores ordines suscipere ambientem; resoluit glos. 1. in cap. neminem 70. distinct. contradicitque glos. 1. in cap. psalmista 23. distinct. & illic Præpos. nu. 3. Gemin. in cap. si Episcopus num. 1. de præbend. in 6. Francisc. Marc. decis. Delfin. 1080. quæritur an Abbates par. 1. num. 4. glosa 1. adiunctis Doctoribus in cap. 2. de præbend. & conueniunt citati cap. si Episcopus, verba illa, ad sacros ordines promouere titulum non habentem; & alia Tridentinæ Synodus, indicato cap. 2. illa scilicet, statuit Sancta Synodus, nè quis deinceps clericus secularis ad sacros ordines promoueatur; ex his constat titulum requiri in eo, qui sacris vult insigniri ordinibus, idquè passim, vbiqué seruari testatur Nauar. cons. 14. quæsitum est num. 1. de tempor. ordin. part. 1. Ratio autèm diuersitatis, illa erit, quia minoribus initiati, possunt retrocedere, quique mendicando Ecclesiastico statui haúdquaquàm afferunt indecorem; vtiqué veró, qui sacris; cum retrogredi non valeant.

6 Quam profectò ob rationem, si Episcopus promoueret aliquem ad minores ordines titulo carentem, & egenum, haud teneretur illi necessaria vitæ subministrare Syluest. verbo beneficium 2. num. 5. Diuus Thom. in supplement. ad 3. part. quæst. 40. artic. 3. ad 3. Henriquez in sum. Theol. moral. lib. 10. cap. 17. §. 4. in glos. litera Q.

SVMMARIA.

Titulus, qui sufficiat ad honestè viuendum, esse debet, num. 1.

Eiusmodi titulus, quando censeatur satis esse, num. 2.

Episcopus multis consideratis, arbitrari debet, vtrum nè sit sufficiens, num. 3.

Verba illa, vitæ necessaria, quæ complectantur, num. 4.

Alimentorum appellatione, quæ veniant, nu. 5.

Episcopus promouens titulo indigentem, teneatur nè suppeditare ei necessaria ad disciplinam acquirendam, num. 6.

Aduerbium illud, honestè quid significet? nu. 7.

Capitulum Secundum.

CANONES, Concilia, Constitutionesq; Pontificiæ, nè dum titulum ipsum simpliciter deposcunt in promouendo ad sacros, at cum eo alia multa, quorum sanè erit illud præcipuum, vt eiusmodi titulus sit
1 talis, qui eidem sufficiat ad honestè viuendum, ita quippè de titulo beneficiali loquens admonuit text. in cap. si Episcopos de præbend. in 6. ibi donèc sibi de competenti beneficio sit prouisum; id ipsum clarius præportat, cap. Episcopus extra de præbend. vbi Episcopus si aliquem sinè certo titulo de quo necessaria vitæ perciperet, ordinauerit, vt tamdiù ei necessaria subministret, donèc in aliqua Ecclesia, ei conuenientia stipendia militiæ clericali, assignet; textus etiam in cap. postulasti in fine de rescriptis, & cœteris manifestius Concil. Trident. in cap. 2. sess. 21. de reformat. inquiens nisi prius legitimè constet, eum, beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere; atque tandem Constitutio Sixti V. contra clericos malè promotos, quæ inter alias eiusdem Papæ sanctiones obtinet locum, & in §. vt igitur de hac re fatur, ex quibus falsa, sine dubio censenda aliquorum distinctio (cuius meminit Viuald. super expositione illius Bullæ num. 11.) credentium, tunc tantùm oportere ordinandum habere sufficiens beneficium ad condecentem sustentationem, cum ordinatur ad titulum beneficij, vel Cappellaniæ, nouiter erectæ, secus si antiquæ.

Quod autem titulus patrimonialis debeat, pariter sufficere ad victum, edocet præfatum Concilium in eo met capite 2. ibi, eo quoque prius inspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint; idquè postmodum apertis scripsit verbis Nauar. cons. 18. de eo, num. 1. in fine, de tempor. ordin. par. 1.

2 Ideo excogitare conuenit, quando titulus iste beneficialis, vel patrimonialis dicatur sufficiens, cum iura nihil explicauerint, & Doctores varij fuerint, qua in re Henrichez in summ. Theolog. moral. lib. 10. cap. 17. §. 3. in glosa lit. N. arbitratus est condecentem habere titulum, quisquis ex illo triginta ducatos quotannis exigeret; cuius quidem opinio, nimis generica videtur; nec omninó vera, eo quod valdè tenuem exigit redditum; Alij minorem, alijque paulo maiorem requirunt, quorum dicta præterire censui, potius quam, inutiliter referre, & ipse conclusiuè loquendo, sentio hoc remittendum Episcopi arbitrio, argum. l. 1. ff. de iure deliber. atque in indiuiduo casu isto, tradunt

Ripa

Ripa in cap. ad aures num. 2. in fine de reſcript. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verbo omnia, vel partem num. 31. C. de reuocan. donation. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. caſu 216. num. 12. modernus Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 5. quæſt. fin. num. 132. & num. 131. declarauitque ſacra Congregatio Cardinalium Concilij, vt idem teſtis eſt Henriq. indicato loco.

3 Verum Epiſcopus, vt rectè arbitretur congruam ſummam pro titulo eiuſmodi condecenti, & neceſſario, complura debet antea attentè rimari, nempè qualitatem cuiuſquam ordinandi, per Rebuff. in praxi rubr. de reſcript. in forma paup. num. 2. Caputaq. deciſ. 6. beneficium, num. 2. part. 1. Gemin. in cap. ſicut num. 7. de ſupplen. neglígent. Prælat. & gloſ. notabilis exiſtit, id affirmans in cap. Epiſcopus, ad verbum victu 10. quæſt. 2. item loci conſuetudinem, vt firmarunt Archidiac. in cap. ſi Epiſcopus num. 3. de præben. in 6. Gemin. Io. Andr. & Anchar. locis proximè citandis, atque Menoch. eodem adducto caſu 216. num. 14. Anchar. cap. 1. verſ. 3. poteſt quæri, ſub num. 2. de præbend. in 6. hiſquè maximoperè opitulantur, quæ ſcripſimus in cap. finali præced. rubr. verſ. multa tamen perſcrutari. Quinnè tantum ſibi, at ſuis etiam ſatis ſit, idquè poſt Sotum Nauar. & alios ſcribunt Menoch. eodem caſu 216. ſub num. 13. optimèque Alſonſ. Hoied. tractat. de incompat. benefic. par. 1. cap. 19. à num. 22. & nouiſſimè Azzor. ſummatim, ſed diſtinctè ſcribens par. 2. lib. 6. cap. 10. verſ. octauo quæritur; exprimens eius valorem, eam pertingere debere ſummam, quæ clerico ſuſtentando, ſibi, & ſuis, quin, & pauperibus, atquè peregrinis, & aduenis hoſpicio ſuſcipiendis, iuribusque Epiſcopalibus perſoluendis ſufficiat: reſtringit tamen poſtmodum ex ſententia Nauar. tractat. de orat. Miſcell. 16. num. 7. & reſpectu beneficiati nobilitate minimè fulgentis, opinatur tale eſſe, cum ſe, & vnicum famulum, coquum, & æquum ſuſtentare queit, niſi doctor ſit, qui alium famulum citra prænominatos habere debet; ſi verò nobilis ſit, tunc eius valoris eſſe oporteat, vt tres, aut quatuor valeat alere famulos, & duos æquos, domiciliumque tenere; quod itidem de cœteris dignioribus Eccleſiaſticis exiſtimat præter Antiſtites, quorum Epiſcopatus ſufficientes credit, ſi quiſquam ex illius fructibus, quatuordecim ſaltem poteſt alimentare familiares.

Cœterum Nauar. tradit aliquas in hac materia regulas Miſcell. de orat. á num. 70. ex cuius aliorumque Doctorum annotatis, ſelegi, quod cum ordinandus debeat habere vitæ neceſſaria, quibus ſi indigeret, cogeretur ordinans ea ſubminiſtrare ordinato, iuxta cap. Epiſcopus, & cap. cum ſecundum de præbend. iuncto cap. ſi Epiſcopus adducto titulo in 6. inde fit, vt ipſum ordinandum oporteat habere omnia illa, quæ ſub eiuſmodi ver-

4 bis, vitæ neceſſaria continentur, atque ideo alimenta; quæ quidem cibaria, veſtiaria, habitationem, & cubile complectuntur, teſte Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. num. 13. & cumulatius Borrell. conſil. 71. Domina Anna, vbi cuncta, quæ alimentorum appellatione venire agnouit, congeſſit, atquè in his peculiaribus terminis concluſerunt Archid. citato cap. ſi Epiſcopus num. 3. Gemin. num. 8. Ioan. Andr. num. 1. verſic. vitæ neceſſaria, in nouell. & cap. cum ſecundum de præbend. Præterea comprahendi expenſas infirmitatis, ijdem aiunt, ideſt pullos, ſyrupos, medicinas, & ſalaria medicorum, quæ propterea habere debet ordinandus; quibus ſi careret teneretur ordinans ſubminiſtrare ſibi, vt concludit Anchar. citato cap. ſi Epiſcopus num. 1. & latius dicemus inferius capit. 5.

5 verſic. nouiſſimè, quod enim iſthæc omnia veniant appellatione alimentorum, non dubitat ipſe Anchar. ac præſertim, quod cibaria, veſtimenta, & habitatio docet text. in l. legatis ff. de alim. legat. ſicuti etiam ſub educationis nomine per l. fin. eod. tit. citato; atque etiam ſub vocabulo victus, iuxta l. verbo victus ff. de verb. ſignificat. ſiquidem hæc tria exequata ſunt, per Alciati ſententiam in ipſa l. verbo victus, quod autem contineantur medicinæ, probat inſuper ſpecul. in tit. qui filij ſint legitimi num. 38. Corneus conſ. 145. in hac conſultatione num. 10. vol. 2. Riminal. Iunior conſil. 132. num. 11. lib. 2. Bart. in l. ſi cum dotem §. ſin autem in fœuiſſimo num. 9. ff. ſolut. matrim. & l. ſi alimentis, num. 2. ff. de aliment. & cibar. legat. nèc non Alber. in eadem l. ſi cum dotem §. ſi pater num. 8. ſicuti, & ſtratum, ſiue lectum, venire, iuncta culcitra, probat tex. in l. quos nos §. verbum, ibique Alciat. ff. de verbor. ſignif. Bart. in l. libertis la 2. §. 1. num. 2. ff. de alim. & cibar. legat. adductoque §. ſin autem num. 9. Riminal. citato conſil. 132. num. 14. & Angel. Aretin. in ſuo teſtamento verſic. item reliquit Titiæ mulieri.

6 Sed Antiſtes à iure compulſus huic ordinato præſtare vitæ neceſſaria, teneatur nè propterea eidem perſoluere, quæ ad diſciplinam pertinent? & ſcientiam acquirendam? & reſponſio negatiua iuſta videtur ex adducta l. legatis, cui tamen contradicit altera, nempè l. qui filium ff. vbi pupill. educari debeat, & l. de bonis §. non ſolum ff. de Carbon. edict. & hac in quæſtione, haùd diſcedo à priori opinione cum poſterior ſubſiſtat, vbicumque alimenta debentur officio Iudicis, aut iure ſanguinis, attenta diſtinctione Bart. indicata l. legatis num. 1. & l. de bonis §. non ſolum, quamuis etiam expenſas ſtudij grammaticalis non legalis, & ſimilium venire certum eſt, edocetque Aretin. in adducto verſic. item reliquit Titiæ.

Sed his prætermiſſis diuerticulis, ad peculiarem materiam huius capitis redeundo, reminiſcor, euidentiſſimi iuris eſſe, titulum in ordinando talem requiri, qui ſatis ad honeſte viuendum ſit, exploſa opinione Pariſij in tract. de reſignat. benefic. lib. 5. quæſt. fin. num. 156. explicantis canonem Concilij Tridentini in cap. 2. ſeſſ. 21. de reformat. de beneficio ſufficienti ad victum, non autem ad honeſtè viuendum; non etenim aduertit, neque ea, qua debebat accuratione, perlegit verba Concilij indicato capite, non tantum inhiantia beneficium ſufficiens, verum tale, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat; opitulanturque verba alterius capitis Conciliarijs, nempè 17. de reformat. ſeſſione 24. illa ſcilicet, honeſtè ſuſtentandam non ſuf-

7 ficiat: quod quidem aduerbium, honeſtè, idem ſignificat, quod decore, & laudate, prout ex Nizolio

zolio super illomet aduerbio, quodque vulgari sermone dicimus *honoreuolmente*, iuxtà explicationem Ambrosij Calepini super eodem aduerbio; itaque, vt Concilio Tridentino satisfiat, non solum oportet ordinandum habere titulum pro victu, at etiam talem, qui sufficiat honesto victui, nam distantiam non modicam considero inter viuere simpliciter, & viuere honestè; maximè quod sinonima censentur, viuere decenter, commodè, congrué, competenter, vel honestè, per doctrinam Decij, in cap. de Monachis num. 8. de præbend. quare dùm maxima consideratur differentia, inter viuere simpliciter, & viuere decenter, vt idem Paris. admonet, adducta quæst. fin. nu. 155. necessario sequitur, eandem considerari, inter viuere simpliciter, & viuere honeste. His addo glos. in cap. 1. ad verbum, absquè penuria de stat. regul. in 6. tres constituentem terminos ad inuicem contrarios, eorumque primus est, viuere commode; Secundus omninò contrarius est, viuere cum penuria, ac tertius & illorum medius est, viuere simpliciter, puta sine penuria, ac citra commoditatem, & propterea non egeat, neque abundanter viuat, sed necessarijs dumtaxat potiatur alimentis, tametsi Dec. prædictam distantiam consideratam, inter viuere sine penuria, & viuere commode, non videatur admittere in cap. postulasti num. 7. de rescript. cap. peruenit el 2. num. 17. de appellat. & cap. de Monachis nnm. 8. de præbend. ad id ductus, verbis text. in cap. 1. de institut. qui text. casum recenset quendam, in quo vtitur verbis illis, sine penuria, in quo eodem casu, textus in cap. cum M. de Constitut. vtitur aduerbio illo competenter. At prior vera, eique non parum suffragantur verba decis. 5. Rotalis num. 9. par. 2. diuers.

SVMMARIA.

Titulum pacificè possidere oportet ordinandum, num. 1.

Litem habere, quis existimetur, num. 2.

Lis, vt dicatur pendere, quæ sunt consideranda, num. 3.

Sequestratario competere præsentationem ad beneficium Iurispatronatus, num. 4.

Citatio circumducta, non pariat litis pendentiam, num. 5.

Et quando censeatur circumducta, num. 6.

Perempta instantia, dicatur nè lis pendere. num. 7.

Exceptio litis pendentiæ, in litis exordio proponenda venit, num. 8.

Litem quinque modis extingui probatur, numero 9.

Pacificus an reputetur possessor, cui fuit mota lis super possessione, num. 10.

Possessorium primitus, ac deinde petitorium decidendum est, num. 11.

Appellare à sententia lata in possessorio, nèc nè liceat? num. 12.

Possessor pacificus sit ne, cui mota fuit lis, super aliqua tantum re, sui beneficij, numero 13.

Prouisus de secundo beneficio curato, de quo cœpit possessionem, quando spoliatus censeatur priori itidem curato? num. 14.

Possessor triennalis, pacificus dicitur respectu tertij, licet cum alio interea iurgium habuerit, sed obtinuerit, num 15.

Triennalis possessio etiam pacifica, quibus in casibus non suffragetur, num. 16.

Triennalis possessio, an illi opituletur, qui tenebatur, & non emisit professionem Fidei, num. 17.

Distributiones quotidianas lucratur, qui professionem non fecit, & inseruiuit, numero 18.

Professio fidei emitti per Procuratorem an posit, num. 19.

Qui renunciato priori beneficio, adeptus est aliud simile, iterum illam facere teneatur, num. 20.

Approbatus ad Parochiam sit nè rursus examinandus si alteram assequi vellet, numero 21.

Parochus non est amplius ab Episcopo cogendus ad examen, num. 22.

Professionem Fidei emisisse allegans, neque probans, sit ne tutus? num. 23.

Dispensationem alleganti an standum sit, num. 24.

Vtilis refertur differentia inter possessorem triennalem, & annalem, num. 25.

Capitulum Tertium.

1 ALTERVM necessariò adhibendum circa titulum ordinandi, edocet Concilium Tridentinum in cap. 2. sess. 21. de reformat. vt pacifice possideatur, quamobrem litigiosus titulus repelleret ordinandum, Nauar. in tractat. de orat. Notabili 23. num. 69. ob quam rem, per necessarium esse existimaui, explicationem licet breuem subijcere pacifici possessoris, vt eius notitia habita, non ignoretur eius contrarius, qui litigiosus dicatur possessor, & pariter qui titulus iudicetur, pacifice possideri, quique litigiosè.

Et omissa superuacanea commemoratione eorum, quæ inaniter possem repetere, & Doctores, nonnullis in locis degustarunt (cum non omnia, quæ mihi succurrunt, neque enim materiam necessario tangunt, huic operi placeat inserere, ne crescat in immensum volumen, & ego (quod nequaquam sum) ampullosus, aut ostentator videar, qui magis eos probare consueui, qui multa breuiter, quam qui pauca dixere copiose.

Verum

Verum ſi aliquando longius quàm voluntas fuit, à propoſito, digreſſa eſt oratio mea, ſanè non glorioſa oſtentatione, non cupidine laudis ductus ſum; at quia de curſu paululum quandoque digredi delectandi gratia cognoui expedire, vt lectoris animus interponeret ſuis interdum gaudia curis, viatoris ad inſtar, qui languetia membra de itinere paululum relaxat in via, vt fortior poſtmodum ad perficiendum iter reſurgat; cuius quies non ſolum nullum æſtimetur attuliſſe impedimentum, at inſuper velocitatis incentiua cumulaſſe, ad vlteriora pergam.

Ex Doctorum ſcriptis, quæ perquiſite conſectari elaboraui, illum verè dici pacificum poſſeſſorem ſelegi, qui nullam patitur iuris, vel facti controuerſiam in iudicio, vel extra, Felin. enim ita dicit in cap. cum Ioannes num. 33. de fide inſtrum. Zabar. clem. gratiæ quæſt. 13. num. 8. de reſcript. Dec. cap. 1. num. 19. & 20. de confirmat. vtili, vel inutili Gemin. conſil. 78. formantur iſta; verſic. ad ſecundum dubium, & Rota deciſ. 61. ſufficit, in nouis, fauetquè tex. in c. fin. ne prælat. vices ſuas atque ideo, vt vnico verbo complectar, is erit, qui ſine lite poſſidet, nam textum vtentem hoc aduerbio pacifice, Rebuff. exponit, & dicit, hoc eſt ſine lite, in tract. de pacif. poſſeſ. num. mihi 165. verſ. quandoquè, & gloſa in clem. vnica, verſ. antea de ſequeſt. poſſ. & fructuum Guid. Papeus deciſ. 85. curia.

2 Quare nunc ſubnectere oportebit explicationem eius qui litem habere dicatur; & ſi ius ciuile antiquum intueamur, vtiquè fatebimur illum dici litem habere, remquè litigioſam detinere, cui mota eſt, & conteſtata lis l. 2. C. de litigioſ. quod ſi ius poſterius etiam ita dicemus, conuentum per ſolam intimationem petitionis ipſius actoris auth. litigioſa C. adduct. tit. & §. ideoq; in auth. de litig. dummodo quæſtionem contineat de actione reali non autem de perſonali, quãdoquidem perduraret hoc caſu Ius illud antiquum, de quo in adducta l. 2. prout affirmat Cyn. in auth. iam dicta in princip. ibique gloſ. & Bal. nu. 2. atque gloſa 1. in eadem l. 2. cum Bart. in l. 1. §. 1. num. 2. ff. de litig. Couar. pract. quæſt. cap. 15. nu. 7. & præfatæ auth. contrarium indicanti plures afferunt reſponſiones, mihiq; placet illa, quam parlad. ſcripſit in lib. 2. rerum quotid. cap. fin. par. 4. §. 5. num. 8.

Verum his poſtremis temporibus, præſertim iuris canonici attenta ſanctione, vt cēſeatur lis aliqua
3 pendere, eſt primitus inquirendum, ad quem effectum petatur; Namq; ab effectu regulari litis pendentiam, conſtat ex exemplis ſuperinde traditis per Andream Gayll. obſeruat. 74. num. 16. lib. 1. Ad inducendum autem vitium litigioſi, affirmat litem pendere ex ſola citatione rite decreta, & executa, iuxta Clem. fin. vt lite pend. & inibi Zabar. nu. 5. opitulaturq; Petrus Greg. Tholoſ. in lib. 5. partit. Iuris canonici lib. 6. cap. 6. num. 4. nec non ſcripta per Mohed. deciſ. 1. de cauſa poſſeſ. & propriet. ſed ritè expedita citatio dici nuſquam poteſt, niſi aliqua interceſſerint, ſcilicet Iudicis nomen, & cognomen; itidem citandi, atque eius, pro quo citatur; Quarto cauſa ob quam vocatur in iudicium. Quinto locus Iudicis; Tandemque dies, & terminus comparendi, quos recenſet, & explicat Andr. Gayll. obſeruat. 48. cum alijs quinq; ſeq. lib. 1. Eiuſmodi autem citatio, ita decreta litis pendentiam gignit, ſi illa ſex requiſita ſuppetant, quæ tradit Zabar. citato num. 5. & myſing. obſeruat. 26. non ſemel, centur. 4. eaque continentur ſub illis quatuor requiſitis, quæ Borgnin. Caualc. neceſſariò inquit, exigi in citatione volente inducere litis pendentiam in deciſ. 86. ſequendo ordinem, ſiue 10. numer. 64. ſub rubr. de vltim. volunt. par. 3. ſcilicet, vt ſit ipſa citatio decreta à Iudice competete ſecundò cōplectatur terminum, & cauſam, Tertio ſit legitimè, & ſufficienter à Curſore inſinuata, & quarto eiuſdem curſoris extet relatio, cuius præterea vltimi requiſiti meminit etiam, ac neceſſariò adeſſe oportere, inquit Felyn. in c. illud num. 11. verſ. ſecunda concluſio de præſcript. & Alex. in l. 3. nu. 12. ff. de eo per quem factum ſit.

Quod ſi aliquod prædictorum deſit in citatione prædicta, aut alia ex cauſa fuerit nulla, & inualida, ne pariat litis pendentiam, ſcribit Lancell. de atten. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 100. & cap. 12. limit. 6. num. 13. nec non Hieronym. Magon. deciſ. Florent. 31. fuerat num. 3.

Quinimmò, & cum omni ex parte valida eſt, pendentiam tamen litis plerumq; non gignit, puta ſi ab arbitro decreta, & coram eo ſit lis, teſte Gayllo obſeruat 141. appellanti num. 3. lib. 1. & Bal. in l. 1. num. 8. C. communi diuid. ob eam rationem, quia efficere, quod non valet ſententia, multo minus, & pendentia proceſſus ex l. Iulianus 2. reſponſo ff. de condit. indeb. ideoque arbitri ſententia alienationem impedire cum nequeat, iuxta c. Raynaldus de teſtibus, itidem nec lis coram arbitro pendens; Eſt verum quod aduerſus opinionem iſtam, & ſic probatam arguit idem Bald. per text. in l. fin. in fine C. de recept. arbitr. vbi conuentio in ſcriptis apud compromiſſarium facta ita temporis interruptionem inducit, quaſi in ordinario iudicio lis fuiſſet inchoata; & propterea iuſtè inferatur ad vitium litigioſi, vt ex lite coram arbitro ita proueniat, ſicuti ex mota coram ordinario Iudice; In quam ſententiam propendendum fortaſſe eſſet ſi Baldi tantum verba attenderemus, quia vtra illarum verior ſit, cum non exprimat, ſuſpicari poſſet iam dictam affirmatiuam ipſum inſequi, dum nouiſſimo loco retulit; ſed ob hanc ſolam præſumptionem non iſthęc videtur opinio commendanda cum contrariam, & negatiuam expreſsè firmet præfatus Gayllus.

Per ſequeſtrum vero cenſeri litem motam, & pendere quamuis dixerit Caualcan. deciſ. Fiuiz. 4. quoniam in vltimis verbis part. 1. Negat tamen Natta conſil. 2. circa primum ſub num. 2. lib. 1. Hieronym. Magon. deciſ. Florent. 31. fuerat factum ſequeſtrum num. 12. & Lancell. tractat. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 246. maximè quod Doctorum à Borgnino citatorum, ſi attentè legantur verba, fortaſſe apparebit haud concludere priorem ſententiam; cui præterea contradicit ratio ab eodem Caualcan. tradita in antecedenti deciſ. 3. num. 2. quod ſequeſtrum, ex ſe iudicium non ſit, verum alterius iudicij præparatorium; neque gloſa in clem. 1. verſic. beneficium, de ſeq. poſſeſ. & fructuum illi opitulatur, dum ait, quod iura beneficij exercebit ſequeſter, qui poſſidet, idque adeo quod Zabar. ſuper eadem clem. num. 9. & 33.
4 adiungit, illi propterea competere ius præſentandi

P ad

ad aliud beneficium, quod esset de iure patronatus beneficij sequestrati; & consequenter dicatur ob illud sequestrum non solum pendere litem, verum etiam possessorem quodammodo spoliatum sua possessione, nam ad hunc effectum haud debet adduci glosa illa, cum Doctoribus sequentibus; eo, quod verba facit in terminis illius clem. loquentis de sequestro faciendo contra possessorem victum vna sententia: quo quidem casu non intrat dubium litis pendentiæ, cum adeo pendeat, vt etiam fuerit vnica super illa controuersia prolata sententia.

5 Item valida quamuis fuerit citatio, si tamen circumducta est, non efficit litis pendentiam, teste Afflict. decis. 366. in pleno consilio num. 14. & in Constitut. Regni si quem nostrorum num. 4. nec non Carauit. ritu 121. item si quis, post num. 1. & suppetit ratio, quod citatio circumducta, non amplius reputatur citatio, sed tanquam non esset facta, scilicet si non esset exequutum mandatum citatorium de Franch. decis. 232. per ritum, num. 4. citatio enim circumducta explicatur, idest sublata per Abb. in cap. consuluit num. 7. de offic. delegat.

6 sed circumducta iudicatur: cum illa concurrunt, quæ Alber. oliua commemorat super ritu 2. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ nu. 5. & Muscatell. in praxi par. 2. glosa tribunali nu. 8. quare si non fuerit reproducta, neque pendentiam ipsam litis operatur, ex decis. coram Marquemon. in Casalena Canonicatus num. 3. & est 2. inter rescriptas per Marchis. in Commis. nullit. sanat. par. 3. §. 3.

7 Perempta autem instantia, nè dicatur lis pendere, probat Gram. decis. 103. num. 14. vbi ampliat, etiam postquam fuerit insufflatus spiritus vitæ, & videtur sequi Vrsill. ad Afflict. decis. 366. nu. 7. sed post restauratam instantiam, improbat Muscatell. in sua praxi ciuili par. 2. glosa tribunali num. 7. quinimmò, & ante restaurationem, dicatur etiam pendere, quò ad hunc effectum inducendi vitium litigiosi, inquit glosa in l. properandum §. & si quidem versic. iudicij C. de iudic. & inibi Bart. communemque asseuerat resolutionem Alexand. in l. 2. num. 17. C. de edend. & propterea corruptè citata in contrariam sententiam, per Hieron. de Caual. in 1. par. quæst. comm. contra communes quæst. 127. Vitium litigiosi num. 1. & ego veritate niti glosæ sententiam omninò credo in rebus, & tribunalibus Ecclesiasticis, cum iure canonico, numquam perimat instantia ob lapsum temporis, teste Panormit. in cap. Venerabilis de Iudic. vbi Felin. num. 1. adnectit communi opinione comprobari, idquè tradunt alij complures, quos refert, & sequitur Anton. Grauat. ad Vestrium, in praxi lib. 3. cap. 5. num. 6. idquè subsistere certum est, non tantum in foro Ecclesiastico, verum vbiq; locorum, Ecclesiæ tamen subditorum, & in causis inibi vertentibus, tàm ciuilibus, quàm capitalibus, ex Cornei resolutione cons. 210. visis nonnullis num. 6. vol. 4.

Quoties igitur iuxta prædicta dicitur lis pendere, vitiumque litigiosi propterea non est purgatum; quid illud operetur, quiduè fieri deinde impediat, si inquirerem, vtique extra materiam esset, ideo remitto adnotata per Boer. decis. 161. & videtur; illud tamen me non fugit, neque conuenit silentio inuoluere, exceptionem istam litis pendentiæ,

8 in initio litis opponendam esse, idque præsertim scribit Francisc. Marcus decis. Delphin. 448. quæritur an per actum num. 2. par. 2. Bal. in l. peremptorias numero C. sentent. rescind. non posse, & pro tyronibus Muscatellum memoro in adducta par. 2. glos. tribunali num. 13.

Postquam declaraui litis exordium, & ea quando incipiat, & pendeat, eiusdem interitum subsequi conuenit; vt simul non ignoretur, quando litigiosi vitium absit; Et quamuis litem ipsam sola sententia finiri, & extingui dixerit Rota decis. 41. 1. si lite pendente siue 19. nu. 3. vt lite pend. in nouis, referatque Gomes in Regul. de trienn. quæst. 61.

9 vers. quartus intellectus; nihilominus illam quinque modis extingui certum est; neque obstat relata decisio, quia multos illi tradit intellectus, & declarationes idem Gomes. inibi vers. Primo quod decisio procedat; ex quibus apertè constare non, esse recedendum à præfata conclusione (vt præter sententiam, alijs etiam quatuor modis finiatur lis) scribit Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 252.

Itaq; sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, est precipuus modus extinguendæ litis, probatque, ampliat, & restringit Lancell. indicato cap. 4. in præfat. à num. 250. præterea renunciatione, seu cessione, aut transactione illam finiri constat ex copiosè relatis per eundem Lancell. inibi à num. 281. item morte, iuxta cumulata per eundem à nu. 310. atque etiam, & quarto, lapsu temporis à num. 324. tandemque desertione à num. 336. quæ explicare non aliud esset, quam illius transcribere dicta, maximè quod verbum aliquod, licet minimum addere, esset inane, demere autem erroneum.

Illuc autem vnde huc digressa est oratio de pacifico possessore num. 1. redire nunc locus est, & illius prosequendo tractatulum, adiungere, ne pacificus dici possessor valeat, cui fuerit mota lis, & aliquo ex prænarratis modis non extincta, cui quidem assertioni, Rotæ Romanæ antiqua resolutio haud refragatur, quod possidenti si superuenit de facto controuersia iudicialis, adhùc pacificus censeatur possessor in decis. 36. siue 3. de causa possess. & propriet. in antiq. & 3. de preb. in nouis, & Guid. Papeus singul. 365. eo quod ipsa eadem rota deinde rectius pensitans iam dictam respuit conclusionem, teste Cassad. decis. 9. nu. 11. de causa possess. & propriet. & ita determinauit Abb. in c. cum inter nu. 6. de renunc. & in 2. lect. quæ est Antonij de Butrio nu. 4. idem Abb. in c. 1. num. 3. de confirm. vtili, vel inutili, & succurrit Afflic. in citata constit. Reorum fraudibus nu. 5. inquiens tunc rem aliquam censeri litigiosam, quando possessor est citatus ad instantiam alicuius affirmantis dominium illius rei sibi competere. Ac propterea possessionem attentatam minimè dici, quæ capta fuit lite pendente, sed non super titulo beneficij, resolutum fuit corã Amplissimo, & meo Domino Cardinali Ludouisio cuius decis. refert, insequiturq; Rota ead. in superioribus adducta decis. Casalensi, coram Marquemon.

Ex prædictis verbis Afflicti, textusque in auth. litigiosam C. de litig. illud præsertim desumitur

10 axioma, rem dici litigiosam quoties de eius dominio controuertitur in iudicio, ergo non ita fide possessione agatur, & expressè asserit glos. 1. in cap. 1. de confirm. vtili, vel inutili, nempè quæstio circa possessionem, non vtique constituit ipsam proprie-

proprietatem litigiosam, cum non discutiatur dominium; sed ipsam possessionem sine dubio vitio litigiosi afficit, atque in hunc modum interpraetantur adductam glosam in eodem textu Butrius numer. 4. & Abb. num. 5. Cassad. adducta decis. 9. num. 11. & confirmatur ex notatis per Bal. in saepè citata auth. litigiosa num. 2. & melius in l. 2. (cuius antea memini) num. etiam 2. nec non Guid. Papa conuenit in sing. 810. Crauet. cons. 279. num. 3. & 4. Boss. tit. de poenis num. 41. & communem esse opinionem dicit Cacheran. decis. 143. ex actis numer. 10. Menoch. de arbitr. Iudic. centur. 3. casu 202. num. 18. Lancell. de attent. par. 2. c. 4. limit. 2. num. 9. & illatione 3. num. 579. sed ipse non propterea inclinarem posse aliquem sacris ordinibus donari ad titulum alicuius rei, super cuius possessione mota fuit quaestio iudicialis, cum certum

11 sit primo possessorium, deinde petitorium esse decidendum iuxta cap. significauerunt de testibus Soccin. Iunior. in l. naturaliter §. nihil commune num. 326. ff. de acquir. possess. & cap. ex conquestione vbi Abb. num. 1. & 8. de restit. spoliat. quare si Iudicis decreto collitiganti adiudicaretur pos-

12 sessio, haudquaquam liceret ipsi, ab illa sententia appellare de Iure ciuili l. vnica C. de moment. possess. Calcan. cons. 83. quia in causa Bar. in l. 2. nu. 3. ff. de appellat. recip. Bal. consil. 373. propè finem lib. 1. Alex. consil. 81. lecto, & discusso sub num. 1. lib. 3. Corneus cons. 190. lib. 1. Soccin. consil. 299. capio primum sub num. 4. lib. 2. Ias. cons. 187. lib. 2. Cotta memorali verbo appellari non liceat Grat. cons. 16. vltimo dubio lib. 2. Vant. de nullitate tit. Quis possit dicere de nullitate num. 34. Natta consil. 121. num. 4. Berous quaest. 52. & reliqui omnes, quod in omni possessorio, siue adipiscendae, siue retinendae, aut recuperandae habere locum, asserit Bar. in eadem l. 1. & alij communiter dicunt, vt attestatur Dec. consil. 28. & pro tenui post nu. 4. quinimmò Doctores speciatim loquentes idipsum affirmant; In interdicto siquidem adipiscende notat Gozadin. consil. 50. prima facie num. 2. in interdicto retinendae scripsit Afflict. decis. 269. Iudices inferiores per totam, atque in interdicto recuperandae Guid. Papeus decis. 37. si appelletur sub nu. 1. Neque etiam liceret appellare de iure canonico per doctrinam Archid. in cap. fin. post num. 17. causa 2. quaest. 6. vt non immerito reperiatur adducta lex vnica registrata, & canonizata in §. de possessore adducti cap. fin. ac Domini de Rota consueuerunt condemnato appellanti, & petenti Apostolos, quo ad possessionem dare refutatorios, quo vero ad fructus, & expensas, terminum Iuris, vt refert Salustius Tiberius in sua praxi iudiciaria lib. 2. c. 7. num. 17. & vbi isthaec resolutio veritate aberraret, & contraria attendenda esset, qua sustinetur haud licere appellare de iure canonico à sententia prolata in possessorio, quam tuetur Abb. in cap. cum ad sedem vers. Aut quaeris sub num. 30. de restitut. spoliat. & communem recenset Dec. citato cons. 28. & pro tenui post num. 4. eamque sequitur Vestrius in sua praxi rubr. de appellat. lib. 7. attamen respectu effectus deuolutiui procederet, non autem suspensiui, quia illius vigore non impediretur executio sententiae super possessorio latae, vt declarat Bar. in l. 2. num. 9. ff. de appellat. recip. & placet Abb. in adducto vers. aut. quaeris, & asserenti se alias ita consuluisse, & cons. 55. volum. 2. & quatenus non tantum effectum deuolutiuum, at insuper suspensiuum pareret appellatio huiusmodi à sententia possessorij, attento iure canonico, quam post Bal. consil. 131. & consil. 379. lib. 1. & alios tuetur Afflict. indicata decis. 269. & apertè comprobat clement. vnica de sequest. possess. & fructuum, qua decisum legimus, non esse quem priuandum possessione post vnam sententiam in Iudicio possessorio. contra eum latam, & Couar. in lib. pract. qq. cap. 23. vers. 1. conclusio, sub num. 8. Nihilominus Egidianae constitutionis vigore contrarium disponentis, praesertim in causa profana, canonum non seruatur dispositio; tametsi illa fuerit Constitutio Prouincialis; nam eam vt rationi consonam, omnes Summi Pontifices postmodum approbauerunt, & ipsa propterea Romae seruatur teste Vestrio adducta rub. vers. Amplius, & vbiq; in terris immediatè subiectis Ecclesiae locum habere asseuerat Mandos. in l. addit. ad Rom. cons. 324. in proposita; subdens non semel, at iterum, & saepisimè fuisse ita conclusum in Rota; idemq; propterea seruandum esse fateor in personis, & curijs Ecclesiasticis vbique locorum. Ex quibus si praedicto succumbenti denegaretur appellatio, aut si concederetur non impedita executione; interca sine dubio egere, & cum ordinis dedecore mendicare compelleretur, cum supponamus alijs bonis carere; Etenim si alia possideret, incassum, sciscitaretur vtrum ne posit promoueri ad titulum rei super cuius possessione quaestio iudicialis mota fuerit: haberet enim reliqua bona, ad quorum titulum suscipere ordines posset.

13 Verum ille, cui lis mota fuit super aliquo predio, domo, censu, aut reddito sui beneficij, vtiq; pacificus dicitur possessor, ex Rebuff. tract. de pacif. possess. nu. 168. ad instar illius, qui beneficium detinés, eiusque liberam habens curae exercitium, aliquam tamen fructuum portionem non percipit, dummodo maioris partis possessionem habeat, iuxta glosam in clem. gratias, vers. pacifice de rescript. Dec. in cap. 1. nu. 21. de confirm. vtili, vel inutili Bal. in c. Ecclesia nu. 5. de elect. glosa in c. commissa de elect. in 6. Arch. in cap. in nomine 23. dist. Zabar. in clem. vt hi qui §. illi vero nu. 9. de aetat. & qualit. quamobrem licere huic suscipere ordines ad titulum dicti beneficij constat ex adducta glosa in cap. commissa vers. pacificam, atq; ex glosa finali in c. si tibi concesso de praeb. in 6. dum firmant arctari ad promotionem infra annum, qui curatae Ecclesiae plenum detinet exercitium, tametsi nondum liberam possessionem, ac pacificam maioris partis fructuum adeptus sit; quod etiam tradit Franch. citato c. si tibi concesso, vers. & nota sub nu. 5. Gemin. vers. nota istam glosam sub num. 7. & Cassad. adducta decis. 9. nu. 2. quamuis Ioan. Monach. eod. c. nu. 8. tenuerit contrarium; si igitur ex praedictis arctatur beneficiatus, in eo casu ordinibus insigniri sacris; suboritur conclusio illa, non ei denegari at posse, & debere ad illius titulum promoueri si portioné fructuum possideat sufficientem ad victum; alioquin licuti beneficium, aut fructus insufficientes posidens, minimè esset ordinandus, ita cum beneficium sufficiens, illius tamen nó omnes fructus, sed portioné, non satis pro victu; cui quidem resolutioni non aduersatur conclusio paulo ante firma-

P 2 ta,

ta, quod illo casu tenetur parochus assumere Præsbyteratū infra annum, tum quia posset prætendi in alijs tunc esse constitutū sacris ordinibus, propterea compellatur etiam sacerdotali ordine decorari, cum ita clericali ordini dedecus sit, vbi subdiaconus, aut Diaconus mendicaret, sicuti Præsbyter, quæ tamen responsio, licet sit coloratiua; non propterea vera: quandoquidem Parochialis Ecclesia confertur nonnunquam, nullum sacrum ordinem habenti, sed tantum minores, iuxta notata à me ipso in rubr. præcedenti cap. iij. num. 32. & propterea resolutio illa constringi Parochum suscipere ordinem Præsbyteratus infra annum; non solum de eo intelligenda erit, qui susceperat antea sacros, verum minores tantum, ita quod ei tanquam arctato sit concedenda dispensatio, vt in tribus quatuor temporibus valeat omnes sacros assequi; vel à Papa vt in tribus diebus festiuis, ex his quæ luculentius scripsi in rubr. 6. cap. iij. num. 24. quare alia vtendum esse responsione arbitror pernecessarium; eritque illa, & fortasse à veritate non aliena; quod in eo textu agatur de periculo animarum, quæ sacramentorum ministratione, alijsq; necessarijs, & à Parochis præstari solitis fraudarentur, nisi illorum Parochus promoueretur, prout adductæ glosæ affirmant; quæ profectò conclusio locum non habet, vbi prædicta non vrget necessitas, & viget timor dedecoris clericalis ordinis, si eorum aliqui cogerentur mendicare, aut minus decenter viuere assumendo ordines ad titulum insufficientem, quemadmodum esse non dubitatur beneficium valoris condecentis, atque reddituum; quos tamen non omnes exigit, & propterea decenti caret titulo.

14 Ex quibus altera perutilis suboritur conclusio, quod Regula illa, qua resolutum scimus, vt prouisus de secundo curato priuetur priori similiter curato, cum dicti secundi pacificam adeptus est possessionem, & textus suppetit in cap. de multa de præbend. subsistat tantum, cum vltra pacificam possessionem, & exercitium curæ, possessio concurrit omnium fructuum, vel saltem maioris partis; textus vero in cap. licet canon. de electio, in 6. quo præcipitur Parocho, vt infra annum faciat se promouere ad sacros sub pœna priuationis, procedat si tantum pacificam adeptus est possessionem, & exercitium curæ, licet non illius maiorem partem bonorum, iuxta glosam citatam in adducto cap. commissa eodem tit. de elect. in 6. & Cassad. citata decis. 9. num. 2. de causa possess. & propriet. in quem etiam modum intelligi textum in cap. cum in cunctis §. cum vero, de elect. subiungunt, & rationem addunt distantiæ, quia ne clerici mendicare cogantur, prouisio cap. de multa, vt primum beneficium vacet, non admittitur, nisi beneficij, aut eius maioris partis acquisierit pacificam possessionem; sed ne pereant animæ teneatur iuxta dispositionem adducti cap. licet, assumere ordines quamuis beneficij non omnium fructuum obtinuerit possessionem.

Et cum de interpretatione præcitati capit. de multa, opportunè scripserim, vnicam addendo explicationem, aliam adiungere non vereor, tametsi tractatui nostro non multum affinis sit, & ea erit, vt eius textus resolutio non excedat casum in in eo decisum, & ad alium quamuis similem non extendatur; & propterea subsistat in possidente curatum, & impetrante alterum consimile curatum, non si incompatibile absque cura; hoc enim casu concedunt iura antiqua, electionem in capit. referente, & cap. præterea de præbend. eorumque dispositio adhuc persistit, eo quod citata sanctio decretalis de multa, hunc non complectitur casum iuxta opinionem grauissimorum Doctorum, & veram ni fallor, quam præsertim defendunt Ioan. Andr. ad specul. in §. vnico versic. sed contrarium videtur verius in rubr. de clericis non resid. Innoc. in cap. fin. in vltimis verbis, eodem tit. Anchar. abundè consil. 59. versic. tunc ergo antiqua; lapus allegat. 116. Philippus, vers. sed certè sub num. 3. ibidemque Mandos. & Cardin. consil. 3. circa elucidationem, atque Oldrad. consil. 165. thema; nec te lateat citatum cap. de multa ponderare initium temerariæ assecutionis secundi beneficij incompatibilis, vt admonet Caputaq. in decis. 61. seu prima exordiente incompatibilitas num. 3. par. 2.

15 Sed vnde huc digressus sum, eo reuertar, reminiscor triennalem beneficij possessorem non pacifice, eo quod cum aliquo litem habuit super illo si victor extitit, quamuis alter post illud tempus superuenerit, sibique super eodem intentauerit controuersiam; ipse tamen non desinit esse pacificus possessor, vt inquit Rebuff. in tract. de pacif. possess. num. 167. etenim licet respectu collitigantis reputari pacificus possessor triennalis nequeat, vtique tamen respectu aliorum, qui per triennium siluerunt, sed quotiescumque aliquis tanto tempore pacificè possedit beneficium, super eo molestari non amplius potest, iuxta Regulam cancell. Clem. VIII. & alteram huius Sanctissimi Pauli V. de triennali possess. ideo poterit; & licitè quidem ad illius titulum ordinari, sicuti annis elapsis me respondisse recordor cuidam integerrimo Antistiti, me super hoc consulenti.

16 Ab ista vero conclusione aliquos excipio casus, in quibus triennalis possessio etiam pacifica minimè suffragatur possessori; quorum primus est, si cum simoniaco ingressu, illud tanto tempore possederit; quod nobis insinuant eiusdem Regulæ verba; nec sine ratione, at illa, quod simonia iudicatur esse capitale crimen in cap. qui studet 1. quæst. 1. & mortale longè graue, per Astasan. in sum. lib. 6. tit. 55. artic. 2. omnibusque maximopere exosum, vt est videre ex his, quæ inferius scribo in rub. de person. prohib. promou. c. de simonia.

Secundus est cum resignauit, nec reliquit pensionem, verum in ea perstitit iuxta Constitut. 83. Greg. XIII. in §. quod si quisquam, & his vtitur verbis. Nec resignantibus, seu cedentibus si postea in sua possessione remanent, constitutiones de annali, & triennali suffragentur; nec etiam præsumptæ, aut tacitæ retrocessiones: & quæ sequuntur: & cum nullum eidem remanserit ius, non vtique illius regulæ beneficio iuuari poterit, teste Caputaq. decis. 93. lib. 1. in manuscriptis.

Tertius est casus, ne prosit Resignatorio non publicanti resignationem per verba eiusdem Constitut. 83. Gregor. XIII. ibi, omnes dispositiones, & gratiæ resignatorum, & cessorum beneficiorum, ac iurium huiusmodi cum omnibus inde secutis, siue de pacificis, siue de litigiosis, sint irritæ, & inanes; quinimmó nec iuuaretur publicatione

tione non formiter facta, ſed per æquipollens, vt inibi aſſeritur §. cœterum.

Demumque neque illi cui aduerſarius mouit litem, eo quod adeptus eſt beneficium cum derogatione Pontificia ad Regulã de annali, aut triennali, quam facile quiſquam impetrare poteſt, & teſtis eſt quiuis Romanæ Curiæ ſtylus expers non eſt, ipſeque propterea, qui inibi multis annis incolui, eiuſque tribunalium vſus addiſcere non omiſi.

17 Sed triennalis poſſeſſio huiuſmodi, an illi faueat, qui iuxtà Concilij Tridentini diſpoſitionem in cap. cum dignitates ſeſſ. 24. de reformat. tenebatur emittere profeſſionem fidei infra menſes duos coram ordinario, aut etiam Capitulo, à die adeptæ poſſeſſionis, & non emiſit? & Nauar. reſpondet negatiuè in conſil. 1. de ſumm. Trinit. & Fide Catholica in antiq. aut 7. de iure iuran. in nouis, niſi, ex ignorantia, inaduertentia, vel incogitantia omiſerit illam facere, vt idem Nauarr. adiungit num. 3. ſed Pariſ. tractat. de reſignat. benef. lib. 10. quæſt. 9. num. 5. affirmat Congregationem Concilij declaraſſe contrarium, ipſum tamen Nauarr. defendere nititur per aliam eiuſdem Congregationis declarationem, ſub die 5. Maij 1575. vt non emittenti profeſſionem quo ad fructus non ſuffragetur iam dicta poſſeſſio triennalis, quo vero ad titulum ac proprietatem opituletur, ſubdens ita intelligendum Nauarri dictum; cuius defenſione, & propugnaculo non indigebat Nauar. Nam quis eſſet tam expers qui poſſet vnquam dubitare, an Regula antedicta proſit illi quo ad titulum, & proprietatem beneficij; qui vigore dicti Concilij debebat emittere profeſſionem, & non emiſit? cum textus ille nullam inferat pœnam circa titulum aduerſus non facientem profeſſionem, at tantum circa fructus; Nam Canonis illius verba, quæ ſe habent; Nec illis poſſeſſio ſuffragetur; ad pœnam referuntur proximè relatam; quæ eſt ne fructus faciant ſuos; ideò reſpectu illorum ſubiunguntur illa verba, nec illis poſſeſſio ſuffragetur, quemadmodum idem Nauar. explicat in conſ. 5. de verb. ſignif. in antiquis; Non itaque doctiſſimus ille vir, de hac re dubitauit indicato conſ. 1. ſed dum quæſiuit, an illi faueat regula de triennali, qui cum teneretur non emiſit fidei profeſſionem, intellexit reſpectu fructuum, ideoque negatiua rectè vtitur reſponſione; cui etiam concinit declaratio ſecundo loco relata. Accedit quod verba Nauarri adducta, quando dubia apparerent per alia eiuſdem auctoris, ſatis abundè declarantur; etenim in conſ. 3. de ſumm. Trinit. & fide Cathol. in antiquis, & conſ. 5. de verb. ſignif. etiam in antiq. vel 8. de iur. iurand. in nouis, in quibus apertis verbis docet non ſuffragari quoad fructus, ſed bene quo ad titulum, & proprietatem. quin & reſolutio ne faueat reſpectu perceptionis fructuum reſtringit quo ad forum exterius, quia in interiori ſi ex ignorantia, vel incogitantia, aut inaduertentia non illam emiſit, minimè ſit obnoxius perceptos fructus reſtituere, in adducto conſil. 3. num. 1. de ſumm. Trinit. & Fide Cathol. his autem qui dictam non emiſerunt profeſſionem conſulit ipſemet Nauarr. in conſil. 4. de ſumm. Trinit. & Fid. Cathol. in antiq. aut 11. de iure iurand. in nouis, vt quam primum ſe erraſſe animaduertunt, quia præfato capiti conciliari non paruerunt, incontinenti obtemperent, tametſi elapſus ſit terminus duorum menſium in eo ſtatutus; Etenim ad duo cõpelluntur per adductũ caput, ſcilicet ad profitendum; idque faciendum infra bimeſtre; quare ſi alterum prætermiſerunt ex quo prolabi fecerunt tempus, non propterea eximuntur ab altero, nempè ab emiſſione profeſſionis fidei, quæ etiam tunc prodeſt, nempè ad quærendos fructus in poſterum, & in vtroque foro ex traditis per eundem citatis conſilijs 1. & 3. de ſumm. Trinit. in antiq. etiam ſi malitioſè omiſerant antea illam facere in tempore conſtituto, quo vero ad fructus præteritos iuuarentur (vt antea dixi) in interiori foro, ſi citra malitiam, ſed ignorantia, aut alijs ſuperius relatis adducti non fecerunt profeſſionem; idque ex verbis eiuſdem Nauar. in vltimis verbis citati conſil. 1. ſatis abundè inſtruimur, & citati conſ. 3. num. 1. atque ex notatis per Azzor. part. 2. inſtitut. moralium lib. 7. cap. 2. verſic. ſecundo quæritur, & hæc, ſi abſit iuſta cauſa excuſandi, nullo modo facit dictos fructus ſuos, vt hactenus demonſtraui etiam ante ſententiam per ea, quæ idem Azzorius illic fatur in verſic. Quæres an ob profeſſionem fidei.

18 Præter quam ſi in diſtributionibus conſiſterent, quas lucraretur etiam omiſſa profeſſione ſi tamen inſeruiuerit Eccleſiæ, & Diuinis interfuerit, per notata ab eodem Azzorio in verſiculo ſeptimo quæritur, ipſeque perlegi complures declarationes quæ emanarunt ab Illuſtriſſimis Cardinalibus Sacri Concilij interpretibus hoc ipſum reſpondentes, & declarantes.

19 Sed iſthæc profeſſio per procuratorem fieri nec ne poſſit ſubiungit ille in verſic. Sexto quæritur, & annuit, in cuius ſententiæ confirmationem adduco alteram conſimilem reſolutionem de iuramento fidelitatis, quod præſtari á procuratoribus poſſe, niſi is diſſentiat cui præſtandum eſt, ſcripſit Alexand. in l. qui bona §. ſi alieno num. 25. ff. de damn. infecto, & conſ. 8. num. 10. lib. 5. Roman. ſing. 807. habuiſtis, atque Afflict. in vſibus feud. in §. ſed vtrum ſub rubr. per quos fiat inueſtit.; & ſatis apertè colligitur ex cap. vnico §. verum de ſtatu Regular. in 6. adeó quód Butrius in cap. 3. num. 9. de iuram. calum. reſcribit ſingularia verba, quibus vti debet procurator iuraturus; & hæc eſt veriſſima ſententia abſque dubio; quam præſertim vidi ſeruari in capitulo Neapolitano, cum aliqui Romæ degentes, canonicatus impetrarunt, procuratoreſque deputarunt ad capiendam poſſeſſionem, quæ dum capitur, iuratur pro obſeruantia ſtatutorum dicti capituli; Namque ab eiſdem procuratoribus iuramentum præſtitum fuit per auctoritates præfatas à me tunc adductas; quamuis alij contradicere auſi fuerint, nulla freti auctoritate; tametſi pro alia ſententia dicatur primo aſpectu pugnare Bald. in l. 1. num. 45. ff. de rerum diuis; atque Rebuff. in declaratione arboris feudorum colum. 4. verſic. notandum eſt tamen: cuius verba ſi attente rimentur, à prædicta minimè diſſentiunt in effectu ſententia; quandoquidem incontinenti ſubijcit reſtrictionem illam; niſi conſentiat cui iurandum eſt; ete-

O 3 nim

nim nihil inter se differre suadeo exceptionem his verbis conceptam, nisi consentiat, & alijs nisi dissentiat; vtcumque sit, à voluntate illius pendere hunc actum iurandi per Procuratorem, desumitur, ex eorum verbis, (licet primo casu videatur de rigore necessarius expressus consensus, secundo vero sufficere si expressus non adsit dissensus;) nam re vera cōsentire dicitur quisquis non renuit, ex iactata regula; qui tacet affirmat, quinimmò etiam consentit ab illo præstari cum ad recipiendum tale iuramentum in suis manibus præstandum properat, ex Doctoribus in cap. qui tacet de regul. iuris in 6. l. quæ dotis ff. solut. matrim. Tiraquell. tractat. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 133. Paris. cons. 76. per totum lib. 4. & quando pars nolit pati, id non esset, quia per Procuratorem exhiberi nequeat; sed quoniam eius voluntas abest, quę iuris sanctione concurrere debet, Atque ex his consentio resolutioni Azorij, qui de professione fidei loquens, ait, à procuratore emitti posse; quòd vsque adeó verum existimat; vt si procuratori demandatum fuerit, quod illam faceret, neque ille curauerit dictum exequi mandatum, principalis nihilominus, sibi quærat fructus, quousque per ipsum non stetit quin emitteretur, & opitulantur, quæ de appellatione non proposita à procuratore, vt illa interponi possit, á principali, scripsit Afflict. in decis. 314. fuit dubitatum in Consilio. & inibi Vrsill. licet videantur obstare verba Philippi Franchi in cap. Nicolao militi num. 13. de appellat. vt valeat procurator Domino præiudicium inferre non appellando; tametsi expressè renunciando appellationi, nequeat: comprobatque Grat. decis. Marchiæ 79. instabatur num. 3. Iaffred. Lanfranc. decis. 135. & alij multi, præter quos alij mille extant, verba tantum facientes, de expressa renunciatione appellationis, nè illam facere valeat absquè expresso mandato, & maximè Mohed. decis. 89. contra capitulum, siue 3. de appellat. Veral. decis. 29. num. 2. par. 1. & diffusè hanc rem tractat Soccin. regula 102. contumacia, & regula 394. Procuratoris contumacia, & Barthol. Veronen. cautela 57. exordiente, iste articulus.

20 Demum si contingat dubitare, an qui semel illam emisit, teneatur iterum facere, si priori beneficio dimisso, transeat ad aliud simile? & reiecta illorum sententia, qui negabant, assentitur affirmatiuæ idem Azor. in versic. octauo quæritur; quam ipse omninò insequor; quamque vsu seruari scio; atque ita professus in vna religione si ad alteram migret, inibi rursus profiteri compellitur, ex his quæ notaui in rubr. de Regular. cap. 9.
21 num. 10. sic demum approbatus, & idoneus dijudicatus ad Parochiam, est denuó examinandus, si ad aliam admitti procuret; non obstante regula, quod semel approbatus, non sit amplius examinandus. de qua text. in cap. accepimus de ætat, & qualit.; siquidem vendicat sibi locum in beneficijs simplicibus, per decisionem Caputaque nu. 367. seu 5. præsentatus part. 2, alteramq; Caualcan. 29. de iure communi num. x. part. 1. suppetitque ratio illa, quod potest contingere, vt licet sit idoneus repertus, sit modo minus idoneus alijs, qui concurrerunt, vt inquit Modern. in sua praxi Episcop. verbo Parochia,
22 §. 1. part. 2. licet, vbi quis ad curatum beneficium admissus fuerit, non sit amplius á suo Episcopo examinandus; & ad id cogendus pro exercitio, & illius exequutione, etiam pro audiendis confessionibus, per expressam doctrinam Emanuelis Rodorici Lusitani in primo tomo quæstionum regularium quæst. 59. artic. 4. adducti verbis Sacri Concilij Tridentini in cap. xv. sess. 23. de reformat. ob eam rationem, quia dicitur à iure approbatus.

23 Verum hæc fidei professio, credatur nè emissa, si pars dicat illam fecisse? cuius quæsiti resolutio colligi valde poterit ni fallor ex altera consimili
24 dubitatione. An standum sit alleganti dispensationem? & quidem non præsumi dispensationem intercessisse ad obtinenda incompatibilia, quia probat Bellam. consil. 10. versic. & si dicas; Nec non Crauett. in tract. de antiq. tempor. par. 3. in principio num. 20. Mascard. conclus. 527. sub num. 6. Fauetque Surdus cons. 245. num. 32. vol. 2. qui hanc negatiuam statuit; quamuis postmodum restringat in tribus casibus á me inferius ponendis, & Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpti 132. sub num. 73. tametsi finalia eius verba, scripta post num. 75. à vers. & Abbatem in hac declaratione; videantur absolutè defendere affirmatiuam; quám etiam pertranseundo scripsit Anchar. consil. 117. in vltimis verbis. Verum priori suppetit valida ratio, quod dispensatio est gratia, ex Roland. cons. 38. nu. 4. vol. 3. ad cuius substantiam licet non requiratur scriptura, nihilominus ad effectum probationis necessaria est, per Anchar. in prohem. sexti vers. & facit hæc litera, ante num. 2. inibique Ioan. Andr. num. 1. quare cautela traditur, quod si illa fuerit deperdita, oporteat duo probare per testes, scilicet tenorem dispensationis, vt ait Felyn. in rubr. de constitut. sub num. 6. & Ripa num. 53. ac præterea amissionem dictæ scripturæ, alioquin non præsumatur concessam fuisse dispensationem, defendit præcitatus Surdus consil. 109. inspecto diligenter sub num. 3. vol. 1. per textum iuncta glosa in l. si quis ex argentariis §. penult. ff. de edend. & Nattam. cons. 166. nu. 12. vel saltem iuramento possessoris allegantis amissionem, verificandus sit tenor, & amissio, quam insinuat: vt post Abbatem in cap. licet Helij sub num. 23. de simon. scribit Mascard. adducta conclus. 523. sub num. 73. & Menoch. citata præsumpt. 132. sub num. 73. His accedat declaratio super dicto cap. 17. in specie verba faciens de dispensatione, quò ad fidei professionem emissam. Ait enim an præsumpta dispensatio in qua fundatur regula de triennali, habeat locum contra decretum huius capitis; Congregatio censuit, quod non, quia Regula triennalis requirit titulum coloratum Gemin. consil. 86. circa finem.

Et dum absolutè loquimur consentiò ipse in negatiuam, in affirmatiuam vero si aliquæ addantur circumstantiæ, quarum meminerunt ijdem Mascard. Menoch. & alij post Abbatem, cum scilicet temporis diuturnitas concurrit, ac superiorum, & ipsius met beneficiati qualitas. Primum quippè requisitum respicit tempus, ac propterea non

non mirum ſi triennalis regula non faueat; ſed longius tempus opitulari non videturdubitandum, & alia duo concurrant, nempe beneficiati bona fama, & qualitas; quamobrem facilè creditur, quod ipſe præcauiſſet propriæ conſcientiæ, ſi diſpenſatio abfuiſſet, ac ſuperiores ſi viſitationem, non ſemel, atq;ſaltem bis fecerint; non permiſiſſent illum malè poſſidere beneficium, niſi docuiſſet de obtenta diſpenſatione.

Si hæc tria adſint, & beneficiatus alleget obtinuiſſe diſpenſationem, eamq; deperdidiſſe, adhereo ſententiæ, vt moleſtandus ille nullo modo ſit, etiam in foro exteriori, atque ita fuiſſe pluries reſolutum, maximè in tribunali nuntiaturæ mihi certum eſt, quamquam illius Iudices ſolerent in dubijs quæſtionibus in gratiam Fiſci libentius reſpondere, quam partis; itaque reſponſio iſta à me adducta circa diſpenſationem ſubſiſtit, etiam abſq; vlla difficultate, quo ad præſumptam fidei profeſſionem allegatam; idque maximè ſi iuramentum partis adſit, quandoquidem tunc omnis prorſus ceſſabit difficultas,etiam ſi aliqua ex prędictis conditionibus,non ita plenè verificetur.

25 Cœterum pro coronide tractatus pacifici poſſeſſoris,recordor, quenquam ita dici, qui triennio poſſedit abſque lite,tametſi tempore, quo poſſidere incœpit fuerit inter alios lis, ſuper eadem re; ſiquidem Regula illa extinguit omnes lites antiquas, quod tamen haùd operatur Regula altera de annali: etenim ſi dicto anno poſſederit abſque lite, nec vnquam fuerit citatus, ſi tamen quando ingreſſus eſt poſſeſſionem illius rei, aut beneficij erat lis cum ſuo prædeceſſore, illa non extinguitur: quia durat, ad quemcumque tranſeat beneficium, aut res illa,ſemperque dicitur infectum, quod minori tempore triennij non aufertur, atque ideo poſſidens, dici tunc nequit pacificus poſſeſſor, vt concludit,& notabiliter ſanè Mohed.deciſ.240.ſeu 14.de cauſa poſſeſſ.& propriet.

SVMMARIA.

Patrimonij ſub vocabulo, quid comprehendatur,affatim diſcutitur, nu. 1.
*Hæreditatis definitio,nu.*2.
Promoueri ad titulum ſufficientis donationis permittitur,nu. 3.
*Donans,teneatur nè de euictione,nu.*4.
*Læſio habeat nè locum in donatione, nu.*5.
*Caſus multi recenſentur in quibus ordines conferri,carenti titulo conceſſum eſt,nu.*6.
Ad titulum patrimonij nemo promouendus, niſi diſpenſatio præcedat, nu. 7.
Caſus complures recitantur, in quibus aliquem reputari beneficiatum ad aſſumendum ordines, ac præſertim ad titulum Vicariæ perpetuæ, num 8,
Item ad titulum coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, nu. 9.
Item beneficij iam quærendi,nu. 10.
Poſtulationis materia ſummatim explicatur, num. 11.
Ad titulum etiam Eccleſiæ receptitiæ promoueri quiſque poteſt, nu. 12.
Eccleſia receptitia,quæ ſit, nu. 13.
Ad titulum,verò Eccleſiæ cui aſcribitur, quæritur, num. 14.
Quin ad titulum beneficij metu renunciati, quæritur, nu. 15.
Ad titulum verò beneficij conſiſtentis in diſtributionibus certè poteſt,& probatur, nu. 16.
Ad titulum verò vnitum ex beneficio, & patrimonio vtrum poſſit, nu. 17.
Parochiæ fructus ſi tenues ſunt, quid agendum, num. 18.
Parochiani cogi poſſunt, & quomodo ad ſuppeditandum alimenta Parochis, nu. 19.

Capitulum Quartum.

HVcuſque, cum annotauerim oportere ordinandum habere titulum conſiſtentem, vel in beneficio, vel in patrimonio, ac talem eſſe, qui ſufficiat honeſto victui, ipſumque pacificè ille poſſideat; expedit modo in hoc capite,alia ſubijcere vtiliſſima, ſanè, & pro clariori declaratione neceſſaria.

1 Quorum primum, quid ſub Patrimonij vocabulo in hac re intelligatur, & indubiè ne dum arbitror cōtineri,quicquid ex Patris bonis filio obuenit,verum etiam omne id,quod aliunde, & quauis ex cauſa illi delatum eſt; ad quod firmandum adductus ſum,non tantum exemplo cap.fin. 2. quæſt. 6.iuxta declarationem Archid.illic,nu. 13. at inſuper ratione illa,quod vndecumque habeat victum, ne mendicet, ſatisfit intentioni canonum, & Concilij, ob id requirentium titulum in ordinando; nec aliquo modo me ad id concludendum impulit. textus in cap. Epiſcopus de præb. tametſi Paris. idem firmauerit illius Canonis verbis motus, in tract. De reſign.beneſ.lib.2.quæſt. 6.nu. 21. ibi niſi de ſua,vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere; tum quia in voluminibus antiquiſſimis, textus ille caret prædicta alternatiua, vel & in correctis tempore Gregorij XIII. tametſi adſit; nihilominus gloſa immarginea addit alias legendum ſine illa; & mihi videtur id rationi conſonum, nam ſi diſiunctiue legeretur, de ſua hæreditate, vel de paterna, orirètur profectò mea ſententia non minimum inde abſurdum, nempe quód bona viuentis dicerentur hæreditas; & tamen nemo ignorat,quin hæreditas ſit ſucceſſio in ius defuncti,iuxta

2 l.nihil aliud ff.de verbor. ſignif. & á bonis differat; vt illic Alciat. tradit. hinc Cicero ad Trebatium in topicis rectè ſcripſit, hæreditatem eſſe quicquid morte alicuius ad quempiam peruenit; quomodo igitur relatus canon iuſtè potuit alternatiuam illam interponere,& loqui de ſua hæreditate, domino illius adhuc ſuperſtite, & nomine iſto, proſupponente obitum, non video; ſed omnino fatendum opinor; eius verba non ita legenda fore; Sed prædicta

prædicta deleta alternatiua; atque ita de sua paterna hæreditate: cui lecturæ non equidem contradicit ratio illa, quod si sua, ergo non paterna, & quatenus paterna, ergo non sua: ac propterea, nequè conuenienter sint illa coniunctim admittenda absque alternatiua; nam rectius intuenti apparebit, matura præhabita consideratione Papam eo in textu talibus verbis vsum esse; non etenim ignorabat vim huius nominis hæreditatis, quæ proprie illa dicitur ante aditionem, vbi autem ab hærede agnita est, non amplius hæreditas, sed hæredis Patrimonium vocatur, ex l. sed etsi plures §. filio ff. de vulg. subst. & ob id rectè scripsit de sua paterna hæreditate, eò quòd illa bona, ex interitu parentis hæreditas paterna dicta sunt, & per agnitioné effecta sua.

3 Hoc autem Patrimonium censuit Congregatio Concilij extendere ad donationem, vt possit quisquam ad illius titulum ordinari, si Episcopus ita iudicauerit pro Ecclesiæ vtilitate, vel necessitate, sed si huiusmodi res donata postmodum euincatur aút in ea appareat lœsio, ita quod honestum vitæ subsidium nequeat inde habere, exitatur, quid agédum, & teneatur, nèc, nè donans?

Et quod ad euictionem actinet, omissis multis, à quibus doctores incipiunt, placet mihi inde exordiri, atque eam constituere resolutionem: nè ad res

4 donatas pertineat euictio l. ad res donatas ff. de ædil. edict. l. 2. C. de euict. & Thomas Cormerius in suo Codice Iuris in tit. de donat. in 2. parte, capitis 9. nu. 216. eam tamen multis in casibus restringendam esse conclusionem non dubito; eorumque primus sit, cum ex pactione traxit originem, ac promissio antecessit traditionem rei donatæ; nam euictio donatario proculdubio, tunc competeret ex glosa finali in adducta l. 2. atque altera itidem finali in l. Aristo §. fin. ff. de donat. & ibi tuetur Bar. num. 1. Iaf. conf. 73. agredior, vol. 1. & comuni Doctorum calculo affirmari inquit Viuius commun. opin. 214. & inter communes opiniones diuers. tit. de donat. num. 221. vol. 2. & Villalob. eodem tit. nu. 128. eiusque rationem tradit Corneus conf. 141. 1. aspectu, nu. 8. vol. 2.

Pariter coarctatur in donatione remuneratoria, quæ etiamsi á traditione cœperit, euictionem nihilominus operatur; eaque astringitur donans Bart. in l. Iulianus §. 1. num. 1. ff. de verbor. signif. Iaf. in l. ex hoc iure, num. 68. ff. de Iust. & iure, & conf. 34. vol. 1. Alex. consil. 47. visis instrumentis, nu. 4. vol. 3. Crauett. conf. 64. num. 2. & Boer. decis. 67. præsuppono, num. 1.

Verum cœteris omnibus verior ac tutior est, restrictio posita in eadem l. 2. C. de euict. cum donans promisit euictionem, nec tantum si expressis, at generalibus verbis pollicitus sit; nempe si rem ipsam donatam bonam facere promiserit, vt concludit Corneus citato conf. 241. nu. 10. illud enim dicitur esse bonum, quod beatificat obtinentem, l. subsignatum §. bona ff. de verbor. signif. Præterea euictionem illum promisisse creditur, qui pro dato, aut facto à se promisit, Gozad. conf. 60. num. 16. hæc tamen multum proderunt, postquam casus euenit; antea verò, semper consului amplissimis Episcopis, ne aliquem ad ordines assumerent habentem titulum donatum, nisi expressè in donatione sit constituta euictio.

5 Quod vero ad lœsionem pertinet, animaduerto ipsam minime locum habere in donatione, ex doctrina Mariani Soccin. Iunior. conf. 67. prima, num. 23. vol. 2. Dec. conf. 381. nu. 4. Cephal. qui alios congerit conf. 467. nu. 57. lib. 4. & Anton. Gabriel lib. 3. comm. opin. Rub. de Iure dot. conclus. 1. nu. 20. sed cum dolus intercessit, vt in ea possit considerari læsio, firmat Corneus consil. 124. multum diffusè num. 5. lib. 3. Soccin. adducto conf. nu. 6. & Rota Romana teste Cantuccio decis. 102. num. 8. in decis. diuers. part. 2. quorum doctrin[illegible] in gratiam donantis loquuntur, qui si cognoscat fuisse lœsum, valeat donationem reuocare, & rescindere; quamuis autem credi possit semper cadere læsionem respectu donantis, cum donatio ipsa sit læsio, sitq; donare perdere, tamen non hæc ita generica læsio sufficeret, alioqui vanus esset titulus de donationibus; alia igitur, & magis specifica requiritur læsio, vt donans reuocet, atque tunc militant præcalendatæ doctrinæ, quas extendendas esse arbitror ad fauorem ipsius donatarij, qui possit agere ad supplementum donationis, in qua fuit lœsus, vt contrariorum sit eadem dispositio per l. ad rem mobilem, ff. de procur. & dispositum in vno ex correlatiuis, censeatur, & in altero l. 1. & 2. C. de cupress. lib. 11. præsertim in causa læsionis, quam vtrique ex contrahentibus, licet allegare l. 2. C. de rescind. vendit. maximè cum donatio fit, vt donatarius valeat ad illius titulum suscipere ordines; sine quà minimè fuisset admissus ad illos; quare assentior, vt donatario competat actio ad petendum supplementum donationis, quotiescumq; aliquis sibi donauit mille aureos, & pro illis aliquod territorium tradidit. tāti valere asseuerans; aut rurem donauerit valentem mille maximè si adiecerit, vt inde possit honestum victum quærere, & ordinibus insigniri sacris.

Nam donatio continens promissionem necessariorum ad vitam, aút sustentationem, operatur, vt donans teneatur ad illa omnia præstanda, quæ persoluere teneretur, qui ad alimenta obligaretur; vt in hac specie donantis pro suscipiendis ordinibus firmat Bertrand. conf. 55. multa sunt post num. 4. vol. 2. parc. 2. Fulcitur doctrina Abbatis in cap. 2. ante nu. 1. vers. nota 1. ibi vitæ necessaria, de præb. vbi ita concludit in ordinatore, & eius successore obligato subministrare vitæ necessaria ordinato sine titulo; & ipse probo hac Rub. cap. 5. nu. 2. & 19. infert ipse Bertrand. & ait, idem dicendum in eo, qui intitulauit, atq; donauit titulum. Eiusmodi autem donatio facta pro suscipiendis ordinibus sit nè conditionalis, an simplex copiosè enodat Marius Antonin. alia complura de ea scribens, Variar. Resol. Maceratæ, lib. 1. Resol. 88.

Quod si donans renueret adimplere donationem nisi ille in sua domo degens sibi inseruiat, reijciendus quidem esset à petitione; ac propterea compellendus ordinato volenti extra eius domum commorari necessaria exhibere, concludit illic Bertrand. à num. 6. & confirmatur ex his, quæ inferius scribo de ordinante, n. 22. atq; ex eo, quod donatio simplex, & indefinita non potest quoquo modo restringi.

Illa verò promissio, si fuerit facta ad aliquod tempus, & sub ea conditione, donec & quousq; sibi de aliquo beneficio esset prouisum, non extinguitur

tur per ſubſequentem impetrationem beneficij non ſufficientis ad eadem vitæ neceſſaria, quamuis rigor verborum videatur contrarium indicare, vt præfatus Bertrand. concludit in eodem conſ. poſt nu.8. verſ. Ad tertium dico.

6 Ille autem, qui beneficium non retinet, neue Patrimonium, aut donationem, attamen ordinari poteſt cum penuria Sacerdotum exiſtit; ſi tamen, qui ſpondeat ei neceſſaria ſubminiſtrare, adſit, vt ſacra Congregatio Conc. interpratata eſt, cuius declarationis teſtis eſt Moder. de Reſig. ben. lib. 2. q. 6. n. 11.

Epiſcopo inſuper fas eſſe ad ſacros ordines aſſumere virum litteris inſignem, & Collegio Illuſtri cooptatum, gradu licentiaturæ hornatum, honeſtiſque moribus probatum, quamuis titulo carentem, Henric. arbitratus eſt in Summ. Theol. Moral. lib. 10. cap. 17. §. 4. in gloſ. lit. G. allegans Cordub. caſu 36. atque doctos Thæologos, & Iuris peritos conſultos, ita reſpondiſſe, quia in virtute habet vnde poſſit ſuſtentari, ac loco Patrimonij, ſiue beneficij habet titulum, quo ſine dedecore decenter viuat, & facilè valeat beneficium obtinere, nec non dignitates: quod tamen nec facere, neq; alteri conſulere auderem, & pro contraria reſolutione allego doctrinam Imolæ in cap. tuis quæſtionibus, nu. 12. verſ. imò plus de præb. in ſpecie decidentis, teneri Epiſcopum prouidere ordinato carenti titulo, & habenti artificium, ex cuius exercitio victum poſſit habere; quod nota, quia huius doctrinam reperi 11. Februarij anni 1600. poſt quartam horam noctis, poſtque multos menſes, quod iam firmaueram me non auſurum conſulere, quod Henric. ſentijt, nulla tamen ad id tunc ductus auctoritate, aut ratione; ſed ſolo naturali iudicio fretus, & deinde die 18. Nouembris anni 1604. poſt ſextam horam noctis reperi hoc ipſum firmare Bertrandum eadem Imolæ auctoritate ſuffultum, in conſ. 55. multa ſunt poſt num. 5. vol. 2. par. 2. & reſolutum dicit eman. sà verbo ordo, nu. 27.

7 Ad ſupradictum verò Patrimonialem titulum, fateor non omnem ordinandum, beneficiali carentem, niſi diſpenſatio Epiſcopalis præcedat, cum aliquis promoueri deſiderat ad alium titulũ, quam beneficij, vt concluſit Cathech. Neap. lib. 1. cap. 9. num. 2. per verba Concilij, in cap. 2. ſeſſ. 21. de reform. ibi patrimonium verò, vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſſint; nec ſemper conuenit hanc diſpenſationem elargiri, ſed ex cauſa ex eiuſdem Concilij verbis, ibi Patrimonium verò, vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel comoditate Eccleſiarum ſuarum; quare cum Concilium illic permictat Epiſcopis facultatem diſpenſandi cum aliqua prædictarum cauſarum; euenit, quod ſi illa deeſt, dicatur ſublata; & poteſtas illa Epiſcopis, videatur conceſſa, quatenus concurrat cauſa; & propterea non debeant ipſi tunc pati illos ſuſcipere ordines per Regulam cap. cum ceſſante de appell. in 6. hinc Nauar. conſ. 14. nu. 2. de temp. ordinand. part. 1. commendans iam dictam concluſionem, ſubiungit ſe vidiſſe Pintiæ negatam fuiſſe cuidam facultatem aſcendendi ad Subdiaconatum, ob defectum tituli beneficialis, tametſi haberet Patrimonium trium millium ſcutorum.

Ex prædictis igitur euidenter apparet titulum beneficialem ſemper idoneum eſſe pro ordinibus,
8 nec aliqua in hac re poſſit dari reſtrictio, at plures in ea adduci ampliationes, quarum 1. ſit, vt etiam ad titulum Vicariæ perpetuæ, Salzed. ad Diazam, cap. 18. nu. 7. Mandoſ. in Regula Cancell. 34. q. 13. nu. 3. & Valenzuela conſ. 54. nu. 29. lib. 1. Nam eam ſi quis poſſidet, titulum habere non dubitatur ex Abb. in cap. Michael, num. 1. de filijs Præsbyt. etenim beneficium Eccleſiaſticum, illa dicitur, iuxta Rotæ deciſ. 2. num. 1. de conceſſ. præb. in nou. ipſeq; comprobaui, & copiosè quidem Rub. 7. cap. 6. nu. 113. atque adeo, vt litteræ gratioſæ ad beneficium obtinendum nullius prorſus validitatis ſint, in quibus impetrans ſubticuit perpetuam Vicariam, quam detinet; cap. poſtulaſti de Reſcript. & Epiſcopus, quamuis teneatur ordinato ab ipſo, & titulo carenti beneficium conferre, & interea ſubminiſtrare alimonia ex cap. cum ſecundum Apoſtolum de præb. habenti tamen perpetuam Vicariam, de cuius prouentibus commodè ſuſtentari valeat, ea præſtare non compellitur, ex eodem, cap. poſtulaſti, ergo niſi illa ſufficeret pro titulo, cogeretur profectò Antiſtes illam, nec alium habenti titulum de illo prouidere: Ad titulum verò Vicariæ temporalis, & aliorum ſimilium beneficiorum, ſeù cappellaniarum amouibilium, nemo poteſt ordinari; Maiol. tract. de irreg. lib. 4. cap. 15. nu. 4. nam Vicarius temporalis titulum habere non cenſetur, ex expreſſo textù in cap. conſtitutus, & illic. Abb. num. 5. de filijs Præsbyt.

9 Ad titulum præterea coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, quem poſſe promoueri certum eſt, ex his, quæ in tit. proximò præcedenti cap. 6. á nu. 102. copiosè ſcripſi, de coadiutore iſto loquens, & ita in hoc caſu reſpondet Nauarr. in tract. de oratione capit. 20. num. 18. Ignatius Lopez ad Diazam cap. mihi 18. num. 7. & Hieron. Gonzales ad 8. Reg. Cancell. gloſ. 5. §. 9. num. 8.

10 Extenditur ſecundò non ſolum, quem poſſe promoueri ad titulum beneficij iam quæſiti, ſed etiam quærendi ex gloſa magna circa medium, in cap. Oſius 61. diſtinct. Maiol. tract. de irreg. lib. 4. cap. 15. num. 3. Nempè ſi ſit electus, aut præſentatus vel etiam poſtulatus, vt allegati affirmant; licet dubium eſſe videatur eorum dictum circa poſtulatum, ex inferius notatis, ad declarationem poſtulationis, & omiſſo, quid ſub hoc verbo poſtulare contineant ciuiles leges in l. 1. §. poſtulare ff. de poſtul. in l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infecto, & l. poſtulare ff. de fideiuſſ. tutor. deuenio ad intelligentiam huius verbi, iuxta canonicas ſanctiones; &
11 recordor gloſam deſcripſiſſe poſtulationem in cap. vnico, de poſtul. Prælat. in 6. & dixiſſe, quod illa eſt petitio gratiæ á ſuperiore facta; ſed Abb. in Rub. de poſtulat. Prælat. poſt num. 1. illam ſubſcriptis definiuit verbis, quod ſit quædam gratiæ petitio à ſuperiore facta de promouendo aliquem ad Prælationem, ad quam de Iure communi propter defectum aliquem, vel impedimentum eligi, ſeu promoueri non poterat, & licet olim electione, & poſtulatione promiſcuè vterentur Iura, ſcilicet in cap. ſtatuimus §. his omnibus 61. diſt. & cap. litteras 63. diſtinct. in effectu tamen non minima inter eas conſideratur differentia: namque electiò fit de perſona

persona habili, nec alligata Ecclesiæ vinculo; Postulatio vero de ea, quæ alicui est obligata Ecclesiæ, aut alias inhabili, ob defectum, per Imol. in cap. 1. nu. 9. de postul. Prælat. & Rebuff. in concord. Rub. de Regia ad Prælat. nomin. §. 1. verf. postulationem; qua in re aduertendum, inhabilem ex defectu postulari posse; sed ex crimine prohiberi; eiusque si fieret postulatio, priuarentur illa vice postulantes facultate iterum postulandi, ex resolutione Archid. in cap. Osius in finalibus verbis 61. dist. & Abb. post glos. in dicto cap. 1. num. 31. sicuti & eligentes indignum per cap. cum in cunctis de elect. ex quibus consentaneum est, nullum postulato ius quæri, cap. bonæ, & cap. postulationem de postulan. & ea non obstante postulantes non impediri, quin alium deinde valeant eligere, & superior denegare illius confirmationem, postulationisque admissionem, atque ideo, si illos pœniteat, aut superior nolit admittere eorum postulationem, cogeretur ille mendicare, & ordinatus Clericali ordini dedecus propterea inferret; quare nè ipsi liceat ordinari ad titulum beneficij, ad quod fuit postulatus, asseuerandum videtur, & nihilominus glosa in citato cap. Osius, contrarium sentit, quia si postulantes pœnituerit, posset illos postulatus conuenire, & compellere, ei prouidere de stipendio conuenienti, per eamdem glosam in citato cap. Osius: non enim debebant eorum mutare consilium cum alterius detrimento cap. primum 22. quæst. 2. & l. Nemo ff. de Regul. Iur.

12 Insuper dilatatur ad titulum Ecclesiæ receptiuæ, vt illo stante, promotio cõcedatur possessori, vt cõcludit auctor praxis Episcopalis verbo Dimissorię, §. 5. verf. hic est, par. 1. per textum, cum glosa in cap. neminem 70. dist. & dixit Abb. in cap. postulastis, num. 2. & 3. de Iur. Patron. quod verum crederem ea in Diœcesi, quæ tenuitate beneficiorum grauata, ministris indigeret Ecclesiasticis, nec viri adsũt, congruum, ne dum Patrimonium non habentes,
13 at illo omnino carentes. Dicuntur autem Ecclesiæ receptiuæ, in quibus consueuit Episcopus curam animarum pluribus dare, & Concil. Trident. in cap. expedit sess. 24. de reform. vel ad eas plures admitti post susceptum ordinem consuetudo sit Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 10. nu. 13. & ipse scribo latius inferius cap. . . num. . .

14 Ad titulum verò Ecclesiæ cui ascribitur valeat ne promoueri, hæsitatum est, & subscribo Maiolo in tract. de irregul. lib. 4. cap. 15. sub num. 2. affirmanti vigore dispositionis Concil. Trid. in cap. 16. sess. 23. de reform. mandantis neminem ordinandum, nisi iudicio, sui Episcopi sit vtilis, aut necessarius suis Ecclesijs; quarum alteri propterea ab Episcopo ascribatur, vbi suis fungatur muneribus; cumque locum deinde inconsulto eodem Episcopo deserere nequeat, nam præsupponit per eiusmodi ascriptionem addictum esse illi Ecclesiæ; & ex ea fructus percipere; alioquin arbitrarer non procedere. Hoc itaque si verum est cur Sixtus V. expressè indulserit Patriarchæ Venetiarum assumere viros suæ Diœcesis ad titulum Ecclesiæ, cui ascripti reperiuntur per breue superinde expeditum, nescio formiter respondere, nisi fateri, quod vel opinio Maioli, vero aberrat, vel quia Religiosiss. ille Patriarcha, tutius agẽs, voluerit expressam in ea re facultatem impetrare; Dicti autem Breuis verba rescribuntur in Synodo Veneta ab Laurentio Priolo Venetiarum Patriarcha anno M.D.XCII. coacta, & subscribere censui ad commune commodum.

Venerabili fratri Patriarchæ Venetiarum; Sixtus Papa V.

VEnerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Romanum Pontificem, quem Dominus Ecclesiæ suæ sanctæ præesse, & prodesse voluit, assiduè inuigilare decet, vt in Ecclesijs magnarum, præcipuè Ciuitatum non desint qui ministerio Diuino ascripti ad Dei gloriam, & hominum religionem augendam designentur. Relatum siquidem nobis nuper fuit, in ista Ciuitate Venetiarum nobilium, & populi frequentia celeberrima, perpauca esse beneficia, sub quorum titulo multi pauperes Clerici patrimonij sufficientis titulo carentes iuxta Constitutionem nostram possint promoueri. Nos igitur singularem Ecclesiarum particulariter id exponentium necessitatibus, vtilitatibusque prouidere desiderantes, fraternitati tuæ, vt omnes, & singulos dictæ Ciuitatis Clericos, qui vita, moribus, ætate, natalium legitimitate, & alijs qualitatibus à iure requisitis, per te idonei reperti fuerint, etiam si titulo beneficij Ecclesiastici, vel pensionis annuæ non sint prouisi, aut patrimonialia, aliaque bona non possideant, dummodo alicui Ecclesiæ dictæ Ciuitatis de consensu eiusdem Ecclesiæ Rectoris fuerint ascripti, pro celebratione missarum, & diuinorum officiorum, ex quarum seruitio, & eleemosynis à pijs Christi fidelibus elargiendis aliquid ad sustentationem victus habere possint, & ab eadem Ecclesia, cui ascripti fuerunt, nullo vnquam tempore amoueri, vel ipsi ab ea recedere possint, & debeant, nisi de illis de competenti beneficio, aut pensione super fructibus Ecclesiasticis assignanda prouisum fuerit; vel ita eorum exigentibus demeritis, ab ipsa Ecclesia amouendi veniant; ad quatuor minores, nec non sacros etiam Præsbyteratus, Ordines, debitis temporibus, seruatisq; Concilij Trid. decretis promouere liberè, & licitè valeas, licentiam Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & facultatem; prædicta, ac quibusuis alijs constitutionibus Apostolicis, cœterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Decembris 1590. Pontificatus Nostri anno quinto.

M. Vestrius Barbianus.

15 Verum liceat renuncianti promoueri ad titulum beneficij per ipsum metu resignati, fui nudius tertius interrogatus, & certè, posse si resignatio irrita ipso iure redderetur, respondi, secutus Nauar. in cap. accepta, opposit 5. sub num. 12. de restit. spoliat. & Thomam Sanchez in tract. de Sacram. Matrim. lib. 4. disput. 8. sub num. 1. Itaque inuestigandum est, sit nè ipso iure nulla, vel annullanda, cuius veritatem, quiuis faciliter reperiet, si mecum ipse negatiuam insequetur opinionẽ, quam tenet Cald. cons. 1. renunciatio sub rub. de renunc. Paris. cons. 5.

vnio

vnio, num. 165. & conſ. 66. renuntiatio beneficij, per totum volum. 4. & alii permulti citati, & collaudati á Pariſio in tract. de reſign. benef. lib. 13. quæſt. 2. num. 9. in quam præterea ſententiam deflexit Rota Romana, illam ſequens in deciſ. 5. fuit dubitatum, num. 2. iuncta deciſ. 7. de renunc. in nouis, & deciſ. 2. nota quod reſignatio, de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt, in vltimis verbis, in antiq. & alias in vna Craccouienſi Canonicatus, cuius teſtis eſt additio in adducta deciſ. 5. qua concluſione exiſtente, ex ea conſtat renunciantem ad illius titulum promoueri non poſſe, cum ſubſiſtat, tametſi veniat reſcindenda, vt præfati Nauar. & Sanchez, aiunt, & ego veritate niti exiſtimans, reſpondi perito Clerico id á me expoſcenti.

16 Ac demum ad titulum beneficii conſiſtentis in diſtributionibus quotidianis, ordines quis valeat ſuſcipere, defendo in cap. ſeq. verſ. An autem, nu. 29.

17 Qui verò ſufficienti titulo beneficiali careret, ac vellet ad Sacros ordines promoueri, eo quod tantidem Patrimonii ſibi eſſet, magisuè, minusuè; quod beneficio adiunctum, ſufficientem conſtitueret titulum; affirmat Modernus, in ſua Praxi Epiſcopali loco citato verſic. ſecundo; quod omnino huic eſt permittendum illos ſuſcipere, cuius contrariam ſententiam ipſe fortaſſe exiſtimo veriorem, non quidem illa ratione, quam idem Modernus pro hac parte allegat, aſſeuerans Concilium in cap. 2, ſeſſ. 21. de reform. requirere, vt beneficium ſufficiat ad victum, aut penſio, vel Patrimonium, quaſi quod aliud illorum debeat ſatis eſſe de per ſe; nec conueniat ſi aliis connexum ſufficiat ad victum; nàm ipſe iuſtè arbitror, vt quotieſcumq; Concilium admittit ad ordines retinentem titulum Patrimonij, ad alimenta idonei; eundem profecto non repellat ſi beneficii, & Patrimonii redituum connexione, condecens educatio illi minimè deeſſet, & comprobat addit ad Quarant. in Verbo ordo, verſ. circa ſecundum, & Vgolin. De poteſt. Epiſcop. cap. 36. §. 3. in fine, ipſæque latius explicabo rub. ſeq. cap. 8. ſub nu. 12. ſed meæ concluſionis contra ipſius Moderni ſententiam, ea eſt ratio, nam Concilium denegat ordines, cuicumq; beneficium non habenti, tametſi abundanti non careat Patrimonio, ex reſolutione à me conſtabilita ſupra num. 7. Aduerſus quam meam opinionem, vtiquè non vrget Ratio inconuenientiæ, qua ſuffultus illè nititur contra hanc meam conualidare ſuam concluſionem, quod illi, niſi liceret ordinibus inſignire qui ſufficientem haberet titulum ex vnitis redditibus, beneficij, & Patrimonij; ſequeretur quod ſi aliquo in oppido Eccleſia adeſſet condecenti indigens portione pro titulo, & Clerici exiſterent Patrimonio ad victum neceſſario carentes, tum Populus ſine Sacerdote, tum Eccleſia ſine Miniſtro remaneret, quod & dedeceret, & animabus detrimento eſſet; nam huic reſpondeo rationi fulctus aſſumpto illo, quod indicato, nu. 7. ſcripſi vt pro neceſſitate, vel comoditate Eccleſiæ Epiſcopus aſſumendos ad ordines iudicare valeat idoneos; habẽtes Patrimoniũ, aut pentionẽ, quibus etiã ex cauſis, earumuè altera proculdubio exiſtimo idẽ permittere poſſe habenti titulum exigẽdum ex beneficio, & Patrimonio; quarum ſi neutra adeſſet, ſicuti denegaretur poteſtas promouẽdi beneficio carenti, & Patrimonium retinenti, ita cum victum perciperè aliũde nequiret, quã ex vnito beneficio & Patrimonio; & conſequenter præuia in hoc requiratur diſpenſatio Epiſcopalis, atque ita adducta ratio inconuenientiæ ceſſet; conciliaris diſpoſitio ſeruetur, & ille agnoſcat non rectè ſenſiſſe; eſt tamen euidentiſſimum, quod inibi ſubijcit, vt quotieſcumq; ad titulum huiuſmodi ex beneficio ſimul, & Patrimonio recollectum, quis erit ordinandus, non oporteat in litteris ordinum, ſiue dimiſſorijs exprimere ipſum ad titulum beneficij, & Patrimonij ordinatum, aut ordinandum, ſed dumtaxat beneficialis tituli meminere ſufficiat; vt iuxta regulam iuris, maius dignum complectatur minus dignum, cap. 1. de Iure Patron.

18 Quid verò agendum ſit cum Populus indiget Sacerdote, nec haberi poteſt ob tenuitatem fructuum Parochialis Eccleſiæ, aut alter deſit, qui aliũ titulum poſſideat, ad quem ordinari valeat? & ſeruaretur, quod Concilium præcipit in cap. 13. ſeſſ. 24. de reform. vt in Parrochialibus Eccleſijs, quarum fructus adeo exigui ſunt, vt debitis nequeant oneribus ſatisfacere, curet Epiſcopus ſi per beneficiorum vnionem, non tamen Regularium, id fieri non poſſit, vt primitiarum, vel decimarum aſſignatione, aut per Parochiarum Symbola, aut collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochiæ neceſſitate decenter ſufficiat. Hæc; Sacrum Concilium; cuius dicta comprobabit ſanè reſolutio illa veriſſima apud ſcribentes, vt Parochiani ex Præcepto naturali, & Diuino teneantur ad oblationes Præsbyteris miniſtrantibus ſpiritualia, exibendas, cum ipſi indigent; neque vnde victum quærere habeant; ex reſolutione Abb. in cap. 3. num. 6. de pign. & in cap. cauſa poſt num. 2. de verbor. ſignif. Roman. conſ. 344. in caſu poſt num. 3. Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 17. num. 3. hinc legimus in cap. omnis Chriſtianus de conſecrat. diſtinct. 1. vt omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre; & Hoſt. in Sum. de Paroch. §. in quibus, verſ. in his, affirmat; quod Parochiani debent in præcipuis feſtiuitatibus oblationes exhibere, vt in dominicis, alijſque præcipuis diebus feſtiuis, & non mirum ſi ſtatutum reperitur, nè Præsbyter aliquis, prædictis diebus recipiat Parochianum alterius, ne damnificetur Parochia, cui tunc tenebatur ad oblationes, vt ſcribit Aſtaſanus lib. 6. tit. 32. quæſt. 6. in princ.

Poſthæc ſubijcere decreui reſponſum à me datum, ac votum cuidam Epiſcopo à me expoſcenti modum, quo ſubuenire potuiſſet, cuidam Parocho fructus longe tenues habenti; Cuius quidem Reſponſi verba ſunt.

Parrochialis Eccleſia Sancti Nicolai delle Franche, litterẽſ Diœceſis habet fructus valde tenuos, quandoquidem vigintiocto ducatorum ſummam non excedunt, quorum maior pars non niſi poſt quatriennium exigitur cum ſyluæ, earumque arbores cœduntur; & quod peius domus non adeſt ad habitandum, ob quod Parochi ex eo caſali non originarij, coacti fuerunt extra caſale habitare; quæritur quid faciendum?

Reſponſio

Responsio.

19 Parochianos cogendos esse opportuna suppeditare alimenta proprijs curatis affirmant Abb. in Rub.de Paroch.in cap. de rectoribus, num. 6. de Cleric.ægrot.in cap. significauit, num. 8. de præb. Roman.consil.344.num.4.Couar.lib. 1. variar. resolut.cap.17.num.2.vers. quarta ratio, & cumulatius,num.3.Francisc. Sarmiento in tract. de reddit. Eccles.part.3.cap. 4. num. 12. Didac. Spino in suo specul.testam.glos.3.nu.62.Osasch.decis.99.nu.17. Guttierez Canon.99.cap.21.num.139.lib. 2. & Petrus Barbosus post alios in l.alia §.eleganter, nu.19. ff.solut.matr.extatque l.9.tit.19.par.1.& inibi Gregor. Quibus accedit assumptum illud, quo Parochiani astringuntur contribuere etiam oneribus Parochiæ, nempè si reparatione, aut reconciliatione indiget, Lamber.tract.de Iure patron.artic.13. q.2. princ.lib.3. num. 8. nisi vsu fuerit aliud obtentum; siquidem vt cognoscatur, quis condemnandus in posterum veniat pro restauratione Ecclesiæ, oportcat inuestigare obseruantiam, ex Beroo cons. 3. num.1.lib.1.& Iosepho Ludouico, conclus. 38. illatione 135. ipsæq; latè scripsi, decis.37.

Et sicuti cum necessitas cogit nouam ædificare Parochiam, neque fructus antiquæ suppetunt pro alimonia antiqui, & alterius de nouo creandi Parochi, Episcopus compellere debet eosdem Parochianos, vt nouæ Parochiæ curato subministrent alimenta per Host.in cap.ad audientiam, num.3. & Abb.post num.7.de Eccles.ædif.vel repar. Syluan. in tract. de bens. part. 1. quæst. 5. post num.168.ac nouissimè Concilium Tridentinum in cap. 4. sess. 21. de reform. ita quidem, & multo magis cum antiquæ parochiæ curatus eget. Quod tandem decidit eiusdem Concilii Tridentini canon in cap. 13.sess.24.sub rub.de reform.his verbis. In parochialibus etiam Ecclesiis, quorum fructus equè adeo exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere: curabit Episcopus, si per beneficiorum vnionem, non tamen regularium, id fieri non possit, vt primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per Parochianorum symbola, aut collectas, aut qua comodiari ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat.

Eaque potissimum concinit ratio, conuenire ab eis temporalia metiri, à quibus spiritualia seminantur, iuxta D.Pauli dictum 1.Corinth. 9. cuius meminit textus in cap. si Episcopus de offic. ordin. in 6.

Quinimmo denegare alimenta est vnum de illis peccatis, quæ dicuntur clamare ad cœlum, Iacob.5. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, & clamor eorum in aures Domini Sabaot introiuit; iccirco inter hos numerari denegantes alimenta curatis, tuetur Ioann.Gropper.in lib.de institut. Catthol. pag. 196.& sequitur Sarmiento in loco supra citato.

Quin etiam vt hæretica damnata fuit in Concilio Constantiensi, quorumdam sententia, qui isthęc alimenta, & vitæ subsidia Clericis negari posse constanter asseuerabant, teste Couar. indicato loco.

Nec tantum pro curato, sed pro ministro etiam præstanda sunt ex his, quæ congerit præfatus Spino post num.62.& tradit Anchar.in cap.1.sub num.2. de præb.in 6.

Aliqualis tamen extat in præsenti casu dubitatio ob id, quod præfata Ecclesia est de Iure patronatus Laicorum.

Verum hoc non obstante credo idipsum dicendum, & tenendum; propterea quod Concilium, & Doctores relati haud distinguunt; itaque neque nos distinguere possumus l.de præcio ff.de publ. in rem act. Præterea eadem militat decidendi ratio per l. illud ff. ad leg. aquil. scilicet ratio commodi, quod ipsi sentiunt, qua profectò ratione adducti præfati doctores ad illam tradendam conclusionem deflexerunt; ac demum Lamber. adducto loco, qui hanc litem expresse diremit, dum Ecclesiæ patronatæ onera, si curata illa sit, Parrochianos subire dixit; contribuendo cum aliis per ipsum relatis in d.num.8.

Quod tum maximè locum habebit, si vera erit eiusdem Lamber.resolutio in eodem artic. & Rocchi de curte in verbo onerosum, num.7.ne teneantur Patroni contribuere in ipsis oneribus patronatæ Ecclesiæ, & exemplificant in reparatione, & reconciliatione, & consequenter videatur idem dicendum, vt neque ad augendam dotem.

Et quatenus verior esset resolutio Abb. in cap. ad audientiam, nu.5.de Eccles.ædif.& Didaci Spino in eadem glossa 3.post num.12. qui in hac specie de alimentis præstandis dixerunt; patronos ad illa præstanda cogi posse per Episcopum, & sufficienter dotandum si voluerint exercere patronatum, aut etiam principaliter, quia ex constructione, tacite, se ad id obligarunt iuxta cap. cum sicut de consecrat.Eccles.vel altar.vbi Abb. subnectit hunc esse vnum ex casibus, in quibus Laicus subest Iudici Ecclesiastico, & videtur conclusio rationabilis, vt patroni compellantur, quia sentiūt etiam ipsi commodum, nedum in potentia, cum ad inopiam vergerent, sed in actu propter præsentationes, quas continuo faciunt, quæque inter fructus numerantur Felyn. in cap. cum olim sub nu. 2. de maior. & obed.ac in repert. vers. Præsentatio. Non inquam sunt propterea immunes ipsi Parochiani ab hoc onere ex rationibus antea relatis, sed crederem, quod cum non esset patronata, ipsi tantum compellerentur supplere alimenta, nunc quia patronata compellantur contribuere, vna cum eisdem patronis, atque illi cum ipsis.

Est verum quod Lenius procedendum esse consulerem, cum patronis, quam cum Parochianis; tum quia controuersia est, si Patroni teneantur, quę cessat in Parochianis; tum quia ipsi Parochiani maiorem proculdubio sentiunt vtilitatem, & commodum; tum demum, quod eorum solet esse maior numerus, ac propterea onus facilius sufferunt, si diuisio inter eos fiat pro necessaria quantitate, & summa. Consulerem tamen, neque cum istis nimis rigide procedendum, sed lente, præmittendo complures monitiones, ac pro competenti summa, neque interea eis subtrahi Sacramenta, eorumque administrationem ab ipso Parocho, sed ea omni vigilantia ministrari, ex resolutione omnium, quam Couar. in loco citato commendat, insequiturque relatus Osaschus, Verum Iudicis officio compelli, vt iidem Couar.& Osasch.aiunt, etiam proce-

procedendo contra illos ad excommunicationem proferendam, addit poſt Sot. lib. 9. de Iuſt. & Iur. q. 3. art. 1. idem Guttierez ſub dicto, num. 139.

SVMMARIA.

Pœna quænam ſit promouentis, ac promoti ſine titulo, nu. 1.
Alimenta ſubminiſtranda ordinato abſque titulo, quibus concurrentibus decernenda ſint, num. 2.
Sint nè præſtanda habenti geniorem diuitē? n. 3
Filius Imperatoris, vel Regis, an Auguſtus, & Rex poſſit nominari, proprio aduiuente Parente, num. 4.
Quo titulo honorentur hoc noſtro æuo filij Regum adhuc viuentium? num. 5.
Ad Imperium non propagatione naturali, ſed electione tantum perueniri demonſtrantur, num. 6.
In Regem prius eligitur, qui ſucceſſurus poſtmodum eſt ad Imperium. nu. 7.
Pater filium alere coſtringitur, & quomodo, & quibus in caſibus dilatetur, num. 8.
Legitima ſolum filio debetur poſt patris interitum, eaq; qualis eſſe debeat, & quomodo perſoluenda, num. 9.
Pater prohibere poteſt diuiſionem ad certum tempus, licet nullum perpetuum onus in legitima apponere, num. 10.
Quando debeatur, qui renunciauit bonis paternis, maximè ſi propter aſſignatam dotem, ſed non ſufficientem? nu. 11.
Legitima priuatur filius ob ingratitudinem, & alias conſimiles cauſas, num. 12.
Alimentis quoque ob illas priuari defenditur, num. 13.
Filio volenti ſuſcipere ordines, ſuccurrere parens tenetur, & ei conſtituere Patrimonium, ad quod per Iudicem quoque compelli poterit, num. 14.
Ita ſi velit matrimonium contrahere, vt ſibi donationem conſtituat propter nuptias, nu. 15.
Ac filia ſi virum ducere intendat ad ſibi perſoluendam dotem, num. 16.
Beneficio à promouente collato, & ab ordinato euicto, promouens iterum cogitur prouidere ordinatum, num. 17.
Itidem ſi titulus chaſmate perijt, nu. 18.
Similiter ſi promotus habeat titulum inſufficientem, nu. 19.
Aut cum ordinatore pactus ſit nolle petere alimenta, nu. 20.
Quin, & ordinatoris ſucceſſor, ad id tenetur illo mortuo, num. 21.
Iſta tamen alimenta, an præſtanda ſint, etiam ordinato recuſanti in domo ordinantis commorari, nu. 22.
Ordinati ſine titulo impetrare poſſunt à Papa reſcriptum, quo ordinans conſtringatur, num. 23.
Reſcriptum in forma pauperum in multis caſibus non ſuffragari refertur, nu 24.
Ordinatus an inhabilis reputari ad beneficium ſimplex, deinde poſſit? num. 25.
Beneficium habens annexum ordinem ſacrum, ſi quis obtinuit à Papa, an ſit rurſus examinandus ab Epiſcopo tempore collationis annexi ordinis? nu. 26.
Reſcriptum in forma pauperum vtrum ſit ſubreptitium ſi penſionis, quæ poſſidetur non meminerit, ſub eodem nu. 26.
Beneficiorum vſu impetratione eſt facienda mentio obtentorum, & pentionis, &c. nu. 27.
Reſcriptum in forma pauperum, quando ſuffragetur: & quæ continere debeat, nu. 28.
Promoueri valeat ne, quis ad titulum beneficij conſiſtentis in diſtributionibus quotidianis, num. 29.
Ordinatus ſub ementito titulo, an contrahat ſuſpenſionem? nu. 30.
Retroceſſio tituli antecedens promotionem; nullius eſt validitatis, nu. 31.
Simonia an committatur in his retroceſſionibus num. 32.
Ordinatus ad titulum beneficij, quod in ſpe habet non in re, incurrit ſuſpenſionem, nu. 33.
Suſpentionem non eum incurrere in aliquibus qui recenſentur caſus, quamuis in eis videtur prima facie ſine titulo promotus, nu. 34.
Titulus iſte haud exigitur cum regulari volente ordinibus etiam ſacris inſigniri, nu. 35.
Niſi tamen profeſſionem nondum emiſerit, n. 36
Regularis autem Profeſſus, ſed nulliter, qua dictarum deciſionum foueatur, quæritur, n. 37.

Capitulum Quintum.

1 POenam ſubijcere nunc locus eſt, quam Iura, tùm antiqua, tùm noua expetunt à conferente ordines, cuicumque titulum non habenti, quamque ab alijs, ita promotis; & memoria repeto antiquitus ſine præfato titulo ordinatos caruiſſe ordinum executione ad iniuriam ordinantis iuxta cap. neminem, & cap. Sanctorum 70. diſtinct. poſtmodum veró conſtitutum fuiſſe, vt qui aliquem illum non retinentem, ad ſacros auderet aſſumere, compellatur eidem tantum ſubminiſtrare, vnde poſſet honeſtè viuere, per cap. 2. de præb & clarioribus expreſſit verbis Alexander Tertius in Concilio Lateranenſi, de quo in cap. Epiſcopus de præb. atque ideo non ſeruandum, quod prædeceſſores

...res Pontifices in citatis capitulis, neminem, & Sanctorum, voluerunt, irritas, & inanes decernentes (scilicet quo ad executionem) ordinationes eorum, qui sine certo titulo promouentur, idque in iniuriam ordinantium; successores tamen benignius agere cupientes, tandiu per ordinatores, & successores eorum prouideri ordinatis constituerunt, donec ipsi Ecclesiastica sint assecuti beneficia, vt asserit Innocent. Tertius in cap. cum secundum de præb. cui successit postea conciliaris in hac re dispositio, Tridentinæ Synodus, certam non exprimentis pœnam, sed antiquorum canonum simpliciter innouantis; ex cuius verbis non inepte dubitatur á scribentibus, an Concilium innouet pœnas allegati c. cum secundum; an veró cap. neminem, & cap. Sanctorum; an demum omnium prædictorum canonum; & cœteris omissis, sedet animo meo, vt omnium relatorum Canonum pœnas innouet; tùm quia vtitur plurali numero, inquiens, pœnas innouando, quod in vnā (quam vnusquisque ex illis textibus infligit) verificari nequit, per l. vbi numerus ff. de testibus, tum etiam, quia pœna cap. cum secundum, tantum promouentem afficit, promotique respicit fauorem; ideo iusté credendum est, illam quoque pœnam innouasse, quæ taliter ordinatum castigat; eamque constituerunt cap. neminem, & cap. Sanctorum; illa demum ad hoc firmandum me adduxit ratio, quod Sermo Concilij, generalis apparet, ideoque sit ita intelligendus iuxta leg. illud ff. ad leg. Aquil. quam fouere conclusionem, reperi deinde Maiol. in tract. de irregular. lib. 4. cap. 15. in princip. dicentem; quod Concilium confirmat, & innouat antiquorum canonum pœnas, circa illos ordinatos. Prædictam veró resolutionem non simpliciter admittendam arbitror, sed subscripta præhabita distinctione, vt innouet pœnam cap. neminem, & cap. Sanctorum, quotiescumque ordinatus tantum in culpa fuit decipiendo ordinatorem, & illi mentiendo se habere titulum sufficientem; cui ordinator iusté credens, aut credere debens, ipsum promouit, ne tunc ordinator citra culpam multetur, neque sit compellendus illi prouidere de victu, sed pœnam statutam in capit. cum secundum, dicatur innouare, cum ipse ordinator fuit in culpa, eo quod sciens illum non habere titulum ordinauit, nec malitiosè ordinatus passus est promoueri. Vtramque vero innouet si ambo fuerunt in culpa, vt me docuit Nauarr. consil. 1. quæsitum est, num. 4. & consil. 46. an promotus num. 1. & 3. de tempor. ordin. part. 1. & consil. 1. num. 45. de constitution. nouissiméq; Suarez disput. 31. sectione 1. post nu. 35. & consequenter bené sensijt Innocen. de hac re loquens in cap. intelleximus sub nu. 2. de adul. comendatus ab Imola, & Alex. in l. viro, atque vxore, num. 7. ff. solut. Matrim. quod Episcopus nequit aduersus ordinatum mentito titulo, & petentem alimenta excipere de dolo per ipsum commisso, cum se fecit taliter ordinare, quia non habet locum in hoc casu, Regula illa, quod paria delicta mutua compensatione tolluntur, propter rationes ab eodem Innoc. adductas, ac propterea deceptus est Barbosa contradicens in eadem l. viro sub num. 23.

Nouissimè autem hanc litem diremit iudicium fœlicis memor. Sixti V. in sua constit. quam edidit contra Clericos male prom. qui ordinatorem á collatione quorumcumque ordinum, atque etiam ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensum, atque ab ingressu Ecclesiæ interdictum declarat; & promotum ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuó suspensum pronunciat; & si tam promotus, quam promouens ministret, ipsum decernit irregularem esse, vt aperté ex illa Const. liquet in §. vt igitur, & §. & nihilominus, post veró Clementis VIII. constitut. moderatoriam, cuius roboris sit prædicta Sixti lex, dixi alibi, deduciturque manifesté, ex illius verbis. Illas tamen pœnas infligit inibi Sixtus, vltra alias vnicuique casui inibi expresso, impositas á Sacris Canonibus, vt eiusdem constitutionis verba demonstrant; ideoque si illa nunc in suo robore esset, adhuc vigeret pœna aduersus ordinatorem
2 constituta in cap. cum secundum de præb. vt teneatur prouidere ordinato de sufficienti beneficio, illique interea subministrare vitæ necessaria, nempe secundum qualitatem personæ, loci consuetudinem, Ecclesiæque redditum, Anchar. in cap. si Episcopus, nu. 2. vers. quinto de præb. in 6. & in alleg. c. cum secundum notab. 5. & glosa insignis in cap. Episcopus vers. necessaria de præb. ibique Abb. num. 1. & Ripa lib. 1. respons. cap. 14. nu. 7. atque Menoch. de arbitr. Iudicum lib. 2. casu 169. nu. 14. cent. 2. & casu 520. post nu. 10. centur. 6. ipseq; scripsi plena manu in cap. 3. huius Rub. vers. Verum Episcopus, num. 3.

3 Et nuperrimè firmatam conclusionem, vt Episcopus teneatur prouidere ordinato sine titulo, extendendam fore opinor, etiam si ordinatus Patrem haberet diuitem, nihil tamen sibi assignauit pro victu, aut sua portione Modern. de resign. benef. lib. 2. q. 6. nu. 25. oportet etenim iuxta Concilij dispositionem, vt Patrimonium ab ordinato veré obtineatur, cum caret beneficio in cap. cum non deceat sess. 21. de reform. tametsi de iure communi aliud fuerit, vt inquit Dec. in cap. Episcopus, num. 7. & ibi Imol. de præb. cuius dicti expedit veritatem consectari.

Et primo considero, Episcopum non teneri etiam post Concilium prouidere huic ordinato de beneficio, neque interim de alimentis, quandoquidem ad id non tenetur, quotiescumq; ordinatus titulum beneficij, vel patrimonij habet; & nonnè, qui Patrē habet diuitem, Patrimonium potest dici habere? vtique respondendum videtur; nam in vita Patris Dominus quodammodo dicitur, ac propterea post illius interitum non nisi administrationem adipiscitur l. in suis ff. de liber. & posth. & consequentia probatur in iure; Pater est diues, ergo filius diues; nec filius, aut filia pauper appellari debet, cuius parens diues est. Barth. Soccin. conf. 121. præmittenda nu. 49. vol. 3. nulla enim ratione pauperes iudicare valemus, quos Parentum opes sustentare possunt, Abb. in cap. 1. per illum textum, nu. 1. ibique Felyn. etiam nu. 1. de Magist. Bal. in l. 2. in fine C. de legit. hæred. & alij omnes assentiuntur, nam quod alter ipsorum

ipſorum habet, & alter habere iuſtè cenſetur, ex ſententia Alexandr. in l. in ſuis, poſt num. 5. ff. de lib. & poſth. hincque infertur ad caſum auth. præterea, C. vnde vir, & vxor. nè dicatur alter prædictorum inopia laborare, cuius Pater diues eſt, vt concludit Cuman. conſ. 132. duo fratres, num. 1. & in adducta l. in ſuis; atque Alex ſuper eadem auth. illa num. 11. Hinc Veronen. notabiliter concluſit ſuo in Conſilio crim. 21. ego Bartholomæus, vt diſpoſitio ſtatutaria, ſi extet, præcipiens, manum amputandam eſſe condemnato pro delicto ad certam pecuniarum quantitatem, ſi pecuniam illam perſolucre non valeat; huiuſmodi diſpoſitio locum non habeat in eo, cuius Pater eſt ſoluendo; atque inde deueniunt alij permulti Scriptores ad alia vtiliſſima, hucque ſpectantia; etenim his temporibus, ſi mos ille vigeret, qui & olim ex antiquis legibus Romanorum conſtat viguiſſe, ne aliquis eligeretur ad officium, qui libras mille, vel circa non habetet in bonis, teſte Plinio Iuniore lib. 1. Epiſtolarum ad Romanum firmum, & Horatio his Verſiculis id tradente in Epiſtolis.

Si quadringentis ſex, ſeptem milia deſunt
Eſt Animus tibi, ſunt Mores, & lingua fideſque
Plebs eris.

Si igitur præfatus extaret vſus, vtique bona Patris prodeſſent ſoboli, tanquam ſua ipſius, & cooptari poſſet in eum ordinem, & magiſtratum, vt aſſeuerarunt plerique doctorum, præſertim Bald. in l. ſciendum, num. 8. ff. qui ſatiſd. cogant. ibique Iaſon poſt num. 28. Dec. conſ. 443. in caſu, num. 3. & Cuman. conſil. 132. duo fratres, poſt num. 1. ſubdens Albericum in l. in ſuis ff. de liber. & poſth. aſſirmaſſe, ipſum de conſilio aliorum peritorum conſuluiſſe Pergami, ad officium, ad quod non niſi habens trecenta in bonis, aſſumi poteſt; eligi filium non prohiberi, cuius genitor illa habeat; idemque Soccin. in leg. plerique, num. 36. ff. de in ius vocando Iaſ. in l. filius paciſcendo num. 3. C. de pact. Bartholom. Soccin. conſil. 30. in cauſa dominæ, num. 6. volum. 3. & conſil. 121. præmittenda eſt, num. 47. eod. volum. Corneus conſil. 268 in hac conſultatione poſt num. 4. volum. 3. atque ideo, non fine ratione dixit gloſa in leg. cum hæreditas C. depoſit. quod vbi eſt ſuus hæres, non conſideratur hæreditas iacens, cum illo viuente eſſet
4 iam Dominus, exinde videmus, quod filius Imperatoris, in vita Patris dici poteſt Auguſtus, gloſa in cap. Adrianus verſ. Auguſtus 63. diſtinct. filius Regis poteſt Rex denominari, ſuperſtite Genitore, cap. final. 24. quæſt. 1. ac filii Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum: Principes, Duces, Marchiones, & Comites appellari valent, eorum nondum Parentibus defunctis Iſern. in prælud. feudorum, num. 33. ibique additio littera G. idem Iſern. in cap. Imperialem §. Præterea ſi inter duos, num. 80. de prohib. feud. alien. per Feder. Loffred. conſil. 17. num. 39. 48. & 58. Abbas in capitulo tanta num. 10. ibique additio, qui filij ſint legitimi, nec non filij Baronum, Patribus adhuc viuentibus poſſunt Barenes nuncupari, Freccia tract. de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux, num. 21. fol. mihi 105. Iſern. in Conſtitur. Regni Proſ. quentes, in verbo militaribus; quamuis ipſemet Freccia tenuerit contrarium in eodem tract. lib. 1. cap. 2. incipiente vidimus, num. 17. tanquam iſti dignitate careant. verba autem in hac re tradita hucuſque, Lector perpendat, illos etenim iſtis nominibus in eorum parentum vita appellari poſſe concluſi, non autem, quod ipſi hodie ità nominentur; quandoquidem vſus ab hinc centum annis ſeruatus, & vltra, omnibus oſtendit, eos in vita Genitorum alio titulo, quam Paterno honorari; Namque
5 ſucceſſurus in Imperium, Rex appellatur Romanorum, & coronatur; Primogenitus Franciæ Delphinus dicitur, eo quod Delphinatui præeſt, illiuſque ſuſcipit adminiſtrationem; Primogenitus Angliæ, Princeps Brittanniæ, vel Vualliæ intitulatur, teſte Fratre Hieronymo Pollino in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 1. cap. 2. atque in ſpecie de filio Regis Franciæ, quod ſolitus ſit vocari Delphinus, atteſtatur Rebuff. in concord. Rubric. de Regia ad Prælat. nominat. §. 1. verſ. Delphinatu, & vocatur Delphinatus ab Imberto Delphino, qui cum ſobolem non haberet Philippum Valleſium Galliæ Regem illius Principatus hæredem inſtituit; & paulo poſt certam pecuniæ ſummam pro tali Principatu ab eodem Philippo accipiens, & mundo renunciauit, & Lugduni Regulam Ordinis Prædicatorum profeſſus eſt, vt teſtatur Gaguin. in Hiſtor. Franciæ lib. 8. & ab eo tempore Franciæ Reges Viennam, ac Delphinatum poſſederunt. Primogenitus verò inuictiſſimi, & Catholici Regis Hiſpaniarum, Princeps Hiſpaniarum eligitur, atque olim tempore Regum Aragonum dominantium Regno, vtriuſque Siciliæ, Ducis Calabriæ titulum aſſumebat. Nec Lectori videatur à veritate alienum, quod de Imperatore, Regeque Romanorum auſus ſum aſſeue-
6 rare; namque ad Imperium, tametſi non dubitetur, quin non propagatione naturali, ſed dumtaxat electione Principum perueniatur (quod nobis vndique conſtat, ac præſertim ex cap. Venerabilem de elect. & annotatis per Molinam tract. de Iuſt. & Iure tract. 2. diſput. 24. & cœteris luculentius per doctiſſimum Bellarmin. in ſuis tribus libris de tranſlat. Imper. præſertim lib. 2. tomo 2. Zabar. in ſuo compendioſo Conſilio poſtremo, de Imperatore multa congerens, atque ex antiquis, id præ alijs nos edocet Otho Friſingenſis lib. 2. de rebus geſtis Friderici Primi, cap. 2. vbi id iuris inquit, Romani Imperij apex, videlicet non per ſanguinis propaginem, ſed per Principum electionem Reges creare, ſibi tamquam ex ſingulari vendicat prærogatiua) nihilominus omnium Hiſtoricorum conſenſus adiungit, conſueuiſſe Imperij
7 Electores adiuiente Imperatore eligere Regem Romanorum, qui ſit Immediatè ſucceſſurus in Imperium, vt ex Hiſtoricis affirmat Guizzardinus lib. 13. folio mihi 390. & è noſtris, gloſa in adducto cap. Venerabilem, & verba indicant clem. 1. de Iure Iurando ibi, Ego enim Romanorum Rex annuente Deo futurus Imperator; ad hanc tamen Regis electionem procedere vetitum eſt

Q 2 electori-

electoribus, antequam Imperator auream suscipiat Imperialem coronam, vt idem Guizzard. illic affirmat, & è nostris Dec. in cap. eam te, nu. 17. de Rescript. Bar. in l. ex eo, nu. 2. ff. de testam. milit. & succurrunt eiusdem clem. verba; sed nè eius rei ignarus redarguar, quod á multis in hac specie annotatur, illud saltem delibare non omittam, quod scilicet præfata clem. 1. citatusq; textus in c. Venerabilem, alijq; complures, de hac re loquentes, explicentur de quocumq; ad Imperium assumpto, cum semper is eligatur in Regem, non autem in Imperatorem; deinde vero per Summum Pontificem, vnctione, consecratione, & coronatione promoueatur ad Imperium; quodq; ipse propriori loco, Diuina spirante aura explicabo, nunc Lectorem remittens ad notata per Io. Vgon. in libro quadruuij Ecclesiæ, car. 29. §. sed &. Itē, ad notata per Abb. indicato c. Venerabilem, atq; Restaurum in tract. de Imperatore q. 10. iuncta q. 45. sed cuius Regni tunc dicatur Rex in controuersiam quoq; ducitur; Quippe quod Io. And. in eod. c. Venerabilem, existimat in Regem Alemaniæ ipsum eligi, in Regem vero Romanorum credidit ibi, Io. Calder. cuius quidem sententia, fulcitur verbis textus in d. clem. 1. §. nos itaque, ibi dictus namq; Henricus, quamprimum fuit in Regem Romanorum electus: confirmatur præterea verbis §. nos, & §. ceterum, eiusd. clem. atq; ideo rectè Abb. loco mox citato, affirmare in vtraq; dubietate, arbitror, vt electione Rex Romanorum, coratione vero Imperator appelletur, quæ extra materiam incassum me addidisse, ne quæso asseueret lector, id enim effeci, vt obtrectatoribus ansam subtraherem, quod illum antea relatum tradiderim intellectum verbis præfatæ clem. & crediderim procedere in eo, qui adjuuente Imperatore eligitur Rex Romanorum, sitque futurus Imperator post viuentis interitum; qui longè distare videtur ab alio præfatorum doctorum simpliciter affirmantium, procedere in quocumq; electo, vt sit Rex Romanorum, vsq; ad coronationem; ex tunc verò Imperator, & consequēter mortuo Imperatore fiat electio alicuius personæ, vt statim præsit Imperio, & illicò dicatur Rex Romanorū, futurus Imperator per coronationem.

Præterea quod Episcopus non dicatur obnoxius vt prouideat ordinatum sine titulo, habentem Patrem diuitem, videtur probari ex verbis D. Hieronymi, relatis in c. clericos 1. q. 2. & c. vlt. in fine 16. q. 1. vbi clericos illos conuenit Ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus Parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona; qui autem bonis Parentū & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt sacrilegium profectò committunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant, & bibunt. Sed iste Parentis opibus commodè alimētari valet, necessariò infertur, nè debeat ex stipendijs Ecclesiæ subsidium vitæ consequi.

Alia ratio hanc fouens opinionem colligitur, á cessante ratione dedecoris, qua moti Summi Pontifices sanxerunt, Episcopum compellendum esse prouidere ordinato, & titulo indigenti; si etenim Patrem opibus affluentem ordinatus habeat, nequegere potest, neque cum ordinis Clericalis dedecore mendicare, tum viuo, tum extincto Paren-

8 te; nam viuens Pater, Filium alere constringitur l. cum oportet §. cum autem C. de bonis, quæ liber. l. si quis à liberis, iuncta l. non quemadmodum ff. de liber. agnosc. Ias. in l. in suis, num. 8. ff. de liber. & posth. Barthol. Soccin. consil. 30. in causa, num. 7. notab. 13. volum. 3. Afflict. decis. 10. vxor, num. 4. adeo, vt hoc subsistat, etiam si litem cum Genitore haberet, iuxta l. qui de inofficioso ff. de inoff. testam. & l. si instituta §. de inofficioso ff. eodem titulo, Afflict. decis. 11. Soror, in fine, vbi extendit æquitatem dict. leg. si instituta, vt procedat in prima instantia; quin etiam potest filius Patrem compellere ad sibi præstandos sumptus, & expensas in studio leg. de bonis §. non solum ff. de carbon. edicto, qui quidem textus, quamuis non meminit Patris, nihilominus ad ipsum ampliant glosa inibi, Doctoresque & in leg. Macedoniani. C. ad Senatus Consul. Macedon. Vital. Nemantens. in tractat. de collation. q. 5. num. 11. in finalibus verbis, Barth. Bologn. in repetit. auth. habita, num. 167. C. ne filius pro Patre, Rebuff. tract. de Priuil. Scholar. Priuil. 53.

9 Non etiam post obitum parentis potest egere, illi namque, saltem legitima omni grauamine, & onere inanis, tunc debetur, leg. quoniam nouella, & leg. quoniam in Prioribus, C. de inoffic. testament. super qua, cæteris Fusius scripsit Rodericus Suarez, cuius scripta (si placebit) percurrat Lector; Est præterea immunis ipsa legitima ab omni conditione, scilicet perpetua, tametsi onere

10 aliquo temporalis conditionis á Patre possit deuinciri, nempe prohibendo diuisionem ad statutum tempus, leg. in hoc Iudicium §. si conueniat ff. comm. diuid. Gramm. decis. 7. Magnificus nu. 1. & communis est sententia teste Viuio lib. commun. opinion. verbo legitimæ nullum grauamen; perpetua verò (vt conclusi in ea imponi nequit conditio, per adductos auctores, cum in ipsa filius dicatur quasi creditor Alexan. consil. 45. habita post num. 11. volum. 1. Corneus consil. 282. circa primum, num. 1. volum. 1. illaque, vt æs alienum merito à Doctoribus existimatur, Corne. consil. 48. in hac consultatione, num. 24. volum. 2. & Bald. in leg. 2. post num. 10. C. de lib. præt. neque etiam sub conditione casuali, glos. 1. & ibi Bart. in l. si pater, C. de instit. & substit. idem Bart. in dicta leg. quoniam in prioribus, & Corn. consil. 301. circa consultationem, nu. 6. volum. 4. & cons. 116. difficultas, num. 19. volum. 2. & quamuis ipsa, nonnisi post æs alienum, & funeris impensas præstanda sit, leg. Papinianus §. quarta, ff. de inoffic. testament. Dec. consil. 89. viso puncto, num. 5. attamen liquido patet, ante cœtera omnia, & in omnibus detrahi legitimam, etiam ante legata quæcumque, Alex. consil. 175. contingit, num. 2. volum. 6. Corn. consil. 140. circa hunc, post num. 1. volum. 1. & cons. 180. multitudo num. 14. volum. 4. atque adeò, ante legata pia, per eandem leg. Papinianus §. si Imperator ibique Bartol. & glos. in l. si quis ad declinandam vers. simili modo C. de Episcop. & Cleric. Alexand. consil. allegato 45. post numer. 11. & succurrit text. in capit. final. 17. quæst. vltima; nec non ante legata remuneratoria, ea scilicet, ad quorum solutionem, alias cogi hæres non potest leg. qui vxori ff. de auro & argento legato; quinimmo

immo, vt ante relictas libertates, ipſa obtineri valeat, atque ex illis detrahi, his temporibus indubitati Iuris eſſe, nos edocet textus in §. prohibemus in author. de trient. & ſemiſſ. quo quidem fuiſſe in hac parte correctum textum in adducto §. quarta, nemini conuenit amplius dubitare, illa præterea debetur ex vniuerſa ſubſtantia, & proprietate bonorum tempore mortis teſtatoris. Corn. conſ. 265. circa primum in princ. vol. 1. nec poteſt vſufructu defraudari per auth. nouiſsima, iuncta. l. ſcimus. C. de inoffic. teſtament. fructus autem minimè computari in legitimam omnibus notum eſt, ex eadem l. ſcimus §. repletionem, & l. iubemus C. ad Trebellian. ſicuti olim computabantur, per eamdem l. Papinianus, §. ſi creditor ff. de inoffic. teſtament. ac propterea non tantum legitimam, in proprietate, ſed etiam, & illius fructus á die obitus Parentis conſequi filius debet Corn. adducto conſil. 265. poſt num. 1. per text. in l. Papinianus §. vnde ſi quis ff. de inoff. teſtament. ibi cum debitam portionem. & eius fructus habere poſsit; atque iterum, quoniam facilè poteſt debitam portionem, eiuſque fructus medio tempore colligere.

11 Quin illa debeatur etiam filiæ renuncianti bonis paternis, ac maternis; quamuis enim pactum illius de non ſuccedendo Patri irritet Ius Ciuile in l. pactum dotale. C. de collat. approbet verò Ius Canonicum ſi additum fuerit iuramētum in cap. quamuis pactum el 2. de pact. in 6. nihilominus etiam nunc reſpectu legitimæ, non admittit ius idem Pontificium, & illo non obſtante quæit eadem filia legitimam petere, & conſequi, teſte Fuſco ſingul. 3. lit. F. Michaele Graſſo lib. 1. commun. opin. cap. 10. quæſt. 3. & 4. Alphano Collect. 435. Gram. deciſ. 101. num. 6. Afflict. deciſ. 178 num. 3. Serafin. de priuil. Iuram. priuileg. 70. à num. 10. & Guttier. de Iuram. confirm. part. 1. cap. 19. ita quod ſi talem fecerit renunciationem propter dotem ſibi aſsignatam, contrauenire valeat ſuppoſita enormi læſione probat Cenedus in Collect. 10. num. 3. ad ſextum Decretal.

Sed prędictis non obſtantibus rationibus, non eſt huic opinioni quieſcendum, at potius contrariæ, & affirmatiuę aſſentiendum, namq; dum illi eſt patrimonium aſsignatum, illud alienare nequit, vt copioſè dicam, ſi Deus dabit, integro capite ſequenti cum verò illud ſibi non conſtituitur, multa quidem curſu temporis contingere poſſunt, ob quæ iſtius Pater veniret proprijs bonis ſpoliandus: tuncq; filius cogeretur vitæ alimenta oſtiatim petere, ſcilicet ſi aliquod patraret delictum, ob quod in fiſci ius reducenda forent illius bona, vt ſi crimen læſæ Maieſtatis, quando filijs ſuis vita pro miſericordia conſeruaretur l. quiſquam C. ad legem Iuliam Maieſt. vt ſint perpetuo egentes, & pauperes, cap. ſi quis cum militibus 2. quæſt. 1. aut etiam idque multo conuenientius, ſi crimen hæreſis cap. Vergentis de hæret. quibus ſanè caſibus, neque viuens illum poſſet alimentare, neque moriens legitimam relinquere, ac propterea mendiciſsimus filius compelleretur quæritare, non ſine Clericalis ordinis maximo dedecore, his tamen adiungo id euenire poſſe, poſtquam ille filius ordines ſuſcepit; antea vero, ſi parens talia auderet exequi facinora, nequiret filius inſigniri ordinibus, iuxta ea quæ pleniori manu differo in Rub. de perſon. prohib. promou. cap. 30. num. 4.

Et quatenus nihil prædictorum committeret, nonne ſua poſſet dilapidare bona? & conſumpto patrimonio, ipſe, & filius egere? meritó, vt iſthæc ceſſent, perneceſſe eſt illi portionem aſſignare, ad cuius titulum valeat ordinari, eo quod non amplius erit alienabilis, & conſequenter, neque ordinatus erit egens; itaque non aſſignetur, quamuis in dubio videatur pro titulo aſſignatum, quia tamen ſi euincatur, compelleretur Præſul ordinator ad prouidendum de beneficio, & interea de alimentis per Imol. in cap. tuis quæſtionibus ſub num. 4. de præb.

12 Alia præterea eſt optima ratio, nam filius, tametſi præteritus in cauſa ſit, ne teſtamentum valeat l. inter cœtera ff. de liber. & poſth. nihilominus ob ingratitudinem, aliaſue cauſas eumdem poſſe etiam legitima priuari, textus probat in §. aliud quoque capitulum in auth. vt cum de appell. cognoſc. Marcus Mantua tract. de legitim. filior. verſ. verum quomodo poteſt: Cauſarum autem id operantium, quatuordecim enumerat textus in adducto §. aliud quoque capitulum, & gloſ. in cap. quintauallis de Iure iurand. præter quas non aliæ deſunt eumdem operantes effectum, modo illis conſimilès aut grauiores ſint, vt firmat Angel. in l. lex. Cornelia ff. de minor. Hippol. de Marſill. ſing. 78. plures ſunt cauſæ Alexand. in l. ſi quis id quod nu. 18. ff. de Iuris omn. Iudic. & conſ. 203. ſuper Themate, num. 5. vol. 2. Ripa in repet. legis final. num. 137. C. de reuoc. donat. Petrus Gerard. ſing. 1. Afflict. in cap. 1. §. ſed quia num. 29. quæ fuit prima cauſa benef. amiſſ. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius verſ. in eodem teſtamento relinquens el 2. nu. 29. de teſtam. Curtius Iunior conſ. 82. & communem eſſe opinionem affirmat Iaſ. in auth. non licet nu. 7. C. de liber. præter; idque etiam ſi filio ſuperueniat furor, qui non purgat cauſam ab illo commiſſam, Bart. in l. ex facto poſt num. 19. ff. de vulg. & pupill. & communiter ſcribentes, teſte, Iaſone in leg. Patre furioſo, num. 42. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien iuri Ripa in l. fin. num. 227. C. de reuoc. donat.

13 Quinimmo ex his memoratis cauſis, aut vna ipſarum denegari poſſunt etiam alimenta filio in vita Parētis, ſecundum gloſam in §. ſiue igitur verſ. habere in auth. de trient. & ſemiſſ. & Bar. in l. Diuus in fine ff. ad leg. Pompe. de Parric. Abb. in cap. cum haberet ſub num. 10. de eo qui duxit in Matrim. quam poll. per Adult. Petrus Cerardus de Petra ſanta ſingul. 1. & eſt textus apertus in l. ſi quis à liberis, §. idem Iudex ff. de liber. agnoſ. & conſequenter, ſi viuente Patre veniret priuandus alimentis, atque legitima poſt mortem, quis dubitat hunc inopiæ ſubiturum periculum turpitudinis plenum, & infamiæ?

Cōſtabilita igitur remanet vti verior reſolutio tradita, n. 3. vt Antiſt. debeat beneficiū cōſerre ordinato, & carēti titulo, & habēti patrē diuitē, conſulerē tamen Præfato Reuerēdiſſimo Domino, nè pretermittat omni conatu ſuum in hac re emēdare errorem

rem, illius Parentem exorando, eiusque liniendo dictis animum, inducere, vt filio Patrimonium constituat; id enim si assequatur, exemptus profecto erit ab onere illi beneficium conferendi, alimentaque præstandi; quod si renueret ille assentiri suæ iustæ petitioni; eumdem procuret iuris remedijs compellere ad præstandum filio alimenta, ne ipse promouens teneatur interea prædicto ordinato, illa subministrare; cum veró omnis abesset spes, circa persolutionem illorum ex Paternis bonis, eo quod illa fuerint fortasse á Patre consumpta, aut propter delictum Paternum confiscata, vel ob proprium in Patrem commissum, eidem iustè denegata, non prætermittat ordinator, incontinenti conferre illi beneficium, atque interdum alimenta elargiri.

14 Sed quid sentiendum sit cum filius vult promoueri, ei tamen denegat Parens constituere iustum Patrimonium, an possit Genitorem constringere Iuris remedijs, vt illud sibi assignet? & affirmo per Auen.respons.17.nu.4.Sanc.lib.4.disp.26.sub nu.7. cum liceat argumentare à Matrimonio Carnali ad spirituale, per c.inter corporalia, de translat.Prælat. l.Sancimus C.de Sacr.Eccl.sed cum vxorem duce-
15 re intendit illũ potest cogere, vt sibi constituat donationem propter nuptias in dotis recompensam l. fin.C.de dot. prom. Guliel. de Benedict.in repet. c. Raynutius vers.detem, quam ei dederat, num. 29. de testam. præsertim quia extendere conuenit Iura exorbitantia, ad casus consimiles fauore publicæ vtilitatis Bartol. in leg. si constante, ff. solut. matr.& in sacris ius publicum consistat l.1. ff. de Iust.& Iure; quam ob rem, si filio ambienti contrahere matrimonium tenetur assignare donationem propter nuptias; ita & concupiscenti sacris ordinibus insigniri, compelli debet, vt eidem constituat Patrimonium ad victum satis; pro vt experimur in simili, cum Puella intendit Monasterium ingredi, teneatur Parens dotem congruam illi tradere, vt concludit Gulielm. in eodem vers. num. 6. quemadmodum, & eidem nuptæ, aut nubere
16 volenti; tam si de Patris nubat assensu, ex omnium resolutione, quàm si illius spreto consensu, Coras. in repet. l. qui liberos num. 99. C. de ritu nuptiar.in 2.lect.glos.1.in cap.fin.32.quæst. 2. & in cap.de Raptoribus vers.excusata 36.quæst. 1. cappell.Tholos.decis.290.si filia nubat Alexandr.cons. 7.visis post num.10. volum. 2. & communem esse opinionem dicit Viu.lib.com. opin. verbo filij nati, vers.Pater tenetur.

Confirmata igitur cum fuerit resolutio prædicta, superest respondere contrarijs, & primũ rationi sumptæ ex l.in suis ff. de liber. & posth. quod dicatur Dominus in vita Genitoris, quæ non simpliciter est intelligenda, sed cum clausula addita ab eodem textu, & sic quodammodo Dominus, quæ quidem clausula improprietatem demonstrat Guliel. de bened. in dicto cap. Raynutius vers. mortuo, itaq; testatore el 2. nu. 48.de testam.& consequenter verè non possidet; atque ideo de illis sustentari non valet: qui proprié est finis canonum; né ille mendicet; Alteri vero rationi affertur responsio ex eodem cap.vltimo 16. quæst. 1. vbi, qui Parentum bonis sustentari possunt, sacrilegium tunc committunt; quod inficiari non potest, tuncque nec teneri Episcopum illi prouidere fatendum est. Sed prosupposito, quod Pater habeat bona, non tamen illi tradat, haúdquaquam dicendum erit hunc posse re ipsa ex Paternis opibus sustentari, neque cessare causam dedecoris, nec subsistere propterea rationem tertio loco productam pro conararia sententia: quare illis explosis concludendum est huiusmodi promotum, & promouentem incurrisse etiam omnes pœnas statutas in Constitutione Sixti V. nam cum ille dicatur ex prædictis carere Patrimonio, ergo sine eo ordinatus, contra præfatam constitutionem, eiusque propterea pœnis venit merito plectendus.

Secundo amplio principalem conclusionem, vt compellatur Præsul denuo prouidere de beneficio, atque interim de alimentis, cui beneficium contulerat, atque ad illius titulum ordinauerat, si
17 tale beneficium fuerit postmodum illi euictum, tametsi non desint, qui tenuerint contrarium ad instar donantis, qui non equidem tenetur de euictione l.ad res donatas ff. de ædil. edicto, & scripsi cap. præcedent. num. 4. ac propterea neque conferens liberalitatem exercere cum illo, cui confert iuxta glosam final. in cap. relatum de præb. nam etsi non possit liberalitate vti dum confert, eó quód conferre debebat, ea tamen secum vti, dum eidem confert, eó quod poterat, cui maluerat conferre, iuxta glosam in cap. fin. vers. libera, de offic. Vic. in 6.in cap. quamuis vers.in pensione de præb. in 6. Ioann. Monach. alleg. cap. fin. num. 2. ibique Philipp. probus in addit. ad ipsum. Ioan. Monach. littera A. firmat insuper Abb. in cap. tuis, num. 4. de præb.& Couarr. tractat. variar. resolut. cap. 16. post num. 1. sed alijs verior visa est affirmatiua sententia, & primo relata, vt Episcopus illi debeat secundó prouidere, si prima vice fraudulenter illud contulerat beneficium, quod dare nequibat, iuxta glosam finalem in cap. præsentium. 2. quæst. 1. & final. in cap. cum secundum de præb. decet enim, vt quia præbendam ei, quam de iure non potuit assignauit, eam quam de iure potest assignet, ne Præbendam, ei fraudulenter visus sit assignasse, iuxta verba cap.inter cœtera de Præb.

Nec alicuius momenti, videtur ratio sumpta de textu in adducta l.ad res donatas, tùm quia dolus ipsius donantis operatur, vt teneatur, per leg. Aristo §. vltimo ff. de donat.tùm præterea, quia liberalitate, & donatione vti præfatum conferentem non est fatendum, siquidem non tantum simpliciter conferre constringitur, sed specificè huic certæ personæ, quam ad ordines assumpserat, ex glosis citati capit. relatum, capit. final. & cap. quamuis, si ita, ergo nemo liberalis consideratur in necessitatibus, iuxta Regulam Iuris in leg. rem legatam ff. de adim. legat. & quemadmodum deberet conferre ordinato carenti titulo, aut illum habenti, sed insufficientem, vt deinceps tradam, ita si beneficium dedit sufficiens, aut insufficiens, quod conferre nequibat, ex eadem ratione inopiæ, ob quam ordinatum oporteret mendicare; iccircó, & idem ius debet habere locum l.illud ff. ad leg. Aquil. præsertim cum inutiliter conferendo, idem fecerit, quod fecisset si non con-

contulisset l. Papinianus exuli ff. de minor. quibus pariter ex rationibus concludendum videtur ordinatum hoc casu non effugere pœnas contentas in sæpè adducta constitutione Sixti V. contra clericos malè promot. nam fraus, & dolus nemini patrocinari debet cap. Sedes Apostolica de rescript.

18 Amplio 3. vt Episcopus teneatur prouidere illi cuius titulus ad quem promotus est; chasmate perijt, vel alluuione, per glos. notab. in capit. tuis quæstionibus versic. de Patrimonio de præbend. ibidemque Imol. num. 7. Henric. Boich. in eodem capit. tuis quæstionibus num. t. non autem si facto ipsius clerici perijsset, vt idem adiungit, cum distinctione inibi relata, ad instar Patris, qui Patrimonium assignauit filio, & illud consumpsit, Guilelm. de bened. in cap. Raynutius vers. in eodem testamento relinquens el 1. num. 222. de testam, & succurrit tex. in l. 1. ff. de minor. ad instar etiam dotis filię constitutę, cui fuit euicta, vt respondet Paul. Barch. in pract. cancell. fol. mihi 102. vers. cum perijssent; aút etiam cum dos perijsset, quia teneretur Parens dotem iterum constituere filiæ iam dictæ Gulielm. alleg. cap. vers. dotem quam ei dederat num. 19. est tamen ex prædictir verum, quod Patrimonio perempto non illico existeret obligatus Antistes, sed Pater si potest, tunquè immunis esset Episcopus ab onere illi conferendi beneficium, & interim subministrandi alimenta; quod si Parens soluendo non est, suppleat Præsul, pro ut etiam si beneficium esset chasmate peremptum, nam tunc prouideat iterum ordinator, ne ordinatus cum pœnuria viuat, aút mendicet. id tamen (vt optimè illic adiunxit Imol. num. 8. vers. in eadem glos.) non quia eum ordinauit, eo quod satis abundè paruit sacris Canonibus dum illum promouit ad titulum Patrimonialem, aùt beneficialem sufficientem, ac pacifice possessum, ideoque nil iuste imputari ordinatori potest, neque conuenit, vt subsequens obsit fortuitus casus per l. verum §. si locupleti ff. de minor. sed bene ex obligatione generica, qua Episcopi tenentur subuenire cuilibet indigenti, præsertim clerico.

19 Amplio 4. vt Episcopus teneatur etiam supplere titulum, ordinato habenti illum, sed non sufficientem, per glosam fin. in citato cap. tuis quæstionibus de præbend. ibique Imol. num. 8. vers. in glosa finali, Viual. super bullam Sixti V. editam contra clericos malè promotos num. 11. vers. quare, & Graffius lib. 3. decis. aurearum cap. 2. nu. 19. nam tenue beneficium, licet satis sit ad acquirendum domicilium, vt scribit Nauar. tractat. de orat. num. 21. & confirmat praxis per Episcopos, & viros doctos prolata passim, etiam Salmanticæ, vt testatur Henric. in sum. Theol. moral. lib. 10. cap. 17. in glosa litera Q. non tamen est idoneum pro titulo, vt inibi adiungit Henric. litera R.

20 Quinto, Ampliatur, vt debeat prouidere ordinato etiam si ante ordinationem secum pactus sit, ipsum non petiturum beneficium, aùt alimenta; ad quorum persolutionem teneretur de iure ob prædictam ordinum collationem, vt pleniori manu congruenriori loco tradam Diuino suffultus auxilio, & propriè in cap. fin. huius Rubr. vers.

Vltimo extendo, vt non tantum Episcopum promouentem deuinciant canones ad prædicta,
21 verum ipso extincto, etiam eius successorem, cum ordinato competat actio contra Ecclesiam, per Abb. in cap. accepimus per illum textum, notabili 1. & 5. de ætat. & qualit. ibidemq; Ioan. de Anan. num. 5. atque adeo, vt sede vacante debeat alimenta ista præstare capitulum, si tali promotioni haúd restiuit Henric. in summ. Theolog. moral. lib. 10. cap. 17. §. 4. in glosa litera F. motus verbis Astasan. lib. 6. tit. 1. §. 4. vers. sed quare; non enim sine consilio clericorum ordines conferre debet Episcopus cap. penult. 24. dist. vbi glosa exponit sine consilio canonicorum, qui quidem eidem erranti non tantum assentiri minimè debent, at insuper acriter resistere; isthæc autem vera esse, adiungit Astasan. cum Episcopus ipse fecit scrutinium ordinandi, non autem cum alius suo nomine, iussuue; quia tunc potius debet ad præstandum ordinato, alimenta compelli examinator, quam Episcopus, nisi ille nequiret ea persoluere, quia liceret ordinato agere contra Episcopum ordinantem, per ea, quæ scribit idem Astasan. eod. lib. 6. tit. 5. vers. quid si Archid. quotiescumque veró Episcopus teneretur ad prædicta, ipso defuncto tenebitur sanè eius successor, aùt capitulum iuxta annotata hucusque; quod si loco renunciasset, quia translatus ad alterius Ecclesiæ regimen, vel si loco, & dignitati cessit, non ad illa constringeretur, qui in ordinantis locum subsortitus fuerit, sed ipsemet ordinator, quamuis è tali egressus loco, & Ecclesia, per Innocent. copiosè in cap. cum secundum num. 1. de præbend. Anchar. in cap. si Episcopus nu. 3. vers. sed numquid de præbend. in 6. Henriq. indicato §. 4. & Astasan. eodem loco citato, quinimmo post illius interitum, potius ipsius hæres, quam successor tenebitur, vt citatis locis adijciunt Innocent. & Anchar. quod tamen hodie locum non habere suadeo, cum Episcoporum omnium successor non alius sit quam Camera Apostolica ex nonnullis Pontificijs Constitutionibus.

Dubium tamen non minimum in hac re insurgit, vtrumne debeat Episcopus alimenta prædicta
22 exhibere ordinato volenti degere extra ordinantis domum, an illum possit iuste expellere à petitione alimentorum, si nolit ea recipere in eius domo Episcopali, & in ea teneatur operari? quod quidem dubium proposuit Anchar. eius tamen veritatem non decidit in cap. si Episcopus num. 3. versic. sed hic potest quæri, sub rubr. de præbend. in 6. nam lectorem relegat ad notata per ipsummet in cap. si Pater notab. 4. de testam. in 6. vbi num. 3. loquitur in simili casu, de testatore simpliciter legante alimenta mulieri, locum subiungente, vbi ea præstanda sint, & concludit illa persoluenda eo in loco vbi mulier maluerit, ergo dicendum omninò est, ipsum ita concludere, in casu præsenti, & Imola in d. cap. tuis quæstionibus á nu. 12. post seriosam disputationem, ita respondet huic peculiari quæsito, probatque rationibus, & reicit contraria, quæ adduci possent, tangit etiam hoc dubium Ioan. And. in cap. cum secundum de prab. & Franch. in eodem cap. si Episcopus, num. 3. vers. in glosa, in verministrare latè Bertrand. consil 55. multa sunt, num. 5. vol. 2. part. 2. & suffragatur Camillus Borrellus consil. 71. Domina Anna, num. 33. per Angel. in §. illud vers. in iudicium in auth. vt exact.

instant

instant dot. quod etiam verum esse extendunt Imola, & Bertrand. in citatis locis, ad ordinatum habentem aliquod artificium, vnde cõmodè posset substentari, vt ipsum debeat alere, tametsi regulariter nemo cogatur alimenta præstare, cuicumque valenti sibi quærere victum ex suo artificio, per l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de lib. agnoscendis.

23 Episcopus autem si negligeret beneficium conferre, & alimenta interdum præstare huic promoto sine titulo, consueuerunt Pontifices, petente ordinato, expedire literas aduersus ordinantem, ipsumque compellere ad prædictam collationem illi faciendam, & alimoniam exhibendam ex Rebuffo in praxi rubr. de rescript. in forma communi num. 2. quæ literæ passim nuncupantur rescripta in forma communi cap. accepimus vers. mandamus de ætat. & qualit. aût etiam in forma pauperum; eò quod huiusmodi forma, dumtaxat pauperibus est assignata; Ista autem rescripta impe-
24 tranti non vtique opitulantur, nisi vere inopi; preter quem si alius illud obtinere procurat, non nisi ventum ex eo reportabit, vt scripsit Bald. in cap. cum adeò de Rescript.

Quare non illi suffragabitur, qui aliquod esset beneficium assecutus post illius expeditionem, & antequam illius vigore fuerit ab ordinatore prouisus; nam tunc mandati causa censetur submota, vt declarat Bonifacius Octauus in cap. si Pauper de præbend. in 6.

Neque si post expeditionem, primum beneficium, quod contingeret vacare, haberet annexum ordinem sacerdotalem, cuius requisita ætate ille careret; nam secundum vacaturum expectare debebit, cap. ei cui prouideri, de præben. in 6. quod si ætatem haberet, non autem ordinem annexum, tenebitur Antistes, illi prædictum conferre beneficium, quamuis Rescriptum, defectus ordinis non meminit, cum valeat ordines assumere requisitos infra tempora, à sacris Canonibus constituta cap. si pro clericis de præbend. in 6.

25 Sed contra personam ab ipso ordinatam absque titulo, Episcopus nequit excipere, ipsamque inhabilem reputare ad beneficium, cum ordinibus eam donauerit, idoneamque iudicauerit cap. accepimus de ætat. & qualit. eius autem ordinatoris successor vtique poterit excipere, cum ratio ista in eo non subsistat, iuxta glosæ distinctionem in cap. cum secundum vers. licet de præbend. Hostiens. verò & Abb. in eodem cap. accepimus, illum canonem interpretantur procedere secundum iuris dispositionem, posse tamen ex gratia Pontificis, vti Episcopum exceptione aduersus hunc ordinatum, qui quidem intellectus illius textus literæ, magis inhæret, ibi. Ac ideo post promotionem eorum exceptionem non poteris prætendere contra illos, nisi forte postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos: ex superabundanti tamen quando scribere pro talibus nos oportet, facimus in literis nostris apponi, vt si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, & Ecclesiastico beneficio non indignus, ab ordinatore, vel successore ipsius competens beneficium tribuatur, cum & si tecum de iure agere vellemus, te possemus merito ad prouisionem eorum compellere, quos à te, vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eo præsertim, quòd ad obtinendum Ecclesiasticum beneficium, eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti; ex quibus sanè verbis liquet apertè, quod nisi prędicta verba adiungeret Papa in huiusmodi rescriptis, nequiret Antistes excipere contra prædictum ordinatum, maximè ad beneficium simplex, pro quo censetur idoneus Rota decis. 16. par. 2. in decis. diuers. sed contradicit Nauar. resolutio in consilio 2. An præcedente examine, de præben. in nouis, vt insignitus clericatus caracthere præcedente examine, sit iterum examinandus, deinde ad beneficium simplex quod obtinuit, adducitque notata per ipsum in Miscell. 48. de orat. num. 109. vbi multa adducit, ac præsertim, vt præter requisita per Concil. Trident. in cap. 4. sess. 23. de reformat. in eo, qui tonsura initiandus est, requiratur scientia construendi, si voluerit consequi beneficium simplex, per glos. in clem. 1. versic. reputamus de concess. præbend.

26 Prędictis autem subijcere non dedecebit perutile quæsitum, quotidianum, & scitu dignum, an scilicet prouisus Apostolicus in forma gratiosa de beneficio habente sacrum ordinem annexum, possit Episcopus illum examinare, cum adiunctum ordinem suscipere intendit, ipsumque reijcere, si non habilem esse iudicaret? & omissis permultis rationibus, & auctoritatibus vtramque fouentibus partem, illud tantummodo referam, quod Illustrissimi omnique veneratione dignissimi Domini Cardinales sacræ Tridentinæ Synodus interpretes, postque multas consideratas opiniones in hac re censuerunt, die 12. Februari 1598. dixerunt etenim pro vtraque opinione permultas extare validissimas rationes, ipsi verò tutiorem partem sequi volentes decreuerunt, referendum Pontifici, vt Datario mandet, atque vrbis examinatoribus, vt prouidendus tùm ad beneficium, túm ad ordinem illi adiunctum examinaretur, & habilis iudicatus non sit rursus ab Episcopo examinandus tempore promotionis; quod moderamen summo Pontifici relatum, præcepit illico seruandum, executionique mandandum; quare Episcopus ad examen accersiri prædictum ordinandum posthac ne præcipiat.

Nullam præterea sentiret vtilitatem ex hoc rescripto, qui Vicariam perpetuam possideret cap. postulasti de rescript. neuè qui pensionem retineret sufficientem Felin. super eodem cap. postulasti nu. 8. & Gomes. in tract. grat. expectat. nu. 75. estque verior opinio, vt inquit Bisignett. decis. 11. vtrum intitulatus, de præbend. tametsi subreptitium non esse si nulla fuerit mentio facta de pensione, quam obtinet, concluserit Rota decis. 210. siue 39. nota quod pauper de rescript. in antiq. & pluries ita firmauerit Rota eadem, Bisignetto teste in adducta decis. 11. cur autem pensionario non prosit, duabus potest conualidari rationibus.

Altera, quam Doctores met hanc firmantes tradunt, quia Sedes Apostolica per formam prædictam duxit succurrendum necessitatibus pauperum, iuxta verba c. postulasti de rescript. sed cum pensionem habet sufficientem, satis abundè ipsius paupertati videtur prouisum, quemadmodum si Patrimonium haberet assignatum, ideo deest

tunc

tunc finalis ratio, qua ductus Summus Pontifex, huismodi concessit rescriptum; & consequenter eiusdem debet cessare dispositio cap. cum cessante de appellat. in 6.

27 Secunda potest esse ratio, quod obtentorum meminere oportet in impetratione beneficiorum cap. cum adeo de rescript. etiam illius, quod non iure, sed facto possidetur cap. cum teneamur de præben. cap. in nostra de rescript. latè Felin. cap. cum cui, de præben. nec non illius, in quo ipse aliquod habet ius, necdum adeptus est possessionem, cap. gratia de rescript. in 6. Paul. Barchin. in pract. cancell. fol. mihi 130. vers. gratiam beneficij; ac tandem omissis cœteris luculenter scriptis in meis Collectaneis super hanc rem, & delibatis per Menoch. de arbitr. Iudicum casu 201. num. 41. etiam pensionis meminere oportet, ne sit impetratio surreptitia, Berous cap. super literis num. 72. vers. decimoquarto de pensione, de rescript. Caccial. tract. de pension. quæst. 26. num. 1. Paul. de Roma tract. pension. §. redeundo num. 1. fol. mihi 27. Calder. cons. 6. de præbend. Marian. Soccin. senior consil. 260. in causa post nu. 1. vol. 2. Crescent. decis. 237. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 201. num. 51. & Modern. de resignat. benef. lib. 2. quæst. 15. num. 5. quorum etiam meminere oportet, & validiori profectò ratione, in mandatis de prouidendo, ob maximam odiositatem prædictarum literarum Felin. in cap. 2. num. 5. de rescript. Calder. consil. 20. de præbend. & consil. 4. de accusat. atque ideo, sicuti beneficia consequi non potest suspensus, ita nec literas de prouidendo impetrare, glosa in cap. cum bonæ de ætat. & qualit. & in specie quod pensionis in titulum datæ, mentio sit facienda in literis in forma pauperum, firmat Paul. de Roma, loco nuper citato, Franch. in c. si pauper clericus vers. in glosa fin. de præb. in 6. & fauet doctrina Cardin. in clem. quia Regulares §. eadem, num. 6. quæst. 7. de supplen. neglig. Prælat. nec dubitatur; est tamen apud scribentes non minimum dubium, an etiam pensionis cuiuscumque, & à quocumque nec in titulum datæ commemoratio facienda sit; & ex verbis Caccial. eod. tract. de pension. q. 26. num. 4. affirmatiua colligitur resolutio, quia (vt ipse inquit) cum illæ literæ fiant ad releuandum paupertatem, conuenit, nè quid taceatur quod ipsam remoueat, si aliunde habet, quo victum colligat, quo quidem omisso, vel non impetrasset, vel difficilius; quam resolutionem defendit Gigas. tract. de pension. quæst. 67. num. 7. vers. sed prima, subdens hanc iuridicam videri opinionem; tùm ex relata, tùm ex alia ratione, quod gratia in forma communi gratiæ, est fauorabilior gratia in forma pauperum, Franch. in dicto cap. si pauper clericus de præben. in 6. idque probatur, nam literæ gratiosæ consequutione alterius beneficij non expirant, dummodò illud non sit cum primo incompatibile; literæ vero in forma pauperum expirant adeptione alterius, etiam compatibilis, iuxta glos. in eodem cap. si pauper clericus; tametsi minimi valoris prædictus pauper clericus consequeretur beneficium, nempè viginti solidorum, vt idem Gigas asseuerat, suffultus doctrina Archid. Ioan. Andr. & Franch. super citato cap. si pauper; ex quibus maiorem requirere expressionem, colligit, gratiam in forma communi pauperum, quam in forma communi gratiæ; neque obstant Rotales decisiones, scilicet 43. siue 4. de rescript. in nouis, & 552. seu 33. eodem tit. in antiq. & 145 aut 11. de concess. præbend. in antiq. nam intelliguntur de literis gratiosis in forma communi gratię, non in forma communi pauperum, vt Caccial. respondet in adducta quæst. 26. num. 5. cuius responsio nullatenus videtur subsistere, tamquam de directo contra tenorem, expressaque verba prædictarum decisionum, præsertim vndecimæ, aperte loquentis de literis in forma communi pauperum; túm maximè quia Paul. de Roma, Franch. & Cardin. citatis in locis, hanc firmauerunt sententiam, vt tantum pensionis in titulum assignatæ fit facienda mentio, quare non immeritò dicat Gigas loco nuper relato, opus esse alio collirio ad sanandam ægritudinem istam, prouenientem ex memoratis decisionibus, quas loqui de literis pauperum, ipse fatetur; sed ipsis non obstantibus magis iuridica sibi videtur opinio contraria, tametsi mox relinquat cogitandum, mauolens probabiliter dubitare, quam temerè definire; quod quidem multo congruentius mihi faciendum suadeo, quamuis sentiam veriorem esse hanc Caccial. & Gigant. opinionem, à qua non equidem auderem recedere ob causam paupertatis, quæ cessat, ac propterea subreptitiæ omninó censeantur huiusmodi literæ, tacita pensione impetratæ, vt etiam concludit Felin. in cap. in nostra nu. 25. vers. trigesimum correlarium, de rescript. Archid. in eodem cap. si pauper clericus, num. 1. & verior est opinio, vt affirmat Bisignet. decis. 11. vtrum intitulatus de præbend. & Felin. atque Gomes. locis allegatis sub num. 26. qua etiam ex ratione Patrimonij quoq; meminere debet si possidet, alioquin inualidæ essent, ac subreptitię prædictæ literæ Dec. in cap. postulasti num. 15. ibique latè Felin. à nu. 5. & Abb. num. 3. subdens communem esse opinionem; ex quibus (vt vnde digressa est redeat oratio) si in hoc rescripto oportet obtentam pensionem exprimere, ne subreptitium reputetur; sequitur necessarió quod tacita pensione, careat omni validitate, & consequenter illam possidenti non opituletur; etenim si exprimit, non v tique illud concedit Papa; si vero silentio inuoluit, tanquam surreptitium non suffragatur.

28 An autem huiusmodi rescriptum prosit habenti beneficium non excedens valorem vigintiquinq; ducatorum, computatis distributionibus quotidianis? & respondendum videtur negatiuè per textum in cap. is cui, de præbend. in 6. vbi executor vigore talis rescripti non compellitur prouidere obtinenti aliud beneficium, quem textum licet non procedere in obtinente beneficium prædictum, concludat Rota, teste Paulo Emilio decis. 65. par. 1. sed tantum in obtinente beneficium sufficiens, quod quidem negat possidere, qui illud vigintiquinque ducatorum detinet, computatis distributionibus quotidianis; nihilhominus omni remoto scrupulo, tenendam arbitror primam sententiam; quodque verius apparebit cuicumque maturius consideranti finalem causam, qua motus Pontifex soleat prædicta rescripta concedere; quamquè Pauperum necessitatem esse, nemo dubitat, & ipse non semel annotaui, & cessare in possidente benefi-

cium

cium istud ambigendum non est; túm maxime
cum praxis admittat vbique locorum, quem pro-
29 moueri posse ad titulum beneficij consistentis in
distributionibus quotidianis, quę licet non compu-
tentur in valorem beneficiorum, nec fructuum
appellatione veniant, iuxta Rotæ decisionem 134.
siue 8. quando, de præbend. in nouis, & decis. 766.
alias 30. quæritur, allegato titulo in antiq. ibidem-
que additiones, cumulantes alias authoritates, &
aduertit Boer. decis. 340. statutum num. 3. & 4. in
hoc tamen casu prædictæ distributiones, vtique in
valorem computantur, cum satis sit beneficiatum
illarum causa non laborare inopia, tum præsertim,
quia permulta extant beneficia, quorum valor non
nisi viginti quatuor ducatorum exprimitur in lite-
ris Apostolicis; quorum distributiones quotannis
excedunt ducentum, & mille aureos, vt Canonica-
tus Neapolitanæ Ecclesiæ, Santi Petri de Vrbe, San-
ctæ Mariæ Maioris, aliarumque Ecclesiarum plu-
rimarum, Regnorum maximè Hispaniarum,
Franciæ, & Germanię, vt ab expertis habui, & vni-
uersus non ignorat orbis, quo ad Canonicatus
Tholetanæ Ecclesiæ, & scribit Gomes. in Regul.
Cancell. de valore quæst. 8.

Cum vero Præfatus ordinatus absque titulo, non
curaret memoratum obtinere Rescriptum, non
propterea exemptus esset ordinator ab onere illi
prouidendi, ex quo Canones expressè id sibi man-
dant, & in causa existunt nè eius negligentia,
& incuria pertranseat sine peccato, quamquam il-
lum excipiant, qui probabiliter credens, aut crede-
re debens verbis eiusdem promoti, ordinauit non
habentem titulum, aut habentem, sed insufficien-
tem, & mendaciter, ac fraudulenter confingentem
illum possidere, & sufficientem, vt concludit Na-
uar. cons. 14. num. 3. versic. quarto de tempor. or-
dinand. par. 1. vbi id nonnullis confirmat rationi-
bus, & auctoritatibus, & præsertim doctrina de-
cis. in cap. Episcopus num. 13. de præbend. dicentis
ordinatorem non cogendum alimentare ordina-
tum, qui se diuitem esse simulauit, quam etiam re-
solutionem, iterum constituit idem Nauar. con-
sil. 47. num. 1. alleg. Rubr.

Sed an teneatur Antistes prouidere non subdi-
to, ab ipso tamen ordinato præhabita facultate á
proprio illius superiore, si promotus titulo indi-
geat? Hoc in loco definire non intendo, cum illud
congruentiori loco, Deo fauente luculenter expli-
caturus sim rubr. sequenti. cap. penultimo.

Suspensionem igitur, quam incurrit quiuis sine
titulo promotus, maxime post Constitut. Sixti V.
30 iuxta relata supra post nu. 1. multò conuenientius
contrahit, qui ementito titulo, ob initum pactum
de non petendo, aut retrocessiones, insigniri ordi-
nibus ausus est; cuius veritatem radicitus eruens;
duxi pernecessarium distinctione vti: Quod eius-
modi pactum, aut retrocessio, vel antecedit, vel
subsequitur ordinationem ipsam.

Si præcedit, certè non incurrit suspensionem
comminatam in cap. neminem, & cap. Sanctorum
31 70. distinct. cum inualida de iure appareat eius-
modi retrocessio, & pactio, ex glosa fin. in cap. 51.
Episcopus de præbend. in 6. & cap. Episcopus. ex-
tra de præbend. eo quod ius publicum in hoc titu-
lo ordinandorum versatur, quod remitti nequit
per cap. si diligenti de foro competent. atque alia
suppetit ratio, quod beneficium nondum habitum
renunciare, non tantum asseuerare, sed suspicari
absurdum est; sicuti neque hæreditatem nondum
delatam l. qui superstitis ff. de acquir. hæred. ex
quibus, & alijs multis, inualidam esse præfatam re-
nunciationem, etiam si eam subsequatur iuramen-
tum, concluserunt Felyn. in cap. penult. num. 1.
& Anton. num. 2. vers. tu considera, de Simon. &
Nauar. in summ. cap. 27. num. 158. quamuis Abb.
annuit, eam inualidam si iuramentum abest, super
eodem cap. penult. num. 4. si igitur inualida, ergo
nullum præstat impedimentum, nullumque ope-
ratur effectum, ex Reg. non præstat de reg. iur. in 6.
& consequenter, minimè caret titulo, quo oporte-
ret carere, vt suspensus fiat vigore canonum prædi-
ctorum; ob quam etiam rationem, neque pœnas
inflictas per Constitut. Sixti V. reiecta contraria
resolutione Viualdi in suis Commentarijs ad di-
ctam Bullam nu. 14. & Suarez in disput. 31. sect. 1.
post num. 35. vol. 5. namque præsupponunt eius-
modi donationem, seu retrocessionem valere,
quod si veritate fulciretur, vtique illa verba in di-
cta Constitutione posita, sine titulo sufficientis be-
neficij, vel patrimonij complecterentur eiusmodi
renunciantem; sed retrocessione ipsa existente
nullius roboris, certe non indiget titulo.

Ideó hæsitandum est, si suspensionem incurrat
statutam in cap. per tuas, el 3. & cap. penult. de si-
mon. & quidem si cum ordinante conuenit, ipsum
post susceptos ordines, non molestare super benefi-
cio quod iuris actenta dispositione conferre ipsi or-
dinato propterea teneretur neque super alimen-
tis, quæ eidem subministrare compelleretur, su-
spensus sanè fieret ab ordine, sic suscepto, & ordi-
nator à collatione per triennium cap. penult. de
simon. itidem si cum præsentante ad ordines ex
eodem cap. penult. qui textus exemplificari primi-
tus potest, in Archidiacono, vt aduertit in eodem
capite Hostien. post num. 2. nam ipse ordinandum
præsentat Episcopo, ex his, quæ copiosè scripsi, in
rubr. de scrutin. ordin. sub nu. 15. Præterea exem-
plificari rectè potest in Episcopo ipso, quia ple-
rumque suum non ordinat subditum, sed alteri
committit ordinandum, vel in propriam Diœ-
cesim aduocat Aristitem, certos, & ab ipso nomi-
natos ordinaturum, ipse enim dimittens compel-
leretur his casibus, pauperi ordinato prouidere,
non autem si generatim committeret, ex his, quæ
congero in rubr. seq. cap. 8. versic. quod si Epi-
scopus, in prædictis igitur casibus, ipse Episcopus
dimittens, vicem præsentatoris retinet, & rationa-
biliter de eo potest intelligi adductum cap. penult.
incurratque propterea illius pœnam ipse, & ordi-
natus, si cum eo pactus sit, non inquietare eumdem
super prouisione sua, & similiter, fieret suspensus.
Si præsentatori polliceretur nullam recipere por-
tionem in Ecclesia, in qua præsentaretur, & præ-
sentator ab executione ordinum, per idem trien-
nium, ex eodem cap. per tuas el 3. de simon. Ex
quibus attende differentiam inter præsentatorem
nominatum in isto cap. per tuas, & præsentatorem
nominatum in dicto cap. penult. hic enim est præ-
sentator ad Ecclesiam, & exemplifico inferius, il-
lic vero ad ordines, & dixi in versiculis præceden-
tibus.

ribus, amborum autem textuum perquirere decidendi rationem, quamquam superfluum prima fronte videatur, tanquam satis sit, ita supremo Pontifici placuisse disponere, nihilominus eã indigare; obscuras, & necessarias plurimarum quæstionum superinde scribendarum intelligentias nobis enudat. Aliqui igitur affirmant simoniam intercede-
32 re in casibus dictorum textuum, quia remissionem æquant donationi, per textum in l. quin etiam ff. de calumn. ac propterea inferunt, quod iste cum remittat portionem sibi competentem, fructusque debendos, vigore obligationis proueniendæ ex ordinatione, & præsentatione huiusmodi; ipsaque portio, & fructus sint quid temporale, enascitur simonia, quia remittendo, datur temporale pro suscipiendis ordinibus. ita Abb. in dicto cap. per tuas num. 7. & alij multi, quibus contradicunt alij complures, qui expendentes textus æquantes remittere, & dare; inquiunt loqui de remittente ius quæsitum, & quod eo tempore debebatur, hic autem, quod potest in futurum deberi. Verum quia Hostiens. in eodem capite num. 4. & Henric. Boich. in finalibus verbis, defendunt, idem esse remittere, & dare, non solum vbi ius remittitur acquisitum, sed etiam quærendum, ideo consentio simoniæ labem considerari in memorato casu, cum aliquali tamen restrictione, ne illa sit simonia, quæ sub stricto, sed largo sumpto vocabulo comprehenditur, ita quippé concludunt Anan. & Butr. indicato cap. penult. ille post num. 3. hic vero post num. 5. & sequitur Abb. etiam inibi post num. 5. nec non Vgolin. (tametsi alio eius verba tendant) in tract. de simon. tab. 4. cap. 4. post num. 3. omnesque sumunt argumentum á pœna in dictis capitulis comminata aduersus prædictos; scilicet quod ordinatus, ab ordine tantum sic suscepto pronunciatur suspensus; ordinator verò à collatione per triennium, ac præsentator à præsentatione per idem tempus: cum alioquin si veram patrarent simoniam in ordine, suspensionem quoque à cœteris ordinibus incurreret ordinatus, ipseque promouens à collatione perpetuó.

Ex quibus suadeo, posse facile responderi dubio mihi proposito, quatuor ab hinc diebus, si taliter assumptus ad ordines, alijs etiam sit afficiendus pœnis à reliquis canonibus, Pontificijsque Constitutionibus statutis, in ipsos simoniacos, illisque præsertim, quas Paulus Secundus comminatur in sua extrauaganti, cum detestabile de simon. Quandoquidem negatiuam partem veram insinuant hactenus scripta, ipseque admitto; Tum quia dixi non esse vere, & strictè loquendo simoniam, istudque pactum nullius roboris; tùm quia Papa certam inibi infligendo pœnam, implicitè negat ipsum alijs pœnis plectendum, ob vulgatam illam iuris regulam, quod vnum qui includit alterum excludit, & excipit; Tum præterea, quod Anan. Butr. & Abb. hoc innuunt, dum qualitatem huius delicti minuere conantur, nam arguunt à leuitate pœnæ ob illud constitutæ in eo canone, & inquiunt quod cum pœna tantum inibi expressa afficiatur, ergo vere, & propriè simonia non censetur: fatentur igitur non alia, quam illic expressa pœna puniri, atque ita explicitè respondent præfato quæsito, & cœteris clarius Vgolin. indicato cap. 4. vbi cunctas proponit pœnas à iure constitutas aduersus simoniacos in ordine, ac præsertim, illas num. 1. refert, quas ab eo expetit præfata extrauagans Pauli II. atque, ipsum suspensum propterea esse ab executione omnium ordinum, subiungitque non aduersari textus in dicto cap. per tuas, & penult. ab ordine sic suscepto tantum suspendentes, quandoquidem extendendi minimè sunt vltra casum inibi expressum, scilicet ad alium, quam ad renunciantem ordinatori, aut præsentatori; qui vere, & propriè simoniacus non apparet; ideoque non tam graui pœna mulctatur, qua alius vere simoniacus inuritur, in extrauag. cum detestabile; probat igitur apertè eiusmodi renunciantem, ita promotum, eiusque ordinatorem, aut præsentatorem pœnas tantum mereri statutas in præfatis cap. per tuas, & penult. non alias in dicta extrauag. aut altera, quacumque sanctione expressè, vel implicitè non complectente hunc casum; In qua re non amplius immorabor, eo quod hanc quæstionem in præsentia agitari á grauissimis huius Neapolitanæ Ciuitatis Iureconsultis audio, quorum sententiam expectabo, simulque vt debeo magnificiam; interea non omittens vehementer animo meo sedere, iam dictum renunciantem præsentatori ad Ecclesiam, & ita promotum deuinciri posteriori constitutione Pij V. 87. intollerabilis, vt affatim probat Modern. in tract. de confid. benefic. quæst. 1. á nu. 93. vbi demonstrandi gratia, hunc renunciantem, esse confidentiarium, multa cumulat, cuiusque auctoritatem cum allegassem, cuidam insignissimo viro, restitit, eamque post triduum in sua publica lectione infirmauit, ob eam rationem, quod confidentia non committatur ex promissione dandi, seú restituendi fructus eidem resignanti, seu præsentanti, Verum cum alteri promittitur restitutio fructuũ, ex Nauar. in cons. 76. Excellentissimę nu. 6. de simon. sed in præfato cap. per tuas, ordinandus promittit præsentatori nullam in sua Ecclesia recipere portionem; propterea inferebat non esse confidentiam: cuius tamen responsione vtique impellor suæ subscribere sententiæ, quandoquidem præfatum cap. per tuas (vt ipsemet dixit, loquitur de Ecclesia receptitia, & consequenter collegiata; namq; Ecclesia receptitia est illa, quæ certum non habet numerum, etiam si ijdem beneficiati essent Collatores, & Episcopus tantum examinaret ante immissionem, Serafin. decis. 942. num. 2. part. 1. vel Episcopus, aut alius admitteret nullis expeditis literis, contenti sola receptione, & admissione, quæ vim habet collationis, continetque, Ius per glosam in cap. cum aliquibus de rescript. in 6. & expressè tradit Fuscus in suo tractatu de visitat. & regim. Eccles. lib. 2. cap. 10. nu. 13. Si igitur Ecclesia receptitia dicitur eiusmodi, sequitur necessario quod fructus illius sunt eorumdem beneficiatorum, qui tunc fuerant ad eam admissi, & recepti, & consequenter, promittendo aliquis, nullam in ea recipere portionem, vtique in gratiam, & fauorem ipsius præsentantis promittit, atque ideo ex ratione, & auctoritate eiusdem Nauarr. ab illo citati, conuincitur non confidentiarius, sed simoniacus, qui præsentatori ad Ecclesiam pollicetur nullam in ea recipere portionem, & ordines,

dines assumit, vel saltem negari minimè potest, quod si aliqualem superior haberet in ea portionem, maiorem in ea habeant cœteri beneficiati, cum sint numero plures, & propterea eiusmodi promissio respiciat principaliter fauorem illorum, & illis facta videatur, vel si æquè illi, ac illis, nihilominus sit confidentiarius, quatenus illis restituit, vel promittit non petere, seù recipere portionem, quę subiunxi, volens auctoritati doctissimi Nauarri satisfacere, licet possit, & vehementer dubitari si vera sit isthæc sua resolutio.

Quod si eiusmodi ordinatus non istis, sed alijs promiserit donata sibi ab eis, & pollicita non petiturum, aut tradita restituturum post susceptos ordines, à paritate rationis arguentes annuunt Nauar. in summ. cap. 27. num. 158. & consil. 1. num. 45. vers. tum per capitulum de Constit. par. 1. Ledesm. in 2. par. quæst. 26. artic. 2. Nauar. Iunior Salmanticæ legendo in anno 1568. vt refert Viuald. in 2. part. candel. rubr. de suspens. num. 28. Sayr. in suo Thesauro lib. 4. cap. 15. num. 23. & alij quibus contradicunt Doctores permulti, qui expendentes verba præfatorum, cap. per tuas, & penult. dixerunt illos textus minimè complecti pasciscentem cum donatore, Patre, & alijs; sed casum dumtaxat inibi expressum de pacifcente cum ordinatore, vel præsentatore; atque ideo affirmant eum non fieri suspensum, qui cum alijs pactus est: maximè quod à simonia prodire illorum canonum pœnam aduertunt; quam non nisi ordinatori, aut præsentatori remittentes committunt, meritoque nullus præter eos fiat vigore illorum canonum suspensus, Ita siquidem ait Henrich. in summa Theolog. moral. lib. 10. cap. 17. §. 3. in glosa litera O. subijciens eandem complures Theologos, & vtriusque iuris peritos consultos approbasse, & Tolet. in lib. 1. capit. 15. post num. 5. ac nouissimè Suarez disput. 31. sect. 1. post num. 35. vol. 5. & adstipulatur Viuald. (quamuis auctoritate Concilij Tridentini non illorum textuum adductus) in rubr. de suspens. post num. 28. & Nauarr. sibi ipsi contrarius in consil. mihi 17. quidam A. post num. 2. versic. non inquam hoc obstat, de tempor. ordin. in nouis, & 42. in antiq. quamquam enim, in eo consil. proponat casum in renunciante post susceptos ordines in eo tamen loco genericam subiungit rationem, expresse fouentem illos canones minimè amplexari, hunc casum; istumque propterea renunciantem minimè esse suspensum, quorum sententiæ libentius ipse, quam alteræ subscribo, ex eo potissimum quod nullum consideratur simoniæ specimen, & quatenus aliqualis simoniæ labes excogitari posset, & consequenter suspensus censeatur restringenda iustè videtur ad eum tantum casum, in quo donans expresè ad hunc effectum suscipiendi ordines donauit, quia præsentatori assimilatur, & æquè est ac si illum præsentasset, qua propter sicuti ille suspensus est, in dicto capit. penult. ita & iste, ex sententia Suarez in loco mox citato. Ille verò qui nullo præcedente pacto donationem retrocessit nemini dubium est, quin ab omni sit suspensione exemptus, additque expresè Sayr. indicato loco, & antea Henrich. in lib. 13. cap. 37. §. 2. in textu, & glosa lit. G.

Renunciatio autem facta etiam ad fauorem ordinantis, si subsequitur ordinationem, haudquaquam operatur, vt ordinatus incurrat suspensionem; etenim suspensus minimè fit, neque ascendendo postmodum ad altiorem, aút ministrando in promotis contrahit irregularitatem. Nauar. in summa cap. 27. num. 158. & consil. 17. quidam A. num. 3. de tempor. ordin. in nouis, & 42. in antiq. & Alfonf. de Madrig. in 1. par. suorum tractatuum, & propriè tract. de ordin. cap. 19. & concinit glosa fin. in cap. si Episcopus de præbend. in 6. omnesque ita concludunt, dum verba faciunt super cap. per tuas de simon. & propterea earum opinio verissima dicenda est, quia ad incurrendam suspensionem illius canonis, oportet pactùm præcedere. Dubium tamen videtur, si incurrat suspensionem comminatam in cap. neminem, & c. Sanctorum 70. distinct. ratioque dubitandi procedit ex eo, quod eiusmodi renuncians, contrauenit finali intentioni canonum prohibentium ordinandum carere titulo, & mendicare; cum renunciationem istam post susceptos ordines factam approbet Ius commune, iuxta glosam citatam in dicto cap. si Episcopus, & glosam in cap. Episcopus extra de præbend. Abb. in cap. penultimo nu. 4. Anan. num. 2. & Felyn. vers. in glosa de simon. atque Medina in sum. lib. 1. c. x. §. 8. quæ resolutio apparet verior de Iure, quamquam cōtraria visa sit equior Syluestro in summ. verbo clericus 4. num. 9. & placuit Henric. in sum. Theol. moral. lib. 13. cap. 17. §. 2. valida igitur existente retrocessione, & donatione prædicta remanet promotus sine titulo, ob idque egere, & mendicare cogeretur; ideoque posterior Concilij Tridentini Constitutio in cap. 2. sess. 21. de reformat. declarauit inualidam omnem alienationem tituli factam post susceptos ordines; inquit enim ordinatos patrimonium nullatenus alienare posse; quæ verba operantur inualidam ipso iure memoratam alienationem, teste Nauar. indicato consil. 17. num. 2. quia illa clausula nullatenus, parit nullitatem alienationis ipso iure, & ilicò secuta alienatione, per glosam in clem. 1. vers. nullo modo de ætat. & qualit. quamobrem cum nullius roboris appareat alienatio ex dispositione Concilij, certè titulum retinet, & consequenter non contrauenit finali intentioni canonum citatorum.

Ampliò secundo principalem regulam, vt post Sixti Constitut. contra Clericos male promotus suspensus fiat ordinatus ad titulum insufficientem, mentiendo Episcopo esse sufficientem ibi sinè titulo sufficientis beneficij; vel Patrimonij, subiungens pœnas præsertim suspensionem, & propterea supplicaui Pontifici pro Clerico Amalfitano ordinato ad subdiaconatum ad titulum insufficientem, & die 18. Decembris 96. obtinui à Sanctissimo Clemente Octauo absolutionem à prædicta suspensione, & dispensationem ab irregularitate postmodum incursa ministrando in illo; quam absolutionem, & dispensationem felicis memoriæ Sixtus Quintus eidem concedere renuerat, sed ante dictam bullam, qui ad titulum insufficientem promouebatur sanè minus legitimè ordinatus dicebatur, alia tamen non existente causa, suspensionem minimè incurrebat, Nauarr. consil. 18. num. 4. de tempor. ordin. par. 1.

non

bullam, qui ad titulum inſufficientem promouebatur, ſanè minus legitimè ordinatus dicebatur, alia tamen non exiſtente cauſa, ſuſpenſionem minimè incurrebat; Nauarr. conſil. 18. num. 4. de tempor. ordin. part. 1. non enim per cap. neminem, & cap. Sanctorum, quia verba faciunt de abſolutè ordinato, ſcilicet ſine vllo titulo, vt gloſ. ſecunda, in eodem cap. neminem, annotauit; neque per Bullam Pij Secundi, cum ex Sacrorum, non meminentem tituli, nec tandem per alleg. Concil. Trident. in adducto cap. 2. quia licet prohibeat ne quis ſufficienti titulo carens, ſacris initietur ordinibus, pœnam aliquam non propterea infligit, ſed tantum antiquorum canonum pœnas innouat; iccirco ille dumtaxat prædictis venit plectendus pœnis, qui eas ſeruata iuris communis diſpoſitione pati meretur; quam ob rem deceptus eſt Graff. lib. 3. deciſ. Aurear. cap. 2. num. 22. dum in 1. illius operis compilatione firmauit, hunc fieri ſuſpenſum, quia tunc nondum emanarat Conſtitutio Sixti Quinti ſæpius adducta, ergo fatendum eſt, eumdem credidiſſe, hunc eſſe ſuſpenſum ex diſpoſitione Iuris communis, qua propter, non mirandum, ſi in ſecunda editione eandem firmat reſolutionem, & prædictam præterijt conſtitutionem; quo quidem tempore, iam illa prodierat, tametſi propter Conſtitut. Clementis moderatoriam dictæ Conſtitut. Sixti, & exordientem Romanum decet Pontificem, neque nunc ſubſiſtant pœnæ in adducta Conſtitut. Sixti comminatæ.

33 Hanc præterea minimè euadit ſuſpenſionem ordinatus ad titulum beneficij, quod in ſpe habet, non in re, nempè ſi haberet literas expectatiuas, quia non ritè ordinaretur; oportet etenim titulum conſiſtere in re, per Ioan. Andr. in cap. ſi Epiſcopus num. 1. de præbend. in 6. & ibidem Gemin. num. 7. Philipp. Franch. num. 3. verſic. in gloſa in verſ. taliter, & Graff. lib. 3. deciſ. Aurear. cap. 2. num. 20. Ad titulum vero beneficij, cuius fructus alteri debentur, vtique promoueri poteſt, quandoquidem, beneficiatus ipſe alendus eſt ex illius fructibus, vt præfati Andr. Gemin. & Franch. illic concluſere.

Ille vero, qui fuit ab alieno Epiſcopo promotus, de licentia proprij ordinarij concedentis ſibi facultatem aſſumendi ordines ad aliquem expreſſum titulum, quem ſufficientem eſſe idem ordinatus illi mentitus eſt, cum re vera ſit inſufficiens, fieret vtique ſuſpenſus, etiam ex iuris communis ſanctione; non ſolum illa ſuſpenſione, qua ligantur promoti, qui titulo ſufficienti carent, ſed etiam altera, qua promotus ab alieno ſine literis dimiſſorijs; nam quas habuit, ſubreptitias propterea eſſe, atque inualidas, ac ſibi, ob id non prodeſſe fatendum apparet, iuxta notanda inferius tit. ſequenti, capit. 8. verſic. & qui præfatas, & vtrumque dictum probat Nauarr. conſil. 18. N. obtinuit, num. 3. de tempor. ordin. in antiq. part. 1. & 23. in nouis, niſi tamen pars deſit, quæ re vera non ſit notabilis, ex eodem Conſilio Nauarri, & deciſione Sayri vigeſima de tempor. ordin.

34 Hactenus ampliatam Concluſionem, limito primo, cum ordinatus titulum poſſidet ſufficientem, ſed tantumdem debet, quanti valet, & fructat titulus, Nauarr. conſil. 13. De eo, de tempor. ordin. in antiq. & 18. in nouis part. 1. vbi hanc reſolutionem tribus rationibus conſtabilire, nititur; quam tamen limitationem, eatenus veram opinor, quatenus intentionem, & verba Nauarri non excedit, & conſequenter non extenditur ad eum, qui non tenetur debitum perſoluere ex bonis, vnde colligit titulum, ſecus ſi ad illud compelli poſſet, atque deducendum veniret, vt æs alienum, per l. ſubſignatum §. bona ff. de verbor. ſignif.

Secundo, neque vendicat ſibi locum, cum promotus eſt ad titulum conſiſtentem in rebus mobilibus, ſed curare debet, vt conuertatur in rebus immobilibus, iuxta mentem Concilij, vt inquit Nauar. conſil. 29. de tempor. ordin. part. 1. & Alphonſus de Madrigal. in tract. de ſacram. part. 1. tit. de ordinandis cap. 19.

Tertio, neque ad titulum beneficij, de quo fuit prouiſus, illius tamen poſſeſſionem nondum adeptus; puta ſi illam adipiſci detemptus fuit à poteſtate laicali, vt concludit Nauarr. conſil. 15. per totum, ac præſertim num. 3. (licet obſcurè loquatur) de tempor. ordin. part. 1. non enim reperitur aliquo iure conſtitutum, hunc fieri ſuſpenſum; namque Ius commune, tantum ſuſpenſum pronunciat abſque titulo promotum; Conſtitutio autem Pij Secundi de titulo minimè loquitur; Concilium innouat antiquorum Canonum pœnas in caſibus tantum à iure communi expreſſis, quo quidem iure, nulla fuit conſtituta pœna ſuſpenſionis, aut irregularitatis, ipſo iure incurrenda per ordinatum cum titulo, in quo ius vere quæſiuit, eius tamen poſſeſſionem conſequi non valuit, non item hunc caſum adiungit poſterior lex, Conſtitutio ſcilicet Sixti Quinti contra clericos male promot. ob quam eandem rationem ſemper credidi, in iam dictam ſuſpenſionem non incidere, qui titulum poſſidet, ſed non pacificè, quam meam opinionem die 16. Februarij 98. aduerti confirmari poſſe ex verbis Nauarri, conſil. 15. num. 3. de tempor. ordin. par. 1.

Hic autem titulus requiritur ex Iuris diſpoſitione, quotieſcumque Clericus ſecularis Ordi-

35 nes Sacros procurat ſuſcipere, ſecus vero ſi regularis perſona, quæ vouere debet caſtitatem, paupertatem, & obedientiam; in quo, profeſſio tenet vicem tituli beneficialis, Henric. Summa Theolog. Moral. lib. 10. capit. 17. §. 3. nam Hoſtienſ. ſcribit. Monachatum eſſe beneficium ſimplex, non quidem, vt verè beneficium videatur, ſed potius ita dicatur, quo ad effectum, cum per monachatum acquirat ius Collegij, & Monaſterium, quod ſibi alimenta præſtat, vt inquit Abb. in cap. ſuper inordinata numero 10. de præbend., atque ideò, iuſta ratione ductus Rebuff. in praxi ſub Rubr. Regularia beneficia numero 6. aſſeuerauit, quod beneficia ſimplicia Regularia, ſunt Monachatus, & Canonicatus Regulares, in quibus (adiungit Henric. loco citato) voluntaria paupertas pro opibus computatur, illarumque ſubingreditur locum; ac propterea Tridentina Synodus expreſsè conſtituit, in citato capit. 2. nè quis deinceps Clericus

R ſecula-

secularis sine sufficienti titulo auderet ordines assumere; idemque Sixti Quinti Constitutio tradidit, in illis verbis, aut quo ad seculares sine titulo sufficientis beneficii, vel patrimonij; est
36 tamen indubitati Iuris, quod si ante professionem vellet regularis persona insigniri ordinibus, non vtique posset, ad illos promoueri, absque sufficienti titulo, nam Pius V. fœl. mem. prædictum Decretum Concilij loquens de titulo requisito in Clericis secularibus, extendit ad omnes, & singulos, etiam cuiuscumque ordinis clericos Religiosos, siuè seculares, more religiosorum viuentes, in communi, & non professos in sua Constit. 75. exordiente, Romanus Pontifex.

Quam Constitutionem 75. Pij Quinti ampliauit Nauarr. ad religiosum illius ordinis, in quo solum fit votum temporale Religionis, vt prædicti censeantur seculares Clerici, ac propterea nequeant ordinari, si titulo careant, vt ipse inquit in summ. cap. 27. num. 158. versic. decimo sexto.

Ab istius tamen Constitutionis Decreto Gregorius XIII. excepit Patres Iesuitas, per suam bullam promulgatam anno 1582. & eosdem eximerat antea Paulus Quartus fœlicis recordationis, sub anno 49. à tali obligatione, vt attestatur Henrich. summ. Theolog. moral. lib. 10. cap. 17. §. 3. fortasse, quia cognoscebat Decreto illius Concilij prædictos Patres ligari, eo quod professionem non emittant, tametsi nondum aduenisset prædicta Pij Quinti declaratio.

37 Sed an Constitutio iam dicta loquens de seculari, non professo, intelligatur etiam in professo, sed nulliter? & ommissa omni disputatione, quiescendum arbitror cum Rotali decisione, quæ affirmatiuam partem amplexata est, vt est decisio Illustrissimi Cardinalis Blanchetti doctissimi, integerrimique viri, qui quidem merito fuit à Sanctissimo Clemente Octauo in numerum amplissimorum Cardinalium cooptatus, quam sanè decisionem subscribere censui, cum typis tradita adhuc non fuerit, & sequitur.

Fuit dubitatum in causa Vigellensis Canonicatus, an Ferdinandus per susceptionem ordinum sit factus irregularis in casu, & ad effectum de quo agitur; & Domini dixerunt absque vlla controuersia, Ferdinandum per susceptionem ordinum, eo modo, quo illos suscepit contraxisse incapacitatem ad beneficia; constitutio enim fœlicis Recordationis Pij Quinti est clarissima, qua suspenduntur ab executione Sacrorum Ordinum illi, qui ad ordines promouentur absque aliquo titulo, contra formam Concil. Trident. in cap. 2. sess. 21. de reformat. quæ Constitut. habet locum, tùm in non professis, quàm in nulliter professis cùm loquatur de his, qui licitè, & liberè, ad seculum redire possunt; quare cum Ferdinandus prætendens, se nulliter professum, & per consequens potuisse ad seculum redire, ad titulum paupertatis, vt professus Sacros Ordines susceperit, fuit suspensus ab executione sacrorum Ordinum, & beneficij acquirendi incapax effectus, cap. cum bene de ætat. & qualit. vbi glosa, & Abb. num. 6. cap. fin. de cleric. excomm. minist. & ibi glosa cap. tanta de excess. Prælat. Gemin. consil. 91. numero 3. & consil. 133. num. 2. & fuit resolútum coram Reuerendo Patre Domino meo Giptio, in causa Meliten. Abbatiæ 24. Ianuarij 1590. & cùm postea ipse promotus ad Subdiaconatus ordinem, obtinuerit sub prætextu emissæ professionis in Diaconum, & Præsbyterum, ordinari: fuit factus irregularis: cum ascendendo ad maiores, ministrare dicatur in minoribus, Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 2. num. 11. & lib. 4. cap. 33. num. 2. cum alijs allegatis in dicta causa Meliten. & hoc ipsemet Ferdinandus in suo libello porrecto fatetur, nam dum asserit se non ministrasse in ordine Præsbyteratus, per hanc exclusionem videtur includere se ministrasse in alijs ordinibus, & ex hac irregularitate, nouam contraxit irregularitatem ad beneficia, Modern. de resign. benefic. lib. 5. cap. 6. numero 99.

Nec obstat prætensa dubietas primo, quia contrarium apparet ex eius confessione in libello, dum asserit se statim post dictam professionem nullam, & etiam in ipsa ordinum susceptione, & post semper reclamasse; ex qua reclamatione probatur, ipsum habuisse animum dimittendi habitum, & ad seculum redeundi; ideo debebat abstinere ab ordinibus suscipiendis, tamquam verè professus, & ordinantem non decipere; qui si de tali animo, & statu fuisset informatus, & illum professum: iuxta literarum sui superioris tenorem, non credidisset, eum ab ordinum susceptione repulisset.

SVMMARIA.

Titulus alienari minimè potest, absque Episcopi licentia, num. 1.

Beneficium ad cuius titulum est facta promotio, si resignare velit ordinatus, exprimendum est ad illius titulum, assumpsisse ordines, num. 2.

Resignatio huiusmodi admitti vetatur, nisi pracedat informatio, quod habes vnde viuat, num. 3.

Procuratorem constitutum ad resignandum dictum beneficium, an possit constituens reuocare, ipseque cogi nec nè valeat, vt resignationem perficiat, num. 4.

Concilium Tridentinum prohibeat, nè tantum resignationem dicti beneficij, an etiam permutationem, num 5.

Permutatio beneficij pinguis cum tenui præsumitur fraudulenta, sub eodem num. 5.

Resignatio talis beneficij vtrum valeat, quando pensio eidem resignanti fuerit reseruata? numero 6.

Patrimonium datum pro titulo an vendi possit? num. 7.

Patrimonij istius in alienatione, an etiam requiratur

quiratur Episcopi consensus, num. 8.

Beneficiato obligare fructus beneficij nefas est, aut in eos pati executionem fieri, numero 9.

Donatio facta in titulum ordinandi, reuocari non potest, num. 10.

Donatio parentis sit ne filio, in legitimam computanda, num. 11.

Qui non facta mentione prædicta distraxerit titulum an aliquam præter nullitatis contrahat pœnam, vel suspensionem, numero 12.

Capitulum Sextum.

QVIA non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri, iuxta gloſam in l. vnica verſ. poſita C. de Iuſtin. Codice confirm. ideò ſi cautè præcauendum eſt, nè quis ordinetur, non habens titulum beneficialem, aut Patrimonialem; cautius quippè erit agendum cum ordinato,
1 nè titulum alienet, ſed conſeruet, & retineat; ob idquè iuſtè profectò ſanciuit Tridentina Synodus, nè beneficium ad cuius titulum quiſquam promotus fuit, reſignare valeat, in cap. 2. ſeſſ. 21. de reformat. atque patrimonium alienare ſine licentia Epiſcopi, & donec beneficium ſufficiens ſit adeptus, vel aliunde habeat, vnde viuere poſſit; idquè conſtat ex eodem illo textu, & adnotauit Nauarr. conſil. 16. num. 3. de tempor. ordin. in antiq. par. 1. Rodoanus tractat. de alienat. rerum Eccleſiaſt. quæſt. 51. capit. 13. num. 6. & expreſſis verbis refertur in Conſtitut. 55. Pij V. ibi, niſi aliunde ei ſit, quo poſſit in vita commodè ſuſtentari; eſtque præterea iuris communis concluſio, vt ex auctoritate Hoſtienſ. Gemin. Innoc. & Abb. affirmat Silueſt. verbo Clericus 4. num. 9. licet Rodoan. loco nuper citato num. 1. dicat contrarium de iure communi, per gloſ. in cap. tuis, in fine de præbend. qui errore labitur, tùm ex dictis hactenus, tùm ex cumulatis per Hieronym. de Cauagl. quæſt. 527. num. 2. & Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo primo, cap. 159. num. 1. & 2. quem multis annis poſt hæc ſcripta reperi.

2 Beneficium verò poſſet vtique reſignare facta mentione quod fuerit ad illius titulum promotus, quo quidem caſu minimè erit admittenda iſthæc reſignatio, niſi conſtito, quod aliunde viuere commodè poſſit ipſe renuncians; & aliter facta nulla ſit, iuxta verba concilij in adducto capite; quod Decretum irritans, reſpicit tantum alterutrum dictum, ſcilicet primum, vt aliter facta nempè ſine expreſſione, quod ad illius titulum fuit promotus; & hæc nulla ſit, non autèm quæ admiſſa fuit abſquè quod conſtiterit reſutantem alia retinere bona, ex quibus valeat alimentari; Quod autem tunc ſit irrita reſignatio, cum renuncians non meminit ſe promotum ad illius beneficij titulum, demonſtrant, tùm verba eiuſdem Concilij, tùm ratio illa, quod omiſſio qualitatis, cuius expreſsio veriſimiliter potuiſſet ſuperiorem retinere, quin ipſam acceptaſſet, aùt nè tàm faciliter, illam ſanè admiſſam reddit inualidam, per ea, quæ tradit Rota deciſ. 21. ſuppoſito facto numero 7. de præbend. in nouis Abb. in cap. Conſtitutus num. 5. de religioſ. domibus Corneus conſil. 245. licet alias conſuluerim num. 2. volumin. 1. & conſil. 98. vt primo aſpectu num. 6. verſic. ſolum ergo videndum, volum. 3. Dec. in cap. ſuper literis num. 33. de reſcript. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 201. num. 29. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limitat. 1. num. 11. cum ſeq. tandemque id nobis patefacit declaratio ſacræ Congregationis Concilij ſub anno 1588. vt teſtatur Modernus de reſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 6. num. 39. ſubiungens ita fuiſſe etiam reſolutum per Rotam Romanam, in vna Salamant. coram Orano de menſe Maij eiuſdem anni 88. & in vna Iſpalenſ. 17. Iunij prædicti anni coram Domino Platta, tunc Rotæ Auditore, deinde ampliſſimo Cardinali. Si autem
3 huius qualitatis meminerit reſignans, caueat ſuperior ne ipſam admittat, niſi antea ſibi conſtiterit illum habere vnde poſſit commodè ſuſtentari, quo non perquiſito, ſi acceptauerit illam, non dubitatur validam eſſe, ſed ipſe tenebitur eidem miniſtrare alimenta, eo quod non caret culpa. vt apertè conſtat ex tribus declarationibus factis ab Illuſtriſſimis Cardinalibus Sacri Concilij interpretibus, quas refert Modern. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 6. poſt num. 41. quarum prima his concipitur verbis. Ordinarius, qui admiſit reſignationem factam ab aliquo Presbytero, qui nihil aliud præter illud beneficium habebat, vnde commodè ſuſtentari poſſet; tenetur eum alere; nec poteſt eidem beneficium illud reſignatum reſtituere, ſed in eo inſtitui debet ille, qui præſentatus fuit à Patrono; & ſic non tantum apparet validam eſſe reſignationem huiuſmodi, & à Superiore admiſſam, ſi illud beneficium fuit alteri collatum, qui in eo quæſiuerit ius in re; verum etiam cum ius ad rem, quia erat de Iure patronatus, in quo fuit à Patrono præſentatus poſt admiſſam reſignationem: tametſi nondum fuerit in ipſo inſtitutus, atque ideo ſi renuat Epiſcopus inſtituere præſentatum in eo, poterit ad id iuſte compelli, ſicuti etiam, vt illius renuncianti prouideat de alimentis; quod inſuper aliæ duæ declarationes demonſtrant, quarum verba reſcribere nolo, eo quod idem Modern. refert indicato loco; & ex relatis hucuſque poterit vnuſquiſque deſumere rationem diuerſitatis, cur reſignatio facta tacita qualitate, quod fuerit promotus ad illius titulum, ſit nullius roboris, & validitatis, illa verò ſubſiſtat, quæ tali addita qualitate admiſſa fuit, tametſi nulla præceſſerit inueſtigatio, vtrum ne poſſit aliunde percipere alimenta, atque ideo appareat nihil habere pro victu; & ſanè illa erit diſtantiæ ratio, quod primo caſu ſuperior, cum eſt certioratus illum ſuſcepiſſe ordines ad titulum beneficij, quod tunc intēdit renunciare, attente poteſt perquirere ſi alia eidem ſuperſint bona vnde viuat, & ſi tali non ob-

stante mentione, id non curet inuestigari, quia est in culpa, valebit resignatio, eò quod renuncians non astringitur mendicare, cum habeat superiorem, qui propterea obnoxius erit illi exhibere alimenta, quo autem iure vtamur in beneficio renunciato in manibus Papæ non erit inuestigandum, cum Canones, & Concilium generatim loquantur, itemque militet ratio Concilij, nihilominus addimus expressam Rotæ decisionem extendentem ad renunciationem coram Papa, in Lucana beneficij 5. Decembris 1586. coram Orano, & declarauit Congregatio Concilij, teste Hieronym. de Cauagl. quæst. 561. num. 24. & post Parif. Gratian. eodem cap. 159. sub num. 13.

4 Qui autem iurauit resignare beneficium ad cuius titulum fuit promotus, vel Procuratorem constituit ad resignandum, & iurauit non reuocare, nè dum compelli minimè poterit, vt cum effectu renunciet; verùm etiam Procuratorem reuouare valebit, præmissa tamen absolutione à iuramento, iuxta aliam declarationem eorundem Illustrissimorum Cardinalium; cuius declarationis relator est idem Modern. adducta quæst. 6. num. 43. cuius quippè absolutionis impetratio antecedere debet, vt peccatum vitetur, non autem ad validandum actum reuocationis, cum citra absolutionem sit etiam valida reuocatio, per ea quæ scripsi rubr. de personis prohib. promouer. cap. de illegitimis vers. & quia in vtroque casu.

5 An autem præfati Concilij canon prohibeat tantum simplicem resignationem, an etiam permutationem, refert non ignorare; & videtur verior responsio affirmatiua ex illis verbis eiusdem Canonis (id verò beneficium resignare non possit) namque resignationis nomen simpliciter prolatum complectitur illam quoque ex causa permutationis factum, Rebuff. super Regul. de infirm. resign. glosa 4. num. 1. & 5. ac propterea Regulam præcitatam de infirmis resignantibus, & decedentibus infra viginti dies numerandos à præstito consensu, vt inualidus sit actus; habere etiam locum si ex causa permutationis fecerit, demonstrant verba eiusdem Regulæ: & succurrit ratio, quod qui permutat resignat, nam duo actus considerantur in permutatione, videlicet renunciatio, & permutatio, vt inquit Boer. decis. 2. videtur primo num. 16. sed his non obstantibus, contrarium apparebit verius cuicumque rectius consideranti in hoc casu, & consequenter Concilium non prohibere permutationem; nam permutans aliud tunc consequitur beneficium, quod in illius locum subrogatur; quamobrem cessat ratio dedecoris clericalis ob inopiam, propter quam inhibuit Concilium alienationem tituli, eo in textu; quemadmodum demonstrabo clarius numero sequenti; hoc tamen verum nisi permutetur beneficium pingue, cum tenui, & minus sufficienti ad victum; tùm quia vigeret ratio antedicta, tùm etiam ob regulam illam, quæ fraudulentam reputat permutationem beneficij pinguis cum exiguo, si aliæ suppetant coniecturæ, iuxta Rotalem decisionem secundam de rerum perm. in antiquior. consuluit Oldrad. consil. 324. in 3. colum. Loffred. consil. 17. num. 36. Gomes. in Reg. Cancell. de infirm. Resign. quæst. 19. versic. nam licet; Anton. de Butr. in cap. non liceat num. 3. & Imol. num. 7. ac cœteri de cleric. non resid. Bellam. decis. 344. præsumatur, Tiraquell. de leg. connub. verbo donatione largitus num. 122. Mascard. de probat. conclus. 178. num. 4. & conclus. 815. numero 18. & est textus singularis in cap. 2. de renunciat. in 6. Sacra tamen Congregatio declarauit semper in permutatione procedere dispositionem Concilij, tùm quia potest dari relatus casus de inæqualitate beneficij, tùm alter quod prædictus ordinatus consequi minimè valeat beneficium sibi cessum, ita quod eiusmodi permutans tacita promotione facta haud tutus sit in foro, sed tantùm in interiori si illud, quod ratione permutationis adeptus est beneficium æquiualeat renunciato. cuius declarationis relator est citatus Gratian. num. 3. obstare tamen videntur, quæ adijcit num. 14. insinuantia renunciationem factam omissa forma relata, subsistere si aliunde perciperet congruam sustentationem, verùm non refragantur, etenim verba illa non præseferunt valere, sed tunc permitti posse, addo ipse dummodo interponatur decretum, quo illud substituatur in locum beneficij, nè alienari possit.

6 Sed illa resignatio, vtrum valeat hæsitatur; quæ de beneficio facta est, ad cuius titulum fuit promotus renuncians, sed in eo sibi retinuit pensionem; & validam esse, tùm in foro conscientiæ, tùm exteriori modo pensio sufficiat ad condecentem victum, arbitratur Nauarr. consil. 23. de eo, sub rubr. de præbend. tametsi suspicetur multos ordinarios, aut delegatos iudicaturos non valere circa forum exterius, & relatam conclusionem affirmatiuam, rationibus confirmat ipsemet Nauar. cuius sententiæ libenter assentior, ob eius maximam auctoritatem, & rationes adductas, illamque præsertim, quia tunc cessat finalis ratio, scilicet dedecoris clericalis, propter quam constat eo in textu Concilium vetuisse resignationem beneficij assignati in titulum, cum suscepit ordines; cunctis enim viuentibus notum est, Regulam illam, vt cessante causa cesset effectus, tantummodò procedere cum cessat causa finalis, sicuti aliorum adductus auctoritatibus scripsit Tiraquell. in tractat. cessante causa limitat. 1. num. 1. placet tamen, vt hoc etiam casu procedant addita ad declarationem præcedentis quæsiti de permutatione.

7 Patrimonium verò aliauè bona, ab ipsomet clerico, siue altero eius nomine supposita titulo clericali nè possit ordinatus alienare, & vendere, quamuis concluserimus, longius in eius perperquirenda veritate non erit inutile immorari, ob glos. quæ illud vendere posse, absolutè respondet in cap. tuis quæstionibus versic. sustentare de præbend. & alij multi relati per Hieronym. de Cauaglios. in 2. part. pract. quæst. comm. contra commun. quæst. 527. numero 1. tamquam rem habere ipse videatur dum pretium habet, ex sententia Caij in l. quia qui pretio ff. de vsufruct. sed Hostiens. in eo met capite post num. 2. præmissa distinctione respondet, & iam dictam tuetur responsioné, quoties sine determinatione tituli, fuit insignitus ordinibus, negatiuam verò, cum illud

patri-

patrimonium expreſsè fuit aſſignatum in titulum, nulla habita conſideratione eius rationis, quod pretium ſuccedat loco rei, eo quod facilius conſumitur pretium quam res immobilis, cum pecunia ſit inter res quæ ſeruando nequeunt conſeruari, l. 1. §. fuit quæſitum ff. ad Trebell. & hanc ſententiam maximè quò ad primam partem tuentur Ioan. de Lignan. in cap. ſi Epiſcopus de præben. in 6. quem referunt, & ſequuntur inibi Franch. nu. 3. Gemin. num. 8. ad verbum; gloſa in verſic. titulum; Ioan. Andr. verſ. in gloſ. ſub num. 2. Graff. lib. 3. cap. 2. num. 18. Anton. de Butrio in cap. Epiſcopus numero 5. de præbend. eamque communiter tenere Doctores adiungens in cap. tuis quæſtionibus numero 11. verſic. & iſtud, eadem rubr. ipſe veró non illam admitto, at contrariam libentius inſequor reſolutionem, quia tacitè cenſetur promotus ad titulum prædictum ſecundúm gloſ. finalem in cap. Epiſcopus de præbend. ibique Hoſtienſ. in vltimis verbis, quam communem eſſe Doctorum opinionem in cap. ſi pauper de præbend. in 6. atteſtatur Felin. eandem ſequens in cap. poſtulaſti numero 5. in fine de reſcript. ob quam rationem neque tenetur Epiſcopus promouens ſubminiſtrare illi alimenta, cuius rei nulla videtur dubitatio, quemadmodum citati Butrius, Franchus, & Gemin. dixerunt in locis iam memoratis, & Ioann. Andr. tum in gloſa ſuper dicto capite ſi Epiſcopus, túm in nouellis, verſic. quarta gloſa, & verſic. in gloſ. ſaltem ſub num. 2. & latioribus vſus verbis indicato cap. tuis quæſtionibus num. 4. quamuis hanc concluſionem referant ad conſtituendam differentiam in hoc, quo ad effectum excludendæ obligationis, qua regulariter ligatur promouens aliquem ſine titulo; nam huius reſpectu, credunt tacitè intelligi promotum ad illius titulum, non autem ad effectum, nè illud poſſit alienare abſque conſenſu Epiſcopi, cuius quidem reſpectu opinantur iſtud patrimonium non cenſeri titulum, niſi expreſsè fuerit actum, & aſſignatum pro titulo; at ipſe in hoc etiam ſecundo caſu arbitror ſubſiſtere, quod prædicti dixerunt, ad effectum remouendæ obligationis ab Antiſtite ſubminiſtrandi huic ordinato, neceſſaria ad victum: ex quibus iuſtiſſima inniti ratione aduerto, quod Regia Conſtitutione lata in Aurelianenſibus Comitijs cautum eſt in Gallia, artic. 12. Hæc bona titularia Clericorum inalienabilia eſſe, & redditum eorum neque obligationibus, vel hypothecis obnoxia à tempore promotionis præsbyteri, cuius rei obligationis fructuum inferius eloquar num. 9. Concilium verò Trident. memoratum in initio, omnem hanc iuris antiqui diremit litem.

8 Conſenſus modo Antiſtitis in Patrimonij alienatione ſit nè requirendus expetit Hieronym. de Cauag. relata quæſt. 527. vbi contradicentes, ambaſque communes recenſet, quam rem nè ipſe omninó prætercam, animaduerto in patrimonij etiam in titulum aſſignati, venditione opus eſſe conſenſum Epiſcopi, firmaſſe Hoſtienſ. in eodem cap. tuis quæſtionibus, poſt num. 2. contradicere tamen illic Panorm. poſt num. 8. ſecutum Innoc. in cap. cum Epiſcopus de præbend. eoſque ſequi Petrum Gregor. Tholoſ. lib. 25. ſyntagm. iuris vniuerſi cap. 9. poſt num. 2. quique adiungunt, non obeſſe Epiſcopo quod eo diſtracto nihil habituri ſint clerici vnde viuant, ideoque videatur illius expetendus conſenſus, de cuius negotio agitur. Etenim quod pertinet ad ipſum Preſulem ſatis eſt, ordinatos tempore promotionis iuſtum retinuiſſe patrimonium, ex l. 2. §. ſi eo tempore ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertin. præſertim ſi ijdem ordinati ſufficiens poſtmodum conſequuti ſunt beneficium, & ſequitur Iacob. Graff. lib. 3. deciſ. Aurear. cap. 10. num. 19. Horum tamen, & aliorum antiquorum ſcriptis in his duabus quæſtionibus exploſis, intendam, quid poſterius ſanxit Concil. Trident.

Et obuiam venit ante alios text. in cap. 2. ſeſs. 21. de reformat. cuius verba ſunt; eo quoque prius perſpecto patrimonium illud vel penſionem, verè ab eis obtineri, taliaquè eſſe, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint, atquè illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aút extingui, vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens, ſint adepti: vel aliunde habeant, vnde viuere poſſint; ex quibus verbis, liquidó conſtare alienationem patrimonij, aút extinctionem penſionis ſubſequentem promotionem, eſſe inualidam ipſo iure, vt concludunt Nauar. conſil. 17. quidam A. num. 2. & 4. & conſil. 21. quidam ordinatus num. 2. de tempor. ordin. in nouis, & Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 6. num. 1. & 35. eorumque dictum corroboratur verbo illo, nullatenus, quò vtitur illic Concilium, quod nullitatem ipſo iure inducit ſecundúm gloſ. in clem. 2. verſic. nullo modo de ætat. & qualit. gloſ. in clement. 1. ad verbum, nullatenus de ſequeſt. poſſeſs. & fructuum, Corſett. ſingul. verbo nullatenus Iaſon in l. pecuniarijs num. 25. ff. de ſerijs, & poſt alios Tiraquell. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur num. 95. C. de reuoc. donat. quam ob rationem in eandem Nauarri, & Pariſij ſententiam propendet Hieronym. de Cauagl. ea addita reſtrictione, vt procedat quoties promotus congruam non habet ſubſtentationem cum alienat, quam ſi haberet, firmitate non careat alienatio; quamuis Epiſcopi conſenſus abſfuerit, fretus verbis eiuſdem Concilij, illis ſcillicet; atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aút extingui, vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant vnde viuere poſſint; ex his dicit, quod illud aduerbium, donec, reſtringit omnia antedicta, & propterea ſit ſenſus affirmatiuè conſtituendus; nempè quod ordinatus ad titulum Patrimonij, vel Beneficij, poteſt ſine licentia ordinarij vendere patrimonium, beneficiumque reſignare, ſi habeat vnde viuat, ita quippè concludit in adducta quæſt. 527. nu. 8. & q. 561. ſub num. 30. At ego illius ſententiam omninó impugno. Primo, quod nullum verbum iudicatur ſuperfluum in legibus, & tamen ſi dum habet victum aliunde, poſſet ſine licentia Epiſcopi alienare, & victu carens non valeat diſtrahere illud, etiam cũ Antiſtitis conſenſu; ergo fruſtratoriè adderentur alia verba, ſine licentia Epiſcopi. Secundo, cum de beneficio loquens dixerit idem, apparet euidenter errore lapſum, quia licentia ne dum exigitur, ſed conſtet antea ordinatum habere aliunde ad victum, idque de forma eſſe inſinuant. Verba eiuſ-

dem Concilij, & Congregatio interpretata est, sunt his verbis, fuit dubitatum an pro forma traditũ esset, vt resignans teneretur facere mentionẽ se ad timorẽ illius fuisse promotum, adeo quod per æquipollens adimpleri non possit; & fuit resolutum die 12. Maij 1583. pro forma traditum esse à Concilio, stante clausula annullatiua, & quod Concilium negatiuè loquatur Ias. in leg. si quid nominatim ff. de liber. & posth. Felyn. in cap. cum dilectus extra de Rescript. quo stante per æquipollens non potest adimpleri; hactenus Congregatio, ex cuius declaratione infero, quod idem videtur dicendum respectu patrimonij; tùm ob paritatem rationis, tùm ex verbis eiusdem Concilij, quæ licet sint diuersa ab illis positis antea, pro beneficij titulo, in eumdem tamen sensum tendere non dubitatur, tùm demum, quia hoc etiam loco negatiuè fatur, vt antea. Itaque pro declaratione verborum Concilij, credo sentijsse, vt duo concurrerent in patrimonij alienatione; Alterum quod alia res subrogetur, pro decenti victu; alterum quod Episcopus cognoscat, & comperto ita esse assentiat; Explicatio igitur illorum verborum, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari) explicentur hoc modo, atque illa deinceps etiam cum licentia Episcopi alienari, & cœt. vel non possint sine licentia, donec & cœt. cum duæ negationes affirment, voluerit dicere Concil. vt possint cum licentia, quando beneficium Ecclesiasticum, & cœt. nam dictio illa donec, restringit, vsque ad illud tempus, ergo eo lapso permittit ex textu sing. in l. generaliter ff. de decur.

Atque tanta est vis huius rei, & decoris Clericalis, quod illud multorum auctoritatibus probatum axioma, nè fructus beneficij obligare ex conuentione liceat; sed in subsidium, & defectum aliorum bonorum in causam iudicati capere, & in illis executio fieri, ex cap. 2. iuncta glos. in cap. peruenit vers. redditibus, de fideiuss. & illic notat Abb. num. 9. Specul. in tit. de primo, & secundo, decreto §, restat. num. 9. & tit. de execut. sent. §. sequitur, post num. 16. Ioan. Andr. & alij in cap. grauis de depos. Staphil. in tract. breuium post nu. 22. & Gomes in eodem tractatu, similiter post num. 22. Ias. in l. filius familias, §. Diui 2. lect. num. 26. ff. de legat. 1. procedit si prædictus beneficiatus non egeat, ac, deducta summa, qua se alat, Abb. in cap. cum olim el secundo, num. 5. de restitut. spoliat. Franch. in cap. reprehensibilis post num. 21. de appell. Ias. in l. commodatis post num. 2. ff. de re iudic. Andr. Gayll. lib. 1. obseruat 117. num. 9. si enim Miles, qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus, quatenus facere potest, cogitur soluere, ex leg. Miles ff. de re iud. itidem, & Clerici, iuxta glos. 2. in fine. super dict. leg. miles, cum militibus assimilentur in cap. 2. de pœn. in 6. Quin etiam Clericus, si iurauit se Titio soluturum mille, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, & postmodum Episcopalem adeptus sit dignitatem, non teneatur iam dictam persoluere summam de fructibus illius Episcopatus, consuluit Bald. consil. 208. super prædicto, vol. 2. item nec teneatur fructus beneficij suis creditoribus probat Gigas de pension. q. 39. sub nu. 3.

10 Ob hanc eandem rationem Donatio à Patre facta filio in titulum patrimonij ad suscipiendos ordines, ad cuius titulum fuerit ordinibus insignitus, non possit ab eodem parente reuocari conclusit Tellus Ferdinandez in leg. 13. tauri col. 2. nu. 32. Auendag. responso 17. Did. Spin. in specul. testam. glos. 18. post nu. 71. vers. ex quibus deducitur idemque Grat. num. 29.

11 Illud autem si prædicta donatio conferenda sit in legitimam eiusdem filii, nolo præterire, quamuis aliquantulum alienum à meo instituto; quotidiè enim contingere solet inter fratres; & affirmatiuè respondendum crediderunt Couar. in capit. Raynaldus §. 2. post num. 7. de testam. & libr. 1. variar. resolut. cap. 4. num. 4. Auend. responso 17. Menchiacha de success. creat. §. 2. num. 44. Didac. Perez l. 4. tit. 12. lib. 3. & Guttier. citat. quæst. 65. sub. num. 12. qui ea potissimum ratione fulciuntur, nempè donatione facta causa contrahendi matrimonium carnale, quam in ipsam legitimam computari probat, auth. ex testamento C. de collat. iuncta l. aut liberis, eiusdem tit. atque ideo, illud idem dicendum in spirituali inquiunt, per argum. quod ab illo ad istud concedunt iura; Verum negatiuam resolutionem, scilicet, nè conferatur in legitimam, dixerunt Ioannes Faber. in §. fin. post nu. 3. instit. de inoffic. testament Tellus in l. 26. Tauri, vbi alias congerit, & Didac. Spino in Specul. testament. glos. 18. qui etiam tractat quæstionem à nu. 61. & ita concludit num. 66. multas subiiciens rationes, & responsiones, adductis in contrarium; & hanc præterea sequitur nouissimus auctor Hieronym. de Cauagl. quæst. 682. qui quidem num. 10. aduertit eiusmodi donationem non posse excedere legitimam filii, ne detur parentibus occasio fraudandi reliquos eorum legitima. Ex quibus in Curia Ecclesiastica Toletana solere capi informationem dicit, si illa validè, & ritè facta fuerit citra interesse aliorum filiorum, quo ad legitimam; Quod idem obseruari debere opinor in gratiam donantis; si illa dum fit taliter diminuat facultates donantis, quod victu deinde indigeat, quare respondi non admittendum donatarium ad ordines, vigore donationis sibi factæ à Matre cuiusdam Territorii annui redditus ducatorum 40. tùm quia alii extabant, qui licet consenserint, Nihilominus certum est fraternam pietatem non passuram eos mendicare, ac propterea omnes alimẽtandi essent, quamuis ad solum Clerici victum destinatum territorium; tùm etiam; quia Mater ipsa aliud in bonis, quibus alimentaretur non habebat, nullo pacto satis erant annui illi fructus pro omnium alimonia, & cogeretur Clericus non obstante donatione, egere, quod abhorrent Canones; ideò donatio tamquam in fraudem legis facta non habilitet donatarium ad ordines, & Curia Archiepiscopalis Neapolitana meam hanc sententiam amplexata est repellitque donatarium illum.

Sed vtrum alienans absque forma incidat in aliam præter relatam penam, aut suspensionem, inquirit etiam Gratian. à num. 17. explicatque in sequentibus, & negat; anteaque Guttier. pract. qq. lib. 2. quæst. 65. nu. 11.

SVMMARIA.

Ordines ab alieno Præſule dari prohibentur num. 1.

Laicus neque aſſumendus ab extraneo Epiſcopo, num. 2.

Excommunicatio non niſi in ſubditos fertur, num. 3.

Ordines ſi nihilominus conferantur externo, imprimitur caracter. num 4.

Suſpentio non omnis inducit irregularitatem, propter ſequentem celebrationem, num. 5.

Suſpenſionem quo iure incurrat promotus ab alieno? nu 6.

Eandem an etiam contrahat minoribus inſignitus à non ſuo Epiſcopo? nu 7.

Vltramontani ab Italis ordinati, in quas incidant pœnas? num 8.

Quid de ijs ſentiendum, qui medium tenent locum? num. 9.

Italus poſſit nè Vltramontanum, & ſibi ſubditum ex cauſa Domicilij ordinare, nu 10

An idem de Vltramontanis in Italis ab eiſdem Vltramontanis promotis? num. 11.

Italus ab Vltramontanis inſignitus, an incurrat pœnam, cap. 1. de tempor ord in 6. nu 12.

Pœna dicti cap 1. an plectantur Vltramontani ad ſacros tantum ordinati, an etiam ad minores? nu. 13.

Ordinatus ab alieno cum dimiſſorijs exprimentibus titulum patrimonij donati, & inſcio Epiſcopo retroceſſit; dicatur, nè ſine illis ordinatus? nu. 14.

Quid ſi contineant titulum, quem ſufficientem eſſe, ipſe impetrans mentitus eſt Epiſcopo? num. 15.

Pœna exprimitur ordinantis externum. n. 16.

Abbates ordines minores dare qui poſſint, & quibus, nu. 17.

Ordinatus ad minores ab aliena Abbate ſine licentia proprij ſuperioris, an recipiat caracterem, num. 18.

Ordines ſi dare audeat, qui cum non haberet facultatem, publicè tamen credebatur habere, nihil agit. num. 19.

De Ordinib. Suſcip. à Proprio tantum Epiſcopo. Rubr. IX.

Capitulum Primum.

1 PLurimis, & antiquiſſimis ſanè auctoritatibus, Canonicisque constitutionibus reperitur Sãcitum, nè Epiſcopi alterius Clericos ordinare præſumãt; ex Concilio enim Carthaginenſi 4. relato in cap. 2. diſt. 72. Antiocheno in cap. nullum Epiſcopum 9. quæſt. 2. & ex Synodo Conſtantinopolitana, in cap. Epiſcopi, cum ſeqq. alleg. cauſa 9. quæſt. 2. & dicit Gratian. in cap. penult. 9. quæſt. 2.
2 atq; etiam nè cuiquam Laico, alienus Prælatus audeat primam conferre tonſuram, monuit gloſa in cap. cum nullus, verſ. Clericum, de tempor. ordin. in 6. ibique Ioannes Andr. auctoritate eiuſdem gloſæ, atque Gemin. & Franch. inibi, & gloſa in cap. 1. verſ. Clericum, & cap. fin. verſ. homini adducta Rub. & lib. Rebuff. conſ. 1. ordinatus num. 2. verſ. & ſic male, Nauarr. conſ. 30. num. 1. citata Rub. par. 1. in antiq. & ſuſtinet Aurelius in addit. ad Guil. in c. Abbates de priuileg. in 6. nec non ſuffragantur (mea ſententia verba citati cap. finalis, ibi, homini, quin, & alia, cap. cum inter (ibi tonſuratione) de re iudic. & text. in cap. 1. 9. quæſt. 2. dum prohibet alterius Parochianum ordinari; alij tamen non defuerunt tenentes contrarium, vt Guid. Papa deciſ. 449. Laicus; Lapus allegatione 138. num. 11. & Nau. ſibi contrarius. conſil. 25. Hiſpan. de tempor. ordin. etiam in antiq. & Philipp. Prob. in addit. ad Ioan. Monach. eodem cap. 1. nu. 6. cum ſeqq. ibique multis conualidat rationibus, ea præſertim, quia non minimam dicit adeſſe diſtantiam inter Laicum promotũ ad tonſuram, & inter tonſuratum alijs inſignitum ordinibus ab alieno ſuperiore, Inquit enim, quod factus Clericus effectus eſt Iuriſdictionis Epiſcopi, illique tunc ſubeſt, Laicus verò, tantum Laico ſuperiori, nec habet Epiſcopum, ac proptereа credidit illum non poſſe in alterius Antiſtitis iuriſdictionem conſentire, eamque prorogare, iuxta cap. ſignificaſti de foro compet. Sed vtique Laicum id facere poſſe arbitratus eſt, per l. ſi conuenerit ff. de Iuriſd. omn. Iudic. & l. 1. ff. de Iudic. Sed ego erroneam eſſe opinor hanc Probi differentiam; nam & Laicum quoque proprium habere Epiſcopum non dubito, tùm reſpectu ſpiritualium, & annexorum, tùm maximè pro ſuſcipiendis ordinibus, nam ſicuti Laicum non niſi pro-
3 prius Epiſcopus communicare valet, eo quod non niſi in ſubditos fertur, cap. á nobis el 1. & illic communiter doct. de ſent. excom. Marian. Soccin. ſenior in cap. Mulieres, verſ. ſexto, quæro nu. 28. eod. tit. Gabriel. Biel. in 4. diſt. 18. quæſt. 2. artic. 2. concluſ. 3. & Vgolinus copioſè in tractat. de cenſuris, tab. 1. cap. 2. §. 11. alijque multi, ab ipſo adducti; ita,

& ordi-

& ordines cum constet Laicum, suum habere Præsulem, ac propterea veram omnino existimo primam sententiam, quam nouissimè vendicare sibi locum ante factum, postea verò alteram præcedentem, & affirmatiuam scripsit Gratian. disceptat. forens. tom. 3. cap. 430. litteræ commendatitię, nu. 8.

Collatio verò ordinum ab alieno Episcopo facta irrita declaratur ab eodem Concilio Antiochæno in allegato, cap. nullum Episcoporum 9. quæst. 2. & melius in cap. sequenti, & Calixtus Papa idem constituit in cap. 1. eadem causa, & quæst. erit tamen vacua, & irrita, quò ad illorum executionem,
4 nam respectu caractheris, dubio procul asserendum est, illum collatum fuisse iuxta glosam finalem in citato, cap. nullum Episcoporum, Archid. in cap. Lugdunensis, num. 1. eadem causa, & quæst. Host. in cap. consultationi de temp. ordin. & verba Anacleti Papæ in cap. Episcopus in Diœcesi 7. q. 1. ac propterea si postea ministraret irregularitatem contraheret, sicuti quilibet suspensus á diuinis, cap. cum medicinalis de sent. excom. in 6. qui textus ad suspensionem extendit, quod solummodo Canones antea de excommunicatione statuerant, in cap. si quis Episcopus damnatus, cum seq. 11. quæst. 3. & refert Inn. in adducto cap. cum medicinalis, nu. 4. & ipse latioribus verbis alibi scribo.

Sed modo à prædictis Sacris Canonibus, & Cōcilijs recessum videtur, quandoquidem firmant Doctores non ipso iure fieri suspensum, qui ab alieno Episcopo est promotus, & propterea interdicendam esse executionem á proprio Antistite, vt illico incurrat deinde suspensionem si ministret, Butrius in cap. quod translationem, num. 3. Abb. num. 1. de tempor. ordin. & Anan. num. 1. per verba eiusdem textus ibi interdicenda est eis ordinis executio, dixit etiam Arch. in cap. Lugdunensis 9. quæst. 2. num. 4. Nauarr. conf. 33. num. 1. de tempor. ordin. par. 1. Guid. Papa decis. 449. in fine Philipp. Prob. in addit. ad Ioann. Monach. in cap. 1. num. 10. alleg. tit. in 6. & pluries firmauit Rota, vt nos admonet decis. 731. nu. 1. in decis. diuers. part. 1. tenuit lapus allegat. 138. nu. 9. Inn. in cap. si celebrat, nu. 1. de Cleric. non ordin. minist. Archid. in cap. sollicitudo, num. 5. dist. 52. & Henric. Sum. Thæol. Moral. lib. 10. cap. 21. §. 4. in glosa lit. Y.

Qui verò nollet á prædictis Canonibus recedere, malletque concludere primam sententiam vti
5 veriorem, aduertat non propterea ipsum irregularitatem contrahere ministrando; non etenim illa suspensionis censura esset inodatus, cuius transgressio operaretur irregularitatem, vt ex sententia, Host. Specul. & aliorum defendit glosa notab. in cap. eos vers. statuunt de tempor. ordin. in 6. ibique Ioan. Monach. num. 1. Nauar. conf. 32. num. 2. & conf. 30. num. 3. de tempor. ordin. par. 1. Milis suo repert. vers. Clericus accipiens ordinem, Arch. in cap. Lugdunensis 9. quæst. 2. cuius glosæ dictum, & reliquorum, tametsi non capiat Lapus (vt ipse asserit in sua allegatione 38. nu. 10.) non ideo improbat, & propterea hunc esse suspensum ipso iure, quò ad se tantum dixit Ioann. Andr. citato cap. quo ad translationem, ibique Abb. num. 2. de tempor. ordin. Gemin. alleg. cap. eos, & milis loco nuper relato, ac Rebuff. in praxi Rub. de Cleric. male prom. glos. 3. & in Rubr. de litter. dimiss. nu. 23. quæ quidem suspensio à scribentibus vocatur suspensio minor, qua innodatus irregularitatem minimè cōtrahit, si celebret; vt notant Doctores in cap. si celebrat de Cleric. excomm. minist. & Summistæ in verbo suspensio præsertim Syluest. num. 1. Armill. num. 2. in fine: & Sot. non immeritò dixit, quod hæc suspensio proueniens á susceptione ordinum ab alieno sine licentia proprij Episcopi, non est irregularitas; quia non est impedimentum aliorum suscipiendorum ordinum, ideo ministrando peccat non autem est irregularis, hæc ille in 4. sent. dist. 25. quæst. 1. artic. 3. vers. in ordinatione circa medium, & consequenter dicatur suspensus suspensione illa, quæ afficit peccatorem occultum, qui executionem, quò ad se non habet, iuxta cap. final. de cohab. Cleric. & mulier. eique potest, quò ad alios interdici á Prælato, sed donec ab illo fiat interdictio, si interea celebret, non fit irregularis, tametsi grauiter peccet, vt inquit Præpos. super cap. Lugdunensi nu. 6. caus. 9. quæst. 2.

6 Per Constitutionem verò Pij II. cum ex Sacrorum, non dubium, quin ipso iure suspensionem incurrat, atque etiam post Concilium Trid. in cap. ordinationes, sess. 23. de reform. & dicit Rota decis. 371. in decis. diuers. part. 2. in fine, quod ex illis Concilij verbis constat (sit suspensus) quæ inducunt profecto suspensionem ipso iure Felyn. in cap. Rodulphus num. 33. de rescript. nam verba Præsentis temporis pœnam ipso facto incurrēdam regulariter operantur, vt concludit Imol. in cap. si quis, de vit. & honest. Cleric. post num. 2. & non semel tenuit Rota teste Guidob. decis. 131. Cotta decis. 69. & communem esse opinionem scribit Gabriell. conf. 181. num. 5. & 8. part. 2. nouissimè autèm, apertissimis declarauit verbis Constitutio, 91. Sixti V. contra Cleric. male promot. & dixit hunc fieri suspensum ipso iure.

Sed considerandum quod Constitutio Pij II iam relata tantummodo suspensum pronunciat, eum, qui Sacris tantum est initiatus ordinibus ab alieno Antistite sine licentia proprij ordinarij, non illum,
7 qui minoribus, vt admonet Nau. consil. 9 num. 2. de temp. ordin. part. 1. & conf. 19. in fine eodem illo titulo; in antiq. & Mandos. super regul. 24. de malè promotis quæst. 1. num. 6. demonstrantq; eiusdem Constitutionis verba illa, ad sacros, quare videtur contrarium sentire, quoties assumeretur ad non sacros; quod etenim de vno firmatur de alio negatur l. maritus C. de procur. l. cum ita legatum ff. de condit. & demonstr. l. cum lex ff. de legib. Concilij verò Tridentini dispositio, aliquantulum dubia in hoc videtur esse, nam si inspicimus initium cap. 2. sess. 23. de reform. patebit solummodo verba facere de sacris, dum fatur, & inquit, ordinationes sacrorum ordinum; quæ quidem excipiunt ordinationes ordinum non sacrorum; si verò considerabimus eiusdem Canonis conclusionem generaliter loquentem, atque ita propterea intelligendam ex regula l. 1. §. generaliter ff. de legat. præstandis, sanè fateri oporteret illum textum, etiam insignitum minoribus complecti, maximè cum vniuersalis constitutio non admittat restrictionem à Prohemio, iuxta glosam in cap. 1. vers. Clericum de tempor. ordin. in 6. sed posterior in hac re Constitutio illa scilicet Sixti V. sæpè sepius relata, tùm ad sacros

tim

tùm ad minores ab alieno Antiſtitè promotum abſque facultate ſui Epiſcopi ſuſpenſum, ipſo iure pronunciat, vt etenim copioſè tradidi in Rubr. de tempor.ordin.c.2.nu.21.prædicta Conſtitutio complectitur Clericum malè initiatum ordinibus maioribus, & minoribus, & propterea quiuis ſacris erat poſt Bullam Pii II.hoc modo inſignitus, ſi miniſtrare audebat, vtique irregularis erat per eiuſdem Conſt. verba, & fortaſſe etiam ſi minoribus, poſt Concilium, & in eis miniſtrauit; & nulli dubium poſt memoratam bullam Sixti V. reducta tamen ad terminos iuris communis per alteram Clementis Conſtitutionem 40. cuius initium eſt, Romanum decet Pontificem; quod ſi perſona cognita,& digna promoueretur ab alieno, ſine dimiſſoriis, vtique pœnas præfatarum cõſtitutionum incurreret, teſte Mandoſ. ſuper Reg. Cancell. 24. quæſt.3.quia earum conſtitutionum vigore,prædictæ litteræ ſunt de forma, vt ipſe probat num. 9. ideoque illa ſemper, & vbique ſeruanda cap. cum dilecta de reſcript.Dec.conſ. 10. viſo puncto nu.2. quamobrem poſſet fortaſſe ſuſtineri contrarium, ſi merum ius commune, & non præfatas conſtitutiones attenderemus, cum illo iure defendi poſſit, litteras ipſas dimiſſoriales non requiri pro forma.

Quæ hactenus,tam luculenter tradidi ſubſiſtunt quotieſcumque In tramontani non impetrato aſſenſu proprii ſuperioris paſſi ſunt, à non ſuo ordinari Antiſtite: quod ſi Vltramontani ab Italis in

8 Italia ordines ſuſceperint à non ſuo, ſine dimiſſoriis proprii Superioris, præter relatas Conſtitutiones Pij, Sixti, & Concilij Tridentini, à Iure communi declarantur ſuſpenſi ipſo Iure, eorumque diſpenſatio eſt reſeruata Papæ, ex Decreto Clem. IV. in cap. 1. de tempor. ordin.in 6. qua innodati celebrantes, fierent irregulares, Syluest. verbo irregularitas, num. 11. Nauar. conſ. 33. num.1.de tempor.ordin.par.1.& gloſa Ioan. Andr. indicato, cap. 1.verſ.ſuſpenſus.

Cuius Canonis ſuſpenſio, haúdquaquam eos ligat,qui non propriè Vltramontani,aut Citramontani appellantur,ſed medij: eó quod non vltra, aut

9 citra montes degunt; ſed in montibus ipſis; vt concludit Ioan.Monach.ibidem, num. 2. verſ. dic contra;& ratio eſt,quia non niſi localis,& pœnalis eſt conſtitutio memorati, cap. 1. Ideoque non extendenda,cuius Io.Monaci reſolutionem, & rationem ſequitur inibi Franch. num. 4. Ioann. Andr. ante,num.1.verſ.Vltramontanum, Gemin.nu.6.in fine,& Anchar.verſ. tertio noto; tametſi aliqui ſuſtinuerint fore inſpiciendam viciniorem Regionem,ſecundum quam opinentur, iudicandum eſſe per ea, quæ de hermaphrodito loquitur textus in l.quæritur ff.de ſtatu homin.

10 Prædictus autem Canon prohibens Epiſcopis Italis ordines conferre hominibus Vltramontanis; præterquam ſi à Papa ſpecialem habuerint facultatem, vel ab Epiſcopo de cuius Diocœſi traxerint originem, vel beneficium, retinent; videtur excipere Epiſcopum Domicilij, ac propterea dubitatur,an Vltramontanus, qui domicilium acquiſiuit in Italia, poſſit ordinibus donari ab eo, qui ratione domicilij eius eſt ſuperior, aùt ab altero de eius licentia? & Ioan. Monach.in eodem cap. 1. num. 3. verſ. ſed quæro, proponit hoc dubium, illud tamen decidit verſ.ſequenti, indubitanter aſſeuerans memoratum capitulum, haúd excludere Antiſtitem Domicilij, cum credat illum fore declarandum ex altero Canone in cap. cum nullus, illomet titulo,& libro,quod etiam ſuper eodem cap. 1. comendat Philipp.prob.num. 3. verſ.cenſetur,& Archid. num. 3. verſ. originem; Alij tamen qui contradicant non deſunt, & inquiunt, Papam inibi conceſſiſſe duobus tantum in caſibus, & expreſſiſſet tertium, ſi in eo voluiſſet eandem concedere facultatem, maximè cum præſumptio ſit Papam conſulto ſubticuiſſe ob fraudem,quæ potuiſſet enaſci ſi permiſiſſet Vltramontanum promoueri in Italia ab Epiſcopo Domicilij; Namque Vltramontani Apoſtatæ, excommunicati, irregulares, aùt ſimiles,ordinum ſuſceptione indigni, húc ſe conferrent domicilium acquiſituros, ordineſque ſuſcepturos in fraudem præfatæ conſtitutionis, vt inibi ſcripſit gloſa verſ.exiſtit; qua tamen ratione, ac præſumptione non obſtante relatam Io. Monachi ſententiam veriorem eſſe exiſtimat Gemin. in eod.cap.1.num.13.verſ.in eadem gloſa,ſubiungens prædictam fraudis præſumptionem verificari etiã ac multo facilius in caſu permiſſo, eo in textu, ſcilicet ratione beneficij; quod facilius adipiſci poteſt quam domicilium acquirere,iuxta notata in cap.8. hac Rub.in illius etenim acquiſitione tempus non modicum præexigitur, aliaue multa concurrere debent,quæ omnino ceſſant in beneficijs obtinendis; quare ſi illorum ratione poteſt promoueri, quiuis ea poſſidens,aliqua in Diocœſi,ab illius Antiſtite; multo conuenientius fatendum erit, idipſum ab Epiſcopo Domicilij, qui quidem illius vitam, moreſque vtique poterit experiri curriculo tot annorum, requiſitorum ad acquirendum Domicilium; neque ille ſimulare longo tempore poterit ſanctam vitam, ſi interius malo animo præmatur, foriſque malis moribus ſit indutus; Res etenim de facile reuertitur ad ſuam priſtinam naturam, atque homo ad animi inclinationem, nec diù pati poteſt, quicquid ex corde non prouenit; quas ob rationes libenter valebit vnuſquiſque Io. Monaci ſententiam inſectari, quam æquam eſſe adiungit Gemin.adducto nu.13.verſ.credo, quod hęc opinio ſit æqua: & amplexatur Franch. inibi, num.11.in fine.

11 Præterea diſpoſitio eiuſdem cap.1.complectitur Vltramontanum ordinatum in Italia ab Vltramontano Epiſcopo, non tamen eiuſdem ordinati ſuperiore, nec præcedentibus proprij ordinarij dimiſſorijs, vt firmarunt, & rectè profecto ſuper eodem cap.1.Franch.nu.10.& Gemin.nu. 8.

12 Italos autem ab Vltramontanis, & vltra montes ordinatos ſine licentia proprij Epiſcopi, prædictus canon non comprændit, iuxta gloſam inibi, verſ. Italia; vbi communis eſt opinio teſte Syluestro verbo irregularitas,num.11.& Nau.conſil. 33. num.1. de tempor. ordin. part. 1. qui ſubdit prædictam gloſam communiter receptam eſſe, per Iura in ea citata, & rationes, cuius etiam doctrinam ſequitur Anchar.ibidem verſ.circa hoc.

Quæ verò poſſit adduci diſtantiæ ratio cur Vltramontanos ab Italis ſine dimiſſorijs propij Epicopi promotos, declaret ſuſpenſos ille canon; Italos autem ab Vltramontanis in illis partibus ordinatos

natos non liget; non equidem potest certa assignari, atque ideo Viuald.in suo Candelab. Rub. de Sacram.ordin.num.38. fatetur illam se penitus ignorare; sed glosa super illo textu vers.Italiæ, credidit eam esse, quod dicti Canonis constitutio sit pœnalis, & ob id restringenda, ne expressum excedat casum, per cap. statutum de elect. in 6. sed scirem profecto veriorem adiungere, ni modestia me retineret, aut præuiderem me multis displiciturum, si exprimerem.

Sed hodie per Constit. Sixti V. contra Clericos malè promotos, eandem suspensionem, & ipso iure incurrit Italus sine sui superioris consensu, ab Vltramontanis ordinatus, vt in §. Verùm, & §.cœterum, & annotauit Viuald.super illa Constit. nu.6. cuius sanctio, si his posterioribus temporibus vigeat, videnda est Clementis Constitutio, exordiens Romanum Pontificem decet.

13 Prædicta veró pœna, an plectantur Vltramontani ad sacros tantum assumpti, an etiam ad minores; aut primam tonsuram? & reiecta sententia negantium scilicet Nauar. cons. 25. & 26. de tempor.ordin.par. 1. in antiq. veriorem existimo conclusionem illam, fouentem affirmatiuam partem, vt isthæc pœna liget etiam modo prædicto insignitum prima tonsura per glos. in citato cap. 1. vers.Clericum de tempor.ordin.in 6.quam ibidem sequuntur Philipp.Franch.num.10.vers. in glosa Gemin.post nu.9.& glosa in c.cùm nullus vers.Clericum alleg.tit.& libro,& confirmatur ex his, quæ scribo in princip. huius capitis, num. 2. quod si verissimum esse prædicti opinantur in Laico ingrediente Ianuam ordinum, multo magis cum ad minores ascendit, vt inibi Franch. contra Ioannem Monachum rectè censuit, neque obstat ratio adducta á Lapo in sua allegat.138. nu. 11. & Guid. Pap. decis. 449. Laicus effectus; quod tonsura non sit ordo, ac propterea in ea non subsistat constituta pœna aduersus ordinantes alienos Clericos, & sic ordinatos, nam suæ rationi obstat primo textus in cap.cum contingat de ætat. & qualit.cui se respondere nescire ipsemet fatetur; tùm quia licet verè ordinem non conferret, non attamen dubitatur, quin per primam tonsuram illi collatam, sit ipse constitutus in maiori gradu; quod profectò alijs permultis constabilire niterer, ni postrem a Sixti V. Constitutione expressis verbis sancitum reperiretur, atque alieno Antistiti prohibitum; ibi, quemcumque secularem.

14 Qui verò ab alieno promotus esset cum dimissorijs proprij ordinarij concedentis facultatem illum ordinandi, ad titulum Patrmonij, sibi donati, quod re vera fuerit ab ipso, inscio Episcopo renunciatum ante ordinationem, an dicatur sine dimissorijs ordinatus, tanquam surreptitiæ, & nullæ, ac propterea statutam incurrerit suspensionem cõtra ordinatos ab alieno Episcopo? & omnino concludendum est, negatiuè; cum Nauarro in Summ. cap.27.num.158.Viuald.de suspens. num.31.par.2. cum prædicta nullius sit momenti renunciatio facta ante ordinationem, vt idem Nau. probat loco cit.& Ipse tetigi in rubr.de tit. ordin. cap. 5. versic. tertio noto; & pleniori manu scribam inferius, & cum surreptitiæ non sint, nullum debent operari impedimentum dimissoriæ iam dictæ, & illa inualida renunciatio, ex Regula Iuris, non præstat de Regul.Iur.in 6.

15 Quod si promotus aliquis appareat ab alieno Episcopo præcedentibus litteris proprij Antistitis illas concedentis ad titulum, quem sibi mentitus sit sufficientem esse, cum re vera esset insufficiens, vtique reputaretur ordinatus absque dimissorijs sui ordinarij, & consequenter suspensus, quia vti mendax precator carere debet pœnitus impetrantis l. & si legibus. C. si contra Ius, vel vtilitatem publicam, & propterea omni commodo litterarum per cap. super litteris de Rescript. cum dependeant à veritate præsupposita narratorum, & intelligantur concessæ sub conditione, si vera sunt, quæ narrantur, vt latè explicat Bellam.decis. 752. seu 1. de iure patron. ergo inualidis existentibus dimissorijs prædictis, omnino dicendum est, hunc promotum sine illis ab alieno Episcopo, meritoque suspensum vigore Cõstit.Pij II cum ex Sacrorum, vt in proposito casu firmat Nauarr. consil. 18. num. 5. de tempor. ordin. ipseque propiori loco, & longiori themate ago.

16 Postremo superest explicare pœnam Episcopi ordinantis alienum Clericum, quæ de Iure est suspensio à collatione ordinum per annum, tàm si scienter, quàm si affectata ignorãtia, vel quocumq; alio quæsito figmento presumpserit ordinare, c.eos de tempor.ordin.in 6.& Concil.Trid. cap.ordinationes sess.23. de reform. nec tantum á collatione illius ordinis, quem sine dimissorijs alieno Clerico contulit, sed reliquorum omnium, vt firmat Anchar.in citato cap.eos, num. 3. & ibi glosa, præterquam si tonsuram illi conferret, quia tunc á collatione solius tonsuræ suspensus esset cap.fin. de tempor.ordin.in 6. aduerto tamen, quod si Episcopus Italus aliquem ordinem conferret Clerico Vltramontano, non habenti licentiam á suo ordinario, quia prædictus promotus grauiori puniretur pœna de Iure, quam si Italus ab Italo, vt dixi, num. 12. per cap.1.de tempor.ordin.in 6.ita, & promouens, vt inibi adiungit Ioan.Monach.num.4. Ioan.Andr. ante num.1.vers.condigna, & Anchar. vers. finali, sed nouissimo Iure inspicienda est pœna cœteris grauior constituta in Constit.Sixti V.§.his igitur.

His subnectere duxi pernecessarium esse; An sicuti ordinatus ab alieno Antistite, quamuis sine dimissorijs proprij caracterem recipit, vt scripsi in principio huius capitis, ita ordinatus ad minores ab alieno Abbate, & facultatem non habente concessa ab illius proprio superiore; & pro responsione sciendum est in primis, declaratum fuisse ab am-

17 plissimis Patribus Sacri Concilij interpretibus, quod Abbates Regulares habentes ius baculi deferendi, & mitram, postquam Sacerdotalem ordinem, & munus benedictionis susceperint possunt tonsuram, & ordines minores sæcularibus Episcopi iurisdictioni subiectis conferre, si modo ipsius Episcopi consensus accedat, & á dicto Episcopo pro se quisque litteras dimissorias impetrauer, ita vt satis non sit id generatim ab Episcopo consensum esse, sed hac concessione semper opus est singulis, quin, & regularibus etiam dimissoria; speciales superiorum suorum, & specialem consensum Episcopi loci habentibus. Nunc conclusiuè iuxta morem loquendo, respondeo, quod si prædictus

ctus Abbas ex numero illorum ſit, qui mitram, ac
baculum deferunt, aut iuxta annotata à me in
Rub. de tempor. ordin. cap. 1. retinent autoritatem
de Iure, aut ex Priuilegio conferendi minores or-
dines, de quibus in gloſa, in cap. quoniam verſ. Le-
ctoris 69. diſt. & declarauit eadem Concilij congre-
18 gatio, & altero iſtorum caſuum, ordinis caracther
imprimatur, tametſi prædictus Abbas alieno con-
tuliſſet, ad inſtar Epiſcopi, qui non ſuum ſubditum
ad ordines aſſumeret, ſi verò iam dictus Abbas
præfatam auctoritatem, neque ex Iuris diſpoſitio-
ne, neque ex priuilegio haberet, & conferre tenta-
ret; ordinis ſic nulliter collati non vtique impri-
matur caracther, veluti cum quis ſacris curaſſet à
non Epiſcopo inſigniri, vt in facti contingentia, &
hac vſus diſtinctione concluſit Lapus in ſua alle-
gat. 123. num. 6. Quare Archypresbiter Altamuræ
habens Priuilegium Apoſtolicum conferendi mi-
nores ordines non omnibus, ſed certis quibuſdam
canonicis ſuæ Eccleſiæ, dum illos contulit alijs ex-
tra numerum in priuilegio contentum, itidem for-
taſſe dici poſſit concludi prædictos ordines eis con-
tuliſſe, & caractherem: licet enim ob defectum
Iuriſdictionis, & auctoritatis, in illos minimè face-
re debuerit; quia tamen poteſtas eos dandi non
defuit, tametſi coarctata ad certas perſonas, ſi dum
fecit, illoſque conferre auſus eſt, verè contulit, quē-
admodum Epiſcopo, necnon, & Abbati ad ſubdi-
tos talis eſt reſtricta poteſtas, & nihilominus ſi ad
alienos extendatur, valeat actus, nam defectus Iu-
riſdictionis abeſt, non tamen quò ad habitum po-
teſtatis; duo etenim requiruntur ad collationem
talium ordinum, ſcilicet poteſtas Sacramentalis, &
19 Iuriſdictio, vt in ſimili tradit Ioan de Selua, tract.
de beneſ. par. 2. quæſt. 6. poſt num. 3. niſi dicamus
primo nominatos habere poteſtatem, ex diſpoſi-
tione Iuris. Nunc verò virtute Priuilegij, cuius
tanta eſt vis, quatenus verba permittunt, ita, quod
reſpectu aliorum ceſſet, & poteſtas, & Iuriſdictio,
quod ſi minores ordines collati fuerint ab aliquo,
aſſerente ſe habere poteſtatem à Pontifice illos cō-
ferendi, & credente Populo, id diú paſſus ſit, nihil
quidem actum eſt, illique propterea tenentur ſic
ſuſceptos ordines reaſſumere, conſueta tamen ac-
cedente clauſula illa, ſi & quatenus non eſt ſuſce-
ptum Sacramentum, vt concludit Nau. conſil. 9.
num. 4. de tempor. ordin. ante quam ordinum re-
petitionem, ſi eis fuerint beneficia collata, tamquā
Laicis facta collatio, iudicatur nulla, & inualida,
hæc verò ſi non præceſſerit repetitio, aut aliquem
ex Sacris ordinibus non ſuſceperint, ſed ſi poſt alte-
rum prædictorum obtinuerint, non equidem in-
ualida erit impetratio iſthæc, & collatio, vt inibi
ſubnectit Nauarr. nu. 6. non enim mala promotio
ad minores ordines operatur ſuſpenſionem ipſo
Iure, vt idem Nauarr. illic num. 2. tradit & ipſe
copioſius ſcribo in hoc capite, nu. 7. & alibi.

SVMMARIA.

Ordinatus ab alieno Præſule, eſt inhabilis ad beneficia, nu. 1.

Beneficijs ante ſuſpenſionem obtentis non ſpoliatur, num. 2.

Fructibus beneficiorum tamen, nequit interea potiri, num. 3. & nu 5.

Suſpenſus an ex fructibus ſaltem modeſtè interdum alimentari valeat? nu. 4.

Quid in excommunicato? nu. 6.

Declaratio incurſus ſuſpenſionis non neceſſario antecedere debet ad priuationem fructuum, num 7.

Fiſcus poſt ſententiam delicti ab aliquo patrati, & propterea incurrente pœnam ipſo iure repetit omnia bona, per illum alienata, à die commiſſi criminis, nu. 8.

Clericali itidem, neque gaudet priuilegio ordinatus ab extraneo ſuperiore ex aliquorum ſententia, nu. 9.

Capitulum Secundum.

QVi uis paſſus eſt ſine licentia pro-
prij ſuperioris ab alieno ordi-
nari, præter relatas pœnas in
proximo capitulo, venit & alijs
puniendus; Namque fit pro-
pterea inhabilis ad beneficia
1 conſequenda Rebuff. conſil. 1.
ordinatus, & in praxi Rub. de litter. dimiſſ. nu. 22.
Doct. in cap. vlt. 9. quæſt. 2. Petr. Gregor. Tholoſ.
tractat. de benefic. cap. 36. nu. 12. & communis eſt
opinio teſte Gabriell. conſil. 181. num. 6. vol. 2. &
ea poteſt ratione confirmari, quia omnis à Iure
ſuſpenſus, nequit beneficia adipiſci gloſa in cap.
cum bonæ verſ. ſuſpenſi de ætat. & qualit. Nauarr.
conſil. 25. num. 5. de temp. ordin. par. 1. Milis in ſuo
Repert. verſ. clericus ſuſpenſus, & pleniori manu
ſcribo in Rub. de perſon. prohib. prom. cap. 16. nu.
10. Sed huiuſmodi promotus eſt ſuſpenſus, ſequi-
tur, nec poſſit beneficia conſequi, quamuis Lapus
allegatione 138. num. 16. contrariam firmet ſen-
tentiam, ac propterea collationem beneficiorum
eidem interdum factam inualidam non eſſe de-
fendat, illa quidem, & efficaci ratione, quòd effē-
ctus ſuſpenſionis in hoc caſu eſt, vt careat execu-
tione ordinum, atquè ideo reſpiciat ea, quæ vigore
talis ordinationis exequi poſſet; propterea extendi
non debeat ad impetrationem beneficij, quod ob-
tinere. non eſt ordinum executio; nam ipſe liben-
tius, primo loco, relatæ ſententiæ aſſentior, quam
veriorem exiſtimo, quamque fortaſſe ipſemet La-
pus veriorem interius credebat, dum illam perti-
meſcens ſententiam, ne obijcietur ſuo clienti pro-
moto ab alieno Epiſcopo, ſine dimiſſorijs, qui po-
ſtea obtinuerat Beneficium à Papa; curauit, & per-
quiſiuit remedia permulta, quibus potuiſſet illius
Clericatum probare, ne cogeretur litteras ordi-
num producere, ex quibus mala iſthæc conſtaret
promotio, ergo cognoſcebat primam ſententiam
veriorem, aùt ſaltim eam magnifaciebat, & dubita-
bat nè á cæteris præſertim iudicibus comendare-
tur, vt validior, tametſi re ipſa conetur defendere
ſecundam, quam deinde reperi tenuiſſe Philipp.
probum ad Ioann. Monachum in cap. 1. num. 14.

de

de tempor.ordin.in 6. asseuerantem ordinatum, sa-
cris etiam ordinibus à non suo Episcopo, & sine
licentia ordinarij, non fieri inhabilem ad conse-
quendum beneficia, donec fuerit á proprio suspen-
sus Episcopo, Nauar. etiam affirmat cons. 11. N. fa-
miliaris num. 4. de temp. ordin. in nouis, nisi esset
promotus à non Episcopo, dicente tamen se ha-
bere potastatem conferendi à Papa, etiam si cre-
dente Populo per multos annos, concludit cons. 8.
De quibusdam, num. 3. de Sacram. non iteran. in
nouis, subdens rationem, quia tunc merus est Lai-
cus, qui possidere beneficium nequit, cap. cum
adeó de Rescript. tu verò mea sententia, sequere
primam opinionem, quam amplexata est Rota, vt
aduertit Additio ad præfatum consil. 11. Nauarr.
dummodo maioribus sit insignitus ordinibus, abs-
que licentia proprij, secus si minoribus; tùm per
auctoritatem Nauarr. consil. 24. num. 4. & cons. 25.
num. 5. tum per rationem, quia prædictus non in-
currit suspensionem, sed potest suspendi, vt in dictis
locis idē Nau. tradit, & ipse alibi luculēter annotaui.

2 Beneficijs autem impetratis ante suspensionem,
non spoliatur, nisi voluntariè steterit, saltem per
annum in ea suspensione, cap. cum bonæ de ætat. &
qualit. ibique Anan. num. 5. sed si tali durante su-
spensione ministrauerit, quia factus est irregularis,
etiam non expectato anno, posset illico beneficijs
priuari per Constit. Pij II. cum ex Sacrorum. Con-
stitutio verò Sixti V. ipso facto prædictos declarat
beneficijs priuatos, atque in posterum perpetuo in-
habiles, & incapaces ad illa, vel alia similia, aut dis-
similia obtinenda in §. & nihilominus in fine.

3 Fructibus verò beneficiorum nequeunt potiri,
si à beneficio suspensi sunt, per glosam in cap. cum
Vinctoniensis vers. admiserat, in fine de elect. Syl-
uest. verbó suspensio, num. 5. vers. si verò sit á bene-
ficio, Nauarr. c. 25. nu. 114. vers. 15. & Henric. Sum.
Thæ. Moral. lib. 13. c. 32. §. 4. tum etiá si simpliciter
suspensi sint, quia tunc ab vtroq; suspensi censentur
scilicet beneficio, & officio, ex Henr. vbi supra §. 1.
Syluest. Verbo suspensio, nu. 5. in fin. vers. si verò su-
spēsio sit; quod si simpliciter suspēsi sint ab officio,
quia etiam à beneficio iudicantur suspensi, ex glo-
sa percelebri in cap. quia sœpè vers. beneficijs, qui-
buscumque de elect. in 6. & cap. præsenti vers. ab
officio de officio ordin. in 6. sequitur, eos esse bene-
ficiorum fructibus priuatos, si tamen illa concur-
rant, quæ in hac re trado in Rub. de person. prohib.
prom. cap. de suspens. vers. fructus: quinimmo su-
spensum ab officio tantùm, nec posse huiusmodi
fructus percipere, affirmat Inn. in cap, Pastoralis,
num. 3. de appellat. sequitur Armill. verb. suspentio,
num. 11. in fine, & tabiena verbo suspentio, num. 5.
quinimmo à prædictis occulte suspensus, gaudere
nec potest beneficij fructibus interea, eosque per-
cipere, aut retinere Henric. Summ. Thæol. Moral.
lib. 13. cap. 32. §. 3. per Couar. in 2. par sponsal. cap. 6.
§. 8. nu. 7. & Gomes in Regula de subrogandis, q. 7.

4 Ex fructibus tamen prædictis, modestè alimen-
tari, vtique possit interdum, huiusmodi suspensus,
si alijs bonis careat, deducitur ex glosa in cap. cum
Vinctoniensis vers. amiserat de elect. Nauar. dicto
cap. 25. num. 124. vers. decimoquinto, & consil. 45.
de tempor. ordin. part. 1. id tamen si ob crimen, se-
cus si ob contumaciam sit suspensus; nàm cum
propter contumaciam, quia posset satisfacere; &
absolutionem pro voluntate consequi, merito si
differetur absolutio, culpa propria contingeret, &
5 non deberet alimenta percipere, ex Abb. in cap. pa-
storalis §. verum de appellat. Diaz. in pract. crim.
canon, cap. 122. excommunicatus autèm fructus
6 retinere non valet, quamuis egeat Nauar. adducto
num. 124. per glosam communiter receptam in
cap. pastoralis §. verum vers. subtrahuntur de ap-
pellat, quam differentiam inter suspensionem, &
excommunicationem approbant Clarus pract.
crim. quæst. 73. num. 3. & Couarr. lib. 3. variar. resol.
c. 13. nu. 8. vers. 12. & Fusius congruentiori loco ex-
plico in Rub. de person. proh. promou. c. de excom.
vers. fructibus, & cap. de suspensione vers. fructus,

7 Hic tamen non est omittendum quod aberraret
profecto, qui crederet suspensum posse beneficio-
rum fructus percipere, quousque declaretur talis,
iuxta regulam glosæ, in cap. fraternitas vers. cum
augmento 12. q. 2. dicentē, ne ante latam sententiam
teneatur in conscientia rem, aut pœnam tradere,
quam ipso iure incurrit, illiusué rei, neque domi-
nium, aut administrationem, vel possessionem ami-
ctat, quam etiam resolutionem plerique Docto-
rum arbitrati sunt verissimam esse, quos allego in
Rubrica de person. prohib. promou. cap. de excom,
vers. fructibus, & cap. de suspensione vers. fructus,
& aliquos recenset Molin. tract. 2. de Iust. & Iure
disput. 95. vers. contrariam sententiam; subiungens
hanc hodie cōmunē esse inter Theologos, & Iuris-
peritos; Quinimo disput. 96. vers. quod attinet, pro-
bat idem subsistere in pœnis ipso Iure incurrendis,
quo ad amissionem beneficiorum, istorum etenim
resolutio, loquitur, locumque habet circa pœnam;
quæ quidem abest cum fructus suspenso denegan-
tur; hic enim est suspensionis effectus, & propte-
rea non mirum, si regulariter declaratoria minimè
requiritur, quo ad amissionem fructuum, vt notat
Felyn. in cap. Rodulphus, num. 38. de rescriptis,
quam ob rem, si Clericus posset ob aliquod deli-
ctum priuari beneficio cum habeat ius in re, quo-
usque de eo per sententiam spolietur, tuta conscien
tia fructus percipit; cum verò condemnatus est, de
tali delicto, ac beneficio priuatus mediante senten-
tia, tunc fructus perceptos á die commissi delicti
tenebitur restituere, absque alia declaratione, re-
spectu fructum Castrens. in l. 1. nu. 3. C. de his quib.
vt indig. Diazza pract. Crim. canon. c. 123. & Clar.
pract. crim. §. fin. quæst. 73. num. 9. Hippol. de Mar-
sill. sing. 268. Verus possessor, & sing. 525. Clericus
& alij multi auctores, quorum nouissimus est An-
ton. de Burgos. in repetit. cap. ad nostram column.
11. de empt. & vendit. eorumque sanè opinio com-
munior reputatur à Diazza loco citato, qui pro-
pterea subdit illam tenendam esse; Quæ satis abū-
dè comprobatur ex adductis per Molin. tract. 2. de
Iustit. & Iure disput. 95. vers. licet autem; inquit
enim, quod quicumque in crimen incidit, cui est
pœna amissionis ipso Iure statuta, non tenetur
bona sua tradere ante latam sententiam, sed ipsa
8 prolata retrotrahatur confiscatio ad tempus com-
missi delicti, ita vt bona omnia, quæ à commisso
delicto illius fuerant; ad quemcumque, quocum-
que titulo deuenerint, pertineant ad Fiscum, atque
ideo rescindantur omnes donationes, legata, vendi-

tiones,

tiones, & quicumqne alij contractus, etiam cauſa dotis ab eiuſmodi delinquentibus facti, à tempore patrati criminis, tanquam nullius momenti, ac roboris.

9 Vt tandem receptui canam; memoro multorum ſententiam fuiſſe, nè ab alieno inſignitus prima tonſura, gaudeat immunitate exemptionis, & priuilegio fori. Si proprij ſuperioris aſſenſus non acceſſit, eam quippè amplexati ſunt Caſſaneus in conſuet. Burgund. Rubr. 1.§.6.num.14. Rebuff. in praxi rubr. de literis dimiſſorialibus num. 16. in fine, atque tractat. de pacif. poſſeſs. num. 191. Petr. Grsgor. Tholoſ. tract. de benef. cap. 36. num. 10. & Maſcard. de probat. concluſ. 1140. ordinatum, numero 2. volum. 3. eiſque fauere his temporibus videtur Concil. Trident. ſanctio in cap. 10. ſeſs. 7. de reformat. in illis verbis, & ſic ordinati, ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus gaudeant. At contrariam exiſtimauit veriſſimã ſententiam Guidon Papeus deciſ. Delphin. 449. exordiente laicus, & fortaſſe inſequitur præcitatus Maſcard. dum ipſius opinionem nouiſſime recenſet, quamq; veram eſſe reſolutionem dicit Marta, cuius locum reperi hodie 21. Iulij 1610. in tractat. de iuriſdict. par. 4. centur. 2. caſu 149. ſub num. 8. ſubdens Doctores contradicentes, nullo valido inniti fundamento, neque gloſam, quâ fulciuntur in cap. eos verſic. ordinare de tempor. ordin. in 6. eorum probare ſententiam, oſtendit ſub num. 7. ait enim, ac rectè quidem nullum in eo textu, citataq; gloſa apponi verbum de priuilegio, ſed poſtquam textus ſanxerat à collatione ordinum per annum eſſe ſuſpenſos, qui alienum ſubditum abſque ſui ſuperioris licentia præſumpſerit ordinare, addit præfata gloſa, etiam ad primam tonſuram; ex quibus verbis, liceat cuiquam inferre non tantum dicta pœna ligari ordinantem alienum clericum, vt expreſſa verba textus inſinuabant, ſed eum qui laicum etiam inſigniret clericali tonſura; non autem ad eam ſtatuendam concluſionem; ergo laicus ordinatus prima tonſura ab externo, & ſine licentia proprij, fori priuilegio non gaudeat, præſertim, quod ſi actentè legantur verba gloſ. Ioan. Andr. in cap. fin. verſic. tonſuram, eodem citato tit. & lib. ex eis contraria carpitur vera ſententia; Namq; dum textus prohibuerat etiam laico alieno, Abſque conſenſu proprij dare tonſuram; ſubijcit gloſa, & inquit, per quam, immunitate gaudet, & cet. quaſi voluerit inferre, ne hanc tonſuram, qua laicus immunitate potitur, conferant alieni, itaque ſi conferrent gauderent immunitate.

Textui autem conciliari reſpondet, nu. 13. procedere in ordinato ab alieno cum literis inferiorum Prælatorum Epiſcopo, non autem ſi nullis exiſtentibus literis, ob grauem diſtantiæ rationem, quam adnectit num. 14. & quidem Concilij verba eiuſmodi ſine difficultate admittunt intellectum, ea enim ſunt; non liceat capitulis Eccleſiarum Sede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut literas dimiſſorias, ſeù Reuerendas, vt aliqui vocant tàm ex iuris communis diſpoſitione, quam etiam cuiuſuis priuilegij, aut conſuetudinis vigore, alicui qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedere, ſi ſecus fiat (hoc eſt ſi illas concesſerint) capitulum contraueniens (ſcilicet concedendo dimiſſorias ante annum, aut non arctatis) Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto, & ſic ordinati (hoc eſt cum literis obtemptis à capitulo vt ſupra) ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus gaudeant. Hunc præterea intellectum eidem textui conciliari tradit Leſſius de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 34. ſub num. 94. ideoque extendendam haud eſſe illius capitis ſanctionem addit, ad eum, qui nullis cum dimiſſorijs ordines ſuſcepit ab alieno; ſubſiſtit igitur firmata concluſio, maximè quod, licet controuerſa ſit quæſtio, ſi liceat Antiſtiti ordinare laicum alienum abſque literis proprij ſuperioris, & à nobis agitata in cap. præcedenti; tamen poſt factum dici validè collatam adiunximus, adducti aperta doctrina Gratian. Diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 430. nu. 3. ſicuti, & de alijs ordinibus loquentes ſcripſimus inibi num. 4.

SVMMARIA.

Religioſi etiam à proprio tantum Epiſcopo ordinandi ſunt, num. 1.

Epiſcopus tamen id facere nequit, ſine dimiſſorijs ſuperioris Regularis, num. 2.

Nouitius an poſſit promoueri ab Epiſcopo, in cuius Diœceſis Monaſterio moram facit ad probationis annum percurrendum, numero 3.

Pœna Religioſi promoti ſine dimiſſorijs proprij ſuperioris Regularis, num. 4.

Pœna Epiſcopi illum ordinantis, non præcedentibus literis prædictis, num. 5.

Priuatio à Communione reliquorum, quid præſeferat? num. 6.

Capitulum Tertium.

1 NON modo Seculares Clerici, ſed Religioſi præterea vetantur ordines ſuſcipere ab alio Antiſtite, quam ab Epiſcopo illius loci, cui à Superiore regulari deputati fuerunt, Anchar. in capit. cum nullus numero 3. verſic. quarto, de tempor. ordin. in 6. ibidemque Franch. poſt num. 5. & Gemin. in §. Religioſi numero 2. eiuſdem capitis cum nullus Sylueſt. verbo ordo 3. num. 3. & quamuis textus in allegat. §. Religioſi, videatur per argumentum à contrario ſenſu probare, vt hoc procedat in Religioſis non exemptis, ſecus verò in exemptis, nihilominus etiam in exemptis hoc verum eſſe, dicit inibi gloſa, & Anchar. Franch. & Gemin.; quare non poterunt præfati Religioſi ab

S alio

alio ordinari, tametsi dimissorias à proprijs regularibus superioribus obtinuerint, nempe si à Prouinciali, vel Generali, quandoquidem requiritur præterea consensus præfati Episcopi, in cuius Diœcesi Domicilium habent. Henric. in Summ. Thæol. Moral. lib. 10. cap. 23. præsertim post declarationẽ Illustriss. Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum, vt Regularis promoueri debeat ab Episcopo loci, vbi degit, vel ab alio eius accedente assensu; cui tamen successit decretum Pontificium quod refero Rub. 12. cap. 13. sub nu. 28. est tamen

2 verum, quod prædictus Episcopus, & ordinarius loci in quo habitat, nequibit illi ordines conferre, absque litteris dimissorijs sui Regularis superioris Maiol. tract. de irregul. lib. 4. cap. 20. nu. 2. per textum in cap. nullus 58. dist. quod tamen ipse confirmo, per verba tex. Concilij Trid. cap. 8. sess. 23. de reform. concedentis alieno Episcopo ordinare non suum subditum, cuius probitas, & Mores ordinarij sui testimonio commendantur, & ordinarius Religiosorum ad dandas dimissorias ad ordines de quo loquitur canon iam dictus, est illius Regularis superior. Nau. cons. 22. de tempor. ordinand. part. 1. admittitque memoratum Pontificium Decretum.

3 Sed an Episcopus valeat infra annum probationis ordinare nouitium alibi natum, si tamen in eius Diœcesi moretur, & probationem faciat? & licet videatur dicendum non posse, cum nondum sit religiosus, indeque exire valeat, ita quod fructus suæ præbendæ etiam interea habeat, vt scripsit Barthol. Brixiensis, quæst. Vener. 69. quidam Clericus; attamen Anchar. in cap. cum nullus, nu. 4. de tempor. ordin. in 6. ibidemque Franchus in finalibus verbis, affirmatiuam tuetur partem in hoc specifico casu, cum satis sit posse inibi perpetuo moram trahere, atque ideo de ipso, tanquam de perpetuo iudicari debeat.

Constitutio 37. autem Pij V. & si Mendicantium ordo, declarans ad regulares non extendi cap. 8. Concilij Tridentini, quod præcipit. Nemini fas esse ordines suscipere ab alio, quam á Proprio Episcopo, & decreuit fratres huiusmodi etiam sacros ordines à quolibet Antistite gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habente, ordinarij loci minimè requisita licentia, in locis, siuè domibus fratrum huiusmodi, siuè alibi recipere posse, reuocata fuit per Gregor. XIII. fœlicis memoriæ, in sua Constitutione 15. In tanta rerum; vbi dispositionem præfatæ Bullæ Pij V. reduxit ad terminos Iuris communis, ac Tridentini Concilij, ac si ipsa non emanasset, subdensque decretum irritans, omne, & quicquid attentaretur aduersus eiusdem Gregorij Constitutionem; cuius rei latius eloquar in Rubr. de regula, cap. 13. à num. 24. inibique præsertim complura super hac re Pontificia decreta refero.

4 Poena autem á Iure communi inflicta aduersus Regularem promotum absque dimissorijs sui superioris Regularis, est, ne valeat perseuerare in ordine capit. final. 58. distinct. sed per Constitutionem Sixti V. eadem, qua Clerici sæculares, poena puniuntur, tùm in hoc, quàm cœteris in casibus, in quibus est male promotus, vt apertè constat ex §. vt igitur, ibi, vel cuiusuis ordinis, seu militiæ Regularem, & §. quod si spreta iuncto §. & nihilominus; eius tamen rigor hodie cessat, ob alteram Clementis VIII. Sanctionem, quare statur Iuri communi, vt alibi dixi.

5 Sed contra Episcopum illius ordinatorem, est de iure constituta pœna, vt à reliquorum communione seiunctus, suæ tantummodo plebis communione sit contentus, in cap. final. 58. distin. quæ quidem pœna ridiculosa admodum videtur permultis esse; quandoquidem ille quoque suæ Ecclesiæ administratione contentus esse debet, qui Monachum de licentia proprij superioris Regularis ordinauit, & decreto Calixti Papæ statuentis, vt nullus alterius terminos vsurpet, in cap. nullus el 1. 9. quæst. 2. iuncto cap. 3. Verum inter hanc Calixti sententiam, alteramque Concilij Carthaginensis, 5. in citato capit. fin. multum interest; siquidem ista Calixti non priuat communione, sed Episcopum pronunciat superiorem esse incompetentem, quo ad plebes alteri commissas. Illa verò Concilij Carthaginensis, etiam segregat à Communione; ideóque explere ille nequit, quæ posset, si talis abesset pœna, iuxta glosam in cap. placuit in fine 18. distinct. vbi eadem datur in alio casu, pœna.

6 Vel præterea possumus interpretari verba illa prædicti capitis finalis, vt priuatus sit á communione cœterorum (idest Episcoporum) vt deinde reperi ea explicasse Henricum in Summa Thæolog. Moral. lib. 13. c. 38. §. 1. & Syluest. verbo suspensio post num. 6. Hæc summatim degustare volui ne reprehendar quod in hac Rub. de Person. ab alieno Episc. non promou. omiserim de Religiosis fari, si & ipsi ligarentur eadem prohibitionem; cum ampliorem texerim de ea re sermonem in Rub. de Regul. cap. 13. à num. 24. Relego itaque Lectorem ad ea, quæ inibi copiosius enarro, & quidem vtiliter, ob frequentes perpetrari solitas fraudes; vt crediderim semper, tutius esse ab illorum ordinatione abstinere commorantium scilicet extra propriam Diœcesim.

SVMMARIA.

Dispensare quis possit cum promoto, à non suo Antistite, num. 1,

Ab initio quod non valet ex post facto neque conualescit, nu. 2.

Ratum habere nemo potest, quod ipsius nomine gestum non fuit. nu. 3.

Constitutio Pij II. cum ex Sacrorum, Papæ reseruat absolutionem ab incursa suspensione propter promotionem ab alieno: nu. 4.

Quid verò dicendum sit, post Concilium Tridentinum? nu. 5.

Capi-

Capitulum Quartum.

1 HVic promoto ab alieno, ſi iniuncta fuerit ſatisfactionis gratia, pœnitentia propter Eccleſiam, quam offendit, illaque ab eo cognita, poterit miſerationis intuitu proprius Epiſcopus ipſum recipere in ſuo honore, cap.fin.9. quæſt. 2. atque ita ſecum diſpenſare, vt inibi gloſa addit, alijq; multi, quos citat, & inſequitur Hieronym. Gabriel conſil. 181. vt quid, nu.9. volum.2. & concluſit Rota coram Guidob. deciſ.99. & Cotta deciſ. 66. Verum ipſe ratihabitionem potius, quam diſpenſationem appellarem iſtam habilitationem, cum gloſa in cap.1. verſ. ordinatus 71. diſt. Philipp. prob. in cap. 1. de tempor. ordin. in 6 Anchar. in regula ratihabitio de Regul. iur. in 6. & Maiol. tractat. de irregul. lib.4. cap. 20. num. 1. eſt tamen indubitabilis reſolutio, quod ille, ſic promotus ſuſpenſus erit à ſuſceptorum ordinum exequutione, quandiù proprio ordinario videbitur expedire, iuxta Concilij Trid. cap.8 ſeſſ. 23. de reform. ſed de Iure communi aſfirmat pluribi Rebuff. ac præſertim in praxi Rub. de forma dimiſſ. litter. num. 11. minimè poſſe prædictam ordinationem ratificare proprium Epiſcopum, idque duabus nititur conualidare rationibus; Al-
2 tera, quia poſt tempus conualeſcere nequit, quicquid ab initio vitioſum eſt, per Regulam, quod in initio. ff. de regul. iur. ſed talis ordinatio irrita ſane ab initio eſſe apparet, cap.1. 71. diſt. meritó ſubſequenti ratihabitione conualidari non poteſt, vt cóſuluit Paris. in hoc caſu conſil. 136. ſtante defectu,
3 volum. 4. Alteram deſumit ex cap. ſi quis de ſent. excommunicat; & ex regula ratum de reg. iur. in 6. quod ratum habere nemo valet, quod ipſius nomine non eſt geſtum: attamen ſalua pace, tanti viri, contrarium opinor, verius eſſe, per textum in cap. Solonitanæ 63. diſt. cui textui, quamuis idem Rebuff. reſpondere conetur, negando, hoc probare, cum tantummodo dicat, quod Epiſcopus ex corde relaxat iniuriam ſibi propterea factam; nihilominus reſponſio iſthæc non videtur ſubſiſtere, ſiquidem prædicta relaxatio fruſtra eſſet, niſi operaretur, vt ille tutè poſſet ſuum exequi ordinem, maximè poſt prædicti Concilii Tridentini decretum, quo Iure ceſſat huiuſmodi dubietas, nec oppoſitiones Rebuffi aduerſantur; ex quo ordinatio eſt irrita, quó ad exequutionem, ideo potius cenſetur cócedere facultatem in futurum, quam ratum habere præteritum; atque ideo ratam habeat ordinationem, quó ad exequutionem à qua ſuſpenſus erat, vt inquit gloſa in dicta Regula, Ratum, qua quidem reſponſione, abundè ſatisfactum eſſe ambabus oppoſitionibus exiſtimo, ſuper quibus videndus eſt idem Gabriel citato cónſ. nu. 10.

Nouiſſimo tamen Iure, omnis remouetur difficultas: Conſtitutio namque Pij II. cum ex ſacrorum, tametſi oſtendere videatur, nè prædictus valeat à proprio Epiſcopo habilitari, quia prædictam Conſtitutionem communis doctorum reſolutio interpretatur, vt Papæ reſeruet abſolutionem ab illius ſuſpenſione, per ea, quæ ſuſius tradidi in Rub. 7. cap. 5. ſub num. 3. aliiſque in locis; nihilominus illi derogatum fuit, per ius poſterius Concilij Tridentini memorato, cap.8. ſeſſ. 22. de reform. quod ſpeciatim, etiam aduertit Ioan Guttierez canon. quæſt. lib. 1. cap. 26. num. 25. Sed Conſtitutio Sixti contra Clericos malè promotos, ne dum illos declarat ipſo iure ſuſpenſos, ſed ab ipſa, abſoluendi poteſtatem auſert cœteris Prælatis, ſibique, & ſucceſſoribus tantummodo retinens in 5. & nihilominus, cum 5. ſeqq. ipſa tamen his temporibus ceſſat; namque eam moderatus eſt Clemens VIII. in ſua Conſtitutione, cuius initium eſt. Ad Romanum Pontificem decet; Itaque Conciliaris diſpoſitio ad hæc vſque tempora viget.

SVMMARIA.

Pōtificalia exercere in aliena Diœceſi nulli Præſuli cōceditur, & eius explicatio additur, n.1.

Vſus Pōtificaliū prohibitio, quę cōplectatur, n.2

Ornamēta, inſigniaq; Epiſcopalia q̄ ſint, quibuſue vti in locis exēptis, aut in aliena poſſit, n. 3.

Epiſcopos Baptizantes, aut matrimonia celebrantes, non oportere vti mitra, tametſi poſſint, ſi velint, num. 4.

Caudam ſibi facientes deferri Epiſcopi, in alieno territorio, non malè agunt, nu.5.

Conc. Trid. in c. 5 ſeſſ. 6. de refor intellectus, n 6.

Inuitatus ad conferendum ordines, nihil inquirit in ordinandum, nu. 7.

Capitulum Quintum.

SIuſtis ex rationibus ſancitum eſt, nemini licere alienum ordinare ſubditum, non requiſita licentia, & obtenta á proprio Antiſtite; iuſtioribus quidem, & ſanctioribus prohibitū eſt, alienū, & in aliena Diœceſi promouere ad ordines, quia, & alienum vſurpat, & alienam violat, offenditq; iuriſdictionem, recteq; propterea Calixtus Papa decreuit, vt nullus alterius terminos vſurpet; neq; alterius Parochianum iudicare, vel ordinare præſumat in c.1. cau.9. q.2. confirmauit in c.3. illa eadem cauſa, & q. nec non Concilium Antiochenum, in c. nullum Epiſcopum dictamet. q.2.

Ob idq; notū eſt, quod qui in aliena Diœceſi ordines cōfert ſine facultate Epiſcopi illius loci, peccati labe maculatur, & ſcribit Suar. ſuper. 3. p. D.T. vol.3. q.65. art.4. diſp. 16. ſect. 1. verſ. 2. obſeruandū in fine. atq; etiam pœnā non ſolum incurrit ſtatutā aduerſus ordinatū. & ordinatorē, alieni Parochiani, conſenſu proprij ſuperioris non accedente, ſi ille externus ſit, ſed alteram aduerſus exercērem Pontificalia in alieno territorio, non impetrato aſſenſu ordinarij illius loci, cuius rei tametſi meminerim in Rub. de temp. ord. in princ. n.2 & alibi. Nunc tamē lōgiorē cogor ſermonem texere, vt DD. mei Coepiſcopi caueāt in poſterū ab his, quæ ſunt eis vetita.

1 In hac quippe tractatione, licet ſit iactata cōcluſio nulli Præſuli licere Pontificalia exercere in alterius Diœceſi, ſine illius Epiſcopi aſſenſu; attamen multa ſuggerunt DD. quæ aliqualē præſeferunt dubietatē, ac præſertim in Clem. Archiepiſcopo de Priuil. vbi gloſ. præ cęteris in verſ. etiā celebrare, & Bonif.

de Vital. sub num. 20. inquiunt; Quod vel Episcopus intendit Pontificaliter celebrare cum exercitio etiam aliquorum ad legem iurisdictionis, vel Diocœsanam spectantium (veluti sunt consecrare, crismare, ordinare, degradare, & similia) & nequeat sine expressa ordinarij loci licentia, subsistatque Innoc. opinio, quod si tantum Pontificaliter celebrare, & valeat nullo accedente consensu ordinarij, iuxta opinionem Host. consuetudinemque genericam, cui distinctioni opitulatur in primis Abb. in cap. antiqua, propè finem de Priuileg. & Syluest. verbo Patriarcha; versic. tertium; expressè, & simpliciter affirmantes, posse celebrare in Pontificalibus in aliena Diœcœsi, & sine authoritate superioris illius; quin, & suffragari Concilij Tridentini decretum opinor in cap. 5. sess. 6. de reform. cuius verba sunt; Nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diocœsi exercere, nisi de ordinarij loci expressa licentia; & in personas eidem ordinario subiectas tantum; si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab exequutione ordinum sint ipso Iure suspensi. Aduertendum est enim ad illud verbum exercere, quod non videtur complecti vsum tantum Pontificalium, sed etiam exercitium super alios, idque longè magis declarant subsequentia verba, tùm illa, & in personas eidem ordinario subiectas, tùm alia, & sic ordinati, &c. quem intellectum ad alium finem adducit Quaranta in loco citando sub num. 3. ex quibus consentio distinctioni præfatæ. Suppetunt, quæ ego ipse scribo Rubr. 11. cap. 16. sub num. 9. & hoc eodem capite sub num. 3.

2 Verùm isthæc verba; (vsus prohibetur Pontificalium) quæ cohibeant, vtile est scitu; & in primis complecti benedictionem, eam scilicet, quam passim Episcopi facere solent inter abulandum, & itinerandum, tùm pedestres, tum equestres, tùm Pontificalibus vestibus vestiti; tùm alijs, quibuscumque, per ea quæ Bonifac. notat. indicata, clem. num. 58. & Alexander. de Neuo in addit. ad Abb. in cap. antiqua de priuileg. fauetque textus in cap. Abbates, adducto titul. in 6. illam quoque post celebrationem missarum, concludunt, quæ fit cum versiculo, sit nomen Domini benedictum, quam esse sollemnem benedictionem, aiunt glosæ in dictis cap. Abbates, & Clem. Archiepiscopo, ac Francisc. Marcus decis. Delphin. M. LXXIX. quæritur, an licitum sit. part. 1. itaque toto cœlo aberrare videntur. amplissimi Episcopi, dum post quamlibet missam, etiam sine cantu celebratam in alterius territorio, hac vtuntur benedictione cum prædicto versiculo; & alijs subsequentibus; ita quod scio aliquos timoratæ conscientiæ Præsules; quos non semel hic scrupulus stimulauit, & punxit. Attamen & vniuersali vsu foueri non dubito, & verbis doctorum, potissimum glosæ in eodem cap. Abbates, quæ ambiens benedictionis sollemnæ explicare vim, ait, quam faciunt Episcopi sollemniter dicendo, sit nomen Domini benedictum, quare opus sit non tantum illa verba proferre, sed sollemniter hoc est Pontificaliter; & suppetunt, quæ superinde scribit Ceremoniale Romanum lib. 1. cap. 25. & cap. 29. quo loci tractat de Missa, quæ sine cantu ab Episcopo celebratur; & in eius calce dicit. In fine Missæ Episcopus celebrans dabit benedictionem more Episcopali, dicens, sit nomen Domini benedictum, &c. Sed non vtitur in ea baculo, nec mitra; neq; cruce, si sit Archiepiscopus; ergo mos est Episcoporum, ita semper benedicere, etiam in missis sine cantu; & benedictio sollemnis non ob id solum dicitur; quia versiculus ille recitatur, at quoniam, mitram saltem gestat, aut cappam Pontificalem, seu mozzettam, cum Episcopus altero, coram se celebrante, in Diocœsi benedicit; & suppetit Vgolin. de irregular. cap. 37. num. 2. cum scribit, hunc benedicendi modum Episcopi proprium esse; ideoq; alios Sacerdotes eo vtentes in missis fieri irregulares, quare inferre videatur, semper, & vbiq; posse Episcopum, ita benedicere, & ipsius proprium esse, eò modo benedicere, & nullam attendendam esse loci differentiam, sed vt dixi solemnitatem tantum, considerandam.

3 Nunc indumenta, & insignia Pontificalia recensere impellor, vt ijdem Episcopi non ignorent, quæ in propria, quæ verò in aliena deferant Diocœsi, & ea esse Mitram, chirothecas, baculum, dalmaticas & sandalia, testatur Isydorus Mosconius in suo tractat. de Maiest. Milit. Eccl. par. 1. lib. 1. cap. 8. vers. ornamenta, qui multa de his edisserit insignibus. Addo mozzettam, cappam Pontificalem, galerum, quem duplicis formæ habere oportet, alterum, quo in sollemnioribus equitationibus vtantur, alterum simpliciorem: Vtrumq; tamen ex lana, & serico viridi exornatum, iuxta modum in cerimoniali descriptum lib. 1. cap. 3. Demumq; addo mantellettum, & Rocchettum, licet, & his, alii complures, etiam, non Episcopi vtantur ex priuilegio.

Mantelletus est genus vestis, ita appellatæ, quam super vestem inferiorem talarem induet, eamque breuiorem, & apertam, vt per scissuram, brachia extrahi possint; vt ex eodem ceremoniali lib. 1. capit. 1. liquet, quamque vbique terrarum deferre posset, & coram quibuscumque certum est, ac non nisi violacei coloris, aut nigri pro tempore esse conuenit, quemadmodum, & vestis inferior. Rocchettum præterea eos gestare, & in omni loco posse, neque ambigitur, sicuti, & galerum simplicem, nec non, & insigniorem, si aliqua suppetat causa rationabilis. Mozzettam verò non nisi in Diocœsi, & Archiepiscopus etiam in Prouincia. quin, & in Synodo Prouinciali omnes Episcopi Comprouinciales, sicuti Archipresul In congregationibus celebrationis Concilij, etiam cum rocchetto discooperto; per capit. 3. eiusdem Ceremonialis lib. 1. Cappam verò Pontificalem non nisi in proprijs locis induant; & in Romana Curia, cum in Diuinis Pontifice maximo, vel sacro Cardinalium Collegio presente assistunt, ex eodem capitulo 3. mitra quoque non vtantur extra proprium territorium, quemadmodum, & baculo, capitulo 17. eiusdem libri primi, quo loci non additur vsum baculi fieri tantum in Diocœsi, vt inferat, id ipsum non contingere in vsu mitræ, sed ad ostendendum vsum mitræ concedi posse per ordinarium in sua Diocœsi, non autem baculi, cuius vsus, neque expressè permitti possit ab Episcopo loci, nisi in his, in quibus ex præscripto ordine in Pontificali, necessario requiritur baculus; nempè in ordinibus conferendis, & alijs, nam tunc concesso principali, necessario, & accessorium datum censetur; alioqui neque intel-

intelligatur, neque etiam expreſſè detur, ex intentione eiuſdem capitis; Quin ex declaratione habita à Sacra Congregatione Rituum, vt mihi fuit relatum; & propterea in dicto capitulo tertio fortaſſe ſubijciuntur verba illa, vbi conſecrationes, aut ordinationes, vel benedictiones perſonales facere, conceditur, namq; in his, vtendum baculo inſtruimur, ex eodem Pontificali in locis verò exemptis, tum Epiſcopo baculum, tùm Archiepiſcopo Crucem deferendi Ius eſſe probat Marchiſan. Diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 467. nu. 2. & 6.

Cœteras autem Pontificales veſtes, vt ſupra relatas, non niſi in ſuis locis admittant Præſules, vbi licentiam à loci ordinario non habeant, quamuis & in locis exemptis, poſſe eos ſine dubio vti omnibus prædictis veſtibus Pontificialibus, & inſignibus quibuſcumque, certum ſit ex conceſſione præſertim Viennenſis Concilij in Clem. Archiepiſcopo de priuileg. vt etiam Baldachinum eo in loco poſſint ſibi erigere, iuxta decretum relatum à quaranta in verbo priuilegia Regularium, ac de Iure probat Lazzarius pract. qq. de blaſfem. quæſt. 10. num. 61. & Gratian. qui alia plura commemorat, etiam pro Archiepiſcopis tom. 3. diſceptat. Forenſ. cap. 467. Quin, & illic poſſe ſibi collocare Sedem, dicit Quaranta in verbo Archiepiſcopi auctoritas verſic. trigeſima auctoritas, ſub num. 23. ſcilicet ſeruata forma in Cerimonial. Epiſcop. lib. 1. cap. 13. Nihil pugnante in contrarium textu in cap. ſi Papa de Priuil. in 6. vbi, probari exemptionem alicuius loci dicitur ex eo, quod Papa mandauerit Epiſcopo, ne cathedram in eo ponere auderet, ſubditque rationem, gloſa in verbo collocare, & ait; in locis enim exemptis, hoc non poſſunt Epiſcopi, adducitque textum in cap. cum Epiſcopus de officio ordin. eiuſdem lib. 6. & in cap. luminoſo Abbate 18. quæſt. 2. namque, ex his textibus apparet intellectus citati, cap. ſi Papa, nè verba faciat de ſede, cuius noſter eſt ſermo in præſentia: & quam ſibi collocant Præſules pro eorum ornatu, & dignitate; Verùm de altera, quam ratione Iuriſdictionis fabricant, vt ſedeant pro cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, audiendis; quod ſimul cum alijs iuriſdictioni competentibus interdicitur Antiſtitibus, reſpectu locorum exemptorum, in dicto capitulo, cum Epiſcopus, & euidentius hæc reſponſio, depromitur, ex eodem citato, capitulo luminoſo. Poſtquam enim illa ſcripſerat verba: Nec ibi audeat ſibi collocare ſedem Epiſcopus, ſubijcit gloſ. in verſ. collocare, & inquit, vt ibi exerceat Iudicia. Hanc itaque ex adductis iuribus citra dubium nequeunt Præſules ſibi erigere in loco exempto, aliaque exercere, nec valeant ad iuriſdictionem, & auctoritatem ſpectantia; non quæ dignitatis eſſe noſcuntur; cuius ſpeciei eſt collatio Sedis in Eccleſia per Prælatum, vt interſit celebrationi, ac Reliquis Diuinis Officijs, iuxta conſtitutam ſententiam ſuperius, vigore dictæ Clem. Archiepiſcopo, cui neque præterea obſtat textus Conciliaris, in adducto cap. 5. ſeſſ. 6. de reformat. Tum quia ipſius Clementinæ ſanctio, eſt Concilij Viennenſis, cui numquam derogatum cenſetur, niſi aperta verba adſint derogatoria cap. ex parte de cappell. Monach. tum quia ſuperius num. 2. concluſi dictum caput, verba facere, de vſu Pontificalium, cum aliquo exercitio, quod poſtmodum clariſſimis verbis aſſere Quarantam reperi in ſua Sum. Bullarij, indicato loco, & num. 23. verſ. præterea, qui inſuper ait, ne illius Concilij caput derogare credatur ſanctioni præfatæ clem. Quare, etiam nunc poſſe Antiſtitem omnia geſtare inſignia Pótificalia, veſteſque in locis exemptis, aliaque exequi; quæ ſibi conceſſa fuerunt in dicta clem. Quinimmo, & ſolam celebrationem in Pontificalibus non videri ipſis Epiſcopis vetitam in aliena Diocœſi, inferendum ob id eſt; ſicuti neque antea erat, conſtatque ex ſuperius traditis, & Nauar. dum conſil. 69. quidam Epiſcopus de ſent. excomm. in antiq. & 12. de Cleric. excomm. miniſtr. in nouis, ſcripſit, incurriſſe ſuſpenſionem in eo textu Concilij comminatam, quendam Præſulem in aliena vtentem Pontificalibus, non vtique id opinatus eſt, propter ſolum vſum Pontificalium, & mitræ; ſed quoniam calicem etiam conſecrauit, & corporalia benedixit, abſque licentia Diocœſani; ex quibus deflectendum cenſeo, non ſolum ad ſimplicem vſum Pontificalium, ſed ad eum, qui, licet habeat aliquale exercitium, illud tamen, neceſſario nullum requirit vſum Pontificalium, ſed pro ſuo arbitratu valeat Antiſtes vti; Exemplum, nullo iure ſanci-
4 tum reperitur Epiſcopo volenti Baptizare, aut Matrimonij eſſe miniſtrum, nonniſi cum mitra id facere licere, cum poſſit ſi velit ſine illa, & eam omittere ſi placeat; quare ſi abſque licentia Epiſcopi loci, & accedente tantum Parochi conſenſu baptizaret, aliquis Antiſtes, in alieno territorio, & mitra vteretur, neque (mea ſententia) ligaretur pœna in eo capite Concilij appoſita, etenim ſi abſque mitra baptizaret, quia nulla deuinciretur pœna, ſicuti neque alius quiuis Præsbyter, niſi Synodalibus conſtitutionibus eſſet appoſita: ita neque ſi adiuncta mitra fecerit; cuius ſimplex vſus non videtur ſibi prohibitus, ex his, quæ ſuperius ſcripſi, cogitandum tamen relinquo, ac ſeniori iudicio remittendum. Moderno tamen ritu, quia Mitra Præſul vtitur cum baptizat, iuxta Rituale Romanum Sanctiſſimi Pauli V. editum in Rubr. ritus ſeruandus cum Epiſcopus baptizat. Ideo aſſeuerandum eſſe cenſeo licentiam tunc, oportere præcedere, cum in aliena Diocœſi baptizare intendit Antiſtes; Verum tunc illi ſatis ſit ſimpliciter petere licentiam baptizandi, abſque quod addat, cum vſu mitræ; quandoquidem conceſſa ab ordinario loci baptizandi licentia, dicitur conceſſa, cum omnibus requiſitis ad baptizandum, iuxta Ritum Eccleſiæ; non ſecus ac contingit, cùm licentia datur conferendi ordines ſacros, quo caſu, & mitræ, & baculi vſus dicitur impartita licentia, quæ vt Pontificale Romanum edocet, ſunt inſignia neceſſaria ex præcepto Eccleſiæ pro collatione Sacrorum ordinum, & dixi ſuperius ſub nu. 3.

5 Vbi verò Epiſcopus faceret ſibi deferre caudam in aliena Diocœſi, non equidem rem ageret vetitam, propterea quod eiuſmodi actus potius ad grauitatem, quam ad ſuperioritatem ſpectat per Abb. & Sylu. in locis relatis ſub nu. 1. propterea decipitur Maiol. in lib. 2. cap. 2. ſub num. 2. contrarium ſentiens, & adducens præfatum Syluestri locum: cum Syluest. apertis verbis probet hanc affirmatiuam ſententiam, poſt Abb. indicato cap. antiqua, addo

Grat.decis.March.29.nu.4.& adducto c.467.n.69.

Hactenus explicatis omnibus circa vsum Pontificalium, ac præsertim circa collationem ordinum, absque difficultate interdictam in loco alterius Antistitis, etiam in Monasterio pro ordinandis illius religiosis Roder. q. Reg. 24. artic. 6. tomo 3. limito modo, si à proprio loci ordinario inuitatus fuisset, namque tunc accedere posset ordines collaturus, cap. penult. 9. quæst. 2. & cap. Pontifices 7. quæst. 1. etiam si à capitulo Sede vacante fuerit inuitatus, post anni lapsum, ex Nauar. consil. 21. An Episcopus post num. 2. de tempor. ordin. in antiq. par. 1. & 41. in nouis; atque etiam si Episcopus sit, qui renunciauit Episcopatui cap. 1. de ordinat. ab Episc. qui renunc. loco, & dignit.

Quo quidem casu in personas dumtaxat eidem ordinario inuitanti subiectas, posse exercere Pontificalia, ordinésque conferre videtur ex Conc. Trid. in cap. 5. sess. 6. de reform. dum inquit nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diocæsi exercere, nisi de ordinarij loci expressa licẽtia, & in personas eidem ordinatio subiectas tantum; quæ quidem verba videntur præseferre, ne ipse etiam inuitatus valeat in inuitantis Diocæsi conferre ordines, personis eidem inuitanti non subditis, ita quod iste Canon angit animos multorum Præsulum, sed re vera, nihil est, quod desistere debeant, quin alijs non subditis inuitanti, adhuc conferant, non obstantibus præcitatis verbis; si tamen illorum superiorum accedat consensus, vt concludit Nauarr. cons. nuper citato Rodor. citato artic. 6. & Praxis Episcopalis verbo dimissoriæ §. 5. part. 1. Ledesma in Sum. Hispanicè conscripta, Rub. de Sacram. ordinis, cap. 7. vers. la quarta difficultad; & declarauit Sacra Congregatio Concilij, super dicti capitis verba illa, & in personas eidem ordinario suniectas tantum, cum prima vice his vtitur verbis; Episcopus in alterius Diocæsi non potest ordinare personas, quæ non sunt subiectæ illi ordinario, nisi habeant dimissorias generales à suis ordinarijs, Altera autem vice his alijs vtitur, non excludũtur propterea Clerici aliarum Diocœsum, si suas litteras dimissorias habeant, quominus possint ab Episcopis extraneis in aliena Diocœsi de licentia ordinarij Pontificalia exercentibus ordinari, quinimmo expressa verba eiusdem Concilij, idipsum constituere recordor in c. 11. sess. 7. de refor. quæ sunt, Facultates de promouendo à quocumq; non suffragentur, nisi habentibus legitimã causam, ob quam à proprijs Episcopis ordinari non posśint in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in Diocæsi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti præuio examine, indulget itaq; illic Concilium, habentibus litteras dimissorias generales à proprijs ordinarijs facultatem ordines suscipiendi, tũ ab altero Episcopo in propria Diocæsi residenti, tùm ab alio de illius licentia, inibi conferente ordines; & consequenter, dum casus adest legis, non aliud licet inquirere, sed tantum adducto cap. 5. respondere, vidiq; passim vbiq; seruari, ac præsertim ab aliquibus Episcopis præ cœteris prudentibus, Doctis, vitæq; Sanctitate fulgentibus, Complures adducit intellectus Nauarr. eo in loco, quorum primus est, ne loquatur de Episcopis ordinantibus in aliena Diocœsi de licentia Diocœsani; sed de illis tantum, qui vigore priuilegiorum intendunt, conferre ordines, spreto diocœsani consensu, quare extendi non debeat ad ordinantem de consensu Episcopi loci, & ordinandi Superioris, cuius quidem intellectus dubito, nec ne subsistat; tum quia Canon ille, respuit talia priuilegia, dum ait, cuiusuis priuilegij prætextu, & cet. tùm quod idem Canon expressis verbis insinuat, vt etiam in alieno exercens Pontificalia præcedente licentia ordinarij, aut eius rogatu non subditis rogantis; asserit enim nisi de ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantum. Secundus quem affert Nauarrus intellectum, is est, vt prohibeat ordinari alios, qui minimè subsunt Episcopo concedenti licentiam, si tantum illius, & non insuper proprij eorum superioris accedat assensus. Ac propterea ea sit Concilij mens, sensusq; ne sufficiat facultas data ab ordinario illius loci in quo ordines conferuntur; illeq; propterea nullo modo, nulloq; pacto valeat alteri Episcopo facultatem concedere ordinandi in suo territorio alienum subditum; non tamen neget quin substitutus ab ipso valeat ordinare, quoscumque venientes, riteq; dimissos à proprijs superioribus, sicuti, & ipsemet substituens posset eos promouere. Alium reperi illius textus intellectum, vt procedat cum facultas concessa in litteris dimissorialibus suscipiendi ordines, clausulam minimè continet vniuersalem, à quocumq; Catholico Antistite, sed specificam à nominato Episcopo, vno, vel pluribus; hi quippe si ordines dare non valerent, & alios aduocarent Episcopos, eosq; substituerent, vt in eorum Diocœsi conferant ordines, certé prędicti substituti, haud possent ordinare, iam dictos dimissos ad substituentes, sed ipsorum substituentium subditos tantum, atque etiam alienos, & habentes litteras dimissoriales, cum clausula generali à quocumque, & hunc intellectum recenset auctor Praxis Episcopalis verbo dimissoriæ §. 5. p. 1. adiungens ita declaratum, & credo nulli in hoc dubium esse posse, siquidem declaratio ipsa defendi potest ratione superius relata, quia in illis dimissorialibus litteris, est electa industria personæ in eis nominatæ; itaq; non valeat, alter exequi, ex doctrina Bar. in l. nemo est qui nesciat ff. de duobus reis, & in l. 1. ff. de varijs, & extraord. cognit. nec non in l. diem functo, vbi etiam Dec. & alij communiter ff. de offic. assessor.

7 Verùm, quæ sint dimissoriæ generales, quarum supra memini, vt earum vigore, ex adductis credatur concessum alijs extra propriam residentiam conferentibus ordines, posse eos dare, etiam non subditis ordinario illius Diocœsis; Respondeo liquere, ex his, quæ scripsi in vers. quare cum Præsules; affirmans eas esse, quæ continent clausulam illam, vt à quolibet Catholico Antistite, &c.

8 Ex qua resolutione, occasionem nactus, ad alteram deflecto quæstionem, si dictam clausulam subsequantur, alia verba, illa scilicet, in propria Diocœsi residente, absque alijs apponi solitis, vel in aliena, de licentia ordinarij loci pontificalia exercente; Vtrum nè dicantur generales, & propterea comprehensæ in dictis capitibus Concilij, quarum intuitu etiam alienus Præsul ordinare

dinare præfatos dimiſſos valeat, in aliena Diœceſi, concurrente Epiſcopi loci facultate; In qua hæſitatione duas ad inuicem contrarias reperi ſententias, alteram quippè Ioannis Guttieres in lib. 1. Canon. qq. cap. 26. à nu. 27. vſque ad trigeſimum qui ſuper dicto cap. 11. Concilij Tridentini loquens, & eius intellectum inueſtigans, negatiuam tutatur, eamque multis confirmat aſſertionibus; illaque præſertim, quod clauſula præfata, à quocumque, videatur, tunc reſtricta, per ſubſequentia verba, in propria Diœceſi reſidente, ad eum tantum, qui proprium occupans territorium in eo exequitur Pontificalia; ita quod alius nequeat: Alteram verò tuetur implicitè Nauarr. in eodem conſil. 41. de tempor. ordin. in nouis ſi eius verba, & rationes perpensè rimentur, & Ledeſma in Summ. Hiſpana Rubr. de Sacram. ordinis cap. 7. (licet dicat probabiliorem eſſe opinionem Ioannis Guttierez) ab hac poſteriori proſilire, non eſt auſus, in verſic. *la quinta difficultad*, vbi illum non erroneè loqui credit, qui hanc defenderet, quamquè ipſe veriorem exiſtimo, ex his quæ præcitatus Nauar. illic recenſet, & ſi hoc iure dicam, omnes vti, fortaſſe repræhenſione dignus non ero.

Ex præfato autèm Concilij Canone, dicendum videtur, inutilem eſſe quæſtionem á Mandoſio propoſitam in Regula Cancell. 24. de male promot. quæſt. 5. ſcilicet, vtrum promotus ab alieno, abſque literis prædictis, ſed in ordinati propria Diœceſi, ſciente, & patiente loci ordinario, & eiuſdem ordinati Antiſtite, ſit ritè ordinatus: quandoquidem ſi vocatus à proprio ordinario (iuxta relata hactenus) contulit ordines, non dubium ſic promotum eſſe ritè, & rectè ordinibus inſignitum, nulla habita conſideratione illius rationis, quod dimiſſoriæ ſunt de forma ordinationis faciendæ ab alieno; Etenim vendicaret ſibi locum iſthæc ratio, vbicumque alteri Epiſcopo dimitteretur aliquis ordinandus, & tunc ordinans examinat; & alia inquirit in ordinandum, vt dixi antequam ipſum
9 promoueat; ſecus autem cum inuitatus ab Epiſcopo in illius Diœceſi, tanquam eius ſubſtitutus ordines confert; nihilque perquirit, circa vitam, mores, ſcientiam, & alia quæ in ordinandis adhiberi Canones volunt; & ita quippe continuo vſu ſeruatur; quia in ſpecie fit delegatio, ex his quæ in his met terminis inferius ſcribo c. 8. verſ. Quod ſi Epiſcopus, Verum ſi non inuitatus, neque licentia, ſeu dimiſſoria præcedente dedit ordines, male ipſum promotum cenſeri exiſtimo, tuncquè procedere arbitror opinionem Mandoſij, ita concludentis in loco mox citato, non autem in caſu à me antea relato.

SVMMARIA.

Alienus ſubditus ad celebrandum, ac Sacramenta adminiſtranda, admitti nequit, ſine commendatitijs proprij Epiſcopi, numero 1. & num. 3.

Beneficia non eſſe externo conferenda vetus eſt ſanctio, & quid hodie, num. 2.

Commendatitiæ literæ an ſint de forma, ſi alieni velint celebrare, ac Sacramentum miniſtrare, num. 4.

Clericos minoribus tantùm inſignitos, & beneficijs carentes, vtrum poſſit eorum Epiſcopus aduocare, num. 5.

Eoſdem ad ſeruiendum Eccleſiæ, an poſſit conſtringere, num. 6.

Clericus alienus celebrans in alterius territorio abſque commendatitijs literis, vel cum literis falſis, quam pœnam incurrat, numero 7.

Ratio adducitur ob quam prohibetur externus celebrare, in Diœceſi aliena, abſque præfatis literis commendatitijs, num. 8.

Capitulum Sextum.

NON modo alienum ſubditum, ordinare prohibentur Epiſcopi verum etiam, & retinere, aut promouere in Eccleſia ſibi credita; vt eſt videre in diſtinct. 71. per totam, ac præſertim, in cap. Primatus, nec non in cap. Clericum alienum 72. diſtinct. idque ſi abſit proprij illius Epiſcopi aſſenſus, iuxta verba citati cap. Primatus; conſtatque etiam ex cap. 1. & 2. ac 3. eadem diſt. 71.

1 Inde oritur ſpecifica illa concluſio, ne valeat Epiſcopus alieno Præsbytero concedere facultatem celebrandi in ſua Diœceſi, niſi de illius promotione conſtet, & commendatitiæ literæ à proprio ordinario extent iuxta cap. tuæ de cleric. peregrin. & Concil. Trident. in cap. cum nullus ſeſſ. 23. de reformat. his verbis. Nullus præterea Clericus Peregrinus ſine commendatitijs ſui ordinarij literis, ab vllo Epiſcopo ad Diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda admittatur.

2 Oritur præterea altera concluſio, nec beneficia alieno Clerico conferenda eſſe, cum eiuſdem Ciuitatis perſonis dari debere ſanxerit text. in cap. nullus 61. diſtinct. 3. & abundè ſcripſerit Marcus in deciſ. Delphin. 1371. quin, & ſuperiores, qui creandi ſunt, eiuſdem generis, non extraneos eſſe conuenit, eo quod nemo alienigenam Dominum pati vult. Cur. lib. 7. de Scythis ad Alexandrum Magnum, confirmaturque capite 17. Deuteron. Eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum, nec poteris alterius gentis hominem Regem facere: Canones inſuper ob eandem cauſam vetuerunt, nè extera ad beneficium eligatur perſona cap. fin. iuncta gloſa de cleric. peregr. neque á laico preſentetur cap. hortamur 71 diſtinct. & Marc. deciſ. Delphin. 1372. ita quod ſi eligeretur inſtitui ab Epiſcopo minimè debeat ex eod. cap. fin. neque ſi præſentetur ex adducto cap. hortamur, eſt tamen verum his temporibus conſuetudinem obſtare propterea quod, & collationem fieri alienis, inquit Syluest. verb. Peregrinus

grinus in princip. & præsentationem ait Abb. in cap. significasti, num. 3. de iure patron. & Marc. in dicata decisione 1372. si quidem passim eis conferri, ipsosque præsentari, institui, & eligi videmus; Quorum tamen dictum, vsumque restringi ad simplicia beneficia crederem, non autem ad requirentia residentiam extenderem. etenim esset tunc transferenda persona alteri subiecta, quod fieri nequit nisi assensus sui ordinarij concurrat; ex supradictis, & subsisteret resolutio glosæ finalis in cap. 1. distinct. 58.

3 Ac pariter non sit admittendus ad exercenda Sacramenta; sine illius consensu, iuxta cap. hortamur 71. dist. & Concil. Trident. adducto c. cum nullus sess. 23. de reformat.

4 Verum scire conuenit, si prædictæ literæ pro forma requirantur, & annuendum videtur, nam Concil. Calcidonense in cap. 7. dist. 71. ait, nè extraneo clerico, sine commendatitijs literis proprij Episcopi, usquam penitus liceat ministrare; quin, & Concilium Agatense sanciuit, nè clericis sine commendatitijs literis proprij Episcopi licentia pateat euagandi in cap. Monachum 20. quæst. 4. & Concil. Trident. in c. supra relato, cum nullus, administrationem sacramentorum, & celebrationem simul complectens, iubet non esse ad illa admittendos sine commendatitijs sui ordinarij literis; quare si literæ sunt de forma, etiam quod testibus pateat, eos legitimè promotos, nec aliquo crimine maculatos admittendi non erunt, si illæ absint, & quidem eas esse de forma insinuat Mandos. in Reg. Cancell. 24. quæst. 5. & opitulantur á me scripta num. 1. Nec non, & declaratio Congregationis Concilij super dicto cap. cum nullus; his verbis, Abbas non potest huiusmodi literas concedere, & altera sub his verbis, sed non sunt denegandæ literæ commendatitiæ ab Episcopo Sacerdotibus, & Clericis, qui non habent beneficia in titulum requirentia residentiam, si itaque dictæ literæ non requirerentur pro forma, vtique frustra compelleretur Episcopus illas concedere, nam & sine ipsis liceret á propria discedere Patriâ, in aliamque commeare; ibique celebrare, constito de legitima promotione per testes nisi primo dicamus prædictas declarationes emanasse ad finem subleuandi Clericum ab honore probandi, maximè si in longinquas regiones transfretari vellet; ibique testes non haberet, qui eum noscerent; vel & secundo, quia plerumque Episcopi suis Edictis pœnalibus reuocant subditos Ecclesiasticos alibi degentes Sacra Congregatio, non modo haud esse cogendos, verum & literas dandas extra volentibus morari, nimirum decreuit, si ratione beneficij non astringerentur, in sua Diœcesi residere; ita siquidem contra Episcopum Isclanum, & alios obtinui pro clientibus à Sacra Congregatione Cardinalium super Episcopis.

Vnum remanet, quo maximè angor, quod tonsura initiandus nemo est nisi alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, ex Concilii cap. 6. sess. 23. de reformat. quem canonem, quatenus vltra terminos priuilegij, in quibus fatur, admittere nolimus, vrget alter eiusdem Concilij Canon 16. eiusdem sess. & Rubr. apertioribus, ac generalibus vicis, & prohibitiuis verbis, eaque sunt, cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis, aut necessarius suis Ecclesijs, Sancta Synodus, vestigijs sexti Canonis Concilij Calcedonensis inhærendo statuit, vt nullus in posterum ordinetur; qui illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro eius necessitate, aut vtilitate assumitur, non ascribatur, vbi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Ita quod Graff. consil. 3. de tempor. ordin. lib. 2. opinatur clericum descriptum alicui loco inde discedere nequire, & consecutiuè assentitur, quod cum omnis describendus sit, omnis teneatur residere, nullusque valeat alió proficisci, quin, & verba Emanuel Sà, ex sententia Congregationis, in verbo Clericus num. 29. ita intellecta, meam fouerent dubitationem, cum namque dicunt; clericus nulli loco, aut beneficio ascriptus, non tenetur residere, & potest ire, quò velit cum Episcopi licentia; supponunt ergo non esse

5 ascriptum; Supponunt insuper licentiam Episcopi, ego infero, quod si Episcopus renuat, quin illum aduocet, teneatur redire, & sic contra resolutionem cruditissimi Riccij, in praxi cap. 595. cuius tamen sententiæ fauent in ea parte, quatenus supponunt conditionem, scilicet non fuisse ascriptos, & consecutiuè contingere posse nè semper sit ascriptus. Id tamen euenire quomodo possit, miror, stante Concilio indicato cap. 16. nisi fortuitò, atque ex errore, idque rarò, ita quod si frequentiora attendamus, valeat dicere, & generatim concludere, non impediri Episcopos retrahentes subditos quoscumque, etiam carentes beneficijs cum residentia, & hanc insequor sententiam, quousque alteram, & intellectui satisfacientem habuero interpretationem. verborum Concilij; maxime quod illi opitulantur Canones omnes, quorum memini versic. verum scire conuenit, sub num. 3. nec non, & verba Prosperi de Augustino Religiosissimi viri in sua addit. ad summ. Bullarij Quarantæ, ver. ordo, vers. circa tertium in fine, insignitum Subdiaconatu ad titulum Patrimonij pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ alio domicilium transferentem, nequire ad reliquos assumi ab Episcopo domicilij ad eundem titulum, nisi audito primo Episcopo, si causa ob quam fuit ordinatus adhuc duret, quia tunc eidem remittendus esset, ad inseruiendum eidem Ecclesiæ, cui fuit ascriptus; Hæc tamen vbi vera est conclusio, quam nunc vacillanti animo amplexor, non tamen conuincit eiusmodi literas esse de forma, sine qua non debeat superior cuiuscumque loci, in quem migrauit peregrinus Clericus, pati illum celebrare, ob textum apertum indicato cap. tuæ de cleric. peregrin. annuentem licere Episcopo, notorios Clericos peregrinos ad sua loca transfretantes admittere ad celebrationem, quin, & ignotos, si vel literis, vel testibus probent suscepisse ordines, imò, & nihil probantes, pati deuotionis causa, & secreto celebrare; & hic semper fuit omnium gentium mos, non immutatus, aut restrictus ob dictum Concilij decretum, quod superuenit, quasi illud non voluerit formam præscribere, sine qua non, verum modum, & faciliorem, & validiorem constituere, non solum promotionem, & ritè factam probantem, sed aliqua ex causa deinde non impeditam illius executionem, nec non, & superioris voluntatem assentientem

dentem diſcedere, & Zelotypi Præſules exequuntur; Niſi notoriè conſtet de illius ordinatione, & idoneitate: Etenim contingere poteſt, fuiſſe ritè inſignitum ordinibus, poſtea verò aliqua ex cauſa ſuſpenſionem incurriſſe, aut impedimentum, nam reſpectu voluntatis ſuperioris, ſi, vel nè concurrat, poſſet alieni loci præſul diſſimulare, ſi beneficio cum reſidentia careat Peregrinus clericus, nec conſtet de expreſſo diſſenſu ſui Epiſcopi, de eo enim ſi conſtet ſubintret diſpoſitio Concilij, & nō amplius permittendus ſit celebrare, teneaturque ille redire, & inſeruire loco, cui fuerat aſcriptus, quo caſu ceſſare videtur Concilij declaratio, relata per eundem Emanuelem Sà, eodem verbo Clericus num. 30, nè teneatur Clericus deſeruire Eccleſiæ, in qua non habet beneficium, dum ratione deputationis illi inſeruire debet, per verba Concilij in dicto cap. 16. illis nempè, vbi ſuis fungatur muneribus. Item alia antecedentia inſinuantia cauſam neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ, ob quam fuit promotus, ei-
6 què aſcriptus; Ex quibus prodijt ni fallimur cōſuetudo multorum locorum, conſtringens Clericos ad ſeruiendum Eccleſijs, qua innixa Synodus Laquedonenſis à me coacta, & publicata die 14. Aprilis 1613. hoc, quod ſequitur continet Decretum ſub rubr. de celebratione Miſſarum, & Diuinorum Officium.

Clerici huius Ciuitatis, omnibus diebus Dominicis, ac alijs feſtiuis, ad Miſſam, & Veſperas, totaque maiori hebdomada, & quotieſcumquè Epiſcopum ad Eccleſiam deſcendere continget, & præterea ad conſuetas proceſſiones, cum cottis venire teneantur, iiſdemque temporibus conſtituti omnes in Sacris Ordinibus.

In terra verò Rocchettæ, vltra prædictos dies, teneantur etiam profeſsis diebus attenta notula à nobis facta, vel in futurum facienda, iuxta illius Eccleſiæ laudabilem conſuetudinem. Qui in hoc, abſque legitima cauſa, ſecundò deliquerit, habitu, & clericali priuilegio ſpoliabitur conſtitutus in minoribus, in ſacris autem arbitrariè punietur.

Attamen ſi ſpretis omnibus ſupradictis acceſſerint clerici, ad alienas Prouincias, ibique de licentia ordinarij miniſtrare, aut celebrare præſumpſerint; vel quia ordinario noti ſint, vel quia teſtibus
7 probarunt eorum legitimam ordinationem; vel etiam, quia falſis literis prædictis vtentes impulerunt loci ordinarium, vt eos admitterent; ſemper quod re vera nullum obſtet legitimum impedimentum, credo nullam illis incurrere pœnam, niſi Diœceſana Synodo eſſet aliqua certa ſtatuta, cum nullus prædictorum Canonum aliquam addat aduerſus inobedientes pœnam, maximè quòd ita pariter reſpondit Nauarr. conſil. vnico de clericis Peregr. in nouis, ſiuè 4. de foro compet. in antiq. ſequiturque Sayr. in deciſ. vnica, de celebratione Miſſarum; ex quibus defendi clientem quendam ex oppido Sancti Anaſtaſij Nolanæ Diœceſis, qui ab Epiſcopo Tortonenſi examinatus, & idoneus repertus licentiam obtinuit audiendi confeſſiones, viſis prius ab illo literis dimiſſorijs Epiſcopi Nolani ad tempus incolendi extra Patriam, & celebrandi; dato quod erat tunc lapſum tempus, ſed falſo mutatum, & aliud longius poſitum ab eodem
8 Præsbytero. Nam ratio præcipua, ob quam ſunt neceſſariæ literæ, indicatur illa, cuius meminit gloſ. fin. in citato cap. tuæ, quia poſſet contingere, quod Sacerdotio careret, & Populum deciperet, quam etiam ſcribit text. in cap. de homine, de celebratione Miſſarum, quæ ratio ceſſat vbicumque verè, & legitimè fuit ordinibus inſignitus, quinetiam, & ſi Præsbyter non ſit penitus incognitus, atque ex deuotione velit miſſas celebrare, ſuſtinendus ſit, dicit præcitatus textus in cap. tuæ; ſicque ſemper vidi vbique ſeruari.

S V M M A R I A.

Ordines conferri extraneo poſſunt, ſi dimiſſorias à proprio ordinario obtinuerit, numero 1.

Literarum ſpecies, alia dimiſſoria ſeù Reuerenda, alia commendatitia appellantur, num. 2.

Dimiſſoriarum antiquiſſimum fuiſſe vſum demonſtratur, num. 3.

Breuia extra tempora, aliaque in temporibus appellata, quomodo concedantur, numero 4.

Cauſa ob quam fuerunt conceſſa, ſi ceſſet, an illorum vis adhuc perduret, num. 5.

Pueri excommunicatione ligati, non ſolum abſolutionem conſequuntur ab Epiſcopis tempore pueritia, ſed etiam poſtquam maiores effecti ſunt, num. 6.

Capitulum Septimum.

1 VNICO tantum in caſu patiuntur Canones, vt alienus Epiſcopus valeat non ſuo ſubdito conferre ordines, cum ſcilicet illius ſuperioris accedit conſenſus, & licentia, cap. Epiſcopum 9. quæſt. 2. & c. 1. iuncto cap. cum nullus de tempor. ordin. hic autem conſenſus literatoriè præſtandus eſt, teſte Felino, in cap. ſuper his, verſ. ſexta, & vltima concluſio, ſub num. 13. de accuſat. ibidemque Innoc. ac Rebuffo, in ſua Praxi rubr. forma dimiſſor. literar. num. 34.

2 Præfatæ autem literæ aliquando dimiſſoriæ vocantur, atque ita in conſtitut. cum ex ſacrorum, Pij Secundi, & Canone Abbatibus Concilij Tridentini ſeſs. 23. de reformat. & cap. non liceat ſeſſione 7. eadem rubr. de reformat.; aliquando autem Reuerendæ, vt in eodem cap. non liceat, quo nomine Hiſpani vtuntur.

Illæ verò de quibus in præcedēti capite loquutus ſum, & quas ſuperiores concedunt ſubditis volentibus transfretari ad aliena loca, exterasque Prouincias (quibus commendant ordinarijs locorum perſonas illorum, vt eas ad celebrationem, atque

etiam

etiam Sacramentorum administrationem in suis Diœcesibus admittant) commendatitiæ dicuntur in cap. cum nullus Concil. Trident. sess. 23. de reformat. & antea in cap. extraneo iuncto cap. hortamur 71. distinct. atque cap. vltimo 20. quæst. 4. & l. si qua C. de Episcop. & cleric. ex eo quod proprium Prælati testimonium eos commendat. cap. in Lateranensi de præbend. quamuis, & alio nomine firmatæ, appellatæ fuerint, in cap. fin. 71. distinct. & aliquando etiam dimissoriæ in cap. 2. distinct. 72. vbi præcipitur, nè Episcopus subiecto sibi Sacerdoti, aut alteri Clerico dimissorias concedat, nisi ab ipso postulatus, nè ouis quasi perdita, aut errans inueniatur; licèt autem idem sancitum fuerit, quo ad literas pro ordinibus suscipiendis, né illas concedat Episcopus, nisi rogatus in c. de aliena 71. distinct. ac propterea aliqui credant adductum cap. 2. de illis literis loqui, quæ propriè dimissoriæ nuncupantur, nihilominus certum est de commendatitijs verba facere, tametsi dimissorias appellet, idq; patet in primis, ex illis verbis; nè Episcopus subiecto Sacerdoti; itaque non sunt literæ ad ordines cùm iam sit Sacerdos. Præterea ex ratione qua ille textus fulcitur, nè ouis quasi deperdita, aut errans inueniatur, cum errans dici nequeat, quiuis ab alieno de licentia ordinarij est promotus. Verùm ille qui vagando suam deserit Patriam, atque ad alienas migrat Prouincias, ideoque non erit intelligendum de dimissorijs, at de commendatitijs, quare euidentissimè constat dimissorias inibi poni, pro commendatitijs, non secus ac, commendatitias positas fuisse pro dimissorijs, legimus in cap. 2. & 3. Concil. Trident. sess. 14. de reformat. & expresius in cap. in nomine patris 73. distinct. in illis verbis, cui etiam has dimissorias siue commendatitias literas facimus, & eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus, vt in vestra Parochia sub vestro sacro Regimine consistere valeat: Neque vllus est, qui contradicat Doctorum; at potius annuunt omnes, & maximè Rebuff. qui cœteris clarius explicat in l. dimissoriè ff. de verb. signif.

3 Sed vsum prædictarum literarum dimissorialium, antiquissimum fuisse non dubitatur; tempore quippè Diui Augustini eas extitisse, atque in vsu fuisse, testatur ipsemet, in Epistola ad Clerum Hypponen. 137. vers. cum ista me causa, & propterea tempore Concilij Niceni in cap. 2. dist. 73. & aliorum Conciliorum, quorum supra memini.

Consueuit tamen nonnumquam supremus Pontifex concedere facultatem recipiendi ordines à quocumque Antistite, per breue; illa pro maiori dubitatione addita clausula, absque literis dimissorijs sui ordinarij, quia si ordinarij praexigeretur assensus, frustra daretur licentia promouendi à quocumque, vt inquit Mandos. in tractat. signat. rubr. licentia ad ordines, versic. additionem, licet contrarium scripserit Staphil. non tamen inficiari potest quin si clausula apponeretur illa, & de licentia sui ordinarij, multos retineret à susceptione ordinum, aufferetque abusus complures; etenim imperiti, infames, aliaue ex causa inhabiles, non valentes á proprijs locorum ordinarijs suscipere ordines: externas petunt regiones, ordinesque fraudulenter extorquent ab alienis Episcopis, nescientibus quanta sit in hominibus peruersitas; quamobrem rectius agunt supremi Pontifices, cum

4 breuia, appellata, extra tempora, aliaque in temporibus nominata, concedunt, & in illis mandant clausulam apponi, & de licentia sui ordinarij, teste Mandosio indicato loco, ipseque vidi semper seruari, nisi aliqua, & iusta suppetat causa, & tunc prædictæ licentiæ, aut etiam facultates de promouendo, nō suffragantur nisi habentibus legitimam causam, ob quam nequeant á proprijs, Præsulibus ordinari, in literis exprimendam, Concil. Trident. cap. 11. sess. 7. de reform. causa verò, qua adductus Papa licentiam elargitus est suscipiendi ordines, à

5 quocumque sine dimissorijs proprij Episcopi; si postea cesset, non propterea censenda est reuocata prædicta facultas, vt nequeat amplius impetrans ea vti; seque promoueri facere, à quo maluerit; Namquè, & posse respondi in contingentia facti, & Romæ postmodum resolutum fuisse scio: Etenim Sanctissimus Clemens 8. quintodecimo kal. Iulij 97. Pontificatus anno 6. concessit breue cuidam Clerico Alphonso de Vargas Tranen. Diœcesis sub his verbis, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, vt attento quod Sedes Archiepiscopalis Tranen. non dùm ab anno vacat, absque dimissorialibus literis á quocumque malueris catholico Antistite gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente, & in propria Diœcesi residente per te eligendo, ad quatuor minores, quatenus illos nondùm susceperis, & subinde ad Subdiaconatus, & Diaconatus, aut præsbyteratus ordines, in temporibus quidem á iure statutis, sed intra annum, anniq; curriculo non expectato, minusq; seruatis à Concilio Tridentino designatis interstitijs, promoueri, & promotus in illis, etiam in altaris ministerio ministrare liberè, & licitè valeas. Huic facultati confisus ipse Alphonsus, non modo subdiaconatu insigniri se fecit, Sede Archiepiscopali Tranen. adhuc vacante, at præterea Diaconatu, & Præsbyteratu postquam illius Ecclesiæ Antistes decretus erat, & consecratus Religiosissimus Andreas de Franchis, qui Zelotypus, Animarumq; salutis auidus, non leuiter dubitauit, nec nè ipse Alphonsus fuerit ritè promotus, incurreritue propterea suspensionem, & noluit vt ille suos exequeretur ordines; Quare Papam adiuit præfatus Alphonsus, eique enarrauit omnia, ac supplicauit, vt sibi ab incursa forsitan suspensione impartiretur absolutionem, quam numquam potuit adipisci, quia non indigebat, & reuisores supplicationum, Prælati doctissimi Curiæ Romanæ in calce supplicationis ab illo præsentatæ, responderunt hisce verbis. Sciendum est, quare indigeat absolutione, & quomodo fuit malè promotus, quia potius vigore breuis istius potuit promoueri absque dimissorijs, etiam postquam Archiepiscopus promotus fuit ad Ecclesiam Tranensem: Quorum responsio non eidem satisfecit Antistiti, fortasse, quia non subscripta, aut alterius roborata manu; ideoq; procurauit Alphonsus, vt literis amplissimorum Cardinalium Congregationis Concilij redderetur Archipræsul de hac re certior, illeque tunc assentijt vt exequeretur ordines, etiam in altaris ministerio ministraret; nec quidem perperam, tùm ex textu in cap. fin. de sentent. excomm. vbi consimilis est casus, & beneficium concessum pueris, qui incide-

inciderunt in canonem latæ ſententiæ ob percuſ-
6 ſionem clerici, vt abſolutionem conſequantur ab Epiſcopis, ſubſiſtit etiam ceſſante pueritia, ſi facti maiores iam dictam petant abſolutionem; tùm etiam, quòd ratio illa, quia vacabat Sedes Archiepiſcopalis non erat finalis, ſine qua minimè conceſſiſſet; Verum impulſiua, cum plerumq; Pontifices maximi nulla concurrente cauſa eandem dederint licentiam, & ideò conſtet illa adductum Papam ad faciliùs eam concedendam, & conſequenter non ſubſiſtit regula illa, quòd ceſſante cauſa, deſinit etiam effectus, quæ interpretatur de cauſa finali ex l. 2. §. vltimo, ibique gloſ. Bart. & alij annotauerunt ff. de donat. & Federic. de Senis conſ. 4. exordiente teſtator; & quod præfata cauſa non fuerit finalis, probat nedum adducta ratio, verum Iuris illa præſumptio, quod in gratijs, & priuilegijs, omnis cauſa præſumitur impulſiua, quam tradit Bal. & eum ſequitur Franch. in cap. decet num. 3. de regul. iur. in 6. & Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa, limitat. 1. num. 81. & hoc præſertim in caſu, haud debet effectus ceſſare, & gratia, cum effectus ipſe iam fuerit inchoatus per ſuſceptionem ſubdiaconatus, tempore quo Eccleſia vacabat, quare non amplius ceſſabit effectus, vt inquit Franciſc. Curtius Iunior in l. more num. 12. ff. de iuriſdict. omn. Iudicum, & Tiraquell. in eadem limitat. num. 19.

SVMMARIA.

Dimiſſorias concedere Iuriſdictionis eſt Epiſcopalis, num. 1.

Inferiores Prælati an eas elargiantur? numero 2.

Quidue dicendum ſit de Vicario Epiſcopi? numero 3.

Exempti an illas concedant? num. 4.

Capitulum quoque ſede vacante vtrum impartiri valeat? num. 5.

Vicarius Papæ vacante quoque ſede, ac ſtatim, non prohibetur elargiri, num. 6.

Epiſcopus proprius, quis dicatur, num. 7.

Epiſcopus dicitur proprius ſuperior ex cauſa originis, num. 8.

Origo paterna an proſit, an tantum propria perſona? num. 9.

Origo non acquiritur per natiuitatem in eo loco, quo mater pertranſibat, num. 10.

Beneficij ex cauſa, ſit etiam quis ſubditus, numero 11.

Et vtrum ſufficiat tenue, num. 12.

Vtrum ſimplex, num. 13.

Beneficia complura poſſidens, omnium Epiſcoporum ſit ſubditus, & ab vnoquoque ordinari poteſt, num. 14.

Quid dicendum cum beneficium eſt in territorio vnius, alteri tamen ſubeſt, num. 15.

Quid ſi alter contulit, num. 16.

Quid ſi ipſe, & ad hunc finem promouendi, num. 17.

Vtrum verò ex cauſa penſionis, ſub eodem numero 17.

Domicilij ex cauſa ſit etiam quis ſubditus, illudque acquiſitum quando cenſeatur? numero 18.

Scholaris non acquirit Domicilium, in loco, ad quem ſe contulit cauſa ſtudij, num. 19.

Baronem promouere, vtrum poſſit Epiſcopus, in cuius Diœceſi ſitum eſt feudum, numero 20.

Vtrum eius filios, num. 21.

Senatorem etiam, ſeu officialem quis promoueat, num. 22.

Quis verò eius liberos, num. 23.

Libertum etiam, quis valeat ordinare, numero 24.

Et qui relegatum, num. 25.

Superior ob aliquam dictarum cauſarum, an poſſit literas dare ad ordines, num. 26.

Dimiſſoria non niſi ex cauſa concedenda, & ob quam cauſam, ipſaque an ſit exprimenda, num. 27.

Dimiſſorialium tenor multiplex eſſe ſolet, & qualis, num. 28.

Diſpenſare in interſtitijs ad quem ſpectet, numero 29.

Interſtitia, quæ ſint, & quale tempus requirant intermedium ab altero ad alterum ordinem? num. 30.

Eas concedentem oportet prius examinare dimittendum, ac poſtea ordinator etiam examinabit, num. 31.

Inuitatus ab Epiſcopo ad conferendum ordines ſuis ſubditis, quando teneatur, ſi inhabilem promoueat, num. 32.

Procuratori non cenſetur data facultas ſoluendi indebitum, num. 33.

Promotus ab alieno docere debet id factum eſſe de licentia proprij, num. 34.

Licentia ipſa probatur ſi eius meminerit ordinans, in literis ordinum, num. 35.

Dimiſſorias non expirare concedentis interitu etiam re integra, num. 36.

Etiam ſi à capitulo, num. 37.

Niſi, &c. num. 44.

Licentia celebrandi in propria domo neque expirat, num. 38.

Neque altera de non reſidendo, num. 39.

Gratiæ natura eſt perpetuò durare, cum declarationibus, num. 40.

Reſeruatio expirat extincta legatione reſeruantis, num. 41.

Reſeruationes odioſas eſſe probatur, numero 42.

Poteſtas de conferendo vacaturum beneficiu dari

dari non potest; & quomodo sit intelligenda hac sententia, num. 43.

Archiepiscopo liceat ne promouere, subditum suffraganei? num. 45.

Homicidium à multis patratum si nescitur occidens, in causa est, vt omnes censeantur irregulares, num. 46.

Sententia ex deductis proferenda est, quamuis conscientia obstet, nisi tamen abstinere possit Iudex, num. 47.

Irregularitas incurritur etiam ob auxilium præstitum, num. 48.

Opis præstatur etiam sola assistentia, numero 49.

Capitulum Octauum.

1 DIMISSORIAS, siue Reuerendas concedere, quia iurisdictionis est Episcopalis, per Hostiens. in cap. accedentibus sub nu. 6. de excess. Prælat. ideò eas possunt concedere cuncti Episcopi, ex iuris dispositione, illis tamen, quos attenta iuris sanctione, priuilegio, vel consuetudine ad ordines valent assumere, ex glosa fin. in c. cum nullus de temp. ordin. in 6. eo quòd, potest quis per alium efficere, quod per se ipsum exequi non detinetur, ex regula, potest quis, de reg. iuris in 6. & propterea cum Episcopus originis, Domicilij, siue beneficij, sibi, aliquo ex rescriptis modis subditum, non prohibeatur ordinare, vtique dimissorias etiam ad ordines eidem dare, non vetatur, per adductum cap. cum nullus.

2 Inferiores autem Prælati eas nequeunt concedere, nisi à Sede Apostolica fuerit eisdem specialis data potestas, ex eodem cap. cum nullus §. inferiores; Aut nisi aliquo peculiari iure potestatem acquisiuissent eas dandi, per ea, quæ scribit Panormit. in cap. accedentibus num. 2. de excess. prælat. præsertim ex consuetudine legitimè præscripta, iuxta glos. in eodem §. inferiores versic. indultum, comprobatque Cappell. Tholos. decis. 451. Petrus Gregor. Tholos. lib. 40. syntagm. Iuris vniuersi cap. 2. num. 19.

3 Sed Vicarius Antistitis eas dare nequit, cap. cum nullus (ibi officialis) de tempor. ordin. in 6. notatquè in specie Rebuff. in praxi rubr. de forma Vicariat. num. 47. Iacob. Sbrott. in suo perutili tract. de offic. Vicarij lib. 2. quæst. 41. & Mandos. ad Regulam Cancell. 24. de malè promot. quæst. 2. tomo 2. nisi longè absit idem Episcopus, quia genericam tantum licet habeat commissionem, nihilominus eiusmodi posset concedere literas ex eodem cap. cum nullus §. Episcopo, ibique glos. vers. remotis, & Franch. notab. 4. Petr. Gregor. Tholos. lib. 16. cap. 9. post num. 3. & alios coaceruat Mandos. super dicta Reg. Cancell. 24. quæst. 6. num. 11. qui deinde alias tres subijcit restrictiones, in quibus extenditur Vicarij facultas, circa prædictas dimissorias, scilicet si à Papa esset præfatus Vicarius deputatus, qualis est, qui vulgo Vicarius Apostolicus appellitatur; item si haberet in delegatione aliqua maiora, & trascendentia eiusmodi licentiam concedendi dimissorias; Ac demum si in eius locum suffectus esset, qui hanc retinebat auctoritatem, aut dare consueuerat, quibus in casibus si aliquis Vicarius eas elargiretur, vtique earum vigore promotus, diceretur satisfecisse Constitutioni Pij Secundi, & Regulæ Cancellariæ, nouissimæque Constitutioni Sixti Quinti, quod nobis insinuat Mandos. eo in loco; quamuis de forma prædictarum sanctionum, dimissoriæ ab Episcopo sint concedendæ, cum ab alieno dantur ordines; Namque illud sanè de forma indicatur, vt dimissoriæ præcedant, non alterum, vt ab Antistite concedantur, cum experiamur, etiam capitulum post annum vacationis sedis, dare ipsas literas per Concil. Trid. cap. 10. sess. 7. sub rubr. de reformat. quinimmò

4 exemptis licere illas impartiri, constat ex eodem cap. cum nullus, ibidemque aiunt Ioan. Andr. nu. 2. Anchar. vers. in exemptis sub num. 3. & Franch. num. 5. His tamen contradicit posterius ius Concilij Tridentini, quo neque ipsi Abbates, neque alij, etiam exempti, aut collegia, vel capitula quæcumque, etiam Ecclesiarum Cathedralium literas dimissorias clericis secularibus, vt ab alijs ordines suscipiant concedere valent, c. Abbatibus sess. 23. de reformat. subdente horum omnium ordinationem ad Episcopos intra quorum Diœcesis fines existunt pertinere, non obstantibus quibusuis priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus: & propterea Henriq. in summ. Theol. moral. lib. 10. cap. 22. §. 3. affirmat, personas quaslibet extra Præsulem, etiam habentes iurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam, & voluntariam, nequire dictam elargiri licentiam, & in glosa lit. T. attestatur ita Romæ obtinuisse Episcopum Salmanticen. in anno 1581. contra capitulum suæ Ecclesiæ. nisi tamen esset ordinarius priuatiuè ad Episcopum, iusque haberet visitandi, & congregandi Synodum, contra quem non intrare dispositionem citati cap. Abbatibus, defendit, & copiosè Gratian. tomo 2. Disceptat. Forens. capit. 212.

5 Quin etiam erat antiquitus libera Capituli facultas sede vacante dimissorias illicò concedendi, per citatum cap. cum nullus, de temp. ordin. in 6. eamquè deinde á Concilio Tridentino restrictam circumspicimus, vt non nisi expleto anno à die obitus Præsulis numerando, queat dimissorias concedere, præterquam illi, qui alicuius beneficij recepti sinè recipiendi arctatus fuerit, alias capitulum contrauenìens Ecclesiastico subiaceat interdicto, & ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint nullo priuilegio clericali, maximè in criminalibus gaudeant; in maioribus verò ab exequutione ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipso iure suspensi cap. non liceat de reformat. sessio. 7. Quod si Vicarius à capitulo electus concesserit illas non arctato, & ante lapsum anni, & fuerit impetrans promotus ad ordines vigore dictarum literarum, Capitulum incurrit pœnam iam dictam, expressamque in adducto cap. non liceat, vt Ecclesiastico subiaceat interdicto, & ordinati eadem plectantur

ſtantur pœna conſtituta in illomet capite, contra promotos vigore dimiſſorialium conceſſarum à capitulo ſede vacante, vt habetur in eod. cap. Abbatibus ſeſſ. 23. de reform. Vicarius autèm concedens prędictas dimiſſorias á Capitulo deputatus, ab officio, & beneficio per annum eſt ipſo iure ſuſpenſus, eodem cap. Abbatibus; ſed poſt annum non impeditur idque aperta verba citati cap. non liceat, ſeſſ. 7. præportant.

6 Excipitur ab hac reſolutione Vicarius Papæ, qui non prohibetur, etiam ſtatim poſt vacātem ſedem, iam dictas literas impartiri, eo quod Concilium minimè reſtringit iuriſdictionem ſedis Apoſtolicæ quamuis vacantis maiol. tractat. de irregular. lib. 4 cap. 5. Henriquez ſumm. Theol. moral. lib. 10. c. 22. §. 3. præſertim cum veriſſimum ſit, non poſſe prætendi Vicarium Papę vigore Concilij in eo cap. non liceat ſeſſ 7. recipere facultatem concedendi prædictas literas defuncto Pontifice, eò quod textus ille verba facit de ſede vacante Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, & eius capitulo, ſeù Vicario, ab illo conſtituto, quod vtique non verificatur in Vicario Vrbis, tùm quia interitu Papę, non ex pirat eiuſdem Vicarij officium: tùm etiam, quod non eligitur propterea á Capitulo, ſed tunc quoque dicitur Vicarius Papæ; Neque etiam credi poteſt, Vicarium Vrbis comprehendi ſub altera diſpoſitione eiuſdem Concilij in cap. Abbatibus, ſuperius citato, extendente diſpoſitionem dicti cap. non liceat, ad illos qui in iuriſdictione, Epiſcopo ſede vacante, ſuccedunt, ſubingredientes locum capituli: Namque Vicarius iſte, vt mox ſcripſimus, ſuam non acquirit iuriſdictionem, poſt obitum Papæ, ſed quam Pontifice ipſo viuente retinebat, continuat illo extincto: nilque ſibi detrahitur, vel ſuperadditur ob mortem eiuſdem Papæ.

7 Sed iam vt reuertamur ad id, vnde digreſſi ſumus, inquirendum eſt, quis dicatur proprius Epiſcopus reſpectu collationis ordinum, aut dimiſſorias dandi ad ordines, & non dubium quin ille valeat Antiſtes exequi recenſita, qui ſit ordinandi ſuperior, vno ex tribus illis modis, nempè ratione, originis, domicilij, aut beneficij. Hic enim, & illum promouere non detinetur. Nauar. conſ. 2. An Hiſpanus nu. 1. de temp. ordin. in nouis, & auctoritatem retinet dandi literas pro ſuſcipiendis ordinibus ab alieno cap. cum nullus de temp. ordin. in 6.

8 Primus itaque modus ob quem dicitur quis ſuus ſuperior, eſt origo, per adductum C. cum nullus; In qua re aduertendum conſidero, ius ciuile indicare locum originis, eum eſſe, in quo eius Pater, vel Auus natus eſt, ex l. aſſumptio §. filius ff. ad municip. ibique gloſ. & Bart. Diaza practic. criminal.

9 cap. 8. in fine, & Petrus Gregor. Tholoſ. in tract. de vſur. lib. 3. cap. 15. num. 1. Hoc tamen loci ponitur pro illo tantum territorio vbi natus eſt, ita concludentibus Ioan. Andr. in eod. cap. cum nullus num. 3. Anchar. num. 1. Nauarr. in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. num. 65. Henrich. ſumm. Theolog. moral. lib. 10. cap. 22. §. 1. Croto in l. ſi is, qui pro emptore num. 99. ff. de vſucap. Hippol. in rubr. de fideiuſſ. num. 134. & opitulantur, quæ Cæſar de Graſſis notat in deciſ. 61. reſolutum fuit num. 3. ſiue 15. de probat. atque ita conſulunt ante factum, nam poſtea permittunt, & validum indicāt actum, Ioan. Andr. & Anchar. loco citato; quamobrem ſi tantum conſiderata origine quam traxit à loco, non autèm á natiuitate, crediderunt ſubijci Epiſcopo illius loci, à quo originem traxit, & promotus ab illo fuit, excuſari tùm ordinantem, tùm ordinatum cenſuerunt, ſequiturque Nauar. conſ. 19. N. filius familias num. 1. de tempor. ordin. idque maximè quod multa ſuppetunt, quibus liquet filium dici originarium eius loci, in quo vel ipſe natus eſt, vel ſuus genitor, eò quod, & propriam, & paternam originem trahit, vt pluribus ſuffultus auhoritatibus ſcribit Boer. deciſ. 13. Pro cuius deciſione ſub num. 3. Gram. voto 10. exordiente ſtante, ſub num. 14. & in vtroque dicitur habere domicilium ex eorundem ſententia, ſucceditque in honoribus, & muneribus, tàm perſonalibus, quàm realibus; non modo in temporalibus, verum etiam in ſpiritualibus, quemadmodum notat poſt alios Soccin. conſil. 35. circa prædictam num. 7. vol. 1. Boer. eadem deciſione 13. num. 13. & 15. nouiſſimeque Ioannes Guttieres conſil. 7. Conſultus numero 1. Ideò non eſſet fortaſſe reprehendendus, qui defenderet nō tantum excuſari Præſulem poſt collatos ordines, ſed inſuper tute induci poſſe ad conferendum ei, qui ſubditus ipſius eſt, attenta origine parentis non propria; cum alibi natus fuerit, in tantum. quod anno præſenti 1611. inſtante ampliſſimo Octauio Cardinali de Acquatiua, poſt multa dubia, quinto loco Hæſitauit ſi Neapoli habentes domicilium, ibique nati ſunt eorum tamen parentes ex alia Ciuitate ſunt oriundi, ritè ſuſceperint ordines ab ordinario ciuitatis originis paternę, abſque literis dimiſſorijs. Et ſine atteſtatione de vita, & moribus ordinarij Neapolitani. ſacra Congregatio reſpondit ſub his verbis. Ad 5. ſacræ Congregationi non videri, in præſentia, in hac re quicquam noui iuris ſtatuere: quare in ea ſum ſententia poſſe tùm Præſulem originis paternæ, tùm propriæ ordinare illum.

10 Qui verò fortuitò natus eſt aliquo in loco, quo mater pertranſibat, aut illùc non animo permanendi iuerat. verum ad certum tempus incolendi, illius loci non diceretur ciuis, neque ratione originis ſequeretur forum dicti loci. ac iuriſdictionem, ſicuti Panorm. edocet in cap. Rodulphus num. 9. ibique Felin. num. 13. de reſcriptis, per doctrinam Bartoli in l. filios num. 4. C. de municip. & origin. lib. 10. qui videtur in hanc opinionem propendere, & Marian. Soccin. Iunior. conſil. 49. quoniam ex facto poſt num. 3. vol. 1. Syluest. verbo Ciuitas nu. 4. Nicolaus de Neap. Bal. Angel. & Paul. de Caſtr. in lectura Bononienſi ſuper l. huiuſmodi §. legatum ff. de leg. 1. Angel. in ſumm. verbo ciuis num. 3. & cum alijs Gregor. Lopez lib. 2. tit. 24. verſic. Maguer. par. 4. nec non Afflict. deciſ. 384. nu. 4. Guttierez citato conſil. 7. num. 7. Cauaglios quæſt. 458. num. 17. tametſi Imola, & Paul. de Caſtro in lectura Paduana, atque Alex. in eod. §. legatum teneant contrarium, & Raphael in l. cœtera §. fin. citata rubr. & propterea ab illius Ciuitatis Antiſtite promoueri iſte non poſſet, neque ab alio de licentia ipſius. Henriq. indicato lib. 10. cap. 22. §. 1. & ſuppetit Nauarri reſolutio in conſil. 41. de tempor. ordin. parte prima, & text. in cap. is qui, de ſepult. in 6. vbi Parochianus dicitur mortem obir

T intra

intra suam parochiam, licet in alia decedat, ad quam profectus erat causa recreationis, pestis, belli, aut alterius impedimenti, sine voluntate mutandi domicilium, & priori propositioni de nato in loco, quo mater iter faciebat, concinunt, quæ de viatoribus scripserunt nonnulli Doctores, ne deuinciantur consuetudinibus, ac ieiunijs locorum, per quæ deferuntur, deducuntur, pergunt, & transeunt; iuxta notata per Azorium, in suis instit. moralib. lib. 7. capit. 30. quæsito vltimo; cuius verba sunt notanda, ad veram cognitionem huius quæstionis, in qua multi deficiunt, quorum auctoritate videtur dicendum, ni fallor, vt discedamus á præfata resolutione Nauarri, & Henriq. paulo ante citatorum, tum maximè, quia veritas attendenda est, non quidem animi destinatio, ex multis in hac re coaceruatis per Gratianum in libro Disceptationum Forensium capit. 75. natum per transitum: tum ex alijs assertionibus eiusdem Gratiani, & Caldes in suo responso reddito pro Ioanne Tasso, posito in calce tractat. de restitut. in integr. num. 13. licet certum sit, non dici originarium eius loci in quo mater orta est, neq; illius sequatur domicilium, vt suo præfato consilio defendit citatus Ioannes Guttieres, cuius scripta percurrere, nè omittas.

11 Secundum caput, ob quod valet Antistes promouere aliquem, est ratione beneficij, & hac etiam de causa dimissorias concedere non impeditur, ex eodem capit. cum nullus, quod enim ratione beneficij possessi in aliqua Ciuitate, dicatur illius Ciuis, quamdiú illud possidet, inquit Boer. decis. 260. præsuppono num. 20. & propterea dispositio eiusdem capit. cum nullus, vendicabit etiam sibi locum in obtinente beneficium
12 tenue, ratione cuius fiat subditus illius Episcopi, in cuius Diœcesi extat eiusmodi beneficium, quod apertis verbis concludit Henriq. in summ. Theolog. moral. lib. 10. capit. 12. §. primo, addens in glosa litera C. atque in capit. 17. in glosa litera Q. hanc sententiam approbasse praxim, per Episcopos, & viros doctos passim probatam, & decisum etiam fuit in Congregatione Episcopatus Papiensis, teste Mario Antonio, var. sentent. lib. 1. resolut. vltima casu 28. fouetur autèm isthæc resolutio auctoritate Nauarr. in tractat. de horis Canon. capit. 21. numero 11. vbi referens complures Canones de beneficio verba facientes, subsistere ait, in quouis beneficio etiam tenui, puta text. Concil. Trident. in capit. 6. sessio. 25. de reformatione, concedentem tonsurato, & possidenti beneficium, gaudere priuilegio clericali, in ciuili nedúm, sed capitali etiam causa, si quodcumque, quamuis exiguum possideat, quam Nauar. resolutionem communem esse testatur Azor. lib. 10. institut Moral. cap. 3. vers. Secunda opinio, eamque multis, tùm auctoritatibus, tùm rationibus tutatur, ea præsertim, quod qui beneficium detinet, quamuis tenuè, & exiguum, cœteris beneficiariorum priuilegijs potitur, atque verè, & propriè beneficiarius dicitur in iure: Nimirúm si propterea dicimus, euulgatam illam regulam de impetrante, vt teneatur meminere beneficij obtenti, deuincire quemlibet beneficiatum, qui mentionem facere cuiuscumque beneficij obligetur, etiam tenuis, per text. in cap. non potest, de præbend. in 6. itidemque in obtinenda dispensatione, cap. si motu proprio, eodem tit. & lib. quin, & extrauagantem Ioan. 22. incipientem, Suscepti Regiminis, de elect. & electi potest, complecti adhuc beneficium paruum, certum est per Oldrad. cons. 140. nu. 3. eo quod in effectu non differt à magno: cum paruum, & magnum non faciant differre rem in specie, nullamque inducant distantiam, quod ille carpit, ex tex. in l. proprietarius, ff. de damno infecto, alijsque, quæ cumulat, iuribus; Regulam insuper Cancell. 16. subsistere in non sufficienter beneficiato, concludit super ead. regul. Mandos. quæst. tamen 37. ea fretus ratione, quod ex proprietate verborum, illum dici verè beneficiatum defendit. Tandemq; cum præfatum caput, cum nullus, & alia huiusmodi, non explicent valorem, & qualitatem beneficij, at simpliciter, ac generatim loquantur; nimirúm subintrat vulgata iuris Regula illa, vt ita simpliciter, ac generaliter intelligenda veniant l. 1. §. generaliter ff. delegat. præst. text. autem Sacri Concilij Tridentini in capit. 2. sessio. 21. de reformatione, requirens beneficium sufficiens ad victum in promouendo ad Sacros, nequaquàm aduersatur huic conclusioni, quandoquidem de beneficio pro titulo fatur, & aliud est si queramus, nùm beneficium sufficiat pro titulo: aliud si sufficiat, vt tanquam subditus ratione beneficij promoueatur. Quam profectò differentiam admittit in primis Nauarr. adducto numero 11. dum ex sententia Soti affirmat, beneficium octo ducatorum obligare ad recitandum officium, illud tamen non sufficere ad sustentationem possidentis. Item probat citatus Sotus, in tractat. de Iustit. & Iur. lib. 10. quæst. 5. artic. 3. in illis verbis; Dixerim tamen obligare beneficium attingens summam octo ducatorum, quamuis non sufficiat ad victum. Item probat Henriq. indicato capit. 17. sub numero 3. cum ait. Pro sacris Ordinibus de titulo, vt habeat pacificè beneficium, quod ad victum honestè sufficiat, vel patrimonium, aut pensionem, quæ ad vitam sustentandam satis sit; beneficium veró tenue, satis est, vt possessor acquirat domicilium, in loco, ac Diœcesi illius beneficij; demumque admittunt additio ad Quarantam. Et Vgolin. in locis mox citandis, & speciatim in hoc casu affirmantibus subsistere; itaque differentiam inter beneficium pro titulo, & alterum pro alijs requisitum, probant relati auctores, quorum dictum ratione fulciri adiungo; illa potissimum, quod cum de titulo loquuntur Iura, addunt illum debere esse sufficientem ad victum, iuxta capit. Episcopus de præbend. vt propterea, siue in beneficio consistat, siue in Patrimonio, tùm beneficium, tùm Patrimonium oporteat satis esse ad victum, vt de beneficio loquens præfatus Canon Concilij Sanxit; alioquin illius respectu dicatur tenue si necessaria non suppeditet alimenta, dicit text. in cap. eam te de ætate, & qualitate. Cùm verò de beneficio tractant Canones, ad constituendum subditum, siué pro alijs necessariò, memoratam non adijciunt conditionem, vt propterea cessante ratione, debeat similiter cessare dispositio, iuxta l. adigere §. quamuis

nis ff. de Iurepatron. Quin ſcimus contingere poſſe, vt beneficium tanti valoris non ſit, quo poſſit ordinandus honeſté ali, & tamen ſi titulus suppleatur, & tale Patrimonium addatur, vt ſimul iuncta ſufficiant, non poſſit ordinandus impediri, nè ſuſcipiat ordines, verum ad illos aſſumendus ſit, ſi cauſa concurrat, concludo ſuperius Rubr. 8. capit. 3. ſub numero 12. ita quod, in his proprijs terminis, ratione beneficij non idonei, addito tamen condecenti Patrimonio ad honeſtum titulum, liceat Epiſcopo promouere poſſidentem in ſua Diœceſi, iam dictum beneficium inſufficiens, concludit addit. ad Quarantam in ſumm. Bullar. verbo ordo verſic. circa ſecundum; addens, ita reſoluiſſe P. Marium de Andria Ieſuitam in publica lectione; quorum ſententiam nouiſſimè amplexatus eſt Vgolin. in tractat. de Poteſtate Epiſcopi capit. 36. §. 3. in vltimis verbis: Cum verò beneficium eſſet tenuiſſimum ratione præſumptæ fraudis, abſtinendum omninó eſſet à conferendis ordinibus huic beneficiato, atque ita ſemper reſpondi Præſulibus me conſulentibus, & poſtquam in Conciſtorio coacto die 24. Nouembris anni 1608. electus fui in Epiſcopum, conſolari exteros plerumque renui, poſſidentes ſimilia beneficia in mea Diœceſi, & ſupplicantes, vt ad ordines promouerem. Ac poſtremis his temporibus vidi declaratum fuiſſe per Ampliſſimos Patres Sacri Concilij Interpretes; cum ſuis ad Cardinalem de Acquauiua tunc viuentem datis literis reſponderunt, ſuper quinque dubijs in hac materia ordinum ab illo propoſitis. Quarto enim capiti tractanti de promoto ab alieno ex cauſa beneficij tenuiſſimi, reſponderunt malè promotum, ipſumque propterea ſuſpenſum ab executione, atque ordinatorem á collatione per annum: Quale autèm ſit beneficium tenuiſſimum recordor Auctorem praxis Epiſcopalis exemplificaſſe in beneficio rendente quatuor ducatos in anno, in verbo beneficia §. 3. part. 1. At Sot. in tract. de iuſtit. & Iur. lib. 10. ſuperiùs citato, quæſt. 5. artic. 3. exemplificat in beneficio non attingente ducatos octo; opinatur itaque non eſſe tenuiſſimum, ſi ducatos octo attingat; quinimó á ſumma conſtituta ab Auctore dictæ Praxis fortaſſe non eſſet diſcedendum, ſi verum eſt, quod beneficium tenuè dicitur non excedens annuum redditum ſeptem Coronatorum, ex ſententia Pauli de Eleazar. in clement. 2. de decim. ſequiturque Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 216. num. 9. Ergo vſque ad ſeptimum incluſiuè, dicatur tenuè ab eo vero ſupra, tranſcendat terminos beneficij tenuis. Quamobrem Clerico Petro Paulo de Ianuario Neapolitano meo familiari, quamuis non triennali, poſſidenti beneficium in Ciuitate Laquedonenſi (cuius fructus ſunt ducatorum treſdecim, & granorum duodecim cum dimidio) tanquàm meo ſubdito potuiſſe me conferre ordines iuſtè exiſtimaui iuxta deciſ. 100. ſuperinde à me factam, vberioribus comprobatam rationibus, & auctoritatibus; eumque propterea promoui ad omnes Sacros; nam probauit ſe habere ſufficientem titulum, ſcilicet Patrimonialem vnitum beneficiali prædicto; nèc non produxit breue Sanctiſſimi Pauli Papæ Quinti, dictum; in temporibus, quo potuit aſſumi ad omnes tres Sacros in Quatrageſima huius anni M. DC. XVI nullis expectatis interſtitiis, & annorum curriculis. Ex his ad aliam deflecto concluſionem, vt qui ordines conferret ſubdito ratione tenuis beneficij, & non habenti ſupplementum Patrimoniale, non incurrat pœnam aduerſus promouentem alienum, emanatam; ſed aduerſus promouentem ſufficienti titulo carentem.

13 Prædictum autèm caput, cum nullus, locum ſibi vendicare non dubito propter quodcumque beneficium, túm reſidentiam, aùt ordinem requirens, tùm ſi prædicta non exigat iuxta, gloſam in eodem capit. nullus verſic. Eccleſiaſticum, ibique Gemi nian. num. 6. Franch. num. 3. verſic. & ſcias, & Ioan. Andr. in verſic. obtinet, ſub numerum primum, præſatam comprobantes ſententiam, ex generalitate illius canonis; quamuis Archidiac. num. 2. tueatur non ſubſiſtere niſi beneficium poſſideat, requirens reſidentiam, eiuſque dictum confirmari poſſet ratione illa, quod dumtaxat ob beneficium requirens reſidentiam acquirat beneficiatus domicilium in loco, vbi illud poſſidet, dixit Innocent. in cap. ex ore poſt num. 2. verſic. item in caſibus de priuileg. ibidemquè Butrius num. 10. Felyn. in cap. dilectus el 2. num. 2. de reſcript. Dec. in cap. quia in tantum num. 19. de præbend. ſubdens communem eſſe opinionem, quodque fatetur inſuper Mandoſ. ad conſil. Roman. 361. in caſu verſic. beneficij, & ipſe non nego, quin curialius agat Antiſtes, ſi obtinentem in ſua Diœceſi beneficium, ſine reſidentia, niſi præcedente licentia alterius ordinarij promoueat, & ijdem Gemin. & Ioan. Andr. fatentur, aut ſaltem retinentem in ea ſimplex, & voluntariè reſidentem, iuxta opinionem Henriq. in ſumm. Theolog. moral. lib. 10. capit. 22. §. primo in gloſa litera H. probatam antea per Dec. in cap. quia in tantum num. 24. de præbend. non tamen credo hanc eſſe de Iuris rigore veriorem ſententiam, ſed contrariam, quam etiam tutatur præfatus additionator, idemque Vgolin. citato §. 7. verſic. ſecundo locum habet, & verſic. poſtremo locum habet; quandoquidem aliud eſt dicere, ſi ratione beneficij clericus acquirat domicilium in loco; Aliud verò ſi ratione beneficij poſſit ordines ſuſcipere ab Epiſcopo illius loci; quam profectò differentiam inter adducta ſuperius, apertè probat adductum capit. cum nullus, de tempor. ordin. in 6. tum, quia tria ad inuicem contraria recenſet capita, ex vnoquoque quorum valet Epiſcopus dimiſſorias concedere, nempè propter originem, bèneficium, & domicilium, teſte Nauarr. conſil. 5. N. illegitimus num. 2. de fil. Præsbyt. in nouis, tùm etiam, quod ſi textus ille, eiuſque conditor compræhendere tantum voluiſſet obtinentem beneficia, cum reſidentia, non vtique adiunxiſſet verba illa, de beneficio Eccleſiaſtico, ſed domicilij dumtaxat, & originis meminiſſet: quia ſub domicilio complexus eſſet obtinentem beneficium cum reſidentia, quamquidem intelligentiam admittit Dec. in cap. quia in tantum, ſub num. 21. de præbend. & Congregatio Epiſcopatus Papienſis non immeritò cenſuit, dictum caput de omni beneficio intelligendum eſſe, euius meminit inferius verſ. alia multa.

T 2 Demum

Demum præcipuam supra relatam conclusionem arbitror subsistere, etiam propter beneficium temporale assignatum tamen in titulum, namque satis est ad finem, vt Episcopus in cuius Diœcesis fines, eiusmodi beneficium extat, ordines conferat, aut dimissorias concedat, vt super eodem cap. cum nullus, inquiunt Gemin. num. 8. Franch. in glosa in versic. Ecclesiasticum sub num. 3. neque mirandum videtur, cum Ioannis Andreæ verba succurrant, in versic. Ecclesiasticum sub num. 1. quique num. 4. ait posse beneficium ad tempus conferri, & Gemin. loco citato, atque Calderin. consil. 30. de præbend. sed contradicunt Mileus, Gigas, & Rebuff. citati á Hieronymo Gonzales super reg. 8. Cancellar. glos. 5. numero 11. qui auctoritate multorum iurium fatentur substantiale beneficij esse, vt sit perpetuum, & ad vitam beneficiati, ac propterea promoueri nequeat, qui illud possedit ab Episcopo loci, vbi situm est, defendit Vgol. citato §. 3. versic. secundo excipitur.

14 Qui autem plura, & in diuersis Diœcesibus obtineret beneficia ab vnoquoque illarum Antistite promoueri sine dubio posset; aut præfatas obtinere dimissoriales, ex sententia Innocent. in cap. cum iam dudum num. 3. de præbend. cui se remittit Archat. super citato cap. cum nullus num. 1. versic. circa secundum, & Franch. in vers. & quid quando ratione plurium beneficiorum. Quod verum existimo explosa distinctione Felin. in cap. Dilectus el 2. nu. 3. de Rescript. commendata á Diaza in praxi canon. cap. 10. sub num. 1. & Vgol. in §. 3. supra relato versic. Quartum locum habet, scilicet, vt militet quoties omnia requirerent residentiam, & in omnibus resideret, quia tunc acquireret domicilium; Nam in antecedentibus probaui non modo ex causa domicilij, sed etiam beneficij, fieri subditum, ac posse promoueri, vt propterea quando Felyn. & Diazæ resolutio militaret in casu, in quo illorum est sermo, nempè respectu punitionis pro delicto commisso, non tamen in terminis nostris respectu collationis ordinum, in quibus tum domicilium, tum beneficium suffragantur, & vnumquodque illorum seiunctim, atq; etiam si beneficium non obliget ad residentiam.

15 Quid modo dicendum sit, de eo, qui licet beneficium retineat in aliqua Diœcesi existens, alterius tamen Diœcesis Antistiti subest, respondent Doctores beneficiatum istum posse promoueri ab Episcopo illius loci, vbi extat beneficium, ita præsertim Gemin. ait, super eodem cap. cum nullus sub num. 5. Franch. versic. & dicit sub num. 3. & antea Ioan. Andr. num. 1. opitulanturque scripta per Panormit. consil. 161. in casu num. 4. Dummodò illi alteri Præsuli subsit tantum, quo ad præsentationem, vel institutionem; secus si etiam, quo ad iura Episcopalia, vt Franch. & Gemin. asserunt eodem in loco per Ioan. Andr. in cap. cum ex eo numero 5. de elect. in 6. sequiturque additionator ad Quarantam indicato, vers. circa secundum; quamobrem si beneficium vnius Diœcesis vnitum fuerit alteri distinctæ Diœcesis, aut illius præbenda esset, non nisi, Episcopo subesset in cuius Diœcesi extaret beneficium cui annectitur, fulcior cumulatis à me ipso rubr. 7. cap. 6. num. 17. neque aduersabitur Gratian. tom. 3. disceptat. Forens. cap. 430. num. 12. quandoquidem præbenda pro beneficio vtitur si illius contextus verborum, & Doctorum quos recenset, attendatur.

16 Illa tamen præfatæ principali conclusioni, prædictis ampliatæ modis traditur restrictio, quo ad finem promouendi beneficiatum tanquàm subditum ex causa beneficij, vt nō sufficiat illud beneficium extare intus Diœcesim alicuius Præsulis, quiqué valeat illud conferre, si vacet in mensibus eidem reseruatis, sed amplius oporteat ipsum contulisse clerico ordinando, nam tunc poterit, qui contulit, ordinare prouisum à se ipso de beneficio; hæc fuit Archid. sententia in dicto cap. cum nullus num. 1. & Franch. num. 4. quæ si vera, restringeret maximè facultatem concessam in eo textu, & omnia hactenus relata prosterneret; ideoque assentiri non audeo, præsertim quòd continuus vsus contradicit, nam omnes Præsules, etiam doctissimi, & singulari quadam bonitate fulgentes non omittunt promouere suos subditos ex causa beneficij ab ipsis non collati, sed in propria Diœcesi existentis.

17 Quod verò audio sciscitari apud Tirones aliquos de conferente beneficium, & postea promouente tanquam in fraudem contulisset, non poterit promouere ex glosa in cap. eos versic. figmento in fine, & Franch. in citat. cap. cum nullus propè num. 4. adiuerto nullo valido fulciri fundamento, quin resolutio ipsa si vera esset destrueret totam hanc maxam iam compaginatam, qua probatum est licere Episcopo promouere obtinentem beneficium in sua Diœcesi, maximé si veritate innitetur Archid. & Franch. sententia in proximè antecedenti versiculo relata, vt oporteat ipsum met ordinatorem contulisse beneficium; Dicimus itaque glosæ, Franchi, & aliorum superius relatam conclusionem de fraude, non illico præsumi ex sola collatione, sed qualificata tantum, ea nempè, quę sui natura præsumptionem admittit fraudis; semper igitur, & quandocumque ob collationem beneficij iura suspicantur fraudem, tunc dicito, conferenti beneficium non licere ordines conferre prouiso, alioquin contradiceret textui in iam dicto cap. cum nullus, vt optimè idem Franch. admonet, in illo met cap. eos versic. in ea glos. ibi. beneficium contulit, sub num. 4. exemplum illud erit ni fallimur, quod in vers. secundum caput, tradidimus si prouisum de beneficio tenuissimo statim assumpsisset ad ordines, vel si contulit ad hunc finem conferendi ordines, vt idem Franch. scripsit, & consequenter, aliqua valida probatione conuincatur eiusmodi collatio, eamque ad hunc finem factam fuisse, idque colligi apertè potest ex illiusmet verbis, atque ex alijs, quæ hactenus pensatè, & copiosé recensuimus.

Ex causa verò pensionis nulli subijcitur Præsuli, & promoueri ab eo non vtique potest, quod validè tutatur Riccius in praxi cap. 302. non obstante contraria resolutione de priuilegio, quam Doctores commendant á me relati rubr. 7. cap. 6. sub num. 5. quin, & declaratum addit Galet. in Margar. verbo Clericus §. 17. Etenim si mihi liceret, multa congererem ad probandas distantiæ rationes inter eos casus.

Et

18 Et quod attinet ad tertium caput, in quo facultas eſt Epiſcopis aſſumendi ad ordines, quia ex eodem cap. cum nullus, apparet eſſe Domicilium, ideò qui non longo tempore degit in aliquo loco, dumtamen habuerit animum perpetuo in eo permanendi, poterit ab illius Antiſtite, aut eius accedente conſenſu ab alio ordinari, ita Nauar. conſil. 10. in antiquis & 2. in nouis exordiente an Hiſpanus de tempor. ordin. par. 1. Syluest. verbo Domicilium num. 2. quia ex deliberata voluntate commorandi alicubi, ſtatim acquiritur illic Domicilium, etiam ſi momento habitauerit, vt optimè illic Nauar. & antea Butr. in cap. quod Clericis ſub num. 9. de foro competenti; quorum dictum ſubſiſtere agnoſco, vt ipſi aiunt cum certum eſt habuiſſe animum mutandi domicilium, & in eum transferendi; puta ſi verbo, & facto declarauit ſuam hanc voluntatem, ſcilicet ſi verbis illum elegiſſe locum pro ſua perpetua reſidentia expreſſit, & aliud effecit, quo verba comprobauit, ita Bal. conſil. 393. punctus talis num. 2. lib. 1. atque ideo ſi vltra verba, emit illic domum, aut aliam poſſeſſionem, ita Soccin. Iunior. in cap. fin. verſic. quare poſt num. 25. & verſic. ſed debet poſt num. 54. de foro compet. Franch. citato capit. cum nullus numero 4. Gemin. num. 11. Felin. in cap. dilectus filius el 2. verſic. ſecundus caſus, in fine, ſub numero 12. de reſcript. vel etiam ſi conduxerit domum per Rotam deciſ. 150. Domini dixerunt numero 8. par. 2.

Quod ſi dubitetur de animo, quem nuſquam verbis inſinuauit, ad coniecturas recurrendum eſt, & arbitrium ſuperioris, regulatum ex his, quæ mox reſcribam; ac primum ſi aſſidua probetur habitatio in aliquo loco, non minori tempore decennij, vt præfati annotarunt Doctores, per text. in L. 2. & inibi ſcribentes C. de incol. lib. 10. Felin. in cap. dilectus el 2. num. 12. verſic. & licet in fine, & verſic. tertius caſus de reſcript. & adſtipulantur verba gloſæ in l. 1. C. de ſeruis fugit. hoc etenim tempore habitationis, prætendunt iura inibi ſuum conſtituiſſe domicilium, tametſi alia interdum minimè oſtenderit ſigna, quibus potuiſſet illius colligi mens, vtrum nè fuerit illic perpetuo permanendi, & memorato verſ. tertius caſus, explicat ipſe Felyn.

Et ſi alterum ſuppeteret, eo quidem caſu habitatio minor decennali ſufficeret, nempè ſi larem præterea illuc tranſtulit, aut eius maiorem partem, per Anton. de Butr. in cap. quod clericis verſic. Primo quod ex voluntate ſub num. 9. de foro compet. Bald. adducto conſil. 393. & conſil. 311. quæſtio ſuper qua num. 6. volum. 4. Bertrand. conſil. 103. poſt numero 23. lib. 2. part. 2. Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. quæſt. 39. num. 5. & intelliguntur, quæ Roman. dixit conſil. 264. vt is Nurſinus num. 2. & Tiraquell. de vtroque retract. tit. 1. §. 36. gloſ. 3. numero 7. quibus addo videnda, quæ ſcribo inferius, à verſic. Sed contra prædicta.

Cum itaque aliquo ex prædictis modis acquiſiuit Domicilium, non eo priuatur, ſi iuſta ex cauſa ad alias migraſſet Ciuitates, & prouincias; propoſitum tamen habuerit, redeundi, vt optimè Roman. docet in citato conſil. 264. num. 3. adducit text. in l. ſi quis ita ff. de condition. & demonſtr. & l. cum hæres §. Stichus ſi hæredi ff. de ſtat. liber. & ego addo rationem, quod animus reuertendi operatur, vt cum profectus eſt peregrinari dicatur, & poſt reditum deſtitiſſe, & reperegrinari cenſeatur iuxta l. Ciues C. de incol. lib. 10. exemplum primum recenſetur de ſcholari, qui cauſa ſtudij externa petijt loca, propriamque domum parenteſque deſeruit, ita Nauar. conſil. 3. ordinatus an ſit, de tempor. ordin. in nouis, vel 11. in antiq. Alexand. conſil. 216. ponderatis num. 14. lib. 6. qui hoc ipſum in mercatore decernunt, & ſequitur Tuſchus concluſ. 596. clericus habitans num. 15. & 26. volum. 2. nec non in Lectore publicè conducto ad legendum, conſuluit Abb. conſil. 100. Videtur primo dicendum volum. 2. atque in his proprijs terminis collationis ordinum, nequeat ſcho-
19 larem promouere ille Præſul, qui illi præeſt Eccleſiæ, & Ciuitati, ad quam ſe contulit cauſa ſtudij, dicunt Hoſtienſ. in memorato, cap. quod clericis num. 3. Aſtaſanus in ſumm. lib. 6. tit. 32. quæſtio 7. verſ. & talis, atque Nauarr. in eod. conſil. 2. ſuperius citato.

Ex his exortum eſt dubium ſi decennio, aut longiori tempore, eam Ciuitatem incoluit Scholaris, nam propter id tempus inibi acquiſiuiſſe domicilium credunt Ioan. Andr. in cit. cap. quod clericis poſt num. 4. Bart. in l. lex Cornelia §. ſi tamen num. 1. ff. de iniur. commendatque Aret. adiungens communem eſſe opinionem, in eod. cap. quod clericis num. 7. neque abhorret Abb. in adducto conſil. 100. per text. in l. 2. C. de incol. & poſt alios Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 86. ſub num. 22. atque Maſcard. loco inferius citando num. 14. In contrariam tamen ſententiam, hoc etiam caſu propendo, tum quia coniecturis ſtandum eſt, cum expreſſa non conſtat voluntas, quæ in præſentia parens cenſetur, eò quod ſtudij cauſa illic immorari non dubitatur, & propterea intentionem ſuam eſſe in propriam regredi patriam, & conſequenter, abſuiſſe animum acquirendi domicilium, etiam per tempus decennale; tum etiam quod Butrius in loco relato concludit in gratiam prioris patriæ, non ſolum ſi ſpatio aliquorum annorum degit in ea Ciuitate, Verum ſi longiori tempore, quamuis decennali, & maiori commoratus ſit, & dubitatur ſi habuerit animum acquirendi domicilium; quia eo, quod eſt in ſcholis, tanquam ſcholaris, videtur inibi eſſe cauſa temporalis vſus, fretus doctrina Dyni in l. lex Cornelia §. domus ff. de iniur. hanc expreſsè defendentis opinionem, quibus addo Soccin. ſenior. in cap. fin. verſic. item arbitror poſt numerum 26. de foro compet. idipſum decidentem, ob rationem illam, quod qui alibi perſiſtit, ob aliquam cauſam, ſemper videtur habere animum redeundi ad priſtinam patriam, illa cauſa ceſſante, iuxta l. ex facto §. Rex quidem ff. de hæred. inſtit. ac propterea hanc tenuit Rota deciſ. de qua inferius ſub num. 19.

Et qui alicubi poſſideret præſtimonium, inibi domicilium habere diceretur, ac propterea ab Epiſcopo illius loci, vel ordines, vel dimiſſorias obtinere poſſet, iuxta Henriq. ſententiam in ſum. Theol.

moral. lib. 10. cap. 22. §. 1. in glosa lit. H.

Hactenus quæ super hac re congesseram, recensui, nunc subijcio quandam Rotæ decisionem, in vna Cæsaraguft. prætensæ pensionis die lunæ 9. Martij 1598. coram Domino Orano, quæ post hęc scripta ad meas peruenit manus, & rescribere volui, vt in contingentia facti, sciat Lector quid superinde sentiat Rota.

Reseruata fuerat Apostolica auctoritate quondam Balduino Episcopo Auersano pensio 400. ducatorum super fructibus prioratus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Pilari, cum facultate eam in vnam, vel plures personas transferendi, quam cum in personam D. Christofori eius ex fratre nepotis transferre deliberasset, impetratis literis ab eiusdem Episcopi Vicario, ad effectum, vt à quouis Catholico Antistite posset ad primam tonsuram promoueri, in vim earum per Episcopum Casertanum sibi eam cōferri obtinuit; & successiuè prædictam pensionem ad sui fauorem transferri; sed quia oriundus erat ex Diœcesi Lucana, dubium fuit, an ad hunc effectum clericatus suffragaretur, & Domini deuenerunt in sententiam negatiuam, quia clari iuris est, Episcopum non posse mandare alicui validè conferri, vel etiam conferre tonsuram, aut ordines, nisi ille, aut ratione originis, vel beneficii, vel etiam Domicilij fuerit sibi subditus, c. cum nullus de tempor. ordin. in 6. Anton. in cap. quo ad translationem num. 3. & ibi Abb. num. 2. de temper. ordin. Aegid. in cap. adeo de rescript. Paris. conf. 136. num. 4. lib. 4. cum allegatis, vnde cum in dicto Christoforo nulla præmissarum qualitatum inesset, propter quam tempore dimissoriarum, fuerit factus Episcopi Auersani subditus, sequitur quod clericatu, vigore dimissoriarum obtempto iuuari non potest; vt enim ostensum est origo cum subditum facere Episcopo Auersano non potuit, cùm esset Lucanæ Diœcesis, neque beneficium, cùm ante primam tonsuram illius incapax erat; minus domicilium, quoniam ad illius Constitutionem duo concurrere oportuit, Animum scilicet, & factum l. domicilium, & ibi Doctores ff. ad municip. Bar. in l. placet ff. eodem Gabriel conf. 189. n°. 22. vol. 2. Animus autem cum à priori, & posteriori (vt inquit Bal. in l. tres denunciationes num. 5. C. quomodo, & quando iudex) colligitur; si inspicimus initium, in eo defuit, quia eius Pater cum filijs se contulit Auersam, vt ibi permaneret cum Episcopo fratre, sicuti permansit, & vt filij operam nauarent literis; Quo fit, vt verisimiliter non sit, ipsum, qui erat puer, habuisse animum sibi in ea Ciuitate constituendi domicilium; licet enim in ea ætate constitutus possit habere domicilium facto, vbi pars est maior fortunarum suarum, nihilominus non potest animo illud habere Bart. in dicta l. placet 2. quæst. ff. ad municip. & in l. 1. ff. de tutor., & curat. Soccin. & alij de quibus per Syluan. consil. 25. num. 37. & ad hoc fuit ratio tradita per Petrum de Vbald. de canon. Episc. par. 2. cap. 7. nu. 75. vbi pupillus traductus ad educandum extra domicilium originale, non contrahit domicilium accidentale; quia animum intellectualem non habet l. placet, & l. assertio §. fin. ad municip. Gabriel dicto consil. 189. colum. penult. volum. 2. Quod si etiam respiciamus tempus post mortem Episcopi, patet ex dictis testium, ipsum Auersa discessisse, & in patriam redijsse, quod efficax reddit argumentum ipsum non habuisse animum ibi constituendi domicilium, sed permanendi cum patruo Episcopo: Riminald. Iunior consil. 468. num. 71. per textum in §. Pauonum instit. de rerum diuis. maximè quod Iulius eius frater remansit Auersæ, vbi vxorem duxit, & cum quo vlterius Auersę non habitauit. Quod si verò, medium tempus attendimus, cum se contulerit ad Patriam, & steterit absens à Ciuitate Auersana per annum, manifestum sit non fuisse eius animum contrahere domicilium in Ciuitate Auersana idem Rimin. Iunior. conf. 515. nu. 33. quibus accedit, quod non fuit habitus, ibi pro incola cum constaret ipsum ea intentione habitatum Auersam non venisse, vt ibi perpetuo esset l. Pupillus §. incola, & ibi Alciat. num. 21. ff. de verborum signif. nec distraxerat bona, qua habebat in patria, nec in Ciuitate Auersanę habebat maiorem partem suarum fortunarum, iuxta l. ciues C. de incol. lib. 10. vbi glos. in verbo larem, neque ibi sustinuit onera Bal. consil. 47. lib. 3. & conf. 139. eodem volum.

Non obstant coniecturę adductę per informantes pro dicto Christoforo, vt est, habitatio in dicta Ciuitate per decennium, quia cum illa fuerit in domo aliena, nempè Episcopi sui patrui, apud quem permanebat, ista causa excludit præsumptionem, quod permanserit causa constituendi domicilium, nam vt acquireret domicilium necessarium fuisset, quod domum propriam vti Pater familias habitaret, & transtulisset larem cum familia, & maiori parte fortunarum suarum l. Ciues, vbi glosa in verbo larem C. de incol. lib. 10. Bal. in rubr. C. à non compet. Iudice num. 2. Soccin. Iun. conf. 7. col. 2. vol. 2. ibique animum perpetuo manendi retineret, siquidem alias quantumuis ex longa habitatione non dicitur contraxisse domicilium, Bart. in l. quæsiti in fine ff. de leg. 3. Felyn. In cap. dilectus el 2. num. 2. de rescript. Castrens. in l. 2. num. 2. versic. & pro prædictis C. vbi Senat. Hinc Præfectus Ciuitatis, etiam quod per decennium, vel vltra moram trahat extra locum originis, antiquum non mutat domicilium nec larem constituit, Alciat. responso 55. num. 9. & Scholaris, qui per quamplurimos annos causa studiorum in aliqua Vniuersitate degit, non ideo contrahit ibi domicilium l. 2. vbi Doctores C. de incol. Bar. in l. lex Cornelia §. si tamen ff. de iniur. Castrens. in l. hæres absens §. vtrique ff. de iudic. cum simil. per Cephal. conf. 451. num. 172. quia animum redeundi à studio habet Alber. Salyc. & Roman. in l. cum filius ff. si cert. petat. Riminal. consil. 102. num. 12. lib. 5. & in his terminis fuit resolutum coram Reu. P. Domino Mellino in vna Romana Cambiorum 4. Decembris 1592.

Non obstat emptio feudi, quia fuit facta à Patre, & Constitutio Domicilij, requirit factum proprium l. Libertus §. Patris Domicilium ff. ad municip. Bald. in l. 1. num. 6. versic. item an sicut C. de municip. & orig. & sola emptio, ac possessio bonorum non acquirit ementi domicilium d. l. libertus. §. sola possessio, sed extra locum originis

ad

ad conſtituendum domicilium, oportet concurrat tranſlatio maioris partis fortunarum, cum familia, & animo perpetuo permanendi ibi, & habitandi, Alciat. lib.2. parergum, cap. 7. neque domicilium patris accidentale, eſt domicilium filij l. aſſumptio §. filius Ciuitatem ff. ad municip. l. non vtique ff. eodem, gloſa in l. filius C. de municip. & orig. lib.10. vbi Ioan. de Plat. dicit quod domicilium originis, ſit immutabile, ſecus accidentale domicilium, quia poteſt ſæpiſſimè mutari Marian. cap. fin. num.53. de foro compet. gloſ. in l. ſeniores in verbo adiectionem in fin. de Senat.

Non obſtat declararatio facta per dictum Chriſtophorum, quod volebat habitare Auerſæ, quia potentior eſt voluntas, quæ factis, quàm quæ verbis declaratur l. ſi tamen §. ei qui ff. de ædil. edict. Caſtrenſ. in l. ſi Procurator falsò nu.3. ff. de condit. ob cauſam; Nam ſæpius contra intentionem aliquid dicitur, quod non contingit in factis Aymon. conſil.292. num.15. & conſil.701. num.3. ideoque quod dicitur momento contrahi domicilium, cum quis declarat perpetuo velle manere in aliquo loco, procedit vbi voluntas perducitur ad factum, transferens, ſcilicet ſe ad locum, & ibi habitando in propria domo, vel ſaltem conductitia, vel gratuita Bal. conſ.198. num.3. lib.2. Menoch. de arbitr. caſu 86. num.2. Præterea teſtis primus, eſt vnicus, qui de eo deponit ſuper 7. cui nulla poteſt fides adhiberi, cum fuerit periurus, & conuincatur de mendacio, dum reſpondet de crimine aliquo non fuiſſe inquiſitum, quod tamen ex proceſſibus conuincitur falſum, & iſtius depoſitio valdè redditur dubia, dum hoc audiuiſſe ait ante, & poſt mortem Epiſcopi; potuit enim audiuiſſe immediatè, poſt clericatum, aut dum eſſet in pupillari ætate conſtitutus, & cum vis ſtet in tempore, probatio debet eſſe concludens DD. in cap. in præſentia de teſtibus. Alij verò teſtes in genere de declaratione animi deponentes, non præſumuntur conteſtes, vt fuit reſolutum in vna Romana de Incoronatis 7. Februarij 1575. coram Cotta; vlterius habitatio non poteſt hoc caſu coniungi cum declaratione animi, nam illa habet ſuam cauſam, & ideò non ſeruit. Declaratio enim animi non probatur niſi per dictum vnius teſtis, quæ probata, vt ex præmiſſis liquet, non releuat, cum illi repugnent facta, vt bene deducuntur.

Hucuſque retuli verba deciſionis Rotalis, cui, in ea parte de domicilio acquirendo per filiumfamilias, etiam cohabitante Patri, addo videndum Nauarr. conſ.3. ordinatus an ſit legitimè filius, de tempor. ordin. cuius verba manifeſtam reddunt intelligentiam huiuſmodi hæſitationis.

Cœterum videre confert, quæ Maſcard. in hac re congerit in tract. de probat. concluſ. 535. exordiente domicilium præſumi volum.1. cuius ſcripta nolui percurrere antequam vniuerſam hanc materiam explicarem, quamuis ſciuerim ab illo perfunctoriè tractari, nè me retraxiſſet, à labore, & ſucceſſiuè á vera intelligentia omnium huc ſpectantium, quod Deo fauente effeci, dum à me ipſo Doctores ſparſim tractantes perquiſiui, ſit alijs exemplar, nè ſe confeſtim doctori committant de aliqua re affatim diſſerenti.

20 Sed Baro an poſſit aſſumi ad ordines ab eo Præſule, in cuius Diœceſi extat feudum? & poſſe non dubito, túm quod ciuis illius loci, & feudi dicitur ex omnium ſententia, qui baronem primum ciuem appellitant, & videre licet apud relatos per Capiblanchum in tractat. de Baronibus Pragmat. duodecima ſub num.1. & aperta verba eiuſdem Pragmaticæ docent, quod inſuper ſubſiſtere adhuc conſiderata diſpoſitione iuris communis, probat eximius ille vir Rouitus ſuper eadem Pragmat. num.3. túm etiam, per deciſionem rotalem, cuius tenorem paulò ante reſcripſi; ipſa enim in verſic. non obſtat emptio feudi. hoc ſignificat, & iſto iure paſſim vti Antiſtites, relatione digniſſimorum habeo. Verum iſthæc ſententia militet adhuc ſi in feudo non habitet Baro, alibique retineat domicilium? & ſi verba eiuſdem deciſionis attendamus, videtur idipſum reſpondendum, non tamen ſine graui dubio id pertranſire arbitror, quãdoquidem ſi rationem intuemur ob quam dici poſſet, vt ordines ſuſcipiat ab eo Præſule, qui Baroniæ Epiſcopus eſt; licet illic non habitet, certè non ratio originis militat, cum neque Ipſe, neque parens illic natus fuerit; non etiam ratio beneficij, cum eo in loco non habeat: itaque vltimum caput, adducti capitis cum nullus de tempor. ordin. in 6. ſuffragabitur, ſcilicet domicilij, quod illic habere præſumitur; ſi ob hanc rationem, ergo plura poſſet quis retinere domicilia; quod licet verum appareat, ex gloſa ad textum in cap. ſtatutum §. cum vero verſ. eiuſdem Ciuitatis de reſcript. in 6. attamen controuerti à Soccin. recordor, in cap. fin. num.21. de foro compet. Verum rectius ſentienti patebit Soccini verba non aduerſari, ex his quæ inferius latius tractans ediſſerto, vbi id procedere in domicilio naturali, & eiuſdem ſpeciei moneo; in accidentali vero, neque idem Soccinus ambigit, quin multiplicari poſſit, atque in diuerſis acquiri locis, per apertum textum in l. aſſumptio § penult. ff. ad municip. & cap.2. de ſepult. in 6. exemplo etiam conuincimur habentis plura beneficia, vt in eis omnibus illud quærat, ſi reſidentiam habeant, ex gloſ. in cap. quia in tantum de præbend. Imò ſubiungo ipſe ad effectum iſtum ſuſcipiendi ordines, quemadmodum illis inſigniri poteſt ab omnibus Epiſcopis, In quorum Diœceſibus illa poſſidet, etiam ſimplicia, ita ab omnibus Epiſcopis, illo, ſcilicet, qui præeſt loco continuæ habitationis, & altero, cuius Diœceſis eſt territorium Baronale.

His tamen ita explicatis contentus neque ſum, cum animus ad vlteriora pergat dubia; illud præſertim, quod Baro ſi mille habeat oppida, terras, & vrbes in diuerſis Diœceſibus exiſtentes, ergo poterit ex prædictis ab omnibus illis ordinarijs promoueri, Rex etiam ſi velit Clericus fieri, id aſſequi poterit á quo maluerit Antiſtite, fungente iuriſdictione in loco aliquo ſui dominij, & ſi rigorem iuris intueamur, annuendum exiſtimo, quod ſi verba præfati Soccini in calce dicti num.21. reſtringendum videtur ad eum Præſulem, qui Regiæ Ciuitatis Antiſtes eſt, nam Regem in qualibet Ciuitate ſui ſtatus habere domicilium, licet conſentiat, illud tamen in vna principaliter obtinere. Nempè in Regia, aſſeuerat, adductus Clement. vnica §. denique de re Iudic. ex quibus ad alios inferiores Dominos deflectendum exiſtimo, qui ordinari valeant

leant

leant, ab illis Episcopis qui Præsunt loco, à quo recipiunt denominationem, exempli causa ab Episcopo Bisinianensi, si Princeps Bisiniani ordinari concupisceret, & si plura loca possideret ex quibus susciperet denominationem, & in eis titulum haberet; idipsum responderem; ab alijs autem tutius iudicarem abstinendum esse.

Et qui pertinacius contendens affirmaret nullo pacto licere Antistiti concedere ordines baroni, ex hoc solo capite, quod feudum in sua extitit diœcesi cum Clericus nequeat habere feudum, ex cap. 1. §. qui Clericus si de feudo defuncti contentio sit, cap. vnico in finalibus verbis, An mutus, vel alias imperfect. cap. vnico de milite Vassall. & quemadmodum ad instar eius qui beneficium perdidit, non amplius subest Episcopo loci, in quo illud situm est Si alia ex causa non sit ei suppositus, sic baro cum ratione clericatus amittat baroniam, & cesset causa subiectionis, nequeat ab illo assumi ad ordines, qui ratione feudi esset legitimus ordinarius. Hic quippe contradictor aduertat, quod isthæc obiectio nullatenus vrget, cum Baro assumi postulat ad tonsuram. Namque Laicus est quousque fuerit ordinatus. Feudoque haud spoliatur, nisi post receptos ordines, ex tunc verò si alijs insigniri petat, quia non amplius est Baro, cessare potestatem videtur ob relatum argumentum, & militare non nego, vbi Clericus maioribus vellet insigniri ordinibus, hunc enim feudum amittere, in eoque procedere adducta capita dicit Afflict. in capit. 1. §. si Clericus Glosa 3. nu. 72. quæ sit prima causa benefi amitten. quæ restrictio vtrum veritati innitatur, reccurrendum est ad notata per Ioannem Thomam de Marinis in tract. Feudor. lib. 1. tit. 2. nu. 140 quo loci, tres refert ad inuicem contrarias responsiones, demumq. residet cum communiori, ac veriori, vt constitutus in minoribus, non priuetur feudo, quin ad illud etiam succedat, refellitque textum primo aspectu pugnantem pro contraria in cap. vnico de feudo fœminæ, dum ait. ex hoc illud descendit, quod dicitur clericum nullo modo in beneficium paternum debere succedere, etiā si postea quam habitum Religionis assumpserit, postposuerit: ex quibus verbis carpunt aliqui, & affirmant, ex eo textu probari Clericum etiam minoribus ordinibus insignitum repelli à consequutione feudi, nam hic est, qui assumptum habitum clericalem non vetatur postponere, & dimittere; etenim vendicare sibi locum attestatur ipse Ioannes Thomas, de eo Clerico, qui habitum dimittit non sine Apostasiæ nota, quales sunt constituti in minoribus, simul, & sacris, alijq. similes, de eo verò non loquatur, qui minores adeptus vellet retrocedere, cum, & hic possit tute regredi, ex adducto capite, quin etiam cum plerumque Religiosi professi, nec non Clerici sacros habentes, aut etiam loca Ecclesiastica seù Monasteria possidere possint, effectuque possideant feuda, vel quia Dominus patitur expressè (quod potest) vel tacitè quoque, vel propter consuetudinem permictentem ex omnium sententia; quam copiosè probat, & tutatur idem Ioannes Thomas de Marinis à num. 144. Curtius Senior conf. 62. licet his diebus per totum, Anton. Rubeus conf. 80. circa dubium sub num. 3. & alij mille; tunc cessare argumentationem prædictam; sine dubio fateor, & proinde his quoque casibus promoueri posse ab illo Præsule, qui ratione feudi, potuisset dare tonsuram, proclamare licet.

21 Sed filij Baronum adipiscantur ne domicilium in eodem loco, in quo Genitor propter dictum feudum, quia abnuit textus in l. Assumptio §. filius, & l. libertus. §. Patris domicilium ff. ad municip. videtur hoc ipsum dicendum respectu ordinum, præsertim quod in hoc, de quo agimus casu pro suscipiendis ordinibus, ita sentire videtur citata rotalis decisio: in vers. non obstat emptio feudi: Ipse verò in inuestiganda veritate huius quæstionis, postquā diu moratus sum, facere non potui, quin à prædicta negatiua sententia desciscerer; nec verum esse mihi ipsi persuadere potui, vt filiusfamilias in Parentis potestate existens, & secum habitans, non acquirat Domicilium in quo Pater, in hoc præsertim casu fauorabili, neque relati textus pugnant, propterea quod in honerosis procedunt, non fauorem amplexantibus, si eorum verba actente rimentur, desimiturque apertius ex Bald. in l. 1. C. de Patrib. qui filios distraxer. Ait enim, quod si Florentinus fecit se fieri ciuem alicuius Ciuitatis, in his, quæ astringunt personam, quasi quoddam vinculo seruitutis, non tenetur filius, nec efficitur legitimus Ciuis si non vult; hæc Bald. itaque; in his, in quibus fauor consideratur, & filius vult vti, sine dubio efficitur ciuis, maximè propter hunc casum empti feudi, in quo non videtur ciuis ad instar, sed verus, & simplex ciuis, iuxta verba ipsiusmet Baldi.

22 Senator etiam, aut alter quiuis officialis, perpetuus tamen, alicuius Principis, ordinari nec nè possit, aut eius filij, ab Episcopo eius loci, in quo gerit officium? & licet eius loci minimè sit ciuis Senator, in quo Senatoriam exercet dignitatem, ex tex. in l. ciues C. de incolis lib. 10. quem textum in Regio Consiliario loquens. Adducit Anna filius rescribens Paternum votum in obseruat. 7. exordiente placuit. Domicilium tamen illic acquirere fatetur idem Anna, & textus apertis verbis probat in l. Senatores, eodem titulo de Incolis. Quare dum ratione Domicilij, quis ita subditus sit, vt ordinibus insigniri possit ex vulgato textu, & millies citato in cap. cum nullus de tempor. ordinat. in 6. proculdubio, licebit iam dicto Senatori, aut alteri, cuiuis perpetuo Ministro recipere ordines ab illo Præsule in cuius Ciuitate illud exercet officium, idest principaliter, Regens enim Regiam Cancellariam, quamuis amplam habeat in toto Regno Iurisdictionem, atque ita pariter nonnulli alij ministri, qui propterea à quouis Episcopo Regni assumendi minimè essent ad ordines, verum ab Archipræsule Neapolitano dumtaxat.

23 Quod vero actinet ad secundam eiusdem quæsiti partem, scilicet ad illorum filios, non ambigo veriorem esse sententiam negatiuam, si propter primum caput positum in eodem cap. cum nullus, respondere velimus, siue originem intelligamus de propria. siue de paterna, iuxta notata in præsenti capite. num. 9. cum re vera neutrum ipsorum originarium eius loci esse supponamus, quare neminem esse illius loci Ciuem probatum est paulo ante; Quod si ob secundum caput in eodem capit. cū nullus positum, idest propter domicilium, certè verissimam fatebimur sententiam annuentem,

etenim

etenim Senator, licet non sit Ciuis, habet nhilominu, inibi domicilium, per text. in adducta l. senatores, & ratione domicilij, est etiam Incola, per eandem l. Ciues, sed filios acquirere domicilium, in quo Pater habet, desendi, vers. sed filij, inhæretque Anna si rectè considerentur eius verba, in eadem obseruat. 7. itaque ordinibus insigniri poterit ab eius loci Episcopo, vbi Senator, Consiliariusuè est; aut altero consimili fungitur perpetuo munere.

24 Libertus insuper si promoueri petit, & concurrant, quæ scripsi Rub. de person. prohib. promou. cap. 8. ab eo Præsule erit assumendus ad ordines, qui est superior eius loci, Vndè trahit originem Patronus, quia eius loci est ipse libertus municeps non vbi Patronus habet domicilium, & si Patronus sit municeps duarum Ciuitatum, quia per manumissionem, ipse quoque est earumdem Ciuitatum municeps ad textum in l. eius, qui manumissus ff. ad Municipal. tunc ab earundem Ciuitatum Episcopis ordines recipere quibit, nisi mea me fallat opinio, & huic sententiæ non vtique contradicit textus in l. Ciues C. de Incolis lib. 10. quo loci disponitur, vt manumissione quoque fiat aliquis Ciuis, quasi velint insinuare aliqui, eum fieri Ciuem eius loci, vbi manumissus est siquidem illatio ista non est de iure tuta, nam manumissione sit libertus Ciuis, idest propter manumissionem libertus Ciuis est, sed eius Ciuitatis, cuius, & manumittens iuxta dispositionem præfatæ legis, eius qui manumissus, hæcque declaratio apertè sumitur ex verbis Andreæ de Baculo in adducta lege Ciues, sub num. 1.

Expositos etiam, & alio haud detemptos impedimento, quia minimè prohiberi ordinibus insigniri statui in adducta Rubr. de person. prohib. grom. cap. 13. num. 141. opere pretium nunc est inuestigari à quo sint Presule assumendi, & verum existimo ab eo posse ordinari Antistite, qui eius est loci ordinarius, in quo expositi sunt, cum parentes ignorantur, quia illius sine dubietate effecti sunt Ciues. ex Bart. in l. 1, nu. 21. ff. ad municipal. Hippol. de Marsil. in l. infans num. 10. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & post alios insectatur Mandos. in tract. de minor. ætat. cap. 1. num. 24. & Gratian. in Discept. Forensib. cap. 75. nu. 12.

25 Relegatum denique retinere domicilium, cum aperti iuris sit, propterea, & eo loci, vnde arcetur habere, addo ex Marcelli auctoritate, qua fulcitur Vulpianus in l. eius, qui manumissus §. final. ff. ad municip. vbi glos. in vers. vltimo, exponendo illa verba, vnde arcetur, dicit idest in quo, per text. in l. filij liberorũ. §. Relegatus, illo eodem titulo, cuius verba sunt, relegatus in eo loco, in quem Relegatus est, interim necessarium domicilium habet: Quæ ni fallor non intelligi de domicilio, cuius hactenus memini, at potius impropriè de habitatione suspicor; ad quod dicendum impellor dictione illa interim; verboque illo necessarium; cum destinatus animus, illeque voluntarius illic perpetuò manendi requiratur ad verum quærendum domicilium, ex his, quæ hucusque in hac specie cumulaui maximè num. 19. Nam quamuis post quæsitum mutari possit, attamen dum quæritur, & retinetur abesse debet animus ab eo discendendi. Quamobrem adductum §. Relegatus, haud contradicere Vulpiani responso arbitror. Nec eiusdem glosæ subsequentem distinctionem ad conciliand a ea iura admitto, dicentem in perpetuo relegato planum esse, quod in ipso §. relegatus asserit Paulus Iurisconsultus; alias non ita, quasi insinuet tunc procedere eorumdem Marcelli, & Vulpiani dictum: Namque dictio illa, interim, qua vtitur memoratus §. relegatus, excludit profectò intelligentiam de exulato in perpetuum, concludo igitur eiusmodi Relegatum eo loci domicilium adipisci, vnde arcetur, scilicet ab eo, vnde trahit originem vltra domicilium, non autem ab eo, quo in loco tantum domicilium detinebat, quod eadem glosa finalis annuit, ex eiusque verbis optime desumitur, & dum Petrus Gregor. Tholos. in tract. de benef. cap. 36. de domicilio loquens, ad hunc finem suscipiendi ordines ab eo Præsule in cuius Diocœsi retinetur ad relegatum deflectens, num. 20. fretusque verbis eiusdem §. fin. eandem, quam nos, statuit resolutionem, vtique indicare videtur, Relegatum tum promoueri posse, tum ab Antistite eius loci vnde arcetur, quod & nos non ita facile admittendum dicimus, cum pœna supponat delictum l. sancimus C. de pœn. quin & ipsa Relegationis grauissimum præseferat, cum debeat commensurari delicto, ex eadem l. sancimus, quare Philo Hæbreus in lib. de Abrahamo tradit, secundam ab extrema capitali Pœnam atrocissimorum criminum conuictis imponi à Iuritperitis exilium, suo autem iudicio vltimo eam esse supplicio grauiorem, siquidem mors calamitatum finis est, exilium verò non finis, sed malorum nouorum initium; dum euitata vna sensu carente, innumeræ mortes sentiuntur. Criminosum verò inhabilem ad ordines, quia demonstraui in capit. fin. Rub. 11. iccirco malè sentijsse Tholosanum concludendum videtur, & quidem ad eum finem, nè debeat ordinari veritate fulciri relata contra Tholosanum affirmo, at quia nonnunquã aliquibus sub figmentis, compiures recipiunt ordines ab aliquo Præsule, qui illorum proprius non est superior, ideo si quæratur à quo sit ordinandus Relegatus, quamuis & ille ob delictum reuera non debeat ordinibus insigniri, tuta sit eiusdem Tholosani responsio, qua & nos quoque in superioribus vsi sumus; posse ab eo Præsule asumi, qui eius locis Antistes est, vnde ille arcetur; Quin cum criminosus si fuerit promotus recipiat nihilominus Sacramentum, & illius caractherem, non erit inutile scire si a proprio, an ab alieno fuerit assumptus, cum primo casu non reperiatur spoliatus priuilegio clericali, sed vtique 2. casu, si vero non aberrat quorumdam superius memorata sententia, quam ipse nunquam amplexatus sum.

Itaque declarata remanet tota materia citati capituli nullus; nempe tres illæ causæ originis, beneficij, & domicilij, ex quibus, seu vnaquaque illarum; quem subesse Episcopo disponitur, in eo textu; & nunc amplio, vt Episcopus ille promouere, seu promoueri facere possit dictum subditum, non solum ad primam clericalem tõsuram, sed ad alios quoscumque altiores ordines, etiam sacros, etiam Præsbyteratum, sicuti, expressis verbis declarat Ioan. Andr. super eodem illo cap. cum nullus vers. ordinarij sub num. 2. eò quod Canon ille loquitur indefinitè, & generatim. Atque isthæc attendenda sunt

da sunt

da sunt explosis, quæ modernus in sua Praxi Episcopali part. 1. verbo Dimissoriæ §. 1. scripsit; quo quidem in loco, vt vera fatear, nec vnicum scripsit verbum, quod non posuerit perperam. Quærit enim; quis sit ordinarius, à quo valeat ordinandus impetrare litteras dimissorias, & inquit Glosam respondisse in cap. Primatus vers. obtineant 71. dist. eas posse obtineri ab ordinario domicilij, quod intelligi posse duobus modis adiungit.

Primo quippe in eo, qui transtulit domicilium ab Vrbe Romana ad Mediolanensem, & ibi moram fecerit etiam per decennium; hunc siquidem non posse ab ordinario Mediolanensi impetrare litteras affirmat, subditque rationem, quia illæ continere debent veritatis testimonium, circa probitatem, mores, sufficientiam, ac natalia; quod quidem testimonium Episcopus domicilij (sua sententia) facere nequit, affertque exemplum Sancti Caroli Borromei tunc Archiepiscopi Mediolanensis, qui recusauit prædictas concedere dimissorias cuidam Clerico Mediolanensi, eò quod multis antea annis Neapoli commoratus fuerat, nisi prius ab Archiepiscopo Neapolitano, fidem eius probitatis habuisset. Hic siste precor gradum studiosè lector, & mecum, ne te pigeat considerare euidentissimam contradictionem; quam dicti auctoris verba præportant, etenim ipsa negant posse Episcopum domicilij dimittere sibi subditum ex causa prædicta, vt ordines ab altero suscipiat, fretus exemplo Sancti Caroli, quod sibi nullatenus fauet, tùm quia non apparet præfatum Clericum in Ciuitate Neapolis acquisiuisse domicilium, licet inibi diù stetérit, propterea quòd alia non concurrunt, quibus illud acquiritur, nam si domicilium legitimè acquisitum fuisse, vtique ab Archiepiscopo Neapolitano ita potuisset impetrare litteras, sicuti ab ipso Sancto Carolo, tum etiam quod principalis ipsius conclusio est, nè valeat Archiepiscopus Mediolanensis dare viro Romano litteras dimissoriales, quamuis per aliquot annos Mediolani cohabitauerit, exemplum verò eiusdem Sancti Caroli indicat contrarium, scilicet non licere Antistiti originis illas dare nisi prius ab Episcopo loci, quem incoluerat (non quidem animo acquirendi domicilium) habuisset commendatitias litteras.

Altero autem casu, cum domicilium fuerit translatum à teneris annis, & illic habitatio continuata, vsque ad tempus promotionis, monetur primo per textum in cap. 5. Concilij Trid. sess. 23. de reform. vbi Episcopus committere debet, vt publicè in Ecclesia propositis nominibus, & desiderio ordinandorum diligenter inquiratur de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita; quod fieri adiungit Ipse, minimè posse in loco domicilij, vel beneficij. Secundo per textum in cap. 13. eiusdem Concilij, & sessionis, vbi ordinandi debent habere bonum testimonium. Tertio per capit. 8. illiusmet sessionis, vbi eorum probitas, & mores ordinarij sui testimonio commendari debent. Quarto per doctrinam Boerij decis. 13. pro cuius num. 5. qui ait absentem semper suum retinere domicilium originis, quamuis per mille annos abfuerit. Demum impellitur ex his, quæ audiuisse, & vidisse seruari attestatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, vt nunquam concedantur iam dictæ litteræ, ex causa domicilij, nisi aliqua concurrant, namque non obstantibus adductis concludendum est licere iuxta dispositionem citati, cap. cum nullus, de tempor. ordin. in 6. Neque obstant quæ prædictus auctor somniauit, & primo ratio desumpta ex adducto capitulo quinto, tùm quia dictæ publicationes, fieri non prohibentur in loco originis, & inibi examinari testes, quorum copia deinde mitti potest ad Episcopum domicilij, aut beneficij, tum etiã, quod vt ipsemet auctor attestatur in eod. §. vers. t. quòd quis in fine, & vers. tertium, vt omnium, & inquit pro capienda dicta informatione posse vocari testes à loco originis ad locum domicilij, eorumque testimonio verificari omnia, quæ in ordinando requiruntur, quæ si desint, non propterea dicatur Episcopus domicilij, aut beneficij non posse illas concedere, quia informatio de requisitis capi non possit coram eo, cum testes id probantes absunt, sed non debeat illas concedere, sicuti neque Episcopus originis, quia verificari nequeunt, quæ Concilium requirit, in quolibet ordinando, & hoc modo dum respondetur; neque secunda ratio eiusdem Moderni, neque tertia subsistit, nec demum quarta; etenim non negatur, quod Boer. affirmat, ne possit domicilium originis mutari, quãuis longo tempore extra illud habitauerit, sed ex eius resolutione deflecti ad alteram constituendam conclusionem, ne propterea acquiri alibi valeat, non vtiq. licet; nam est verum, quod cœteris potentius est domiciliũ originis, vt optimè probatur ex scriptis per Crotum in Rubr. solut. matr. n. 37. Beroum quæst. 109. sequens quæstio post numerum primum, qui mouetur doctrina Bald. in auth. & omnino C. ne vxor pro marito, edocetque Nauar. cõs. 4. Spoleti num. 5. de constit. in nouis, quia originis domicilium immutabile iudicatur in l. assumptio ff. ad municip. de quo Nauarr. super cap. non dicatis 12. quæst. 1. sub num. 34. nihilominus in iure certum est posse commodum originis præscribi licet non ipsam originem, teste Boer. decis. 260. præsuppono num. 33. & Cœsare de Graffis decis. 61. Resolutum num. 9. sue decis. 15. de probat. quin & aliud interea quæri, & vtrumque retineri non est dubium; siquidem plura haberi posse domicilia docet glos. in cap. statutum §. cum verò vers. eiusdem Ciuitatis de rescript. in 6. scilicet respectu plurium non eiusdem speciei; atque ideo nemo pluralis esse potest in domicilio naturali, ita quod habeat plura domicilia naturalia respectu originis propriæ, sed alterum habere ex causa propriæ originis, alterum verò respectu originis paternæ non secus ac, aliud ratione incolatus concludit Marian. Socin. in cap. final. num. 21. & 22. de foro compet. illud tamen quod est naturale, tum respectu propriæ, tùm paternæ originis immutabile existimatur ab omnibus, & refert Soccin. adducto capit. final. nu. 51. cum seq. & Alex. consl. 34. visis num. 3. vol. 5. voluntas enim, assertio, assumptio, seu renunciatio in his, quæ sunt naturalia, nihil operatur, iuxta l. assumptio in principio ff. ad municip. & l. origine C. de municip. & origin. lib. 10. quod autem accidentale est, non dubium quin mutari, amitti, transferri, aut multiplicari possit, vt idem Soccin. adnectit, num. 53. Vltima autem ratio ab eodem moderno adducta; non probat suum dictum, quin potius reprobat;

probat; nam ſupponit concedi ſolere per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam litteras dimiſſoriales his, qui ratione domicilij ſunt ſubditi, quamuis veró ſubdat id non niſi aliquibus concurrentibus fieri, quod non operatur, illas non poſſe concedi, ſed procedit ex ſolito ſtilo dictæ Curiæ, quæ in omnibus penſatè incedit, & cuncta rimatur, & in hoc præſertim caſu attendit, non ſolum habitationem, ſed verum ea ſit, qua dici de Iure poſſit acquiſitum domicilium, nempe ſi concurrant ea, quæ
26 ſcripſi nu.14. concluſio itaque veriſſima erit, licere tùm Epiſcopo originis, tùm beneficij, tùm denique domicilij eiuſmodi concedere litteras, Nam ordinare, qui poteſt, is & litteras dare, quod præter notata hactenus probat Serafin. deciſ. 985. nu. 3. ſicuti, & priuatus facultate ordinandi, & altera dandi litteras intelligitur per eundē Serafin. deciſ. 567. nu. 9.

Eas tamen non ſemper, paſſimque licere dictis Præſulibus elargiri conſtat, ſed cum rationabilis
27 tantum ſubſiſtit cauſa, & in litteris ipſis inſerta, quare nolint, vel nequeant illos promouere, iuxta capitulum primum, de tempor. ordin. in 6. idque adeo, quod ſi ea omittatur non opitulentur litteræ impetranti eas, notat gloſa in eod. cap. verſ. litteras, & clariſſimis exprimit verbis Concilium Trident. in cap. 11. ſeſſ. 7. de reform. quod ait facultates de promouendo à quocumque non ſuffragari niſi habentibus legitimam cauſam, ob quam à proprijs Epiſcopis ordinari non poſſint, in litteris exprimēdam: quinimmo hanc cauſam videtur idem Concilium reſtrinxiſſe ad ægritudinem tantum, in cap. 3. ſeſſ. 23. de reformat. dum præcipit Epiſcopis, vt per ſemetipſos ordines conferant, quod ſi ægritudine fuerint impediti, ſubditos ſuos non alias quam probatos, & examinatos ad alium Epiſcopum ordinandos dimittant. Verùm ipſe non propterea credo ſubſiſtere quod dicatur reſtricta cauſa ad ægritudinem tantum, ſed ſatis eſſe quamlibet, & eam validam, cùm ſub ægritudinis vocabulo, quodlibet iuſtum contineri impedimentum, dicat Franchus in cap. vnico §. qui verò num. 6. de cleric. non reſid. in 6. atque ideo ſicuti diſtributiones quotidianæ, non niſi intereſſentibus diuinis debentur, exceptis illis, quos infirmitas ſeu iuſta, & rationabilis corporalis neceſſitas excuſaret, vt in eodem §. qui verò deciditur, & nihilominus debentur, etiam illi, qui aliud quodpiam iuſtum detinent impedimentum, vt idem Franch. illic concludit, ibidemque Archid. & Ioann. Andr. & in his terminis dimiſſorialium, declarauit Sacra Congregatio, ſub his verbis; Epiſcopus poteſt alienos Clericos ordinare, ſi habeant dimiſſorias proprij ordinarij, iuxta capit. 8. infra, licet Epiſcopus dimittens ex alia legitima cauſa, quàm ægritudinis, ſit impeditus; hactenus congregatio, cuius verbis adiungo, non videri his temporibus vſu receptum, fieri expreſſionem ſpecialis cauſæ in dictis litteris, quam conſuetudinem putat valere Rebuff. in praxi Rubr. de form. litter. dimiſſor. num. 28. cuius dictum reſpicit ius commune, quia tunc non dum emanauerat concilium, quare dubito ſi nunc ſubſiſtit, ob expreſſam diſpoſitionem conciliarem ſupra relatam.

Et qui præfatas obtinet litteras, curare debet, nè illarum tenor excedatur, at omnino cuſtodiatur; ſi enim ommitteretur, vel in aliqua parte excederetur ita puniretur, ac ſi illas minimè impetraſſet, vt eſt videre apud Rebuff. in praxi Rub. de litt. dimiſſ. nu. 3.
28 Quare cum Præſules conſueuerint præfatas litteras altero ex duobus modis elargiri, nempe, vel ſpecialiter, alicui certo Epiſcopo directas, vt ſuum promoueat ſubditum, vel, & ſecundo modo generaliter, vt quilibet Cattolicus Antiſtes illum valeat ordinare, ideo caueat ordinandus, ne ab alio promoueri ſe faciat, ſi litteræ primum continent modum, eò quòd de vno conceſſum, de alio prohibitum cenſetur, l. cum Prætor. ff. de Iudic. cap. Nonne, de præſumpt. adeò quód ſi Antiſtes, cui litteræ diriguntur, ordines conferre nolit, & alium aduócet, qui ſuo nomine, & in eius Diœceſi illos conferat, non valeat ſupradictus ita dimiſſus recipere ordines à tali ſubſtituto, ſcripſi in hac Rub. cap. 5. nu. 7. & tangit auctor praxis Epiſcopalis par. 1. Verbo Dimiſſoriæ §. 5. & procedit cap. 5. Conc. Trid. Rubr. de reform. ſeſſ. 6.

Quod ſi eas attento ſecundo modo concederènt tunc Catholicum adeat Antiſtitem, gratiam, & cōmunionem ſedis Apoſtolicæ habentem, ab eoque ordinibus inſigniri procuret, iuxta c. quod ſedem de offic. ordin. quia ſi ab Epiſcopo excommunicato, interdicto, aut ſuſpenſo, Simoniaco, Sciſmatico, Hæretico, depoſito, vel degradato ordinaretur, ſuſpenſus fieret, ſi ſcienter illum eſſe talem, auſus eſſet, ab illo ordinari, & miniſtrando pendente ſuſpenſione contraheret irregularitatem, ex Nauarr. cap. 27. verſ. 4. ſub nu. 241. Henriq. in Sum. Theol. Moral. lib. 10. cap. 21. §. 3. Soto in 4. ſent. diſt. 23. q. 1. art. 3. verſ. in ordinatione, & gloſ. fin. in eod. c. quod ſedem. Nauar. cap. 25. nu. 70. Syluest. verbo irregularitas, verſ. 7. quęritur ſub nu. 9. & Angel. de clauaſio in Sum. verbo irregularitas, verſ. 30. ſuffraganturque textus in cap. qui à Simoniacis 1. q. 1. & cap. conuenientibus 1. quæſt. 7. quinimmo à tali ſuſpenſione nullus, præter Romanum Pontificem abſoluit, teſte Syluestro eodem adducto loco, & Diazza in praxi crim. can. cap. 24. quod ſi ignoranter licet incurrat ſuſpenſionem, ab ea tamen proprius Epiſcopus liberat, vt ijdem Syluest. & Diazza inquiunt, in locis prædictis, tàm vt exerceat ſuſceptos, quam, vt valeat ad ſuperiores conſolare, niſi proprius fuerit Epiſcopus; qui dum eſſet excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus, ſuo ſubdito ordines contulit, quæ vt euitentur, prudentes Præſules ſolent in eiſdem litteris apponere verba illa, vt à quocumque Catholico Antiſtite gratiam, & communionem Apoſtolicæ ſedis habente, ordinári poſſit, quæ ſanè verba, ne dum excludunt Epiſcopum hæreticum, aut Sciſmaticum; at præterea excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, ac ſimilem, per gloſ. in cap. veniens per illum textum verſ. gratiam, de præſcript. & textum cum gloſa fin. in cap. quod ſedem de offic. ordin.

Caueat inſuper nè ab Epiſcopo aſſumatur ad ordines, qui loco, & dignitati Epiſcopali renunciauerit, capitulo primo de ordinat. ab Epiſcop. qui renunt. Epiſcop. etenim facultas data ſuſcipiendi ordines à quocumq. non extenditur ad hunc Præſulem, vt ait Nauar. in Sum. c. 27. nu. 241. verſ. 3. & Henriq. in Sum. Theol. Moral. lib. 10. cap. 21. §. 3. à quo tamen ſi minores ſuſciperèt, nec peccaret, neque irregularis fieret, ex ſententia eiuſdem

Henriq.

Henriq.eod.lib. 10.cap.39.§. 1. quos tamen, si nulla etiam proprij ordinarij præcedente auctoritate, ab illo reciperet, requireretur proprij superioris dispensatio, vt illic adiungit ipse Henriq. ambosque hos casus tradiderat antea Astasan.in lib. 6. tit. 3.artic. 6. quæstiuncula prima; & ita erit intelligendus textus in adducto capitulo primo. Si verò sacris, & sciens ab eo ordinari passus esset, aut scire debens, & supina, vel crassa concurrente ignorantia, sine dubio suspensus fieret, secumque alius citra Papam non dispensaret, & absolueret; quod si ex ignorantia probabili, etiam Episcopus absoluere, & dispensare valeret, ex eodem capitulo primo.& Diazza praxi criminal.canon. capitulo 27. Astasan. adducto loco; ipseque probaui in Rubric. de Sacrament. in genere versic. nemini autem; quin etiam dispensabit Episcopus, in susceptis, atque in suscipiendis, vt optimè adiungit Ioannes Andreas super eodem cap. 1. num. 10.

Aduertat præterea ordinandus, quod si in dimissorijs daretur facultas suscipiendi ab alieno Episcopo aliquem certum, & in eis expressum ordinem, altero, quem præfatæ litteræ non memorant, insigniri non patiatur; quod si generatim loquerentur dimissoriæ, sciat illarum vigore non vtique posse recipere Sacros, sed tantum minores, ex Rebuffo in form.litter.dimiss. num. 5. ipseque scribo in Rubric.de person. prohib. promouer. capit. 15. vers. dispensatus verò, & cumulatius Deo fauente scribam in Rubric. de litter. dimissor. interea non prætermittens glosam pro hac parte, & finalem in cap. litteras de filijs Præsbyt. & videtur in eam propendere Gemin.in cap. si Episcopus nu. 6. in fine de præb.in 6.

Actendat etiam, adsit ne in dictis litteris dispensatio quo ad temporum interstitia, quandoquidem si ea abesset, assumi non posset infra tempus vetitum, ab vno ordine nouissime suscepto ad alium, iuxta notata à me ipso in cap. 3. num. 10. de tempor. ordinat. neque poterit in dictis interstitijs dispensare Antistes, cui diriguntur litteræ dimissoriales, sed tantum is, qui proprius est ordinandi Præsul, tum ex resolutione Nauarri, consil. 28. in Concil. Trident. de tempor. ordin. in antiqu. & 13. in nouis, tum ex Concilio prædicto in cap. minores ordines, & capit. Subdiaconi, sess. 23. de reform. quæ capita eiusmodi remictunt facultatem Iudicio Episcopi, idest sui Episcopi, vt eorumdem textuum verba indicant: Quare si præfatus Episcopus proprius iudicaret dispensandum esse cum ordinando in interstitijs istis, non omittat talem dispensationem expressis verbis addere in litteris dimissorialibus, alioquin caueat ordinandus, ne ordines, durantibus adhuc interstitijs assumat, etiam si familiaris triennalis esset, qui ab Episcopo ratione iam dictæ familiaritatis promoueretur; quia nec ille secum dispensare, in his valet, iuxta Nauarr. sententiam in adducto consil. 13. siue 28. in
30 antiquis. Quæ autem sint hæc temporum interstitia, scripsi in Rubric. de tempor. ordin. adducto capit.3. sub num. 13. & nunc summis, vt aiunt labijs repeto, quod ad suscipiendos minores intelligitur tempus intermedium ab vno ieiunio quatuor temporum, aut Sabbatorum, sitientes, ac sancto, ad aliud ex sententia Maioli, siue ab vno die festiuo, ad alium, ex sententia Hieronymi à Sorbo, cui magis inhæreo, & praxis opitulatur. A postremò verò ordine minori, ad primum sacrum, atque ab vno sacro ad alium, sunt textus apertis in cap. 11. & seqq. sess. 23. Concilij Tridentini Rubr. de reform. & qui sine citata dispensatione promoueretur, non fieret iure communi, aut Concilij suspensus Nau. Consil. 4. an qui alias de tempor. ordinat. in nouis, & militat etiam nunc, quia abrogata est à Clemente VIII. quo ad pœnas de nouo in ea statutas Constitutio Sixti V.

31 Has autem dimissorias, cum Episcopi antiquitus dabant, non eum examinabant, cui concedebant, at illum ordinatori examinandum dimittebant, quod apertè insinuant verba dictarum litterarum à tercentum decem, & octo Episcopis concessarum, in Nyceno Concilio, & meminit textus in cap. Sanctissimo 73. distinct. illa nempè, & vobis licentiam tribuimus, vt si dignum eum iudicaueritis ad Sacros ordines promoueatis: Concilium verò tertiũ Cartaginense sanxit, ne Episcopus ordinandum dimittat, nisi examinatum, & approbatum, eiusq. decretum innouauit, confirmauitq. nouissimum, & Tridentinum Concilium in cap. 3. sess. 14. de reform. & manifestius in c. 3. sess. 23. de reform. præcipiens Episcopis, vt per semetipsos ordines conferant, quod si ægritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quam iam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimictant, cuius textus verbis, non vtiq. tutus esset in conscientia Antistes ille, qui suum subditum non examinatum aut nullo præcedente scrutinio dimisisset, si ille postea reperiretur inhabilis, maleq; promotus, quamuis in litteris adiecisset clausulam, qua ordinatoris conscientiam onerasset, vt annotarunt, & iustè quidem Viuald.in p.3. sui Candelab.c.8.nu. 12 & Maiol.in tract.de irregul.lib.4.c. 5. nu. 4. ob idq legimus Florentinum Episcopum tempore Innoc. III. T. Diaconum, quem sui æmuli filium esse Sacerdotis aiebant, ne dum renuit ordinare, sed neq; voluit pati ab alio ordinari, in c. accedens de purgat. canon. & alter cum B. Augustino supplicasset, vt ipsum ordinibus insigniret, quia ipsum criminosum esse suspicabatur; Augustinus denegauit, tùm promouere, tùm dimissorias dare, iustissimè credens eandem incurrere culpam concedentem dimissorias, & ordinantem, vt idem August. testatur in sua Epistola centesima trigesimaseptima, ad clerum Hipponensem, versic. cum enim ista me causa, & referunt etiam Lyppomanus in vitis Sanctorum, tomo 2. in vita Sancti Felicis, & Maiol. in tractat. de irregular.lib. 4.capit. 5. num. 4. Hinc etiam prodijt altera Sanctio Bonifacij VIII. in capit. si Episcopus de præb. in 6. ne prædictas litteras valeat Præsul elargiri pauperi, & si concedere non omitteret, illeque earum vigore se insigniri ordinibus faceret, teneatur concedens prouidere eiusmodi ordinato de beneficio ad victum sufficiens, atque interea de alimentis, vbi Gemin. num. 4. addit, concedentem hanc potestatem semper obnoxium esse, si talis promotus necessarijs careat requisitis, quamuis respectu tituli, fortasse prodesset, clausulam adiecisse in litteris, si ad hoc idoneus, debiteq; initulatus repertus fuerit, ex Rebuff. in praxi Rub. de forma dimissor. litterarum, num. 5.

Sed

Sed nè quìd minimum inexplicatum relinquam, cogor inuestigari, teneatur ne Præsul ille, cui examinatus, & approbatus dimittitur ordinandus, iterum examinare dimissum? cui quidem quæsito, actento iure communi, negatiuè respondeò cum glosa finali in capitulo Episcopum 9. quæst. 2. quam inibi sequitur Præpos. num. 3. & Geminian. num. 2. per auctoritatem Vgonis. tenet etiam Host. in capit. dilectus numero 2. de tempor. ordinat. & ratio adiungitur à glosa prædicta, quia approbatus est á proprio Episcopo, ad instar tutoris testamentarij satisdare non debentis, tanquam à testatore approbati. §. primo, institut. de satisdat. tutor. Actento veró Concilio Tridentino capit. 11. sess. 7. de reformat. credo quod tutius ageret Episcopus ordinans, si eundem denuo examini subijceret, idque à me semper fuisse seruatum recolo propter verba dicti capitis, quæ se habent. facultates de promouendo à quocumque, non suffragentur, nisi habenti legitimam causam, ob quam à proprijs Episcopis ordinari non possunt in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua Diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti præuio examine; quinimmò fauet huic sententiæ, Cathechesis Neapolitana libro primo, capitulo 8. numero 10. inquiens, posse iam dictum, ab ordinante examinari, quæ quidem resolutio non tantum veritate fulcitur per adductum textum Concilij Tridentini, qui fortasse intelligi posset, vbicumque ordinandus non fuisset examinatus à concedente dimissorias, sed per dictum textum adiunctum, alteri, eiusdem Concilij: in capitulo tertio, sessione 23. de reformatione; cum enim in dicto capite 11. disponatur, ne ab extraneo, quis ordinetur, nisi diligenti præuio examine: subsequitur alter canon, in citato capitulo tertio, & iubet, nemini non examinato, concedendas esse dimissorias; ergo ex his duobus textibus, ita iunctim consideratis, liquet ab vtroque debere examinari ordinandum.

32 Quod si Episcopus alium substitueret Antistitem, qui in Diœcesim substituentis veniret, illius subditos ordinaturus, si hic promoueret pauperes; aut alia ex causa inhabiles, vtrum ne peccaret, pœnasque incurreret, comminatas aduersus eos, qui tales assumunt ad ordines? & sine dubio peccaret, ac pauperibus prouidere compelleretur, aut alia mulctaretur pœna non ipse committens, si subditos suos non examinatos, neque approbatos dimisisset, sed generatim commisisset potestatem dandi ordines suis subditis, quod si speciem delegasset, certasque personas, tunc ipse, & non promouens teneretur, per capitulum si Episcopus de prebend. in 6. aitque Sum. Pisana in verbo beneficium §. 6. & suffragantur complures resolutiones in consimilibus casibus. Qui enim generice mandaret emi mancipium, scientia, aut ignorantia ementis consideranda foret; quia scientia, siue ignorantia mandantis attenderetur, vbicumque delegatio in specie fieret, leg. cum mancipium ff. de ædilit. edicto: committens namque speciem, potest præuidere, vt ex eodem capitulo si Episcopus colligitur apertè, non autem qui genus, ac propterea Regulam illam Iuris, qui per alium de regular. in 6. alteramque, quod iussu alterius ff. de regular. Iur. non verificari in delegante genus, notat glosa in versic. ministrare eiusdem capituli si Episco-
33 pus, & ex mandato generali non censeri procuratori datam facultatem soluendi indebitum, probat l. si procurator in principal. ff. de condit. indeb. ob quam eandem rationem compromissariorum constitutio facta pro electione facienda, si illa generica fit, & compromissarij eligerent indignum, nullum compromittentibus afferrent præiudicium, cum eis non videatur concessa facultas eligendi indignum, inhabilemque, & electio ad ipsos compromittentes, propterea regrederetur, capit. si compromissorius §. 1. de elect. in 6.

Et in casu isto, in quo Episcopus alium exorauit Antistitem, vt ad suam accederet Ecclesiam ipsius exorantis subditis ordines daturus, non militaret resolutio à me constituta, sub nu. 28. vt alienus Præsul nequeat sacros conferre ordines non suo subdito, nisi in dimissorijs apposita fuerint illa verba, etiam ad sacros, si quidem Episcopus iste ascitus valeret, tùm minores, tùm maiores conferre ordines, per Archid. in citato capitulo si Episcopus, & Ioannem Andream ante num. 1. Gemin. num. 6. & Franch. num. 2. quamuis Ioann. Monach. inibi, num. 2. crediderit, solummodo maiores licere huic Antistiti dare, non autem minores, tanquam videatur, sibi potius commissa iuris exequutio, quam gratia, ideoque arctatis, dumtaxat, illos dare posse, & consequenter sacros, sed eius dictum cœteri non admittunt.

34 Vnusquisque autem, qui ab alieno suscepit ordines, docere compellitur, illos de licentia proprij Episcopi suscepisse, alioquin periculum subiret incurrendi pœnas, quas merentur ordinati à non suo, ac sine auctoritate ab illo concessa; neque eius dicto, quód habuerit licentiam crederetur iuxta leg. ei qui ff. de probat. & firmat in hac
35 specie Cassaneus cons. 20. num. 9. docuisse tamen satis apertè dicetur, si licentiæ tenor fuerit in litteris ordinum præinsertus, aut mentio facta fuerit ab ordinante, se contulisse ordines de licentia proprij superioris, ita Felyn. in cap. sicut num. 27. de sentent. & re Iudic. Purpur. in leg. 1. num. 550. ff. de offic. eius Cepoll. in leg. signatarius quæst. 11. ff. de verborum significatione; & decidit Rota Romana, teste Puteo decis. 359. lib. 1. quemadmodum, & si Episcopus in aliena Diœcesi dederit ordines, probabit sufficienter assensum illius præcessisse, si in suis litteris meminerit, se in illius Diœcesi Pontificalia exercuisse, ordinesque contulisse de licentia ordinarij, ex Rebuff. de litter. dimissor. nu. 3.

36 Dimissorias autem istas expirare ipsius concedentis morte, sunt, qui dicant, ob illam rationem, quod voluntas cócedentis censetur morte finita. iuxta c. si gratiosa de Rescrip. in 6. sed alij eam veram crediderunt, cum res est integra. non auté si ea non esset integra, nempe si nullum in vita concedentis susceperit ordinem, quia si aliquo insignitus illa-

V rum

rum vigore fuerit, liceret eidem vti prædictis di-
missorijs, altioresque assumere ordines, adhuc post
illius interitum, aiunt. Mihi verò vtrisque sen-
tentijs videtur alia verior, prædictas dimissorias
semper valere, tùm viuente, tùm defuncto dante,
per Zabarr. communiter receptum in Clement.
final. post num. 9. quæst. 5. de elect. ibidemque Imol
num. 3. & Bonifac. num. 43. Rebuff. in form. litte-
rar. dimissor. num. etiam 43. Nauarr. in cap. placuit
num. 34. & num. 163. de pœnit. distin. 6. & consil. 5.
N. obtinuit de rescript. in nouis, atque tract. de red-
ditib. Eccles. quæst. 3. Monit. 8. post num. 2. Pauin.
in tractat. de potestat. cap. sede vacante par. 1. fol. 18.
Henriq. in Sum. Theol. Moral. lib. 10. cap. 22. §. final.
Modernus in sua praxi Episcop. verbo Dimissoriæ
§. 9. part. 1. & in tract. de pœnit. cap. 22. sub num. 3.
Rodericus in quæst. suis regular. quæst. 9. artic. 1.
tomo 1. & Perez in l. 2. tit. 2. lib. 2. ordin. & l. 6. tit. 12.
lib. 3. Guttierez in pract. qq. lib. 3. quæst. 75. num. 5.
Salzedus ad Diazam, capit. 26. versic. postquam,
& Hieronym. Gonzales in 8. regula Cancell. glosa
12. num. 36.
37 Idque verùm reputo etiam si à capitulo sede,
vacante datæ fuerint per Fèderic. de Senis consil.
16. capitulum, & Ancharan. in capit. 1. ne sede va-
cante in 6. Imol. in capit. 2. vers. secunda quæstio
post num. 7. ne sede vacante, & post Concilium
Tridentinum, hoc ipsum de dimissorijs istis à
capitulo datis post annum scribit Salzed. in loco
citato, atque Gonzales indicata glos. 12. num. 37.
quibus omnibus adstipulantur complures resolu-
tiones Doctorum in consimilibus casibus: præser-
tim illæ quas tradunt Nauarr. indicata monitione
8. & Rodericus, citato articulo primo, nec non re-
latus Gonzales in eadem glos. 12. quarum duas,
veluti cœteris potiores recensere constitui, earum-
38 que princeps, sit illa de licentia alicui concessa
celebrari faciendi in propria domo, ne delinat, vi-
resque amictat suas, per superuenientem interi-
tum concedentis, quam præter Nauarr. in loco
iam relato, firmat Rota in decis. 286. Camerarius,
39 siue de rescript. in antiq. Altera verò sit de licen-
tia data alicui, etiam Parocho de non residendo
in tempore expresso, vt ea perduret etiam post
obitum Episcopi, qui illam elargitus erat, iuxta
glosam celebrem in capitulo cum ex eo versicul.
septennium de elect. in 6. quam sequitur, & singula-
rem reputat Roman. singular. 517. in antiquis Ar-
chidiac. qui hanc eandem tuetur conclusionem, in
capitulo licet canon de elect. in 6. Decius, qui vtras-
que Iam relatas conclusiones defendit in consil.
404. viso eleganti, num. 13. & 14. atque Restau-
rus in tractat. de Imperat. quæst. 115. num. 6. ex-
tatque generica Regula de licentijs verba faciens,
& concludens licentias non expirare morte con-
cedentis, vt est videre apud Cardinal. in clem. final.
versiculo, quinto quarò, sub numero 9. de elect.
& Afflict. decis. 128. fuit dubitatum, numero 4.
& 5. Item & mandatum donandi haud extingui
donatoris interitu, docet Eman. Sá, verbo donatio
num. 21. & verbo mandatum, num. 2. lessius de
Iust. & Iur. lib. 2. cap. 16. dubit. 6. in fine; ex his re-
spondi perperam egisse Alexandrum Gratianum
Vicarium Neapolitanum, dum existimauit in
censuram excommunicationis incurrisse Magi-
stros Parochialis Ecclesiæ sancti Blasij Maioris, in-
flictam aduersus quæritantes in eadem Ciuitate
sine licentia Prælati. siquidem licentiam illis à quò-
dam Alfonso Cardinali Gesualdo, & Neapolitano
Archiepiscopo concessam, eiusdem Amplissimi
Cardinalis interitu extinctam esse aiebat, & pro-
pterea non eis licuisse amplius quæritare, sine no-
ua licentia; quam ob sententiam pecuniaria
illos mulctauit Pœna: Ipsum verò deinde pœ-
nituit, ita decreuisse, cum has perlegit à me
citatas auctoritates.
His ratio non incongrua addi potest, qua
validitas prædictarum dimissorialium post obi-
40 tum eas concedentis confirmatur. Nempe il-
la, quod natura gratiæ est perpetuò durare, iu-
xta leg. falso C. de diuersis rescriptis, roboratur-
que capitulo si super gratia de offic. de leg. in
6. & Clem. dudum §. final. de sepult. quibus iu-
ribus apparet clare, nullam Pontificis gratiam
extingui illius interitu, etiam re integra, ipseque
subiungo veritate niti, etiam si concessa foret cum
clausula, donec aliud decreuerit: fretus doctrina
Nauarr consil. 2. de priuileg. in antiquis, & consil.
1. vbi pulcherrimum sane refscribit casum; Nec
prædictæ resolutioni aduersatur text. in capit. præ-
41 senti de offic. legat. in 6. vbi extincta legatione,
expirat reseruatio à legato facta; siquidem mul-
tum interest inter dimissorias, quarum hic est ser-
mo, & reseruationem. cuius meminit text. in dicto
capitulo præsenti. Dimissoriæ enim à proprio
cum dentur Episcopo, nulli parant præiudicium;
Reseruatió autem solet alteri inferre damnum, vt
non immeritò ab omnibus scribentibus iudicen-
42 tur odiosæ reseruationes ipsæ, præter factas, motu
proprio; & scribit Decius consil. 167. Reuerendæ
Pater, versic. prima est, sub num. 1. & glosa in eo-
dem capitulo præsenti, vers. finitur; Restrictio ve-
rò relata, nisi motu proprio fiat, comprobatur do-
ctrina Federici de Senis, in tract. permut. benefic.
quæst. 1. Aeneæ de Falconibus in tractat. reseruat.
prælud. 2. column. 3. Mandos. in Regul. Cancellar.
de Reseruat. quæst. 2. num. 12. & in hoc sinè casu
subsistit sententia Lapi, allegatione 26. disputat nu.
3. simpliciter dicentis, ad lectas reseruationes esse
fauorabiles, si Mandosio credendum est, ita expo-
nenti in additionibus ad eandem allegationem.
Sed cur dicantur odiosæ reseruationes, non desunt
validissimæ rationes, ac præsertim duæ relatæ à
glosa in citato versiculo finitur; earumque altera
est, quia per illas aperitur via ad vacatura benefi-
cia, & tamen certi iuris est, beneficium vacuturum
nec conferri posse, nec promitti quod confere-
tur, vel in eo præsentabitur: Neque potestas de
43 conferendo, vel presentando cum vacabit, alteri
subdelegari potest, iuxta cap. 2. cap. constitutus,
& capitulum finale de concess. præb. illud autem,
quod dixi non posse dari potestatem de conferen-
do, intelligitur in specie, etiam Vicario generali de
certo beneficio, ex decis. Rotæ 397. si Episcopus
siue V. de offic. Vicarij in nouis, & decis. 298.
nota, quód Episcopus, seu 1. de offic. Vicarij
in antiq. notat Abbas in eodem capitulo constitu-
tus num. 8. generatim verò non prohibetur dari
iam

iam dicta facultas iuxta gloſam in relato c. conſtitutus. verſic. contra, vbi tamen Abb. nu. 5. ſubiungit id verum eſſe, cum tantùm Vicario generali hæc traderetur auctoritas, quo etiam generico modo, valebit Patronus eandem elargiri poteſtatem præſentandi, vt aiunt Abb. & Ioann. Andr. in capit. fin. de conceſſ. præb. Altera autem ratio, quare iſthæc litteræ odioſæ reputetur, illa eſt, quòd earum vigore ordinarius grauatur, vt habetur in §. cœterum (ibique Franch.) adducti cap. præſenti, adſtipulaturque textus in cap. mandatum de reſcript. ſi itaque ſunt odioſæ, ergo reſtringendæ cap. odia de Regul. Iur. in 6. maximè cùm licet valeant legati manus ordinariorum deuincere, nequeunt, tamen per litteras reſeruationum dare ius in beneficio, ipſæque haud operantur ius creatum, ſed creandum: atque ideo non mirum ſi pereunt legatione completa, vt principali ſummoto, acceſſorium iſtud nondum perfectum minimè duret, argument. l. ſi eum §. 1. ff. ſi quis caution. & hinc deſumitur ratio diuerſitatis, quare reſeruationes Papæ durent poſt eius obitum, & non legatorum, quia litteræ Papæ conferunt ius ad vacatura beneficia cap. propoſuit de conceſſ. præb. ideoque illarum vigor poſt mortem remanet in ſuo robore, ſi exequutor incoauit, cap. ſi cui de præb. in 6. quam differentiam ſcripſit Ioann. Andr. indicato, cap. præſenti, verſ. item littera, ſub num. 1.

44 Stat itaque omni ex parte valida concluſio à me firmata, ſubſiſtere dimiſſorias poſt interitum dantis, etiam ſi res ſit integra, non tamen dubito à nouo Antiſtite reuocari poſſe per edictũ omnes, & quaſcumque dimiſſorias à Prædeceſſoribus Præſulibus, ſiue Capitulo ſede vacante conceſſas; Moueorque auctoritate Rebuffi, ita in proprijs terminis decidentis in praxi Rubr. de forma litter. dimiſſ. num. 44. opitulaturque ſimilis doctrina Abb. in cap. cum olim, verſ. ſeptimo quæro, de maior. & obed. & deciſ. Afflicti 128. cuius initium eſt, fuit dubitatum, opinor tamen hanc Rebuff. ſententiam ad eum tantum caſum eſſe reſtringendam, cum ſubeſt cauſa, per doctrinam Zabarell. adducta clem. fin. nu. 9. de elect. ſine qua, nec per concedentem, neque per ſucceſſorem retractari valeat, vt idem Zabarell. concludit, & videtur inibi ſentire Imola nu. 2. in fine.

45 Verùm liceat ne Archiepiſcopo promouere ſubditum ex aliquo prædictorum trium caſuum ſui ſuffraganei, vel illum dimittere, vt ab alio promoueatur? huic quæſito reſpondet negatiuè Franchus in cap. cum nullus nu. 3. de tempor. ordin. per verba eiuſdem capitis, loquentia de diœceſi, tenetque etiam Io. Andr. in verſ. Diocœſi, in initio dicti capitis, eo quod ſibi non reperitur permiſſum, & ſimilem ponit reſolutionem in cap. ad extirpandas, num. 3. de filijs Præsbyt. quod Archiepiſcopus diſpenſare nequit cum illegitimis, quam neq; retinet auctoritatem dum Prouinciam viſitat; & textus in cap. noſtro de pœnit. & remiſſ. & cap. vlt. de cenſib. in 6. locum habent in foro pœnitentiali, vt illic adnectit idem Io. Andr. eſt verum quòd Religioſiſſimus Quaranta in ſuo tract. de auctor. Archiep. in ſuffraganeos, & nouiſſimè typis dato cum ſuo opere, & commento Bullarum, ac propriè in verbo Archiepiſcopus, ſub nu. 21. inquit, licere Archiepiſcopo monere ſuffraganeum, vt illum promoueat, vel dimiſſorias concedat, qui ſi renuat, nec cauſam recenſeat iuſtam, ſitque promouendus idoneus, vita, moribus, & doctrina, necnon arctatus beneficio curato, atque Eccleſiæ neceſſitas vrgeat, & perſonarum penuria, & periculum animarum propter moram, tempuſque conſulendi ſupremum Pontificem abeſſet; nam his concurrentibus circumſtantijs, ac negligentia, & monitione præmiſſa, de quibus omnibus iudicialiter conſtet, exiſtimat fas eſſe Metropolitano illum promouere; ſicuti cùm Epiſcopus, in remotis partibus degit; quo caſu etiam nulla præcedente monitione, & negligentia, dumtamen alia concurrant cenſet Archiepiſcopo licere. Ex his Quarantæ verbis, tria deſumo; Primum quòd poſſit Epiſcopo demandare Metropolitanus, vt ſubditum promoueat, aut dimiſſorias elargiatur; ſecundum, Epiſcopo negante parere, valeat, ipſe ordinare, vel dare litteras; ac tertium idipſum facere poſſit, vbi Antiſtes in longinquis moretur; verùm ipſe de his omnibus, vehementer dubito, & quò ad primum reſcribere cenſui allegationes quaſdam à me proximis diebus factas in gratiam Gulielmi Baſtoni Epiſcopi Papienſis, & in Regno Neapolitano Nuntij, Is enim cum pluries recuſaſſet ad ordines aſſumere, quoſdam Clericos Papienſes, illique adiuiſſent Sacram Congregationem ampliſſimorum Cardinalium, ſuper Epiſcopis, & coram Patribus illis conqueſti eſſent de hac re, expetijt Sacra Congregatio ab eodem Baſtone rationem, qua impulſus noluerit petitioni dictorũ Clericorum ſatisfacere; & cum non ſemel reſpondiſſet, ſe denegaſſe promouere, quia illos irregulares iudicabat, ſubnectens caſum, quo in talem dicebat incurriſſe irregularitatem; quoniam ampliſſimi Patres concluſerunt, decreueruntq; eos non eſſe propterea irregulares, ex adductis, & probatis per eoſdem clericos, mandarunt eidem Epiſcopo, vt illos ordinibus inſignire non omitteret; atq; iterum & pluries repetitis iuſſionibus, quia Baſtonus adhùc anceps, ſeque illis non debere ſeruire, teſtem habebat conſcientiam propriam, dum ſemper, vt par erat Morigerus ſacræ Congregationi fuerat, nè videretur ob hanc rem contumax, cenſuit tandem Iuribus ſuam tueri opinionẽ, meq; propterea aſciuit, remque propalauit, vt in Iure reſponderem; & pro poſſe meo parui, ſub his verbis.

Dum Complures Clerici Papienſes in die qua S. Catherinæ feſtum celebratur, ac cœteri ſtudentes in vnum conuenerunt, & conſiliarium, iuxta morem vniuſcuiuſque anni elegerunt, poſſeſſionemque tradiderunt, incidendo quaſi proceſſionaliter; armati per vrbem; Dumque in itinere occurrerunt aliqui Hiſpani, qui impetiti verbis à Papienſibus iſtis, conſerere manus, & in rixa vnus ex Papienſibus, duo vero ex Hiſpanis interierunt; inhiantes Clerici prædicti altioribus inſigniri ordinibus, iuſtè recuſat Antiſtes, à quo dum Sacra Congregatio, expoſcit rationem, reſpondet.

46 Non eſt dubium Illuſtriſſimi Patres, quod ſi plures committant, homicidium, nec ſcitur perſona quæ illud patrauerit omnes veniant extraordinaria pœna caſtigandi, ex ſententia Cyni in l. quoniam

multa sub nu. 7. & Alberici nu. 6. C. ad legem Iuliã de vi publica; quin & rei homicidij iudicentur, quamuis ob incertitudinem mitigetur pœna; immó, & irregulares censeantur ex Goffredo habemus in c. significauit, el secundo de homic. vbi sub nu. 18. notat Butr. & Henric. Boich. sub nu. 5. in tantum quod ita concludendum in foro conscientiæ, scribit Socc. in c. ad Audientiam nu. 46. de homic. Idq; videri rationi admodum consentaneum, dicit Couar. in clem. si furiosus p. 2. c. 2. sub n. 5. vers. quo ad irregularitatem, subiungens se huic opinioni accedere etiam in foro exteriori, quamq; tutiorem appellat Barthol. Brixiensis, qui eam sequitur in q. Venerali 15. exordiente, quinque homines; & quã omnino veram dicit glos. fi. in c. quiescamus. 42. dist. dum existimat, decisum expresse fuisse indicato, c. significasti, vbi Io. Andr. addit optimam, & inconuincibilem ni fallor rationem, quia eo ipso, quod ignoratur percutiens, dicuntur omnes in culpa; ex his censui abstinere, tum ab ordinibus conferendis, túm à litteris concedendis.

Quod verò præfati Clerici ad excludendam hãc verissimam resolutionem supponunt asserẽtes ictu scoppicti illos interijsse, & propterea censeri constare de percussore, qui fuerit aliquis ex Laicis deferentibus talia arma, non autem ipsi Clerici, quos illa detulisse, aiunt non verificari in processu; Diluitur facile si attendamus, nullum extare testem, qui affirmauerit eosdem clericos dictis armis non incedisse armatos; quin & affirmare nemo poterat, cum illa soleant á Clericis secreto deferri; immo eorum assertio humi prosternitur, si credamus verum esse, quod Doctores inquiunt, teneri istos Clericos probare hanc negatiuam, cum in ea se fundent, & ait Bar. in l. in illa ff. de verb. & oblig. & communiter illic tenetur, teste Alex. & Ias. inibi, atque Ofascus concludit in decis. Pedam. 174. tertia succedit qualitas nu. 5. & post alios multos explicat Mascard. concl. 1087. lit. N. vol. 2. tanto magis, quod mihi innotuit in conscientia, aliquos ex Clericis talia detulisse arma, & alia multa non probata in actis, & ex quibus impellor contradicere petitioni eorum.

47 Et licet ijdem Clerici, niti velint vulgata illa conclusione, teneri Iudicem ex allegatis pronunciare, non autem ex his, quæ in conscientia habuit, Nihilòminus hac non obstante ratione, rectè me agere profiteor, cúm Regula me arctet, quoties ad sententiam condemnatoriam, siue absolutoriam procedere intendo; sed vbi à talibus abstinere procuro, atq; à collatione ordinum, siue dandis litteris, non cogor probata sequi, verùm quæ intimius mihi nota sunt; est enim cautela à doctoribus tradita, vt quoties probata contradicunt, quæ Iudex secretim scit, abstineat, nec procedat in causa, quam superiori remittat, ita quippe D. Th. ait 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. & Syluest. verbo Iudex 2 q. 5.

Quin etiam si concedatur constare hoc casu, de homicida, non propterea essent exclusi eiusmodi
48 Clerici ab irregularitate proueniente ab auxilio præstito, ex omnium sententia, relata per Couarr. in Clem. si furiosus part. 2. §. 2. num. 2. vers. quatenus de homic. & Syluest. verbo homicidium 1. nu. 7. præsertim quia non tantum simplicem, sed cooperatiuam præstiterunt opem, dum acclamauerunt arma euaginarunt, lapides proiecerunt, & alia multa effecerunt in actis deducta; ex quibus tamquàm agentes, in ipso actu, iustè dicuntur principales, teste August. ad Angelum, in tract. malefic. verbo dicto maleficio semper adstitit sub nu. 17.

Et si volentes cum prædictis benignius agere, nolimus dicere aliquam similem illos impertijsse
49 opem; attamen quia sola assistentia, qua facti sunt aduersarij timidiores, præstatur opis, iuxta solemne consilium Anchar. 216. nu. 2. Cepoll. cons. crim. 34. nu. 9. & 11. adeo quòd, per assistentiam exhibeatur auxilium proximum facto, & propterea puniri debeant eadẽ pœna, qua principales, recordor ex Bal. in l. vnica C. de Nili aggerib. non rũpend. ideo cessat omnis difficultas, & censendi sunt irregulares.

Túm maximè quod Iudicis arbitrio relinquitur cognitio, vt dicatur sola assistentia præstitum auxilium, vt inquiunt Bal. & Angel. quos citat, & sequitur Marsil. in l. quæstionis modum nu. 56. de quæstion. & quod regulariter iudicandum est, præstitum fuisse, per eumdem Bald. in l. non ideo minus num. 30. C. de accusat.

Quibus rationibus motus, non solum anceps sum verum credo illos irregulares, ac propterea iustè illis dare litteras, aut ordines recuso; neque ad id faciendum cogendus videor, ne impellar facere actum, contra propriam conscientiam, & fortasse contra Iura.

Quin etiam collaudandus videor, quod in re dubia velim tutiorem seligere partem, à talique actu abstinere, eumque remictere ad Sanctissimum Dominum, omnimodam habentem facultatem supremamque auctoritatem, ita siquidem me docuit cap. vulgata glosa.

Hactenus mea scripta in prædicta causa, quæ iam dictus Antistes misit sacræ Conrregationi; quæ tale negotium, earumq; visuram delegauit Amplissimo Cardinali Plattæ; viro quidem integerrimo, ac doctissimo; a quo facta de his relatione in congregatione; habui ex eodem Bastone resolutum fuisse, non esse arcendos iam dictos clericos à suscept one ordinum, freti illi Patres alijs multis rationibus ab eisdem Clericis productis, sed non propterea cogendum Antistitem, ad conferendos ordines, aut litteras dandas; at Santissimo referendum, congregationem esse in voto, vt illis concedatur facultas per Breue Sanctitatis suæ: sicque deinde factum fuisse.

Si itaque Amplissimi illi Patres, omnimodam habentes auctoritatem in Episcopos, decreuerunt non illum constringere, quanto minùs id facere poterit Metropolitanus, qui limitatam in suffraganeum habet iurisdictionem, atque in casibus tantum expressis in iure? in quo cum nulla sit mentio potestatis Metropoliticæ, in hoc casu; certè non esse cum Quaranta adherendum suadeo in hoc primo capite.

Prout neque in secundo, túm quia si demandare non valet, vt probaui: cessat propterea negligentia, & consequenter conclusio eiusdem Quarantæ fundata in Episcopi negligentia; túm quia tot clausulis, & circumstantiis restrinxit, idem Quaranta, istud suum dictum, vt iustè credam numquam

quàm poſſe euenire caſum, in quo valeat Metropolitanus dare ordines, aut litteras, ſubdito ſui ſuffraganei.

Tertium denique, neque amplector; etenim, vbicumque Præſul longe abeſt, Vicarius licet generalem tantum habeat commiſſionem, poteſt litteras præfatas concedere. ex his, quę abundè cumulaui, in initio huius capitis nu. 3. quare nulla adeſt neceſſitas, ob quam Metropolitanus inducatur ad illas concedendas.

SVMMARIA.

Epiſcopum poſſe ordinare ſuum familiarem triennalem, quomodo intelligendum, nu. 1.
Diſpenſare ſecum, quò ad illegitimitatem non valet, nu. 2. *&* 3.
Neque in interſtitijs, nu. 4.
Neque omnem familiarem triennalem ordinabit, quia non abſentem, nu. 5.
Epiſcopus titularis ordinare ſuum familiarem nequit. num. 6.
Beneficij collatio, ſubſequi debet, collatos ordines, & infra quantum tempus, nu. 7.
Aduerbia illa, ſtatim, confeſtim, illico, incontinenti, quale tempus requirant, nu. 8.
Tempus ſi longum præterierit, nec contulerit beneficium, ordinator, quam pœnam incurrat, num. 9.
Tranſgreſſor legis, cuius peccati labe maculetur? num. 10.
Requiratur ne triennium cõtinuum, poſtquam fuit Epiſcopus, an ſufficiat ſi antea inſeruierit, nu. 11.
Familiares Epiſcoporum, multis alijs potiuntur priuilegijs, & quibus, nu. 12.
Coloni, & Maſſarij Eccleſiarum quibus gaudeant, nu. 13.
Notarius quo potiatur priuilegio, nu. 14.
Commenſalitas, nec ne concurrere debeat, nu. 15.
Familiaritas quibus modis probetur, nu. 16.
Familiares Cardinalium, ſint nè exempti ab eorum ordinarijs, nu. 17.

Capitulum Nonum.

VSque adeò vera eſt in Iure reſolutio, in antecedentibus capitibus firmata, ne poſſit alienus Epiſcopus promouere non ſubditum, vt neque valeat ordines conferre ſuo familiari, ſi ius commune actendamus, & docet Feder. de Senis conſ. 188. puto nu. 2. niſi aliquod eidem dederit beneficium, cuius prætextu ille fieret de eius foro; vt concludit Gemin. in c. cum nullus nu. 9. ibidemq. Franch. nu. 3. in fine de temp. ordin. in 6. Rebuff. in prax. Rub. de Cleric. à quibus, & quomodo creentur, nu. 24. & Rota deciſ. 731. num. 2. vbi alios congerit, p. 1. in deciſ. diuerſ. Vel niſi totaliter domicilium tranſtuliſſet, vt Feder. ipſe addit, in adducto conſ. quo caſu diceretur ſubditus ratione Domicilij, itaq; familiaritas nihil prodeſt. ſed Oecumenicum Trident. Concil. volens equius agere cum Epiſcopis, & eius ſubditis, reſtrinxit hanc iuris genericam, & negatiuam Regulam, ac ſine præfinitione temporis conſtitutam, & præcipit, ne Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare poſſit
1 (ſubiungit) niſi per triennium continuum ſecum fuerit commoratus, & beneficium quacumq; fraude ceſſante, ſtatim re ipſa illi cõferat, conſuetudine, quacumq. etiam immemorabili non obſtante, in c. 9. ſeſs. 23. de refor. ex quibus verbis liquido conſtat, hanc conciliarem ſanctionem in duobus diſtare, à reſolutione Iuris communis: Nam illa nullum præfiniuit tempus, hæc verò triennale conſtituit in familiaritate; illa requirit collationem beneficij ante collatos ordines; iſta veró concedit poteſtatem ordines dandi etiam nullo, eidem collato beneficio dummodo illicò, & ſic breui interpoſito temporis interuallo, poſtmodum contulerit beneficium; & non mirum ſi Ius commune nullum præſcripſit tempus, quia conferendo beneficium, ille effectus eſt ſibi ſubditus, cui etiam præter familiaritatem ordines conferre, & dimiſſorias concedere poſſet; hinc conſiderandum Geminianum, & Franchum, in locis nuperrimè citatis, concluſiſſe Dimiſſorias concedi poſſe ab Epiſcopo originis, beneficij, aut domicilij; & deinde propoſuiſſe dubium; vtrum, ne aliud prædictorum requiratur cum promoueri concupiſcit Epiſcopi familiaris: quaſi familiaritatis ex cauſa videatur Epiſcopo ſubeſſe, & reſpondet negatiuè, niſi beneficium contulerit; Concilium verò potius videtur reſpexiſſe domicilium, quod licet in cęteris per ſolam habitationem, non quæratur ante decennium, in hoc tamen caſu ſatis ſibi viſum eſt ſufficere triennium, tanquam addictus ſeruitio Præſulis; Aùt, & congruentius erit dictum, quia triennalis familiaritatis ratione, Concilium conſtituit eumdem ſubditum Epiſcopo reſpectu collationis ordinum tantum, nullamq; ei dat aliam Iuriſdictionem, ſuper illum; per ea quæ ſcribit Nauar. cõſ. 28. poſt n. 2. in antiquis, de temp. ordinat. & 13. in nouis, & incipit in Conc. Trid. vult tamen, vt illicò conferat eidem beneficium, fortaſſe vt comodius, & decentius poſtea viuat, atque ideo recedo à deciſione Rotali 731. Domini dixerunt, nu. 13. p. 1. quatenus ait Gemin. Franch. & Concilium requirere beneficij collationem, vt ordinatus ab Epiſcopo non ſuo ratione beneficij efficiatur de eius foro, nam eius dictum ſubſiſtit actento iure cõmuni, & propterea citat Doctores explicantes canones, non autẽ, actento iure conciliari, quod in hoc caſu diſcedit à iure cõmuni, vt ſupra dixi; quia illud requirit beneficium tempore promotionis, iſtud verò contentatur, ſi ſtatim ſubſequatur collatio.

Dum vero, quidam Modernus ineptè ſcribit in ſua praxi Epiſcopali, verbo Dimiſſoriæ. §. 1. part. 1. Concilium in adducto capit. 9. requirere in familiari triennium, & beneficium; & propterea ſcire procurat rationem, quare eſt opus triennio, ſi ſufficit beneficium: aduertatur veritatem aberraſſe in primo aſſumpto, quandoquidem ſi ambo coniunctim præexigeret concilium; beneficium ante collationem ordinum, requireret in ordinando

dinando, cui esset ab ordinante collatum, quod ex eiusdem canonis lectura non procedit, qui tantum beneficij collationem, illicò post ordinationẽ, præcipit, idque ex Nauar. etiam apertius constat, in citato cons. 13. túm, quia post num. 1. volens defendere opinionem illam, nè Episcopus valeat cum fa-
2 miliari dispensare, quò ad illegitimitatem, ait, quod sublato vno de duobus impedimentis distinctis non censetur alterum sublatum, iuxta l. si domus ff. de seruit. Vrban. Prædior, & cap. ex tuarũ de auctor, & vsu pallij; & cum duo impediant, nè familiaris illegitimus possit ordinari ab alieno Episcopo; Nempè defectus natalium, & quia non est subditus, ac familiaritas triennalis auferat impedimentum tantum subiectionis, non autem defectum natalium; inde fit, vt illum promouere valeat, nisi sit illegitimus: supponit itaque Nauarr. ex sola triennali familiaritate, non posse dici amplius alienum Clericum, sed subditum, & subiectum, idque ex alijs, in eodèm consilio verbis, post num. 2. apertius liquet, dum ait præfatum cap. 9. Concilij, esse priuilegiatiuum, concedens Episcopis priuilegium ordinandi non subditos, cum (subiungir in fine,) non faciat familiarem triennalem subditum Episcopi, cui seruit, nisi quó ad collationem ordinum; & si priuilegium debet saltim aliquid operari contra Ius commune, vt illemet addit post num. 4. & scribit Dec. in cap. 1. num. 30. de rescript. fateri oportet satis esse ex concilio, solam familiaritatem triennalem in actu ipso collationis ordinum, quamuis subsequentem exigat collationem beneficij, ne à dispositione iuris communis videretur prorsus discedere, & annuit Vgol. postea visus in tractat. de Potest. Episcop. cap. 26. §. 4. in fine principij, nec non meus affinis Genuens. in Praxi Archiepisc. par. 1. cap. 48. nu. 5. allegatum, non receptum à Gratian. Discept. Forensi cap. 430. num. 13. à cuius credulitate descisco, tùm quia cessar ratio ob quam non assentitur Genuensi, quod nihil allegat, dum ego complures auctores, & rationes cumulaui, túm in eum retorquendo eandem rationem, dum ipse etiam nulla lege fouetur, cum vigore Concilij indicato cap. 9. requiri beneficium in familiari ante collatos ordines arbitratur, nec fauent, quæ in antecedentibus retulerat, militantia tantum de Iure Communi, & in terminis cap. cum nullus de temp. ordin. in 6. est itaque omni Iure valida relata conclusio, quàm optimé comprobant, quæ num. 7. & 8. congero.

3 Vt autem decisio dicti capitis concillaris, illustrius pateat, in primis repeto, quod incidẽter, mox scripsi, ne valeat Episcopus dispensare cum suo familiari non subdito, in his, quæ posset, si ille suæ iurisdictionis esset, & propterea, si illegitimus ille esset, nequiret habilitare illum ad suscipiendos ordines: nam licet auctoritatem habeat dispensandi, cum subdito illegitimo, vt minoribus possit insigniri ordinibus, & simplicia consequi beneficia, ex his quæ scribo in Rubr. de person. prohib. promou. cap. 13. nu. 80. cum homine tamen alterius Diœcesis, facere non valet, quamuis eius sir familiaris, vt scribit Nauar. citato cons. 28. in antiq. siue 12. in nouis sub tit. de tẽp. ordin. Sayr. decis. 29. de tẽp. ord.

4 Nec potest cum illo dispensare, vt non seruat s temporum interstitijs, ordines suscipiat, vt concludit idem Nauarr. consil. 27. quæsitum est in antiq. siue 12. in nouis de temp. ordin. & citatus Sayr. decis. 28. de temp. ordin.

5 Imo neque omnem familiarem triennalem ordinabit, quia non absentem, sed rãtum præsentem, cuius vitam, moresque scrutetur, & propterea non assumet negotiorum gestores, procuratores, aut alios quoscumque in remotis partibus, eius negotia agentes, vt inquit Maiol. in tractat. de irregular. lib. 4. cap. 2. nu. 5. & Salzed. ad Diazam in Praxi c. 26

6 Quin, & Episcopus titularis, prætextu cuiuslibet familiaritatis, aut continuæ commensalitatis suæ, absque sui Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs, ad aliquos sacros, aút minores ordines, vel primam tonsuram promouere, seù ordinare non valeat, decidit Sacrum Concilium Trident. in cap. 2. sess. 14. de reform. qui quidem Canon opitulatur plurimum meæ superius firmatæ sententiæ, ne requiratur beneficij subsequens collatio ab ordinante facienda suo familiari ordinato ad effectum, vt ille ratione beneficij dicatur subditus, quia non hac occasione inductum, iubet ita fieri; sed quoniam territorium, & Diœcesim non habet, in quo valeat ordines conferre, atque Clero, & populo caret, vt ex lectura dictimet canonis, satis constat: in tantum, quòd neque in loco nullius Diœcesis, aut exempto, licebit ei ordines dare, etiam prædictis, & si non potest per se, neque, & per alium, & propterea neq; litteras ad ordines poterit illis concedere, maximè cum iuxta verba eiusdem canonis, neque habeat subditos, & consequenter cui conferat.

Sed vbicumque Antistes potest suum ordinare familiarem, potest etiam, & litteras dimissorias eidem concedere; vt ab alio suscipiat ordines, ex Nauarro indicato consil. 27. siue 12. de tempor. ordin. in nouis, & probaui, cap. præcedenti, nu. 26.

7 Aliud quod aduertendum est, pro declaratione citati capitis 9. Sacri Coilij: illud est, quod beneficij collatio subsequi debet, túm si maiores, tùm si minores, aùt sola prima tonsura, fuerit data familiari, concludit Nauarr. consil. 24. N. familiaris in antiquis, siue 11. de tempor. ordinat. in nouis, & Rota in decis. diuers. 731. Domini dixerunt, num. 14. & 15. vol. 1. vbi adiungit, ita declaratum á Sacra Congregatione Concilij, quamuis Henriq. in Sum. Thæol. Moral. lib. 10. cap. 22. §. 2. videatur contradicere respectu primæ tonsuræ, etiam vigore dispositionis concilij.

8 Tertio inquirendum est, quale tempus dicatur competens, post Concilium, in præfato c. 9. ad conferendum beneficium, post datos ordines? & videtur dicendum, infra biduum faciendum esse; illud enim videtur fieri statim, illicò, vel incontinenti, quod intra biduum, vel triduum exequutum apparet ex l. fin. C. de error. aduocat, & cum Boer. q. 295. & primo prosuppono num. 9. scribit apertis verbis Petrus Fridericus Myndanus, in suo tract. de process. & mandat. lib. 2, cap. 74. nu. 13. aùt si infra dies octo, si Innocentio fides adhibenda erit, in c. veniẽs el 2. de testib. & meminit illic Abb. nu. 8. & attenta veriori, & sine dubio, communi sententia, si iuxta qualitatem casuum eiusmodi dictiones explicentur, atque ideo Iudicis arbitrio remictátur, vt is cognoscat, sit ne aliquid statim, incontinenti, aùt

illico

illico geſtum, vt optimé deſumitur ex Ludouico Romano conſil. 244. Pro euidentia num. 6. & Menoch, citato loco, iuncto caſu 18. nu. 4. & caſu 19. num. 2. atque Abb. poſt gloſam in c. quia propter num. 17. de elect. quinimmò ſi non grammaticaliter, dictio iſta, ſtatim, & aliæ, intelligenda erit, ſed iuxta ſubiectam materiam, & cum aliquo temperamento, vt quidem videtur conuenientius, certè explicabitur, ſtatim, quòd de iure fieri poteſt, vt inquit Bart. in l. 3. §. cum igitur num. 2. ff. de vi, & vi armata, & poſt alios Hieronym. Gonzales ſuper 8. Regula Cancell. gloſa 9. §. 1. num. 217. ſuffragaturque textus in l. 2. §. confeſtim ff. ad Tertull. & conſequenter tunc Epiſcopus reputabitur paruiſſe diſpoſitioni dicti Concilij, ſi quam primum in eius Diœceſi vacauit beneficium, quod familiaris ab eo ordinati perſonæ congruat, illi contulit; hęcque ſemper mea fuit ſententia, & fortaſſe non iniuſta, & ſummopere lætatus ſum, cum poſt multos annos, reperi Henriq. in ſum. Theol. moral. lib. 10. cap. 22. §. 2. in vltimis verbis, qui videtur in hanc eandem propendere opinionem, dum his vtitur verbis; Epiſcopus ordinarius familiarem non ſubditum, qui triennio fruitur continua eius commenſalitate, poteſt tonſura initiare, aut etiam ſacris quando beneficium vacans parat huic ſtatim conferre.

Huic tamen opinioni aduerſatur declaratio Congregationis Concilij; ſub die 22. Maij 1586. nè diceretur ſatisfeciſſe decreto dicti Concilij, qui ordinauit familiarem; & poſt vndecim menſes beneficium contulit, cuius quidem declarationis meminit Flamin. Pariſ. in tractat. de Reſign. beneficiorum lib. 4. queſt. 2. nu. 92. niſi dicamus, quod potuerit antea conferre, & propterea ita declaraſſe ampliſſimos illos Patres.

Præterea aduerſatur reſponſio mihi facta à viro quidem doctiſſimo, Ioanne Franciſco Fragano Auditore Illuſtriſſimorum Cardinalium Sacri Concilij interpretum; is enim à me interrogatus, die 5. Iulij 1605. de infraſcriptis capitibus, reſpondit, ex tempore abſque librorum reuolutione, in hunc qui ſequitur modum.

Concilium Tridentinum capite 9. ſeſſio. 23. de reformat. prohibet Epiſcopo ordinare ſuum familiarem, niſi per triennium fuerit ſecum commoratus, & beneficium Eccleſiaſticum ſtatim illi conferat.

Hæſitatur modo, cur teneatur beneficium conferre, cum ratione triennalis familiaritatis, conceda tur facultas promouendi.

Item debeat ne præcedere, vel ordinationem ſubſequi collatio Beneficij?

Et quatenus ſubſequi, infra quod tempus, & propterea dictio illa ſtatim, in eo textu poſita, in quo tempore verificetur.

Item ſi vacatio beneficij non occurrat, dicatur nè Epiſcopus contrauenire diſpoſitioni adducti capitis conciliaris.

Quidnè ſi beneficium vacare contingat, perſonæ, & meritis ordinati non condignum, fortaſſe quod non ſit ad illud aliqua ex cauſa habilis, & idoneus.

Tandemque ſi videatur Epiſcopo nimis opulentum, ideoque non conferendum infimo familiari.

Super his dubijs reſponſio fuit, nihil prodeſſe Epiſcopo diſpoſitionem præfati capitis, quippè quod licet declaratum fuerit collationem beneficij poſſe ſubſequi ordines; illud tamen intra paucos menſes faciendum eſſe, ſtante eiuſdem congregationis declaratione, qua definitum apparet, non ſatis fuiſſe, collatos fuiſſe ordines in vndecimo menſe, à die dati ordinis, quare ſi Epiſcopus, poteſt beneficium vacans dare antequam promoueat, illud conferendo queit ordinare familiarem, nullo expectato triennio, ſicuti & alijs quibuſcumque ſubditis ex cauſa beneficij. Quod ſi beneficium vacans, tunc abſit, nec debeat ſe exponere periculo, ſi poſtea nullum vacet; quia incideret in pœnas, quamuis ille continua triennali familiaritate fruatur, quin & ſi vacare contingeret beneficium, quod ille aſſequi non poſſet, ob aliquem ſuæ perſonæ, defectum, aut inhabilitatem, non propterea excuſaretur ordinans, non ſecus, ac ſi non vacaret.

Itaque parendum potius, quam contendendum apparet, non enim mihi dubium fuit, ſed res euidentiſsima ſemper de rigore iuris, & attenta verborum interpretatione, licere dare ordines familiari, & poſtmodum conferre beneficium, & quando commode fieri poſſet, nempè ſi ſubſequatur vacatio beneficij, idonei perſonæ aſſumptæ ad ordines; Verum dum Sacræ Congregationi viſum fuit contrarium in hoc ſecundo capite, ſubticeo; In eo autem. quod præcitatus Pariſius declarationem adductam Sacræ Congregationis, conualidare nititur Doctoribus ante Concilium ſcribentibus, quorum ſcripta iure communi fulciuntur, non conſentio; quia principale ſuppoſitum conciliare omninò contradicit Iuri communi, quod beneficium requirit tempore collationis ordinum; Concilium verò nequaquam, ſed poſſe conferri, poſt ordines, quare non mirum ſi Franchus ab ipſo, adductus, annuit collationem beneficij, eſſe cauſam validitatis ordinis, & quód Rebuffus ſcripſit ratione beneficij, fieri ſubditum, & propterea validam collationem ordinum, quorum doctrinæ non ſunt modo poſt concilium attendendæ, cum diſpoſitio conciliaris contineat priuilegium, ratione cuius datur Epiſcopis poteſtas ordinandi familiarem triennalem, etiam non ſubditum, ac nullum beneficium poſſidentem, in eius Diœceſi, vt cumulatius ſcripſi ſuperius, ex Nauarr. conſ. 28. in antiquis, & 18. in nouis, de tempor. ordin.

9 Verum admiſſa, vt tenemur, hac ſententia; quam ex declaratione (aiunt) proficiſci Congregationis Concilij, videndum eſt; in quam pœnam incidat Epiſcopus ordinans familiarem ſi poſtmodum labi patiatur tempus competens, antequam conferat beneficium; & ſi verba Nauarri in conſil. 24. N. familiaris, de tempor. ordinat. in antiq. ſiue 11. in nouis ſcrutemur, apparebit eum incurrere, & ordinatum, illam pœnam, qua afficerentur, qui ordines dediſſent, aut recepiſſent ab alieno abſque dimiſſorijs proprij; Mihi vero iſthæc opinio non arridet; Tum ſi attendamus verba præfatæ declarationis, tùm ſi Regulis iuris adduci velimus; verba

ſiquidem

siquidem declarationis, relata à Parisio indicata quæst.2.num.92. lib.4. se habent; non satisfecisse decreto Concilij in adducto cap. 9. qui ordinauit familiarem,& post vndecim menses contulit; hæc autem verba,nullam præseferunt expressam pœnam, neque Concilium addit aliquam, itaque recurrendum est ad terminos iuris, & videndum, qua pœna sit mulctandus, qui legi præcipienti aliquid, nulla adiuncta pœna,non obtemperat; cuius dubij resolutionem,mox inquiram; Tum etiam si Regulas iuris attendamus,cum sit in pœnis stricta facienda interpratatio, ex vulgata Iuris regula in cap. odia de pœnis, & canones, atque Constitutiones Sixti Quinti, & Pij Secundi castigantes ordinantes, & ordinatos ab Episcopis alienis, procedant in ordinibus male collatis,quia promotus non erat subditus, & sic loquantur de actu tunc prohibito, hic autem non ita, quia actus ab initio validus, & à Concilio permissus, eo tempore, quò geritur; licet postmodum reprehensus,cum infra iustum tempus, non subsequitur collatio beneficij, & propterea non videtur comprehensus sub dispositione dictarum Constitutionum, prohibentium initium malum, quod abest in casu, cuius nunc est dubitatio; in quo initium est validum, atque à iure concessum; & probaui superius in versic. Dum vero.

10 Itaque pœna qualis erit, & quidem peccato veniali sine dubio commaculabitur, quin, & mortali cum canon concilij vtatur verbo non possit, quod licet non sit præceptiuum, illi tamen æquiualet, vt dicit Sayrus in sua claui Regia lib.3. cap.7. sub numero 20. quo casu transgressor legis, reus sit peccati mortiferi, vt ipse subdit, & scripserat,antea Alphonsus à Castro lib.1. de lege pœnali capit.5. versic. quicquid in iure canonico, & non dissentit Tolet.in summ. tractat. de septem peccat. mortal. cap.20. versic. circa leges humanas, vbi ex Soto lib.1.de Iustit. & Iure, quæst.6. artic. 4. probat, omnes leges humanas obligare ad mortale, cum res est grauis.

11 Posthæc addere quæsitum oportet, si ordinari possit ab Episcopo, qui illi inseruiuit continuo triennio, tametsi non fuerit ille toto prædicto tempore Præsul; cui quæsito, vt rectè respondeam multa cumulare possem, nisi cognoscerem superuacaneum esse, propter declarationem, quæ emanauit à sacra Congregatione Concilij, in vna Brugnaten.his verbis; sufficit vt familiaris,qui vult ordinari ab Episcopo non suo, seruierit ordinanti per triennium,licet ordinans non fuerit toto triennio Episcopus.

12 Huiusmodi Episcoporum familiares, alijs nonnumquam potiuntur priuilegijs ratione iam dictæ familiaritatis, quin & regulariter eisdem gaudent, quibus eorum Domini gaudere solent, iuxta notata in l.1.& 2. vbi Bal. præsertim scribit C. de Episcop. & clericis; quorum præcipuum iudicatur illud de exemptione à foro laicali, tùm in ciuilibus, cum in criminalibus,vide Bouad. in Polit. lib.2.capit.17. num.97. tomo 1. nec non textum in capit. fin.de offic. Archid. qui communiter ad hoc citatur, vt inquit Boss. in tit. de foro compet. post numerum 127. & quæ sit vera resolutio vide, quæ super eodem cap.fin. scripserunt Hostiens. num.14. Ioan. Andr. num.15. Anton.de Butrio num.22. & reliqui scribentes, eorumque sententiam communiter tenent Doctores, teste Abbate in cap.2.nu.6. de foro compet., & insequuntur Calcaneus consil.71. pro dicto Nicolao, & Iulius Clarus §. finali quæst. 35. num. 12. nec non Viuius decis. 116. familia Episcopi vol. 1. Farinac. quæst. 8. num. 46. quorum verba apertè insinuant, subsistere iam dictam conclusionem in famulo; atque ideo in seruo temporaneo, sed indistinctè veram esse adiungit Capyc. decis.12. in causa Hurgonij num.1. & Ioannes de Monte Sperello inter consil. Calcanei consil. 72. Thesaur. decis.22. Colonus num.6. & Campag. in extrauag. de vita, & honest. cleric. verbo Priuilegio num. 34. quin etiam, & familiares cœterorum clericorum, & Ecclesiarum illud retinere priuilegium si perpetui sint, notat Ripa in tractat. de peste, tit. de remed. Prætor. §. deuenio nunc, num. 128. Gram. consil. Ciuili 102. num. 15. & 16. & alij adducti, maximè Campag. num.32. subdens esse veram, & communem conclusionem, & Thesaur. num.5. citatæ decis.22.

13 Quid in colonis, & Massarijs Ecclesiarum, seù clericorum, latè Thesaur. in adducta decis. quidue, cum Ecclesia, seù clericus vult proprium conuenire colonum,vtrum facere valeat coram Ecclesiastico, discutit Osascus. decis.31. Reuerendus.

14 Notarium verò laicum exercentem officium actuarij in Curia Ecclesiastica, aùt alterum exercitio cursoris fungentem, à superiore Ecclesiastico esse puniendum si delinquat in officio, non dubito, quamuis contradicat Carau. Ritu 49. item quod curia ipsa num.24. Namque ratio illa supponit, eidemque Carauitæ resistit, quam scripsi in annotat. ad Ritum Curiæ Archiepisc.Neap. 38.nu.5. & modo adiungo doctrinam Stephani Aufrerij exprèsè decidentem idipsum, quod modo conclusi; vt est videre in tit. de potest. Ecclesiast. in seculares casu 24.num.19. nec non Boer. decis.9. & præsuppono num.7.quas cum reperi propè modum gauisus sum,vt quod antea scripseram adductus ratione, auctoritate postmodum insignissimorum,maximè Doctorum confirmarem; quibus addo Bouad. eodem cap. 17. num. 48. & Villadieg. etiam in Polit.cap.5.§.23. num.29. sed in alia causa ciuili, vel criminali cum delinquit extra officium, tam Notarius, quám scriba, seú Fiscalis,vtrum cognoscat Superior Ecclesiasticus, videre poteris apud Marium Antoninum in practica variarum resolut.lib.1. resolut.75. exordiente cum P. de Bassis, nu.9. & Grat. decis.Marchiæ 133. familia Episcopi, in qua copiosè hanc de Notario, & alijs quæst. extricat,abundantiusq; discept.Forens.340.& 341.

15 Sed requiratur ne commensalitas, vt familiaris gaudeat hoc fori priuilegio, breuiter respondebo, cum textus, in dicto cap. fin. de offic. Archid. (cuius auctoritate fulcitur hoc priuilegium) nullum verbum ponat de commensalitate, & frustra Concilium Tridentinum in cap. 2. sessio. 14. de reformatione, loquens de ordinatione familiaris,& Regula Cancellariæ 3. verba faciens de beneficijs vacantibus per obitum familiaris, adderent verba illa, & continui commensales,si dum lex loqueretur de familiaribus, oporteret etiam eos esse continuos commensales; namque vt bene admonet

Mandos.

Mandoſ. in quæſt. 19. dictæ Regulæ, ſub num. 1. ex diſpoſitione illius Regulæ, duas qualitates requiri, nempè, vt ſint familiares, vtq; continui commenſales; cuius ſecundæ qualitatis, cum non meminerit textus in dicto cap. fin. de offic. Archid. non debemus illi addere, ex vulgata Regula, quod lex non dixit; ita quod rectè meo iudicio ſcripſit, præcitatus Marius Anton. indicata reſolut. 75. actuarium, licet non continuum commenſalem, gaudere priuilegio fori, quo reliqui familiares, & non obſtare dicit textum in cap. fin. de verb. ſignific. cœteroſque Doctores, illic citatos; & annuentes, non eſſe familiarem Epiſcopi, qui, & eius non eſt continuus commenſalis; ait enim (& optimè ni fallor) illos verba facere, in alijs terminis, vt ex eorum lectura conſtat; nempè in materia reſeruationis beneficiorum, quæ exorbitans reputatur, quoniam aufert ordinario poteſtatem conferendi, atque in ea propterea eſſe faciendam ſtrictam interpretationem, notat Franch. in cap. fin. num. 6. de verbor. ſignific. in 6. & Berous quæſt. 35. ſub nu. 2. Boniſ. in clem. fin. num. 46. de celebratione Miſſarum, Aeneas de Falconibus de reſeruat. in 2. prælud. & Gaſpar. de Peruſijs de reſeruat. benef. §. quę autem beneficia num. 8. & vltra Gloſam in 3. reg. Cancell. ibique Gomeſ. quæſt. 13. ac Mandoſ. regula 32. quæſt. 1. docet Creſcent. deciſ. 5. de præbend. hic autem agi de re fauorabili Eccleſiæ, & latam. In ea faciendam interpretationem, ex Menoch. in tract. de adipiſcen. poſſeſ. Remedio 4. num. 47. addo ipſe alios compluresDoctores, requirere in alijs caſibus commenſalitatem, vltra familiaritatem; ac præſertim Surdum deciſ. 35. incipiente Ciues Mantuani, affirmantem decreto Senatus reſolutum fuiſſe, adiunctam debere eſſe commenſalitatem, vt familiaris ſit immunis à collectis, alijſque publicis functionibus pro bonis, quæ haberet in Mantuano territorio; Namque affirmare licet nolim, ac nequeam, dictam immunitatem eſſe ſtricti Iuris, ſicuti & alij annotare minimè verentur; negare tamen non poſſum, quin Sacri Canones difficilius procedant ad concedendam immunitatem, illam à collectis, quam iſtud fori priuilegium; Eccine textus in cap. vnico de cleric. coniug. in 6. clericis coniugatis habitum, & tonſuram deferentibus, concedens priuilegium fori, non illud immunitatis; quotquot itaque ſunt Doctores, qui continuam adnectunt commenſalitatem familiaritati, non in hac ſpecie loquuntur, ſed in alijs caſibus, à quibus nõ eſt facienda extentio; tanto magis quod pro ſententia iſta mea, faciunt, tùm rationes adductæ, tùm expreſſa verba dicti Marij Antonini, tùm denique Ioannis Antonij de Nigris, vulgo nuncupati Campagna, qui in ſuis Commentarijs ad extrauag. Clement. 7. poſitam poſt ſua Comment. ad Capitula Regni in verſ. Priuilegio, poſtquam iam conſtituerat concluſionem de Priuilegio iſto fori, quo gaudent familiares, & alia multa, pro illius maiori declaratione, quærit num. 39. qui veniant appellatione familiæ, vt propterea potiri debeant dicto priuilegio, & multa inſerit meo dicto fauentia; quin num. 40. ex doctrina Felin. in cap. inſinuante de offic. deleg. atque ex alijs illic memoratis auctoribus, dicit vnum notabile, quod qui habent literas familiaritatis, non habent priuilegia familiarium, niſi exerceant officia, propter quæ dantur literæ, itaque poſt iam dictam concluſionem ſubiungendo, iſta verba, demonſtrat, clarè eius intentionis fuiſſe, vt familiaris habens literas, tantum gaudeat priuilegio fori, ſi exercet officium in eis, mentionatum, & conſequẽter requirit commenſalitatem, ſed ſatis eſſe, ſi in aliquo inſeruiat, ita quod ſit familiaris, & nouiſſimè notat in ſpecie Tuſcus concluſ. 72. litera F. nu. 44. vbi conſtituit differentiam famuli circa priuilegium fori, & alia Iura de famulis loquentia; vt in iſtis requiratur commenſalitas; non autem vt gaudeat priuilegio fori.

Vbi verò continuum etiam oportet eſſe commenſalem, nè omittas videre præcitatam Surdi deciſ. 35. pręfatamque Marij Antonini reſolutionem, 75. quandoquidem aliqua produnt notatu digna, quæque oſtendunt eum etiam comprænhendi, qui non domi, ſed extra degit; neque proprio Domini pane, & vino alitur, ſed ab illo ſalarium dumtaxat conſequitur, aut aliud æquipollens, nec non Calcaneum in conſil. 72. exordiente, quia copioſè, & alios inferius adducendos, verſic. ac præſertim, num. 16. ita quod etiamſi victus integer non illi detur per Calder. conſil. 8. in vltimis verbis de officio legati.

Cœterum ſi omnem materiam familiaris ſcire concupiſcas, non omictas perlegere textum in cap. fin. de verbor. ſignific. in 6. & quæ ſuper eo notant gloſ. in verbo continuè, Ioann. Monach. à num. 11. Archid. ſub num. 4. Nouella ſub num. 7. Anchar. á 5. notabili, Gemin. ſub num. 4. Philipp. Franch. ſub num. 4. Nec non quæ ſcribunt Rebuſ. in tractat. de priuileg. Scholar. priuil. 23. colum. 2. gloſ. in 3. Reg. edita ab Innocent. 8. verſ. item quæro Gomeſ. in regula de impetrant. benef. vacant. per obitum famil. Card. quæſt. 13. Mandoſ. in regul. 3. quæſt. 20. Rebuff. in reg. 32. §. Nec non illos. Caputaq. deciſ. 10. par. 2. ſeu deciſ. 1. in verbo familiaritatis, Achill. de Graſs. deciſ. 276. ſeu 13. de præbend. & deciſ. 378. ſiue vnica ſuper regula de impetrant.

16 Ac pręſertim de modo probandi familiaritatem, ſciendum eſt, rectè probari per libros Tinelli, quod ſcilicet deſcriptus ſit in eo, tanquam comedens in tinello, iuxta deciſ. 619. quoniam Garzias lib. 3. part. 3. licet probatio negatiua deſumi ex eo nequeat, ſi non reperiatur in eo deſcriptus, ſubiungat, tum quia multa contingere poſſunt, nè deſcribatur, tùm quia poteſt quis eſſe familiaris licet non comedat in tinello, ſed alibi expenſis Cardinalis, vt illic ſubditur maximè num 6.

Item per fidem Architiclini, ſeu magiſtri domus, vel calculatoris, & ſimilis, eadem Rotæ deciſ. num. 2.

Item per teſtes ex deciſ. 416. dubitabatur lib. 3 par. 3. diuerſ. maximè ſi deponant non comediſſe in tinello, ſed ei perſolutas fuiſſe annuatim pecunias, pro victu, & veſtitu, iuxta deciſ. Fabij in vna Abulen. de qua in deciſ. 145. in cauſa Abulen. lib. 2. part. 3. Diuerſ. & deciſ. 54. lib. 1. eadem part. 3.

Item per fidem, quod ſit deſcriptus in rotulo familiarium, iuxta deciſ. Putei 411. Ioannes de vergata lib. 1. non autem ſi teſtes dicant, vidiſſe illum

deſcriptum,

descriptum,in rotulo,iuxta decis. Tolomei 1097. Brixiens. lib. 3. par. 3. Diuers. Ac tandem videndus est Puteus, qui aliquot insimul modos recenset decis. 134. eadem die lib. 3.

17 De exemptione verò cum agitur clericorum, ab ordinarijs,prætextu familiaritatis Cardinalium, quia versic. sed requiratur num. 14. probaui illam odiosam esse, có quod potestati ordinariæ præiudicat,ideo Leo X. in sua Constitut. 8. sanxit, illos dumtaxat Priuilegio exemptionis gaudere, qui actu domestici, & continui sunt commensales,vel ab eisdem Cardinalibus, ad ipsorum exequenda negotia missi, vel qui recreationis causa, ad tempus à Romana Curia absentes fuerint; cœteris vero etiam familiaritatis literas habentibus, quominus coertioni Diœcesanorum, & ordinariorum, eorumdem subiaceát familiaritatis huiusmodi priuilegium nullatenus suffragetur; cuius verbis libentius in eam descendo resolutionem, quam antea constitui num. 14. de laicis familiaribus Episcoporum,vt gaudeant fori priuilegio, quamuis continui commensales minimè sint, quandoquidem Præfatus Leo,nisi cognouisset, potuisse in controuersiam adduci, idipsum de familiaribus Cardinalium, circa exemptionem ab ordinarijs, non eam promulgasset sanctionem, continentem iam relatam restrictionem, prænoscens difficilius alienari clericos, ab eorum ordinariorum iurisdictione, quam laicos à propriorum laicorum Iudicum auctoritate; cum & hi prorogare Iurisdictionem valeant alterius Iudicis etiam Ecclesiastici, eique sponté se subijcere, absque sui superioris consensu l. 1. ff. de Iudic. l. si conuenerit ff. de Iurisdict. omnium Iudic. & Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 48. num. 13. & 14. quod clerici efficere nequeunt, non solum laico Iudici se submittendo iuxta cap. si diligenti de foro compet. sed neque alio consimili Ecclesiastico, per textum in capit. significasti de foro compet. & Paul. Comitul. lib. 3. respons. moral. quæst. 41. N. Clericus, nu. 6. glos. 1. Abb. Imola Felin. & alij in eodem cap. significauit, Rodericus in qq. Regular. tomo 1. quæst. 26. de potestat. ad conferendum artic. 5. & Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 2. §. 17. num. 3. quam relatam differentiam inter laicum, & Ecclesiasticum, optimè probat Probus ad Ioan. Monach. in cap. sæpè versic. Item Clericus sub num. 8. de tempor. ordinat. in 6.

SVMMARIA.

Ordines gradatim suscipiendos esse ostenditur. numero 1.

Caracther imprimitur, dato quod ordo fuerit saltuatim collatus, num. 2.

Episcopalem, nec ne suscipiat ordinem, qui presbyteratu caret? num. 3.

Pœna refertur, qua mulctatur ordinatus, per saltum, num 4.

Dispensare quis valeat, cum tali ita promoto? numero 5.

Facultas Episcopo à Concilio data dispensandi cum promota per saltum, circa quæ versitur? num. 6.

Circa ordines prætermissos, quid agendum sit, numero 7.

Ordinato dubitanti, fuerit ne ordo omissus, quomodo succurratur, num 8.

De Cleric. per salt. promot. Rubrica Decima.

Cap. vnicum.

1 PRÆCIPIVNT iura, vt quisquis velit ordines suscipere, á minoribus incipiat, ex quibus debeat gradatim ascendere ad Præsbyteratum, vt si meretur, possit deinde Episcopus consecrari cap. 1. 77. distinct. ideo si aliquis susceperit ordines per saltum, peccatum commisit mortiferum, Nauarr. consil. 36. num. 1. de tempor. ordin. par. 1. sed tunc cauere attentè debet, né secundò iteret susceptum, ordinem; nam minimè ambigendum est, quin prima vice susce-
2 perit, quamuis saltuatim fuerit talis ordo collatus, cap. vnico de cleric. per saltum promot. quod si denuò susciperet, irregularitatem profectò contraheret Nauar. consil. alleg. & in Manual. cap 25. num. 71. & cap. 27. num. 242. & hoc etiam si per saltum promoueretur ad Præsbyterium, quia illius caractherem reciperet, tametsi laicus talem susciperet ordinem, vt firmat glos. Ioann. in cap. sicut viri §. clericatus 40. distinct. quam veram reputat sententiam glos. 6. ibidem, & vin. quem refert, & sequitur glosa finalis in dicto cap. vnico, ibidemque Hostiens. num. 2. glosa alleg. cap. sicut, versic. clericatus, & ibi Gemin. subiungens hanc esse communem opinionem, post num. 5. Innoc. in cap. 1. de præsbyt. non baptizato, glosa in cap. sollicitudo versic. subdiaconatus, 52. distinct. ibique Archid. num. 5. versic. in prima glosa; Nec obstat text. in citato cap. sicut, dum arguit, quod sicut viri, & mulieris digna coniunctio, vnum facit matrimonium; ita clericatus, & sacerdotium, vnum faciunt præsbyterum; ergo infert Hug. ex hoc Canone, quod cum certum sit vnius consensum non efficere matrimonium, ita (si per omnia inibi est expressa similitudo) sacerdotium sine clericatu, non constituit vnum Præsbyterum; Huic etenim rationi respondent illic Archid. & Gemin. num. 5. hanc similitudinem asseuerantes, non procedere vniformiter; subnectuntque rationes; quod autem textus ille firmat, vt clericatus, & sacerdotium vnum faciant presbyterum, arbitrantur subsistere, cum rectè ordinatis; alias verò tametsi inordinaté conferatur, & ordine non seruato, ipsum nihilominus sacerdotem faciat, si Ecclesiæ

forma

forma ſeruata fuit, & ratio illa erit, quam me docuit Diu. Thom. in ſupplem. ad tertiam partem quæſt. 35. artic. 5. in medio, & in 4. ſent. quæſt. 23. artic. 5. quia non eſt de neceſſitate ſuperiorum ordinum, quod ille habeat prius minores, eo quod poteſtates ſunt diſtinctæ, & vna quantum eſt de ſui ratione, non requirit aliam in eodem ſubiecto; propterea in primitiua Eccleſia, aliqui ordinabantur in Præsbyteros, qui prius non ſuſceperant inferiores ordines, & tamen omnia poterant, quæ poſſunt conſtituti in inferioribus; quia inferior poteſtas comprehenditur in ſuperiori virtute, ſicuti ſenſus in intellectu; Poſtea vero ex Conſtitutione Eccleſiæ, ſtatutum eſt, nè quis ad maiores ordines, ſe ingerat, qui antea ſe non humiliauit in minoribus officijs, vt inquit idem Thom. adducta q. 35. & propterea reciperet quamuis laicus eſſet, qui auſu temerario ſacerdotium ſuſcipere non vereretur; igitur tamen, ne hunc repetat ordinem.

3 An verò Epiſcopalem ſuſcipiat ordinem, qui ſacerdotio caret, controuertitur à Doctoribus, quorum plerique reſpondent negatiuè; vt Vinc. relatus à gloſ. fin. in cap. vnico de cleric. per ſalt. promot. quæ ſubiungit; hoc verius ſibi videri; commendat inibi Hoſtienſ. poſt num. 2. & Borgas, tractat. de irregular. par. 5. eadem rubr. num. 3. Silueſt. verbo ordo 2. num. 1. Diu. Thom. in 4. ſent. diſtinct. 24. ſum. Roſell. lib. 9. diſt. 10. cap. 7. Henric. in ſumm. Theolog. moral. lib. 10. cap. 7. §. 1. Raymund. in tit. de form. conſecrat. verſic. quid ſi clericus; addens omnes ferè Doctores, idem ſentire; quæ eadem verba profert, ſumm. Piſana in verbo ordinatus 2. in princip. ſequitur Emanuel Sà, in verbo ordo nu. 25. & hanc eſſe ſententiam Theologorum affirmat Maiol. tractat. de irregul. lib. 4. cap. 12. num. 3. Contraria verò opinio commendatur, à Canoniſtis, atquè etiam à nonnullis Theologis; hanc enim tradunt gloſſa Ioan. & B. in cap. ſollicitudo 52. diſtinct. & ibi Archid. & Gemin. num. 5. verſic. gloſ. 1. ſoluit, Abb. in adducto cap. vnico num. 5. ſubdens ipſam communiter teneri, quamque communem eſſe, dicit Gemin. eam fouens, in cap. ſicut viri, num. 6. diſtinct. 40. & è Theologis, hanc firmant; Aſtaſan. lib. 6. tit. 4. artic. 3. in princ. & Sot. tract. de Iuſtit. & Iure lib. 10. quæſt. 1. artic. 2. concluſ. vlt. verſic. hoc autem; fauent, quæ congeſſi rubr. 7. cap. 3. num. 28. & hæc mihi arridet reſolutio, quia præpoſteratio in collatione ordinum, non vitiat actum, neque impedit caractherem imprimi, quæ vnanimi omnium ſententia, clara eſt doctrina, neque aduerſatur textus in cap. ex literis de exceſſ. Prælat. ſiquidem ille textus loquitur de exequutione ordinis Epiſcopalis, eamque ipſum habere negat non autem, quin caracther imprimatur; nam re ipſa imprimit caractherem Epiſcopalis ordinis, ſed illum exequi non valet, qui ſacerdotium non ſuſceperit, vt optimè interpretantur Archid. citato cap. ſollicitudo in fine, & Ioan. Andr. in adducto cap. vnico numero 7. verſ. & ibi Sacerdos; ibique Abb. num. 5. & Gemin. in cap. ſicut num. 6. diſtinct. 40. & propterea, qui ante ſacerdotium, conſecratus eſt Epiſcopus, nullum ordinem poſſet alteri conferre, niſi antea ſuſciperet ſacerdotium, vt declarat Hoſtienſ. in ſumm. de cleric. per ſalt. promot. num. 1. verſic. mihi videtur, & Aſtaſan. citato artic. 3. quæſtiuncula prima, quod ſi ſacerdotium haberet, ſed alijs ordinibus, aut aliquo ipſorum careret, nemo dubitat, quin Epiſcopalis ordinis reciperet caractherem, vt inquiunt Silueſt. verbo ordo el 2. nu. 1. Alberic. verbo ordinatus el 2. & Maiol. adducto lib. 4. cap. 12. num. 3. in princ. & tunc procederet concluſio illa, quod nemo ordinem conferre poſſit, quem non ſuſcepit, quam tradit Hoſtienſ. in cap. vnico, ſæpè citato, num. 2. in fine, & alij per text. in cap. gratia, prima, quæſt. 1. & cap. Daibertum 1. quæſt. 7. quare Epiſcopus carens ſacerdotio nullum valeat conferre ordinem, qui verò ſacerdotium haberet, ſed alium non ſuſcepiſſet ordinem; nequeat illum tantum alteri dare, quo ipſe indiget, idque probat etiam Alberic. indicato verbo ordinatus 2. in fine; nouiſſimeque Marius Alterius tractat. de cenſur. tomo 2. de ſuſpenſ. Diſputat. 10. capit. 5. in fine, verſic. Quo ad primam partem.

4 Qui per ſaltum, & præpoſtero ordine ſe promoueri fecit, incurrit ſuſpenſionem, ab exequutione ſuſceptorum, & miniſtrando fit irregularis, vt inquit Abb. indicato cap. vnico num. 4. & 5. Hoſtienſ. num. 4. & firmat Silueſt. verbo irregularitas num. 13. tametſi, alij defendant, ne illa ſuſpenſio, ipſo iure infligatur, ſed per ſententiam à Iudice, vt Archid. in cap. ſollicitudo num. 5. ibique Gemin. poſt num. 2. verſic. quæro an recipiens 52. diſtinct. Innoc. in cap. ſi celebrat, num. 1. de cleric. non ordin. miniſtr. Lapus alleg 138. in CHRISTI nomine, num. 9. Specul. in tit. de offic. deleg. §. iuxtà propoſitionis, verſic. quidem.

5 Sed à quo valeat diſpenſationem obtinere, qui per ſaltum eſt promotus, haud conuenit prateterire; cui quæſito ſatisfacere nemo poterit, niſi diſtinctione vtatur; quare ipſe aſſeuero, ab Epiſcopo diſpenſari poſſe, ſi ignoranter ſuſcepit ordines per ſaltum, ſicuti etiam ſi ſcienter, ſed antequam miniſtrauit, quia ſi miniſtrauit, non niſi à Papa, vt reſpondet Hoſtienſ. in ſumm. de cleric. per ſalt. promot. §. fin. num. 8. cuius tamen reſolutionem, circa ordinatum ſcienter, per ſaltum, nec miniſtrantem, vt habilitari valeat ab Epiſcopo, reſpuit Gemin. in cap. ſollicitudo num. 2. diſt. 53. affirmans, vt promotus ſcienter hoc modo; dato, quod in illo non adminiſtrauerit, diſpenſari nequeat ab alio, quàm à Papa, mouetur rationibus inibi relatis, & auctoritate Hoſtienſ. in cap. vnico de cleric. per ſalt. prom. vbi in fine num. 2. nulla præhabita differentia, videtur indiſtinctè firmare, vt ſolus Papa diſpenſet cum ordinato ſcienter ſaltuatim; quæ ſecurior profectò eſt opinio, tametſi alia communior, quam tenent præterea Archid. in dicto capit. ſollicitudo num. 5. verſ. concedas, Lapus alleg. 28. en diſpenſet; & text. cum gloſ. fin. in adducto cap. vnico, dum firmant, vt ita ordinatum poſſit Epiſcopus habilitare, antequam, ille miniſtrauit. Cum illo præterea qui miniſtrauit, poteſt nonnunquam Epiſcopus diſpenſare; nempè ſi ſcienter celebrauit tantum in ordine ſuſcepto, nam tunc non impediretur Antiſtes cum illo diſpenſare, vt in eodem valeat deinceps miniſtrare, non autem pretermiſſum ordinem ſuſcipere Sylueſt. verbo diſpenſatio numero 16. verſic. ſeptimo, & verbo irregularitas num. 13.

num. 13. & confirmo in rubr. de person. prohibit. promou. capit. 11. á numero 22. & Rebuff. in praxi rubr. de cleric. malè promot. glos. 4. nu. 17. Insuper, dispensaret Episcopus si ministrauerit, credens ritè ordinatum, quamuis consanguinei, aut vicini dixerint ipsum promotum per saltum, Lapus citata allegatione 28. num. 1. Ioan. Andr. in sæpè allegato capit. vnico Hostiens. in summ. eodem titulo num. 4. & rubr. de cleric. non ordin. ministr. num. 3. Astasan. lib. 6. tit. 4. artic. 3. quæstiuncula 4. Hanc tamen concedet dispensationem Episcopus, postquam prædictus suscepit ordinem omissum, vt tunc valeat ministrare; Nauar. in sum. cap. 25. num. 71. & Rebuff. super allegata glosa 4. numero 16.

Hic autem cessat dubium ab aliquibus propositum, cur dispensatio in his casibus maximè, Apostolica aliquandò requiratur, si tanquam non suspensus ipso Iure, minimè valeat irregularitatem contrahere: nam respondeo, me conclusisse hunc fieri suspensum ipso iure; sed, qui hoc negant, concludentes suspendendum esse, huic oppositioni illam tradunt responsionem; & dicunt prædictam dispensationem fieri, ad fœdandam dubiam mentem credentium, hunc depositionis pœnam mereri, vt notat Hugo, quem refert, & sequitur Archid. in cap. sollicitudo num. 1. distinct. 53. propterea dispensatur, nè deponatur, per eundem Archid. in cap. Lugdunensis num. 4. causa 9. quæst. 2. atque ita perpendunt verba, quibus solet vti Papa, in huiusmodi dispensationibus, illa nempè, mandamus quatenus ipso ad tempus suspenso, super hoc, auctoritate nostra dispenses; ex quibus inferunt, non dicere Papam, super irregularitate dispenses, sed super hoc, vt annotarunt Archid. citato capit. Lugdunensis num. 4. & Specul. in tit. de dispensation. §. iuxta propositionis. Prædictis potuissem vtique alia permulta subnectere, & quæ scripsi, copiosius explicare, si hoc tempore iuris communis superinde dispositio subsisteret; sed cum Concilij Tridentini decreto, ac Sixti V. Constitutione, aliter reperiatur sancitum, meritó censui illa silentio inuoluere, & hæc non omittere, ad quorum declarationem conuenit, vt me conferam.

6 Ac primùm Concilij Tridentini decretum repetam, in cap. 14. sess. 23. de reformat. concedens cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopum ex legitima causa posse dispensare, à cuius contrario sensu, apertè constat, prohiberi id facere, cum eo, qui ministrauit, nulla præhabita distinctione, scientiæ, vel ignorantiæ; eò quod simpliciter loquitur canon ille; ac propterea concludendum opinor, vigore Concilij semper indigere Apostolica dispensatione, qui saltuatim ordinibus insignitus ministrauit; cuius meæ sententię fuit antea Maiolus tractat. de irregular. lib. 4. cap. 12. numero 2. & consequenter, nequibit Episcopus dispensare, túm si ministrauit in ordine prætermisso, túm si in suscepto per saltum; quinimmò eiusdem Concilij decretum, non tantum subsistit, cum ad sacros ascendit per saltum, & in eis ministrauit, sed etiam, si ad minores, iuxta declarationem Illustrissimorum Cardinalium Tridentini Concilij interpretum, in vna Catanien. mox rescribenda; Verum antea inquiramus facultatem concessam Episcopo ab ipso Concilio, circa quæ versari, & respondeo non versari, vt ordinatus ascendat ad superiorem ordinem, antequam inferiorem omissum recipiat, quia repugnaret institutioni de ordinibus gradatim recipiendis, neque vt ordinatus possit ministrare in ordine sic suscepto antequam prætermissum receperit, quia dispensaret fieri rem de perse malam, & prohibitam á sacris Canonibus Itaque dicendum est concedere Episcopo facultatem dispensandi cum illo, vt ordinem omissum recipiat deinde in suscepto per saltum ministret, atque ad superiorem ascendat, ita Alterius in adducendo cap. 5. versic. probatur secundo; comprobatq; citata declaratio his verbis. Hoc c. 14. sess. 23. de reform. habet locum, tám in promotis per saltum, aliquo sacrorum ordinum omisso, vel omissis minoribus tantum, aut prima tonsura tantum, aùt vno tantum; Cúm veró non ministrauit, tàm ex iuris dispositione, quám eiusdem Concilij Decreto licet Episcopo dispensare; túm ad supplendum omissum, quàm in eis postea ministrandum; hoc enim est de Iure communi, per ea, quæ scribit Rebuff. in praxi rub. de cler. malè prom. glos. 4. nu. 16. idque multò magis per Concilium, indistinctè loquens, sed cum occultis, nèc deductis ad forum iudiciale, ex eodem Concilio in cap. 6. sessio. 24. de reformat. licere Episcopo dispensare, etiam postquam ministrauit, conclusit Maiol. loco nuperrimè relato.

Per Constitutionem verò Sixti V. editam contra Clericos malè promotos, fit ipso iure suspensus, siuè scienter, siuè ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita, iustus error, & probabilis facti ignorantia cum excuset §. vt igitur, & §. nihilominus; tùm si ad minores, quàm si ad maiores, vt probaui, in rubr. de tempor. ordin. capit. 2. numero 21. cuius vigore, neq; á sola suspensione, néuè postea ab irregularitate absoluit; aut dispensat Episcopus, sed Papa tantum. vt constat, ex §. vt autem; neque etiam in foro conscientiæ, vt in citato §. In occultis, præterea, nec deductis ad forum iudiciale, in quibus posset dispensare vigore Concilij, pauló ante citati, per illam constitutionem prohibetur, tàm in hoc, quám in alijs casibus malę promotionis, vt colligitur ex eodem §. vt autem: ibi, aút Episcopis per Decreta Concilij Tridentini his temporibus non in omnibus viget adducta Sixti Constitutio propter alteram Clem. 8. exordientem ad Romanum Pontificem decet, quę pro parte moderatur, pro parte verò reuocat citatam Sixti legem, aċ propterea subsistit dispositio Concilij.

7 Quid autem circa ordines prætermissos agendum sit, superest non ignorare, & opinor cautè supplendum esse, quod incautè fuit omissum cap. sollicitudo 52. distinct & cap 1. de sacram. non iteran. Diuus Thom. in supplem. ad tertiam partem quæst. 35. artic. 5. etiam si prima tonsura fuisset omissa, ex verbis Abb. qui in hanc videtur propendere sententiam, dum vltimo loco refert Hostiens. illam firmantem, contra Innocent. in capit. cum contingat num. 1. versic. quæro, quid si omittatur, de ætat. & qualit. & apertis eam defendit verbis Geminian. in capit. Psalmista num. 6. distinct. 23. subdens rationes, quibus prædictam, & à

& à me conſtitutam reſolutionem, tueri nititur.

Cum verò ordinatus anceps eſt, ignoratque vtrum nè fuerit ordo omiſſus, ſed ipſe aliique ſecum dubitant, quia ex iuris diſpoſitione, omnes debent neceſſariò habere inferiores, qui ſuperioribus ſunt inſigniti; vt concluſi in initio huius capitis; ideó ſubintrat regula illa Iuris, & indubitabilis, vt Sacramentum, quod neceſſariò conferri debet, ſi probabiliter dubitetur, an interceſſerit, ſit ad cautelam conferendum, ex Abb. in cap. vnico nu. 2. de cleric. per ſalt. prom. quia non dicitur iterari, quod neſcitur eſſe factum, merito debebit ad illum ordinem aſſumi; ſed cautius aget ordinator, ſi ratione dubietatis præmitteret illa verba, ſi non es ordinatus, & quæ ſequuntur, & ita in animo habere conuenit, & in hoc inſtruat ordinandum, vt ſi eſſet illo ordine inſignitus, ipſi non intendant, per orationes dicendas, & vnctiones faciendas, Sacramentum dare, aut recipere; at ſolum cum non eſſet, aùt non ritè, aùt nulliter promotus, vt concludunt Ioan. Andr. in pluries alleg. cap. vnico num. 2. & Hoſtienſ. numero item 2. verſic. iteratum. Alia multa de ordinato per ſaltum tractat Alterius in memorato cap. 5. quin, & multa copioſius explicat in his quæ hactenus propoſuimus, illius ſcripta poterit lector percurrere.

SVMMARIA.

Ordinari quiſquam poteſt, ſi non ſit prohibitus, num. 1.

Illumque ab ordinibus ſuſcipiendis impedire nequit Antiſtes, num. 2.

Requiſita in ordinando de neceſſitate Sacramenti, quæ ſint, num. 3.

Baptiſma ſi abſit, nec ordo, neque vllum Sacramentum confertur, num. 4.

De Perſonis prohib. promoueri. Rubr. XI.

Capitulum Primum.

1 CVNCTA quia permiſſa cenſentur, ni expreſsè vetita reperiatur, iuxta gloſam notab. in cap. inter corporalia, verſic. non inuenitur de tranſ. Prælat. vnanimi conſenſu ſcribentium probatur, licere cuique ordines ſuſcipere Eccleſiaſticos, cui à iure id expreſsè prohibitum eſſe, non appareat; Henric. qui alios congerit, in ſum. Theolog. moral. lib. 14. cap. 1. §. 3. idque adeó, nè etiam occulto peccato maculatum volentem ordinari, impedire Antiſtes queat; per Conſtit. Alex. 3. in cap. ex tenore de tempore ordin. ſed poſtmodum ſublatam à Concilio in cap. 1. ſeſſ. 14. de reformat. quo præterea iure, licèt ſancitum legatur, nè vlli ordinentur de quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe, in cap. 4. ſeſſ. 23. de reformat. quique Iudicio ſui Epiſcopi non eſſent vtiles, aut neceſſa-
2 rij ſuis Eccleſijs, iuxtá cap. 16 eadem ſeſſ. & tit. Nihilominus ſi aliud non obſtet impedimentum, aut crimen, etiam occultum vt ſupra, Epiſcopus non poteſt, nèc debet illius abnuere poſtulatis, ac propterea cum olim quidam laicus Feltrenſis, conqueſtus eſſet apud Sanctiſſimum Dominum quod ſibi diù petenti, numquam Epiſcopus primam tonſuram contuliſſet; Sacra Congregatio Concilij, ſanctitatis ſuæ iuſſu, dedit literas ad Epiſcopum Caruinum, vt eundem laicum, de cuius moribus, vitæ probitate, ſcientia, alijſque qualitatibus legitimè conſtiterat; ad primam tonſuram promoueret, atque iterum ſacra Congregatio ſuper Epiſcopis, ſimiles dedit literas, Clericis illis Papienſibus de quibus loquor abundè in rubr. 9. cap. 8. ſub num. 37. Eos igitur à iure vetitos ordinari, expedit non ignorare, vt ipſis cognitis, noſcamus, & reliquos quibus non eſt interdicta promotio; argum. §. primi inſtit. de tutel. & l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Iur. Quotquot autem Doctores, tot, & diſtinctiones, quibus vtuntur pro explicatione perſonarum, non valentium inſigniri ordinibus: Ipſe verò excogitaui thema ſumendum ex diſtinctione Diui Thomæ in 4. ſentent. diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 1. dum ſatur, quædam in recipiente Sacramentum ordinis requiri de neceſſitate ipſius Sacramenti, ſine quibus haùd imprimatur character. Quedam veró de neceſſitate præcepti, ob congruitatem Sacramenti, quæ quamuis omittantur Sacramentum tamen conferatur; & illud animæ relinquat indelebile ſignum. Qua quidem diſtinctione, omnes perſonas ad Eccleſiaſticos ordines aſcendere vetitas, complectar. Admoneo tamen pro clariori cognitione, omnia requiſita in Epiſcopo ordinando, & conſecrando, & ab Apoſtolo tradita ad Tit. 1. & 1. Timot. 3. Auguſt. & Gregor. extendiſſe, ad quemlibet alium ordinandú, vt nobis conſtat ex cap. cognoſcamus 34. diſt. & c. Apoſtolus 31. diſt.
3 Quæ autem in ordinando de neceſſitate ſacramenti, præexiga ntur, in duobus potiſſimum conſiſtunt, nempè in ſexu virili, & Baptiſmo; ac propterea, quamuis multa ſint impedimenta, & defectus, quibus prohibetur ordinum ſuſceptio, nullus tamen impedit, quin character imprimatur, niſi defectus virilis ſexus, atque Baptiſmi Nauar. conſ. 7.
4 (licèt deſit in nouis) num. 3. de tempor. ordin. in antiq. & Sayrus dec. 1. 9. de tempor. ordin. Nam iure diuino fœmina, & cathecumenus, ordinis ſunt incapaces: Henric. dicto lib. 14. c. 2. §. 1. ſine Baptiſmo, enim, nec ordo, neque aliud cóſertur ſacramentum c. 1. de Præsbyt. non bapt. qui quidem, cú non tantum ad ordines ſuſcipiendos impedimentum producat, verú etiá ad reliqua ſacramenta, non erit hic de eo diſputandi locus, cum de impedimentis dumtaxat ordinum, quàm breuiſſimis verbis ſtatuerim, nunc agere; alibi (niſi fata inuiderint) in ea ſpecie daturus vberiora. cùm de Baptiſmo ſcribam;

tu verò interea adire poteris pro hac re Franciscum Suares, in suis Commentarijs, ad Diuum Thomam; qui cœteris prolixius, vniuersalem Baptismi tractatum explicat à quæst. 66. cum tribus sequentib. par. 3. & virũ illũ, in quo summa auctoritas, & religio est, atque amplitudo Cardinalem, Bellarmin. qui in lib. de baptismo, 27. capita complectente, eius explicat tractatum, & ipse aliqua delibaui in rubr. de Sacram. in genere à num. 26. de defectu autèm virilis sexus, aliqua prodam cap. sequenti; hic tamen non omittens, inter hos defectus à nonnullis, fuisse commemoratum alium, scilicet liberæ voluntatis, siquidem crediderunt voluntatem coactam, in causa esse, ne ordinis carácther imprimatur, quorum tamen dictum, quia non est simpliciter, & absolutè verum, ideò æquius esse censui, & congruentius, istum defectum, à prædictis alienum, explicare inferius, cum cœteris relatis in secunda distinctione principali. Alij vero quartum adijciunt defectum, nempé Aetatis legitimæ, opinanturque puerum ante annos discretionis ordinatum, non suscepisse ordinem, maximè sacrum, quorum minus iustam, & rationibus non probatam sententiam respui, in rubr. de ætat. ordin. capit. 3. numero 8. ideò clausis oculis ipsorum in hac re opinionem iniustam, præteribo; & à defectu sexus exordiar cap. sequenti.

SVMMARIA.

Mulieres ordinari prohibentur, & ratio subijcitur, num. 1.

Mulieribus interdicunt Cæsarum iura, actus ciuiles, num. 2.

Mulierum vitiorum relatores citantur, & aliqua summatim referuntur, num. 3.

Diaconissa quæ ita appellatur, num. 4.

Præsbytera, quę sit, num. 5.

Præsbyteri concubina cuius sit fori, numero 6.

Mulieres loquaces esse demonstratur, & reconditarum rerum propalatrices, numero 7.

Capitulum Secundum.

1 FOEMINAM omninò esse ordinis incapacem, non ambigitur, & probat Diuus Thomas in 4. sentent. dist. 25. quæst. 2. Argent. eadem dist. quæst. 2. artic. 3. Sot. quæst. 1. artic. 2. conclus. 1. & cœteri communiter, ac summistæ omnes in verbo ordo, subiungentes, id à iure Diuino constitutum fuisse, ea præsertim ratione adducti, quia dum CHRISTVS in cœna exhibuit potestatem consecrandi, & Ioan. 20. tradidit auctoritatem absoluendi, nullam ordinauit fœminam, sed viros tantum, ergo id non alia ex causa, nisi illa, quia noluit eas huiusmodi sacramenti esse capaces, si etenim censuisset eas habiles ad ordines suscipiendos, talem gradum honoris, nequaquam subtraxisset á præstantissima, & dilectissima matre sua, quam nobilissimam creaturam, CHRISTVS præ cunctis alijs honorauit.

Alia insuper moti sunt ratione præfati Doctores, quod ordines Ecclesiastici inter alia officia, ad docendum sunt instituti; nam actu docere, & prædicare Euangelium competit Sacerdoti, & Diacono; habitu vero alijs in inferioribus existentibus ordinibus, & omnibus competit, etiam publicè in Ecclesia pro alijs orare; quorum vtrumque mulieribus denegatur, per auctoritatem Apostoli qui 1. Thimoth. 2. præcipit, vt in silentio discat mulier, cum omni subiectione; adiungens docere autem mulieribus non permitto, & Grat. in cap. mulier 23. distinct. affatimq; scribit Pegna ad director. Eymerici par. 2. comm. 11. §. fœmina vero, & in cap. 11. ad Corinth. 1. idem Apostolus mandat, vt mulier non nisi velato capite oret.

2 Et si iura ciuilia mulieribus prohibent actus ciuiles l. fœminæ vbi Det. & Cagnol. pulchra quædam addunt ff. de reg. iur. congruentius sanè eisdem vetuit ius Diuinum, nè ordines susciperent; quamuis etenim nonnullis in casibus fœminæ, & masculi paris sint conditionis, quorum decem, & tres numerat Specul. in tit. de procur. §. 1. nu. 3. versic. Porrò, & Dec. in dicta Regula fœminæ numero 86. & in alijs multis, sint melioris conditionis ipsis masculis, quos recenset Hippol. de Marsil. sing. 248. conditio mulierum, & vndecim specul. citato num. 3. decem, & octo Decius adducta Reg. num. 70. ac centum Ioannes Basianus in glosa ad consuetud. Aluer. in tit. (des donations) cap. 14. artic. 11. Regulariter tamen sunt deterioris conditionis, præsertim in casibus 37. relatis per
3 specul. citato §. 1. num. 2. & alijs per Lambert. tractat. de iure Patron. part. 1. lib. 1. artic. 2. quæst. 7. princip. num. 1. cum seq. & 39. per Decium sæpè citata Reg. feminæ nu. 2. quinimò Aluar. Pelag. de planctu Eccles. lib. 2. cap. 45. præter vitia omnibus communia, refert centum, & duo peculiaria vitia mulierum, & Soccin. in cap. ad Audientiam num. 48. de homicid. dixit Mulierem Animal imperfectum esse; atque vnanimi scribentium consensu, volubilitate, & instabilitate notatur, quod noster Maro ostendit, inquiens in lib. 4. Aeneid.

Varium, & mutabile semper fœmina.

Quod etiam Propert. lib. 2. nos edocet; asserens.

Nulla diù fœmina pondus habet

& Actius Sincerius Sannazarius Egloga 8. & Ludouic. Ariosta cant. quorum scripta paterit curiosus Lector adire si illarum fraudes, & vitia peroptabit aufugere, hic tamen nolui Corseti carmina in cap. ex parte M. de Appell. omittere.

Crede ratem ventis, animo nè crede Puellæ
Namque est fœminea tutior vnda fide
Fœmina nulla bona quod si bona contigit vlla
Nescio, quo facto, res mala facta bona est.

&

& Plautus in Aulularia Actu 1. cap. 3. aſſerit, quod fœmina nulla bona, & ſi alia, alia peior (adiunxit quidam Antiſtes) quod fœmina nulla bona, quia ter mutatur in hora; Iuſtiſſimis igitur ex rationibus conſtitutum reperitur; ipſas omninò inhabiles ad ordines ſuſcipiendos.

Non tamen peruerſi homines defuerunt, cataphrygæ nuncupati, qui mulieres ad ſacramentum ordinis admittendas eſſe crediderunt, erroneis quibuſdam rationibus ducti, quas Catholici Scriptores referunt, rectéque reſpuunt.

Primam illi eliciunt rationem ex cap. Diaconiſſam 27. queſt. 1. & c. Præsbyter, & c. Mulieres 32. diſtinct. textus enim in cap. Diaconiſſam, præcipit nè Diaconiſſa ante annos 40. ordinetur, pro quo diligens fiat probatio, quod ſi ordinationem ſuſceperit, & quantocumque tempore obſeruauerit miniſterium; & poſtea ſe nuptijs tradiderit, iniuriam faciens gratiæ Dei, Anathema ſit, cum eo, qui in nuptijs ipſius conuenerit; quod idem tradidit Imper, in §. quanta, in auth. quomod. oport. Epiſc. in §. Diaconiſſam, in auth. de Sanctis. Epiſc. & l. generali C. de Sacroſanct. Eccleſ. Alij autem duo relati Canones, Præsbyteram mulierem memorant, ex quibus textibus depræhendunt aduerſarij, fœminis licuiſſe ordinari, cum Diaconiſſæ, & Præſbyteræ mulieris, canones illi meminerint.

Altera ratio, quia in illam adducuntur ſententiam, fuit, quia donum Prophetiæ, & Prælationis officium præſtantiora cenſentur Ordinibus Sacris; ſed tùm Prophetiæ donum, tùm Prælationis officium conſtat conceſſum fuiſſe mulieribus; ideò dicendum aſſerunt, eiſdem conceſſum fuiſſe, quod minus eſt, & conſequenter ordinis Sacramentum: Quod autem mulieribus fuerit datum Prophetiæ donum, apertè liquet ex lib. 4. Regum capit. & quod officium Prelationis illæ habuerint, eadem Sacra Scriptura démonſtrat, quæ Delboram iudicaſſe Populum Iſrael, eique multis annis præfuiſſe recitat lib. Iudic. capit. 4. & Hiſtorici Cathalogum referunt caſuum, qui, & iudicaſſe, & regnaſſe, & pugnaſſe mulieres nos edocent, veluti fuerunt Amazonides, Scythiæ fortiſſimæ, prudentiſſimæque mulieres, & Reginæ; quarum præſtantiores Martheſia, Lampeda, Orithia, & Pantheſilea: extiterunt etiam Camilla Volſcorum Regina, Cleopatra Aegyptiorum; Helena Troianorum; Candax Populorum Aethiopiæ, Amalaſunta Gothorum; & apud Chriſticolas, vtraque Ioanna vtriuſque Siciliæ, ac demum Maria Angliæ Reginæ, atque aliæ, quarum meminit Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, verbo duas habens filias num. 4. de teſtam. quarum maior pars, & ſuis manibus militauit, & cuncta Iuriſdictionalia exercuit, atq; etiam ſententias protulit; Angelus enim in l. cum Prætor ff. de Iudic. affirmat Reginam Ioannam id feciſſe, quam in Regali ſolio ſedentem, & ferentem ſententiam capitalem aduerſus quoſdam familiæ de Balſo refert vidiſſe Felin. in capit. dilecta num. 1. de maior. & obed. ſubiungens idem in Comitiſſa Mathilda, cuius meminit, inſuper gloſa in l. fin. C. de Arbit. & punctualia verba Felin. reſcripſit Ioann. de Selua tractat de benef. part. 2. queſt. 5. num. 5.

Verum rationes iſtæ, quam improbabiles ſint quamque contemnendæ, haùd difficulter conſtabit, cuicumque animaduertenti, quæ Thomas Argent. Sotus, atque alij citati, in huius capitis initio tradiderunt, quique concordi, & vnanimi conſenſu, reſpondent prædictis, & non validis rationibus,

4 ac primo loco relatam reijciunt, quia Diaconiſſa illis in textibus, non ita appellatur, tamquam fuerit illo ordine initiata, ſed tanquam habilitata, licentiata, deſtinata, ſeu admiſſa lectioni homiliæ in officio matutinali, in choro recitando cap. noua de pœnit. & remiſs. aut quia, hoc nomine antiquitus vocabatur, quæ tunc Sacerdoti miniſtrabat, eaque hodie deſit in Eccleſia Romana, iuxta gloſam in l. generali verſic. Diaconiſſa C. de Sacroſanct. Eccleſ. & non improbat Archid. in cap. de perſona num. 2. 11. queſt. 1. vel & 3. reſpondeo, cum Epiphan. cuius verba ſubſcribo; ſed & Diaconiſſæ conſtituuntur in miniſterium mulierum ſolum propter reuerentiam, ſi opus fuerit, balnei gratia, aut viſitationis, aut inſpectionis corporum, & ipſæ ſint, etiam quę in vnis nuptijs continenter ſe habuerunt, aút ab vnis nuptijs viduitatem ſeruauerint, aút ſemper Virgines ſint; hactenus ille in lib. 3. contra hæreſes, tomo 2. & reſcripſit Petrus Greg. Tholoſ. lib. 16. ſyntagm. iuris vniuerſi cap. 7. numero 12. ex quibus verbis colliget quiſquam, quam contrarium fuerit miniſterium Diaconiſſarum, ab exercitio, & officio Diaconorum. Præsbytera au-

5 tèm non ita dicitur, quia ſacerdotalem ſuſceperit ordinem, ſed tale retineat nomen, quę vxor eſt Pręsbyteri in Regno Græcorum, vt eiuſdem textus verba oſtendunt, ibi Præsbyteram ſuam, vt ſororem diligens; & ego huius rei veritatem ab hominibus nonnullis, & Græcis expetere non deſtiti, qui omnes reſponderunt, ſacerdotis vxorem apud eos ita appellari, quo etiam nomine vulgus paſſim vo-

6 care conſueuit Præsbyteri concubinam, quam de foro Eccleſiæ eſſe, ac puniendam á Iudice Eccleſiaſtico tenet gloſa 2. in cap. eos 32. diſtinct. Abb. in cap. cum ſit generale num. 25. de foro compet. Iaſon in l. cum quædam puella num. 17. de iuriſdict. omn. Iudic. Rom. ſingul. 665. licet vxor, quod etiam verum eſſe exiſtimo in concubina occulta, non tantum notoria, vt concludit Anchar. in regul. ea quæ 24. queſt. de reg. iur. in 6. & conſ. 196. magnificé num. 4. Afflict. in conſtit. Regni, Maieſtati ſub tit. de adult. rubr. 48. num. 9. & ibidem latiſſimè Barthol. de Capua: ſecundam verò rationem refellunt, affirmantes Prophetiæ donum multis mulieribus conceſſum fuiſſe, id tamen, vt Dei Donum, non quia Sacramentum: Prælationem autem dupliciter diſtinguunt, ſpiritualem vnam, temporalem alteram, Primam, & reſpicientem ordines, nuſquam mulieres conſecutæ ſunt, nec vlla illarum vnquam habuiſſe legitur, ſed tantum ſecundam, atque hanc retinuerunt. Delbora, aliæuè nuper memoratæ, ideoque Innocent. 3. tamquam execrabile damnauit, & nouum eſſe iudicauit, Abbatiſſas, moniales proprias benedicere, ipſarum confeſſiones in criminibus audire, & legentes Euangelium præſumere publicè prædicare, in capit. noua de pœnit. & remiſs. quin Sother Papa indecens eſſe

X 2 exiſti-

existimans,quod passim in Italia fiebat, vt moniales sacra vasa, sacratasque Pallas contingerent, & incensum circa altaria deferrent, Episcopis huius Prouinciæ rescribendo mandauit,prædicta omnia, quam citius sanctæ Sedis auctoritate resecari in capit. sacratas 23. distinct. & ipse, alia quoque, & validissima ratione existimo promotionem mulieribus interdictam fuisse, siquidem si ordinari potuissent,nonnè Sacerdotium suscipiendo, potestatem simul audiendi confessiones, & absoluendi à peccatis recepissent, de Iure? vtique respondere oportet, ex notabili Regula Glosæ in extrauagant. communi, super cathedram versic. à iure de sepult. Nauarri, qui glosam prædictam non citat, in summ. cap.4. num.3. & Concil. Trident. in capit. quamuis de reformat. sessio. 23. & quo pacto aliorum peccata audire potuissent,si Sacerdos Auricularius secretus esse debet, & cauere nè verbo, aut signo aliquatenus prodat peccatorem? ex cap. omnis de pœnit. & remiss. & latè Graff. lib.1. De-
7 cis.Autear. cap. 13. ipseque abundantius cap. 32. à num.5. dictæ autem mulieres sint loquaces omnes, adeò vt scribentes nullam ipsarum mutam esse opinentur, teste Ouid. lib.1. de Arte, hinc legitur cap.14. Iudicum, Sansonis vxorem ciuibus suis indicasse secretum,quod à marito extorserat,ille verò proprijs Parentibus coclauerat,hinc sacrarũ literarum Professores expetentes rationem,cur Dominus noster IESVS CHRISTVS, post Resurrectioné primò apparuit muliebri sexui, nempè Magdalenæ, Marci 16. & inter alias illam proferunt, quod Dominus volens, vt sua Resurrectio diuulgaretur,eam mulieri primum patefaciendam esse constituit,quod eiusdem verba,per Ioan.scripta cap.20.indicant; etenim cum Maria Dominum cognouit, eidem dixit Dominus, noli me tangere (& subijciens inquit(vade autem ad fratres meos, & dic eis; quare ipsius Resurrectionis Mysterium detegi dum volebat, cui congruentius poterat prima vice apparere,quam mulieribus, non nisi clangere scientibus? hinc re ipsa euenit, quod Dominus præcogitauerat, nam Magdalena illicò currens, nunciauit discipulis, quod viderat Dominum, resurrexisse à mortuis, adducto capit. 16. Marci, & Ioann. 20.

SVMMARIA.

Hermaphroditi an ordinum sint capaces distinguitur, num. 1.

Feudum, quod ad masculum pertinere debet, an etiam ad Hermaphroditum, numero 2.

Professio ab illis emissa, subsistat ne? numero 3.

Vtrumque sexum, si parem habent, nec ordinari permittuntur, num 4.

*Quid vero dicendum de hominibus neutrius generis, num.*5.

Nec non de illis quos sexum mutasse apparet, numero 6.

Masculum mentito sexu religionem intrantem, oportet multa exequi, num. 7.

Hermaphroditus, qui appelletur, numero 8.

Illius nomen vnde prodeat, num. 9.

*Eius propterea periucunda fabula, & non illepide describitur, num.*10.

Capitulum Tertium.

HOMINES,quia nonnunquam gignuntur vtriusque sexus,quos hermaphroditos vocamus,olim Androgynos dictos, & in prodigijs habitos, nunc autem in delicijs, vt scripsit Plinius lib.7. Natural. Histor. cap.4. & refert Aulus Gellius lib.9. noctium Actic. cap.4. operepretium esse duxi,hæsitare, an hi ordinum sint ca-
1 paces: & quoniam cum de istorum potentia quæritur, semper dispici solet, quo sexu magis incalescant, per l. quæritur ff. de stat.homin. atque in specie ista Soccin. in c. ad audientiam num. 64. de homicid. alijq; distinguunt,vt illos,qui magis fœmineo præstant, inter fœminas numerent, quos verò, virili, inter Marium numerum collocent, ac propterea haudquaquam illum esse ordinis capacem, hunc autem maximè, omnes communiter existimarunt: præsertim vero Sot. in 4. sentent.distinct.25. quæst.1. artic.2. conclus.1. vers. hinc fit. Diu. Anton. in 3. par.summ.tit.29.cap.6. vers.hermaphroditus, Nauar.in sum.cap.27.num.203.versic. decimoquinto, Armill. verbo hermaphroditus num.2.Graff.lib.4. decis.Aurear. cap.27. num.49. hac etiam vsus distinctione Bald. quæstioni in facto tractatæ,respondit,in l.quoties nu.7.C. de suis,
2 & legit. cum Marchio feudum Titio dedit,ea adiecta conditione, vt pertineret ad filium masculum tantum, an in eo succederet, qui hermaphroditus esset? quod etiam ipse met dixit in c.1. §.Mutus in fine Episc. vel Abbat. & glos. 1. in l. de quibus, & ibi Angel. ff.de legibus,hac insuper præhabita distinctione,responderunt textus in l. repetundarum §.1.ff.de testib. in cap.si testes §. hermaphroditus 4. quæst.3.Hostiens.in summ.rubr.de testibus versic, quid de hermaphrodito Archid.in c.Diaconissam n.2.27.q.1.&Specul.tit.de teste §.1.Socc.in c.qualiter n.1073.de homic. dũ hæsitatur an hermaphro-
3 ditus esset admittendus ad testimonium, & Nauar. loquens de professione regulari ab hermaphrodito emissa in Religione virorum, cuius potentia muliebris prædominabatur potentiæ virili, & altera emissa inter mulieres ab illo, cuius potentia virilis prædominabatur potentiæ muliebri, concludit neutram illarum valere in consil.8.num.1.& 3. de ætat.ordin.parte prima;emissam verò inter masculos,ab eo qui virili sexu magis incalescebat, & inter fœminas, ab illo, qui muliebri sexu magis præstabat, ambas validas esse non dubitat, contra Maiolum libro primo, capit.27. num.4. in fine,

finis, ſimpliciter concludentem, hermaphroditorum tantam eſſe irregularitatem, vt eos ad ingreſſum Religionis, tùm virorum, quàm mulierũ cenſeat non admittendos; ita pari ratione non eſt ambigendum, quin ſexu maſculino incaleſcens, ordinis ſit capax, ex ante dictis; prohibeatur tamen à iure promoueri Archid. adducto cap. Diaconiſſam nu. 2. & Diu. Anton. Armill. Nauarr. & Graff. locis citatis, quare ſi audeat promoueri; ordinis ſuſcipiat caractherem, illius vero careat executione Diu. Anton. loco alleg. & maiol. dicto cap. 27. nu. 3.

4 Qui verò vtrumq; ſexum parem habent, nec ordinari poſſunt, neque ordinis recipiunt caractherem, quotieſcumq; illum ſuſcipere tentarent: Angel. verbo hermaphroditus nu. 2. Silueſt. eod. verbo, ac Nauar. conſil. 8. nu. 3. de ætat. ordin. nam licet viri ſint, non tamen deſinunt fœminæ eſſe, quare non tantum generare, ſed concipere valent, ſimulque, & ſemel gignunt, & pariunt, Archid. in cap. ſi teſtes §. Pater, & filius 4. q. 3. cuius quidem hermaphroditorum ſpeciei frequentes Populi ſunt in Aphrica, ſupra Maſamones, Machlyæ dicti, inter ſe vicibus coeuntes, vt tradunt Calliphanes, & Herodothus, quibus dextram mammam, eſſe virilem, lœuamq; muliebrem, ſcribit Ariſt. refertq; Plin. lib. 7. natur. hiſtor. cap. 2. & Zacharia lilius in ſuo Breuiario orbis, in verbo Androgynæ: Prædictis autem, itidemque illis de quibus dubitatur, quo ſexu magis præſtent, nomen eſſet in Baptiſmo imponendum, ad libitum Baptizantis Bal. in l. quoties num. 12. C. de ſuis, & legit. quia ſi ſciretur, eſſet profectò eis illud nomen imponendum, quod exigeret ſexus ille, in quo potentiores eſſent, per Angel. in l. de quibus ff. de legibus, reſpectu verò matrimoniorum cum adeſt parilitas, an eis liceat cum viris, an veró cum mulieribus contrahere, reſpondetur ſtandum eſſe dicto, & electioni ipſius met, vt concludit Syluest. verbo hermaphroditus, & Bal. in d. l. quæritur nu. 3. allegans Guliel. ibidem.

5 Et quoniam reperiuntur homines neutrius generis, & naturæ, vt ſcribit Liuius Decade 4. lib. 1. fol. mihi 2. inquiens, quod in Sabinis infans natus, incertus, an maſculus, an fœmina eſſet; Alter ſexdecim annorum ambiguo ſexu viuens: licet autem quis poſſit ſuſpicari, quod is, qui ad maſculinum, aut fęmineum ſexum non vergit, ſed parem habet, in vtroque ſexu potentiam, dici nequeat, maſculus, vel fœmina; quia ſi alterutro illorum magis præſtaret, ab illo ſexu denominaretur maſculus, ſiue fœmina; ideò concludendum foret, Liuium in eo loco, de illo loqui de quo dubitatur cuiuſnam generis ſit, ob parilitatem in vtroque; ſed ni fallor, opinor nequaquam eſſe hoc modo intelligendum Liuium, quandoquidem ſi Androginum explicare illic voluiſſet, non vtiq; illis vſus eſſet verbis; nempè an maſculus, an fœmina eſſet, namque Androginus tametſi ad alterum ſexum non vergat, ac propterea vir, aut mulier non ſit, vergit nihilominus ad vtrumque, nam, & maſculus, & fœmina eſt; eique non congruerent verba Liuij, incertus, an maſculus, an fœmina eſſet; quapropter credo aſſirmandum, quandoque adinuentas eſſe perſonas nullius ſexus; & ſi vtriuſque ſexus nequeunt ordinari, equidem multó magis, idem fatendum eſt de perſonis nullius generis, ex Maiol. tractat. de irregul. lib. 1. cap. 27. num. 4. verſic. ſi igitur.

6 At quid modo dicendum ſit de illo quem mutaſſe ſexum, conſtaret? nempé ſi vſque ad ætatem adultam, tùm nomine, tùm re ipſa, pro muliere habita, & re vera mulier fuerit, in virum mutata poſt modum, valeat, ne ordines ſuſcipere Eccleſiaſticos; ſed ne videar ea loqui, in quibus nec veræ, nec veriſimiles res continentur, neuè dicar lectores cogere fabulis credere; Auctores perplures, nec contemnendos afferre, eorumque verba recenſere, conſtitui; quibus patefacere nituntur, ex fœminis mutari in mares, haud fabuloſum eſſe; Plinius namque lib. 7. cap. 4. Natur. hiſtor. hanc probat transformationem, & refert, ac ſequitur Aulus Gellius in noct. Attic. lib. 9. cap. 4. per hæc verba; libitum eſt in hoc loco miraculorum, notare etiam id, quod Plinius ſecundus in libro naturalis Hiſtoriæ ſeptimo ſcripſit. Verba igitur hæc quæ infra poſui, ipſius ſunt, ex eo libro ſumpta: quæ profectó faciunt, vt neque reſpuenda, neque ridenda ſit notiſſima illa veterum Poetarum, de ceneide, & ceneo cantilena; ex fęminis, inquit, mutari in mares, non eſt fabuloſum, inuenimus in annalibus, Qu. Licinio Craſſo. C. Caſſio Longino Conſulibus, Caſſini puerum factum ex virgine ſub parentibus, iuſſuque Haruſpicum deportatum; Licinius Mutianus prodidit viſum eſſe, à ſe Argis Ariſcontem, cui nomen Areſcuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam, mox barbam, & virilitatem prouenisſe, vxoremque duxiſſe; eiuſdem generis, & Smyrnæ Puerum à ſe viſum, ipſe in Aphrica vidi mutatum, in marem die Nuptiarum, ſcilicet Coſſiſium ciuem Triſditanum, viuebatque, cum hæc proderem. Hactenus verba Gellij, ex auctoritate Plinij reſcripſi, quorum dictis ſubſcribunt Perottus in ſuis commentarijs linguæ latinę Epigram. 2. & Diu. Auguſt. lib. 3. de Ciuit. Dei cap. 31. & ex recentioribus ſcriptoribus, quamplura de iſto, & alijs mirabilibus, & monſtruoſis, exempla tradidere Ioan. Baptiſta Fulgoſ. de dictis, & factis memorab. lib. 1. cap. 4. & cap. 6. Andr. Eboracens. in tit. de mirac. part. 3. & Volaterranus lib. 24. tit. de veſſica, in fine, & rationem prædictorum refert Alber. Magn. lib. 18. c. 3. in lib. de Animalibus, tract. 2. quam quidem mutationem Romę eueniſſe ſcio menſe Martij Anni nonageſimi octaui, dum á cunabulis, mulier ſic ſemper reputata, ſicuti re ipſa erat, & attingens pubertatem, quadam nocte dolore pergraui in inferioribus partibus aggreſſa, ex vulua, genitali membro exorto, maſculus euaſit, quem poſtmodum tonſo capite, virumq; incedere meis met oculis vidi; cantilena vero de Cęneo ſupra commemorata, inter cœteras noſtri Maronis auctoritate refertur Aeneid. lib. 6. aſſerentis

Et Iuuenis quondam, nunc fœmina Cœneus
Rurſus, & in veterem fato reuoluta figuram.

Dicunt enim, quod cœnis virgo fuit, quæ à Neptuno pro ſtupri prætio meruit ſexus mutationem, & Cœneus nuncupatus fuit, quem poſtea reuoluto tempore, in priſtinam, & fœmineam figuram, mutatum eſſe, ſcribunt; cum igitur mutatio iſta, ſępè acciderit, & poſthac euenire poſſe, nec nouum, nec impoſſibile ſit; iuſta profectò ratione adductus, quæro an illi concederetur promotio ad

 ordines?

ordines? cui quidem dubio respondendum arbitror, minimè esse alienum à scandalo, si is, vt vir ministret altari, quem antea vniuersi in mulierum numerum ascripserant; præsertim si quandoque, vt fœmina nupsit; quare existimat Maiol tractat. de irregular. lib. 1. cap. 27. num. 5. ad Episcopum pertinere, diligenter inquirere an hermaphroditus propriè sit, an veró intercesserit sexus mutatio; quia si re vera ex virgine masculus factus est, perpensè considerare debebit, locum, & tempus; item res, occulta nè fuerit, an publica; tuncque decernere, quid eius arbitrio, iustius videbitur; quemadmodum, & in cœteris deformitatibus Antistitis discretioni, cognitionem remittunt Hostiens. & Abb. in cap. cum de tua de corpor. vitiat.

7 Ille autem qui mentito sexu religionem alterius sexus, intrauit, puta si adolescens finxit se fœminam, & mulierum ingressus est Monasterium, quia in illo nequit perseuerare cap. diffinimus 18. quæst. 2. si in eo professionem emisit, vtique illa valet, ex sententia Zabarell. sed intrare Monasterium virorum debet, vt scribit Archid. in caplt. quod interrogasti num. 5. versic. in eadem glosa distinct. 27. subiungens hanc opinionem veriorem esse, & ipse admitto, quamuis. Nauarr. consil. 8. quidam num. 1. de ætat. ordin. teneat contrariam; quinimmó ingredi cogitur Religionem eiusdem ordinis; ad prædicta autem compellitur tantum in foro exteriori; quod si tunc etiam habebat intentionem profitendi, teneretur quoque in interiori foro, sicuti omnia isthæc Syluest. explicat verbo Religio 3. num. 9 prædicta vero extendenda censeo, ad mulierem professam, inter viros; id enim paritas rationis suadet; si autem nullam vir emiserit professionem, atque expulsus ex Monasterio Monialium, quod intrauerat dum se mulierem simulauerat, non vtique esset admittendus ad ordines, cum delictum huiusmodi grauissimum, omnique supplicio dignum perpetrauerit, per ea quæ scribit Maiol. tract. de irregular. lib. 1. cap. 27. num. 6. versic. huc propè: sed huiusmodi distinctio erit mea sententia seruanda, cum hermaphroditus tacitò defectu isto, Religionem ingressus est; vtramque tamen potentiam si parem haberet, eius professionem inualidam existimarem, cum Nauar. consil. 8. num. 3. de ætat. ordin. præsertim, vt euitentur scandala.

8 Nouissimè haùd omittendum esse duxi, personam vtramque Naturam habentem. hermaphroditum ab omnibus appellitari, ab herma Græce, hoc est, masculus, & phrodus, id est fœmina, inde
9 hermaphroditus dicitur, qui masculus, simulque fœmina est; vt inquit, sed perperam sané Archid. in cap. si testes 6. Pater, & filius 4. quæst. 3. fabulantur attamen scriptores multi, asseruntque hermaphroditi nomen prouenire ab hermaphrodito filio Mercurij, & Veneris, qui cum formosissimus esset adolescens, cumque primum tria expleuisset quinquennia, Montes deseruit Patrios, & hùc, illùc, oberrans, eò tandem iter instituit, vbi limpidissimus existit Salmacis fons, ita appellatus, à Salmace Nympha illum incolente; quæ vt vidit formosissimi pueri venustatem, obstupuit, paulatimque videndo incaluit, arsitque tuendo; ac tandem illius amore correpta, curaque graui saucia, libidineque ardens, vulnere, quod venis alebat, lacessita, ò quoties voluit blandis accedere dictis, & molles adhibire preces, pudor ipse repugnat, nec finit incipiat sed vix moram patitur, vix iam sua gaudia differt; iam cupit amplecti, iam se male continet amens, demumque pergrandem non valens sufferre laborem, suum constituit explere desiderium; pudoremque soluens, alloquitur, hæret, amplexatur, illumque exorat, vt secum concubaret, blanditijs præsentium voluptatum, eius delinire pectus, illecebrisque multis allicere nititur; at ille qui fuit in tenera, tam dura superbia forma, vt eundem nondum vllæ tetigerint puellæ, sic hanc pariter contemnens, ipsam oculis fugit, auribus respuit, animo aspernatur; tunc Nympha, imó ex pectore gemitus, vberesque ex oculis fletus, ac lachrymas mittens, dolenter, querulisque vocibus æthera complens, diù secum ipsa loquitur, talibus credens in ardentis, & toruè tuentis lenire dictis animum, lachrymasque ciere; Hermaphroditus autem adhúc renuens, ac solo fixos oculos, auersus tenens, nec magis incæpto sermone, fletu, alijsque aculeis motus, quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes; ait, desinis, aut fugio. tecumque ista relinquo, locaque libera trado; Salmacis extimuit, ne fugeret; & cognoscens se mollire obstinatam amplexibus mentem non posse, pudibunda secessit, simulauitque gradu discedere verso, tum quoque respiciens, fruticumque recondita Sylua, delituit; quam ille abijsse arbitratus, fontem nudus intrauit; tunc Salmacis, quæ furtim illius vestigia sequebatur, quoque magis sequebatur, flamma propinquiore calescebat. ardentiorique flagrabat amore, vestibus exuta suis, egressaque sylua, euolauit, nec dum excucurrit ad fontem; seque iecit in illum, & iniecit sperato brachia collo, cœpitque adolescentem vrgere; nihilque est, quod non effræno capta amore auferit ipsa; at ille fugit, fugiensque manus amplexibus aufert, blanditias, oscula, cœteraque libidinis incentiua aspernans, ac respuens; ante ait, moriar, quam tibi sit copia mei. quibus verbis, rebusque Nympha (cui tàm grandis hærebat amor, crescebatq; dolore repulsæ, nudæq; cupidine formę) omni spe destituta, angoris sui saluti desperans, á Dijs enixé expetijt, ex duobus corporibus vnũ fieri; cuius precibus factum esse fertur, vt ambo in vnũ corpus coaluisse credantur, vtrumq; tamen proprium retinuisse sexum: Hermaphroditus autem à superis impetrauit, vt ea fontis natura permaneret. vt, qui vir eum intraret, inde hermaphroditus (hoc est vtrumque sexum adeptus) egrederetur, hinc veterum monumenta tradunt, hoc fonte lauantium corpora effœminari, vt testis est Strabo lib. 14. in hæc verba, Salmacis fons, nescio quam ob rem calumniatus, tamquam emolliens eos, qui inde bibant. Hinc veram hermaphroditi deriuationem nos edocet Ouidius lib. 4. Metamorphoseon; inquiens.

Cuius erat facies, in qua Màterque, Paterq;
Cognosci possent, nomen quoq; traxit ab illis;

atque ita hermaphroditus à Mercurio, & Venere eius parentibus fuit appellatus, ab Hermete hoc est à Mercurio, & Aphrodite, Venere.

SVM.

SVMMARIA.

Quatripartita refertur diſtinctio ad cognoſcendum prohibitos ordinari, nu. 1.
Aetate vnicuique ordini ſtatuta carens, ad illum proculdubio eſt inhabilis, nu. 2.
Aetate prudentiores fieri homines, oſtenditur, num. 3.
Aetatē legitimam ſe habere ordinandum, oportet probare, nu. 4.
Aetate legitima ordinatum carere, docere debet qui opponit, nu. 5.
Aetas, quibus modis probetur: illique ſummatim recenſentur, nu. 6.
Aetas, vt probetur, quam oporteat ſubijcere cauſam ſcientiæ, num. 7.

Capitulum Quartum.

ALtera pars diſtinctionis traditæ in primo huius Rubricæ capite, complectitur omnes perſonas prohibitas ordinari, ob aliquod qualecumque impedimentum, quæ, tamen ſi promoueantur character earum animabus indelebilis imprimatur; Quorum quidem Impedimentorum in ex-
1 plicatione; quatripertita vtar diſtinctione; etenim alij prohibentur ob defectum; Alij ob vitium corporis; Alij ob infamiam; Cœteri verò propter delictum, iuxta notata per Doctores, præſertim Panor. in cap. ſi celebrat, num. 4. de cleric. excomm. miniſtr. Horum autem conſtat illud eſſe primum impedimentum, quod ex aliquo prouenit defectu; cuius quidem ex cauſa; ante alios detinetur, nè
2 ordinetur ille, qui legitima caret ætate, atq; à ſacris canonibus conſtituta, ad ſuſcipiendum eum ordinem, quo inſigniri concupiſcit; nam tunc nequibit talem ſuſcipere ordinem Armill. verb. ordo num. 9. alijque omnes, ipſeque pleniori manu ſcribo in Rub. de ætat. ordin. cap. 4. quòd ſanè dedeceret repetere, lectoreſque tœdio afficerem, omnibus namque nimis infeſta profectò mea eſſet oratio; non ſecus ac mihi plerumque euenit, aliorum ſcripta percurrenti, dum eadem repetita reperi, quamuis aliquando, paucis additis, vel mutatis; quinimmo ſum maximore admiratus; Auctoris ignauiam, exiſtimantis ſibi honorem allaturum volumen, quod creſceret in immenſum; tametſi eorumdem verborum, ac verſuum in eo crebra intercedat repetitio, potius, quam citra cantum eiuſdem cantilenæ, exiguum componere opuſculum. Hic igitur ætatis defectum iam dictum, conniuentibus oculis præterire conſtitui, conſiderans ſatius eſſe Lectorem illuc remittere: tametſi duo illa cenſuerim hoc in loco non omittere, quorum illic nullus eſt ſermo.

Alterum ſcilicet non ab re fuiſſe certam cuicumque ordini conſtitutam ætatem, adeò vt illam non habens, ſed minorem, inhabilis omnino reputetur, ad illum ordinem: non enim in controuerſiam ducitur, quin ætate, prudentiores redda-
3 mur; Quis enim dubitabit vnquam, quin nobis iam natu grandioribus negemus, eadem probari, quæ quondam ob ætatis inſcitiam arriſerimus; atque ideo vſu rerum augeri prudentiam? nemò profectò, immò annuit Homericum illud, ex Iliade teſtimonium, in latinum tranſlatum, & refert Manutius in adagio illo; ætate prudentiores reddimur, & inquit

Eram adhuc puer, aſt vbi iam ſum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctū
Ipſeque grandeſcit mi animus
Dicitur ad Procos à Telemacho.

4 Alterum verò, quod ordinandus probare debet ſe conſtitutam habere ætatem ad ordinem, quo inſigniri cupit, Maſcard. de probat. concluſ. 313. nu. 12. vol. 1. ætate enim quiuis innititur, ſiue agendò, ſiue excipiendo, eam compellitur, probare, Maſcard. eadem concluſ. num. 14. atque ideo, qui promoueri peroptat, docere debet ſe ipſum in ea eſſe ætate, quam ſuſcipiendus ordo requirit, quod melius ex his confirmatur, quæ Maſcardus ipſe recenſet, concluſ. 666. num. 45. tametſi non admodum rigide ſoleant præſules in hac re procedere, vel quia, ex aſpectu cognoſcunt, requiſitam ne ille habeat ætatem. vel quod eius fidei confidunt, fortaſſe quia credere non valent, illum ſcienter ante ætatem, ſuſcepturum ordines, & irregularitatem contracturum, ſed poſtquam promotus vnuſquiſ-
5 que reperitur; eidemque opponatur, quod legitimam non habuerit ætatem, cum ordines ſuſcepit, aút beneficium adeptus eſt, non eius, ſed opponentis erit onus, probare ipſum requiſita tunc caruiſſe ætate, ex l. ſi neminem C. de in integr. reſtit. Felyn. in cap. dudum poſt num. 10. & 31. de præſumpt. Rebuff. in tract. de pacif poſſeſſ. nu. 174. limit. 4. & Rota deciſ. 254. alias 2. Nota quod vbi quis opponit de except. in antiq. & communiter ab omnibus aſſeueratur, teſte Felyn. in cap. præſentia poſt num. 28. de probat. & Mandoſ. ſuper Reg. 18. q. 3. nu. 3.
6 Sed quomodo, quibuſuis modis, ætas ipſa verificetur, minimè hic locus eſt, vt plenè explicem, verum ſummis (quod aiunt) labijs attingam; quare octo eam poſſe probari modis, edocet Maſcar. de probat. vol. 2. à concluſ. 667. vſque ad concluſ. 677. & Tuſcus in verbo ætas, á concluſione 340. vſque ad concluſionem 345. eorumq; primus erit, per aſpectum corporis Menoch. qui copioſe differit, tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 117. nu. 1. Ioann. Maurit. tract. de in integr. reſtit. cap. 319. per totum, & Gram. deciſ. 48 Ioannes nu. 18. præterea teſtibus illa probatur, l. omnes, C. de his, qui veniam ætat. impetr. gloſ. in l. 1. verſ. legitimis C. de excuſ. tutor, & l. 2. verſ. ætates ff. de fer. Soccin. Iun. conſil. 3. viſa nu. 12. vol. 2. & Maurit. indic. tractat. cap. 316. efficax inſuper teſtimonium probandæ ætatis iudicatur liber Parentum, aut alia ſcriptura Salyc. in l. ſi minorem, nu. 10. verſ. nunc quæro quomodo litteris. C. de in integr. reſtit. Caputaq. deciſ. 314. ætas, nu. 3. par. 1. Cur. Iun. conſil. 118. poſt num. 8. Ruin. conſil. 31. num. 7. volum. 4. Crauett. de antiq. tempor.

tempor.§.vidimus nu.35. par. 1. & Modern. de resign.benef. lib. 5. quæst.3.nu. 38. Quarto probatur per instrumenta, & scripturas l. 2. §. ætas autem iuncta glosa, vers. legitimis de excus. tutor. Salyc. adducto num 10.vers.& de hoc est casus, ac Mandos. super Regula Cancell. 18. quæst. 6. Alius & quintus modus probandi ætatem est per librum publicum; seu aliam scripturam officialis, alicuius vniuersitatis, vel loci, Mandos. adducta regul. 18. quæst. 9. sextus autem modus æquè efficax, atque validior fortasse est, Parochi, seu Curati liber, in quo omnia sunt descripta nomina, & cognomina eorum, qui sacro lauacro regenerati sunt; cap. ad audientiam vers. non igitur de præscript. ibique Felyn. post num. 16. Caput 19. & Modernus adductis in locis; Septimo per inditia, & coniecturas probari ætatem, tuetur Alciat. tract. de præsump. regul. 2. præsum. 14. num. 4. & 9. Soccin. Iun. consil. 3. num. 1. volum. 2. Bald. consil. 213. vol. 2. & consil. 19. factum tale est num. 4. vol. 5. nouissimo modo illam verificari decreto Iudicis probat Salic. in l. cum te, num. 6. vers. exemplum pone C. de probat. Ruin. consil 99. num. 6. vers. & hæc opinio, vol. 4. Vtrum verò legitimè ætatem alterius il-
7 le testis probet, qui interrogatus de causa scientiæ respondit scire, quia Patruus illius, vel Auunculus est? & annuit Fulgos. in l. de tutela post nu. 1. C. de in integr. restit. post Bart. in l. 1. num. 15 ff. si cert. petatur, & cons. 92. num. 8. lib. 1. atque hanc rationem concludere defendunt, contrariasque refellunt obiectiones, quin & alias rationes subicit idem Bar. quibus concludatur probatio ætatis, & Tuscus conclus. 342. à nu. 17.

SVMMARIA.

Ordinati praecedente coactione, an receperint caractherem nu. 1. addita distinctione, nu. 3.

Coactio altera absoluta, altera verò conditionalis, hoc est pracisa, & causatiua ex sententia Rota nu. 2.

Fidem abnegans metu mortis non est hæreticus, sed mortifere peccat nu. 4.

Ordinatus per vim Conditionalem, fit ne obnoxius ad seruandam continentiam? nu. 5.

Metus annullet ne ipso Iure votum, seu Iuramentum? nu. 6.

Capitulum Quintum.

1 QVuisquis defectum patitur liberæ voluntatis, inhabilis omnino iudicatur ad ordines suscipiendos; tametsi character imprimatur ei, cui ordinem coactè contigerit esse collatum: Verùm nè obscura videar vti oratione, censeo in
2 hac re distinguendum esse; atque alteram dici absolutam coactionem, alteram verò conditionalem, vt distinguit Syluest. verbo ordo 4. nu. 1. vers. & secunda; quam duplicem coactionem, aliqui ex dominis de Rota precisam, & causatiuam vocarunt, vt refert Cœsar de Crassis, decis. 19. seu t. nu. 1. de
3 his, quæ vi metusuè caus. fiunt; Qui igitur absoluta coactione compulsus promouetur, nempè si vi teneatur, & ordinetur, is vtiquè ordinem minimè recipit, eiusquè Animæ talis ordinatio non relinquit indelebile signum, vt præter Syluest. relato loco, concluserunt omnes Summistæ dicto verbo ordo, & glosa in cap. vnico vers. discretionis in fine, de cleric. per salt. prom. & clem. in plerisque vers. permiserit de elect. Angel. verbo coactio, nu. 1. ac Domini de Rota indicata decis. Cœsaris; ad instar Baptismi, qui tunc, nec confertur, cap. Maiores de Baptis. Soto in 4. sent. dist. 5. quæst. vnica artic. 7. conclus. 1. quandoquidem magis pati, quam agere videtur, cap. sacris, de his, quæ vi metusue causa fiunt, & cap. constat 1. quæst. 1.

Qui verò conditionali adductus coactione promotus est; scilicet, vt mortem vitaret, aùt nè aliam sibi comminatam pœnam patiatur, ordines sibi conferri, permisit, vtiq; recepit charactèrem, quod omnes affirmant, & concludit glosa in Clem. in plerisque vers. vel aliquod de elect. ibique Zabar. §. quod si licentiatus num. 1. & Comitulus, lib. 1. responsorum Moralium, quæst. 55. Sextilius, post nu. 1. sicuti, & is, qui tali præcedente coactione, passus est se baptizari, iuxta cap. de Iudæis 45. dist. & cap. vbi iste 84. dist. Afflict. decis. 151. Serenissimus Rex num. 11. ibique Vrsillus nu. itidem 11. Dec. in Regula velle, nu. 6. ff. de reg. Iur. & enim voluntas coacta, non dubitatur, quin voluntas sit iuxta l. si mulier §. si metum ff. de eo, quod metus causa, ibiquè glosa, nec non Bar. in extrauag. ad reprimendam num. 2. vers. videbitur. & Dec. adducta regula, nu. 3. ideoque peccatum nolentis, illud dici non potest, quod quis compulsus est, facere; namque in eo, quod elegit ita facere, potius quam mori, aut aliud pati, eius est voluntas, vt ait idem Dec. eodem nu. 6. atque ideo nulli dubium, quin voluerit id, propter quod fecit, non quidem per seipsum appetendo, quod egit, sed faciendo, vt vitaret malum, & viueret; quamobrem affirmat Diuus Augustin. quod non sunt peccata nolentium nisi nescientium, idq; refertur in cap. meritò. 15. quæst. 1. exinde qui mor-
4 tis metu abnegat fidem, quamuis non sit censendus Hæreticus, quia corde credit, nec propterea pœnas hæreticorum mereatur pati; nihilominus mortale committit peccatum, vt concludit Albertin. tract. de assert. Cathol. quæst. 30. num. 8. Simanc. de Cathol. instit. rub. 17. num. 29. & affatim Pegna ad director. Eymer. par. 1. comment. 24. §. sed iam alterum: & ratio illa suadet, quod metus attenuat culpam, non eam prorsus elidit, nullo enim metu perterritus, debet quis mortale crimen committere cap. sacris de ijs, quæ vi metusuè causa fiunt; atque Aristotelica comprobatur sententia, lib. 3. non esse turpe, quid agendum propter quæcumque durissima; & huiusmodi, quæ per metum aguntur, sunt mixta, ex voluntario, & inuoluntario, vt idem Arist. illic adiunxit, & Gregor. Nyssen. in lib. de Homine; omnes enim Armellini exemplo lacessiti deberemus in animo constituere, malle mori, quam fœdari; hinc Astæsanus in Summ. lib. 6.

lib.6.tit.2.artic.4.verſ.ſuppoſito, proponit quæſtionem ſupradictam; vtrum ordinatio violenter facta imprimat characterem; & reſpondet cum ea diſtinctione, quam ipſe ſuperius retuli, vt negatiua reſolutio vera ſit, quotieſcumq; abſoluta fuit coactio, affirmatiua autem ſubſiſtat, ſi conditionalis; nec aliquatenus de hac diſtinctione dubitandum eſſe fateor. Quibus addo quæ Galen. ſcripſit lib. 2.de Motu Muſc. qui annuit, eas omnes actiones voluntarias eſſe, quæ iudicio rationis impediri, vel induci poſſunt, etiam ſi quandoque inconſideranter fiant; cœtera autem multa, hùc ſpectantia congero in Rub.de regular.cap.11.à nu.8.

5 Hic autem per vim conditionalem ordinatus, continentiam teneatur ex Iuris diſpoſitione ſeruare, nec nè, refert, vt non ignoretur, qua in re non minima exiſtit contradictio, inter ſcribentes, quam ſi doctorum velimus dirimere auctoritatibus, oporteret fateri, eam veriſſimam eſſe reſolutioné, quam maior ipſorum numerus tuetur; quorum ea quidem eſt ſententia, hunc eſſe cótinentiæ obnoxium, ſi vero illam rationibus diffinire intendimus res videtur, apprimè difficilis; quemadmodum, & Rotæ Auditoribus viſa eſt. vt ex eadem Cœſaris deciſ.num.13.conſtat; ipſe autem in animo decreui, Doctores primam partem concludentes, recéſere, vt ex eis poſtmodum quiſque valeat depromere rationes, & cognoſcere, quæ ſit verior opinio, & inter alios multos illam firmant Goffred. in ſum. de ætat.& qualit.nu.11.verſ. circa hanc diſtinctionem Syluestr. verbo ordo 4.num.1.& 2.Hoſt. in Summ. eód.tit.num.5.Sum.Piſana & additio ad illam, in verbo ordinatus.1.ver.vtrum coactè ordinatus, Archid.in cap.de Iudæis in fine verſ.in gloſa 1.45.diſt. vbi ſe remittit ad notata per Goffred.Sum.confeſſ. de ætat.& qualit. quæſt. 50. & ſeqq. Tabien. verbo ordo 2.nu.17.Diu.Anton.3.par.Sum.tit.14.cap.16. §.18.verſ.de ſic coactè ordinato, Zabar. clem. Generalem.§.fin.num.14.verſ.decimo quæro de ætat. & qualit.Henrich.Boich.in cap.maiores, num.5.de baptiſ.vbi copioſè diſcutit, ac demum Goffredi refert ſententiam, cum qua videtur inſuper reſidere Anton.de Butr.citato cap.maiores §.fin.nu. 7. cum prædictam nouiſſimo loco recitet opinionem, & ibidem Cardin. verſ. quæro ſi quis, ſubdens hanc eſſe honeſtiorem opinionem, quam eodem cap. §. item quæritur, nu.7. amplexatur Abb. ſubiungens communem eſſe concluſionem, Sot. lib. 7. de Iuſt. & Iure, quæſt.2.art.5.verſ.qua propter, addens hanc eſſe dexteriorem opinionem; Alberic. ſuo Dict. verbo ordinatus verſ.vtrum coactè ordinatus, Sum. Aſten.lib.6.tit.2.art.4. verſ. ſed numquid, Petrus de Rauenna in compen.Iuris Canonici, qui etiam atteſtatur, hanc eſſe communem, tametſi ipſe contrarium ſentiat; Præpoſ.in cap.1.verſ.an autem talis compulſus 74.diſt.ibidemque Turrecrem.nu.2. quamuis allegetur pro reſolutione contraria, & perperam ſanè, vt ex eius verbis apparet, ac demum, alijs omiſſis, Armill.verbo ordines, num.4.& Comitulus citata q.55.à nu.3. negatiuam veró partem, affirmauit gloſ.Ioann.& gloſ.ordinaria, in d.c. maiores §. item quæritur verſ. conditionaliter de baptiſ.dum gloſa prædicta, vltimo loco refert opinionem Ioann. ob quod videtur in ea reſidere, quam ſequūtur Gulielm.Ray.& Roſell.quos citat, & ſequitur Nauar.conſ. 1. nu.8. & conſil.2.nu. 2.& conſ.3.nu.8.part.1. in nouis, de his quæ vi metuſuè cauſ.fiunt. Angel. verbo ordo 3. nu. 26. Sot. in 4. diſt. 25. quæſt. 1. artic. 2. verſ. hinc autem emergit poſteaque & magis in ſpecie, verſic. Quod ſi roges; Calder. conſil. 1. qui Cleric. vel vou. Boniſ. de vital. clem. final. num. 30. cum ſeqq. de ætat. & qualit. & Petr. de Rauen. in dicto loco, nouiſſimeque Sayrus in volum. 2. ſui theſaur.lib.6.cap.5. ſub numero 20. Rota autem Romana in vna valentina nullit.ſuſcept.ordin. veneris 15. Iunij 1574. tenuit ſententiam Goffredi, aſſerentis hunc obligari ad continentiam, vt in prædicta deciſ. Cæſar. 19.& deciſ.diuerſ. 560. par. 1. ſed deinde iterum propoſito dubio, lunæ 22. Martij 1574. Domini receſſerunt, ab iſta reſolutione, ná eis viſa fuit æquior aduerſæ partis ſententia, ne ſic promotus, teneatur continentiam ſeruare, vt in deciſ.20.Cæſaris, & diuerſ. 561. par. 1. quare ego ſilentio profecto inuoluerem, meam in hac re opinionem, niſi ipſa communiori concluſioni inniteretur, à qua ſcribentes nullatenus recedendum putant, tùm in iudicando túm conſulendo, præſertim cum tutior hæc ſit in conſcientia reſolutio, vt continentiæ colendæ legi parere debeat, ea potiſſimum ratione, quia, vt ſcripſi in Rub.7.cap.3.num.25.Subdiaconatui ex præcepto Eccleſiæ eſt annexa continentia, quamuis illa de ſubſtantia Sacri ordinis non ſit, vt ait Diu. Tho. 2.2.quæſt.88.artic. 11. & Turrecrem. in cap. Diaconus 27. diſt. & ſuccurrunt textus in cap. cum ex præterito, iuncta gloſa 84. diſt. in cap. ante Triennium 41. diſt. cap. erubeſcant, cap. nemo, & capit. placuit 32. diſt. cap. à multis de ætat.& qualit. ſed iſte vtique Subdiaconus eſt; quia characterem recepit vt dixi, & tenet idem Nauarr. conſil. 4. numero 1. de his quæ vi metuſuè cauſa fiunt par. 1. cum alijs conſil. ſupracitatis, ergo continens eſſe debet: abſonum etenim alias eſſet, in Eccleſia Catholica, Subdiaconum eſſe, & á continentia exemptum; ideoque per Cancellariam Apoſtolicam, fuit data declaratoria de conſilio peritorum ſub forma, & verbis relatis per Hieronymum Paulum in praxi Cancellariæ fol. mihi 55. his vtens verbis.

Dilectus filius N. quod olim eius genitor, dum in humanis ageret, cupiens quod idem N. ad ſacros ordines promoueretur, ipſum N. aliquem ex ordinibus huiuſmodi ſuſcipere renitentem, multis verberibus, & minis, & alias iuſto metu ab eo, ad id coactum, & ad ordinem ipſum, ac continentiam obſeruandam, ſe nolentem obligare, per certum Antiſtitem ad Subdiaconatus ordinem promoueri fecit, Prælatuſque N. quam primum metu huiuſmodi ceſſante commode potuit, ſuper hoc reclamauit; quare pro parte dicti N. aſſerentis, ſe prædicti Subdiaconatus ordini, nunquam liberé conſenſiſſe, nec ad eum promoueri, aut eo vti, vllo vnquam tempore voluiſſe, nec velle, ſed matrimonia contrahere, & Patrem effici liberorum deſiderare, nobis fuit humiliter ſupplicatum, nè ſalutæ ſuæ diſpendium patiatur, & in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate ſedis Apoſtolicæ dignaremur, quo circa fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſic inquiſita per te ſuper hoc diligentius veritate, rem ipſam inueneris, ita eſſe, prout ſuperius enarratum eſt, auctoritate

nostra

nostra denuncies, dictum Augustinum præmissorum occasione ad seruandam continentiam non teneri, alio non obstante canonico Impedimento, Matrimonium huiusmodi contrahere, liberè, & licitè possit; quæ quidem Declaratio, omnino requiritur, dato quod vera sit opinio negatiua, hunc non teneri seruare continentiam, & quatenus opus est, dispensare, quo ad forum exterius, vt scribit Nauarr. adducto consil. 3. nu. 4. & Rot. allegata decis. 19. præsertim si vera erit opinio contra com-
6 munem, quod metus non annullet ipso iure votum sed obliget, quousque fuerit per superiorem causa cognita rescissum, & inualidatum; quam tenet Card. in cap. Abbas vers. quartus casus, de his quæ vi, metusuè caus. fiunt, nec Iure probetur ipsa communis, vt dicit Syluest. quamuis eam non sequatur, in verbo metus num. 8. Iuramentum tamen metu extortum, non dubium obligare, quousque fuerit retractatum, secundum communiorem, & veriorem opinionem glossæ, in capit. si verò vers. Iuramentum de Iure iurando, quam tuetur Fulgos. consil. 121. quidam nu. 2. Inn. in cap. ad Aures nu. 1. de his, quæ in metusuè caus. fiunt Turrecrem. in cap. 1. num. 4. 15. quæst. 5. & sequuntur Canonistæ omnes, contra Ciuilistas motos per text. in authen. Sacramenta puberum, vbi Bal. & Cyn. C. si aduers. vendit. quorum resolutio, prorsus est refutanda, quia controuertitur de re, quæ potest concernere peccatum, in qua Canonistis standum esse, omnes fatentur.

SVMMARIA.

Verba illa Pauli, oportere esse vnius vxoris virum, quem intellectum admittant nu. 1.

Bigamiam triplicem esse, refertur, nu. 2.

Bigamia vera, quæ dicatur, nu. 3.

Baptisma, nè auferat impedimentum ex bigamia procedentem, ostenditur, num. 4.

Bigamia interpretatiua, qualis sit, nu. 5.

Bigamus an sit, qui mulierem, quomodocumque corruptam duxerit, nu. 6.

Talis etiam an dicatur, qui Virgini nupsit, eamque deflorauit, cum qua deinde, ab altero cognita, rursus coiuit, nu. 7.

Quid si à superiore compulsus, rem cum illa habuit, nu. 8.

Ille quoque, ita erit, qui cum vna contraxit validè, & cum altera inualidè, cum suis extentionibus, nu. 9.

Fornicator, cum pluribus, aut cum vna corrupta, non censeatur bigamus demonstratur, numero 10.

Ratio distantiæ inquiritur, cur hic, non sit bigamus, qui vero ducit corruptam omnino, ita sit? num. 11.

Bigamiam similitudinariam, quis incurrat? num. 12.

Differentia refertur inter tres species bigamiæ, num. 13.

Ad contrahendam bigamiam, duo requiri, nempè matrimonium, vsumque venereum, numero 14.

Coitus, cuius requiratur, ad contrahendam bigamiam, nu. 15.

Copula, qua quis congreditur vas muliebre sufficit absque seminis emissione, nu. 16.

Affinitatem ex sola copula non nasci, nisi præterea emittatur semen, nu. 17.

Semen mulieris, an concurrat ad generationem, num. 18.

Bigamus, a quorum ordinum promotione arceatur, nu. 19.

Causa, ex quibus interdicta est bigamis promotio, recensentur, nu. 20.

Bigamus si ordinari patiatur, recipit sanè characterem, nu. 21.

Pœna referuntur, quibus mulctantur bigami, num. 22.

Clericus coniugatus, licet bigamus, quando non perdit priuilegium, nu. 23.

Ordinans bigamum, quam incurrat pœnam, num. 24.

Irregularitas quo tempore, ac iure, cœperit annexa esse bigamiæ, nu. 25.

Apostoli vti Ecclesiæ pastores, nonnumquam leges condebant, ideoquè, non omnem eorum constitutionem procedere à iure diuino, sed quam vt Apostoli præcipiebant, nu. 26.

Dispensare super Bigamia, quis valeat, pro ordinibus obtinendis, aut vsu obtemptorum, num. 27.

Irregularitatem omnem à solo iure humano introductam, probatur, nu. 28.

Episcopus cum bigamo quando dispenset? numero 29.

Bigamum ad beneficia, quis habilitet, nu. 30.

Si is fuerit dispensatus ad ordines, an etiam dicatur ad beneficio? nu. 31.

Bigamiæ impedimentum, quando citra dispensationem, aufertur, nu. 32.

Mulieres quam propensæ sint ad libidinem, auctoritatibus, & exemplis clarescit. numero 33.

Mulierum genus honestandum esse, similiter auctoritatibus, & exemplis ostenditur, nu. 34.

Mulieres, viris sapientiores esse oportere, & quam ob rationem subnectitur, nu. 35.

Capi-

Capitulum Sextum.

Bigamia aliud parit impedimẽtum, proueniens ex defectu, ipſa namque impedit ne talem patiens defectum valeat ad Epiſcopatum aſſumi, ex Epiſtola Pauli Apoſtol. 1. Timoth. 3.& ad Titum 1. dum aſſerit, oportere Epiſcopum eſſe, vnius vxoris virum; cuius verba, ad quemlibet ordinandum, extendenda eſſe, monemur, ex Regula, & extentione facta, per Diuu. Auguſtin. & Gregor.in cap.cognoſcamus 34.diſtinct.& cap. Apoſtolus 8 1.diſtinct.inde Diuu.Auguſt. ſuper dicta Epiſtola ad Titum, affirmat, bigamum non ordinandum;& refertur, in cap. Acutius 26. diſtin. & luculẽter explico,inferius verſ.quibus enucleatis; Imò ſi vidua voluerit fieri monialis,ea eligenda erit quæ fuerit vnius viri vxor, ex eiuſdem Diui Pauli ſententia in Epiſt.1.ad Timoth. cap. 5. & antiquorum exemplo admonemur, qui non admittebant ad Sacerdotium bis nuptas, vt refert Tiraq. in leg. boues §.hoc ſermone,nu,14.ff.de verbor.ſignificat. & ſcribit ſeruius, in lib. 4. Aeneid. in explicatione illius Verſiculi,

Huic vni forſan,potui ſuccumbere culpa.

1 Sed priuſquam vlterius procedam, maximè refert,verba Pauli præcitatis locis,hac in re ſcripta explicare; illiſque veros intellectus à Catholicis Doctoribus traditos, referre, hæreticorum perperam,prauaſq; reijcere expoſitiones, ac primo non deſunt,'qui prædicta verba affirmatiuum inducere præceptum, euomuerunt; nempè ordinandum, oportere vxorem habere,vt ea carens, admitti nequeat ad ordines,quapropter, debeat prius interrogari,an vxorem duxerit,habeatque,quam ſi neget, retinere, cogatur, antea vxorari, vt poſtea manus impoſitionem ſuſcipiat; cuius Hæreſis auctor fuit, Vigilantius Iouiniani diſcipulus, vt affirmat Sot. lib.7.de Iuſt.& Iur.quæſt.6. artic.1.verſ. ſed neque, eamque poſtea tueri nixus eſt Nicetas, hac Pauli ſententia fretus; oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum; quaſi neceſſarium ſit, Epiſcopum, (& conſequenter quemlibet ordinandum) coniugem habere; ac dedecere poſt manus impoſitionem innuptos eſſe,qui Nicetas; hanc peruerſam doctrinam tradidit in quondam ſuo libello contra latinam Eccleſiam ſcripto, quem poſtmodum ipſemet igni comburendum iniecit, poſtquam litteris certauit coram Conſtantino Imperatore, cum doctiſſimo, & integerrimo viro Vmberto cœnomanenſi Cardinali, & Epiſcopo Syluæ candidæ, à Leone IX. Pontifice,legato decreto, & Conſtantinopolim miſſo, contra Græcorum hereſes: ab eoque validiſſimis rationibus deuictus, diſceſſit inferior,vt referunt Sot.lib.7.de Iuſt.& Iure,quæſt.6. artic.3.verſ.canon verò,& Ioann.Capet.in tract.de perpetua caſtitate Sacerd.cap.15. Græci veró, nedum contra Romanum inſtitutum, ſolent coniugatos ſacris ordinibus initiare,iuxta cap. cum olim de Cléric.coniug.c.vt clericorum de vit. & honeſt. cleric. cap. Aliter 31. diſt. & cap. ſi quis eorum 32 diſtinct.at etiam, non niſi vxores habentes ordinare,vt refert Sot.eod.lib.7. de Iuſt.& Iure,q.6.art.1. verſ.à quibus Nyceta,& Artic. 2.in 5. concluſ. Ac Franciſc.Turrian. de actis, & canon. 6. 7. & 8. Synod. At Ioann. Capet. loco præcitato veretur, nè hæc coactio connubij,falſo Græcis tribuatur; ſubdens, quòd de Græcis ipſis ſcribens quidam Heluetius aſſerit, ſi quis pudice viuit, cœlibemque vitam agit, non cogitur vlla Dei lege connubio, ſe irretire: immò bonum eſt, Mulierem non tingere ob varias præcipuè incommoditates verbi miniſtrum, ingruente perſecutione obturbantes; ipſe verò ſuper hac re inquirere,non deſtiti, & permulti Græci me erudierunt, ipſorum conſuetudinem eſſe contra Soti, ac Turriani opinionem.

Qui tamen Apoſtoli verba perpensé examinarunt, iuſtè quidem affirmarunt, quod ea non ſanciens dixerit Apoſtolus, quaſi non liceat abſque vxore Epiſcopum fieri,ſed in re vxoria,modum præſcripſerit; quaſi dixerit; O Timothee, ſi vxoratum eliges in Epiſcopum, nè quæſo alium accipias,niſi eum, qui vnicam habuerit, vt excludatur ab Epiſcopatu bigamus; ſic ſententiam illam Apoſtolicam expoſuerunt omnes Catholici interpretes,vt Chryſoſtomus Homil. 2. in Iob. & ſequuntur Theophilact. ac Theodoret. in Commentarijs ad dictam Epiſtolam Pauli ad Timotheum, atque etiam Tertullianus lib.1.ad vxorẽ,& lib.de Monogam.Horigen.hom. 17. in Lucam; Epiphan. Homil.48.& 59.Hyeron.lib.1. contra Iouinian. Ambroſ.lib.1.de officijs cap.50. & lib. 10. Epiſtola 82. Leo Papa Epiſtola 45.& 49.Siricius Epiſtola 4. cuius verba refert Innoc. in Epiſtola ad exuperium; Occumenius in Commentarijs ad eamdem Pauli Epiſtolam,his vtens verbis,non ſtatuit, vt ab vxore pendeat Epiſcopus,aut vxorem neceſſario habeat; ſed ſi è mundanis fiat, nè ſit bigamus; atque alij multi,quos congerit Ioannes Capetius tractat.de perpet. caſtit. Sacerd. cap. 15. ita quoque è noſtris doctoribus videtur illa interprætari gloſa in cap. 1. verſ. vnius 26. diſt. dum namque ille textus prædictam ſententiam retulerat, Epiſcopum debere eſſe vnius vxoris virum, ſubiungit ipſa, & explicat, id eſt non plurium, & gloſa in cap. propoſuiſti verſic. ſed propter 82.diſt. ſic verba affirmatiua interpretantur negatiuè,cap.licet,& ibi gloſa,verſ.duorum de teſtib.cap. Iudices cum gloſa, verſ. qui vtinam 1.quæſt.1.& cap.ſi ea, cum gloſa final. 23. quæſt.4. apud enim Aegyptios, vnicam tantum ducere vxorem licebat ei, qui Sacerdotio inſigniri cupiebat, teſte Diodoro ſiculo lib.2.c.3.& Tiraq.in d. l. boues §.hoc ſermone,num. 142.

Hæc etiam maximè conferunt, ad infutandam alteram opinionem,quam Magdeburgenſes cent. 1 lib. 2. cap. 4. defendunt, & Caluin.cap.3.Epiſt. ad Timotheum,& cap.1.ad Titum,vt verba Apoſtoli prohibeant tantum ſimul habere plures vxores,non ſucceſſiuè; cuius etiam veriores reſponſiones tres ſunt, quas ſolito more perſtringit Illuſtriſſimus Bellarm.tract.2.controu.Rub. de Clericis cap. 23. verſ.ex eodem; quarum vnam ex opuſculo ſæpè allegato Ioannis Capetij, capite 16.deſumpſeram, antequam prædictum locum Bellarm. viderem,

quod

quod hoc non fuerit intentio Pauli, firmetur, ex vsu illius temporis, quando nemini licebat plures simul retinere vxores, iuxta l.1.ff. de his, qui notant. infam.l.2.C.de incest.nupt.& l. eum C. ad legem Iul.de adult. Alijs autem multis, ac falsis expositionibus à Luthero, & alijs, his Pauli verbis traditis copiosè, & doctè respondet Bellarm. alleg. Rubr. cap.24.tu videto.

His explicatis, conuenit pertransire ad declarationem bigamiæ; & quidem bigamus, componitur ex bis, & gamus, hoc est mulier, seu vxor; ideoque ille sit, qui duas habet, vel habuit vxores, per
2 glosam in cap.vna tantum, vers. bigamus 26. dist.
Bigamia veró tripartitam recipit diuisionem, vna quidem, vera dicitur, altera interpretatiua, tertia veró similitudinaria nuncupatur, ex mente glosæ in cap.2.de bigam. dicit Rotæ decisio 447. seu 1. de bigam in nou. Nauarr.cap.27. nu. 19. Specul.tit. de dispensat.§.iuxta propositionis nu.6.Syluest. verbo bigamia, nu.3.& communiter Doctores citato c.2.
3 Et vere Bigamus, ille dicendus est, qui diuersis temporibus, & successiuè plures habuit vxores, easque carnali copula cognouit, vt glosa, & Nauar. præcitatis locis Maiol.tract.de irregular.lib.1. cap. 33.nu.2.Milis suo repert.vers.Bigamus verus.

Idque etiam si alteram illarum, aut vtramq; habuit ante Baptismum, ex cap.deinde, & cap. Acutius 26.distinct. Ambros.lib.1.officiorum, & lib.10. Epistol.82. ad Vercell. Diuu. August. lib. de bono coniug.cap.18.his consensit Inn.1.in Epist.2.cap.5. & Epistola 22.cap.55.de quo in cap.proposuisti 82. dist.& Diu.Thom.in 4.sent.dist.27.quæst.1.artic.4. & in supplemen.ad 3.partem quæst. 66. artic. 4. & communem esse Doctorum sententiam, referunt Couar. clem. fin.§.2.nu.5.de homic. part. 1. Fuscus de Visit. Episcop.lib.2.cap.28.num.7. tametsi Diu. Hyeron.in Epist.ad Ocean.relata in cap.1.26. dist. & lib.1.contra Iouin.& in Commentarijs ad Epist. Pauli ad Titum, ac Nicolaus de Lyra ad Epistol. Pauli 1.ad Timoth.3.vers.vnius vxoris & ad Titum 1.eodem vers. & Glosa ordinaria in vtroq, loco & vers.acriter contendãt, minimè hunc bigamũ esse, ea potissimum ratione, quòd in baptismo quicquid in veteri homine gestum est, solutum appareat, vt in eodem cap.deinde, & Abb.qui alios citat, in cap. gaudemus nu.16.de Diuort. cui tamen rationi permultæ traduntur à scribentibus responsiones, quarum aliquas congessit glosa adducto cap. deinde vers.inter peccata, 26. dist. eaque omnium optima mihi videtur, quam D.Ambros.prodit, tùm in præ-
4 dicto lib.1.offic.tum Epist.82.quod culpa, non lex lauacro soluitur, sed non iterare coniugium, legis est præceptum, quo ad suscipiendos ordines, ideo Baptismus nequit coniugium, legemuè auferre, sed tantum peccata diluere, & sequelas illorum, iuxta doctrinam Bar.Brixien.q Vener.13.exordiente, aliquis ex officio, & Borgas.tract.de irreg.Rub.de iustitiar.nu.2.consentiunt verba D.Tho.in supplem. ad 3.p.q.66.art.4.ad 3. Arg. & quidem prima præualuit sententia, & ab vniuersa Ecclesia recepta fuit vt scribit Bellarm.tract.2.controuer. Rub. de Clecis cap.24.vers. contra verò; Ita quod assertionem contrariam tenentem bigamiam auferri per baptismum, temerariam esse concluserit Grisal. in Decision.fidei Decis.3.in vers.bigamia.

5 Bigamus autem interpretatiuus cẽsetur, qui vnicam, sed corruptam duxit, nempe viduam c. si quis viduam 34.dist.c.quisquis. 84. dist. & euidentius in c.præcipimus 34.dist.quo cauetur, nè bigamus, aut qui Virginem non est sortitus vxorem, permittatur ordinari, quare si hic verè bigamus esset, vt aliqui opinantur, vtique contineretur sub illo nomine bigamus, in eo posito, & quidem superflueret reliqua illa, aút qui virginem non est sortitus, quapropter fatendum est, deceptos esse Mileum in suo repertorio vers.bigamus verus, Graff. in decis. Aur lib.4.c.27.nu.38.& alios asseuerantes, hunc verum esse bigamum; est etenim indubitatum contrahentem cum vnica, & vidua (validè tamen) bigamũ esse interpretatiuũ, ex Nau.cons.1.n. 2. de big.
6 Insuper bigamus interpretatiuus est, qui aliam quocumq. modo corruptam duxit, scilicet meretricem, aut concubinam, quam quispiam tenens maritali affectione violauit c. Maritum inibiq; notant Archid.Gemin.& Card.Alex.33.dist. c.qui in aliquo 31.dist.Nauarr.in Manuali cap. 27. vers.interpretatiua est, sub nu.195. Couar. in lib. 4.decret par.1.cap.5.in princip.nu.2.& Mantica de tacitis, & ambiguis conuention.lib.3.cap.17, sub nu.26. & sic alter corrupit, secus vero si ipsemet vir ante matrimonium cum illa coiuisset, & deflorasset, quia tũc, nec bigamus esset, nec detineretur promoueri iuxta glosam fin. in cap. debitum de bigam. communiter, inibi receptam, ibique Abb.nu.2. & D.Tho. in supplem.ad 3.p.q.66.art.3.ad 2. Argum. subdens hoc probabilius esse, quia carnem suam non diuisit in plures; tenet etiam in 4.sent.dist.27.quæst. 1. art.4.ad secundum Argum.in 2.scripto, Cardin.in capit. tanta qui fil. sint legitim. Siluestr. verbo bigamiam.nu.1.vers. 5.etiam, Henric. Sum. Theol. Moral.lib.12.cap.6.§.10. Armil.verbo bigamia nu. 6.Maiol.tract.de irregul. cap. 33. num. 5. & tenuit Cappell. Tholos.Decis.220. An illæ qui Matrimonium; & ibidem comprobat. Aufrer. & hanc sententiam esse veriorem, dixit Abb. citato cap. debitum; ego vero eam verissimam reputo, explosa contraria resolutione glosæ in dict. cap. Maritum, vers.concubinam Archid.in cap. vnico, nu. 1. de cleric.coning.in 6.Host.in cap.tanè, el 1.nu.2.alleg. Rub. alijq; quorum meminit Cappell. Tholosani decis.paulo ante relata, nec huic quidem opinioni refragantur textus aliqui, qui videntur primo aspectu aduersari; quorum primus est, textus in c. curandum 34.dist.vbi curandum in primis est, ne ad sacros ordines, quisquam, qui vxorem non duxit virginem, aspiret, sed qui cum deflorata (tametsi ab ipso) contrahit, non potest dici cum vrgine inire coniugium, quia tempore celebrationis illius, erat iam corrupta, consequens est, nè possit ordinari, sed respondetur, quod cum Matrimonium sequens retrahatur, & omnia præcedentia legitimet per cap. tanta, qui filij sint legit. & in proprijs terminis dixit Abb.in citat.c.debitum, in fine, & Aufrer.in addit.ad allegat.decis.Tholos.nu.2. ideoque censetur illam duxisse Virginem, nam quo ad effectum videtur virginem duxisse, dum non fuit corrupta per alium; quam quidem responsionem Glosa in cap.qualis vers.disponsata 30.q.5.dedit ad illud ipsum cap.qualis, & nihilominus, ille canon mihi videtur magis vrgere contra communem

sententiam

ſententiam, inquit enim, vt vxor habenda ſecundum legem, debeat eſſe virgo, caſta, & deſponſata in virginitate, & tamẽ inibi gloſ. cenſet, & benè, illá deſponſatam in virginitate dici, quá duxit, qui antea deflorauerat, & propterea ille tantum ſit in hoc caſu bigamus, qui in vxorem habuit corruptam ab alio, etiam ſi fornicariè, vt omnes præcitati fatentur, licet Bellarm. tract. 2. controu. lib. 1. Rub. de clericis c. 24. verſ. reſpondeo igitur, neget hunc eſſe Bigamum, ſed prohiberi ordines aſſumere, ob dignitatem illorum; quinimmo bigamũ exiſtimant Doctores ducentem, ſic violatam, & ignoráter cognoſcentem, quia credebat illam virginẽ Borgas tract. de irreg. Rub. de Iuſtit. nu. 14. & expreſſius Nauarr. c. 27. n. 195. Archid. c. vnico nu. 1. de Cleric. coniug. in 6. Abb. in c. ſi vir, ſub nu. 2. de adult. Sot. in 4. ſent. diſt. 27. q. 3. art. 1. verſ. quintus caſus.

7 Interpretatiuus etiam dicitur Bigamus, qui virginem deſponſauit, ſecumq; poſtea rem habuit, quę deinde adulterata eſt; & poſt commiſſum adulterium, rurſus illam maritus cognouerit, cap. ſi cuius 34. diſt. ibique Doctores vnanimiter; & Abb. in dicato, nu. 2. de adult. Gomes tract. Breuium nu. 20. quem tractatum inſeruit Rubr. de reſcript. in 6. Sylueſt. verbo bigamia nu. 3. verſ. quidam tamen D. Th. in 4. ſent. diſt. 27. art. 4. verſ. ſimiliter in 2. ſcripto, Anchar. conſ. 124. circa Bigamos nu. 2. & communem eſſe ſententiam, atteſtatur Couarr. in clem. ſi furioſus §. 2. nu. 3. de homic. & hoc tum ſi illa coactè cognita commiſit adulterium, quia maritus poſtmodum rem habens cum illa, fit bigamus Henric. Sum. Theol. Moral. lib. 12. c. 6. §. 10. tametſi vir neſciens illam adulteram, ſecum coiuerit Armill. verbo bigamia nu. 2. in medio Angel. eodem verbo, & nu. in fine Syluest. citato verbo nu. 1. verſ. ſexto, gloſ. in alleg. c. ſi cuius, Sot. in 4. ſent. diſt. 27. q. 3. art. 1. verſ. & ſextus, & verſ. quinta concluſio, Anan. c. 3. nu. 2. de Adult. licet autem Arch. in c. ſi quis nu. 1. 34. diſt. dicat illum non ordinandum, qui cognouit vxorem ſuam, poſtquam ſciuit ipſam adulteram, quaſi videatur velle, requiri ſcientiam adulterij in viro, tempore quo concubuit cum illa; nihilominus aduertẽdum eſt, Archidiaconum tria ſummare capitula ſubſequentia; nempè c. curandũ c. præcipimus, & c. ſi cuius, vt eiuſdem verba patefaciunt, & cum in illis nullum inferatur verbum, quo poſſimus aſſerere, copulá debere ſcientiá adulterij anteire, nõ vtiq; debebat Archid. illam adiungere, ſed illorũ tenorẽ, breuibus complecti verbis.

8 Quinimmo ſi vir à ſuperiore compulſus debitum reddidit vxori adulteræ, eſt videndum, an fiat bigamus; exemplum eſſe poteſt, ſi maritus inueniẽs aut ſciens vxoris adulterium, illam accuſauit. & interea abſtinuit; quare mulier cognoſcens ſe à conſecutione debiti ſpoliatam, petijſſet ex regula c. 2. vt lit. pend. ipſam reintegrari, accuſatione pendente in coniugali poſſeſſione, & per Iudicem fuerit, vt iuris reintegrata, & debitum illius auctoritate ſit conſecuta; Nam hunc quo ad legem promotionis bigamum fieri dixit gloſa Ioan. in citato c. ſi cuius vxorem Barth. Brixien. q. Domin. 16. quidam contraxit Borgas tract. de irreg. Rub. de bigam. nu. 31. p. 5. Syluest. verbo bigamia nu. 1. verſ. ſexto, addens communem eſſe opinionem, & Hoſt. in Sum. de bigam. q. 9. Aufrer. clem. 1. de offic. ordin. D. Tho. Palud. & cæteri in 4. ſent. diſt. 27. quæſt. 4. & communiorem dicit opinionem Aufrer. ad deciſ. Tholoſ. 256. quidam contraxit, & Angelus verbo bigamia, nu. 2. Alterum poterit exemplum aſſerri, in eo qui exteras Prouincias peragrauit, longiſſimoque tempore à Patria abſuit, vt probabiliter omnes ferè ſuſpicati ſint ipſum mortem, cum vita commutaſſe, quare præcedente Iudicio Eccleſiæ, licuit Mulieri alteri nubere, conſumato vero matrimonio redierit, qui abſens erat, ac muliere inſtante, ipſe fuerit à Iudice compulſus iterum illi iungi, nã profectò bigamus erit, iuxta allegatá deciſ. Capp. Thol. 256.

9 Huius ſpeciei bigamus eſt, quicumque cum vna & virgine contraxit Matrimonium validè, & cum alia inualidè, Nauarr. conſil. 1. nu. 2. de bigam. ſuccurrit textus in c. nuper de bigam. tam ſi cum altera viuente, quàm ſi ſucceſſiuè D. Tho. in ſupplem. q. 66. art. 1. in medio, & ſuffragatur allegatum, cap. nuper; aút ſi cum duabus de facto, & cum neutra validè, ob aliquod impedimentum, quem caſum videtur decidere textus in d. c. Nuper, & Bigamum illum cenſent. Palud. in 4. ſent. diſt. 27. q. 4. ibique Sot. q. 3. art. 1. verſ. dubium tamen, & Nauarr. relato conſ. nu. 2. idque, tum ſi vtraque ſuperſtite, tùm ſi cum altera poſt obitum alterius inierit matrimonium, & inualidum, Nauar. in Summ. c. 27. nu. 195. verſ. ſecundo; quare delirauit Maiol. in tract. de irregul. c. 33. nu. 3. verſ. ideo, concludens verum bigamum dici contrahentem cum duabus, validè cum vna; & inualidè cum altera; ex quibus inferendũ eſt, Bigamum, haúd eſſe, qui vnicam, & corruptam ſuſcepit in vxorem, etiam poſt copulam, ſubintellige huius ſpeciei; nempè, ſi Laicus ſit contrahens, cum illa, vt omnium conſenſu probatur, inter quos Sebaſt. Medices tradit 2. p. Summ. tit. 9. q. 28. verſ. ſi verò Laicus; Alterius autem ſpeciei bigamiam, nempè ſimilitudinariam vtiq; incurrit, vt ſi ſacro ordine initiatus, aút ſolemni voto aſtrictus celebrauit tale matrimonium, vt inferius copioſius annotabo; in illa etenim conſideratur ratio matrimonij Spiritualis contracti cum Chriſto per ſuſceptionẽ Sacri ordinis, ideoq; ſecundum initum cum fœmina matrimonium, quamuis nullum, haúd dubiè, in cauſa eſt, vt ille bigamus dicatur: quæ quidem ratiõ deeſt, cum Laicus vnicum tantum celebrauit coniugium, & inualidum, tametſi cum deflorata, & ab ipſo maritali affectu cognita; quinimmo ne minoribus quidem inſignitus ordinibus, id faciens cẽſendus erit bigamus, non ſecus ac Laicus, vt conſuluit Nau. conſ. 1. nu. 4. & 7. de bigam. & in Manual. c. 27. n. 195. vbi atteſtatur, ita deciſum fuiſſe in ſummo Pœnitentiariæ Prætorio; ſequitur Henr. Sum Theol. Moral. lib. 12. c. 6. §. 10. in gloſa lit. Y. Benedictus de Capra Reg. 97. nu. 83. ex quibus Rota deciſ. 447. ſeu 1. de bigam. in nou. contrarium firmans ſanè minus iuſtè ita pronunciauit, vt Nauarr. rectè admonet conſ. cuius antea memini, nu. 4.

10 Qui verò cum pluribus fornicatus eſt, aut cùm vna, & corrupta, nequaquá credendus eſt bigamus ex c. pen. de bigam. neq; verò, qui ante, aut poſt matrimonium, cum meretrice rem habuit cap. fraternitatis 34. diſtinct. duo namque coniunctim pernecessaria ſunt ad incurrendam bigamiam, nempe copula, de qua alloquar, num. 14. & matrimonium de iure, aut de facto initum, vt ex prædictis

Y Iuribus

Iuribus plenè apparet, atq; ex Nauarr. in Sum. c. 27. nu. 146. quam ob causam Armilla in verbo. bigamia, nu. 2. affirmat nullum fieri bigamum, nisi contrahendo, & cognoscendo; ea propter, nec talis est censendus, qui delusoriè celebrauit matrimonium, interiori non intercedente consensu, ex Henr. Sum. Thæol. Moral. lib. 12. c. 6. §. 10. in glos. litera Y. nec refragatur, c. si quis, el t. 34. dist. bigamum decernens cognoscentem concubinam post vxorem ná loquitur de illo, qui post vxorem occultè duxit concubinam, & cum illa maritali affectione coiuit, vt interpretatur Henr. inibi, & confirmatur ex eodem canone §. vel prohibetur; aduersus tamen prędicta, aliqui ad argumentandum prosiluerunt, asserentes, quod si bigamus est, quj cum mulieribus coiuit, cum quibus matrimonium inualidè contraxit; pariter iudicandus sit, qui cum pluribus fornicatur; nam quotiescumq; matrimonium non subsistit, dici nequit, cum eis, tamquam cum vxoribus coiuisse, sed illicitè concubuisse, non secus ac, si cũ Meretricibus; Hanc tamen rationem euadere, facili quidem responsione possumus; quod dum fuit celebratum Matrimonium, quamuis inualidum, ac propterea dici nequeat, inter illos matrimoniũ existere, adest nihilominus aliqua Matrimonij similitudo, aliena ab hoc fornicario, seu potius adulterino vel nefario concubitu. ex sententia D. Th. in suppl. ad 3. p. q. 66. art. 2. ad 1, arg. & in 4. sent. dist. 27. q. 1. art. 4. vers. tertius est; in 2. scripto; quare Inn. 3. Ratispon. Episcopo rescribẽdo, eos non veré bigamos existimat, sed quoniam ipsi quantum in eis fuit, secundas mulieres sibi Matrimonialiter coniunxerũt ideo cum eis, tamquam cum bigamis, dixit non esse dispensandum; propterea quod reputantur bigami, non quidem propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis, cum opere subsecuto, in c. nuper, & c. fin. de Bigam.

11 At modo distantiæ ratio hæsitanda est, cur bigamia incurratur per contractum cum corrupta, aut cum duabus mulieribus, quãuis successiuè, & subsequẽti copula consumatum, non autem si vir cum pluribus copularetur Meretricibus;, quamuis postmodum ipse fornicator, aliam, & virginem sibi Matrimonialiter colligaret; cui quidem propositæ dubitationi, respõsionem tradidit, plures afferendo rationes diuersitatis, glos. in c. debitum vers. cognitam de bigam. ibiq; Innoc. commendat nu. 3. & Sot. in 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 1. vers. existit autem; eas tamen ipse præterire decreui, tãquam non veras, neq; verisimiles, meritoq; illas respuit Abbas, in d. c. debitum, n. 1. vers. quęro cũ glosa, vnicam tantũ prodam, quam veriorem existimant, ipsemet Sot. & Maiol. tract. de irregul. lib. 1. c. 33. nu. 3. vers. altera in fine, Syluest. verbo bigamiam, nu. 2. & Abb. relato c. cuius quidem auctor esse videtur, Angelicus ille Doctor Ecclesiæ D. Th. in 4. sent. dist. 27. q. 1. art. 4. & sequuntur Didacus in clem. si furiosus §. 2. nu. 3. p. 1. de homic. & Sebast. Medices in Sum. p. 2. tit. 9. q. 29. in fine. quod Matrimonium sumat speciem suam à termino, ad quem; siquidem actus, & consensus contrahentis illud non cadit supra propriam ipsius, sed supra alterius personam; Nam matrimonium terminatur ad alteram, ideo, corruptio mulieris, non vtiq; sibi ipsi obest, respectu bigamiæ, sed cadit, transfertur, & terminatur ad virum, & fit bigamus; ex parte verò mariti terminatur ad fœminam, & sané fieret bigamia, si de ea posset hoc probabiliter dici, atque promotioni idonea foret, & irregularitatis capax, sed aduersus hanc rationem disertis profectò verbis, iuxta morem argumentatur Bellarm. tract. 2. contr. lib. 1. de Cler. c. 34. vers. at hæc, vbi asserit, quod si ipsa ratio subsisteret, certè qui duceret secundam vxorem, & virginem, bigamus nõ esset, nãm vitium nullum est in hoc matrimonio respectu mulieris, sed respectu viri, ergo terminatur ad mulierem, bigamiæ incapacem, non autem à Muliere ad ipsum virum, & nihilominus nulla maior bigamia reperitur, quam ista enata ex contractu Matrimonii, cũ duabus virginibus; quare ipse Bellarm. aliam subdit rationem; affirmans prohibitum esse, ordines suscipere, qui duxit fornicariam, non quia bigamia oriatur ex illo Matrimonio, at quia sic placuit Ecclesiæ, ob dignitatem Sacerdotij, cuius quidem rationem respuere, non audeo, ob tanti viri auctoritatem; neq; approbare valeo, cum supra n. 6. constituerim bigamũ hũc fieri; tu itaq; accuratius cogitãdo, veriorem perquirere rationem, nè graueris, si poteris, dũ tot prudentissimi Patres, eam pertingere hactenus nequiuerunt.

12 Nouissima bigamiæ species est, similitudinaria, quam ille tantum incurrit, qui sacro ordine insignitus, aut voto solemni astrictus, de facto aliquam sibi matrimonialiter coniunxit, cap. quotquot 27. q. 1. vbi glos. final. hoc indicat, & c. nuper de bigam. tùm si cùm vnica, & corrupta cap. final. de bigam. tùm si cum vnica, & virg. Nauar. cons. 1. nu. 7. vers. ex quibus, de bigam. & in Manual. c. 27. n. 195. vers. similitudinaria, D. Ant. in 3. p. Sum. tit. 21. c. 1. Rosella, quam allegat, sequiturq; Syluest. verbo bigamiã, nu. 9. Paris. de Resig. benef. lib. 5. q. 3. nu. 190. vbi per octo versus, rescripsit peculiaria verba Nauarr. citato nu. 195. At Sum. Pisan. & Archid. negant hos contrahentes cum vnica, & virgine fieri bigamos, & irregulares, quos sequitur Henr. lib. 12. c. 6. §. 10. lit. H. & perperam sané, quæ autem sit ratio valida, ob quam dicatur bigamiam contrahere, qui sacro initiatus ordine, aut professus, vnicam, & virginem duxit, cũ alias, duo præexigantur matrimonia, aut saltem vnicum, cum corrupta, pro incursu bigamię veræ, vel interpretatiuæ; sed respondetur, duo quoque hoc casu adesse matrimonia, alterum celebratum cum Christo; per ordinis sacri susceptionem, & voti solemnis emissionem, ex Nauarr. allegato, nu. 195. & cons. 1. nu. 4. de bigam. & antea Borgas de irreg. p. 5. Rub. de bigam. nu. 9. alterum verò hoc carnale, sed qui duo celebrauit coniugia, quamuis cum virginibus, fit bigamus, vt scripsi, num. 3. propterea hic erit bigamus, quamuis autem secundum scilicet carnale inualidum sit, per impedimentum procedens à sacro ordine, aut voto solemni; quia tamen adest affectus intentionis, cum opere subsecuto, iudicatur bigamus similitudinariè, propter similitudinem ad verè bigamum, nisi enim obstaret ordo, vel votum explicitum, subsisteret profectò, Matrimonium; quæ ratio matrimonij spiritualis, quia non consideratur in Laico, neque in Clerico constituto in Minoribus, vt dixi in superioribus inde fit, vt in illis non sufficiat ad incurrendam bigamiam, semel contraxisse illud; sed bis validè, vel inualidè cum virgine,

aut

aut ſemel, cum corrupta, & validè.

13 Et ex his deſumitur differentia inter Bigamiam veram, interpretatiuam, & ſimilitudinariam; Prima namque, non niſi ex duobus, & validis matrimonijs naſcitur; ſecunda ex duobus inualidis, aut alterutro valido, & alterutro inualido; vel vnico valido, ſed cum corrupta; Vltima vero ex vnico, & nullius firmitatis; quod hactenus annotata patefaciunt; & Doctores allegati, cœteriſque apertius Nau. conſil. 1. ſæpè adducto nu. 6. verſ. quinto non obſtant; pœnæ autem, quas iura ſumunt à contrahente vltimo loco relatam bigamiam, ſcilicet ſimilitudinariam; perplures ſunt, quas Diaza congerit in praxi Crim. canon, cap. 23. & Couarr. 2. part. de ſponſal. cap. 6. §. 3. illaque præ cœteris numeratur, quod irregularis fit, cap. 1. & 2. qui Cleric. vel vouent, atque in excommunicationem ipſo iure incidit, iuxta Clem. vnicam de conſang. & affin.

14 Tandem Bigamiæ, vt finem imponam, conſidero, duo requiri, vt ipſa contrahatur; Matrimonium ſcilicet præcedens, & vſus Venereus ſubſequens; atque propterea Armilla, contrahendo, & cognoſcendo, aliquem fieri bigamum, in verbo bigamia nu. 2. quorum primum requiſitum explicaui, nu. 10. verſ. Qui verò, vbi alterius quoq; memini, hic tamen de eo ſermonem extendere exiſtimaui, & inquirere, cuiuſnam debeat eſſe coitus, qui præcedat? & non dubium, quin nullus prædictorum fiat bigamus, niſi iuxta relatam diſtinctionem coiuerit, cū vna, aut pluribus mulieribus, eò quod ſimul requiritur coniunctio animorum per conſenſum, & corporum per copulam, prout edocet D. Th. in add. ad 3. p. q. 66. art. 1. ad 3. ideoq; ad contrahēdum iſtud Bigamiæ vitium, neceſſarium eſſe in vniuerſum, quod carnalis commiſtio intercedat probat gloſ. cōmunis in c. 1. de Bigam. in 6. & Couar. in clem. ſi furioſus p. 1. §. 2. nu. 2. adeo quod Eccleſia neminem bigamū reputat, propter duo, aut etiam duodecim matrimonia rata, niſi duo ſaltèm conſumauerit, inquit Sot. in 4. ſent. diſt. 27. q. 3. art. 1. verſ. bigamus, & Digamus; & colligitur ex c. debitū de bigam. reiecta opinione Magi. ſent. cadē diſt. 27. vbi ſolū conſenſum de præſenti bis præſtitū, in celebratione Matrimonij, abſq; copula, bigamū conſtituere aſſeuerat; eius etenim reſolutionem refellunt D. Th. q. 97. ſiue 66. artic. 1. ad 3. par. 3. Sot. loco citato, & Abb. ſuper eod. c. debitum, eamq; communiter omnes ſimpliciter loquentes, veram eſſe concluſionem aiunt; quin alij diſtinctius verba facientes, tradunt, veram bigamiam, tūnc ſolùm cōtrahi, & non alias, quibus præminent Sot. indicato loco, Henriq. in Summ. Theol. Moral. lib. 12. c. 6. §. 9 Syluest. verbo bigamiam, nu. 4. Summ. conſeſſ. lib. 3 tit. 3. q. 10. verſ. 1. Aſtaſan. lib. 6. tit. 7. q. 3. Sebaſtian. Medices in Summ. titul. 9. quæſtion. 28. ita præterea, vt interpretatiua incurratur, copula requiritur; quare ducens viduam, non fiat bigamus, niſi eam cognouerit carnaliter, probat Syluest. in verbo bigamiam, nu. 1. à verſ. ſed intellige, & Nau. c. 27. ſub nu. 195. verſ. Interpretatiua, Couar. adducto nu. 2. verſ. ſecundo Bigamus, Henriq. citato c. 6. §. 10. ſuccurritq; tex. in c. ſi quis viduam 50. diſt. Sayr. indicato c. 4. nu. 9. & 16. tandemq; idem in ſimilitudinaria poſt multos textus, & Doctores fatetur Nauar. citato nu. 195. verſ. ſimilitudinaria.

15 Quo verò ad coitum alterius viri, concluſiuè loquendo affirmo, ad incurrendam veram bigamiā nō oportere, vt eius vxores fuerint ab alio cognitæ quandoquidem illa, ex geminato coniugio, & conſumato cum Virginibus naſcitur, quarū ſi quæ defloraτa fuiſſet, bigamus fieret ſecum contrahens, etiam ex 1. matrimonio; ſed illa intepretatiua, tunc diceretur, ex quo euidenter conſtat, pro incurſu interpretatiuæ, opus eſſe, vt mulier fuerit à priori viro cognita, alias qui ſibi eam colligaret in matrimonium, quæ alium antea ſuſceperat ſponſum, eoque mortuo ante vſum venereum, vtiq; non fieret bigamus, ſi cum illa rem haberet, cap. fin. 34. di ſt. & c. debitum in fine de bigam. Henr. adducto c. 6. §. 10. & Sayr. indic. nu. 9. atq; 13 & 16. exceptus caſibus, in quibus incurritur interpretatiua, ob bina matrimonia contracta, vel inualidè, cum duabus, aút cum vna validè, & cum altera inualidè; quia non eſt neceſſe, ipſas, aut earum alteram, fuiſſe antea ab alio corruptam, cum ſatis ſit matrimonium, ſiuè verū, ſiue falſum, inter eos coniuges interceſſiſſe, cum ſubſequenti copula; quemadmodum, & ſimilitunaria; oritur etiam, cum quis Virginem ſibi matrimonialiter copulauit ex reſolutis ſupra nu. 12.

16 Copula autem inducens bigamiam, non ea tantum, quæ cum ſeminis emiſſione fuit, at illa etiam per ſe ſufficit, qua, quis vas muliebre congrediens, eius virginitatem violauerit, Armil. verbo bigamia nu. 2. Viual. in ſuo candel. Rub. de bigam. n. 22. Tabiena d. verſ. nu. 3. Cordub. caſu 178. Medin. lib. 5. de continentia c. 76. & 77. Henriq. in ſum. Theol. Mor. lib. 11. c. 15. §. 3. & Roderic. in ſuis qq. Regular. q. 24. art. 2. tom. 1. ſubiungens alterum de prædictis oportere fieri, intra vas, vt bigamia incurratur: Vel quod intret, & non ſeminet, vel ſeminet, abſq; ingreſſu; puta ſi extra vas cognoſcens vxorem, ſeminet, quod & illius Matrix attrahens, grauida facta eſt; quia ſi tali defuncta vxore, aliam duxerit, bigamus, proculdubio erit, quod etiam tuetur Viual. indicata Rub. nu. 24. Qui verò, nihil ex prædictis exequeretur, etiam ſi extra vas emitteret ſemen, vel intra vas non naturale, minimè fieret Bigamus; ſicut neque ille, cuius vxor ſodomitice cognoſci ab altero paſſa eſt, & ea mortua, cum altera contraxit.

17 Affinitas verò, vt contrahatur, non ſatis eſt intraſſe vas, quamuis naturale, niſi preterea in eo ſeminauerit per Abb. in c. fraternitati nu. 2. de eo, qui duxit conſang. vxor. ſuæ gloſ. fin. in c. extraordinaria 35. q. 3. Armill. verbo, Matrimonium nu. 26. Syluest. verbo matrim. 8. verſ. ſecundum, ſub nu. 15. D. Th. in 4. ſent. diſt. 41. q. 1. art. 3. ad 2. Aufrer. ad deciſ. cappel. Tholoſ. 96. An per coitum nu. 2. & 3. Nauar. in Manual. c. 22. nu. 43. & eſt text. notabilis, in cap. lex Diuinæ §. propinquitas 27. q. 2. ita quód, neq; oriatur ſi vir intrauit clauſtra pudoris, nec ſemen potuit emittere, ſed incitauit mulierem ad ſeminandum, per Feder. de Sen. conſ. 301. Magiſt. nu. 1. Ne-

18 que neceſſarium eſt concurrat mulieris ſemen, vt affirmarunt Sylueſtr. Armill. Aufrer. & alij ſupra citati, præſertim vero Abb. adducto c. fraternitati, nu. 3. & Feder. loco citato; omneſq; illam ſubnectunt rationem huius opinionis, quia ſemen mulieris, non cōcurrit ad generationem, de qua quidem ratione maxima fuit inter Filoſophos, & medicos cōtrouerſia, vt videre licet apud Ariſt. c. 19. de Gen.

Animal.Plutarch.lib.5.cap.5.de Placit. Filosophor. Albertum Magnum,tract.7.lib.9.capit. 1. de Animal. Galen.lib. 2. de semin. atque rursus de vtilit. part.lib.13.Auicen.lib.3.sen.20. tractat. 1. capit. 3. Auerr.2.colliget,cap.de iuminib. testicul. Censorinum de die.Natal.cap.4.Iacobum Ferliuiens. quæstionum cap. 3. sed quia sanguinem Maternum conferre ad generationem docuit Hippocrat. lib. de Pueri natura, & Galen. locis iam relatis, & alij multi, ex præcitatis auctoribus, & præter eos Fernel.in lib.de homin. procreat. lib. 7. cap. 6.Cœlius Rodigin.lib.3. lection. Antiq. cap. 42. & è nostris Corneus consil.219.ex duplici vers.hanc etiam,sub num.11.vol.2.Paul de Castro in l.1.nu 5.C. de condit.incert.& Bal.in l.vltim.in final.verbis,C. de seruis fugit.nam muliebre semen, ad calorem illum spermatis maris temperandum requiritur, vt scribit Capiuacc. iu sua Method. curandor. Morbor. lib. 4. cap. 5. versic. interim tamen; quare videtur dicendum, haúd subsistere rationem relatam, ad probandum affinitatem contrahi, ex pollutione viri,intra vas fœmineum,absque concursu seminis mulieris; Verùm sit nè vera iam dicta ratio, non nimis sollicitor, nec eius veritatem studiosè consector; cum etiám Filosophi, ac Medici in eius resolutione vacillent: tamen verissima est conclusio prædicta, vt sola seminis viri eiuculatio, in vtero Muliebri,affinitatẽ gignat,quod illi tradidere DD.

19 Quibus enucleatis, conuenit longius immorari circa conclusionem firmatam supra num.1. Quod bigamus à promotione arcetur, quandoquidem non tantum arcetur à susceptione Episcopalis ordinis iuxta verba Apostoli 1. Timoth. 3. & ad Titum 1. verum,ex extentione August.& Gregor: in cap.Apostolus 81.dist.& cap.cognoscamus 34.dist. etiam repellitur à promotione cuiuscumque ordinis, atque etiam Minorum, ac tonsuræ Clericalis, per text.in cap.Acutius 26. dist. in vniuersum asserente; non absurde visum esse bigamum,normam Sacramenti amisisse,& cap. si quis viduam 34. dist. præcipiente, nè bigamus admittatur ad Clerum, concinunt, quæ in hac te statuerunt Patres in concilij Niceni tractatu, dicentes, nec Clericum esse debere, qui secunda coniugia sit sortitus, cap. cognoscamus,nuper citato, & Diuus Ambr. imitans Augustin.in cap. 18. de bono coniug.inquit. Quia Sacramentum nuptiarum, temporis nostri, sic ad vnum maritum,& vnam vxorem redactum est, vt dispensatorem Ecclesiæ, nec liceat esse, nisi vnius vxoris virum. Et ex Canone Apostolorum, 18 Ne Bigamus possit esse Episcopus, aut Præsbyter aut Diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt,vt in cap. si quis viduam, el 2. distinct. 34. ac propterea, à susceptione quorumcumque ordinum,etiam Clericalis tonsuræ, optimé expressit Ioan.Capet. in tractat. de perpet. Castit. Sacerd. cap. 17. & aliorum fretus auctoritate Sayrus in suo thesaur.lib.6.cap.5.sub nu. 7.

20 Causas autèm, quibus inhibita est bigamis promotio, præterire censui; Nam quatuor congessit glosa in Sum.26.dist.quas explicat Martin. Nauar. in Sum.c.27.nu.195.& delibauit Syluest. verbo bigamiam,nu.6.& copiosius Sot.in 4.Sent.dist. 27. q. 3.artic.1.vers.Ratio autem; Harum quippe, illam censent vnanimi consensu potissimam, scribentes omnes, Quod Christus vnicam sibi Ecclesiam vno scilicet baptismate, & fide copulauit; propterea vnicum matrimonium designat indiuiduum Christi, & Ecclesiæ coniunctionem; geminatum veró, & carnem diuidit, & prædictam non significat vnionem; ideoq; Bigamus, qui plura contraxit matrimonia, commaculatus quidem est hoc defectu vnitatis Sacramenti, & significantis indiuiduũ Christi,& Ecclesiæ matrimonium. Non quidem, quod secundas celebrans nuptias,suo coniugio non significet Christi coniugium, sed non ita perfectè, quale is, qui tantum primas celebrauit; Non enim significat Christum ita esse vnius Ecclesiæ sponsum vt numquam habuerit alteram; Ex quibus sanè inferre nemo iustè poterit, cum peccati crimine maculari,qui secundo duxit vxorem, eò quòd falso insinuet Christum plurium esse sponsum Ecclesiarum, siquidem vt optimè iuxta morem respondet Amplisś.Card.Bellar.tract.2.controuer.lib. de clericis c.24.vers.dices, peccat igitur,& ait,id non sequi; Nam secundæ nuptiæ non sunt institutæ ad significandum Christum bis maritum esse,ideoq; nõ illud præportant, quamquam nec significant eum esse, ita vnũ vnius, vt non habuerit aliam; sed simpliciter significant ipsam coniunctionem, vnius cũ vna præsenti. Itaq; Nuptiæ Digamorum, nihil falsi significant,sed carent quadam perfectione significationis,quam habent, Nuptiæ Monogamorum.

21 Verum si bigamus, hac spreta prohibitione auderet conuolare ad ordines,illosq; sibi conferri pateretur,reciperet sanè caractherem, præter executionem,D.Tho. in supplem.ad 3.p.q.66.art.5.vers. Respondeo dicendum,& in 4.sent.dist,27.quæst.1. art.4. Rot.decis.447.alias t.de bigam. in nouis Sot. d.dist.27.q.3.art.1.vers.Hæsitabit autem,Archidiac. in c.lector,n.2.dist.34. atq; ita intelligitur textus in cap.si quis viduam 50.dist.nèc non restrictio,quam glosa tradit in cap. 2. vers. dispensare in finalibus verbis,de bigam. vt tantum in suscipiente minores ordines character conferatur,reijcitur ex prædictis concludentibus de omnibus,& Abb. expresśé asseuerat in cap.2.iam citato,nu.1. dum generatim loquens,affirmat, bigamum promotum carere ordinis executione; neq; aduersatur text.in cap. quicumq. 50.dist.bigamum,ordinis executione non carere probans; quia dispensatio operatur talem effectum,idq; manifestè insinuant illius verba, illa nempè; hac sibi conditione veniam á nobis intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, si in ordine, quo reperitur, permaneat.

22 Hæc est vna pœnarum quibus mulctantur bigami; suntq; præterea, quatuor aliæ, quarum vna, respicit etiam tempus antecedens factum, vt ista de qua hactenus disseruimus; tres item aliæ intuentur tempus post factum. Illa quippè est, vt sicuti prohibentur ordinari, ita pariter Ecclesiastica consequi beneficia, iuxta resolutionem indubitabilem Rebuff.in tract.de pacif.possess.n.mihi 193.Viual. 3.p.Candel.in Rub.de irreg ex bigamia nu. 18. nã iudicatur merus Laicus ex c.vnico de Bigam. in 6. & dicit Rebuff.indicato loco,Gomes.tract. breuiũ nu.20.Aufrer.decis.64.si Clericus nu. 1. Hoieda de incompat.benef.capit.23.num. 116.propterea, collationem beneficij factam bigamo inualidam esse, fatetur Nauar.cõs.3.Episcop.n.1.de big.& Paris.de resign.

reſign.beneſ.lib.5.quæſt.3.num.192. licet Doctores citet.non de beneficiis, ſed de ordinibus verba facientes,eſt nihilominus,eius reſolutio vera.

Tres aliæ pœnæ reſpicientes tempus poſterius, ſunt priuationis tonſuræ clericalis, item delationis habitus clericalis.item priuilegij cuiuſcumq; Eccleſiaſtici; Priorem approbant complures, quos citat, & ſequitur Say t.adducto cap.5.nu.4.excipiens conſtitutos in Sacris, ac Religioſos, quos non prohiberi deferre tonſuram ait.

Quod verò attinet ad aliam mox inſinuatam pœnam,circa delationem habitus clericalis, eam citra dubium inſequi fas eſt,cum alijs adiunctis per eumdem Say.citato cap.5.nu.5.

Neque præterea dubitandum,quin initiatus minoribus, ſi ſit Bigamus omni priuilegio Clericali nudatus cenſeatur, iuxta cap. vnicum de Bigam. in 6. atque ideo ſpoliatus erit priuilegio capituli ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. item cap. 2. & c. ſi quis diligenti de foro compet.nec non l. 1. & 2. C. de Epiſcop. & Cleric. meritoque text. in citato capit. vnico, genericè loquens, affirmat illum omni priuilegio ſpoliatum, quod bene illic gloſa aduertit in verſ. omni,quamuis non ad omnem bigamum extendatur, ſed ad verum, ſiue interpretatium, ex gloſ.in eodem cap.verſ. Bigamos, & inibi ſequuntur communiter Doctores; quare ſi bigamus voto ſolemni aſtrictus, vel ſacris fuerit initiatus, priuilegijs vtique gaudet, ſicuti auctoritate illius gloſæ, affirmarunt inibi Ancharan. numero 1. Philipp. Franch. numero 5. Sylueſtr. verbo bigamiam,nu.8.Angel.eod.verbo nu. 10. & 12. nam retrogredi ad ſœculum,illis nefas èſt,iuxta gloſ. final. in cap. tuæ de appellat; & quod poſſet fortaſſe colligi ex gloſa final.in cap.ſi Subdiaconus 34. diſt. non aduerſatur firmatæ concluſioni; etenim text. ille dixerat, Subdiaconum ſecundam ducentem vxorem inter lectores, vel hoſtiarios haberi; ſubiungit gloſa,id verum eſſe ex diſpenſatione, quia de iure communi perdet priuilegium Clericale, ergo videtur idem ſentire de bigamo ſimilitudinario; ſed verè hanc illationem non inſinuat, quamdoquidem, eo tempore Subdiaconatus, ſacer ordo non erat, vt eſt videre ex his quæ ſcribo in Rubr. 2.nu. 10. vbi ad neceſſita temexplico,quando cœperit inter ſacros ordines numerari.

23 Quinimmo neque amittit priuilegia Clericus minoribus initiatus,& coniugatus,etiam quod rem habuerit cum vxore adultera, per Rotam Tholoſ. deciſ.64.ſi Clericus,& deciſ.235.quæritur, num.3. etenim,hic eſt bigamus, quo ad legem promotionis,non autem, quò ad amiſſionem priuilegij competentis ipſis Clericis coniugatis.

24 Videndum nunc eſt de pœnis ordinantis Bigamum; & quidem, ſi ſcienter, incurrit ſuſpentionē annalem ipſo iure à collatione eiuſdem ordinis, quem contulit bigamo,nec non á celebratione, teſte Nauarr.adducto conſil,3.nu. 2. de Bigam. quin deponi inſuper poteſt á poteſtate, & officio ordinandi,iuxta capit.2. de bigam. gloſ. in capit. nullus pœnitentem, verſic. ſucceſſores 55. diſtinct. additio verò ad præcitatum conſ. 3. Nauarr. atteſtatur declaratum per Cōgregationem Concilij, Epiſcopum,non poſſe ordines bigamis conferre, non autē ſi conferat aliquem incurrere pœnam ipſo iure,

Sed liceat nè, cum dictis bigamis diſpenſare, quærendum eſt, ac propterea primitus inueſtigandum de pergrandi illa,ac perutili theſi,ſcilicet,quō tempore,quóue iure,cœperit eſſe annexa bigamię
25 irregularitas, comperta enim veritate huius quæſtionis, facilius habebitur veritas dubij iam propoſiti; & recordor illam tempore legis naturæ introductam ex aliquorum ſententia, atque omnium primum Lamech,ſeptimum á Cain propriam carnem in duas diuiſiſſe vxores,ideoque peſſimum, tamquam ſanguinarium, & homicidam reputatum, vt Geneſis 4 legitur, ac reſcribitur, in capit. quomodo 31.quæſt. 1. & cap. An non 24. quæſt. 3. Deinceps tempore legis Moiſis illa fuit. & non prohibita, vt abundè ſcribit Sot. in 4. Sent. diſt. 33. quæſt. 1.artic.2.concluſ. 1. ex quibus in eam videntur aliqui propendere ſententiam, aſſerentem iure diuino bigamiæ adiunctam eſſe irregularitatem, cum in ſacris litteris,& auctoritate Apoſtolica conſtitutū ſit,nè Bigami ordinentur; dum enim Apoſtolus 1. Timot.3.& ad titū 1. requirit ordinandum vnius eſſe vxoris virum, vtique excludit bigamum; cui quidem ſententiæ ſuccurrit, text. in cap. ſuper eò de bigamis; inibi enim Lucius Papa, præcepit, bigamos ordinatos deijciendos eſſe, & rationem ſubiunxit,quia cum bigamis contra Apoſtolum diſpenſare non licet; quod idem videtur affirmare Innoc.Papa in cap.nuper,eadem Rub.ſed alios, qui mirifica vtuntur accuratione, in perquirenda rerum veritate,haùd latebit,irregularitatem ex bigamia ortam, non ex iure Diuino, ſed poſitiuo proceſſiſſe; & grauiſſimi concluſere authores. qui vt maioribus perticis ſuffultæ vites, Auras non pertimeſcunt; ita ipſi veritati innixi,neque intus pauent, neque foris relatas formidant rationes,eaſq; fauentes aduerſæ parti, Archid. namq; vir præclariſſimus,illam de Iure diuino non eſſe, verum poſitiuo fatetur in cap.1.de bigam.in 6.& cap.lator, num. 2. diſt.34.Anan.in cap. 2.nu. 3. in fine de Adult. Borgas.tract.de irreg.Rub.de Bigam. num. 7.Anchar. conſ.124. circa bigamos prope finem, Milis in ſuo Repertor. verſ. Bigamus eſt irregularis, Sot. in 4. Sent.diſt.27.q.3. artic. 1. verſ. hæſitabit autem Syl ueſt.verbo bigamiam,num.7.Rot.deciſ.437.ſeu 1 nu.3.de Bigam.in nouis,& D.Th. in ſuppl. ad 3. p. q.65.art.1.verſ. Reſpondeo, Viguer.cap.16.§.7. verſ 14.ad finem,Henriq.Sum. Theolog. Moral.lib.12. cap.6.§.11. & alij plures cumulati inferius, numero 27.

Rationibus autem, iam pro contraria opinione adductisupereſt reſpondere; ac primo Paulinæ auctoritati, & debita præmiſſa proteſtatione, non deuiantis à vera, & orthodoxa reſolutione Sanctæ Matri Eccleſiæ, dico Apoſtolos vel
26 Eccleſiæ Paſtores leges condidiſſe, & in eorum locum ſucceſſiſſe Epiſcopos, quorum quidem conſtitutiones, non procedebant à iure Diuino, quæ autem, vt Apoſtoli præcipiebant, ſpiritu Prophetico proferebant, quo Sacram Scripturam condebant, quare Apoſtolus relatis in locis, potius vt Paſtor Eccleſiæ admonuit, tamquam rem decentiſſimam, vt ordinandus debeat eſſe vnius vxoris vir. idquè copioſé tradit Sot.in 4.ſententiar.diſtinct. 27. quæſt. 3. articul. 1. verſic. hæſitabit autem; quamquè rationem,

idem Sot. clarioribus illustrauit verbis in lib. 5. de Iust. & Iure quæst. 1. art. 4. vers. quod si hæsites, dicēs non omne Apostoli dictum, esse de Iure diuino; & eiusdem verba 1. ad Corinth. 7. nos edocent, dúm vxorem à viro non discedere (inquit) præceptum est Dei; quòd autem fidelis ab infideli vxore secū habitare consentiente, non discedat, ego dico non Dominus; Hinc infert; quod in assertionibus fidei immediata reuelatione mouebantur Apostoli, eorumq; enunciationes, meritò vt Diuina fides habētur; in legibus verò aliquibus ferendis, licet assisteret Spiritus sanctus, vt nunc Ecclesiæ, illæ tamen non propriæ sunt Iuris diuini; vt neque Papæ, & conciliorum Decreta in præsentia sunt; Exinde legimus Actuum V. quod Petrus Apostolus inquit, visum est non tantum Spiritui sancto; sed Spiritui sancto & nobis; & eiusmodi esse, relatam prohibitionem Apostolicam, nè bigamus ordinetur, conclusit inibi Sotús, alijque citati auctores, & Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 18. vers. secundo; quare, dictæ, constabilitæ conclusioni (vt Bigamiæ sit à Iure positiuo adiuncta irregularitas) neutiquam aduersatur, sicuti neque verba Lucij Papæ huius nominis tertij, in cap. super eo, de Bigam. & Innoc. in cap. nuper de bigām. textui enim in cap. super eo, duplex traditur responsio, prima quod Papa inibi respondeat proposito casui, circa bigamos ordinatos Archiepiscopali præcedente dispensatione, tanquam Archiepiscopo non licuisset dispensare, cum illis contra Apostolum, quamuis ea fuerit in positiuis; quare inibi non negat, quin ipse, & successores Summi Pontifices, id possint; & eandem habentes potestatem; quam Petrus Apostolus, Viguer. cap. 16. §. 7. vers. 14. in fine. Altera verò est responsio, quam dedit Diuus Thomas in 4. Sent. dist. 27. q. 3. art. 3. & Sot. eadem dist. 9. & artic. versic. ad aliud; qui quidem aiunt. Lucium Papām per illa verba in bigamis contra Apóstolum non licere dispensare, non respondere in forma, sed ad verba Pauli, quantum ad id est, de Iure naturali, & de essentia Sacramentorum, vt non liceat contra Apostolum dispensare, secus autem in his, quæ sunt ex institutione Apostolorum, in quibus Ecclesia nunc pari fungitur potestate; textui verò in cap. nuper, ea datur respoosio ab eodem Diuo Thoma, in supplem. ad 3. par. quæst. 66. artic. 5. vers. Ad primum, & Soto loco citato vers. ad textum ergo; Nā quia poterat suspicari an ita rigidè procedendum esset, cum contrahentibus matrimonia de facto, & cum eis, num liceret dispensare, maxime, quod non licet cum illis, qui plura, sed valida celebrarunt matrimonia; ideò vt ostenderet non aliter cum illis procedendum esse, quàm si legitimè diuersa iniuissent coniugia, eamdemque considerandam esse difficultatem dispensandi, meritò illa protulit verba, non autem, vt ostenderet subtractam fuisse Papæ facultatem dispensandi cum eisdem.

Cum itaque sit Iure positiuo introducta isthæc irregularitas; sequela est necessaria, licere supremo Præsuli in ea dispensare, & insutandam sententiam asserentium, cum bigamo nullam cadere dispensationem, & aliorum credentium Papæ licere tantum, cum bigamis promotis dispensare, vt ministrent, non autem, vt promoueantur; Neque aliorum addentium posse dispensare, etiam ad su-
27 scipiendos ordines, vsque tamen ad Subdiaconatum inclusiuè; nam vera est conclusio: tùm cum bigamo promoto, túm cum promouendo, & ad omnes ordines posse Summum Pontificem dispensare, ac præter cumulatos auctores supra num. 25. eam acriter defendunt Couarr. in Clem. si furiosus in princip. num. 2. part. 1. & §. 2. num. 4. Innoc. in capit. 2. & capit. ad audientiam de homicid. Anchar. in cap. vnico, num. 6. ibidemque Franch. num. 4. de bigam. in 6. Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 22. vers. & in istis de constit. Nauarr. in Summ. cap. 27. num. 197. vers. quinto, Bertach. tract. de Episcopo lib. 2. quæst. 25. part. 1. Ioann. de Montaign. tract. de bigam. quæst. vltima; eamque communem dicit opinionem Syluest. verbo bigamiam num. 7. Hoied de incompet. benef. cap. 13. num. 117. vers. sed breuiter part. 1. Paris. de Resign. benef. lib. 5. quæst. 3. num. 197. Summ. confess. lib. 3. tit. 3. q. 12. adeò vt contraria opinio, sit hæretica, vt inquit Paul. Grisal. in tract. decis. Cathol. verbo bigamia num. 4. Non enim bigamia ipsa repugnat essentialibus Sacramenti ordinis, vt asserit Diuus Thomas in 4. sent. distinct. 27. quæst. vnica, artic. 4. in finalibus verbis, sequitur Archidiac. in cap. Lector, num. 2. distinct. 34. Rota decis. 447. seu 1. num. 3. de bigam. in nouis; idque confirmatur, tam conclusione illa tradita num. 22. quod si ordinatur, vtique characterem recipiat; quam auctoritate Archidiacon. in cap. vnico, num. 1. de bigam. in 6. & apertè constat, ex cap. quicumque pœnitens 50. distinct. succurrit, & alia ratio, quia prohibitio, nè bigamus initietur, est Apostoli Pauli, ideo dispensatiuè auferri potest ab eo, qui Paulo non est inferior in Ecclesia, aut minorem non habet potestatem, vt inquit Diuus Thomas citata distinctione, articulo 4. quam rationem degustauit Rota in decis. mox relata num. 3. & Archid. in capit. Subdiaconus, & cap. Lector distinct. 34. Vltima est
28 ratio, omnem irregularitatem à Iure positiuo, & solo iure humano introductam, Anton. de Butr. in cap. nisi cum pridem, nu. 19. de elect. & communiter omnes tradunt, vt inquit Syluest. verbo irregularitas in fine versic. tertio, Couarr. in Clem. si furiosus in princip. nu. 2. p. 1. de homic. quin irregularitatem enatam ex bigamia, non iure Diuino, sed humano introductam substinui in versiculo præcedenti; quamobrem secura voce est clamandum, asserendumque intrepidè, posse Papam in omni irregularitate dispensare per Armill. verbo irregularitas, num. 89. & consequenter cum bigamo; sicuti legimus pluries fuisse cum eis dispensatum: Lucius namque Papa dispensauit cum Archiepiscopo Panormitano, qui fuerat bigamus, cuius meminit, glos. in cap. Lector 34. dist. & Diuus Thom. Sot. ac cœteri referunt, semel quoq; Martinus V. bis Eugenius IV. ac semel Nicol. V. & Sixtus, quorū testis est Borgas tract. de irreg. Rub. de bigamis nu. 1. p. 5.
29 Sed modo inquirendum est, num Episcopi eiusmodi indulgere valeant dispensationem? & distinguendum puto; vel quæri, si queant dispensare ad sacros, vel ad minores, etenim indubitati iuris esse arbitror non eos posse talem concedere dispensationem pro assumendis sacris, probatque Host. in Summa tit. de bigam. non ordin. §. vltimo in fine; & alij

& alij mille Auctores, quos Sayrus congerit in ſuo Theſauro caſuum conſcient. lib. 6. capit. 6. ſub numero 7.

Quò verò ad minores, diſſentio extat inter Doctores, quandoquidem negant Philipp. Franch. in cap. vnico nu. 4. Anchar. nu. 6. Io. Andr. ſub n. 1. & Anton. de Butr. num. 3. de bigam. in 6. Nauar. in ſumm. cap. 27. num. 197. verſic. ſexto dico, Epiſcopus, Scalenſ. tractat. de cenſur. Eccleſ. rubr. de irregul. cap. 6. Didacus de Alua Epiſcopus Abulenſis de Concilijs lib. 1. cap. 2. num. 2. Angel. in ſumm. verbo Bigamia num. 8. Gondiſſ. à Villadieg. tractat. de irregul. quæſt. vltima, eamque communem eſſe opinionem aſſeuerat Præpoſ. in cap. lector. 34. diſt. poſt num. 1. & Ioan. Montayg. in tract. de bigamia quæſt. 7. Sequiturq; Tolet. adiungens declaratum fuiſſe lib. 1. c. 68. verſ. quarta cõcluſio in fine. Alij verò Doctores, numero, & auctoritate maiores, concedunt Epiſcopis hanc facultatem, præſertim Diuus Thomas in ſupplem. ad 3. part. quæſt. 66. artic. 5. & quodlibeto 4. artic. 8. & 13. Sot. in 4. ſent. diſt. 27. quæſt. 3. artic. 3. concluſ. 2. Borgas. tract. de irregul. Rubr. de Bigam. num. 3. Silueſt. verbo Bigamiam num. 7. Armill. num. 9. Tabiena verbo irregularitas num. 7. Couar. in Clement. ſi furioſus §. 2. num. 4. par. 1. Henriq. ſumm. Theolog. moral. lib. 12. cap. 6. §. 11. Cardin. indicato cap. Lector, Sebaſt. Medices in ſumma titul. 9. quæſt. 31. part. 2. & Rota Romana deciſ. 447. ſeu prima num. 2. de Bigam. in nouis, & communiter hanc probari ſententiam, inquit Aſtaſan. in ſum. lib. 6. tit. 7. quæſt. 7. Gomeſ. Rotæ Auditor, Romanæque Curiæ ſtili non expers in tractat. breuium num. 20. quem tractatum ipſe inſeruit Rubricæ de reſcript. in 6. ex quibus apertè liquet, hac in re, duas adeſſe opiniones adinuicem contrarias, & ambas communes appellatas à Doctoribus, quas tamen conciliare nititur Gomeſ. in loco iam citato, vt affirmatiua procedat reſolutio, ſi legitima, & euidens ſubeſt cauſa, ſequiturq; Hoieda de incompat. benef. par. prima cap. 23. num. 117. circa finem, ſubiungens ipſe Gomeſ. literaturam, aut nobilitatem eſſe legitimam cauſam, in hoc caſu; cum, vero cauſa prædicta non extat, tunc negatiua opinio ſibi locum vendicet; at verò, & ſi quandoque Bonus dormitat Homerus; Ipſeque facilius ob nimiam imbecillitatem meam poſſim vera reſolutione aberrare, nihilominus DEI Omnipotentis ſiſus auxilio, & ſemota declaratione prædicta, meam in hac re profero ſententiam, affirmatiuæ prorſus aſſentientem opinioni, non tamen diſplicet libentius poſſe Antiſtitem concedere talem diſpenſationem, ſi aliqua cauſarum à Gomeſio relatarum concurrat, aũ t alia ſimilis, vel maior, dummodo vltra veram, ſiue interpretatiuam bigamiam non apponat manus; etenim reſpectu ſimilitudinariæ nullam retinent Epiſcopi auctoritatem diſpenſandi, nempè cum illo, qui voto ſolemni aſtrictus, aut ſacro ordine initiatus de facto contraxit cum duabus, vel cum vnica, & corrupta, Abb. in cap. ex literarum num. 5. in fine nè cleric. vel monaci, Sylueſt. verbo bigamiam, verſic. quantum vero ſub num. 7. ſunt tamen attendenda verba, quibus vſus ſum, cum vnica, & corrupta; quippè cum vnica, & Virgine, poſſe ſecum Epiſcopum diſpenſare, affirmat Abb. in cap. 1. per gloſ. ibidem verſic. diſpenſatiuè, qui cleric. vel vouent. & inibi Cardin. & communis, teſte Nauarr. in ſumm. capit. 27. verſic. ſeptimo ſub num. 197.

Et multò magis, vt perſiſtat in ſuſceptis, atque in eis miniſtret, ex gloſ. in cap. quicumque pœnitens 50. diſtinct. Sylueſt. verbo bigamiam nu. 6. nam turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes, cap. quemadmodum de iure iuran. præſertim quia, ipſimet Doctores concludentes non poſſe Epiſcopos diſpenſare cum bigamo, etiam ad ordines minores, ſubnectunt, verum eſſe, quò ad ſuſcipiendos, non autem, quò ad vſum ſuſceptorum, in quo licere Epiſcopo habilitare illos non dubitant, vt dicunt Nauar. citato cap. 27. verſic. ſexto, ſub nu. 197. & Viual. vbi ſupra; ita quod, licet vera eſſet quorumdam opinio, vt nequeat Antiſtes diſpenſare cum illo ad ſuſcipiendos minores, nemini tamen vnquam in mentem venit ſuſpictio, ità, vel nè valeat bigamum habilitare, vt incedat in habitu, & tonſura, vtque perſiſtat in minoribus antea ſuſceptis; ſed omnes proculdubio affirmatiuæ conſenſere ſententiæ, cui tamen addendum arbitror, tunc Præſulibus licere diſpenſare cum bigamo, vt in habitis perduret minoribus, ac miniſtret, atque propterea habitum deferat, priuilegioque potiatur, ſi antequam contraxiſſet bigamiam, illis initiatus fuerit, quod ſi poſt bigamiam, nullaque præcedente diſpenſatione auſus fuiſſet aſcendere ad ordines prædictos, nullatenus poſſent; cum ille in magno debeat reputare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, vt in quo inuenitur ordine, permaneat, à Papa ſibi fuerit relaxata venia, iuxta verba cap. quicumque pœnitens 50. diſtinct. qui textus, vt loquatur de eo, qui ita apparet ordinibus inſignitus, inſinuat inibi gloſ. & ſcribentes. Quin Summum quoque Pœnitantiarium poſſe iam dictis bigamis indulgere, vt gaudeant priuilegio fori, tametſi non ad obtinenda beneficia aduertit Gomeſ. in tractat. breuium num. 20. quod tamen hodie fortaſſe non ſubſiſteret, cum eius iuriſdictio non extendatur ad forum exterius.

Quin etiam cenſuit Diuus Thomas indicato artic. 5. licere Epiſcopis diſpenſare cum Religioſis, vt quamuis Bigami ſint, nihilominus poſſint etiam ſacros ſuſcipere ordines; ſequitur Armill. verbo Bigamiam num. 9. quorum tamen opinio, more, & vſu non celebratur, vt inquit Sot. adduct. diſt. 27. quæſt. 3. artic. 3. concluſ. 2. verſic. quinimmò, & alij multi approbant.

30 Ad beneficia vero diſpenſet Summus Pontifex, certi iuris eſt, & Pariſ. quamuis præter neceſſitatem ſcribit, in tract. de reſign. lib. 4. queſt. 4. nu 19. Epiſcopus tamen nequaquam, etiam ad obtinenda ſimplicia; etenim facultas reſpectu diſpenſationis ad ordines, non eſt dilatanda vltra caſus expreſſos, præſertim cum non deſint, qui negent habere Epiſcopos hanc poteſtatem diſpenſandi ad minores, imò aiunt neque Sacræ Pœnitentiariæ Prætorium, niſi cum diſpenſato à Papa, ad ordines, quia poſſet tunc habilitare bigamum ad beneficia ſimplicia, duo ſcilicet, & non vltra, Gomeſ. adducto numero 20.

31 Neque inutile erit ſi ſubiungam, an is, qui diſpenſationem obtinuit pro tonſura, vel etiam ordinibus,

nibus, & concedens sit talis, qui habuerit facultatem dispensandi, ad ordines, & beneficia, intelligatur habilitatus ad impetrandum, & adipiscendum beneficia? & negatiuè resolutum apparet in Regno Franciæ, teste Rebuffo in tractatu de pacif. possess. num. mihi 193. & succurrunt, quæ ipse cumulaui in cap. de illegitimis versic. qui veró; Namque dispensationem veluti à iure exorbitantem, & odiosam restringere oportet cap. 1. §. fin. de filijs Præsbyt. in 6.

32 Sed auferatur nè quandoque Bigamia, absque dispensatione? scio dubitari, præsertim si professione in Religione emissa & Couar. hanc dirimit litem, concludens, non eam auferri emissa professione, in clement. si furiosus §. 2. num. 6. de homicid. par. 1. Archid. in capit. si quis distinct. 81. etenim si illam non delet baptismus iuxta probata num. 4. multó minus poterit aliquis credere, vt eamdem aboleat professio.

Ac tandem pro Coronide sanctissimos admonere Episcopos non desistam, ne audeant nimis properè viduatis hominibus imponere manus, ordinesque conferre, cum nimis periculosa res sit illos promouere; vt dicunt Hostiens. in summ. de bigamis §. 1. & 2. nec non Panormit. in capit. 2.

33 num. 7. de bigam; quam enim propensæ sint mulieres ad libidinem, sibique viros copulare concupiscant; neminem latet, & Ouid. edocet refertq; Abb. adducto cap. 2. inquiens, casta est, quam nemo rogauit, & suffragatur Martiale Epigram. ad Sophronium, quod suscribo.

Quero diù totam, Sophroni Ruffe, per vrbem
Si qua puella neget, nulla puella negat,
Tãquam fas non sit, tamquã sit turpe negare
Tamquã non liceat, nulla puella negat (ergo:
Casta igitur nulla est; casta sunt mille, quid
Casta facit; non dat, non tamen illa negat.

Atque vtinam non rogata saltem casta esset, nè ipsa rogaret, incitaret, & prouocaret, quin mulieres omnes impeterent sanè viros, nisi rusticitas vetaret, aùt nisi mares, fęminas peterent; quæ singula Ouid. pulchrè cecinit eleg. lib. 1. in hunc modum.

Aut si rusticitas non vetat, ipsa rogat.

Et de arte Amandi lib. 1.

Conueniat maribus, nè quã nos ante rogemus.
Fœmina iam partes, victa rogantis aget.

& exemplum nobis est vxor Phutiphar, Eunuchi Pharaonis, Geneseos cap. 39. Phutiphar enim, emerat Ioseph; eumque præposuerat cunctis rebus suis, totamque domum gubernandam crediderat; quia vero formosissimus erat Ioseph, & decorus aspectu, vxor Phutiphar, cum iuuenem vidit, visumque optauit habere, & sollicitauit, vt secum furtim coiret, nimisque impudenter ausa est dicere, dormi mecum; tunc iuuenis robur ora notauit, & erubuisse decebat, visa mulieris tanta impudentia; posteaque respondit, Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in doma sua, néc quidquam est, quod non in mea sit potestate, præter te; quæ vxor eius es, quomodo ergo hoc facere malum possum, & peccare in Dominum meum? Alia plura sunt testimonia, consultò à me silentio inuoluta, cum omnibus hæc res pateat, mulierumquè libidinem nemo sit, qui ignoret; ob quam insignes etiam mulieres omnium infimis, ac sordidissimis seruis se exponere non verentur, vt scribit Cyn. in l. vnica in fine C. de Mulier. quæ proprijs seruis se iunxerunt; Nam quamuis nullum animal, ita hominis odorem sentiat, vt Anser, iuxta glosam in clement. vnica versic. omnium Sanctorum de reliq. & veneratione Sanctorum, Mulieres tamen, Anseribus citius sentiunt, vt scribit Sylua nuptial. lib. 1. versic. octauo allegatur fol. mihi 12. quæue nictere non cessant in odorandis vestigijs virorum, ac propterea tot lupanaria (subiungit) quisque reperiet in vnaquaque vrbe, quot domus, tantumque inter secretas, ac publicas meretrices differre, quantum inter milites, & Crassatores, iustumque bellum, & latrocinium; quorum alter palam in Aciem prodiens committit prælium; Alter verò, clanculum latrocinatur; qua quidem Mulierum lasciuia, incredulus Phylosophus ille secundus, experiri voluit, dum matrem alteri succubam inuenire studuit; hinc legitur apud Herodot. lib. 2. & apud Diodorum lib. item 2. quod cum Pheron Sesostris filius, Rex Aegyptiorum oculis captus esset, ad Deorum auxilium confugit, postque multa, ac varia sacra peracta, responsum accepit ab oraculo, vt faciem mulieris inspicere perquireret, quæ non nisi cum proprio viro coiuisset, quia illicò sibi oculi aperirentur; Alij dicunt, & fortasse verius, responsum accepisse, vt vrina mulieris oculos leniret, quæ alium non nouisset, quam virum suum; ipse ab vxore propria incipiens, toto in Regno expertus fuit, non nisi vnicam, illamque olitoris vxorem incorruptam fuisse, cuius vultu, aut potius vrina salutem consecutus est oculorum, quam postmodum in vxorem duxit, ac reliquas igni comburendas præcepit; Hinc Esseos, aut Essenos (vt alij putant) Iudæorum Phylosophos, matrimonia non contrahere, dicit Iosephus lib. 2. cap. 7. de bello Iudaico, existimantes, fœminarum intemperantiam cauendam esse, nullamq; eorum vni viro fidem seruare credentes, & refert Tiraq. lege nona Connub. nu. 80. Ratioque illa satis euidens suffragatur, quód adeó fœmina libidine vexatur, vt non immeritò, amore bachata dicatur, in §. fin. institut. de succession. sublatis, eaque tanta est, vt stimulus carnis in ea magis ardeat, quam in homine, dixerit specul. in tit. de actore §. 1. versic. sed vtrum in masculo luxurioso, num. 12. Gram. consil. ciuil. 50. nu. 2. & Claud. Tutius in sua repet. l. prægnantis num. 2. ff. de pœnis. Hæ quippè rationes, tàm validę, tamq; vrgentes sunt, vt vnumquemquam Præsulem suspicari impellant, vxoratum, bigamum esse, & propterea desistere á promotione viduatorum. illis tamen subiceant causam, qua detenti nolint eisdem conferre ordines, vt scandala ex his rebus enasci solita, cuitent.

Protestor tamen, me non animo exprobandi vniuersum genus fœmineum, hæc scripsisse, sed

34 commonendi gratia, cum perlegerim multorum auctorum volumina, mulierum castitatem extollentia, ex eorumque dictis cognouerim multò plures castas fuisse fœminas, quam viros; ac propterea, vt Sidonius lib. 7. scripsit Epist. 9. Vis malis moribus est, vt Innocentiam multitudinis, deuenu-

scent

rent ſcelera paucorum; pręſertim cum multorum raritas, nequeat flagitia paucorum excuſare: meritoque cauendum, nè multitudini crimen, ex aliquorum ſcelere obijciamus, id quod Ouid. de Arte Amandi liber ſecundus eleganter admonet ſic enim ait.

Parcite paucarũ diffundere crimen in omnes.

Iſta tamen adiunxi, vt ordinantes monerem eos præuidere, & accuratè animaduertere debere quid agant, dúm aliquos, præſertim viduatos intendunt ordinibus donare; cœterum mulierum genus honeſtandum eſſe omninò arbitror; ſicuti illud maximopere collaudant ſcriptores quámplurimi; atq; illi potiſſimum, quos recenſet Tiraquell. lege nona connub. num. 229. maximé ob nimiam pietatem, & miſerationem, qua omnes proſequuntur; cuius rei, inſignè extat exemplum 3. Regum 17. atque etiam ob magnam fidem, de quo permulta ſunt teſtimonia apud Scriptores, & in ſacris literis, maximé circa illa duo myſteria Incarnationis, & Reſurrectionis Domini: Incarnationis namque myſterium, mulieres fuerunt ad credendum promptiores, quam viri, vt ſcribit Guliel. Perald. in ſuo tract. exempl. virtutum, & vitiorum, cap. 123. §. 5. nam Zacharias incredulitatis redargutus fuit, ab Angelo, eò quod verbis eius non crediderat; Eliſabeth autem commendabilis legitur extitiſſe, quia illicó in aduentu Beatæ Virginis, dixit, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, Lucæ 1. De reſurrectione etiam legimus multos viros dubitaſſe, & IESVM illorum incredulitatem, & cordis duritiam exprobaſſe Matthæi 28. Marci 16. & Ioann. 20. de mulieribus autem, nihil tale legitur, ſed quod reſurgens Dominus 1. apparuit mulieri, ſcilicet Magdalenæ, quæ & ſtatim credidit, & cognouit Dominum, & currens diſcipulis lugentibus nunciauit, quod viderat Dominum reſurrexiſſe à mortuis. Ac tandem quanta ſit illarum erga Religionem propentio, ſubticeo, cum & Eccleſia ipſa oſtendat, orans pro deuoto fœmineo ſexu; quarum nonnullas legimus ſuiſmet ſtudijs, pijsque cohortationibus maritos ad fidem, & Religionem Chriſtianam impuliſſe, & reduxiſſe, quas recenſet Tiraq. in vndecima lege connubiali num. 15. cum ſequentibus, nobisque fidiſſimus eſt teſtis Paulus Apoſtolus 1. Corint. 7. vbi ſanctificatus eſt (ait) vir infidelis per mulierem fidelem; textus item in l. eum qui in fine C. de Epiſc. & cleric. oſtendit. Quod vxores interdum reddunt viros meliores, longeque proniores ad veram pietatem, & fidem amplectendam, vt propterea opinetur Chriſoſt. homil. 60. ſuper Ioannem cap. 10.
35 Mulieres viris ſapientiores eſſe oportere; rationemque ſubiungit, in hæc verba (quæ tanquam vtiliſſima tranſcribere cenſui) nihil enim (inquit) potentius muliere bona, & prudenti ad inſtituendum, & informandum virum quodcumq; voluerit, neque tàm leniter amicos, neque Magiſtros, neque Principes patietur, vt coniugem admonentem, atq; conſulentem; habet enim voluptatem quandam admonitio vxoria, cum plurimum ametur, quæ conſulit; multos poſſum afferre viros aſperos, & immites, per vxorem mitos redditos, & manſuetos; ipſa enim menſa, lecto, filiorum communicatione, dicendis, tacendis, ingreſſu, exitu, & alijs pluribus cum marito communicans, & vt corpus capiti coniuncta, ſi prudens erit, & diligens, omnes vincet, & coniugis ſuperabit diligentiam; hæc ille; ipſe vero, vt præſens caput, terminis circumſcribam. Vtar eiuſdem Chriſoſtomi verbis, quibus ille ſuam terminauit Homiliam 15. ſuper Matthæum: Ea ſcilicet. Audiſtis, ó mulieres, malarum mulierum peſſimos actus, & bonarum glorioſos triumphos; illarum ergo facinora calcate; Harum verò exempla ſectamini; illas execramini, has verò imitamini, vt cum ſanctarum fœminarum curſum, & veſtigia conſecutæ fueritis, in earum choro, atque conſortio pari gratia annumerari mereanimi, gaudentes, & lętantes ſemper cum CHRISTO IESV; cui honor, & gloria, in ſecula ſæculorum. Amen.

SVMMARIA.

Neophytis interdicitur promotio, num, 1.
Eorum duplex ſpecies, num. 2.
Rationes traduntur, ob quas non eſt promouendus, Neophytus in fide, num. 3.
Neophytis in fide prohibitio, quouſque protelatur, num. 4.
Ordinibus tantum maioribus, an etiam minoribus, inſigniri nequeant? num. 5.
Filÿ Iudaorum à natiuitate baptizati, non prohibentur, etiam quacumque adipiſci beneficia, num. 6
Eadem diſtantia temporum requiritur in Regulari volente ordinari, qua in Seculari, numero 7.
Tempora minuatim recenſentur ab vnoquoque ordine ad alterum, quin ab Epiſcopatum requiſita, num. 8.
Qua preterea ad officia Regularium, numero 9.
Ordinator Neophyti, multa antea perſcrutari debet, num. 10.

Capitulum Septimum.

1 OB DEFECTVM prohibetur etiam, Neophytus ordinari, iuxta Apoſtoli præceptum 1. Timoth. 3. & ad Titum 1. Neophytus autem in
2 duas diſtinguitur ſpecies; Prima eſt illius, qui propoſitum ſacræ Religionis aſſumit, & ex vita Gentilium nuper adhúc cathechizatus, & inſtructus ad ſpirituale baptiſma venit cap. quoniam 48. diſtinct. & hic ſuſcipere ordines non valet, ex Paulina auctoritate, nè dum ſacros, ſed nè minores quidem, vt concludit Ioann. de Friburgo in ſumm. confeſſ. lib. 3. tit. 14. quæſt. 3. & Couar. in clement. ſi furioſus par. 1. §. 2. verſic. ſecunda concluſio ſub nu. 7. quinimmò, neque ad ſecularia officia

officia admitti potest, per glos. 1. in cap. constituit 17. quæst. 4. Ias. in rubr. de iustit. & iure num. 6. Roman. sing. 679. nunc veniamus, & Couar. citato §. nu. 8. Neophytus autem deriuatur, á neos, quod est, nouum, & phytes, hoc est fides; quare Neophytus, sit nouus in fide, iuxta glos. Nicolai de Lira super dictam Pauli Epistolam, ad Tymoth. Altera species Neophitorum est, illius, qui recenter suscepit habitum Ecclesiasticum, & hic neque admit-
3 tendus est ad ordines c. sicut 48. dist. Ratio autem, quo ad Neophitum in fide, illa præ cœteris verissima traditur ab eodem Apost. 1. Timoth. 3. nè in superbiam elatus, in Iudicium incidat diaboli, fortasse credens, fidem Christianam eorum auxilio indigere, ac sine eis regi minimè posse, vt super eadem Epist. glosauit Lyrensis, & glos. in summ. 48. dist. Ratio autem, quo ad Neophytum in Religione, illa mihi placet, quia ruit murus, cum pondus tignorum, humore nondum exiccato apponitur, ex Felyn. in cap. eam te versic. limita 2. sub nu. 12. de præscript. Quæ autem vtramq; speciem complectatur, ea mihi optima, videtur, quam tradit Diuus Hieronymus super Epist. Pauli ad Titum, & refertur in summ. 48. dist. quia, non licet, vt qui heri erat cathecumenus, hodie fiat Episcopus; qui heri erat in Theatro, hodie sedeat in Ecclesia; qui Vesperi, erat in circo, hodie ministret altari; qui dudū fuerat fautor histrionum, hodie sit consecrator virginum; momentaneus namque sacerdos, nescit habere humilitatem, obseruare modos personarum, vel sese continere, non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non pauperibus erogauit, ac quia in arrogantiam incidunt, qui nondum discipuli, fiunt magistri; & miserum est, eum fieri magistrum, qui numquam fuit discipulus, cumque Summum Sacerdotem fieri, qui in nullo gradu vnquam obsecutus fuerit sacerdoti cap. miserum 61. dist. ea propter Celestinus Papa Episcopos Gallicanos admonuit, vt debeat antea esse discipulus, quisquis Doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit; omnis namque vitæ institutio ad id, quod tendit, se ratione confirmat; qui minimè literis operam dederit Præceptor non potest esse literarum; qui non per singula stipendia creuerit, ad meritum stipendij ordinem, non potest peruenire, cap. fin. 49. dist. gradatim ergo ordines assumere oportet, alioquin casum appetit, qui ad summi loci fastigia, postpositis gradibus per abrupta, querit ascensum cap. fin. 48. distinct. atque huc pertinet quod Plato lib. 16. de legibus fol. 3. in princ. scripsit, quod imperare nescit, qui nondum, & parere nouit; & Plutarc. iure merito in polit. fol mihi 11. dixit, quod qui numquam seruiuit, is laude dignus esse Dominus nullo tempore poterit, & á contrario sensu arguendo, concludit Cicero lib. 3. de legibus in princ. vt bene imperans, paruerit aliquandò necesse sit; ideò interrogatus Agesilaus Rex, cur maximè fælices essent spartiatæ, respondit, quia maximè aliorum se exercent, vt imperent, & obtemperent, refertq; Plutarch. in Apolog. Lacon. fol. 5. & 159. & in orat. ad Imperat. Traian.

4 Sed quousque talis prohibitio proteletur? aliqui dicunt, illùc vsqué extendi, quousque dici potest de recenti Baptizatus; postea veró si eius studium, & fides probabilis sit; aút si hominum raritas exegerit, dispensatio de facili concedatur per cap. vnicum 57. dist. Roman. sing. 421. an factus Christianus Felyn. in cap. cum sit, ante num. 1. de Iudæis & cap. eam te sub num. 12. de rescript. glos. in cap. constitutus, vers. ex Iudæis 17. quæst. 4. Aliqui vero crediderunt cum propriè dici Neophytum, qui ex Iudaica lege, aut Mahumetica, vel Ethnica, nuper Legem CHRISTI professus fuit, & cum hoc requiri dispensationem, non autem cum eo, qui diú antea, aút etiam ex ipsa natiuitate iam baptizatus est, quamuis genus ex Iudæorum gente deduxerit, inquit Couar. citato num. 7. versic. prima conclusio Nauarr. cap. 27. versic. tertio dico, sub num. 205. Gregor. de Valentia tomo 4. disput. 7. punctu 3. §. 3. Hoied. de incompat. benefic. par. 1. cap. 24. num. 2. & Sayr. in suo Thesauro lib. 6. c. 13. sub num. 11. ideò promotos legimus Diuos Seuerum, Nicolaum, & Ambrosium, in cap. statuimus §. fin. 61. dist. ipseque Ambrosius comprobat, inquiens, ordinationem suam occidentales Episcopos iudicio, orientales verò exemplo probasse in capit. Neophytus 61. dist. vbi glos. tùm in figuratione casus, tùm in fine addit, exemplo probasse, qui multos tales elegerunt; & nos legimus, de Iudæis conuersis, Ecclesiam fundatam esse, iuxta glos. fin. in cap. eam te de rescript. exemplo Beati Petri, & aliorum in cap. nono 71. distinct. credo tamen melius esse premittere dispensationem, quia iura prohibentia Neophytos promoueri, indefinitè loquuntur, vt affirmat borgas de irregul. rubr. de bigam. num. 5. & 9. & glos. fin. dicto cap. Neophytus; vel saltem iudicium Episcopi requiratur, discernens, an nouiter conuersus ad fidem fuerit, an veteranus miles Christianæ Religionis, ex his, quæ Couar. notat adducta clement. par. 1. §. 2. num. 7. versic. tertia conclusio, in fine; & sequitur Hoied. indicato cap. 24. post num. 4. quasi tunc dicatur amisisse nomen Neophytorum, quando vero dicatur non de recenti baptizatus, conuenit nó ignorare; & quippè ille erit, qui decennió antea fuerat baptizatus, vt ex sententia Felini indicato cap. eam te, probat Sayrus citato num. 11. alij vero crediderunt, eum rectè ita iudicari, qui triennio antea sacro lauacro regeneratus apparet, eó quod istud tempus præexigitur, ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augumentum §. si quis igitur in auth. de Monach. aut etiam posset dici, qui biennio antecedenti baptismum recepit, nàm quicquid infra biennium factum est, videtur de recenti esse, & Hostiens. in cap. cum inter, & inibi Doct. de re iudic. firmatque additio ad Felyn. in capit. eam te num. 12. de rescript. & mihi placet, vt non censeatur de recenti baptizatus cum est lapsum biennium à die baptismi suscepti, ex resolutione Roman. singul. 421. An factus Christianus, & concinit textus, in cap. Monasterijs 19. quæst. 3. tametsi ea nequaquam mihi displiceat resolutio, vt tamdiù dicatur de recenti baptizatus, quamdiù ea nescit de lege Euangelica, quæ Neophyti solent ignorare, vt scribit Borgas tract. de irreg. rubr. de bigam. num. 13.

5 Prædicta tamèn videntur restringenda, ad Neophytum suscipere ambientem sacrum ordinem; ad minores etenim fortasse ascendere non sunt prohibiti, vt scribit Dec. in cap. eam te num. 32. &

Ripa num.31. de reſcript. quare illos capaces eſſe beneficiorum, etiam in Eccleſijs Cathedralibus, prædicti crediderunt, ibiquè Abb. num.7. atquè etiam ad canonicatus: quia, vt illic dicit Ripa, non requirunt maiores ordines; quod an verum ſit, ſcripſi in Rubr. de ætat.ordin.cap.6.ſub nu.26. & 27. Sed quoniam Doctores allegati, pedes non firmant, in ea reſponſione, quod poſſint minoribus inſigniri, & conſequenter beneficia habere, nam plures tradendo ſolutiones textui illi, hanc inter alias pertranſeundo, referunt, quinimmò Ripa inibi videtur reſpuere illam, dum in fine inquit, tenendam eſſe primam ſolutionem, vt ille textus loquatur de conuerſo, iam dudum, & non de Neophyto, propterea concludendum arbitror, nequè ad minores admittendos eſſe Neophytos, vt in princ. huius capitis affirmatiuè tradidi; ille verò
6 ex Patre, vel Auo Iudæo, ſiuè Sarraceno, qui ortus eſt, & á Natiuitate baptiſmi lauacro regeneratus fuit, nèc publica prohibetur conſequi officia, nec beneficia, neque vero ſacros ordines, aút dignitates, vt aſſerunt Couar. in clement. ſi furioſus par.1. §. 2.num.8.verſic. ſexta concluſio Ioan. de Anan. in cap. cum ſit numero de Iudæis, ibique Felyn.nu.2. Dec. in cap.eam te num.6.de reſcript.& illic Ripa num.29.Onzala Theologus, in ſuis ſacris narrationibus ſcripturarum in lib.7. in verbo Neophytus, Nauarr. in ſumm. cap. 27.num. 205. verſic. tertio loco Pariſ. conſil.2.& ſi eſſe Iudæum num. 211. cum ſeq. vol. 4. quam communem eſſe reſolutionem teſtatur Hoieda de incompat. benefic. par.1 cap.23.num.54.

7 Quò vero ad ſecundam ſpeciem Neophytorum affirmo, circa ſuſceptionem ordinum, nullam adeſſe differentiam, quò ad interuallum temporis ab vno ad alium ordinem, reſpectu clerici ſecularis, vel regularis. vnuſquiſque etenim ipſorum eadem interſtitia ſeruare debet, nam etiam minores ordines, non niſi ſeruatis temporum interſtitijs, conferri poſſunt, ex Concil.Trident.in cap. Mino-
8 res ordines de reformat. ſeſſ.23. & hoc caſu interſtitia erunt, ab vno die feſtiuo ad alium, cum tempus præfixum pro illorum collatione ſit omnis dies feſtiuus, vt copioſè differui in rubr. de tempor. ordin.capitulo.numero.ſed Maiolus tractat. de irreg. lib.3.cap.24.nnm.13. putat poſt Concilium interſtitia inter vnum minorem ordinem, ad alium, intelligenda ipſa quatuor tempora, & ſic ordinatus in quatuor temporibus, debeat expectare proximum ſequens ieiunium quatuor temporum, ſi alium ordinem minorem ſuſcipere velit; cuius ſané altera tutior, potius, quàm verior eſt ſententia, nám ſi in feſtiuitate, illi conferri poſſunt, & non ſimul, ergo ſufficit ſi non eadem die dentur, ſed diuiſim, & in quolibet die feſtiuo.

A ſuſceptione verò poſtremi gradus minorum ordinum, non niſi poſt annum, ad ſacrum ordinem poteſt aſcendere, alleg. cap. minores ordines, ſacri Concilij; Promoti verò ad ſubdiaconatum, ſi per annum ſaltèm, in eo non ſunt verſati, ad altiorem gradum aſcendere non permictantur, cap. ſubdiaconi eadem ſeſſ. 23. de reformat. & hi ad Præsbyteratus ordinem non aſſumendi, niſi in Diaconatu, non minus, quàm per annum integrum miniſtrauerint, cap. qui piè ead. ſeſſ. 23.

Quin ad Epiſcopatum nemo promouendus, niſi per tres menſes antea ſit inſtructus in ordinibus, vt aliqui credunt; aút ex aliorum ſententia per annum, quemadmodum in Abbate dicit gloſa, in cap. officij, verſ. competenter de elect. ſed Concilium Tridentinum requirit, vt eligendus ſaltem ſex menſium ſpatio antea conſtitutus fuerit in ſacro ordine cap.2. ſeſſ. 22. de reformat. ex cuius verbis colligo, ſufficere, ſi vno tantum ordine ſacro fuerit ante ſex menſes inſignitus: ſed per bullá Greg.14. publicatam 15. Maij 1590. cum plurali numero vtatur, ſicuti etiam textus in c. à multis de ætat. & qualit. oporteret omnibus ſacris initiatum fuiſſe ante ſex menſes, dum requirit, vt ille ſit in ſacris conſtitutus, ante ſex menſes, quemadmodum, & ante concilium diſpoſuerat textus in cap. oſius 61. diſtinct. ibi, ſed non eligatur aliquis, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus; quare laici omninò prohibentur ad Epiſcopatum eligi cap. ſtatuimus §. his omnibus 61. diſtinct. niſi meritò profeſſionis, clericalem vitam tranſcenderent, vt auctoritate dicti §. concludunt Barbat. conſil. 41. Deum inuocent lib.3.& Tiraq. de pœn.cauſ.51.num.148.

Quò verò ad reliqua, conſideratur quidem differentia inter clericum ſecularem, & regularem, nam ille ſeruatis interſtitijs, iam dictis, non impeditur promoueri, Regularis autèm tenetur præterea
9 expectare tempus profeſſionis, cúm durante anno probationis, neque minores valeat ſuſcipere ordines, cap. Monaſterijs 19. quæſt.3. Henric.in ſumm. Theolog. moral. lib.14.cap.4.§.7. Maiol. tract. de irregul. lib.1. cap. 31. num. 6. ad Abbatiam verò, ſeù Prælaturam ſuæ, vel Alterius Religionis, niſi antea fuerit ordinem Regularem expreſsè profeſſus, eligi non poteſt, cap. nullus de elect. in 6. tametſi inibi Bonifacius Octauus, ad Epiſcopalem dignitatem nouitium eligi permittat.

Inſuper Abbatiſſa, Prioriſſa, vel quocumque alio nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, vt eligi poſſit, neceſſe eſt; vt ſaltem octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit, ex Concil. Trident. in cap. Abbatiſſa ſeſſ.25.de regul. & affatim ſcripſi in rubr. de Aetate ordinand. cap. vltimo, num. 89. Virgines quoque Veſtales, á Numa inſtitutæ fuerunt, quæ primis decem annis diſcerent Ritus Sacrificiorum, alijs, exercerent; tertio decennio docerent, vt refert ſumm. Roſella lib.9. diſtinct. 10. capit.8. verſic. Camilla.

Ad Neophytos in fide, vt redeam, non omittendum cenſui, quod omni, & accurata diligentia vti debent, qui eos intendunt ordinare, ſiquidem tanta eſt eorum obſtinationis perfidia, & patrij erroris vetuſtas, nè verè quidem quandoque in IESVM CHRISTVM Dominum credant, neque vero Catholicam fidem ſincere teneant; quare debent ipſi perquirere, & diligenter inueſtigare quamplu-
10 ra, circa illorum vitam, & vſum; atque ea præſertim, quæ illi ad primæuam ſectam mente, & ſecretè conuerſi, nonnumquam obſeruant, & ex quibus dignoſcit Eccleſia, eos iterum reuerſos ad illam; ſigna autèm huiuſmodi nonnulla recenſet Eymericus, quo ad Neophytos ex Iudaica gente prognatos, in tertia parte Directorij, num. 114. vbi ſubſcribit Pegna complura, & notabilia, in comment. 25. in cuius calce opinatur Pegna, vt omnia

de

de Iudæis inibi relata, eadem in alijs, qui ad Christianam Religionem, ex sectis conuertuntur alijs, locum habeant, consideratis ritibus, & moribus singulorum; nam iuxta Constitutionem Innocentij Tertij in Concilio generali, qui ad sacri vndam baptismatis accesserunt, & veterem hominem omninó non exuunt, vt nouo perfectius induantur, sed prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ Religionis decorem, tali commixtione confundunt, compellendi sunt, vt fidem obseruent; qua propter, in illo Concilio præcipitur, vt talis obseruantia veteris Ritus, per Prælatos Ecclesiarum omni ratione compescatur, vt quos Christianæ Religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas, in eius obseruatione conseruet; cum minus malum existat, viam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroire cap. quidam de apostat.

SVMMARIA.

Serui ordinari prohibentur, num. 1.

Seruituti, aut turpitudini mortem anteponendam esse, num. 2.

Seruorum conditionem non contemnendam, numero 3.

Serui, si ordines suscipere audeant, imprimitur caracther, num. 4.

Patrono quomodo succurrendum, si seruus promoueatur, num. 5.

Serui ordinati, ac reuersi in potestatem Dominorum, quo Priuilegio gaudeant? numero 6.

Seruorum appellatio, quos complectatur, numero 7.

Seruorum multiplices species, recensent Iureconsulti, num. 8.

Ascriptitij quoque ordinari vetantur, numero 9.

Vaxallis Angarijs, neque licet assumere ordines, num. 10.

Seruorum in promotione tria esse attendenda, num. 11.

Serui volentes ingredi Religionem, non sunt admittendi, cum ampliationibus, num. 12.

Liberti etiam, nec sunt admittendi, num. 13.

Patronis debetur ius honorificum, vtile, & onerosum, ab ipsis libertis; quorum Iurium subsequitur declaratio, num. 14.

Liberorum colonorum, &c. eandem esse rationem, si vterque parens, censitus sit, ac si alter tantum, demonstratur, num. 15.

Capitulum Octauum.

CANONE Apostolorum 81. erat sané permissum, vt serui citra Dominorum voluntaté, ascenderent ad ordines, sed quia seruorum status, ac vilitas, ex Iuris gentium Constitutione inuenta, qua quis Dominio alieno contra naturam subijcitur. §. seruitus, instit. de iure person. hunc non capit honorem, ex cap. admittuntur 54. dist.
1 non mirum si iustius eis vetitum fuit, ne ad ordines antè libertatem adeptam, aùt sine consensu Domini conuolare possent in cap. 1. & 2. dist. 54. irreligiosum namque est, si seruituti obligati existant, qui sacri ordinis suscipiunt dignitatem, iuxta verba concilij 4. Toletani, canone 73. adeò, vt, cuiuis Episcopo in consecratione præcipiatur, nè illos promoueat; hinc dicitur in cap. consuluit, de seruis non ordin. vt memor esse debeat eius, quod sibi in cōsecratione fuit dictum, scilicet, vide, nè quemlibet seruilis conditionis ad ordinem promouere præsumas; Huiusmodi autèm seruitus, non tantum impedit maiores suscipere ordines, at quoqué minores, vt tenet Præpos. in cap. nulli dist. 54. Diazza in praxi crimin. canon. cap. 17. quinimmó, famulos etiam Ecclesiarum complectitur prohibitio isthæc, cap. qui ex famulis, eadem illa distinct. quod vtique, non sine euidentissima ratione, cum seruilis vilitas tantam consequi dignitatem non mereatur, nè quid de summa sacerdotali potestate minuatur, neuè de illius dignitate detrahatur; aut ipsa hominum celsitudo obscuretur, vt inquit Basil. in Epist. 8. ad Eusebium Episcopum Samo-
2 lat. seruitus enim adeò est odiosa, vt illi, aùt turpitudini, sit mors anteponenda, ex Cic. in lib. de offic. qui præterea alibi scripsit, quod emori potius, quàm seruire præstat, namque (vt ille met affirmat in prima, & secunda Phylippica) postremum est omnium malorum; cuius non exilior erit altera ratio, quod seruorum animus nequaquam integer sit, sed mentis dimidium ijs ademerit Iuppiter (Homero teste) quos seruituti fecit obnoxios; hinc Poeta.

Dimidio mentis depriuat Iuppiter illos
Seruilis quoscumq; viros. sors experit vnquā.

ex quibus admonet Manutius in lib. Prouerb. super Adagio illo, quot seruos habemus, totidem habemus hostes, & inquit, nè quid fidamus illis, neuè ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colunt; namqué verus amor libertatis est alumnus, odit vero, quisquis metuit; vnde genuinum quoddam odium insitum videtur seruis in Dominos, indequè fortasse euenit, quód Romanæ militiæ legibus, serui in primis arcebantur ab ipsa militia, Histriones quoqué, & capite censi, vt refert Lauinius Torrentius in suis annotat. ad Sueton. in vita Neronis Claudij post num. 44. versic. nullo idoneos atque ex his conuenientius quidem per sacros Canones, arcentur á numero militum cœlestis militiæ non

3 non propterea exiſtimo contemnendam ſortem ſeruorum, cùm multos ex his fideles, prouidos, fortes, philoſophos quoque fuiſſe conſtet; quinimmò te benignum Lectorem inſtruit in hac re Macrob. in lib.1. Saturnal. cap.11. dum ait, cogita eos, quos ius tuum vocas, iiſdem ſeminibus ortos, eodem frui cœlo, æquè viuere, æquè mori; ſerui ſunt, imò homines; ſerui ſunt, imò conſerui, ſi cogitaueris tantumdem in vtroſque licere fortunę, tàm tu illum videre liberum potes, quàm ille te ſeruum; atque ideò quid ita nomen ſeruitutis horremus? ſeruus eſt quidem, ſed neceſſitate, ſed fortaſſe libero animo ſeruus eſt, hoc illi nocebit, ſi oſtenderis, quis non ſit, Alius libidini ſeruit, alius ambitioni, alius auaritiæ; omnes ſpei, omnes timori, & certè nulla ſeruitus turpior, quam voluntaria; at nos iugo á fortuna impoſito ſubiacentem, tanquam miſerum, vilemq; calcamus, quod vero nos noſtris ceruicibus inſerimus, non patimur repræhendi.

4 Huiuſmodi ſeruilis conditionis viri, ſi hanc prohibitionem paruiſcerint, auſuque temerario ducti, ordinibus Eccleſiaſticis fecerint ſe donare, vtique caractherem receperunt, vt concludit Præpoſ. in cap. nulli diſt.54. Diazza in praxi canonica cap.17. & Maiol. tract. de irreg. cap.35. nu.3. verſ. prohibentur Gregor. de Valent. tom. 4. diſput.7. quæſt.19. punct.3.§.2. verſ. quintus, Aſtaſan. par.2. lib.6. tit.20. quæſt.1. & Sayr. in Theſauro caſuum conſcientiæ lib.6. capit. 14. num.2. & peccat mortaliter, Tolet. in ſumm. lib.1. capit. 25. num.1. ſed quid tunc agendum ſit, cum Dominis ipſis eorumdem ſeruorum, maximopere refert, vt ſubiungam.

5 Et pro reſponſione indubitabili, aliquas, & veras ſelegi concluſiones ex diſtinctione gloſarum, in capit. de ſeruorum verſic. deponatur, & capit. nullos, verſic. degradetur ſub rubr. de ſeruis non ordin. prima autem, & tutiſſima eſt reſolutio, vt cum ordinatur ſeruus, ſciente Domino, nec contradicente, tunc conſequatur libertatem, capit. ſi Domino ſciente 54. diſtinct. §. ſi ſeruus, in auth. de Sanct. Epiſcop. Altera vero eſt, vt promotus ſi fuerit coutradicente Domino, aut ignorante, tunc Epiſcopus ordinator (vltra peccatum mortale quod committit, Tolet. in ſumm. lib.1. capit. 25. num.1. & Henrichez lib.14. capit.8. §.7. & annalem ſuſpenſionem à celebratione Miſſarum ſibi inflictam per Concilium Aurelian.3. in capit. 2.) tenetur illius Domino ad duplum, ſi ſciens illum ſeruum eſſe ordinauit, quòd ſi ignorans, tunc ille, qui teſtimonium, pro eo perhibuit, Antiſtitique ſupplicauit, vt ille promoueretur, perſoluere deberet iſtud duplum, iuxta capit. ſi ſeruus abſente Domino 54 diſtinct. cuius canonis verba, refert Diazza adducto capit.17. & Epiſcop. Scalenſ. in tractat. de cenſur. capit. 14. Summ. Confeſſor. lib.1. tit.8. quæſt.3. talis autem ordinatus à ſeruitute exemptus proculdubio eſſet cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, quod ſi ambo illius ſtatum, & conditionem non ignorarunt, compelleretur quiſquam, vnicum exhibere mancipium; quod ſi neuter eſſet ſoluendo, poſſet Dominus repetere ſeruum, quamuis ordinibus inſignitum, per c. ex antiquis diſt.54. eſt tamen aduertendum, quod ſemper dominij præſumitur ignorantia, ex l. ſuper ſeruis C. qui milit. non poſſ. gloſa in adducto cap. ſi ſeruus, verſic. ignorante, quòd ſi tàm ordinans, quàm ſupplicans neſciuiſſent ſeruilem conditionem, huius ordinati; & ille remaneret in ordine, atque etiam liber, ſi ſacerdotium ſuſceperit, dummodò dederit Domino peculium, ſi habet per illud met c. ex antiquis, ſcilicet, acquiſitum poſt ſacerdotium Aſtaſan. par.2. tit.20. verſ. quod intelligitur lib.6. Quod ſi peculio careat, neque vero alter adſit, qui eius redimat ſeruitutem, non prohiberetur Dominus rehabere ipſum, qui tamen compelleretur eidem deſeruire tantum in his, quę ſuum ordinem decent, nempè ad celebrationem Miſſarum, & ſimilia, iuxta c. frequens, diſt.54. Abb. in c. nullus, verſic. oppono 3. de ſeruis non ordin. Nauar. in ſumm. cap.27. num.203. verſic. decimo ſexto, & Diu. Anton. in 3. part. ſumm. tit. 28. capit.6. §.6. ſed ſi Diaconatum ſuſcepit, poterit Domino præſtare Vicarium, alias foret ipſe reſtituendus, per alleg. cap. ex antiquis; alijs verò initiatus, ſi vellet alium ſubrogare, non arctaretur dominus illum recipere, nam eidem volenti proprium repetere mancipium, id liceret, ex reſolutione Goffredi Hoſtienſ. & Innocent. quos refert, & ſequitur Alberic. in ſuo Dictionario, verbo ſeruus el 1. ac propterea, qui ordine Subdiaconatus olim initiatus erat, non vtique eximebatur à ſeruitute, per alleg. cap. ex antiquis, quandoquidem inter ſacros ordines, non dum numeratus erat, cœpit enim à Conſtitutione Gregorij, & Vrbani eſſe ſacer ordo; ac Iure meritò Innoc. 3. Conſtitutionem relatam de ſeruis ad ſacros Ordines aſſumptis, extendendam cenſuit ad inſignitum ſubdiaconatu, in cap. miramur, ſub dicta rubr. de ſeruis non ordin.

6 Supereſt modo non omittere enarrationem priuilegiorum, quibus potiuntur ſerui ordinati; Sed reuerſi in poteſtatem Dominorum, & reſpondit Maiol. in tract. de irreg. lib.1. cap.35. num.4. verſic. multis autem, & inquit, promotum ad minores inuito, aut inſcio Domino, ac propterea illi reſtituto, reputari pro mero laico, & carere tum fori priuilegio, tum altero canonis, ſiquis ſuadente 17. quæſt. 4. ſubdens, id expreſsè probari in cap. ex antiquis 54. diſt. & gloſ. fin. in cap. nullus de ſeruis non ordin. ſed mea niſi me fallit opinio, ſuſpicor Maiolum, à vera ſententia aberraſſe, quandoquidem cum ſit promotus, ordiniſque retineat caractherem, eſt profectò á laicali poteſtate, ac iuriſdictione exemptus, eumque offendens, incidat in ſententiam excommunicationis, vt affabre ſcribo in rubr. de Priuileg. cleric. capit.1. numero ſunt tamen reſpectu dominorum exuti clericali Priuilegio, iuxta verba gloſæ finalis, in adducto capit. nullus, quare omninò dicendum arbitror, eos gaudere Priuilegijs clericalibus, quo ad cœteras perſonas, atque ita oporteat interprætari allegatum canonem, præſertim quod eiuſdem verba; id idem indicant, ibi, exuti Religioſo priuilegio ad Dominorum ſuorum poſſeſſiones iuſta debuerunt admonitione compelli: ergo ſpoliatio priuilegij fauorem reſpicit Dominorum, excepto tamen priuilegio canonis, ſi quis ſuadente 17. quæſt.4. cuius excommunicationem

incurrat, etiam Dominus, si illum percutiat, vt clarè dicit Sayr. in Thesauro casuum conscientiæ lib. 6. cap. 14. num. 5. Astasan. 2. par. lib. 6. tit. 20. quæst. 5. & Angelica verbo seruitus num. 5.

7 Isthæc autèm seruorum appellatio, né dum mancipia bello iusto capta amplexatur, (quæ de Iure gentium sunt in seruitute, non quidem quod seruitutem primo Ius gentium inuenerit, sed primo approbauerit, ex glos. in cap. Ius gentium, versic. seruitutes prima distinct. atque hi si á Domino aufugiant, peccant, ex cap. si quis seruum, el 1. & 2. 17. quæst. 4.) sed etiam vniuersis seruorum species,
8 quæ à Iureconsultis multiplices censentur, & plerumque ab opera, & Ministerio appellatæ, quarum plures memoriæ prodit Alex. ab Alexandro in lib. 3. genial. dier. cap. 25. inter quas species, primò numerantur topiarij, quorum meminit Paul. in l. cum quæritur §. fin. ff. de leg. 3. & Vulpian. in l. Instrumenta ff. de fundo instructo Instrum. legat. neque hic res in controuersiam vocatur, quin topiarij inter rusticorum prædiorum operarios, ponantur; quippè á græcis sic dicti sunt, qui arbusculas, virgultaque ductilia facili flexu, in varias formas, figurasque, modò humi; modò per ruris spatia, nouo, & solerti ingenio effinguunt, & concinnant, fuisseque moris prisci, buxo, myrto, aút alio virgulto, varias hominum effigies, nauiumque formas, aút turrium, ædium, vel cubiculorum species, in hortis, per huiusmodi operis magistros, qui operarij dicti sunt, effingi, & concinnari; quæ quidem ars in agris colendis frequens fuit, nèc fastidienda sedulitas, quo opere, hortos nostrates, myrto, rosis, hædera, alijsque consimilibus, per operarios istos ornatos, antenati viderunt; nosque plerumque cernimus, & Romæ quotidie aspicimus; sunt præterea saltuarij, quos labeo, eos tantum putat, ita dici, qui fructuum conseruandorum gratia parati sunt, non eos, qui finium custodiendorum causa, sed Neratius, etiam istos dici saltuarios existimat, & hoc iure vtimur, per l. quæsitum §. saltuarium ff. de fund. Instr. Instrum. leg. quare prædijs legatis, & quæ eorum prædiorum colendorum causa empta, parataque essent, neque topiarios, neque saltuarios legatos videri, ait Paulus; topiarios enim ornandi, saltuarios autèm, tuendi, & custodiendi fundi magis, quam colendi causa paratos esse, affirmat, in adducta l. cum quæreretur §. fin. in quibusdam tamen regionibus legato fundi, & instrumentorum eius, accedunt topiarij, si etiam viridaria in eo sint, quod si fundus saltus, pastionesq; habeat, accedunt etiam greges pecorum, pastionesque, saltuarij, alleg. l. instrumenta, in fine; dumtamen Grex ideo comparatus fuerit, quia non aliter, ex saltu poterat fructus percipi; eò quód per greges tunc percipiuntur fructus ex saltu, vt idem Paulus subiungit in l. de grege alleg. Rubr. Atriazios verò, siue Atrienses, memorat ipse met Paulus in eadem l. instrumenta, vbi glosa, atque alia in l. 1. §. cæterum, eiusdem tituli, & existimant eos esse, qui purgant, custodiuntque atrium, aut homines acciunt ad hospitium; quique sub Mediastini nomine continentur, vt inquit Vulpianus, indicato §. cæterum, subnectens opera Mediastini etiam fungi eos, qui & focarij, sunt peculiari nomine appellati, atque ita, quòd focum faciant, subijciantque ignem, ex glosa in l. quæsitum, alleg. rubr. vbi Iureconsultus focariam in fœminino genere posuit; Mediastinus autém, seruus est ex abiectioribus, ita dictus, quia domestica quæque vilissima, ac sordidissima quæque ministeria obire domi cogatur; sed scoparij infimi hominis mentionem facit idem Vulpianus, in l. Instrumenta, pauló ante citata, quem ita nuncupari, arbitratur inibi glosa, qui pauimentum verrit, nitidasque columnas ostendit, ac parietes; Harcarij veró, & Horcitæ sunt, qui versantur in agris, teste Alex. ab Alexand. in adducto cap. 25. genial. dier. lib. 3. sed capsarios Paulus notauit, qui vestimenta in balneis seruanda suscipiunt; at Vulpia. qui libros deferunt capsarios appellauit, qui præterea saccularios, eos esse explicuit in l. saccularij ff. de extraord. crimin. qui vetitas in sacculis artes exercent, partem subducunt, partemque subtrahunt, quique in sacculos ablata reponunt, & Apolides, qui nullo Iure ciuitatis funguntur, in opusque publicum deportati, seú ad insulas relegati sunt, quique & Insularij quoque appellati fuere, sicuti idem Alex. retulit, subiungens, Vicarium seruum, ex sententia Vulpiani esse, qui ordinario seruit, illique paret, & fornacarium, qui fornaci calcariæ, seú ferrariæ seruit, & inuigilat; Receptitium verò, illum dici censuit ipse met Alexand. qui ob vitium redhibetur, quæ pariter fuit Verri Flacci sententia, in secundo librorum, quos de obscuris Marci Catonis composuit; verum Aulus Gellius existimat receptitium seruum censeri, quem mulier ex dote excipit, in lib. 17. noct. Attic. c. 6. Hæc autèm seruorum appellatio, licet non videatur propriè Ascriptitios, aut originarios cōplecti, eò quòd illi verè liberi sunt; ex l. definimus, C. de Agric. & censit. lib. 11. attamèn tanta extat inter eos similitudo, vt nulla videatur inter eosdem consistere differentia, ex glosa 1. in cap. generalis 54. distin. per textum in l. ne diutius C. alleg. tit. & lib. (præterquam in quibusdam casibus enumeratis per Guliel. de Bened. in cap. Raynutius, vers. & vxorem nomine Adelesiam à nu. 975. de testam.)
9 vt propterea nèc ordines quidem sacros suscipere queant, ex cap. generalis, iuncto c. admictuntur 54. dist. & glosa in cap. multorum, vers. sint liberi in fine de Iudæis, id in specie determinans in Originario, Syluest. verbo seruitus, num. 2. Angel. eodem verbo num. 4. Abb. in cap. fin. in fine de seru. non ordin. est in Regno Constitutio Ascriptitios, sub rubr. de Episcop. & cleric. quibus quidem iuribus, fuerunt correctæ com plures Cæsareę leges, concedentes, istos promoueri, vt Ioannes de Fano, & omnes notant, in eod. c. admictuntur, atq; etiam tex. in c. si seruus sciente 54. dist. vt inibi glos. fin. annotauit, quare deceptus est Astasan. in sum. par. 2. lib. 6. tit. 20. vers. originarij, dum contrarium asserit; huic autem prohibitioni succurrit optima ratio, quòd, terrę, quam colūt, ita sunt ascripti, vt nisi cum fundo nequeant alienari, neque fundus, aút gleba, sine ipsis l. quemadmodū C. de agric. & censit. lib. 11. excepta vrgenti famis necessitate, vt scribit Tiraq. de vtroq. retract. lib. 1. §. 26. glos. 1. num. 18. tres alias adiungit rationes Foller. super adducta Cōstit. nu. 2. in fine; sed qui dicantur originarij, vel Ascriptitij, quæue debeant concurrere, vt ita nominentur, recurrendum est ad Azon. in summ. C. de Agric. & censit.

cenſit. & Ioan. de Platea, ibidem copioſè differentes; & ipſe rem tantum delibando ſcribam, Aſcriptitium dici colonum, qui glebę (vt nuper dixi) ſeu terræ adeo eſt addictus, vt numquam poſſit ab ea disiungi, neuè alibi conſiſtere, ſed in ea perpetuò morari l. cum ſatis C. alleg. tit. ob quod cenſetur pars illius terræ, ita quòd ipſa alienata, intelligatur etiam Aſcriptitius, cum prole alienatus, quamuis terra ipſa vendita ſit Iudæo, aùt infideli cuicumque, nam ille conſequeretur pariter Christianum Aſcriptitium, vt fundi partem, ſibi pro Agricultura inſeruiturum, cap. multorum de Iudæis, nec obeſt, quod infidelis non valeat Christianum retinere mancipium iuxta l. 1. C. ne Iudæi Chriſt. mancip. quandoquidem haùd poterimus fateri hunc Aſcriptitium Iudæo ſubiectum propriè eſſe, ſed obligatum, & aſcriptum terræ, cui potius videtur ſeruire, quam perſonæ, iuxta notata per Guliel. de benedict. in repetit. cap. Raynutius, verſic. & vxorem nomine Adeleſiam, numero 958. de teſtam. quemadmodum autem ipſi ſunt glebæ aſcripti, ita, & eorum filij, originarij appellati, quia in ipſo ſolo, quod incolunt nati ſunt, & educati, atque ex eis originem trahunt, per Guliel. adducto verſic. num. 933. & Alex. ab Alex. lib. 3. Genial. dier. cap. 25. qui omnes, vt num. 9. dixi, prohibiti ſunt ordines ſuſcipere Eccleſiaſticos, ſicuti & quilibet Colonus, aut inquilinus, Syluest. verbo ſeruitus nu. 6. verſic. quartum; quod etiam probatur ex capit. admictuntur diſtinct. 54. id non ſolum in originarijs decernente, ſed alijs obligatis alicui conditioni; non tamen illos colonos, vel inquilinos hoc caſu intelligo, quos ita vulgus nominat memorantquè Doctores, multis in locis, præſertim vero Cyn. in l. certi Iuris num. 7. & 8. C. locat. ſed illos tantum, qui propriè coloni ſunt, vt aſſirmat Angelica verbo ſeruitus num. 4. in fine, & conſequenter illos de quibus verba facit rubr. C. de agricolis, & cenſit. lib. 11. & Fuſius ipſe ſcribo inferius num. 15.

10 Quinimmò, & ſub eadem prohibitione compræhenduntur vaxalli Baronum, angarij, & perangarij, vt ſcribit Capyc. deciſ. 168. in cauſa Vniuerſitatis, poſt num. 7. comendat Foller. ſuper Conſtit. Regni Aſcriptitios ſub rubr. de Epiſc. & cleric. num. 3. & inibi dixerat antea Afflictus poſt num. 3. verſic. tertio noto, ſunt etenim ad ſeruitia perſonalia perpetuo obligati; coſque propterea haùd ordinandos eſſe, ſanciuit altera Conſtit. incipiens, errores; quia etiam ſine licentia Baronum, vaxalli iſti angarij prohibentur recedere á terris dominorum, vt ijdem Capyc. & Foller. annotarunt, citatis in locis, & habetur in Conſtit. quiſquis de Burgenſaticis §. æqua lance; ob quod iuſtè infertur, nè pari, aut maiori ratione ordinari valeant.

Vt tamen illuc redeat, vnde aberrauit oratio, adiungo ſeruorum nomen complecti natum ex Matre ſerua, quamuis Patre libero, eò quòd partus ſequitur ventrem, quò ad libertatem l. partum C. de rei vendic. l. placuit C. de liber. cauſa; quò verò ad alia, nempè, quó ad honores, & dignitates, item quò ad curialem conditionem, ac tertio, quò ad originem, ſequitur Patrem, gloſa ordinaria in cap. dicat aliquis, verſ. nec ſanguis 32. quæſt. 4. Diu. Thom. in 4. ſent. diſt. 36. artic. 4. ſi igitur reſpectu ſeruilis conditionis, ſequitur ventrem, erit propterea ſeruus, & ordinari minimè poterit, vt in c. fin. de ſeruis non ordin. qui verò ex Patre ſeruo, & Matre libera naſceretur, quia non inter ſeruos numeraretur, poſſet vtique ordinibus donari, per illud met cap. fin. & ſcribit Paleott. de Nothis, & ſpurijs cap. 15. num. 4. Lælius de Zanchis tract. de priuileg. Eccleſ. priuil. 34. num. 24. quinimmò ingenuus profectò erit, qui tantum in momento fuit in libero ventre, per l. & ſeruorum §. ingenui ff. de ſtat. homin. Abb. in alleg. cap. fin. in fine, præterquam ſi ex matre libera, & Patre ſeruo Reipublicæ, quia ſeruus eſſet l. 2. C. de ſeruis Reipubl. aùt ex matre, & patre Præsbytero, quia illius Eccleſiæ ſeruus eſſet, cui parens aſcriptus erat cap. cum multæ 15. quæſt. 8. quod ſi nulli eſſet aſcriptus Eccleſiæ, illius eſſet ſeruus, in qua pater commiſit peccatum, aut ordines ſuſcepit, vel beneficium habuit, ex reſolutione Archid. in eodem cap. cum multæ; quod ſi Genitor Monachus erat, naſceretur ſoboles ſeruus illius Religionis, in qua ille emiſit profeſſionem Paleott. eodem tractat. capit. 39. numer. 2. ſed conſuetudo hodie reſpuit hos ſeruos, atque ideó natos ex Præsbyteris, liberos cenſet, vt gloſa in eodem cap. refert; exceptis igitur his duobus caſibus, ſubſiſtit regula, vt ex patre ſeruo, & matre libera ortus, dicatur ingenuus; nèc refragatur textus in cap. liberi 32. quæſt. 4. vbi nati ex ingenuo, & Ancilla, ſunt ſeruilis conditionis, idque ex ea ratione, quód ſemper qui naſcitur, deteriorem partem ſumit; ergo inferendum ſit, ex eadem ratione ad idem ius, ex l. illud ff. ad l. Aquil. & dicendum, quòd natus ex ſeruo Patre, & libera matre, ſeruus cenſeatur, ſi Parentis conditionem tanquam deteriorem ſequeretur, nam facili reſponſione diluitur, quod enim illic dicitur, in deteriorem partem, exponitur, ideſt debiliorem, nempè ſexum fœineum, & maternum, vt gloſa, & Abb. explicarunt indicato cap. fin. & Syluest. verbo ſeruitus, numero 4. verſic. nec obſtat.

11 Ac demum tria intuenda eſſe, aduerto in hac ſeruorum promotione, quorum primum ſit, vt ſeruus ordinatus, ac domino reſtitutus in caſibus iam relatis, teneatur continentiam ſeruare, nè dum matrimonium contrahere prohibeatur, Syluest. verbo ſeruitus num. 6. verſ. tertium, Angel. eodem verbo nu. 6. & Sayrus in Theſauro caſuum conſcientiæ lib. 6. cap. 14. poſt num. 5.

Alterum inueſtigari oportet, quouſq; duret facultas, quam Dominus habet in prædictis caſibus repetendi ſeruum, & reſponſio eſt indubitabilis, id ſibi licere vſq; ad annum cap. ſi ſeruus ſciente 54. diſt. qui Annus non à die promotionis exorditur, vt aliqui ſenticbant, & perperam, ſed á die ſcientiæ, vt dicit gloſa in alleg. cap. ſi ſeruus, verſ. vnius in fine; idemque tenet Angelica in verbo ſeruitus num. 4. Aſtenſ. par. 2. lib. 6. tit. 20. verſ. ſed vſque; Sayrus in Theſaur. caſuum conſcientiæ lib. 6 cap. 14. num. 4. in fine, & Diu. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 6. §. 6.

Poſtremo conuenit, nō ignorare, cur ſerui ordinibus inſigniti, ſint domino reſtituēdi? dum regula obſtat, quod ſemel Deo dicatum, amplius ad vſus humanos transferri minimè debet, iuxta regulam, ſemel, de regul. iur. in 6. adeò, vt, qui rem alienam conſecrat, non niſi ad illius æſtimationem teneatur

tur per c. comperimus 14. quæst. 6. sed respondeo cum glosa finali in c. frequens 54. dist. & Goffredo in summ. de seruis non ordin. quod Regula præfata, tantum in rebus inanimatis locum habet, eaque est ratio, quam ipsi, & Astasan. in 2. part. lib. 6. tit. 20. quæst. 6. tradunt; quòd in illis non perpenditur dolus. cap. Episcopus 7. quæst. 1. & alia, quod in rebus inanimatis consecratio consideratur in superficie, ideòque laicus, res consecratas, aùt vasa sacra tangere nequit cap. vasa sacra, de consecrat. distinct. 1. at in homine consecratio est in anima, illique signum indelebile imprimitur, hinc fit, non prohiberi laicos osculari sacratas manus sacerdotum, easque tangere, Borgas. tract. de irregul. rubr. de seruis non ordin. nu. 4. & 5. ob idque rectè quidem considerauit lex, aliam rationem in homine, quám in cœteris sensibilibus rebus, ex l. si domus §. cum alicui in fine, ff. de legat. 1. ac proinde seruus ordinatus transferri quandoque potest, ac debet, quod certè de alia re consecrata fieri numquam permittitur.

12 Hactenus disserui de seruis assumptis ad ordines, superest modo, non omittere, quid agendum sit, cum illis volentibus religionem ingredi; & non dubito, quin nec Religionem intrare, queant, nec validè profiteri, Lessius de Iustit. & iure lib. 2. c. 16. sub num. 70. sed legitimo probato impedimento, si efficiantur Monachi, euadunt sanè iugum seruitutis, scilicet, si per triennium perdurarunt in monasterio, induti habitu monachali, vidente Domino, & re vera Monachi facti sunt, idest professi; tunc enim dicuntur ingenui, cap. si seruus sciente 54. dist. per cap. fin. 17. quæst. 2. nam ánte expletum triennium reiuendicatio Domino conceditur in §. sancimus in auth. de Monach. & §. si quis autem de sanct. Episc. iuncta glosa fin. in c. de seruorum, de seru. non ordin. istudque tempus, sumit initium, á scientia, Ioan. de Friburgo in summ. confess. lib. 1. tit. 8. quæst. 64. ob illam præsertim rationem, quod vbicumque ob temporis lapsum inducitur priuatio ipso iure, nō nisi à die scientię illud exorditur, ex Doctoribus, quos refert, & sequitur Tiraq. in tract. de retract. lignagier, siue proximitatis §. 35. glosa 4. num. 21. ideoque Philotomus Præsbyter, quamuis vitæ meritis, ac sanctitate maxima fulgeret, quia filius Ancillæ, tametsi Patris ingenui, ad professionem regularem minimè fuisset admissus, nisi Patroni intercessisset consensus; vel triennale tempus elabi passus fuisset, sicuti refert, in eiusdem vita, Pallad. Cappad. subdens idem de Sisimo Abbate, sub cap. 37. cum & ille fuerit, etiam seruilis conditionis; vtrumque verò exemplum hoc, recenset Maiol. in tract. de irreg. cap. 35. lib. 1. num. 9. vers. propterea; & hanc ob causam Prælati Monasteriorum debent actentè considerare, perpenseque rimari, quem admittant ad Religionem, aùt professionem, & intueri, seruus sit, nec nè; ac præsertim neminem permictere deberent profiteri, ante triennium, cuius persona esset incognita, sed diligenter efficere, vt ille integro triennio detineret habitum probationis, eoque elapso facultatem eidem concedere profitendi capit. fin. 17. quæst. 2. quòd si antea id permiserint, & illum interea seruum esse constaret, quia Dominus posset infra istud triennium repetere seruum, vt antea dixi, conuenit, vt Monasterium teneatur Domino illius persoluere æstimationem, potius quàm personam professam restituere, vt scribit Maiol. lib. 1. cap. 35. num. 10. ex doctrina Rayn. in tit. de voti transgress. §. 6. versic. item seruus: sunt tamen aliqui casus, in quibus non teneretur Monasterium illius tradere valorem, sed eundem Domino repetenti restituere, quos recenset Ioann. de Friburgo in summ. confess. lib. 1. tit. 8. quæst. 65. tunc verò, si manumissionem præfatus seruus consequeretur; aut alio quouis modo libertatem adipisceretur, vtique regredi ad Religionem compelleretur, vt ex Vgone in adducto capit. fin. affirmat Maiol. citato cap. 35. num. 11. tenet Alber. in suo Dictionario, versic. Religio 2. exemplum si ante triennium admissus fuit ad Religionem, quia falsis testibus, aut documentis probauit, se idoneum, & habilem esse; aùt si post tempus prædictum triennale, professus est, atque ideò non amplius teneatur Monasterium; nihilominus, quia respectu Domini, istud triennium non currit à die susceptionis habitus, sed notitiæ, iuxta glos. fin. in adducto cap. fin. iccircò patet euidenter, in his casibus, repetitionem dari.

Quod autèm asseueraui, nè seruus ingredi valeat Religionem, extendo ad quemcumque obnoxium, & cuiuscumque generis Coloni, Inquilini, seù Ascriptitij, nam ij nequeunt religiosum suscipere habitum, ex Maiolo in allegat. cap. 35. num. 11. quamuis possint fieri clerici de Iure ciuili, etiam Dominis inuitis, iuxta glos. penult. circa medium in l. nè diutiùs C. de agricol. & censit. lib. 11. est text. in §. si seruus, & in §. ascriptitios, in auth. de Santis. Episc. quod tamen est correctum per cap. admittuntur 54. distinct. & dixi supra numero. 1. quinimmò prohibitio ista amplexatur etiam prolem ipsorum; ob idque Honoratus Abbas indiguit consecutione libertatis, vt Monachus fieri potuisset, quia filius coloni ascriptitij erat, vt refert Diu. Gregor. lib. 1. Dialog. cap. 1.

13 Præterea extendo iam dictam conclusionem ad libertos, vt expresśé scripsit Hugo in cap. si quis incognitus 17. quæst. 2. Maiol. lib. 1. cap. 36. num. 6. argumento glosæ in cap. vt lex vers. professi in fine 27. quæst. 1. sed pro clariori cognitione, memoria repeto, quód cúm omnes homines, iure naturali liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cùm seruitus esset incognita; constat, quód iure gentium seruitus ingenuitatem inuasit §. 1. instit. de libert. quia ex hoc iure, orta sunt bella, & captiuitates secutæ, & seruitutes, quæ sunt naturali iuri contrariæ, §. Ius autem gentium, instit. de iure natur. gent. & ciuil. vbi Missing. num. 9. arguit, ex auctoritate Aristotelis lib. 1. Politic. cap. 2. grauissimis rationibus defendentis quosdam nasci seruos, & seruitutem, ex natura causam trahere; sed quia Aristotelis scriptis respondet inibi Missing. & Archid. in cap. Ius gentium num. 4. dist. 1. per doctrinam Diui Thomæ, ideò volui simplex relator esse illorum, quæ ipsi tradidere; iccircò eos videto; & ipse ad propositam materiam regrediens, aduerto, quód postquàm Iure gentium seruitus ingenuitatem inuasit, secutum est beneficium manumissionis, & dúm antea vno communi nomine omnes homines appellabantur, postmodum

modum de iure gentium, tria hominũ genera eſſe cœperunt, liberi, & his contrarium ſerui, ac tertium genus Libertini, qui deſierunt eſſe ſerui, alleg. §. 1. inſtit. de libert. in qua ſeruorum manumiſſione, domini manumittẽtes Iuspatronatus acquirunt, de quo loquutur rubricæ ff. de Iurepatron. C. de bonis liber. & inſt. de ſucceſſ. libert. ob qđ Ius patronatus debentur aliqua patronis ipſis, quæ iura patronorũ appellat gloſ. fin. in l. fin. C. de bon. libert. namq; Pa-
14 tronis iſtis, præſtãdum eſſe Ius honorificum, vtile, & onerosũm, non ſecus, ac patronis Eccleſiarũ aſſirmat Paul. de Cittadin. in tract. de Iure patr. par. 2. nu. 7. Lambert. eod. tract. q. 11. princip. artic. 2. lib. 3. quare debetur illis (inter cętera) ius vtile, quod quidem plura continet, ac preſertim, aduerſus ipſos libertos ingrati actio, canonum, ac legum auctoritate, propterea iuſtè dirigitur, vt immeritæ libertatis damno mulctatus, ad ſeruitutis nexum reuocetur l. 2. & inibi gloſa finali C. de libert. & eorum liber. vt quorum libertas eſt pernicioſa, ſit ſalutifera ſeruitus, & qui ſuperbire nouerant adepta libertate, ea perdita, diſcant obedire ſubiecti c. octaua 12. q. 2. quod præterea demonſtrat memorabile Athenienſium inſtitutum, dum libertus cõuictus à manumiſſore ingratus, exuitur iure libertatis, teſte Valerio Maximo lib. 2. cap. 1. §. eadem, vbi ſubiungit verba Patroni, illum reuocantis ad ſeruitutem; ſuperſedeo te (inquit) habere ciuem tanti muneris impium æſtimatorem; nèc adduci poſſum, vt credam Vrbi vtilem, quem domi ſceleſtum cerno; abi igitur, & eſto ſeruus, quoniam liber eſſe neſciſti: ex his omnibus, euidentiſſimè patet, libertos nimium patronis deuinctos eſſe, vt meritò conſtitutum ſit, nè ipſi ad clerum admittantur c. fin. 54. diſt. Afflict. 2. par. lib. 6. tit. 20. queſt. 2. preterquam ſi libertatem à Dominis ita percipiant, vt nullum ſibi in eis obſequium Patronus retentet, c. quicumq; ead. diſt. 54. & ſic plenam debent conſequi libertatem, quod oſtendit textus in c. 1. de ſeruis non ordin. dum vſus eſt verbo illo ingenuitatis, inquiens, nè clericus fieri permittatur, niſi ante clericatum ingenuitatis dignitate potiatur, nàm ingenuitas proprie, cum accipitur, ſignificat hominem natum eſſe liberũ, inſt. de ingenuis, in princ. ille autem textus, vſus eſt huiuſmodi verbo impropriè, vt talem requiri in eo libertatem oſtenderet, quam ſi ingenuus eſſet, haberet; vt inibi firmat gloſa 1. & Lęlius de Zanchis in tract. de Priuileg. Eccleſ. cap. 34. nu. 3. cum ſeq. Huiuſmodi igitur dum non potitur libertate, minimè poteſt promoueri, ſi viuat Patronus, per alleg. c. fin. aut filij, & hæredes eius l. liberti C. de libert. & eorum liber. nè quando velit Patronus, fiat ex clerico ſeruus; c. quicumque 54. diſt. & hæc eſt, ni fallor vera ratio, exploſa altera à Maiolo, ſuo Marte relata in tract. de irreg. lib. 1. c. 36. poſt num. 6. quia plerumq; liberti, magis ſtudent vtilitati, & honori patronorum, quam Eccleſiæ, & ſuæ propriæ perſonæ; eamque confirmat rationem per auctoritatem Sabellij lib. 3. referentis P. Catrenum Philotimum iam libertati donatum, & omnium bonorũ hæredem relictum, vſque adeò affectum eſſe mœrore, ob Patroni interitum, vt doloris impatiens, indefuncti rogum proſiluerit, & ſe cremari, paſſus fuerit; hæc tamen Maioli ratio, haudquaquàm ſtipulatur concluſioni iam ſtabilitę; ſiquidem nec concludens, neque perſuaſiua apparet, nèc non periniquum exiſtimarem, ſi ab ordinum ſuſceptione retraherentur liberti, hac ſola ratione, quod Patronos nimio proſequantur amore, niſi validior militaret ratio; tùm præſertim, quòd rarò, ſua ratio contingit, nullaque propterea eſt habenda conſideratio; imò frequentius accidat, peſſimam eſſe libertorum fidem erga Patronos, ſicuti inter alia, illud refertur perpulchrum exemplum Diomedis Auguſti liberti; is enim cum Auguſto deambulans, videnſque Aprum effractis caueis, illàc maximis itineribus contendere, quæ vbi ipſi erant, incurſabat, vehementer perterritus, quia in ipſo formidinis plus erat, quàm prudentiæ, Auguſtum appræhendens, illius poſt terga ſe abdidit; quod licet non paruum attuliſſet Auguſto periculum, alioſq; ad eius inſcitiam vlciſcendam impuliſſet, Auguſtum tamen nulla affecit moleſtia, qui nedùm iræ, aùt commoti animi nullum ſignum oſtendit, ſed etiam prudenter admonuit, puſillos corde, omni rationis iudicio carere, vbi de vita agitur; cuius quidem exempli relator eſt Ioan. Baptiſta Fulgoſ. in lib. 5. de dictis, & factis memorabilibus, cap. 1. Præterea infirmanda eſt Maioli ratio, nè ſi ipſa ſubſiſteret, cogamur id idem in ſeruis affirmare, quorum maiora reſerunt hiſtorici, exempla; nam ſeptem de laudabili fide ſeruorum erga Dominos refert Valer. Max. lib. 6. cap. 8. quorum illud cenſui admodum commendabile, de quodam Panopionis ſeruo, qui cum cognouit milites in villam reatinam acceſſiſſe; ſuum Dominum necandi cauſa, eoſque certiores factos domeſticorum relatione, quòd domi erat, veſtem cum Domino commutauit, & anulum, vt illum ſeruilibus indutum veſtibus tutum emitteret; quod poſtmodum opere compleuit, ſeque in cubiculum, ac lectulum recepit Domini; ibique, vt Panopionem ſe occidi paſſus eſt.

15 Demum in hac re perneceſſarium eſſe duxi, mirandam ſubijcere concluſionem, vt non tantum cum ſuſcepti ſunt liberi ex vtroque parente cenſito, colono, aùt inquilino, inter colonos, vel inquilinos vindicetur, ſed etiam ex altero dumtaxat Parente cenſito, colono, ſeù inquilino, eadem videatur eſſe illius conditio l. definimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. tùm ſi natus ſit ex Aſcriptitia matre, ſeruus ſit, eiuſque ſequatur conditionem, & ventrem, quamuis Genitor alterius fuerit, etiam liberæ conditionis l. nè diutius, & l. vltima (alleg. rubr.) tùm ſi à Colona, vel inquilina procreatus l. mulier indicato titulo, tùm denique (& hoc mirandum) ſi ex ingenua matre ortus, & colono, vel inquilino Parente, indiſcreta ſanctione præcipitur, vt ſtatum Paternæ conditionis agnoſcat, in adducta l. definimus, quod nullum ius fieri permiſit, etiam cum mancipijs ipſis, & infidelibus, ac bello iuſto captis, quorum filios ingenuos pronunciauit, ex libera matre, natos ꝟt l. partum C. de rei vendic. l. placuit C. de liber. cauſ. Ratio autèm, cur in re colonaria inſpiciatur conditio Patris coloni, & non matris ingenuæ, dicit Azon, publicam eſſe vtilitatem, nè quid de eorum numero minuatur, & extenuetur, in ſumm. C. de Agricol. & cenſit. num. 6. verſ. ſed mirandum

SVMMARIA.

Debitor, creditoris seruus reputatur, numero 1.

Debitores nequeant ordinibus insigniri; cum distinctione discutitur, num. 2.

Ratiocinijs obligati, etiam functo officio prohibeantur ordinari, num. 3.

Delegans debitorem, liberatur, num. 4.

Debitor cedentis, quando teneatur cessionario iterum soluere, si cedenti soluerit, numero 5.

Nouatione recedi à priori obligatione, quando subsistat, num. 6.

Fideiussor prioris obligationis, nè dicatur per secundam liberatus, nisi expressè actum fuerit, num. 7.

Fideiussor ante solutionem contra reum principalem experiri nequit, nisi quibusdam casibus, num. 8.

Maximo ære alieno grauati, similiter ordinari non debent, num. 9.

Ratio ob quam vetatur ordinari obligatus ratiocinijs, num. 10.

Altiores verò assumere ordines, non prohibetur, quiuis ratiocinijs obnoxius, numero 11.

Quin etiam ordinari si idoneum præstet fideiussorem principaliter se obligantem, numero 12.

Hæres omnibus obligationibus hæreditarijs se subijcit, tametsi nulla in instrumento fuerit facta mentio hæredis, num. 13.

Hæres volens Religionem ingredi, an patiendum, vbi testator ratiocinia præstare tenebatur, num. 14.

Capitulum Nonum.

DEBITOR licet creditori seruire minimè cogatur, iuxta glosam in capit. de raptoribus versic. ad seruiendum 26. q. 2. Nihilominus, quia largè, sum-
1 pto vocabulo, ipse dicitur seruus creditoris, ex glosa in l. fideicommissi §. si rem vers. accidere ff. de legat. 3. hac de causa post caput de seruis, subnectere istud de debitoribus existimaui consentaneum, & ob eandem præterea vetuerunt
2 Canones, ne debitores ad ordines ascenderent Ecclesiasticos; non quidem, vt omnes debitores sub tali compræhendantur prohibitione, sed illi tantùm, qui alicuius rei ratiocinia alteri referre debent, vt videatur, quæ reliqui summa fiat; nec propterea omnes in ea prohibitione includãtur, qui de aliqua re, debent ratiocinari; sed illi duntaxat, quorum meminit glosa, copiosè distinguens in cap. vnico versic. ratiocinia de obligat. ad ratiocin. cuius distinctionem, tametsi non desint, qui vt prolixam reijciant, eam nihilominus solemnem esse affirmat Hostiens. subdens, non patiendum, vt vnico verbo auferatur, quamque tuetur Abb. in eo capite num. 3. in fine, & Ioann. Faber in l. quisquis num. 19. C. de Episc. & Cleric.

Quidam enim sunt obnoxij ratiocinijs, ob admistrationem rerũ Reipublicæ, vt l. officiales C. de Episc. & cleric. quique sicuti ad honores non sunt admittendi, antequam rationem reddiderint l. rescripto §. debitores ff. de muner. & honor. ita nequè permittendi sunt ordinibus insigniri, cap. præterea cum glosa versic. functionibus 51. dist. Syluester verbo Ratiocinium num. 1. & suffragatur textus in dicta l. officiales, & ibidem Alberic. quod si debitores Reipubl. pro alia quacumque causa forent, præter istam administrationis, sanè possent promoueri, iuxtá glosam in citato versic. functionibus, & ibidem Archid. Abb. in capit. vnico sub num. 3. de obligat. ad ratiocin. Syluest. verbo Ratiocinium num. 1. Tabien. eodem verbo, & fauet textus in l. quisquis emersis C. de Episcop. & Cleric. & inibi Ioan. Faber. num. 19.

3 Qui veró ratiocinijs sunt implicati propter administrationem rerum singularium personarum, non tantùm promoueri nequeunt, dùm gerunt exercentque officium, atque ideò, tutores, curatores, procuratores, actores, executores, & similes, prohibentur ordinari per Concilium Maguntien. cap. 8. in cap. Magnus 54. distinct. & in cap. vnico alleg. rubr. verum etiam, expleta administratione, & officio, modo pendeat adhùc indecisa redditio computorum; quia si eis fuit mota lis de dolo commisso in administratione, quousque lis sub Iudice erit, eis intelligitur interdicta promotio. Abb. in alleg. cap. vnico num. 3. Alberic. suo Dictionario verbo obligatus ad ratiocinia, & reliqui scribentes, nè si postea de dolo condemnentur, quia fierent infames l. furti §. penultimo ff. de his qui notant infam. debeant à promotione interim suscepta deponi, quamuis innocentes, deinde declarentur à Iudice, vt tenet glosa Ioannis in capit. tantis Daniel, versic. obrepsit, & ibidem Archid. 81. distinct. Maiol. tractat. de irregul. lib. 2. cap. 11. num. 4. vers. in priuatis, & suffragantur scripta per Hostiens. & Ioan. Andr. in cap. meminimus de accusat. & textus notabilis in l. Reus delatus ff. de muner. & honor. cum graue nimis sit, de facinoribus accusatum honorari antea quàm de illis requiratur, & discutiatur cap. Omnipotens Deus de accusat. licet in casu de quo agitur, supradictam conclusionem (vt etiam innocens declaratus, deponatur) falsam dixerit glosa Barthol. Brixiens. in citato cap. tantis Daniel, cuius opinio, sanè, mitior, & æquior videtur altera vero tutior; est tamen verissimum, ac rationi, & æquitati congruum, nefas esse procrastinare prolationem sententiæ, nè horum accusatorum differatur promotio, ac propterea actori debet præfigi terminus infra quem sua iura deducat, vt sententia proferatur, sicuti scripserunt præcitati Abb. Alber. & Maiol. per text. in cap. cum inhibitio de clandest. despons. & cap. lator. qui filij sint legit. quem terminum si fortasse prolabi patiatur

Actor,

Actor, antequam aliquid releuans produxerit, vtique liceret illi aſcendere ad ordines, quia abſoluendus eſſet, illo nihil probante l.qui accuſare C. de edend. §. retinendæ verſ. commodum inſtit. de interdictis.

Si autem conuentio fuerit ob latam culpam, nequaquam detinebitur ita conuentus ordines ſuſcipere, ex eadem gloſa adducti, cap. vnici, & Abb. inibi, nu.3. veluti etiam, ſi nulla ſit ei mota quæſtio, vt illimet concluſerunt, niſi pateat illius dolus, aut fraus, quia tunc poſſet Epiſcopus, deberetque illum ex officio reijcere, ſicuti quemlibet criminoſum, expellere, cap. infames 1. quæſt. 6. & gloſ. fin. in cap. alieni erroris 2. quæſt. 7. ſi autem quis debitor eſſet alicuius perſonæ, non ex cauſa adminiſtrationis, minimè impeditur ordinari, duobus tantum exceptis caſibus, quorum alter ſi in aliqua re debitor ſit, quam creditori, nec commodé, nec licitè tradere poſſet, quia niſi antea ſatisfecerit, non erit admittendus ad ordines, Alberic. ſuo Diction. verbo obligatus ad ratiocin. in fine, & Abb. dicto cap. vnico, num. 8. in fine.

4 Et qui alium ſubſtituerit debitorem, ex eorumdem Alberici, & Abb. doctrina, non detinebitur ordinari, ſi creditoris acceſſiſſet conſenſus, namque ſoluit citra dubium, qui delegauit; quia nomen debitoris cenſetur in ſolutum datum l. delegare la 1. ff. de nouat. & l. quamuis §. interdum ff. ad ſenat.
5 C. Velleian. ita quod, ſi debitor ſoluerit priori ſuo creditori, & cedenti, non liberaretur, atque iterum compellendus eſſet huic ceſſionario ſoluere, vbi tamen validè facta eſt delegatio; & tribus illis concurrentibus requiſitis, & enumeratis in l. 3. C. de nouat. quæ alioqui debitorem liberari ſtatuit, cuius tamen ſanctio ſubſiſtat, tantum ſi ceſſio ad commodum cedentis facta cernatur, nam ſi ad commodum ceſſionarij, ſatis ſit, quæuis ſcientia in debitore, ne ſolutio, quam fecerit cedenti, obſit ceſſionario, dixerunt multi Doctores, quos referunt, & inſequuntur Anna pater, & filius ſing. 496. ſolutio, & Vrſill. ad Afflict. deciſ. 335. pro deciſſione, nu. 18. vbi etiam exemplificat, & declarat quando ad cedentis, aut ceſſionarij commodum, dicatur facta ceſſio.

6 Nouatione quoque multoties recedi à priori obligatione, quia conſpicimus, & taliter, quod vel non amplius erit debitor, qui antea erat; vel ſufferre libenter poterit honus, & debitum perſoluere, ita quod arbitrari poſſet Antiſtes, ſit ne admittendus ad ordines, propterea animaduertere primitus debet, contineat nè ipſa nouatio expreſſam reſciſſionem, & annullationem anterioris obligationis; ſi enim abeſſet, controuertitur maximè inter doctores, ſit ne prima obligatio per ſecundam nouata, quoties non eſt expreſsè inter partes, hoc actum, & adeo, vt aliqui negent, aliqui annuant, & videre licet apud Andream Gayll. obſer. 30. Controuerſum lib. 2. qui in negatiuam propendet, & quam Camera Imperij tamquam veriorem, ſecuta eſt, ex eiuſdem teſtimonio, nu. 4. ipſeque dico cap. 20. ſub nu. 46. quarè debitor, ex vtraq; conueniri poſſet; neq; nouationis exceptione ſe tueri ex Zaſio in l. qui bis, nu. 22. ff. de verbor. oblig. & communi, qua ita receptum ait ipſe Cayl. ſub nu. 5.

Quod etiam attente eſſet conſiderandum reſpectu fideiuſſorum, nam ſicut maximo ære grauatus non eſt ordinandus iuxta notata in ſecundo
7 caſu mox ſcribendo, num. 9. ita fideiuſſor, qui ex tali nouatione ſe immunem credere non debet ex Bart. in l. Valerianus ff. de prætor. ſtipul. n. 5. & Angel. in fine, nu. 3. itaque, vel antea ſoluat, vel ſe libe-
8 rari petat, in ſex caſibus à Iure permiſſis, & relatis, atque probatis per eumdem Gayll. obſer. 29. fideiuſſor quidem, eiuſdem lib. 1. ſiue decem, & ſeptem adductis per Valentinum Franchum in tract. de fideiuſſor cap. 5. à nu. 558. quorum perplures recenſent Soccin. in Reg. 147. ſiue 7. in lib. meo ſub lit. F. Ioann. Coraſ. in repet. l. frater à fratre §. quæſitum à n. 37. ff. de condit. indeb. Matthias Colerus in tract. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. à num. 318. Nicol. Vigell. in Methodo Iuris Ciuil. quæſt. 1. except. 1. & Method. obſeruat. Cameræ Imperial. lib. 3. cap. 25. de fideiuſſ. Reg. 4. & Anton. Gomeſius cap. de fideiuſſor. quod eſt 13. tomi ſecundi, nu. 10. & communiter doct. in l. ſi pro ea C. mand.

9 Secundus eſt caſus, cum maximo ære alieno grauatus in bonis non habeat, vt omnibus ſatisfaciat, quia ipſi non eſt concedendum, vt ad ordines aſcédat, quia ex mutatione fori, grauantur creditores, vt innuit Abb. citato, cap. vnico, nu. 9. & ipſe allego textum ad hoc notabilem in cap. 1. 53. diſt. qui ea profert verba, ne fortaſſe hi qui rationibus ſunt publicis obligati, dúm cauſarum ſuarum periculum fugiunt, ad Eccleſiaſticum habitum veniant: beneficio namque vti inter cætera poſſunt c. Odoardus de ſolut. quod libentius Clerici petunt, quám Laici ceſſionem bonorum, tùm quia hoc beneficium non infamat, vt inquit Maiol. tract. de irregul. cap. 35. nu. 15. lib. 2. illa verò maximè, ex aliquorum ſententia, licet contrarium ipſe probem. cap. ſeq. num. 4. tum etiam, quia clerici, tametſi bona aliqua habeant, poſſunt tali beneficio gaudere, & ex bonis alimenta habere, iuxta gloſam, & doct. in dicto c. Odoardus, ſed illa tantum debitoribus prodeſt, nè detrudantur in carcerem, l. 1. C. de ceſſion. bon. cuius rei congruentiori loco ſcribam; quare multum creditoribus obeſſet, ſi debitores permitterentur aſcendere ad ordines; tùm deniq; quia aſſumenti ordines non amplius licet negotiari, cap. 1. & 2. & cap. ſed nec procurationes, ne Cleric. vel Monac. itaque illi aufertur modus, ac præcluditur via acquirendi, & poteſtas negotiandi, & tamen non ignoramus, quin præſumatur aliquem ex negotiationibus eſſe ſoluendo l. ſi defunctus C. arbit. tutel. quare omni ſpe videtur creditor deſtitutus repetendi ſuum creditum, cum debitor ſuſcipiendo ordines prohibeatur negotiari, per ea quæ ſcribit Abb. in eodem cap. vnico, num. 7. ideoque tenendum eſſe arbitror, vt maximo ære alieno grauatus ordinari non valeat, potiſſimũ his temporibus vigore Conſt. Sixti V. contra perſonas ingredi volentes Religionem, incipientis, cum de omnibus, §. cœterum, ibi, neque ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarum grauatos, vel redendis Ratiocinijs, ita obnoxios, vt ex huiuſmodi cauſa, lis, vel moleſtia iam illata, vel timendum ſit nè inferatur; & iterum, aut ære alieno, vt etiam diximus, vel rationibus reddendis obligatos, ad religionem perpetuò inhabiles declaramus, ergo ita ad ordines ſunt céſendi, cum eadem militet ratio impedimenti ad

ti ad ordines, aut ad Religionem ingrediendam, vt inquit Alber. verbo Religio 2. meritò idem ius l. illud ff. ad legem Aquil. & sicuti prohibetur ordinari ob ratiocinia, ita & Religionem intrare, & quemadmodum vigore dictæ constitutionis Monachus fieri nequit, qui maximo ære alieno est grauatus, repellatur etiam ab ordinibus suscipiendis, præsertim si Mercatores fuerunt, & decoxerunt, vt dixit Borgas tract. de irregul. in Rub. de obligat. ad Ratioc. par. 5. vers. & quia, sub nu. 1.

10 Sed ratio cur ratiocinijs obnoxij promoueri non possint, est illa, quia infamatur Ecclesia si illis ordines conferantur, antequam ea præstarent per alleg. cap. vnicum, quod equidem fieret si aliquis ad illa obligatus cum alterius detrimento ordines susciperet, vt illic Abb. nu. 2. vers. nota causam: seu infamaretur Ecclesia, id est damnificaretur, ob illius ordinationem, quandoquidem Episcopus promouens Creditori obligatus remaneret, si ordinatus ab ipso, non esset soluendo, per glos. fin. in d. c. vnico, ibique sequitur Abb. nu. 7.

Prædicta autem prohibitio restringitur in aliquibus casibus, & primo in eis, qui miserabilium personarum, aut Ecclesiarum talia exercuerunt officia, & administrationes, ea namque etiam clerici possunt exercere, cap. final. 86. dist. & cap. indicatum 89. distinct. ac propterea, nulla videtur subsistere iusta ratio, cur nequeant ordines recipere Laici, si illa gesserunt.

Secundò neque impeditur, qui in aliquo, licet minori constitutus ordine, alicuius, etiam si Laicalis personæ tutor, curator, aut Generalis quomodolibet fuerit administrator, tametsi non dum cœptũ sit de administratione ratiocinari, ad altiores ordinum gradus ascendere, ex Abbatis resolutione in
11 eod. cap. vnico, nu. 9. firmat Ioannes Faber, in leg. quisquis num. 18. C. de Episcop. & Cleric. nam talia exercentes munera, duntaxat ex Laicis clericos fieri prohibitum est, vt hactenus demonstraui; nè illi ex tali habitus mutatione grauentur, quæ quidem ratio, deest, cum iam Clericus est, & altioribus cupit insigniri ordinibus; ex quibus defendi, non esse impediendum quemdam Neapolitanum, qui post susceptos minores, duxit vxorem, & mercari cœpit, ac deinde, quia obijt vxor, voluit ad statum Ecclesiasticum redire, cui consului, vt reassumeret habitum, ac postmodum peteret admitti ad superiores ordines, nam licet vnus ex examinatoribus voluerit ipsum impedire, ex capite mercaturæ, & suspicans illum velle assumere ordines subterfugiendi causa iudicium temporale, respondi, ex prędictis non esse in his terminis, cum iam esset clericus.

12 Demum Laicus etiam nè dum redditis ratiocinijs, poterit ad ordines prouehi, si tamen idoneum præstet fideiussorem, ex Abb. in dicto cap. vnico, num. 10. & tenet Maiol. tract. de irreg. cap. 11. lib. 2. nu. 14. subdens hoc procedere si fideiussor constituit se Principalem, alias secus, cum sancitum sit iure nouissimo, ne fideiussori molestissimus, nisi prius excusso debitore Principali, præsente, auth. præsente, C. de fideiuss. auth. hoc si debitor C. de pignor. §. si quis igitur, & §. non solum in auth. de fideiussor, ideo pernecesse sit, vt fideiussor se Principalem constituat, vt ille pro quo fideiussit ordinari valeat, etenim si daretur fideiussor, qui se non obligaret principaliter, & ordines susciperet, debitor; vtiq; grauaretur creditor, quia primeuum debitorem excutere non posset, neque eius bonorum auctionem facere, neque experiri, an sit soluendo, cum ille forum mutauerit; neque fideiussorem conuenire (quamuis vera esset conclusio, dubitatiuè relata pe Afflictum, in decis. 206. ne clerici fideiussor priuilegio fori gaudeat) cum minimè præcesserit discussio cum debitore Principali, vt Iuris, dum se constitutorem non fecit, atque ideo vana esset, nec quicquam creditori prodesset huiusmodi cautio, & hoc modo præstita; & licet Maiol. in effectu benè concluserit, in modo tamen hallucinatus est, quandoquidem fideiussor, ex eo tantum, quod rem suam, & causam propriam fecit, non vtique spoliatus dicitur Priuilegio discussionis faciendæ cum primeuo debitore, nisi expresè renunciauerit, etiã priuilegio dictæ auth. præsente, vt optimè distinquendo concludit Azor. in Summ. C. de fideiuss. vers. secundo quæritur, Guid. Papa decis. 94. aliqui Doctores, ibique Ranchin. in annot. idem Guid. Papa decis. 570. Dominus num. 6. Cappell. Tholos. ibique Aufrer. decis. 81. si aliquis, cuius quidem Authenticæ Priuilegio, nulli dubium, quin renunciari possit, & hæc sola renunciatio creditori prodest, & operatur nè ille debeat antea discutere originarium debitorem, vt allegati auctores concluserunt, & glosa in citato, §. si quis igitur vers. accedat in auth. de fideiuss. & in l. nisi, in fine ff. de pact. Ioan. Faber in auth. præsente num. 4. C. de fideiuss. ibidemque Bald. nu. 6. glosa 1. circa finem, in cap. peruenit de fideiuss. ibique Barb. num. 5. & 6. vers. nisi renunciasset Dec. in l. fin. num. 20. ff. si certum petat. Gratus consil. 136. num. 1. vol. 4. & communiter seruari testatur Amad. de Castell. in tract. syndic. num. 298. Præterea in hoc casu, nec requiritur prædicta renunciatio, vt creditor contra fideiussorem agat, quia debitor notoria exceptione clericatus se tueri potest, & quotiescumque discuti non potest principalis, de Iure, vel de facto, illicò conuenitur fideiussor Bar. in l. Marcellus num. 8. ff. de fideiuss. & l. 3. §. si is pro quo ff. quod quisque Iuris, Aufred. ad decis. Cappell. Tholos. 197. item fuit quæsitum, num. 2. & additio ad Abb. in adducto cap. peruenit, tùm maximè si vera erit limitatio Iasonis in §. item si quis el 1. num. 78. instit. de action. quam Grat. probat consil. 87. num. 25. volum. 1. quod hæc discussio Principalis non procedit de Iure canonico de qua tamen resolutione valdè dubito, per text. & inibi glosam in cap. peruenit de fideiuss. nisi dicamus id esse ratione iuramenti præstiti cum fideiussit, ob quod arbitrio creditoris relinquitur conuenire quem illorum mauult ex Bald. in c. ex Rescripto, de Iure Iurand.

13 Superius autem constitutam resolutionem, ad hæredem debitoris extendi arbitratur Maiol. lib. 2. de irreg. cap. 11. num. 13. qui propterea nec possit promoueri affirmat, quousq; rediderit ratiocinia, sicuti neque defunctus quibat, cuius ipse est hæres; cui quippe extensioni suffragatur ratio illa, quod defuncti persona repræsentatur per hæredem ex l. cum à Matre, & ibi Bar. C. de rei vendic. namque actione personali non tantum contra principalem obligatum, sed eius hęredem agi posse, probatur ex

l. actionum

l.actionum genera,iũcta gloſa ff.de action. & obligat.& l.1.§.ſi hæres ff.ad Trebell.Soccin.conſil.131. in præſenti poſt nu. 12. vol. 1. etenim adeundo hæreditatem, defuncti voluntatem comprobare intalligitur,l.ſi patroni §.1. ff. ad Senat. Conſul. Trebell. l. ſi ab eo C. de liberal. cauſa; ſeque omnibus obligationibus hereditarijs ſubijcit,& ſponte etiam ex ſuo facto ligatur Anton.Galleſ. ad form. Cameral.obligat.par.2. num. 5. ita quod ea fulciri nequit exceptione, quod in inſtrumento nulla ſit hæredis facta mentio gloſ.in §.2. inſtit.de fideiuſſ. per l. veteris C.de contrah.& commit.ſtipulat. Abb.in cap. fin.num.2.de arbitr.& Valent.Franc. multa adnectens,in tract.de fideiuſſ.cap.5.num. 70. & propterea conſtituitur à ſcribentibus differentia inter hæredem,& ſucceſsorem, vt hæres teneatur habere ratum factum defuncti, quia cauſat, & dependet Ius ſuum ab illo. ſucceſsor veró, non obligetur illius factò, eò quod, ab illo minimè dependet ius ſuum,Crot.conſil.19.num.7.vul.1.Calcan. conſ.28. ſub nu.16.Abb.in cap.quia v.nu.8.de Iudic. Philip. pròbus ad Ioannem Monachum in cap. nemo nu. 25.de elect.in 6.Abb. in cap. de quarta ſub nu.8. & ibi Felyn.num.23.de Præſcript. atque ideo videtur Iuri conſona iſthæc Maioli ampliatio,vt detineatur ordinibus inſigniri hæres obligati ad redenda ratiocinia; eſt verum, quod alijs viſum eſt contrarium verius, ex eo quod, ratio cur prohibeantur promoueri,qui ratiocinijs ſunt obligati, ea eſt, quã retuli num.10. quod infamia afficeretur Eccleſia, ſi illis conferrentur ordines, ac etiam quia cum alterius detrimento aſſumerentur,& demum, quod Epiſcopus promouens compelleretur perſoluere illorum creditoribus, ſi debitores ſoluendo haud eſſent; quas quidem rationes ceſsare in hærede credunt, iccirco, & diſpoſitio quoque deficiat, & quod rationes non militent, deducunt ex illo ſuppoſito,quod vel adſunt defuncti bona, & detrimẽtum creditorum abeſt, ſicuti & eiuſmet Epiſcopi ordinantis; vel bona hæreditaria non ſuppetunt, quia conficiendo inuentarium eatenus hæreditarijs creditoribus tenentur pro valore ſubſtantiæ ad eos deuolutæ,iuxta l.fin.§.& ſi præfatum. C. de Iure de liber.ergo nec tunc ſubſiſtat intereſse creditorum, aut Epiſcopi promouentis; ob idque neque diſpoſitio, ex ea ratione proficiſcens; ſed nihilominus à priori non eſt recedendum; etenim viget altera ratio, cuius memini, num. 9. quod grauatur Creditor ex ſola mutatione fori,& propterea circa hæredem volentem profiteri ſcripſit Conſiliarius Carolus Tappia in ſuis Commentarijs ad auth. ingreſſi,verbo ingreſſi,cap.8.nu.17.C.de Sacroſ. Eccleſiis,vbi illa vtitur diſtinctione, vt ſibi liceat profiteri,qui hæreditatem repudiauit, adductus verbis Hoſt.in Summ.de oblig.ad ratiocin. §. vltimo,Angel.de Clauas in Summ. verbo ratiocinia, num. 3. quod ſi hæreditati ſe immiſcuit certoque ſciat, aut rationabiliter dubitet, eos ad quos bona quoquomodo peruentura ſunt, non ſoluturos æs alienum, & nefas ſit profeſſionem emittere, ſi vero illi ſint eius qualitatis,vt iuſtè credat ſolutionem faciẽdam nõ impediatur ordinibus inſigniri ex Caiet.in 2.tomo Sacram.tract.11.de voto non nub. q. 2. quibus addendum eſſe ratio ſuadet, ſi ipſe hæres, minimè deteriorauit, aut minuit bona ipſa hæreditaria.

14 Ex quibus fatendum eſt omnia de obligatis ad ratiocinia hactenus relata, pro aſsumendis ordinibus,vendicare ſibi locum in eo,qui aliquam voluerit ingredi Religionem, maximè ex paritate rationis, ac Doctoribus præfatis; (præſertim Tappia) ita concludentibus, quibus addendum eſt, quod ſuperinde ſtatuit feliciſſimæ memor,Sixtus V.perpetuo collaudandus, in ſua conſtit. promulgata 13. Kal Decembris 1587.§.cœterum; reuocata tamen quò ad nullitatem profeſſionis per Feliciſs. mem. clem. 8. & inferius pleniori manu ſcribam Rubr. de reg.cap.9. ſub nu. 14.

SVMMARIA.

Ceſſio ignominoſa prohibetur fieri his temporibus,& quibus ex rationibus.nu.1.

Ceſſionis beneficium quibus ex cauſis adinuentum,num. 2.

Debitoris effecti non ſoluendo, variæ erant antiquitus pœnæ, omneſque recenſentur, numero 3.

Cedens bonis,an infamia afficiatur,nu.4.

Clerici talem ceſſionem facere non coguntur, ſed priuilegio vti, capit. Odoardus de ſolut. num.5.

Irregulares propterea non fiunt, & altioribus inſigniri non vetantur,nu.6.

Ceſſionem bonorum ſi quis petierit,ipſum pœnitere licet,antequam reuera ceſſerit, nu.7.

Ceſſionis beneficio nemo potiatur, niſi inſtantibus creditoribus,nu.8.

Ceſſionem anteire quæ debeant; cum quatuor, num.ſeq.nu 9.

In quibus bonis non cadat obligatio,& executio fieri prohibeatur.nu.10.

Scholaris non obligat ſuos libros; quo non niſi vita functo in illis ſit executio.nu. 11.

Cedenti bonis, ſi pinguior fortuna ſuccurrat; in quo teneatur creditoribus,num.12.

Ceſſionem qui fecit, ſi alios conflauit Creditores, & poſtmodum ad pinguiorem fortunam deuenit,nequit contra iſtos priuilegio vti, ne teneatur,niſi ſuperſit ad neceſſarium victum, num.13.

Cedere bonis cuique debitori permiſſum eſt, num.14.

Ceſſionis beneficio renunciare, an quis valeat, maxime cum iuramento, nu.15.

Quibus etiam volentibus cadere, id denegetur, num.16.

Decoctores præſertim nequeunt cedere, multis additis contra iſtos decoctores, nu.17.

Fallitus eſt,ſequitur conſequentia,ergo fraudatur,num.18.

Non etiam gaudent, qui ad factum ſunt præciſe obligati, nu.19.

Neque debitores Ciuitatis Neapolis, aut vigore inſtru-

quorum inanis est actio, quam eorumdem debitorum inopia excludit, iuxta l. nam is ff. de dolo, & cap. olim de restit. spoliat, comprobatque tertium Martial, Epigramma lib. 2. his verbis.

Sexte nihil debes, nil debes sexte fatemur,
Debet enim si quis soluere sexte potest.

3 licet autem ex l. 12. tabularum, debitores, qui soluendo non erant in temporariam seruitutem suis creditoribus, vel nexi adducerentur; & dura sanctione, si plures erant creditores secare si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis permissum esset, teste Liuio lib. 8. primæ Decadis, aitque etiam Carolus Sigonius lib. 1. de antiquo Iure ciuium Romanor. cap. 6. quod Ius à Salonis lege manasse existimat Budeus in tit. de in diem adiect. citans ad hoc Plutarchum, in Solone; meminit etiã Quintil. lib. 3. Oration. instit. cap. 8. Gellius lib. 20. noctium acticarum cap. 1. & Alex. ab Alexandro in libro 6. genial. dier. cap. 10. propè finem. Verba autem prædictæ legis, ea esse rescribunt præfati auctores Aeris confessi, rebusque iure iudicatis, triginta dies iusti sunto, post deinde manus iniectio est; in ius ducito, nisi iudicatum facit, (& paulo inferius) tertijs autem nundinis, si interea pactus non sit, capitis pœnas dato, aut transtyberim peregre venum ito, & si plures forent, quibus Reus esset iudicatus, tertijs nundinis partes secanto. Hæc tamen lex introducta, vt audacia leuiorum hominum in contrahendis passim debitis reprimeretur, quia omnem exuperabat secordiam, quod ob æs alienum creditori debitor addictus erat, post distractum patrimoniũ re familiari destitutus, postquè vincula, & cathenas, membra eius breuissimo laniatu ad creditorum libidinem diuidi, iniquissimo decreto sœuæ atrocitatis permittebatur. Nimirum si iustè postmodum abrogata, & Athenis à Solone antea fuit, & deinde mitiori quadam ratione receptum est, debitores ob æs alienum carceribus mancipari posse, & lex Petilia cum illis mitius agens statuit, nè quis ob æs alienum necteretur, & vt pecuniæ creditæ bona debitoris non corpus obnoxium esset; eamque amplexi sunt Cœsares, concedentes præterea debitoribus ipsis, hoc cessionis beneficium, vt carceris situm, & squallorem effugerent, atque etiam prohibuerunt, nè amplius illi compellantur seruire creditoribus l. ob æs C. de action. & oblig. §. quia verò, in auth. vt nulli Iudic. lic. haber. loco serui.

Ex quibus fortasse redarguendus non esset, qui omni eum carere irregularitate fateretur, qui bonis
4 cederet, sicuti & ipsum ab infamia alienum dixi. At cùm inter bonos, & graues viros, semper infamiam facti habeat cessio per Host. in cap. quidam post num. 6. de renunt. Collectan. in cap. Odoardus post num. 2. de solut. & cœteris expressius tradit Petrus Greg. Tholos. lib. 22. Syntag. Iuris vniuersi cap. 11. num. 8. Idque ob miseriam, paupertatemque concedatur, & propterea flebile dicatur beneficium, seu adiutorium in l. cum & filij familias, C. qui bonis ced. poss. & Cicero non immeritò affirmat in oratione pro Quintio; inquiens cuius bona ex edicto possidentur; huius omnis fama, & existimatio simul cum bonis possidetur eius, & apud Tyrrhenos, qui æs alienum, quod conflauerat, non dissoluisset, sequebantur eum pueri vacuum gestantes marsurpium ignominiæ causa, cuius rei Heraclides est relator in polit. & politia Tyrrhenorum ex his iustè deflecto ad eam conclusionem, vt is irregularis sit, & propterea non ordinandus. sicuti & Maiol. (non tamen his adductus) arbitratur in tract. de irreg. lib. 2. cap. 11. nu. 16. quin in eo potissimum tenendum est, qui ignominiosam fecit cessionem, iuxta morem Reggionum; Papiæ enim, municipali lege sub. rub. de cesion. bonor. adesse lapidem, dictum vituperij, in quo cesio fieret, ter lapidem nudatis natibus percutiendo, totidemque alta voce dicendo, cędo bonis, cuius rei testis est, M. Mantua bonauitus lib. 5. Enchiridij rerum singul. cap. 105. & Angel. in l. in omni C. qui bon. ceder. poss. subdens Perusij idipsum fieri per alligatum columnæ existenti propè Palatium Dominorum; Lugduni quoque remotis femoralibus, anus lapide percutitur; ex Guid. Papæo decis. 343. multisque alijs in locis morem esse circumducendi illum, qui cedere vult, per ciuitatem cum tubis, & vituperio vsque ad locum, in quo cedat, teste Castrense in l. mox citata, in omni; Ac Neapoli accitis creditoribus in die qua regitur Curia, publicæ, & alta voce præconis in magna Curia denunciatur is, nomenque exprimitur volentis tali vti beneficio; qui deinde ascendit lapidem tribus palmis à terra distantem, consulto ob hanc rem erectum, cum columna marmorea, propè tribunal eiusdem Curiæ, inibique intelligibili voce ait, se bonis suis cædere, & aperto capite vnius horæ spatio, vel circa, inibi columnæ innixus moratur, vt est videre in prag. 3. de cess. bonor. quinimmo recentiori pragmatica, & 4. eiusmet tituli (vsu tamen non recepta) additum fuit, ipsum quò ad vixerit teneri deferro pileum, cum velo coloris viridis; idque Romæ antea sancitum erat proprio Pij IV. motu; cuius initium est cupientes; & in Regnis Hispaniarum, Manicham ferream collo obligatam portare compellitur, vt inquit Suarez in Il. tori, l. 2. tit. *de los gouiernos* in princ. nu. 15. lib. 3. & vir ille præstantissimus, Scipio Rouitus super dict. pragmat. 3. post num. 5.

5 Sed Clerici vbi soluendo non sunt, isthæc minimè exequuntur, sed idoneam dumtaxat præstant cautionem persoluendi debita, quoties ad pinguiorem eos peruenire fortunam contingeret, iuxta verba cap. Odoardus de solut. & consequenter cessionem bonorum facere non compelluntur, vt in decis. Cappell. Tholos. vbi Aufrer. 246. post nu. 3. Abb. in eodem cap. Odoardus post num. 8. Imol. num. etiam 8. Neuizan. consil. 59. num. 2. Couarr. lib. 2. Variar. cap. 1. num. 9. Gaspar Beatus in tract. de inope debitore cap. 17. num. 8. & Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 183. num. 29. tùm quòd ille textus non meminit cesionis, qui licet tantum dicat, non esse propterea excommunicandum, neque addit ei esse relinquenda ad vitam necessaria sustinendã, attamen communis vsus curiarum Ecclesiasticarum id comprobat, atque ratio illa, quod Clerici, eodem potiuntur priuilegio, quo Milites, nè possint compelli in plus quam facere queunt, nè egestate premantur per Dec. in cap. reprehensibilis num. 29. de appell. Felyn. in cap. cum ex officij, 1. u. 2. de præscript. & reliqui mox citati

Doctores

Doctores, qui innumeros illud idem affirmantes, & asserentes communiter teneri congerunt, maximè Barbosius in l. alia §. eleganter, sub nu. 18. sol. matr. quare nec infamia facti afficiuntur, icirco
6 altioribus insigniri ordinibus valent, atque antea susceptis vti, nouaque adipisci beneficia, & antiqua retinere per Maiol. quamuis subobscure indicato, lib. 2. cap. 11. nu. 16.

His delibatis, quæ ad necessariam huius rei cognitionem duxeram, non esse silentio inuoluenda; non inutiliter modo deflectam ad alia multa huic capiti plurimum conferentia; & quæ non ignorare refert, in materia ista cessionis bonorum.

Ac primum debitori in carcerem coniecto, & debitum dissoluere non valenti, ne perpetuo inibi moretur iura indulserunt beneficium cessionis bonorum, non quidem inuito, sed eo volenti sponte vti, ex l. in omni C. qui bonis cedere poss. quinimmo, & perseueranti in eadem voluntate; etenim
7 licere ipsi pœnitere, si res est integra, exploratum habeo; tametsi antea velle cedere bonis dixerit, & ad illam admitti petierit, iuxta l. 3. & l. his qui bonis, iuncta l. quem pœnitet ff. de cess. bonor. scilicet, antequam re ipsa cedat, quemadmodum si priusquam res pignorata distraheretur, debitor ipse persoluerit quantitatem debitam, aut illam deposuerit, quia venditio impeditur l. si pignus, & l. si residuum C. de distract. pignor.
8 Præterea eiusmodi frui beneficio, nemo valet, nisi instantibus creditoribus aduersus ipsum debitorem, iuxta communem, cuius meminit Henric. Boich. in cap. Odoardus nu. 11. de solut. & Scaglion. super Pragm. 3. num. 18. de cess. bonor. vel omnibus, vel etiam vno ex pluribus instante; etenim cœteris creditoribus proculdubio, tunc obesset cessio per l. 4. vbi Doct. ff. de cess. bonor. Guid. Papeum consil. 124. nu. 7. & Salyc. in l. 1. num. 4. C. qui bonis ceder. poss. quod verum etiam si citatio ad eos minimè peruenerit, cum non sint omnes necessario citandi creditores, sed hij tantum, qui comparuerunt, ipsumque vexant, ita siquidem ait Petrus Iacob. in practic. Rub. de cess. bonor. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. post num. V. additis his, quæ scribit Bald. cons. 301. ad euidentiam, num. 5. lib. 5.
9 Hanc tamen cessionem anteire multa debent, ac primum, vt debitor suos instantes creditores requirat ad dilationem nè, quinquennalem, an potius ad cessionem admittere intendunt, cum alterum ipsorum prohibere, & impedire nequeant, iuxta terminos legis fin. C. qui bonis cædere poss. & illis conuenientibus in vnum, nequit debitor aliud exequi; discordantibus verò; quid agendum controuertitur, vt est videre apud Roman. consil. 439. circa primum, vbi prorsus veram ait sententiam, quæ humaniori, & æquiori adhæret, vt admittatur ad quinquennalem dilationem, fretus verbis eiusdem leg. final. quam tamen rectè ni fallor coarctat Scaglion. adducta pragm. sub num. 19. vt vendicet sibi locum, vbicumque contentio est inter creditores ipsos; quod si inter creditores, & debitorem, si illi cessionem eligant, iste vero inducias prætendat, teneatur, vel cedere, vel perpetuò carceribus mancipari debeat, sed in casu omnino contrario, quia creditores annuant, concedi inducias, debitor verò cedere ambiat, præferatur debitoris sententia & hanc suam distinctionem foueri doctrina Bar. & Bal. super ead. l. fin. affirmat.

Secundum, quod præcedere cessioni facienda oportet, illud est quod cedere intendens, agnoscat debitum, & fateatur quantitatem, vel extra iudicium fideiussores, aut pignora subministrando, vel in iudicio confitendo se debere, aut patiendo condemnari, per sententiam, ex omnium resolutione in §. fin. instit. de action. ex l. penul. & vltim. vbi glos. ff. de cess. bonor. & inquit citat. Scaglion. eadem pragm. 3. nu. 7. & si illud negauerit, ac tali negatione non obstante, meruerit condemnari, indignus erit, vt admittatur ad miserabile istud beneficium, licet post sententiam confessus illud fuerit, nisi creditor consentiat, ita Bald. in l. 1. num. 1. C. eodem; quod verum; nisi appellauerit, quia si illud fateatur in secunda instantia, obtinebit in bonorum cessione per Afflict. decis. 296. quidam debitor, nu. 3. & decis. 379. in quadam causa, nu. 4.

Debet insuper vniuersa sua bona à se abdicare, & creditoribus cedere, quæ tempore petitæ cessionis habet, ex glos. communiter recepta in l. fin. C. qui bonis ceder. poss. estque in Hispania lex 1. fori tit. 15. partita 5. vt ne quidem denarium sibi retineat, & excuti debeat omnis debitoris facultas, vsque ad baculum, & peram, vt ait idem Petrus Iacob. in sua praxi de cess. bonor. Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 44. instit. de action. ita quod si denarium retineret, nec cessio ipsa subsistat, si Baldo credimus in adducta l. fin. num. 5. vestes tantum quibus quotidiè vtitur, sicuti damnato ad mor-
10 tem relinquuntur leg. Diuus ff. de bonis damnat; & Cornelius Rodiginus lib. 3. cap. 16. ita & ipsi cedenti per Cappell. Tholos. decis. 136. atque hanc esse communem opinionem testatur Cyn. in l. 1. C. hoc tit. & Abb. in adducto cap. Odoardus nu. 8. eas enim sub generica obligatione non comprehendi probat text. in l. obligatione generali ff. de pignor. cum inhonestum valdè, & inhumanum sit, hominem proprijs vestibus spoliari, eo quod turpis est nuditas ex l. non patimur C. de cursu publico lib. 12. vbi Andr. de Barulo, indignam ait spoliationem; non tamen omnem, quam defert vestem, fore illi relinquendam adiungit, illic Petrus Iacob. sed qua induit viliori, & depili; reliquas creditoribus cedendas, qui contendunt de dãno vitando, propriaq; recuperare bona, procurant; De vestibus autem lineis præfata lex prima fori satis loquitur, & eas dimittendas eidem cedenti constituens, quòd idem de instrumentis ad quærendum victum necessarijs, nempè de pertinentibus ad exercitium alicuius artis, prout sentit Ioannes à Medina in tractat. de contract. quæst. 3. causa 3. & quæst. 5. nec non Didacus à Couarruuias in loco supra citato; quam-
11 obrem scholari cedenti bonis, haud esse auferendos libros, sicuti neque arma militi, notat, Bald. in Rub. (qui bonis cedere poss. scholarium namque arma, sunt libri, ex glosa in leg. nepos à Proculo, vers. dignitatem ff. de verborum significatione, & ob eandem quippe causam, neque illos exequi pro hospitio potest Dominus Domus, & regula illa iuris, quod inuecta, & illata in prædium domumque locatam, sint tacitè hypothecata pro pentione iuxta leg. certi iuris C. locati, & toto titul. in qui-

in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahat. explicata copioſè per Iaſ. in §. item Seruiana, inibique Bellon. à nu. 20. inſtit. de action. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 44. Afflict. deciſ. 184. Nobilis quidam Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſina 84. poſt mortem, Gaballin. Milleloq. 635. inuecta, & Rebuf. in conſtit. Franc. tit. de litter. oblig. art. 4. gloſ. 2. tomo primo, ac præſertim ſubſiſtat etiam ſi non ad longum tempus conduxiſſet hoſpitium, ſed vnica tantum in ea habitaſſet nocte, per Alex. in l. diuortio, §. ob donationem nu. 11. ff. ſolut. matr. attamen ad libros ſcholarium non extendatur, qui non ita (quamuis illati) cenſeantur obnoxij, vt ait Angel. Aret. in eodem §. item ſeruiana nu. 3. & Iaſ. nu. 64. etenim quæ verisimiliter obligari non ſolent, haud veniunt ſub generali obligatione, ad l. generaliter ff. de pignor. l. 1. ff. quæ res pign. obligari poſſ. & quidem bonus Scholaris, cum libros ſuos tamquam propriam vxorem, & amplius quam Amaſiam, aut proprium corpus diligat, certè non eſt credendum, eius intentionis fuiſſe obligare ſuos libros, ex Placito Curiæ Tholoſanæ anni 1525. laqueo ſuſpenſos animaduertimus, quoſdam, qui ſcholarium libros combuſſerant; eiuſque rei ſe fuiſſe teſtem oculatum fatetur Rebuff. tract. de priuileg. Scholar. Priuilegio 19. tamen ſi non ignorem hanc ceſſare reſtrictionem, vbicumque ceſſat cauſa; ideo ſcholari vita functo, non amplius tale militet priuilegium, & propterea valeat hoſpes illos retinere libros pro dicta cauſa, quin & pro expenſis per ipſum erogatis in funeralibus affirmat Bal. in l. in reſtituenda, num. 2. C. de petit. hæred. Iaſ. in l. ſi non fortem §. ſi centum, ſub nu. 10. ff. de condit. indeb. ac poſt Petrum de Vbald. in tract. de duob. fratrib. in 11. par. quaſt. vltima, ſcripſit citatus Rebuff. in eod. priuil. 19. verſ. limita niſi Scholaſticus.

Præſtabit quoque cedens ipſe cautionem, ſaltem iuratoriam de ſoluẽdo ere alieno ſi ad pinguiorem peruenerit fortunam, iuxta gloſſam penult. in dicto cap. Odoardus, ibiq; Hoſt. poſt nu. 7. & Io. Andr. in fine, nu. 7. atque Henric. Boich. ſub nu. 14. quæ quidem cautio, antecedere debet diſſolutionem con-

12 tractus; ex eodem Io. And. in eo c. nu. 4. nec operatur, vt ſuperueniẽte pinguiori fortuna inſolidum & abſolutè, idem cedens teneatur, cum in his bonis retineat beneficium perſoluendi tantum creditoribus, quod ſupereſt deductis neceſſarijs ad victum ad l. qui bonis ff. de ceſſ. bonor. & notat Scaglion. ſuper Prag. 3. de ceſſ. bonor. nu. 16. quinimmo ſi ille infamem fecerit ceſſionem, penitus immunis eſſet eiuſq; bona poſtmodum quæſita, nullatenus erunt creditoribus obnoxia, per gloſ. in §. fin. verſ. ex integro inſtit. de action. dicunt Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis poſt nu. 38. de conſtit. Scaglion. indicata prag. nu. 38. Guid. Pap. deciſ. 343. cedens bonis, & Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 183. nu. 22. creditoribus enim ſufficere debet ignominia, debitores affeciſſe, quæ omni ære, maioris eſt ponderis, per Liſti quidem ff. quod metus cauſa; quæq; cum ſit pœna corporalis, locum ſuſtinet ſolutionis; quare tunc ditiores effecti non teneantur, fatetur gloſ. in c. ſicut dignum, verſ. ſi habent, de homic. & gloſ. 1. in fin. in c. peccatum de regul. Iur. in 6. Felyn. in c. ad liberandum poſt nu. 4. de Iudeis, Rom. ſing. 24. Cepoll. cautela 3. Iaſ. in l. ſi quis id quod nu. 29. & Dec. nu. 26. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. ex notabili textu in l. ſed vnius §. ſed ſi ante ff. de iniur. quin etiam multã propterea remiſſam à Iudice, intuitu paupertatis, neque amplius exigendam eſſe, quamuis ad pinguiorem debitor fortunam deuenerit, apparet ex l. illicitas §. fin. iuncta gloſſa Bar. & cæteris ff. de offic. præſid. atque expreſſius Boer. deciſ. 349. in 1. nu. 4.

Et illud quod paulo ante conſtitui, vt bonis, qui ceſſit, & alia poſtmodum acquiſiuit, non niſi dedu-

13 ctis alimonijs teneatur creditoribus, reſtringo ad eos, qui ante ceſſionem erant creditores, non eos, quos poſtea conflaſſet, contra quos ille vti tali exceptione, minime valeret, cuius quidem ſententiæ, auctor eſt Faber. in §. fin. verſ. ſed numquid, poſt nu. 8. inſtit. de action. eumq; ſequuntur inibi Myſing. nu. 4. Iaſ. verſ. cum eo quoq; ſub nu. 4. Aretin. nu. 20 & Petr. Iacob. in Praxi, Rub. de ceſſion. bonor. & conuenit textus à contrario ſenſu in l. 3. C. de bonis auctor. Iudic. poſſiden. nec non efficax illud ſimile de filio familias, qui multis in caſibus enarratis in l. 2. ff. quod cum eo, poteſt conueniri, quatenus tamen poteſt in his, quæ contraxit dum erat in parentis poteſtate, inſolidum verò in his, quæ poſt parentis interitum, ex l. 3. ff. eod. citato tit. notatque Faber indicato loco.

14 Cedere autem bonis cuiuis debitori permiſſum eſſe conſtat, ſiue is Pater familias ſit, ſiue filiusfamilias, maris, aut fœmina, niſi ſpeciatim prohibeatur, per l. cum & filij familias C. qui bonis ceder. poſſ. & Paris. conſil. 94. ſpectabiles num. 56. lib. 1. Quin, & Vniuerſitati conceſſum quoq; eſſe, vt tali valeat beneficio vti, probat text. in §. ſi quis autem in auth. vt determ. ſit numerus cleric. aduertitq; Petrinus in tract. de re milit. par. 9. tit. de Saluo conduct. nu. 48. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 2. caſu 183. nu. 13. obſeruabit tamen eam duntaxat formam, quam Ius commune ſtatuit, non aliam, & ignominioſam, quam municipales leges ſanciunt, vt illic Menoc. optimè putat; tum quod vniuerſitas ignominia affici non valet, eo quod corpus eſt fictum, ex Iaſ. in l. ſi quis maior. nu. 2. C. de tranſact. per l. mortuo ff. de fideiuſſ. tùm quod eiuſmodi ſtatutorum verba, ſolent ita concipi, ſi quis, quicumque, &c. quæ non vtique amplexantur vniuerſitates ipſas, prout idem Iaſ. in eo loco annotauit, opitulanturque, quæ Calcaneus ſcribit conſ. 1. nu. 2. & 3. Paris. conſil. 21. nu. 30. lib. 4. & conſil. 124. in fine, Rebuff. in tract. de pacif. poſſ. nu. 6. & Crauet. in tract. de antiq. tempor. par. 4. princip. nu. 149.

15 Sed huic beneficio, poſſit ne renuntiari, illoq; non vti, polliceri, non leue apparet dubium inter doctores, cum aliqui in negatiuam iuerint ſentẽtiam, cõcludentes, non obſtante renunciatione licere prædicto beneficio vti, ita Cynus in leg. 1. quæſt. 6. & Salyc. num. 9. C. qui bon. ceder. poſſ. & Alex. conſ. 37. viſo nu. 6. vol. 2. & alij mille, relati à theſauro in deciſ. Pedam. 36. cedere bonis; eorumq; reſolutionem communi doctorum calculo foueri, teſtantur Alber. in Rub. C. qui bon. ced. poſſ. in fin. & Alciat. in c. cum cõtingat nu. 69. de Iure iuran. atq; Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 1. poſt nu. 7. ſecundum quã determinauit Senat. Pedam. indicata deciſ. Theſaur. nu. 3. in fin. & cum ea Cameram Imperialẽ tranſire, dicit Andr. Gayll. in ſuo tractat. de pace publica lib. 2. c. 2. n. 23. Alij verò valere cõtendunt, maximè

Felyn.in cap.ex rescripto num.12. de Iure Iurand. & cap.si diligenti post nu.4.de foro compet.Feder. de Senis cunsil.60.

Alij distinctione vtuntur,sed non omnes eandem proferunt, at diuersas tradunt distinctiones, quas idem Thesaur. memorat ac potissimum censent firmam esse, quæ iuramento roboratur, vt Imola in cap.cum contingat,n.83.de Iure Iuran.Cappell. Tholos.decis.61.An cessioni.Ripa in l.obligatione, nu.33.ff.de pignor.& Soccin.in tract.de citat. artic. 17.nu.18.demumq;alij,hoc etiam casu,cum intercessit iuramentum,non esse admittendam credunt, quibus subscribit Lugdunensis in tract.de contrac. q.36.& Massuer.ad Pract. Papiensem. in forma inquisition. post nu.26.vers. cesserit; subdens magis communem.& benigniorem hanc esse opinionem & ita pronunciatum à parlamenti Iudicibus, asseuerat Guid.Pap.decis.211.

Et ipse in priori casu libenter consentio, nè sit recedendum à prima, & magis communi sententia; In posteriori autem,cum in ea intercessit Iuramentum,in eam libentius condescendo,quā Imola & sequaces comendant,attento tamen Iuris rigore & vtramq; defendit Vasq.in tract.de success. creat. lib.3.§.22.num.79.cnm seq.& §.28.num. 19. ac distinctius §.30.num.17.& Ioann.Guttierez. tract.de Iuram.confirm.par.1.cap.18.nu.1.& 4.licet æquior vsuque sit fortasse comprobata ea sententia, quod accedente Iuramento admittatur, adhuc renuntiās ad beneficium cessionis bonorum; maximè clericus ad beneficium,cap.Odoardus; præmissa tamen distinctione eiusdem Guttierez ead.par.1.cap. 17.à nu.34.& tangit Petrus Barbosus in l.Aliæ §.eleganter á nu.20.ff.solut.matrim.in 2.par.sui operis;quare non obstante iuramento, valeat conuolare ad istud priuilegium si antequam cederet dies solutioni destinata,petierit absolutionem à iuramento; vt idem Guttierez scribit indicato loco sub nu. 39. & multis suffultus auctoribus firmat Marius Anton. variar.resol.lib.1.resol.41.num.5. Costa de remed. subsid.remed.29. sub nu. 7. & procedit conclusio, quod periurus non admittitur ad cessionem, de qua Amatus consil.50.nu 14.

16 Et quia aliqui sunt, qui licet velint cedere bonis, attamen prohibentur, etiam si non renunciauerint huic beneficio, ideoque refert subiungere, qui hi sint; ac primum dolosos memoro, quos penitus esclusos à tali beneficio recordor, per Rotalem decisionem 83. nota quod Marcus, siue 22, de restit. spoliat. in antiq. alteramque Caputaq. 278. part.1. quaré illis denegari cessionem, qui in fraudem creditorum alienarunt propria bona,dixerunt Bald.in §.fin.num.27.instit.de action. Ias.in §. item si quis in fraudem,post nu.91.instit. eod. tit. & Scaglion.in pragm.3.post nu.43.de cession.bonor.succurritque tex.in l.fin.§. fin. quæ in fraud. credit. & videtur casus in l. Iure prouisum C. de Fabricens. lib.11.nemini quippe patrocinari debet fraus, aut dolus, habetur in l.1.& l.nè ex dolo ff.de dolo, & l. non fraudentur,ff.de reg.iur.ob quam eandem rationem, qui sciens se non esse soluendo contrahit spe futuræ cessionis,escluditur ab isto beneficio vt dicit Bal.in eomet loco,& Felyn.in cap.fin. post num.2.de testib.ac Matthæus Brunus in tract. de cession.bonor.4.par.princip.q.31.

17 Illi quoque á prædicta cessione repelluntur, qui mensæ argentariæ euersores fuerunt, vt ait Bald. consil.219.super libris thesaurariæ volum. 3. Boer. decis.215.& antequam num. 6. Caccialup. in tract. de debitore suspecto, & fugit.quæst. 1. num. 13. siquidem non dolosorum, sed miserorum subsidiū debet esse cessio, quæ si prædictis concederetur, fraudatorum potius esset adiutorium,cum certum sit huiusmodi fallitos mercatores,dolosè foro cedere,ac multorum pecunijs interceptis contra fidē publicam,quam dederunt, cum pernicie illorum, solum verrunt; itaq; optimam colligi consequen-
18 tiam liquet, est fallitus,erg fraudator, & inquiunt Caccialup. ac Boer. citatis in locis: eosque proclinos ad mentiendum, atque infamissimos esse adiungit,idem Caccial. & Vulpian. quos foro cedere dixit in l.si hominem §.fin.ff. depos.eosdem Paulus appellauit fraudatores in l. quod priuilegium; eodem illo titulo, aduersus quos, pœna in Gallia imposita cernitur capitalis,per constit.Francisci I.sub die 8.Octobris 1536. in Constitut.Regijs Comitiorum Aurelianensium artic.43. & Inuictissimi Caroli V. Imperatoris Constitutionibus editis in comitijs habitis Augustæ Vindelicorum, de anno 1548. artic. 22. In hos mensarios solum verrentes, & trapezam euertentes,tamquam in fures animaduerti,eosque comprehendi.& detineri quousque Creditoribus satisfecerint,statutum legimus; quin Valentinus Cæsar iubet pœcuniæ publicæ decoctores,plumbatarum ictibus subijci,in l.quilibet C. de decurion. lib. 10. & Archadius præcipit, nè is, qui de interuersione rationum, semel fuerit conuictus,rursus id officium gerat, in quo ante decoxit, i n l.si aliquis C.de suscep.Præpos.& Archar.lib. 10. vbi Andreas de Barulo,illud præcipuè notat, nè ab officio ex suo delicto depositus, ad illud amplius admittatur, per l. Iudices C. de dignitat. lib. 12. & Pius V. recolendæ memoriæ vetuit decoctos volentes bonis cedere audiri, nisi constitutos in carceribus,& constito non propter sumptus,sed ob infortunium seipsos depauperasse, teste Iosepho Ludouico decis. 32. Paulinus post num. 1. part. 1. qui enim prodige, & luxuriose bona consumunt, iustè,hoc beneficio sunt indigni, atquè olim infamia notabantur,ex Solonis lege, in hæc verba, qui Patrimonij sui versuram fecerit, ignominius esto! & Adrianus Decoctores bonorum si suæ essent auctoritatis, catamidiari in Amphiteatro, & dimitti statuit, teste Laertio lib. 6. quamuis autem semper crediderim satis crudele, & homine, nè dicam Christiano indignum, si ob ciuile debitum, is mancipetur carceribus, qui nulla sui culpa, sed fortuna sic volente effectus est, non soluendo, cum naturali repugnet æquitati, carceris squallor, possitque tunc creditor iustè redargui, qui nihil amplius consequitur, quam vt debitorem alias miserabilem affligere pergat; Nihilominus si in eos id vsurpetetur, qui vt aleis ludere, & largis poculis pecuniam etiam aliundè conflatam, diú, noctuque prodigere pergunt, relictis domi vxore, liberis, vniuersaque familia inedia morituris, nè dum existimaui, non Iniquum, neque crudele factum, at publicæ vtilitati consonum, valdequè necessarium, cum reipublicæ, quoquè intersit, nè quis re sua malè vtatur, iuxta

§.sed

§. ſed & maior inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Iuris.

19 Præterea illi hoc deſtituuntur auxilio, qui ad factum ſunt præcisè obligati, ob id enim per ceſſionē liberatio alicui datur, quod impotentia ſoluendi in cauſa eſt, vt bonis cedens excuſetur; Verum in eo, qui tenetur facere, ceſſat eiuſmodi impotentia, ſi factum illud explere valet; ideò cedendo, immunis haud eſſet ex Bal. in d. l. 1. nu. 5. C. qui bonis ceder. poſſ. & ſuppetunt notata per Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur ſub nu. 36. ff. de verb. oblig. ac propterea illi miniſtrandas eſſe expenſas, quouſq; factum expleuerit, æquum iudicatur in l. ſuo victu ff. de operib. libert. cum verò explere nequiret promiſſum factum, tunc ceſſioni iam dictæ locum eſſe, prodidit Bal. in ipſa l. 1. nu. 5.

20 Debitores inſuper Ciuitatis Neapolis ex cauſa afflictus Gabellarum, quin & in Regno vniuerſo ex cauſa inſtrumenti liquidi propter Ritum Mag. Curiæ 166. defendit famigeratus Aduocatus Anellus Amatus, deciſum adiungens conſ. ſupracitato 50 conductorem.

Poſtremò, qui ex maleficio, vel quaſi ad pecuniariam pœnam obſtricti ſunt, non eam effugerent ſi

21 bonis cederent, eò quia excluſos eos eſſe à beneficio iſto, cenſuit communis doctorum ſententia, cuius meminit Albeic. in l. 1. poſt num. 14. C. qui bon. ced. poſſ. itaque oportebit eoſdem luere in corpore, ex communi relata per Veronen. conſil. 9. & Dec. in l. ſi quis id quod nu. 2. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Iulium Clarum in §. fin. q. 95. num. 5. pronunciauitq; Senatus Pedam. vt eſt videre in deciſ. Theſaur. 182. condemnatus nu. 2. dumtamen Fiſco applicanda veniat, nam ſi parti, triplex fuit doctorum ſententia. Prima quippe fuit dicentiū, illa ſiue ex contractu, ſiue ex maleficio debita, non eſſe concedendam ceſſionem, neque commutationem faciendam in corporalem pœnam, niſi actore conſentiente, & expectari debere pinguiorem rei fortunam, ita Aufrer. ad deciſ. 71. Cappell. Tholoſ. nu. 3. atque interdum detineri in carceribus. Altera verò ſententia fuit affirmatiua, nempè poſſe gaudere beneficio iſto, quam plùries amplexatus eſt Senatus Pedam. teſte eodem Theſauro in ead. deciſ. 182. à nu. 4. & illic Gaſpar filius in additione 2. poſt medium; Vltima autem fuit eorum, qui ceſſionem denegarunt, & commutationem in corporalem indulſerunt, ſecundum quam, ſæpius iudicatum fuiſſe recenſet in eadem deciſione Gaſp. Theſaurus, atque Peguera quæſt. criminal. 6. nu. 17. ipſeq; priorem libentius ſequor, per auctoritatem Iulij Clari indicata quæſt. 95. num. 4. & Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. centuria 5. caſu 447. nu. 17. quo in loco Menochius amuſſim explicat aſſertionem illam, & probatam in l. vltima ff. de in ius vocand. vt

22 luere compellatur in corpore, qui in ære non habet, ac præſertim nu. 7. extendit ad Clericum non valentem pœnam pecuniariam Fiſco dandam perſoluere; corporali pœna plecti non prohibeatur, ex auctoritate Abbatis in cap. finem litibus nu. 15. de dolo, & contum. & in cap. Odoardus num. 9. de ſolut. Archid. in cap. ſi res 14. quæſt. 6. & Boer. deciſ. 349. & 1. quo ad mulctam num. 11. vbi licet exiſtimet poſſe Iudicem Ecclesiaſticum flagellis, & fuſtibus cedere Clericum vſque ad ſanguinis effuſionem excluſiuè, cum hanc pecuniariam pœnam in corporalem commutat, & ſequitur Farinacc. in tit. de delict. & pœn. quæſt. 26. nu. 12. eorum tamen iudicium (ni fallor) perdurum, nimiſque rigidum exiſtimo, maximè ſi fuſtibus cędi clericus nequeat, quam aliqui moderni tuentur ſententiam, cuius rei hic non inquiram veram reſolutionem, eò quia alibi copioſè ediſſero, & in ſupremo tribunali, atq; in cauſa pergrăui, in qua tamquam Fiſcus Apoſtolicus interueni, diſcuſſi; Verum in re præſenti rectius ageret, & æquius Præſul ſi Relegatione, aut exilio tantum puniret illum, vel eumdem longiori tempore detineret in vinculis, cum & carcer in pœnam quandoque detur, ex notatis alibi, & quidem copioſè.

23 Sed commutationem pœnarum quis valeat facere, & quo tempore, non inueſtigabor, eo quia in prima centuria mearum deciſionum, ac præcipuè deciſ. 10. ediſſero, hic tantum dicturus, quod poſt ſententiam nemo faciet, vt reſoluit ſola in ſuis cōment. ad decret. Sabaudiæ tit. de falſis gloſ. vlt. verſ. ſecundo quantum. ſub nu. 12. Farinac. in tit. de delict. & pœn. q. 26. ideoq; Iudici non licere pœnam ſtatutam commutare, niſi ante ſententiam, ſcripſit Gaſpar. Beatus in tract. de inopē debitore c. 18. locatus in opere iudiciali inquiſ. verbo relaxare, nu. 10. Abb. in c. licet nu. 6. de pœn. Boer. deciſ. 289. videtur nu. 1. & Praxis Epiſcopalis, verbo pœnæ § 3. p. 1. namque functus eſt officio ſuo l. Iudex poſteaquam ff. de re iudic. Supremus tamen Princeps, nempè Pontifex Maximus, eam ſine dubio quandocumque commutare poteſt, iuxta textum in c. veniam 35. q. 9. ita & Præſes Prouinciæ, qui ex eiuſdem Beati ſententia, commutat prolata adhùc ſententia; non ſecus ac alius quicumq; in plenitudinem poteſtatis vocatus; quamobrem etiam Epi-

25 ſcopo id tunc licere non ambigo, tùm quia Præſidi Prouinciarum aſſimilatur à Gulielmo de Turno, & Cyno, quos inſequitur Feder. de Senis. conſ. 80. Gulielmus num. 1. tùm quia ducibus comparatur, per Iaſonem in Rub. ff. de offic. eius, nu. 15. & conſequenter Principibus, eò quod Dux loco Principis eſt, teſtè Caſtrenſe conſil. 226. vol. 2. & Decio conſ. 191. nu. 1. tum quòd Epiſcopos ipſos vocari Principes, notat Paris conſ. 141. Ad ſolutionem nu. 25. volum. 4. Pauin. in tract. de poteſt. cap. Sede vacante præludio 6. nu. 15. & copioſius, Barbatia in tract. de præſt. Card. quæſt. 5. par. 1. nu. 13. ita quod, & Epiſcopus Princeps ſit, ac Summus Pōtifex in ſuo Epiſcopatu, crediderit Gomes. in cap. 1. nu. 32. de conſtit. in 6. & ſuffragantur, quæ ſuperinde notant Paris. eodem conſil. 141. num. 27. Plaza in Epitome delict. cap. 33. circa finem, & Iſidor. Moſcon. de Maieſt. milit. Eccleſiæ capit. 8. verſic. concludendum itaque erit, parte prima, vbi multorum ſuffultus auctoritatibus, aſſerit Epiſcopum in propria

26 diœceſi eſſe Principem, poſſeque omnia ſpeciatim Papæ non retenta, habereque in ea merum Imperium. Iſtud autem de mero Imperio aſſirmat Specul. in Rub. de iuriſd. omn. Iudic. num. 27. neque dubito omnes Præſules in ſuis Diœceſibus gerere vices Papæ, adductus verbis Archid. quem citant, & ſequuntur Gaſpar. de Peruſio in tractat. de reſeruat. benefic. in princip. num. 4. & Anaſt. Germon. de indult. Card. §. incipiente; Per quæ

A a 2 ſublatis

sublatis num. 52. ac Dei Vicarios esse, vt inquit, Abbas in cap. 1. sub num. 7. de iure iurand. quos, & Illustres propterea, & Serenissimos dici, ex Barbat. indic. tract. q. 1. nu. 20. & Iacobo Sbrottio de off. Vicarij in prohem. nu. 8. quibus addo Bursatum, qui Episcopos multis nominibus appellitari, ac prærogatiuis honorari, & quidem longa seriè demonstrat, consl. 125. quia scriptum à nu. 61. vol. 1. quibus autē honoretur titulis dicit Marta in tract. de iurisd. par. 2. cap. 34. à nu. 48. Episcopatus autem, pro vt hodie est, ab Apostolis ordinatus fuit, nō quidem iure positiuo cap. legimus 93. dist. & c. olim 95. dist. vt autem ipsorum quilibet suis limitibus contentus esset, sanxit Dionysius Papa I. dum anno 274. pa-
27 rochias, & diœceses distribuit, & testis est idem Marta par. 2. cap. 39. sub nu. 8.

28 Ex his videtur roborata resolutio præfata, quam veriorem arbitror, tametsi Vicarii complures, rectius agentes, clausulam illam in sententijs adiungant, salua commutatione, seù diminutione nobis, aūt Episcopo reseruata: quàm quidem sententiam valere, scripsit Bal. in auth. interdicimus, num. 4. C de Episcop. & Cleric. Felyn. in c. qualiter, & quando el 2. §. ad corrigendos nu. 30. de accusat. Foller. in praxi criminal. canon. par. 3. cap. 33. num. 165. & Alberic. Oliua super Rita 6. Curiæ Archiep. Neap. nu. 10. quamuis peculiari lege sit Iudicibus Laicis vetitum in Regno, vbi constitutum legimus, per Pragm. 21. de Baron. ne officiales, tùm demaniales, tùm Baronum in eorum sententijs, eiusmodi commutationem, aūt diminutionem sibi, vel Baronibus reseruent. Recordor tamen multis ab hinc annis controuersum fuisse in Curia Archiepiscop. Neapolitana, vbi á quodam Vicario fuerat prolata sententia reseruans Archiepiscopo potestatem minuendi, an Vicario liceret diminuere, & re matura discussa determinauit eiusdem Curiæ Congregatio, licere, suffulta terminis generalibus, non esse prohibitum Vicario exequi, quod Antistes potest, nisi specialiter vetitum appareat, & maximè quia longè aberat Archiepiscopus, quo casu Vicarij Iurisdictio ampliatur per text. singul. in c. cum nullus de tempor. ordin. in 6. & multa cumulat. Ias. in leg. cum filiusfamilias sub nu. 2. ff. si cert. petat. Francisc. Marc. q. 619. nu. 1. par. 2. & Rebuff. in tract. de nominat. q. 14. nu. 60.

Sed indulgere condemnato, eique omnem condonare pœnam, atque ideò rebannire ad perpetuos carceres, seù in exilium damnatum, non va-
29 leat Episcopus, illique gratiam facere nequeat, dicit Præpos. in cap. in primis, num. 6. causa 2. q. 1. Io. Faber. in l. pœnam in fine C. de pœn. Diazza in praxi cap. 187. nu. 2. & Foller. in Pract. crim. canon. cap. 33. nu. 122. contradicit tamen Moscon. indicato c. vers. habent etiam Episcopi, & illic defendit posse Antistitem gratiam facere; hancq; vniuersa-
30 li consuetudine approbari passim cernimus, ac similiter Barones eadem consuetudine foueri docet Bal. in l. seruos in fine C. ad leg. Iul. de vi publica; attestaturq; Iulius Clarus in §. fin. q. 59. nu. 2. & Iacob. de Beluiso in pract. crim. tit. de sent. crim. nu. 10. licet si Iuris communis sanctio attenderetur, nequirent, vt est videre apud Iacobin. de feud. vers. mero, post nu. 8. exceptis baronibus habentibus cognitionem primarum, & secundarum causarum, quos posse durante appellatione concedere, & impertiri gratias, adhùc considerata dispositione iuris communis, tuetur Præses de Feanch. subdens ita decisum in Regio Consilio decis. 370. idque tanto magis fulciretur veritate, si litteras haberent arbitra-
31 rias; cœterum perutilis materia commutationis pœnarum, siue compositionis, quando ipsa fieri possit, à quo, & quibus accedentibus, scribit optime Niger in cap. Regni 221. exercere volentes, á num. 29. sub Rub. de commut. pœnarum; Anna sing. 458. Rex potest sententiam, & Andr. in cap. 1. vers. pœnam autem irrogat. de capit. Corrad.

32 Ad rem præsentem retrogrediens inquiro, sit nè concedenda cessio obligato ex causa Fiscali, & Camerali; & licet dubitatio ista non careat maxima difficultate, ex his quæ congerunt Ias. in §. item si quis in fraudem nu. 14. instit. de action. & Brunus in tract. de cess. bonor. in 4. par. princip. q. 9. attamen verior iudicatur affirmatiua sententia, quoties debitum ex contractu proficiscitur, ob idque debitorem ex causa gabellæ vini admissum fuisse ad hāc cessionem, decidit Ioseph. Ludouic. decis. 32. tueturque Franch. de Claper. in sua censura causarum Fiscalium 19. q. vnica, adiungens idipsum resolutū per supremam Curiam Aquensem, quem rectè loqui admonet Gaspar Thesaur. in addit. ad decisiones genitoris, decis. 182. condemnatus in vltimis verbis, tametsi debitorem collectarū vti nequaquā posse dixerit Bal. in l. propter C. qui bon. ceder. poss. & Aufrer. super decis. Tholos. 28. nu. 4. Illud tamen certi Iuris esse protestor, quod arrendatarij ipsius Fisci, nullatenus gaudent priuilegio eiusdem Fisci in exactione fructuum, & rerum fiscalium, quas conduxerunt, vt optimè defendit, tùm iure, tùm vsu Guid. Papeus decis. 208. iuxta materiam, & sing. 297. incipiente firmarij, ex quibus deflexit Tuschus in sua conclus. 219. Cessio bonorum num. 25. lib. 1. ad eam statuendam resolutionem, quod vbicumq; debitor Fisci nequiret bonis suis cedere, nihilominus valeat tali beneficio vti, si firmarius, & arrendatarius exigat. Habes itaque amice lector, notionem multarum personarum, quibus flebile istud denegatur beneficium; cœteras sciturus ex traditis per Neuizan. consil. 59. Iasonem in §. fin. instit. de action. & Couarr. lib. 2. variar. resolut. c. 1. á nu. 5.

33 Sed hoc in loco omittere nolui fideiussoris personam, cui cessio facta à principali ipso debitore minime prosit, at eidem debitori cedenti dumtaxat per text. in §. fin. instit. de replic. l. heres à debitore §. quod si stipulator, ibiq; Bald. & cœteri ff. de fideiuss. Guid. Pap. decis. 211. debitor non potest, sub nu. 3. Angel. in §. fin. nu. 13. Ias. nu. 25. & Schneid. nu. 3. instit. de action. nec non Valent. Franch. in tract. de fideiuss. cap. 3. à num. 126. etenim quotiescumque Reus, ita liberatur a creditore, vt natura debitum remaneat, teneri fideiussorem, respondit Scæuola, in l. vbicumque ff. de fideiussorib. ob quod damnato debitore, & bonis illius pro tertia parte à Fisco confiscatis, creditorem contra eum pro duabus tantum debiti partibus posse agere, ac fideiussorem conuenire insolidum, disponitur in lege prima C. de fideiussor, quinimmo paratior, & aperta iam patet via procedendi aduersus fideiussores, quia satis, superque clare apparet ex cessione emissa, discussum fuisse cum Principe debitore

debitore

debitore,& ſatisfactum priuilegio auth. præſente, C.de fideiuſſ. Accedit,& alia ratio, quod finis fideiuſſionis, hic maximus eſt, vt creditor ſibi proſpiciat in caſu, quo debitor facultatibus lapſus ſit, & poſſit ab ijs conſequi ſuum, quos pro eo retinet obligatos §.1.inſtit.de fideiuſſ. & §. fin. de replicat. Nec non quia fideiuſſor non modo ex contractu principalis debitoris,verum etiam ex ſuo proprio, nempe ex ſua fideiuſſione conuenitur l. blanditius. C. de fideiuſſ. ac Poſtrema concinit recepta illa à
34 Doctoribus regula; Ne exceptiones coherentes perſonæ debitoris, communicentur fideiuſſoribus ad l.3.C.de except.l. exceptiones la 2. ff. de except. ſiquidem priuilegia in alterius gratiam conceſſa, illius perſonam minimè egrediuntur cap. priuilegia,ibique latè Dynus, & Petrus Pechius de regul. iur.in 6.cap.mandata de præſumpt.l. leges. C. de legib.l.in omnibus cauſis, iuncta l. priuilegia ff. de regul.iur.l.1.§.perſonis,& l.ſemper.§.immunitati ff. de aqua quotid. & æſtiua l.in honoribus §. vacationum.ff.de vacat.muner.& l.ex pluribus.ff.de adminiſtr. tutor. Item pactum quod eſt perſonale, ad aliam non extenditur perſonam, quam ad eam, cui factum eſt l.ſi vnus §.ante, & l. idem §. 1. ff. de pactis.

Ideoque,ſi parens conueniatur à liberis, & condemnetur in id ſolummodo, quod facere poteſt, iuxta l.ſunt qui,& l.ſeq.ff.de re iudic.ob reuerentiã ſcilicet, pietatemque, quam ijdem liberi tenentur parẽtibus exhibere,iuxta l.parentes ff. de in ius vocando,& l. liberto ff. de obſeq.a lib. præſt. quia parentes non amare,ita eſſet impietas, ſicuti, & non agnoſcere inſania, vt ait Seneca, in tantum quod filiorum pietati,& officio incumbat parentes egeſtate preſſos alere, iuxta l.ſi quis à liberis §.ſi impubes ff.de liber. agnoſc. & concinit, quod venuſtè Grecus ille Iambicus docuit, & latinè tranſlatum ait.

Colens parentes,cuncta proſpera geſſeris.

35 Nihilominus fideiuſſori haud proderit tale priuilegiũ,& iſthęc exceptio,nè conueniatur vltro quod poteſt,per eandem l. exceptiones, verſ. vel parens, & iſta quia in ipſis etiam liberis procedunt, cùm parentes aduerſus illos,ſed emancipatos agunt, per eumdem §. ſi impubes, illicque, in eo tantum propterea condemnentur, quòd facere poſſunt, eò quòd multò magis parentibus iuiunctum eſt alere filios,toto tit.C.de alend.liber.ita & fideiuſſor.condemnabitur inſolidum, non attenta exceptione iam dicta, ea ſiquidem eſt natura correlatiuorum, vt de vno diſpoſitum, ad aliud non expreſſum, extendatur l.final.C.de indicta viduit toll.l. 2. C. de cupreſſ.lib. 11.l.fin.& ibi Bar.ff. de accept. Bal. in l. 1. numero 5. C. de bonis matern. Cephal. conſil 119.nu.17.Boer. deciſ.48.& præſuppono nu.3. Euerard.in ſuis locis legalibus cap.76.& Oſach. deciſ Pedem.140.maritus,nu.1.

Et patronus liberto condemnatus,licet non amplius compellatur præſtare, quam quod facere poteſt,& deducto eo,quod eiuſdem patroni alimentis neceſſarium iudicatur,ad l. patronus ff. de re iudic. ſi enim libertas fauorabilior cunctis rebus iudicatur à Caio Iureconſulto in l.libertas,ff.de reg.iur. conuenit,vt propter hoc ſummum,& inæſtimabile beneficium à patrono erogatum liberto, nè eum cogat,nullis ſibi retentis alimentis, aut reſeruatis; nec

36 quidem ſufficientibus; Verum ipſiuſmet patroni fideiuſſor, nullatenus tali fauorabili ſanctione iuuatur, ſi fuerit ſuperinde datus per text. in l. exceptiones la 2.ibi patronuſue ff. de except.

Itidem ſocer tàm vxoris,quàm mariti,ſi conueniatur pro dote promiſſa,vel reſtituenda,huiuſmodi potitur priuilegio per l.ſicuti cum l. ſeq. ff. de re iudic.& l.rei iudicatæ §. fin.ff.ſolut. matrim. quia parentis locum obtinet l.quia parentis ff.eod. titul. ſol.matr.verum ad fideiuſſores minimè tale priui-
37 legium protenditur, quia ſtrictius interpratatur, cap.priuilegium de regul. iuris in 6.

Maritus quoque, ſi matrimonio diſſoluto fideiuſſorem dederit reſtituendæ dotis ad ſtatutum tempus,eoque elapſo conueniatur ab vxoris hæredibus,certum eſt,eatenus teneri,quatenus poteſt,ex l.maritum ff.ſolut.matrim.l.patronus,& l.non tan-
38 tum ff.de re iud.§.item ſi de dote, inſtit. de action. eius verò fideiuſſorem,non vtique fouebit talis exceptio, cum dotis nomine inſolidum condemnetur d l.exceptiones.

39 Atq; vt breuibus verbis concludã,fideiuſſor ſocij,militis, magiſtratus,& ſimilium, (qui minimè damnari debent, vltra id quod facere poſſunt) nõ iuuatur iſta exceptione conceſſa ſuo principali, ex his quæ luculenter enarrat Valentin. Franch. in tract.de fideiuſſ.cap.3. à nu. 106. & Brun. tract. de ceſſion.bonor.4.part.princip.q. 25.

40 Exceptiones verò cohærentes rei, etiam fideiuſſoribus competere Paulus prodidit Iureconſultus, in citata l.exceptiones, illudq; comprobatur etiam ex l.defenſiones, C. de except. & l. ex perſona ff. de fideiuſſ.cum l.2.C.quæ res pign.oblig.poſſ. ad fideiuſſorem namq; transfertur, quòd ex ipſa re cauſam ducit, originemque trahit l. priuilegia ff. de reb. auct. Iudic. poſſid. & Goffred. in ipſa l. exceptiones §.1.etenim principalis naturam ſequi,quod acceſſorium eſt,& vulgata regula probat,& text.in c.acceſſoriũ de regul. iuris in 6. alioquin fideiuſſor ad maius, quam principalis obligaretur, contra l. grecè §. illud ff.de fideiuſſ. Iſthæc autem regula, vt realis exceptio, ſit etiam fideiuſſoribus vtilis,admittit viginti declarationes, quas coaceruat Valent. Franch. indicato tract.de fideiuſſ.c.2.a nu.25.

Eſt itaque abundè comprobata concluſio antea firmata, nulli alteri, quam cedenti prodeſſe ceſſionem bonorum, neq; etiam fideiuſſori, & nunc ad-
41 do,neque fideiuſſori impetrantis moratorias, annaleſq; inducias, vel quinquennales opitulari moratorias ipſas,vel inducias, aut ſaluum conductum, per auctoritatem Rebuffi in comment. ad conſtit. Gallicanas Rub.debitor.dilat.art.1. gloſ. 1. nu. 43. Staphil.in tract.de commiſſ. & litteris iuſt. §.quando conceditur nu.8.Coler.in proceſſ.exeq. c.4.p.1. nu.17. cum alijs multis ibidem adductis in ſuam ſententiam, quos ſequitur idem Valent. indicato cap.3.nu.147.& Carau.in Ritu 287.nu. 16. tametſi Marſil. in tract. de fideiuſſorib. contrariam ſuſtineat opinionem,nu.284.

42 Sed quamuis in præcitatis caſibus,& alijs multis, non faueat fideiuſſori ceſſio facta à debitore,in illis attamen,ſi cedere, & ipſe fideiuſſor velit, impediri non debet,ex his,quæ ſcribit Brunus in tractat.de ceſſ.bonor.4.par.princip.q. 25. & nulla ſuperinde contingit difficultas.

43 Aliud insuper reperitur beneficium, quod iura debitoribus indulserunt, scilicet dilationis annalis, vel quinquennalis, vbicumque tamen accesserit consensus creditorum, aut maioris partis cum par est debiti quantitas; vel quorumdam, si eorum crediti summa alijs creditoribus numero pluribus antefertur, aut etiam vnius, quoties eius summa crediti, alijs omnibus grauior inueniatur, leg. final. C. qui bon. ceder. poss. istudque, si quis impetrauit beneficium, non amplius ad cessionem bonorum admittendus erit, ex glosa finali in eadem lege, & Soccin. in reg. cedens bonis fallent. 7. ac decisum attestatur Afflict. decis. 378. ipsumque teneri cautionem præstare de persoluendis debitis in fine quinquennij, tuetur Oldrad. quē sequitur Guid. Papa decis. 109. Rescripta nu. 2 non quidem iuratoriam, sicuti in dilatione annali, sed fideiussoriam, vel tradendo pignora, leg. vniuersa C. de precib. Imper. offer. & Rebuff. in Comment. ad Const. Gallic. tom. 2. tit. de litter. dilator. art. 1. post nu. 52.

44 Multis tamen in casibus eiusmodi inducias denegari, recenset in illo artic. Rebuff. á num. 17. vniuersa ad hanc materiam spectantia congerens, cuius scripta adeat lector, & ijdem sunt ferè casus, cum alijs paucis, in quibus denegare cessionem bonorum retuli superius, num. 16. hic tamen aliqua in hac re longe necessaria, censui non omittere; ac primum, quod præfatæ induciæ nihil operantur aduersus creditorem ex causa depositi, per text. in l. si quis vel pecunias, C. depos. & decisum refert vir ille recolendæ memoriæ, nunquam satis laudatus, & certè meritissimus Præses Sacri Regij Consilij, Vincentius de Franchis, decis. 151. exceptionem, & Boer. decis. 296. Princeps, nu. 4.

45 Hanc præterea dilationem quinquennalem, in multis distare ab altera, quæ annalis appellatur, scribit, eosque refert citat. Rebuff. inibi, nu. 52. eorumque aliquos tangit Boer. decis. iam adducta; est tamen verum vnamquamque ipsarum solere concedi à Principe, & plerumque inauditis creditoribus; quos vulgus Gallicanus vocat Respit. Neapolitanus autem, moratorias, quas futuros non afficere creditores, si Iuris communis attendatur sanctio, existimat Guid. Papa ead. decis. 109. Ann. sing. 463. & Antonius Cuccus in tract. de morat. præscript. scl. 26. num. 101. & aduersus Neapolitanos, non subsistere, constitutum antiquitus erat in Regno per Pragm. 1. de cess. bonor. his verò temporibus: ex munificentia inuictissimi Philippi II. Hispaniarum Regis, in anno 1585. sancitum legimus, nè amplius concederentur aduersus quemcumque Regnicolam, in pragmat. 2. de liquid. instrument. & Galliæ in Comitijs Aurelianensibus articul. 61. placuit Regi, generatim præcipere, nè amplius à Cancellaria impetrarentur, sed Iudices ordinarios per supplicationem petentis, vocatis creditoribus, & consensu illorum, secundum iuris regulas exquisito, & causa cognita, an concedi oporteat, statuere posse.

46 Ac demum, has moratorias, si quis impetret, etiam à Principe, & eis vtatur, periurus fiat, túm si regula illa attendatur, quod in periurium is præsertim incidat, qui promissionem factam, in re iusta, & valida, ac iuramento firmatam non complet aut contradicit, iuxta notata à me ipso; in capit. de periurio quamobrem eum periurum dicunt omnes, qui in tempore promisso non persoluit, quod cum iuramento pollicitus est, maximè Rolan. á Valla cons. 34. Redemptoris nu. 2. vol. 1. Ant. Gagliard. de absolut. à iuramento §. 1. nu. 32. ideoq; creditor opponens debitori periurium, illud probasse dicatur, si constare fecerit lapsum esse terminum statutum, ad faciendam solutionem, nec eam factam apparere, dicit Innoc. in c. super his post nu. 10. de accusat. & Felyn. in c. quærelam in princ. de iure iurando, tùm ex Rebuffo in hacmet facti specie, tradente, periurum esse, qui has obtinuit moratorias à Principe, in suis Comment. ad Constitut. Gallican. tom. 2. tit. de litter. dilat. art. 1. num. 23. vbi subiungit triplex ipsum committere periurium, Primum nempè non soluendo. Secundum interpellando iudicem, ac tertium supplicando Principi. Quoties autem á Principe suo motu, ac nemine petente concesse fuerint, arbitratur inibi idem Rebuff. nè tunc vtens periurus fiat, quod multò magis dicendum opinor, si à Iudice ordinario datæ sint, quod tunc consensus creditorum accedit, qui semper est in causa, nè periurium incurratur, quique cum absit, imò, eo spreto concedantur moratoriæ á Principe, inde fit, vt illæ concesse parti petéti, operentur periurium. Ideoq; consuetudine obtemptum esse in Gallia, subiungit illic Rebuff. vt in his rescriptis expediendis clausula illa ponatur, scilicet prouiso quod à Prælato, vel alio Ecclesiastico potestatem habente super eiusmodi fide, & iuramento, secum fuerit dispensatum, & propterea tunc subsistere existimo, quod istæ moratoriæ, haud extendatur ad debita iurata, & tenet Affl. decis. 5. Dominus Rex, sub num. 1. Gemin. consil. 83. apponitur in princip. Io. Crott. in c. 1. de constit. in 6. Alex. cōs. 38. visa petitione nu. 4. vol. 3. Gram. dec. 12. Hæctor n. 3. & Anna sing. 463. inibique additio eximij Iure Consulti Fabij de Anna, & eorumdem singularium Auctoris filij: Non autem cum à Iudice obtinentur, tum quod nunquam opitularentur, nisi ita hoc dictum explicetur, cum semper, ac frequétius soleat accedere iuramentum in ipsis obligationibus, tùm quod vsus probat, né illis denegentur tales induciæ, qui ex contractu iurato debitores apparent, túm demum ex partium consensu, & impotentia soluendi, ob quam dantur. Quamobrem sententia Gomesij in suo Compend. vtriusq; sign. col. final. ne Clericus obligatus cum iuramento, & & præmissa obligatione in forma Cameræ, aut tribus sentétijs conformibus damnatus, valeat vti beneficio c. Odoardus de solut. iustè reijcitur à Couarr. in lib. 2. variar. resol. c. 1. nu. 9. vers. quoties verò, & Beato in tract. de inope debitore c. 17. num. 6. Puteo, qui loquitur de prædicto beneficio dando post tres sententias decis. 56. fuit dubitatum num. 6. lib. 1. & Antonio Gallesio de obligato in forma Cameræ verba faciente in suo perutili tractat. de obligat. in forma Cameræ par. 6. q. 7.

47 Quibus autem in casibus denegetur Clericis beneficium præfati c. Odoardus præterire duxi, cū re vera ijdem sint, in quibus denegatur Laicis beneficium cessionis, quosq; paulo ante ipse retuli, atque etiam denegantur induciæ quinquennales, recenserq; Rebuff. citato loco, & comprobatur generica auctoritate Caput. in decis. 278. p. 1. vbi dolosus, non est ad-

eſt admittendus ad ceſſionem bonorum, & beneficium adducti cap. Odoardus; quibus verbis ſatis apertè liquet, toties regulariter denegari beneficium præcitati cap. Odoardus; quoties, & ceſſionis; ſi quis autem adductis non eſſet contentus auctoritatibus, adeat Gaſparem Beatum in pluries citato tractat. de inope debitore, quæſt. 17. & Ioan. Baptiſtam Ferrettam conſil. 144. complures caſus amplexantes, in quibus reijcitur Clericus á priuilegio iam adducti cap. Odoardus.

48 Verum controuerſum multoties fuiſſe recordor, debeat nè interea carceribus mancipari, aút antea mancipatus detineri, & ſemper continuoq; vſu receptum à prudentibus Iudicibus memini, non fuiſſe è carceribus eiectum, qui in illos coniectus reperiretur tẽpore quo petijt admitti ad iſtud beneficium, quod ſi nondum fuerat captus, neque iuſſum carcerari, niſi euidens fugæ ſuſpicio immineret, conijci in carceres prohibetur; quin perſæpè à ſupremo Præſule in ſuo Apoſtolico reſcripto conceſſum ſcio, vt carceribus detentus dimitteretur durante iudicio, & diſcuſſione, ſi ad petitum beneficium admittendus ſit, hancque diſtinctionem omninò ſeruandam iudico, pro ut alij peritiores iudicarunt, & mihi notum eſt, comprobaturque ex ſcriptis per Bar. in l. 1. ſub num. 4. iuncta additione pen. C. qui bon. ced. poſſ.

At quoniam impetrabant complures, pro obtinendo beneficio cap. Odoardus, & cap. peruenit, literas Apoſtolicas; nec amplius curabant cauſam ipſam expediri facere, manauit non immeritò à Clement. VII. ſub anno M. D. XXX. die verò 22. Iunij, decretum tenoris ſequentis.

49 Clemens Papa VII. Motu proprio, &c. Cum nuper ad amputandum cauillationes eorum, qui ad fraudandum creditores, & diutius prorogandum debita; alternatiuas, & diſcuſſiones bonorum à Sede Apoſtolica impetrauerint, vt exinde ea longiſſimo tempore durante nullatenus ſoluere teneantur: Nos per Motum proprium, manu venerabilis Fratris noſtri Antonij de Monte, Epiſcopi Portuenſis mandauerimus, vt ij, qui talia impetrauerant, ex tunc, qui veró talia in futurum impetrarent, á die impetrationis huiuſmodi infra tres menſes, cauſam expedire tenerentur, cum poteſtate dictis Iudicibus attributa trimeſtre prædictum, ſi eis videretur ad vnum menſem prorogandi, quibus elapſis, & cauſa minimè finita, ex tunc Iudex coram quo cauſa penderet ad exequutionem contra debitores, perinde ac ſi tales conceſſiones minimè impetraſſent, procedere debeant, aliaq; faciant, prout in dicto motu proprio, cuius tenorem haberi volumus pro inſerto, plenius continetur. Verum quia, quod vna via prohibuimus alia cauilloſi debito res prefati conſequen. alij capitulum Odoardus, alij beneficium capituli peruenit à prædicta Sede Apoſtolica impetrantes, quæ beneficia nullatenus expedire curant, in maximum pauperum creditorum damnum, animæ ſuæ periculum, ac ſcandalum plurimorum. Talibus igitur inconuenientijs prouidere volentes, dictumque mandatum etiam ad prædicta beneficia ampliantes, & extendentes decernimus, & mandamus, quod quicumque aliquod dictorum beneficiorum, ſi capitulum Odoardus, & c. Peruenit à nobis, ſeú Sede Apoſtolica hactenus impetrauerint, aut in poſterum impetrabunt, ex tunc, aut à die impetrationis reſpectiuè infra tres menſes cum poteſtate prorogandi ad alium menſem iuxta, & ſecundum formam dicti prioris mandati, cauſam ipſam omninó expediri facere teneantur. Quibus elapſis, & cauſa minimè expedita, Iudex ad exequutionem contra debitores, & bona eorum procedere teneatur. Conceſſion. obſtant. ac alijs, quæ in dicto mandato voluimus non obſtare, minimé obſtantibus.

Cœterum beneuole Lector ſatis tibi ſit, iſthæc coaceruaſſe pro aliquali cognitione nimis amplæ materiæ ceſſionis bonorum, quinimmó admirari iuſtè poteris, eam me tàm anguſtis limitibus conſtrinxiſſe: Præſertim quod credam, vtiliora attigiſſe. Nec quid minimum præterijſſe, quod veluti cœteris notabilius exiſtimauerim notatu magis dignum: Maximé quod multi de hac re ſcribentes, nequiuerunt, niſi longa ſerie amplos conficere tractatus. Præſertim Matthæus Brunus, qui integrum de ceſſione bonorum edidit opus, & Gaſpar Beatus, qui diuerſo titulo, in eandem tamen iuit materiam, dum ſuum ſcripſit tractatum de inope debitore; illos adeas, cũ opus tibi erit, ſi quod à te hæſitatur, ſilentio hic inuoluerim, meque ne redarguas de negligentia, at potius excuſatione dignum iudica, ſi enim omnium, quæ ſibi ipſis ad inuicem contradicunt, & in hoc opere ſcribo, voluiſſem explicitè, & minutatim agere, vtique tot eſſent integri tractatus, quot capita.

50 Tametſi hoc poſtremo loco addere conſtituerim, quæſtionem illam non ſemel apud Scriptores controuerſam. An quiuis clericus potiatur priuilegio cap. Odoardus, & verior erit reſponſio ſi dicam Clericum coniugatum excludi, ab eiuſmodi beneficio iuris, vt præter alios mox citandos Doctores, ſcribit Natta conſ. 356. quinimmò, & alium quemquam non coniugatum, ſed minoribus tantum inſignitum, niſi beneficium poſſideat Eccleſiaſticum, aút Eccleſiæ ſeruitio operam nauet, per doctrinam Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. ſub nu. 9. & dicunt Ioan. Guttier. de iuram. confirm. part. 1. cap. 17. verſ. ſecundo infertur ſub nu. 12. Petr. Caball. reſolutione crimin. caſu 60. & Coſta de remed. ſudſid. rem. 29. tranſeamus ſub num. 4. Menoch. tractat. de arbit. Iudic. caſu 183. num. 3. lib. 2. centur. 2. & Farinac. quæſt. 27. part. 2. prax. crim. nu. 69. Viui. decif. 529. Petrin. ſub num. 18. lib. 4. Neuizan. conſ. 59. in fine, & Apoſtilla ad Decium in cap. repræhenſibilis poſt num. 9. de appell.

51 Verum ſi debitor inopia laborans, nolit gaudere tali beneficio cap. Odoardus, ſi clericus ſit, aut cedere bonis ſi laicus, poſſit nè alia via prætendere, vt relaxetur, è carceribus, & Io. Bapt. Coſt. in ſuo periucundo tract. de remed. ſubſidiar. rem. 27. in eam iuit ſententiam, vt petat ſibi alimenta ſubminiſtrari cibaria à creditore, alioqui è carceribus dimittatur, & mouetur doctrina gloſæ in l. vltima C. de erogat. milit. lib. 12. & l. Iudices C. de Epiſcopal. Audient. adducitq; præterea Angel. Iaſon; Solam, Surdum, Afflict. Franciſc. Marcum, & Guid. Papæum. At quoniam multi ex adductis per ipſum licèt annuant, quò ad primam partem, vt illi præſtentur alimenta, deſciſcunt ab altera reſolutione in ſecunda particula, vt ſi non præſtentur relaxetur á carceribus,

ceribus,

ceribus, sed tantum admittatur ad alterum dictorum priuilegiorum, namq; ita decisum in Regio Consilio Neap. testatur Afflict. decis. 71. fuit dubitatum, & in Auditorio Prouinciæ Luceriæ testatur Viuius decis. 529. Petrin. num. 5. caueat itaque Iudex, nè excarceret debitorem, sed creditorem cogat ad subministranda alimenta, etiam capiendo pignora, quod si fieri impossibile sit, vel quia absit creditor, vel quia pauper, aut quia pertinaciter recusat, tunc illum dimittat, si fideiussorem producat, alioqui non; etiam si fideiussore careat; sed omninò retineat, præterquam si cedat bonis, quam quidem praxim docet Muscatell. par. 3. glos. detinebitur, num. 68. At Stephanus Aufrer. in tractat. de potest. secul. in Eccles. Reg. 3. sub num. 17. absolutè scribit, licere Iudici dimittere debitorem, non volentem se alere, si creditor nolit expensas subministrare, sequitur inibi Matthæus Boys, in addit. cum ea tamen restrictione, nisi consuetudo patriæ sit, vt carcerati quæritent, atque ex eleæmosinis viuant, quod dixerat etiam antea: Matthæus Colerus de processibus exequutiuis par. 1. cap. 6. numero 95.

Prior verò pars dictæ Conclusionis, de creditore obligato ad alimentandum, vsque adeo vera iudicatur, vt multas admittat ampliationes, relatas per eundem Costam citato loco, qui insuper explicat, quid agendum respectu taxationis illorum, ac quomodo, & à quo facienda, tu eius scripta videtò.

SVMMARIA.

Irregularitas directè impedit ordines assumere Ecclesiasticos, num. 1.

Operatur suspensionem à Ministerio susceptorum ordinum, nisi vrgeat scandalum cum periculo vitæ, num. 2.

Non tamen ab omni vsu ordinum, numero 3.

Ad beneficia consequenda inhabilem redit, numero 4.

Item ad pensiones, num. 5.

Obtemptorum antea priuationem gignit, non tamen ipso Iure, num. 6.

Etiam si ex causa homicidij incurratur, numero 7.

Fructuum amissionem an pariat, num. 8.

Clausula, teque absoluentes, iuuamen, vtrum nè excludat, num. 9.

Ab ea non absolutio, sed dispensatio datur, numero 10.

Eandem non complectuntur Iubilæa, nisi facultas in eis addatur dispensandi super ea, numero 11.

Eam non Iudex, sed lex tantum imponit, numero 12.

Regula illa, sit nè vera inquiritur, si alium faciens irregularem sit irregularis, numero 13.

Inebriari consueto, vetari promotionem ostenditur, num. 14.

Quid vero dicendum in eo, qui vinum non bibit? num. 15.

Aut, cui est probibita vini potio, num. 16.

Si ordinetur abstinere debet, num. 17.

Quis dispenset cum eo, num. 18.

Vouens non bibere vinum, non probibetur ordinari, num. 19.

Vomitus si persapè alium inuadat, in causa est, nè ille ordinetur, num. 20.

Laicus exercens sacrum ordinem, an sit irregularis? num. 21.

Quid verò si clericus exerceat non susceptum? numero 22.

Si Epistolam canat sine manipulo, aùt Euangelium sine stola, ab irregularitate esset immunis, num. 23.

Quin etiam si cum illis, vbi tamen consuetudo permitteret, num. 24.

Dispensationem quis concedat irregulari, ob ministerium in ordine, quem non habebat? numero 25.

Capitulum XI.

COMMVNIS sententia, inferius adducenda edocet, Irregularitatem esse impedimentum Canonicum: quin & inter cœteros vetitos ordinari, irregulares ipsos numerari, nèc dubium est, nèc sine ratione sancitum, sed eapotissimum, quód irregularitas, est reliquorum
1 impedimentorum fortasse præcipua, cum directè impediat ordines assumere Ecclesiasticos, ex notatis per Armill. verbo irregularitas num. 85. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 191. Viual. in 2. par. sui Candelabri rubr. de irregul. num. 26. & vera citra difficultatem apparet; Nèc solum ipsa irregularitas promotionem prohibet ad aliquos tantum ordines, sed ad omnes, & quoscumque inhabilitat eum, qui illa est notatus, tùm quoniam ita Doctores simpliciter loquentes insinuant, tum quod Nauarr. indicato capite 27. num. 252. expressis verbis notat, dum ait; omnem irregularem esse incapacem omnis ordinis suscipiendi, quamobrem vero longè aberrasset. Henriq. in summ. Theolog. moral. lib. 14. cap. 1. §. 1. quo loci scriptum reliquit irregularitatem præbere impedimentum ad sacros ordines, si appellatione sacrorum ordinum intelligeret tantum maiores, prout intelligendi essent ex notatis á me ipso alibi, & hanc fuisse ipsius intentionem suspicari facile potest, quia fulcitur textu in cap. si laici §. præmissis 34. distinct. qui bigamos á sacris ordinibus arceri rescribit, & de sacris tantum interpretatur, ac loquitur, id est de maioribus; Neque propterea videtur comprobata eius

ta eius intentio, cum aliqui annuant id verificari in bigamis, in quibus id ſpeciale eſſe contendunt, aut ex aliorum ſententia, eaque veriori, vt procedat in diſpenſatione concedenda, quæ non niſi à Papa datur pro aſſumendis maioribus, cum pro alijs diſpenſet adhuc Præſul, quod longo vtens ſermone extrico in cap. 6. num. 28. & 29. huius rubr.

2 Rurſus admoneo quemlibet irregularem ſuſpenſum eſſe, à ſuſceptis ordinibus, nè valeat in eis miniſtrare, per Armill. alioſque iam relatos; niſi vrgeat ſcandalum cum periculo vitæ eiuſdem promoti, ſiue ingentis damni, quandoquidem à ſuſceptorum, etiam Sacerdotij exercitio, tunc non arcetur; Nauar. in ſumm. cap. 27. num. 239. Henriq. ſumm. Theol. moral. lib. 14. cap. 2. §. 5. & lib. 13. cap. 21. §. 3. Ludouic. Lopez in ſuo inſtruct. caſuum conſcientiæ part. 2. c. 93. verſ. At talis homicida occultus, vbi alios recenſet, quam tutè poſſe nos inſequi concludit in fine; addo Roder. in qq. Regul. quæſt. 24. artic. 11. tomo 1. & poſt alios Guttier. Canonic. qq. lib. 1. cap. 13. num. 21. ipſeque ſcripſi in cap. 23. quod homicidialem continet materiam verſic. Alio modo.

3 Quin & remoto hoc periculo, neque omnium ordinum intelligitur interdictus vſus cuicumque irregulari; propterea quod inhabilis factus ad aliquod miniſterium alicuius ordinis, non propterea ita reputatur ad reliquos; exemplum dari poteſt de corpore vitiato, qui prorſus abſtinere debet à Sacrificio Miſſæ; nèc propterea obnoxius erit deſiſtere ab exercitio aliorum ordinum; ideóque canere Euangelium, aliaque ad prædictos inferiores ordines à Præsbyteratu, competentia exequi valebit, ſibique tamen expreſsè non vetita, ex Nauar. in eod. cap. 27. num. 252. & copioſius dixi in capit. 17. numero 56. & 106. atque in rubr. de ætat. ordin. cap. 4. ſub num. 4. verſic. Ideoque ſi ſuſpenſione, Couar. in capit. Alma Mater part. 2. §. 2. num. 3. ac Nicolaus Plouius in tractat. de irregul. num. 31. quæſt. 45.

4 Ad beneficia autèm conſequenda proculdubio inhabilis eſt quiuis irregularis cap. is qui §. is verò de ſentent. excomm. in 6. Abb. in cap. cum noſtris ſub nu. 22. de conceſs. præben. Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſs. numero mihi 226. Nauar. conſil. 2. de homicid. in antiq. & in ſumm. cap. 27. num. 251. verſic. ſeptimo; & Innoc. communiter receptus in dicto cap. cum noſtris poſt num. 1. etiam ad ſimplicia Nauarr. eodem verſic. per cap. 2. de cleric. pugnant. in duell. & cap. ſtudeat 50. diſtinct. quarè ſi irregulari conferretur beneficium, eſſet ſanè ipſo iure nulla collatio, ex Nauar. citato num. 251. Felin. in cap. 2. num. 4. de Reſcript. quod ſi aliquod beneficium auderet impetrare, non equidem ſine peccato faceret iuxta communem opinionem relatam à Nauar. conſil. 2. iam adducto.

5 Inſuper decernitur à iure inhabilis ad habendas penſiones, Nauar. conſil. 44. de Iudice, ſub num. 3. de homicid. in nouis, vbi hunc eſſe ſtilum Curiæ Romanæ adnectit, ſequiturque Stephan. de Auila in tractat. de cenſur. par. 7. diſput. 2. dubio 6. concluſ. 3. in fine; prohibetur quoque eligi, vel præſentari, Lambert. tract. de Iurepatron. lib. 2. par. 1. quæſt. 9. artic. 4. per totum, & præſertim nu. 8. atque in terminis electionis loquitur Innoc. eodem capit. cum noſtris poſt num. 1.

6 Obtemptis veró ante irregularitatis incurſum, ea ſuperueniente non vtiquè eis priuatus eſt ipſo iure; ſed venit priuandus per cap. Præsbyterum, & illic Abb. de homic. Lambert. adducta quæſt. 9. artic. 5. num. 7. & communem eſſe ſententiam, dicit Arnulph. Razeus in tractat. de Iure regalium Franciæ Priuileg. 12. ſub num. 6. quam rationibus comprobat, & contrarijs omnibus reſpondet. Neq; illicò eſt illis priuandus, at cum abſolui contempſit ex reſolutione Nauar. conſil. 45. de tempor. ordin. in antiq. quo loci ad irregularitatem extendit dictum gloſæ in cap. cum Vinctonienſis de elect. loquentis de ſuſpenſione, & ipſe luculentius ediſſero in cap. 15. quod de excommunicatione loquitur.

7 Sed ſi quis fieret irregularis ex cauſa homicidij, quamuis non eſſet ipſo Iure priuatus beneficijs, ſed priuandus per ſententiam, quouſqué poteſt illa retinere cap. clerici, né cleric. vel monach. ibi honore priuetur, & cap. Præsbyterum ibidemque Abb. de homicid. Nauar. conſil. 3. de homicid. in antiq. & conſil. 45. ſupra citato; fauet Innoc. indicato cap. cum noſtris, receptus, & declaratus per Felin. in cap. inquiſitionis num. 2. de accuſ. & cap. 2. num. 4. de Reſcript. dixit etiam Milis in verbo irregularis, & cautè ſcripſit Henriq. in ſum. Theolog. moral. lib. 14. cap. 2. §. 5. inquiens, eiuſmodi irregularem ob homicidium dignum eſſe priuatione, non autem priuatum cenſeri ipſo Iure titulo illorum antequam ſpoliatus declaretur, quod ipſe fuſius comprobo in cap. 23. num. 120. & Nauar. indicato cap. 27. verſic. ſexto principaliter, ſub nu. 251. per argumentum à maiori ad minus, dicit, quod ſi diſpoſitione citati cap. clerici, nè cleric. vel mouent. Sancitum legitur, irregularitatem ab homicidio procedentem (quæ reliquis potior apparet in cap. miror 50. diſt.) non inducere priuationem ipſo iure, multo minus id operari poſſe aliam ex alijs cauſis prouenientem; eſt tamen verum, quod homicida ſtatim poterit illis priuari, nec requiritur tempus aliquod, vel contemptus petendæ abſolutionis, vel diſpenſationis, ſicuti in reliquis dixi requiri, quinimmò, nèc pœnitentia impediret priuationem ex homicidio, prout in alijs, iuxta cap. quæſitum de tempor. ordin.

Iſthæc autèm, Iure communi fulciuntur, cum aliquibus in caſibus contrarium narratorum, his temporibus ſubſiſtat, propter peculiares Apoſtolicas Conſtitutiones deſuper promulgatas; quarum adiungere ordinationes, operæ prætium eſſe duxi; ac præſertim, in irregularitate enata ex mala promotione; propter quam poterat illicò poſt incurſam dictam irregularitatem priuari beneficijs antea habitis, iuxta Conſtitut. Pij Secundi. Cum ex ſacrorum; ideóque reiecta apparebat in hac parte, concluſio generica, & ſuperius relata, qua cauebatur expectandum eſſe contemptum, ſi eſſet obtemptis priuandus irregularis; Immò poſteriori ſanctione fœliciſſimæ memoriæ Sixti V. contra Clericos malè promotos, illis decernuntur ipſo iure priuati, poſtquam irregularitatem ſubortam ex mala promotione contraxerunt, in §. & ſi in eis miniſtrare præſumpſerint; licet nunc attendenda

ſit

fit moderatoria Constitutio Gregor. XIV. à me non semel citata.

8 Sed quiuis detemptus eiusmodi canonico impedimento, non vtique fructus facit suos, teste Nauar. consil. 45. de temp. nrdin. par. 1. per glosam in cap. cum Vinctoniensis versic. admiserant, in fine, de elect. quæ tametsi loquatur de suspensione, ex ea nihilominus, ei placuit inferre ad irregularitatem; ocr ipsum absque ratione motum existimo; sed illa fortasse, quam subscribo: quod omnis irregularis, est etiam suspensus; Armill. verbo irregularitas, num. 85. & cum non exprimat, à quo actu, ideircò intellexit ab officio, & beneficio, sicuti de quolibet simpliciter suspenso, est Iudicium, ex Henriquo in summ. Theolog. moral. lib. 13. cap. 32. §. 1. & scripsi in capite de suspensione num. 7. itaque Nauar. extendit ad irregularem id ipsum, quod illa glosa in suspenso à beneficio dixerat; cum à beneficio suspensum probauerim quemcumque irregularem, idque hodie expresè legitur dispositum in Constitut. Sixti V. aduersus Clericos malé promotos; vt qui irregularitatem ob eam causam contraxit, haud valeat percipere fructus.

Hæc tamèn scripsisse protestor, nè verborum Nauarri merus essem relator, verum ab hac sententia, quatenus illa sit ipsius Nauar. intentio, alienus sum; nusquam enim subsistet irregularem amittere fructus beneficiorum legitimè obtemptorum ante irregularitatem, at potius illos facere suos, qui concludant non desunt, & è modernis Vgolin. in tract. de irregul. cap. 65. §. 2. num. 1. in fine, & sentit idem Nauar. consil. 41. Ioan. num. 4. de homicid. in nouis, & expressioribus verbis cons. 14. quidam excommunicatus de cleric. excom. minist. & suffulciuntur tùm ratione illa à me pauló ante tradita, nè sit ipso Iure priuatus beneficijs, licet veniat priuandus quicumque in irregularitatem incidit, tùm Doctoribus illam attestātibus, & si cum de homicidio scripsi in cap. 23. eam retuli conclusionem, vt de homicidio damnatus, insimulque beneficijs priuatus, minimè deuinctus sit fructus ante sententiam perceptos restituere; idque præterea comprobare licet ex notatis per Farin. q. 119. num. 69. par. 4. & Boer. decis. 98. & videtur num. 4. multò minus conuincitur alius quiuis irregularis ad relaxandum fructus, si & homicida nequè restituat, eam quippè ob causam, quia illos facit suos, quandoquidem si perderet, non solum post sententiam compelleretur relaxare, verum antea non accipere; beneficiorum verò interea impetratorum fructus citra dubium perdit, & suos non facit per Nauar. citato consil. 44. de homic. & Vgolin. de irregul. cap. 65. §. 1. num. 4.

9 Præterea irregularis si obtineat à Summo Pontifice rescriptum aliquod, non iuuatur clausula illa, teque absoluentes, vt optimè concludit Nauar. consil. 66. num. 5. de sentent. excom. in antiq. tum quia dicta clausula aufert tantùm impedimentum à censuris procedens, per eundem Nauar. cons. 28. num. 18. & 21. dicto tit. etiam in antiq. constatque ex verbis, quibus eadem clausula concipitur, illis nempè; teque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum; harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes; His sanè verbis impedimentum solummodò á censuris enatum auferri liquet; at censuræ nomen, aliud non complectitur, quàm excommunicationem, suspensionem, & interdictum cap. querenti de verb. signif. ideò clausula illa, suffragari nequit impedito propter irregularitatem, quæ non censura, sed impedimentum est canonicum, quemadmodum ex communi Doctorum schola deducit Steph. de Auila in tract. de censur. par. 7. disput. 1. Plouius tractat. de irregul. num. 1. ac Nauar cap. 27. num. 191. tùm etiam,
10 quod super irregularitate non cadit absolutio, sed dispensatio conceditur, iuxta doctrinam Antonuccij in cathechesi Neapolitana lib. 1. cap. 25. num. 15. quo loci; propterea concludit, non intel-
11 ligi per Iubilæa concessam facultatem dispensandi super aliquā irregularitate, subdens in hanc vnam sententiam conuenire Doctores; quam præterea Nauar. tuetur in cap. 27. vers. Decimo, sub nu. 254. & antea tetigerat vers. quarto, sub nu. 194. & Auila de censur. par. 1. disput. 1. dubio 5. vers. Dices; eamquè omnes probant ratione illa, quod Iubilæa solum clausulam habere solent absoluendi à censuris, ideò non dispensandi ab irregularitate; & propterea experimur semper exprimi ex Romanæ Curiæ stylo, cum supremus Præsul intendit eam facultatem elargiri; alioquin non credatur illa concessa; ideòque mitissimus Gregor. XIV. in Bulla Iubilæi, ab ipso promulgati die primo Ianuarij 1590. irregularium conscientijs succurrere ambiens, expresè addidit, potestatem dispensandi ab irregularitate, & nimirum si idem Antonuccius redarguendo Sotum, aberrasse admonet, dum in 4. sentent. distinct. 22. quæst. 3. artic. 1. scripserat, sub nomine censuræ in bulla cruciatæ, aliquas contineri irregularitates; sub alijs autem verbis dictæ clausulæ nequè compræhendi reor; illis scilicet, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, quasi illa sub nomine pœnæ veniat, cum re vera sub illa haùd includatur. ex rationibus adductis per auctorem praxis Episcop. verbo irregularitas §. 13. par. 1. atque ex definitione Doctorum, quod sit impedimentum Ecclesiasticum, & mox retuli.

12 Tandem lectorem ignorare nolo, quod hanc irregularitatem, nequit Iudex imponere, sed tantum lex, ita apertis verbis commonente Stephan. de Auila tractat. de censur. par. 1. disput. 2. dub. 5. versic. Dices, quod ibi non negatur, & apertioribus par. 7. disput. 1. vers. vltimo; vbi ita Doctores communiter affirmare memorat, & indicat Sot. in 4. dist. 22. quæst. 3. artic. 1. col. 1. & suppetit iactata conclusio, nè incidat quis in irregularitatem, præter quam in casibus à Iure expresis, desumpta ex cap. is qui, de sentent. excomm. in 6.

13 Sed qui in causa est, vt alter fiat irregularis, dubitari solet, num & ipse quoquè sit irregularis; Namquè affirmatiuam consectantur Syluest. verbo homicidium 3. versicul. Tertium, Tabiena verbo irregularitas 3. num. 26. Sot. lib. 5. de Iustit. & Iure quæst. 1. art. 1. & 2. Angel. verbo homicidium 5. num. 5. Alij verò reluctantur, non tamen generatim, sed aliquibus in casibus, ita Auila de censur.

par. 7.

par.7.diſput.3 dub.1.verſic.Ex dictis; nempè cum Parens generat filium illegitimum, aut Iudex furem damnat ob furtum, citra mortem, ſeú mutilationem; nam hi non incurrant irregularitatem, ſcribit Nauar. cap. 27. num.207. quamuis proles illa irregularis ſit, propter illegitimitatem capit.1. de filijs Praesbyt. nec non alter furti damnatus cap. tantis Daniel.81.diſtinct.cap.Omnipotens Deus,de accuſat.& qui lepram alteri adnectit, minimè fit irregularis, aut qui philtris vertit in amentiam, aut cicatrices in alterius vultu impreſsit, magna cum fœditate; vel Sacerdos, qui bigamos coniunxit in matrimonium; quamuis prædicti leproſi, amentes, vulnerati, cum fœditate bigami, aút mutilati, ſint irregulares, per Henriq. in ſumm. Theolog. moral. lib.14.cap.8.§.4.in gloſ.lit.F.& præcitatum Auilam in eodem loco. Ac demum qui alterius auriculam, aút mammillam præcidit, vel nares, non vtique notatur irregularitate, licet patientes talia, inciderint in eam, vt idem Henriq. eodem loco notauit, §.3. ſed alij ſimpliciter reſpuunt concluſionem à Siluestro, Tabienna, & alijs ſtatutam, & præſertim Nauar. opinatur non fulciri veritate eorum aſſertionem, quatenus habet, eum fieri irregularem, qui ita redderet alterum in cap. 27. num. 207. eiuſque verbis non vtique contradicunt altera, ab ipſo met Nauar. poſita num. 222. eiuſdem capitis; eaque propter Maiolum lib.5. cap.50. poſt num.4. aſſerentem vltima prædicta verba Nauarri aduerſari alijs ab eodem primo loco ſcriptis aberraſſe, patebit cuiquam prudenti viro perpenſè conſideranti, verba tanti viri; cum in citato num. 207. explicitè neget veram eſſe concluſionem firmantem irregularem illum eſſe, qui alterum faceret irregularem, in numero verò 222. non vtiq; aſſeuerat contrarium, prout dicere, falsó notauit ipſe Maiolus; Nam inquit, plures eſſe textus, quibus pro Regula ſtatuitur deformantem alium, videri irregularem, & eſſe; adducitq; cap. Miror. cap. ſi quis viduam, cap.clerico, cap. de his 50. diſtinct. cap. continebatur, & cap. Praesbyterum, de homicid. ex his minimè carpitur, Nauarrum intellexiſſe de quolibet faciente aliquem irregularem; ſed tantum ex capite mutilationis, idque, tàm ex verbis ipſius Nauarri conſtat, num.208. vbi concludit ſe in poſterum vſurum hoc verbo deformare, loco illorum verborum occidere, & mutilare; quam etiam ex citatis Iuribus loquentibus de interficiente: qui cum aperto Iure ſit irregularis, optimè cenſuit Nauar. eo in loco, vt hic ſit irregularis; quare iuſta fortaſſe ratione idem Nauar. num.207. reiecit ſententiam in hac re contrariam; Nec cuiquam licebit propterea aſſeuerare, prudentiſſimum virum illum ſibi ipſi contradixiſſe.

Et cum ebrietas, quandoque ſit in cauſa, vt qui potu ipſo nimio alienatus eſt mête, fiat irregularis, ideó pauca ad ebrium tangentia adiungere, non erit à materia iſta prorſus extraneum.

14 Et quidem prohibitum eſſe ordinibus inſigniri quemcumque ebrietati deditum inebriari conſueuiſſe, & à latinis ſcriptoribus ebrioſum appellatum; hanc ſententiam deſumo ex doctrina ſpeculat. in rubr. de diſpenſat.§.iuxta, verſic.item ebrioſus, poſt num.6. Rebuff. in praxi rubr. de cleric. ad ſacros ordines malè promot. gloſ. 4. eumque propterea mulctandum pœna ſtatuta in cap. Epiſcopus 35.diſtinct. vt arbitratur Hoſtienſ. in ſumm. de tempor. ordin.§.cui, verſ. pœna autem,& ſequitur Diaza praxi crimin. canon. cap.71. vt communione priuetur, niſi ebrietati deſeruire omittat; cum vero ſemel ebrius fuit, pœnam alteram luere debet conſtitutam in cap. fin. eadem illa diſtinctione; qua triginta dierum ſpatio à communione ſubmoueatur, vel corporali ſupplicio caſtigetur. Poſteriori verò Innocent. III. in generalis Concilij Lateranen. ſanctione præcipitur, vt clericus ab ebrietate niſi abſtineat, atque à ſuperiore monitus, eius non paruerit mandatis, ſit ab officio, & beneficio ſuſpendendus in cap. à crapula de vita, & honeſtate cleric. ebrietas enim, crimen eſt adeó malum, vt dixerit Apoſtolus ille Paulus, quod ebrioſi Regnum Dei non poſſidebunt, quemadmodum, nec fornicarij, neque Idolis ſeruientes, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque auari, neque adulteri; cuius verba reſcripſit Diazza loco nuper citato, ipſeque multa in hac re annotaui, in rubr. de vita, & honeſt. cleric. à nu.4.

15 In caſu verò prorſus contrario, quid dicendum ſit, nempè in eo, qui vinum non bibit. poſſit nè ordinari? & gloſa negat in c. ipſi Apoſtoli 2.quæſt.7. Abb. in cap. ex parte num.1. de celebrat. Miſſar. Diu. Antoni. in 3.par. ſumm. tit.29. cap.5. Alberic. in ſuo Dictionario, verbo ordinandus verſic. 18. Armill. verbo corpore vitiati in final. verbis, Plazza in Epit. delictorum lib.1. cap.30. verſ. idem Profeſſus, ſubnum.4. Ioan. à Capiſtrano in eodem adducto cap. à crapula num. 6. quin & gloſam præfatam, communiter approbari, ex auctoritate Præpoſiti, inquiunt Francisc. Beccius conſil.61. numero 1. & Ioan. Gutieres canon. qq. lib.2. cap.4. num.81. rationem autem, eam eſſe tradunt, complures ex adductis auctoritatibus, quod ipſum celebrantem quia oportet communicare, & ſi horreat, ſacramentum euomat; quod vitandum, cum teneatur ſumere ſub vtraq; ſpecie; alioqui ſuperſtitioſum eſſet, ſi quiſpiam ſumpta tantummodo corporis ſacri portione, à calice ſacri cruoris abſtineret, cap. comperimus de conſecrat. diſt.2. Nec ſi pollicéretur ſe ſumpturum Sacramentum ſub vtraquè ſpecie, ordinandus eſſet, per Abb. loco iam citato: ex quibus, rectè arbitratus eſt Nauar. in ſumm. cap.27. verſ. Decimo octauo, ſub num. 204. cum ſcripſit, iſtum poſſe aſſumere minores ordines, quia non ſe ipſum communicat ſub ſpecie vini, etiam ſi attendatur diſpoſitio text. in cap. peracta de conſecrat. diſtinct.2.

16 Eadam ex ratione, cui vini potio eſt medicorum conſilio interdicta, prohiberetur ordinari, præterquam ſi eorundem conſilio, nequiret ei obeſſe parua quantitas, ſi biberet, ita Maiol. in tract. de irregular. lib.2. cap.25. per totum; Nemo quippè negabit, paruam vini quantitatem, ſolere in calice poni, quamuis vini maior debeat eſſe pars, quam aquæ; & ſi contraria conſuetudo alicubi vigeret, tamquam perniciofus abuſus, remouenda foret cap. penult. de cel brat. Miſſar.

17 Ordines autem, non ſecus ac huiuſmodi viris conferri non debent, ita ſi promoueantur, aút promoti reperiantur, à celebratione miſſæ abſtinere debent, ex Armill. in dicto verbo corpore vitiati; à cœte-

à cæteris vero muneribus sacerdotalibus, non vtique, at que ideo, non à confessione audienda, neque à prædicatione, alijsque per Abb. relatis in cap. 2. de cleric. ægrot. vt Maiol. notauit adducto capit. 25. num. 2. probaturque Regula illa generali, à me rescripta in capit. 23. vers. Alio modo, & supra nu. 2.

18 Sed dispensare cum prædictis non valentibus vinum bibere, nemo potest, nec Papa, si Nauar. vera fatur in eodem citato loco, nisi dicimus. Posse supremum Pontificem cum eisdem dispensare, vt sola aqua consecrare queant, aut sine vino, & aqua. At quoniam summ. Tabiena negat id posse in priori casu, verbo Eucharistia 1. num. 19. licet dubitauerit in posteriori, in quo tamen audacter negat Syluest. verbo Eucharistia 1. nu. 6. ideò videtur concludendum, vt veris existentibus, quæ Tabiena, & Syluest. asseuerant, nefas sit Pontifici maximo in his concedere dispensationem, sed ipse hanc quæstionem decidendam remitto iudicio Ecclesiæ, cui me prorsus subijcio.

19 Quod si aliquis vouit non bibere vinum, aut illi confessor inhibuit, non vtique impedietur, ad sacerdotium ascendere, aut post promotione ministrare, ex Maiolo vers. illi quoque, post dictum num. 2. Vgol. in tractat. de irregul. cap. 53. §. 2. nu. 5. cuius resolutionis ea mihi, & cæteris potior videtur ratio; quia fit conuersio totius substantiæ vim in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat, vt in Bulla Pij Quarti super forma iuramenti professionis fidei. Incipiente iniunctum nobis: quare celebrans Missam, Confessoris præcepto, & voto non contradicit: quia non vinum bibit, at sanguinem sumit; & quamuis purificationem, quæ vino fit, glutiat, cap. ex parte vestra de celebrat. Missarum; attamen, voto haud dicitur vetitum ob præceptum Ecclesiæ, & in eo comprahensa hæc potio, vt citatus Vgolin. eo in loco declarat.

20 Cum verò soleret vomitus sæpissimé, & continuò inuadere aliquem, sanè minimè deberet ille ordinibus insigniri, & illis si insignitus esset, à sola Missæ celebratione priuatus diceretur; teste Maiolo in suo tractat. de irregul. lib. 2. cap. 26. idque potest euenire (vt ex eodem colligere liquet) ob stomachi languorem, debilitatem, ac frigiditatem; cuius rei nobis exemplo est, Vgo de Sancto Victore; qui æquè doctissimus, ac sanctus, cum in extremis ageret, & flagranti desiderio concupisceret Sanctissimum CHRISTI Corpus reuerenter accipere, illud petijt, quamuis tanta stomachi debilitate vexaretur, vt illicò euomere cogeretur, quicquid sumebat; sed Religiosi fratres pertimescentes, nè etiam Sanctissimam Eucharistiam euomeret: eundem constituerunt decipere; non consecratam hostiam ei exhibendo; quam Diuina reuelatione perspiciens fallaciam; & Hostiam sumere renuit, & fratribus tantum facinus remisit; & deinceps à vero CHRISTI corpore sibi delato, reuerenter abstinuit, sed illud adorans, felicem Deo reddidit animam: Ipsa verò Eucharistia, numquam amplius visa est, quasi Animæ Sancti Viri migrantis adhæserit, quod Annales referunt de initijs Regnorum fol. 138. idemque memorat Maiol. loco superius citato. Istud exemplum euidenter præsefert Eucharistiam denegandam esse patienti vomitum; & qui posset probabiliter dubitare de vomitione, & ad illam auderet accedere, graue quidem peccaret si illa succederet; eaquè si per ebrietatem, vel voracitatem eueniret, quadraginta diebus pœnitere deberet laicus, & septuaginta clericus, Monachus Diaconus, aut Præsbyter, non aginta verò Episcopus cap. si per ebrietatem de consecrat. dist. 2.

21 Et licet non eum incidere in irregularitatem verior sit resolutio, qui laicus celebrat, & ordinem sacrum exercet, cum apparatu ad illum ordinem destinato, vt inquit Rosella verbo irregularitas 2. in princip. Angel. in verbo irregularitas primo num. 38. Ecclesiasticus tamen eam incurrit, Armill. eodem verbo num. 66. ideoque hoc in capite aliqua adnotare de his personis conueniens esse existimaui, tanquam de irregularibus.

22 Sciat itaque Lector, vnumquemquam in minoribus constitutum, saltem tonsuram habentem, & in sacro ordine solemniter ministrantem vetari superiores suscipere ordines, ex rubr. de cleric. non ordin. ministr. & præsertim cap. 1. Nisi ignorantia (non tamen crassa) inductus fuerit, Henriq. summ. Theol. moral. lib. 14. cap. 6. §. 1. in textu, & in glossa restringens in canente Epistolam sine manipulo; est consimilis doctrina Nauar. in Manual. c. 27. versic. solemniter num. 244. Innocent. in capit. vt quisque de vit. & honest. cleric. & Armill. citato loco; Etenim Regula subsistit quotiescumque ministrat; ac si officio proprio vteretur, eoque esset insignitus, vt ijdem Armill. & Angel. affirmant; Quod si laicus esset, qui in sacris ordinibus etiam Præsbyteratu, auderet solemniter celebrare, quia non reperitur in eum statuta certa pœna à Sacris Canonibus; fortasse quòd non crediderunt Patres illi antiqui, Sanctissimique Pontifices, futuram tantam aliquorum hominum peruersitatem, qui tanti ponderis crimen committere præsumat, ideò Iudicis arbitrio puniendum eum esse, scripsit, Diaz. in prax. crimin. Canon. cap. 12. & non incurrit irregularitatem sicuti antea delibaui, & dicere Armillam memini, in verbo irregularitas num. 65. ex directorio lib. 3. tit. 8. idque verius credi, Iuriqs magis consonum censet Armill. vbi supra, & sequitur Angel. adducto nu. 38. Ledesm. par. 1. quæst. 8. artic. 2. Sot. in 4. sent. dist. 4. artic. 2. versic. Primum argumentum, & Henriq. lib. 2. cap. 29. §. 1. vbi in glosa lit. N. mille congerit Theologos idipsum sentientes.

Ex prædictis itaque eas carpo summatim conclusiones, vt exercens alicuius ordinis peculiare ministerium, & functiones illi tantum ordini competentes, licet sine vestibus necessarijs, aut saltem non omnibus, irregularis erit; quòd si ab alio quoque exerceri potest, tunc vestes si non adhibue-
23 rit, haud ita fiat, nempè si clericus Epistolam cantet sine manipulo, aut Subdiaconus Euange-
24 lium absque stola; quin si consuetudo permitteret clerico cum Manipulo Epistolam solemniter dicere, ab irregularitate sit alienus, sicuti post memoratos auctores, longa serie, & cæteris prolixius scripsit Vgol. vniuersa húc spectantia supplens, in tractat. de irregul. cap. 37. per totum, maximè à num. 10. prout si Sacerdos, Episcopi functiones obiret; qui irregularis fiat scribit num. 2.

25 Di-

25 Diſpenſare cum his, qui in ordine non ſuſcepto miniſtrarent, nullus præter Romanum Pontificem valet, quo ad alios ſuſcipiendos, quò verò ad miniſterium ſuſceptorum, etiam Epiſcopus, Lapus alleg. 28. an diſpenſet num. 2. Abb. in cap. quanto numero de conſuet. Armill. loco citato Syluest. verbo irregularitas, verſic. vndecimo quæritur, numero 13. in fine. Rebuff. in praxi de cleric. per ſaltum promotis verſic. Quod intellige ſi non miniſtrauerit ſub nu. 17. & Diazza adducto c. 12. ipſeq; fuſius explano in rubr. de cler. per ſalt. promot.

SVMMARIA.

Coniugatus ſuſcipere ordines nequit, num. 1
Ordinem nihilominus recipit, ſi illos aſſumere attentet, num. 2.
Beneficia adipiſci non poteſt, num. 3.
Imò prius habita perdit ipſo iure, num. 4.
Quid verò ſi matrimonium initet inualidum; cum diſtinctione reſpondetur, num. 5.
Illa tamē non vacāt per ſpōſalia de futuro, nu. 6
Penſio verò an extinguatur ex ſubſequenti matrimonio nullo? num. 7.
Differentia quaenam ſit inter priuationem contingentem ipſo Iure, & per ſententiam, nu. 8.
Excommunicationem incurrens ob non paritionem literarum Apoſtolicarum, eligi an poſſit, vel beneficium obtinere ab alio, quam à Papa, num. 9.
Qua pœna caſtigetur coniugatus ſuſcipiens ordines, num. 10.
Clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali, num. 11.
Lex poſterior contradicens priori illam reuocat. Licet non illius meminerit, num. 12.
Potitur autem priuilegijs ſi tamen duo concurrant, recenſita, num. 13.
Qua neque perdit ob laicale officium, quod exercuiſſet, num. 14.
Et ſi perſonam ipſam conſtringere laicus Iudex audeat, ligatur excommunicationis mucrone, à quo nō niſi Papa ipſum liberat, nu. 15.
Etiam pro cauſa ciuili, num. 16.
Quin ſi conſuetudo vigeret, vt alijs quoque potiretur priuilegijs, valeret, & obſeruanda eſſet, num. 17.

Capitulum XII.

CONIVGATI quia cogitant quomodo placere poſſint vxori, nequeunt quæ Dei ſunt cogitare; cum quaſi in duo diuiſi, plenam ſui non habeant poteſtatem, vt ei á quo ſtipendium accipiunt famulentur capit. diuerſis fallacijs de cleric. coniug. ideò non mirandum ſi Canones ſanxerunt, ne ipſi admitterentur ad ordines in capit. aſſumi, & ſeq. 28. diſtinct. ipſeque cenſui de his agere inter alios ob impedimentum vetitos ordinari, cum & eos ob matrimonium impeditos eſſe pateat.

Et dum relati Canones de ſacris ordinibus agebant, ſuperuenit Bonifacij 8. Conſtitutio præcipiens ne etiam tonſura coniugato daretur cap. fin. de temp. ordin. in 6. quin, & altera Ioan. 22. in extrauag. Antiquæ de voto, eum declarans irregularem, qui coniugatus ad ordines aſcenderet; imò coniugio vti nequiret in occidentali Eccleſia, cap. quæſitum de pœnit. & remiſs. tametſi Mulieri petenti reddere debitum teneretur, non quidem ab ea expoſcere poſſet; Couar. de ſponſ. cap. 6. §. 3. num. 2. part. 2.

2 Sed ordinem nec nè ipſe ſuſceperit ſi quæratur, reſpondetur affirmatiue, illiuſque animæ propterea impreſſus ſit caracther, per Aret. conſ. 59. In facti, ſub nu. 7. poſt Innoc. Hoſt. & Ioan. Andr. in cap. placet de conuerſ. coniug. ſed exequutio vetita, & promotio ad altiores, ac beneficiorum impetratio, in eadem extrauag. antiquæ; quin diſſoluto matrimonio, alterius celebratio ſimiliter prohibita eſt cum decreto irritante, quatenus celebraretur, vt poſt Ioan. Andr. notat Abb. d. cap. placet num. 7. & Ioan. Guttierez capit. 25. canon. qq. num. 17. lib. 1.

3 Beneficia itaque adipiſci coniugatus Clericus non valet ex prædictis, & cap. 2. iuncto cap. cum decorem de cleric. coniug. cap. decernimus, & ibi gloſ. iuncto c. de Siracuſana 28. diſt. itidem neque penſionem per genericam regulam traditam á Nauar. conſ. 11. N. familiaris num. 2. de tempor. ordin. in nouis, quod qui beneficij eſt incapax, eſt etiam penſionis; ſaltem ſecundum ſtilum Curiæ, & ſuppetunt quæ Gigas tractat in tractat. de penſion. quæſt. 54. num. 4. & ipſe mox adiungam de contrahente matrimonium, qui propterea penſionem amictat, quam eo tempore habebat, ideò multò magis prohibeatur aliam tunc impetrare, ſi multa iam facta ſubſiſtunt, quæ alioqui fieri impedirentur vulgatis Iuribus.

4 Et quæ tunc obtinebat ſubſequenti matrimonio perdat beneficia, dicit text. in capit. 1. de cleric. coniug. & quidem ipſo Iure nulla expectata ſententia, ſecundum gloſam primam inibi communiter receptam prout Couar. atteſtatur, & ſequitur citato §. 3. num. 4. Nauarr. in ſumm. capit. 25. num. 120. Henriq. ſumm. Theolog. moral. lib. 13. capit. 16. §. 1. in gloſa lit. O. & in §. 2. in textu, Colletan. eodem cap. 1. & decidit Rota Tholoſana deciſ. 240. & Diazza in ſua praxi crimin. can. cap. 74. quam communem eſſe opinionem aſſeuerat. Menchiaca de teſtam. lib. 3. §. 22. num. 45. in fine, ex quibus infertur ad eum caſum in quo mulier Monaſterium ingrederetur, etiam inuito marito (vt de Iure poteſt) ante copulam, minimé repeteret beneficia, vt tenet Diazza, & Nauar. in eiſdem locis ſuperius relatis, Couar. eodem §. 3. num. 4. Rota deciſ. 26. ſiue vnica de cleric. coniug. in nouis, & communiter Doctor. teſte Angelo in ſumm. verbo Clericus §. 5. num. 1. & Iulio Claro

in praxi crimin. quæst.73. versic. sed quid si vxor, post num. 5.

5 Sed matrimonium qui inualidum iniret, an ne beneficia ipso Iure amitteret, sicuti, & qui validū, ex hactenus notatis demonstraui, & volentem iustè respōdere, oportet vti distinctione tradita per Ioan. Andr. in c. Ioannes de cler. coniug. quam recensèt, & comendat Abb. in c. 1. sub nu. 7. ead. rub. & ceteri omnes, tùm adductis, tùm alijs multis in locis.

Itaque dicam inualidum, vel fuisse ex defectu consensus, quia fortasse clericus erat furore correptus, & beneficia nullo modo perderet, per ea, quæ in simili scripsi in cap. de homic. numero, vel ex defectu ætatis sponsæ, & eadem est resolutio negatiua, per notata ab eisdē Io. And. & Abb. in metipsis locis; nec non per Couar. post citatum nu. 4. qui addit hanc esse communem opinionem, & Menchiacha citato §.22. nu. 46. atq; Iul. Clar. adducta q. 73. vers. sed quid si contraxit post n. 1. omnes q; suffulciuntur ratione illa, quòd iste contractus, sponsaliorum potius de futuro dicitur, iuxta c. 1. de sponsal.

6 propter quæ haud vacare beneficia probant ijdem, & glosa in c. 1. de cleric. coniug. in 6. & multò magis idipsum affirmandum venit, cum ætatis defectum patitur idem clericus, ex notatis per Henric. Boich. in cap. diuersis fallacijs, sub num. 10. de cleric. coniug. Quod si nullum fuisse pateat, propter aliquod impedimentum, quod obsisteret, tunc sub distinguendum crediderunt præcitati, aientes, illud, vel enasci ab ordinibus sacris, quibus eo tempore insignitus erat, & veniret sentētia priuandus, vt idē Ioan. Andr. respondit, Abbas verò dissentit eodem nu. 7. suspicans spoliatum ipso iure dictis beneficijs censeri præfatum contrahentem, & Anchar. in paulò ante relato cap. Ioannes, atque Couar. propè finem dicti nū. 4. Aut prodijt ex consanguinitate, siue affinitate inter ipsos contrahentes existente; & statim, ipsoque iure amitteret, ex sententia præfatorum Ioan. Andr. & Abbatis, nec non Boich. citato c. Diuersis fallacijs post nu. 11. Rom. conf. 483. dubitatur 1. nu. 6. Ias. in l. vbi pactum nu. 25. C. de transact. Hippol. de Marsil. singul. 386. inualida post nu. 2. Gigas tract. de pension. q. 54. sub nu. 11. Card. Alex. copiosè in cap. placuit 24. dist. circa calcem, estque communis opinio, cuius meminit Oratius Mandos. in 3. addit. ad præfatum Consil. Romani, & licet iam dicti Doctores non expressè asseuerent illum priuari ipso Iure, attamen quia dicunt perdere beneficium, intelligitur ipso Iure, idque confirmatur, tùm ex assertione illa, quod si postea constiterit matrimonium nullum esse, propter superuenientem scientiam consanguinitatis, haud propterea recuperare beneficium, vt dicit Anchar. consil. 34. in hac causa nu. 10. & Tiraq. de vtroq. retract. tract. 2. §. 26. glosa 2. num. 9. icircò patet ipso iure spoliatum fuisse. Ac præterea confirmatur ex restrictione illa, quam scribit Dec. conf. 145. Ego Philippus, vers. videtur posse responderi, post num. 2. Imol. in Clement. gratiæ num. 25. de rescript. & Claras citata quæst. 73. post num. 1. statutam conclusionem procedere, vbi clericus erat consanguinitatis ignarus, quo casu licet matrimonium quò ad effectum ruat, propter illud impedimentum, valet nihilominus respectu consensus, qui satis est, vt dicatur propterea priuatus beneficio, nam validè contrahere opinabatur; quod si sciens non ipso Iure, at per sententiam, quia videtur absuisse consensus illud celebrandi, & propterea censeatur non habuisse animum abdicandi à se beneficia, sicuti in anteriori in quo validum inire connubium existimabat; quam etiam distinctionem amplexatur Diazza in praxi crim. can. cap. 74. versic. Mihi tamen; subijciens probandam esse ignorantiam consanguinitatis, alioqui, suspicetur scientia, opitulaturque text. in l. octaui. ff. vnde cognati, & licet ipse Didaci à Couar. opinionem sequar, eo quod priorem simpliciter veram arbitror; quam & ille receptiorem attestatur, explosa ista distinctione; attamen ex ea conuinci memoro intentionem citatorum auctorum simpliciter affirmantium, vt ille perdat beneficia, explicandam esse, & intelligendam ipso Iure.

7 Quòd verò attinet ad pensionem, subticeo, propterea quod Gigas proponit quæstionem, si ea extinguatur propter matrimonium nullum, & hac eadem vsus distinctione, respondet in tractat. de pension. quæst. 54. à num. 9. ideo lectorem ad eius scripta relego, atque ad ea, quæ modo coaceruaui, cum de beneficijs egi.

Sed vbi Rescriptum, quis impetrasset de prima præbenda vacatura, si cum Virgine contraheret, vxoreque defuncta superueniret præbendæ vacatio, & sciscitaretur vtrum nè posset illam obtinere, & negatiua erit omninò vera responsio, quam, & Barthol. Brixiens. amplexatus est, postquam hanc quæstionem excitauerat, & pro vtraque parte multas retulerat rationes in quæst. Dominic. 9. exordiente, quidam impetrauit, Ait enim, propè illius calcem, quòd cum ex toto deposuerit animum retinendi Ecclesiam, contrahendo matrimonium, non amplius admitti debeat ad illud beneficium, cum pro derelicto habuerit, tùm Rescriptum, tùm beneficium, & sequitur Tiraq. eod. tract. 2. de retract. §. 26. glos. 2. sub num. 9.

8 Ex supradicta verò cognitione, si ipso Iure, vel per sententiam priuetur, resultat non minima vtilitas; etenim priuandus quotiescumque venit, posset interdum resignare, non autèm, si ipso Iure, quia resignationem eiusmodi facere nequiret, Quemadmodum notaui, super Ritu 6. Curiæ Archiep. Neap. nu. 12. & vbi quis illico deuincitur ipsoque Iure punitur, non aliud superest, quàm quod execqutio fiat per Iuris Ministrum; cum sola facti execqutio remaneat, ita Butrius in cap. fin. vers. per hoc dicunt sub num. 15. de postul. & sequitur Barbat. conf. 11. est causa sub num. 10. volumin. 1. quod memoria tenendum est; quia consultus, ita se respondisse fatetur illic Burr. nec omnes aduer-

9 tunt; quarè interrogatus ipse, nec nè subsisteret electio facta de Cannnicatu in personam eius, qui ligatus excommunicatione probatur tempore electionis; eò quod execqutorialibus Apostolicis via facti, non paruit, continentibus excommunicationis prolationem, ex tunc; quatenus contrauenirct, aùt obtemperare non curaret; electionem namq; istam irritam esse respondi, quamuis per illummet Iudicem execqutorem, non dum fuerit denunciatus excommunicatus nominatim, ex eo

quod

quod parere non curauit, at præterea contrafacere non erubuit; ſiquidem per notata in capite 15. numer. 13. conuincimur electionem ad fauorem cenſurati factam prorſus corruere, nèc reperiri iure ſancitum, declaratoriam requiri, ad hunc finem, at citius contrarium apparere ex diſpoſitione iuris illic relata, ſub nu. 39. dum cenſuras trahere ſecum effectum ſucceſſiuum, inibi longo ſermone demõſtraui, quibus addo verba Quarantę in verbo Alienatio, ſub nu. 49. quæ ſunt; cenſurę tamen ſtatim infligunt in foro conſcientiæ, in pęna veró priuationis requiritur ſententia declaratoria, & c. & loquitur in terminis extrauagantis ambitioſæ, quæ aduerſus alienãtes bona Eccleſiaſtica cóminatur quatuor pœnas, illã præſertim excommunicationis, alteráq; priuationis beneficij; quò ad iſtã ait, requiri declaratoriam, nõ autem quó ad illam excommunicationis; & ſi quis, adhúc inſtando replicaret, Quarantæ verba opitulari aduerſæ parti, cum in foro conſcientiæ ligare excommunicationem ſupponant, non autem in exteriori, & propterea reſpectu priuationis requiri declaratoriam affirmet: reſpondeo, altero ex duobus modis. Primo quippè, illum loqui de priuatione, ſecundum terminos dictæ extrauag. quæ verba facit de priuatione obtemptorum, & conſequenter loquitur in caſu difficiliori, ex notandis inferius. Secundo autem modo replicatur, quod ſi declaratoria requiratur (quod negatur) licet illam nõ fecerit exequutor, aút alter prior Iudex dictæ excommunicationis, facere ipſe in præſentia poteſt, explicitè, vel implicitè, cum inſtante aliquo habente intereſſe prætenditur inualida electio, quia facta de perſona præfato vinculo excommunicationis ligata; nam ſi coram ipſo probetur iam dictum fuiſſe electum tẽpore quo erat cenſura ligatus, poterit declarare eum tempore electionis excommuuicatum fuiſſe; ac propterea electionem nullam, quia in perſonam cenſurati, licet non dum denunciati; quare firmiter teneo, electionem nullam cum eſt electus, qui eo tempore eſt cenſura iſta ligatus, quamuis non fuerit nominatim declaratus; cui quidem ſententiæ lapus etiã inhæret, dum in allegatione 127. Anaſtaſius; tractat in hac ſpecie non parentis literis exequutorialibus, & aduerſus illas de facto, pugnantis. Namque in verſ. ſexto poſito quod expirauerit propè num. 2. proponit dubium noſtrum, eique reſpondens propè num. 7. dicit reſolutiuè, poſſe illius beneficij collationem fieri, nulla concurrẽte declaratoria, deindeq; ſubiungit complures auctoritates, quibus reſolutionem iſtam niti oſtendit; licet autem poſtmodum in verſ. ſed contra prædicta, ſub nu. 8. aliqua adiungat pro contradicente opinione, non tamen recedit à priori, quam iam ſimpliciter ſtatuerat, & iuxtá quam reſponderat caſui tunc currenti; præter quod, inibi non modo agitur de inhabilitate perſonæ, quæ nequeat eligi propter ſolam excommunicationem, cuius noſter eſt ſermo, at inſuper de priuatione quæſiti, & propterea de quæſtione difficiliori, & magis dubia, ob illud ſuppoſitum, vulgò iactatum, turpius eijcitur, quám non admittitur hoſpes; ita quod, rè ipſa videmus, permultos inhabiles reputari ad obtinenda beneficia, quos haúd priuari antea impetratis, certo, certius eſt; ipſeque pluribi comprobo; quin, & in hac ſpecie excommunicationis ſcribo in cap. 15. nu 30. Præterea ex antiqua nè dum Regula Innoc. 8. dicunt Gulielm. de bened. in cap. Raynutius verſ. mortuo itaque teſtatore, el 1. ſub nu. 290. & Arnulph. Ruzeus in tract. Regal. Franc. priuileg. 20. nu. 7. clauſulam illam, teq; abſoluentes, minimè ſuffragari excommunicatione ligato propter non paritionem literarum exequutorialium; verum etiam ex altera his noſtris temporibus 65. id expreſsè deſumitur. Itaque ſi is, qui via facti Apoſtolicis literis non obtemperauit, ex prædictis Regulis nequit beneficium obtinere, etiam quod clauſula illa in prouiſione adſit, teque abſoluentes, quia nullum verbum in eis additur de declaratione præfata, & ſic habemus caſum deciſum; quin & inferre poſſumus, id multò minus aſſequi poſſe vigore prouiſionis, quæ adducta clauſula caret, ſicuti, in ipſa electione ſcimus, in qua certum eſt illam neque apponi, neque poſſe apponi, cum eligentes nullam habeant poteſtatem abſoluendi, atque etiam in prouiſione Apoſtolica tantum inſeri ſoleat, tandemq; fauent, quæ poſtea ſcripſi inferius eodem capit. 15. Altero vero aſſumpto non fouetur idem electus, quod à tali monitione appellauerit, túm quia monitio apparuit iuſtiſſima, & conſequenter appellatio nulla, vt in his terminis concluſit Feſtolus cauſa 5. dubio 16. tùm quia, non appellauit antequam contrafaceret, ſed poſtmodum, quò tempore iam incurrerat in excommunicationem, ex notatis á me ipſo d. c. 15. á num. 47. & comprobatur ex traditis per Lancell. tract. de actent. par. 2. cap. 12. in præfat. num. 111. Ac propterea conſtito electum, rè vera antea incurriſſe in ſententiam excommunicationis, eoque tempore adhùc ligatum tali mucrone apparere, ſit pronuncianda electio nullius momenti, & minimè confirmanda à ſuperiore, licet non fuerit denunciatus excommunicatus.

10 Quibus non inutiliter additis, retrogredior ad rem noſtram, cuius in præſentia tractatio eſt, & cõtemplari cogor, vtrum nè præter pœnas in extrauag. Antiquæ, de voto, ſtatutas in coniugatos prę ſumentes ſuſcipere ordines, quæ ſacrorum ordinum, potius reſpiciunt effectum, quam punitionem criminis, ſit alia infligenda; & cum in facti contingentia hæſitatum fuiſſet; qua alia veniret plectendus pœna, qui vxoratus inſigniri ſacris ordinibus paſſus eſſet, reſpondet Simanch. tàm ipſi quàm alijs de hac re interrogatis, & in vnum coadunatis placuiſſe tam graue crimen nõ debere impunitum pertranſire; ſed eius ex cauſa ſuſpenſum fuiſſe declaratum ab officio, & beneficio Eccleſiaſtico eum, qui illud patrauit, atque etiam publica pœnitentia blaſphemis iniungi ſolita, pecuniariá quoque multa damnatum, vt videre licet in illius tractatu de Cathol. inſtit. tit. 40. num. 54.

11 Quod verò attinet ad priuilegia, ſi coniugatus gaudeat priuilegijs clericalibus non repeto, quia luculenter enarro in tit. de priuilegijs clericorum cap. 2. à verſ. extremo loco extenditur; imprimendó quando permiſſum erit, ac tempora patientur, fataq; dabunt, nunc verò recenſebo dumtaxat, túm ex vetuſtis canonibus in rub. de cleric. coniug. in 6. túm nouioribus in Concilio Tridentino cap. 6. ſeſs. 23. de reform. exemptionem clericorũ á laica poteſtate extẽdi ad ipſum clericum coniugatum: quinimmó, & ex legibus Regni, tùm in cap. Regni 248. non exigit, tùm in Pragmatica 1. Regis Ferdinandi

sub rubr.de cler,seù Diac. saluat.Ritus autem Magnæ Curiæ 66. item si aliquis, quo contrarium cauebatur, quia Iuri canonico aduersabatur, reuocatus apparet per alias prędictas leges Regni, maximè per adductam Pragmaticam illius posteriorem, vt optimè super eo Ritu aduertit Carau.vers.bene fateor sub nu.7.& collaudat Rouit.super dicta Pragmat.quę licet dicti Ritus non meminerit,eius tamẽ
12 dispositionem abrogasse non est dubitandum cum alteram,& illi contradicentem statuerit sanctionẽ, iuxta conclusionem Bar.(quam omnes communiter amplexantur)in l.omnes Populi num.29. ff. de Iust.& Iure,per tex. in §. sed naturalia vers. ea vero Instit.de Iure natur.gent.& Ciuili,& Bartolo omnes assentiri dicunt in eadem l. Raynerius de Forliuio nu.73.Ioan.Bapt.de S.Seuerin.nu.106.& Crotus nu.97. atque Mysinger. in eod. §.sed naturalia, num.14.& hac ratione innixum Ioan.Beltrannum Gueuaram in suo propugnac.Ecclesiast. libert.§.6. primę assertionis nu.30.scripsisse opinor,Constitutionem Regni à Federico æditam, & exordientem Prædecessorum nostrorum, reuocatam fuisse per capitulum Regis Caroli II.quod in moderna compilatione tenet 99. locum,cum re vera in eo capite ne quidem minimum verbum exprimatur, quo mentio fieret talis præcedentis Constitutionis, & tamen illius reuocatam dici antecedentem Constitutionem asseuerat Beltrannus ipse.

13 Duo tamen concurrere debent in ipso coniugato. Primũ quippè, vt alicui Ecclesiæ inseruiat, Alterũ veró,vt habitu,& tonsura vtatur iuxta verba Cõcilij in eod.c.6.sess.23.de reform.Ambæ tamen conditiones cum explicentur per verba pręsentis tẽporis,illa nẽpè,vtatur,& inseruiat,dubitatum plerũq; fuit, oporteat nè,semper, ac continuò inseruire, & vti; an verò satis sit, quandoque, nèc continuó inseruiuisse, habitumq; detulisse? namque respectu seruitij, extat decisio Mastrilli 113. Clerici in minoribus par.2.quæ non obstante declaratione producta à Regio Fisco, affirmat, Concistorium noluisse decidere, & remisisse cognitioni Ecclesiasticæ; respectu verò posterioris capitis,decisum fuisse multoties in Regno ad fauorem clericorum memorat Vrsill. ad Afflict. decis.24.sub nu.7.imò nõ tantum,quia tempore presenti vtitur Concilium,& Canones,sed insuper,si aduerbio illo,continuò,vterentur,nihilominus,vt idem Vrsill.adiungit,intelligerétur,cum aliquali modificatione,& consequenter,gauderent,etiã si non semper inseruiuissent,atq; cum habitu incessissent;concinunt,quę Felin.congerit in Prohęm, Decret. verbo, Rex pacificus, & ipse annot. 1. ad Ritum 15. Magnæ Curiæ.

14 Quod si laicale officium exercuerit,neq; amittit priuilegia de Iure sibi concessa,tùm quod,etiã clericus non coniugatus, nonnunquam illud exercet, & Priuilegio non tantum gaudet, at præterea, si in eo delinquat, punitur ab Ecclesiastico dũtaxat,iuxta decis.Mastrill.159.clerici par.2. tùm etiam quod Clem.1.de vita,& honest.cleric.quę clericos coniugatos officia gerentes laicalia,tùnc priuatos censeri omni priuilegio determinat,cum officia sunt ignominiosa,ac moniti à Pręsulibus non illa dimiserint. Quin etiam doctissimus Molina addit,quod Clericus illic memorata officia non exercens,sed alia, quamuis vilia,nõ incidat in eam pęnam in tract.de Iustit.tom.2. Disput.342.sub n.9.& to.4.disput.54. nu.7. imò si monitus non dimiserit ignominiosa,& propterea amiserit priuilegium,si deinde illud reliquerit officiũ, atq; habitum, quo forte antea exuerat,reassumpserit, recuperet ipse cõiugatus vtrũq; priuilegium, probat Syluest. verb. Clericus 3. sub num.5. Zabarell. Clem. 1. de vita, & honest. cleric. atque Alex.consil.149. mox adducendo.

15 Et si potestas temporalis illius personam quę his gauderet priuilegijs molestaret,vtrum excommunicationis confonderetur mucrone,tracto eod.in c.2.de priuil. cleric. Butrij præsertim suffultus doctrina in c.2.nu.5.de foro cõpet. & Alex.cons.149. post num.1.vol.6.dum præcitatum caput 2.de foro compet.extendunt ad hunc clericum coniugatum, & militat etiam in causa ciuili;nam siue illorum sit verior sententia,concludens Iudicem competentẽ tunc esse laicum Iudicem ipsius coniugati, quos eo in loco memoro, & alios multos Anton. de Vallis lib.5.variarũ,Pragmatica 1.tit.10.á nu.14.siue aliorum,quorum illic etiam memini asserentium,hoc
16 etiam casu subijci Ecclesiastico; nihilominus semper exemptam esse illius personam,tametsi bona supposita essent,probat Natta in additione ad relatum Alex.consilium vers.Quid in clericis vxoratis. Lapus allegat.118.& Couar.pract.qq.c.31.num.7. hancq; in contingentia facti approbatã Romę fuisse scio in causa Ciuitatis Motulæ, ideo excommucatione in Iudices trahentes clericos ad suum tribunal,statuta in relato c.2.ligari eos,qui coniugatos traherent,illorum personas constringendo,& carcerando,docent Butr.Alex.& alij iam adducti auctores, nec non Campagna super Clem.de vita, & honest.cler. vers.Priuilegio sub nu. 286. itaq; dum his nostris temporibus,viget non solum excommunicatio in illos promulgata in adducto c.2.sed altera supremo Præsuli reseruata in bulla Cœnæ c.15. vtique illa etiam deuinciri constat,dictumq; fuit in eadem Motulensi; approbatq; Marius Alterius de censur,tom.1.disput.16.lib.5.c.1.vers.Ex his itaque.

17 Vbi vero consuetudo extaret,vt reliquis etiã gauderet priuilegijs, vtiq; seruãda esset,quia textus relatus in c.vnico,haùd illã sustulit, iuxta sententiam Ioan.Monac.in eod.c.vnico,& illic sequitur Ioá.de Lignan. ac Probus nu.5. Nec non Auila de censur, par.4.disp.4.sect.2.dubio 4.concl.4.&sect.3.dub.2. vers.vnde sit quarta conclusio,& apertioribus verbis in Repertorio,verbo, Clerici prædicti. Gemin, autèm in §.in cęteris sub nu.5. & Franch. sub nu.4. vtuntur distinctione,si talis cõsuetudo admissa inibi fuerit animo inducendi nouam consuetudinem, vel potius antiquum vsum,& vetusti Iuris sanctionem continuandi;quę si veritate inniteretur admittenda profectò ea esset,in altero quouis casu, & tamen contrarium experimur, maximè in Decretis Concil.Trid, quæ si contrariam expresé non reijciant consuetudinem,seruanda esset, vbi extaret, Nã Constitutio etiam Pontificia nulli derogat consuetudini,nisi aperte insurauerit c.1.de constit.in 6. & concludit Marius Anton.variar.resol.lib.1.resol. 103.nu.17.sequiturq; Azor.instit.moral.lib.5.c.18. nu.4.par.1.Constitutæ autem Resolutioni, non aduersatur Tridentina sanctio in dicto c.6.substulens contrariam consuetudinem;siquidem fatur de cõsuetudine concedente priuilegiũ, non deferentibus habitũ,& tonsuram; nõ autem de permittente habitum gestantibus, alijs insuper priuilegijs potiri,

SVM-

SVMMARIA.

Illegitimos omnes prohiberi iure Canonico ordinari probatur, num. 1.
Multiplices eſſe ſpecies illegitimorum refertur, ipſaquè recenſentur, num. 2.
Illegitimi, qui propriè antiquo Iure dicebantur, num. 3.
Qui verò hodie, num. 4.
Naturales qui propriè exiſtimentur, num. 5. & num. 7.
Concubina qualis ſit, num. 6. & num. 8.
Meretrix quæ ita dicatur, num. 9.
Nouitius profiteri poterit, ſi aliquo anni tempore ſteterit de licentia ſuperioris extra religionem, num. 10.
Baſtardi vox barbara cernitur, habetque duplicem ſignificationem, num. 11.
Spurij nomen tum in genere, tum in ſpecie accipi contendunt ſcribentes, num. 12.
Vulgò concepti, qui ſint, num. 13.
Hidrida, qui tales appellantur, num. 14.
Manzeres incogniti apud Ciuiliſtas; noti tamen apud Canoniſtas, num. 15.
Notborum cognitio difficilis iudicatur, & quare, num. 16.
Filius præſumitur natus ex Marito, cum ampliationibus, num. 17.
Matri atteſtanti genuiſſe filium cum adultero non eſt eredendum, num. 18.
Filius adductus ad credendum matri in hoc caſu, tenetur ſe ſpoliare bonis paternis, num. 19.
Inceſtuoſus quis dicatur, num. 20.
Nefarij qui ſint, num. 21.
Geniti ex perſonis Deo conſecratis quo nomine appellitentur, num. 22.
Adulterinos eſſe, quos Iura opinentur, numero 23.
Sacrilegos item filios, quos diffiniant, num. 24.
Illegitimi admittantur nè ad ſucceſſiones reſpondetur, num. 25.
Sub diſtinctione autem, eaque ſit, vel ad paternam, vel maternam ſucceſſionem, numero 26.
Si de paterna agitur, vel Parens deceſſit teſtatus, vel inteſtatus, num. 27.
Primo caſu, quatuor inueſtigabuntur caſus, numero 28.
Secundò verò, tres alij inquirentur, num. 29.
Filij clericorum nequè in duabus vncijs ſuccedant, in qua reliqui naturales ab inteſtato venirent ſi legitimi, & vxor abeſſent, numero 30.
Quo ad ſucceſſionem matris ſuccedere æquè ac legitimos, demonſtratur, num. 31.
Collaterales verò, qui ſint ex materna linea ad inuicem ſuccedentes, num. 32.
Si eorum ſit præteritio in matris teſtamento illud inficiunt tanquam inofficioſum, numero 33.
Præſcripta iſthæc forma ſuccedendi, an etiam hodie vendicet ſibi locum, num. 34.
Quid dicendum attenta Conſtitut. Pij Quinti, num. 35.
Multa adijciuntur declarationes ad præfatam Conſtitutionem, num. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 45.
Eccleſiaſticos legare poſſe filiæ ſpuriæ in cauſam dotis, probatur etiam poſt dictam ſanctionem cum declarationibus, num. 42.
Mortua ipſa filia ſpuria reuertatur ne dos ad dotantem? num. 43.
Eccleſiaſtici ſi contra prohibitionem illius Conſtitut. illegitimis legauerint nihil propterea Fiſcus prætendere poteſt, ſed hæres ab inteſtato, num. 45.
Niſi in duobus caſibus, quorum primus, ſub eodem num. 45.
Alter verò, num. 51.
Exequutor teſtamenti Clerici relinquentis aliquam ſummam diſtribuendam pauperibus, ſi ſpuria teſtatoris aliquam det ſummam, ceſſat fraudis præſumptio, num 46.
Item ſi filio legitimo, & naturali ſubſtituat ſpurium. num. 47.
Si tamen Pater vendidit bona, nequiret emptor illa reuendere ſpurio venditoris, nu. 48.
Quid dicendum ſit vbi teſtator reliquit filio, ſpurio, aſſerendo ſe illius debitorem in ea quantitate, num. 49.
Rogatus reſtituere ſpurio, tenetur in interiori foro reſtituere Fiſco, num. 50.
Cum ſpurijs, quo iure vtendum circa ſucceſſionem matris, num. 52.
Quoué cum Natis ex ſacrato, & concubina. num. 53.
De ſucceſſione ſpuriorum in paternis bonis, quæritur num. 54.
Quid reſpondendum circa natos ex complexu illicito, etiam de Iure Ciuili, num 55.
Illegitimi an ſuccedant in feudis, num 56.
Vſum, & obſeruantiam attendendam eſſe, ac declarare diſpoſitionem quamlibet, probatur abundè, additis explicationibus, num. 57.
Iam dicti illegitimi ſuccedant nè in emphyteuſi Eccleſiaſtica? num. 58.
Ad Iuſpatronatus verò non dubitatur quin ſuccedant, num. 59.
Succedant ne parentibus quo ad nobilitatem, & inſignia? num. 60.
Ingredi Religionem an valeant, num. 61.
Rationes referuntur ob quas illegitimi inhabiles ſunt ad ſucceſſionem, & reliqua memorata, num. 62.

Ad beneficia etiam inhabiles esse demonstratur, num. 63.
Ad pensiones insuper ita iudicantur, num. 64.
Mandatum Papæ de prouidendo, non eis suffragatur, num. 65.
Filij sint nè admittendi ad beneficia paterna si quæratur, responsio est, cum distinctione, num. 66.
Multa adnectuntur dubia super hac re, & illorum resolutiones, à num. 67.
Pensiones super beneficijs Parentum habere nec possunt, num 68. & 70.
Textus in cap. ex transmissa de filijs Præsbyt. de quibus filijs loquatur, num. 69.
Intellectus affertur ad cap. ad abolendam, num. 71.
Dispositio cap. ad hæc de filijs Præsbyt. non de simplici, sed quocumque beneficio intelligatur, num. 72.
Effectus argumenti à contrario sensu qualis sit, num. 73.
Filij legitimi clericorum, eadem beneficia paterna habere an possint, num. 74.
Nepotes illegitimi an comprehendantur sub prohibitione prædicta filiorum, num. 75.
Filiorum appellatione an veniant descendentes, num. 76.
Quid dicendum de nepotibus ex fratre, aut sorore, num. 77.
Ascendentes habere beneficia eadem, quæ descendentes an possint, num. 78.
Dispensationem concedere an supremus Præsul valeat cum illegitimo ad quæ voluerit beneficia quacumque, num. 79.
Antistes etiam; sed ad quosdam ordines, & quædam beneficia, num. 80.
Etiam capitulum sede vacante, num 81.
Etiam ad Canonicatus in Cathedrali Ecclesia, num. 82.
Etiam si canonicatui esset cura annexa, numero 83.
Nec solum cum naturalibus tantum, sed ex quouis illegitimo coitu natis, num. 84.
Episcopi dispensare eum ipsis nequeant ad beneficium requirens ordinem sacrum, numero 85.
Et propterea non ad beneficia curata, nu. 86.
Neque vt habeant eadem beneficia, quæ Pater, num. 87.
Clausula illa dummodò incontinentiæ Paternæ imitator non sit, cuius est efficacia, & quid propterea Episcopum facere oporteat, numero 88.
Clausula dummodò remaneant centum pro Rectore, an operetur conditionem, num. 89.
Dispensationes sunt odiosa, num. 90.
Regula concesso quod maius est, dici concessum quod minus est, non vendicat sibi locum in his dispensationibus, num. 91.
Nisi illud minus necessariò includeretur sub maiori, num. 92.
Propterea si illegitimus esset dispensatus ad Episcopatum, diceretur etiam ad Præsbyteratum, & alios inferiores ordines, num. 93.
Dispensatus ad aliquem actum, non diceretur ad consimilem, num 94.
Dispensatus simpliciter ad ordines, dicitur tantum habilitatus ad minores, num. 95.
Qui verò etiam ad sacros an dicatur dispensatus ad beneficia, num. 96.
Dispensatus ad beneficia nihil amplius addito, dicitur tantùm ad simplicia, num. 97.
Præsentatus ad beneficium simplex, & ad illud obtinendum impetrauerit dispensationem, an intelligatur habilitatus ad reliqua simplicia, num. 98.
Dispensatio ad curata, non intelligitur ad curata collegiata, num. 99.
Quin dispensatum ad Curatum, non videri dispensatum ad simplex, non desunt qui dicant, num. 100.
Dispensatus ad omnes ordines, omniaque beneficia, consequi propterea dignitates nequibit, num. 101.
Dispensationis forma, qua plenissima nuncupatur, subijcitur, num. 102.
Dispensatio, non nisi ex causa, maximè à Præsulibus concedenda, num. 103.
Quindecim causæ numerantur, quarum altera validè adducitur superior ad dispensandum, numero 104.
Dispensatio an præsumatur si illegitimus illius vigore promotum esse alleget? num. 105.
Gratia requirit scripturam ad effectum probationis, num. 106.
Regula de triennali iuuat etiam execrabilem, numero 107.
Episcopos in visitationibus vidisse dispensationes præsumitur, dum inhabiles permiserunt exequi ordines, vel beneficia incompatibilia possidere, num. 108.
Concilij Trident. Decreta, continent Decretum irritans, num. 109.
Eiusque Decreti effectus recensetur, num. 110.
Possessio non ei suffragatur, qui professionem non emisit postquam canonicatus, aut curati beneficij adeptus est possessionem, iuxta formam Concilij, num. 111.
Dispensatio an præsumatur plurium incompatibilium diù possessorum, num. 112.
Illegitimus caracterem, an ne recipiat, si ordinari patiatur, num. 113.
Et si deinde ministret an nouam alterius speciei incurrat irregularitatem, num. 114.
De Religionis ingressu cum loquimur, Intelligimus post emissam professionem, num. 115.

Irregu-

Irregularitas omnis, ingreſſu Religionis auſertur, nu. 116.
Non tamen illa, quæ ex bigamia proficiſcitur, num. 117.
Monachus Vicariatus Epiſcopi officio fungi poterit accedente ſui ſuperioris licentia, numero 118.
Illegitimus diſpenſatus ad prælaturas Religionis, non videtur habilitatus ad curata ſecularia, nu. 119.
Ordinibus inſigniri illegitimi profeſſi, non prohibentur, nu. 120.
Conſtitutionum Sixti V. ſuper hac re ſummarium refertur, & earum reſtrictio per alteram Greg. 14. num. 121.
Monialis, illegitima non vetatur eſſe, nu. 122.
In Abbatiſſam tamen eligi vetatur, nu. 123.
Legitimatione etiam fiunt habiles ad ordines, qui illegitimi nati erant, nu. 124.
Ac præſertim ſi illa ex ſubſequenti matrimonio proficiſcatur, nu. 125.
Hos enim ſic legitimatos capaces eſſe ordinum, beneficiorumque Eccleſiaſticorum omnium ſine vlla diſpenſatione certum eſt, nu. 126.
Etiam Epiſcopatus nu. 127.
Ac venire appellatione filiorum legitimè natorum etiam in materia ſtricta, & ſtatutaria demonſtratur, nu. 128.
Ad feuda quoque habiles omnino eſſe, additur, num. 129.
Etiam ſi illa Eccleſiaſtica ſint, nu. 130.
Quid tamen ſi aliud fuerit intermedium Matrimonium? nu. 131.
Quid verò ſi extarent ex matrimonio nati, & ſtatuto caueretur primogenitos ad feudum admitti, nu. 132.
Ex ancilla etiam procreati ſi ſubſequatur matrimonium legitimentur, nu. 133.
Etiam ſi matrimonium cum fidele hæretico, vel ſciſmatico initum eſt, nu. 134.
Matrimonium contrahere nequeat, qui baptiſmo flaminis baptizatus fuerit, nu. 135.
Præterea legitimantur ſubſequenti matrimonio, nati ex clericis conſtitutis in minoribus, atque inſuper beneficiatis, nu. 136.
Legitimantur etiam ſi matrimonium celebratum fuerit ab exiſtentibus propè interitum, num. 137.
Quinimmo per ſubſequens matrimonium putatiuum, nu. 138.
Matrimonium putatiuum, quale ſit, nu. 139.
Multo magis nati poſt tale matrimonium putatiuum, nu. 140.
Matrimonium clandeſtinum legitimam reddit prolem poſtea ſuſceptam, nu. 141.
Quale dicatur matrimonium clandeſtinum, num. 142.
Denunciationes ſi non præceſſerint matrimonium, aut non legitimè factæ fuerint non operantur nullitatem matrimonij, etiam poſt concilium, nu. 143.
Nati ex putatiuo matrimonio, adeo ſunt legitimi, vt etiam ſubſtitutum excludant, numero 144.
Caſus perpulcher. refertur ſuper hoc matrimonio putatiuo nu. 145.
Affinitatis ignorantia, quando præſumatur, aut illius ſcientia, nu. 146.
Vir prædefunctæ vxoris ſororem ducere valeat ſupremi Præſulis accedente diſpenſatione, num. 147.
Ita pariter cum Patruus filiam fratris ducere cupit, nu. 148.
Quemadmodum ſi filius fratris velit ſibi copulare relictam Patrui, nu. 149.
Raro tamen eas concedere ſupremos Pontifices recolitur, in tantum, quod impoſſibile exiſtimetur, nu. 150.
Et propterea niſi producatur diſpenſatio non præſumatur ita de facili conceſſa, etiam in his caſibus, in quibus alias præſumeretur, numero 151.
Qui ex nupta. & adultero verè natus eſt, poſſit nè ordinari inueſtigatur, nu. 152. & reſponſio datur, nu. 154.
Filius in domo natus præſumatur mariti, etiam ſi conſtaret mulierem interea adulteraſſe, conſideratis tamen aliquibus conditionibus, & declarationibus nu. 153.
Eius mater, quando debeat propalare natum filium, non ex marito procreatum, nu. 155.
Illegitimus ſi ordines ſuſceperit validetur nè promotio per matrimonium inter eius parentes ſubſequutum, nu. 156.
Expoſiti ſint ne legitimi, & ordinari an valeat longa ſerie inquiritur, nu. 157.
Patria poteſtas ſoluitur, ob iſtam potiſſimum cauſam, quod propriam ſobolem exponere non eſt veritus, nu. 158.
Antiquitus fas erat in certis caſibus ſobolem exponere, nu. 159.
Deinde pœna appoſita aduerſus exponentes, numero 160.
Sint ne baptizandi eiuſmodi ita reperti expoſiti, explicatur, nu. 161.
His præſtare alimenta quis debeat, nu. 162.
Eiſdem quis ſuccedat ab inteſtato, nu. 163.
Capitulum Neapolitanum ſucceſſor eſt bonorum vacantium in vno tantum caſu, numero 164.
Legitimationem per reſcriptum impartitur tantum ſupremus Princeps nu. 165.
Nec tamen omnis, ſed is tantum qui impetrantis eſt ſuperior, nu. 166.
Legitimatio à Laico Principe conceſſa, nullius eſt roboris apud Eccleſiam, nu. 167.

Ipſam

Ipsam longe differre à dispensatione probatur, nu.168.
Testamentum rumpatur nè propter subsequutam legitimationem, nu.169.
Rescriptorum duplex species nu. 170.
Rescripta gratiæ ipso iure nullitati subiacent, si de surreptione notentur; Alia verò de iustitia, exceptionis opè, nu.171.
Rescripta tamen auocatoria, quamuis de iustitia sint, nihilominus inualida sunt ipso iure nu.172.
Auocatarium rescriptum quando dicatur, numero 173.
Hanc auocationem nemo præter Papam, & signaturam facere potest, nu.174.
Istud rescriptum continens clausulam quatenus causa non sit instructa, quale tempus sit actendendum, nu.175.
Causa verò, quando dicatur instructa, nu.176.
Regula, quod commissio auocatoria liget ignorantes quando militet, nu.177.
Causam non esse instructam cuius sit onus probare, nu.178.
Rescriptum falsis præcibus obtemptum, quando sit subreptium, & propterea annullandum si de Iustitia sit; & num si vna tantum sit falsa causa, nu. 179.
Quid verò si gratiosum fuerit, nu. 180.
Dolus quando præsumatur, nu.180.
Qualitates exprimendæ in rescriptis ad excludendam surreptionem, nu.181.
Rescriptum iustitiæ si subreptitium fuerit, validum reddit Iudicium, si pars non opposuerit subreptionem, nu.182.
Quod si exceptio opposita fuerit, & Iudex non omiserit vltrò progredi, refertur remedium, quo pars valeat se defendere, nu. 183.
Si protestatur ipsa pars, & simul pareat Iudici, vtrum sibi gignat præiudicium, nu. 184.
Regula, vt nihil operetur protestatio contraria facto explicatur, nu.185.
Declinatoria triplex, nu.186.
Declinatoriæ cum proponendæ sunt, antecellere debet illa, quæ ad Iudicis recusationem spectat, nu.187.
Recusatio Iudicis operatur ne vt idem Iudex cognoscat si subsistat exceptio, vel non, numero 188.
Arbitri eligendi sunt tàm si ordinarius, quàm si delegatus recusetur Iudex, nu,189.
Exceptio contra rescriptum non impedit, quin idem Iudex cognoscat, vtrum sua sit Iurisdictio. nu.190.
Iudex tamen tùm expresè potest reijcere exceptionem subreptionis, tum tacitè, procedendo ad vlteriora, nu. 191.
Iurisdictio pendere, siue perpetuata, quando dicatur, nu.192.
Clausulæ si praces veritate nitantur explicatio, nu. 193.
Impetrans propterea tenetur probare omnia narrata, nu.194.
Ac primum se esse clericum Diœcesis mentionatæ in litteris, quæ alioquin essent surreptitiæ, nu.195.
Ac præterea valorem expressum, nu.196.
Valor ipse quibus modis probetur, latè adiungitur, & minutatim explicatur, nu.197.
Valor debet esse iustus, qui talis sit resecatis oneribus, nu,198.
Onera, quę propterea sint resecanda adnectuntur, nu.199.
Missa, vnica tantum in die celebranda à quolibet Sacerdote, nu. 200.
Et non nisi cum ministro, nu. 201.
Differentia traditur inter probationem valoris expressi in præcibus, & alteram quod non sit expressus verus valor, nu.202.
Probare valorem quis teneatur, cum agitur de non expressione veri valoris, nu.203.
Clausula de non tollendo Iure quæsito intelligitur apposita, cum non reperitur expressa, nu,204.
Illa tamen maioris est efficaciæ cum subintelligitur, quam cum expresè apponitur, huius tamen conclusionis additur declaratio, numero 205,
Clausulæ quam, & quas, quæ sit vis; & eius breuis additur explicatio nu. 206.
Ac præsertim eius vigore semper auocetur causa, à primæuo Iudice, licet propter decretum interlocutorum, nu.207,
Clausula vocatis vocandis, est conditionalis, nu. 208 cum seq.
Exequutores dati cum hac clausula, non nisi cum causæ cognitione procedere debent, numero 209.
Ipsi mixti dicuntur exequutores, & Iudicis partes assumere coguntur, nu.210.
Ab ipsis cum est lata sententia, nihil est innouandum infra decendium, nu.211.
Ab eorum sententia si fuerit appellatum deferendum est appellationi retardata exequutione, nu.212.
Delegatus extra locum delegationis partes citare, aut iusdicere non valet, nu.213.
Ad cognoscendum in quo loco dicatur facta delegatio, actendenda sunt, quæ notantur hoc in loco, nu.214.
Iudicium agitatum extra locum deputatum, vt valeat duo concurrere debent, nu.215.
Isti delegati, & exequutores vltra dietam partes trahere nequeunt, nisi in casibus remissiuè indicatis, nu.216.
Rescriptum continens clausulam istam vocatis. de surreptione notari non potest, nu. 217.

Qui

Qui sint propterea vocandi, & quomodo, adiungitur, nu. 218.

Si parte non vocata exequutores procedant, nihil agunt, quia inualida sunt omnia acta, nu. 219.

Ishac clausula si desit in litteris: adsit tamen possessor, non sit amouendus nisi praecesserit citatio, nu. 220.

Et qui non citato possessore cœperit possessionem diceretur intrusus, nu. 221.

Si aliquis non citatus accedat ad contradicendum sit nè audiendus, nu. 222.

Missio in possessionem non est retardanda, nisi legitimus contradictor impugnet, nu. 223.

Quis dicatur legitimus contradictor, nu. 224.

Quiuis tertius comparens admittitur in Ecclesiasticis, ad contradicendum si incōtinti probauerit sua interesse, nu. 225.

Titulus coloratus qualis sit, nu. 226.

Admittitur etiam habens imparem titulum, scilicet prouisionem ordinarij, num. 227. & num. 231.

Etiam si solum habeat ius ad rem, nu. 228.

Etiam si habeat posteriorem datam, sed possideat, nu. 229. & nu. 232.

Alternatiua nemo gaudet ob residentiam indeliberatam, & subijcitur exemplum, nu. 230.

Multo magis dicitur legitimus contradictor, qui habet titulum prouenientem ex eodem fonte, nu. 233.

Clausula contradictores valida est ad compescendum contradictores de facto, nu. 234.

Cum illa constitutus exequutor, potest assumere partes Iudicis, & audire contradicentem, numero 235.

Ratio adducitur, ob quam Iurisdictione caret aduersus contradicentem de Iure, nu. 236.

Clausula constito, est conditionalis, nu. 237.

Operatur, vt de ea re constare debeat praecedente causa cognitione, & citatione partis, nu. 238.

Et si tali omissa probatione exequutioni demādaretur rescriptum, esset inualidum quicquid fieret, nu. 239. & nu. 241.

Clausula constito de re Iudicata operatur, nè sit locus commissioni, nisi prius de re Iudicata pateat, nu. 240.

Exequutor deputatus cum clausula constito, vel vocato, debet summariè, non ordinariè procedere, nu. 242.

Verba illa, vel quod alias exequutioni locus sit, quomodo intelligenda, nu. 243.

Litterae exequutoriales cur adinuentae, si idem Iudex potest suam exequi sententiam, numero 244.

Delegati in vrbe suas exequi nequeunt sententias nu. 245.

Alij extra vrbem neque valent post annum à die prolatae sententia, nu 246.

Neque si appellatum, & deserta sit appellatio per lapsum termini assignati ab homine, numero 247.

Sententiae frustra proferrentur, nisi debitae exequutioni demandarentur: legibus, & aliorum scriptorum probatur auctoritatibus, nu. 248.

Zaleuci filij refertur exemplum, nu. 249.

Item alterum de Manlij Torquati filio. numero 250.

Iudex quis erit, quo ad desertionem appellationis nu. 251.

Appellans si intimatis litteris inhibitorialibus Iudici priori fecerit actus contrarios coram priori Iudice praedicto: ille posset decernere appellationem desertam, nu. 252.

Iudex appellationis si deserta sit appellatio, an confirmare possit primam sententiam, numero 253.

Nullitatis exceptio opponi coram exequutore, an possit, nu. 254.

Clausula si inueneris, aut si repereris remissiue tangitur, nu. 255.

Clausula altera si per diligentem examinationem idoneum repereris, non inducat conditionem ostenditur, nu. 256.

Idonietas hoc casu, per extraiudicialem cognitionem probari poterit, nu. 257.

Clausula parito, est sine dubio conditionalis, & propterea non audiendus supplicans nisi antea paruerit. nu. 258.

Ipsaque importat. vt dimittat antea possessionem, restituat fructus, ac soluat expensas, numero 259.

Ideo constare prius oportet, si fuerit sufficient er paritum, ac postea vigore litterarum ad vlteriora procedere, nu 260. & 266.

Praebenda spiritualis, ac temporalis traditur differentia, nu. 261.

Reseruatio Regula octaua excludit optiones praebendarum temporalium, nu. 262.

Capituli admissio in optione sufficit pro titulo, nu. 263.

Consuetudo vetustissima Capituli Salernitani conferendi canonicatus in omnibus mensibus sublata fuit, nu. 264.

Qui virtute consuetudiuis praedicta elegerunt an incurrerint in pœnas constitutas in const. 35. & 36. Pij V. nu. 265.

Casus aliqui referuntur in quibus si non paritum fuit litteris, nihilominus decreta in eis apposita cessant, nu. 267.

Breue pro capienda possessione Episcopatus continens decretum expediendi litteras infra sex menses à die data, interpretatur a die habita possessionis. nu. 268. & 272.

Decretum in prouissione dimittendi obtemptum habita possessione non inducit priuationem

quousque

quousque ille adeptus est pacificam possessionem, nu.269.

Possessio autem pacifica ad hunc effectum non solum debet esse, quo ad factum, scilicet, vt percipiat fructus, sed etiam de Iure, scilicet non litigiosa, nu.270.

Imò prouisus de secundo beneficio cum hoc decreto, debet esse certus de captura possessionis, atque ex die scientiæ capta possessionis exorditur istud tempus, nu.271.

Ita si sint molestiæ, illæque extraiudiciales tantum, non tenetur dimittere primum, nu. 273.

Decreto de dimittendo infra duos menses in manibus Papæ an paruerit, qui in partibus dimisit coram alio, nu.274.

Clausula sine retardatione, multis verbis, & varijs solet concipi in eumdem tamen finem tendentibus, nu.275.

Eius vis quæ sit: nu.276. & nu. 277.

Iudex appellationis neque inhibere valet, neque inhibendo impedire exequutorem quin procedat, nu.278.

Ex istius clausulæ vigore nulla inducitur conditio nu.279.

Clausula amoto requirit citationem partis, num.280.

Nisi annectatur altera clausula sine vitio spolij, nu.281.

Isthæc clausula sine vitio operatur nè, vt spoliatus, sit ante omnia restituendus? nu.282.

Clausula defendas inductum quanto tempore duret, vt eius vigore possit exequutor tueri possessorem, nu.283.

Clausulæ non retardata solutione pensionis ea est vis; vt remaneat coram exequutore litterarum ius exequendi, nu.284.

Imò quod solutione pensionis non facta procedi nequeat in causa nullitatis pensionis, numero 285.

Nisi ex ventre Bullæ pateret ista exceptio nullitatis, nu.286.

Pensione constituta super multis beneficijs ab vnico possessis, si illius plures sint successores hi non nisi pro rata tenebuntur, nu.287.

Quinimmo Rigor pro illius exactione qui seruatur etiam contra successorem intimatis literis, cessat statim ac opponitur diuisio beneficiorum, nu.288.

Pensionem debens, gaudeat ne priuilegio capituli Odoardus pro dicta quantitate, nu.289.

Camerali obligatione deuinctus, possit nè vti dicto priuilegio, nu.290.

Clausula quouis modo vacet complectitur omnem vacationis modum ab eadem tamen persona procedentem, nu.291.

Nisi alia addantur verba, & ex quacumq; persona, nu.292.

Quinimmo; & vacationem per obitum amplexatur, nu.293.

Nisi verba illa adiungantur, præterquam per obitum obtinentis, nu.294.

Istis tamen non existentibus adhuc non contineret vacationem per obitum in duobus casibus, qui referuntur. nu. 295.

Dicta clausula etiam Episcopos vti posse ostenditur, nu.296.

Clausula prout de Iure semper apponitur in rescripto restitutionis in integrum, nu.297.

Signatura non solet virtualiter iudicare, numero 298.

Ideo semper remittit delegato, vt cognoscat si restitutio concedenda sit, nu 299.

Commissarius inquirere tenetur si restitutio concedenda veniat, & propterea compellitur seruare formam, & non ex abrupto illam impartiri, nu. 300.

Ipsumque oportet interloqui prius super restitutione, quam in causa principali procedat, num.301.

Neque sufficit procedere ad vlteriora nisi in casu negatiuo, scilicet vbi denegandam esse restitutionem arbitraretur, nu. 302.

Inhibitio Metropolitani ex causa appellationis inualida est, si appellatio legitimè facta non præcesit. nu.303.

Appellatio non nisi coram Iudice, à quo interponenda est, nu.304.

Idest ipso Iudice vidente, & intelligente, numero 305.

Ita quod neq; prosit libellus consignatus actuario, nu.306.

Si tamen Iudicis copia haberi possit, nu.307.

Apostoli an sint de substantia appellationis, num.308.

Appellatio, vt recipi à superiore possit, multa concurrere debent relata, num. 309. 311. & num. 312.

Protestatio præcedere debet appellationem coram alio faciendam ob absentiam Iudicis; nu.310.

Appellare ab interlocutoria nisi manifestum sit grauamen non licet, nu. 313.

Acta transportanda sunt per appellantem, & integra ad Iudicem appellationis, cum declarationibus, nu. 314.

Grauamen irreparabile in quibus casibus considerari possit, nu. 315.

Illius vigore, vt appellari posiit sufficiat nè, actus illud inferens, an etiam præcedens decretum requiratur, nu. 316,

Casus aliqui, & in praxi frequentes recensentur, in quibus interdicta est appellatio, numero 317.

Iudex, terminum appellationis coarctere ad triginta dies, vtrum posiit, & quando, latè discutitur, nu. 318.

Iudex

Iudex ſuam ſententiam exequi non valet propter deſertionem contingentem ex lapſu termini ſtatuti ab homine, nu. 319.
Appellatio duobus modis deſeritur, nu. 320.
Procurator lata ſententia functus eſt officio ſuo, & non niſi appellare queit, nu. 321.
Clauſula ſi adeſt ad appellationem proſequendam, licet poſſit, non tamen cogitur proſequi, num. 322.
Delegatus, ad inſtitutionem, expeditionemq; litterarum procedere non poteſt, nu. 323.
Præter quã ſi is ſit ex Auditoribus deputatis in Romana Curia, nu. 324.
Neque alius Iudex appellationis inſtituere queit, nu. 325.
Iudici liceat ne ſuam exequi ſententiam, numero 326.
Delegato fas ne ſit in aliena Diœceſi exequi ſententiam, nu. 327.
Exequutorem poſſe exequi non requiſito Iudice loci, an ſit verum nu. 328.
Exequutione reali facta, quæ ſit adhibenda ſollemnitas in illius venditione nu. 329.
Candela extincta ſi alius licitator adueniat cũ maiori oblatione an ſit audiendus, nu. 330.
In ſubbaſtatione ſi nullus offerat, aut non iuſtum pretium, executio creditori adiudicatur præcedente appretio, nu. 331.
Executio in immobilibus non præcedente altera in mobilibus, vtrum reuocanda tanquam nulla? nu. 332.
Reſtitutionis petita durante Iudicio, an ſit ſuperſedendum in exequutione prius decreta, num. 333.
Iurapatronata ex primeua erectione tripliciter acquiruntur, ſcilicet dotatione, fundatione, & conſtructione, nu. 334.
An tunc ſufficiat dotaſſe, fundaſſe, vel conſtruxiſſe, an etiam exigatur expreſſa reſeruatio patronatus, nu. 335.
Eccleſias nemo conſtruere poteſt, ordinarij non præcedente licentia, nu 336.
Reedificatione an acquiratur ius patronatus etiamſi Epiſcopi conſenſus accedat, nu. 337. & nu. 339.
Prior Patronus, quando patronatum amittat ſi alter reedificauit, nu. 338.
Quid per augmentum dotis nu. 340.
An ex priuilegio, An verò ex cauſa onerosa dicatur tunc quæſitum, nu. 341 & 343.
Iuſpatronatus vacans in menſe reſeruato comprebendatur ſub regula ſi non apparet ex fundatione, aut dotatione acquiſitum, nu. 342 & nu. 344.
Regulæ Cancellariæ habent vim legis, ſeu conſtitutionis, nu. 345.
Clauſula appoſita in Regula 8. Cancel ſufficienter derogant clauſulis quibuſcumq; etiam derogatorijs derogatoriarum, nu. 346.
Diſtributiones quotidianæ non computantur inter fructus in condemnationibus, nu. 347.
Subreptio excluditur cum Papa in genere potuit cogitare, nu. 348.
Deſcendentia dicitur probata ſi verificetur; quod præſentans ſit hæres eius, qui vltimo loco præſentauit, nu. 349.
Pacta in fundatione Iuris patronatus, quæ poſſint apponi, nu. 350.
Iurispatronatus facta tranſlatio in alterum, nõ addito pro ſe, & hæredibus, an tranſeat ad hæredes, nu. 351.
Tranſlationis facienda Iurispatronatus multiplex eſt modus, nu. 352.
Vtrum tranſeat in ſimplicem ceſſionarium, num. 353.
Vendi acceſſoria non prohibetur, nu. 354.
Vtrum tranſeat cum fundo vendito, ſi in eo extet cappella de Iurepatronatus, nu. 355.
Quid cum palatio vendito, nu. 356.
Vtrum in conductorem Caſtri, aut villæ, vbi illud extat. nu. 357.
Contractus ad firmam intelligitur ne tantum de locatione ad longum tempus, vel etiam de quacumque, nu. 358.
Quid ſi res vbi Iuspatronatus extat detur pignori, an illud etiam tranſeat, nu. 359.
Vtrum, & in ſequeſtrum, nu. 360.
In feudatarium autem tranſire non dubitatur, num. 361.
Sed in maritum, vel fructuarium ſimiliter quæritur, nu. 362.
Quin & in Monaſterium, etiam viuente patrono, & Religionem ingreſſo, nu. 363.
Sicuti, & ad fideicommiſſarium generalem, nu. 364.
Epiſcopi conſenſus quando adhibendus eſt in illius alienatione, nu. 365.
Requiritur adhuc ſi Ius præſentandi tantum donetur reſeruato patronatu, nu. 366.
Donatio eiuſmodi fieri ſine dubio poteſt, numero 367.
Donatarius ſi ſit compatronus, non indiget iſto aſſenſu, nu. 368.
Compatroni inter ſe conuentiones facere ſuper patronatu queunt ſpreto Epiſcopi aſſenſu, num. 369.
Conſenſus autem requiritur ſi filio compatroni donetur, nu. 370.
Aſſenſus iſte accedere poteſt, tum ante, tum in ipſo actu donationis, tum denique poſtea, nu. 371.
Sed vtrum poſt mortem donantis, nu. 372.
Quid in feudo, nu. 373.
Res integra dicatur nè poſt mortem donantis ad hunc effectum concedendi aſſenſum? nu. 374.
Ius patronatus cum ab alijs fuit erectum cogitur

tur præsentans docere modum quo in ipsum pertransijt,nu. 375.

Ac præsertim legitimam descendentiam,nu.376 eum declaratione posita,nu. 378.

Affinitas ad impediendum matrimonium,sit ne speciatim verificanda per gradus,nu.377.

Hæredes succedunt in patronatu insolidum, non autem pro portione hæreditaria,nu. 379.

Nepos admittatur ad præsentandum simul cum patruo nu. 380.

Repræsentationem ex quadam Iuris fictione demonstratur,nu. 381.

Palmarium aduocatus vincentis, ne possit directe petere à victo condemnato in expensis num. 382.

Quid in causa propria eiusdem aduocati, numero 383.

Vocum computatio in stirpes, non autem in capita facienda est,nu. 384.

Cum verò vnus nominatur, & alij sub nomine collectiuo adnectuntur duas habent voces,alteram ille primus, alteram verò hi omnes simul, nu. 385.

Nisi ille primus causa honoris, & præeminentia fuerit speciatim nominatus,nu. 386.

Vniuersitates plures si Iuspatronatus habeant, vna qualibet habet vnicam vocem, nu. 381.

Et tunc nequeunt præsentare Regentes illam vniuersitatem,sed Populus,nu. 388.

Sicuti cum monasterium haberet ius præsentandi, nu. 389.

Pupillus si illud habeat, à quo sit facienda præsentatio, nu 390.

Patrono debetur ius honorificum. onerosum, & vtile, nu. 391.

Patrono Laico quatrimestre tempus, Ecclesiastico vero semestre datur ad præsentandum, num. 392.

Illud à scientia exorditur, nu. 393.

Impedito non currere istud tempus demonstratur,nu. 394.

Præsentatio apud quem sit facienda,nu. 395.

Qui sit modus facienda præsentationis, nu. 396.

Facta coram notario publico an sufficiat, numero 397.

Se ipsum præsentare nemo queit,nu. 398.

Procuratorem ad seipsum presentandum constituere an possit, nu. 399.

Qua medela vti valeat,nu. 400.

Præsentationis tres sunt partes, nempe præsentatio, admissio,& institutio,nu. 401.

Admissio dupliciter solet fieri,nu. 402.

Clausula si & inquantum, cuius sit roboris, num. 403.

Edicta affigenda sunt post admissam præsentationem cum clausula præfata, nu. 404.

Titulus patronatus quomodo sit probandus, numero 405.

Et quo possessio, nu. 406.

Cum vero vsurpatio Iuris Patronatus prætenditur exprimitur modus probandi illud, numero 407.

Et tunc vltra immemorabilem, an requiratur probatio præsentationum factarum per scripturas spatio quinquaginta annorum, numero 408.

Alia verò persona illud probare etiam post Cōcilium non prohibentur reliquis omnibus modis à iure permissis nu. 409.

Attestationes testium in actis redacta an probent Ius patronatus eorum, in quibus præsumitur vsurpatio, nu. 410.

Acquisitum ex vsurpatione in quibus præsumatur,nu. 411.

Homines de vniuersitate, an possint testimonium ferre pro vniuersitate prætendente Iuspatronatus,nu. 412.

Possessio Iurispatronatus an probetur per multiplicatas præsentationes factas à procuratoribus, qua effectum sortitæ sint, nu. 413.

Iurispatronatus mentio si fiat in prouisione aliqua, cuius patronatus admittatur præsumptio, ex fundatione scilicet, aut dotatione, vel potius ex possessione, nu. 414.

Quatragenaria possessio sufficiens de iure communi, an etiam si post concilium, nu. 415.

Modi, quibus etiam nunc probatur, remissiuè delibantur, nu 416.

Sed fama præsertim, idq; defenditur multis decisionibus, quæ recensentur. nu 417. & 419.

Illud non verificari ex certo subsidio alicui, tanquam patrono præstito ostenditur. nu 418

Mentio quod sit de Iure patronatus facta in bullis ab instituente, an illud probet, nu. 419.

Bulla prædicta an probent præsentationem intereessisse, nu. 420.

Sententia an probent patronatum, illaque præsertim an sufficiant. vt interea manuteneatur præsentans, nu. 421.

Præsentationem præcessisse an præsumatur, si sententia producatur, nu. 422.

Sententia quando dicatur antiqua, num. 423 & nu. 432.

Vnica præsentatio constituit in possessione, si eam institutio subsequuta est, talisque possessio deinceps manutenenda, nu. 424. cum declaratione, nu 429.

Concilio requirenti multiplicatas præsentationes satisfactum an dicatur si duæ producantur, nu. 425.

Anni quinquaginta requisiti per Concilium à quo tempore initium sumant, & quousque numerentur, nu. 426.

Vnicum sufficere actum ad effectum manutentionis, procedit si de existentia patronatus non dubitetur, num. 427.

Centum

Centum annorum ſpatium requiri ad probandam poſſeſſionem patronatus, nu. 428.
Prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum beneficij, num. 430.
Publica vox, & fama quomodo probetur, numero 431.
Plures familias conueniſſe ad fundandam Ecclesiam non præſumitur, nu. 433.
Mentio vero facta à Prouiſo Apoſtolico nempe in litteris Apoſtolicis, quod ſit de Iurepatronatus, an probet Iuspatronatus, numero 434.
Clauſula dummodo Patroni accedat aſſenſus, cuius ſit virtutis, nu. 435.
Inferiori ordinario liceat ne inſtituere præſentatum, nu. 436.
Vicario autem Epiſcopi licere probatur, quamuis ſpecificam non habeat facultatem, nu. 437.
Itidem capitulo dum vacat ſedes, nu. 438.
Duo cum fuerunt à patrono præſentanti, quid agendum, nu. 439.
Recedere patronus non poteſt à priori præſentatione, ſed tantum variando, & cumulando num. 440.
Quid ſi non expreſsè recedat, ſed alium nominet, neque addiderit per viam cumulationis, num. 441.
Inſtituere in his caſibus idoniorem debet ſuperior, nu. 442.
Idonior quis dicatur, diſcernitur ex multis, quę narrantur, nu. 443.
Et cum eſſet adhuc dubium tenetur inſtituere primum præſentatum nu. 444.
Gratificatio vendicat ſibi locum cum omnia eſſe paria conſtat nu 445. & 449.
Vocum paritas non admittit gratificationem ſi cœtera non ſunt paria, nu. 446.
Præſentatus à maiori parte, ſi non eſt indignus præferendus eſt idoniori nominato à minori, num. 447.
Paritate vocum an fruatur, qui cum eſſet extraneus à tot patronis nominatus fuit, à quot alter compatronus, nu. 448.
Gratificationi ſit ne locus cum ambo præſentati ſunt pares, ſed alter eorum ita euaſerit, quia procedente diſpenſatione factus ſit habilis, nu. 450.
Cumulatio ceſſat vbi præſentans iurauit non variare, nu. 451.
Procuratorem tamen conſtituere poſſet ad præſentandum alium, nu. 452.
Procuratorem ſi conſtituit, & iurauit non reuocare nihilominus ipſe poterit alium præſentare, nu. 453.
Sed qui iurauit non variare, ſi variet an faciat actum validum nu. 454.
Clauſulæ addendæ, vt præſentatio facta, aut mandatum ad præſentandum periclitari nequeat, nu. 455.
Præſentatus ſi decedat an in patroni, an compræſentati beneficium dicatur obijſſe? nu. 456.
Textum in c. fin. de elect. procedere etiam in præſentatione demonſtratur, nu. 457.
Indignus ſi fuerit præſentatus, quid agendum explicatur, nu. 458.
Quid ſi non idoneus, nu. 459.
Indignus à maiori parte nominatus, alterque dignus à minori, vter eorum inſtituendus erit, nu. 460.
Inhabilitas iſto caſu ſufficit tempore præſentationis, vt alter inſtituatur, quamuis poſt præſentationem ſuperuenerit habilitas, nu. 461.
Ita ſi habilis fuit præſentatus, & inſtitutus, reijci in ſecunda inſtantia nequit, ſi impedimentum adueniat, nu. 462.
Præſentationes ſi accreſcant alicui in ſecunda inſtantia, non proſunt contra inſtitutum, num. 463.
Edicti effectus mirabilis recenſetur, nu. 464.
Laicus poſſit ne præſentari diſcutitur, & illius præſentatio, vtrum dicatur facta de Inhabili, nu. 465.
Deuolutioni cum locus eſt, ea ſit, ad quemcumque Epiſcopo inferiorem ad quem ſpectat prouiſio nu. 466.
Procurator ſi nominaret indignum non præiudicat Patrono, nu. 467.
Præſentati cum duo fuerunt, à proprietario alter, alter vero ab exiſtente in poſſeſſione, vter ſit inſtituendus, nu. 468.
Petitorij cauſa quando retardanda ſit ob poſſeſſorium intentatum, nu. 469.
Petitorium probatum, opprimit poſſeſſorium, num. 470.
Inſtitutio quandoque differenda eſt, nu. 471.
Præſentatus ſi fuit inſtitutus non remouetur propter ſententiam ſuperuenientem, & priuantem præſentantem iurepatronatu, ſi tamen fuerit in poſſeſſione præſentandi, numero 472.
Præſentatus ab eo, qui diù ceſſauit à præſentando, ſit ne inſtituendus, dum compatroni ſemper præſentarunt, nu. 473.
Tempus ad inſtituendum non reperitur conſtitutum, nu. 474.
Ideo, quo remedio vti poterit præſentatus, numero 475.
Appellatione pendente à decreto inſtitutionis, poſſeſsio dari non poteſt, nu. 476.
Vnire beneficium de Iurepatronatus nemini licet, nu. 477.
Neque conferre durante quatrimeſtri, numero 478.
Reſignatio ſine conſenſu Patroni eſt irrita

3 uis hi tantum illegitimi dicerentur, qui ex Ma-
trimonio inter Ciues Romanos inito non ſuſcipe-
rentur, ſumpto argumento ex lege 1. ff. de his, qui
ſunt ſui, vel alieni Iuris, quod is cenſeatur illegiti-
mus, qui legitimus non habetur, & legitimus is eſ-
ſet, qui ex matrimonio inter ſolos Romanos cele-
brato naſcebatur, prout Gabriel. Paleott. ſcriptum
reliquit in ſuo tractat. de noth. & ſpur. capitulo 3.
4 hodie nihilominus illegitimus exiſtimatur, quiuis
apparet illegitima generatus coniunctione, vt in-
quit Petrus Gregor. Tholoſ. lib. 2. partit. Iuris ca-
non. tit. 3. capitulo 1. numero 2. eò quod legitimus
iudicatur, qui ex modo coniunctionis licito, atque
ex approbato matrimonio, hac noſtra tempeſtate
natus, probatur, ex eodem Petro Gregorio inibi,
numero 1. ideoque apud Grecos, illegitimos dici,
qui oppoſiti ſunt legitimis, atteſtatur Iulius Pol-
lux lib. 3. Onomaſticon. capitulo 2. Quintil. Man-
doſ. libro 3. capitulo 6. eſtque nomen genericum
complectens reliquas omnes ſpetics illegitimo-
rum, cum concubitus, vnde tales legitimi pro-
creantur, multiplices eſſe poſſint, & variæ illegi-
timorum ſpecies in iure tradantur, & hæ, quas nu-
per recenſui, nuncque locus eſt vt minutatim ex-
plicem.

5 Naturales enim his poſtremis temporibus vo-
cari approbauit vſus, quoſcumque non legitimo
conceptos coitu, ſi doctoribus mox adducendis
erit adhibenda fides, ac propterea hi dicantur na-
turales, qui & illegitimi, quamuis diuerſis conſi-
deratis temporibus, fuerit etiam diuerſa illorum
ſignificatio; quandoquidem antiquiſſimo Iure,
non omnis natus ex concubitu a Iure Ciuili non
approbato, neque reprobato, nempè ex concu-
binario, legitimus appellari quibat; quia ex com-
plexu non approbato ortus; neque illegitimus,
quoniam ex coitione non improbata generatus,
ideoque inter vtrumque medius, & eo nomine
vocatus, quod illi nudum à legibus relictum eſt
& naturalis dictus, quaſi ſecundum Ius natura-
le editus, nulloque iuris adminiculo munitus, vt
ex §. natura in Auth. quibus modis Natural. ſcrip-
ſit Paleott. indicato tractat. capitulo 11. quaſi na-
turali coitione, & conniuentibus Nomothetis na-
tus, Myſing. in §. quibus numero 1. inſtitut. de
hered. quæ ab inteſtato deferunt, & hic eſt, qui ex
concubina domi retenta, ortus cernitur, vt ſcrip-
ſit Azo. in Summ. C. de natural. liber. verſic. ſcien-
ter, at quia opus erat, vt alia multa conuenirent,
6 illa ſcilicet, quæ vt concubina dicatur, exigunt
Iura, ideo non erit hoc loci dicenda concubina
quæ apud latinos dicitur amica quælibet priuata,
tametſi alteri nupta, cum qua res venerea exer-
cetur, vt eſt videre apud Sueton. in Nerone ca-
pitulo 28. & Ciceronem libro 1. de Orator. neque
illa quæ pellix appellatur, cuius ſignificatio non
minimam peritis viris attulit dubitationem, &
controuerſiæ cauſa fuit, vt videre licet apud Lau-
rentium Vallam libro 6. capitulo 47. & Alciat. in
l. Maſſurius ff. de verborum ſignificatione, ſed ea
fœmina quæ paulo honeſtior, ab vxoria parum
differt, quæquè à Græcis dicitur, ...
& à noſtris alio nomine focaria vſurpatur in l. ſi ea,
ibiq; Bald. & Alb. C. de cond. inſert. & l. 2. C. de do-
nat. inter virum, & vxorem; Itaque illa dicetur
concubina, quæ vxoris loco citra matrimonium
domi retinetur, cum qua ſola quis eo affectu ſem-
per cohabitauerit, & alia concurrerint, quæ Gram.
enumerat voto, crimin. 4. & Mantica libro 11. ti-
tulo 9. num. 22. de coniect. vltim. volunt. quorum
aliud ſi deſit, & concubinatus ceſſet, ac filij ne-
queant appellari naturales, ob quod non imme-
rito exiſtimarunt Bald. conſil. 456. recolo me con-
ſuluiſſe, ſub numero 10. volumine 5. & Alexand.
conſil. 174. ſuper eo. de quo quæritur, volumine 5.
nullos ferè hodiè verè naturales reperiri, ſed cum
poſteriori iure canonico omnis illicitus coitus, in-
terdictus appareat, etiam fornicarius, capitulo me-
retrix 32. quæſtione 4. gloſ. in Clem. ad noſtram
verſic. non eſt de hæretic. Abbas in capitulo inter
opera prope finem de ſponſal. & ſacris litteris pro-
ditum eſt, Tobiæ 4. & Corinth. 1. capitulo 6. ita
quod mortifere peccat, quiuis conſuetudinem in-
honeſtam, cum alia habet, quam vxore propria
ex eodem capitulo Meretrix. iuncto capitulo ne-
mo 32. quæſt. 4. & nota eſt Pauli vox, ſcortatores,
& adulteros iudicabit Deus, quin & damnabilior,
nunc conſuetudo iſthæc concubinaria, quam ſim-
plex fornicatio eſſe cenſetur ex Abb. in capitulo
tanta ad finem qui filij ſint legitimi, ideoque non
7 ij ſolum naturales filij hoc iure reputantur, qui
ex tali ſunt geniti concubina, ſed omnes alij, qui
ex inuptis, (dummodo potuerit inter eos conſi-
ſtere matrimonium) procreati fuerunt, per text.
in capitulo innotuit, & notata inibi per Abbat, &
alios de electio. atque Bald. conſil. 120. lib. 2. illud
autem quod gloſa ſcripſit in capitulo per venera-
bilem verſiculo non naturalibus, qui filii ſint le-
gitimi, duas naturalium ſpeties conſtituens; prio-
rem eam eſſe exemplificans, quæ largo ſumpto
vocabulo amplexatur omnes, quos ſola natura
genuit, non honeſtas matrimonij, capitulo finali
32. quæſtione 4. poſteriorem autem, quæ verè,
& propriè loquendo complectitur, tantum na-
8 tos ex concubina, vel domi retenta veteri iure Cæ-
ſarum inſpecto, vel etiam nō retenta domi, ſed ex-
tra, quæque nulli alteri ſuccuba, neque fuerit, ne-
que probetur, ex hac enim natum, vere natu-
ralem dici non dubito, maximè ſi Ius Canonicum
intueamur, idque ſubſcriptæ comprobant aucto-
ritates & rationes, quarum aliquæ præportant hoc
ipſum dicendum eſſe adhuc iuris ciuilis ſanctione
inſpecta; hi enim legitimi ſubſequenti matrimo-
nio fiunt, ex textu in dicto capitulo tanta, & De-
cio conſil. 155. diligenter numero 1. non ſecus ac,
olim ij tantum ſolebant, qui ex vero profecti eſſent
concubinatu §. fin. inſtit. de nupt. Secundo niſi eſ-
ſent naturales, quo alio nomine appellari poſſent;
non video; ſpurios enim, aut vulgo conceptos, non
vtique, tum quia vt ita ſint, requiritur, quod ex
meretrice naſcantur, ex his, quæ inferius n. 12. & 13
9 ſtatuto, qualis non erit, quæ vnius tantum libidi-
ni ſatisfecit, ſed quæ multorum libidini patet capi-
tulo vidua 34. diſtinct. & leg. palam ff. de rita nupt.
tùm quod neceſſe eſt, vt omnes potuerint, quin
cum effectu iuerint, qui ſecum copulari volue-
rint, ita quod ſuum genitorem filius addiſcere
non valeat, idque etiam probo indicato, n. 12. & 13

tione diſtare, qui ex illicito cougreſſu ſuſcepti ſunt, ob idque Bartol. cum eſſe ſpurium expreſſius fatur, qui ex coitu à lege Ciuili reprobato natus cernitur, in leg. final. num. 2. ff. de his, quibus vt indig. & Abb. in cap. tanta num. 13. qui filij ſint legitimi, ita quod inceſtuoſi, & Adulterini filij à gloſa, & Doctoribus, Spurij quoque nuncupantur, & Dec. non immerito reſpondit ſurreptitium minimè cenſeri Reſcriptum in quo narraſſet ſupplicans, ſe Spurium eſſe, cum ex inceſtu ortus eſſet in conſil. 338. ſub num. 7. & Iaſ. conſil. 11. num. 4. volum. 3. In ſpetie autem, tribus modis dicuntur Spurij, vt admonet Dyn. in tract. ſucceſſ. num. 9. quos omittamus velim, quia ſat erit cum gloſ. affirmare, in cap. niſi cum pridem verſ. Manzeres de renunc. eſſe filios ex concubina progenitos, ſubdit tamen illic Abb. Antiq. poſt num. 6. & ait intelligendum fore de concubina non retenta domi, & recte quidem, id addidiſſe exiſtimo, cum ex concubina domi retenta naſcatur, qui tantum naturalis dicitur, ac propterea omnium eſt opinio, eos vere cenſeri ſpurios, qui ex concubina, ſeu muliere ad quam publicé aditus pateat omnibus generantur, quales ſunt ex publicis meretricibus orti, quia vulgo conceptis æquat Imperatot in §. ſi aduerſus, inſtit. de nupt.

13 Ideò videndum eſt, qui ſint vulgo concepti, & eos Modeſtinus explicat, eſſeque aſſerit, qui Patrem nequeunt demonſtrare, in lege vulgo concepti ff. de ſtat. hom. ſunt enim dubij, & incerti, quem habeant parentem, dum Mater non vni, ſed multis ſe ſuppoſuit viris, ac propterea genitore carere videntur §. ſi aduerſus inſtitut. dè nupt. cum enim Meretrix illa ſit, quæ multorum libidini patet c. vidua 34. diſtinct. ſaltem tribus, vt illic ſcripſere Prępoſ. & Archid. Ripa in cap. 1. nu. 96. de Iudic. vel & verius, talis non ſit niſi, quæ palam, & ſine delectu ſui corporis quæſtum facit per text. in leg. qui palam ff. de rit. nupt. inquit Angel. conſil. 10. num. 5. & alij mille, quos Cenedus congerit Collectan. 140. par. 2. ita quod gloſ. ſcripſit, eam ita eſſe cuius turpitudo publicé venalis eſt, in c. inter opera verſ. publicus, de ſponſal. & Alexand. conſil. 157. circa primum num. 3. volum. 5. vtique filij ex eis geniti non niſi vulgo concepti dicentur, eiſque credendum non erit, ſi dicant certum poſſe oſtendere procreatorem, eumque additare conentur, quia ſine dubio mentiuntur, ex quibus opinor ab errore alienum, qui naturalem eſſe diceret procreatum, ex concubina extra domum Amaſij degente, nec publica meretrice, potiſſimum ſi expenſis eiuſdem Amaſij alimentata fuerit, & ipſe luculenter probaui numero 7. etenim Spurij, & vulgo quæſiti vt dicantur, ſi opus eſt incertum habere Patrem, iuxta citatum §. ſi aduerſus, certe talis dici nequibit genitus, non ex publica meretrice, ſed ea quæ pluribus, quam vni ſuccuba non probatur, & tunc ſubſiſtere reſtringo, quæ ſcripſi ſuperius in verſ. Naturales, prope finem, cum omnes ex innuptis ortos exiſtimem naturales eſſe his temporibus, nam ſi meretrix, altera ſit, quamuis nullus eorum ſit matrimonio copulatus, naturalem non gignat filium, ſed ſpurium, & vulgo conceptum.

14 Extant alij, quos Hidridas appellauit vetuſtas, quæ ſemifera animalia, vt ſues, quos ex fero, & domeſtico progenitos, ſeu canes, ex Gregario, & Venatico ortos Hydridas dixit, quorum exemplo ad homines ipſos tranſlatum apparet nomen, & Plinius libro 1. capit. 61. de C. Antonio Ciceronis collega in conſolatu ſcripſit, eo quod ex imparibus natus parentibus, ad cuius inſtar reliqui ita prognati Hydridæ nuncupantur.

15 Manzeres, incogniti ſunt apud Cœſarum Iuris peritos, Pontificum tamen non ignotos, quorum vocabulum Hæbreum eſt, ſub quo hi tantum continentur, qui ſcorto naſcuntur, iuxta gloſam in cap. niſi cum pridem §. præterea, verſ. Manzeres de renunc. & Ioan. de Platea in Rub. inſtit. de adopt. nu. 3.

16 De nothis veró cognitio difficilis admodum iudicatur, cum gloſa, Iſydorus, Hoſtienſis, Alciatus, Ripa, & alij, diuerſas, & ad inuicem contrarias proferant ſententias, quas ſigillatim memorat Paleottus de Nothis, & Spurijs capitulo 17. eiuſque nominis primum meminiſſe Iuſtinianum non ignoro, deindeque, eo vti cœpiſſe Doctores; & quidem idem Paleott. credit Iuſtinianum eos Nothos intellexiſſe, quos nos verè, & propriè naturales reputamus, eiuſque reſolutio placet admodum; non tamen diſplicet altera gloſæ in dicto capitulo, niſi cum pridem, verſiculo Manzeres, illos ita eſſe exiſtimantis, qui ex adulterio nati apparent, cum iudicentur veri filij, dum non ſunt; non ſecus ac Notha febris dicitur, quæ lædit, ſicut quartana, licet quartana non ſit; filius

17 enim in domo natus præſumitur eſſe mariti, quod incidenter probo inferius, num. 153. & vernm eſt, quamuis reuera eſſet adulteri capitulo per tuas de probat. leg. filium dofinimus ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iuris, & leg. ſi vicinis C. de nupt. etiam quod eius Mater conuinceretur de adulterio commiſſo, eodem tempore leg. miles §. defuncto ff. de Adulter. Abb. indicato capitulo per tuas num. 1. Hyppol. in leg. 1. §. ad quæſtionem nu. 84. ff. de quæſt. & copioſè Menoch. tractat. de arbitr. Iudic. caſu 89. num. 20. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 56. num. 2. & conſil. 687. & ſi doctè numero 1. volum. 7. nec non etiam ſi aduerſa valetudine maritus diù laboraſſet, per Anton. Gam. deciſ. Luſitana 325. Ioannem Blaſium, ſub numero 1. ac do-

18 mum etiam ſi mater ipſa, eaque in vltimis conſtituta affirmaſſet genuiſſe Filium cum adultero: namque filio neque præiudicium afferret, illoque aſſertioni Matris ſtare neque in conſcientia teneretur, iuxta gloſam in capitulo officij, & ibi latè Abb. de pœnit. & rimiſſ. Bart. in eadem adducta l. filius definimus Boer. deciſ. 299. & videtur nu. 4. & 7. Corneus conſil. 137. placet mihi, numero 8. volum. 2. Alexand. conſil. 107. circa primum numero 2. volum. 5. Alciat. de præſumpt. Reg. 3. præſumpt. 37. Alexander. in leg. neq; poſſeſſio num. 2. C. de teſtament. & communem eſſe opinionem præter alios, teſtatur Hyeronimus Gigas reſponſo 146. in cauſa, numero tertio, libro ſecundo, eſt tamen indubitatum, quod ſi Pater prætendat illum natum ex adultero, idque comprobet ſua impotentia ad procreandum; tunc ſanè præiu-

dicaret filio, per Fulgos. consil. 212. quædam Mulier, Dec. indicato capitulo per tuas, numero 40. & Bald. consil. 437. nu. 6. vol. 2. item per absentiam annalem, aut aliam, dummodo á die Natiuitatis computando constet illius conceptionem haud potuisse fieri eo tempore, quo erat præsens vir ipse, at postquam absuit, ita Cyn. indicata l. si vicinis in vltimis verbis, & desumi rectè potest ex verbis Abb. in cap intelleximus, nu. 7. in fine de adult. & Menoch. citato casu 99. vbi à nu. 32. hanc rem explicat, longaque serie probat, quot mensibus natus partus vitam agere valeat, & consequenter possit colligi ex marito, vel adultero natum, & in hoc filium illum Regis Doctores accusant, sibique huius culpæ notam inurunt, quod matri affirmanti ipsum non ex Rege, sed adultero cóceptum annuerit, Regnoque propterea renunciauerit; referuntque Bar. in dicta l. filium definimus, num. 2. & Ias. in leg. Gallus, num. 66. ff. de liber. & posth. quodque veritate niti certum est, nisi tam vehemens fuerit Matris persuasio, vt eundem induxerit ad credendum suæ assertioni, quia teneretur in conscientia se spoliare bonis omnibus, quæ vti legitimus filius, ac naturalis, sibi obuenerint; id enim operatur conscientia læsa, alias ædificaret in gehennam Host. in capit. officij, sub nu. 4. ibique Abb. num. 4. de pœnit. & remiss. Alciat. adducta Reg. 37. num. 6. Sot. de Iust. & Iure lib. 4. quæst. 7. articul. 2. versic. tametsi, & hoc non est in præsentia silentio prætereundum, ac nouissimè Menoch. citato casu 99. sub nu. 28. excipio tamen necessaria ad victum si aliundè haud haberet, quibus sustentaretur per Syluest. in Summ. verbo adulterium, num. 4. in fine, sicuti etiam ab eadem obligatione restituendi excipio respectu bonorum consumptorum, tempore quo erat in bona fide, nam illa persoluere, aut restituere, neque tenetur legitimo hæredi, idque tradit Host. in loco mox citato, quia bonæ fidei possessor erat per l. certum, C. de rei vendic.

19 (margin number beside "hemens fuerit Matris persuasio")

Nunc ad eos deflectamus, qui ex coitu damnato etiam à Iure Ciuili nati sunt, nempè ad incestuosos, nefarios, adulterinos, & sacrilegos.

20 Incestuosus enim dicitur, quisquis, ex incestis, & nefarijs nuptijs nascitur; hoc est ex nuptijs, vsuque venereo cum consanguineis, collateralibus, vel affinibus, quæ incestæ nuptiæ appellantur; Nefariæ autem quæ cum ascendentibus, & descendentibus, iuxta glos. in Rubr. C. de incest. nupt. & Boer. decis. 127. & Iacobus num. 5. atque Thesaur. decis. 100. sub num. 4. itaque ex illis natos, rectè incestuosos vocari scribunt, ex

21 istis autem nefarios, hancque differentiam subtilem, non secus ac veram existimant reliqui Doctores, & propterea maiori eos plectendos pœna, qui cum ascendentibus, vel descendentibus rem habuerunt, quam qui cum collateralibus, dicit præcitatus Thesaur. adducta decisione 100. exordiente incestus pœna, nu. 4. vbi post Boer. decis. 318. recenset pœnas amborum, & nouissimé accessit Gaspar. Thesaur. in sua addit. ad eandem decis. 100. tametsi prædictis vocabulis, promiscue nos vti certum sit; alterum pro altero sumentes, docetque Paleott. de Nothis, & Spurijs, capitulo 16. sub numero 11. per text. in §. ergo, institut. de nupt. & leg. final. de rit. nupt. satisq; confirmatur ex his qui filios Clericorum sacris initiatorum incestuosos aiunt, maximè glos. finalis in leg. 2. & ibi Bal. post numer. 3. C. de Episcop. & Cleric. quos & Nefarios apppellat Petrus Gregor. Tholos. lib. 2. partit. Iuris Canon. titul. 3. capitulo primo, in glosa vltima, idque non alia ex causa; quam illa, quod incestuosi, ac Nefarij pro eisdem poni arbitrantur.

22 Qua sumpta occasione, inquirendum est, si ea innitatur veritate resolutio; vt inter nefarios, seu incestuosos annumerari debeamus genitos ex personis Deo consecratis, cum alij multi repugnent, illosque potius Spurios esse censentes; Neque incassum tale dubium excitamus, at quia plerumque indigemus veritate dictæ controuersiæ, & Bald. dum eo loci constitutionem recenset pro incestu nullam peti posse abolitionem, cessabit hoc casu abolitio, si ea commistio incestum, & filios incestuosos gignat, & alijs multis in casibus consimilibus proderit habere veram resolutionem, quam pro posse, & breuibus verbis attingere non ommittam; & dicam non eos incestuosos, siue nefarios, at spurios omnino appellari, idque existimo adduci potissimum Bar. auctoritate in leg. final. post num. 2. ff. de his, quibus vt indign. qui ita sentit, nec non Petrus de Bellapert. in dicta leg. 2. in fine, inibique Cynus, Salycet. & Bald. nec non Couarr. in Rub. de sponsal. part. 2. capit. 8. §. 5. post num. 14. atque alijs omissis, Præses de Franch. decis. 27. in causa, subiungens hanc opinionem tenuisse Consilium Neapolitanum, & concinunt, quæ copiosè scribit Harthman in suis quæstionibus Iuris, lib. 1. quæst. 42. maximè num. 11. & 36. optimumque mihi videtur extare textum in cap. ad abolendam de filijs Præsbyt. & non dissentit Paleott. cap. 16. sub num. 13. quamuis subtilem quandam potius, quam probatam á Doctoribus subnectat distinctionem.

23 Adulterinos esse opinatur glosa quarta, ex Præsbyteris natos, nam illi cum fornicantur, adulterantur, ita asserit ipsa glosa in capitulo per venerabilem, versiculo adulterinis, qui filij sint legitimi sed Paleott. indicato, numero 13. in ea est sententia, vt hi reputentur adulterini, qui ex Sacerdote, & nupta muliere nati sunt; at ipse proculdubio adulterinos existimo natos ex Parentibus iunctis matrimonio, vel saltem altero eorũ coniugato, secutus Tholos. citato c. 1. nu. 5. tunc enim nomen est consequens rei, neque re ipsa abhorret, cum adulterium à nupta dumtaxat committatur, iuxta l. inter §. 1. ff. de adulter. quare non immeritò ij tantum adulterini filij vocabuntur, qui ex adulterio nascuntur.

24 Sacrilegos autem diffinire superuacaneum videtur, cum ijdem sint, quos spurios dixi, tanquam generatos à constitutis in sacris, quamuis propius loquendo, sacrilegos esse credat Paleott. in loco iam memorato, quos ex muliere Religionem profitente, Deoque sacrata, aút ex Monacho iam Monasterium ingresso conceptos agnoscimus, per cap. impudicas, & cap. Virgini 27. quæst. 1. adiungens rationem differentiæ inter Clericum sacratum,

rum, & Monachum profeſſum, quod ille nunquam ſe voto ſolemni deuinxerit ad caſtitatem ſeruandam; iſte verò (iuxta notata à me ipſo in rubr. de Regular. cap. 5. num. 2.) non aliter potuerit Religionem profiteri, niſi tribus illis ſe votis addixerit, caſtitatis nempè, paupertatis, & obedientiæ.

Explicatis itaque illegitimorum cunctis ſpeciebus, inquirendum eſt, an, hi reputentur habiles, idoneique ad ea omnia conſequenda, ad quæ cæteri hoc vitio non laborantes admittuntur, ac primum ad ſucceſſiones, cum iam de ordinibus verba fecerim num. 1.

25 Qua in re diſtinguendum arbitror, etenim, vel quæritur de his, qui ex coitu à lege Ciuili non improbato orti ſunt; vel de reliquis natis ex coniunctione, etiam illo iure vetita.

26 Si namque illorum inueſtigabitur facultas ſuccedendi, ſubdiſtinguendum opinor, cum aliter ſuccedant in maternis, aliter autem in paternis, ſi Iuriſperitis erit adhibenda fides, quippè qui vnanimi conſenſu ſcripſerunt; quod de ſucceſſione Genitoris cum quæritur, iterum ſubdiſtinguendum

27 eſſe; vel enim Pater naturalis, teſtatus deceſſit, vel inteſtatus ex hac vita migrauit.

28 Nam ſi condito teſtamento interijt, quatuor eſſe conſtituendos caſus affirmant, primum quidem exemplificant in eo qui non alios, quam naturales iſtos filios reliquit; Nam hic pro varijs ſummis poterat antiquitus dictos filios inſtituere; vt varia erat temporum diſtinctio, & leges ferentium voluntas, & videre licet apud Paleott. in cap. 36. & 38. mihique ſat erit poſtremam ſuperinde recenſere ſanctionem, quam Iuſtinianus omnium quotquot antea fuerant, humanior, ſecundò promulgauit, vt duodecim illis relinquere vncias, atque ideò vniuerſam facultatem, vel viuens, vel in teſtamento elargiri poſſit, iuxta l. humanitatis iuncta auth. licet C. de natural. liber. cap. diſcretis §. ſi vero filios nô habuerit in auth. quibus modis natural. effic. ſui.

Secundum verò caſum declarant in eo, qui præter iam dictos filios naturales, alios legitimos & naturales reliquit, hic enim non niſi vnciam illis largiendi poteſtatem habet, ſimul cum concubina, ſemunciam verò concubinæ, ſi ea dumtaxat ſuperſit l. 2. C. de natural. liber. & citato cap. diſcretis, §. ne igitur ſemper, iuncto cap. conſideremus in auth. de triente, & ſemiſſ. quod ſi vltra præſcriptum modum relinqueretur, legitimis filijs, ſeu matri, vel cœteris ſucceſſoribus iure reddi, ſancitum reperio in adducta l. 2. in fine; nimirum ſi inſtituto hærede illegitimo filio, exiſtente legitima nepte ex filia, eaq; præterita, defendit inualidum teſtamentum Menoch. conſil. 285. Si grauis, vol. 3.

Tertium conſtituunt caſum, in decedente ſine filijs legitimis, relinquente tamen parentes, quos alij appellant aſcendentes, & hic præter tertiam partem facultatis, ſeu quatuor vncias, quibit reſtantem facultatis diſponere in gratiam dictorum naturalium tantum, per citatum cap. diſcretis §. 2. verſic. ſi vero habuerint, & adductam auth. licet.

Atque demum, quartum non prætereunt caſum de eo, qui vitam obijt nullis relictis deſcendentibus legitimis, aut aſcendentibus, cui licere vniuerſam ſuam ſubſtantiam in teſtamento tranſmittere, ſicuti, & in vita largiri dictis naturalibus, diſponitur in eadem auth. licet, dum tamen vxori, quam haberet relinquat omne id, quod perſoluendum eſt attenta conſuetudine loci, vel diſpoſitione auth. præterea C. vnde vir, & vxor, quæ locum, quia ſibi vendicat cum filij legitimi, & naturales extant, longè magis ſubſiſtere dicendum eſt; Cum abſunt.

Eſt verum quod in nullo prædictorum caſuum tenebitur Parens relinquere vel vnciam, vel vniuerſam hæreditatem iuxta diſtinctiones relatas, etenim licere Patri dicunt textus in dicta l. humanitatis, & auth. licet, alijque citati, quare poſſe indicant, ſi velit, non autem cogi, idque animaduerſione dignum exiſtimat ſola in Comment. ad Conſtit. antiq. Mediol. gloſſa ſuper prima parte Decret. item quia, tit. de feud. fol. 75. & nullum propterea in caſu præteritionis habere remedium aduerſus teſtamentum, neque per querelam inoffícioſi teſtamenti, vel bonorum poſſeſſionem contra tabulas, affirmat gloſ. in l. prima verſ. naturales ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Guid. Papæus deciſ. 632. an donatio, propè finem Boer. in deciſ. 299. & videtur ſub num. 2. & Bar. in l. Gallus §. etiam ſi parente ff. de lib. & poſth.

29 Si vero Parentem eundem inteſtatum decedere contingat, & tunc alios tres eſſe ſubdiſtinguendos caſus concludunt, Primum quippè dicunt eſſe ſi naturales nedum, ſed inſimul legitimos reliquit filios: nam eo caſu nihil eſt, quod petere valeant ex paterna hæreditate, qui tantum naturales ſunt; tanquam excluſi ab alijs, qui ex legitimis nuptijs ſunt geniti, præter alimenta, quæ à legitimis conſequentur arbitrio boni viri, iuxta præfatam auth. licet, in fine, ibi huiuſmodi enim naturalis.

Aut legitima non relicta prole decedit, ſed tantum coniuge; adhuc alimenta tantum habebunt ab heredibus, in nihilum aliud ſucceſſuri cap. ſi veró effuſa verſic. ſi quis igitur habens in auth. quibus modis natural. effic. ſui; & eodem citato verſ. exprimitur, iuncta gloſa in dicta auth. licet, verſic. coniux; quæ licet vendicare nihil valeat ab illius hæreditate, per tex. in l. 1. C. vnde vir, & vxor, idonea tamen eſt ad excludendum naturales, prout eadem Gloſa cõſiderat, eamquè ob rationem ſcribit Hoſtienſ. in ſumma qui filij ſint legit. nu. 4. nempè propter fauorem, & honorem matrimonialem, propter quem noluerit lex pati, vt viuente legitima vxore ſuccedant naturales, ne illa ſcandalum patiatur argum. l. 2. ff. rerum amotar.

Quod ſi legitima ſoboles non modo, ſed vxor ipſa abſit, in duabus dumtaxat vncijs ſimul cum matre ſuccedunt prædicti naturales, atque ideo in ſexta parte hæreditatis, ita quippè decernitur in dicto capit. diſcretis §. ſi quis autem defunctus, in authent. quibus modis natural. effici. ſui, aut extantibus legitimis, ſed renunciantibus paternam hæreditatem, ex Bart. in l. is qui bonis ff. de vulg. & pupillar. nam tunc perinde eſt, ac ſi non extarent legitimi, argum. l. 2. §. ſi filius ff. de bon. quæ liber. eſt tamen neceſſe, vt vni tantum Concubinæ ſociatus fuerit Pater, ad hoc, vt filij naturales, etiam non extantibus legitimis valeant duas illas conſequi vncias, quandoquidem pluribus exiſtentibus tunc naturales ſine dubio priuarentur omni ſpe illas conſequendi; alimenta ſolum habituri per adductum cap. ſi vero effuſa.

30 Exci-

ſtitutione, quæ nihil de prædictis ſanxit, neque diſpoſitiones iuris communis reuocauit; ideòque validè fiet ſi donetur, vel legetur illis quantitas à iure communi conceſſa, & hic eſt verus illius ſanctionis intellectus, quem illius verba ſatis apertè præportant; Nec non deciſio Rotalis 487. dubium fuit ſub nu. 1. ibi aut fit diſpoſitio par. 1. & manifeſtius altera 505. in ordine, cuius initium eſt, Cynthius num. 2. eadem par. 1. & Nauar. ſubnectens multas, & vrgentes rationes in Comment. de ſpolijs §. 19. num. 9. & conſ. 4. & 5. de teſtam. in nouis, ipſeque vt aliquid proprio marte addam, comprobo ex his, quæ in ſimili ſcripſi in rubr. de Regular. cap. de Monialibus verſ. ad ſecundam partem, vbi multis auctoribus defendo Conſtitutionem 36. Gregorij XIII. reuocantem licentias omnes ingrediendi Monaſteria, ac earum vigore ingredientes, excommunicantem non deuincire intrantem ſine licentia, dato quod rem haberet cum Moniali.

Quare citra omne dubium fateor, in illegitimos transferri poſſe omne id quod iure permittitur, non obſtante adducta Conſtitutione; neque huic reſolutioni refragatur deciſio Aldobrand. 214. dubitaui in cauſa par. 2. quæ pluribi inſinuat dictam Conſtitutionem reſpectu clericorum diſponentium verba facere, & prohibere diſpoſitionem in illorum fauorem non ſolum de bonis ab Eccleſia peruentis, verùm aliundè acquiſitis, quamuis patrimonialibus; itaque videatur inſinuare genericam prohibitionem. Nam rectius ſentienti apparebit eiuſmodi illationem nullatenus colligi rectè poſſe ex verbis illius deciſionis, ſed tantum vendicare ſibi locum, quoties vigore facultatum, & licentiarum diſponendi in illegitimos; aut legitimationum vellent Eccleſiaſtici legare, vel donare iam dictis perſonis, vltra ſummam, quàm Iura communia indulgent; Namque dixi copioſè ſuperius relatam Conſtitutionem reuocare omnes legitimationes, omneſq; licentias, facultates, diſpenſationes, & indulta diſponendi in illegitimos illiſque annullatis, & reuocatis firmum remanet ius commune, quod ſublatum in ea Conſtitutione non fuit.

Et cum neceſſe fuerit hoc in loco inſerere hanc primam declarationem illius Conſtitutionis non

37 erit erroneum ſi reliquas ſubiungam, quare ſecundam addo, vt intelligatur procedere, & loqui de diſpenſationibus, licentijs, facultatibus, indultis, aut legitimationibus expeditis ante ipſam Conſtitutionem nihil vero dicere de faciendis poſtmodum; quare aduertendum quod ſi illarum aliqua fuerit poſtmodum conceſſa, aut concederetur poſthac, ab aliqua perſona habente talem auctoritatem vigore alicuius iuris ſpecialis, quia per eandem ſanctionem apparent reuocatæ etiam ſimiles facultates, non mirum ſi nihil ageret, qui talem impartiretur legitimationem, vel facultatem: neq; ille qui illa fretus diſponeret in gratiam talium perſonarum, vltra quantitatem à Iure conceſſam. Quod ſi à ſupremo Pontifice conceſſa fuerit, ſubſiſteret vtique, ſed ne redarguar quod incautè in hæc verba deflecterim, quia etiam ſi prohibita inibi eſſet poteſtas concedendi ſimiles facultates, adhuc poſſent ſucceſſores Pontifices elargiri; recordor autē accurata diligentia me prædicta addidiſſe; quandoquidem contingere poteſt, quinimmò eueniſſe memini datam fuiſſe teſtandi licentiam in illegitimos, nulla addita clauſula derogatoria dictæ Bullæ, & dixi ex prædictis inficiari nulla ratione poſſe, ſicuti potuiſſet, ſi ipſa præterea vetaret concedi ſimiles facultates in futurum, quia tunc oportuiſſet, vt eiuſmodi concedens priuilegiū adiungeret clauſulam derogatoriam, qua vti ſolent Pontifices, cum aliquid ſanciunt contradicens prioribus Conſtitutionibus, ſi quod concedunt perpetuò robore firmum eſſe velint.

38 Tertiò declaratur non intrare vbicumque legitimatio ipſa nullum immediatè tribuit ius ſuccedendi, aut ſi tribuit, remouet præterea omne obſtaculum, famæque reſtituit; Nam quia duos tunc parit effectus; Primum quidem inducentem ius ſuccedendi parentibus, & coniunctis; qui ſublatus cernitur in ipſa Conſtitut. Alium verò reſtituentem legitimatum natalibus, famæ, atque honori, omnemq; maculam remouentem; & quia iſthæc remotio turpitudinis nullum inducit nouum Ius ſuccedendi vigore legitimationis, ſed antiquum præſeruat, ſcilicet à Iure communi conceſſum, vt hi qui infamia carent ſuccedant in bonis extraneorum, iuxtà verba citatæ deciſionis 505. ſub num. 3. & 10. atque 14. & 16. & conſiderauit vir longè inſignis in ſuis allegationibus ad fauorem cuiuſdā Ducis Italiæ, ipſeque addo aliam deciſionem eiuſdem Rotæ 368. fuit dubitatum ſub num. 15. par. 1. vbi adducit Curtium iuniorem conſ. 157. num. 24. & conſ. 310. num. 31. lib. 3. & Celſum Vgonem conſil. 26. num. 82. ideò ſi prædicta extet remotio non habebit locum Conſtitutio.

Quæ neque ſubſiſtit in alijs quibuſdam caſibus dato quod legitimationis, aut facultatis intuitu fieret donatio, vel diſpoſitio in vltima voluntate: itaq;

39 quarta erit declaratio, vt non intelligatur comprehendere laicos non ſubditos temporali iuriſdictioni Papæ, qui talibus facultatibus ſuffulti, vellent in illegitimos, aut legitimatos diſponere, ſeculares enim degentes extra territorium Papæ non compræhendit in his, quæ temporalia ſunt, Pontifex Maximus iuxta notata per Caſtrenſ. conſ. 287. volum. 1. & conſil. 290. vol. 2. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 30. de Conſtit.

40 Quinta erit declaratio, vt eos laicos ſubditos laicali Iuriſdictioni Papæ deuinciat, quatenus de bonis Eccleſiaſticis, aut ab Eccleſia obuentis diſponerent in fauorem dictarum perſonarum, ſecus ſi de alijs; ita concluſerunt, & apertis verbis Domini de Rota, in adducta deciſ. 487. ſub num. 2. & Fuſius in altera Aldobrand. 214. præſertim numero deſumens ex verbis dictæ Conſtitut. quod inibi videre licet.

41 Sextò declaratur nè vinciat clericos, & Sacerdotes ipſos, qui dictis illegitimis, etiam proprijs ſpurijs, quamuis de bonis quæſitis ab Eccleſia legarent pro alimentis, ita Nauar. citato §. 19. verſ. ex quo infertur, ſub num. 9. & citata deciſ. 487. ſub num. 2. ex his enim, quæ ſuperius deduxi, idipſum hac tempeſtate, etiam à clericis relinqui poteſt legitimatis, quod olim poterat ante præfatam Conſtitutionem, & repetit. Nauarr. conſ. 4. Reſpondeo de teſtam. in nouis,

nouis. sed pro causa alimentorum ius canonicum mulget clericis legare proprijs etiam filijs spurijs ex capit.. cùm haberet de eo, qui duxit in matrim. ibi ne notant Abb. & Cardin. Alex. atque copiosius Anton. Gabriel lib.6.commun. conclusion.tit. de alim. conclus. 1. Tuschus conclusion. 287. alimentare à num.39. in tantum quod si legatum alimentorum superaret Iustam metam, & summam, nihilominus illius esset onus probare excessum, qui ipsum opponit, ita Anton. Gama decision. Lusit.201. Ignatius quidam num.2. est verum, quod haec praestatio alimentorum cesset vbicumq; spurius perueniret ad pinguiorem fortunam, & rursus deberetur si ad tenuem rediret per auctoritatem Palatij Ruuij in cap. per vestras §.72.de donationibus inter virum, & vxorem, sequiturq; idem Gama sub num.1.quin legatum alimentorum non solum ex expressis verbis iudicatur; verum ex intentione, prout idem Gama abundè probat decision. 343. Maritus; ita quod legatum simpliciter relictum spurio, resoluatur in legatum alimentorum opinatur Benint. decis.22. testator legauit numero 3. quamuis contradicat, & perperam sanè Calcan. cons.59. requisitus num.9. dum opus esse credit, vt legatum expressè fiat pro alimentis, sed attendenda ne sit nobilitas Genitoris, eiusque bonorum valor, & filij qualitas in taxandis alimentis, non explanabo, cum praedicta, & alia multa perscrutari oporteat sine dubio quando legitimis, & naturalibus praestanda sunt; cùm verò iam dictis spurijs, discutiunt praecitatus Gama, adducta decis.343. & de Franch. decis.283. illa tamen in vita Parentis nedum statuenda fore, & subministranda certum est, at insuper ab haeredibus, dato quod ille prohibuisset dari, & multi scripserunt quos memorat, & amplius collaudat Thesaur. decis. 211. filio naturali num. 3.

42 Filiae spuriae praeterea in causam dotis legari ab eisdem posse suadet citata decis. 487. & Nauar. citato §.19. versic. subinfertur etiam: fouetque tum conclusio generica, qua resolutum est teneri genitorem dotare filiam spuriam, de qua latè Capyc. decis. 164. in causa Ioannis num.2. tùm ratio illa, quod idem ius in dote subsistit, quale in alimentis vendicat sibi locum, ex Bal.cons.456. num.10. volum.6. ob idque ea tantum quantitas alimentis aequiualens pro dote debetur, & maior summa indicaret fraudem, vt post Bart. scribit Capyc. decis.181.in causa Ioannis Francisci num.1.& Petrus Benint. decis. supracitata 22. testator legauit sub num. 5. & multa cumulat Barbos. in l.1. par.4. à num.69.ff. solut.matrim. ac propterea repeteretur in eo quod excederet ad instar legati pro alimentis, quod transcendendo legitimam summam non esset alienum á praesumptione fraudis, & à nullitate in summa excessiua, idquè multi inquiunt, & post eos Roland. á valla cons. 74. circa primum, sub num. 40. volum.1. quin etiam constante matrimonio repetere liceret post dotantis obitum ex sententia Ripae in l.1.num. 60. ff. solut. matrim. & Berm.Chouer. quem sequitur de Franchis decis.

43 104. in causa num.7. & ob eandem rationem contingit quod aliqui aiunt, vt mortua filia spuria, quia finita est causa alimentorum, reuertatur dos ipsa ad dotantem eiusue haeredes, vt est videre apud Capyc. decis.181.num.3. Benint. eadem relata decis. num.6. Crauett. cons. 186. num.16. & Menoch. cons.60. longo studio sub num.29.vol.1.& coeteris apertius Barbos. in loco citato á num.71. vbi hanc proponit quaestionem, & resoluit: dictamque vero conclusionem tunc maximè vendicare sibi locum videtur si absque liberis mori contingeret, vt insinuat Thomas Minadous in decis.21.Abb. consil.50.videtur 1.lib.2. sed contradicit Andreas Gayll. qui reuerti fatetur, dato quod cum liberis interiret, obser.88.quaesitum num.13. lib.2. & apertius Abbas cons.115.videtur 1. num.4.vol.2. dum minimè in filios spuriae transire ait, nisi fuerit expressè additum, quod insuper rectè desumitur ex verbis ipsius met Abb. cons. 50. supra citato; Verum prior sententia reputatur verior, in eamque propendet de Franch.decis.283.legatis à num.6.mihique illa summopere arridet, neque ab ea desciscerer in iudicando, maximè quod etiam filijs natis ex spurio deberi alimenta ab ipso Auo contendit illic de Franch. num.15.quos, & institui haeredes ab eodem Auo apparet verior, communior, & aequior opinio, quam omninó defendit comprobatque Ioseph.Ludouic.decis.Perusina 18.Ioannes Baptista à num. 34. & Gayll. indicata obseru. num.15. qui quidem omnes pro cautela tradunt debere Parentem relinquere spurio alimenta, eiusque filijs proprietatem; quin cauere debeat Auus ne verba testamenti, vel donationis, ita concipiat, vt videatur donare, & disponere contemplatione filij; eo siquidem casu corrueret legatum, & donatio per l. primam ff. de natural.lib. Ripam in l.1.num.69.ff. solut.matrim.& Mantic.de tacitis, & ambiguis conuent.lib.13.tit.18. num.32. prout intelligi, & fieri posse in terminis supradictae Constitut. non dubito ex praedictis, atque ex verbis met illius, quae prohibent dispositionem ad fauorem illegitimorum, ergo non extendenda ad dispositionem ad fauorem legitimi nati ex illegitimo, & ita practicaui non semel, ac determinari feci, sed cúm alicubi viget vsus prestandi subuentionem Domino pro filia maritanda sicuti ea viget consuetudo in Regno Neapolis per Constit. Comitibus, vbi Isern. & Afflict. multos congerunt casus, in quibus talem subuentionem, & per illam Constitutionem adiutorium appellatam, deberi scribunt, nec non Campagna super Caput Regni non tamen deberetur pro maritanda filia naturali, & spuria, prout citatus Gaylius approbat indicata obseruat, & Vincentius de Anna sing. 11. & 12. Iacob. de Sancto Georgio, tract. de feudis fol. 27. vers. Sed restat, Freccia de subfeudis lib. 2. §. saepè sui interrogatus num.21. & §.quaerunt peritiores Regni Cannet. in cap. Regni Siciliae, si aliquem, in verbo ad illam quaestionem, & Garzias Mastrill. in decis. Consistorij Panormitani 85. Vitam, & Militiam num.26. coetera ad istud adiutorium opportuna cum opus erit ne lectorem pigeat videre apud Doctores mox citatos, & insuper apud alios iam citandos, scilicet de Franchis decis. 42. nec non 215. & 306. Iacob. de Ayello in tractat. de Iure Adohae num.24.

44 Ad alias nunc retrogredior declarationes citatae Pianae Constitutioni congruas, & septimam nunc aggredior, vt ea minimè abroget priuilegia, facultates, gratias, & indulta, ab Imperatore, Regibus, aut

aut alijs habentibus iura regalia concessa personis extra temporale dominium Papæ existentibus; etiã si hi, filij spurij clericorum sint; ita quippè respondet Nauarrus conſ. 5. num. 6. de testam. in nouis, fouetq; tum ratio, quod hi à Iure habent huiusmodi facultatem, quare subintrat declaratio primò loco relata, quin, & procedit quod adducta deciſ. 487 affirmat sub nu. 1. quod si aliquis retineret eiusmodi facultatem à iure, non diceretur per dictam constitutionem reuocata. Nisi enim in Imperatore, Rege, & alijs prædictis explicaretur, incassum dicta decisio vteretur verbis relatis; tum demum altera ab eodem Nauar. adducta, quod nunquam Papa intendit illorum auctoritati, ac priuilegijs derogare, quod illic optimè probat, & condecens ni fallor adducere potero exemplum de derogatione Iurispatronatus ab eodem supremo Pontifice facta, quam nõ complecti Iuspatronatus Regium fatetur Cassan. in tract. Gloriæ mundi par. 8. consil. 46. & conferunt, quæ Freccia in tractat. de subfeud. lib. 2. different. 30. & Couar. pract. qq. cap. 36. num. 20. scribunt, ipseq; Latius dicam nu. 503.

45 Octauo, & vltimo declaratur, quod si non obstante prædicta Constitutione auderet aliquis eorum qui in ea compræhensi dicuntur, (maximé si Sacerdos) legare eiusmodi legitimatis, aut illegitimis, & priuilegio suffultis aliquam summam à iure communi non permissam, nequeat Fiscus Apostolicus in ea quantitate aliquid prætendere, sed tantum venientes ab intestato, si hæres scriptus nemo fuerit.

Idque primo comprobo verbis eiusdem Constitut. ibi, quodque per quascumque derogationes, reuocationes, aut alias contrarias dispositiones, illis quorum interest præiudicari nequeat.

Secundo ex altera eiusdẽ Pij 5. sanctione 152. ad Romanum Pontificem, vbi orta contentione inter Bartholom.eum de Lanzonibus proximiorem quondam Presbyteri Barnabæ de Lanzonibus, & Sanctum filium spurium dicti Barnabæ, super illius bonis, quorum vterque ad se spectare contendebat; ad illum scilicet tanquam proximiorem; ad istum veró antea legitimatum, & tanquam hæredem institutum; & quia contra eundem institutum vrgere prædictam Pij Constitut. 120. dicebatur pro parte ipsius Bartholomæi, eamque tamen non intelligi in bonis patrimonialibus per ipsum legitimatum, & institutum, replicabatur; Ideó Summus Pontifex declarauit suæ intentionis fuisse in ea compræhendere etiam bona Patrimonialia: ex his manifestè liquet, quod si Fiscus Apostolicus aliquid prætendere potuisset in præiudicium venientium ab intestato, nulla mota esset controuersia inter ipsum proximiorem, & spurium prædictum: quin, & Pontifex declarando suam intentionem circa patrimonialia, eam sanè in gratiam Fisci, non ipsius Bartholomæi fecisset.

Tertio hanc eandem confirmo resolutionem ex Iuris dispositione, qua concluditur relictum filio spurio, haberi pro non scripto; illudq; remanere apud hæredes in testamento institutos, & his deficientibus ad venientes ab intestato, excluso prorsus Fisco, cui applicari nullatenus debet, vt ait Bart. in l. fin. num. 8. ff. de his quibus, vt indig. & l. hæredibus num. 1. C. adducto tit. Bal. in l. 1. num. 5. C. de natural. liber. Frãcisc. Marcus deciſ. Delfinal. 89. par. 1. Harthmanus in 1. tomo quæst. Iuris. quæst. 40. sub num. 15. eamque communem esse conclusionem Doctorum, fatetur Alex. conſ. 74. circa primum num. 6. lib. 3. & Iulius Clarus in §. testamentum q. 31. sub num. 3. quibus sanè modis argumentandi vsus est in hac specie contra Cameram Menoch. (visus die 10. Nouembris 1610 diú postquam hæc scripseram) conſ 511. respondendum à num. 18. vol. 6. hæc autẽ resolutio satis validè tuetur octauã, & supra traditam declarationem ad dictam Constitutionem Pianam, quamuis non ignorem hanc met resolutionem admittere duas restrictiones, Primam scilicet, si non palam, & publicè reliquit spurio, at secretò, & per interpositam personam habendo fidem de illa, quæ eidem Patri testanti fidem dederit de soluendis, aut restituendis bonis, spurio ipsius testantis, tunc enim ab ipso spurio tanquam ab indigno auferret Fiscus, per l. eum qui ff. de his quibus, vt indign. Bolognin. conſ. 24. & Soccin. consil. 84. vol. 4. ac perbelle Clarus in §. fin. quæst. 79. num. 7. Verum hic contingit dubitatio, si ab aliquo habente spurium fuerit aliquis institutus hæres, ipseq; aduersa valetudine laborans instituerit sibi hæredem prædictum spurium, ac filium eius, qui eundem nunc testatorem, tunc hæredem fecerat; cum spurium à quocumque institui posse præter quam à Patre non dubitetur, seu consequi donationem in vita, iuxta gloſ. in §. vltima siquidem, ad verbum participium in auth. quibus modis natur. efficiuntur sui, ac propterea iustè, & summa ratione hæsitatur, dicta ne institutio præsumatur in fraudem facta; atque inter ipsum modernum testatorem, & priorem intercessisse fidẽ de restituenda hæreditate, iam dicto spurio ipsius primi testatoris: & quamuis non valeat testator in proprium spurium directè, aut indirectè per interpositam personam disponere. ex Menoch. de arbitr. Iudic. casu 459. lib. 2. num. 27. attamen Bart. respondet negatiué in l. si is qui, num. 3. ff. de vulg. & pupill. eumque sequuntur communiter DD. vt inibi testatur Alex. num. 6. & admittit Clarus citat. quæst. 31. sub num. 5. nisi aliquæ coniecturæ concurrant, quibus præsumatur interuenisse fraudem, exemplificatque in eo, qui dum vitteret permisisset dictum spurium administrare, & possidere bona sibi relicta, idquè post Castrenſ. Bar. & Alex. scripsit Mising. obseru. 35. spurius, sub nu. 8. vbi præterea exemplificat in Instituente, & grauante expræssè institutum, vt restitueret hæreditatem suo spurio, id enim facere nequit, teste Natta conſ. 402. nu. 52. quare his non extantibus coniecturis, onus sit Fisci probare fidem datam, & institutionem primo factam sub tacita conditione de restituenda hæreditate ipsi spurio, vt obtineat, scripsit Soccin. adducto consil. 84. sequiturq; Clarus indicata quæst. 79. sub num. 7.

46 Quod si testator relinquat bona sua, vel portionem illorum alicui executori, eumque grauet de distribuendo in pauperes, etiamsi distribuat in filiũ spurium testatoris, cessat omnis præsumptio fraudis, ac tutè recipit idem spurius, ex Bar. in l. fin. C. de his quibus, vt indig. Zasio in dicta l. si is, qui numero 12. & Mising. adducta quæst. 35. num. 9.

47 Imò si filio legitimo, & naturali impuberi substituat

stituat spurium, poterit ille si institutus intra tempora moriatur succedere in bonis dicti impuberis, vt latè idem Zasius in eadem l. si is qui, num. 11. & Mising. citato loco, num. 6.

48 Et cùm Pater vendidit bona, nequit emptor eadem reuendere spurio venditoris, quia præsumitur fraus, ex his, quę copiosè in hac materia notat Andr. de Isern. sing. 6. vbi per. l. qui sibi C. de distract. pignor. notandum duxit contra fraudes quas faciunt sacerdotes, & alij, qui spurijs donare nequeunt: Rem namque vendere alicui confingunt, emptorque postmodum spurio venditoris, titulo venditionis trāsfert rem emptam, & interim prior venditor, dictique spurij parens retinet semper illius possessionem, quam nunquam dimisit, & propterea fraus euidenter constat, nihilque alienasse dicitur, per l. si nulla ff. de pignor. action. & l. qui testamentum ff. de probat.

49 De illo autem, qui reliquit filio spurio aliquam summam confitendo cum Iuramento se in illa debitorem spurij, non exilis est controuersia, quid dicendum; propterea quod expressius adest text. in l. cum quis decedens §. Titia honestissima fœmina ff. de leg. 3. vbi confessio debiti in testamento facta inter illas personas in quibus est vetitum legatum, & hæredis institutio, non subsistat tanquàm facta in fraudem; aliaque suppetunt, quæ notat Andreas de Isernia sing. 8. & Anton. Gama decis. Lusitana 135. Mulier quædam; Ipseque scripsi in meis recollectis verbo Meretrix el 2. quæ postmodum rescripsit meus Sobrinus Prosper Petra in addit. 1. ad decis. Capycij 44. & vera est sine dubio isthæc resolutio, licet aliquæ quandoque succurrant coniecturæ fraudem prorsus excludentes, quibus vera iudicatur confessio ex Capyc. decis. 203. in causa Magnifici num. 19. & in his proprijs terminis confessionis factæ ad fauorem filij spurij, decidit num. 20. Ita etiam si bona à Patre alteri vendita, & postmodum à spurio empta, quia omni fraude carere eiusmodi emptionem, si propria industria potuerit spurius acquirere pretium quanti emit, defendit Andr. de Isernia adducto sing. 6. nota bonum textum, num. 3. cum seq.

50 Neque silentio inuoluam perutilem conclusionem circa forum interius, quod tacitè rogatus restituere hæreditatem spurio, teneatur in conscientia eam summam Fisco dare, ex Bar. in d. l. fin. ff. de his quibus, vt indig.

51 Altera verò restrictio, quam pollicitus sum ad conclusionem statutam, num. 45. ea erit ne subsistat post duos menses: quandoquidem poterunt consanguinei infra bimestrè tempus á scientia numerandum reuocare, & vendicare relicta spurio per Parentem; quo tamen elapso non impedietur Fiscus subintrare, & dicta bona capere, vt ait Crauet. cons. 166. numero fin. & Andreas de Capua sing. 8. Corneus cons. 103. repetito sub nu. 1. lib. 3. & Menoch. consil. 60. longo studio num. 40.

Velim autem post hæc, nè Lectorem lateat, eos, qui stricto sumpto vocabulo, spurij nuncupantur, & vulgo concepti, quia sub priori parte distinctio-
52 nis relatæ, continentur, scilicet natorum ex coitu nusquam damnato á Iure Ciuili, admitti ad matris successionem sicuti, & naturales ipsos admitti edisertaui nu. 31. & consequenter ad instar legitimorum, & naturalium, iuxta §. nouissime institut. ad Orfic. l. hac parte la 2. ff. vnde cognat. & l. 1. §. sed & vulgo ff. ad Senat. Consult. Tertull. idque adeò quod eisdem cum ampliationibus admittendi omninò sunt, quas supra retuli in successione Matris respectu naturalium tantum, & repetit in his spurijs, & vulgò conceptis Aynot. institut. de hæred. quæ ab intest. deferunt. vers. de successione spuriorum num. 4. vno tantum excepto casu, si mater sit Illustris, quando consideratis verbis l. si qua Illustris, C. ad Orfic. naturales matri Illustri, ita succedere etiam extantibus legitimis tametsi dixerimus, ac si ignobili; spurios tamen, & vulgò conceptos negamus, ex verbis eiusdem textus vers. sin autem concubina.

53 Vetus autem fuit quæstio non exilis, atque inter recentiores scribentes pergrauis circa filios natorum ex sacrato, & cōcubina, quos inter spurios numerari substinuimus nu. 22. etenim à materna successione prorsus excludi cēsuerunt mille Doctores, maximè Capra cons. 109. Couar. in 2. par. de sponsal. cap. 8. §. 5. nu. 17. Vrsill. ad Afflict. decis. 96. nu. 7. & Molina de Iustit. & Iure disput. 167. vers. licet in conclusione, tomo 1. sed non propterea defuerūt qui auctoritatibus, & rationibus validissimis defenderent contrariam sententiam; ipsamque omninò veram asseuerarent, ac præsertim Afflict. in Constitut. Neapol. sicut accepimus num. 2. & 3. de filijs Præsbyt. Anton. Gama decis. Lusitana 136. vbi ita iudicatum adnectit per Senatorem de Ceruaglio, in processu Gasparis de Faro; & licet postea sub num. 3. affirmet contrarium fuisse resolutum in casu tunc currenti; illa tamen non Iure communi suffulta est resolutio, sed iure Regio illius Ragni, de quo in lib. ordin. 4. tit. penult. cuius ordinationis verba rescribit Molina indicato loco: & alijs multis præteritis auctoribus, huic sententiæ fauet Mising. dum in §. quibus sub num. 5. Instit. de hæred. quę ab intestat. deferunt: recenset incestuosos, nefarios, & adulterinos inter natos ex complexu vetito de iure ciuili, eosque nullatenus succedere parentibus vtriusque sexus ait; & demum conatur totis viribus tueri, atque à morsibus aduersariorum eximere Harthmanus in 1. tomo quæst. Iuris, & propriè quæst. 42. vbi etiam aliorum coaceruat responsa pro hac sentētia, & tàm ipse, quàm alij prædicti affatim respondent cunctis in contrarium adductis motiuis; tu, videto: Nam viginti quatuor ferè columnis hanc veritatem inquirit.

54 Cum vero spuriorum excogitamus successionem in bonis Patris, seù aliorum ex paterna linea ascendentium, tuta est responsio negatiua, cum incertum habeant genitorem, per gl. f. in citato §. nouissimè, & textum cum notatis in l. si spurius, & l. hac parte ff. vnde cognat. nisi tamen particulari statuto loci admitterentur, iuxta Bal. dictum in l. 1. num. 3. C. de Iure aureor. anul. fusissimèque explicat Nicolaus de Vbald. in tractat. success. ab intestat. num. 38. quamuis Bart. & alij contradicant, ne in crimen sacrilegij incidamus, si de statuentium auctoritate dubitare, aut disputare velimus, ad l. disputare C. de crimin. sacrileg.

Ad secundum nunc accedimus caput Principis distinctionis á nobis propositæ; nempè ad successionem,

55 ceſſionem, quam prætendunt aliqui nati ex illicito complexu, ac iure etiam Ciuili interdicto, quales ſunt adulterini, inceſtuoſi, & nefarij; Hi quippè nullam habent ſucceſſionem parentum, quemadmodum Myſing. adnotauit in §. quibus, ſub numero 5. inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtat. deferunt, additque declaratiuè Aynot. in titulo citato; verſic. de ſucceſſione liberorum ex damnato coitu natorum, poſt num. 2. intelligi de parentibus vtriuſque ſexus, hoc eſt Patre, atque Matre, & linea vniuſcuiuſque eorum; Nec tantum ab inteſtato, verum ex teſtamento, ad quod probandum cumulat iura multa, quæ præterire licet, cum res ſit omnibus obuia; in tantum quod etiam alimenta denegant illis iura Cæſarea, ſed Pontifices maximi, in hoc humaniores, mitigarunt Iuris Ciuilis duritiem, præſertim in capit. cum haberet, de eo, qui duxit in vxorem, quam polluit per Adulter. cuius Canonis ſanctio in terris Eccleſiæ nedum, at Imperialibus, & aliorum Principum ſubſiſtat, rectè adnotarunt omnes, in ipſomet capite; & hoc Iure ſine dubio vtimur. Ac fouetur Doctoribus mille cumulatis per Cenedũ in ſua Collect. ad idẽ caput, cũ haberet, quęq; eſt Collect. 168. par. 2. à nu. 5. adhuc reſpectu Matris, teſte Antonio Cordoua de Lara in l. ſi quis à liberis §. idẽ reſcripſit n. 35. ff. de liber. agnoſc. quãuis ceſpitet Couar. in 4. par. 2. c. 8. §. 6. ſub nu. 13. quin, & reſpectu Aui docet, lateq; examinat illic Cordoua à nu. 40. & ſtatutũ ſi extaret Parentes eximens à præſtandis alimentis iã dictis filijs, neq; ſubſiſteret, teſte Brunoro à Sole, & affatim prædictã quæſtionem extricante in qq. legalib. q. 50. Verũ ceſſat obligatio de alẽdis, ſi aliũde habere poſſent victũ, Lancell. Gallia in cõſuet. Alexand. in gloſ. Solidos, quæſt. 6. nu. 31 Roland. conſil. 54. nu. 52. & conſil. 55. num. 5. volum. 2.

Et quoniam multis in caſibus diximus naturales ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato tùm Patri, cum matri, non erit inutile ſubnectere quæſitum, ſit ne prædicta ſucceſſio admittenda in omnibus Parentum bonis, & Iuribus, cuiuſcumq; qualitatis ea ſint, an verò prohibita in ali-
56 quibus, & primo in feudis? & reſponſio veriſſima erit illegitimos omnes à feudorum cõſequutione reijci ex c. 1. §. naturales ſi de feud. defunct. fuerit controuerſ. inter Domin. & Agnat. vaxall. etiam ſi reſcripto fuerint legitimati, iuxta notata per Peregr. in tract. de fideicomm. artic. 24. nu. 9. niſi expræſsè fuerint habilitati ad feudum, Clar. loco mox citando, eſt verum, quod iſthæc concluſio duas admittit reſtrictiones, & eas notabiles.

Prima quippè erit, quoties feudum eſſet pro ſe, & filijs, etenim includerentur eo caſu naturales, quos appellatione filiorum venire vbicumque de filijs ſimpliciter mentio fit in contractibus, ediſſertat Paleott. de noth. & ſpur. cap. 30. multumque opitulatur textus in l. Lucius. in fine ff. de legat. 2. & tradunt Doctores magis communiter in l. ex facto §. ſi quis rogatus, vbi Ripa, poſt alios num. 58. ad Trebell. & infinitos coacervat Peregrin. de fideicomm. artic. 22. ſub numero 80. & Iulius Clarus in §. emphyteuſis, quæſtio. 30. eamque tunc potiſſimum veram exiſtimo, cum reliqui legitimi, & naturales deſunt, quando etiam ad primogenituram admitti defendunt Pancirol. conſil. 169. num. 9. & Decian. reſponſo primo, num. 163. volumine 3. ac generatim loquens Peregrin. in dicto tractat. de fideicomm. artic. 28. numero 45. & 50. exemplificans, in fideicommiſſo etiam vendicare ſibi locum; ſi itaque Regula eſt generica, quin eam declarant Doctores in emphyteuſi, fideicommiſſo, & Primogenitura, idipſum, & in feudis dicendum eſt, maximè quod in ſucceſſione Regni admittendos naturales non extantibus legitimis, expreſsè concluſerunt, perplures Doctores, & ideò Dominum Antonium ſucceſſurum fuiſſe in Regno Luſitaniæ, niſi extitiſſet Sereniſſimus Phylippus Secundus, legitimus, poſt Coſtam, Amodeum de Ponte, & alios, qui pro Phylippo Rege reſponderunt, ſcripſit Raudenſ. conſil. 1. num. 143. & conſil. 2. nu. 133. volum. 1.

Secunda reſtrictio eſt, ſi curſu temporis ad aliquod feudum ſuccedere naturales conſueuiſſe
57 pateat, inductamque eſſe conſuetudinem, illos admittendi ex qua cenſeri in primis remotum fuiſſe obſtaculum, quo detinebantur antea ne ſuccederent, atque inſuper, eius ſit efficaciæ, & roboris, vt quamuis ex natura diſpoſitionis, eſſet aliud ſentiendum; nihilominus eadem natura, contrario vſu, ac modo tollatur, vt per Iſern. in capit. 1. num. 4. qui feudum dare poſſint, ſequitur Camerar. in repet. l. Imperialem fol. mihi 581. de prohib. feudi alienat. per Federic. exinde legimus verba ſtipulationum, & contractuum, ſeù conceſſionum ab iſta obſeruantia ſubſecuta potiſſimum declarari, apud Bart. conſil. 59. commune Spoleti num. 6. volumine primo, latiſsimè Beccius conſil. 101. num. 48. in fine libro primo, & poſt alios multos, quos citat, ſcripſit Ioſeph, Ludouic. concluſ. 38. de obſeruantia ſubſecuta, & eius effectu. verſic. infertur 27. nec non Gabriel lib. 6. comm. opin. tit. de conſuet. concluſ. 1. Ideoque reſpondit Comenſis conſil. 99. quædam poſſeſſio; quod ſi Abbates per quadraginta annos incluſerunt fœminas in inueſtituris, quæ prius non erant compræhenſæ, inducatur conſuetudo, qua debeant quoque in futurum admitti, inductaque conſuetudo infeudandi bona pro fœminis quoque, & poſt Curtium Iunior. de feud. part. 2. in princip. verſic. 6. & Capyc. in inueſtit. feudali, verbo feudum dans Prælatus, limitat. 3. ſcripſit Burſatus conſil. 150. Nec eſt, num. 24. volumine primo, & Decian. reſponſ. 24. num. 107. volum. 1. & cum dubitatur ſit ne Cappellania beneficium, quia vtrum ne concurrerint illa ſex, quæ neceſſariò requiruntur, vt beneficium dicatur Eccleſiaſticum, ignoratur, ex ſubſequenti tamen vſu iudicatur; ita quod ſi fuerit ſolitum conferri, vel ſi ad præſentationem alterius prouideri, certè vtrumque beneficium erit, illud ſcilicet collatiuum, iſtud verò Iuriſpatronatus, vt Latius eſt videre apud Hieronymũ Gonzales in Comment. ad 8. Regul. Cancellar. gloſa 5. numero 51. cum ſeq. nec ſine ratione, iſta contingunt; at illa validiſſima, quod eiuſmodi obſeruantia adeò potens eſt, vt inducat nouum titulum, & contractum, vtque Princeps illam tollerans videatur conficere actum, ſecundum illius tenorem, vt poſt Crauett. conſil. 19. nu. 4. tradit Raudenſ. conſ. 60. num. 42. vol. 1. & in forma

danda inuestituræ feudali in futurum Afflict. decis. 305. num. 11. voluit binum actum satis esse, & sequitur Bursat. consil. 49. num. 64. sicut etiam videmus geminatum actum cum cursu temporis sufficere ad insinuandum, etiam bona Ecclesiæ, sine aliqua solemnitate, & docet Curt. Iunior. de feud. part. 2. quæst. 3. & 4. & hoc est, quod dicunt pariter Doctores, de ista obseruantia, ne requirat aliquam præscriptionem, sed sufficiat aliquando ita fuisse seruatum, per duos, aut tres actus infra spatium annorum decem, vt ait additio ad decis. 6. Rotæ, exordientem, quæritur numero 11. sub titulo de consuet. in nouis, demumq; eadem Rota decis. 574. Difficultas proposita num. 4. parte prima diuers. & pariter, ita in plerisque alijs casibus responsum est, hanc obseruantiam operari, quamuis verba non patiantur, & videre conuenit in his, quæ scripsit Soccinus consil. 145. circa primum, numero 2. volum. 1. Beccius, & Rauden. in locis supra citatis, Crauett. consil. 754. in fine, & consil. 766. num. 8. Honded. consil. 92. num. 30. qui præterea subnectit, quod, & si obseruantia sit contra verum intellectum dispositionis, tamen attendenda veniat pro illius interpretatione, Menoch. etiam consil. 390. controuersa, & grauis, num. 16. de admittendis personis, quæ non erant comprahensæ in inuestituris attenta iuris dispositione, sed tantum ex obseruantia subsecuta, agit, & consil. 745. cum grauis num. 39. illam ex obseruantia declarari ait, quare Thobias Nonius consil. 1. num. 36. obseruantiam admittendi fœminas ex duplici concessione deducit, quinimmò nec requiratur pluralitas actuum ad inducendam obseruantiam, quoties vnicus profertur, qui sit notorius, & publicus, notat Decian. respons. 96. num. 8. volum. 3. Berous consil. 95. numero 13. in princip. vbi propterea existimat vnicum sufficere instrumentum.

Neque supradictæ rationi, tàm validissimis auctoritatibus confirmatæ obstare (mea sententia) poterit responsio Aquiros, quam vt euerteret hanc eandem rationem, & ab ipsomet illic, tacitis tamen auctoritatibus relatam, in sua Apolog. par. 4. num. 80. scripsit, inquiens, non esse in consequentiam trahendos eiusmodi actus, tamquam non ratione, sed errore introductos; Ideoque in alijs similibus obtinere non debeant, per l. quod non ratione ff. de legibus, quin ad consequentiam duci nequeant, quæ contra Iuris dispositionem apparent recepta, per l. quod veró ff. eodem titulo de legibus, Namque ambas illius assertiones refellemus, si eam solam considerationem adducamus, & ratione introductos esse eiusmodi actus affirmabimus, iustaque auctoritate, & propterea adducendos in consequentiam. Ratio autem, & auctoritas satis constant, dum consuetudo ex multiplicatis actibus supponitur, & quibus supra demonstrauimus, satis claré remotum esse obstaculum, inductamque consuetudinem succedendi ad fauorem illegitimorum, eamque in posterum attendendam.

Credo tamen, quod si aliqua specifica causa, nempè dispensatione illis concessa admissi fuerint ad feudum, nulla poterit dici introducta consuetudo, qua niti in futurum valeant reliqui illegitimi, prætendereque admitti ad feudum, si consimili dispensatione non foueantur, & nequit ex illis actibus consuetudo aliqua induci, vt optimè Ruinus aduertit consil. 34. sub num. 11. lib. 1. præsertim, quod Papa, seù alia suprema potestas dispensare nequaquam cogitur, aut gratiam vllam elargiri, si Geminiano credimus in capit. licet canon. §. fin. in princip. de elect. in 6. & per ora hominum circumfertur, Prouisiones Apostolicas non operari statum aliquem, refertque Aegidius Bellam. decis. 107. Dec. consil. 126. in causa Domini Francisci in fine; Lambert. de Iure patronat. lib. 3. quæst. 7. princip. artic. 6. & 7. & Achill. decis. vnica, de statu benefic.

58 Secundo videndum est, si Parentibus succedant in emphyteusi Ecclesiastica; & quia Ecclesia potissimum abhorret illegitimos istos, ideó quò ad talem emphyteusim inhabiles iudicarunt Bald. in l. generaliter §. cum autem, sub num. 2. C. de institut. & substitut. Felin. in capit. in præsentia num. 24. Dec. sub num. 47. de probat. Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus num. 63. ff. ad Trebell. Alexand. consil. 94. consideratis his, numero 5. & consil. 128. consideratis verbis, num. 7. volumine primo, idque dato quod fuerint per rescriptum legitimati, inquiunt in eodem §. cum autem, Bald. Salyc., & Ias. nec non Imola, & Alexand. in l. quod dicitur ff. de verborum oblig. idemque Alexand. indicato §. si quis rogatus, nec non consil. 60. visa, num. 4. volum. 2. Dec. consil. 155. diligenter num. 7. & post alios Peregrin. de fideicomm. artic. 24. num. 10. extatque modernis his temporibus Constitutio Pij Quinti, quam superius laté explicaui, & lector videre poterit.

59 Tertio. Videndum est, quid sit dicendum respectu iuris patronatus, & breuibus vtens verbis, fateor habiles eos esse, & idoneos ad illius successionem, idque præ ceteris affirmat, & multis rationibus tuetur Rocchus de Curte in tract. de Iure patronat. versic. competens num. 9. Bald. in l. eam quam, in finalibus verbis C. de fideicomm. tangit Lambert. in loco mox citando, & omninò veram sententiam dicit Gigas in tract. de pension. quæst. 16. num. 2. & 7. vbi præterea perbelle explicat, addo Menoch. consil. 90. primæ dubitationi, num. 18. volum. 1. Peregrin. consil. 34. in hac causa num. 11. volum. 1. neque dissentit Gabriel consil. 195. Anno, volum. primo, sed potius annuit num. 6. quò ad Ius patronatus acquisitum ex dotatione, & fundatione, licet contradicat in eo, quod ex priuilegio, & nulla valida ratione diuersitatis adductus; hinc est, quod legitimum natum ex matre naturali, aut spuria succedere in Iure patronatus scripserunt Butrius consil. 29. visis numero 3. & Anchar. consil. 355. incipiente etiam, visis; ergo id contingit, quia eius mater illegitima

tima ſuccedit in eo, ſi enim filius illegitimus non ſuccedit Patri, neque nepos legitimus ex illegitimo ortus ſuccederet, per l. vltimam ff. de natur. lib. Tiraquell. in tractat. de Iure primogenit. quæſt. 12. num. 13. atque Mantica lib. 11. vltim. volunt. tit. 12. num. 33. quod ſi eſſet legitimatus, hæreſis ſine dubio eſſet in Iure tenere contrarium, quin & ipſum omninò ſuccedere deciſum teſtatur idem Rocchus, ante prædictum num. 9. & multis, tùm auctoritatibus, tùm rationibus, defendit Lambert. etiam ſi à Principe laico emanaſſet reſcriptum legitimationis, in tractat. de Iure patron. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. artic. 29.

60 Quartò loco conuenit illam proponere quæſtionem, nec ne ſuccedant parentibus, quò ad nobilitatem, cognomen, honores, & alia ſimilia; & quidem illegitimos omnes, haúd dici eſſe de domo, ſiue agnatione, aut familia parentum, vel caſata (vt Itali vulgò dicunt) ſatis apertè inſinuant Dyn. in l. cum Pater §. Mater ff. de legat. 2. Andreas de Iſernia in capit. 1. ſi de feud. defunct. fuerit controuerſ. Bart. in l. tutelas, in princip. ff. de capit. dimin. l. pronunciatio per illum text. ff. de verbor. ſignific. & l. vltima, ibique Bald., Salyc. & alij C. eodem titulo, Bart. in tractat. de inſignibus, & armis, num. 11. Alber. in prima parte ſtatut. quæſt. 138. Florian. in l. qui teſtamentum, ad finem ff. de probat. Anchar. & & Franch. in capit. 1. ſtatim poſt princ. de ſciſm. in 6. Ioann. de Platea in l. ſi Senator, ad finem C. de dignit. lib. 12. Capra conſil. 40. Punctus fuit, per totum primum dubium, & alijs omiſſis Corneus conſil. 169. in hac, numero 3. & 7. volumin. 3. & copioſè Tiraquell. de nobilit. quæſt. 15. à numero 12.; Neque parentum nobilitatem acquirunt, aut inter nobiles vllo pacto collocari poſſunt, quod poſt alios multos iuris peritos, fatetur Tiraquell. indicato cap. 15. num. 10. Inſuper neque ad parentum inſignia ſubingrediuntur, illiſque vti poſſunt, quæ apud Italos arma dicuntur, prout eo in loco aduertit præfatus Tiraquell. & è modernis Scriptoribus. Michael ab Aguirre in ſua Apolog. part. 4. num. 11. quamuis in omnibus his caſibus vehementer collaudandam eſſe conſuetudinem, certum ſit, probatque Ioan. de Sainſon, in Conſuet. Turon. rubrica de Trois Droicts Chaſtellain, artic. 2. Paleott. in tract. de Nothis, & Spurijs, cap. 60. & 61. qui in ipſo capite 60. num. 5. illud præſertim aduertit, vbique ferè communem vſum hodie vigere, quo illegitimi de eius domo, & familia cenſeantur, cuius, & filij habiti ſunt, ex Soccin. conſil. 102. viſa ſcriptura, volum. 3. num. 9. Angel. conſ. 30. ſuper primo dico, num. 6. atque Corneo adducto conſil. 169. huncque vſum obſeruandum, ex Bart. & alijs, non dubitat, eo quia popularis ſermo præualet propriæ ſignificationi, ex l. cum delanionis. §. Aſinam ff. de fund. inſtruct. & Quintilian. non immeritò ſcripſit, quod auctoritatem ſermonis ſuperat conſuetudo; Quod autem vbique locorum conſuetudine obtemptum ſit, vt baſtardi deferant Arma domus, è noſtris Neapolitanis, teſtatur vir ille præcipuus Matthæus de Afflicto in tractat. Prothomiſeon gloſ. 1. verſic. item quæro, an conſanguineis Baſtardis, nec non in capit. primo, verſic. an autem ſpurij, ſub numero 33. quis dicatur Dux, præter alios ex multis ſupra citatis.

Reſpondi itaque, & copioſè citra dubium, quæſtui propoſito num. 25. Vtrum ne illegitimi

61 reputentur habiles ad ſucceſſiones, nunc videndum, ſi idonei iudicentur pro ingreſſu Religionis, & duo eſſe diſtinguenda tempora, recolimus; Nam primum eſt tempus iuris communis Canonici, ſecundum vero conſtitutionum à Summis Pontificibus, poſtmodum emanatarum, & in libro Bullarij regiſtratarum, & quia de hac reſcribo inferius, nec ſine cauſa, ideo hoc in loco ſubticere duxi, adeat igitur lector, & percurrat quæ ſcribam à num. 115.

Ad Beneficia tandem inhabiles ſunt, prout inferius numero 63. eloquar, prius tamen rationes

62 aliquas recenſere duxi, quibus cognoſcatur quam ob cauſam illegitimi reputentur inhabiles quo ad ſucceſſiones, ordines, beneficia, & Religionem, iuxta notata hactenus, & quæ poſt hac adiungam.

Et Prima, ac meo iudicio validior ratio eſt infortunata ſors eorundem illegitimorum, Iure ita diſponente; eamque deſumo, ex Soto in 4. ſentent. diſtinct. 41. artic. 4. ad ſecundum, & Henriquez in ſumm. Theolog. moral. lib. 11. cap. 20. §. 4.

Secunda eſt, quia vilibus, & infamibus non patent portæ dignitatum, iuxta Regulam infamibus de regul. iuris in 6. non enim eſt dubium, quin obſcuretur hominum claritas, ex vitioſa origine, vt inquit Diuus Thomas in ſupplement. ad 3. part. quæſt. 39. artic. 5. Ideò Cathecheſis Romana loco ſupracitato, verba illa ſubnectit (ſcilicet) decet enim, vt qui ſacris addicuntur, nihil in ſe habeant, quo ab alijs merito contemni, ac diſpici poſſe videantur.

Tertia quippè ratio eſt, quia ſolent eſſe imitatores paterni criminis, Paternæque incontinentiæ cap. 1. diſtinct. 56. cap. vndecumque, iuncto capit. ſi Gens Anglorum, eadem diſtinct. & capit. ſi quis cum Militibus 6. quæſt. 1. ſuccurritque vulgatum illud Adagium.

Sæpè ſolent filij ſimiles eſſe Patri.

Quarta eſt ratio, quia ſic deteſtamur Parentis crimen, ex quo indecorum eſt, vt in Altaris officio illegitimus filius impudico Patri miniſtret, c. cum decorem de filijs Præsbyt.

Quinta ſatis clarè depromitur ex eo, quod ex commiſtione meretricum nati, æſtimandi ſunt degeneros populos, ignobiles, furenteſque libidine fore procreandos, & ad extremum ad deteriora, & ignobiliora vergentes, nec bello ſeculari fortes, nec in fide ſtabiles, neque honorabiles hominibus, nec Deo amabiles eos eſſe venturos, ſicuti ſcriptum reperitur in dicto cap. ſi Gens Anglorum. 56. diſtinct.

His igitur ex rationibus, nequeunt ordines adipiſci Eccleſiaſticos, Religionem profiteri, aút ſucceſſiones parentum conſequi, iuxta tamen declarationes, & alia, quæ ſuperinde notaui à

63 Principio huius capitis, & ob quas nunc adiungo, neque beneficia Ecclesiastica impetrare posse, aitque præterea Rebuff. tractat. de pacif. possess. numero mihi 220. Abb. & alij, in cap. ad extirpandas de filijs Præsbyter. quamobrem si eis conferantur beneficia, nullius sit validitatis collatio dicit Nauarrus consil. 3. numero 4. de ætat. & qualit. sicuti, & electio ex cap. innotuit, cap. per venerabilem, iuncto capit. cum in cunctis, de elect. quin & resignatio in eorum fauorem admissa à supremo Pontifice nesciente impedimentum istud illegitimatis, sit nulla, & inualida, tradit Paris. de Resignat. benefic. lib. 4. quæst. 4. num. 8. comprobans decisione Tholosani, quam recenset Rebuff. (vt ipse asserit) in tractat de pacific. possess. num. 225. sed Parisium non vidisse Rebuffi verba existimo, vt subiiceam non intellexisse. Etenim citatus Rebuffus, non in hoc casu loquitur, sed diuerso, pulchriori tamen, & difficiliori; Rogerius enim Magister ad cuius fauorem resignatio admissa erat, illegitimè natus minimè erat, & propterea Parisij assumptum non probat; erat enim ex iustis nuptijs ortus, quamuis filius spuriæ, & sic nepos (per interpositam personam Matris illegitimæ) Presbyteri resignantis, à quo factam resignationem admisit Papa, ignorans resignatarium nepotem resignantis, ac propterea carere omni robore determinauit Arrestum Tholosanum, non quidem ex capite illegitimitatis, sed per textum, & eius terminos, in cap. ad extirpandas de filijs Præsbyt. vbi filijs Presbyterorum immediatè beneficia paterna habere prohibentur, quod glosa ibidem ad nepotes, ex descendenti linea extendit, & illic sequuntur Abb. num. 8. Butrius num. 7. ambo affirmantes hanc esse communem opinionem, tametsi Ioann. Andr. contradicat, & Innocent. restringat procedere tantum, cum nepos caret Patre, qui est Aui filius, secus verò si illius, & eius Parens adhuc viueret, quia tunc non consideraretur successio in nepote; cuius rei inferius erit peculiaris sermo, versic. quid vero; ideo hoc in loco satis erit repetere, quod Rebuff. loco iam citato, & in praxi rubrica de dispensat. super defectu natal. num. 27. allegat tale arrestum, vt probaret eiusmodi resignationem ab Auo, nepoti factam, id nesciente Papa illam admittente, esse nullam.

64 Ad pensiones etiam Ecclesiasticas inhabiles omninó esse dictos illegitimos, & earum incapaces, concludit Hieronymus Gigas multisque comprobat rationibus in tractat. de pension. quæst. 16. Rebuffus in praxi rubr. de dispensat. ex defectu natalium num. 48. & Doctor. in capit. ad extirpandas de filijs præsbyt. quamuis obtenta dispensatione ad Clericatum sit pensionis capax absque alia dispensatione, ex decisionibus Rotæ coram Gipsio, Robusterio, Blanchetto, & Serafino, scripsisse Gratianum memoro Disceptat. Forens. tomo 3. c. 218. num. 64. & cap. 397. num. 12. quin & illa Robusterij est 425. par. 1. diuers.

65 Ac demum mandatum Papæ de prouidendo, haúd suffragatur illegitimo, si talis qualitatis non meminerit Rescriptum, quia in illo tacitè insunt verba, nisi illegitimus sit, per Bald. in l. neque natales num. 18. C. de probat. & Gabrielem Paleott. in tractat. pluries, in hoc capite citato, de nothis, & spurijs capit. 57. num. 5.

66 Sed non propterea, quòd generica est conclusio, qua inhabiles redduntur ad beneficia omnes illegitimi, ideo vana iudicanda erit distinctio illa de filijs præsbyterorum non admittendis ad beneficia Paterna, seú in Ecclesia in qua extant Parentum beneficia, vel ad alia præter iam dicta: namque contingere potest, vt illegitimus dispensatus fuerit ad beneficia, & tamen Paterna consequi non propterea valeret, iuxta notanda inferius, nisi expressam habuerit dispensationem ad obtinenda ea beneficia paterna, aut in Ecclesia in qua Genitores detinent, quæ alioquin adipisci non posset, itaque præterire non decet explicationem illam de filijs ambientibus parentum beneficia consequi.

In qua re putaui distinctione vtendum, ea scilicet, quod vel filij legitimi, & naturales sunt Præsbyterorum, & ab illis geniti antequam ordinibus initiarentur, vel illegitimi, siue ante siue post promotionem nati.

Et ab illegitimis quorum particularis est noster sermo in hoc capite, exordiendo, aduerto, quod hi ad beneficia in eadem tamen Ecclesia, in qua parentes possident, nullo pacto admitti debent, in tantum, quod & dispensatio ad illa obtinenda est eis deneganda, per cap. cum decorem de filijs Præsbyt. qui quidem text. de illegitimis filijs expresse loquitur, addo alterum in cap. ad abolendam, eodem illo titulo, qui tametsi id non ita apertis verbis insinuet, à Doctoribus tamen interpratatur loqui de ipsis filijs illegitimis Clericorum, maximè ab Innocent. & Hostiens. inibi, & communem esse intellectum Doctorum, inquit Franciscus Marcus in decis. Delphyn. 629. quæritur, num. 11. par. 1. est tamen aduertendum ad illud verbum, quò supra non incautè vsus sum, scilicet, possident, non enim dixi in qua Patres possederunt, sed possident, adductus verbis citatorum textuum, quæ quidem verba, præsens tempus insinuant, quare extendi minimè debent ad beneficia existentia in ea Ecclesia, in qua Genitores habuerunt, nam si præcitati Canones voluissent etiam tunc prohibere filijs Præsbyterorum illegitimis acquisitionem beneficiorum, vtique addidissent, ad instar capit. ad hæc, eodem illo titulo quod dum vtrumque tempus præsens, & præteritum complecti voluit, id adiecit, & tamen illius sanctio affirmatiua est, permictens legitimis filijs Episcoporum facultatem Beneficia consequendi in Ecclesijs in quibus præsunt, vel præfuerunt eorum parentes; quare si in eo casu, in quo tanta nequibat dubitatio cadere, nam licentiam impartiendo obtinendi in Ecclesijs in quibus Genitores præsunt, longè magis diceretur dedisse habendi, in quibus præfuerunt; & tamen superaddidit; vtique multò conuenientius adiecissent conditores in adductis Canonibus, puta capit. cum decorem, & cap. ad abolendam, si compræhendere voluissent in isto casu negatiuo, & prohibente iam dictis illegitimis beneficia adipisci in ea Ecclesia, non solum, in qua Patres habent, sed habuerunt,

sicuti

ſicuti Hostienſ. perbelle conſiderat in ſumm. de filijs Præsbyteror. verſic. ex hoc patet ſub numero 5.

67 Sed his temporibus, iſthæc difficultas prorſus ceſſat propter Concilij Tridentini Decretum in cap. 15. ſeſſ. 25. ſub rubr. de reformat. cuius litera expreſſè vetat, etiam illa in Eccleſia habere, in qua eorum Patres habuerunt, ſed quia poſt Concilij promulgationem, multa ſuperuenerunt dubia, ſuper quibus à ſacra Congregatione Cardinalium Concilij interpretum reſponſum fuit, ideò, ſi quæratur vtrum ne comprehendatur ſub diſpoſitione dicti capitis Conciliaris, qui per Procuratorem apprehendit poſſeſſionem beneficij, aùt Canonicatus, nunquam tamen in ea Eccleſia miniſtrauit? Item ſi literis Apoſtolicis non expeditis, nec poſſeſſione ſecuta, ceſſit in fauorem alterius, in manibus Pontificis, & Congregatio cenſuit prædictum Canonicum, cuius Pater poſſeſſionem per Procuratorem apprehendit, comprehendi hoc caſu, & ideò expellendum eſſe; Alterum verò canonicum cuius Pater nec literas Apoſtolicas expediuerat, nec vnquam habuit poſſeſſionem, non comprehendi, ideò permittendum eſſe; & iterum in illis verbis dicti capitis, vbi eorum Patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt, Congregatio aduertit in eo non dici habuiſſe, ad hoc vt comprehendatur ſub hoc capite, ille, qui fuit prouiſus, & literis non expeditis, & poſſeſſione non habita ceſſit alteri; Ac tertio comprehenditur etiam in hoc Decreto, is qui per Procuratorem accepit poſſeſſionem, ſed in Eccleſia nunquam miniſtrauit, quia per prouiſionem acquiritur ius in re, & cauſatur vitium in perſonam filij, per Patris intitulationem Abb. in cap. tranſmiſſæ num. 6. de filijs Præsbyt.

Si vero per ſolam ſupplicationem Pater obtinuit, nec beneficium, vel litteras expediuerit, nec poſſeſſionem cœperit, ſecus cenſuit Congregatio, quia ante literarum confectionem gratia non eſt perfecta, ſed informis; dum vero prædictæ declarationes videntur ad inuicem pugnare cum vna prohibeat obtinere, ſi Pater obtinuerit beneficium, ſed non expeditis literis, ac poſſeſſione capta, ceſſit alteri, reliquæ vero permittant; Nam quæ permittunt ſupponunt interitum ipſius prouiſi ante expeditionem literarum, & quæ vetat ſupponit ceſſionem ab ipſo factam in gratiam alterius, cuius vigore vſus eſt prouiſione Apoſtolica.

Cum veró quæſitum fuit, an ne liceat illis habere beneficia in Eccleſia vnita alteri, in qua Pater habet? & reſpondit eadem Congregatio, quod ſi Rector Eccleſiæ Matricis fuerit huius illegitimi parens, & velit dictus filius Eccleſiam filialem obtinere dependentem, ſeu alias illi vnitam, in qua eadem Matrix habeat, etiam quædam Iura Parochialia, ſaluo hoc Decreto; Congregatio cenſuit, poſſe; niſi vnio facta ſit per viam ſubiectionis Eccleſiæ Matricis.

Et iterum fuit dubitatum, an filij illegitimi poſſint obtinere beneficia vnita Eccleſijs, quas obtinuerunt, vel obtinent parentes, eorum, & fuit reſolutum, quod ſi beneficia ſunt vnita, æquè principaliter, tunc illegitimi obtinere non poſſint; ſi vero non ſint vnita, æquè principaliter, ſed acceſſoriè, tunc poſſint, ſi tamen dictas Eccleſias vnitas poſſidentes, non tenentur miniſtrare in principali; at tertio fuit pariter dubitatum an illegitimi obtinere poſſint Eccleſias filiales, quando eorum Patres retinent Matrices, & fuit dictum poſſe, quando obtinentes filiales non tenentur miniſtrare in Matrice; ac quarto loco propter illa verba Concilij, quodcumque etiam diſsimile, declarauit, id intelligi, tùm in Eccleſijs dictorum beneficiorum, tùm aliarum Eccleſiarum, ſicut ſunt aliquæ in Hiſpania, in quarum altera reſidendo, præſupponitur reſidere in principali, quia non poteſt Pater reſidere in vna, & filius in altera.

Et quia in dicto capite adduntur alia verba, ea ſcilicet. Nec in dictis Eccleſijs quoquomodo miniſtrare, ideò hæſitatum fuit, an filius illegitimus laicus, qui in Eccleſia in qua Pater beneficium habet, & Cantor muſicæ, tantummodò in Eccleſia cantat, prohibeatur per iſtum textum? & Congregatio de Menſe Decembris 1574. cenſuit affirmatiuè, quia Concilium dicit quoquomodo miniſtrare. Eadem enim eſt ratio ſiuè miniſtret in officio, ſiuc beneficio, & iterum filius Clerici in hoc Decreto non prohibetur, quominus tamquam Cappellanus amouibilis deſeruire poſſit, atque obtinere beneficium in Eccleſia in qua eius Pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, licet pro Cappellano amouibili inſeruierit in eadem Eccleſia; ac tertio, quia in Ciuitate Laodienſi ſunt plures Collegiatæ, quarum Decani, & Canonici vigore ſtatuti accedunt ad certas proceſsiones in certis feſtis diebus anni ad Cathedralem, & ibi canunt vnum verſiculum, ſeù collectam. Hoc ſtante fuit pluries dubitatum. An valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum vnius illarum Eccleſiarum Collegiatarum, cum prædicta teneantur præſtare in Cathedrali, in qua Pater eius Canonicus fuit? Congregatio ter cenſuit filium prædictum illegitimum incapacem eſſe, huius Decanatus; quia quoquomodo inſeruire dictæ Eccleſiæ videtur, & quia Sanctiſs. Dominus Noſter mandauit iterum partes audiri: tamen Congregatio ſtetit in deciſis, & quarto loco ſub dictis verbis quoquomodo miniſtrare, definiuit, non ſolum filium non poſſe obtinere beneficia in ea Eccleſia in qua Pater obtinuit, ſed nec canere in eadem Eccleſia tanquam muſicus ſimplex. Tandemque declarauit alia vice Concilium Tridentinum non prohibere, quin Pater, & filius poſſint celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, ſed id fiat ab altero cauſa legati, quod legatum ſit Miſſam celebrantibus, & propterea ad Epiſcopum N. ſcribatur, vt deſinat moleſtiam exhibere Præsbytero N. illegitimo, celebranti Miſſam, ob quoddam legatum in eadem Eccleſia, in qua Pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & caſus hic non ſit prohibitus à Concilio.

68 Adiunguntur in eodem capite Conciliari verba illa, ne pensiones super fructibus beneficiorum, quę parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt habere, ex his verbis non videtur prohibitum eiusmodi illegitimis filiis Præsbyterorum habere pensiones super beneficijs existentibus in eadem Ecclesia, in qua Genitores possident, sed super fructibus beneficiorum, quæ obtinent Parentes, addit tamen idipsum si antea obtinuerunt; & comprobo num. 70.

Nunc pertranseundum est ad eadem Paterna beneficia, si illa valeant adipisci eorundem Præsbyterorum filij, qui licet antiquitus per Constitut. Alex. III. in c. ex transmissa de filijs Presbyt. potuerint illa cōsequi, Clem. tamen 7. Constitutione 36. ad Canonum conditores, abrogata fuit iam dicta Alexand. III. sanctio, & ordinatum ne de cœtero dicti filij Præsbyterorum ex fornicatione nati, Ecclesias Cathedrales, etiam Metropolitanas, ac Monasteria, quibus eorum Patres præfuerunt, seu illa, & illas dignitates, etiam maiores, & principales personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiua, & alia quæcumque Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura secularia, & quorumuis ordinum Regularia, quæ Præsbyteri, & Clerici, ac Religiosi eorum Patres, in titulum, vel comendam, aút administrationem, ad tempus, seù in perpetuum aliquando obtinuerunt, vllo vnquam tempore quoquomodo obtinere possint.

69 Ex hac Constitutione, duo præsertim colligi rectè posse existimo, Alterum quod licet glosa in citato cap. ex transmissa, vers. media, in fine; videatur tenere illum textum de legitimis filijs loqui, & Abb. num. 2. remittat discutiendum, ac neutram improbet sententiam, neque Butrius num. 7. attamen ipse opinor illum de illegitimis verba facere, atque ad id credendum impellor verbis prędictæ Constitut. affirmantis, quod Præsbyteri gestientes sua beneficia in eorum filios peruenire, illa resignabant in gratiam aliquorum, qui in eorundem resignantium filios ex fornicatione genitos, continuò retrocedebant, qui filij dispensatione tantum super defectu natalium obtenta, illa consequi consueuerant, vigore dictæ Constitutionis Alexandri III. permittentis beneficia paterna illos habere media intercedente persona; quod ipse Clemens perniciosum, & abhominabile esse iudicans, mandauit vt de cœtero nullo vnquam tempore permittatur eis illa consequi: ergo ex verbis in dicta Constitutione Clementis apparet Canonem Alexandri in dicto capit. ex transmissa, loqui de filijs illegitimis; dúm exprimit quod filij illegitimi Clericorum poterant media intercedente persona habere beneficia parentum, dispensatione tantummodò circa natalia obtenta.

70 Alterum quod ex eadem Constitutione desumo, erit non dici per illam prohibitum filium illegitimum habere pensionē super beneficijs, quæ obtinuerunt parentes, ita quod licebat illis renunciare beneficia, quæ obtinebant ad fauorem tertij, imposita pensione soluenda proprijs filijs, vt multis impulsus rationibus defendit Gigas in tractat. de pension. quæst. 86. tàm num. 5. versic. prædictis tamen non obstantibus, quam in addit, sed post Concilium in adducto capite decimoquinto vetantur etiam illas consequi in beneficijs antea ab antecessoribus possessis; licet autem Mandosij tempore fuerit Concil. Trident. in viridi obseruantia, non tamen redarguendus erit, quod in tractat. signat. Grat. rubr. de dispensat. ad benefic. in Ecclesia in qua Pater versic. quæro an Constitutio, concludat licere, etenim attenta dispositione præfatæ Constitutionis, ita respondit, & si non adiecit per expressa verba restrictionem, & contrariam dispositionem Conciliarem; addidit tamen generatim loquens, & inquiens, nouissimè circa nonnulla ex præmissis habemus Concilium Tridentinum sessione vltima de reformat. cap. 15. ergo se remittit illius dispositioni in his, quæ antea tetigerat. Sed pensionem quam Parens obtinuit, vel in beneficio in quo habuit ille pensionem, non vetari illegitimam prolem habere, defendit Gratian. eodem capit. 397. tomo 3. Disceptationum Forensium.

Cum verò de legitimis filijs Clericorum intendimus veritatem inuestigari, licet glosa in cap. ad abolendam versic. maximè, & glos. in capit. cum decorem versic. illegitimus de filijs Præsbyt. insinuent neque paterna, neque alia in eadem tamen Ecclesia in qua Patres obtinent, consequi posse: Nihilominus poterunt iuxta veriorem sententiam adipisci beneficia quæcumque in eadem Ecclesia in qua Genitores habuerunt, aut etiam habent, hanc quippe resolutionem tutantur Dec. in cap. inter, num. 9. de Rescript. Felyn. in capit. in nostra versic. tertium Corrolarium sub num. 13. eodem titulo, Rebuff. in praxi rubr. de Dispensat. ex defectu natal. num. 37. Calder. consil. vnico de filijs Præsbyt. Hostiens. in summ. sub tit. mox adducto num. 5. estque textus expressus in capite ad hæc, de filijs Præsbyt. cui minimè obstat alter, & sæpè citatus textus, in cap. ad abolendam, dum præcipit ne Canonicorum filij maximè spurij, Canonici fiant in sæcularibus Ecclesijs, in quibus instituti sunt Patres eorum; nam licet ex eo colligant supracitatæ glosæ, & alij scribentes, etiam legitimos prohiberi, propter illam dictionem maximè, attamen communis contradicit intellectus,

71 concludens prædictum textum de illegitimis tantum filijs Clericorum verba facere, & ipse scripsi in superioribus quo admisso intellectu plures afferunt Doctores responsiones ad illam dictionem, ipseque cœteris omissis, recolo, eam responsionem, quæ animo meo magis sedet, quod illegitimi filij Clericorum, in duplici sunt differentia; Alij enim nati ante Clericatum Parentum, vel tempore Clericatus eorum, non tamen sacris initiatorum, at minoribus tantum, quorum filij non propterea appellantur spurij; Alij verò nati ex constitutis in sacris, qui & vocantur, & verè spurij sunt, quas ambas species complecti volens textus ille, dicit, ne Canonicorum filij maximè spurij, Canonici fiant in Ecclesijs, in quibus Patres eorum instituti sunt; quare non tantum filios spurios Clericorum, at cœteros non legitimos excludit ab assecutione beneficiorum in eadem Ecclesia, in qua Genitores, quam pro-

fectò

ſecto reſponſionem delibauit Petrus Rebuff. in
loco ſupra citato, num. 38. & Hoſt. adducto tit. de
filijs præsb. nu. 5. verſ. ſi bene conſideraueris, nec
non Archid. in cap. Apoſtolica, nu. 1. in fine 8. q. 1.
ſubdens, & hoc teneas, cum itaque non vrgeat tex-
tus in contrarium citatus, ſubſiſtit diſpoſitio Clem.
III. in ipſo cap. ad hæc, vt conſequi illorum filij le-
gitimi valeant beneficia in eadem Eccleſia, in qua
Progenitores; cuius Decretalis improbatur intel-
lectus ille, vt tantum de ſimplici beneficio vera
faciat, ſecus autem de canonicatibus, vt Goffred.
opinabatur, ſed latè intelligenda eſt eius diſpoſitio,
72 nempe de omnibus beneficijs per Hoſt. & Archid.
in locis proximè relatis. Neque omittam Concil.
Trid. in pluries citato, cap. 15. quod ſub illis verbis,
qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, conti-
net expreſſam licentiam reſpectu legitimorum
adipiſcendi dicta beneficia in ipſa Eccleſia, vbi pa-
rentes alia poſſident, effectus enim argumenti à
73 contrario ſenſu, non ſolum validiſſimus ille iudi-
catur, vt ſtante prohibitione reſpectu illegitimo-
rum, ceſſet reſpectu legitimorum, vt optimè
probat Dec. in l. 1. nu. 38. ff. de offic. eius cui mand.
eſt Iuriſd. & conſil. 386. licet in controuerſijs, ſub
num. 4. & ſequitur Soccin. Iun. conſ. 9. viſo thema-
te, ſub num. 5. volum. 2. ſed alter, itidemque vali-
diſſimus, vt inducat contrariam diſpoſitionem, &
conſequenter dicatur expreſsè conceſſa facultas
legitimis obtinendi talia beneficia, iuxta commu-
nem opinionem Doctorum in eadem l. 1. ac præ-
ſertim à numer. 84. vbi numer. 85. illudq; quod in-
ducitur ex ſenſu directo, & ex contrario, vnum &
idem eſſe, quod ex contrario docet.

74 Sed eadem beneficia Paterna valeant ne ijdem
Clericorum filij legitimi obtinere, ſi quæratur, va-
lida eſt reſponſio negatiua, ſi incontinenti, & im-
mediatè habere velint iuxta capit. ex tranſmiſſa,
& cap. ad extirpandas de filijs Presbyt. atque Hoſt.
in verſ. ſupra relato, & illa ſuffragatur ratio, quod
Apoſtolicum eſt decretum, inhibens filios ſucce-
dere in paternis beneficijs, ne ſucceſſio in Eccleſia
Dei ſit hæreditaria, per adductum cap. Apoſtolica;
Quod ſi media interceſſerit perſona, non dubita-
tur, quin affirmatiua ſit vera reſolutio, per addu-
ctos textus, nec non deciſionem delphinalem 629.
num. 9. par. 1.

75 Quin, & ad Nepotes extendi dictam prohibitio-
nem, docet gloſa 1. in citato cap. ad extirpandas, &
cap. Apoſtolica 8. quæſt. 1. inibique Archid. nu. 1.
Guliesm. de Benedict. in Repetit. cap. Raynutius,
verſ. & vxorem nomine Adeleſiam nu. 693. de te-
ſtam. cuius extentionis, præ alijs, optima illa indi-
catur ratio, quod Nepotes, filij dicuntur, quodque
76 filij appellatione, plerumque veniunt, & ſumuntur,
per l. liberorum §. ſed & Papyrius ff. de verb. or. &
rerum ſignif. licet enim, ex vi, & proprietate ſer-
monis, negent id verum Alciat. in l. filij appellatio-
ne, ff. de verbor. ſignif. Ioan. And. in cap. ad extir-
pandas de filijs Præsbyt. & inibi Panor. nu. 8. affir-
mant tamen veritate inniti ex interpretatione, quæ
attenta diſpoſitione legis, generaliter procedit iuxt.
leg. filius ff. ad Senat. Conſult. Maced. l. Senatus ff. de
Ritu nupt. & leg. 2. §. ſi mater ff. ad Senat. Conſult.
Tertull. & in terminis hiſce noſtris, textus eſt hanc
fouens partem in cap. conſuluit de Iurepatron. ſe-
cundum antiquam compilationem, in qua illud
aderat verbum, Nepotibus, licet noua ea careat,
Indeque prodijſſe opinor declarationem ſacræ
Congregationis Concilij, quæ citatum caput. 15.
ſeſſ. 25. de Reform. inhibens filijs illegitimis Cleri-
corum habere beneficia paterna, vel in Eccleſia in
qua Patres habent, aut antea habuerunt, dixit ex-
tendi ad nepotes itidem illegitimos, quam retuli ſu-
perius num. 67. atque alias in caſu contrario decla-
rauit quod ſicuti textus ille conciliaris, non ample-
xatur filios legitimos, vt etiam ſcripſi num. 68. ita
neque nepotes legitimos, quamuis ex filio illlegiti-
mo, reſpectu beneficij, quod auus obtinuit, Dum
vero fuit in eadem Congregatione excitatum, nec
nè prædicta declaratio procedat, etiam viuente ipſo
Auo, adeo vt nepos ex filia illegitima, ſiue illa vi-
uat, ſiue obierit, poſſit obtinere penſionem ſuper
beneficio Parochiali, quod Auus poſſidet; Con-
gregatio die 13. Maij 1586. cenſuit negatiuè, vt ar-
ceatur memoria vitæ incontinentiæ, licet ſubiun-
gat eadem declaratio omnes Illuſtriſſimos dixiſſe
contrariam opinionem veriorem ex ſententia Ro-
tæ, hactenus verba Congregationis, quibus ſubne-
cto prohibitionem prædictam dilatari ad omnes
deſcendentes per extentionem illam, quam ſupra
relatæ gloſæ inſinuant, & illa ſuppetit ratio, quod
ſicuti ex interpretatione legis veniunt Nepotes, ſub
appellatione filiorum, ita & cæteri deſcendentes
per Alciat. in ead. l. liberorum, verſ. propriè enim;
At ipſe vehementer dubito, ſit nè vera in terminis
noſtris hæc ſecunda extentio gloſarum, ob illam
præſertim rationem, quia ſi Illuſtriſſimorum Car-
dinalium declaratio, cenſuit vt ſuperius retuli, cō-
prehendi Nepotes illegitimos ex filio illegitimo
ſub diſpoſitione citati, cap. 15. & eam ob rationem
quod in eo textu adeſt verbum longiſſimè, quod
eſcludit omnem perſonam etiam mediatam, ergo
dum tale non apponitur verbum, neque ſimile in
textibus antea relatis prohibentibus filijs legitimis
obtinere paterna beneficia, non erit facienda ex-
tentio ad vlteriores deſcendentes vltra nepotes,
tum maximè quod generalis non apparet Regula,
qua ſuſtineatur filiorum appellatione venire om-
nes deſcendentes, ſed in certis quibuſdam caſibus
duntaxat, idque perrarò, tum demum quod neq;
nepotes paſſim veniunt filiorum appellatione, ſed
quandoque, ex his quæ cumulat Gozad. conſ. 59.
1. facie. & Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8.
tit. 8. & præſertim vbi eadem militat ratio, vt opti-
mè adnotauit idem Gozad. ſub num. 20. quam ob
cauſam ad nepotes extendi diſpoſitionem Concilij
de filijs loquentem in adducto cap. 15. ſine dubio
exiſtimo, nempè illam, vt memoria paternæ incon-
tinentiæ aboleatur.

77 Quid vero dicendum ſit de nepotibus, ex fratre,
aut ſorore, quorum ſi proprietatem vocabuli inue-
ſtigemus, vera eſt reſolutio, non eos venire ſub
propria nepotum nuncupatione, quam Federic. de
Senis ſtatuit conſil. 30. viſo puncto; tunc enim ille
tantummodo iudicatur nepos, qui ex filio, vel filia
procreatus apparet, iuxta l. Iuriſconſultus §. nepos
ff. de gradib. comprobantque affirmatim Felyn. in cap.
per tuas num. 4. de probat. inibique Abb. ſi verò
communem vſum loquendi, & comprehendi non
dubitatur, poſt Felyn. indicato, cap. num. 5. & Abb.
nu. 6.

num.6.etiam si materia sit quantumcumque odiosa, per Ioan. And. in cap. fundamenta de elect. in 6. adeo quod hodie, mortuo Patre, subrogetur filius in eius locum circa successionem Patrui, quia Iure Authenticorum datur repræsentatio vsque ad tertium gradum, computatum de Iure Ciuili, tam in linea descendenti, quam Collaterali, vltra vero cōsideratur prerogatiua gradus, summota differentia agnationis, & cognationis §. si verò, iuncto §. nullam in auth. de hæred. ab intest. venient. quare si olim frater excludebat filium præmortui fratris in successione alterius fratris, iuxta §. si plures instit. de legit. Agnat. success. & l. consanguinitatis Iure C. de legit. hæred. hodie contrarium subsistit; cum Nepos iste succedat vna cum Patruo §. si igitur in auth. de hæredit. ab intest. venient. Dec. consil. 1. sub num. 3. quare ex his, dicendum esset eiusmodi prohibitionem extendi ad filios fratrum, sororumuè: attamen in hoc peculiari casu in contrariam iuerunt sententiam Doctores firmantes illam dumtaxat ad Nepotes ex linea directa dilatari, secus autem ad eos, qui ex linea transuersali, ita glos. in eod. c. ad extirpandas, quam illic sequuntur Abb. n.8. & Butrius n.7. aiunt præterea glos. in citato c. ad Apostolica, inibiq; Arch. nu.2. & iterū vers. in ead. glos. item Abb. in cap.2. ante nu.1. de arbit. Rebuff. in praxi Rub. de dispensat. ex defectu natalium nu. 30. Host. in Rub. de filijs Præsb. nu.5. prope finem.

Quinimmo non ad omnes nepotes ex linea directa; Verum ad illos solummodo, quorum Pater interijt, dicendum est, quia tunc Nepotes tanquam proximiores succedunt Auo, auth. in successione, C. de suis, & legit. hæred. nam si parens adhuc viueret, quia non succederent, similiter cessaret causa: prohibitionis scripta in ipso cap. ad Apostolica si enim Iure successionis ageretur non nepos, sed filius Auo succederet, quam limitationem tradunt Hostien. in adducto nu.5. vers. sed numquid, & Innoc. in citato cap. ad extirpandas; quorum tamen restrictio, non vtique sedet animo meo, quandoquidem, si veritate fulciretur, non ratio sanguinis consideraretur, sed successionis, quare extenderetur etiam ad Nepotes ex fratre, vbicumque ex dispositione Iuris succederent in bonis, & tamen eos minimè comprehendi sub hac dispositione vetante filios habere immediatè beneficia paterna, iàm fuit conclusum nu.75.

78 Sed quia dubitari potest, num conclusio mox relata ad ascendentes protrahatur? & queri num parentes valeant immediatè consequi eadem beneficia, quæ eorum legitimi filij habuerunt; ideo repetere conuenit, quæ Host. superinde scripsit in adducto cap. ex transmissa §. ideoque, de filijs Præsbyt. dum ait, non eos posse illa adipisci, & fortasse placet Archid. vltimo loco eam referenti in citato cap. Apostolica num. 3. causa 8. quæst. 1. eo quod met ipsa ratio prohibitionis militat, nè Ecclesiastica beneficia hæreditario Iure possideantur, quare eandem debere subsistere sanctionem suadet vulgata lex. illud ff. ad l. aquil. sed quia non defuerunt Alan. Vinc. & Tangred. in dicto cap. Apostolica, qui contradixerunt, & Ioan. And. indicato cap. ex transmissa sub nu.3. ac Butrius sub num.10. versic. quæro an vitium, & glos. in eodem cap. Apostolica, ita quod eorum opinionem, veram reputat Abb. in calce adducti cap. ex transmiss., atque Petrus de Anch. inibi, quin veriorem illic existimat Cardin. in vers. secundo quæro; in tantum quod eam non solum communem, at insuper tenendam dicit Hieron. Gigas de pention. quæst. 86. sub num. 10. ideo videtur longe dubia quæstio, & fortasse de Iure facilius defendi posset opinio Host. vt idem Gigas subdit; contraria tamen recepta à communiori Doctorum calculo, ita quod illam insequi censeo tutius esse.

Et propterea resolutio constituta, non licere filijs legitimis Clericorum habere eadem paterna, si nulla intercesserit media persona, non transcendit filios, & nepotes, quamuis extendatur declaratiuè ad illud beneficium, quod si non est idem, est tamen subrogatum, & quasi idem; exemplum de Rectoria alicuius Ecclesiæ, seu Parochiæ, & de Vicaria perpetua illiusmet Ecclesiæ, teste Calder. consil.66. vel vnico de filijs Præsbyt. exordiente, an filius illegitimus, in eius calce, ipsumque sequitur Tuschus conclus.363. filius legitimus nu.5.

Cum itaque satisfecerim proposito quesitui de filijs Clericorum, quo ad beneficia paterna, aut alia in eadem tamen Ecclesia, conuenit ad Generaliorem propositionem retrogredi, de illegitimis non valentibus, non modo eadem consequi paterna beneficia, vel aliena, sed existentia in eamet Ecclesia in qua habuerunt, vel adhuc habent Parentes, ad omnia quæcumque; Namque Iuris est Regula, quæ iam dictam tuetur resolutionem, & omnino subsistit, Nisi particulari priuilegio derogetur, népe si dispensatio intercedat, vel legitimatio, quæ, vel re ipsa vel Principis rescripto contingere solet.

Prima quippe habilitatio euenit dispensatione siue Principis, siue Iuris, illa quippe Principis, non aliud est, quam tollere obstantiam defectus, si Gozadino credimus in consil. 6. prima facie num. 62. Butrio in cap. per venerabilem num.2. qui filij sint legit. atque Corneo cons.93. primo aspectu sub nu. 14. vol.2. eamque vnusquisque elargiri potest, cui, & legitimare licet, non è contra, teste Castrensi in l. solet ff. de Iurisd. omn. iudic. Ruin. consil. 7. quia Matthæus sub num.23. volum.3. & ad effectum præsentem dispensare queit supremus Pontifex,
79 nam omnium quotquot sunt Pontificum constitutiones, & Decreta, tàm prosequentes illegitimè genitos, vt eos ab ordinum susceptione, beneficiorumque impetratione reijciant, haud sunt tanti roboris, & efficaciæ, quod successoribus in Pontificatu dispensandi ademerint facultatem; quia ea non fuit prohibentium intentio, qui successoribus suis nullum potuerunt præiudicium generare, pari post eos, imò eadem potestate functuris iuxta textum in cap. innotuit de elect. eaque propter, proprijs oculis quotidie cernimus solere Pontifices Maximos dispensationes indulgere aduersus sanctiones à prædecessoribus Pontificibus, ac præsertim cum illegitimis, tùm ad ordines, tum ad beneficia, nonnunquam ad Dignitates, atque etiam Episcopatum dispensare; & Regula Cancellariæ constat, quinquagesima scilicet secundum ordinem antiquum, 49. autem, attenta hodierna compilatione; super qua multa congerunt scribentes.

Est tamen tanto difficilior dispensatio eorum, quanto turpior apparet eorumdem origo, ex sententia

tentia Diui Thomæ in ſupplem.ad 3.par.quæſt.39 art.5. in medio, & ſuffragantur verba Innoc. Papæ in cap.Niſi cum pridem de renunc. illa ſcilicet,vnde patet,quod illis,qui paterna vitia nō ſequuntur, propriæ poſſunt in talibus ſuffragari virtutes, illo diſcretionis adhibito moderamine,vt inter Nothos & Manzeres,naturales, & Spurios diſtinguatur.

80 Antiſtes præterea eandem concedere valet diſpenſationem, Nam licet antiqui Scriptores concluſerint ad minores ordines admittendos illegitimos, abſque quod diſpenſatio aliqua præceſſerit, adducti cap.1.de filijs Præsbyt. ſtatuente, illegitimos ipſos non eſſe promouendos ad ſacros ordines,& conſequenter innuunt,maximè Borgas in tract.de irregul.Rub. de filijs Præsbyt. verſ. Dicas itaque,ſub num.3.non dici per illius canonis verba prohibitos ſuſcipere minores, iuxta cap. nonne de præſum pt. Attamen quia temporibus hiſce noſtris ſancitum reperitur expreſsè, nè ad minores ipſos admittantur,neque ab beneficia ſimplicia,ideò præcedere oporteat diſpenſationem, quam ad ordines eoſdem minores, aut beneficia ſimplicia valeat proprius impartiri Antiſtes, iuxta capit. 1. de filiis Præsbyt.in 6. quinimmo etiam capitulum Sede

81 vacante.ex Nauarr.conſil. 31. An capitulum Sede vacante par.1.ſub Rub.de tempor. ordin. in antiq. & 7. de filijs Præsbyt. in nouis; licet contradicat Paris. conſil. 136. ſtante defectu num. 2. volum. 4. Etenim capitulum ſuccedit Epiſcopo, circa facultatem diſpenſandi,vt ait Feder.de Senis, conſil. 30. An Capitulum, & conſil. 40. ſuper eo; nec non Abb. in cap. cum olim de maior. & obed. Quinetiam generalior ſuppetit ratio, quod Capitulum ſuccedit Antiſtiti defuncto in omnibus his, quæ ſunt Iuriſdictionis ordinariæ, exceptis caſibus quibuſdam expreſsè vetitis,iuxta reſolutionem,quam tradit Franciſcus Pattinus in tractat. de auct. capit. Sede vac.cap.1.par.3.nu.3. ſed diſpenſare eſt Iuriſdictionis ordinariæ, vt idem Abb. & cœteri in eodem capitulo,cum olim,inde ſequitur licere eidem capitulo omnes illas dare diſpenſationes, quas præfuncto Præſuli concedere fas erat.

Nec tantum ijdem Epiſcopi poterunt cum illegitimis diſpenſare ad minores, & ſimplicia benefi-

82 cia,at inſuper ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali Eccleſia, ſecundum opinionem Archid.in dicto cap.1.& 2. de filijs Præsbyteror. in 6. quam inſequuntur ibidem Ioan.And.verſ. in gloſa intelligo,ſub nu.3.Gemin.num.6.Anchar.num. 1. Franch.verſ.ſed an diſpenſare ſub num. 6. Calder. conſil. vnico,de filijs Præsbyt. Oldrad. conſil. 213. Ioan.de Selua tract.de benef.par.3.quæſt. 61. in finalibus verbis, & Nauarr. qui addit hanc opinionem eſſe communiter receptam, conſil. 3. multarum quæſtionum,num.4.de ætat. & qualit. part. 1. in antiq. & 4. de filijs Præsbyt. in nouis; quæ quidem opinio ſummopere placet Angelo de Clauaſio,in Summa verbo beneficium,nu.19.quamq; ipſe credo veriorem, tametſi in contrariam ruerit Ioan. Monach.eodem cap.1. num. 7. cuius ſententiam (vt inquit Felyn.in cap. poſtulaſti verſ. ſecunda concluſio,ſub num. 4. de Reſcript.) videtur ſequi Deciſio 136.Rotę,vel.2.noluerunt Dominiſde filijs Præsbyter. in nouis, & Deciſ. 54. ſeu 1. incipiens nota,eodem adducto tit.in antiq. Verum attentius intuenti patebit non eas aduerſari opinioni Archidpropterea quod haud negant licere Epiſcopis diſpenſare cum illegitimis ad Canonicatum Cathedralis Eccleſiæ, ſed inquiūt diſpenſationes ab Epiſcopis conceſſas iuxta formam adducti cap.primi, minimè extendi ad canonicatus prædictos, prout Franch.bene aduertit in eod.cap.1. nu. 6. in fine, quod neque ipſe reſpuo, at illegitimum habilitatum ad beneficium ſimplex, non intelligi diſpenſatum ad Canonicatum fateor, niſi fuerit expreſsè additum de Canonicatu, quod nobis inſinuat Nauar.eodem in conſilio 3.num.4.& inſuper conſil.2. nu. 5. de filijs Præsbyt.

83 Imò ſi Canonicatui eſſet cura annexa, poſſet etiam Epiſcopus diſpenſare cum illegitimo, vt talem adipiſcatur Canonicatum; Namque beneficium alteri vnitum,amittit nomen beneficij,& amplius beneficium non vocatur, vt eſt videre apud deciſ. Rotalem 370. vel 11. Nota quod vbi beneficium de rebus Eccleſ.non alien.in antiq. quamobrem beneficij annexi,meminere haud oportet, cū aliud impetratur, ſed illius dumtaxat, cui adiunctum eſt,per Rotam deciſ.319.ſiue 46.de Reſcript. etiam in antiq.Ioann.de Selua tract.de benef.par.3. quæſt.12.num. 64. verſ. decimaquarta qualitas, & Ioan.Baptiſtam Caccialupum,in tractat. de vnione artic.8.num.7. quamuis enim dicatur,tunc curam reſidere apud illum Canonicum,vt Caccialup. exiſtimat,illo in artic.nu.6.in actu tamen reſidet penes Vicarium,ſi gloſę credimus in cap.ſuper eo, verſ. Annexæ de Presb.in 6.& Regula illa,quod qui curatam detinet Eccleſiam,tenetur illi per ſeipſum deſeruire,reſtringitur cum Dignitati, aut Præbendæ alicui adiuncta eſt talis Eccleſia Parochialis, eo ſiquidem caſu quiſquis Dignitatem poſſidet iam dictam,ſiue Præbendam, tantum maiori inſeruire Eccleſiæ deuincitur,Parochiali verò per Vicarium idoneum,perpetuum,Canoniçeque inſtitutum,iuxta cap. extirpandæ §. qui vero de Præb. ex quibus ad rem præſentem deflectendo, cum nonniſi qualitas Canonicatus conſideratur in eiuſmodi perſona,illam quamuis illegitimam valebit habilitare Epiſcopus ad obtinendum Canonicatum, etiam habentem annexam curam,per concluſionem Archid.in indiuiduo,ſuper cap.1.verſ. ſed quid ſi Epiſcopus,ſub num.4.Anchar.verſ.Idem tenet ſub nu. 1.Gemin.verſ.in eadem gloſ. ſub num. 8. & aliqua huc ſpectantia, ipſemet ſcribo in Rub. de Aetate ordin.cap. vltimo verſ. ſed ſi beneficium num. 18. ex eo autem quod ſcripſi licere Antiſtiti diſpenſare cum illegitimo, vt habeat Canonicatum, cui Dignitas apparet annexa, ad alteram ſatis vtilem deſcendo reſolutionem, nedum ex iſta concluſione validè deſumptam,at inſuper auctoritate Feder.de Senis corroboratam in conſ. 80. factum eſt tale, verſ.item non obſtat, quod inſtituit Cappellanos, eaque eſt, non eſſe in Dignitate conſtitutum Canonicum, qui dignitatem ſui Canonicatui adiunctam habet.

Queunt præterea Antiſtites cum illegitimis diſpenſare,vt ſi nulla præcedente Supremi Pontificis diſpenſatione Subdiaconatus ſe fecerint inſigniri ordine, nihilominus valeant in eo miniſtrare, per Nauarr.adducto conſil.3. num. 2. de ætat. & qual. par.1.in antiq.& conſ. 2. de filijs Præsbyt. etiam in antiq.

antiq. per textum in cap. inuitati §. his auctoritatibus, & cap. Lugdunensis 9. quæst. 2.

Nec tantum dispensationes eiusmodi, poterunt Episcopi concedere filijs illis illegitimis, qui pro-
84 priè naturales dicuntur, sed quibuscumque, & quoquomodo natis, & ex quouis prohibito coitu, nempe adulterino, incestuoso, spurio, & alijs, secundum glosam in eodem cap. 1. vers. dilectum, ibiq; latè Io. Monach. nu. 1. & 2. Gemin. vers. in fin. glosa, sub num. 5. & Anchar. ante num. 1. nec non Angel. in Summ. vers. 60. Clericus, nu. 17. qui illius textus vigore simpliciter, & indistinctè loquitur; consulunt tamen Episcopis omnibus ijdem Doctores, ne cito similes concedant dispensasitiones, at cum illis se aliquantulum morosos, & difficiles reddant; super illegitimitate verò quacunque ex delicto occulto proueniente, per Concilium dispensare posse, defendit Auila de Censur. part. 7. disput. 3. dub. 7.

85 Ad Beneficium verò requirens Sacrum ordinem nequaquam illos habilitare valent, ex glosa in eodem cap. vers. tale, & sequitur ibidem Ioan. Monach. nu. 8. vers. & idem, atque Franch. nu. etiam 8. Anchar. num. 2. Gemin. vers. in eadem glosa, sub num. 8. licet autem Lapi Abbatis refer ant distinctionem, vt intelligatur cum ordo Sacer requiritur ante impetratum beneficium; non autem si postea, quia tunc possint secum dispensare; attamen reijciunt, & omnino negant habere ipsos Præsules potestatem dispensandi cum illegitimis ad beneficium requirens Sacrum ordinem, ob quod non posse his temporibus habilitare illos ad Canonicatus in Cathedrali Ecclesia, cum Conc. Trid. sanctione requirant Canonicatus omnes, Cathedralis Ecclesiæ aliquem ex sacris ordinibus, iuxta cap. 12. cum Dignitates sess. 24. de Reform. cuius Concilij Decretum, quia non meminit Canonicatuum in collegiatis, ideoque ad illos non extendi, demonstraui in Rub. de ætat. ord. cap. fin. vers. ad Personatum, ideo non erit eorumdem Præsulum auctoritas restricta, quin valeant etiam nunc concedere, vt illegitimi consequantur Canonicatus in Ecclesijs collegiatis.

86 Neque præterea indulgere ijsdem illegitimis poterunt, vt curata impetrent ex textu in eodem cap. 1. de filijs Presb. in 6. neq; Dignitates, aut personatus per glosam in cap. final. adducto tit. nisi essent Prælationes, siue Rectoriæ non cadentes sub nomine dignitatum, quia tunc possent cum illis dispensare ad huiusmodi beneficia consequenda, per eandem glosam finalem, supra citatam, & apertis verbis tradidit Anchar. eodem cap. 1. vers. ad idem quærit, sub nu. 1. ibique Gemin. num. 8. Ioan. Andr. vers. si vero non caderet, sub nu. 3. quibus quidem exceptis non dispensant; etenim solus Papa facultatem elargitur ad curata, dignitates, aut personatus, vt explicat Lambert. qui dicit communem esse opinionem in tract. de Iure patron. lib. 1. par. 1. q. 9. artic. 3. vers. adduco duodecimo nu. 50. & propterea nec legatus à latere quibit ad talia dispensare cum illegitimis, vt supponit Feder. de Senis. cons. 80. factum est tale, dum asserit, quod legatus à latere habens ad hoc potestatem dispensauit cum illegitimo, ergo regulariter illa careat facultate, nisi expressè habeat, aitque apertius Paris. consil. 136. stante defectu num. 6. volumin. 4.

87 Tandem dispensare cum eisdem illegitimis neque valent Episcopi, vt habeant eadem beneficia, quæ Pater habuit, teste Staphileo de litter. gratiæ Rub. de qualit. & statu Benefic. vers. 1. quod sit illegitimus, Gemin. in cap. 1. nu. 8. vers. in glosa ibi, de filijs Præsbyt. in 6. & glosa finalis in cap. ad abolendam adducta Rub. neque ad habendum ea, quæ in eadem existunt Ecclesia, in qua Genitor habuit, aut in præsentia retinet beneficium, quia ad fauorem illegitimorum (etiam ante Clericatum Paternum) natorum, solus Papa, non ipsi Episcopi elargiri queunt eiusmodi facultatem, vt ait Mandos. tract. signat. Grat. sub rub. de dispensat. ad benef. in Ecclesia, in qua Pater; Cum namque supremus ipse Præsul. maximam habeat auctoritatem, solus cum illegitimis generatim dispensat, amplamque tribuit licentiam, nec modo ad minores ordines, & simplicia beneficia, sed insuper ad ordines ipsos maiores, atque beneficia curata, Dignitates, etiamque Episcopatum, quin, & ad beneficia, & Dignitates, quæ parentes habuerunt, aut habent, vel in eadem Ecclesia, id enim patet typpis, & tonsoribus, atque ex Sylvestro carpitur in Summa verbo illegitimus, in fine.

Et cum à Papa conceduntur dispensationes istæ, consueuit signatura in eis addere clausulam illam dummodo incontinentiæ paternæ imitator non sit, argum. cap. litteras, de filijs Præsb. quæ quidem
88 clausula non vtiq; operatur conditionem præsertim extrinsecam; sed potius sonat in quendam modum instruentem exequutorem, super quibus inquirere debeat, ita quod sine expressione subintelligeretur, inde fieret, quod si impetrans imitaretur incontinentiam paternam, non esset Elusorium rescriptum, ex sententia Rotæ, quæ ita pluries decidit, teste Bisigneto decis. vnica, qui filij sint legitimi, in antiquior. adest etiam eiusdem Rotæ altera decisio nempe 849. siue 4. de filijs Præsbyt. in antiq. & Felyn. etiam scribit in cap. ex parte, el 1. vers. adde Rotam, sub num. 2. de rescript. complures enim dispensationes huiusmodi irritarentur, si iam dicta clausula operaretur conditionem annullantem rescriptum, vt ait Mandos. in tract. signat. gratiæ, rub. dispensationes super defectu natalium, vers. sed aduertendum: non enim suapte natura conditionem gignit isthæc clausula, quamuis nonnunquam illam operetur; exemplum si dicatur in rescripto, dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri ius quæsitum, ita March. (qui negat hoc casu conditionale esse rescriptum) super commiss. appellat ab exequut. breuis, cap. 2. num. 84. par. 1. fouetque ratio, quod verba quoties respiciunt iustitiam, nunquam sunt conditionalia, ex Bald. in cap. final. vers. Sed tunc quæro, sub num. 2. de præsumpt. itidem si dicatur in litteris, conferas dummodo sit idoneus, vel si est idoneus, vel si idoneum inueneris neque conditionis in causa est, neque cognitionem præexigit, vt ait Oldrad. consil. 41. incipiente breuiter, atque etiam Lapus, alleg. 15. Idem est dicere sub num. 7. ipseque scribo inferius, à nu. 255. licet autem illic Lapus videatur sentire contrarium, si concipiatur per illa verba, si tibi constiterit, quod similiter idem Oldrad. sentire videtur si alijs concipiatur verbis illis, si repereris; nihilominus in vtroque

vtroque caſu ſentit expreſsè contrarium Oratius Mandoſ. ad citatam Lapi allegationem, & propriè in additione 18. & Mariſcot. variar. reſol. lib. 2. cap. 1. nu. 157. adducitq; citatus Mandoſ. Apoſtillam ad conſil. Alex. 218. viſis verbis lib. 2. ad proſternendam priorem diſtinctionem; Doctrinam verò Felyn. in cap. 2. poſt num. 6. de reſcript. ad euellendam poſteriorem, quam etiam Tuſchum poſtea inſequutum eſſe, reperi concluſ. 326. lit. C. vol. 1. Quod ſi alijs verbis vtatur reſcriptum, illis ſcilicet, quatenus idoneus reperiatur, quæ paſſim in gratijs in forma dignum apponi ſolent, neque conditionale erit, gratiamque nec reddit conditionalem, vt ſi tunc non ſit idoneus corruat, ſed tantum reſpectu exequutionis, ad quam procedere non debeat exequutor niſi poſtquam fuerit repertus idoneus, etiã ſi tempus protelari oporteat, vt idem Mariſcott. edocet nu. 161. ſi verò extent verba illa, dummodo penſio fructuum medietatem non excedat, vtique conditionem facit, ac formam ſubſtantialem præſcribit, iuxta deciſ. Rotalem coram Auguſtin. 1160 Archidiaconus nu. 2. p. 3. diuerſ. itaq; non ſuſtineatur talis penſio, niſi antea fuerit verificata conditio, quam iuſtificauerit impetrans, per notata à me ipſo c. ſeq. & Caſſ. deciſ. 10. verſ. ſecus, ſi à principio, ſub nu. 8. de reſcrip. Gigas etiam affirmat de pẽſion. q. 85. & tentum in Rota in vna Salamantina penſionis coram Giptio 26. Martij 1595. & coram Ampliſſ. Mantica in alia Senenſis prætenſæ penſionis 12. Ianuarij 1596. quare in vna Aretina penſion. 28. Iunij 1600. coram Ampliſſimo Domino meo Mellino; quia reſignans Parochialem reſeruauerat penſio-
89 nem ducatorum centum, propter clauſulam in fine additam, dummodo remaneant centum pro rectore, firmauit Rota, fore ſuperſedendum in exactione penſionis donec penſionarius iuſtificaret gratiam, probaretque remanſiſſe prædictos centum ducatos ſine vllo onere: quod etiam fuerat antea reſolutum coram Ampliſſimo Serafino, in vna Sarzanenſis penſionis 15. Februarij 1593. atque in dicta Salamantina coram Domino Gyptio; licet enim videatur obſtare Regula illa, quam ponit Mohedan. deciſ. 35. toletanã penſionis, ſub rub. de renunt. & Guidobon. deciſ. 141. quod aduerſus conſentientem penſioni procedatur exequutiuè, nulla præcedente iuſtificatione litterarum; etenim ex eiuſdem deciſionibus ſatis clara deſumitur reſponſio, quam exornat Marchiſan. ſuper Commiſſ. appellationis in cauſis penſionum, ſub num. 45. vt ſubſiſtat vbicumque gratia eſt pura, & non conditionalis, aut modum continens, quibus in caſibus oportet verificare gratiam, & nouiſſimè approbat, eaſdem, & alias referens deciſ. Mariſcottus citato cap. 1. nu. 75.

90 Et cum diſpenſationes ſint ſtricti Iuris, & odioſæ, vt omnes aſſeuerant Doctores in capit. 1. de filijs Præsbyt. in 6. conueniret perquirere effectum quem illæ operantur, verum quia alibi condecentius explico, ideo præterire hoc in loco compellor, & pauca ſcribam, ſuper eiuſmodi diſpenſationibus quatenus altera Iuris regula impellor, nempe illa, vt ei dicatur conceſſum minus, cui elargitum reperitur, quod maius eſt; etenim prædictam regu-
91 lam ceſſare, nec vendicare ſibi locum in his diſpenſationibus, vera eſt reſolutio, quã tuetur addit. deciſionem Rotæ 136. alias 2. num. 2. & 3. de filijs Præsbyt. in nouis, & Paul. Emil. deciſ. 8. num. 6. par.
92 1. Reſtringo tamen vbicumque illud minus comprehenſiue, & neceſſariò includeretur ſub maiori, aut eſſet neceſſarium conſecutiuum, ac dependens ab eo, ſuper quo fuit diſpenſatum, puta ſi diſpenſatus fuiſſet aliquis ſuper pluritate beneficiorum incompatibilium, namque diceretur ſine dubio immunis à reſidentia, iuxta gloſam 2. in cap. ſi quis in Clero 7. quæſt. 1. & gloſ. in cap. non poteſt de præb. in 6. ita ſi minor obtineret facultatem impetrandi, & habendi curatum, vtique ab obligatione, qua cæteri curati deuinciuntur, aſſumendi ordines ſacros infra annum iuxta decretum Papale, in cap. licet Canon. de elect. in 6. eſſet exemptus, teſtè Abb. in cap. quia in tantum, ſub nu. 4. de præb. & in terminis peculiaribus ſi diſpenſatus eſſet ad Epiſcopatum
93 quia Pontificale officium (vt inquit text. in cap. ex litteris de exceſſib. Prælat.) ſine altaris miniſterio adimpleri nequit, diceretur adhúc diſpenſatus ad Sacerdotium, omneſque inferiores ordines, quod nobis inſinuat Anchar. In Clem. vnica verſ. Quintò opponitur, de conceſ. Præb. & citata additio ad 2. deciſ. Rotalem, num. 1. de filijs Præsbyt. in nouis, demumque Ioan. de Selua in tract. de benef. quæſt. 6 num. 6. par. 2.

Quo excepto caſu, nuſquam intelligeretur quis habilitatus ad id, quod minus eſt, propter diſpenſa-
94 tionem obtentam ad habendum maius, & multo minus diceretur idoneus ad conſimiles caſus, quia verba ſunt attendenda, eaque tantum operantur, quantum exprimunt, vt affirmat idem Io. de Selua indicata quæſt. 6. ſub num. 7. quare habilitas ad aliquem expreſſum ordinem, haudquaquã idoneum faceret ad alium non expreſſum, ex auctoritate Specul. in Rub. de diſpenſat. §. poſtremo, verſ. Quid ſi diſpenſatum ſit cum aliquo, ſub nu. 2. ibique Ioan. Andr. verſ. Diſpenſatum, & Butrius cap. poſtulaſti nu. 9. de Reſcript.

95 Diſpenſatus autẽ ſimpliciter ad ordines, intelligitur dumtaxat diſpenſatus ad minores, vt inibi Specul. ait, & gloſa in cap. litteras verſ. ordinari, de filijs Præsbyt. Rebuff. in praxi rub. de diſpenſat. ſuper defectu natalium num. 47. Angel. verbo Clericus 1. num. 3. idque longè verius eſſet, ſi daretur facultas recipiendi minores; etenim citra dubium ſubſiſteret, quod ſacris inſigniri non poſſet, idque Curiæ ſtylo confirmatur, & Borgaſij auctoritate in tract. de irreg. Rub. de filijs Præsbyt. verſ. Curia autem, poſt num. 3. & hac explosa contraria Goffredi ſententia in Sum. eodem citato tit. dum ad ſacros extendi defendit.

96 Ille verò, quem ordinibus etiam ſacris aptũ fecerit diſpenſatio, valeat nè beneficia cõſequi, non ſemel hæſitatũ fuit, & varia ſemper extitit Doctorũ reſolutio, quandoquidem alij ſentiunt licere huic conſequi beneficia ſimplicia, non autem curata, & præſertim Antonius de Butrio huius eſt ſententiæ in cap. poſtulaſti, num. 10. de Reſcript. Oldrad. conſil. 215. Puncta breuia, ſub num. 6. Milis qui ita ſeruari adiungit in verbo Diſpenſatus ad ordinem, & Specul. in tit. de diſpenſat. §. poſtremo, num. 2. ſed alij exiſtimant eos haud poſſe vigore huius diſpenſationis aliquod obtinere beneficium, cuius quidem opinionis Rebuffus præ alijs fuit, in Rub.

Rub.de dispensat.super defect.Natal.num.48.Borgas.in tract.de irregul.Rub.de filijs Præsbyt. nu. 9. Mihique isthæc arridet opinio, eo quod eiusmodi dispensationem, tanquam exorbitantem, & odiosam restringere oportet, iuxta cap. 1. §. fin. de filijs Præsbyt.in 6. sed Nefas huic sit habere curata, omnes annuunt, maximè Ioan. Andr. indicato cap. 1. num.5. idquè veritate nititur, etiam si fuisset habilitatus ad Præsbyterium, siquidem idoneus quamuis sit sacerdos ad obtinendum curatum, attamen, nequiret iste curatum adipisci, vt optimè Nauar. admonet consil. 3. An illegitimus, num. 7. de filijs Præsbyt.in antiq.& 6.in nouis, videreq; licet apud Felyn.in cap.postulasti, vers.circa tertiam, sub nu.8. de Rescript. Tiraq.in repet.l.hoc sermone §.boues, nu.28.ff.de verbor.signif.& Caualcan.decis.29. sub num.6. par.1.

97 Qui autem fuisset simpliciter dispensatus ad beneficium,& aliud non esset additum, vtiq; ad aliud beneficium, quam ad simplex, non diceretur habilitatus, vt ait Mileus, verbo dispensatio Papalis Angel.verb.Clericus 1.nu.3. Borgas.de irreg. part. 2. Rub.de interpret.dispensat.nu.3.per cap.1.§.fin. de filijs Præsbyt.in 6.in illis verbis, etiam si curam animarum habeat, quare si rescriptum prædictis careret verbis, nequaquam posset illa impetrare dispensatus, nec mirum, cum ad illa maior requiratur idonietas cap.cum illis de præb.in 6.

98 Quinimmò quotidianæ illius quæstionis existimo necessarium inuestigari veritatem, si præsentatus ad aliquod beneficium simplex, obtinuerit dispensationem ad illud consequendum, dicatur propterea habilitatus ad cætera simplicia; & licet quo ad minorem quatuordecim annis, affirmauerit Caualcan. ea ratione, quia non est correctoria Iuris communis, quo Iure minores quatuordecim annis haud vetantur habere talia simplicia beneficia, in decis.29.par. 1. quare videatur aliud dicendum respectu illegitimitatis, habilitati, qui etiam iure communi interdicuntur obtinere beneficia; attamen in illo etiam casu minoris ætatis, Pontifex maximus declarauit contrarium, & alia opus esse dispensatione, dixit, idque Caualcan. attestatur in ead. decis. sub nu. 35.

99 Et quod magis vrget certi Iuris est, dispensatum ad curata non intelligi propterea habilitatum ad curata collegiata, respondet Nauarr. adducto cons. 3. num. 8. quia accidens, additum generi, videtur eximere id, cui additum est á suo genere, vt idem Nauarr. illic subdit, tametsi dispensatum ad curata multo magis censeri dispensatum ad Canonicatus Cathedralis Ecclesię, dixerit Ioan.de Selua in tract. de benef.quæst.61.num.6. par. 3. & alij eandem sequantur sententiam, illi enim contradicit Rota alios sequuta decis.54.alias 1. de filijs Præsbyt. in antiq.concludens non ei licere habere beneficia, aut Canonicatus Cathedralis Ecclesiæ, qui facultatem habuerat obtinendi personatus, aut dignitates, cum cura, vel sine cura, quamuis electiua, neque dispensatus ad curata videtur habilitatus ad dignitates, per Angel.verbo beneficium, num.15. Gemin. in cap.fin.de filijs Præsbyt.in 6.in quo textu notantur

100 prædicta, tanquam diuersa, quin etiam dispensatio pro obtinendo curato, non extendatur ad simplex, admonet Caualcan.decis.Fiuizana 29.de Iure communi num.6.par. 1. & dispensatio concessa ad dignitates, haud prosit, pro dignitatibus curatis, instruimur, ex cap.cum in illis de præb. in 6.maximè pro Episcopatu, sicuti Inn.inquit in cap.dilectus filius, ibique Abb. post num. 1. de concess. præb. & notant Host. & Butr. in capit. 2. ille sub num. 3. iste vero sub nu.19. adducto tit. & scribit Peregrin. in tract.de fideicomm.artic.23.sub nu. 8. Mandos. eodem tract.Signat. Grat. Rub. dispensationes super defectu Natalium, vers. dispensatus; addo præterea, quod dispésatus ad beneficia Cathedralis Ecclesiæ non propterea poterit adipisci beneficia in Metropolitana post Ioan.And.in cap. quamuis il 1. per illum textum nu.2. & inibi Ioan. Monach. sub nu.7.de præb, in 6. Iddem asserit Ioan. And. in c. 1. vers.in glosa, intelligo, sub nu.3. de filijs Præsb.in 6.

101 Immo dispensatus, vt ad omnes ordines valeat promoueri, omniaque consequi beneficia, Nihilominus illius vigore haudquaquam poterit habere dignitates, ac Prælaturas, si Speculatori erit adhibenda fides in Rub. de dispensat. §. postremo, vers. quid si dispensatum est cum tali; qui quidē Specul. in vers.quid si sit dispensatum, asserit, quod habilis factus ad Episcopatū, non est promouēdus ad Archiepiscopatum, & sic deinceps, suffragaturq; text. in c. nos consuetudinem 12. distinct. atque Abb. indicato cap.dilectus filius, post nu.1.

Et propterea si exuberans esset isthæc dispensatio, nempe si ad quæcumque beneficia, licet poterit omnia obtinere, ex sententia Rotæ decis.136.vol.1. num.1.in fine, de filijs Præsbyt.in nouis, Felyn. in cap. postulasti vers. secunda conclusio, post num. 4. de Rescript. non tamen dignitates, nisi apertis verbis illarum memineret rescriptum, Rebuff. adducta rub.nu. 52. ad quas, & ad earum omnes, si expressè extenderetur tale rescriptum, tunc plenissima de Iure vocaretur dispensatio, iuxta glosam finalem in cap.nos consuetudinem 12.dist.

102 Quam plenissimam dispensationem, qui pro illegitimo obtinere concupiscit, vnico contextu supplicat in hunc, qui sequitur modum; vt à quocumque Catholico Antistite, gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habente, se primo Clericali carácthere insigniri, & ad omnes etiam sacros, & Præsbyteratus ordines promoueri libere, & licitè valeat, & in promotis ministrare, ac perpetuo altissimo famulari, nec non omnia, & quæcumque beneficia curata, etiam electiua, & Canonicatus, personatus, dignitatesque, etiam Episcopales, vel Archiepiscopales habere, & obtinere possit, & valeat, obtentisque frui, & potiri; est tamen verum quod eam rarissimè, ac ferè nunquam concedunt Pontifices Maximi; præsertim ad Episcopatum, tametsi Romæ cognouerim illegitimum quendam, promotum ad Episcopalem dignitatem vigore dispensationis multis ab hinc annis concessæ; atque nostris temporibus sciam concessam à Felici memoria Clem. VIII. in gratiam insignis personæ Hispanæ, pro Archiepiscopatu Tarantino, & ad fauorem alterius personæ tanta nobilitate minimè fulgentis non concederetur, immò si contingat dispensari cum illegitimis ad maiores dignitates, solet adiungi clausula illa, quatenus sit ex altero, vel vtroque parente nobili procreatus, teste Marchisano super commissionibus par.1.cap.1.sub num.69.

oug

quo excepto caſu, quia ſignatura non vult talem
elargiri facultatem, ſolet delere complura verba
prædictæ ſupplicationis, & tantum ad omnes or-
dines, ſimpliciaque beneficia diſpenſare, & quan-
doque ad Canonicatus,& dignitates inferiores.
103 Has tamen, aut alias quaſcumque diſpenſatio-
nes,cum Papa intendit concedere, non niſi præce-
dente cauſa dare ſolet, Epiſcopi autem non debent
illas elargiri in caſibus ſibi permiſſis diſpenſandi,
niſi altera cauſarum concurrat; ita ſiquidem no-
ſter Abbas inſinuat in cap. per venerabilem, nu. 4.
& 5.qui filij ſint legitimi; numerantur verò com-
plures cauſæ, quibus, aut earum altera adduci po-
104 teſt ſuperior, vt illas impartiatur, & quindecim
potiſſimum recolunt ſcribentes, ſcilicet, perſonæ
qualitatem,ætatem,locum,tempus, Pietatem, ne-
ceſſitatem, Religionem,vtilitatem Eccleſiæ, ſcan-
dalum, futurum bonum, maius bonum, euentum
rei,atque diſcretionem, quas declarare hoc in lo-
co renuo,cum explicem affatim in Rub. 6. cap. 3.
nu.28. & nunc ad materiam illegitimorum retro-
grediens quæro.
105 Num prædicta diſpenſatio præſumatur ſi illegi-
timus in habitu, & tonſura incedens, ordines ſu-
ſcepiſſe tali diſpenſatione præcedente alleget, &
non præſumi,ac propterea teneri ſe Clericum per
litteras probare,& diſpenſationem remouentē de-
fectum Nataliū anteceſſiſſe inquit, Rotalis deciſio
Tholom. 780.Hiſpal.Canonicat.lib.3.p.3.Diuerſ.
Accedit Bellamera conſ.10. factum eſt tale, nu.
43.qui diſpenſationem præſumi abnegat,illamque
eſſe omnino probandam tuetur, & concinit Cra-
uett. in tract.de antiq.tempor.par.3. in princ. num.
20.Maſcard.concluſ. 523. Diſpenſationem ſub nu.
6. vol. 1. & pro regula videntur conſtituere Me-
noch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.132.ſub nu.72.
atq; Surdus conſil.245. quamuis Leo,nu.32.vol.2.
Tandemque opitulatur, quod cum diſpenſatio
ſit gratia,ex Roland.conſ. 38.num.4. vol. 3. ad cu-
106 ius ſubſtantiam licet non requiratur ſcriptura,
nihilominus ad effectum probationis neceſſaria
eſt,per Archid.in Prohem.6.verſ. & facit hæc litte-
ra ante nu.2.& inibi Io.Andr.num. 1. itaque ceſſat
præſumptio vbi requiritur probatio, vel per ſcri-
pturam,vt hactenus dictum eſt, vel ſaltem teſtibus
qui probent diſpenſationis tenorem, per Felyn. in
Rub.de conſtit.ſub nu.6 & Ripam,num.53. dum-
modo antea verificetur præſuppoſitum, ſecundum
gloſ.in l.mancipia C. de ſeruis fugit. quod in præ-
ſenti eſſet amiſſio ſcripturæ, & diſpenſationis, vt
inquit Petrus Surdus,conſ.109.inſpecto diligenter,
ſub nu.7.vol.1. ideo ſcripturam deperditam fuiſſe,
oporteat probare ſubiungit, alioquin non præſu-
matur ex text.iuncta gloſ. in l. ſi quis, ex argenta-
rijs 1. 9.pen.ff.de eden.& Natta conſil.166.nu.12.
Contradicit tamen deciſio Rotæ in his proprijs
terminis, quam memorat additio ad alteram Ro-
tæ deciſ.2.voluerunt Domini,ſiue 136.num.8.de
filijs Præsb.in nouis,qua deciſum fuit non eſſe pro-
bandam.& verificandam elapſo triennio diſpenſa-
tionem allegatam pro illegitimo; contradicit etiā
generica reſolutio Anchar. in conſ. 117.ſatis im-
pertinens prope finem, vbi præſumptionem enaſci
ex longa poſſeſſione beneficij, ac diſpenſationem
interceſſiſſe defendit.

Item contradicit auctoritas Gomeſij ſuper Re-
gula Cancell.de trienn.quæſt. 10. verſ. nec obſtat,
quod caſus; vbi deciſione Rotali reſolutum atte-
ſtatur, Regulam ipſam de triennali iuuare etiam
107 execrabilem, ita quod liceat execrabili allegare
diſpenſationem, ſi triennio poſſedit,per auctorita-
tem Card.in cap. cum noſtris de conceſſ. præb. ob
idque triennali poſſeſſione, ſatis valida pateat his
temporibus præſumptio diſpenſationis, non ſecus
ac olim ex decennali; ac prædictis concinit Nauar,
concludēs poſſidentem duas Parochias fulciri iam
dicta Regula triennali in conſ.20.An Parochus nu.
1.de præb.tom. 1.ipſeque ſcribo inferius verſ.Alte-
rius etiam meminere.
Qua in re cenſeo, me rectè reſponſurum, ſi di-
cam præfatam deciſionem Tholomæi ſubſiſtere
tantum reſpectu proprietatis, hoc eſt validitatis
ſeu inualiditatis Clericatus, aut collationis be-
neficij,ſecus verò reſpectu poſſeſſionis Clericatus,
ſeū beneficij; Etenim illegitimus etiam ſi diſpen-
ſatione careret, eſſet in eo ſtatu manutenendus, in
quo reperitur iuxta notata per Maſcar.concl.302.
clericum nu.19.&ſeq; in c.ſeq.& multo magis,ſi q.
eſſet de priuilegio Clericali.quandoquidem ex ſo-
la poſſeſſione habitus,probaretur Clericatus, teſte
Boerio deciſ.171.nu.13.& Gram.decis. 81. nu. 16.
& diſpenſatio quatenus haùd præſumeretur, nihi-
lominus quia etiam illegitimus recipit caracterem
ex his quæ inferius ſcribam, inde fit, quod intuitu
priuilegij Clericalis omnino ceſſat iam dicta.deci-
ſio Tholomæi; ac propterea pius de Franch. re-
mittendum eſſe eiuſmodi illegitimum,pronuntia-
uit, in deciſ.189.quia Ioannes probatque Diaza in
praxi crim.cap. 14. incipiente illegitimi; In reli-
quis verò,neque Clericum præſumi,neque diſpen-
ſatum,certius eſt attento Iure communi, niſi illa
tria concurrant, quæ Abb. annotauit in cap. licet
Hely, de Simon. nempe temporis antiquitas,
Beneficiati qualitas, & conditio ſuperiorum,
qui eundem tolerarunt, cuius doctrinam inſecuti
ſunt,Ioan.de Anan.conſ.61.Felyn. in cap. illud nu.
8. de præſumpt. & cap. ſicuti, verſ. aduerte ſub
num. 31. de ſent. & re Iudic nec non Menoch qui
clarius fatur,indicata præſumpt.132. nu. 75. & Pe-
trus Surdus citato conſil. 245. quare ſi decemnio
ſaltem ita ſteterit,vel beneficia incompatibilia poſ-
ſederit,aut aliud ſimile executus fuerit, credatur ei
ſi iuſtum titulum,aut diſpenſationem habuiſſe, aut
alium actum executum eſſe,fateatur,& ſcientia,ac
patientia ſuperioris accedant; itaque ſi idem, aut
108 plures Antiſtites ſæpius viſitauerint, non ſit cre-
dendum annuiſſe poſſeſſori, niſi viderint diſpenſa-
tionem, alioqui prohibuiſſent inhabilem miniſtra-
re,ſiue incapacem obtinere beneficia,aut ſine titulo
vt optimè infert Caſſad.deciſ.2.de cauſa poſſeſſ.&
propriet.& poſt alios Rota deciſ.4. fuit concluſum
nu.8.par.2. diuerſ.
Vacillat tamen animus meus in his, quæ ſunt
aduerſus decreta Concil. Trident. tùm quod illius
109 Canones omnes continent decretum irritans,
prout ex Conſtit. Pij IV. & Pij V.aiunt Doctores,
maximè Paris.de Reſign.lib.4.q.9.num.28.taléque
decretum inficit titulum, & poſſeſſionem, quæ
propterea caret omni Iuris adminiculo, iuxta de-
ciſ.Rotæ 3.ſub nu. 1. de reſtil. ſpoliat. in nouis, a-

ficitque omnia, quæ sequuntur, ita vt nec, effectum nec Iuris fomentum habeant, imò respicit retro, ac propterea nullitatem ab initio operatur, teste eadem Rota decis. 24. quo ad primam partem nu. 5. & decis. 149. Domini tenuerunt, num. 2. par. 2. diuers. tum etiam, quia ita declaratū comperimus in quibusdam casibus dicti Concilij, ac præsertim in terminis cap. 12. sess. 24. de reformat. præcipientis, quibuscumque prouisis de beneficijs curatis, vel Canonicatibus, siue dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, vt professionem emittant fidei, intra duos menses, alioquin fructus non faciant suos, neque illis possessio suffragetur, etenim haud eos
111 iuuari regula de triennali, scribit Nauarr. consi. 1. dè Summ. Trin. & Fide Cathol. in antiq. vel 7. de Iure Iurand. in nouis, & declaratione Congregationis Concilij comprobatur, cuius verba rescribam inferius, & eius meminit Paris. de resign. benef. lib. 10. quæst. 9. sub nu. 5. qui veritate aberrat, dum illic ante scripserat, eandem Congregationem sensisse effectum regulæ de triennali, non auferri præfato decreto Concilij mandante non suffragari possessionem ei, qui professionem non emisit, cum illā de Canonicatu, aut curata adeptus est; licet subiungat restringendam esse, quo ad fructus, quorum respectu nihil prodesse triennalem possessionem declaratum apparere, ex eadem Concilij sententia, Nam ego, si mihi ansa præbetur, admoneo incautè loquutum esse Parisium, affirmantem Congregationem Concilij aduersus Nauarr. sensisse, & dum ille affirmauerat, iam dictum caput auferre triennalis regulæ effectum, negatiuè conclusisse congregationem, præterquam in fructibus; nunquam enim Nauarr. intellexit verba Concilij respectu proprietatis, & tituli, at fructuum dumtaxat, si verba eius perlegantur in consil. 8. exordiente, An illa verba, de IureIuran. in nouis; Neque Congregatio vnquam declarauit, prædicta Concilij verba submouere effectum Regulæ, nisi quo ad fructus, cum potius crediderint amplissimi illi Patres, non ea indigere declaratione aliqua respectu proprietatis, & tituli, at respectu fructuū tantum, in quibus non suffragetur triennalis comprobatque Sancius in opere Morali lib. 2. cap. 5. nu. 8. & 9. Quod si replicaretur aliud esse, vtrum ne regula de triennali prosit aduersus dispositionem conciliarem in dicto cap. 12. aliud verò si præsumpta dispensatio suffragetur, quasi quod in dubium reduci iustè possit, si possessio triennalis opituletur vbi nulla extaret dispensationis, vel alterius actus præsumptio; Huic siquidem argumentandi generi, me facile responsurum suadeo, si præsumpta dispensatione inniti Regulam de triennali supponamus, quod nos eiusdem Congregationis declaratione edocemur, super cap. 17. sess. 24. de reform. his verbis. An præsumpta dispensatio, in qua fundatur regula de triennali, habeat locum contra decretum huius capitis, & Congregatio censuit negatiuè, quia regula triennalis requirit titulum coloratum, Gemin. consil. 86. circa finem; Conuenit insuper declaratio in his proprijs terminis professionis fidei, cuius paulo antea memini, & his circumscribitur verbis, nec longissima, ne dum triennalis possessio prodest ei, qui non emisit professionem fidei, quo ad fructus percipiendos, quam diú prædictam professionem non emiserint; itaque Congregatio excludit non modo triennalem possessionem, sed quod magis vrget, aliam etiam longissimam, & consequenter, præsumptionem emissæ professionis, quāuis longo tempore, opinati sint Doctores superius relati, admitti ex dispositione Iuris communis.

Alterius etiam meminisse declarationis conuenit, qua assumptum a me superius constitutum (cessare præsumptionem in his quæ Sacrum Concilium disposuit) euidentius liquet; quippe quod vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferri iubet idem Concilium in cap. 17. eadem sess. 24. de reform. quod si ad vitam eius, cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens; dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat,
112 eidem conferre; hæsitatum fuit, nec nè præsumatur dispensatio plurium incompatibilium diú possessorum, & licet affirmauerit Nauarr. consil. 20. An Parochus de præb. in nouis, attamen additio ad illud idem Consilium, refert Sacram Congregationem censuisse, regulam de triennali, minimè tueri eum, qui post Sacrum Concilium duo obtinuit curata; quam declarationem habeo in meo Codice declarationum manuscriptarum, cuius verba rescripsi sub nu. 111. & incipiunt, An præsumpta dispensatio.

Secundo, vt omnis illegitimorum materia latius pateat, inquiro, cum illegitimus dicatur irregularis
113 tamquam constitutus extra Regulam ordinandorum, si ordines nihilominus absque dispensatione præcedenti, suscipere non vereatur, an ne caracterem recipiat? & annuit Lambert. in tract. de Iure patron. 2. par. lib. 1. quæst. 7. princ. artic. 11. nu. 8. Gemin. & Præpos. in cap. filii 56. dist. atque Mascar. adducta conclus. 302. sub nu. 20.

114 Ex hac tamen sententia, alia suboritur dubietas, si in illis ita susceptis ordinibus ministrare audeat, nouam ne alterius specie incurrat irregularitatem? & tuto, mea sententia, vnusquisque tali quæsito respondebit, si ipsum prædictam in irregularitatem incidere negabit, secutus Specul. in Rub. de lapsis, & dispensat. §. iuxta nu. 23. Anchar. in cap. Apostolica nu. 1. dist. 56. ibidemq; Gemi. & Nicolaum Plouium in tract. de irreg. Reg. 42. nu. 28. Rebuff. in praxi Rub. de dispensat. super defectu Natalium, nu. 11. Gonsaluum à Villadieg. tract. de irreg. c. de suspens. & de Franch. decis. 189. quia Ioannes num. 12. & communem esse opinionem asseuerat Rauenna in suo Alphabeto Aureo, & propriè in notabilibus, & singularibus vtriusq; Iuris vers. Tu scis quod aliqui, fol. mihi 186. pag. 2. & Couar. in Clem. si furiosus de homic. p. 1. §. 1. nu. 3. nec quidem sine ratione, sed tūm illa, quod non reperitur Iure cautum, eiusmodi irregularem fieri, quam Specul. citato in loco recenset; tūm alia suffulta regula illa euidentissima, quod suspensus à Iure, non ob crimen, sed ob defectum, & corporis vitium, nouam nunquam contrahit irregularitatem si celebret, sed eam tātummodo retineat, quam ob corporis illud vitium, vel defectum antea contraxerat, cuius Regulæ meminit Abb. in c. si celebrat. nu. 4. de Cler. excom. minist. ibiq; Io. And. vers. illi vero, sub n. 4. & comendant omnes iā citati DD. tum demum alia,

quod

quod illegitimus ob tale impedimentum, quamuis
dicatur impropriè irregularis, eo quia extra Regu-
lam ordinandorum, propriam tamen non incurrit
irregularitatem, ſiquidem iſtam, nemo contrahit,
ſi ſuſpenſio non præcedat, quæ non niſi per pecca-
tum mortiferum regulariter, & per veniale quan-
doque incurritur, quod peccatum ob hoc ſolum
caput illegitimitatis, alienum eſt ab illegitimis, con-
ſequenter, & irregularitas procul eſt, quod in pecu-
liari caſu, ſcripſit Nauarr. conſil. 40. alias fuit dubi-
tatum nu. 1. de temp. ordin. par. 1. in antiq. & 7. de
Cleric. excom. par. 2. in nouis.

Altera verò, habilitatio ea eſt, quam ſub nu. 78. ex
diſpenſatione iuris prouenire dixi, quæque Reli-
gionis ingreſſu contingit iuxta c. 1. de filijs Præsb.
115 & c. 1. diſt. 56. hoc eſt per profeſſionem iam emiſ-
ſam, teſte Francho in cap. 1. nu. 11. de filijs Præsb. in
6. Fel. in c. cum deputati poſt nu. 2. de Iudic. conue-
nit Calder. auctoritas in tract. de Eccleſiaſt. interd.
q. 27. memb. 2. nam is dicitur propriè religionem
ingreſſus, qui illius Regulam profeſſus eſt, ſi Paulo
Caſtrenſi fides adhibenda erit, in auth. ingreſſi nu. 1
C. de Sacroſanct. Eccl. ibiq; dicit gloſ. verſ. ingreſſi
Bar. conſ. 13. ex facto nu. 2. & Benedictus de Capra
conſ. 35. circa medium, aliique multi, à me ipſo re-
lati in Rub. de Regular. cap. . . Et ratio, qua iſthæc
116 Iuris diſpenſatio fulcitur, exiſtimatur ea, quod
ingreſſu Religionis omnis prorſus irregularitas
auertertur, iuxta gloſ. 1. in citato c. cum deputati, &
vnicam in cap. fin. 19. q. 3. ipſa namque Monacha-
lis vita omnem humanam Monaci maculam de-
tergit, eumque purum declarat, vt eſt videre in au-
th. de Monachis in princ. quod tamen ipſe intelligo
non in genere generaliſſimo, ſed ſubalterno, quip-
pè quia non amouet irregularitatem proficiſcen-
tem ex culpa, & proprio delicto, vt gloſ. fin. ait in c.
2. de Apoſtat. Felyn. in adducto cap. cum deputati,
nu. 2. & communiter alij, atque ideo non ſubſtulit
117 prouenientem ex bigamia, iuxta notata à me ip-
ſo in c. de Bigamis, verſ. profeſſio autem, nam tunc
propria præcedente culpa, in eam incidit quamuis
omnibus prædictis, in gratiam Religionis promptè
ſoleant ſuperiores indulgere, & gloſ. admonet in-
dicato cap. 2. ibique Abb. num. 7. & Sylueſt. verbo
irregularitas q. vlt. Sed illam quę citra culpam enata
eſt, proculdubio remouet irregularitatem, eam
nempe, quæ ex capite illegitimitatis, prout Docto-
res mox citati fatentur, & ea ratione, quia cum ſit
perfectus in virtutibus, propter Monachatum, nõ
opus ſit in reliquis requirere tantam perfectionem
iuxta gloſ. finalem in c. quantumlibet 47. diſt. & la-
tius eſt videre, apud Soccin. qui & rectè, & diſtinctè
ſuperinde ſcribit in c. ad audientiam nu. 97. de ho-
mic. & propterea reijcienda prorſus apparet opinio
gloſæ. Bar. in eod. c. fin. in vltimis verbis, quę profeſ-
ſionem, neque abſtergere maculam illegitimitatis
credit, ſed illa etiam præbeat faciliorem cauſam
diſpenſandi, non tamen inficiare licet, iam dictam
profeſſionem habilitare illegitimum ad ordines tã-
tum, non autem ad Prælaturas, vt perbelle conclu-
dunt Sot. in 4. ſent. diſt. 25. q. 1. art. 3. Io. An l. in c. 1.
nu. 5. de filijs Præsb. in 6. Fuſcus tract. de viſit. Epi-
ſcop. lib. 2. c. 15. nu. 36. Nauar. conſ. 3. An illegitimus
nu. 2. de fil. Præsb. in antiq. & 6. in nouis, nec non in
Sum. c. 27. verſ. decimo dico ſub nu. 202. gloſ. fin. in
c. fin. de filijs Præsb. & poſt alios Sayrus in theſauro
caſuum conſcient. lib. 6. c. 11. nu. 3. & Graff. lib. 3.
Deciſ. aurear. c. 5. nu. 8. quare Priores eſſe nequeunt
aut Guardiani, Prouinciales, Abbates, & Generales
vt ait D. Anton. in 3. p. Summ. tit. 29. c. 4. verſ. tertius
modus, & conuenit expreſſus textus in c. 1. de filijs
Præsb. licet autem videatur Nauar. primo aſpectu
fateri in eod. conſ. 3. illegitimum profeſſum, cenſe-
ri habilem ad Prioratum, & cæteras regulares di-
gnitates, nihilominus rectius conſideranti patebit
contrarium, ex illius verbis, præſertim finalibus,
quod id difficile in Rota probari poſſet; Quam-
obrem nec eos aſſumi poſſe ad curam animarum,
ſatius credo per auctoritatem Io. Andr. in eod. nu. 5.
& Franch. inibi, nu. 11. Sacerdotes tamen auricula-
rios eſſe, etiam ſecularium perſonarum, non pro-
hiberi ſcripſit Viuald. in ſuo Candelab. Aureo p. 3.
Rub. de irregul. nu. 29. & in ſupplem. ad Candel. c.
2. nu. 5. opitulaturq; Tabienna in verbo Diſpenſatio
nu. 21. Paleott. de Noth. & ſpur. c. 57. nu. 4. & Sum.
conſeſſ. lib. 3. tit. 19. q. 2.

118 Quamuis autem Monaci poſſint eſſe Vicarij
Epiſcoporum de conſenſu ſui ſuperioris Regula-
ris iuxta deciſionem Rotæ 3. de offic. Vic. in antiq.
aiuntque præterea gloſ. in cap. ſi quis 58. diſt. Fu-
ſcus de viſit. Epiſcop. lib. 2. cap. 15. num. 100. & co-
pioſè Sbrott. in ſuo tract. de offic. Vicar. lib. 1. q. 38.
in tantum quod etiam ſi nulla ſuperioris Regularis
accedat licentia, ſi Cardin. vera fatetur in citato c. ſi
quis; (ab alijs tamen reprobatus) attamen ſi ille-
gitimus fuerit, quamuis profeſſione, vt ſupra legi-
timatus, haúd poterit Epiſcopi Vicariatus officio
fungi, vt aduertit Maiol. in tract. de irreg. lib. 1. c. 10
verſ. ideoque ſub nu. 3. vbi allegat Abb. & gloſam
id tenentes, quos tamen id non affirmare dubito,
cum de dignitatibus loqui certum ſit, & Vicaria-
tum non dignitatem, ſed officium eſſe præportet
titulus Decretalis, de offic. Vicarij; licet non dubi-
tem, eius extentionem inniti veritate, tum quia
Paleottus, eam tradit in loco iam citato, nu. 3. tum
præterea quod Rodericus etiam commendat in
queſtionibus Regularib. tom. 1. q. 13. art. 13. adiun-
gens procedere etiam ſi fuerit legitimatus in Reli-
gione ad obtinendas illius Prælaturas, quam profe-
cto reſolutionem omnino amplector, ob aliud aſ-
ſumptum, quod præeminentiam, & Iuriſdictio-
nem exercent dicti Vicarij, teſte Staphileo in tract.
de litter. grat. & iuſt. part. 2. tit. de modo, & forma
impetr. verſ. ſecundo dubitatur, num. 12. Rebuff.
in praxi Rub. de Vicarijs Epiſcop. num. 4. & Ioan.
Iacob. Melillus tract. de Vicarij præced. c. 1. nu. 9.

Neque ſilentio eſt inuoluenda concluſio,
119 & extentio altera, quod eiuſmodi diſpenſati ad
Prælaturas Religionis, non ideo conſequi, valeant
curatum beneficium ſeculare, niſi ab habente
poteſtatem, obtinuerint diſpenſationem ad cura-
tum, iuxta verba citati Roderici adducta quæ-
ſtione, articulo 11. Neque ſi fuerit aliquis eorum
diſpenſatus à Papa ad curatum, poterit ad cura-
tum electiuum admitti, vt ait Sylueſt. verbo legi-
timus quæſt. 7. verſiculo Primum, & verbo ille-
gitimus, quæſt. 5. Tabiena verbo Beneficium 2.
nu. 20. quinimmo diſpenſatus à ſuperiore Regula-
ri ad Prælaturas, ſi deinde è Religione egredi con-
tingat, & aliam intret, nequaquam licebit ei in ſe-

cunda quam ingressus est Religione obtinere Prælaturas, si noua non præcedat dispensatio, quod optime declarat Roder. in citata q. 13. articulo tamen 10. in fine.

120 Ordinibus tamen insigniri non prohibentur, ex his quæ paulo antea tetigi, & nunc larioribus comprobo auctoritatibus, nempè glos. in cap. fin. de filijs Præsb. Archid. in c. 1. per illum textum 56. dist. Syluest. verbo illegitimus, nu. 8. Armill. verbo irregularitas nn. 85. Sum. Confes. lib. 3. tit. 19. q. 2. & communem esse opinionem attestatur Maiol. in tract. de irreg. lib. 1. c. 10. nu. 2. quamuis aliqui contradicant, præserim D. Antonin. in sum. 3. p. tit. 29. c. 4. & tract. de excom. & censuris cap. 99. §. dispensatus, cœtera scripturus inferius Rub. de regular. c. 17

Hactenus quæ de habilitatione per ingressum Religionis explicui, subsistunt attenta dispositione Iuris communis, post quod emanarunt constitutiones duæ à Sixto V. partim abrogantes dispositiones Iuris in hac materia, ac partim immutantes; earum Prior exorditur cum de omnibus, Posterior verò exorditur, Ad Romanum: Ambarum tamen breue summarium censui rescribere pro communi vtilitate.

121 Sanxerunt itaque ne illegitimi procreati ex incestu, aut ex sacrilegio (quorum scilicet Parentes consanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum, inuicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens castitatem Deo vouerit) etiam Apostolica, Imperiali, vel Regia auctoritate legitimati, aut natalibus restituti ad aliquam Religionē quorumcumq; ordinum, nec ad habitum, vel professionem recipi, neque admitti possunt, & admissorum professionem annullant, sed eos tàtum, ad habitum conuersorū recipiendi facultatē concedunt

Quò verò ad reliquos non ex incestu præfato, nec sacrilegio, sed ex quouis alio minus legitimo thoro natos, spurios scilicet vel naturales, non nisi in capitulo generali, vel Prouinciali admitti, si tamen qualitates habeant in illis constit. expressas, quique postea sint perpetuo inhabiles ad gradus, honores, & dignitates sui ordinis, nempe ad Prioratum, Præpositatum, Guardianatum, Custodiatum, Prouincialatum, Generalatum, & similes, cum honore, & superioritate coniun tas.

Ad officia vero honoris eos admittunt, pura ad officium Lectoris, Confessarij, Studiorum, ac Sacr. Theol. Magistri, Regentis, Prædicatoris verbi Dei, & reliquorum huiusmodi, quod verbis præfatæ secundæ Constitutionis expressius liquet, in versic. Quoniam.

Sacris autem insigniri ordinibus, eorumq; ministerio fungi, haud vetuit ipse Sixtus in illis sanctionibus, nisi ex sacrilegio, vel incestu geniti sint.

Quia tamen præfatæ Constitutiones de illegitimis volentibus ingredi Religionem; cōplura sanxerant, ea reuocauit, ac pen us annullauit Greg. 14. per suam Constit. exordie tem, circumspecta Romani Pontificis prouidentia, idus Martij 1590. illaq; capita ad terminos Iuris communis redegit, quamobrem Sixti Constitutiones iam dictę, eundem pariunt effectū, qualem si signatę essent cum clausula, prout de Iure, quinimmo perinde sint, ac si non emanassent, iuxta decis. Palet t. 348 dubitatū fuit, & sequitur Mand. in tract. Sig. Grat. Rub. Dispensat. Monach. pro obtinendis Beneficijs, vers. penult.

122 Quare his etiam temporibus videtur subsistere, dubitatio illa, quā Mandos. proponit indicato tract. Rubr. dispensat. super defectu Natalium, vers. vlt. scilicet liceat ne mulieri illegitimæ profiteri aliquā Regulam? & quamuis responsio videatur satis colligi ex altera à me ipso relata conclus. sup. nu. 116. professione religionis auferri illegitimitatis maculam, nihilominus ob id, quod Mandosius non veretur in contrariam expresse propēdere sententiam, volui hanc speciatim in medium adducere thesim, in qua cōcludit ille negatiuam partem veram, subdens ita similiter affirmare glos. in c. indemnitatibus §. sanè, vers. Canonica, de elect. in 6. ibidemq; Io. Andr. nu. 6. & Gemin. nu. 7. aitq; præterea Fælinum insecutum esse d. glos. in c. meminimus, nu. 4. de accusat. At ipse libenter credo. Mandosium somniasse prædicta scribendo, siquidem glosa, & Doctores, quos citat, haud verba faciunt de moniali, verum de Abbatissa, ne scilicet electio Abbatissæ

123 inuenta non Canonica, confirmetur, ita quippe asseritur in d. §. Sanè, vbi glosa in adducto vers. canonica, subnectit declarando electionem canonicam, & ait esse, quæ ex forma debita, & persona idonea facta agnoscitur, qualis persona non erit, si illegitimè nata, aut corrupta, vel alias indigna appareat; itaq; ista personæ inhabilitas, non alio tendit, quam circa electionem faciendam de Abbatissa, de qua tùm textus, tùm glosa inibi loquuntur; non autem intelligitur de muliere volente ingredi Religionem nec immeritò Felynus accuratius perscrutans citati textus, & glosæ verba, cum perquisiuit, posset ne illegitima eligi in Abbatissam, respondit in mox citato n. 4. Negatiuè, fussultus verbis præcitatæ met glosæ. Quinimmo si Archid. verba intuamur in eod. vers. canonica, patebit textum illum de electione Canonica loquentem, quæ si non esset Canonica non confirmaretur, intelligi de electione non Canonica, quia facta ab excommunicatis, cuius intellectus si veritate fulciretur, vt credo, multo minus subsisteret allegatio Mandosij; quam tanto magis existimo falsam, quo clare liquet ex Doctoribus ab eodem Mandosio adductis, negari illegitimam eligi in Abbatissam, & propterea virtualiter fateri non impediri illigitimam, quin monialis fiat, alioquin vtramque exprese repulissent, vel saltem profiteri posse negasent: quippequod referendo prohibitionem Iuris, circa monacatum, multo magis intelligeretur circa officium Abbatissæ, longe maius simplici monacatu. His addo, quod si ad professionem admittuntur illegitimi, ex hactenus relatis, possuntque propterea ordinibus insigniri licet nulla præcedat dispensatio, cum regulariter omnia Iura abhorreant illegitimum ordinari, ex his, quæ in huius capitis initio præportaui, multo magis admitti debent mulieres ad Monachatum, cum ordinis pœnitus incapaces, non assumantur ob professionem ad gradum, tam insignem ordinum, sed tantum ad simplicem consecrationem, susceptionem veli, & reliqua longe minora sacris ipsis ordinibus; quare vt vela contraham, portumque petam, concludo mulierem illegitimam non prohiberi fieri monialem. Vetari tamen in Abbatissam elegi, licet, neque Abbatissæ officium illi interdici etiam si dispensa-

diſpenſatio aliqua non intercedat, crediderit Roderic. in ſuis q. Regulur. tomo 1. q. 13. art. 11. ab eius namq; ſententia omnino recedo propter Doctores ſupra relatos; ſed quis valeat diſpenſationem illi elargiri, tractat idem Rodoric. artic. 22. adiungens non id quærere, & explicare ex eo, quod ſuſpicetur requiri, vt illegitima fiat Abbatiſſa, verum vt ijs gratum faciat, qui illam indigere diſpenſatione opinantur.

Alius item modus ex præſcripta à me diſtinctione, ſub nu. 78. quo habiles fiunt illegitimi ad ordi-
124 nes ſuſcipiēdos, eſt legitimatio, eaq; vt illic expēdi, vel re ipſa contingit, vel Principis reſcripto, &
125 quidem re ipſa euenit ſubſequenti matrimonio; tāta ſiquidem eſt matrimonij vis, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur, cap. tanta, qui filij ſint legit.

126 Et hos capaces eſſe ordinum, beneficiorumque Eccleſiaſticorum omnium ſine vlla diſpenſatione, certum eſt, aiuntque gloſ. in cap. innotuit verſ. coniugata de elect. ibiq: Abb. nu. 17. repetit in c. cum in cunctis nu. 3. de elect. in c. ad extirpandas nu. 11. de filijs præb. & in adducto c. tanta, in fin. ibiq; gloſ. Nec non Heriq. Sum. Thæ. Moral. lib. 11. c. 20. §. 1. Ant. de Butr. in citato c. innotuit nu. 17. Maiol. tract. de irreg. lib. 1. c. 4. nu. 14. Epiſcop. Scalenſ. c. 8. verſ. illegitimè, Bellam. in c. 2. nu. 3. diſt. 36. & eod. c cum in cunctis. nu. 18. ibidemq; Dec. nu. 24. Archid. in c. Oſius 56. diſt. Iaſ. in l. generaliter §. cum autem nu. 10. de Inſtit. & ſubſtit Io. Coras. in l. pro parte nu. 141. ff. de ſeruit. Rip. in ſua repet. l. ſi vnquam n. 87. C. de reuoc. donat. Dec. conſ. mihi 154. diligenter pro tenui nu. 4. in finalibus verbis Io. Calder. conſ. 2 Conſtitutio ordinis, qui filij ſint legit. Anchar. conſ. 220. hæc q. Boer. deciſ. 159. & videtur dicendum, nu. 4. Tiraq. in tract. Primog. q. 34. nu. 55. Caſſan. conſuet. Burgun. Rub. 8. §. 3. nu. 6. Lud. de Sard. tract. de natural. liber. c. de legit. effectu nu. 5. Io. de Friburg. in ſua Sum. confeſſ. lib. 3. tit. 29. q. 10. Viuald. in ſuo Candelab. 2. p. Rub. de irregul. ſpecieb. nu. 113. ac
127 propterea ad Epiſcopatū, etiam legitimati dicūtur, quod ſpeciatim tradunt Dec. indicato conſil. 154. Afflict. in c. 1. §. naturales in §. notab. nu. 8. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Dom. & Agnat. gloſ. in adducto c. innotuit, Ruyn. conſ. 211. prima videtur poſt nu. 2. vol. 1. Syluan. conſ. 3. illumina nu. 23. & Menoch. conſ. 799. nulla eſt nu. 12. vol. 8. & Abb. ſupracitatis in locis, ſubiungens (in citato c. tanta, ſub nu. 7. id communiter DD. aſſeuerare ſuper illomet c. innotuit; cuius præterea communis ſententiæ meminit etiam Dec. in c. cum in cunctis nu. 24. de elect. & Couar. in 2. p. de ſponſal. c. 8. §. 2. nu. etiam 24. Huic autem concluſioni ſuffragantur gloſæ verba in eod. c. tanta, quæ illos legitimos eſſe, quó ad omnia præportant, & conueniunt, quæ ſcribunt complures ex adductis auctoribns, quorum notata percurrere poterit lector, ſi lubet; Non tamen me latet aliquos contrarium ſentiſſe, præſertim Maiol. in loco ſuperius memorato, & crediſſe eiuſmodi natos, haùd cenſeri legitimatos, ad Epiſcopalem dignitatem, eoſq; oportere conſequi diſpenſationem, vt Epiſcopi conſecrentur, & mouentur verbis text. in d. c. cum in cunctis, qui quidem textus de Epiſcopo ordinando verba faciens, ait, de legitimo matrimonio ſit natus, & conſequēter reſpiciat tempus natiuitatis; Verum iſtorum ratio facilè diluitur ſi matrimonio ſubſequenti filios antea natos, dici fictione Iuriſnatos matrimonio ipſo conſtante, affirmabimus, etenim tranſlatiua lex fingit, illam ſemper vxorem fuiſſe, præſertim tempore conceptionis, & partus, ita ſiquidem firmat doctiſsimus Sylueſt. Aldobr. in §. fin. nu. 13. inſtit. de nupt. ſicque coitus fingitur licitus, ac Matrimonialis ab initio, vt ait Soccin. in l. gallus §. ſi eius nu. 4. ff. de liber. & poſth. quin matrimonium retrotrahi, idcircoq; filios perinde natos, ac ſi verè ex legitimo eſſent orti matrimonio, ſcribit Ruin. conſ. 161. viſo themate, cum dubijs propoſitis vol. 2. & Caſtrenſ. in l. fin. nu. 5. C. de his, qui veniam ætat. impetrau. licet autē fictio ſit reſpectu legitimitatis, ita quod legitimè nati cenſeantur, ſunt nihilominus, verè legitimi, omni ſine dubio ſummota fictione, à die initi matrimonii, vt perbelle diſtinguit Caſtrenſ. eodem nu. 5. Affl. in loco ſupra relato nu. 25. Couar. citato §. 2. nu. 26. Io. Brunell. tract. de ſponſal. concluſ. 2. Vaſquius lib. 3. Controuer. vſu frequent. cap. 42. Anton. Gabriel. lib. 6. concluſ. comm. Rub. de legitimat. concluſ. 1. num. 19. Paris. conſ. 13. de pluribus poſt nu. 45. vol. 2. & Crot. in Repet. l. Gallus §. & quid ſi tantum nu. 82. & 169. ff. de liber. & poſth. ex quibus ſatis apertè con-
128 ſtat, appellatione filiorum legitimè natorū venire legitimatum per ſequens matrimonium, etiam in materia ſtricta, & ſtatutaria, vt inquit Boer. qui alios coaceruat in deciſ. 159. & videtur dicendum, nu. 5. Dec. conſ. 154. diligenter pro tenui, ſub nu. 4. Paris. adducto conſ. 13. num. 40. & latius conſil. 15. circa præſentem nu. 7. eod. vol. 2. & ante ipſos Butrius in c. innotuit nu. 18. de elect. quæ omnia abundè inſinuant non obſtare rationem ab illis paucis doctoribus relatam, qui legitimum ſubſequenti matrimonio in Epiſcopum eligi, & conſecrari minimè poſſe aiebant, quos propterea mentitos eſſe certum eſt, earumq; rationem reiectam, ita quod ſubſiſtat reſolutio á communi doctorum ſchola probata, eos verè dici legitimatos quo ad omnia, adhuc pro obtinendo Epiſcopatu; textui verò in c. tanta, qui filij ſint legitimi, aſſerenti, quod legitimi habeantur, quaſi non ſint ita, ſed tales reputentur, optimè reſpondent, tum Affl. citato nu. 25. tum Couar. indicato nu. 26. ad alias inſuper aſſumi poſſe dignitates nulla eſt difficultas, nempe ad Cardinalitiam, tam ſi is dignitas ſit, quam ſi tantum officium, quemadmodum veritas ipſa ſuadet, ex his, quæ latiſſimis habenis ediſertabo ſi Deus dabit in Rub. de præſt. Cardin. eſt verum quod Sixtus V. fælicis memoriæ in ſua Conſtit. publicata de ann. 1590 circa electionem Cardinalium, hoc ipſum prohibuit, ſanxitq; expreſsè, nè Cardinalitijs inſignijs decoretur, qui legitimationem aſſecutus eſt, vigore matrimonij ſubſequentis.

129 Ad feudum quoq; habilem omnino eſſe eiuſmodi legitimatum exiſtimo veriſſimum, ideoq; ad illud præter difficultatem ſuccedere, quod ſcriptorum maior numerus affirmat, atque á feudiſtis exordiendo, quorum peculiaris eſt materia; id affirmant in capitul. 1. §. naturales, ſi de feudo fuerit controuerſ. inter Dominum, & agnat. Andreas. & Aluarot. num. 8. Affl. notab. 5. nu. 3. & nu. 25. in fine, Præpoſ. Laud. & alij, necnon Zaſius in tract. de feu-

dis titul. de success. feud. Canonistæ præterea
eandem tuentur sententiam, maximè Abb. in cap.
innotuit nu. 17. de elect. Butrius in cap. lator post
num. 9. qui filij sint legitimi, ibidemque Ioan. And.
num. 9. Præpos. in cap. per venerabilem §. quod
autem, vers. quæro sexto, iuncto vers. quero septi-
mo, allegato tit. Couarr. in 2. par. de sponsal. cap. 8.
§. 2. nu. 27. quin è legistis præter alios conueniunt
Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus, num. 84. ff. ad
Trebell. Ias. in l. generaliter §. cum autem, post nu.
10. C. de instit. & substit. fortun. in l. gallus §. & quid
si tantum, col. 129. ff. de liber. & posth. Tiraquel. de
Iure Primogen. quæst. 35. nu. 53. Boer. decis. 123. &
breuiter, num. 4. Paris citato cons. 13. nu. 44. Ruin.
cons. 211. Prima videtur, sub num. 2. vol. 1. Trigon.
sing. 35. Ioan. de Platea, in Rub. instit. de nupt. num.
44. Alex. consil. 5. attentis sub num. 3. vol. 7. Am-
plissimus Cardin. Francisc. Mantica in tractat. de
Coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 3. & 6. Man-
dos. in Regula Cancell. 18. quæst. 6. num. 5. & alijs
omissis Peregrin. de fideicom. artic. 24. nu. 9. com-
munemque hanc esse opinionem, atque ita com-
muniter teneri, aiunt Alex. in ead. l. ex facto §. si quis
rogatus nu. 18. Curtius tract. feudor. 3. par. colum.
31. vers. secunda principalis Regula, & Ias. citato,
num. 10. Abb. in cap. tanta num. 7. qui filij sint legi-
timi & post alios Iulius Clarus in §. feudum quæst.
82. num. 5. cum namque tex. in eodem cap. tanta,
non distinguat, inter, bona feudalia, & allodialia,
neque ratio vlla appareat diuersitatis cur aliud
debeamus fateri circa feudum; ideo debere in
vtroque subsistere idem Ius, defendit Aluar. in re-
lato loco, per text. in l. à titio ff. de verbor. obligat.
altera quoque suppetit ab eod. Aluar. adducta ratio,
quod si Rescripto fuerit quis legitimatus, & ha-
bilitatus exprefsè ad feudum, illud consequi valeat,
ex glosa notab. in pluries citato §. naturales vers. le-
gitimi, quam omnes ibi, & vbique sequuntur, vt
inquit Tiraq. de vtroq. retract. §. 1. glos. 3. num. 7.
par. 1. quorum aliquos recenset Boer. decis. 123. &
breuiter nu. 4. & 6. subnectens hanc veriorem, &
communiorem esse opinionem, quam plenè exa-
minat glos. 1. nu. 39. præterquam ad feudum Ec-
clesiasticum, quod ad extraneos hæredes, tum ex
testamento, tùm per contractum transferri haud
posse, scribit Affl. decis. 386. in causa nu. 4. quin alij
non desunt, qui generatim affirment legitimatum
Rescripto Principis admitti ad feuda omnia, ad
quæ procreati ex legitimo matrimonio admitteré-
tur, vt post alios asserit Bursat. consil. 85. certum est
num. 19. vol. 1. ergo multo magis debere id opera-
ri matrimonium, licet subsequens, si Rescriptum
Principis id efficere potest, asseuerat Aluarott. in
supracitato nu. 8. cū fauorabilior sit habilitatio, quę
per subsequens matrimonium fit, quam per Rescri
ptū dicat Gozad. cons. 25. in hac causa sub n. 2. qua-
re non mirum si eum habilem esse ad feudū, etiam
dignitatis probat multis auctoritatibus Menoc. cōs.
799. nulla est, nu. 12. vol. 8. recedens a contraria
sententia, quam firmauerat antea consil. 16. quod
iam nu. 8. vol. 1. eaque potissimum succurrit ratio,
quod præsumitur matrimonium contractum, an-
tequam carnali copula ipse vir, & mulier coniun-
gerentur, prout scriptum relinquerunt Alciat. in
lib. 3. de verbor. signif. nu. 13. Cephal. cons. 541. nu. 13
lib. 4. Hieron. Gabriel. consil. 21. Sebastianus post
nu. 35. Osasch. decis. 154. Dominus Ludouicus, post
nu. 13. idemque Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 81. nu. 8. & consil. 227. Iuri num. 11. vol. 3. &
citato consil. 799. nu. 17. & non dissentit, licet distin-
ctione postremo vtatur, Carolus Iallongus in Ra-
cematione 136. non me præterit, num. 1. cum dua-
bus racemationibus sequentibus, cuius scripta
abundanter explicant quæstionem istam de legiti-
mato per sequens matrimonium, verum ne in feu-
do ipso succedat; cœterum feuda dignitatis ea esse
dicuntur, quæ titulo aliquo Marchionatus, Duca-
tus, aut alterius consimilis decorantur, ex capit. 1.
quis dicatur Dux, vel Marchio, Iason præterea
scribit in prælud. feud. nu. 119. Soccin. Iunior cons.
95. numero 92. lib. 3. Capyc. decis. 32. in causa
Magnificæ nu. 11. Menoch. consil. 443. peregrinus
sub num. 42. vol. 5. & citato consil. 16. num. 9. post
quos, perlegere Tiraq. verba expedit in tract. de
nobilit. cap. 7. vbi ex professo inquirit, an feudum
130 nobilitatem operetur; Quin ad feuda ipsa, &
Emphiteuses Ecclesiasticas admitti, atque idoneos
omnino iudicari ita legitimatos, notant Iulius Cla-
rus in §. feudum, quæst. 84. Syluan. consil. 3. quo ad
primum nu. 24. Suarez communi opinione, verbo
legitimatus, Bursat. consil. 17. Dominus Hierony-
mus, num. 3. vol. 1. Couar. in Epitome de Sponsal.
par. 2. cap. 8. §. 2. num. 27. dato quod in inuestitura
concederetur nominatim filijs legitimis, & natu-
ralibus, aut filijs ex corpore legitime descendenti-
bus, vt præter Iulium Clarum, Syluan. & alios, tra-
dunt Gabriel consil. 21. Sebastianus nu. 42. volum.
1. & Bursat. consil. 10. illustris Comes, sub num. 6.
volum. 1.

Isthæc itaque conclusio; multis tùm auctorita-
tibus, tùm rationibus conualidata, quod illegitimus
131 per subsequens Matrimonium legitimetur, ex-
tenditur primo ad illud matrimonium, quod aliud
subsequutum est, medium inter ipsum, ac natiui-
tatem filiorum eius vigore legitimatorum; Puta si
nato filio naturali, alter ex parentibus cum altera
persona contraxerit matrimonium, quo dissoluto
aliud cum ea celebret, cum qua talem procreaue-
rat prolem, quam propterea legitimam fieri aiunt
Abb. in dicto cap. tanta nu. 3. ibidemque Anton. de
Butrio post num. 15. Præpos. nu. 14. idem Abb. in
cap. ad extirpandas eod. tit. qui filij sint legit. Syl-
uest. in Sum. verbo illegitimi nu. 5. Host. in Summ.
Rub. de filijs Præsb. num. 6. Diuus Anton. part. 3.
tit. 28. cap. 4. §. 1. Astens. tit. 22. artic. 3. quæst. 4. par.
2. Aretin. in §. fin. nu. 12. instit. de nupt. Angel. cons.
17. Comes Branditius num. 5. Bal. licet dubie in l.
cum quis, nu. 4. inibique Alber, etiam nu. 4. C. de
natural. liber. idem Bal. in l. mulier §. vxor nu. 7. ff.
de verbor. oblig. Bar. in l. bonorum num. 2. ff. rem
ratam haberi, Ioann. de Friburgo in sua Sum. con-
fess. lib. 3. tit. 19. quæst. 10. Petrus Gregor. Tholo-
san. in Syntagm. Iuris Canonici par. 2. lib. 10. cap. 4.
num. 1. & Sayrus in thesauro casuum conscientiæ
lib. 6. cap. 10. num. 19. hancque communem esse
opinionem, referunt Iason in addúcto §. quæsitum,
num. 5. Tiraq. de Iure primogen. quæst. 34. num. 2.
Ludouic. de Sardis, tract. de natural. lib. cap. de legi-
tim. num. 9. fauetque textus in §. si vero solummo-
do naturalium vers. omnino suis existentibus, in
auth.

auth. quib. modis natural. efficiantur sui, suffragatur etiam ratio illa, quod fictio translatiua, quæ hoc casu fingit ipsos legitimè natos, duo tantum extrema requirit habilia, nempè á quo, & ad quod; nec refert, quid medio tempore acciderit, & sic, quod interea vxorem habuerit, vt ait Syluest. Aldobrand. in §. fin. num. 13. instit. de nupt. Bar. & omnes in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. Soccin. Iun. consil. 31. themate prædicto nu. 41. vol. 2.

132 Eiusmodi autem ampliationem, ita corroboratam, auctoritatibus, textibus, atque rationibus, limitari credidit Aluarot. in cap. vnico §. naturales vers. quæro, pone, sub num. 9. si de feud. fuerit controu. quo ad successionem in feudalibus, si extarent filij ex primo matrimonio nati, & statuto caueretur primogenitos in feudo admitti; quia negat hos filios, sic per subsequens matrimonium legitimatos feudi successores esse, sed eos, qui ex primæuo, & intermedio orti sunt matrimonio, idque præterea defendunt Ias. in l. gallus, §. & quid si tantum nu. 35. ff. de liber. & posth. Castrens. in l. quoties num. 4. C. de rei vendic. ibidemque Ias. nu. 40. & Bal. num 6. Alex. consil. 25. circa primum num. 2. vol. 1. Soccin. Iunior. consil. 59. memini nu. 7. vol. 1. Tiraq. in l. si vnquam vers. susceperit liberos, nu. 64. C. de reuoc. donat. Anton. de Butrio in cap. tanta post num. 14. qui filij sint legitimi, ibique Anchar. Cardin. Henric. Boich. & alij communiter omnes, vt inquit additio ad Bal. in ead. l. quoties, adducti auctoritate Io. Andr. in Regula sine culpa de regulis Iuris in 6. col. 10. vbi quæstionem hanc disputauit, & pro vtraq; parte multa congessit; huic Insuper sententiæ fauet infinitus numerus Doctorum, qui de maioria loquentes, eandem proponunt thesim, & in hanc sine dubio propendunt partem, quos citat, & insequitur Molina in suo tract. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 1. à num. 7. Bartholom. Brixiensis, quæst. Dominicali l. 56. aliquis habuit filium, Ioan. Guttieres in §. sui nu. 79. de hæred. qualit. & different; & post alios Hieronym. de Cauaglios in suis qq. comm. contra comm. par. 1. quæst. 606. quæstio præsens; non tamen me præterit in contrariam sententiam iuisse multos iuris peritos, quos Tiraq. coaceruat in tract. de Iure primogen. quæst. 34. num 24. & præcitatus Cauagliof. à nu. 1. sed ipse priorem omnino amplexor, quam communem esse testatur Alex. indicato §. & quid si tantum, nu. 25. eamque veram, & tenendam subiungit Didacus Spino in suo Speculo testam. glos. 15. nu. 126.

133 Extenditur secundo principalis resolutio, vt etiã legitimentur ex Ancilla procreati, si cum ea subsequens fuerit celebratum matrimonium, per Cardin. Alexan. in citato cap. tanta quæst. 11. Cassador. decis. vnica, nu. 3. de sponsal. Ioann. Brunell. tract. de nupt. conclus. 2. nu. 17. Syluest. Aldobrand. §. fin. num. 10. instit. de nupt. Ludouic. de Sardis adducto tract. de natur. liber. cap. de legit. nu. 18. etenim Iure Ciuili licet matrimonium, cum illis non subsistat per l. cum Ancillis, C. de incest. nupt. tamen de Iure Canonico, illud scienter initum cum persona seruili tenet, nec dispar conditio impedit cap. 2. & fin. de coniug. seruor. cui quidem Iuri standum esse in matrimoniali causa, edocent textus in cap. penul. & fin. de secund. nupt. quin, & posteriori Iure Ciuili tenere, ac legitimari filios ante natos, dicit Menoc. consil. 225. respondendum num. 71. vol. 3. per textum in §. vltimo, in auth. de triente, & semisse, non secus ac si cum alia vili persona procreati fuerint, & cum ea subsequutum matrimonium, legitimentur, tum Iure Ciuili, tùm maximè Canonico defendunt idem Menoch. consil. 18. præsupposita num. 9. vol. 1. & Osascus decis. 154. Dominus Ludouicus.

134 Dilatatur tertiò ad Matrimonium cum fidele Hæretico, vel Scismatico initum, cum illud de Iure subsistat, quamuis peccato non careat, iuxta glos. in cap. non oportet 28. quæst. 1. Nauarr. c. 22. nu. 46. Diuum Thomam in 4. sent. dist. 19. quæst. 1. artic. 1. Cardin. & alios omnes in cap. fin. de condit. appos. communemque opinionem esse tutatur Didac. Couar. in Epithome de sponsal. cap. 6. §. 11. nu. 4. Viguer. in Sum. Rub. de Sacram. matrim. cap. 16. §. 7. vers. 9. de impedimentis dirimentibus matrimonium, ibi, sed si aliquis fidelium Syluest. in verbo matrimonium 8. vers. 10. Sot. in 4. distin. 39. art. 2. prope finem. ibi, cum ergo Hæretici; aduersus quam communem opinionem dicit Couar. in loco citato, non vrgere septuagesimum secundum Canonem sextæ Synodus, apertè probantem matrimonium celebratum inter Cattholicum, & hæreticum esse nullum, propterea quod sub Hæretici nomine intelligit infidelem, quod aliorum corroborat auctoritatibus, & ipse omnino veram arbitror sententiam communem in hac tertia extentione traditam, istud enim Sacramentum, non secus ac reliqua inita à Baptizato, quamuis hæretico subsistit, ex his quæ latioribus verbis edisertaui in Rub. de Sacram. in genere nu. 104. Neque animus vacillat propter auctoritatem quorumdam concludentium aduersus hanc communem, quibus præeminet Simanch. de Cattol. instit. tit. 40. de matrim. nu. 17. cum seq. tanquam non ita validis roborata rationibus, neque tot fulcita auctoritatibus, eorum opinio; Non tamen me præterit, quod alijs pœnis castigantur, qui cum hæretico illud contrahunt, ac præsertim mulier, si sciens contraxerit, amittat dotem, ex textu in cap. decreuit de hæret. in 6. & videndus est eruditissimus Pegna ad Directorium inquisit. Eymerici par. 3. commen. 160. Quod si cum Infideli nullius quippe validitatis esset, & nati ex tali coniugio, neque subsequenti matrimonio inter eosdem parentes, postquam infidelis fuerit, Baptismi lauacro regeneratus, celebrato cum tempore natiuitatis inter illorum parentes constare matrimonium non potuisset, ob alterius infidelitatem vt in cap. tanta, qui filij sint legitimi, aiunt Abb. num. 14. & Butrius num. 18. Sed valeat ne il-

135 lud inire qui baptismo flaminis fuerit baptizatus? & negatiuè assentior, quam scribit glosa in c. cauè in fine 28. quæst. 1. est autem baptismus flaminis, si corde contritus peroptat baptizari baptismo fluminis, cum debito modo, quando posset, iuxta cap. baptismi vocem, de consecrat. distinct. 4. Angel. in Summ. verbo baptismus 1. versicul. tertius est.

136 Dilatatur quartó Regula nostra generica, vt per sequens matrimonium legitimitatem consequantur nati ex clericis minoribus insignitis, atque etiam beneficiatis, per Bal. in cap. 1. §. naturales, nu. 9. si de feud. fuerit controu. ibique Afflict. notab. 5. nu. 38.

num.38. Cardin. in citato cap.tanta quæst.4.& inibi Prepos. post longam disputationem num.12. qui subijcit hanc esse tenendam resolutionem, & in cap.per venerabilem §.quod autem num.12.eodem tit. qui fil. sint legit. Anan. in cap. 2. num. 2. de corpore vitiat. Dec. consil.mihi 154. diligenter num.1. tenet insuper glosa in Pragmat.Sanct.tit.de concub.§. ipsas. versic. arcere, Nicolaus de Vbald. tractat. de success. ab intest. in 6. specie filiorum num.6. De Franch. decis.47. fuit dubitatum nu.4. Petrus Follerius super Constitut. Regni, incipiente sicut accepimus versic. in eandem quæstionem, sub numero 46. Syluest. verbo legitimus, & Sayrus in suo Thesaurocasuum conscientiæ lib.6. cap.10.num.17.alijque multi, quos insequitur Menoch.consl.225. respondendum videbatur num.27. volum.3. & propterea reijcienda contraria opinio quam tuentur Bart.in l.1.num.5.ff.de concub.Ossascus in decis. pedem.154. incip. Dominus Ludouicus Henrich.in summ. Theol. moral. lib.11.c.20. §.2.& Aluarot.indicato §.naturales,num.9.ob eam rationem,quia non poterant esse filij,saluo statu beneficij; siquidem ratio ista facilè prosternitur ex quo poterant esse filij, eorumque Pater quamuis Clericus, licitè Matrimonium celebrare quibat, tametsi veniret propterea beneficijs spoliandus c.1. & 3. de Cleric. coniug. idest respectu possessionis, cum titulo beneficiorum sit ipso iure priuatus, iuxta glosam in eodem cap.1.communiter receptam teste Couar. in 4. de sponsal. par.2.cap.6.§.3. nu.4. quamque opinionem non immeritò communem asserit Menchiacha lib.3. de testam. §.22. num.45. saltem vbicumque Matrimonium est validum, teste Bermondo Chouer. in tractat. de concub. fol. mihi 404.& Iulio Claro quæst.73. num. 5. tametsi defendi rectè possit, beneficio priuari ipso iure clericum, qui inualidum contraxit Matrimonium, non secus ac præcitatus Couar.eo in loco acerrimè defendit.

137 Quinto ampliatur adhuc si Matrimoniũ fuerit initum, cũ infirmi propè interitum sunt cõtrahentes, aut senes decrepiti; ita quippè concludit Ioan. Andreas, postquam diù moratus erat in discussione huius controuersiæ, super Reg. sine culpa, à numero 1. de Regul.Iuris in 6.in Mercur. Abb.in c.2. num.5.& cap.commissum num.3. de sponsal. Ias. in l. sed & quæsitum, num. 7. ff. de liber. & posth. Cyn. in l. Nuper, per totam C. de natur. liber. ibidemque Bald. num.2. Alex. in l. si quis posthumos num.4. ff. de liber. & posth. Præpos. in cap. tanta num.7. qui filij sint legit. Afflict. in cap.1. §. naturales notab.5.num.37.si de feud. fuerit contr. inter. Dom. & Agnat. Vaxall.ibique Aluar.num.10.Couar.de sponsal.2.par.cap.8.§.2.num.10.Angel.Aretin.§.fin.num.11.instit.de nupt. Tiraquell.in l.si vnquam num.73.C.de reuoc.donat. Alber.in l.cum quis nu.5.C.de natural. liber, & hanc communem esse opinionem, dicunt Alexand. num.4. iam adducto, & Ias. in relata l. sed & quæsitum, vers. adde sub num.5. & Paris. consil.29. Cato nu.4. & 69. volum.2. Non tamen defuerunt, qui aduersam sectarentur partem, aientes illud tantum Matrimonium legitimare prolem antea procreatam, quòd spe prolis celebratur, in quam sententiam iuerunt Bald, sibi ipsi contrarius, in l. eam quam num.27. C. de fideicomm. glos. in l.si quis posthumos §.filium ff.de liber. & posthum. & alij plures, ea ex ratione, quod ab impotente coire, vel propter decrepitatem, vel quia in articulo mortis reperitur, Matrimonium contrahi nequit, ideò generica conclusio, ne valeat celebrari ab impotente generare, desumitur ex capit. 2. de frigid. & malefic. Sed qui priorem commendant sententiam, huic rationi multas afferunt responsiones, vt est videre apud Cynum in loco supra citato, cuius vltima replicatio, est illa, quod spes adest procreandæ sobolis legitimæ, & sic noua qualitas filij procreatur per legitimationem; quin Bald. relatus à Parisio in supra relato consil.29.num.2. dicit his temporibus non cõtrahi matrimonium propter spem procreandæ sobolis, sed propter se ipsum, quia est Sacramentum, inde fieri quód à prædictis validè contrahatur, & propterea legitimet etiam antea natos, verum alia, & verior erit, ne requiratur potentia generandi, sed tantum emittendi semen, licet imperfectum, & minimè aptum ad generandum. longa seriè probat, & dissentientes opiniones conciliat Barbos. in l.1.par.1. à num. 92. ff. solut. matrim., è quorum numero esse senes decrepitos, & alios memoratos, subiungit post num.94.

138 Ampliatur sexto, vt legitimentur non tantum Matrimonio subsequenti vero, sed etiam putatiuo, ita Butrius in cap. tanta num 9. & cap, quod nobis, post num.6.qui filij sint legit. Aluar.in cap. 1. §. naturales, si de feud. fuerit controuers. inter Domin. & agnat. Vaxal. Zasius in tract. feud. par.8.num.88. Palauic. Ruuius in repet. rubr. de donat.§.36.nu.2. Roderic.Suarez in l.1. tit.6. lib.3. fol.83.§. ad prædicta, vt de naturalibus Anton.Gabriel lib.comm. opin. rubr. de legit.conclus.1. num.4.& conclus.2. num.7.ac Thomas Sanch. tract. de matrim. lib.3. disput.42. num. 2. idcircò filij nati ex consanguineis, tùm ambobus, tùm altero ipsorum ignorante consanguinitatem, aut professionem, vel aliud legitimum impedimentum, eaque perdurante ignorantia ab eis celebretur matrimonium, quod licet inualidum appareat ob illud impedimentum, cum
139 tamen putetur validum, & putatiuum propterea appelletur matrimonium, vt inquit Præpos. in cap. quod nobis post num.5.qui filij sint legit.& Couar. 2.par.de sponsal.cap.8.num.17. certé legitimantur eiusmodi filij ex hoc matrimonio, vt præcitati scripserunt; iuncta glosa 2. in eodem cap.tanta, atque Gemin.consil.66. pro declaratione num.5.Curtius Iunior consil.27. num.8.Ludouic.de Sardis tractat. de naturalibus liber.par.2.cap.de legitim. per putat. matrimon. num.1.Anton. de Rosellis lib.1. de matrim. putat.num.3.Cassad.decis.vnica de sponsal.& Ioan.Petrus Surd. consil. 303. totius controuersiæ num.20. volum.3.hancque partem (subijciunt Cassad. & Surdus) esse communiter approbatam, & aligendam in Doctorum varietate, tanquam benignam, piam, sanctam, & fauorabilem, eique adhæsisse Rotam, & ita determinasse testantur, conuenitque Paris. consil.15. circa præsentem num.45.volum.2.isthæc autem ampliatio, vt matrimonium putatiuum legitimet filios antea prognatos, confirmatur, quia putatiuum connubium, veró æquat matrimonio Anton. de Butrio in citato cap. tanta, versic. quidam sunt legitimi, sub nu.8.

&

& Caſſad. adducta deciſ. vnica poſt num. 2. eo
quod bona fides eſt in cauſa, vt indulgeatur matri-
monio putatiuo, ſicut & vero, ex notatis per Illu-
ſtriſsimum Cardinalem Blanchettum meritiſſi-
mum, & olim Rotæ Auditorem deciſ. 605. num. 5.
inter deciſ. diuerſ. par. 1. ſed verum matrimonium,
ſcilicet initum inter eos, qui nullo detinentur im-
pedimento, legitimat filios fornicariè natos ex coi-
tu inter ſolutum, & ſolutam, ita & coniugium ini-
tum ab his quorum alter ſaltem neſciuerit impedi-
mentum, ac propterea filios ita natos legitimare,
affirmant Butrius, Ludouicus de Sardis, & Anto-
nius de Roſellis in locis mox citatis, Surdus ad-
ducto conſil. 303. nec non gloſa in cap. non omnis
verſic. conſtituente 32. quæſt. 2. exploſa multorum
contradicentium ſententia, maximè Molinæ lib. 3.
de primogen. Hiſpan. c. 1. num. 11. & alterius Mo-
linæ par. 1. de Iuſtit. & Iure, tractat. 2. diſput. 172.
verſic. dubium deinde, & Peregrini in tractat. de
fideicomm. artic. 24. num. 52. & 73.

Putatiuum autem matrimonium cum dixerim
legitimos efficere liberos antea procreatos, ſubij-
140 ciam modo conuenientius eſſe, vt legitimos fa-
ciat natos poſtmodum, per Aluarot. in cap. 1. §. na-
turales num. 12. ſi de feud. fuerit controuerſ. inter
Domin., & Agnat. Vaxalli, Caputaq. deciſ. 150. le-
gitimatis num. 7. par. 2. Duena Regula 150. limi-
tat. 2. verſic. circa quam, & gloſ. fin. indicato cap.
tanta, & cap. cum inhibitio §. ſi quis verſic. ſi ambo
de clandeſt. deſponſ. ibique Præpoſ. num. 7. Bal. in
l. qui contra, prima lectura nu. 4. C. de inceſt. nupt.
Henriq. ſumm. Theolog. moral. lib. 11. cap. 20. §. 3.
gloſ. 1. in cap. cum in captiuitate 34. quæſt. 1. La-
pus allegat 89. factum ſuper quo num. 9. inibique
Mandoſ. late in additione, & expreſſus canon in
citato cap. ex tenore, ibi, & dum ipſa coniux ipſius
legitima putaretur, dictum R. ſuſceperit ex eadē;
quem textum de filijs natis in figura matrimonij
interpretatur Soccin. Iunior. conſil. 31. themate
prædicto num. 40. volum. 2. & Henrich. Boich.
num. 4. eodem cap. quod ſi prædictum Matrimo-
nium ſic putatiuum fuiſſet amplius clandeſtinè ce-
lebratum, illud neutrum filiorum legitimaret, non
enim antea natos, vt firmat Soccin. Iunior adducto
conſil. 276. Magnificus num. 15. & nu. 38. & Man-
tica in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12.
num. 13. neque alios, & tempore matrimonij pro-
gnatos, per adductum cap. ex tenore, & gloſ. indi-
cato cap. cum in captiuitate, Anchar. ſuper c. cum
inhibitio §. 1. num. 17. & cap. 2. num. 7. qui filij ſint
legitimi. & cap. tanta num. 8. Syluest. Aldobrand.
§. fin. num. 11. inſtitut. de nupt. & Afflict. ſuper §.
naturales num. 32. copioſeq; explicat Hieronym.
de Cauagl. in qq. Comm. contra commun. q. 697.
Sanchez in tractat. de matrim. lib. 3. diſput. 42. eò
quod ignorantiam impedimenti affectaſſe viden-
tur. per Soccin. in eodem conſil. 31. num. 43. propte-
rea iſta ſubſiſtunt quoties inualidum fuit matrimo-
141 nium, quia ſi validum, licet clandeſtinum, legiti-
mam omninò redderet, non ſolum prolem deinde
ſuſceptam, vt affirmat præcitatus Sanchez in ea-
dem diſput. 42. nu. 8. Verum etiam antea habitam
in eiſdem caſibus, in quibus ſi abeſſet clandeſtinitas,
ita Mattienzo lib. 5. recopilat. tit. 8. lib. 10. gloſ. 5. nu. 5
Caldas de nominat. emphyteo. quæſt. 21. num. 81.
Cæphalus conſil. 435. conſultationem num. 92. &
94. atque 95. & conſil. 503. præſuppoſita num. 18. ac
Decian. conſ. 5. num. 109. Paleott. tract. de Noth.
& ſpur. cap. 9. ſub num. 5. & cap. 20. ſub nu. 7. Man-
tica (cuius virtutes omnium mortalium fama ſem-
per celebrabit) in loco paulo antea relato, & Tho-
mas Sanchez citato lib. 3. diſput. 44. poſt nu. 2. inibi,
142 quamplures reijciens contradictores. Verum ad
dignoſcendum quando re vera dicatur clandeſtinè
contractum matrimonium, non amplius oporte-
bit Doctorum perquirere dicta, eorumque in hac
re diſſentientes ſententias intueri, cum recentiori
Iure Trident. Cōcil. diffinitum ſit, in cap. 1. ſeſs. 24.
de reformat. illud clandeſtinitate carere, quod á
Proprio contrahentium Parocho contractum eſt
præcedentibus tribus denuntiationibus ab eodem
Parocho publicè factis in tribus diebus feſtiuis in-
ter Miſſarum ſolemnia.

143 Eſt tamen veriſſimum, quod denunciationes ip-
ſæ etiam poſt iam dictum Concilium, ſi præmiſſæ
haud fuerint, aut non legitimæ emiſſæ, efficiunt
quidem matrimonium clandeſtinum, quò ad om-
nes effectus clandeſtinitatis, præterquam nullitatis
matrimonij, vt teſtatur Nauar. in Mānuali cap. 22.
poſt num. 70. eumque ſequitur Borgnin Caualcan.
in deciſ. Fiuizana 29. de iure communi n. 38. par. 1.
ſubdens ita ipſum pronunciaſſe in anno 1579. tan-
quam Vicarium Papienſem, eiuſquè ſententiam
fuiſſe deinde à ſuperiori Iudice confirmatam, ean-
demq; collaudat ſententiam Riminal. Iunior con-
ſil. 691. num. 34. volum. 6. Plotus in l. ſi quando ver-
ſic. ſcias. quod, ſub nu. 341. C. vnde vi, Franciſc. Sar-
miento lib. 1. Selectar. cap. 6. num. 7. Anton. Cuccus
in lib. 5. inſtit. tit. 11. num. 86. Perez lib. 5. ordinam.
tit. 15. l. p. Mattienzo lib. 5. recopilat. tit. 1. gloſ. 1. nu-
mero 34. Azeuedo eodem lib. 5. tit. 1. l. 1. nu. 42. Ro-
vas in Epitome ſucceſs. cap. 2. nu. 23. & 24. Ioan.
Guttierez. 2. par. pract. qq. in quæſt. 4. num. 13. &
tract. de Iuram. par. 1. cap. 51. num. 25. Segura in
ſuo directorio Iudicum par. 2. cap. 16. num. 1. Me-
dina in ſumm. lib. 1. cap. 16 §. 13. Ceruātes l. 6. tauri
num. 22. Vera crux in appendice ad ſpeculum, du-
bio 1. per totum, & dubio 11. in fine Henriq. in
ſumm. Theol. moral. lib. 11. cap. 5. num. 1. Petrus de
Ledeſma, in tractat. de matrim. quæſt. 45. artic. 5.
puncto 2. dubio 1. concluſ. 2. Coſmus Philiarcus de
offic. Sacerd. tomo 1. par. 2. lib. 2. cap. 2. Manuel. in
ſumma tomo 1. edit. 2. cap. 217. num. 2. & 10. Vi-
uald. in ſuo Candelabro aureo par. 1. rubr. de ma-
trim. num. 242. Corona Confeſs. rubr. de ſacram.
matrim. verſic. ex quibus verbis, ſub num. 19. Vega
lib. 3. ſummæ caſu 176. Didacus ſpino. In ſuo Spe-
culo teſtam. gloſa 15. num. 25. & Salzed. ad Dia-
zam cap. 73. verſic. 1. ante omnia ſcire oportet, vbi
ſubiungit ita fuiſſe declaratum ab Illuſtriſſimis
Cardinalibus Sacri Concilij interpretibus, ſub die
6. Ianuarij 1582. Epiſcopo Salamantino reſcriben-
tibus, eiuſque declarationis verba formalia recitat,
Nouiſſimeque hanc eandem reſolutionem inſe-
quitur, multiſque confirmat rationibus Thomas
Sanchez tractat. de matrim. lib. 3. diſput. 5. num. 3.
quare cauendum eſt á Menochio conſil. 69. quæ-
ſtionis propoſitæ num. 70. vol. 1. dum contrarium
probare nititur, taleque matrimonium inualidum
ex diſpoſitione præfati Tridentini Concilij, exiſti-
mans

mans in quam etiam sententiam deflexit Cephalus consil.421.verè á num.29.volum.3.Bencius inter consilia Menochij conf. 398. tribus de causis num.1.vol.4.& videtur tenere Fuluius Pacian.in tract.de probat.lib.2.cap.16.num.63. nisi quando aliquod impedimentum pateret, quod antea initũ matrimonium redderet nullum, quia publicationes si non interuenerunt, & inualidum esset, & filij neque essent legitimi, ex delibatis supra versic. proximo,& alijs notatis per Hieronymum de Cauaglios.citata quæst.667.num.11.

144 Post quę superest adiungere,quod nati ex putatiuo matrimonio adeo sunt legitimi, vt etiam substitutum excludát, quemadmodum defendit Hieronym. de Laurentijs in decis. Auinion.72. per totam,ac deinde iudicatum attestatur, sequiturque Thesaur.decis.197.testator vocauit nu.7.& Fuluius Pacian.adducto c.16.sub nu.69.dum nouissimé recitat Doctores hanc firmantes conclusionem.

145 Ex hactenus luculenter scriptis in materia putatiui matrimonij,respondi anno 1593.cuidam Diacono,& Canonico Sácti Marci me cõsulenti,quod dum eius Parens quatraginta antea annis mortua vxore post secum habitam copulam, illius sororé vtrinque coniunctam ducere cogitans,amico Romæ degenti scripsit, pro obtinenda dispensatione, qui illam expediuisse ferunt in 4. affinitatis gradu, deindeq; abrasa illa particula in 4.scripsisse in primo, illamque sic vitiatam eidem petenti transmisisse, qui inscius falsitatis cum illa matrimonium celebrauit, ex quo natum esse hunc subdiaconum, qui tanquam legitimè genitus à defuncto Antistite fecerat se promouere ad subdiaconatum, & ad altiores gradus ascendere procurans, successor Episcopus de hac re à multis edoctus, illum prædictis renuit insignire ordinibus;quare ipse in ea fui sententia posse Episcopum dissimulare cum tali subdiacono sic nato in bona fide matrimonij, & credente se legitimum, per Doctrinam Nauar. consil.9.num.1.de tempor.ordin.par.1.ex cap.quia circa de consanguin.& affinit. secundum intellectum Goffredi,quem Nauar.monstrat verum in capit.quis autem,num.68. de pœnit.dist.7. Couar. de sponsal.par.2.cap.6.§.10.num.15.Corduba in summ.quæst.159.puncto primo Aragon.2.2.quę-33. artic. 6. conclus. 3. & Sanchez de matrim. lib.2.disput.38. in fine num.12. Sed quoniam noluit Antistes dissimulare,neque obscurè ferre, dixi iterum, quod si asserta dispensatio produceretur, vel quoquomodo constaret intercessisse,posset reputari hic subdiaconus ex putatiuo matrimonio natus, tanquam falsitatem parentes ignorantes, dispensationique confisi matrimonium celebrassent. Verùm cum neque dispensatio producatur, neq; verificetur extitisse, quamuis vitiatam, haudquaquam dici poterit istud matrimonium putatiuum, tú quia non controuertitur in facto,quin illi sciuerint affinitatem inter eos existentem; tum

146 quia si scientia negaretur attamen illa præsumeretur,ex regula l. oct. ui ff. vnde cogn. & l.de tutela C. de in integr restit. dato quod esset publicé contractum,& non aduersatur tex. in l.fin. ff. de rit. nupt. tunc enim sola iuris ignorantia præsumitur, non autem facti Bart. in l. si adulterium cum incestu post num.9.ff.ad l.Iuliam de adult.ibi, aut dubitatur vtrum sciuerit,vel ignorauerit (supple ius,de quo loquuntur verba proxima præcedentia, & eo casu, vel clam fuit initum matrimonium,& præsumatur scientia, nempè Iuris, aut palam,& iudicetur adesse ignorantiam, scilicet Iuris, & adducit dictam l.fin.ff.de ritu nupt. hoc insuper firmat Ruinus consil.14. numero 5.volumine 3. & quamuis de Franch. decis.52. Donna Catherina num.10. inferat contrarium decisum per Regium Consilium Neapol.& præsumptionem desumpsisse huiusmodi contrahentes inscios esse facti, & iuris circa impedimentum affinitatis, & hanc præsumtionem maximè ex Matrimonio publicè contracto dixerit enatam, Nihilominus vera illius decisionis ratio ea fuit, quia in longinquis partibus, ac diú habitauerant antea contrahentes, quod iustè impulit ad credendum verisimiliter ignorantiam affinitatis extitisse; nec immeritò in ea decisione num. 10. idem auctor apposuit aduerbium, illud maximè; succurritque alia responsio,quod affinitas de qua loquitur eiusmodi decisio,fortasse non erat ita proxima, quare potuit libentius ignorantia suspicari; sed in ista adeò proxima scilicet in primo gradu, vt proximior esse nequeat nullo modo videtur admittenda præsumptio ignorantiæ, idque aperté insinuant eiusdem l. octaui verba illa; quia verisimile non videbatur,tàm coniunctum sanguine defuncti valetudinem ignorare, & confirmant eiusdem decis. verba num.6. sed quia Canones relatam distinctionem circa ignorantiam Iuris,& facti improbarent , suffulti tantum eo supposito, quod matrimonium fuit celebratum in facie Ecclesiæ ad excludendam scientiam affinitatis, alteriusque impedimenti,vt antea firmaui, ideo in casu prædicti subdiaconi persisto in expressa scientia affinitatis, quæ non negatur; neque inficiatur genitorem ipsius subdiaconi sciuisse quòd illa quam secundo duxit, & cum qua procreauit eundem, fuisse sororem ex vtroque latere primæ vxoris, & propterea non potuisse sine dispensatione cum ea contrahere; itaque contrahendo, nedum fuit irritum matrimonium,sed nec putatiuum reputari cũ non nisi sumus adsit dictæ dispensationis non illius probatio, & successiuè filij ex eo nati sũt illegitimi.

Idque tum maximè subsistit, quia supposito illá extitisse debebat iustè suspicari esse falsam, etenim licet non prohibeatur in cap.18. Leuitici,viro præ-

147 defunctæ vxoris sororem ducere,& indubitatum sit posse supremum Præsulem dispensare, in tali impedimento, ex notatis per Henriq. in summ. Theolog. moral. lib.12. capit.9.§.6. vbi in glossa lit. y cumulat multos Iurisperitos iddem sentientes, quinimmò possit dispensare in casibus vetitis

148 in eodem capit. 18. atque in specie,vt patruus valeat illud celebrare cum filia fratris, dicit Abbas, subdens praxi comprobatum axioma,in cap. per venerabilem,post nu.21. qui filij sint legitimi; quamuis eodem capit. Leuitici reperiatur vetitum,

149 non secus ac possit filius fratris sibi in matrimonium copulare relictam patrui, licet sit illo met c. 18.prohibitum,scripsit Anchar. conf. 373. reuocatur in dubium,ex quibus arguendo à simili Soccin. Iunior.consil.140.stantibus,volum. 2. per totum maximè

maximè nu.39.affirmat potuisse Summum Pontificem in casu illius Consilij dispensare, vt scilicet vir contrahat cum relicta à fratre,ea præsertim ratione quod præceptum dict.cap. 18. tanquam non morale, hodie tempore gratiæ,hoc est post Aduentum Cristi,non duret in lege Dei,vt ille inquit post nu.2.& quando fatendum esset, illud haud esse sublatum per nouum testamentum, subdit num. 5. quod eam, tale præceptum admitteret restrictionem, ab eadem lege diuina; idest, nisi prædefunctus frater decessisset absque sobole,quo quidé casu non modo inhibitum haud erat fratrem ducere relictam fratris,sed cũ illa contrahere præcipiebatur sub pœna infamiæ,in cap.25. Deuter. ob idque firmat,tenuisse matrimonium ab Henrico Octauo Rege Angliæ,quod ipse memini celebratum cum Catherina filia Ferdinandi,& Elisabeth, Hispaniarum,& Siciliæ Regum Cattholicorum die 3. Iunij 1509.præcedente dispensatione sibi concessa à Iulio Papa II. sub datum Romæ Kalendis Ianuarij, 1507. eò quod, eadem Catherina die 24. Nouembris anni 1501. nupserat Arturo fratri vtrinq; coniuncto eiusdem Henrici, & post quinque menses defuncti nulla ex huiusmodi Matrimonio suscepta prole; cuius quidem matrimonij cumulatius Deo fauente scribam congruentiori loco, Et nunc ad materiam redeundo multo magis tenendum est,licere Papæ dispensare, vt vir contrahat cum sorore defunctæ vxoris, tamen indubitati

150 Iuris esse patet, id rarò concedere Papam, atque adeo vt impossibile ferè credatur, vt alterá à multis probatam sententiam prætereamus, nefas esse eidem Pontifici,in hoc,& alijs vetitis in d.capit. 18. Leuit.dispensare,quam recenset, & eius sectatores Parisius in consil.68.exordiente,dubium exoritur, vol. 4. vbi triginta octo columnis hanc rem extricat; Quamobrem nulla existente dispensationis probatione, at præterea in contrarium vrgente præsumptione,qua supponatur nullam intercessisse dispensationem; ideo censui respondendum,prædictum Subdiaconum indigere dispensatione, & authoritate Pontificia, quam deinde impetrauit; Neque pugnat cum resolutione à me ipso constituta superius, sufficere allegare dispensationem; ipsaque præsumatur per spatium annorum decem; Siquidem in hoc peculiari casu,tanta est difficultas in obtinenda eiusmodi dispensatione, & impossibi-

151 litas credendi fuisse concessam, vt meritò reijciatur admissio illa, & præumptio concessionis prædictæ, idque maximè dùm cessat præsumptio, ex quo apparet de veritate, quod illa minimè fuerit concessa,& consequenter cum allegetur dispensatio vitiosa, nullatenus prodesse pôtest deducenti; oportuisset enim quod allegasset dispensationem validam, eamque fuisse a Supremo Pontifice datam in primo gradu, non autem quod fuerit ab illo data respectu impedimenti in quarto gradu,& malitia impetrantis immutata qualitas illa, & gradus,atque appositus alius propinquior gradus.

152 Sed ille,qui natus est ex Muliere nupta, & adultero, sit nè legitimus, possitque ordinibus donari

153 non ignorandum duco; & Regula Iuris extat, quam constitui,& dilataui num. 17.cum seq.filium in domo natum præsumi Mariti etiam si constaret Matrem interea adulterasse,iuxta l. miles §. defuncto ff.de adult.l.filiũ definimus ff.de his qui sunt sui vel alien.Iur. comprobata plenè per Dec.cons.657. plenè, & eleganter, & Gomes in cap. 2. de Iudicijs in 6.Ant.Gabriel. lib.1.conclus.comm. tit. de præsumpt.conclus.14.ex hac autem conclusione,alia suboritur resolutio, quod filius non tenetur matris assertioni assentiri si ipsum adulteri non Mariti esse dicat,iuxta cap.per tuas de probat. & doctrinam Abb.in cap.transmissæ num.4.qui filij sint legitimi Bartol. in ead.leg.filium inbique Bald.in 1.lectura nu.15.& est communis opinio, cuius memit Boer. decis.299.& videtur, nu. 6. in fine, idemque Abb. in cap.per tuas,nu.4.iam citato,& Bal.consil. 437. Titius habebat Seiam vol. 5. Dies namque natiuitatis est certa, conceptionis autem dubia, vt Bald. refert in eodem cap. per tuas, ibidemque Io. Andr. Barb.nu.10.quare debet animum suum informare talis filius,propriamque instruere conscientiam, secundum legem,teste Cyn.in ead. l. si vicinis in fine, Nemoque clementior lege compellatur esse, vt idem Cyn. ibidem affirmat, per text.in §. oportet in auth. de Iudic. ac propterea debet se legitimum reputare,quia ita lex præsumit,ideoque stultum non immerito existimarunt Doctores, cuiusdam Regis filium, qui matris assertioni annuens, ipsum non ex Rege, sed ex milite genitum credidit,Regnumque propterea refutauit, cum illius dicto,haud cogeretur stare.

Attamen veritate fulcitur altera assertio,quod si credere cæpit, ex tunc conscientiam Iesam, & erroneam incepit habere, & renuntiare tenebatur omne, & quidquid ad ipsum deuenerat de bonis præsumpti Patris,ac Matris viri, alioquin ædificasset sibi ad gehennam, vt est originaria doctrina Iacobi de S. Georgio, quam citat, & amplexatur Abb.in cap.officij num.4.de pœnit.& remiss.Boer. adducta decis.299.post num. 6. & ipsemet coaceruaui multa in huius capitis initio vers. De Nothis, num. 19.

154 Quare vt quæstioni propositæ respondeam, affirmo ipsum non posse ascendere ad ordines, postquam credidit dicto Matris, quod si nunquam credidit, haud impediri insigniri ordinibus, ad id concludendum adductus his, quæ hactenus congessi,& doctrina in terminis Nauarr.cons.1. de filijs Presb. itaque non est (mea sententia) redarguendus filius ille Regis,quia renunciauit, sed quia credidit Matri,nam statim ac credidit,tenebatur in foro interiori cedere Iuri.

155 An autem, & quando Mater obnoxia sit declarare, & procreare natum filium non ex viro procreatum, non est præsentis speculationis, sed remitto ad ea,quæ distinctè, & prolixe scripsit additio finalis ad Abbatem in eodem cap. officij de penit.& remiss.

156 His conuenit subijcere,quæsitum alterum, si illegitimus ausus sit ordines suscipere, validetur ne promotio ista subsequenti matrimonio inter eius parentes celebrato? & si verba Syluestri Aldobr. attendantur in §.fin.instit.de nupt.videtur annuendum, cum decernant filios illegitimos non incipere haberi legitimos, nisi post contractum matrimonium, post quod censeri semper fuisse legitimos,per textum in l.cum quis C. de natural. liber. subdens hanc esse communem opinionem; quam

ipse

ipse recensui supra versic.eiusmodi autem amplia-
tionem ; & nunc addo videnda, quæ superinde cu-
mulat Hieronym. de Cauagl. quæst. 2. inter suas
qq.commun.contra comm.par.1. Verum his non
obstantibus contrariam sequor, vbicumque agitur
de sacris ordinibus, ac propterea, haud validari pro-
motionem ita factam, non debito iure; & conse-
quenter carere executione ordinis suscepti, etiam
post connubium, existimo per Archid.in cap.Osius
in fine 58. distinct. Mandos. tract. signat.grat.rubr.
de dispensat. super defectu natal. versic.quæro, Vi-
ual. 2. par.candel.rubr.de irreg.in specie num. 119.
Maiol.tract. de irreg.lib. 1.cap. 4.post num.16.ete-
nim respectu ordinum attenditur tempus promo-
tionis; altera item ratio, quam Maiol.adduxit, reij-
cienda venit ni fallor, tamquam á veritate aliena,
scilicet, quod Matrimonium auferat illegitimita-
tem, non autem irregularitatem contractam ab il-
legitimo promoto, etenim demonstraui num.
illegitimum, nullam incurrere irregularitatem de-
pendentem ex ista promotione.

157 Quid modo dicendum sit de infantibus exposi-
tis, ipsique vtrum indigeant dispensatione, si ordi-
nibus insigniri concupiscant, beneficiaque adipisci,
& non paucis respõdet verbis, at præterea rationes
aliquas adducit Couar.in Clement. si furiosus par-
te 1. in princip. num. 9. vbi ne illi promoueantur
non obtẽta dispensatione videtur asseuerare, & fir-
mat Maiol. in tract. de irreg. speciebus num.123.
Angelus in l. liberorum ff. de his qui notandum
infam. Viual. in rubr.de irreg.num.123.nemo enim
præsumitur legitimus filius ex not. per Couar.
in 4. decretali de sponsal. 2. part. capit.8. §.3.nu-
mero 1. Alciat. de præsumpt. reg. 13. præsum-
ptio. 1. num. 12. & Mascard. conclus. 799. nu. 7.
vol.2. At contrariam sententiam, nulla scilicet di-
spensatione eos indigere, verum legitimos reputa-
ri, posseque ob id promoueri ad ordines, firmarunt
Anan.in cap.1.num.11.de infant. expos. Felin. in
capit. causam deputati num.10. de iudic. Bermon,
Choucr.in tit.de concub.versic.qui etiam num.96.
& omninò veram asseuerat Paleott. in tractat. de
noth. & spur.cap.63.num. 3.& 7.eamque commu-
niter teneri subnectens, & amplexatur etiam Me-
noch. in tractat. de arbit. Iudic. lib.2. cent.4. casu
396. num.15. & veriorem de rigore Iuris opinatur
Sayrus in suo Thesauro lib.6. cap.10.versic.secun-
da opinio sub nu.39. & hanc re vera sequitur Co-
uar. indicato num.9. licet enim videatur antea sen-
tire contrarium, postremo hanc apertè approbat
dum inquit, quod si promoti fuerint non eis prohi-
berem ordinum vsum, auctoritate Ananiæ, & Feli-
ni, hæc ille; qui nisi eos esse legitimos sentiret, non
dixisset, minimè illis promotis interdici ordinum
vsum; quamuis antea tutius agens, non ordinandos
responderit; ac propterea, cum Salzedus ad Dia-
zam, prædictam comendet etiam distinctionem in
cap.14. vtique eandem mox relatam sententiam
videtur firmare, ne irregularitate notentur, cui po-
stremo subscribit Suarez in suo 5.volum.disput.50.
sectione 4.inquiens vnicuique licere huic adhære-
re resolutioni in praxi, tametsi adiungat securius
esse vti moderatione, qua Couar.leniuit rigorem
sentientium contrarium; nam intelligitur de leni-
tione illa, respectu potestatis, quam habeat Antistes
dispensandi; & quatenus intelligeretur de altera,
non ideo tuetur eos irregulares, sed securius agere
credit; quamobrem ipse sine vllo scrupulo assen-
tior opinioni decidenti eos censeri legitimos, quam
postremo firmat Roder. in suis qq. regular. tomo
primo quæst.13. artic.1. nec vnquam mihi displi-
cuit sententia huiusmodi, cum liberi sint, & inge-
nui appareant l.3. C. de infant. expos. qui quidem
text. huic parti fauet admodum, in quam etiam
propendere Petrum de Anchar. indicato capit.1.
& Barbat. citato cap.cum deputati eorum verba
præportant, quanquam dubia sint, & assentitur
Auila in tractat.de censur. par.7.disput.3. dubio 9.
maximè si verum est, quod Henric. attestatur lib.
14.cap.8. §.10. in glos. lit. L. id declaratum fuisse
per Bullam Gregorii xjv. ac tanto magis quod ve-
rior reputatur opinio, vt filius in dubio præsuma-
tur legitimus, teste Veronensi cautela 118. quis in
dubio num.2. Mascard. conclus. 882. num.3. de
probat. volum. 2. & Menoch. alios cumulans, ac
rationes subdens in tractat. de præsumpt.lib.6. præ-
sumpt.54.num.20. Non tamen eum redarguerem,
at vehementer commendarem, qui tutius agens,
Episcopalem in hac re impetraret dispensationem,
non tantum si præmissa diligentia de natalibus du-
bium sit de eorum parentibus, vt tunc valeant or-
dinari, verum etiam vt in promothis antea mini-
strent, prout idẽ Couar. asserit, & concludit Hen-
riq. in sua summ. Theolog. moral. lib. 11. cap.20.
§.2. tam in textu, quam in glosa lit. K. & lib. 14.
cap.8.§.10. lit.k. nec non Sayrus adducto loco, &
consulit Suarez indicato loco versic. Hæc res in
fine.

Genericam verò ipsorum expositorum mate-
riam si quis concupiscat ediscere, præter rubr. de
infantibus exposit.in libro Decretalium, Iustinia-
nique Codicis positam, adeat textum singularem
cum glosa in c.fin.87.dist. illudque existimaui hoc
in loco non prætereundum, quod inter plures mo-
158 dos, quibus Patria potestas soluitur numeratur
15. cum propriam sobolem exponere non est veri-
tus, itaque non eam amplius suam dicere potest,
tamquam ea prole indignus, qui crudeli non pa-
terno animo illam morti obiecit, ita quod etiam
extraordinarijs coarcendus est pœnis, l.2. iuncta
glos.C.de infant. expos. maximè ne succedat inte-
stato filio exposito, si Petrus Gregor. Tholos. vera
159 loquitur in lib.45. Syntag. Iuris vniuersi cap.10.
num. 12. licet enim legem de exponendis quando-
que liberis statuerit Romulus, quam hisce verbis
refert Dionysius Halicarnassis lib.2. qui Primum
(inquit) necessitatem colonis imposuit educandi
quicquid esse masculum, & é filiabus primogeni-
tas; nullam autem prolem necari permisit mino-
rem triennio, nisi si quid mutilum, aut alioqui pro-
digiosum in ipso partu editum fuisset, talis enim
fœtus exponi à parentibus non vetuit, sed indicatos
prius quinque viris vicinis proximis, si illis quoque
exponendos visum fuerit; contra hanc legem
committentium pœnas, præter alias multas etiam
dimidiam bonorum addixit ærario, nihilominus
isthæc facultas exponendi in desuetudinem abijt,
160 tum ex rectissima, & humanissima l. apud The-
banos, qua (teste Aeliano lib.22. cap.7.var.histor.)
ne cui Thebano liceret infantem exponere consti-
tutum

rutum erat, vel in solitudinem abijcere, capitisque pœna contrafacientibus apposita erat, ac parentibus in extrema necessitate positis iussit filios deferre ad Magistratus cum fascijs, qui eos ab alijs publico sumptu ali curarent: tum etiam, quod cum vicina admodum sint, necare, & alimenta denegare, ad l. necare ff. de liber. agnosc. non mirum si sublata parentibus antiqua potestate, quam in filios retinebant vitæ, & necis, ad l. fin. C. de patria potest. illa quoq; summota, ac penitus sublata denegandi alimenta, impliciteque etiam illos exponendi censeatur. Patres namque, non vt venerem, voluptatemque explerent, Natura fecit, verum vt administri naturæ, & Reipublicæ essent, alendo, & probis moribus instituendo; exinde prodijt, quod de expositione infantium varie sumatur supplicium, vt inquit citatus Tholosan. in lib. 15. syntag. Iuris vniuersi, capit. 28. num. 5. referens in synodali congressione Constantinopolitana, post varias disceptationes, constitutum, Matres proprios filios in Diuinorum Templorum aditibus exponentes, vt homicidas puniri, quamuis filij ab alijs educentur, & scribunt Goffred. in summ. de infant. exposit. num. 3. Hostiens. in summa, eodem titulo num. 4. Syluest. in verbo expositus, prope num. 4. Tabien. sub num. 3. Armill. sub num. 3. & in cap. finali 87. distinct. glosa 1. Archid. in verbo damnabitur, & Bellam. Gemin. Præpos. & Turrecrem. nec non, in cap. vnico de infant. exposit. glosa in versic. liberatus, Hostien. num. 3. Anchar. num. 4. Zabarell. in prima oppositione, & in ea similiter Butrius; ac etiam sub num. 7. Abb. sub num. 2. Anan. num. 6. Marian. Soccin. num. 6. & Ioan. Andr. sub num. 2. & in rubr. C. de infant. exposit. dicit Petrus de Bellapert. Angel. & Fulgos. Azon in summ. dicto titulo, & Bossius in titulo de homicid. num. 7. & 8., solent autem Parentes multas ob causas liberos exponere, vel quia ingenti præmuntur egestate, & propterea non habeant, vt illos nutriant; vel quod impia, & illegitima coniunctione procreatos, propalare erubescant, aut timeant, eos proprios esse filios, & hac sine dubio frequentius adducuntur causa; quare certum est mulieres sæuo crimine exponentes liberos, non penitus obliuisci se esse Matres, vt non immerito olim consueuerint ex ornatu suo, quædam cum filijs exponere, ex quibus illorum deinde certam haberent cognitionem, teste Petro Victoria lib. 2. variar. lect. cap. 3. & Plutarco in Theseo; Ne-
161 que indignum, quod adiungam reputo, quod si in nemore, alioue loco reperiantur, rationabilisque suppetat causa dubitandi, nec ne baptismi lauacro fuerint regenerati, puta si scripto, quo pateat baptizatos fuisse careant, aut nimis recentes, ac tenelli sint, tunc debeant sub conditione baptizari, si non es baptizatus, ego te baptizo, quemadmodum Toletus nos edocet in lib. 2. suarum instructionum Sacerdotum capit. 21. num. 3. cum alias, tanta sit præsumptio de natis ex Christianis parentibus, & inter Christianos, vt pro certitudine sit habenda ipsos esse Christianos, donec euidentissimis argumentis contrarium appareat c. fin. de præsbyt. non baptiz.

162 Sed his alimenta præstare, qui teneantur, varij responderunt Doctores, propterea quod alij Rectori Ecclesiæ tribuunt; Alij Principi laico, alij communitati, & alij, omnibus his coniunctim imponunt, vbicumque Hospitale absit, quod huius operis curam gerat; ob idque diuersam fuisse resolutionem Senatus Pedemontani cum duabus vicibus iste casus illis in partibus accidisset, memorat Anton. Thesaur. decis. 118. incipiente Infans expositus fuit: & mihi neutiquam displicet postrema, cuius idem Thesaur. illic fuit auctor, num. 4. & conuenit Thomas Actius in suo tractat. de infirm. part. 1. capit. 48. quamuis humanitatis sit num. 29. ita quippe a multis leuius portatur pondus; non tamen me preterit Ecclesiarum Rectores præsertim Antistites maiori vinculo charitatis teneri subuenire expositis istis, alijsque erogare eleemosinas indigentibus, quam laicos, id enim me docuit Rutilius Benzonius in suo perutili tract. de fuga lib. 2. quæst. 2. artic. 3. versic. vltima conclusio; qui tametsi ex iustitia non semper illos obligari annuat, ob præceptum tamen misericordiæ obligari, tam illic, quam in quæst. 1. illius met disputationis, sufficienter probat: illud tamen addendum præsertim iudicat, tam intimum, & necessarium esse officio Episcopali prouidere omnibus egentibus, quæ necessaria eis sunt, vt si non habeant ad tribuendum eis, secundum Apostolicam Constitutionem, ab alijs debeant petere; sic enim ait Apostolica Constitutio in lib. 4. cap. 8. Idcirco accepisti datum Leuitarum oblationem populi, vt suppetat vobis, & egentibus, vt non cogamini accipere ab iniquis, & paulo post; sin vero datū non sufficiat, denuncia fratribus, & collectam fac, ad ministrandum orphanis, & viduis in iustitia. Quod ipsum testatur idem Benzonius Sanctos Apostolos (quorum Episcopi sunt successores) suis factis eos docuisse, maxime Petrum Apostolum, qui sollicite id exequi procurauit cum Iudęis dispersis per Pontum, Galaciam, Cappadociam, Bithiniam, & Asiam (vt ilsemet in sua priori Epistola scribit) non solum se spiritualia populis ministrasse, verum egentibus necessaria ad vitæ vsum procurasse.

Cœterum ad pręsentem materiam expositorum, durum videtur, & rigidum, quod is, qui pietatis causa expositum recolligit, & alimentat, nequeat repetere quod expendit, nisi in his tantum casibus, quos recenset Abb. & alij in cap. 1. de infant. exposit. quin illis ab intestato neque succedat ex sententia Hostien. & Zabarell. in eomet textu, qui adducunt l. nutritoribus C. de success. & cum neque Parentes exponentes, illis succedere in eodem casu si ab intestato decedere contingat, dixerimus supra per auctoritatem Gregor. Tholos. videndum est, quis il-
163 lorum sit eo casu successor, & Ecclesia sit, quę eroget bona in pias causas, habetur in l. omnes Peregrini C. de bonis vacant. lib. 10. aitque præ-

citatus Thesaur. in dicata decis. num. 5. quæ est optima limitatio ad titulum de bonis vacantibus, asserentem in eis succedere Fiscum Principis laici, cum quis intestatus decedit, nullo relicto qui attenta Iuris dispositione hæreditatem occupet; estque alius in hac Ciuitate Neapolis frequens casus restringens illius tituli sanctio-
164 nem, cum Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, tunc successores esse, excluso penitus Fisco Regio, non dubitetur, ex antiquissimis priuilegijs, eisque existentibus in viridi obseruantia, ipseque dum Canonicus illius eram Ecclesiæ practicaui, & Afflictus vir quidem insignis, ac Regius minister testatur, in suis Commentarijs in capit. vnico §. bona vacantia numero 13. quæ sint regal. in vsibus feudorum; tertium addunt casum in compatre, quo Fiscum etiam excludat Surd. de alimen. tit. 1. q. 12. nu. 16. & Dom. Picus de contract. glos. 13. nu. 92.

Vt autem cætui canam, & vela contractem cum nu. 114. scripserim legitimationem, qua habilitantur illegitimi ad ordines, vel re ipsa contingat, hoc est subsequenti matrimonio, vel rescripto Principis, & hactenus explicauerim omnem materiam legitimationis prouenientis ex matrimonio subsequenti; superest modo pauca adiungere quo ad eam, quæ ex Principis rescripto proficiscitur.

Cuius quidem legitimationis vniuersam materiam explicare, & superuacaneum, ac præter intentum esset, eaque propterea coaceruare existimaui, quæ rem præsentem propius attin-
165 gunt, & cum legitimatio ista sit de regalibus, ac reseruatis supremo Principi, non alius legitimare valet, præter ipsum, aut alterum cui suam communicauerit in hac parte auctoritatem, ad textum in l. qui in Prouincia §. Diuus ff. de ritu nupt. & cap. per Venerabilem, qui filij sint legit. aiuntque expressis verbis Bald. in l. 1. num. 39. C. de fruit. & Aqua. Parif. alios congerens in consil. 10. Aduersus Dom. Bartol. num. 114. volum. 2. Mandos. ad regul. Cancell. 13. quæst. 7. num. 7. nouissimeque Ioan. Petrus Surdus consil. 10. Nec deesset num. 42. vol. 2.
166 Non tamen omnis supremus Princeps illam potest validè elargiri, sed is tantum qui impetrantis est superior, ac pro bonis in ipsius concedentis dominio existentibus, ita Doctorum vnanimi consensu firmatur, & videre licet apud Ruinum consil. 66. volum. 3. num. 3. Alciat. consil. 17. videtur, numero 1. lib. 4. & Bertazol. consil. ciuili 92. dubitatur num. 6. vbi hanc veram, & communem probat sententiam.

Itaque respectu temporalium vbicumque facienda est, à solo laico Principe, & illius territorij impetranda est, qui supremum retinet dominium loci impetrantis, & non ab alio, in tantum quod ab Imperatore habita, haud opitulatur non subditis Imperij, per Afflict. decis. 128. & alios multos citatos per Peregrin. in tractat. de fideicomm. artic. 23. num. 14. & stylo longè periucundo, scribit Mantica in suo tractat. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. à num. 43. cum tamen excipio casum, si à Principe alterius loci fuerint toleratæ, vt ipse met. Peregrin. eo in artic. subiungit num. 18. qui etiam idipsum de Papa credit, & Guid. Papeus sing. 331. legitimatus, atque Rota in decis. 1. qui fil. sint legit. in nouis, & ipse restringo ad fauorem natorum ex matrimonio, cui obstabat impedimentum Canonicum, nam tunc remouendo impedimentum, & approbando matrimonium legitimat, etiam respectu temporalium, & omnes vbique locorum existentes, iuxta decis. Putei 483. Mathæus, num. 4. lib. 2.
167 Et quoniam Laici Principis legitimatio nullius roboris est apud Ecclesiã, iuxta glosam sollemnem in cap. 2. distinct. 59. ideò certi Iuris est nullius secularis potestatis, vtcumque supremæ, quò ad spiritualia suffragari, sed ipsius supremi Præsulis dumtaxat: cuius rescriptum vbique terrarum validum omninò sit, quamuis in gratiam laicorum, ita erudite concludit Harth. Hart. capit. 8. titulo de matrim., & Tepatus in rubr. de legit. facta per Papam vers. penul. tom. 2.
168 Isthæc autem legitimatio, longè differt à dispensatione: propterea quod, illa tantum valet, quantum cantat, & sunt in ea speciatim attendenda, quæ de ipsa loquens, scripsi numer. 99. ista autem iuuat in omnibus, & quò ad omnia, etiam dignitates quascumque Ecclesiasticas, Episcopatum nempè, Cardinalatum, & reliquas, iuxta notata per Anchar. & alios in capit. cum Vinctoniensis de elect. vbi Abb. num. 7. iam dictam collaudat distinctionem, quamque amplexatur Peregrin. citato artic. 23. num. 8. ea etenim est natalium restitutio, per text. in §. liceat igitur in auth. quibus modis natur. effic. sui, & notata à Hieronym. de Cauagl. quæst. comm. contra communes, & propriè quæst. 606. nu. 35.
169 Cæterum propter subsequutam legitimationem rumpatur ne testamentum à Genitore factum, explicat copiosè thesaur. affirmatiuam defendens, eamque crebriori Doctorum calculo receptam asserés, & amplexatum esse Senatum Pedamontanum, attestans decis. 84. legitimatione: similiter excludatur ne substitutus inquirunt Hieronym. de Cauagl. quæst. 2. num. 1. & Mantica longiorem sermonem texens indicato tit. 10 vbi annuit, suamque sententiam quam communem probat, multis extendit modis, demumq; alijs vndecim restringit; quin & excludatur fœmina vocata per statutum, quoties masculi abessent, dicit communem esse resolutionem, eamq; defendit præcitatus Cauagl. infinitos sectatores cumulans, indicata quæst. 2. à num. 7. & Mantica adducto titulo 10. sub num. 16.

Et cum de legitimatione per rescriptum, verba fecerim, non potui amicissimo, æquè ac doctissimo non satisfacere, quin aliqua, eaque vtiliora de rescriptis adnecterem, tùm quia vtilissima, tum quia studiosis grata fore existimauit; quamuis aliquatenus extra materiam præsentis operis appareant.
170 Rescriptorum itaq; duplicem speciem recordor, alteram quippe rescriptorum gratiæ, alteram vero iustitiæ; Illa de beneficijs, atque alijs ad meram gratiam spectantibus, agit; ista

ista veró cognitionem causarum iuxta terminos Iuris.

171 Quæ prioris sunt speciei, si de surreptione notentur, nullitati subiacent ipso Iure, ista verò exceptionis ope; hanc siquidem distinctionem probat Rebuff. in praxi Rubr. different. Rescriptorum num. 1. Milis in suo Repert. versic. Rescriptum ad lites, & Marchisan. in praxi commissión. part. 2. commiss. Auocatoria causarum capit. 3. princip. num. 20. possemque mille cumulare Doctores, qui speciatim, atque etiam separatim de Rescriptis iustitiæ loquentes, ac de reliquis gratiosis verba facientes affirmant, illa exceptione elidi, ista autem cens.ri ipso Iure inualida; attamen cum nulla sit de Conclusione relata, quò ad rescripta gratiæ, controuersia; sed tantum aliqualis contradictio appareat in adducta resolutione, quò ad illa iustitię; ideò preterire nolui Mandosium illam post alios complures auctores statuentem conclusionem, tum in Reg. Cancell. 29. de subrog. collitig. quæst. 9. num. 8. tùm in commissionum praxi, commiss. 7. cum clausula Auocatoria glosa prima, & Bellam. decisio. 484. processus.

172 Quod si Rescriptum sit auocatorium, quamuis, & illud sit de iustitia; attamen nullum sit ipso Iure si surreptitium appareat, defendit Felyn. post alios in capit. ad audientiam el 2. Fallent. 10. de Rescript. & non semel decisum à Rota fuisse testatur Cassad. qui eam præterea defendit sententiam, in decis. 1. de Rescript. & in alia Gerunden. testatur Achill. de Grass. decis. 12. processus, per contradictas num. 2. de sent. & re iudic. insequiturque Nicolaus Mileus indicato loco, & tritam esse fallentiam, scribit Mandos. adducta commiss. 7. glosa prima Gratian. decis. Marchiæ 209. lite pendente num. 8. par. 1. & assentitur vant. in tractat. de nullit. rubr. 10. de nullitat. ex defectu iurisdict. deleg. sub num. 60. quamuis nulla fretus ratione, & auctoritate scripserit contrarium Octauius Cloritius in suis Commentarijs ad capit. super literis num. 12. de rescript.; & concluserit non esse nullum ipso Iure, sed annullandum per sententiam petente parte; cuius dicto nullatenus standum esse, at priori resolutioni inhærendum, tùm quia vera est sine dubio resolutio, tùm propter reuerentiam Rotæ adeò quod die elapsi mensis Septembris 1609. in Congregatione generali Sancti Officij habita Neapoli, in qua cum alijs doctissimis Collegis conclusum recordor, iuxta præfatam Rotæ sententiam; tametsi ego fuerim in voto, rescriptum de quo agebatur, non potuisse ob istud assumptum (quia aduocatorium,) iudicari nullum, cum re vera dixerim, non esse Auocatorium; etenim licet credidisset vnus ex Dominis rescriptum delegans causam alicui decidendam, nulla facta mentione alterius rescripti, & litis illius vigore pendentis, coram alio Iudice, auocatorium esse, eò quod respectu effectus auocat causam à Priori Iudice, eamque alteri committit. Atta-
173 men respondi non esse auocatorium quia, vt ita dicatur, expressè requiritur verbum illud auocamus, vel saltem tacitè, quia meminerit alterius rescripti; Nam in alterutro dictorum casuum esset nullum ipso iure, tamquam auocatorium, iuxta alteram eiusdem Cassad. decis. & secundam in ordine sub eodem titulo de rescript. cum vero nulla est facta mentio de priori rescripto, & Iudice, quia non præsumitur velle Summum Pontificem auncare talem causam, teste Stephano Gratiano adducta decis. 209. num. 4. atque ex prædicta comprobatur decisione Cassad. requirente auocationem expressam, aut tacitam, ideo nnn erit auocatorium; & primus Iudex non impeditur vltrò progredi, & altera partium iam dictum impugnare secundum rescriptum, quod est surreptitium, ea quippe surreptione, quæ est causa inductiua concessionis, quia illud non emanasset si prioris commemoratio præcessisset, & propterea inualidum, vt inquit Innocent. in capit. ex literis in princip. de offic. Delegat. & opitulatur text. in capit. super literis de rescript. & Doctores coaceruati per Octauium Gloritium in eo met capit. super literis num. 89. qui præterea addit faciendam esse ne dum mentionem antecedentis rescripti, at omnium clausularum notabilium in illo existentium, alioquin reputetur nullum, & consequenter illius clausulæ, appellatione remota, ex Butrio in capit. ex conquæstione num. 4. & Abb. numero etiam 4. de restitut. spol. Item clausulæ anteferri, & aliarum, ex arbitrio Iudicis, ex Felyn. in capit. cœterum numero 4. de rescript. & Rebuff. in comment. ad Constitut. Gallicanas titulo de rescript. num. 93. volum. 2. Quinimmò, & si primum fuerit communi consensu impetratum, talis consensus expræssio esse debeat in 2. ex auctoritate Abbat. Decij, & aliorum in capit. cœterum de rescript. & Soccin. consil. 164. visa Bulla versic. confirmatur sub num. 4. volum. 2. & volens nunc ad rem nostram retrogredi recordor quod Lancellottus adductus fortasse conclusione à me illic firmata, dixit in tractat. de actentat. part. 2. cap. 4. de actent. lite pendente, illat. 7. num. 760. conclusionem ab ipso me antea statutam, in impetratione secundi rescripti, non omittendam mentionem anterioris, declarari ne propterea existimetur ipso Iure corruere; sed tantum ope exceptionis; itaque in ea est sententia, ne sit auocatorium, quod alij multi etiam scribunt, excepto Marchisano, qui in parte prima commiss. cap. 3. nu 22. loquens de secundis literis impetratis, post alias de nullitate infectas, inquit firmitate haudquaquam carere posteriores ipsas literas, subdens rationem, quia commissio in istis data, non censetur auocatoria antecedentis nullæ, & inualidæ; Itaque supponit, quod si anteriores literæ subsisterent, vtique subsequentes obtentæ sine memoria aliarum, dicerentur auocatoriæ, Verum quia Marchisani verba non expræsè id insinuant, sed per argumentum à contrario, vel subintellectum, non sunt adducenda aduersus Doctores citatos, præsertim quod maximè auctoritatis sunt, quodque intentio eiusdem Marchisani, aliò tendit, si actentè perpendantur verba Doctorum, quos ipse recenset. Alia veró multa de hoc rescripto notabiliter congerit iam Regens meritissimus Valenzuola, consil. 85.

174 Hanc autem auocationem à nemine præterquam à Papa, & signatura fieri posse certum est,

est, Couar. cap. 9. num. 1. pract. qq. Marius Anton. resolut. 29. de anno sub num. 5. lib. 1. ideoque à Legato fieri prohibitum reperiri, quem nequire propterea causam ab ordinario auocare, scripsit Abb. in capit. 1. sub num. 4. de offic. legat. Anchar. consil. 132. In primo dubio, & Mādos. super comm. 7. Auocatoria, gloss. 1. Namq; ordinarij, cum ipsis legatis, concurrunt, daturque inter eos præuentio, ex textu in capit. si à sede, de præbend. in 6. aitque Abbas indicato capit. 1. sub num. 2. Geminian. in capit. primo in fine, de foro competenti in 6. Ripa in capit. cum M. Ferrariensis num. 195. de Constitut.

175 Sed Rescriptum istud auocatorium si contineat clausulam, quatenus causa non sit instructa, quale tempus actendi debeat, vt instructa sit, & validum propterea iudicetur? & instructam esse oportere tempore auocationis, vt censeatur surreptitium, & nullum; quod si postmodum, quamuis tempore inhibitionis esset instructa, teneatur prior Iudex supersedere, ita quod si audeat vltrò progredi, actentet, eiusque acta, & sententia fortasse subsequens sit nulla, quia ita censuit Rota in decis. Achill. 21. commissio, seu quinta de Rescript. & videtur opitulari altera eiusdem Rotæ decisio in recollectis per Crescent. decis. 113. Si Papa auocet, vel prima de Iudic. ibi, & tempore auocationis, & conuenit Lancell. de actentat. post inhibitionem part. 2. capit. 20. limitat. 13. num. 6. tametsi eadem Rota in contrariam sententiam inclinasse visa fuerit alia vice, coram Mohed. decis. 75. consueuit, siue prima, vt lite pendente, vbi causa instructa tempore inhibitionis non procedit prior Iudex absque vitio actentatorum, si noua commissio abest, nisi dicamus, inibi non escludi tempus auocationis, ita quod intentio Rotæ fuerit, vt causa instructa dumtaxat fuerit tempore inhibitionis, non autem expeditionis Rescripti auocatorij; sed recenseat vltimum tempus, vt etiam includeret primum; eò magis, quod adducta decisio non emanauit ad hunc effectum, sed quoniam adducta clausula inerat in commissione, non autem in inhibitione eius vigore expedita, ita quod dubitatio euenerat, ex eo quod cessante propterea auocatione, quia tempore datæ commissionis erat instructa causa; an idem dicendum esset si postmodum emanasset inhibitio absque dicta clausula; an potius propter inhibitionem simplicem dicerentur ligatæ manus anterioris Iudicis; qui si vltrò auderet procedere nihil ageret, & actentaret? & huic dubio respondens, dicit negatiuam veriorem; ob id quod clausula ipsa posita in rescripto videtur repetita in ipsa inhibitione, quare noua commissione opus non sit, qua iterum priori Iudici delegetur causa.

176 Sed quando censeatur instructa causa? respondent copiosè Caputaq. decis. 156. Commissio, quæ auocat parte prima, & Crescentius decis. 5. de Iudic. vbi præterea dicitur, quod si termini fuerunt seruati, quamuis nulliter, existimetur, nihilominus causa instructa, & cesset propterea auocatio.

Quinimmò surreptitia minimè reputetur commissio, quæ non meminit, quod causa sit instructa, dummodò adsit in ea clausula illa, cuius statum, & merita, iuxta decis. Achill. 25. commissio in qua, siue 9. de rescript.

177 Et illa Regula, quod commissio auocatoria liget ignorantes, quam tradit Geminian. consil. 47. restringatur ad eam dumtaxat commissionem, quæ motu proprio fuit expedita, scribit Ripa in capit. cum M. Ferrariensis numero 196. de Constitut.; & Achill. decisione octaua adducto titulo.

178 Onus autem, cuius sit probare causam non esse instructam, ita quod licet non doceat impetrans causam, non esse instructam, nihilominus suffragetur sibi commissio; & pro responsione actendenda est distinctio Rotæ in decisio. Crescentij 126. commissio causæ, vel 5. de rescript.; vt si impetrans petijt committi cum clausula, quatenus non sit instructa, & probare obnoxius sit non esse instructam causam; vel simpliciter institit remitti, sed cum opportuna auocatione, quatenus non sit instructa, quia videtur addita clausula prędicta pro abundantiori cautela, nec propterea supplicans fateri censetur causam in partibus pendere, sed tantum eo in casu, in quo oporteat eam auocari, quod auocetur ideò non deuinciatur; ad illud verificandum, & collaudat Mandos. in in commiss. 7. auocatoria, glosa prima non secus ac experimur in prouisione beneficij cum opportuna derogatione Iurispatronatus, quatenus adsit, vel opus sit; ex eadem decis. Crescent. in vltimis verbis.

179 Sed rescriptum falsis precibus obtentum, nec ne surreptitium sit, & annullandum ope exceptionis, si hæsitetur, resolutio, sine dubio vera erit affirmatiua, si vnam ob enarratam causam, & eam iniquam impetratum agnoscatur; At dubium non exiguum versatur cum plures legantur appositæ causæ; & earum appareant aliquæ veræ, aliæ autem falsæ; Namque plures aiunt, vt multis additis causis, si vna cesset sustineatur cum reliquæ innituntur veritati, ex textu in §. affinitatis institut. de nupt. dicit Osasch. decisio. 118. Secundus principalis articulus, num. 6. alij vero annuunt corruere; vt Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 26. & Menoch. consil. 378. grauis admodum, num. 45. sed Lapus mediam insequens viam, & fortasse veriorem in allegat. 23. limitat num. 6. actendendum esse inquit super quibus Papa se fundet: etenim si super veris, omninò validæ reputentur literæ, quod si super falsis surreptitiæ dicantur, & reijciendæ, quam profectò distinctionem amplexatur illic Mandos. additione postrema, suffultus doctrina Butrij Geminian. & cœterorum, quos citat quibus addo Caualcaneum decisio. Fiuizan. 87. quamuis, siue 11. sub numero 25. parte tertia.

180 Hanc tamen distinctionem subsistere in rescriptis iustitiæ, cum in gratiosis, vnā quamlibet causam iniquam irritare rescriptum, quamuis aliæ militent, determinauerit Rota in decis. Accorambon. 17. sub Rubr. de Rescript. cuius meminit idem Mandos. ad eundem Lapum; ac sæpius, ita censuisse Rotam affirmat Cæsar. de Grass. decis. 12. resolu-

reſolutum num. 3. de probat. Caputaq. in vna Tullenſ. coram Veſtano, & eſt 49. gratia eſt ipſo Iure nulla par. 2. & Puteus deciſ. 350. & 311. ac 397. Nec non Creſcentius deciſio. 17. penſionem de reſcript.; quinimmó ſi reſcriptum ſit de iuſtitia, procedat doctrina Lapi in eo tantum caſu, in quo præſumptio doli ceſſat in expreſſione mendacij; nam illa ſi extaret ſemper iudicetur ſurreptitium ex vnica cauſa falſa, non obſtantibus mille veriſsimis in eodem additis, ſubiungit idem Mandoſ. ex eadem Rota.

Quod vendicaro ſibi locum repeto, etiam ſi literæ ipſe contineant plura capita ſeiuncta, nec ſurreptio fuerit in cauſa, vniuerſa dicta capita, concedendi, ſed vnicum dumtaxat, per Abb. qui hanc reſolutionem acriter defendit in cap. ſuper literis num. 2. & Gloritius in ſuis Commentarijs ad dictum caput nu. 28. de reſcript. qui effectum iſtum aſcribunt dolo, & textum á contradicentibus adductum in cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6. intelligi, quando ex ſimplicitate, ac ſine dolo contingit ſurreptio, & longiori ſermone inſinuat idem Gloritius num. 167. & concinit Auguſt. Berous in ipſomet cap. ſuper literis notab. 1.

180 At quando præſumatur dolus in caſu de quo agitur, non erit inutile inueſtigari, propter legem, dolum C. de dolo, qua, regulã extare conuincimur ne præſumatur dolus, & ſcribit Menoch. in tractat. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 12. num. 2. ac præſertim non præſumi cum nullum commodum ex mendacio conſequitur mendax, ſcripſit Ruin. conſil. 8. quia non declaratur num. 5. lib. 4. & ſequitur citatus Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 130 num. 42. ergo ſi conſequitur commodum ſuſpicatur dolus, quin in facti themate de quo in præcedétibus fuit ſermo, ſcripſit Mandoſ. indicata annotat. vltima, ad citatam Lapi allegat. 23. præſumi dolum ſi quid in facto proprio fuerit enarratum, in quo tolerabilis non admittitur ignorantia per l. quamquam ff. ad Velleian, cap. ab excommunicato de reſcript.; & Decium conſil. 474. viſo, propè finem.

181 Qualitates autem, quales ſint, quæ in literis túm gratiæ, tum iuſtitiæ exprimi debent, vt vitium ſurreptionis excludatur, non repeto, cum eruditiſsimus Menoch. compendioſe, & vtiliter coaceruauerit in tractat. de arbitr. Iudicum, caſu 201. & 202 poterit itaque ſtudioſus Lector illius ſcripta percurrere, quia nihil intactum reliquit, ac præſertim nemo ignoret arbitrio Iudicis relaxari, quæ omiſſæ, vel abſque veritate expreſsè potuerint retinere Principem, aut impellere ad concedendum gratiæ, vel iuſtitiæ reſcriptum, vt idem Menoch. pro comperto habet, eodem caſu 202. ſub nu. 3. & Felyn. in cap. cœterum num. 2. de reſcript. Abb. indicato capit. ſuper literis, & Marchiſanus in commiſsione Auocator. cauſarum part. 2. cap. 3. ſub num. 18. quod ſi aliquod falſum expreſſum fuerit, quo non expreſſo adhuc Princeps reſcripſiſſet, decidit Puteus ſurreptitium eſſe, ſi gratioſum in deciſ. 350. Die 20. Octobris lib. 1. cuius deciſioni adhærendum non eſt, ſed diſtinctioni eiuſdem Rotæ in deciſ. 515. quidam obtinuit, ſiue 4. nu. 7. de reſcript. in antiq. vt vitiet, quoties exprimitur qualitas taxationis, vel limitationis gratię, ſecus vero ſi demonſtrationis, eamque vendicare ſibi locum in vtriſque reſcriptis, ſcilicet gratioſis, & iuſtitiæ additur in eadem illa deciſ.; & videndus eſt Gloritius à num. 222. vbi defendit multis rationibus diſtinctionem citatæ deciſionis.

182 Quoties itaque ſurreptitium illud eſſet, quod de iuſtitia appellatur, quia exceptionis ope reijcitur, inde fit, quod ſi talis non opponatur exceptio, ſit validum iudicium illius auctoritate agitatum; ſiquidem cum de proprio partis præiudicio agatur, non vetatur eadem pars illi poſſe renunciare iuxta l. penult. C. de pact. & ſcribit in his terminis Mileus in ſuo repert. verbo gratia, verſic. 95. & poſt eum Rebuff. in praxi benefic. rubr. differentiæ inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ, num. 13. & renunciaſſe dicitur non tantum ſi expreſsè ceſſit ſurreptioni, verum etiam tacitè non impugnando illius validitatem, & patiendo, vt Iudex in eo deputatus exerceret iuriſdictionem in cauſa ipſa, in quam ſententiam inclinare videntur DD. de Rota dum Achillis deciſ. 12. de appellat. num. 6. aduertendum monuit, ſi pars dicatur ob eam cauſam intuliſſe ſibi præiudicium; & ipſe certiſſimi iuris eſſe non ambigo, quippe quia eſt exceptio declinatoria, vt optime docet gloſa prima in capit. exceptionem de except. & propterea inter dilatorias numerari adiungit, & ſequitur in capit. ſuper literis de reſcript. Felyn. num. 30. Auguſt. Berous in ſecunda lectura num. 75. & Octauius Gloritius ſub num. 323. ideoq; in litis initio proponendam eſſe, aiunt omnes citati, in tantum quod ſi actum alium quemlibet fieri permittat altera partium, nequeat poſtmodum ſe tueri exceptione ſurreptionis, illiuſque vigore inficiare commiſſionem ex Bart. in l. quidam conſulebant num. 6. ff. de re iudic., & l. ſed ſi ſuſceperit d Iudic. exindeque prodire aduerto, quod legitur, Reſcriptum vtcumque ſurreptitium tribuere iuriſdictionem in deciſ. Rotali 13. ſi cauſa committatur ſub num. 2. & additio num. 5. de offic. deleg. & deciſ. 387. Nota vtrum ſi fuerit, ſiue 48. de reſcript. in antiq. & Puteus deciſ. 240. in vna Bononien. num. 9. lib. 2. cui dicto annectunt omnes reſtrictionem illam, niſi pars oppoſuerit, quia tali exceptione, elideretur, & fulciuntur doctrina Innocent. in capit. dilectus de Reſcript.

183 Quod ſi exceptione non obſtante audeat Iudex vltro progredi, quo remedio valeat ſua iura tueri excipiens? & ne cenſeatur in illum conſentire? huic quæſito tutè me reſponſurum ſuadeo, ſi dicam, appellationem interponendamá decreto, quò declarauit expreſsè competentem ſe Iudicem, aut tacitè procedendo ad vlteriora, iuxta notata à me ipſo ſuper Ritu 36. Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. num. 30. vel ſaltem proteſtatione vtendum deque nullitate dicendum, quodque non conſentitur in actorum validitatem, & aſſerti Iudicis iuriſdictionem; licet enim concluſio ſit, eaque fortaſſe magis communis, vt præter proteſtationem de ſurreptione, & alijs requiratur appellatio, teſte Ruino conſil. 61. in lite num. 36. lib. 5. Curtio Iuniore conſ. 175. contra nu. 2. & Lancell. de actent. par. 2. cap. 4. num. 72. nihilominus Con-

gregationi Sancti Officij habitæ dicto die Septembris præteriti, cuius memini numero visum fuit optimum esse si appellatio interponeretur, sed ea omissa, dummodò intercesserit protestatio, adhuc reputetur pars aliena à consensu, & sit annullandum rescriptum in quacumque parte Iudicij, propter oppositam exceptionem in initio litis, & protestationes deinde, & continuo repetitas, per auctoritatem Innocent. in cap. cum M. Ferrariensis, in eius calce de constit. qui, verba faciens de hac re, nullum addit verbum, quo insinuet necessitatem appellationis, sed simpliciter loquẽs dicit, quod si opponens surreptionem, ob id etiam appellaret, iusta esset appellatio, & videtur inhærere Felin. inibi num. 25. quasi remissa censeatur arbitrio partis appellatio, quæ si fuerit proposita dicatur valida, & admittenda.

184 Verum si protestans pareat insimul Iudici, faciendo aliquos actus subijciendo, scilicet se examini, articulos, & testes producendo, aliaué similia agendo, non dubium, quin sibi præiudiciũ generet præterquam si in vnoquoque actu repetierit protestationem secundum Ioan. Andream in eodem cap. cum M Ferrariensis sub num. 30. Abb. in vers. & ideò sit cautus, sub num. 21. Butrium sub nu. 45. & alios, quos refert, & sequitur Felyn, ibidem ver. & ex hoc infertur, sub num. 68. quare Hostien. in summ. Rubr. de Constitut. §. quando vers. sic. si sit nuda protestatio, admonet aduocatos actẽtos, atque cautos debere esse in hac re; & semper repetant protestationem, semperque dicant salua tali protestatione, aut alijs consimilibus vtantur verbis, nempè, non recedendo á protestatis, vel inhærendo protestationibus alias factis, & propositis.

185 Huic autem conclusioni obstare videtur iactata regula illa, ne suffragetur protestatio contraria facto, de qua mille Doctores relati per Surdum consil. 371. impetrata num. 67. vol. 3. ex ea potissimum ratione quod longè magis est facere quam pronunciare, vt inquit glos. 1. in cap. dilecti, de appellat. & copiosè ostendo in rubr. de ætat. ordinand. cap. numero cum namque dixerit surreptitium rescriptum, ac deputatum in eo Iudicem, non esse Iudicem, quamuis persistat in eiusmodi oppositione, propter renouatam protestationem; quia nihilominus Iudici obtemperat, & coram ipso iudicium agitari permittit, sequitur ne alicuius roboris existimetur præmissa protestatio, quæ profectò difficultas visa fuit maximi ponderis in causa discussa in Congregatione Sancti Officij, ita quod ob qualitatem causæ, tametsi ciuilis, quia tamen à Papa delegatæ, & tum actor, quam reus Episcopali dignitate fulgebant, & acta, de quorum nullitate agebatur, à Iudice, ac Tribunali Ecclesiastico huius Regni, ne dicam huius Ciuitatis Neapolitanæ, insigni, etiam Delegato Apostolico, facta erant, bis conuenimus, ac spatio quatuor horarum vna qualibet vice insudatum fuit in discussione dubiorum, ex processu elicitorum, & quidem doctissimè omnibus perpensis huic præsertim difficultati, vnanimiter replicatum fuit non refragari, tùm quia regula præfata non admittitur vbicumque factum versatur circa vnum, & protestatio circa aliud, vt scribit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. sub num. 30. atque ita in casu nostro, in quo actus facti respiciunt litem ipsam, & protestatio consensum denegatum in Iudicem, & alij multi opitulantur, nec prætereo Dec. idipsum affirmantem consil. 460. viso puncto, numero 13. vbi exemplificat, in eo qui respondet, & protestatur nolle respondere, aut profitetur, & protestatur nolle profiteri, nam tunc protestatio non iuuat, quia protestatur nolle facere idipsum quod facit, sed respondere, & protestari nè propterea oriatur præiudicium, & consensus enascatur in Iudicem referuntur ad diuersum actum, & propterea attenditur protestatio, eaque præualet, vt ipsimet Dec. & Menoch. aiunt, quorum auctoritate adductus, ego dixi non aduersari citatam Regulam, præter alias declarationes, & responsiones, quibus vsi sunt alij peritissimi collegæ.

Eiusmodi autem protestatione opus est, cum agitur de declinatoria, quæ triplex esse apparet, alia

186 siquidem contra Iudicem, alia contra rescriptum, alia tandem contra impetrantem, iuxta glosam primam in capit. exceptionem de except. cùm verò tractatur de incompetentia Iudicis nulla necessaria est protestatio, quia nullum parat præiudicium actus quicumque factus coram Iudice incompetente ex defectu Iurisdictionis, si Muscatello standum est in praxi ciuili part. 2. glosa competentes num. 41. cuius opinio sit nè vera, non est hic locus discutere, quare poterit lector ex se ipso inuestigari veritatem.

187 Cum declinatoriæ sunt proponendæ, antecellere debet illa de recusatione Iudicis, quia si reliquarum altera præcederet, diceretur præstitus consensus in Iudicem, & non amplius esset locus exceptioni recusationis, ex doctrina omnium Doctorũ, post glosam indicato capit. exceptionem. Verum si generatim oppositæ fuerint exceptiones; intelligitur antea opposita exceptio contra Iudicem, & reliquæ sub conditione si constiterit ipsum esse Iudicem, Muscatell. in praxi R.C. glos. exceptiones nu. 3. vbi latè tractat.

Sed non minima differentia extat in modo procedendi in declinatoria ex causa recusationis,

188 & altera exceptionis contra rescriptum; siquidem vbi Iudex recusatur, non ipse potest cognoscere rectè an perperam fuerit exceptio suspictionis intentata, sed arbitri eligendi sunt, tàm si re-

189 cusatus sit Iudex Delegatus, ex capit. Secundo requiris §. vltimo, de appellat. & capit. si contra de offic. Deleg. in 6. quàm si ordinarius capit. cum speciali de appellat. & capit. licet, in fine de foro competenti, ex quibus textibus apparet Iure canonico introductam esse arbitrorum electionem, cum Iudices ordinarij summouendi sunt tanquam suspecti, quia Iure Ciuili non reijciuntur ordinarij post suspictionem propositam, sed alius non suspectus adiungitur, vt multis adductus legibus, notat Petrus Gregorius Tholos. lib. 5. partit. Iuris Canon. titulo primo, capit. 5. in scholia litera N. sed á quibus eligendi sint dicti arbitri, & qua forma, ipsiq; deinde quid possint exequi, sancitur in eodem capit. cum speciali, ipseq; scribo super ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 265.

Cum

190 Cum verò opponitur declinatoria aduerſus Reſcriptum, ob idque negatur poſſe Iudicem in cauſa ſe intromittere, citra dubium cognoſcit idem Iudex, tàm ordinarius, quàm delegatus de ſurreptione, & vtrum nè ſua ſit Iuriſdictio, ita textus inſignis, qui paſſim ad hoc probandum citatur in palatijs, in cap. ſuper litteris, de reſcriptis, & ſuper eo Doctores omnes, & præfatus Gloritius nu. 115. cum multis ſubſequent. approbatq; conſuetudo, & communis opinio de qua Iaſ. in l. 1. num. 6. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.

191 In qua re, contingit non ſemel dubitatio illa, ſi Iudex ipſe delegatus aſtringatur ſuper tali incidenti pronuuciare, vel conſtito non extare ſurreptionem ſatis ſit ad vlteriora procedere, & quia Berous ſuper eodem cap. ſuper litteris prima lect. nu. 21. & ſecunda lect. nu. 31. affatim declarat, nec non Guid. Papeus ſing. 747. ſententia, & pro tironibus adduco modernum auctorem Muſcatell. in praxi Regij Conſilij par. 5. gloſ. reſeruatis, num. 36. & 37. ideo præterire cenſui. maximè quod nuſquam ab illa profiliui opinione, quam vſu receptam vidi, vt ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè, validè, & iuſtè faciat Iudex.

Eſt tamen indubitatum, ni fallor, quod vbicumque appareret de ſurreptione Reſcripti, liceret Iudici non ſolum pronunciare ſe incompetem; at inſuper condemnare impetrantem in expenſis, nam ita acerrimè defendit Marcus Mantua poſt Barbat. in citato cap. ſuper litteris nu. 9. de reſcript. & multa coaceruat Glorit. inibi à nu. 120.

192 Nunc locus eſſet explicare neceſſaria, ex quibus dicitur pendere Iuriſdictio, quibusuę cēſeatur perpetuata, niſi de illis egiſſem, quamuis compendiosè in annotationibus ad Ritum primum Curiæ Archiepiſc. Neapol. à num. 22. & nunc addo Mandoſ. in Regula Cancell. 10. de reualidat. litterar. par. 1. & maximè, quæſt. 2.

Hactenus enarratis notabilioribus, reſcripta ipſa in genere tangentibus, conuenit ad clauſulas in eiſdem apponi ſolitas deflectere; nec quidem ad omnes. Verum ad notabiliores tantum, atque in

193 primis, quia præcipua iudicatur illa ſi preces veritate nitantur, eaque ſi expreſſe non adiungatur, intelligitur ſemper poſita iuxta text. in cap. 2. de reſcript. ideo meminiſſe oportet, vnumquodque Reſcriptum dependere à veritate ſuppoſita narratorum, cenſeturque expeditum ſub conditione ſi vera ſunt, quæ in eo fuerunt enarrata, iuxta deciſ. Bellam. 752. alias prima de Iure patron. ita quod ſupplicantis eſt onus docere de veritate aſſertorum ex Ioan. And. in cap. 1. de litis conteſt. in 6. Decio conſil. 197. pro tenui facultate, num. 4. Abb. in cap. fin. num. 8. de præſumpt. & cap. conſtitutus de Reſcript. inibique notant præterea Dec. & Felyn. quin etiam verificandam eſſe narratiuam litterarum gratiæ determinauit Rota in deciſ. Putei 245. die 17. Ianuarij lib. 1. nec alicui dubium eſſe de-

194 bet, quin impetrans cogatur probare omnia expreſſa in gratia, etiam quæ à parte aduerſa negata minimè fuerunt, vt valida exiſtimentur alioquin nulla, & irrita prorſus reputentur, ſi ea ſaltem, quæ concedentem fortaſſe potuerunt inducere non ſit probatum vera eſſe, per Bellam. deciſ. 303. item quod narratio ſub Rub. de præb. Paris. eo ſil. 49. ad primum, nu. 30. cum ſeq. & conſil. 138. dico in iſta cauſa, nu. 1. vol. 4. & poſt alios concludit Mandoſ. in Regul. de veriſim. notit. quæſt. 6. nu. 2. & propterea illis non verificatis, non potuiſſe Auditorem Cameræ procedere concluſit Rota in deciſ. Cœſar de Graſſ. 58. reſolutum ſiue 12. de probat.

Ex his amplam, quam optabam occaſionem nactus neque remittam. Verum aliqua de probationibus aſſertorum in litteris faciendis, de quibus longum texunt ſermonem Doctores, multis in locis, cenſui adnectere. Ac primum vnumquemlibet

195 impetrantem teneri docere ſe eſſe Clericum illius Diœceſis cuius meminit in ſupplicatione, certum eſt, aiuntque Paris. de reſign. benef. lib. 10. q. 3. nu. 28. & alij mox citandi, teuitque Rota in vna Giennen. Præſtimonij 19. Nouembris 1593. coram Blanchetto, & in Altera Ferdonen. Prioratus 4. Maij 1594. coram Penia, alioquin ſurreptitiæ eſſent litteræ, ſi narrati loci mentionem falſam eſſe pateat, iuxta gloſ. in cap. ſi proponente de reſcript. & illic notat Abb. num. 3. Conſeit. ſingulari verbo ſurreptio, & alij cētum, quos recenſet Garzias trac. de beneficijs, par. 7. cap. 9. ſub num. 16. quorum tamen concluſio, ſubſiſtat ne vbicumque expreſſit ſe Clericum alicuius loci, cum re vera ex eo oriundus non eſſet, ſed vel Domicilium, vel beneficium in eo tantum obtineret? ſuper qua dubietate multa prodit citatus Garzias à num. 17. nec quam firmet ſententiam oſtendit apertis verbis, ſed confusè loquitur; Ipſe verò non ita libenter diſcederem à Rotæ ſententia in deciſ. 76. Alias 628. de reſcript. in antiq. quam ſequitur Rebuff. in Repetit. cap. nulla 2. de conceſſ. præben. in tertia qualit. vt ſurreptiæ minimè dicantur litteræ, in quibus exprimeret impetrans ſe eſſe Clericum talis Diœceſis, ſi in illa vel beneficium, vel domicilium detineret, quamuis ex alio loco eſſet oriundus, comprobatque Mandoſ. Regul. Cancell. 16. quæſt. 42. nu. 8. & Ruinus, conſil. 100. viſis ſtatutis num. 1. & 9. volum. 5. quod ſi Diœceſis nullus ſit ſermo, at ſimpliciter aſſeratur Clericus Neapolitanus, vel Caſertanus, quia verba naturaliter intelligenda ſunt, & non accidentaliter, tunc origo tantum inſinuatur, & conſequēter ſi illius loci haud ſit oriundus, carerent impetrans eiuſmodi litteræ, ex auctoribus, quas ille refert, nu. 21.

Preterea cum de probando valore in litteris mētionato perutilis ſit tractatio, quæque ab alijs haud reperiatur vnitim, & copiosè vt res ipſa poſtulat extricata, ſoleantque non ſemel contingere ſuper ea re complura dubia, volui multa adijcere non perpendenda, de valore exprimendo, ac modis illum probandi, vel impugnandi.

196 In primis itaque reminiſcor vnumquemlibet teneri verificare valorem in gratia complexum etiam ſi ab aduerſario abnegatum minimè fuerit, eo quod eſt pars gratiæ, & cenſuit pluries Rota maximè deciſ. 291. licet impetrans ſiue 20. de præb. in nouis, & altera Putei 24. fuit dubitatum lib. 1. nec non alia 415. fuit reſolutum nu. 2. par. 1. diuerſ. & deciſ. 829. Maioricen. par. 3. lib. 3. atque præterea Maſcard. de probat. concluſ. 1211. expreſſa in precibus volum. 3. Paris. de reſignat. benefic. lib. 10. q. 3. num. 40. cum expreſſio valoris in gratia habeat vim conditionis, qua non verificata redditur ipſa gratia ſurreptitia, & tota vitiatur ex eadem Rota

in

in decis. crescent. 233. pensionem num. 1. & hoc casu satis esse probationem semiplenam, & sic vbicumque affirmatiuè agitur de valore, illiusque probatione ad excludendam surreptionem, quod si negatiuè ad effectum verificandi surreptionem litterarum ob verum non assertum valorem, plena requireretur probatio, hæc siquidem distinctio deducitur affluenter ex decisionibus Francisci Manticæ allegandis, nempè decis. 138. num. 1. & 3. decis. 182. nu. 3. decis. 220. num. 1. decis. 280. num. 6. decis. 293. nu. 4. & decis. 327. num. 2. 3. & 4.

197 Eiusmodi valor, quibus probationibus conuincatur? Si quæratur, admoneo, testibus sine dubio iustificari; tùm si deponant de communi assertione, tùm si tãquã experti, & versati in beneficio, secundum Mand. consil. 92. Capitulum Compostellanum, nu. 9. & propterea Grassus attestatur maximè considerationis fuisse in Rota dictum vnius testis, quia fuerat exactor fructuum beneficij, in decis. 335. dubitaui sub nu. 1. par. 1. diuers. exindeque suspicor etiam Prodijsse, quod inferius dicam, ex Puteo decis. 29. lib. 1. addo Cæsarem de Crassis decis. 10. sub nu. 4. de testibus, loquentem de agricultoribus.

Itidem si attestentur de valore, anno fertili cum infertili computato, vt præter adductam decis. 335. num. 1. par. 1. diuers. scribit Cœsar de Grassis decis. 118. Dubitaui, alias 7. nu. 1. de præb. & Dignit. & Gomes. in Regula de valore q. vltima.

Atque etiam si deponant *à suo giuditio, e parere* ex eadem Rota in decis. eiusdem Cœsaris de Grassis 79. fuit conclusum, siue 10. de testib. vel si dicat *cossi esso tenere*, per decis. Manticæ 327. nu. 2. in suo volumine iam typis dato; ita si addat, quia ita percepit annuatim, per decis. eiusdem Cœsar. de Grass. 49. vel. 3. de probat. nu. 1.

Similiter si deponant de publica voce, & fama ab expertis, & illis qui possunt non ignorare, quod rectè sumitur ex decis. Putei 29. in vna Colonien. lib. 1. & Mandos. citato cons. 92. nam testatur Puteus decisum fuisse satis verificatum valorem de fructibus Canonicatus per testes de auditu, & fama á Canonicis eiusdem Ecclesiæ de cuius Canonicatus fructibus agebatur, alioquin non esset probatus nisi alia duo saltem concurrerent, addo Serafin. decisiones 261. & 962. quæ apertè docent valorem probari per publicam vocem, & famam vbicumque agitur de verificando valorem expressum in litteris impetrationis, idque adeo, quod etiam si dixerit nescire bona pertinentia ad beneficium de quo ageretur, quia licet in specie ignoret, quæ sint illius beneficij bona; satis est in genere scire, ex publica voce, & fama valorem bonorum illius, ex eadem decis. 327. Manticæ nu. 6.

Ideo constituendam resolutionem opinor, testibus de fama testificantibus esse standum circa valorem si aliquod concurrat adminiculũ, nẽpè si ab illis audiuisse adiungant, qui verisimiliter sciunt verùm valorem, ita quod sit orta publica fama; aut arrendamenta præcedentia siue affictus suppetant eiusdem Summæ, vel impetratio ab antecessore facta in cuius precibus idem valor assertus fuerit, vt determinauit eadem Rota coram eodem Puteo decis. 139. p. Iulij lib. 1. & si aliud prædictorum deficeret insufficiens esset probatio, nisi aliud simile in deficientis locum suffectum cerneretur, puta attestationes super eodem beneficio inter alias personas, conualidantes eumdem valorem ex publica voce, & fama Caputaq. decis. 79. impetrans fuit excusatus par. 2. & decis. 49. Regula par. 3. vbi idipsum procedere annuit, si ab aduersario iustificata fuerit maior summa expressa. Imò valor probatus præsumatur postea idem, nec mutatus in breui tempore scripsit citatus, Mantica adducta decis. 327. sub nu. 1. qua fretus, dixi impetrantem breue Apostolicum suscipiendi ordines à quocumque, præcedente tamen proprij ordinarij approbatione de vita, & moribus, ritè ordinibus insignitum esse ab alieno, nulla producta specifica approbatione, sed tantum productis litteris, quibus constabat à suo ordinario paucis antea hebdomadibus recepisse aliquem ordinem, illis namque, & approbatus apparet, insuperque in tam breui tempore non immutati mores; de qua re cum sermonẽ habuissem cum doctissimo viro Marco Antonio Genuensi Antistite Iserniensi, & collaudauit, & ipsum experientia comprobasse, & quæstionem esse pro amico respondit.

Verum dicatur constare de valore contra Titium, si eius aduersarius ostenderit eumdem valorem alias fuisse ab ipsomet Titio assertum? & negatiue respondit Rota apud Caputaquen. decis. 330. valor. par. 3. num. 4. & Cœsar. de Grassis decis. 97. si valor, alias 4. nu. 2. de sent. & re iudic.

Quinimmo, & illum non excusari á mala assertione valoris recenseo, qui valorem ex solis arrendamentis conatus est docere, quibus minimè verificari valorem, probat decis. Manticæ 290. num. 4. licet antiquitus fuerit per Rotam approbata isthæc probatio, quia posteriori tempore reiecta fuit, dum ipsa censuit cum arrendamentis alia quædam adhiberi oportere, nempe quod arrendamenta sint plura, nec satis sit vnicum, item fama, demumque litteræ in gratiam prædecessorum expeditæ cum eodem valore, & satis apertè ex adductis decisionibus desumitur, asseritque insuper Gomes super Reg. de valore quæst. 11. vers. finali, & Serafin. dec. 102. fuit resolutum, nu. 1. par. 1. & decis. 1009. fuit resolutum par. 2. vbi etiam subijcit restrictionẽm, nisi testes deponant de valore, & pro causa scientiæ addant, quia arrendauerunt, quę est qualitas ex qua inferri potest ad scientiam veri valoris. sola verò arrendamenta operari adminiculum, tenet altera eiusdem Manticæ decis. 39. nu. 4.

Neque excusari, qui tantum assertioni à prædecessore factæ confisus errauit in vero valore, quod insuper tradit altera decis. Fabij 184. in causa panormitana nu. 1. par. 3. lib. 2. & tenuit Rota coram Sarmiento, teste Cœsare indicata decis. 49. num. 3. quando id rursus admisit, verum adminiculari addidit, vt idem Cœsar illic adiunxit, & multo minus qui docere intendens de excessu valoris ab altero expressi, inniteretur sola iam dicta mentione valoris ab illius prædecessore facta etiam si in Iudicio, ac cum iuramento articulauerit dictum valorem, dummodo ipse successor non venerit ex Iure illius qui summam præfatam asseruerat in suis positionibus; quia scilicet inuestitus de beneficio apparet propter illius obitum, ex sententia Rotæ decis. 46. in causa nu. 3. & 5. par. 3. diuers. lib. 3. quare si cau-

saret

ſaret ſuum ius ex altero prædeceſſoris, nempe vigore reſignationis, aut alterius conſimilis actus, obeſſet eidem exprimenti minorem ſummam, quam erat illa deducta à reſignante, aut altero, à quo ius ſuum prodijſſet.

Valida præpterea eſt verificatio valoris, ſi per litteras ordinarij oſtendatur; eo quia certam in partibus notitiam illius habere potuit, ex deciſ. Cæſaris de Graſſ. 118. Dubitaui ſub num. 2. volum. 7. de præb. & dignit. alteraq; Blanchetti. 381. fuit, par. 1. diuerſ.

Liquet etiam ex taxa pro decimis ſoluendis, aut portione ſeminariò præſtanda, aut ſolutione facienda in Camera, vel Cancellaria Apoſtolica, vt eſt videre in deciſ. Fabij 184. in cauſa Panormit. ſub nu. 2. ibi præterea licet, par. 3. diuerſ. lib. 2.

Itidem ex oblatione ab aliquo ſoluendi rem, vel conducendi pro aliqua ſumma, iuxta caſum enarratum ab ipſomet Cœſare de Graſſis deciſ. 134. reſolutum, ſiue 3. nu. 8. de reb. Eccl. non alien. & alteram reſcriptam per Blanchettum deciſ. 293. Domini verſ. his addiderunt poſt num. 2. p. 1. diuerſ.

Itaque articulatio valoris facienda eſt, quæ opituletur ambienti illud verificare, cuius formulam notã eſſe lippis, & tonſuribus, atque etiam famulis ſollicitatorum vrbis teſtatur Gomes. indicata Regula de valore, quæſt. vltim. propter illam rationem, quia habent ſua formularia typis data, & ipſe ſummatim adnectit quæ eiſdem articulis videntur extendenda, & longiori ſermone ſcribit Mandoſ. citato conſ. 92. à num. 9.

Sed an iuuetur ſolutione annatæ in Camera? Rota cenſuit negatiuè, teſte Fabio deciſ. 184. in cauſa panormit. nu. 2. lib. 2. par. 3. diuerſ. repetita in lib. 3. eiuſdem partis, num. 185. quæ exorditur die 23. eiuſdem, idque duabus ex rationibus contingit prima quoniam annatę perſolutio nihil prodeſt reſpectu verificationis valoris; ſecunda quia euenire potuit, quod interdum creuerit valor, quod tùm maximè ſubſiſtere cernitur, cum multo tempore ante impetrationem iſtam, fuerint alijs vicibus obtenta beneficia, & quantitatum prædictarum factæ ſolutiones, etenim valor probandus eſt de tempore prouiſionis mei, de qua tractatur, nec de antiquo validatus, exiſtimatur ſufficiens, teſte eadem Rota, de qua Caputaq. deciſ. 330. valor beneficij par. 3. nu. 1. & Caualcan. decis Fiuizana 46. per Inſtrumentum nu. 255. par. 1. quæ namque mutari, & variari poſſunt non præſumuntur curſu temporis in eodem ſtatu perdurare l. Spadonem §. qui abſoluitur, vbi gloſ. & Doct. ff. de excuſat. tutor. ideo ſcripſit Gomes. practicam probandi valorem eſſe attingere quinque annos antecedentes proximos, & totidem ſubſequẽtes; licet errore lapſus ab omnibus iudicetur in quinquennio ſequenti, & aduertit Mandoſ. in Regul. 22. de vnionib. q. 5. ſub nu. 2. & ratio ſuadet, quia beneficium adipiſcens ob malam expreſſionem valoris in litteris alterius, nequiret ſua iura ſtatim experiri, niſi antea labatur tempus illud quinquennale, quod vtiq; abſurdum videtur, nec vnquam admiſſum in Rota.

198 Iuſta verò ſine dubio reputatur expreſſio valoris, quæ ſubſecatis oneribus, non quidem temporalibus, ſed perpetuis, vera cernitur, quemadmodum Rota ſemel, atque iterum definiuit, & videre lubet apud adductas deciſ. Fabij 184. lib. 2. & 185. lib. 3 par. 3. diuerſ. ſub nu. 3. nam impenſæ neceſſariæ deducuntur ex valore beneficij, cum valor probandus eſt, iuxta deciſ. Serafin. 1297. nu. 1. poſt aliam eiuſdem Rotæ deciſionem 60. de conceſſ. præb. in in antiq. & poſt Felyn. in cap. ad aures, verſ. duodecima Concluſio, de reſcript. & cap. fin. de præſumpt. defenditque longa ſerie Iacob. Anton. de Mauro allegat. 3. poſt nu. 9. idque adeo quod ſi teſtes nihil addunt de oneribus, non probent valorem firmauit Rota teſte Serafin. deciſ. 1317. nu. 1. part. 2. quin & ſi neſciant valorem, in altera eiuſdem Serafini 1393. nu. 2. par. 2. aut ſi in loco beneficij numquam teſtes fuiſſe liqueat, idem Serafin. deciſ. 102. nu. 5. par. 1. Namque valoris expreſſio intelligitur deductis honeribus, creſcent. deciſ. 29. ſiue 2. de probat. & Mantica deciſ. 181. nu. 7.

199 Dixi autem onus debere eſſe perpetuum, ideo inferendum eſt ad penſionem, quam minimè releuare impetrantem dicendum eſt, & propterea ſi penſione dempta, quod ſupereſſet non excederet iuſtum valorem, vtique verò ſi ea non fuiſſet reſecata, impetrans non excuſaretur à mala expreſſione valoris, iuxta reſolutionem Rotæ in vtriſque, & mox recenſitis deciſionibus 184. & 185. diuerſorum, & rurſus in vna Spoletana coram Peregrino deciſ. 182. lib. 2. ſequiturque Paris. de reſignat. benefic. lib. 10. quæſt. 2. num. 47. & euidens opitulatur ratio, quod cum duplici ex cauſa ſancitum fuerit, vt verus aſſeratur valor in impetrationibus; altera ſcilicet propter annatam, ne fraudetur Cancellaria Apoſtolica; & altera, vt ſupremus Præſul cognita qualitate beneficij ſciat cui conferat, actenta qualitate perſonarum, ex Rebuffo ad Regulam de valore 65. per clem. 1. de præbend. iccirco licet propter ſolutionem annatæ, pro qua ſupputatur penſio ſit Iuſtus valor, non tamen ſatisfactum cernitur alteri rationi, & conſequenter, non verus explicatus valor.

Præterea neque cambia detrahuntur; cum non agatur de expeditione litterarum in Curia, aut quanti valeant fructus tranſlati ad Curiam; ſed quanti in ipſa Curia valent ducati de Camera, Puteus deciſ. 211. dubitauit lib. 3. & adducta deciſ. Cæſar. de Graſſ. 7. de præb. num. 7. & citata deciſ. 335. dubitaui par. 1. diuerſ.

Tandemque ſalarium perſoluendum Cappellano pro celebratione Miſſarum, neq; ſubmouetur, per deciſ. Caſſad. 19. dubitabatur de præb. alteramque 280. Card. Manticæ, propè nu. 8. Namq; lique apertè onus eſſe Cappellani de Iure per ſeipſum deſeruire, & Conſuetudinem fauentem illi, non propterea operari, vt ſalarium ſubſtituto debendum, ſit onus perpetuo annexum beneficio, cum poſſit eſſe, & quandoque abeſſe, quando ipſemet vellet inſeruire, ſed ſi celebrationi plurium miſſarum incumbendum eſſet in die, quia verior Do-
200 ctorum reſolutio ſuadet, non niſi vnicam ab vno quolibet Sacerdote celebrandam regulariter Miſſam in die, quam tradunt Archid. & Turrecrem. in cap. ſufficit, de conſecrat. diſt. 1. & poſt alios Iacob. Menoch. in tract. de arbitrar. caſu 407. num. 4. exceptis quibuſdam caſibus coacervatis per Nauarr. in Manuali, cap. 25. nu. 87. ideo Eleæmoſina præſtanda Presbyteris pro celebratione dictarum Miſſa-

Missarum supra vnam in die, aut aliud quodcumq; salarium debendum, pro alia re quacumque explenda, quam ipse, vel nequiret exequi, vel saltem non solus, non dubitatur, quin subtrahatur à redditibus, ac præsertim pro Clerico seruiente, quem Iaconum vulgus vocat; quæ omnia satis apertè desumi poterunt ex verbis, & rationibus traditis per eundem Cassador. indicata decis. 19. quippe quia sanctio est vetus, ne quis Præsbyterorum Missam celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibiq; respondentibus, relata in cap. hoc quoque statutum de consecrat. dist. 1. excepto tamen casu maximæ necessitatis, puta eum solus quis esset alique loco, in eremo scilicet, tunc enim absque ministro celebrare posset. si glosæ standum dicto iudicetur in vers. ipse tertius, eiusdem cap. hoc quoque, & Butrij in cap. 2. num. 11. de vita, & honest. Cleric. præsertim accedente dispensatione, Sot. in 4. sent. dist. 13. quæst. 10. art. 5. col. 10. & Grass. lib. 2. decis. au-
201 rear. cap. 43. num. 3. tametsi, & vnicum sufficere Hug. & Fab. dixerint, additatque citata glosa, quod hoc nostro æuo continuo more approbari, vniuersumque orbem vti comperimus; & consequenter si Diaconum habere celebrantem oportet; salarium illi persoluendum, deducendum fore, ex valore, iustè conclusum fuit, cui sententiæ fauent Spino, & Anchar. à me citati superius ad probandum fructus, & redditus necessarios pro curato, vt etiam pro Ministro adsint in Rub. de tit. ordin. cap. 4. vers. nec tantum sub nu. 19.

202 Nolo tamen à lectoribus ignorari distantiam extare inter probationes faciendas de valore mentionato in præcibus ab obtinente beneficium, scilicet quod valor non excedat expressum: & alteras faciendas à secundo impetrante, ob non veram expressionem valoris à primo, vt ostendatur valor excedens expressum. Namque hoc secundo casu plena requiritur probatio, iuxta decis. Caputaq. 381 probatio par. 2. nec sufficit semiplena Guidobon. decis. 25. Achill. de Grassis decis. 25. sub rub. de valore, & resolutum fuisse in vna Pampilonen. 12. Maij 1577. coram Blanchetto, refert Serafin. decis. 1009. fuit resolutum num. 2. par. 2. non secus ac vbi tractatur de valore debere remanere pro Rectore; centum scilicet scutorum ex Concilio Tridentino in cap. 13. quoniam pleræque §. ad hæc in posterum, sess. 24. de reform. quia tunc etiam plenè docendum est de valore iuxta decis. Lancell. 380. fuit conclusum par. 1. diuers. in primo vero casu satis est probatio leuior, & non ita concludens, ex eadem decis. 380. & altera Rubei 436. dubium fuit nu. 1. par. 1. ac Serafin. decis. 962. nu. 2. par. 1. qui propterea dicit sufficere publicam vocem, quin, & sufficere semiplenam probationem, dummodo claram, & expeditam docet altera eiusdem Seraf. decis. 261. nu. 1. ipseq; totam hanc explano materiam cap. seq. num. 19.

203 Vter verò istorum cogatur valorem probare, scilicet primus qui exposuit valorem, & illum non excedere, an posterior qui excessiuitatem asseruit? & præter notata dicto num. 19. cum statuerim supra num. 196. obnoxium esse supplicantem ad comprobandum valorem in præcibus memoratum etiam si ab aduersario non sit negatum, præsertim ex decis. 20. Rotæ de præb. in nouis, ergo ex his constat, vt Prior prouisus antequam capiat possessionem teneatur verificare valorem, & non is, qui ob malam expressionem ab illo factam impetrauit; adeò quod si prouisionem habens sententiam reportauit non probato valore, etiã quod illa fecerit transitum in rem iudicatam non sit exequutioni demandanda, imo aduersarius sit audiendus non parito iudicato quo ad relaxationem possessionis, determinauit Rota in decis. Cæsaris de Grassis 97. si valor, vel 4. de sent. & re iudic. vt colligitur ex præsuppositis, & dubio, & contextu illius decisionis. Quod si prior iam adeptus est possessionem teneatur posterior impetrans comprobare excessum definiuit Puteus decis. 24. fuit dubitatum num. final. lib. 1. vbi ita concorditer resolutum in Rota ait; nec sine ratione sancitum videtur, sed illa quam in hac facti specie refert Mandos. consil. non semel citato 92. nu. 8. inquiens contra Regulas Iuris esse vt possessor Conuentus, seu Reus, & contra quem opponitur probare compellatur ex l. ei qui ff. de probat. & l. qui accusare, C. de edend. quæ quidem ratio videtur sub sistere etiam ante captam possessionem, cum & tunc Reus esse adhuc dicatur; & sine dubio vigeret, nisi cogeretur insuper verificare valorem, quando nullus extaret aduersarius: quo extante non astringitur, quia Reus, sed quia supplicans, vt satisfaciat regulis Iuris, quibus statuitur, vnumquemquam constringi ostendere veritatem assertorum.

204 Nunc ad aliam clausulam properandum est, scilicet ad illam de Iure quæsito non tollendo in rescriptis apponi solitam, ita quod non apposita subintelligatur: super qua dilatare fimbrias non curo; nam extat Regula Cancell. 17. & super ea copiosè Mandos. per quindecim quæstiones, vniuersam materiam istam accuratè explicans, nec non Rebuff. & Gomesius super Regulis Cancellariæ edissertantes, atque etiam glosa antiqua, cuius auctor licet non exprimatur in initio sui opusculi fuit tamen Alfonsus Sotus Hispanus, credendum est Hieronymo Gonzales (prout credendum esse non dubito, licet Hispano, & propterea suspecto in gratiam suæ nationis) super 8. Regula Cancellar. glos. 4. nu. 151. qui profectò Alfonsus Soto auctor est non contemnendus, vt inquit Aeneas de Falconibus in tract. de reseruat. par. 1. quæst. 2. princip. sub num. 2.

Relego itaque lectorem ad illorum scripta, hic tantum illud vnicum dicturus, quia non ab omni-
205 bus cognitum; quòd si hæc clausula minimè in rescriptis addatur, & propterea subintelligatur, maioris sit efficacię, quam si adiungatur, nam cum tacitè subintelligitur, præseruat habenti, Ius non tantum in re, sed ad rem, cùm verò apponitur præseruat tantum in re, ausertque aliud ad rem, in quo admitteretur impetrans, non obstante tali iure quæsito alteri antea, ita Calder. consil. 8. an existens in vltimis verbis de rescrip. Bellam. cons. 33. quod si ad personas sub num. 14. Zabar. cons. 92. fauendo pupillis, sub nu. 3. & consil. 126. vacarunt Canonicatus, etiam sub nu. 3. Rebuff. in prax. Rub. forma nouæ Prouis. vers. dummodo tempore datæ præsentium, nu. 2. Felyn. in cap. causam quæ, num 26. de rescript. Roman. consil. 250. approbo sententias, & Gomes. in eadem Reg. quæst. 1. vers. alii verò

dixerunt

dixerunt, vbi ait, quod talis clauſula, ſi adeſt, non ſolum non operatur plus, ſed expreſſio in cauſa eſt, vt ſit minoris valoris; ſed quia de iſta aſſertione vacillat Mandoſ. indicata Reg. 17. quæſt. 1. In vltimis verbis, inquiens illius veritatem non ſibi probari, tantoque magis quod idem Gomeſius in verſ. illud tamen quod dictum eſt; fateri videtur contrarium, dum Principem in dubio nolle præiudicare, neque in vno, neque in altero iure tutatur. Ideo volui attentius perſcrutari ſi illa poſſit veritate fulciri, cū Regula, quamuis adſit taciti, & expreſſi eandem eſſe virtutem; attamen in dubiū reuocari non valeat, quin minoris ſit roboris tacitum, quam expreſſum, cuius contrarium probaretur ſi dicta ſententia ſubſiſteret. Quare Bellam. conſiderans vim huius argumenti, dicit non eam poſſe extare concluſionem attenta diſpoſitione Iuris, ſed conſuetudine dumtaxat in conſ. 33. ſub nu. 14. & conſ. 34. verſ. ad ſeptimum, ſub num. 21. & §. ſecunda concluſio verſ. Nec obſtat clauſula ſub nu. 24.

Quin etiam Conſuetudo ipſa non vendicet ſibi locum in omni iure ad rem. ſubnectit & propterea non patiatur auferri ius ad rem, quæſitum per electionem, ſiue præſentationem, aut mandatum de prouidendo de certo beneficio pro certa perſona gratioſè expeditum, ſed tantum in vnico caſu, nēpè in iure quæſito per acceptationem impetrantis, dicit idem Bellam. in eod. conſil. 34. ſub nu. 24. ſupra citato, & Gomes. indicata quæſt. 1. verſ. & iſta, atque Rota deciſ. 224. licet de more, ſiue 17. de præbend. in nouis.

Immo, & hæc reſtrictio ſublimitetur non procedere, vbi iſtud Ius acceptationis eſſet deductum in iudicio ex verbis eiuſdem Bellam.

206 Præterea videndum eſt de clauſula, quam, & quas, á me ipſo tacta in meis annotationibus ad ritum 36. Curiæ Archiep. Neapol. ſub num. 29. vbi defendi concluſionem illam, vt vigore ipſius clauſulæ ſuſtineatur commiſſio, licet nulla præceſſerit appellatio, per deciſ. Achill. de Graſſ. 14. de reſcript. & Cœſaris de Graſſis deciſ. 8. ſub eod. titul. Nunc addo Gomes. in Regula de infirmis reſign. quæſt. 34. verſ. obſtare, nu. 4. Menoch. conſil. 166. num. 8. cum ſeq. volum. 2. & Mandoſ. in forma commiſſ. appellat. §. vna cum toto negotio, verſicul. ſecundo quæro, cui tamen concluſioni intelligentiam tradit Marchiſ. in commiſſ. appell. in Romana Curia cap. 5. in fine nu. 50. & dicit habere locum, quando adeſt alia clauſula cum toto negotio principali, adducit Gomeſium in loco citato, qui tamen id non explicitè fatetur, ac præterea adducit Peregr. deciſ. 94. lib. 1. in manuſcriptis, atque tenuiſſe Rotam in illa Romana Saluiati Interdicti de columna, coram Ampliſſimo Domino meo Lancellotto Iuniore, de menſe Decemb. 1598.

Cœterum qui alia de hac clauſula ſcire peroptat, adeat Papazonum in deciſ. Rotæ 23. de reſcrip. in nouis, Abb. in cap. ſignificantibus à nu. 15. vt lite non conteſt. Mandoſ. in Commiſſ. 9. Admiſſion. pro intereſſe, verſ. quam & quas; nec te lateat quæſo illam tantæ eſſe virtutis, vt ſemper auocetur

207 cauſa á Iudice, à quo fuit appellatum, licet propter Decretum interloquutorium, ſi in commiſſione appellationis appoſita fuerit, Papazon. ad deciſ. Rotæ 23. voluerunt ſub nu. 3. de reſcript. in nouis, prout apponi non dubitatur iuxta conſuetum ſtylum, Marchiſ. in Commiſſ. ſanat. nullit. par. 2. cap. 1. ſub nu. 43. & melius in 1. par. cap. 22. nu. 22.

Conuenit modo ad eas deflectere clauſulas, quæ conditionem generant in reſcriptis, quarum præcipua eſt illa, vocatis vocandis, cum requirat cita-

208 tionem ordinemque iudiciarium, vt ait Berous, conſil. 14. num. 43. lib. 1. Celſus Vgo in tract. clauſul. nu. 65. & Borgnin. Caualcan. deciſ. Fiuizana 46. per inſtrumentum inueſtit. nu. 415. par. 1. Felyn. in cap. dudum nu. 23. de præſumpt. Abb. in cap. exhibita num. 6. de iudic. Rota deciſ. 30. ex hoc, de reſcript. in nouis, & deciſ. 32. eod. tit. in antiq. namque

209 cum cauſæ cognitione procedere debent, vt præcitati affirmant, nec non Abb. in eod. cap. dudum, nu. 13. & poſt alias ſupra relatas deciſ. apparet reſolutum per Rotam in vna Neapolitana Sancti Andreæ coram Finetto, de Menſe Februarij 1566. quā adducit Aldobrand. deciſ. 202. Domini concluſerunt ſub nu. 1. par. 1. diuerſ. & addit reſolutum in vna Piſcieñ. 21. Februarij 1578. quin, & in cauſa Gienneñ. 21. Octobris 15[illegible]. Caput. deciſ. 284. vol. 2. in verbo, ordinarius par. 2. atque Ioan. Baptiſta Ferretta conſil. 247. nu. 9. & Marius Anton. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 39. fuit numero 2. In tantum quod licet exequutores dati in litteris, ſui natura ſint meri exequutores, nihilominus, vbi in lit-

210 teris adiecta legitur præfata clauſula, ſunt mixti exequutores, & coguntur partes Iudicis aſſumere, quod præter Felyn. indicato loco, & aliquot alios ex adductis auctoribus, ſcripſit notabiliter Zabarl. conſ. 92. fauendo pupillis, ſub num. 2. Rota deciſ. 349. ſi Papa mandet ſiue 12. num. 2. de offic. deleg. in nouis, ita quod dicantur propterea non meri exequutores, ſed veri Iudices, legimus in eadem deciſ. 30. de reſcript. in nouis, & de illius ſententia non ſecus ac de ſententia alterius ordinarij Iudicis cenſendum ſit, & propterea illa prolata, ac termino ad appellandum pendente, quemadmodum nihil

211 eſt innouandum cap. non ſolum de appell. in 6. ita & lata ſententia á prædictis exequutoribus, qui, & appellationi interpoſitæ deferre etiam deuinciun-

212 tur retardata exequutione, alioquin reuocaretur quicquid agerent ex capite attentatorum, teſte Marchiſano in Commiſſionum Praxi cap. 13. princip. ſub num. 15. par. 1. qui poſt alios citatos ab ipſo auctores, ita deciſum per Rotam commemorat coram Illuſtriſſimo Pamphilio 4. Maij 1593. & concinunt quæ ſcribit Marius Anton. variar. reſol. lib. 1. reſolut. 50. in ardua cauſa, nu. 6.

213 Similiter quia delegatus extra locum delegationis partes citare, aut ius dicere non valet, ex textū in cap. ſtatutum. §. in nullo quoque, de reſcript. in 6. quamuis tacitus partium conſenſus accederet, non contradicendo cum citantur, iuxta gloſ. & cœteros Doctores inibi, & Rotæ deciſ. 380. ſi Iudex, alias 15. de offic. deleg. in nouis: idipſum ſine dubio de his exequutoribus aſſeuerandum eſt, propter Rotalem deciſ. 30. ſupra citatam de reſcript. in nouis

214 Quamobrem ſciant, tum iſti exequutores, tum reliqui delegati, quod eorum deputatio, vt cognoſcatur, in quo loco cenſeatur facta, inſpicienda ſunt verba reſcripti, quorum vigore dicantur eo in loco delegati, in quo, vel expreſſis verbis aliquid fieri ſibi præcipitur, vel tacitè ſi ſub nomine dignita-

gnitatis,quia intelligitur in loco dignitatis facta commissio,si scilicet rescriptum dirigatur Episcopo Laquedonensi, certè mihi diceretur facta delegatio intra meam Iurisdictionem Laquedonen. extra quam nequirem ius dicere, præterquam si alia verba adderentur,puta Neapolim commoráti quia tunc in Ciuitate Neapolis esset procedendum à me in causa, quæ omnia satis claré scripsit Abb. in cap.nonnulli sub num.7.de rescript. & inibi Felyn.vers.& pro limitatione sub nu. 29. adeo, quod si intra meam iurisdictionem Laquedonensem cognoscere vellem de iustitia causæ,non possem,quia dicitur recessum à loco dignitatis propter subsequentia verba,de mora, vbi fit.

215 Validum tamen esset iudicium agitatum extra locum deputatum, si duo accesserint, nempe expressus consensus partium, ex eodem §. in nullo, neque satis esset si altera tantum pars assentiret ex eadem decis. 380. ac præterea consensus ordinarij loci,glos.in cap. vt litigantes vers. de consuetudine de offic. ordin. in 6. Roman. sing. 50. Item ad hoc Paris.in addit.1.ad Bar.in l.final. ff. de Iurisd. omn. Iudic.Abb.in cap.P.& G.nu.15.de offic.deleg.& in proprijs terminis delegati scribit Aretin. conf. 58. diligenter consideratis, nu. 4. vbi dicit neque ordinarium, neque delegatum citare posse delinquentem commorantem extra territorium, sed non propterea carere omni Iurisdictione aduersus delinquentem, cum possit petere à Iudice, in cuius territorio degit, vt illum citet (adde tu) vel citationem à delegato expeditam, illi notificari patiatur,vt alibi noto, quare dubito de Doctrina Reuerendissimi Domini mei Genuensis, in Praxi Archiepisc.cap.85.sub nu.15. in annot. quod delegatus existens in sua Diœcesi,citare valeat etiam extra illam, dummodo non trahat vltra vnam dietam, neque text.ab eo citati suffragatur eius dicto nempè tex.in §.cum verò, & cum autem,eiusdem cap. statutum,& cap. præterea de offic. deleg. namque §.cum vero, & cum autem, non nisi de loco verba faciunt, in quo est deleganda causa, vt scilicet si actor, & Reus sint eiusdem Diœcesis,in ea, & non extra committatur,sicuti in ipso §.cum verò, asseritur,quod si diuersarum Diœcesum, in illa,in qua Reus moram trahit impetranda est commissio, nisi actor in illius territorio Iudicem habere recuset, quia alio in loco facienda est delegàtio, dummodo non vltra duas dietas; subijcit text.in §. in nullo quoque, & ait,in nullo quoque casuum prædictorum Iudex extra Ciuitatem,seu Diœcesim in quibus deputatus fuerit,citet partes,nec de causa sibi commissa cognoscat,vbi glos. in vers. deputatus, notandum ex his asserit,non solum citare non posse ad locum vltra dietam remotum, sed neque extra locum,in quo deputatus est, idest exequatur citationem extra locum deputatum; itaque suæ non modo haud fauent sententiæ: verum etiam refragantur,prout neque text.fauet in cap. præterea,qui omnimodam, & necessariam concedit delegato facultatem,non tamen aliquid dicit de loco extra quem est facta delegatio, & propterea non est interpretandus contra alia expressa Iura;quare persisto in ea sententia, quam supra délibaui ex doctrina Aretin. vt delegatus nequeat extra suam Iurisdictionem,hoc est locum in quo expressè, vel tacitè iudicatur ex prædictis facta delegatio; & verba dicti §. in nullo quoque,mihi videntur apertissima,nec citet,vel cognoscat, iccirco sub prohibitione citationis comprehenditur executio citationis,cum illius decretatio sub cognitione de causa veniat; alioquin frustra dicerentur apposita illa verba,citet partes, itaque sola doctrina Felyni remanet in cap.fin.nu. 2. de foro compet. quam reijciendam esse insinuant,quæ hactenus recensui,nec non ratio ab eodem Felyno illic tradita ad comprobandum suum dictum, quod vbi iurisdictio citantis nulli territorio cohæret, potest citare extra territorium,qualis est delegatus. Maior valida est, sed minor, & sequela falsa, cum delegati Iurisdictio cohereat territorio,in quo iuxta dicta superius fuit, vel expressè,vel tacitè deputatus, & nisi intra illius limites sua esset iurisdictio restricta, certè posset vbique ius dicere,ne dum citare,cum tamen vtrumque sit ei inhibitum, in eodem §.in nullo quoque.

216 Ac tandem quia Reliqui Iudices delegati reum trahere non valent vltra duas dietas,attento Iure antiquo Canonum in capit. nonnulli de rescript. vltra vero vnam,ex posteriori sanctione cap. statutum §. cum vero,adducto tit. in 6. nisi in vndecim casibus recensitis per Felyn.eod.cap. nonnulli,á nu. 30.ita,& istos exequutores facere oportere declarauit Rota in ead.decis.30.de rescript. in nouis, & 32.eodem tit.in antiq. ac Felyn. in citato cap. nonnulli num.34.Nec mihi placet quæstio illa, quod si delegans verisimiliter sciat distantiam Iudicis delegati,& causæ,atque Rei,credatur derogasse constitutioni de dicta,nam est diuinare, quando distãtia nota sit Principi, & satis est quod nisi expressè derogetur dictis Canonibus, ab illorum dispositione non est recedendum, ex his quæ Felyn. scribit post citatum,nu. 29.

217 Superest modo notandam adiungere conclusionem,cuius auctor est Zabar.conf. 92. sub nu. 3. quod præcipuus effectus clausulæ vocatis,est nè rescriptum de surreptione notari possit, quamuis supponatur aliquorum taciturnitas, quæ si fuissent adiecta,non emanasset rescriptum; siquidem pars non habet de quo conqueratur,dum propter illam clausulam est audiendus in negotio principali, & in eo obijcere, ac probare quod voluerit, sequuntur Felyn.in cap.dudum,num. 23. de præsumpt.& Dec.consil.232.viso tenore sub nu.1.

218 Verùm, qui propter ipsam clausulam vocandi sint,cum quæritur,patet aditus ad Abb.in cap. exhibita post nu.6.de Iudic.qui distinctione vtens,ait, quod si numero singulari concipiatur clausula præfata,scilicet,vocato possessore, aut alijs consimilibus verbis,proprium nomen,aut appellatiuum insinuantibus; & eo casu tantum ille, & non alius citandus veniat. Quod si plurali numero; puta vocatis vocandis, & vniuersi essent interpellandi, quos tangeret negotium, ex Regula, quod omnes tangit,de regul. iuris in 6. defenditque Abb. in adducto loco, qui præterea adnectit, quod vbi notio haberetur eorum quos pertingit,sint nominatim, ac personaliter citandi: Vbi autem ignorentur, per edictum moneantur; Sed cum vtroque vtens numero rescriptum,conciperetur iam dicta clausula,nempè vocato possessore,vel Titio,& alijs,qui

fuerint

fuerint euocandi; non eſſet ſatis citare poſſeſſorem dumtaxat, ſiue Titium, cum verba illa copulatiua appareant, quare vltra Titium oporteat etiam ad accerſendos alios mittere curſores, ex Paris. conſ. 138. dico in iſta cauſa, nn. 6. vol. 4. Marchiſ. indicato cap. 3. ſub nu. 30.

219 Sed quoties exequutores iam dicti paruipendentes verba reſcripti, aduerſarios euocare minimè curarent, atq; ad executionem litterarum properarent, ſit ne exequutio valida? In qua dubitatione diſtinguendum opinor, quod quia aſſerta clauſula, ſolet alias conſimiles habere annexas; Nēpè ſi vocato Antonio repereris, vel tibi conſtiterit, & cet. iuxta caſus enarratos á Lapo allegat. 27. & Pariſ. conſ. citato 138. & tunc quia ratione adiunctæ clauſulæ, eſt citra difficultatem reſcriptum conditionale; non dubium, quin nullitatē infectum cenſeatur quicquid auſi ſunt attentare; prӕterquam, ſi ſit præſ.ns aduerſarius, & ſciens, non dicat de nullitate, vt idem Lap. reſoluit, in eadem alleg. 27. & in alijs inferius adducendis; ſed cum nuda eſt, nec aliam concomitantem habet inducentem conditionem, exiſtimo eam ſolam non operari conditionem; idque deſumo ex ipſamet allegat. 27. Lapi, iunctis verbis Mandoſ. in addit. 3. Dixerat enim Lapus, delegata cauſa, vt partibus conuocatis, ſi inueniatur talem fuiſſe filium Sacerdotis, & cet. an ſubſiſtat proceſſus ab ipſo compilatus ſine cauſæ cognitione? & ſubdit negatiuè, multis fretus rationibus, ac præſertim illa, quam ſcripſit, num. 3. quia verba illa faciunt conditionem; addit Mandoſ. in verbo conditionē. & ait, intellige de verbis, quæ in principio præmiſit, videlicet, ſi inueneris talem fuiſſe filium Sacerdotis, ergo excludit oriri conditionem ex altera illa clauſula, vocato, dum à Lapo, ſimul poſitæ erant ambæ, & reſtrinxit ſubſequentia verba de conditione ad clauſulam, ſi inueneris. Iccirco in ea minimè ſum ſententia, acta ab iſtis exequutoribus facta ſubiacere nullitati; ex iſto tamen capite, quia reſcriptum eſt conditionale, & conditione non adimpleta, proceſſum eſt, ad vlteriora. Ex alia verò ratione inualida prorſus eſſe affirmo: quam in hac facti ſpecie tradit Paris. conſil. 31. circa præſentem, nu. 23. & melius, nu. 27. vol. 4. ea nempè, quia non ſeruata forma in reſcripto conſtituta, ſiquidem non vocata pars aduerſa, ideoq; nulliter proceſſum per Clem. Paſtoralis de re iudic. §. fin. inſtit. de pœna temerè litig. l. nam ita Diuus ff. de adopt. l. de vnoquoque ff. de re iudic. & optimus tex. in cap. fin. de præb.

Imó ſi exequutor atteſtetur de citatione more ſolito facta, ſiue per edictum, neque in actis conſtet de illa, non ſunt propterea iudicanda valida acta, quæ nulla eſſe defendit multis rationibus, idem Paris. conſ. 31. ſupra citato, nu. 28.

220 Quod ſi iſthæc clauſula omiſſa fuerit in litteris Apoſtolicis, attamen adſit poſſeſſor non ſit amouendus, niſi præceſſerit citatio, ſuadet text. in cap. licet Epiſcopus de præb. in 6. Paris. de reſign. benefic. lib. 11 quæſt. 10. num. 33. & Marius Anton. reſolut. 58. fuit apprimè controuerſum ſub nu. 8. lib. 1. ac rectè probatur in deciſ. 802. Domini tenuerunt nu. 8. par. 1. diuerſ. ſuppetitq; in primis aſſertio illa ab omnibus, vno ore probata, nè poſſeſſio facti tradi debeat ab exequutore, non vocato poſſeſſore, & ſine cauſæ cognitione. & videre licet apud Ioannē Andream in cap. ordinarij, de offic. ord. in 6. Abb. Gemin. Io. Monach. & alios, relatos per eundem Paris. d. q. 11. nu. 15. & alios complures doctores, citatos per adductum Marium Anton. in eodem nu. 8. & Maſcard. q. 1323. nu. 25. p. 3. ſuppetunt etiam perplures Rotæ deciſiones, illaque præſertim Aldobran. quam ſuperius citaui. & eſt 202. p. 1. diuerſ. vbi reſolutum atteſtatur in vna Piſtorien. fuiſſe mixtum exequutorem, illum datum ad prouidendum in forma dignum de Cappellania, in cuius poſſeſſione erat Præpoſitus, & capitulum Piſcien̄, ſiue Sacriſtia, quæ erat citanda ab ipſo exequutore, qui tenebatur aſſumere partes Iudicis, & audire poſſeſſorem, qui non erat obnoxius ſolo verbo exequutoris ſtare, & parere, ſuumque ius dimittere, ſed reſiſtere, neque illius poteſtas in ipſum procedere, quem eiuſdem exequutoris poteſtas compeſcere non valebat; cum aduerſus reſiſtentes de facto, non de iure, excandeſcere valeat, per deciſ. 4. Achill. de ſent. excom. Accedit quod non licet priori, aut potiori, aut alteri cuicumque proprietario turbare poſſeſſorem, capiendo poſſeſſionem abſque citatione, etiam ſi eſſet Fiſcus, dicit Robuſterius in deciſ. 99. Maior pars, nu. 4. ead. par. 1. diuerſ. & num. 5. extendit ad ordinarium viſitantem, ex c. ordinarij de offic. ordin. in 6. & illic Gemin. Francho, & alijs, tandemque ad delegatum ſupremi Principis per c. ſi quando de reſcript. l. ſi non cognitio C. ſi contra ius, vel vtilit. public. & inibi Caſtren. Neuizan. conſ.

221 81. nu. 31. & reliquos multos; quamobrem poſſeſſionem alio modo adeptam, decernendam eſſe intruſam, edocet Felyn. in cap. conſtitutus, nu. 18. de reſcript. Ripa in l. naturaliter §. nihil commune nu. 25. de acquir. poſſeſs. & in his terminis cenſuit Rota in vna Senen. Pontis Arrigi coram Decano, ſub die 12. Iunij 1573. & in alia Barchinonen. præceptoriarum 10. Iunij 1578. quarum meminit Lancell. deciſ. 423. propoſita cauſa, nu. 4. d. p. 1. diuerſ.

222 Verúm ſi aliquis non citatus, ex ſe ipſo acceſſerit ad contradicendum. ſit nè audiendus, & licet in

223 terminis l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend. miſſio in poſſeſſionem inſtituti hæredis retardari nequeat, niſi legitimus contradictor impugnet, iuxta ſanctionem dictæ l. fin. legitimus autem vt dicatur

224 contradictor multa requiri admonet, recenſetq; Cœſar Argel. vir quippe inſignis, in ſuo perutili, tract. de legit. contrad. (qui eiuſdem auctoris munificentia nuperrimè ad meas peruenit manus) potiſſimum, q. 1. art. 2. à nu. 9. & q. 5. art. 1. à nu. 7. ipſeque antea concluſeram ad effectum illius, l. oportere eſſe poſſeſſorem, ſequutus, doctrinam Dec. inibi nu. 48. Gozad. conſ. 93. in cauſa Mutinenſi, nu. 5. & deciſum atteſtatur Puteus deciſ. 229. Aloyſia lib. 1. & Cœſar de Graſſis. deciſ. 98. erat aliqua, ſiue 5. nu. 5. de ſent. & re iudic. quin, & poſſeſſor, ſi vitioſa ſit eius poſſeſſio, non dicatur legitimus contradictor, ad impediendam miſſionem in poſſeſſionem ſcripti hæredis, determinatum ſpeciatim legitur, in adducta deciſ. Putei 229. neque ſi poſſeſſio ſola abſque titulo producatur, ex Bart. in ead. l. final. ſub nu. 21. demumq; Statil, Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 2. c. 2. a n. 1. ſuppetitq; deciſ. Comituli in Romana vineæ 21. Aprilis 1589. num. 1. eſtque 16. inter reſcriptas per eundem Statilium poſt dictum

tract. idq; adeò, quod etiam si de falsitate, aut nullitate testamenti opponeretur, non veniret impediendus scriptus hæres, ne capiat possessionem, iuxta doctrinam Alex. cons. 101. visis omnibus actis,
225 num. 11. vol. 5. attamen in Ecclesiasticis admittitur quivis tertius comparens, & incontinenti deducens sua interesse, etiam si per apparentiam, vt dicit Gozad. cons. 7. in hac causa, nu. 7. iunctis alijs scriptis nu. 23. per text. in cap. veniens el 2. & inibi Innoc. & Abb. de testib. & etiam si solum titulum deduceret, ipsumq; coloratum, ex decisione Eluen.
226 coram Pegna inferius adducenda, & consequenter ab habente naturaliter potestatem conferendi, absque quod inquiratur, si validè, per Ofascum decis. 116. ex actis agitatis. nu. 7. & Put. decis. 26. in
227 vna Salamant. lib. 3. etiam si titulus impar sit, ex eo quia fuit prouisus ab ordinario; nam esset adhuc contra prouisum Apostolicum legitimus contradictor, prout tentum fuit in Rota, in vna Colonien. canonicatus 4. Februarii 1588. & rursus in dicta Eluen. beneficij Santi Saluatoris die Lunæ 16. Decembris 1602. coràm Pegna; ita pariter si solum ius nè dum in re per institutioné, aut confirma
228 tionem acquisitum, sed ád ré, per solá præsentationem, aut electionem tantum, vt inquit præfatus Gozadin. citato consil. 7. nu. 7. qui dicit admittendum esse, quamuis non probauerit legitime electum fuisse. Dummodo electionem deduxerit; & videndus est Marius Anton. variar. resol. lib. 1. resol. 39. fuit per M. R. Præpositum, vbi tâquam legitimum contradictorem admissum fuisse testatur, præsentatum ad beneficium de iure patronatus, aduersus prouisum Apostolicum de eodem in tantùm quod in Congregatione Episcopatus Papiæ resolutum fuisse adiungit, sub nu. 5. litteras Apostolicas non esse exequendas, sed præsentatum instituendum; quinimmò, quód sit etiam legitimus contradictor, qui est posterior in data, dum-
229 tamen possideat, resolutum fuit in Róta teste Puteo decis. 135. in vna Abulen. lib. 2. commendata ab eadem Rota in decis. Eluen. coram Pegna quam superius memoraui, & cuius verba rescribere censui, quia multis, & in multis prodesse possunt eius itaque verba sunt.

Causa iterum proposita Domini permanserunt in decisis, nam quãtum ad valorem à R. P. D. Martino Alfonso Mexia expressum, de illo testificabãtur duo testes 1. & 4. super 4. art. deponentes de publica voce, & fama per non excessum, sicut Martinus Alfonsus expresserat, & ambo testes loquebãtur de tẽpore quo vacauit. ex quibus remanebat sufficienter probatus valor ad effectum iustificationis gratiæ, Puteus decis. 24. incipiente in vna Colonien. lib. 1. cum alijs allegatis, in alia decisione.

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, quod dictus Episcopus Eluen. non gauderet alternatiua, licet tunc esset in suo Episcopatu: quare cum esset generalis Inquisitor Regni Portugalliæ, ratione illius officij in Ciuitate Vlixbonen. reside-
230 re teneretur, ex illa residentia indeliberata gaudebat alternatiua, vt in alijs decis. fuit deci

Neque obstabat Breue, quod anno 1599. Sanctus D. N. Regi Catthol ico direxerat, quo inter cœtera hortabatur Regem, vt curaret, quod Regnorum suorum Episcopi, dimissis officijs, quibus residentia impediebatur, in suis Episcopatibus residerent; ex quo Dominus Petrus intendebat probare, quod Dominus Episcopus Eluen. tempore quo vacauerat, & contulerat hoc beneficium, animo deliberato in suo Episcopatu residebat, & consequenter gaudebat alternatiua, quia fuit responsum, illius Breuis non esse habendam rationem, cum non esset in actis, uec de illius tenore constaret.

Ad titulum quo nitebatur Petrus, ab ordinario prouisus ad impediendum exequutionem literarũ Apostolicarum D. Mexiæ, omissa responsione de imparitate tituli, ex eo quod Petrus ab ordinario prouisus, non esset legitimus contradictor contra D. Mexiam prouisum Apostolicum, quam Rota in
231 hac propositione minus tutam putauit, cum teneat habentem titulum coloratum esse legitimum contradictorem, vt possit appellare à Decreto, seu sententia lata super exequutione litterarum Apostolicarum ad fauorem prouisi Apostolici, dummodo coram exequutore produxerit suum titulum, vt in causa Colonieñ. Canonicatus die 4. Fe-
232 bruarij 1588. & quod etiam posterior in data, sit legitimus contradictor si possidet, ad impediendũ processum exequutiuum, Puteus decis. 135. incipiente in vna Abuleñ. lib. 2. nam cessantibus reseruationibus, habent potestatem conferendi, & Papa prouisos ab ordinarijs agnoscit pro legitimis contradictoribus, quando possident. Præferuntur enim prouisis Apostolicis, cap. si à sede de præb. lib. 6. Puteus decis. 4. incipiente, facta prouisione, de præbend. Sarnen. decis. 32. incipiente, cap. si à sedes

Placuit alia responsio quod productio tituli post sententiam non impedit exequutionem, vt fuit dictum in causa Pientina beneficij die 12. April. 1578 coram D. Patriarcha Alexandrino, & licet in ea addatur, exceptio nisi per productioné tituli appareret de bono Iure edentis, ista exceptio non suffragabatur Petro Producenti titulum habitum ab Episcopo alternatiua non gaudente, ex quo potius apparebat malum ius edentis.

Et ideo conclusum, non fuisse locum arbitrio ad impediendum exequutionem litterarum Apostolicarum, quas D. Mexias iustificauerat.

Hactenus verba decisionis Rotalis, ex quibus conualidata remanet conclusio à me antea posita de legitimo contradictore, qui sit omnis habens
233 etiam imparem titulum; Nunc dico multo magis dici talem habentem æqualem titulum, & prouenientem ex eodem fonte, atque vt talem admittendum, quin, & tunc, non esse procedendum exequutiuè sed ordinariè, scripsit Bart. in l. fin. sub nu. 21. & ibidem Dec. vers. & ista conclusio, sub nu. 40. C. de edict. D. Adrian. tollen. & resolutum in vna Archipræsb. Calagurit. coram Puteo de qua in decis. 302. Franciscus de Miranda lib. 1. nu. 1. & in alia Senen. Canoniccatus, & Præb. 13. Maij 1585. coram Bubalo.

Ac præcipué duo tituli Apostolici dicantur Pares ad hunc effectum, cum proueniant ex eodem fonte, licet sint ex diuersa vacatione, diuersáq; persona, fuit decisum in Lucana Maiusculatus 7. Iunij 1585. coram Orano, & colligitur satis abundè, ex adducta decisione Putei 302. lib. 1.
234 Respectu autem clausulæ Contradictores appellatione postposita compescendo pauca prodam etenim

etenim illius intuitu, contradictores tantum de facto compellere valebit exequutor, ex doctrina Oldradi, conſil. 81. Quod proceſſus, nu. 7. & conſ. 270. in quæſtione propè num. 7. ſequitur Tuſchus concluſ. 320. clauſula, nu. 2. vol. 1. & concluſ. 510. exequutor vol. 3. ac nouiſſimè Serafin. deciſ. 1471. fuit reſolutum part. 2. numero 3. ei tamen Iuriſdictio tributa apparet non modo inter partes, at inſuper aduerſus quemlibet extraneum contradicentem, in quem poteſt excandeſcere, eumque punire, iuxta Abbatis verba, in cap. pro illorum, num. 9. per gloſ. inibi de præb. & dicunt præterea Io. Monach. in cap. 1. nu. 7. & 8. Gemin. nu. 10. & Franch. num. 6. de conceſſ. præbend. atque Innoc. & alij quos citat & ſequitur Nauar. in cap. cum contingat in 7. cauſa nullitatis de reſcript. Staphil. tract. de gratijs, & expectatiuis Rub. de vi, & effectu clauſul. §. competenti, ſub num. 8. Paris. de reſignat. benefic. lib. 8. q. 7. nu. 160. cum ſeq. & alij mox citandi; ſed contradicentem de Iure non vtique poteſt ſententia excommunicationis ferire in eumque procedere, quod præcitati Oldrad. Tuſchus Abb. Staphil. & Paris. affirmarunt. Nec non Franch. adducto c. 1. Roman. conſil. 482. in caſu præmiſſo ſub num. 1. Felyn. in cap. cauſam quæ, num. 20. de reſcript. & cap. ſuper eo, poſt nu. 5. de offic. deleg. Ioan. de Selua in tract. de benef. par. 3. q. 13. ſub num. 1. tenuitq; Rota Romana corã Puteo deciſ. 271. Papa nu. 6. p. 3.

235 Ex quibus neceſſario inferendum eſt ad eã concluſionem, poſſe exequutorem cum hac clauſula conſtito aſſumere partes Iudicis, & audire contradicentem de iure, ſi re vera innitatur valida ratione, & Iure; Dum enim ex prænarratis poteſt dũtaxat compeſcere oppugnantes de facto, non eos, qui de Iure, eo quod nemo reijci debet ſine cauſæ cognitione, ex ſententia eiuſdem Staphilei; certè vt Iura cõtradictoris audiat, cognoſcatq; nec né ſubſiſtant, oportet, & inſinuant verba Oldrad. indicato conſ. 81. nu. 7. alioqui liceret cuilibet, aliquam colorare cauſam, impedireque exequutorem ſi de cauſa propoſita, & Iure cognoſcere nequiret, & propterea Marius Antonin. dum propoſuit dubitationem illam, quando poſſit exequutor partes Iudicis aſſumere; Reſpondet in tract. variar. reſolut. lib. 1. Reſol. 112. caſu 66. Sanctiſſimus; & ait, aſſumere poſſe, vbicumq; adeſt in litteris clauſula iſta contradictores, prout feciſſe Vicarium Papienſem memorat, cui demandauerat Summus Pontifex, vt quendam in poſſeſſionem induceret, inductumq; defenderet, & manuteneret, eiq; faceret de fructibus, & obuentionibus integrè reſpondere, contradictores, appellatione poſtpoſita compeſcendo. His quoque ſuppetunt, quæ Nauarr. ediſſertat in c. cum contingat 2. cauſa nullit. num. 20. de Reſcript. quod mero exequutori non conuenit iſthæc clauſula Contradictores, ſed ei, qui agit Iudicem, vtiturque Iuriſdictione: id tamen ſummaria adhibita cognitione March. §. 1. nu. 106. de appel. ab execut. breuis.

236 Ratio autem ob quam iſthæc clauſula nullam tribuit iuriſdictionem aduerſus eum, qui iure innixus repugnat, illa apparet, quod nemo cogitur ius ſuum dimitterre ad ſimplex verbum exequutoris, iuxta notata ſuperius, verſ. quod ſi iſthæc clauſula ſub nu. 220. per deciſ. Achill. 4. de ſent. excom. & nunc addo Oldrad. citato conſ. 81. qui loquens de poſſeſſione, dicit neminem teneri illam relinquere ob ſimplicem exequutoris monitionem, & ſequitur idem Staphil. adducto verſ. competenti, ſub nu. 9. Rebuff. citato loco, & alij, quia poſſeſſor, ſi nolit poſſeſſionem relaxare, niſi cauſæ cognitio præcedat, non dicitur indebitè contradicere, ex doctrina Putei adducta deciſ. 271. nu. 7.

Sed quis dicatur contradictor de Iure, quis autem de facto inueſtigandum propterea cenſeo, & contradictorem de facto exiſtimo illum, qui impedire conatur exequutionem gratiæ verbaliter, aut realiter reſiſtendo, ex his quæ notat Roman. conſil. 482. nu. 2. illum verò de Iure opinor, qui ſuis Iuribus productis, iuſtaque allegata cauſa, inſtat via Iuris audiri, ex notatis ab eodem Pariſio citata q. 7. nu. 160. Marchiſ. dicto §. 1. nu. 107. & Lancell. de actent. p. 2. c. 12. limit. 8. ſub nu. 45. qui tandem ita fuiſſe reſolutum, per Rotam Romanam, teſtatur coram Finetto in vna Neapol. Cappell. 10. Iun. 1569.

Cæterum præterire nolo inſignem ſublimitationem ad ſupradictam reſtrictionem, & poſſe etiam contradictores de iure redarguere, ſi clauſula præfata concepta fuerit verbis vniuerſalibus, nẽpè ſi diceret. contradictores quoſlibet, Hippol. Rimin. conſ. 195. num. 6. lib. 2. inſequiturq; præfatus Lancell. inibi, nu. 46. & conferunt quæ ſcribit Corſet. ſing. 179. moleſtia, verſ. limita; quo loci iam dictam Regulam coarctat ſi ex mente legis veniret vtraque moleſtia, ſcilicet Iuris, & facti, allegatque tex. in l. vnica C. de nund. in verbo; Aliquã moleſtiã.

237 De clauſula. Conſtito nunc locus eſt agere, quæ reputatur conditionalis à Pariſ. conſ. 41. ex his nu. 14. vol. 4. & conſ. 45. ruit monitorium ſub nu. 5. vol. 4. Rolan. à Valla conſ. 65. captura commiſſa, nu. 21. vol. 3. & Rota in vna Sueſſanen. corã Coccino, cuius verba inferius reſcribam, ac multò magis, ſi per alia verba, eaq; clariora explicata fuerit, nempè ſi conſtiterit, Rot. deciſ. 773. dic quod ſi in aliqua, ſiue 15. de dolo, & contum. in antiq. Alex. conſ. 218. viſis verbis, nu. 1. vol. 6. & conſtare debet præcedente cauſæ cognitione, præcedenteque citatione partis, vt omnes citati aiũt; & Rota deciſ. 684. dic quod ſi in aliqua, ſeu 21. de reſcript. in antiq. Lap. allegat. 60. viſis litteris, nu. 3. gloſ. in verbo conſtiterit, ſuper clem. præſenti de cenſib. Guid. Pap. deciſ. 70. in Commiſſionibus, & Caſſaneus conſ. 45. factum tale eſt, licet nu. 34. aliqua in contrarium recenſeat, non tamen diſſentit in vltimis verbis, & mille alij tradunt, & quatenus verior eſſet opinio, nè ſit conditionalis, quam tenet Lancell. in tract. de actent. cap. 20. par. 2. limit. 12. num. 9. Nihilominus ſatis ſit, omnia narrata, ſiue in vim conditionis, ſiue modi, eſſe antea verificanda, intantum quod niſi verificentur non poteſt procedi ad exequutionem litterarum, vt omnes præcitati dixerunt, & reſolutum in Rota atteſtatur Mohed. deciſ. 304. Toletanę penſionis in fine, ſiue 35. de renunciat. quapropter, ſi

239 contenta in reſcripto fuerint exequutioni demãdata, omiſſa eiuſmodi Iudiciaria cognitione, certe nullitati ſubiacerent: & talis exequutio inualida omninò eſſet, & inane quidquid actentatum ita fuiſſet, ex deciſ. Creſcent. 57. Papæ verbis, vel 6. lib. 2. de reſcript. ob idque Monitorium ſine dicta clauſula, & expeditum vigore breuis illam complectentis, Rota pronuntiauit inualidum in vna Calaguri-

guritana, relata per Caputaq. decis. 228. Monitorium par. 2. & alterum, ac processum subsequentem, nulla præcedente verificatione comprehensorum sub dicta clausula Rescripti, dicentis constito de assertis, nullitati subiacere, tanquam à non Iudice expeditum, & compilatum, defendit acerrimè Paris. adducto consil. 45. & Alexan. citato consil. 218. Ac resolutum in Rota legimus in decis. Caputaq. 228. Monitorium Decretum par. 2. ob

240 eandem causam, verba illa constito de re iudicata, efficiunt ne commissioni locus esse possit, nisi de re Iudicata antea pateat, vt post Corneum consil. 167. nu. 14. volum. 2. scripsit Marchis. in Commiss. restit. in integr. cap. princ. 2. num. 135. par. 2. vt autem Illustrius pateat conclusio statuta, de exequutore, cũ tali clausula, qui debeat adhibere causæ cognitionem, & monere partem, subiungere decreui verba decisionis Rotæ in vna Suessanen. præceptoriæ Veneris 4. Februarij 1605. coram Coccino, ex qua differentia illa comprobatur inter eundem exequutorem, in cognoscendo, & exequendo: vt primo casu dicatur mixtus exequutor, secundo vero dicatur merus: illius itaque verba sunt.

Domini dixerunt esse locum sequestro, quod ex officio Iudicis apponitur, quotiescumque possessio est attentata, Rota decis. 10. vt lite pendent. in nouis. Castad. decis. 3. num. 6. de restit. spoliat. Puteus decis. 414. lib. 3. Veral, decis. 157. par. 3. nam cum exequutor literarum vigore breuis, fuisset datus cum clausula constito, quod Franciscus in possessione præceptoriæ obierit, eademque dignitas conuentualis sit, Ferdinandum in possessionem inducas; Propterea iste exequutor in cognoscendo erat mixtus, & Iurisdictio sub conditione ei con-

241 cessa, deduceda erat in exercitium post purificationem clausulæ, ita vt merus exequutor fieret, Anchar. consil. 297. num. 3. & 8. incipiente efficacibus, quem sequitur Felyn. in cap. si constiterit numero 5. versic. numquid ista clausula, de accusat. Lapus allegat. 60. num. 2. & 3. & propterea cum in purificatione dictæ clausulæ esset mixtus, grauauit Honophrium ipsum non admittendo, vt posset probare præceptoriam esse manualem, & non esse dignitatem conuentualem; stante maximè, quod reseruatio in qua consistit fundamentum breuis, non est omninò clara, cum vsque de anno 1578. 10. Ianuarij coram Cardinale Lancellotto, Rota censuit in causa Brachar, præceptoriæ, huiusmodi præceptorias esse manuales.

242 Hucusque recensui verba decisionis, cui subijcio quæsitum, an nè ordinariè, an potius summariè procedendum sit ab exequutore constituto cum clausula vocato, vel constito? & quo ad illum cum clausula vocato, certum est, debere de causa cognoscere summariè iuxta glosam in cap. licet Episcopus, versic. te non vocato, de præbend. in 6. quod etiam dicendum censeo de altero delegato cum clausula constito, motus doctrina Amplissimi Cardinalis Tuschi, in verbo clausula conclus. 367. numero 3. vbi in Rota ita seruari addit cum clausula constito de non tuto accessu, & Paul. Castrens. consil. 282. in causa ista. versic. Nam, & ante restitutionem concessam sub num. 4. volum. 1.

243 Et quoniam post dictam clausulam constito de re Iudicata, solent subsequi verba illa, vel quod alias exequutioni locus sit, ideo aduertendum duxi, clausulam illam constito, respicere tàm rem Iudicatam, quàm exequutionem, cui citra rem iudicatam locus est, ita quod alterutrum, constare prius debeat, siue res iudicata, siuè quod alias exequutioni locus est, vt validè procedatur ad exequutionem. ista autem clausula, an censeatur repetita in alijs commissionibus, annuit Rota coram Blanchetto decis. 321. Domini par. 1. diuers. & si ea apposita sit, atque altera reuocationis attentatorum à qua sit exordiendum, dicit Rota decis. 423. fueram adiunctus lib. 3. par. 3. diuers. sed restitutione pendente nihil sit exequendum, dato quod in commissione adsit clausula, si quid exequendum, ita quod exequutio illius vigore facta, sit attentata, defendit Lancell. de attent. par. 2. cap. 18. num. 58. alioqui non sit attentata possessio isthæc, resolutum fuit in vna Auinionen. exequutionis laudi coram Cantuccio, sub die 9. Martij 1556. & testatur idem Lancell. eadem par. 2. cap. 20. limit. 11. nu. 4. & 5.

Sensus autem præfatorum verborum, siue quod alias exequutioni locus sit, mihi videtur, vt illorum vigore concedatur facultas delegato exequendi vbicumque veniret de Iure relaxanda exequutio: ad quam intelligentiam adducor verbis Marchis. in commiss. restit. in integrum cap. princ. 2. nu. 55. & antea num. 41. exemplificauerat in statuto vrbis 178. ipsiusque intuitu dicatur sublata facultas Iudici à quo exequendi, & in eundem Iudicem ad quem translata, instruimur decision. 487. lata fuerat num. 7. doctrina Gonzales in regul. 8. Cancell. glossa 9. num. 240. & decisum fuit in vna Toletana Parochialis 23. Ianuarij 1604. coram Sacrato.

244 Quia tamen consueuit clausula illa constito de re iudicata apponi in commissionibus exequutorialibus, videtur non inaniter dubitari posse, cur dictæ literæ fuerint adinuentæ, si idẽ Iudex quamuis delegatus exequi possit suam sententiam? Etenim licet fuerit quandoq; dubitatum, potissimum à Ciuilistis, vter Iudicum exequatur sententiam, primus scilicet, an appellationis, ita quod variæ fuerint in ea re, sententiæ; Eas tamen concordando Henrich. Boich. in cap. Pastoralis. §. præterea de offic. deleg. scripsit, vtrique licere, si conformes fuerint, quod si discordantes, dumtaxat secundus Iudex, nempè appellationis exequutioni demandet, per adductum §. præterea, & l. præcipimus C. de appellat. iuncta Auth. si quis litigantium C. de Episcop. Audien. cuius distinctionem comendat etiam Henrich. Bauerius sing. 71. num. 2. Qui tamen in sing. 70. num. 24. aliter distinguit, dum primo ait, Appellationis Iudicem exequi sententiam confirmantem expræssè priorem, nam ex sua sententia confirmatoria oriri actionem iudicati, & officium Iudicis notat, per textum in adducta Auth. si quis litigantiũ, & l. fin. de appell. secundò vero rectius cogitans, contrariam sententiam veram esse arbitratur, eamque obseruari memorat per doctrinam Petri Iacobi in tit. de libell. in causa appell. in §. forma sententiæ, contra Appellantem; subdit postea quod si Iudex confirmauit tacitè, scilicet pronunciando appellationem desertam, & tunc Ordinarius exequatur per l. fin. §. illud C. de tempor.

pore appell. Sed Præſes de Franchis in eo Iudice,
qui pronunciauit benè iudicatum, & male appel-
latum, refert deciſum fuiſſe exequutionē ſpectare
ad Iudicem confirmantem in deciſ. 335. diſcutit
vero Io. Guttierez quæſt. 97. lib. 3. vbi vero pacto,
aut tranſactione partium confirmata eſſet, tunc
appellationis Iudicem exequi poſſe notat citatus
Baterius eodem ſing. 70. tanquam ſit facta con-
feſſio coram ipſo, per textum in l. tale pactum
§. qui prouocauit, & illic Bald. ff. de pact. At nunc
omiſſis contradictionibus Doctorum memini in
Delegato ceſſare dubietatem, cui competere Ius
ſuam exequendi ſententiam, vel priori ordinario
Iudici committendi, vt exequatur, iuxta text. in
capit. ſignificaſti, & doctrinam Abb. illic atque
Beroi. num. 2. & capit. literis, iuncto capit. quæ-
renti, & capit. Paſtoralis de offic. delegat. neque
dubitandum in Delegato à Principe, tum per ſe
ipſum. tum per alium, ſcripſit specul. in titulo
de exequut. ſentent. §. nunc dicendum. verſic.
Hoc autem certum eſt, numero 3. Guid. Papeus
deciſion. 60. licet de Iure, & inibi Ranchin. in
annot. & Bart. in l. à Diuo Pio, num. 2. ff. de re Iu-
dic.; ac latius ipſe tracto inferius verſic. ex his de-
ueniri nu. 309. ex quibus conuincimur ſubſiſtere
quæſitum antea propoſitum, cur adinuente præfa-
tæ literæ exequutoriales, & reſpondeo neceſſarias
245 eas eſſe pro delegatis in vrbe, qui ob reuerentiam
ſupremi Præſulis, ſuas nequeunt ſententias exequi,
Caſſad. deciſ. 13. habuerat ſententiam num. 4. de
reſcript. & deciſ. 3. voluit Palatium, in vltimis ver-
bis, de dolo, & contum. Mandoſ. in commiſſ. exe-
quutoriali verſic. cauſar. Auditore, & maximé nè
Rotæ Auditores poſſint exequutioni demandare
proprias ſententias ſine commiſſione ſpecifica, cen-
ſuit eadem Rota in deciſ. 614. Dic quod licet,
246 ſeu 39. de ſentent. & re Iudic. in antiq. Item, &
extra Vrbem neceſſarias eſſe comperio pro dele-
gatis poſt lapſum annum à lata ſententia, quo caſu
expirare eorum Iuriſdictionem, ſancitur in dicto
capit. quærenti, ideò opus eſt nouo reſcripto ad
247 exequendum, ex eadem deciſ. 39. idque ſi ap-
pellatum non fuerit, nam ſi appellatum, quamuis
deſerta ſit appellatiò, non valet exequi. ſi propter
lapſum termini aſsignati ab homine deſerta ſit, ex
his quæ inferius ſcribo nu. 319. vbi verò non erat
appellandum, vel non admittenda appellatio ſi Iu-
dex detulit appellationi, quia Iuriſdictionem, quam
habebat à ſe abdicauit, iuxta notata á me ipſo in
rubr. de perſon. prohib. promou. capit. de excom-
municatione, verſic. Quinimmó, & propterea non
niſi Iudex appellationis exequi valet dictam ſen-
tentiam, vt dicit Roland. conſ. 77. viſo num. 2. vo-
lum. 2. quare indiget his caſibus victor exequuto-
riali, vt latæ ſententiæ conſequatur exequutionem,
248 alioquin fruſtra ſententiæ proferrentur, niſi debi-
tæ exequutioni demandarentur, capit. cum aliqui-
bus de re Iudic. gloſ. & DD. in rubr. C. de exe-
quut. rei iudic. Specul. in rubr. de exequut. ſentent.
in princip. & Ioan. Andr. in capit. vltimo, propè
finem de rebus Eccleſiæ non alienand. & ſuccurrit
Ariſtot. 6. Politic. capit. 8. in hæc verba. Nihil
prodeſſent de rebus iuſtis iudicia, aut ſententiæ, ni-
ſi forent, qui eas exequutioni mandarent; Ob id-
que ſcripſit Darius Rex. 1. Eſdræ 6. Ego Da-
rius ſtatui Decretum, quod ſtudioſè impleri volo;
& poſtmodum ſubnectuntur alia verba, ſecun-
dum quod præceperat Rex Darius, ſic diligenter
exequuti ſunt. Neque his Horatij aberrat ſen-
tentia, Odæ 24. lib. 3. Quid triſtes quærimoniæ,
ſi non ſupplicij culpa recipit? Quid leges ſine mo-
249 ribus vanæ proficiunt? eandem ob cauſam
Zaleuci filius cum adulterij crimine damnatus ſe-
cundum ius à Patre conſtitutum, vtroque oculo
carere deberet, renuit Parens aliquandiù adole-
ſcentulo pœnam remittere, ad vltimum, precibus
populi euictus, ſuo prius, deinde filij oculo eruto,
vſum vtrique videndi reliquit, atque ita debitum
ſupplicij modum legi reddidit, æquitatis admira-
bili temperamento, ſe inter Miſericordem Pa-
trem, & iuſtum Legislatorem partitus; Valer. Ma-
xim. lib. 6. capit. 5. §. penult. qui alterum, & inſi-
gnem adhuc addit exemplum de Manlij Torqua-
250 ti latino bello Coſs. filio, quod prouòcatus à Ge-
minio Metio Duce Tuſchulanorum ad dimican-
dum ipſo ignaro deſcenderat, glorioſam victoriam
& ſpecioſa ſpolia reportauerat; abripi à lictore, &
in modum hoſtiæ mactari iuſsit; ſatius eſſe Iudi-
cans, Patrem forti filio, quam patriam militari di-
ſciplina carere, in lib. 2. cap. 2. §. At noſtra: cuius
præclariſſimum factum extollit Diuus Auguſtinus
lib. 5. de Ciuitate Dei capit. 18. & inquit, non quia
contra Patriam, ſed etiam pro Patria, tamen, quia
contra id quod imperauerat Pater, ab hoſte prouo-
catus iuuenili ardore pugnauerat, licet viciſſet, oc-
cidit, ne plus mali eſſet in exemplo Imperij con-
tempti, quam boni in gloria hoſtis occiſi. Ex qui-
bus non inani ductus ratione, in ea prorupit ver-
ba Lapus allegat. 92. Inſpeximus, ſub num. 8. for-
tius eſſe dare obſeruatores Legis, quam ipſas leges
facere; vbi Quintil. Mandoſ. additione 27. ait, ob-
ſeruatores inibi intelligi, qui leges, & in legibus cō-
tenta obſeruari faciunt.
251 Sed quis cognoſcat de appellationis deſertione,
videndum eſt; In qua re, licet Albericus Oliua
in Ritu 36. à num. 8. Curiæ Archiepiſc. Neapol.
aliqua prodat, ipſe pauca quædam ſubſcribenda
cenſui; & vti diſtinctione, quam Mandoſ. tradi-
dit in Commiſſ. executoriali, verſic. Præfato Re-
uer. eaque eſt, quod vel numquam fuit appellatum,
ſeu producta appellatio coram Iudice ad quem;
vel interpoſita, & coram Iudice appellationis in-
troducta; Etenim primo caſu pronunciabit Iudex
à quo, per capit. perſonas, & capit. cum ſit Roma-
na de appellat. Angel. in l. Eos C. eodem citato ti-
tulo. Ac Federic. de Senis conſil. 128. caſus talis eſt;
qui adnectit idipſum cum ob non proſecutionem
lapſa ſunt fatalia, per cap. reprehenſibilis de appell.
& cap. 1. eodem titulo in 6. & hoc caſu procedere
determinationem conſil. Aragonen. de Menſe Au-
guſti anni M CDLI. quod de deſertione ap-
pellationis poterat cognoſcere Iudex à quo, te-
ſtis eſt Michael de Molino in repertor. fororum
verbo appellationem fore deſertam, & ipſe re-
ſtringo ad lapſum fatalium iuris, ſecus ſi hominis
Inferius ſub num. 320. ſecundo veró caſu ad
Iudicem tantùm appellationis ſpectat cognitio, &
pronunciatio deſertionis, quemadmodum etiam
vbi dubium ſit, quia ſufficit quod aditus fuerit ex
Bald. in eadem l. eos, atque Butr. & Imol. in cap.

repræhensibilis de appellat. tametsi Ioan. Andr. in citato cap. 1. voluerit, quod quando prosequuta non fuit appellatio, vterque Iudex adiri possit, vt pronunciet appellationem desertam; quamobrem generica decisio Rotæ, vt deserta appellatione interposita á diffinitiua, valeat Auditor in causa appellationis datus, pronunciare appellationem desertam, in decis. 98. licet, siuè 14. de appell. in nouis, restringenda est ad appellationem desertam, iuxta secundum casum supra relatum, & insinuat Papazonus inibi dum ait, hoc est verum, si in suis manibus appellatio est deserta, & adducit decis. 2. nota quod vbi appellatio, eodem titulo in antiq. quæ decidit appellatione deserta Auditorem impetratum in causa appellationis, solum debere pronunciare se non esse Iudicem.

252 Quinimmò, & intimatis literis inhibitorialibus expeditis à Iudice appellationis, si appellans per actus contrarios coram primo Iudice discessisset ab appellatione, liceret Iudici à quo pronunciare appellationem desertam, iuxta decis. Consil. Aragonen. vltimo Ianuarij 1432. teste eodem Molina in dicato verbo appellationem fore desertam.

253 Illud vero, quod eadem decisio 14. adiungit, vel confirmare primam sententiam, & alij insequuntur, aientes, nequire Iudicem appellationis rescindere primam sententiam, cum appellatio est deserta, quia lata contra res prius Iudicatas l. 2. C. quand. prouoc. non est necess. posse tamen confirmare, quia qui confirmat nihil de nouo dat, sed datum conualidat. Attamen verius est, nec posse ex multis, túm rationibus, túm auctoritatibus coaceruatis per Bonifac. de Vitalin. in Clement. si appellationem, á num. 31. de appellat. ac potissimum quod appellatione deserta desinit esse Iudex, vel saltem habere exercitium iurisdictionis in huiusmodi causa appellationis desertæ.

254 Sed possit nè opponi nullitas coram exequutore inquirendum est, & respondeo, quod vbi de exequutione sententiæ agitur, quia forsan alterius Ciuitatis Iudex requisitus fuit à proferente, vt eam exequutioni demandet, certè cognoscere de nullitate minimè posset, ad finem decernendi illam irritam, sed tantum reuidendo acta ad effectum rescribendi præfato Iudici, & interim supersedeat in exequutione, ita Guid. Papeus post alios in decis. 574. An Iudex num. 1. & Abb. post Innocent. in cap. de cætero, de sentent. & re iudic. vbi veró controuerti prætenditur commissio exequutori facta; sine dubio ipsemet exequutor inquiret, sit nè valida nullitas deducta, teste Lapo allegat. 2. disputat num. 13. & cum nulla præcedente causæ cognitione, ac sententia delegatur exequutio, si mixtus est exequutor, recurritur ad illam perdifficilem quæstionem, si idem Iudex valeat in nullitatibus ius dicere.

In qua, Doctores passim ea vtuntur distinctione; vel contingere dubitationem de Iudice ordinario, vel delegato quandoquidem in ordinario, haùd impugnant responsionem affirmatiuam, cum eundem Iudicem posse retractare suam sententiam prætextu nullitatis, & iterum pronunciare affirment, & Vant. demonstrat in tract. de nullit. rubr. coram quo possit nullitas proponi num. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. 67. nu. 2. & Afflict. in Constit. Regni dilationes, rubr. 17. num. 2. par. 2.

In delegato autem, si & ipse fuerit à Principe deputatus, valeat de nullitate suæ sententiæ ius dicere, acrursus de causa cognoscere, annuunt ijdé Vant. & Menoch. ille num. 15. iste verò num. 28. & Dec. in cap. in literis num. 5. de offic. deleg. Boer. decis. 6. quod non, num. 5. & 6. pedes tamen non figit Vantius, sed Boerij tantum verba refert, quio ex his, quæ numer. 16. addit, affatimque probat de Auditoribus Rotæ non valentibus cognoscere de nullitate post sententiam, demonstrat apertè relatam sententiam veritate non fulciri, ipsumque ab ea desciscere, cúm, & illis Papa deleget causas, hác à que negatiuam admisit Bald. quam crebrius cæteros sequutos esse, aiunt Dec. Boer. & Bellon. per eundem Menoch. citatos, memorato num. 28. & communem testatur Rimin. in rubr. de offic. eius, num. 5. & alij quos idem Menoch. refert, non tamen sequitur, existimans leuia prædictorum fundamenta; nullus tamen eorum perpendit allatum de Auditoribus, quod prorsus affirmatiuá excludit.

Quin, & vbicumque posset idem Iudex lata sententia cognoscere de nullitate, tamen proposita appellatione, nequeat de nullitate cognoscere, tum quia appellatio deuoluit totam causam, vt optimè citatus Menoch. probat, num. 13. & in specie ista, quod deuoluat etiam caput nullitatis, constat ex decis. 361. fuit dubitatum, siue 48. de appellat. in nouis, & decis. 109. Nota quod vbi est appellatum, siue 12. eodem titulo in antiq. & Franch. in cap. dilecto propè nu. 65. de appell. nec tantum si incidenter deducta fuerit nullitas, quia intraret regula, de qua in capit. accessorium de regul. Iur. in 6. sed etiam si æquè principaliter appellatio, & nullitas deductæ fuerint, ex vi ipsius appellationis, ex eisdé iam citatis decisionibus, quibus adductus Vantius, ita conclusit, indic. tractat. de nullit. rubr. Quot, & quibus modis nullitas in iudic. &c. sub nu. 34. quod si neque principaliter, neq; dependenter fuerit intentata nullitas, nullaque illius mentio in appellatione facta, quamuis de nullitate dicere non impediatur, vsque ad 30. annos, respectu tamen procedendi coram eodem Iudice, longè magis vetitum dicitur, etiam si appellationi renunciando coram eodem Iudice á quo, comparuerit, & principali petitione nullitatem opposuerit, quandoquidem in appellati præiudicium renunciare appellationi non valet, Crauett. consil. 80. nu. 10.

Si verò lata sententia dixerit de illius nullitate, additis verbis illis, & si qua est appello, crederem non prohiberi Iudicem eundem (qui tamen suæ sententiæ actentis relatis, nullitatem cognoscere potest) super opposita nullitate iudicare, quia appellatio eo casu dicitur conditionalis, & proposita in casu valido, sed iniustæ sententiæ, teste Marchisano alios adducente in Commiss. nullitat. sanatoria 6. 1. num. 34. tom. 3.

Hæc veodicare sibi locum sciendum est, quoties nullitates oppositæ fuerunt lata sententia, nam antea si acta, aut Decretum interloquutorium prętendatur, ac separatim sine connexa appellatione intentetur, liceat cuicumque ordinario, aut delegato procedere scribit Franch. in cap. dilecto nu. 82. de appell. & Vant. adducta rubr. coram quo, nu. 2.

Et cum præter relatos casus, nequit idem Iudex in nullitatibus iustitiam ministrare, non aliud erit reme-

remedium, quam ſuperiorem adire, vt de illis cognoſcat, vel alterum ſubſtituat, iuxta notata per Vant. indicata rubr. num. 4. & 10. ipſeq; adiui ſupremum Pontificem pro præsbyteris ſæcularibus Congregationis Sanctæ Mariæ Maioris Ciuitatis Neapolis, & obtinui reſcriptum nullitatis, & nullitatum ad Nuntium Neapolitanum poſt tres ſententias conformes, quo caſu, quia ſolet apponi clauſula, Parito prius iudicato (de qua inferius eloquar) eo quod nullitates non retardant exequutionem trium conformium, clement. vnica, de ſentent. & re iudic. inſudaui maximè, vt proſternerem iſtud aſſumptum, & quidem effeci, eo quod non paritis ſententijs obtinui declarari nullas, ex multis in facto occurrentibus, nec parum profuit aſſertio illa, quod ſi nullitas pateat incontinenti ex actis, impedit illas exequi, vt reſpondit Oldrad. conſil. 106. & alij mille, quos refert, & ſequitur Stefan. Gratian. deciſ. March. 18. num. 11. Maſcard. de probat. concluſ. 1110. nullitatem num. 13. volum. 2. Alex. conſil. 77. nu. 11. volum. 2. & communem eſſe ſententiam dicit Bertrand. conſil. 84. quamuis exceptio volum. 1. par. 2. ac magis communem, á qua neq; conſulendo, neque iudicando recedendum eſſe, adiungit idem Grat. num. 32. & Tuſch. poſtea viſus affatim tuetur in concluſione 374. lit. C. num. 2. volum. 1. fortaſſe quia eſt notoria nullitas, quando impediri exequutionem trium conformium defendit idem Grat. tom. 1. Diſceptation. Forenſ. cap. 118. nu. 147. & Menoch. conſ. 109. nu. 40. lib. 2.

Quod ſi vnica ſit ſententia, quamuis tranſiret in rem iudicatam, impeditur exequutio per Oldrad. citato conſil. 106. & ſuppetit Verall. deciſ. 264. nullitas par. 2.

255 Ad clauſulas retrogrediens; de illa fari oportet, quæ ſe habet; ſi inueneris, aut ſi repereris, attamen cum Lapus in allegat. 15. & altera 27. atq; 60. multa ſuper ea congerat, nec non Papazon. ad deciſ. Rotæ 12. de offic. deleg. in nouis, ideo ſatius cenſui ſilere, quàm imperfectè loqui, aut eorum tantummodó ſcripta reſcribere; maximè quod in reuiſione huius operis, adinueni me de ea ſcripſiſſe, in hoc eodem capite, verſic. & cum à Papa, etenim tractatulum iſtum de Reſcriptis, eorumq; clauſulis huic capiti adiunxi multos poſt annos, quod ne dum caput iſtud, ſed hanc primam diuerſorij partem conſcripſeram: illic igitur multa prodo, túm in iſta, tùm in altera cuius mox pauca ſcribã clauſula, ſi idoneum repereris, vel ſi ſit idoneus; Itaque ad illam pertranſeo; Quæ quidem frequens eſt, ac
256 propterea longè vtilis, quamq; conditionem non inducere credo, ex illic notatis á me, quamuis verba alia annectantur, ſi per diligentem examinationem idoneum repereris, ita quod cognitionem anteire non oporteat, Oldrad. conſil. 41. exordiente breuiter, & Lapus adducta allegat. 60. ſub num. 3. opitulaturque Felin. in capit. fin. num. 17. de pręſumpt.
257 poterit enim idonietas inquiri per extraiudicialem cognitionem, ita quippè opinatur Maſcard. concluſ. 878. num. 2. & Mari. Anton. reſolut. 39. num. 3. lib. 1. etiam ſi per alia verba in conditionem magis propendentia, conciperetur clauſula, nempè illa, quatenus ſit idoneus, vel ſit Doctor honeſtæ vitæ, &c. per Caualcan. deciſ. Fiuizan. 22. contra exequutionem ſub num. 6. par. 1.

258 Sed clauſula Parito, citra omne dubium, eſt conditionalis, namque vel apponitur in literis dependentibus á mera iuſtitia, quia dicat parito iudicato, & nullatenus eſt audiendus ſupplicans, neque in negotio procedendum, niſi antea paruerit, text. eſt in clement. vt calumnijs de re iudic. & cap. fin. de reſtitut. ſpoliat. ita quod Doctores volentes iſtius
259 clauſulę vim exarare, aiunt, illã importare, vt orator dimittat poſſeſſionem, ſi tenet; reſtituat fructus & ſoluat expenſas; & hoc ſit ante omnia faciendũ, ita Staphil. in tract. gratiæ. rubr. de commiſs. literar. Iuſtit. §. dicendum eſt num. 42. Ferretta conſil. 42. num. 7. volum. 1. Lancell. de actent. ſub rubr. de actent. reſtit. pendent. cap. 18. num. 142. Veſtrius in praxi lib. 8. cap. 3. num. 10. Tolom. deciſ. 23. Borgnin. Caualcan. deciſ. 26. Dominus Horatius nu. 4. par. 2. Sfortia Oddus in tract. de reſtitut. in integr. par 2. quæſt. 71. artic. 6. num. 63. & ſuccurrit deciſio Fabij in vna Calagurit. Archidiaconatus 46. par. 3. diuerſ. lib. 3. tandemque Marchiſ. in commiſs. tract. par. 2. commiſs. reſtitut. in integr. cap. 2. num. 114. niſi in certis quibuſdam caſibus, In quibus mitigatur tãtus rigor, & videre licet apud omnes iam dictos auctores, & illis exceptis caſibus, in omnibus adimplenda eſt conditio ipſa, ac prorſus obtemperandum ſiue iudicato, ſiue breui, iuxta clauſulæ tenorem, alioquin obligatam habeat linguam, qui parere teneretur, ne loqui valeat, & audiri poſſit, ligatasq; manus Cõmiſſarius, ne audeat actẽtare proceſſum, & in cauſa procedere, vt pręfati annuunt, & ſupponit deciſio rotalis corá ..... in vna Hipporegien. præbendæ cuius verba poſt pauca referam, & in altera Toletana coram Arigonio alleganda cum alijs auctoribus inferius.

Aut apponitur in reſcripto gratioſo, qď vel continere ſolet priuilegiũ, vel beneficiũ, vel diſpẽſationẽ, ideò ſi fuerit ſuper depẽdentibus ab illis relaxatum, cum hac clauſula, Parito literis, ſimilem operatur effectum, vt dimittat beneficium, reſtituat fructus, & expenſas, vt optimé notant omnes citati, & Marchiſ. in commiſs. appellat. ab exequut. breuis, & literarum Apoſtolicarum par. 1. cap. 18, ſub num. 5. & Commiſs. appellat. in cauſ. penſion. par. 1. cap. 14. num. 20. & confirmatur deciſione Rotali in vna Hipporegien. præbend. 26. Ianuarij 1607. coram ...... cuius verba ſunt.

In cathedrali Hipporegien. adeſt antiqua conſuetudo, quin, & Eccleſia obſeruat ſtatutum optãdi præbendas pro tempore per obitum Canonicorum illas obtinentium, vacãtes iuxta antiquitatem cuiuſcũq; Canonici; inter quas præbendas, prima nuncupatur omnium Sanctorum, & eſt pinguior cœteris alijs. Pro cuius augmento quidam Antonius Droys. illi reliquit bona valoris annui librarum centum Imperialium, volens quod in perpetuum, vt hactenus conſueuerunt primi Canonici huius Eccleſiæ valeant dictis bonis frui per gradus ſecundum eorum anterioritatem. Prohibens expreſsè, nè aliter conferri poſſet, iniuncto ſimul onere annuo perpetuo celebrandi miſſam die lunæ cuiuslibet hebdomadæ. & Anniuerſarium in die ſui obitus, vt latius in illius teſtamento habetur, Iſta autem præbenda omnium Sanctorum vacante de menſe Ianuarij 1603. per obitum Franciſci Boratti, ad illius optionem fuit admiſſus per capitulum

tulum D. Ioannes Petrus Gromis, tanquam antiquior Canonicus, de mense verò Maij proximè sequenti. D. Iulius Cœsar de eodem Canonicatu, & præbenda vti vacante de dicto Mense Ianuarij, & sic Sedi Apostolicæ reseruato, fuit prouisus, & litteris expeditis institit pro possessione, quam Capitulum recusauit ei dare, ex quo prædicta præbenda per prædictum Petrum Gromis possideretur, sed offerebat eidem Iulio Cœsari possessionem vltimę præbendæ iuxta dictam consuetudinem.

Vnde Vicarius Hipporegiensis exequutor litterarum mandauit Iulium Cœsarem in possessionē istius præbendæ immitti, á quo fuit appellatum, & causa in Rota mihi commissa cum clausula, parito
260 litteris; Dubitaui die 7. Iunij 1605. an sufficienter paritum fuisset? & domini respondere negatiuè, vnde capitulum huius præbendæ, possessionem Iulio Cœsari tradidit, & omnino prædictis litteris paruit; quibus peractis, dubium hodiè proposui nempè, cui competat huiusmodi præbenda; & ratio dubitandi consistebat in eo, quod ista præbenda censeretur reseruata, ex vacatione de dicto mense Ianuarij, & per reseruationem consuetudinem optandi impediri, Rota decis. 1. num. 6. de rerum perm. in nouis Calderin. consil. 3. de consuetud. Paris. consil. 10. nu. 5. lib. 4. Puteus decis. 4. lib. 2. & tanto magis cum Regula 8. voluerit, non obstare aduersus illius reseruationem consuetudines optandi esse immemorabiles, vnde videbatur per Regulæ octauæ reseruationem excludi, quo ad istam præbendam, consuetudinem optandi.

261 Contrarium tamen Domini tenuerunt, censentes, istam præbendam Petro Gromis competere, distinguendo præbendas spirituales à temporalibus, cum illæ sint quid spirituale, & illi connexum, & talis præbenda collata, dicatur ipsemet titulus beneficij collatus, vt in Rub. de præbend. & concess. præbend. Rota decis. 62. de rescript. in antiq. Felyn. in cap. cum M. Ferrariensis, nu. 13. & ibi Abb. nu. 22. de constit. Idem Abb. in cap. maioribus, nu. 4. & in cap. relatum, & in c. dilecto, nu. 6. de præb. Card. in Clem fin. nu. 3. eod. tit. Rebuff. super concord. tit. de collat. §. 1. verbo canonicatum, & præbendam in fine. Quin & talis præbenda dicatur illius patrimonium, ex titulo canoniæ, & sic rei spirituali inseparabiliter accedens, ex dicto cap. maioribus e. relatum, & dicto cap. dilecto, glos. in verbo receperunt in dict. cap. cum M. Ferrariensis, Cassad. decis. 17. nu. 4. de præb. Gigas de pention. quæst. 33. nu. 1. & tali titulo canoniæ possesso, possidetur, & præbenda, tamquam illi titulo spirituali annexa; & vacante illo titulo, vacat eadem præb. Quin tam in assecutione, quam in possessione & vacatione illius, concurrerunt semper simul titulus canoniæ, & prębendæ, illi inseparabiliter accedens. Vnde reseruatio regulæ octauæ excludit quo ad istas præbendas spirituales consuetudinem etiam immemorabilem optandi.

Temporales verò præbendę sumuntur pro pręcio, & comoditate temporali per se distincta à titulo, & Canonia, & nihil spiritualitatis habentesquę etiam Laicis ad illorum subuentionem conferri possunt, ex eadem glos. in dicto c. cũ M. Ferrariensis, vbi DD. & Abb. in dicto cap. dilecto nu. 6. & in cap. tua nos nu. 3. de Simon. Cassad. Gigas, & Rebuff. vbi sup. Et istæ præbendæ temporales optantur ex canonia, & titulo antiquo, qui non mutatur ex tali optione, nec titulus nouus datur ex Rota decis. 15. de consuet. in antiq. & decis. 10. num. 2. de præb. in antiq. & decis. 5. in antiquior. Io. Andr. Archid. & Cardin. quos refert, & sequitur Cassad. vbi supra nu. 2. Gemin. in cap. fin. num. 4. de consuet. in 6. & ibi Franch. nu. 6. & Probus ad Io. Monach. nu. 25. in fine, vbi reseruatio regulæ octauæ non intra in optione præbendarum temporalium, iuxta doctrinam Cardin. dicto cons. 126. num. 4. & 6. sed sic est quod ista præbenda, videtur temporalis, cum sit separata à Canonia, & titulo; Vnde Francisco mortuo Petrus optauit præbendam omnium Sanctorum, antiquiori debitam, retento tamen priori, & antiquiori titulo, cum si optasset etiam titulum Francisci mortui, non diceretur antiquior, quia esset recentior Canonicus ex nouo titulo optato. Vnde illi tanquam antiquiori iuxta testatoris voluntatem, non esset debita huiusmodi præbenda; faciunt notata à Cassad. vbi supra nu. 10.

Ex quo eum ista præbenda sit separata à titulo, & canonia, non potest dici spiritualis, sed temporalis, & sic non comprehenditur sub Reg. 8. faciunt etiam augumentum dotis, in tanta quantitate huic præbendæ à dicto Antonio Droyi in prædicto suo testamento relictum, & quod ille disposuit, quod in perpetuum istam præbendam antiquior Canonicus iuxta prædictam consuetudinem haberet, prohibens, ne aliter conferri posset. Ex quibus etiam elicitur, huiusmodi præbendam esset separatam à titulo, & sic temporalem.

262 Prædictis obstare videtur, quod cum reseruatio Regulæ excludat optiones præbendarum temporalium, & consuetudo quod antiquiores canonici possint optare præbendas, non intelligatur de spiritualibus, iuxta Cardin. vbi supra, & Cassad. dicta decis. 17. nu. 3. ea potissimum ratione, quia in spiritualibus acquiritur nouus titulus, & sequeretur, quod iste optans, sibi ipsi huiusmodi titulum conferret, contra textum in cap. fin. de instit. & sibi ipsi sumeret onorem, cum hoc non liceat, nisi illi, qui vocatus fuerit à Deo tanquam Aaron, vt in c. qualiter 17. de elect. sequeretur quod regula 8. frustra derogasset consuetudini, etiam immemorabili optandi, quod non est admittendum.

Sed respondetur verum esse, quod consuetudo optandi præbendas non intelligitur de spiritualibus iuxta prædictam distinctionem Cassador. & quod titulus ab ipsomet optante sibi assumeretur, sed sic
263 est, quod in tali optione adest admissio capituli, quæ sufficit pro titulo iuxta decis. 6. in fine de consuet. in nouis, & Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 16. nu. 10. & decis. 16. nu. 2. de concess. præb. in nouis. Puteus decis. 125. lib. 3. & Achill. decis. 4. num. 3. de præben. Vnde non à seipso, sed ab admittente illum ad optionem recipit titulum, & sic intrat regula 8. non frustra derogans huiusmodi consuetudini.

Secundo respondetur, quod vt tradit idem Cardinalis, vbi supra nu. 6. posset dari cõsuetudo, quod optio fieret acquirendo nouum titulum auctoritate superioris, quo casu non à se ipso optans sed à superiore

periore nouum titulum mediante iſta optione haberet. Vnde etiam iſto caſu non fruſtra Regula 8. derogat prædictæ conſuetudini optandi, etiam immemorabili, & ſic illius reſeruatio excludit in iſtis caſibus optiones præbendarum ſpiritualium non autem temporalium, & ſic ex prædictis reſolutum fuit, & C. die &c.

Ex hac deciſione complura depromi poterunt notabilia, quibus multoties indigebit lector non modo in materia clauſulæ, parito, cuius noſter eſt ſermo in præſentia, at inſuper pro frequenti materia menſium reſeruatorum, in quibus beneficia vacantia ad ſolum Papam ſpectare ſancitur in Regula 8. Cancellariæ; reiectis quibuſcumque Priuilegijs, & conſuetudinibus, etiam immemora-
264 bilibus, quare antiquata conſuetudo inſignis Capituli Salernitani conferendi canonicatus, ſeu eligendi Canonicos in locum demortuorum, quocumque menſe decedentium, ſublata fuit de anno 1606. me conſulente amiciſſimo Matthæo Barbettæ, eundemque poſtmodum defendente, ita quod iam quietam vitam ducit, & pacifica fruitur poſſeſſione Canonicatus illius Eccleſiæ, intercedente prouiſione Apoſtolica, de ipſo Canonicatu, tamquã vacante in menſe reſeruato in dicta Regula 8. licet multa occurrerint dubia: perplures interceſſerint lites; iurgia, contentiones, & expenſæ, Cœterum exinde idipſum fieri conſueuit, cum alios Canonicos in eiſdem menſibus obire contigit.

265 In qua potiſſimum cauſa excitata fuit quæſtio illa, nec nè præfati Canonici incurrerint in pœnas à Pio V. in ſuis conſtit. 35. & 36. ſtatutas, aduerſus conferentes beneficia reſeruata Sedi Apoſtolicæ per Conſtitutiones Apoſtolicas, aut Cancellariæ regulas æditas. & ædendas, & iniungentibus ne Epiſcopi, aut alij audeant illa conferre quouis quæſito colore, ſeu de illis prouidere, aut in illis, vel eorum poſſeſſione ſeſe intromittere, ſub pœna ſuſpentionis, aut interdicti Eccleſiæ, quò ad Epiſcopos, & excommunicationis, quòad alios, & priuationis beneficiorum vacantium in eorum menſibus, quo ad omnes, & alijs arbitrarijs cum ampliſſimis derogatorijs clauſulis, ſed non deciſa, quia tandem Barbetta tacuit, eo quòd iidem Canonici etiam tacuerunt, & litteris Apoſtolicis in illius gratiam expeditis paruerunt, neque moleſtiam aliquam paſſus eſt, cum deinde prouiſus, qui fuerat à capitulo recurrit ad Sanctiſſimum, à quo remiſſo negotio Principali ad Tribunal Rotæ, in eo fuit agitatum dubiũ ſi poſſeſſori Capituli obſtabat Regula Cancellariæ licet non reſolutum, præſentiens aduerſarius intentionem dominorum, maximè quod Illuſtriſſimus Arigonus, tunc Datarius recuſauerat eidem Barbettæ dictum conferre Canonicatum, non obtento prius voto Rotæ in hoc dubio, eoque habito, etiam audito capitulo, quod ſe oppoſuerat, conſenſit petitioni ſupplicantis, cumque prouidit. Quò verò ad præbendam, adhuc pendet indeciſa quæſtio in Rota, ad inſtantiam eorum, qui ex diuiſione per idem Capitulum facta iuxta antiquatum ſolitum optarunt, qui; ſuffulciũtur præfata deciſ. Hippor. cuius verba ſupra retuli, credentes ſibi prodeſſe.

His non inutiliter enarratis, redire conuenit ad principale noſtrum aſſumptum, de clauſula parito, in qua iam conſtituimus, eandem vim enaſci ex ea, ſi in reſcriptis iuſtitiæ à mera iuſtitia dependentibus, quam ſi in beneficialibus, & propterea à gratia ortum habentibus, inferatur, qua de re, ſicuti num. 260. de illis reſcriptis verba faciens affirmaui,
266 ne ſupplicans, aut alius quicumque, qui vigore dictæ clauſulæ teneretur, ſit audiendus, niſi plenè antea paruerit iudicato, ita & in his audiri nullatenus poſſit, antequam cum effectu, & plenè obtemperauerit litteris, quod præter Doctores illic citatos, & deciſionem reſcriptam, cenſuit Rota in vna Toletana Parochialis die Veneris 4. Martij 1594. coram Arigonio, quin etiam conſtare antea plenè debeat de integra paritione eorum quæ fuerunt demandata in reſcripto, ſcripſit Marchiſ. in Commiſſ. appellat. ab execut. breuis, & litterar. Apoſtolic. par. 1. cap. princip. 18, nu. 5. in antiq. Gonzal. ſuper dicta reg. 8. gloſ. 9. in annot. nu. 251.

Et quia multoties parendum eſt decretis appoſitis in litteris, alioquin ſupplicantes careant impe-
267 tratis, vt illarum expreſſa verba ſonant, & nihilominus quandoque decreta ceſſant, quamuis non fuerit illis obtemperatum, vel ſaltem non formiter, ideo aliquot notabiliores caſus referre decreui, quia ſolent continuo obuenire.

268 Ac præſertim de breuibus loqui exordiens in beneficijs adipiſcendis, & premaximè pro Epiſcopatibus expediri conſuetis, de capienda poſſeſſione cum decreto, quod teneatur litteras expedire infra ſex menſes à die datæ, nam Rota interpretata eſt, à die habitæ poſſeſſionis, in vna Hiſpalen. fructuum coram Litta, & commendata ab eadem Rota in vna Terraconen. Canonicatus 8. Octobris, coram Orano, cuius verba inferius repetam, ſub nu. 270.

269 Item decreto appoſito in prouiſione dimittendi obtentum habita poſſeſſione alterius, deinde impetrati, ſi impeditus quo minus poſſeſſionem, eamque pacificam adipiſceretur, non inducit pœnam vacationis, etiam ipſo iure in decreto comminatam, & alter qui impetrauit ob non paritionem contentorum in dicto decreto, non obtineat, Namque vt locus ſit decreto de dimittendo, non ſolum poſſeſſio requiritur, verum etiam ſcientia in partibus, qua prouiſus Romæ potuerit habere in loco, quem inhabitat, notitiam ſupplicationis expeditæ cum tali decreto, eamque ſcientiam probandam eſſe ad effectum inducendi vacationem, ex dicto decreto, & quidem plenè, & concludenter teſte Puteo j, decis. 147. lib. 1.

Maximè ſi impetrans ſtatim relaxata ſupplicatione expediuit litteras, eaſque executori tradiderit, & coram eo pro poſſeſſione inſteterit, quam aduerſarij facto impeditus fuerit adipiſci, quia illi nihil imputandum eſt, ac propterea non intrat Decretum, cum impedito non currat tempus per Aegidium Bellam. decis. 83. ſuper hoc, & deciſum recolo in cauſa Toletana Archidiaconatus de Talauera, 26. Iunij 1592. coram Serafino.

Et ceſſat omnis dubietas, ſi lites motæ, ac moleſtationes intentatæ fuerunt ſuper poſſeſſione illius beneficij de quo agitur, eo quod verba illa Decreti, habita poſſeſſione, intelliguntur de pacifica, & non litigioſa, commiſſa de elect. in 6. & ibi DD. deciſumque apparet in cauſa Burgen. dimidiæ portionis 28. Nouembris 1584. coram Domino de Rubeis, & in cauſa Conchen. Archypræsbyteratus 9.

tus 9. Martij 1592. Coram Decano Pegna.

270 Quin etiam possessio ad hunc effectum debet esse pacifica, ne dum quo ad factum, vt percipiat fructus, sed etiam de Iure, scilicet minimè litigiosa vt Cassad. edocet decis. 9. nu. 1. de causa possess. & propriet. & quod sufficiant etiam solæ molestiæ de facto, & extraiudiciales, tradit Vitalin. in Clem. Gratiæ, num. 50. de rescript. Abb. in cap. de multa sub num. 16. de præb. Gemin. cons. 78. vers. ad secundum dubium, sub num. 3. Cassad. adducto nu. 1 & conclusit Rota in eadem Toletana, quin, & omnia prædicta liquere, ac insimul decisa fuisse in vna Terraconen. canonicatus 8. Octobris, coram Orano, cuius verba sigillatim referre censui ad communem vtilitatem, eaque sunt.

Fuerat D. Ioannes Gonzales Rectori Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai de Cesarinis de Vrbe, prouisum de Canonicatu, & præbenda Ecclesiæ Tiraconen. cum decreto quod intra duos menses à die adeptæ illorum possessionis, seu à die, qua per ipsum stetisset, quo minus illam assequeretur, dimittere teneretur Parochialem, alias tam hæc, quam Canonicatus, & præbenda vacaret, etiam eo ipso. Verum cum D. Bernardinus Rubeus de illis sibi ab ordinario in vim alternatiuæ factam collationem assereret, dedit in Dataria nihil transeat, ad effectũ vt expeditionem gratię Ioannis impediret, quę non obstantibus quibuscumque relaxata, & litteris expeditis, ac ad partes transmissis, cum possessionem 11. Mensis Augusti eorumdem corporaliter assecutus fuisset; tandem 13. Octobris sequentis, causam iactationis, & iactationum, contra prædictum D. Bernardinum non aliter dimissa Parochiali, in Rota commisit, inde prætendens Bernardinum in fraudem decreti litem introductam, dictos Canonicatum, & præbendam propter non factam in tempore decreti dimissionem, impetrauit, dubiũq; proponi petijt. An in casu præmisso intraret decretum. Domini concorditer resoluerunt non intrare, quia licet verba decreti sint clara, quod si in bimestre non fiat dimissio, absque remissione sit locus vacationi, vt fuit resolutum coram Illustrissimo Mantica in vna Senen. pentionis, & in alia Burgen. Abbatiæ de Desonsica coram bon. mem. Cantuccio, & alijs quam plurimis causis de quibus hic per informantes, & Mandos. consil. 37. nu. 7. Nihilominus illa recipiunt interpretationem, à Iure communi, quatenus scilicet prouisus sit in pacifica
271 possessione secũdi, & sit certus de assecutione illius antequam primum dimittat, iuxta notata in cap. licet Episcopus, & ibi post Archid. & Io. And. Gemin. in 2. notab. Franch. in 1. notabili, de præb. lib. 6. Vitalin. in Clem. Gratiæ, nu. 47. in fine de rescript. Archid. in cap. commissa colum. 2. vers. per quæ, vere, num. 3. & ibi Gemin. in §. annus, versic. quæro quod si aliquis de elect. lib. 6. Abb. in cap. de multa num. 6. de præb. ideoque tempus duorum mensium intelligitur à die scientiæ possessionis captæ, non autem à die possessionis captæ, cum requiratur eius factum in dimittendo, quod facere non tenetur, nisi sciat possessionem fuisse captam, & hinc patet non esse nouum, quod verba decreti huiusmodi à die captæ possessio-
272 nis accipiant hunc intellectum. Prout in simili videmus de clausula posita in breui, quod teneretur expedire litteras infra sex menses, à die datæ, quam tamen Rota interpretata fuit à die habitæ possessionis, vt in vna Hispalen. fructuum coram R.P.D. meo Litta, vbi pariter tempus appositum fuerat fauore obtinentis breue; ex quo prouisus obligatur statim ad expeditionem litterarum, neque illius adiectio poterat dici pœnalis, cum fuisset apposita in concessione Breuis; quamobrem cum ante motam litem de scientia D. Ioannis possessionis obtentæ, nihil doceatur, quin potius verisimilis sit, cum 11. Augusti capta fuerit possessio Canonicatus, & præbendæ in Ciuitate Tiraconen. ex qua iuxta tempus aduentus Tabellionis Hispaniarum, ad Vrbem, constat non potuisse de hoc actu possessionis assecutæ eum certiorari, nisi post 13. Octobris de eo liquere, in qua dicitur de & super possessione, quia hoc non arguit illam fuisse captam, cum intelligi possit ratione commissionis, & ex litteris 8. Augusti datis, etiam quod potuerit credere illam fuisse captam, non tamen sufficit ad effectum decreti, vbi debuit esse certus, ne daretur casus, quod vtroque careret, Doctores in c. commissa de elect, lib. 6. Gemin. consil. 82. Rebuff. in praxi titulo de non promot. nu. 41. & 48.

Præterea ante lapsum duorum Mensium iam erat publicatum sibi per dictum Bernardinum super Canonicatu, & præbenda molestiones illatas, quibus actentis non tenebatur dimittere primum, donec cessassent molestiæ d. cap. licet de præscript. vbi Franch. nu. 4. post alios, loquitur etiam ad effectum Decreti. Nam cum dicitur durantibus molestijs, non fuisse obligatum renunciare primum,
273 procedit etiam si molestiæ sint extraiudiciales, & de facto, Paulus in clem. gratiæ, & ibi Cardin. q. 13. Imol. nu. 31. Vitalin. nu. 70. de rescript. Archid. & Gemin. post glosam in cap. commissam de elect. lib. 6. Gemin. consil. 78. nu. 30. Abb. in cap. de multa nu. 16. de præb. Cassad. decis. 9. de causa possess. & propriet. Rebuff. in tract. de pacif. possess. nu. 167. vt etiam fuit resolutum in vna Toletana Archidiaconatus coram R.P.D. Decano, & ad effectum regulæ de triennali, in causa Mediolanen. cappellaniæ 17. Aprilis 1592. coram eodem, vbi de molestijs illatis coram D. Datario, præmissaque procedunt etiam quod molestię respiciant possessionē, & perceptionē fructuũ, quia quicquid dicẽdum sit ad interrumpendã possessionem pacificam ad effectum regulæ de annali, & loquitur Sarnen. in Regula de annali quæst. 45. nu. 8. ad effectum dimissionis primi, sufficiunt molestiæ super titulo, quinimmo, eo casu sunt actendendæ, ne possit dari materia in euentum succumbentiæ, quod vtroque beneficio careat ad notata in cap. si tibi concesso, vbi Gemin. nu. 7. Franch. nu. 4. de præb. lib. 6. hinc fit, quod ad effectum excusandi ab execrabilitate, non solum actenditur interruptio pacificæ possessionis, verum etiam, quelibet causa, etiam quod sit iniusta, Sarnen ad regulam de Triennali, quæst. 10. num. 16. & dispensatio iniusta, licet non iuuet pro retentione vtriusque, excusat á priuatione secundi, Gemin. post alios in cap. non potest §. illud, ante num. 6. Franch. nu. 4. de præb. lib. 6. cum igitur de molestijs extraiudicialibus ante lapsum duorum mensium constet, vt superius ostensum est, quãdo Dom. Bernardinus coram D. Datario comparuit, & dedit nihil

transeat

tranſeat allegando collationem ſpectare ad Epiſcopum, & fuiſſe ab eo prouiſum, merito Ioannes etiam quod notitiam habuiſſet poſſeſſionis captæ, potuit decreto contrauenire.

Nec obſtat quod moleſtiæ ceſſauerant relaxata ſupplicatione, quia nihilominus ſemper remanſit prætenſio Bernardini volentis ius ſuum proſequi, prout ſæpius diuerſis perſonis dixit, etiam oſtẽdendo prouiſionem Epiſcopi factam ad eius fauorem, quæ quidem iactationes iuſtam cauſam præſtiterunt Ioanni committendi cauſam ſuper iactationibus, & moleſtationibus. Præſertim cum citatus Bernardinus ad dicendum contra commiſſionem oppoſuerit generalia contra, & citatus ad ſententiam appellauerit. Neque refragatur, quod conſtabat de notorio non iure Bernardini, ex quo Canonicatus, & præbenda vacauerunt in menſe reſeruato, quia cum ratione alternatiuæ, iſte menſis poſſit eſſe de reſeruatis, non dicitur notoria reſeruatio, tanto minus quod ignorabatur an collatio eſſet ſolius Epiſcopi, vel ſimultanea cum capitulo, & donec contrarium probari poteſt, non dicitur conſtare de non Iure.

Poſt iſtam deciſionem, refert alterius verba reſcribere in vna Compoſtellana Canonicatus Mercurij 10. Maij 1600. coram Ampliſſimo Domino meo, & meritiſſimo Cardinali Lancellotto Iunio-
274 re, cũ enim hæſitatum eſſet, videatur ne ſatisfeciſſe decreto de dimittendo infra expreſſum in eo tempus in manibus Papæ, ſi in partibus dimiſit coram alio; Namque Hieronymus Gonzales in regula 8. gloſ. 15. num. 119. & Puteus deciſ. 100. Die 11. Februarij num. 5. & 6. lib. 2. annuunt, multaſque cumulant auctoritates, & deciſiones, eam præſertim ipſius Lancellotti, quam mox citaui, & cuius verba recenſere ſtatui, quamuis Gonzales præterierit.

Contra dimiſſionem à Domino Alphonſo Caluino factam de Parochiali Sancti Petri, duo opponebantur; Primo quod illa non erat ſufficiens, tamquam non facta in manibus Romani Pontificis. Secundo, quod non fuerat facta in tempore.

Quantum ad primum, Domini cenſuerunt dimiſſionem fuiſſe legitimam, ac ſufficientem, ſtante inſtrumento in partibus celebrato die 13. Auguſti 1597. in quo ipſe coram Notario fecit dimiſſionem de dicta Parochiali in manibus Papæ, aſſerens quod id faciebat in exequutionem Decreti, quod deinde in partibus tranſmiſit, vt ſanctiſſimo præſentaretur, ſuper quo, cũ voluiſſet eius Procurator expedire ſupplicationem, iuxta ſtilum, & non fuerit admiſſus, ex quo non habebat mandatum ad reſignandum; illud in actis Notarij cameræ exhibuit, vt de diligentia appareret; Quamuis enim ſuper huiuſmodi dimiſſionibus expediantur ſupplicationes, tamen negari non poteſt, quod ex probabili ignorantia huius ſtili Datariæ, ſi propriè, & formaliter non ſatisfecit Decreto, ſaltem per æquipollens fuit adimpletum, ita vt veniat excuſandus, cum conſtet de diligentijs, & quod in partibus ſe oppoſuit ordinario, qui Parochialem conferre volebat. Nec enim iſta dimiſſio erat neceſſaria ad effectum inducendi reſeruationem, nam reſeruatio ex ipſomet Decreto, erat iam inducta, Rota deciſ. 14. de rerum permut. in antiq.

Nec obſtat quod dimiſſio coram non ſuperiore non abdicat ius à reſignante; quia quicquid dicendum ſit, reſpectu ipſius reſignationis, valet, & tenet reſignatio, vt poſt Innocent. in capit. quod in dubijs, de renunciat. dicit Butr. num. 5. & 9.

Quantum ad ſecundum an videlicet fuerit facta in tempore, Domini voluerunt quod particulariter videretur. Hactenus Rotæ deciſio.

275 Clauſulæ autem Parito cuius hactenus meminimus, longè affinis eſt illa, ſine retardatione executionis literarum Apoſtolicarum, vel non impedita executione literarum, aut non retardata executione literarum, &c. Quæ ſi reſpiciat non antecedentem gratiam, ſed iuſtitiam adminiſtratam, ſolet concipi alijs verbis, puta, ſine impedimẽto, aut ſine retardatione legitimæ executionis; quocumque
276 igitur ex iſtis modis reperiatur explicata, in cauſa eſt, vt vterque Iudex valeat Ius dicere, ſcilicet executor volens ad tradẽdam executionem commeare; & Delegatus ambiens de negotio principali cognoſcere; & nemo alterum impedire poſſit; ad quam firmandam concluſionem, adducor in primis aſſertione illa, quod hæc clauſula præſeruat Iuriſdictionem Iudicis à quo, iuxta verba Gõzales in regula 8. gloſ. 9. in annotat. num. 224. atque etiam deciſ. Fabij 182. in vna, par. 3. lib. 2. diuerſ. in vltimis verbis, vbi poſtquam ſcripſerat de clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, atque illius vigore, concluſerat, non eſſe recipiendas probationes in oppoſitis nullitatibus, niſi præcedat effectualis ſolutio penſionis, ſubnectit de clauſula iſta ſine præiudicio legitimæ executionis, & ait, quod illius vigore cognoſceretur de iniuſtitia ſententiæ, & eius nullitate, abſque retardatione legitimæ executionis, quinimmò ex contextu ipſius deciſionis illuſtrior patet differentia prædicta, inter adductas clauſulas, nec non reſolutio à me iam firmata circa iſtam, de qua in præſentia agimus clauſulam, in tantum quod Iudex appellationis impedire executionem, etiam inhibendo nequit, vt inquit Marchiſ. part. 1. cap. princip. 13. num. 11. & c. 16. nu. 79. in antiq. Sed vterque procedere, non tamen omnes in cauſa poſſeſſorij; at prior in poſſeſſorio, & ipſe Iudex in petitorio tantum; ex altera, & expreſſiori deciſ. Rotali, in vna Oueten. beneficij veneris 28. Nouembris 1597. coram Lancellotto iuniore, cuius verba ſubijcio.

Pro parte Ioannis de Grado aliqua deducebantur ad impediendum proceſſum in cauſa Oueteñ. beneficij; quibus non obſtantibus Domini contrarium cenſuerunt, videlicet, quod in huiuſmodi iudicio procedi debeat ad vlteriora; Nam cum cauſa fuerit commiſſa in Rota, ſine præiudicio execu-
277 tionis literarum Apoſtolicarum, non impeditur Iudex ad quem, quo minus poſſit procedere in iudicio ordinario, & cognoſcere de iuſtitia, & nullitate ſententiæ, quæ opponuntur, ſed ſolum per illam præſeruatur facultas executoribus literarum procedendi ad earum executionem, non obſtante Iudicio ordinario ad deciſ. Putei 97. lib. 1. & ita alias Rota tenuit in cauſa Caurdeñ. permutationis 11. Martij coram Reuer. Patre Domino meo Gypſio.

Vſque huc verba deciſionis, poſt quæ, memoria repetendum duco, non ex Iuris diſpoſitione prodire

278 dire quod reſolutum dixi, ne propter appellatio-
nem, aut ab illius Iudice prohiberi poſſit executor
in poſſeſſorio ius dicere, & vltro progredi, ſed eue-
nire ob reuerentiam, & efficaciam eorundem ver-
borum, ſine præiudicio legitimæ executionis, prout
citatus Marchiſ. aduertit, vtrobique, licet corruptè
citet Doctores id probantes; mihiq; ni fallor com-
probare licet, ex deciſ. Mohedan. 13. reſolutum in
fine; vt lite pendente, dum fatetur literas Apoſto-
licas propter earum auctoritatem habere execu-
tionem paratam, ac propterea cognoſcendum eſſe
de iuribus non impedita executione, & ex alia eiuſ-
dem Mohedani deciſ. 35. Toletanæ penſionis, de
renunciat. propè finem.
279 Quamobrem ex verbis dictæ clauſulæ nullam
induci conditionem aſſentior, reiecta ſententia
Marij Antonini variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 8. va-
cante cappella num. 1. niſi quatenus reſtringatur
ad poſſeſſorium ipſum, in quo nefas ſit apponere
manus, niſi prius tradita poſſeſſione, quod verum
eſſe credo, quia à Priori Iudice danda eſt poſſeſſio,
iuxta deciſ. Cæſaris de Graſs. 3. mandatum nu. 4.
de ſent. & re Iudic.
De clauſula Amoto, quia Staphil. multa prodit
in tract. de literis gratiæ rubr. de vi, & effectu clau-
ſularum, verſic. competenti num. 11. & 13. Achill.
deciſ. 384. quia ſæpè, vel 6. ſuper Regula de trien-
nali, & Marchiſ. ſuper Commiſs. appellat. ab exe-
cutore breuis cap. 1. à num. 53. cum multis ſequent.
Ideoque volens ipſe ſummatim loqui, affirmo,
280 iam dictam clauſulam requirere citationẽ partis,
ex ſententia omnium iam relatorũ, potiſſimũ Mar-
chiſ. n. 65. in antiq. niſi tamẽ altera annectatur clau-
ſula, in breuibus præſertim de capienda poſſeſſio-
ne nomine Cameræ inſeri ſolita; illa ſcilicet, ſine
281 vitio ſpolij, & attentatorum; quandoquidem, ci-
tatio tunc non eſt præmittenda Caputaq. deciſ. 180.
ſpolio agere num. 3. par. 3. Guidobon. deciſ. 95. &
& Marchiſ. cap. 13. princip. & 1. ſuper Commiſs.
appellat. ab exequutore breuis num. 67. & cap. 2.
num. 27. par. 1. ſimiliter in antiq.
282 Quinimmò ſpoliatus vigore breuis continentis
dictam clauſulam ſine vitio, &c. non eſt ante om-
nia reſtituendus, ex ſententia eiuſdem Caputaq. ad-
ducta deciſ. 180. quamque in breuibus expeditis
de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, retuli
conſueuiſſe apponi; & nunc ſubijcio talia breuia
non niſi ad fauorem literarum Apoſtolicarum de-
cerni ſolere, teſtaturque Rota; à qua ita deciſum
fuit in vna Vicenſis beneficij coram Ampliſsimo
Pamphilio ſub die 21. Februarij 1600. reliqua verò
multa in materia iſtorum breuiũ, coaceruat Mar-
chiſan. præcitato cap. 13. num. 1.
283 Circa clauſulam defendat inductum illud tan-
tummodo commemorabo, quod apud Doctores
omnes non exilem gignit dubitationem: ſcilicet;
quanto tempore duret facultas iſta tuendi inductũ
in poſſeſſionem; cum anno durare crediderint ali-
qui, quos refert Abb. in cap. pro illorum de præ-
bend. alij vero affirmauerint expirare ſtatim ac
cœpit ille pacificè poſſidere; quorum ſententia
arridet eidem Abb. indicato capit. pro illorum,
inſequiturque Staphil. in tractat. de litteris gra-
tiæ, rubr. de vi, & effectu clauſularum, §. compe-
tenti num. 6. & pro ratione addunt; ne præiudi-
cium inferatur iuriſdictioni ordinariæ. Sed Puteus
iudicio Rotæ ſcripſit, anno perdurare contra eum,
contra quem decretæ fuerunt literæ exequutoria-
les, & ſi alter ſpoliet, vel moleſtet, iudicio ordina-
rij iudicandus ſit, in deciſ. 18. in vna Bononienſi
lib. 2. At mihi longè verior videtur reſolutio, quod
ex cauſa antiqua, poteſtas perpetuò duret; ex noua
autem, & contra perſonas de nouo comparentes,
tantum anno, & adducor, notatis per Zabarell. con-
ſil. 10. in themate præmiſſo num. 4. Tuſchum con-
cluſ. 318. lit. C. & concluſ. 512. cum ſeq. etiam lit. C.
vel ſaltem ex doctrina eiuſdem Putei in altera de-
ciſ. 334. in vna Segobien. num. 5. lib. 1. credo vir-
tutem executorialium extingui per anni lapſum,
vbicumque ſemel ſortitæ ſunt effectum, & eiuſ-
modi effectus integro anno perdurauerit.
284 De clauſula, non retardata ſolutione penſionis
multa tradunt Achill. de Graſs. deciſ. 20. Commiſ-
ſio ſine retardatione, ſeù 4. de Reſcript. Puteus de-
ciſ. 34. propoſui lib. 1. Marchiſ. in Commentarijs
ad Commiſs. Appell. in cauſa penſion. par. 1. §. 1.
to. 1. à n. 14. in nouis. & alij cõplures, itaq; ero ipſe
tantum contentus aſſeuerare illius vigore remane-
re executionem coram Iudice ipſo literarum pen-
ſionis, nihil impediente appellatione propoſita,
285 immò quod ſolutione pẽſionis non facta, procedi
nequeat in cauſa principali nullitatis penſionis ex
deciſ. Fabij 182. in vna par. 3. diuerſ. lib. 2. quam
ad hunc finem retuli ſuperius verſic. clauſulæ au-
tem Parito, opitulantur deciſ. 1. 2. & 3. Nempè Se-
rafini, rubei, & Sacrati, Reſcriptæ per eundem
Marchiſ. in calce, relati §. 1.
286 Verum ſi exceptio ipſa ex ventre eiuſdem Bul-
læ incontinenti pateret, eſſet proculdubio retar-
danda ſolutio penſionis, ſpreta præfata clauſula,
iuxta deciſionem Ampliſſimi Blanchetti 310. fuit
tentum, par. 1. diuerſ. num. 3. & doctrinam Go-
meſij in compendio ſignat. num. 85. & 86.
287 Quin & penſione conſtituta ſuper multis bene-
ficijs ab vnico poſſeſſis, illoque decedente, ſi diuer-
ſis Clericis fuerint collata, ipſi non niſi pro rata te-
nebuntur ad ſolutionem penſionis, non autem qui-
libet ipſorum inſolidum, ex capit. conſtitutus, &
illic Abbate, & Innocentio de Religioſ. domibus,
concluſit Rota adducta per Sarnen. qui hanc do-
ctrinam tuetur, indicato compendio ſignat. in fine
ac propriè in verſic. eſt & alius caſus, pro ut ſi eſſet
translata ſuper pluribus beneficijs, teſte Paleotto
deciſ. 304. in manuſcriptis, & Pariſio de reſignat.
benefic. lib. 6. quæſt. 4. num. 47. ex quibus vacante
viginti ab hinc annis beneficio Sancti Ioannis Bap-
tiſtæ intus Eccleſiam Annuntiatæ nouæ Ciuitatis
Salerni, quod vni vel duobus beneficiatis, ex illius
fundatione concedi poteſt, ipſeque obtinuerim al-
teram illius portionem, renui penſionem ſoluere
Archidiacono de Ayello ducatorum viginti duo-
rum, à meo prædeceſſore vtramque portionem
poſsidente (vt ego his poſtremis temporibus etiam
poſsideo) impoſitam, & obtinui in contradictorio
iudicio, non niſi pro medietate me obligatum fuiſ-
288 ſe: quin etiam rigorem pro illius exactione à ſa-
cris Canonibus permiſſum, etiam contra ſucceſ-
ſorem intimatis literis, iuxta deciſionem Caſſad. 12.
propoſui de reſcript. & deciſ. 2. quæſtiui num. 14. de
penſion. ac notata per Mandeſ. in tract. de Moni-
tor.

tor, quæſt. 23. ceſſare ſtatim quod opponitur per ipſum ſucceſſorem diuiſio beneficiorum ſuper quibus præſtitus fuit conſenſus ab anteceſſore pro cõſtituenda dicta penſione; nam tunc requiritur ſententia, qua declaretur quantitas debenda pro quolibet dictorum beneficiorum, & ab illius poſſeſſore.

289 Eiuſmodi vero debitor ex cauſa penſionis (quia in eius literis addi paſſim ſolet clauſula noſtra non retardata ſolutione;) valeat nè gaudere beneficio cap. Odoardus de ſolution. pro dicta quantitate, & debito? Et ſi Gomeſio Viro eruditiſſimo credendum erit in Compendio ſignaturæ. concluſio erit negatiua, quam videtur amplecti licet non expreſſis verbis Ioãnes Guttierez in tract. de iuram. confirmat. cap. 17. ſub num. 32. & Coſta. in tract. de remedijs ſubſidiarijs remed. 29. transeamus verſic. alter eſt effectus, ſub num. 8. additq; citatus Gomes. rationem illam, quod debitor penſionis obligat ſe in forma Cameræ cui denegatur re-
290 curſus ad illud refugium; confirmatque tum verbis, quæ in iſta ſolent obligatione extendi, tum Iuris ſanctione præfatus Guttierez citato cap. 17. ſub nu. 40. Galleſ. in 3. partic. 4. quæſt. Ad formam Camer. oblig. & apertioribus verbis Farinac. q. 27. ſub num. 70. qui de debitore penſionis, nec non de altero quocumque obligato in forma Cameræ vtcumque egeno verba faciens, ait non eſſe admittendum ad dictum priuilegium, ſed capi, & carcerari poſſe, ex vſu etiam ita probato in Curia; ſed his non refragantibus, alij non deſunt defendentes contrariam ſententiam, & affirmantes illum non impediri conuolare ad ſimile priuilegium, qui conſtituit ſe debitorem penſionis, quamuis citata clauſula extet in literis, ſine retardatione ſolutionis pẽſionis; & hanc tuentur Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. num. 9. in vltimis verbis, & amplexatur Petrus Barboſ. in l. alia §. eleganter, ſub num. 23. ff. ſolut. Matrim. & Bacca in tract. de inope debitore cap. 17. num. 6. quorum opinionem, & ipſe quoque amplecti nõ erubeſco, tanquam mitiorem, ac fortaſſe iuſtiorem; tametſi non diſpliceat quod idem Barboſ. inſeruit, inſinuatque ne prætextu inſtantiæ factæ, vt admittatur ad tale priuilegium, ſit retardanda ſolutio, ſiquidem properandum eſt ad faciendam ſolutionem præſtita tantum prius cautione per creditorem de reſtituenda quantitate tunc ſoluenda, ſtatim quod decretum fuerit, debere illum gaudere dicto priuilegio.

Quamuis autem penſionem exigere ſit vetitum ante expeditas literas, poſtea tamen deberi etiam pro terminis antea maturatis à die concordiæ conſului in vna Sanctæ Agathæ Gothorum hoc anno M. DC. XVII. fultus authoritate Marchiſ. indicata par. 1. §. 2. à num. 40. & deciſione Sacrati in illa Aſſiſien. Penſion. M. DC. VII. Alteraque Domini mei Mellini, in illa Veronenſ. Penſionis 1592. quæ inter Reſcriptas per eundem Marchiſ. in fine dicti §. 2. ſunt, 10. & 11.

291 Quod verò attinet ad clauſulam Lippis, & tonſoribus iam notam, ſcilicet, Quouis modo vacet, ſubiiceo, quoniam Mandoſ. in regul. Cancellar. 19. Reſeruatoria, quæſt. 17. doctè explicat, & Rota cum ſuis addition. in deciſ. 1. de Reſcript. in nouis, vbi Papazon. num. 5. mille cumulat Doctores concordantes, ſed ipſe ſummatim loquens conſtituo regulam, ſub tali clauſula omnem vacationis modum comprahendi, procedentem tamen ex illa met perſona, de cuius vacatione agitur, ex relatis Doctoribus, & Lupo in cap. ſuſceptum, per illum textum de reſcript. in 6. Niſi, & alia addantur
292 verba, & ex quacumque perſona, quia ex eorundem ſententia quemlibet tunc vacationis modũ, & ex quacũq; perſona expreſſum intelligi certũ eſt, & tenuit Senatus Sabaudiæ in cauſa Parochialis Eccleſiæ de Seruolex 14. Calend. Iulij 1588. teſte Antonio Fabro in ſuo Codice definitionum Forenſium, vulgo dicto, Codex Fabrianus par. 1. tit. de Sacroſanct. Eccleſ. definit. 1.

293 Quinimmò, & vacationem per obitum contineri, probat Rotalis deciſ. de qua Puteus deciſ. 169. fuit alias reſolutum nu. 3. lib. 2. & Mohed. deciſ. 107 diù fuit litigatum, vel 5. de præbend. & Gomeſ. in
294 Reg. Cancell. de Infirmis quæſt. 34. quanquam hac tempeſtate ſoleant adiungi verba illa, præterquam per obitum obtinentis, quorum intuitu conſtat apertè excipi vacationis modum proficiſcentem ex morte naturali, & aduertit Mandoſ. in tract. ſignat. Gratiæ, rubr. certo modo, verſ. finali, quibus verbis non additis ſubſiſteret præfata Regula affirmatiua.

295 Iſtis tamen deficientibus adhuc vacatio per obitum non contineretur in duobus caſibus, quorum primus ſit, vbi aliqua diuerſitatis ratio conſideretur, nempè ſi in ea prouincia ſit beneficium in qua obtineri nequeat, niſi præcedente concurſu in caſu vacationis per obitum, qui non ſoleat fieri, vbi vacet per reſignationem, ita præcitatus Fabrus adducta definit. 1. in gloſa num. 3. exemplum eſſe poteſt in Parochiali, quæ ex præſcripto Concilij Tridentini, & Conſtitutionis Pij Quinti in conferendis, ſi vacet per obitum prouideri debet præcedente concurſu, ſecus ſi per reſignationem.

Secundo reſtringitur ab eodem Fabro cum impetrans eſt in dolo, quia fortaſſe ſciuerit beneficium vacare per obitum, & alio modo impetrauerit, quin, & impetratio ſit irrita, ſi expreſſus fuerit omninò falſus vacandi modus, ſcilicet cum narratum extitit vacare beneficium per obitum eius, qui illud nunquam obtinuerit, aut per incapacitatem reſignatarij, cum non niſi in fauorem facta eſt reſutatio, ex notatis per eundem Fabrum definit. 3. eodem titulo; namque vt certus, ita verus vacandi modus, aut ſaltem qui verus eſſe poſſit, vel communiter verus putetur, exprimẽdus eſt, & tunc probabilis ignorantia poſterioris vacationis, & adiectio dictæ clauſulæ operantur, vt expreſſio vnius modi vacationis comprahendat alium modum poſtmodum ſuperuenientem, & excludat poſteriorem impetrantem, ex reſolutione eiuſdem Senatus Sabaudiæ relata per citatum Fabrum definit. 4. num. 8. cum ſeq.

296 Ac tandem, nolo te latere, quod in hac re pauci Scriptores aduerterunt, poſſe hac clauſula etiam Epiſcopos vti in literis collationis beneficiorum ab ipſis expeditis, ita doctiſſimè commonente Franciſco Marco in deciſ. Delphinali 474. quæritur an collatione num. 7. part. 1. aſſerto itaque vno modo vacationis, adiungere poſſint, verba illa, ſiue alio quouis modo vacet, & ſubſiſtat collato

Hh

latio si vacauerit non afferto, sed aliquo alio subintellecto, iuxta notata superius.

297 Altera præterea clausula vti consueuerunt Pontifices maximi in rescriptis; illa scilicet: Prout de Iure; quamque in multis casibus apponunt, maximè in concedenda restitutione in integrum; sine qua præfatam restitutionem nunquam concedit signatura Iustitiæ, teste Marchisano in Commentarijs super Commiss. Restitut. in integrum, sub num. 105. nec de meritis illius cognoscere, eadem signatura solet, nisi quandoque, & superficialiter ex eiusdem Marchis. testimonio in eadem com-

298 missione num. 71. nam virtualiter signatura numquam solet iudicare; teste Blanchetto decis. 310. fuit tentum num. 2. part. 1. diuers. ac propterea, vt idem Marchis. addit. citato num. 105. & 69. petita restitutio non conceditur per ipsam si-

299 gnaturam, sed committitur Iudici, cui commissio dirigitur; qui restituat, eique dictæ clausulæ vigore præscribitur forma, quam attendat, nempè attentè videat, & inquirat, sit nè illa concedenda; opitulatur Achill. decis. 8. de restitut. in integr. & apertioribus verbis Sforza Oddus in tract. de restitut. in integrum par. 1. quæst. 43. sub num. 34. in illis verbis; commissio cum clausula prout iuris fuerit, operatur vt restitutio, quæ postea datur, ex iuris dispositione detur, ac similiter Dec. cons. 437. visa instructione num. 5. sub his verbis, & cum in isto casu non appareat de læsione, non videtur habere locum restitutio, quæ fuit limitata prout iuris fuerit, & sic videtur data forma, quæ debet obseruari.

300 Ex his deueniri iustè posse suadeo ad alteram statuendam conclusionem, quod si de causa concedendæ restitutionis non appareat legitimè, sit illa omninò deneganda per Bart. in l. diem proferre §. stare num. 2. & 3. ff. de arbitr. Abb. cons. 41. videndum est in princip. volum. 1. & Decium con-

301 sil. 436. supra citato num. 5. itaque & probationes, & Iudicis super restitutione interloquutio antecedere debent cognitionem principalis causæ; nisi velit Iudex præterire expressam decisionem, super

302 restitutione; quando cognita ex deductis iniustitia petitæ restitutionis, abnuat eam elargiri: namque procedendo ad vlteriora ad rei iudicatæ exequutionem deuenire posset, ex sententia Rotæ de qua Puteus in decis. 279. Alphonsus in princ. par. 3. & sequitur idem Marchis. sub num. 64. è quorum expressis verbis prosilire non licet, & ideo non esset idipsum faciendum cum arbitraretur Iudex concedere restitutionem; etenim eo casu, Doctores id minimé docent; & ratio distantiæ vrget, quod fauor nunc rei Iudicatæ cessat; subsistit verò in altero, & prius relato casu. Aduertant itaque Tirones, quid eos oporteat facere, si Iudicis, aut consultoris officio fungantur, ne granchum capiant, sicuti, & meus amicus cœpit, qui vigore rescripti emanati prætextu appellationis (quæ re vera emissa non erat) cum clausula restitutionis prout de iure; non erubuit prioris Iudicis sententiam transactam in rem iudicatam super institutione facienda, nec non institutionem ipsam, & possessionem datam ex abrupto reuocare, rescindere, & annullare, non solum per ipsum non pronunciato super restitutione, sed nè quidem verbo existente in processu circa præfatam restitutionem, ita quod re vera nihil fuit super ea penitus probatum, aut deductum, nec tantum hanc rem demiratus sum. Verum alia multa, & illa potissimum quæ adiungere cogitaui.

Quorum primus est casus, quod cum succumbens nullam proposuerit appellationem á sententia, quam ordinarius de instituendo alium ex præsentatis protulerat, vel saltem non validam, quia tantum coram Metropolitano, non ipso met Iudice à quo appellauerat; quam ob rem nequibat Archipræsul ipse, eiusue Curia inhibitionem decernere, stante vitio nullitatis; quo appellatio calcebat, & consequenter inhibitio, nec non acta illius vigore agitata; Quæ omnia vt illustrius pateant oportebit nimium dilatare fimbrias, & multa de appellatione congerere, tum ad probandum illius Iudicis patentem errorem, tum vt isthæc materia longè frequens à Tironibus Iudicibus ambientibus causas ad proprium trahere tribunal, non ignoretur; & qua antea ignorantiæ, nunc malitiæ culpa polleant, si eos conscientia non momordeat.

Recordor itaque certi iuris esse, nihil posse Metropolitanum in causis subditorum suorum suffraganeorum, nisi per viam appellationis, idquè præsertim scriptum reliquit Abb. in capit. sollicitudinem num. 5. de appell. & insignis probat text. in cap. 1. de offic. legati. Cum autem appellatum fuit, nec suffraganeo poterit statim inhibere, nisi prius citauerit partem ad allegandum, quare procedi non debeat, iuxta cap. Romana §. cum autem, & §. si vero vocatis de appellat. in 6. & inibi Franch. & cœteri omnes scribentes, quin, & postea neque poterit, nisi ea concurrere agnouerit, quæ admonet Quarant. in summ. Bullar. verbo Archiepiscopi auctoritas num. 18. vbi in versic.

303 Secundo principaliter, illud præsertim animaduertendum esse admonet, & videndum, si ipsius Superioris sit fundata iurisdictio per appellationem legitimè interpositam; Quod antea quoquè scripserat Guid. Papa decis. 436. num. 67. cum dicit, non posse Metropolitanum statim inhibere, nisi prius sibi constiterit esse Iudicem vigore appellationis.

Neq; erit satis, appellatum fuisse, nisi insuper, & formiter appellatum, quandoquidem si nulliter, aut non formiter, vtique minimé Iudex esset Metropolitanus ipse, eiusue Curia; nam manus haberet ligatas, nec aliquid super ea causa decernere, & prouidere posset, quin si prouisionem aliquam relaxaret, grauaret quippè, illaque nullius esset roboris & validitatis, vt decidit Rota, teste Bellamera decis. centesima, exordiente commissio facta, sub rubr. de Rescript. iterumque in vna Leggionen. Parochialis Mercurij 1. Februarij 1589. coram Comitulo. Quod his nostris præsertim temporibus sine dubio militat ob Pontificium Decretum mox adducendum.

Vt autem dicatur validè, ac formiter proposita, & consecutiuè legitima censeatur appellatio, intueri Metropolitanum oportebit, si illa duo concurrant, á iure requisita, vt ita existimetur; Primum nempè si coram Iudice qui sententiam tulerat, fuerit interposita: etenim casus est legis, vt appelletur

coram

coram Iudice à quo, cap. vt debitus honor de ap-
pellat. cap. alias §. biduum 2. quæſt. 6. l. dies ff. quand.
appell. ſit. & l. omnem honorem C. quand. prouoc.
non eſt neceſſe; ideò cum tex. in c. Romana. §. fin.
de appell. in 6. mandat, cauſam remittendam ad
Epiſcopum, ſi conſtet appellationem fuiſſe minus
rationabilem, gloſ. penult. in verſ. minus rationa-
bilem, exemplificat; ſi facta apparet non ſeruata
diſpoſitione cap. cordi, vel capit. vt debitus honor;
quamobrem decidit minus rationabilem eſſe ap-
pellationem huiuſmodi, non coram Iudice priori
interpoſitam, atque ideò cauſam, ad eundem il-
lum Iudicem propterea remittendam; quam ſit
igitur verum, ac pernecceſſarium coram Iudice
iudicante appellandum eſſe, apertè docet, idque
adeò ſtabile iudicandum, vt propterea ſcripſerit
Innocent. eum non ritè prouocaſſe, qui á ſententia,
multorum Iudicum voto lata appellauerit, non
coram omnibus, & ipſis conſedentibus, in cap. cum
ſuper in gloſa magna, de offic. deleg. quod quia
fortè de facili eorum præſentia ſimul haberi non
poſſet, indulſit Clemens V. licere coram ipsis, vel
eorum maiori parte ſeparatim exiſtentibus prouo-
care, in Clement. 1. de appellat. itaque relaxat ri-
gorem illum, in ea parte appellationis emittendæ
coram omnibus, vna ſimul ſedentibus; approbat
autem, atque obſeruari iubet, in altera, vt fiat co-
ram Iudice, & sic coram illis quamuis ſeparatim
degentibus. Addo nunc extenſionem Doctorum,
qui adeo veram exiſtimarunt concluſionem rela-
tam, vt reſoluerint appellationem alioqui inter-
poſitam eſſe nullá, & inualidam, præſertim Gram.
deciſ. 36. Solon. ſub num. 76. & poſt num. 77. ex
aliorum auctoritatibus probat, ne teneat, quæ non
ita facta cernatur, quam communem eſſe doctri-
nam, aſſeuerat Soccin. conſ. 39. capio primum, ſub
num. 32. lib. 4. Beccius conſ. 44. per totum, & Lan-
cell. tract. de actent. par. 2. cap. 12. Ampliat. 15. n. 4.
namq; ſemper appellamus coram Iudice à quo, ſi
eius præſentiam habere poſſumus, vt debitus ho-
nor eidem tribuatur, dicit Veſtrius in praxi lib. 7.
num. 27. qui in verbis proximé præcedentibus di-
xerat, riſum ſibi prouocare aliquos ſollicitatores
tenues, & ignorantes iſta, quæ ſunt prima prag-
maticarum principia omnibus notiſſima; Itaque
dubitatio nulla eſt, quin hæc ſit vera, & irreſraga-
305 bilis concluſio, adeo quod, illa dictio coram, non
intelligatur morali modo, quo ſatis ſit proponere
appellationem in eodem tribunali, ſed Phyſico. vt
in illius præſentia Iudicis àppellare oporteat, eoque
vidente, & intelligente, iuxta naturam dictæ di-
ctionis, de qua text. in l. coram, ff. de verb. ſignif. &
in proprijs hiſce terminis appellationis; ne ipsius
306 libellus consignatus actuario, prosit, si Iudex
procul fuerit, niſi eiuſdem Iudicis copiam habere
nequiuerit appellans; aut illius conſpectum adire
timuerit, dixit Guid. Papeus deciſ. 436. cum ma-
teria appellationum num. 64. Bart. in l. cum qui-
dam ff. de appellat. & alij, quos recenſet additio ad
Marantam in ſuo ſpecul. Iudiciali part. 6. artic. 2.
rubr. & quandoque appellatur, num. 134. eſt text.
in cap. biduum verſ. adeundi, 2. quæſt. 7. & cap. ſi
Iuſtus metus, de appellat. ex quibus, ipſe Lancellot.
alijque ab eo relati, nec non Rota deciſ. 50. ſi ap-
pelletur, poſt num. 2. de appellat. in nouis, dicunt,
307 diſpoſitionem adducti capitis, vt debitus honor,
intelligendam eſſe vbicumq; Iudicis copia haberi
poteſt, & in publico, non in hortis, vel villa ſuburba-
na; vel niſi iuſtus metus excuſet appellantem, tunc
enim liceret appellare coram honeſtis perſonis.
Quibus exceptis caſibus, nuſquam liceat prouo-
care niſi coram eodem Iudice; & alioqui facta pro-
uocatio nullius ſit firmitatis; quæ niſi vera eſſet re-
ſolutio, incaſſum tot quæſtiones excitarẽtur à Do-
308 ctoribus circa petitionem Apoſtolórum, illa po-
tiſſimum, vtrum nè ſint de ſubſtantia appellationis;
ſi etenim ſola additione Metropolitani ſatisfieret
Iuri, non vtiq; opus eſſet inueſtigare, ſint né Apo-
ſtoli de ſubſtantia appellationis, cum illorum peti-
tio non fiat, nec fieri poſſit coram Iudice ad quem;
ſed à quo, iuxta cap. ab eo de appell. in 6. & cui-
dentius inſinuat text. in Clem. 2. de appell. Immò
cum vera ſit concluſio, eos neceſſarió intercedere
oportere pro validitate appellationis, ex reſolutione
Rotali in deciſ. 50. ſi appelletur num. 3. de appell.
in nouis, & in altera ſuperius allegata, coram Co-
mitulo, quæ prætereà addit, quod cum ſint de ſub-
ſtantia appellationis. perinde eſt, ac ſi appellatum
non fuiſſet, vbicumque poſt appellationem non
fuerunt petiti Apoſtoli, ſequitur nè poſſit ſubſiſte-
re iſthæc appellatio propoſita coram Iudice ad
quem, cum in ea deſit petitio Apoſtolorum, quæ
coram illo fieri minimè poteſt, ex adductis in præ-
cedentibus; Ac tandem fruſtra tot Canones, totq;
Cœſareæ leges emanaſſent in hac ſpecie appellan-
di coram Iudice priori, ſi adeundo ſuperiorem
æquè validè quis appellaret; omnes enim id age-
rent, tum quia ſic expenſis, & laboribus parcerent,
quos pati, & erogare compellerentur, ſi vellent co-
ram Iudice iudicante appellare, iuxta notata per
eundem Caſſad. citata deciſ. 8. ſub num. 10. túm
quia, vt idem Caſſad. inſinuat, fugerent Apoſto-
los refutatorios, quos poſſent habere, ac tandem
indignationem ſui animi aduerſus ipſum ſenten-
tiantem fouerent, ſi debitum nó præſtarent illi ho-
norem; quem profectò exhiberent, ex iurium ſan-
ctione, ſi coram ipſo appellarent; cum vero adeſt
cauſa, nè ita appellent, optimè notat idem Caſſad.
potius cauſæ, & abſentiæ Iudicis, quam partis con-
temptui adſcribendum eſſe, ſi aliter appelletur, ac
non ſeruata forma præſcripta. Tandemque per-
legendum moneo Tuſcum concluſ. 350. lit. A. vo-
lum. 1. vbi concluſionem ſtatuit, appellationem
interponendam coram Iudice á quo: inibique ſu-
bijcit aliquas concluſiones, ac poſtmodum reſtri-
ctiones quaſdam, quæ omnes reſpiciunt, & requi-
runt aliquam cauſam, adducitque eandem Lapi
allegationem.

Quam meam reſolutionem his præſertim tem-
poribus veritate fulciri conuincimur, propter de-
cretum quod emanauit á Sacra Congregatione
ſuper Epiſcopis ad tollendas ambiguitates, & con-
trouerſias inter appellationum, & prioris inſtan-
tiæ Iudices, oriri ſolitas; ſub die 13. Octobris
M. D C. præcedente oraculo Sanctiſſimi Cle-
mentis Octaui, & reſcriptum per Genuenſem in
ſua Praxi cap. 88. in annotatione 1 illud quippè in
tertio §. ne dum implicitè ſupponit faciendam co-
ram Iudice prioris inſtantiæ, ſed expreſſis verbis
309 adiungit, ne appellationes recipiantur, niſi per

publica documenta, quæ realiter exhibeantur; prius constiterit appellationem per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam; itaque Archipræsul recipere nequit appellationem nisi constiterit propositam prius fuisse, & tunc appellatio recipiatur si per publica documenta interposita appareat, hoc est per authenticam copiam manu Notarij, vel alterius personæ publicę factam, glos. 1. in c. 1. de fide instrum. quinimmò in §. 5. expreßioribus fatur verbis; Dum ait, inhibitiones post appellationem sicut præmittitur receptam, non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, aut decreti diffinitiui, vel habentis vim diffinitiui, vel damnum per diffinitiuam irreparabile continentis, alias, inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcumque, sint ipso iure nulla, eisquè impunè non parere liceat: Hæc verba præseferunt, appellationem interponendam coram Iudice priori, & ab eo postmodum recipiendam copiam latæ sententiæ. Verum Iudex memoratæ causæ volens suam colorare sententiam fauentem huic nulliter appellanti, adduxit Muscatellum concludentem in praxi lib. 2. de appell. par. 1. glos. Potest num. 32. quod qui nullam coram Iudice à quo interposuit appellationem, adiuit autem Metropolitanum, aut alterum Iudicem ad quem, & ab eo obtinuit literas inhibitoriales, quas insinuari fecit Priori Iudici infra decendium, subsistat appellatio, sintque valida vniuersa acta, deinde compilata in instantia appellationis, & ligauerit manus Iudicis à quo. O' infelicia tempora, vbi casus est legis, & propterea nulla cadat dubitatio l. illam vers. de modo C. de collat. l. ancillæ C. de furtis Corneus cons. 135. in princip. volum. 3. vbi grauissimi Doctores expresse loquuntur; vbi decisiones multorum tribunalium concurrunt, & continuus omnium curiarum vsus, earum præsertim, quibus doctissimi æquè ac Religiosissimi viri præsunt, qui inhibitoriales literas prętextu appellationis decerni minimè patiuntùr, nisi prius authentica producta copia libelli appellationis coram priori Iudice exhibiti; & his omnibus spretis recurrere ad solum Muscatellum; tum potissimum quod sibi neque fauet, neq; suo opitulatur dicto, si eius verba attentè rimentur, & Doctorum quos adducit; etenim insinuant ni fallor, id ipsum quod superius ipse statui, si causa adest, quo quidem casu appellari posse coram honestis personis si conclusi, fortasse, & coram Metropolitano fieri liceret, si conueniant, quæ in huius versic. calce, addam, & tunc vendicet sibi locum resolutio Muscatelli, si erit explicandus iuxta verba Doctorum, quibus fulcitur, & cum præ cœteris adducat Lapum allegat. 39. quæ est 38. in libro meo; & exorditur, an valeat appellatio, quo loci ipsummet Muscatelli dubium proponit, & respondit affirmatiuè, cum adest causa; nec immeritò Mandos. inibi addit. 2. inquit Romæ non seruari, vt appellatio admittatur coram Iudice ad quem; His accedit decis. Cassad. 8. de appellat. quæ in prima parte multis rationibus defendit hanc sententiam; in altera verò, licet subnectat aliquas pro contraria, omnes tamen innituntur assumpto illo, de causa; itaque eius cuncta verba probant, non subsistere, nisi ob causam necessitatis appellans non valuerit coram Iudice pronunciante appellare. Neque Dec. contradicit in capit. suggestum de appellat. & Nauarr. cum sequens in cap. cum contingat in 6. causa nullitatis, sub num. 10. de rescript. tum quia hanc veram, & communem opinionem statuit, tum quia non loquitur in casu de quo agimus, de libello appellationis præsentato Metropolitano, & illius vigore incontinenti expeditæ inhibitoriales, tùm demum quod in his verbis, quæ huic resolutioni videntur aduersari, non figit pedes, sed ait, putarem tamen, & sic dubitatiuè loquitur. Non igitur discedendum est ab hac conclusione, & propterea affirmandum inhibitoriales à Metropolitano decretas, nullas, & inualidas omninò esse, quoties libellus appellationis non fuerit priori Iudici exhibitus, exceptis tamen casibus memoratis, in quibus oportet etiam partem appellantem diligentiam facere, in domo Iudicis prędicti, & coram testibus constare facere, quod illum inuenire nequiuit, nam tunc, & non alias, appellare coram actuario causæ, eique consignare appellationis cedulam valebit, ex verbis Mandos. additione prima ad citatam Lapi allegationem; vel si metus extet, fiat appellatio coram
310 honestis personis, adiuncta expressa metus protestatione, vt multis suffulta auctoritatibus, scribit eadem Rotæ decisio 50. & Cassad. citata decis. 8. post num. 6. Mileus verbo appellatio fieri debet, ac Tuschus conclus. 351. lit. A. neq; omnis metus sufficit, & consequenter non vanus, sed iustus, & probabilis, ex notatis per Abb. in cap. fin. de offic. ordin. in 1. notab. & Decium in princ. ac rursus nu. 6. nam vani timoris, non iusta excusatio est l. vani timoris ff. de regul. iur. Ex quibus deinde in Congregatione doctissimorum virorum ad Consilium Nuncij Apostolici in hac causa delegati accitorum, obtinui nullam fuisse appellationem præfatam, & iam dictas literas inhibitoriales.
311 Alterum vero, quod requiritur ad constituendá appellationē legitimam, illud est, quod in tēpore decendij extiterit appellatū, auth. hodie C. de appell. c. anteriorum 2. q. 6. §. si verò. adducti c. Romana, de appell. in 6. c. cum dilectus in fine de elect. & c. quo ad consultationem de re Iudic. atque post specul. in §. restat, tit. de appell. scribit latè deducens à quo actu currere incipiat præfatus terminus dierum decem, Muscatell. in praxi de appellat. par. 1. glos. Potest á num. 1. idque facilè cognoscet superior ex copia sententiæ, vel diffinitiui decreti iam lati, ad eius manus productæ, & sine qua appellationem recipere quoque vetatur, etiam si illius exemplum culpa Iudicis habere non potuisse, asserat appellás; cum tunc debeat superior ipse iniungere, vt soluta condigna mercede, actorum exemplum authenticum appellanti intra breuem cōpetentem terminū tradatur; iuxta tenorem præcitati decreti in §. 6. non igitur appellationis actum coram priori Iudice factum recipere ille poterit, nisi & insimul pars sibi consignet prolati decreti, aut sententiæ copiam, & consecutiuè ex lectura vtriusque Scripturæ, nempè sententiæ, & appellationis, cognoscere poterit tum veritatem huius secundi requisiti, si infra decem dies proposita fuerit, tum primi, si coram Iudice ipso; & tunc si sententia esset diffinitiua, aut illius vim haberet, valeret Archipręsulis Curia prouisionem decernere, super transmissione

miſſione actorum, ſimulq; inhibitoriã, ne amplius prioris inſtantiæ Iudex in cauſa procedat; Quod ſi tertium caput contineat, in quo Trid. Synod. permittit appellari in c.20. ſeſſ.24. de reform. nempè
312 grauamen per diffinitiuam ſententiam irreparabile, tunc, quamuis duo recenſita adſint, neque inhibitionem decernet, at ſimplex mandatum de transmittendis actis, quandoquidem alia conuenire deberent, vt appellatio admittatur, & cauſa ad appellationis Iudicem iuſtè deuoluatur, nempè quod ſit grauamen indebitũ, quod ſit irreparabile per ſententiam. Quodq; euidenter pateat indebitè illatum fuiſſe; Primum quippè probatur eodem Congregationis Decreto, dum in §.9. volens exemplo demonſtrare, quale eſſe debeat eiuſmodi grauamen, dicit, indebite carcerationis, & c. licet enim carcer ſemper grauet, teſte Franch. in c. ex parte tua de appell. tamen ob adiunctum verbum indebitæ nõ tãtum carcerationem requirit, ſed vna ſimul, quod illa iniuſta, & indebita fuerit, vt ſubſiſtat appellatio, illiuſque vigore poſſit ſuperior in cauſa procedere: confirmatur tum ex ſubſequentibus verbis illius met decreti, vt non niſi viſis actis procedatur; tum ex altero aſſumpto illo, quod ſi talis qualitas non deberet concurrere, non opus eſſet videre acta, ſed ſola probata carceratione, liceret prouocare; imò prioris inſtantiæ Iudices, nullo tempore poſſent delinquentes carceribus mancipare; confeſtim, nãq; vinctus ipſe ſuperioris Iudicium inuocaret, atque ad illum deuolueretur iuriſdictio, & conſequenter ordinarius Iudex, cauſam nuſquam finiret, illamq; amitteret ſine propria culpa, quin plerumq; faciendo, quod iure debebat, iuſtè ſcilicet carcerando. Alterum, & ſecundo loco ſcriptum requiſitum probatur apertis verbis Trident. Concilij in eodem cap.20. ſeſſ.24. de reform. Tertium deniq; expreſſa verba eiuſdem §.9. præportant, illa quippè ſunt; cum à grauamine quod per diffinitiuam reparari nequit, vt indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis, etiam comminatę, appellatur, non niſi viſis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouiſio aliqua concedatur: Hoc igitur exiſten-
313 te decreto quod euidentiam exigit indebiti grauaminis, requirit ex ſententia Ciceronis in Academicis quæſt. vt adeo ſit perſpicuum, quo nihil clarius, & textus comprobat in cap. ordinarij verſic. cœterum de offic. ordin. in 6. qui eiſdem, quibus, & decretum iſtud Apoſtolicum, vtitur verbis, cum ait, euidẽter appareat de ſufficientia diſpenſationis, ac propterea ſicuti illic gloſ. in verſ. euidẽter, exponit, ideſt manifeſtè appareat de ſufficiẽtia diſpenſationis; itidẽ explicãda veniant præſentis decreti verba illa. euidenter appareat de grauamine, ideſt manifeſtè appareat de grauamine; idque adeó, quod ſi manifeſtum abeſſet grauamen, omninò ceſſet appellatio ipſa, etiam ſi dubium eſſet, nec ne fuerit illatum grauamen; tum quia exigendo euidentiam excludit dubium; quòd euidentia caret, tum quia in dubio fauendum eſt Iudici capit. in præſentia de renunciat.; & vendicat ſibi locum dictum illud Eccleſiaſtici 8. non Iudices contra Iudicem. quoniam ſecundum quod iuſtum eſt iudicat; tum demum ob expreſſum textum in eodem capit. ordinarij, qui poſtquam in §. cœterum, ſcripſerat, quod ſi de diſpenſationis exhibitæ ſufficientia euidenter appareret, non eſſet moleſtandus impetrans, ſubiungit in §. ſi verò, & ait, quod ſi de diſpenſationis ſufficientia dubitetur, ad ſedem Apoſtolicam recurratur; ergo probat pergrandem cõſiderari diſtantiam inter caſum euidentem, & dubium, & quod in priori ſancitum eſt, non intelligatur in poſteriori diſpoſitum; ac propterea appellationem vigore relati decreti permiſſam, in caſu euidentis grauaminis, intelligi denegatam in caſu dubij grauaminis, tuncq; ad Præſulem ſupremum
314 recurrendũ eſſe docet. Hæc autem quia ex actis ipſis patent, ideò & illa transportanda erunt, vt ipſis viſis cognoſcat ſuperior ſi appellatio ipſa admittenda ſit, & inhibitio decernenda; teſte Anton. à Sola in comment. ad nouas Conſtit Sabaudiæ tit. 28. gloſ.7. sub num 2. alioquin fuerit nè appellans ipſe grauatus, nequiret Metropolitanus, aut alter quiuis ſit Iudex ſuperior dijudicare. Crauet. conſil. 273. nobilis num 5. verſ. 2. quare Veronenſis, non immeritò redarguit Iudicem, non viſis actis pronunciantem in conſil. 35. verſ. 2. Principaliter; Quin illis non viſis prorſus corruere poſtmodum geſta, concluſit Rota coram Sacrato deciſ. 8. & 9. inter reſcriptas à Marchiſ. poſt §.1. Commiſſ. nullitat. ſanatoriæ, multa vtilia huc ſpectantia adiungentibus; ac ſpeciatim in hoc indiuiduo, relatum Apoſtolicum decretum in eodem §. 9. non modo transferenda eſſe mandat, at inſuper, nè appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouiſio aliqua concedatur, niſi illis antea viſis; quæ omnia traijcere appellator ſuiſmet expenſis tenetur, ex eodem c.20. Concil. Trid. & ſi non integraliter tranſportauerit, ſententia quæ proferretur eſſet nulla, ex deciſione Rotali iteratis vicibus facta, cuius teſtis eſt Platus in illa Cortonenſis bonorum de Scitillo Mercurij 28. Iunij 1589. quæ inter relatas à Farinac. eſt deciſ. 104. Reſoluerunt; inſequuturq; deciſ. Peniæ. numer.3. per eundem Marchiſ. relata poſt §.4. eiuſdẽ Cõmiſſ. & deciſ. Fiuiz. 11 nu.13. par.3. & Gabriel. concluſ.5. de appellat. immò non tantum collecta acta, coram eodem Iudice à quo. ſed alia inſuper; & coram alijs Iudicibus antea compilata, & in prædicti Iudicis tribunal apud acta iſta tranſportata, deferre quoque debet ad Iudicem ipſum appellationis, ex altera eiuſdem Plati deciſ. in vna Bononienſi de Herculanis Lunæ 2. Iunij 1589. quæ apud Farinacc. eſt deciſ. 106. incipiens, fuit reſolutum; Illa verò, quæ fuerant ad illum Iudicem delata, quia plurium cauſarum Iudex erat, etiam ſi conferrent plurimum prædictæ met cauſæ, non eſt neceſſe tranſportare, ex multis deciſionibus, quarum meminit Mariſcott. lib. 2. variar. reſolut capit.43. à nũm. 8. Lectorem autem latere nolo, quod idem Mariſcott. num. 2. multis Rotæ deciſionibus fultus ſcripſit, Concilij relatam ſanctionem de tranſportandis actis, ſubſiſtere in cauſis etiam profanis, nec non vertentibus coram quocumque Iudice, etiam non Epiſcopo, licet Concilij verba reſtringere videantur, in cauſis coram Epiſcopis agitatis, namque ob frequentiſſimum vſum id factum eſſe, cenſuit Rota coram Lancellotto ſeniore, & viro vndequaque integerrimo, & doctiſſimo, in illa Placentina adminiſtrationis Sacramentorum primo Decembris 1567. &

coram Blanchetto in causa Maioricen. officij pœnitentiariæ 21. Iunij 1591. Eius verò, qui negaret fuisse integrè transportata acta. Onus esset id probare, Marchisan. indicata Commiss. §. 2. nu. 128. & Commiss. super desertion. §. 1. num. 18. & Regens Valenzuola cons. 84. num. 70.

Post hæc, duo mihi occurrunt super hac re dubia, quorum primum nemo apertis verbis proposuit tametsi aliqui explicuerint. Alterum verò à nemine hactenus tactum fuisse reperi. Primum quippè est, vtrum ne certi sint constituti casus, in quibus grauamen istud irreparabile considerari posit, & liceat appellare; an verò in omnibus casibus id contingere posit. Postremum veró illud est, vtrum nè decretum requiratur super eo grauamine, an vero sufficiat actus ipse, ex quo procedit
315 tale grauamen. Respectu prioris dubij memoro glosam in clem. 1. de hæret. versic. ipso iure recensuisse duos casus, ex quibus istud exoriri grauamen affirmat, torturam, nempé, & carcerem, superuenit adductum decretum Apostolicum, & in § 9. addit tertium excommunicationis, etiam comminatæ; siue igitur ius commune attẽdamus, siue prædictum Apostolicum decretum, fatebimur ex vno tantum prædictorum trium capitum, scilicet tortura, carcere, aut excommunicatione, tantum prodire eiusmodi non reparabile grauamen; idque verbis Quarantæ confirmari facile poterit, cum in verbo Archiepiscopi auctoritas, sub nu. 20. statim ac statuerat ex carceratione, tortura, & excommunicatione enasci tale grauamen; subnectit in vers. 1. quæro, dubium illud proponens. An extra prædictos casus (nempé carcerationis, torturæ, & excommunicationis) (de quibus in próximè antecedentibus verbis locutus erat) liceret ad superiorem confugere, & negat; quin præterea neque teneri prioris instantiæ Iudicem deferre appellationi, ex eodem prædicto Decreto addit; Quod quidem verum omninó arbitror, alioquin pia Amplissimorum Cardinalium intentio, suum minimé sortiretur finem, tollendi ambiguitates, & controuersias inter prioris, & secundæ instantiæ Iudices, ob quem ab eisdem Patribus manauit iam dictum decretum; Quandoquidem si ad prædictos tantũ tres casus non restringeretur appellatio ex causa illati grauaminis; vtique decretum non submouisset controuersias ipsas, at cognitioni potius superiorum Iudicum remisisset, & iudicium arbitrandi eiusmodi casus, atque illi auiditate ducti, trahendi causas ad proprium tribunal, semper grauamen esse irreparabile censerent, & remedium appellationis ad innocentiæ præsidium institutum, iniquitatis defensionem operaretur, contra Canones, & Concil. in c. 1. sess. 18. de reform. atque ista, tàm rigidè oportebit exequi, quod si alioqui inhibitiones, aut alias prouisiones decreuerit superior, nõ solum nullitati eas omnes subiacere, sed eis resisti posse, & non parere impunè licere, mandat adductum decretum in §. 5. pluries memorato.

316 Respectu vero alterius à me propositi quæsiti, tum iura communia, tàm Concilium requirere videntur decretum, quo prædictum grauamen in aliquo recensitorum trium casuum inferatur. Id namque primum insinuant aperta verba glosæ in adducta clem. 1. versic. ipso iure, de hæret. illa præsertim, si interlocutoria solum lata esset; Item alia citati capitis 20. Concil. Trident. eorum commissio, aut inhibitio fiat, nisi à definitiua (idest sententia) vel à definitiuæ (idest sententiæ) vim habente, & cuius (scilicet sententiæ, vel decreti) per appellationem à definitiua reparari nequeat; Accedit text. in c. ad nostram, cum glos. in vers. minus de appell. prohibens appellare, vbi ad correctionem, & punitionem proceditur, non seruata Iudicij tela (& sic nullo ni fallor præcedente decreto) insequiturque Mariscott. lib. 2. variar. resolut. cap. 35. numero 13 1. & hanc citra dubium veriorem existimo sententiam, si verborum rigorem intueri velimus; verum si mentem, forsan legislatorum Doctorumque intentionem, refugium concedi superiorem adeundi libenter fatebimur, quoties aliquis, vel carceribus manciparetur iniustè, vel censura vinculo innodaretur, quamuis, nullo antecedente decreto, quia perduraret ex successiuo actu grauamen, ex tortura veró, non ita, cum iam illata fuerit; Itaque appellationem proponi posse, ex solu ipso facto, eamque admitti debere, dictis in casibus, cõsentio, his præsertim temporibus ob relatum Decretum in adducto §. 9. latioribus vtens verbis, inquiens cum à grauamine, atque ideó non solum si decretum extet, sed actus ipse tantum qui grauaret. In alijs verò casibus dissentio, vt in terminis reuelationum scribo in capit. 15. sub numero 65.
317 Sunt tamen complures casus in quibus appellare, vel generatim vetuerunt iura, quamuis diffinitiuè pronunciatum, vel interlocutoriè, & irreparabile per diffinitiuam enatum ex ea grauamen fuerit, vel speciatim ad aliquem Iudicem, quos si recensere vellem, longo sermone me vti oporteret; ideo paucos quosdam, & in Ecclesiasticis Tribunalibus, Episcoporum potissimum frequentiores recensebo, cum reliquos congerat specul. in rubr. de appell. §. 2. Eorum igitur quos recẽsere intendo primus erit, quem supra tetigi, & ab idiotis etiam cognitus, ne liceat post decem dies prouocare. Secundus est, cum sententiæ acquieuit, nam ille ad maiorem confugere Iudicem, tunc non valet, aut appellationem prosequi, si illa interposita acquieuerit Crauett. consil. 103. num. 12. inibi copiosè probans, & Soccin. cons. 45. visa appellatione, numero 11. cum seq. lib. 1. Peregr. decis. 136. lib. 2. & Lancell. decis. 62. sub num. 9. inter relatas per Statilium post suum tractatum de Saluiano interdicto, similiter ac possidens à sua cadit possessione, nec restituendus venit, si immissioni in possessionem ad fauorem alterius consensisset, & acquieuisset, vt dicit Cappell. Tholos. decis. 488. & inibi additionator Gabriel. de restitut. spoliat. conclus. 1. num. 57. & seq. esseq; communem opinionem, scripsit Honded. consil. 21. num. 1 1. lib. 1. Rota decis. 13 1. nu. 1. & decis. seq. eodem numero par. 1. diuers. & in causa Narnien. terrarum 1. Nouembris 1597. coram Litta, est verum quod si appellatus adhæserit appellationi, siue citatus fuerit mandato Iudicis, tunc siuè acquieuerit, siuè expressè redierit appellans ad priorem Iudicem, aut etiam renunciauerit appellationi, nullum afferret superiori præiudicium, inuito appellato Gratian. dec. f. Marchiæ 23. Appellans, Ioannes Monachus in c. quamuis sub nu. 6. & inibi Probus sub nu. 1. de elect. in 6. sed quando reputabi-

putabitur acquieuiſſe ſententiæ, vide Probum ad
Ioan. Monachum in cap. non ſolum nu. 2. de appel-
lat. in ſexto, Marium Anton. variar. reſolut. lib. 2.
reſolut. 12. nu. 16. & reſolut. 36. nu. 1. Alius eſt, quod
appellatio emitti, licet debeat à ſuffraganeis Epi-
ſcoporum ad Archipręſulem cap. ſingulos, el ſecū-
do, & cap. conqueſtus 9. q. 3. Id tamen ſi tanquam
ordinarius Iudex pronunciauit; ſecus verò, ſi tan-
quam delegatus, quia tunc ad delegantem tantum
prouocatur, iuxta cap. ſuper quæſtionum, de offic.
delegat. Grat. deciſ. 24. Marchiæ nu. 1. & tetigi ſu-
per ritu 22. Cur. Archiepiſc. Neapol. nu. 22. & ritu
36. num. 27. Illa tamen adhibita reſtrictione, quam
illic addidi, in caſibus nempè delegatis Epiſcopis
per Concil. Trident. in quibus, quia iure communi
antea poterat, vt ordinarius procedere, nimirum ſi
Metropolitanus, in illis Iudex erit appellationis,
quod inibi affatim probo. Quibus exceptis, dele-
gati Apoſtolici pronunciatum tantum ſupremus
Pontifex, aut alter ab eo ſpeciatim delegatus retra-
ctabit, & non alius, quamuis á latere ſit Legatus,
Corn. conſ. 89. in hac conſultatione num. 8. lib. 2. &
alijs adductis Auctoribus, citatus Gratian. indicata
deciſ. 24. ſub num. 16. ac propterea neque Auditor
Cameræ, quod Romæ obtinui in ſignatura Iuſtitię.
Alius denique vbicumque à Vicario foraneo, aut
delegato ab Epiſcopo ad aliquam cauſam, imò à
Vicario ad omnes cauſas conſtituto in aliqua terra,
quandoquidem ad proprium tantum Epiſcopum,
ſiué eius generalem Vicarium liceret appellare,
iuxta tradita, & copioſis verbis à me ipſo, hac ea-
dem rubr. 11. cap. 23. verſ. ex his deflecto.

Secundus caſus, qui in dicta cauſa euenit, ille eſt,
quod cum prolata fuerit per ipſum Iudicem ap-
pellationis, ſententia in gratiam prædicti ſic malè
appellantis, & ab ea prouocaſſet Procurator iniuſtè
ſuccumbentis, & ob ſententiam iniquam, maioris
318 Iudicis auxilium imploraſſet, reſtrinxit Iudex
ipſe ad triginta dies, terminum ad arripiendum iter
ad Curiam Romanam, recipiendum mandatum,
& de eo docendum coram ipſomet Iudice, quod
facere nequibat, quia cum eſſemus in materia be-
neficiali, terminum menſis conſtitutum in cap. 1. de
elect. in ſexto, ad arripiendum iter, & comparen-
dum in Romana Curia, arctare non poterat (pro-
ut arctauit, dúm in eodem menſe voluit, vt etiam
doceret) Anchar. in clem. 1. nu. 7. de appellat. & ad-
ditio ad Rotam deciſ. 114. maior pars dominorum,
ſiuè 17. de appellat. in nouis, quæ dicit non reluctari
Lapum in eadem clem. 1. propterea quod loquitur
in caſu, quo partes, vel præſtiterunt conſenſum di-
cto termino reſtricto, vel non cōtradixerunt; tunc
enim, non ſecus ac appellationi, huic quoque ter-
mino renunciare non vetantur; quaré dum pro
parte mei clientis, ſemel, atque pluries fuiſſet inſta-
tum de breuitate termini, ac propterea de nullitate
oppoſitum, contingit né ſubſiſtat præfatus termi-
minus; ille autem vltimo loco aſſignatus ad docen-
dum, & faciendum ſibi fidem de impetratione reſ-
cripti, videtur non ſubſiſtere ex diſpoſitione iuris,
quod talem facultatem dediſſe Iudici non reperi-
tur, ex ſententia Lapi, in eadem clem. & propterea,
non ſit deſerta appellatio; cuius dictum ſequitur
inibi Anchar. ſub nu. 4. Verùm altera adductus ra-
tione, illa ſcilicet, quod per præſentationem coram
Iudice ad quem, cognitio eſt in eum transfuſa effi-
caciter; ob idque effectus dictę interloquutorię ip-
ſius Iudicis, à quo, relatus in tempus, quo futurus
eſt non Iudex, & vltra tempus ſuæ iuriſdictionis in
alium tranſlatæ, non poteſt extendi, argument. cap.
præſenti de offic. legat. lib. 6. & l. cum qui §. fin. ff. de
iuriſd. omn. iudic. Demumque Marchiſ. memoro
in commiſſ. ſuper deſertion. §. 1. nu. 22. & quando
verior eſſet opinio Feder. de Senis conſ. 128. relata
per Papazonem ad deciſ. Rotalem 25. ſi certus ter-
minus de appellat in nouis, quis dubitat, quod hæc
deſertio pendeat hoc caſu à futuro euentu? ita
quod vbicumque voluerit proſequi, non obſtante
deſertione, ſi obtineat infirmari ſententiam, caſſe-
tur etiam, & reijciatur exequutio facta, prætextu
iam dictę deſertionis, ex deciſ. 13. ſi Iudex, nu. 3. de
appellat. in nouis; quæ præterea definiuit, quod da-
to termino ad comparendum, & proſequendum
appellationem, alteroque ad ipſum inſtruendum de
huiuſmodi proſequutione, ſufficiat appellanti iter
arripuiſſe, licet nullum impetrauerit reſcriptum,
ita quod dum appellans hoc caſu, non modo iter
arripuerat, & cœperat proſequi, ſed perfecerat im-
petrationem reſcripti infra terminum, cum ex il-
lius lectura liqueat expeditum fuiſſe in tempore
ſtatuti menſis, nulla cadit deſertio; & multo magis
ſunt clara iura dicti appellantis, ſi verum eſt, quod
citatus Anchar. ſcripſit, & quidē notabiliter in cal-
ce ſuorum commentariorum, ſuper adducta clem.
Quod ſi appellans non compareat in termino præ-
fixo, deſerta non propterea iudicetur appellatio;
namque text. in relato cap. 1. imponit non compa-
renti pœnam proceſſus, id eſt, quod in cauſa pro-
cedatur poſt illum terminum, non obſtante contu-
macia non comparentis: ergo terminus aſſignatus
à Iudice non debeat alterare diſpoſitionem iuris, &
appellationis deſertionem non inductam à iure,
operari, quarè ſi in eo termino non fuit commina-
ta deſertio, recipiat intellectum ſecūdum ius com-
mune, & ab eo veſtiatur, quod ſi expreſsè additum
fuerit, eius lapſu haberi pro deſerta neque valeat,
eo quod ſtatuere nequit ſine cauſa, aliter quam ius
319 dictet. Accedat, quod cum prætenſa deſertio
emerſerit ex lapſu termini ſtatuti ab homine, non
poterat primus Iudex ſuam exequi ſententiam an-
tequam ſibi à Iudice appellationis remitteretur
cauſa; ad quam comprobandam concluſionem
320 reminiſcor, Appellationem quandoque fieri de-
ſertam ob illius non proſequutionem infra termi-
num ab homine conſtitutum, vel infra terminum
anni, ſeu biennij à iure ſtatutum; & primo caſu
cum Iudex, ad quem non deſinat eſſe Iudex, ab eo-
que veniat remittenda cauſa priori Iudici, citra
quam non ille valeat, in eadem amplius apponere
manus, idcirco, neque valeat ſuam ſententiam exe-
quutioni demandare. Secundo autem caſu, quia
finito iuris termino, ſtatim reuoluit cauſa ad prio-
rem, neque vlla opus eſt intercedat remiſſio, quæ
iure ipſo fit; inde ſequitur licere incontinenti prio-
ri Iudici procedere ad exequutionem, ex his, quæ
notabiliter cumulauit Berous q. famil. 120. apertiſ-
ſimi iuris eſt, nu. 4. & comprobat Rotæ deciſ. 14. li-
cet appellatio de appellat. in nouis, inibique additio
ſecunda, quæ ita declarat, & additio prima prope
finem ad deciſ. 17. eod. tit. Deſertione autem, vt cau-
ſa

ſa notari poſſit, vnum ex ſexdecim modis concurrere oportere admoneo, quos citatus Marchiſ. reſcribit in eodem §. 1. à nu. 9. qui veró petijt in cauſa procedi, & ad illius expeditionem, vtique ſuper deſertione attulit ſibi præiudicium, nec ampiius poſſit opponere deſertionem, & illa iuuari, Aymon conſ. 266. nu. 3. alijque plures, quos inſequitur Gratian. tom. 1. diſceptat. forenſ. cap. 40. nu. 14. ipſeque defendi in illa Cauenſi Confraternitatis S. Andreæ.

Tertius eſt, quod eiuſmodi decretum reſtrictionis termini inſinuatum fuit, & notificatum iam dicto Procuratori, non eius principali, quarè Procurator ipſe cum nequiuerit iſthæc omnia tam breui tempore aſſequi, ilicò pronunciauit Iudex ipſe appellationem deſertam, & tamen certiſſimi iuris eſſe
321 non ambigitur. Procuratorem in aliqua inſtantia conſtitutum, lata ſententia functum eſſe officio, nec aliud facere poſſe niſi appellare; præterquam ſi clauſula adſit in mandato ad appellandum, & ap-
322 pellationem proſequendum; quo caſu licet poſſit, ſi velit illam proſequi, attamen ad id compelli nequit (quamuis ex ſcriptis alibi pateat cogendum eſſe, ac cogi poſſe judicium in ipſa inſtãtia cæptum continuare, & defendere poſt ſuſceptum mandatum) finita tali inſtantia per prolationem ſententiæ cap. non iniuſtè de procurat. l. inuitus C. eod. tit. & hæc eſt vera opinio, licet reluctetur Rota in decis. 2. & 9. de procurat. in nouis annuentibus, compelli poſſe ſi adeſt adducta clauſula; namque, ſi prǽcitatum cap. non iniuſtè, intelligitur vbi in mandato aberat clauſula prędicta, & tunc non poterat textus ille dicere, appellationem proſequi non tenetur inuitus, ſed dixiſſet appellationem proſequi non poteſt, itaque intelligendum eſt, vbicumque in mandato inſcritur ipſa clauſula, ea quippè non exiſtente, nihil agere poteſt lata ſententia, & ſi quid faceret, inualidum eſſet, prout inualidam omninò cenſeri relatam ſententiam, qua dictus Iudex pronunciauit appellationem deſertam, ſcripſerunt in puncto, mille Doctores, quos citat, & ſequitur Mandoſ. in comment. 17. ad commiſſ. appellat. in 1. inſtant. §. appellationis commiſſio.

Nouiſſimus eſt, quod cum poſſeſſor eſſet inſtitutus, & prouiſus ab ordinario, ipſe tanquam Iudex delegatus in ſecunda inſtantia, ad ſententiam non modo procedere auſus eſt, qua inſtituendum pronunciauit aſſertum appellantem, à quo rectè propterea appellatum dixi, ſed ad illius inſtitutionem
323 expeditionemque literarum, ac poſſeſſionis conſignationem proſiliuit, contra expreſſum text. in cap. ſuper eo, de offic. & poteſt. Iudic. deleg. & quæ notant gloſ. & Doctor. in clem. Auditor de reſcript. vbi Imola poſt num. 5. dicit notandum ex eo textu, collationem, & prouiſionem, non eſſe in poteſtate Iudicis pronunciantis, & eandem clementinam
324 concedentem facultatem Auditoribus in Romana Curia deputatis, vt prouidere valeant de beneficio, per ſolam delegationem eis factam ſuper beneficio, eſſe exorbitantem à iure cõmuni, quo nequit prouidere, niſi expreſsè ſibi concedatur poteſtas prouidendi, vltra delegationem cauſæ, & propterea tam ipſe, quam gloſ. in eo textu, verſ. in Romana Curia, & Mandoſ. in commentarijs ad commiſſionem exequutorialem, & 29. in verſ. cauſarum Auditore, non tantum inquiunt, illum textum duntaxat intelligendum eſſe, in Auditoribus deputatis in Romana Curia, de quibus eius ſunt expreſſa verba, ſed inſuper adnectunt non eſſe extendendum ad delegatum extra vrbem; quinimmò gloſa præfata adiungit, nec in aliquo per illum textum corrigi adductam decretalem, ſuper eo, de offic. ordin. Quarè ipſe in vna Neapolitana iuriſpatronatus, in qua Ampliſſimus Cardinalis Ieſualdus Archiepiſcopus, erat ſuſpectus, nedum cauſam Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis committi procuraui, ſed expreſſam deinde impetraui commiſſionem eidem directam, vt inſtitueret, & prouideret, cum & propter cauſam ipſam ſuſpictionis, & propter Cardinalitiam dignitatem honeſtum non videretur, quod idem Epiſcopus, poſt latam ſententiam ſuper inſtitutione facienda, mandaſset eidem Cardinali, vt inſtitueret, & prouideret victorem, & eo recuſante parere, vteretur alijs iuris remedijs, quibus alioqui potuiſset vti, cum alijs Epiſcopis, aut ordinarijs; ſecundum praxim, quam in hac re, & Doctores, & continuus vſus paſſim admittunt.
325 Quin, & alium quemcunque Iudicem appellationis carere poteſtate inſtituendi, & inſtitutionem ab eo factam corruere, ſpeciatim deffiniuit Rota coram Artembergo in Feltrenſi Canonicatus, veneris 5. Decembris 1603. eſtque 8. inter reſcriptas per Marchiſ. in fin. citati §. 1.

Ex quibus occaſionem nactus, ſubiungo reſolutionem alterius quæſtionis, & huic affinis, ſi liceat
326 Iudici ſuam exequi ſententiam; & quo ad Iudicem ordinarium, omnis procul eſt difficultas, namque ſi appellatum non fuerit, valebit ſuam exequi ſententiam, aut appellatum, & deſerta ſit appellatio iuxta notata per Mandoſ. comniſſ. 29. verſ. nulla prouocatione, & verſ. ob non proſequutionem, tuncque militant, quę ſcribit Marchiſ. adducto §. 1. nu. 8. & 59. Quod ſi delegatus ſententiam dixerit, verior iure ciuili apparet reſolutio affirmatiua, ſi à Principe ſit, & veriſſima citra dubium iudicatur, actentata diſpoſitione Canonum; in delegato verò ab ordinario, negatiua ſit tenenda de iure ciuili: affirmatiua autem de iure canonico, quas diſtinctiones, & concluſiones ſcribit, & tuetur Hieron. de Cauaglios in praxi commun. opinion. contra commun. q. 632. delegatus par. 2. & aliqua tetigi ſuperius verſ. quia tamen conſueuit clauſula illa n. 244. & nunc addo Imol. in clem. Auditor ſub nu. 5. vbi inſigni vtitur diſtinctione ad decidendum, poſſit ne Iudex exequi ſuum pronunciatum, & vera concurrentibus notatis à me ipſo in verſ. ſecundus caſus; quæ tamen omnia militant reſpectu exequutionis faciendæ non deſertionis declarandæ, cum re vera prior Iudex nequeat appellationem pronunciare deſertam, quamuis vigore deſertionis exequi nonnumquam poſſit, iuxta theoricam Doctorum, quos citat, amplexaturque Alberic. Oliua ſuper ritu 36. Curiæ Archiepiſc. Neapol. ſub nu. 8. omninò videndus, necnon Franchus, & alij ab ipſo memorati auctores; vbi autem fuerit proſequuta appellatio, & à Iudice illius inſtantiæ lata ſententia, tunc ſpectare debemus, quæ aliorum fretus reſolutionibus, ſcripſi in d. verſ. quia tamen conſueuit nu. 244.

Sed altera indem perutilis quæſtio, ſi valeat dele-
327 gatus exequi ſententiam in alterius Diœceſi, & poſse non dubito, ſi formam impleat cap. ſtatutum

de

de rescript. in sexto, alioqui non, & ordinarius resistere posset eidem delegato exequenti, præter formam, & dispositionem dicti capitis, ex Nauar. in cap. cum contingat remed. 4. nu. 25. de rescript. suppetuntque notata per Innoc. in cap. si quando, de offic. deleg. & glos. in cap. ex literis vers. renuncietis irrium, eodem adducto titulo.

Non tamen dubitare licet, quin requiri saltem
328 debeat ordinarius, eique innotescere exequutio facienda, ex præscriptio Sac. Concil. Trident. decreto in cap. 20. sess. 24. de reformat. quamuis antea Abb. in cap. in literis nu. . . de offic. deleg. veriorem crediderit sententiam contrariam, & Ciuilistæ aiunt, vbique locorum seruari affirmatiuam, quin aliqui de iure probant illam tenendam, maxime Ioan. de Platea in l. 1. C. de exequut. & exact. lib. 12. & Aufrer. ad q. Cappell. Tholos. decis. 424. item fuit quæsitum, propè finem, tametsi Guid. Pap. decis. 346. die duodecima, ac Boer. decis. 8. quinta Martij, referant contrarium decisum, & posse exequutorem exequi non requisito Iudice loci, ac propterea reuocatum fuisse decretum, & mandatum per D. de Alberto, qui vinculis fecerat mancipare quendam seruientem Regium, exequentem literas quasdam Regias, in loco de Castrogelesio sine prefata insinuatione; etenim Boer. & Papeus non iure innituntur, sed arrestis, & ordinationibus Regni Franciæ; imò ex eorum verbis depromitur, vsque tunc viguisse vsum, & stylum negantem exequi, nisi præcedente insinuatione, ait enim Boer. propè nu. 1. quod dictum fuit benè appellatum, & malè processum, inhibendo eidem Domino, & alijs Dominis ne deinceps prætextu cuiuscumque styli, aut consuetudinis in suis locis obseruatæ, impedirent seruientes literas Regias exequentes. In Regno verò Neapolis obnoxij sunt ad prædictam insinuationem, per pragm. 3. de Commissar.

Sed post factam exequutioné realem quid agere
329 oporteat, quæque adhibenda sit sollemnitas in illius venditione, in Regno Aragoniæ, extat obseruatio fori, tit. de pignorib. fol. 3. incipiens, nota etiam, & aliqua recensentur in repertorio fororum illius Regni, verbo exequutio postquam est facta; distinguente præsertim in exequutione facta de re mobili, & immobili; & addente etiam quid faciendum sit, cum bona exequuta minimè sufficiunt pro solutione facienda, & iterum exequi oportet pro residuo debiti, quo casu verba facit obseruatio. Item si res, in fine, sub tit. de empt. & vendit. fol. 16. & obseruat. 1. de re iudic. fol. 14. extatque etiam forus, cum vllus, in fine, sub tit. de pignorib. fol. 3. de iure verò communi patet recursus ad textum, & Doctores in l. 1. C. de fide instrument. & iure hastæ fiscal. lib. 10. atque ad alia multa iura, ex quibus liquet facta exequutione citandum esse debitorem ad reluendum (hoc est redimendum) dictam exequutionem infra terminum in ea assignatum, quem si debitor præterlabi passus sit, nec curauerit reluere, incusantur contumaciæ, & vltimo peremptorio, curia ipsa sedente, decernitur bona exequuta debere vendi, iuxta praxim l. miles §. penult. ff. de re iudic. & l. cum proponas §. fin. C. de bon. auctor. iudic. possid. venditio autem fieri debet præcedentibus legitimis subhastationibus, & quidem pluribus, cum præconizatione, vt alijs innotescat, qui concurrant, eorumque plus offerenti consignentur per text. & illic notata in l. si tempora in cod. tit. C. de fide instrum. & iure hastæ fiscal. atque Bald. in l. ordo nu. . . C. de exequut. rei iudic. demumque eruditissimus Alexand. Trentacinq. in lib. 2. variar. resolut. vol. 1. rubr. de expensis resolut. 2. nu. 6. subdens in Regno nostro Neapolitano fieri vnicam subhastationem singulis tribus diebus, ac candela accensa in vltimo incantu liberantur plus offerenti, quod præterea concludere Bart. ait in adducta l. si tempora q. 2.

Cúm veró extincta candela superuenit alius li-
330 citator, maiorem summam promittens, an sit audiendus, vel sit petente parte iterum accendenda candela, & rursus subhastanda bona? hanc questionem multi excitauerunt, ipseque ab ea nullatenus arbitror discedendum sententia negatiua, nisi persona sit priuilegiata, cuius bona venduntur, iuxta decis. Capyc. 36. in causa Magnificorum nu. 5. Magonij decis. Florent. 132. egerat num. 1. & post alios complures, tum Doctores, tum decisiones, scripsit vir præclarissimus Garsias Mastrillus, attestans decisum in Consistorio Panormitano, decis. 84. quando Baronia par. 2. Cùm verò Iudex consentijt secundæ proclamationi faciendæ, mandauitque denuò accendi candelam, dicatur ne liberatus, vltimus licitator, cui bona remanserant? certe intricata reputatur quæstio à Boerio præsertim melius discussa in decis. 248. ista quæstio, & nouissimé in gratiam Vniuersitatis à Viuio, decis. 359. Magnifica Vniuersitas vol. 2. & mihi omninò, arridet opinio illa, quod si licitator venit non procedente Iudicis mandato pro repetenda subhastatione, & non dicatur liberatus prior, nisi postmodum illius fuerit acceptata oblatio, eique adiudicata bona ex ante relatis auctoribus, atque Gaballino milleloquio 819. primus offerens; si veró decreto Iudicis ordinatum extitit rursus facienda proclamata, & candelam accédi, tunc dicatur recessum à priori oblatione, & consensum intercessisse partis, sine cuius petitione non id decreuisset Iudex; non enim conueuit iura præcedentis offerentis, cui bona remanserant pendere à futuro euentu, debebant namque pars ipsa, & Iudex præuidere, quid rationabiliter euenturum esset antequam procederent ad decretum præfatum.

Sed cum debitæ antecesserunt subhastationes,
331 nec aliquis comparuit pro rebus exequutis emendis, procedendum est ad adiudicationem eorumdem bonorum, & dationem insolutum ipsi creditori, iuxta terminos l. à Diuo Pio §. si pignora ff. de re iudic. quod insuper obseruandum si emptorem, sed non iusti pretij reperit l. 1. C. si in causam iudic. & Afflict. decis. 358. in causa, sub nu. 5.

At si non præcesserit exequutio in mobilibus,
332 deinde in stabilibus, iuxta præscriptam formam in eadem l. à Diuo Pio §. in venditione, sed omissa exequutione in mobilibus, fuerit exequutum in immobilibus, vtrum ne valida sit exequutio? & duas refert Doctorum sententias Trentacinquius, duosque pro responsione considerat casus, in citata resolut. 2. à nu. 3. Surd. cons. 39. num. 2. Mat. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 75. in fin. & citata Afflicti decisio, atque ad eam Vrsill. ipseque latius cap. 15. nu. 89. explico.

Ad

Ad restitutionem modo retrogrediens memo-
333 ro, quod durante tempore petitæ restitutionis, & iudicij, si concedenda, vel deneganda sit, oportet supersedere exequutionem prius decretam, iuxta decis. Tholosan. 54. & regulam cum multis ampliationibus, & declarationibus superinde statutam, per Lancell. in tract. de attentatis par. 2. cap. 18. à num. 24. & prolixius per Sfortiam Oddum de restitut. q. 43. artic. 1. etiam si restitutio expedita fuerit, cum relata clausula, prout de iure, ex notatis per eosdem, idque adeò, quod si prior Iudex non obstante inhibitione sibi intimata, & decreta à Iudice restitutionis, aliquid faciat, vltroque progrediatur, sit omne, & quicquid ab ipso gestum, reuocandum ex capite attentatorum, ex decis. Putei 299. voluerunt lib. 1. nisi restitutionis ipsius iudicium agretur post tres sententias conformes; eo siquidem casu non rescinderetur, quod à priori Iudice explicatum esset post inhibitionem, ex altera eiusdem Putei decis. 121. eodem lib. 1. exordiente etiam, voluerunt Domini; cæterùm quibus illa detur edisserit Hieronym. de Cauagl. q. 4. par. 1. Confraternitati verò licet non competere dicant Anchar. Paris. & Anton. Gabriel, quos citat, & sequitur Gutieres canonic. quæstion. lib. 1. cap. 35. num. 14. Consuetudine tamen contrarium obseruari, testatur idem Cauagl. illic, in finalibus verbis.

His explicatis ad clausulas modò deflectendum est, quibus vtitur plerumque Papa in collatione beneficiorum de iurepatronatus, sed antea multa perscrutari constituo circa vtilissimam hanc materiam, iurispatronatus.

Quarè beneficia nonnumquam à laicis acquiri recordor, eaque patronata ab omnibus nuncupari, eorumque acquisitionem, vel ex prima ua erectione contingere, vel postmodum ex translatione.

Primò, quippè modo non nisi dotatione, aut fun-
334 datione, vel constructione, queri possunt, ex Gofredo in summa rubr. de iurepatronat. post principium, atque Innocent. in eadem rubr. & reliquis omnibus.

Quo tamen in casu, tametsi expressam requiri
335 reseruationem vltra dotationem, siuè fundationem, vel constructionem scripserint aliqui, vt dotans, fundans, aut construens, acquirat iuspatronatus, alioqui dicatur potius benefactor; & non illud propterea adipiscatur, maximè Abb. in cap. quoniam nu. 10. de iurepatronat. & fauere videtur text. in cap. à nobis eodem citato titulo, cōsensum Diœcesani adhibendum statuens, & post alios Hieronymus de Monte in lib. variar. quæstion. iuris q. 22. præsupponitur nu. 5. Attamen certum mihi est, ex altero dictorum actuum, ipso facto acquiri, etiam quod non fuerit deductum in pactum: sequutus glos. id decidentem, ac multos textus pro hac sententia cumulantem, in cap. si quis basilicam, de consecrat. distinct. 1. eandemque resolutionem tuetur Petr. Brixiens. in suo repertor. verb. Patronus. vers. dotans Ecclesiam, concinunt verba Couarru. in rubr. de sponsal. par. 2. §. 10. sub nu. 3. affirmantia nullum à patronis acquiri ius præsentandi Rectorem in Ecclesia Collegiata, nisi de consensu Episcopi retinuerit sibi tale ius, licet illud acquirat præsentandi reliquos beneficiatos, quin & Lambert. hanc prorsus approbat lib. 1. artic. 4. q. 2. princip. & Rota decis. 255. Nota quod licet, siuè 5. hoc tit. in antiquis, & decis. 222. nu. 1. & 3. par. 1. diuers. quam nouissimè insequitur, & communem attestatur Azorius in 2. par. Institut. moral. lib. 6. cap. 19. vers. nono quæritur, eique nullatenus refragatur, citatus text. in cap. à nobis; quandoquidem à frequentiori Doctorum calculo, ea traditur illi textui intelligentia; vt vendicet sibi locum in consensu ad cōstruendam Ecclesiam, non autem ad acquirendum
336 patronatum. Aiunt enim canonum sanctione definiri, nè liceat Ecclesias ædificare absque ordinarij consensu, ex glos. in cap. placuit, vers. dote 1. q. 2. qui primarium lapidem ponere debeat, notat Hostiens. in summ. de ecclesi. ædific. nu. 3. & eodem titulo, etiam in summ. Goffred num. 5. & rubr. de consecrat. Eccles. num. 4. Astens. similiter in summ. lib. 6. tit. 28. q. 1. Syluest. in verb. Ecclesia, el secondo, Armill. eodem verbo nu. 4. per text. in cap. nemo, de consecrat. distinct. 1. & cap. cum olim §. 1. de priuileg. Quinimmo subdit illic Hostiens. Episcopum primò debere ibi orare, signumque crucis ad orandum, & honorandum figere, per text. in §. illud igitur, in authent. de Monach. §. si quis autem voluerit, in authent. de Eccles. §. 1. in auth. vt nullus fabricet orat. Conciliumque Aurelianen. 4. Ex his igitur liquet adductum caput, à nobis, intelligendum esse de consensu, & auctoritate requisita in constructione; quod autem ipsa ædificata habeat iuspatronatus, qui suis expensis fundauit, nullum in eo apponi verbum asseuerant citati auctores, adductaque decis. 222. nu. 3. hancque fuisse intentionem decis. 85. & 89. par. 2. diuers. ex illarum verbis colliget, quiuis illa rectè pensitabit.

Verùm reedificatione acquiratur ne patronatus,
337 etiam si expressus accesserit Antistitis consensus semper fuit dubitatum, licet autem verior sit affirmatiua sententia, quam tenet Abb. conf. 59. a tungam sub nu. 3. vol. 2. Ioan. Andr. in cap. 1. hoc tit. & post alios Menoch. conf. 90. primæ dubitationi sub num. 24. & 25. vol. 1. Ea tamen sine dubio subsistit tantum, cum Ecclesia antiqua, est penitus diruta, & funditus destructa, eiusq; materia omninò abolita, iuxta glos. 1. in cap quoniam, & inibi aduertunt Abb. nu. 1. & 11. Cardin. & Butr. atque alij omnes, de iure patronat. quin alij complures, quos adducit, & sequitur Bursat. conf. 310. videtur iuspatronatus à nu. 3. vol. 3. decisio coram Blanchetto 306. Domini, sub nu. 3. par. 1. diuers. ac postremò Azor. indicata 2. par. Institut. moral. cap. 19. vers. decimo quæritur, succurritque textus in simili casu, ita decidens in l. quid tamen ff. quib. mod. vsusfruct. amittat. quare cauendum est ab Hostiens. in summ. hoc tit. sub nu. 2. dubium proponente, his verbis, quid si reedificauit, seu restaurauit, &c. & respondente, videtur dicendum, quod acquirat.

Vbi verò sacra ædes penitus collapsa reedificata
338 fuerit ab alio ex eadem materia, quà fuerat confecta, licet nullum sibi quærat patronatū, nihilominus prior Patronus amisit suum ius, ex citata glossa, & Azorio, quia pereunte re, perit vsusfructus, & quodnis aliud ius, super ea re existens, & obligatio semel extincta non reuiuiscit l. res §. Aream ff. de solution.

Sed quando iudicetur adeò diruta, vt reedificata
339 dicatur, & iuxta prædicta acquisitum iuspatronatus?

tus? reſpondeo cum Doctoribus multis relatis per adductam deciſ.306.& ipſummet Burſat. indicato conſ.310. nu.6. tunc dici cum noua indiget conſecratione per cap.de fabrica,de conſecrat.diſt.1.

Ratio autem ob quam reedificans adipiſcatur iuſpatronatus,illa videtur,quia Eccleſiam dirutam iterum fabricans,nouam dicitur erigere Eccleſiam cap. conſuluit de iudic. Bart. & Alex. in l. inter ſtipulantem §.ſacram ff.de verbor.obligat.ob quam rationem,& auctoritates ſuperius relatas, deciſum fuiſſe per Rotam Romanam de anno 1578.vt tunc dicatur acquiſitum iuſpatronatus, teſtatur citatus Burſat.in cauſa illa,ſuper qua ſcripſit in eo cóſ.310. & iuxta ſcripta per ipſum, præterquam in vno capite; quod cum ipſe crediderit ex priuilegio acquiſitum patronatum,cum omninò deſtructa, ac ſolo æquata Eccleſia reædificata cernitur: Rota cenſuit non ex priuilegio, ſed iure meritò conceſſum dici, & acquiſitum cenſeri: quod notandum pro reſeruatione contenta in 8. Regul. Cancellar. & concinit deciſio coram Litta inferius reſcribenda, verſ. fuit reſponſum.

Fuit etiam non ſemel hæſitatum, ſi per augu-
340 mentum dotis fiat ille patronus beneficij? & vera eſt diſtinctio,quòd ſi longè exilis fuit ab initio conſtituta dos,vel competens, atque ex poſt facto euenit eſſe Eccleſiam depauperatam, nec in totum peremptam dotem, & propter augumentum non acquiſitum patronatũ; quod ſi dos omninò perijt, aut ab initio nulla fuit aſſignata, vtique fieret Dominus,qui ſufficienter dotaret cum Epiſcopi conſenſu; ita quippè ſatis apertè colligitur ex dictis per Cardin.Florent.in cap.quoniam q.1.de iure patronat. Calderin. cap. ſignificaſti eod. tit. atque Rocchus Curtius in tract.de iure patronat. in verbo, & dotauit q.3.num.5. Aldobrand.deciſ.457.Domini, ſub nu.18.& deciſ.528. Domini, ſub nu.2.par.1. & maximè his temporibus vigore Concil.Trident.in cap.9.ſeſſ.25.de reformat.verſ.ſimiliter, quo iure, patronatus quicumque in Eccleſijs,& quibuſcumque alijs beneficijs, etiam dignitatibus antea liberis, acquiſiti à quatraginta annis citra, & in futurum acquirendi, ſeu ex augumento dotis, ſeu ex noua conſtructione,vel alia ſimili cauſa,etiam auctoritate ſedis Apoſtolicæ,ab ordinarijs vti delegatis ſedis Apoſtolicæ diligenter cognoſci debent; & quos non repererint ob maximè euidentem Eccleſiæ, vel beneficij,ſeu dignitatis neceſſitatem legitime conſtitutos eſſe,in totum reuocare debent, atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & reſtituto patronis eo, quod ab èis idcirco datum eſt,in priſtinum libertatis ſtatum reducant: non obſtantibus priuilegijs, conſtitutionibus, & conſuetudinibus,etiam immemorabilibus: Atque ex prædictis deciſum credo per Rotam,proponente Amplifſimo Cardinali Mellino in vna Sarnen. beneficij, anno 1599. ne dos aucta beneficio rendenti annuos ducatos ſexdecim,potuiſſet eſſe in cauſa, vt patronatus acquireretur, & adſtipulatur deciſio coram Litta: quam poſt pauca huc propius tangentia referam, ſub num.344. inſequiturque Gratian.diſceptat.forenſ.lib.1.cap.177.num.24. Ex his deceptum eſſe Peregrinum aduerto, dum conſ.10. exordiente plura dubia nu.9. vol.4. inſinuauit contrarium, niſi parcendum ſibi dicatur, quod in eam deflexerit ſententiam, vt clienti occurreret; vel quia non rectè animaduerterit notata á Doctoribus ipſis,quos memorat: eorum ſiquidem notata ſi perlegiſſet,non ita ſanè concluſiſſet,& præſertim quæ Rocchus Curtius poſuit in verbo dotauit q. 6. verſ.ſi autem tertio caſu,qui eſt ſub num.11.tùm quia illic non agit de hac re, & difficultate, cum tantum verba faciat de ſimpliciter dotante, ſi acquirat patronatum,cum illud ſibi non retinuit; atque inſuper non loquatur de ditatione,verùm de dotatione. Ponit enim caſum ſi á conſtructore non fuit dotata Eccleſia, & licet ſubijciat alium caſum, vel ſi dotata, aduertendum ad connexa verba, ſed dotem totaliter amiſerit, ob illud enim aduerbium totaliter, colligitur apertè ipſum loqui de dotatione, quia omni perempta dote, qui Eccleſiæ dotem aſſignat dicitur dotare illam,non ditare, aut dotem augere,cuius dubietatis eſt quæſtio, & in qua idem Rocchus expreſſis verbis concluſerat nu. 5. (à me ſupra relatus) contra eundem Peregrinum.

Et vbi quæſtio eſſet priuilegio nè, an verò ex
341 cauſa onerosa dicatur propter ditationem acquiſitum patronatus,licet reſponderit citatus Peregrinus in eodem illo conſ.10.ſub nu.16. non ex priuilegio quæſitum, ſed ex cauſa ipſa oneroſa; Attamen firmiter tenendum arbitror contrarium, non ſecus ac de reedificatione loquens concluſi nu.337. ſcilicet dicatur ex cauſa oneroſa adeptum, ſi penitus diruta eſſet Eccleſia, ita & in præſenti hæſitatione, ſi prorſus amiſſa dos: ad quam tenendam ſentẽtiam impellor deciſione Rotali in vna Compſana iuriſpatronatus,veneris 23.Ianuarij 1604.coram Domino Litta; cuius verba, quia ad multa profutura agnoſco, ſubſcribere cenſui, cum typis hucuſque data non fuerint, quæ ita concludit in verſ.fuit reſponſum.

Fuit reſolutum ex capite reſeruatoriæ,allegatam quaſi poſſeſſionem non ſuffragari Comiti Compſæ; quia dato citra veri præiudicium, quod modernus Comes,qui nunquam præſentauit poſſit dici eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi ratione Comitatus,quem poſſidet; cuius veritas pendet ab eo. An iuſpatronatus ſit annexum Comitatui, de quo poterit ad partem videri ſi opus fuerit, cum tamen Abbatia,de qua agitur vacauerit de menſe Februarij ſedi Apoſtolicæ reſeruato per Regulam Cancellar.8.ad talem reſeruationem excludendam,non ſufficit quaſi poſſeſſio præſentandi, niſi probetur iuſpatronatus eſſe ex dotatione,vel fundatione,cum
342 alias ex priuilegio comprehendatur, ſub dicta regula; neque poſſeſſio inde procedens ſuffragari valeat prætenſo patrono aduerſus prouiſum Apoſtolicum ad deciſ.Caputaq.29.lib.1.in manuſcript. Paleotti deciſ.519.lib.3.par.3.& fuit tentum in Cæſaraguſtana Parrochialis de Carlet, 4. Iunij 1601. coram Domino meo Lancellotto.

Et quod hoc iuſpatronatus non ſit ex dotatione, vel fundatione,videtur probari, ex bullis Leonis X. & Pauli III. ex quibus illud deducitur,nam dum in eis notatur, quod ab initio Monaſterium erat liberum,quod Eccleſia erat ædificata, prout & Monaſterium; quòd habebat dotem, & illius fructus erant taxati in libris Cameræ in ducatis 50. & tamen dum exprimitur valor dicti beneficij in ducatis centum: ex his inquam excludi videtur dotatio, &

& fundatio respectu Comitum Compsæ, quibus tamen tunc iuspatronatus reseruatur.

Nec facit dum pro parte moderni Comitis dicitur, auctorem suum reparasse Monasterium, & Ecclesiam restaurasse, & illam ornasse paramentis, libris, calicibus, & alijs ad cultum Diuinum necessarijs, dotemque illius auxisse expendendo in dicto augumento, & restauratione scuta mille, & idcircò dicto Comiti, & successoribus illius pro tempore, tùm à Leone X. tùm denique à Paulo III. concessum fuit iuspatronatus, cum expressa declaratione, quód eis competat, non ex speciali priuilegio, sed ex dotatione, & fundatione in omnibus, & per omnia, ac si illud ab initio fundassent, & dotassent.

Et quia, vltra quod verè non constat de implemento respectu prædictorum, quod à moderno Comite vti fundamentum suæ intentionis plenariæ, & concludenter probandum esset, iuxta theoricam Doctorum in l. 2. C. de iure emphyt. Alex. cons. 101. in fine lib. 2. Corn. cons. 40. nu. 4. vers. probabit itaque lib. 4. quem sequitur Roland. cons. 57. nu. 9. lib. 1. & non per præsumptiones, & indicia, quæ minimè suffragari possunt personis, in quibus probabiliter cadit suspictio vsurpationis, quales esse videntur isti Comites Compsæ, attenta dispositione Concil. Trident. cap. 9. sess. 25. prout in simili fuit dictum in illa Paduana iurispatronatus, vltima Maij 1591. coram Illustrissimo Cardinali Mantica: nec dici potest satis constare de implemento prædictorum ex literis Pauli III. tùm quia in illis solum narratur factum fuisse depositum scutorum mille, & non, quod illa postmodum, iuxta statutum tempus fuerint expensa in causis, in quibus attento tenore dictæ concessionis expendi debebant; tùm etiam quia est narratiua partis, quę ad eius fauorem non probat, iuribus vulgatis.

Fuit responsum, quod etiam data probatione implementi respectu prædictorum omnium, non per hoc dici posset iuspatronatus Comitibus Compsæ competere, ex dotatione, vel fundatione; sed
343 potius ex priuilegio, vt in simili tenuerunt Domini in vna Placentina Parrochialis de Mirabel, vltima Ianuarij 1594. coram bon. mem. Orano, recedendo in hoc à decisione aliàs facta, in quadam Astoricen. coram Reuerendissimo Domino meo Alexandrino, quæ est inter impressas 137. par. 1. & quidem optima ratione, quia ex sola reparatione, siuè restauratione non acquiritur iuspatronatus ex constructione, cum ad hunc effectum opus sit, quod Ecclesia esset funditus destructa; ita vt egeret, noua consecratione, Lambert. de iure patronat. 3. artic. 6. q. princip. 2. par. 1. lib. nu. 16. Rocchus eodem tract. in verb. construxerit nu. 12. & fuit sæpè resolutum. Neque ex augumento dotis acquiritur iuspatronatus ex dotatione, cum potius ditari, quàm dotare dicatur; nec iuridicum sit, Ecclesiam liberam ex solo augumento dotis in seruitutem redigi, glos. in cap. piæ mentis in verb. patronum 16. q. 7. Sed ad effectum prædictum esset necesse, quod Ecclesia totaliter dotem suam omisisset, & eidem noua dos esset data, Rocchus vbi supra in vers. dotauit q. 3. Berous cons. 4. nu. 26. vol. 1. & fuit tentum in vna Lunen. Sarzanen. beneficij 5. Iulij 1599. coram Domino meo Mellino, & aliàs sæpe. Cùm igitur attenta dispositione iuris communis non possit dici Comitibus Compsæ ex dictis eorum prætenso augumento dotis, & restauratione Ecclesiæ, seu Monasterij, fuisse debitum iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione; necesse est fa-
344 teri eisdem fuisse reseruatum ex priuilegio, quod subiacet dictæ regulæ reseruatoriæ, vt hoc idem probari videtur ex illis verbis concessionis (ac si illud ab initio fundaueritis, & dotaueritis) quæ denotant similitudinem, sed non per omnia, l. si de referente ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. & fingunt factum, quod verè factum non est, vt notat glos. in l. quamuis ff. de bon. auctor. Iudic. possid.

Non obstat, quod literæ Pauli contineant clausulas prægnantissimas, etiam quo ad futura, & quod propterea dici non possit hoc iuspatronatus subiacere dictæ regulæ ad decision. Putei 308. lib. 3.

Quia fuit responsum, quod Reg. reseruatoria S.D.N. habet clausulas derogatorias amplissimas, & derogat quibuscumque priuilegijs, & indultis, etiam cum quibuscumque derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, cum efficacioribus clausulis, etiam insolitis, & etiam irritantibus, ita vt iure merito effectus illius impediri non debeat, per dictas clausulas in dictis literis Pauli III. appositas, quibus satis, superque derogatum fuisse, constat ex lectura eiusdem Regulæ.

Nec obstat, quod iuspatronatus videatur concessum ex causa onerosa, & ob id non cadat sub regula; quia fuit dictum, quod ad hunc effectum cognoscendi, scilicet an fuit concessum ex causa onerosa debet perpendi, quid fuerit impensum, & sic an illud æquiualeat concessioni, quia si non æquiualet, concessio iudicari debet ex mera gratia, vt alias dictum fuit in vna Perusina de confin. 3. Decembris 1576. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & in Lucana decanatus 22. Martij coram Sanctissimo Domino Nostro, in quibus explicitè dicitur, vel nouam requiri dotis constitutionem, vel totalem ipsius Ecclesiæ funditus dirutæ restaurationem, quorum neutrum verificatur hoc casu.

Et ad illud; quod dum discutitur super qualitate huius iurispatronatus, debet patronus manuteneri in sua quasi possessione præsentandi; fuit responsum dictam quasi possessionem, hoc in casu ei minimè suffragari posse: propter decretum irritans, de quo in dicta regula reseruatoria, ad textum in cap. si eo tempore de elect. in sexto, & notatur per Probum ad Ioann. Monachum in cap. tibi qui nu. 18. de præbend. in sexto.

Relatis itaque verbis præfatæ decisionis, censui alterius coram eodem patre Litta in eadem Compsana iurispatronatus, veneris 3. Decembris 1604. verba subiungere, quæ licet ad rem modo tangentem non pertineant, nihilominus opitulatur maximè, tum ei, qui similem causam cum ipsa Compsana haberet, tum tractatui præsenti de iure patronatus, ea itaque sunt. Reproposita causa super dubio alias resoluto, sub die 23. Ianuarij præsentis anni; strictè tamen ad regulam 8. mentium, Domini steterunt in decisis, hoc vno tamen prosupposito, quod Monasteria, & beneficia data in Commendam cadant sub dicta regula, de quo erit particulariter agendum.

Moti quia re vera hoc iuspatronatus non est pro-

priè ex dotatione, aut fundatione, quo fit, vt tanquam ex priuilegio competens ſub dicta regula, videatur comprehendi ex alias latè deductis (& ego Campanilis huius operis Auctor, adduco pro indigentibus Menoch. contrarium reſpondentem in conſ. 597. reſpondendum videbatur vol. 6.)

Nec obſtat, quod Papa decreuerit huiuſmodi iuſpatronatus cenſendum eſſe perinde, ac ſi eſſet ex dotatione, & fundatione; quia ex eiſdemmet verbis conuincitur, illud non eſſe ex fundatione, aut dotatione, ſed priuilegio, & gratia Papæ, qui ita diſpoſuit; & voluit Congregatio Concilij, & tenuit Rota in cauſa Placentina de Mirabal, coram bon. memor. Orano, in alia decifione allegata.

Nec facit, quod Papa poſſit fingere, & facere, vt illud, quod non eſt pro tali, tamen habeatur reſpectu certi effectus, quia non negatur propoſitio: ſed dicitur illam non applicari, reſpectu Regulæ; cum ſemper verum ſit dicere, id procedere ex gratia, & priuilegio Papæ, & non ex eo, quod iuſpatronatus ſit verè ex dotatione, & fundatione, vt in ſimili de iurepatronatus conceſſo cum clauſula; quod ſit perinde, ac ſi eſſet Regium fuit dictum in Cordubenſ. iuriſpatronatus 20. Nouembris 1566. coram bon. mem. Ioan. Aldobrandino. & cum dicta Regula emanauerit per viam legis, reſpectu illius fictio non poteſt ſibi vendicare locum; ſed dumtaxat veritas ipſa, iuribus vulgatis.

Et ad illud, quod hoc priuilegium ſit ex cauſa onerosa, fuit reſponſum hoc minimè verum eſſe; cum ad hunc effectum ſpectari debeat, quid expenſum fuerit, an ſcilicet illud æquiualeat conceſſioni: quia vbi non æquiualet, conceſſio ipſa iudicari potius debet gratioſa, quàm oneroſa: vt alias latè deductum fuit; vnde cum hic in claris verſari videamur, quod expoſitum per Comitem Compſæ non æquiualet conceſſioni, ex eo præſertim, quod admodum irrationabile videtur, quod pro ſcutis mille in circa, in ſeruitutem redigatur Eccleſia tam inſignis; & quidem notabilis valoris; & attentò tempore dictæ conceſſionis, hoc eſt ducatorum centum, & vltra, vt ex literis perinde valere poſteà expeditis; de quibus in actis clarè conſtat, & ex eo, quod commendata fuit nepoti eiuſdem Papæ, & Cardinali, cui ex Concilio Lateranen. non poterat prouideri, niſi beneficium excederet ducatos ducentum; ideò &c.

Nec obſtare dixerunt Domini clauſulas conceſſionis Pauli III. quia & ſi illæ ſint ampliſſimæ, & adeò prægnantes, vt prima facie tolli, minimè videantur, per clauſulas appoſitas in regula reſeruatoria; ex deductis in cauſa Aſtoricen. coram Illuſtriſſimo Serafino, & in aliis per informantes pro Comite allegatis, attamen re maturius conſiderata, hoc in caſu ex pluribus non obſtare dixerunt.

Primò, quia in caſu illarum decifionum fuerat præſcripta certa forma derogandi, in futuris derogationibus, quod ſcilicet non poſſet derogari, niſi de toto tenore, plena ſpecifica, & indiuidua; & de verbo ad verbum; non autem per clauſulas generales idem importantes, eſſet facta mentio; quę forma non præſcribitur in literis Pauli III. ſed ſolum adſunt clauſulæ derogatoriæ derogatoriarum ad ſequentes diſpoſitiones; quæ omnes tolli videntur ex eo, quod in regula reſeruatoria expreſsè derogatur indultis, & priuilegijs, cum quibuſcumque derogatorijs derogatoriarum, & fortioribus, etiam efficacioribus, & inſolitis clauſulis ad decif. Puteí 109. nu. 4. verſ. dixerunt tamen lib. 1. cum alijs per informantes pro Cardinali deductis. Nec vim fieri poſſe, dictum fuit, ſuper clauſula reſtitutoria, de qua in literis dictæ conceſſionis; quia licet ſit maximę efficaciæ, tolli tamen videtur ex eo, quod in Regula derogatur, cum efficacioribus, & fortioribus clauſulis.

Secundò, quia deciſiones in dicta Aſtoricen. & in alijs cauſis in contrarium allegatis per informãtes pro Comite, non emanarunt in terminis iſtius Regulæ reſeruatoriæ S. D. N. ſed in terminis Regulæ Pauli IV. ſeu aliorum Pontificum; non habentes clauſulas, & derogationes ita amplas, & efficaces; vnde non mirum ſi de dictis caſibus ad noſtrum inferri, minimè poteſt vulgata l. Papinianus exuli ff. de minoribus.

Tertiò, fuit reſponſum, quod omnes clauſulæ, de quibus in literis dictæ conceſſionis Pauli III. & ſignanter illa, quod prouiſiones non poſſent fieri; niſi de conſenſu patroni, ſine quo non poſſet derogari, & ſi derogetur derogatio non ſufficiat, ſed in priſtinum ſtatum reponatur, & cap. debent intelligi, cum commodè poſſunt ſuum effectum ſortiri in prouiſionibus, quas alias Papa in menſibus Ordinarij faceret: & ordinarium ipſum præueniendo, quod facere poteſt, cum ſit ordinarius ordinariorum; & cum omnibus concurrat iuribus vulgatis, non autem vindicarent ſibi locum in prouiſionibus factis per Papam in menſibus reſeruatis, vigore dictæ regulæ: ea ratione, quia cum hoc beneficium iuriſpatronatus, ex priuilegio ſub dicta Regula ſui natura comprehendatur; non dicitur derogari dicto priuilegio, nec in aliquo eneruari clauſulas dictæ prouiſioni adhærentes, ſed totum præiudicium facit regula ipſa, & clauſulæ in ea contentæ. Cui inquam regulæ adeò ſubijcitur, iuſpatronatus ex priuilegio, vt alia derogatione non ſit opus, vt per Mãdoſ. ſuper regula prædicta reſeruatoria q. 10. nu. 3. latè Couarr. pract. qq. cap. 36. nu. 6. Dec. conſ. 146. nu. 6. & fuit tenctum in cauſa Seguntin. dimidię annatæ 26. Nouemb. 1593. coram bon. mem. Orano.

Quartò, fuit reſponſum, quod cum hic non agatur de clauſulis derogatorijs, appoſitis in aliquo priuilegio, vel gratia particulari perſonæ conceſſæ, ſed appoſitis in Regula, quæ vim legis, ſeu conſtitutio-
345 nis habet; meritò ex eo cenſetur ſufficienter derogatum clauſulis, quibuſcumque etiam derogatorijs derogatoriarum, contentis in dicta conceſſione Pauli III. Roman. conſ. 436. nu. 21. verſ. reſpondeo illud verum, Couarr. in rubr. de teſtam. par. 2. num. 19. verſ. quartum noſtræ quæſtioni propius, &c. &
346 ita in proprijs terminis regul. 8. fuit dictum in vna Cameracen. Canonicatus 4. Iulij 1578. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto. Imò cum inter clauſulas d. regul. adſit iſta; etiam quod priuilegiũ contineat, quod beneficium ſub reſeruationibus non comprehendatur; neceſſe eſt fateri, non poſſe aliquo modo tueri contrariam ſententiam, vigore clauſularum contẽtarum in dicto priuilegio; quæleſcumque ille ſint, ne plus tribuatur tacito, quàm expreſſo; contra omnes iuris regulas.

Et ſi lectorem non pigeat, patiatur quæſo liben-

Ii ter,

ter, vt subijciam aliam Rotæ decisionem in causa Primiceriatus Neapolitanæ nostræ Ecclesiæ, lunæ 3. Iulij 1595. coram Illustrissimo Blanchetto, cuius verba sunt.

Dubium an constet de iurepatronatus Dominorum de Ianuarijs, in casu de quo agitur? fuit per Dominos concorditer resolutum constare de iurepatronatus Dominorum de Ianuarijs Primiceriatus, de quo agitur, quia illud eisdem ex augumento dotis, per literas Leonis fuit reseruatum, & de augumenti huiusmodi consignatione constat; quod sufficit Abb. conf. 54. lib. 1. Rocchus de iurepatronatus in verbo, & dotauit in principio.

Non obstant deducta pro parte Promotoris fiscalis Curiæ Archiepiscopalis, & primò, quod augumentum consignatum non correspondet quantitati in literis Leonis expressæ, cum vigintiquinque ducati monetæ Regni, non æquipolleant viginti ducatis auri de Camera; quia ex relatione Reuerendissimi Nuntij apparet de contrario, quod per informationem per ipsum habitam à pluribus mercatoribus, valor vigintiquinque ducatorum monetæ Regni, tunc temporis adæquabat valorem 24. ducatorũ auri de camera. Præterea pinguis adimpletum fuit, quia cum non solum fuerit consignatus dictus census; sed proprietas terrarum, super quibus dictus census soluebatur, de illa proprietate est habenda ratio; & tanti æstimanda quanti vendi potuisset. Id quod non parui prætij futurum fuisse, ex euentu facilè iudicari potest, cum ex causa consolidationis directi dominij, cum vtili Primicerius percipiat nunc annuatim 300. ducatos ex dictis bonis pro 25. sibi assignatis.

Non obstat, quod non fuerit verificatum, fructus Primiceriatus non excessisse, tunc temporis summam 24. quia obseruantia tanti temporis releuat Ianuarios ab onere hoc probandi, vt fuit resolutum coram S. D. N. in causa Lucana Decanatus 21. Maij 1578.

Nec refragatur subreptio opposita propter omissam expressionem distributionum quotidianarum,
347 debitarum Primicerio deseruienti, quia huiusmodi distributiones nõ computantur inter fructus beneficij nec sunt de corpore fructuum ipsius, Oldrad. conf. 118. Doctores in cap. licet. & Felyn. in cap. ad aures de rescript. Chisanen decis. 39. Cæsar de Grassis decis. 5. & 9. de præbend. in nouis, & inter fructus non cõputantur in condemnationibus, nisi quando fuerunt perceptæ à capitulo iniustè denegante possessionem, vel à violento possessore, vel præcessit legitima protestatio de deseruiendo Ecclesiæ; & in his terminis procedunt allegatæ decisiones pro parte Promotoris. Præterea istæ distributiones non sunt tales, quæ retraxissent Papam à cõcedendo hoc iuspatronatus, attenta qualitate di-
348 gnitatis, & de illis saltè Papa in genere potuit cogitasse, postquàm fiebat mentio de dignitate in Ecclesia Cathedrali, & de impotentia residendi, quod sufficit ad effectum excludendi subreptionem, Cassad. decis. 12. de præbend.

Non placuit etiam Dominis obreptio, quod fuerit narratum Papæ hanc esse primam dignitatem in Ecclesia Metropolitana post Pontificalem, & tamen ex sententia Mohedani apparet esse secũdam quod sufficit, quod tunc temporis in hoc statu reperiretur, vt per sententias Putei, & Ioan. Pauli præcedentes fuit declaratum, & vlterius in visitatione, de qua in processu fol. 24. anno 1582. quia seruatur ius præeminentiæ tam Primicerio, quàm primo Diacono. vnde hæc exceptio redditur eo magis turbida, ex quo non constat; de effectu sententiæ
349 Mohedani. Oppositio de non probata descendentia à Masotto, & habitatione domus ipsius, facile tollitur, quia isti sunt hæredes eorum, qui vltimo præsentarunt; & cum non sit taxatiuè concessum iuspatronatus habitantibus in dicta domo, potius transire ad istos, etiam si sint extranei, Anchar. conf. 87. Calder. conf. 73. Ferrett. conf. 131. nu. 10. Cassador. de iurepatron. decis. 1. nu. 10. fuit resolutum coram Reuerendissimo Orielen. in vna Cremonen. iurispatron. 18. Maij 1576. & in eadem causa coram R. P. D. Decano anno 1578. & coram me in vna Firmana iurispatron. 25. Iunij 1593.

Non obstat regula Adriani, quia cum hoc beneficium non sit electiuum, ex supra deductis esse illi satisfactum satis fuit demonstratum.

Vltimo non refragatur decretum Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. §. similiter, quia cum illud iuspatronatus præcesserit vltra spatium 40. annorum publicationem Concilij, non est locus eius reuocationi; & quatenus non intraret temporis lapsus in maximum damnum Primicerij, annullatio iurispatronatus redundaret, quia si illa bona essent restituenda DD. de Ianuarijs, vt in dicto decreto cauetur, ex opulenti beneficio admodum tenue redderetur; & ex his omnibus Domini statuerunt iuspatronatus, hoc esse legitimum, & suffragari DD. de Ianuario.

His itaque decisionibus rescriptis, ad rem expedit retrogredi, vnde huc digressus sum, nempè ad consensum Episcopi, si requiratur in acquisitione iurispatronatus, & quando adhibitus cernitur, si ex dotatione, vel reparatione queratur, & nunc videndum est, quæ pacta in patronatus constitutione apponi possint, & si expressus concurrat Antistitis assensus concedens patronatum, & pacta adiungi,
350 certum est licere fundatori eam legem, eaque pacta apponere, quæ maluerit dummodo honesta, atque à iure approbata; si Borgnino Caualcano credendum est in decis. Fiuizana 87. quamuis supra, vel 11. sub rubr. de vltim. volunt. nu. 110. par. 3. & opitulantur notata per Lambert. longa serie de iurepatron. 1. par. lib. 1. q. 3. princip. & aliqua in lib. 3. artic. 8. q. 2. & artic. 16. q. 3. Illud autem, quod ab alijs scriptum memini, vt ea etiam pacta addere fas sit, quæ iuri communi contradicant, cautè intelligendum est, & cautius admittendum, licet Lambert. prodat indicata q. 11. Tu autem vtere distinctione Gratiani auctoribus multis comprobata in 3. tom. discept. forens. cap. 522. sub nu. 37. vt primo casu valeat adhuc sine Ep. scopi consensu; secundo verò si illius accedat assensus.

351 Sed cum expressa adsuit reseruatio, vel in alterum facta translatio, neque adiunctum pro se, & hæredibus, vel successoribus, licet crediderit Bertachin. minimè illud extendi ad reseruantis, siue translatarij hæredes in suo repertorio in verbo Hærus, vers. 50. in vltimis verbis; attamen contrariam sententiam inniti veritate certum est, nobisque insinuat Calder. conf.

352 Altero aũt modo, quo fieri aliquem patronũ dixi nu.

nu.333.in fine,eſt ille tranſlationis, idque vnum ex quatuor modis contingit recenſitis, per gloſam primam,& magiſtram in cap. piæ mentis,propè finem 16.q.7.nempè,per ſucceſſionem,donationem, permutationem, aut venditionem, cum vniuerſitate bonorum; & quoniam Lambert.in 2.part.ſui tract.de iurepatron.lib.1.à q.6.princip.alios multos recenſet modos,quibus de vno in alterum transferri patronatum ait; nec tamen quæſtionem illam ſpeciatim inſerit, licet ſub multis ab ipſo propoſitis quæſtionibus, fortaſſe comprehendatur, ſi ceſſione ipſa transferatur: ideò ipſe, qui vel omiſſa à Lambertino (ſi quæ ſunt) congerere concupiſco; vel ab ipſo explicata attingere, cùm aliquid nouiores ſcriptores illis addiderunt, eaque ſummis ſaltem, vt aiunt digitis recenſere,quidque vſus, & Rota receperunt.

353 Propterea inueſtigari ambiens, vtrum ne patronatus in ceſſionarium, ſimplici præcedente ceſſione tranſeat? reſpondeo me non hæſitare,ſi illud per ceſſionem tranſire poſsit; quandoquidem etiam iure ſpeciali, ſcilicet cedendo tantum iuſpatronatus tranſire poſſe, ſi Epiſcopi accedat conſenſus, non dubito, recteque defendit multis fretus iuribus,Pancirol.conſ.1.nu.50.& 52. ſicuti,& quolibet alio titulo ſingulari, cum dicto Epiſcopi conſenſu, dicit poſt alios Peregrin. conſ.87. cogitaui num.4. vol. 3. præterquam venditionis ſpeciatim iuriſpatronatus, ſtante expreſſa prohibitione iuris in cap. de iure,de iurepatronat.& dicam propè nu.354.

Sed exquiro,dicatur nè tranſlatum eo ipſo,quod generica apparet facta ceſſio? ita quod cedens nequeat amplius in tali patronatu ſe intromittere? & licet præfatus Pancirolus conetur ex adducta concluſione tueri negatiuam partem, niſi res vniuerſalis ceſſa fuerit,puta villa; nihilominus quauis generica ceſsione omnium, & quorumcumque bonorum,& iurium alienari exiſtimo; tum ex regula illa, quod in alienatione vniuerſali omnium bonorum,continetur iuſpatronatus iſtud,vt poſt alios concludit Rocchus de Curte in tract.de iurepatronat. verbo ipſe,vel is,q.22.Couarru.lib.1.variarum cap.13.num.4.& lib.2.cap.16.ſub nu.8.Tùm inſuper ex doctrina in proprijs hiſce terminis, Menoch.in conſ.401. dubitationes permultæ num. 132. vol.5.vbi alios perplures idem aſſerentes memorat, licet in venditione proprius loqui videantur,maximè Dec.conſ.127.num.2.& Lambert.in multis locis ab eo citatis; quod etiam in donatione vniuerſali omnium bonorum concluſit Rota, de qua Puteus deciſ.351. hæres inſtitutus lib.2. & adducta per Pancirolum, explicat illic Menoch. in ſola ceſſione ſingulari iuriſpatronatus facta abſque Præſulis conſenſu, & propterea non eſſe extendenda, vt ipſe num.53. extendit, ad generalem, ita quod niſi res vniuerſalis cedatur,nempè villa, & ſimilis, non intelligatur ceſſum (ſua ſententia) iuſpatronatus; quandoquidem liquet ex relatis, veriorem, quinimmo ſine dubio veram contrariam, quam firmaui reſolutionem; quam nouiſsimè reperi amplexatum eſſe eruditiſſimum Herculem Mariſcottum in ſuo perutili tract.variar. reſol. lib.2.cap.55. quo in loco hanc materiam adamuſſim explicat à verſ.ſed quæſtio eſt non contemnenda, ſub nu.5.& concludit,quod venditio,ſiuè alia ceſſio titulo vniuerſali,quæ ſit facta caſtri,hæreditatis,feudi, aut alterius rei ſimilis,cui adhæret iuſpatronatus, operetur tranſlationem iuriſpatronatus, quia talis ceſsio vniuerſalis,reſpectu rei,quæ ſub ſe vniuerſitatem continet; eſt in cauſa, vt talis vniuerſalitas non reſoluatur in ſingularitates l.1. C. de euiction. Quod ſi omnia contineat bona,iura,& actiones, id ipſum exiſtimat,ſi in dictis bonis numeretur caſtrum,villa, aut hæreditas, cui annexum reperitur iuſpatronatus; ſi verò minimè numeretur,quamuis venditio,aut ceſsio omnium ſit bonorum,& iurium,ſiuè actionum; nihilominus iuſpatronatus haud transferatur, quia potius eſſet vniuerſalitas verbalis,quã realis; & legi fieret fraus,ſi qui nil aliud,aut parum plus habens,ſub hoc prætextu vniuerſalis venditionis, omnium bonorum, & iurium venderet tale iuſpatronatus; ad corroborationem, quarum diſtinctionum multa cumulat,ac præſertim deciſ.Rotæ Romanæ coram Antonio Auguſtino 6. in manuſcriptis, quæ in deciſ. diuerſ. eſt deciſ. 152. lib.3. par.3.& alteram Littæ,in vna Lucana iuriſpatronatus 6.Nouembr. 1598. quæ recenſet caſum, in quo data erant in ſolutum omnia, & ſingula bona, cum omni iure, priuilegio, facultate, & prærogatiua, quomodocumque,& qualitercumque ſpectante,& pertinente,& nihilominus deciſum fuit iuſpatronatus trãſlatum non cenſeri,cuius Mariſcotti,& aliorum dictis contradicunt Sancius, & alij adducendi ſub nu.361. & quatenus vera intelligenda eſſent in caſu venditionis, in quo loquuntur, & ceſsionis factę ex cauſa venditionis,ratione cuius alienationem prohibet adductum cap. de iure: in alijs tamè ceſſionibus, ſiuè generalibus, ſiuè ſpecialibus, in quibus canones minimè prohibent tranſlationem patronatus, ſi accedat Præſulis conſenſus, non vtique locum habebunt,eo quia transfertur ex his,quæ ſuperius retuli,& ſuffragatur deciſ. Achill.9. de iurepatronatus.

Ex his deflectendum eſt ad eam quæſtionem, ſi vendito, aut alio quouis modo alienato fundo, vel palatio, dicatur alienatum beneficium de iurepatronatus ipſius alienantis,& exiſtens in capella ædificata intus dictum fundum; ſeu palatium; ſiquidem vendi patronatus,licèt nequeat,per adductum cap.de iure, id tamen cum nominatim alienaretur,
354 acceſſoriè enim in venditione tranſit ex Mohedano deciſ.2.nu.2.de empt.& vendit.& Io.Guttier. in tract.de iurament.confirmat.par.1.cap.42.nu.4. quin, & nominatim, in caſu Sancij, quem citamus inferius ſub num.361.

355 Reſpectu verò fundi venditi, videtur communior ſententia,& à paucis improbata,vt intelligatur tranſlatum, & hanc ſententiam tutantur præ cæteris Barthol.Brixienſ. q.venerali 18. quidam laicus, Zabarell.conſ.122.præſuppoſito nu.2. Roman.ſingul.17.ſi vendo fundum,Bart.in l.ſi mercedem §.ſi cum fundum ff. de action. empt. Berous in cap.ex literis in vltim.concl.& cap.1.nu.39.de iurepatron. & concluſerat Lambert. in 1.compilat. vt ipſemet teſtatur in art.17.lib.1.q.5.princip. par.2. quamuis in 2.impreſsione contradicat, ſub nu.4.& adſtipulatur Ioſeph. Ludouic.concluſ.42. verſ.ſed non eſt recedendum.

356 Reſpectu verò palatij venditi non comprehendatur patronatus, annuunt Innoc. Io.Andr.& Ho-

stiens. grauissimi quidem auctores in cap. ex literis de iurepatron. & Ioseph. Ludou. conclus. citata 42. vers. declaratur septimo; nihilominus in cõtrariam iuerunt alij plures numero, neque spernendi Doctores, maximè si aditus ad cappellam non pateat aliundè quàm per palatium, & præsertim Tabienna verb. iuspatronatus, nu. 13. & illic Angel. nu. 14. Armill. sub n. 7. adiungens hoc dictum esse verius, & Syluest. eod. verb. vers. quartum, sub nu. 6. quam eandem resolutionem sequitur Zabarell. in cap. ex literis, & copiosius in cap. cum secundum vers. idem dico in palatio vendito, de iurepatron. Boer. decis. 322. & præsuppono in fine, Bertazol. in tract. de clausul. instrum. claus. 26. glos. 13. sub nu. 3. & Lambert. lib. 1. par. 2. q. 5. princip. art. 18. adiungens se, ita audacter tenere, & Episcopum iudicare debere, secũdum quam sententiam, ipse semel, atque iterum defendi, & obtinui in Curia Archiepiscopali Neapolitana re maturè discussa in illa Congregatione, & auditis partibus contradicentibus, quamuis longè potentibus. Primò, quidem cum inter Tirones numerabar in anno 1590. die 2. Martij, ita obtinui in gratiam amicissimi Hieronymi Pisani tunc mei concanonici in Cathedrali Neapolitana, & deinde me Romæ degente, & pro ipso supplicante, assumpti ad Episcopatum S. Marci, Is inquam tunc præsentatus ad Rectoriam Sanctorum Renati, Dionysij, & Maximi, intus cappellam constructam in palatio Scipionis Pignatelli, Marchionis Terræ Lauri, qui causam habens à Domina Purtia Cantelma Carrafa, Marchionissa Montis Sarchij, assistentiam obtinente pro suis dotibus, & adiudicationem dicti palatij, quod deinde ab illa fuit dono datum Ioanni Francisco Iosepho Cantelmo fratri germano, ex quo ad alias peruenit manus, & tandem ad ipsum Scipionem Marchionem; ad quem propterea pertinere dictum beneficium decisum apparet sententia eiusdem Congregationis, de qua in fol. 58. dicti processus, & propterea institutis præfatus Hieronymus ab eo præsentatus, & iterum de mense Ianuarij anni 1606. ad fauorem clerici Ianuarij Pinti præsentati, ad Cappellaniam, seù beneficium in cappella S. Mariæ de Gratia constructa intus palatium Cæsaris Marchionis Miraballi, ab illo paucis antea mensibus venditum, Consulibus artis lanæ, qui eundem clericum nominarunt.

357 Sed in conductorem castri, aut villæ, vbi est patronatus, deueniat ne patronatus? & pro responsione recordor annuere textum in cap. ex literis de iurepatron. quo sancitur transire in conductorem villæ datæ ad firmam, verùm Paulus Castrensis negat in cons. 262. venerabilis vir, vol. 1. & dicto textui respondet, ipsumque procedere ait num. 2. vbi translatum est vtile dominium, scilicet cum datur in feudum, aut emphyteusim; explicans illud verbum ad firmam, de emphyteusi, & hæc Castrens. opinio iudicatur communis, teste Roccho Curtio in verbo ipse, vel is, à quo, in 26. quæst. propè nu. 58. & Lambert. artic. 2. q. 8. princip. par. 1. lib. 1. quamuis Abb. super eodem cap. ex literis nu. 5. distinctione vtens, affirmet priorem sententiam veriorem, quoties locatio ad longum tempus facta cernitur; posteriorem verò si ad modicum, eandemque postmodum tacito Abbate, scripsit distinctionem Gabalinus milleloq. 145. ius præsentandi nu. 3. par. 1. insequiturque Spino in suo specul. testamen. glos. 4. nu. 119. & Palat. Ruuius in repet. cap. per vestras §. 43. col. 3. namque verba illa ad firmam, non est dubium, quin ab omnibus explicentur, hoc est, ad affictum, siuè pensionem, & maximè à glosa immarginea in cap. 2. de locato, Bart. in l. 1. nu. 8. C. de iure emphyt. ibi, quidam appellant eam ad firmam, quidam appellant eam ad pensionem, & vltra præcitatos videdus est Hostiens. indicato cap. 2. sub nu. 2.

358 Est tamen verùm controuerti, de qua pensione intelligatur, an scilicet de ea sola, quę sit ad longum tempus, an etiam de altera, quæ ad breuius tempus concessa fuit, & quia citata glosa, inquit, dicti contractus exemplum poni in cap. quærelam, ne Prælat. vices suas, & ita dicat etiam Hostiens. illeque text. cum de affictu, & locatione ad septennium verba faciat, quale tempus longum á Iuristis minimè reputatur; ideó in eam fortasse sententiam deflecti potest, vt contractus iste ad firmam de quacumque locatione, & affictu concessio, quamuis breui intelligatur, eaque propter dispositio adducti cap. ex literis, militet etiam, vbi castrum, seu villa locata fuit ad modicum tempus, atque ideò illius conductor tanquam patronus beneficij existentis in eodem castro, valeat præsentare si illius vacatio contingat in tempore conductionis, licet Petr. Barbos. contradicat in l. diuortio §. si vir nu. 58. ff. solut. matrim. cúm auctoribus ab ipso relatis, necnon Spino in specul. testam. glos. 5. nu. 119. & 120.

359 Quod si pignori data fuerit, adhuc contenditur, si patronatus transierit, propterea quod Abb. adducto cap. ex literis nu. 5. sententiam insequitur negatiuam, vna cum glos. 1. super illo textu, fauetque altera, & finalis, adiungens rationes in cap. cum Bertoldus de re iudic. quibus videtur contradicere Hierony. de Cauagl q. 740. si vniuersitas, & adducit text. pro dicta cõtradicente opinione in l. eleganter §. fin. ff. de pign. act. & l. 9. tit. 15. par. 1. vbi idipsum affirmare Gregor. addit in verb. empeñando.

360 Aliud, & non exiguum perspicio super hac re dubium, si in sequestrum, & annuunt Innoc. in cap. examinata de iudic. & illic Imol. num. 11. Barb. nu. 68. Paul. de Eleazar. Card. Flor. & alij in clem. vnic. de sequestr. possess. & fruct. Felyn. indicato cap. cum Bertoldus nu. 29. Rocch. Curt. citato vers. ipse, vel is, á quo nu. 71. q. 32. Io de Selua tract. de benefic. 2. par. q. 9. nu. 1. atque Franc. Marc. decis. 4. quæritur an sequester, nu. 1. par. 1. ea præsertim ratione, quia sequester possessionem regulariter habet, & administrationem rerum sequestratarum, clement. vnic. de sequestr. possess. & fruct. verùm negatiuam defendere nituntur in eod. cap. examinata, Hostiens. à nu. 3. Abb. num. 15. & Corsetus, qui hanc dicit communem opinionem in vers. successiuè quæritur; amplexaturque Cauaglios citata q. 740. à nu. 3. adnectens ipsam esse magis veram, atque receptam; pro qua multa præterea congerit relatus Gregorius in citata l. 9. verbo empeñando; adducuntque rationem illam, quod ius præsentandi, ad illum pertinet, qui proprietatem, aut possessionem habet iurispatronatus; sed sequester nullum prædictorum habet, neque possessionem, at solum nudum ministerium; ideò in ipsum haud transire iuspatronatus aiunt; quæ ratio improbãda videtur ob assertionem illam, qua omnes legiti-

legitimam retinentes adminiſtrationem fructuum præſentare poſſe, tradunt Innocent. Hoſtienſ. Abb. aliique communiter in cap. examinata, de iudic. & quidem ratione illa, quod præſentatio inter fructus numeratur ex relatis alibi, & Mantica deciſ. 140. nu. 5. qua inſuper aſſertione, & nos adducti Curatorem datum hæreditati iacenti admitti ad præſentandum credimus, cum dictam habeat adminiſtrationem, teſte Anna conſ. 108. Oſaſc. deciſ. 33. num. 21. & alij Auctores; quin, & inuentarium, vt tutor conficere teneatur, Capyc. deciſ. 87. ſub nu. 3. & Gail. obſeru. 130. nu. 5. Quam eandem, cum œconomus habeat adminiſtrationem ex recenſitis à nobis rubr. 7. cap. 6. ſub nu. 96. & Mantica deciſ. 107. nimirum ſi, & idem ius præſentandi illi competere cenſuimus, cum interrogati ita reſpondimus, & vtrique conclusioni fauent, quæ Gemin. ſcripſit in cap. nemo deinceps, ſub nu. 10. de elect. non quidem aſſumptũ illud, de commẽdatario ad quem ſpectare ius iſtud nominandi probat, cum indicato nu. 96. firmauerim validiori iure foueri Commendatarium, ipſo œconomo; ſed rationibus, & ſimilibus, quibus ad illud concludendum impellitur, quæ allatis caſibus vtique proſiint, illa potiſſimum, cum oppoſitioni de vſufructuario non valente ponere alium in re, cuius vſufructu potitur, duraturum ad tempus expleti vſusfructus, per l. ſi quis domum §. 1. reſpondet, memoratæ legis diſpoſitionẽ prodiiſſe ex eo, quod ille ſufficiebatur ad ipſius fructuarij commodum, & vtilitatem, nimirum ſi extincto vſufructu, & illius ſubrogatio ceſſabat: cuius contrarium in caſu iſto, in quo Eccleſiæ commodum verſari ait; addimus ſubſequẽtia eiuſdem Gemin. verba, hanc partem videri benigniorem, & veriorem, vt neceſſitati Eccleſiæ conſulatur, & quia nominans licitè percipit fructus Eccleſiæ, & nomine Eccleſiæ, ideoque cum præſentationem minimè faciat nomine proprio, ſed Eccleſiæ, & illa ſit in fructu, non dicatur prohibitus eam facere, at citius tutè poſſit; Præterea ambabus concluſionibus opitulantur, adducta per Carroc. tract. de depoſ. q. 27. Quin, & altera itidem valida ratio, quod alioqui, vel dicendum eſſet nullum currere tempus ad præſentandum, & expectandam prouiſionem beneficiati, vel currere, & dilata prouiſione vltra tempus quatuor menſium deuolui patronatus collationem ad proximum ſuperiorem. Primum quippè inconueniens contineret illud diuturnæ vacationis Eccleſiæ à iure vetitum in cap. 1. & 2. de iurepatron. cui vt obuiaretur reſtrictum reperiri tempus ad quatuor menſes laicis patronis, ſex verò Eccleſiaſticis, teſtatur Menoch. conſ. 122. Alterum verò operaretur punitionem abſque delicto, etenim Eccleſia eo caſu ſpoliaretur iure præſentandi, nulla præcedente culpa, quin, & ſacris contradiceret canonibus, inducentibus deuolutionem ob patroni moram in tempore non nominantis, & quando vtrumque malum eſſet, minus autem ex iuris regula eligendum foret, vtique ſatius eſſet, œconomo cõcedere ius præſentandi, necnon Curatori hęreditatis iacentis, quàm vel dilatare tempus ad prouiſionem vſque beneficiati, vel pati ad ſuperiorem deuolui prouiſionem ipſam patronatus, nulla præcedente culpa, aut mora.

361 In feudatarium autem transire non dubitatur, ſi villa, aut caſtrum infeudetur, licet ſpeciatim infeudari iuſpatronatus interdicatur, ſicuti rectè probat Ludodic. Roman. conſ. 368. præſens conſultatio, & Lambert. art. 29. nu. 35. q. 2. par. 2. lib. 1. ita quod ſi alienetur Vniuerſitas, in qua adeſt patronatus, & nominatim in illius diſtractione mentio fiat patronatus, ſit prorſus inualida venditio reſpectu patronatus, vt illic Roman. poſt nu. 1. aduertit, fulctus auctoritate Io. Andr. in cap. 1. de iurepatr. in 6. Dec. in cap. quanto de iudic. verſ. prædicta concluſio nu. 38. conueniunt, quæ ſcribit Rocchus adducto verſ. q. 25. à nu. 46. & Lambert. d. art. 20. q. 5. par. 2. lib. 1. At Sâcius diſtinctione vtitur, quod ſcilicet, vel ſit alienatio rei vniuerſalis, addita mentione patronatus, dicendo, & iuſpatronatus, vel dicendo, & cum iurepatronatus, & priori caſu non tranſire in emptorem, vtique verò in poſteriori, dicit in ſuo opere morali lib. 2. cap. 19. ſub nu. 12.

362 Ad maritum verò, & fructuarium vniuerſitatis bonorum tranſire, ſcribit Rocch. Curt. in verſ. ipſe, vel is, à quo, in q. 28. à n. 62. aſſentitur in vtroque caſu Molin. de primog. hiſpan. cap. mihi 24. nu. 3. & 4. Spino in patronatu exiſtente in bonis datis in dotem, loquens, in ſpecul. teſtam. gloſ. 4. num. 113. & Bacca in tract. de dotib. art. 6. nu. 1. ſed negat, tum in fructuarium ſimplicem, tum in maritum, Paul. Picus latè defendens in repet. §. Titia cum nubet, & §. Titia q. 39. ff. de legat. 2. illudq; de marito admittit Abbas, quia vxori remanere, ſcripſit in cap. fin. de conceſſ. prębend. & vtrumque dictum amplexatur Gaball. milleloq. 145. nu. 2. reſtringens tamen, niſi adhereret caſtro, vel fundo dato in dotem, D. Antonin. 2. par. tit. 1. cap. 5. §. 24. Spino eadem gloſ. 4. nu. 112. qui propterea ſcripſit hoc caſu concurrentibus marito, & vxore in præſentatione præferendum præſentatum ab vxore per Abb. in cap. fin. ſub nu. 8. de conceſſ. præb. & Rot. Roman. deciſ. 10. fuit dubitatum, de iurepatron. in nouis. Dec. in l. fœminæ nu. 47. de regul. iur. Molin. cap. 24. nu. 32. lib. 1. de primogen. hiſpan. & concinit Bacca tract. de dote art. 6. nu. 1. cum ſeq. vbi longa ſerie de patronatu in dotem dato, verba facit, ſed lector videre, ne omittat Petr. Barboſ. in l. diuortio §. ſi vir à nu. 56. ff. ſolut. matrim. quia auctores multos vtriuſque ſententiæ recenſet, ac demum ſuam profert, nouiſſimeque ampliſſimus Cardinalis Mantica, de tacit. & ambigu. conuent. lib. 12. tit. 30. vbi à num. 20. huius quæſtionis veritatem inquirit, Doctores nedum vtriuſque ſententiæ commemorando, ſed rationes, ac poſtremò defendit ſententiam Rotæ, & validè ni fallor reiicit in contrarium adducta. In vſufructuarium verò omnium bonorum tranſire, dixit Rota in Alexandrina beneficij 29. Martij 1590. coram Mantica, & Molina d. cap. 24. nu. 4.

263 Quid verò dicendum ſit vbicumque patronus ingrediatur Monaſterium? breuibus vtens verbis reſpondeo illud in Monaſterium tranſire, eiuſque nomine faciẽdam eſſe præſentationem, non autem Monaci, neque ab illo, iuxta deciſionem Rotalem coram Seraphino, atque inter deciſiones illius, eſt deciſ. 1328. nu. 1. & 1361. nu. 4. par. 2.

264 Et quod attinet ad fideicommiſſarium generalem, Bart. reſpondet negatiuè in l. quia perinde, ſeu quia reſtituta ff. ad trebell. & ibidem Nicol. de Neapol. Alex. in l. ſi patroni ff. adducto tit. ac conſ. 73. in cauſa, & lite vol. 7. videndus eſt etiam Guid.

Pap.q.507.cum addit. & Couarr.lib.2.variar.resolut.cap.18.nu.8.Ripa in l.Centurio num.54.ff.de vulg. & pupill. substit. & post alios multos Peregr. conf.34. io hac causa nu.20. lib.1. & conf.11. laudi verba vol.4. ac cæteris abundantius Molina eodem cap.24.à nu.5.

365 Verùm in alienationibus quando requiratur Episcopi consensus, vt iuspatronatus etiam censeatur, & validè alienatum? & quia consensum Episcopi omninò adhibendum esse, dicit text. in cap. quod autem, iuncto cap.illud, de iurepatron. rationesque addit Lambert.in 4.artic.q.1.princip.par.2. libr. 1. cuius scripta videre oportet, quia assensus, quando venit præstandus, sunt primitus verificanda, quæ ipse illic pro rationibus scribit, ideò sciendum est, quando sanctio citatorum capitum subsistere intelligatur, & quidem, non in omni alienatione, neque semper venit interponendus præfatus assensus: etenim cum non alienatur explicitè, neque nominatim, at sub generica tantum distractione comprehenditur: nullus accedere debet consensus, iuxta notata per eundem Lambert.in artic.2. & alibi pluribi; verum cum speciatim, & de per se principaliter transfertur, siuè ex contractu inter viuos, siuè ex vltima voluntate, præterquam si in fauorem Ecclesiæ, vt idem Lambert. probat eodem art.2. à nu.3.

366 Qui prætereà assensus, adhibendus est etiam si donatio fieret iuris præsentandi, retento patronatu
367 apud donantem: cuiusmodi donationem (in primis, scire conuenit) fieri posse, & præfato accedente Pręsulis assensu subsistere; vt post Rocchum indicato vers.ipse, vel is, à quo q. 18. Dec.conf.541. scriptum reliquit, Roland.á Valla conf.47. visis iuribus num.47.vol.1. Siquidem hæc duo separari, & vnum ab altero seiungi posse non dubitatur, ita quod patronatus sit vnius, & præsentandi ius alterius, si oamque quotidie inspicimus petitorium residere penes vnum; possessorium verò penes alium: certè cum iuspatronatus respiciat petitorium; ac ius præsentandi possessorium, teste Francho in cap.vnico num.5. de iurepatronat. in sexto, Cassador.decis.2.fama regulariter, sub num.3.de probation. vtique sequela illa inde depromitur, quam mox firmaui, vt iuspatronatus apud vnum, ius verò præsentandi apud alterum extare possit, & proptereà probato iure pręsentandi apud aliquem, non licere ex eo inferre ad illam illationem, ergo ipsius est patronatus, & è contra, per Rotam decis. 1178. Prosper lib.3.par.3.diuersor.cum alia ex ratione potuerit contingere, quod ad ipsum deuenerit dictum ius præsentandi, præterquam ex iurepatronatus, vt optimè insinuat Rocchus in verbo competens quæst. 25. num. 57. cum sequ. & Lambert.lib.1.par.1.quæst.10.princip.artic.8. à num.2. & illud præ cæteris adduci exemplum commodè poterit, ni fallor, quod de Parrochianis nominantibus suum Rectorem, scribit Hieronym.Genzal. super 8.Regula Cancellariæ glos.18.à nu.90.

368 Altero prætereà in casu, donatarius minimé indiget iam dicto assensu, si is compatronus sit; eo quod valida citra dubium est talis donatio, spreto Antistitis consensu, idque Abb.edocet in cap.ex insinuatione nu. 4 de iurepatronat. & Rota definiuit, in vna Salernit. relata per Caputaq. decis. 284. donatio par.1.& decis.131.vers.pro ea, quod Diœcesani, par.2. nu.4.

369 Quinimmo, & posse compatronos inter se conuentiones, permutationes, nedum donationes, & cessiones facere absque tali consensu, scripsit Gail. in repetit.cap.fin.col.37.de elect.in sexto, & eum sequutus Peregrin.conf.87. cogitaui num.6. vol.3. & expressus textus comprobat sub his verbis; & vt facilius prouideatur Ecclesijs, non inconueniens reputamus, patronos ipsos posse inter se liberè conuenire de Rectore alternis vicibus præsentando, in clem.2.de iurepatron. vbi glos.in vers.liberè, illud declarat aduerbium, idest sine Superioris auctoritate, & illic omnes admittunt, & communiter insequi Doctores, attestatur Hieronym.Gonzal.in citata regul.8.glos.45.6.1. nu.58.

370 Filio veró compatroni si donetur, oporteret cócurrere consensum, determinauitque eadem Rota, cuius meminit idem Caputaqu. relatis in locis, quia filius in vita parentis, qui est patronus, non reputatur compatronus, ex eodem Curtio in versic. competens q.7.propè nu.19. Gratian.tom.3.disceptat.forens.cap.577.nu.38. & cap.521. nu.24. conueniunt, quæ ipse scripsi in rubr. de tit. ordinand. cap.5.sub num.3. Ex quibus, & alijs multis censuit eadem Rota, non licere filio præsentare ad beneficium, viuente genitore; cuius fidelissimus est testis Caputaq.decis.363.præsentare par.2.

371 Et quoniam omni tempore iste consensus accedere queit, pro validitate actus, siuè in ipso contractu interueniat, siuè antecedat, siuè subsequatur, vt aiunt Bald. in sua Margarita, verbo differunt. Innocent.in cap.dudum nu.3. de reb.eccles.alien. vel non, Cassad. decis.2. Cardinalis num.8. & decis.3. confirmauerat nu.3.de renunciat.Sarnen.regula de infirm.resignant.q.26 num.3.Mandos.ad regulam de impetrant. benefic. vacant. per obitum q.31.num.2. quin de consensu subsequenti actum, probat text. in l.si fundus §. 1. ff. de pignor. & cap. consuetudinis, ibique Innocent.Anton. & Imola de consuetud. Bartol. in l. si quis mihi bona §. iussu vers.quandoque lex, & Alexand.vers.adde ff.de acquir.hæredit. & communis est opinio, teste Iasone inibi nu. 41. & Mandosio adducta regula de impetrant. q.17. nu.6. Ideò præstari etiam proculdubio posse in donatione iurispatronatus, post stipulatam, & perfectam donationem dicendum est, aitque speciatim Mantica, subdens id adeó verum, vt procedat etiam si medio tempore alia intercessisset eiusdem patronatus donatio in decis. 86. proposui nu.7. vbi verò donationi posteriori impartitus fuerit assensus à Præsule, valida quidem esset donatio ipsa, exclusa præcedéti, cum ante petitionem assensus secundę donationis, & illius concessionem, haud fuerit petitum concedi anteriori, vt tenuit Rota coram eodem Mantica in ead.decis.86. à nu.8.

372 Tametsi ardua semper visa fuerit quæstio, an etiam post mortem donantis cócedi valeat, & præiudicet hæredibus? & complures de consensu, generatim loquentes, licet non expressè de patronatu, negatiuam insequuntur sententiam, & aiunt mortuo donante, & disponente, haud fas esse, consensum dare, & tunc præstitum, minimè obesse illius successoribus, præsertim Afflict. decis.335. pro decisione nu.14. Corbul.in tract.de iure emphy. in rubr.

rubr. de cauſ. priuil. ob alien. irrequ. Dño factam limit. 13. nu. 8. & 9. Tuſchus concl. 750. lit. C. nu. 8. vol. 2. & videtur inhærere Ruin. conſ. 108. in cauſa, & lite, ſub nu. 6. lib. 5. & in his terminis Camerar. in repet. capit. Imperialem propè finem, verſic. Sed huic concluſioni, de prohib. feud. alienat. per Federic. Surdus licet non figat pedes conſil. 382. non Iure, circa num. 73. volum. 3. & citatus Afflict. eadem deciſ. ſub num. 14.

Verum contradicentem ſententiam in hac ſpecie, vt concedi poſſit etiam poſt interitum donantis, & eo tempore impartitus, ſit adeò validus, quod præſentatus poſtea á donatario præferatur præſentato á donantis hærede, ſuſtinet intrepidè Gayll. in repet. capit. fin. col. 39. de elect. in 6. Puteus (licet ab aliquibus recentioribus, corrupte citetur in contrariam ſententiam, hanc tamen re vera, & expreſsè firmat) in deciſ. 16. quarta Maij num. 2. lib. 2. & opitulantur quæ ſcribit Soccin. Iunior conſil. 79. perſpectis omnibus volum. 2. dum ab hæredibus reuocari donationem Iuriſpatronatus defendit, nō poſſe; quin, & propè num. 37. tametſi his vtatur verbis; ſcilicet: & licet fortè illla donatio non fuerit valida, & efficax, niſi tempore præſtiti conſenſus per Reuerendiſſimum Epiſcopum; & non trahatur retro dictus conſenſus, vt quidam dicunt: tamen poſito eo pro vero, ſine præiudicio veritatis, quia viuebat donator, conſenſus trahitur ad tempus donationis; quod ſi deceſſiſſet, fortè aliud dici poſſet. Ex quibus verbis ſcligitur primò donationem non eſſe validam, ideſt non ſortiri effectum niſi poſt conſenſum, quod nos minimè negamus, neq; id obſtat concluſioni, cuius in præſentia quæſtio eſt. Secundo deſumitur ne trahatur retro, quod inſuper concludere videtur Rocchus de Curte, in verſic. Pro eo, ſub num. 18. quorum ſententia ſi verior altera contraria iudicanda eſſet, (pro vt negamus ex deductis antea) nihilominus ſupradictæ reſolutioni, non refragaretur; propterea quod licet aſſenſus iſte validaret donationem ab eo die, quo interpoſitus fuit, ex dictorum ſententia, id quidem operaretur, vt ſi interea contingeret vacare beneficium antequam Epiſcopus cōſentiret donationi; eſſet ad illud præſentandus aliquis à donante, non autem á donatario, iuxta prædictam deciſionem Putei 16. Non quidem vt prædicta donatio ſit interdum penitus inualida, niſi fuerit valeat ab eodem donante reuocata tacite, aut expreſſe; ob idque non immeritò Cardin. & alij relati ab eodem Roccho Curtio indicato num. 18. firmarunt donationem patronatus, à prædicto donatario alteri factam, eſſe validam, ſtatim ac prior donatio roborata fuerit Epiſcopi aſſenſu. Tertio colligitur ex adductis verbis Soccini Iunioris, quód etiam in eó caſu, ſi ſit preſtandus poſtquàm obierit donans, ipſe non deflectit in negatiuam ſententiam, quin potius in affirmatiuam, tùm propter illa verba, vt quidam dicunt, tùm propter alia, tamen poſito eo pro vero, ſine præiudicio veritatis; tùm demum propter illa, fortè aliud dici poſſet: quare hanc ſententiam affirmatiuam amplexandam cenſeo, quam Rota etiam inſequuta eſt in deciſ. 287. Quidam laicus, ſiué 13. de Iurepatron. in nouis, & rurſus de anno 1609. in vna Pientina beneficij coram Domino Coccino, eamq; inſequitur Pariſ. conſil. 144. ſcripſeram num. 7. volum. 4. expreſſeque tenet Maxilla, qui longo ſermone diſcutit, contrariaſque recenſet opiniones, ac rationes, quibus Rota fulcitur in illa deciſ. 13. eaſq; præponderare aliis à Panormit. in contrarium adductis, reſoluit, ſuper conſuetudine Barenſi, rubr. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. Eccleſias, & ſuppetunt notata per Dec. conſil. 639. viſa conſultatione numero 3. Rocchum Curtium de Iurepatron. in verbo pro eo quod de Diœceſani ſub num. 9. Roland. à Valla conſil. 47. viſis Iuribus, ſub num. 48. vol. 1. atque Hieronymum Gonzalem alios perplures coaceruantem ſuper 8. Regula Cancell. gloſa 47. nu. 33. qui de conſenſu præſtito, longo tempore poſt donationem patronatus, aiunt illius intuitu, validari donationem patronatus; & adducuntur deciſione Rotali 13. cuius ſuperius memini, & ſi eorum ſententia intelligenda eſt iuxta doctrinas ab ipſis relatas, & conſequenter iuxta terminos præfatæ deciſionis, itaque approbant illam in caſu aſſenſus conceſſi poſt interitum donātis, alioquin reieciſſent reſolutionem, in ea ſtatutam, ex his, quæ in ſimili tradit Surdus dicto conſ. 382. poſt num. 89. Præterea nolo te latere doctrinam Zabarell. in capit. cum ſeculum quæſt. 6. de Iurepatron. cuius verba ſuſcribere duxi, vt illis rectè penſatis, ſcruteris in quam ille propendat reſolutionem, & ſunt. ſexto quæro circa hoc, ſi antequam Epiſcopus approbet legatum Iuriſpatronatus, Eccleſia vacet, an legatarius poſſit præſentare, an verò hæres, & reſpondit expectandam eſſe approbationem, quæ retrotrahitur; & ſic legatarius præſentabit ſub ſpe futuræ approbationis; commendatq; Rocch. & reliqui omnes, qui conſenſum retrotrahi ad tempus geſti actus, ſuper quo præſtatur; eumquè operari effectum non ex nunc, ſed ex tunc, & præſertim ipſemet Zabarell. conſil. 62. ſingillatim numero 3.

373 Adſtipulatur optimum ſimile de feudo alienato, vt valeat, aſſenſus poſt mortem alienantis ſuperueniens, quæ quidem concluſio, licet à multis controuertatur reſpectu feudi, ex pacto, & prouidentia; In hæreditario tamen (veluti patronatus eſt) majori Doctorum calculo probatur, teſte Corbulio adducta limit. 13. poſt num. 9. alioqui ſequeretur ex ſententia Iulij Clari in §. donatio, quæſt. 13. ſub num. 4. maximum abſurdum, vt hæres qui defuncti perſonam præportat, illius facto contradicere poſſet aduerſus Iuris ſanctionem in l. cum à matre C. de rei vendic. l. ex qua perſona ff. de regul. Iuris, idq; adeo, quod ſi de re propria eiuſdem hæredis diſpoſuerit, teneatur exequi, dum hæreditatem adiuit l. hæredum. C de fideicomm. §. non ſolum inſtiut. de legat. Menoch. conſil. 89. non leuis á num. 49 lib. 1. Burſat. conſil. 3. Dubijs numero 33. lib. 1. Lanarius conſ. 60. & Alexand. Raudenſ. deciſ. Piſana 19. in cauſis vertentibus, numero 32.

374 Nequè obſtare videtur ratio quorumdam, quod tunc res non videtur integra, ſiquidem rem integrám dici poſſe ſuadeo: tum ex eo, quod non prohibetur ſtare, quicquid immutatum non fuit l. ſancimus C. de teſtam. ita quod non videatur mutatá illius voluntas; ſicuti neq; perſona; etenim quando fingitur, aliquem eſſe vnam eandemque perſonam

nam cum eo, qui actum gessit (vt est hæres iuxta §. primum in auth. de Iure iurand. à moriente præstir.) tunc ratificatio actus fieri potest etiam re integra; quia cum censeatur eadem persona, videtur res integra; ex quo per ipsum impediri, aut reuocari nequit, ex Bart. in l. bonorum numero ff. rem ratam haberi; & illic amplexatur Castrens. atque Bal. in Lordo in fine C. de exequut. rei iudic. & tertius propterea haud existimatus quisquis à contrahente causam habet. per Alciat. consil. 236. num. 4. qua potissimum ratione Berous consil. 73. num. 24. lib. 1. in eam deflexit sententiam, vt assensus super feudo possit dari, in præiudicium hæredis post mortem testatoris, quam profectò sententiam semper reputaui de iure veriorem; tum ex prædictis auctoritatibus, & rationibus; tum ex altera, quod si donans, & donatarius sunt correlatiui, ex copiosè notatis à me ipso in 2. par. huius diuersorij rubr. de priuileg. cleric. capit. 2. numero; itaque de vno quod dicitur, de altero censeri debet; per ea quæ inibi cumulaui; sed donationem alicui factam, vel venditionem, ad eius hæredes transire, & in eos sortiri effectum certum est, per adducta ab Alciato cons. 121. placet conclusio lib. 8. ita, & respectu hæredis donantis validam esse, quin sic iudicandum non dubito, maximè his nostris temporibus, in quibus iuramentum solet passim addi in stipulationibus, & donationibus; quare licet controuersia sit, & alibi à me explicata, si valeat reuocatio: Attamen omnium consensu probatur, quod quamuis subsistat reuocatio, nihilominus mortifero cómacularetur peccato; Quamobrem non est credendum donantem voluisse, præsertim moriendo recedere à donatione, & peccare; sed potius in ea velle perdurare; tum quia Regulariter peccatum non præsumitur: tùm maxime in moriente; qui à Iure non creditur immemor salutis æternæ, vt omnes clamant.

375 Sed qui ad beneficium præsentare volunt; ab ipsis minimè erectum, in primis coguntur verificare modum, quo in ipsos transiisse prætendunt, & si eorum intentionem fundant in ascendentibus;

376 eorum erit onus docere de filiatione, & legitima descendentia, iuxta decis. 11. Borgnini Caual. número 101. par. 3. & expressè inquiunt etiam Aret. consil. 321. & si ex his num. 9. volum. 4. qui id ipsum faciendum esse adiungunt, si patronatus Ius, sit antiquum; quia non ob id releuantur á toto onere probandi, licet leuioribus tunc vtendum probationibus adnectant, & Cephalus cons. 137. nu. 45. lib. 1. ita quod sola fama, ac voce vel alijs consimilibus se tueri posse, dicat Menoch. in loco citato. Nec vellem à lectoribus paruipendi alteram eiusdem Borgnini decisionem, scilicet X. sequendo ordinem num. 44. par. 3. quandoquidem indigentem instruit super his, quæ probanda, & articulanda sunt ad verificandam descendentiam, & illa satis

377 etiam proderunt ad affinitatem deductam probandam causa impediendi matrimonia; etenim dubitatum valdè fuit vtrumne sit affinitas ipsa, & parentela in specie verificanda per gradus; & ex illis, atque ex glosa insigni, laté super hac quæstione agente, liquet oportere, quinimmò, & probanda consanguinitas ex vtroque latere; & singuli gradus distinctè, & clarè, nec non proprijs nominibus recensendæ personæ omnes, vel saltem sufficienti circumloquutione indicandæ; iuxta glosam primam, & inibi Doctores iu cap. de parentela el 2. 35. quæst. 6. quæ præterea ad tertie teneri testes affirmare, se vidisse personas memoratas, se pro consanguineis habuisse, per cap. licet el 2. de testibus cætera autem quæ dicta glosa admonet in quæstione præfata, & hic incidenter delibata, prætereo, relegans lectorem ad illam, atque ad prædictam Borgnini decisionem. Ad rem igitur rediens

378 aduertendum moneo tunc solam descendentiam demonstrandam, cum Iuspatronatus familiare apparet, alioquin oporteret etiam docere se hæredem, per ea, quæ notat Guid. Papeus, & inibi Ranchin. decis. 507. dicit Innocent. & ratio videtur, quia patronatus transit ad hæredes etiam extraneos, nisi aliud sit in ipsa fundatione sancitum, ex Bald. in l. secunda C. de in Ius vocando, & Francisc. Marco decis. 1133. quæritur super fundatione num. 8. & iterum decis. 1135. quæritur an Iuspatronatus num. 1. par. 1. succurrit glosa in cap. cum seculum de Iurepatronat., & inibi Ioan. Andr. & Abb. & decisio Blanchetti relata sub num. 349. quæ etiam probat verificari descendentia eo ipso, quod est probatum se hæredem esse vltimi præsentantis, immò qui fuerit in quasi possessione præsentandi, descédentiam probare non arctatur, Crescent. decis. 9. de Iurepatron. & Seraphin. decis. 1334.

379 Sed quo modo isti succedant videndum superest, & vera est fine difficultate responsio eos insolidum succedere non autem pro portione hæreditatis, ex glos. in cap. piæ mentis 16. quæst. 7. in cap. 1. de Iurepatronat. Hostiens. Innoc. Butrius. Cardin. Abb. & quotquot scripsere, nec non Præses de Franch. decis. 85. Monasterium Montis Oliu. atque Peregrin. consil. 34. in hac causa num. 2. vol. 1. subdens num. 19. istud Ius deuolui ad hæredes, non vti hæredes, sed quia hæredes, itaque quia hæres succedit, vt alius quicumque hæres, licet in maiori summa; quod si vti hæres succederet pro portione, in qua est hæres, adeo quod nec vni ex hæredibus assignari posset, vt ait Rocchus Curtius quem sequitur Lambert artic. 2. quæst. 2. par. 2. lib. 1. quare Ioan. Andr. & Abb. post Goffredum tenuerunt in cap. quærimoniam de Iurepatron. neque in diuisionibus licere illud dare vni ex hæredibus, & remitti, & comprobat Peregrin. consil. 87. cogitaui, vers. item necesse, sub num. 4. volum. 3.

380 Ex quibus conuincimur quod vbicumque alter ex fratribus obierit admittitur nepos ad præsentandum simul cum patruo, iuxta decis. Francisci Marci 1133. quæritur super fundatione à num. 6. par. 1. idque fit ratione repræsentationis, in qua re præter auctoritates ab ipso Francisco Marco adductas, videre confert, quæ cumulat Hieronymus Laurentius decis. Auenionen. 37. Nobilis Bartholomæus á num. 12. dum à num. 6. proposuerat nec nè in fideicommisso Aui succedat nepos vna cum Patruo. Alios insuper adducit, insequiturq; Gratian. tomo 3. Disceptat. Forens. cap. 521. num. 16. Valasc. de emphyt. quæst. 50. num. 10. & Spin. de

381 testam. glos. 4. num. 56. te autem latere nolo hanc repræsentationem ex quadam Iuris fictione prouenire, vt dicit Azeueda ad V. nouæ recollectionis, tit. 9. l. 3. vers. item quia sub num. 8. & Martinus Monte-

Monterus decif. Aragonenfi 36. Multa à nobis,
num. 46. In qua decif. eam explicat quæftionem,
382 & refoluit, ne aduocatus vincentis, recta via pro
fuo honorario agere queat aduerfus victum con-
demnatum in expenfis, in qua eadem re, antea de-
cif. 14. incipiente, ex facto tractauerat alia perplura
quò ad iftud falarium aduocatorum. Illudque præ-
383 fertim fi aduocatus in propria caufa exigere ab
aduerfario in expenfis damnato pofsit, quas ipfe
fecifſet, fi alium affumpfiffet patronum, aut fi con
duxerit, illeque recufauerit falarium, gratisq; præ-
ftitiffet patrocinium, in quibus etiam dubijs, aliqua
me tetigiffe recordor in ritu 1111. Curiæ Archiep.
Neapol. num. 12. quæ fic incidenter relata, nollem
in caufa effe, vt à lectoribus redarguar, quod ad
externa deflexerim; Mifertus namque fum aduo-
catorum, è quorum numero Dei munificentia
profilui; & expertus fum multis annis, quam gra-
ue fit munus, vbi debitè expleatur, quamque peri-
culofum pro anima fi neceffario labori, & diligen-
tijs parcatur. Neque eum excufo, qui multis clien-
tibus abundans, non poffe omnibus, vt par effet in-
feruire, affirmaret, compelleretur namque fuper-
abundantes recufare.
384 In computatione autem patronorum, & vocum
actentè penfandum, quandoquidem in ftirpes, non
autem in capita præfentant, iuxta clement. plures,
& illic glofam, & Doctores de iurepatron. aiuntq;
præterea Rocchus, & Lambert. citati à Menoch.
conf. 316. & fi peracuta num. 16. vol. 4. nifi effet fa-
miliare, & gentilitium, in quo ceffare prædictæ
clement. fanctionem, cenfuit Rota in Florentina
iurifpatron. de Ricafolis 10. Martij 1603. coram
Viro illo infigni Cardinali Lancellotto iuniore, ad-
ducente aliam in Regienfi coram Penia, aliam in
Burgenf. coram eodem, demumque aliam in Ta-
reminenfi, coram Decano, quarum omnium me-
minit etiam idem Gratian. eod. cap. 521. num. 18.
385 & cū vnus fpecialiter nominatur, & plures dein-
de adnectuntur fub nomine collectiuo, omnes ha-
bentur pro vno, tantumque commodum perci-
piunt, quod & ille vnus primo nominatus; exem-
plum fi dicat Rector, & vicini, vt in his terminis
confuluit Dec. conf. 122. pro tenui facultate, nu. 2.
Ripa in l. re coniuncti num. 104. ff. de legat. 3. &
poft Rocchum de Curte, & Lambert. fcribit Bar-
fat. conf. 224. ex propofito num. 17. vol. 3. fubdens
tamen num. 18. hanc regulam, multas pati Fallen-
tias, & Corneus conf. 72. videtur in hac confulta-
tione, num. 8. vol. 2. Ac præfertim fi ratione cuiuf-
386 dam præeminentiæ nominetur ille primus, cum
dicitur, Titius, & focij; eo enim cafu omnes locum
vnius fuftinent, tueturque etiam Dec. in cap. Pa-
ftoralis num. 9. de Refcript.
387 Cum verò plures vniuerfitates retinent Ius pa-
tronatus, quælibet earum haberet vnicam vocem,
tefte eodem Menoch. indicato conf. 316. nec actten-
denda effent fingula capita dictarum Communi-
tatum, quod etiam approbat Rocchus in verfic.
competens alicui num. 17.
388 Et cum aliqua Vniuerfitas præfentare habet,
nequeunt Regentes illam, & officiales præfentare,
fed populus eam facere debet, in qua funt quoq;
vocandi infantes, eorumq; tutores Calder. conf. 9.
Populus Ecclefiæ, de Iurepatron. & fi adminiftra-
tores, maximè locorum piorum affimilantur tuto-
ribus, quod probat Gratian. tom. 3. Difcept. forenf.
cap. 522. nu. 17. illi autem validè præfentent, ex in-
fra notatis, nu. 390. videtur quod prædicti etiam
poffint, licet fi populus præfentaret, effet præferen-
dus ab illo nominatus, ficuti, & qui à Pupillo.
389 Quod fi Monafterium habeat Ius præfentandi,
á Superioribus conuocato conuentu, & capitulo
facienda erit capit. ea nofcitur, de his quæ fiunt à
maior. par. cap. & fcribit in hac fpecie Nauar. conf.
9. Excellentifsime Domine, fub nu. 12. de conftitut.
390 Et vbi pupillus retinet patronatum, à quo fit
præfentatio facienda, dubitari confueuit, & conclu-
dendum eft, tum ab ipfo pupillo, tum à fuo tutore
fieri poffe, fi tamen pupillus fit maior feptennio, vt
omnes inferius citandi tradunt, & Brixienf. quæft.
Dominic 77. tutor. cuiufdam pupilli, Butrius con-
fil. 29. vifis propè finem Lapus allegat. 8. præfenta-
tus fub num. 2. & inibi Mandof. addit. 8.

Verum fi ambo præfentarent præferretur præ-
fentatus à pupillo, tefte Calder. conf. 9. fupra citato
in princip. Archid. in cap. decernimus 16. quæft. 1.
Rota decif. 321. nota, glofam, fiue 6. hoc tit. in an-
tiq. & 10. fuit dubitatum in fine, eodem tit. in nouis
Mantica de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 12. tit.
30. nu. 30. in fine; adeo quod fi poft factam á pu-
pillo prçfentationem, fuerit alter á Tutore præfen-
tatus, & inftitutus, adhuc præferendus fit præfenta-
tus, ab ipfo pupillo, ex refolutione Cratett. conf. 76.

Hifque ita explicatis, ad alium properandum
eft, & in primis ad illud, quod qui patronatum eft
391 adeptus, tria confequutus eft; nempè Ius prçfen-
tandi, onus defendendi, & fubuentionem, fi vergat
ad inopiam, per Abb. in q. 3. nu. 14. & non diffentit
ab altera iactata conclufione, vt acquirat ius hono-
rificum, onerofum, & vtile; fub qua conclufione,
reliquam patronatus materiam, quam breuiffime
fcribam, atquè á primo ipfius capite exordiendo.
392 Recordor vulgatum illud axioma, Patrono lai-
co quatrimeftre, Ecclefiaftico verò femeftre, Ius
impartiri tempus ad præfentandum, cap. 1. de Iure
patron. in 6. dictoque refpectiuè elapfo tempore
393 non amplius eis licere; illud tamen numerandum
effe à die fcientiæ vacationis, ex decif. Rotali 6. fi
propter de Iurepatron. in nouis, & 13. in antiq. &
melius in altera Caputaq. refpondente decifioni-
bus quibufdam contrariam fouentibus refolutio-
nem; & eft decif. 248. tempus datum, par. 3. opi-
tulatur perpulcra Lapi allegatio 78. vacauerat nu-
mero 8. & Rotæ decif. 3. hoc tit. in antiquioribus;
quin, & decif. 12 hoc eodem tit. in antiq. dum pro-
ponendo, & decidendo quæftionem, præfumatur
ne fcientia, vel ignorantia, & cuius fit onus hoc ca-
fu probare fcientiam, vel ignorantiam; fupponit
tempus iam dictum currere á die fcientiæ. Maxi-
mè quia veritate fulcitur opinio, quod præfumptio
fit pro patrono, vt dicatur præfentaffe in tempore,
& ignoraffe vacationem, nifi fciuiffe probatum
fuerit, & fcribit multis adductus auctoritatibus
Hieronym. Gabriel. conf. 135. quod Cappellania
num. 11. vol. 2. eumque fequitur Menoch. in tract.
de præfumpt. lib. 6. præfumpt. 77. num. 14. & con-
cinunt quæ Bellam. ediſſerit decif. 349. ficuti præ-
fumitur, fub rubr. de præfumpt. quin, & Roccho
Curtio in verbo honorificum quæft. 49. indicanti
con-

contrarium, & asserenti præsumptionem esse pro Antistite, conferente ob præsentationem non factam in tempore, respondet vendicare sibi locum cum constat de scientia, & sic de initio temporis, vt teneatur patronus hoc casu docere de ignorantia, & verificare melioribus, & efficacioribus probationibus, quam fuerit probata scientia: cuius responsio tametsi non displiceat, attamen sit ne vera, non exquiro, nam idem Rocch. in ea sententia non videtur figere pedes, vt colligi rectè potest ex verbis in fine positis, illis scilicet, multa tamen possent adduci pro prima parte, de quibus per præfatos Dominos de Rota, & per Dominum Felyn. vbi supra; Verum quia faciliter responderi posset, non insisto; itaque eius sententia discedit ab ista, quam priori loco retulit, ex auctoritate decis. Rotalis, quæ in decis. 556. vtrum præsentatus siue 12. de Iurepatron. in antiq. apertè defendit opinionem contra præsentatum post tempus, nisi probet ignorantiam, & altera decis. 1. eod. tit. in antiq. dum absolutè defendit, à die vacationis currere tempus patronis: sed ipse minimè discedo à priori fultus tum frequentiori Doctorum calculo, tum alijs decisionibus supra relatis, tum demum posteriori coram Orano in vna Segnina Iurispatronatus 12. Iunij 1596. vbi impetratio beneficij facta Iurispatronatus à Sanctissimo, tanquam deuoluti ob non præsentationem in tempore, fuit declarata nullius validitatis, quia non fuit probata in patrono scientia vacationis, quam sententiam omninò tuetur Steph. Bertrand. conf. 222. quamuis Domini, vol. 4.

394 Quod verò ad impeditum attinet, non esse admittendum ad nominandum clericum ad beneficium, postquam præterijt dictum statutum tempus, credit Lambert. art. 8. quæst. 1. princip. 2. par. 2. lib. sed Abb. in cap. cum propter, sub num. 2. hoc tit. de Iurepatron. dicit præscriptum tempus minimè currere patrono impedito, & Rocch. de Curte in verbo honorificum quæst. 28. nu. 58. adducens Bald. idem firmantem in conf. 469. sanctissime in 4. volum. tenet etiam Azor. in lib. 6. institut. moral. par. 2. cap. 21. vers. decimo quæritur in fin. opitulaturq; Paul. de Cittadin. par. 6. artic. 11. post nu. 42. & Ioan. de Selua tract. de benefic. par. 3. quæst. 59. sub num. 3. ibi, licet aliqui voluerint, & expressius fauet Didacus Spino in suo specul. testam. glossa 4. princ. num. 23. & quæ videtur omninò vera sententia; semper enim dici audiui, nè impedito currat tempus, & dum Lambert. suam sententiam defendit, ea potissimum assertione, quod ignoranti vacationem præiudicat, si labatur tempus à Iure præfixum, ex decis. 38. siue prima hoc titulo in antiq. eaque sit omninò falsa conclusio, ex adductis superius num. proximo 393. sine dubio prosternitur consequens, & sic illatio ista ad impeditum, cum re vera neutri currat tempus, & defendi quêdam nobilem virum in carceres Castri noui coniectum, inibique multis mensibus detemptum, quem nemo alloqui poterat.

395 Post hæc videndum est, quo modo, & cui sit facienda præsentatio, & Episcopo loci facienda est, c. nobis, de Iurepatron. & Concil. Trident. in cap. 13. exordiente, non liceat, sessione 14. de reform. cuius verba non vtique restringenda sunt ad eum tantum casum, in quo præsentatio fuit facta coram ipso met Episcopo, idest vt patronus, & clericus nominatus adeant conspectum Episcopi, vel saltê vt comparitio seù instrumentum, & scriptura qua explicatur intentio Patroni, siuè illius Procuratoris exhibeatur, & producatur eidem Antistiti, alioquin sit nulla præsentatio, iuxta verba Concilij in adducto loco, sed tantum vt debeat fieri Episcopo, scilicet in eius Curia, aut illius Vicario, idque vno ex illis modis, quos mox rescribam, & ita obtinui de anno 1608. in Curia Episcopali Auersana in causa clerici Ioannis Leonardi Mele, licet pro contraria parte aliqui, docti viri reputati fuerentur priorem sententiã, & malè ex omnium Iudicio; & doctrina Sbrottij de offic. Vic. lib. 2. q. 111. nu. 15.

396 Modus autem in primis is est, quem ponit Lapus allegat. 75. & ibi Mandos. annot. 6. alios cumulans, & communem esse opinionem adiungens, scilicet vt patronus per litteras nominet Clericum ad beneficium: neque alius deest modus præter recensitum à Lapo, quandoquidê si patronus adeat Præsulem, eiusuè Vicarium, & illi instituendum præsentet, & comparitionem, seù libellum offerat, quo ista palam fiant, nempè asseratur vacare beneficiũ tale, de mense tali, per obitum talis, illius vltimi, & immediati possessoris, & cum dictum beneficium sit de Iurepatronatus ex dotatione, siue fundatione, aut constructione ipsius comparentis, ne Ecclesia careat suo Rectore, & beneficiato, præsentat, & nominat talem instituendum, & confirmandum à Reuerendissimo tali, loci ordinario, quem propterea petit admitti, & institui in dicto beneficio, & eius Iuribus, actionibus, & emolumentis, in eiusq; realem, & actualem possessionem immitti, vtique valida est sine vlla difficultate, Verum quia contingere posset, vt patronus longè absit, & literas scribendo Episcopo datas, aut illius Vicario, illi sit incognitus scribentis caracther, ideò securior erit modus, cautiusque aget, si manu Notarij conficiatur Instrumentũ, continens mandatum procuratorium, quo aliquis constituatur procurator ad præsentandum coram Episcopo, aut eius Vicario, idq; satis apertè liquet ex Doctoribus mox adducendis.

397 Sed dubium non exiguum vestitur cum patronus ignarus, & peritiores non consulens, aduocauit Notarium (cuius ex culpa multoties contingit talis error) & coram illo, ac testibus præsentat aliquê, ad tale beneficium; cuius præsentationis conficiatur Instrumentum à Notario, istam continens assertionem; sit ne valida post lapsum tempus? & Lapus proponit eiusmodi quæstionem, qui multa pro vtraque parte recenset in alleg. 75. casus talis est; vbi cõcludit præmissa distinctione, & ait, quòd si tale instrumentum fuerit superiori, vel apud ipsius Curiæ acta formiter productus infra quatrimestre concessum patronis laicis; sit procul dubio valida, & omnino admittenda præsentatio; Quod si postquam præterijt concessum tempus, nullius momenti existimetur: quam eandem conclusionem amplexatur Mandos. inibi, in annotatione postrema, vbi alios complures adducit Scriptores ad illam corroborandam, & ipse non semel vidi seruari, licet ab Aduersarijs fuerit oppositum de illius nullitate, ac demum reperi Anton. de Amatis decis. 4. Marchiæ, in vna, sub num. 22.

398 Sed præsentare seipsum, dum quæritur si possit, respon-

reſpondendum eſt negatiuè ex textu in capit. per veſtras de Iurepatronat. ibique notat Abb. num. 1. cum ſequentibus, & cap. conſuluit num. 3. eodem tit. Hoſtienſ. in ſum. citata rubr. num. 12. & rubr. de elect. num. 18. eſtque vera ſine dubio ſententia, reiecta contraria Caualcani in deciſ. Fiuizana 28. num. 44. par. 3. quam ipſe met Caualcan. deinde reijcit, dum aliam ſubijcit concluſionem his vtens verbis, vel melius dic. ex quibus verbis liquet meliorem ſententiam eſſe poſteriorem, & priori contradicentem admiſiſſe eundem Caualcanum, & optimè ſanè tùm ex adducto textu expreſsè loquente, tum ex rationibus multis, & conſimilibus eandem comprobantibus concluſionem, illa præſertim quod nemo ſe ipſum Iudicem, vel tutorem decernere valet ex l. præſes ff. de offic. Præſid. l. vltima ff. de offic. Prætor. & l. 4. ff. de tutor. & curator. datis ab his Collator. inſuper ſe ipſum inſtituere, neque poteſt eo quia differentiam perſonalem inter dantem, & recipientem exigunt Iura, cap. fin. de. inſtit. neque ſe ipſum eligere l. ſi mandauero §. ſi tibi, inibique Bar. ff. mandati Pater etiam ſemetipſum filio exemplariter ſubſtituere nec valet, teſte Bart. in l. ex facto numero ff. de vulg. & pupill. Hácq; reſolutionem adeò veram exiſtimo, vt procedat etiam reſpectu beneficij ſimplicis, tùm ex generalitate verborum quibus vtuntur Rotę deciſiones mox citádæ, tùm ex Ioanne Andrea in hac ſpecie ita decidente in adducto cap. per veſtras, inibique demùm inſinuat Abbas, ſi eius verba attentè notentur, mihiq; vera in iudicando videtur ſententia, exploſa ſubtilitate Lambert. contrarium affirmantis in tract. de Iurepatron. par. 1. lib. 2. quæſt. 8. artic. 2.; namque in Iudicando æquitatem intuemur, quodque ſeruari conſpicimus, atque à ſubtilitatibus cauemus.

399 Sed valeat ne procuratorem deputare qui eundem conſtituentem nominet; non quidem cum hac ſpecifica conditione ſtatuere, vt ipſum eligat, cum id ſit prorſus erroneum cogitare, ſed ſimpliciter eligendo procuratorem, an talis procurator poſſit, ſi velit, eundem conſtituentem præſentare? & hoc etiam caſu affirmo, non poſſe, ita quod ſi patronum nominet, ſit talis nominatio, & præſentatio nullius firmitatis; iuxta deciſionem Rotalem 185. par. 2. diuerſorum, in eius initio, & clarius ex eadem, Rota apertis verbis, hoc decidente apud Caputaq. deciſ. 397. par. 2.

Quòd ſi procurator deputatus fuerit á multis patronis ad præſentandum, & vnum ex dictis conſtituentibus præſentet, dummtamen comparuerit nomine omnium, valere actum, nec reijciendam præſentationem determinauit Rota coram Aldobrandino indicata deciſ. 185. cuius verba legantur quæſo.

400 Verùm qua medela vti poſſit patronus, ſi is vnicus ſit, velletque ſuum de Iurepatronatus adipiſci beneficium? & duo á Doctoribus tradi remedia animaduerti; Alterum per Abb. in eodem capit. per veſtras, vt emittat præces, coram Epiſcopo, vt ſibi prouideatur de beneficio, & videtur inſequi Caualcanus citato loco, & Ioſeph. Ludou. concluſ. 42. verſic. Ampliatur 6. Lambert. in artic. 3. citatæ quæſt. 8. nec non aſſentiri videtur Ioan. de Selua in tract. de benefic. par. 1. quæſt. 6. num. 19.; & modernus in praxi Epiſcopali, verbo Iuſpatronatus verſic. vigeſimum primum, par. 1. Alterum verò quod Epiſcopus poſſit dictum beneficium conferre eidem patrono qui inhæreat, atque aſſentiat collationi prædictę, quod longa ſerie poſt alios tutatur Lambert. eadem quæſt. 8. artic. 4.

401 Et quoniam tres eſſe principales terminos in hac materia præſentationis dicit Caball. Milleloq. 150. tres ſunt par. 1. ſcilicet præſentatio, admiſſio, & inſtitutio; & cum iam ſcripſerim vtiliora circa præſentationem, conuenit ad aliam partem per-

402 tranſire nempè ad admiſſionem, cuius duo ſunt actus, vt ex illius met verbis apertè colligitur; vel etenim admittitur nudus actus præſentationis non aliter approbando, vel reprobando, quouſque deliberauerit, & tunc admiſſa non dicitur præſentatio, vt illius eſt ſententia; & ſit cum clauſula, ſi & in quantum ſcilicet admittimus, vel Dominus admiſit ſi, & in quantum; vel non admiſit niſi ſi, & in quantum hæc ſiquidem verba eundem pariunt effectum, eiuſdemque ſunt virtutis, & abdicant, & non abdicant, prout de Iure; & regulantur ſecundum Iuris diſpoſitionem, ab eaque recipiunt robur, & intelligentiam, ex verbis Caualcani deciſ. Fiuizan. 26. nu. 32. par. 2. & deciſ. 11. n. 41. par. 3. ac Mohed. deciſ. 3. Additio de appell. qua

403 addita clauſula ſupradictis concepta verbis nullum tribuitur Ius nominato, neque Eccleſiæ libertati, aliquod præiudicium infertur ſi non fuerit verificatus patronatus intra terminũ, ita quippè ſcripſit idem Caualcan. citato nu. 41. & deciſ. 28. nu. 17. eadem par. 3. & ſuppetunt Doctores multi in eiſdem locis adducti; quamobrem præcaueant ſibi Iudices, né alio modo præſentationes admittant quam cum dicta clauſula, alioquin Ius nominato daretur per argumentum á contrario ſenſu, eorum quæ ipſe Caualcan. illic ſcripſit, & clarioribus verbis Caball. indicato loco, & inſinuant admiſſionem principaliter reſpicere Ius, quaſi poſſeſſionem, poteſtatem, & perſonam præſentantis, non autem præſentati, quarę nequeat impugnare patronatum, ſed valeat inquirere in perſonam præſentati, ſi capax, & idoneus ille ſit; quin illam productam poſt tempus, validaret Lambert. 12. art. 2. quæſt. princ. 3. par. 2. lib. & alibi concinitq; Maſcard. concluſ. 1217. præſentatio num. 7. & 8. nec non Riccius copioſè, & iuxtá morem perdoctè, deciſ. 217.

404 Cum itaque iuxta primum modum eſt recepta nominatio; ſtatim affigi debent ædicta, & poſtmodum concedendus terminus ad probandum, in quo probandus eſt patronatus, idq; altero ex duobus modis attenta forma ſtatuta in Concil. Trid. cap. 9. ſeſſ. 25. de reform. nempè oſtendendo titulum, aut poſſeſſionem verificando.

405 Titulus autem, vel ex fundatione, aut dotatione, ſiue conſtructione, qui ex authentico documento,

406 & alijs iure requiſitis oſtendatur; Poſſeſſio vero, ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimũ temporis curſum, qui hominum memoriam exce-

407 dat, aliiſque ſecundum Iuris diſpoſitionem probatur. Quin, & in ijs in quibus tale Ius potius ex vſurpatione quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio requiritur, nec ſufficiat immemorabilis temporis probatio niſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continua-

tæ

tæ non minori saltem quam quinquaginta annorum spatio; quæ omnes effectum sortitæ sint authenticis scripturis probetur. In qua quidem re tumido pede ambulandum est, cum vulgi fallax sit opinio, quamque non semel audiui affirmari; Ad probãdam præsentandi possessionem necessariam esse probationem immemorabilis; In vniuersitatibus verò; & alijs in quibus præsumitur vsurpatio sufficere, iuxta verba Concilij probationem quinquaginta annorum, dummodò hæc scripturis fiat quæ prætensio expressis verbis contradicit Concilij, quod re vera in his requirit pleniorem, & exactiorem probationem, vt eius aperta verba aiunt, ac propterea præcipit requiri immemorabilem, quæ saltem ostendatur per scripturas probantes cõtinuatas præsentationes, per annos ad minus quinquaginta, nec contentatur simplici probatione immemorabilis prout in alijs in quibus cessat suspictio iam dicta, & sic fuisse resolutum per Rotam Romanam legitur in vna Sabinen. beneficiorum coram Aldobrandino 15. Decembris 1581. & refertur in decis. 199. Domini concluserunt sub numero 5. in 2. par. diuers. & melius in vna Reatina Iurispatronatus 10 Octobris 1572. coram Robubusterio, vbi dicitur, quod sola possessio quinquagenaria cum præsentationibus, verificatis per documenta. & effectuatis, non sufficiat in his, in quibus vsurpationis suspictio non cessat, nisi etiã probetur possessio immemorabilis; subiungens post num. 2. quod ita expresse statuitur in dicto cap. 9. Sacri Concilij Tridentini, quæ quidem decisio est in numero 409. tenuerunt Domini par. 1. diuers. concinit Altera 545. Domini dixerunt nu. 4. par. 1. ibi suspitio vsurpationis non habet locum, vbi constat de immemorabili, & dixerat antea Achill. decis. 4. Iuspatronatus per totam hoc tit. vbi num. 7. adiungit hoc subsistere quotiescumque verè probarentur præsentationes ex immemorabili tempore, secus si per famam dumtaxat; & illud aduerbiũ verè explicandum est hodie, ex dispositione Concilij, vt saltem documentis, conuincantur præsentationes factæ infra tempus quinquagenarium; cæterum vsque ad immemorabilem, fiat probatio alijs modis á Iure permissis.

Alteram tamen non exilem dubitationem perspicio in hac specie quæ licet ex verbis dicti Concilij nunquam animo meo occurrisset, verba tamen & auctoritas apud me pergrãdis, Hieronymi Gonzales obuenire fecerunt; etenim illa sunt in glos. 18.
408 sub nu. 63. in suis comment. ad 8. Regulam Cancell. quòd vltra immemorabilem præscriptionem, seu consuetudinem, quam omninò probare tenentur; Insuper docere debent, per authenticas scripturas, de præsentationibus continuatis, & effectum suum sortitis per tempus continuum quinquaginta annorum, & consimilia verba scribit Lancellot. in decis. per me relata inferius nu. . . ista itaque verba supponunt, quod vltra immemorabilem, requiratur dictum tempus quinquaginta aliorum annorum; & expressé contradiceret iste intellectus verbis dicti Concilij, illis scilicet nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes etiam continuatæ, & cap. ex eo itaque textu apparet suffragari immemorabilem si præter alia ad illam necessaria concurrat, vt præsentationes intra saltem quinquaginta annos dictæ immemorabilis factæ verificentur scripturis, & hic est verus sensus verborum dicti capitis Conciliaris.

409 Sed cum reliquæ personę, à præsumptione vsurpationis intendunt probare patronatum poterunt etiam his temporibus verificare immemorabilem, illis tantum modis á Iure permissis, eo quia Sacrũ Concilium in his minimè alterat dispositionem Iuris Communis, vt idem Aldobrand. aduertit indicata decis. 199. sub num. 5. & dicit etiam Lancellott. in vna Trident. Iurispatronatus 3. Iunij 1572. quæ in 2. par. diuers. est decis. 331. fuit resolutum num. 1. & suppetunt scripta nu. 415. Nec non Rotę decisiones duæ quas subiungam sub num. 417. Et probant, etiam fama his temporibus verificari Iuspatronatus.

410 Attestationes autẽ testium in actis redactas circa probationem Iurispatronatus vniuersitatis (quia acta publica dicuntur) censeri etiam authenticas scripturas, non dubitatur, ita quod propter illa intelligatur satisfactum dicto Canoni cõciliari cõcludit Menoch. cons. 336. respondi num. 23. vol. 4. per egregiam doctrinam Angeli in l. vltima col. 2. vers. sed Innocentius C. de ædicto Diui Adriani tollend. tametsi eiusmodi opinio fortasse contradicere videatur dispositioni Concilii si verũ est, quod citatus textus non videtur confidere testibus in hac hac re, vt dicit adducta decisio 199. num. 4. par. 2. diuers. insequiturque Mariscott. lib. 2. variar. resolut. cap. 52, num. 2. Attamen quia re vera minimè contradicit, ideo subsistit: Non autem cum dispositione præfati Concilij pugnat, quandoquidem titulus Iurispatronatus vigore Concilij, vel esse debet ex fundatione, vel dotatione, vel constructione, & tunc ex authentico documento probandus, appellatione cuius documẽti contineri, nèdum instrumenta, sed etiam testes, præsumptiones, & probationes, á Iure communi approbatas, quia docet glos. in cap. t. & inibi Archid. de except. in 6. ideò his modis probari Iuspatronatus post Concilium determinauit Rota in Lucana Plebis, Mercurij, 13. & 22. Iunij 1590. coram Giptio, & est decis. 542. inter recollectas à Farinaccio, quod expressè mea sententia insinuant eiusdem Concilij verba illa, qui ex authentico documento, & alijs iure requisitis ostendatur; quod etiam procedit si præsentationibus innixus, & alijs secundum Iuris dispositionem, probare quis velit titulum Ius patronatus: altero ex his modis idque tàm ex eisdem Concilij verbis vnico contextu positis, colligi posse existimo, quám ex subsequentibus, dum respectu vniuersitatis, & aliorum suspicione grauatorũ de vsurpatione, requirit scripturas ad illud probandum; quod restringit eadem decisio sub num. 4. procedere in ea tantum persona suspecta, quæ prætendit suam possessionem fundare in præsentationibus, vt illæ scripturis dumtaxat probentur, non autem si in titulo proueniente ex fundatione, vel dotatione, quia probatio tunc etiam sufficeret eo modo, quo & in alijs non suspectis dictum est superius, & decisum etiam fuisse memorat, in vna nullius Patronatus, coram Pamphilio 2. Maij 1588.

411 Sed in quibus præsumatur acquisitum ex vsurpatione, dum quæritur respondeo in primis id prę-

sumi

ſumi in vniuerſitatibus, iuxta doctrinam Butrij in cap. dilectus de offic. legat. Mohed. deciſ. 2. prouiſio circa finem de iurepatr. Putei deciſ. 205. in vna Lucana lib. 2. & dicitur in eodem cap. 9. Concil. Trid. etiam ſi Communitas parua ſit iuxta alteram Rotę deciſionem coram Gypſio in vna Bononien. Iuriſpatron. de Baringana 20. Martij 1585. & in alia Archipræsbyteratus nullius 2. Maij 1508. coram Cardinali Pamphylio, niſi tamen non totius Vniuerſitatis, ſed illius partis eſſe prætendatur ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij interpretis, cuius meminit Gonzalez citata gloſa 18. num. 69. ideo non videtur nunc admittenda deciſio Putei 67. num. 1. & deciſ. 265. in princip. lib. 1. dum quæſitum ex vſurpatione aſſerunt à Parochianis præſentantibus proprium Rectorem; niſi de omnibus, ac vniuerſitatis nomine præſentantibus, intelligantur.

Et quoniam additur in dicto capite Concilij, vt in ijs perſonis, & c. nec exprimitur, quę ſint hę perſonæ, ideo recordor eas eſſe, quæ potentes ſunt, & propterea ſuſpicari vſurpatum in Imperatore ſcripſit Puteus deciſ. 60. & in eadem lib. 1. id ipſum in Rege ſcripſit Mohed. de Aragonenſi loquens deciſ. 10. Eluenſis num. 2. de Iurepatron. quin, & in Infante firmat Puteus de illo Portugalliæ verba faciens deciſ. 57. fuit reſolutum lib. 1. nec non in alio quouis barone ſi iuſpatronatus ſit in proprio feudo atteſtantur recentiores omnes ex declaratione Cōcilij ſub his verbis. Congregatio cenſuit Barones, & alios Dominos iuriſdictionem perpetuam habentes comprehendi in hoc Decreto. Idque prætera vendicare ſibi locum in altero quocumque Magnate admonet Caputaq. deciſ. 128. iuſpatronatus num. 1. par. 2. eſtque deciſ. 1273. Rauellenſ. lib. 3. par. 3. ideoque in quolibet de familia Romana Vrſinorum ſcripſit Tholomæus deciſ. 86. reſcripta inter deciſ. diuerſ. 842. lib. 3. aut alterius ex familia Columnæ Caputaq. deciſ. ſupra citata 128. & latè diſcuſſum in Sabinen. benefic. 15. Decembris 1582. coram Aldobrand. vt in deciſ. 199. lib. 2. diuerſor. quin etiam in familia Neapolitana Caracciulorum ſcio deciſum in vna Sancti Andreæ 19. Decembris 1609. coram Artembergo quam reſcribo inferius num.

412 Poſthæc occurrit dubitatio inſignis quam multi poſuerunt, an perſonæ vniuerſitatis poſſint dicere teſtimonium pro eorum vniuerſitate prætendente iuſpatronatus? & pro reſponſione inueſtigandum primitus eſt, quomodo id contingere valeat ſi iam concluſum fuit ſcripturis faciēdam eſſe probationem iuriſpatronatus ad fauorem eorum in quibus præſumitur ex vſurpatione quæſitum? & euenire poſſe caſum non dubitatur in primis, ſi vniuerſitas non poſſeſſione, & præſentatione innititur, ſed dotatione, vel fundatione, quia teſtibus eo caſu vti poſſe deciſum memini coram Orano in vna Lucana Plebis, die 22. Iunij 1590. Atque inſuper licet probatio per ſcripturas fieri debeat circa continuatas præſentationes intra tempus quinquaginta annorum, vſque tamen ad reliquum tempus perficiens immemorabilem, teſtibus fieri poſſe nō dubitatur; & propterea iuſte hæſitatur an perſonæ vniuerſitatis teſtificari tunc valeant pro vniuerſitate, in qua licet annuat affinis meus, & Præſul meritiſſimus Genuenſis in ſua Praxi capit. 63. num. 7. libentius tamen ſubſcribo negatiuæ probatæ à Rota Romana relata per Caputaq. deciſ. 134. iuſpatronatus communitatis par. 2. quæ dato quod apertis verbis non aſſeueret, vt indicat citatus Genuenſis, firmat Cornel. conſ. 47. in præſenti num. 7. volum 3. & adeſt altera expreſſioribus conſcripta verbis coram Ampliſſimo Pamphilio in vna foro Semproniani, ſeu nullius Parochialis 15. Decembris 1593. & ſequitur Pariſ. tractat. de confidentia Benefic. quæſt. 28. num. 252. & Gonzalez adducta gloſa 18. num. 70. tandemque Gratian. tomo 1. Diceptat. Forenſium, cap. 168. num. 23. idem in ſubditis pro Domino adiungens in reliquis autem. an admittantur ſcribit latè Farinacc. quæſt. 60. Regul. 17. à num. 450.

413 Verum poſſeſſio iſta à Concilio reſpectiuè requiſita probetur nè per multiplicatas præſentationes factas à procuratoribus, quæ fuerint ſortitæ effectum? & ſciendum eſt præſentationes à procuratoribus fieri poſſe cap. fin. vbi Doct. communiter de conceſſ. præbend. non tamen ſufficit mandatum generale, vt dicit Franciſc. Marcus, & Puteus deciſionibus mox adducendis, quinimmò ſi fiant præſentationes illorumque vigore inſtitutio superuenerit, neque conſtet de ſufficienti mandato, minimè cenſeatur acquiſita poſſeſſio præſentandi, etiam quod Præſul atteſtetur de tali mandato cenſuit Rota in deciſ. Putei 251. in cauſa lib. 2. & ſuccurrunt quæ ſcribit Franciſc. Marcus deciſ. 429. quæritur an ſit licitum par. 1. & melius Gaballinus Milleloquio.

414 Sed vbi ſit Iuriſpatronatus mentio in aliqua Papali diſpoſitione, & prouiſione qualis præſumptio admittatur; multoties enim ſupremi Præſules conferunt beneficium ad inſtantiam patronorum inſeruntque clauſulam illam; Quatenus ſit de Iure patronatus, vel conſtito quòd ſit de iure patronatus; aut alteram derogatoriam; ſub his verbis, quatenus ſit ex fundatione, vel dotatione derogamus pro medietate quatenus verò ex poſſeſſione derogamus in totum iuxta deciſ. primam Creſcentij de Iurepatron. Huic quæſito ante Concilij Tridentini ſanctionem reſpondit Caſſad. deciſ. 7. hactenus obſeruatum de iure patron. & diſtinctione vtitur. Puteus autem deciſ. 404. lib. 2. abſolutè cenſet ex fundatione præſumi, ac ſuppetunt notata per Achill. deciſ. etiam 7. dicto tit. ſed Creſcent. indicata deciſ. aliter diſtinguit, vt præſumatur ex fundatione, ſi adſit immemorabilis, & ſupponatur beneficium eſſe alicuius particularis perſonæ alienæ, à ſuſpictione vſurpationis: ſi verò al cuius potentis nequaquam acquiſitum credatur ex fundatione, aut dotatione: & in hanc ſententiam deflexit etiam Rota Romana proponente Tholomæo deciſ. 842. Oſcen. Parochialis lib. 3. par. 3. diuerſ. & videtur amplecti Lancell. poſt Concilium Tridentinum deciſ. 331. num. 1. par. 2. diuerſ. Conſentio itaque vt hoc noſtro æuo quo viget præfata Concilij ſanctio dicatur quæſitum ex fundatione, aut dotatione eo ipſo quod à perſona carente ſuſpictione vſurpationis immemorabilis probata fuit iuxta deciſ. citatam 331. Lancellotti opitulaturque deciſ. coram Litta reſcripta ſuperius numero quæ verba facit de perſonis carentibus ſu-

Kk ſpictione

rebus dubiis cum vulgat. & hinc est quod sufficit testes dicere ius patronatus spectare de iure ad aliquem cum idem sit, ac si dicerent, ad eum spectare ex fundatione, vel dotatione; Achil. decis. 71. de iure patron. in impressis.

Post has decisiones reminiscor eiusmodi probationem iurispatronatus factam per famam, non eam solam satis esse, at concurrere debeant aliæ coniecturæ, & in antiquis, vt tentum fuit in vna Tirasonen. Cappellania 14. Decemb. M DCVII. coram Pamphilio, & in altera Meliten. iurispatronatus 10. Martii MDCVIII. coram Cauaļerio, item in alia Neapolitana Rectoriæ Veneris 19. Decembris MDCIX. coram Artimbergo, cuius verba rescribo sub num. 476. & alia coram Paleotto in decis. 481. lib. 3. part. 3. diuersor. quibus addo Gratian. tomo 2. Discept. Forens. cap. 310. à num. 80. aliis multis auctoritatibus id comprobantem, quin à num. 84. exarantem modum probandi famam.

Secunda verò, & negatiua conclusio, in eo versatur, quod memoria repetendum duxi, & illud
418 est non ab omnibus cognitum: ne probetur ex certo subsidio alicui tanquam patrono præstito iuxta decisionem Rotalem 1245. Prosper. num. 1. lib. 3. par. 3. diuers. concin. t text. cum glossa in cap. cum Bertoldus. versic. Quædam iure de sent. & re iudic. ex quibus respondi non potuisse dici verificatum ex eo solo, quod candela quotannis fuerit à quodam Parocho Terræ Graniani Litteren. Diœcesis cuidam prætenso patrono data, licet satis probatum dicatur, si aliquis primum semper tenuerit locum in Ecclesia tanquam illius patronus, iuxta decis. Mohedan. 10. nu. 9. de iure patron. & non sine vrgenti ratione, quia nisi patens res fuerit ab initio, alii non permisissent. Nec contraria sententia Gratian. tom. 2. cap. 210. nu. 50. procedit in hoc casu, quo illi tamquam Patrono hactenus competiit ius sedendi, sed cum nulla causa, & sola possessione innixus in illo sedet quod ius acquirere valeat laicus in Ecclesia probat illic Gratian. & tomo 1. cap. 110. præterquam si Episcopus dissentiat, quod vtrobique concludit, scilicet nu. 47. dicto cap. 210. & num. 18. dicto cap. 110.

419 Verum si Episcopi, per eorum literas conferant beneficium, ad præsentationem alicuius patroni, & in eis attestentur esse de iure patronatus illius, sit ne sufficiens modus probandi ius patronatus, & negat Paris. indicata quæst. 28. sub numero 149. fretus quadam decisione Antonii de Augustino in vna fundana 13. Iunii 1552. qui quidem loquitur in confessione Episcopi, non in sententia, ideo distinctione vtendum est, quod vel producuntur literæ institutionales Antistitum, vulgò nuncupatæ bullæ, vel sententia; primo quippe casu, in quo præfatus Paris. negat fretus adducta decisione in illa fundana iuris patronatus, contradicunt aliæ multæ eiusdem Rotæ decisiones præsertim 423. sed retento, siue 11. de iurepatronat. in nouis, nec non altera Paleotti in vna Ausculana Parochialis 9. Iulii 1556. de qua in lib. 3. par. 3. diuers. estque decis. 376. exorditurque ostendebantur, atque aliis omissis, extat decisio 1437. eadem par. 3. lib. 3. suppetitque ratio tradita per ipsas decisiones 11. & 376. quod cum tractetur de diminuenda iurisdictione ordinariorum, reddunt se Præsules valdè difficiles in admittendo beneficium esse de iure patronatus, & instituendo præsentatos à patronis Hieron. etiam Gabriel. hanc partem insectatur consi. 195. num. 9. & cons. 198. sub num. 3. ex his videtur dicendum hanc posteriorem esse veriorem sententiam maximè cum decis. citata per Parisium in illa fundana iuris patronatus ad meas non peruenerit manus, ita quòd actendere nequiui illius sensum, & verba, & cognoscere si fortasse admitterent aliquam interpretationem, non contradicentem huic sententiæ nouissimè relatæ, dicerem tamen cautè in hac re incedendum esse, nam quæ præfatæ decisiones in primis probant, expressisque verbis docent bullam Episcopi instituentis, cum ea assertione, ad præsentationem talis patroni, proba-
420 re intercessisse, præsentationem mentionatam, licet de ea nihil appareat, idque adeò sit verum, vt si multiplicatæ adducantur literæ, huiusmodi dicantur etiam probatæ multiplicatæ præsentationes, & satisfactum dispositioni Sacri Concilij Tridentini in cap. 9. sessio. 25. de reformat. præterea docent verificare patronatum, sed assumptum istud non ita clarè admittere videntur; propterea neque ipse sic simpliciter comendarem, max mè si vnica sit bulla, sed actentis quæ inferius de sententia loquens scripsam, tum potissimum quod sententia maturius existimatur prolata quam bulla siue institutio facta.

421 Quare ad secundum caput præmissæ distinctionis deflectens, & consequenter ad sententiam ipsam, memoro Hieron. Gabriel. in vtroque superius relato consilio tenuisse affirmatiuam, & Rotam coram Fabio 243. eadem die lib. 3. part. 3. diuers. huicque resolutioni opitulari Rotam in decis. 303. si petatur executio, seu 9. de probat. in nouis, quæ per doctrinam Innocent. in cap. cum in iure, vers. de mandato de officio deleg. concludit standum esse sententiæ translatæ in rem iudicatam, licet non productis actis, si ex ea patent aduersarium fuisse præsentem, & non contumacem; cuius ratio foueri etiam potest assertione illi, quod præsumptio est pro sententia capit. in præsentia de renunciat. l. qui ad Citilia C. de probat. l. vnica C. vt causa pubert. adsit tutor. l. 1. § 1. ff. nil Nouar. appell penden. Roland. consil. 33. visis alienationibus num. 15. vol. 1. eamque communem dicit Imol. in cap. cum in iure peritus num. 24. de offic. deleg. quin in citato cap. in præsentia, asserit eam omnes admittere, & mille coaceruat Mascard. de probat. conclus. 1316.
422 in lit. S. à num. 13. volum. 3. ita quod præcedente causæ cognitione latam fuisse, nisi temporis angustia, aut aliud obstet, quo illam absuisse conuincatur, dicit Petrus Benintenda decis. 2. dubitatum fuit, in eius calce. Verum quia Rota speciatim agens de sententia posuit regulam negatiuam, vt non probet patronatum, & deinde addidit restrictionem, nisi antiqua sit, in vna Neapolitana Rectoriæ 19. Decembris 1609. coram Artembergo, ideò ipse subscribo, & memoro Cassad. decis. 2. num. 3. fama de probation. & 3. num. 3. de procurat. atque Puteum decis. 338. eadem die lib. 2. ex quorum decisionibus confirmatur resolutio, cum restrictione posita ab Artembergo, qui præterea Artembergus, Cassadorus, & Puteus, decla-

423 rant antiquam existimari quoties quadraginta retro completis annis lata fuit, at præter gressos esse quinquaginta annos oportere, censet, & eisdem mox relatis adductus auctoritatibus Gratian. tomo 2. Disceptat. Forens. capit. 310. à num. 90.

Quod si non vna, sed plures extent literæ, vel sententiæ, maximé á diuersis Præsulibus confectæ, aut diuersis iudicibus latæ, etiam si eiusdem tribunalis, tantò magis iudicari, validè probatum iuspatronatus sentio ex prædictis, & si per acta præcedentia iustificentur, cessat omne dubium, quare non sine labe peccati ordinarius tunc conferret vti liberum expensisque grauaret tum patronum tum præsentatum volentes propria iura tueri, & expellere prouisum ab ordinario ipso.

Hactenus scripta actendenda esse moneo quoties agimus de petitorio, & sic de verificatione patronatus, sicuti decisiones omnes, & Doctores præfati loquuntur. Respectu verò possessorij non
424 dubito, quin sententia illa satis sit, vbi effectum sortita sit, vt propterea veniat postmodum omninò manutenendus Patronus in ea mentionatus; idque possem citra dubium rationibus, & auctoritatibus confirmare multis, at præterire duxi contentus sola auctoritate Gratian. mox adducenda propter expressam declarationem Amplissimorum Patrum Sacri Concilij interpretum subscriptis conceptam verbis.

Censuit Sacra Congregatio non posse patronum repelli á sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super iure patronatu post Concilium, ordinarius á patrono præsentatum admisisset, etiam si post obitum eiusdem præsentati, de validitate iuris patronatus iterum contingerit dubitari, secus autem si patroni præsentatio, absque causæ cognitione admissa fuisset.

Aduertamus quæso ad verba præfatæ declarationis, & videbimus ipsam insinuare manutenendum esse in possessione præsentantem, si ex actis appareat Præsulem esse aliqua adductum ratione, eumque non ex abrupto motum, sed probationibus; Verum si probationes ipsæ non apparerent tàm lucidæ, & euidentes, & potius dubietatem aliquam complecterentur, neque omnem extirparent ambiguitatem, adhuc procederet (mea sententia) relata declaratio, propterea quod si acta, & probationes tales essent, quod patronatum apertè verificarent, validèque probarent, certè non sententia, neque literis Antistitis, aut illius admissione inniteretur præfata declaratio, sed ipsis met iuribus impulsa pronunciasset manutenendum esse patronum, nec subiunxisset illa verba, etiam si post obitum præsentati de validitate iurispatronatus iterum contingerit dubitari; quandoquidem si iura producta adeò essent efficacia, minimè contingere posset, vt de iure patronatu rursus dubitaretur, itaque verba declarationis insinuant manutenendum esse quoties causæ cognitio antecessit institutionem, licet dubium aliquod præseferant probationes, & iura producta, ita quod neque aperté conuincant ius patronatus, neque apertè reijciant, sed pro vtraque parte pugnent rationes. Sat igitur est vnica præsentatione cum effectu subsecuto constitui quem in possessione iurispatronatus, atque in ea manutenendum esse, quod iure etiam defendit Gratian. lib. 1. Disceptationum Forensium capit. 113. num. 32.

His ita declaratis ad sanctionem Conciliarem retrogrediar, in ea parte quæ multiplicatas requi-
425 rit præsentationes, super quibus verbis, duo mihi occurrunt alterum quot præsentationes saltem propterea exigantur; & licet ad minus tres requiri crediderit Religiosissimus Antistes Genuensis in capit. 63. suæ praxis Archiepisc. Neapol. num. 1. ex decisione Congregationis illius Curiæ, tamen duos sufficere non dubito, & ita verius existimo cum eruditissimo Mario Antonino in pract. variar. resolut. lib. 1. resolut. 109. in vna Iurispatronatus num. 37. & decis. Fiuizan. 17. num. 14. part. 2. neque obstat decis. 7. Achill. de iure patron. nam præter alias responsiones loquitur de instrumentis enunciantibus, nos verò de probantibus præsentationes ipsas.

426 Alterum vero á quo tempore exordiantur anni quinquaginta quorum meminit Concilium, & illos sumere initium ab illo die, quo apparet factam fuisse primam præsentationem, & antiquiorem productam in actis cum subsequenti institutione, eosque numerari vsque ad diem litis postremo motæ in qua controuertitur, an sit, & constet esse de iurepatronatus, ita notabiliter colligitur ex decisione Artemberghi in vna Neapolitana Rectoriæ Veneris 19. Decembris 1609. superius citata, & cuius verba, nunc subscribo, vt mea illic facta pollicitatio suum sortiatur effectum. Verba itaque sunt.

Proposito dubio an constet de quasi possessione præsentandi ad Ecclesiam Sancti Andreæ de Rabottina, extra, & propè Ciuitatem Neapolitanam apud Littus Maris, quæ sit manutenenda, ita vt Reuerendissimus Dominus Decius Caracciolus Archiepiscopus Bareñ. præsentatus veniat
427 instituendus negatiuè resolutum fuit, nam & si ad effectum manutentionis sufficiat vnicus actus, & vltimus status possessionis capit. Consultationibus, & ibi Abb. num. 2. & 9. de iure patronatus cap. Quærelam de elect. Dec. consil. 134. num. 1. Crescent. decis. 2. in fin. de iurepatronatus; id procedit quando iurispatronatus existentia non controuertitur, sed tantum agitur inter plures patronos de illius pertinentia, Achill. decis. 5. num. 3. de iure patronatus alioquin in dispositione Concilij, & declaratoria Cardinalium Interpretum, requiruntur eædem probationes in possessorio, quæ in petitorio, vt fuit dictum in Volaterrana iuris patronatus coram Illustrissimo Blanchetto, & in Auximana iuris patronatus 28. Maij 1593. coram Illustrissimo Mellino, & in Romana Parochialis 31. Ianuarij 1600. coram Reuerendissimo Pacen.

428 In proposito autem nullus titulus exhibetur, nec instrumenta præsentationum continuatarum per spacium 100. Annorum prout requiri fuit resolutum in Firmana iuris patronatus 8. Martij MDXCI. coram bon. memor. Orano, & in Barchinon. vnionis 5. Decembris MDXCVII. coram bon. mem. Gypsio, sed videlicet decisum fuit coram bon. mem. Cardinali Lancellotto in

hac

hac eadem cauſa die 29. Ianuarij MDLXXI. omnes præſentationes intra ſpacium 39. annorom continentur v3. ab anno 1528. die 23. Ianuarij, quo fuit inſtitutus Fabius Caracciolus præſentatus 6. Nouembris præcedentis, vſque ad Annum 1567. quo obijt Marius Caracciolus, poſt cuius obitum inter Octauium Brancatium prouiſum Apoſtolicum, & Decium Caracciolum ſeniorem præſentatum à Patronis, fuit introducta lis, & cauſa com-
429 miſſa in Rota. Quamobrem nec ſubſiſtit probatio per famam quæ non admittitur niſi in antiquis, & concurrentibus coniecturis fuit deciſum in Tiraſonen. Cappellaniæ 14. Decembris 1607. coram R.P.D. Pamphilio, & in Meliten. Iuriſpatronatus 10. Martij 1608. coram Caualerio, & in primis longiſſima quaſi poſſeſſione, vt fuit tentum in Imolan. Iur. ſpatronatus 28. Maij 1584. quæ eſt diuerſ. 792. par. 1. ideſt quadragenaria Caſſad. deciſ. 2. num. 3. & 4. de probat. Put. deciſ. 60. in fin. lib. 1. & fuit reſolutum in ſupradicta Barchinonen. coram bon. mem. Gypſio, & ad hoc non poſſunt deſerui-
430 re prouiſiones Apoſtolicæ, quæ non mutant ſtatum beneficij Achill. deciſ. vltima de Iurepatronatus, & fuit dictum in Bononien. Iuriſpatronatus 16. Ianuarij 1608. coram R.P.D. Sacrato, ſed earum tempora de medio deducuntur Guidobon. deciſ. 125. fuit deciſum in Bracharen. Monaſterij de Iunchas 19. Decembris 1597. coram R.P.D. Decano.
431 Nec vero probatur publica vox, & fama, quia ex teſtibus examinatis de hoc anno vnicus tantum, videlicet primus iuxta primum deponit, quod audiuerit publicè dici, quæ, quidem verba important famam. Caſſad. deciſ. 3. num. 4. & 7. de probat. Caputaq. deciſ. 7. par. 2. & deciſ. 289. par. 3. Verùm ſubiungit quod audiuerit à diuerſis perſonis, & ſic dictum ſuum reſtringit, & alius teſtis examinatus anno 1559. deponit á 30. annis citra, quod verificatur etiam in vna die ante, Bart. in l. Celſus num. 25. ff. de vſucap., & teſtis qui aſſeritur examinatus in Curia de Anno 1570. non eſt habendus in conſideratione, propterea quod non appareat quomodo fuerit examinatus. Alij veró teſtes examinati anno 1531. ſunt de familia Caracciola, & aliarum prætendentium Iuſpatronatus, & habent intereſſe in cauſá, quare non merentur fidem l. omnibus, & ibi Bald. num. 3. C. de teſtibus Roland. conſil. 3. num. 55. volum. 1. Aymon. conſil. 249. num. 14. Neque poteſt fieri fundamentum, in ſententia Ordinarij de anno 1528. in qua enunciat ſe vidiſſe inſtrumenta præſentationum, ac præſertim Bullam bon. mem. Alexandri Caraffæ, Inſtitutionis quondam Fabij Ayoſæ in dicta Eccleſia, quia hæc ſententia non probat, cum non iuſtificetur ex actis, neque Iudici creditur de aſſertionibus niſi factæ ſint præuia cauſæ cognitione, & de illis appareat in proceſſu. Soccin. conſ. 47. num. 15. volum. 4. fuit dictum dicta Romana Parochialis, & in Lauden. deuolutionis 23. Martij 1594. coram Reuerendiſſimo Pacen. & in Sabinen. aquæ 29. 1604. coram me, nec poteſt probare vti antiqua. Caſſad. deciſ. 2. nu. 3. de probat. quia ſententia dicitur
432 antiqua, quando excedit 40. annos. Put. deciſ. 338. lib. 2. hæc autem non excedit 40. cùm ſit lata 1528. & lis fuerit mota anno 1567. Vltra quod in hoc caſu Domini cenſebant requiri probationem immemorabilem, cum præſentationibus continuatis per ſpatium 50. annorum, quo omnes probentur effectum ſortitæ ex Authenticis ſcripturis, poſito etiam quod nos verſemur in iurepa-
433 tronatus potentium; propterea quod concurrunt plures familiæ, quas non eſt veri ſimile facile in vnũ conſpiraſſe ad fundandam, vel dotandá Eccleſiam Creſcent. deciſ. 1. de Iurepatr. quod autem reſpondebatur hoc Iuſpatronatus proceſſiſſe ab vna ſtipite Caracciola, ſed mediantibus fœminis fuiſſe diuiſum in plures fœminas, hoc non probatur, quin potius partes, & Teſtes alias aſſeruiſſe contrarium.
434 Sed cùm prouiſus Apoſtolicus exprimeret beneficium de Iurepatronatus, an probet illud ita eſſe, adeo quod poſt ipſius interitum producendo præſentatus illius literas dicatur verificaſſe beneficium eſſe de Iure patronatus? & cum caſus contigiſſet in Rota, dubitauit, & ſeparatim de eo videndum eſſe cenſuit licet pro tunc reſponderit negatiuè, in eo caſu quo literæ vtebantur verbo impersonali aſſeritur, quòd non cenſeatur ab impetrante prolatum exiſtimauit, vt eſt videre in deciſ. Lancellotti ſenioris in vna Neapol. Rectoriæ 29. Ianuarij 1571. cuius verba ſunt.

Fuit concluſum Dominum Decium præſentatum à patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, non debere inſtitui, quia nec de fundatione, nec de dotatione eorum Iuriſpatronatus nec de antiquiſſimis præſentationibus conſtat, iuxta requiſita à Concilio Tridentino in ſeſſio. 25. capit. 9. ſed tantum docetur de præſentationibus factis intra ſpatium 39. annorum, accedit etiam quia cum hoc ius patronatus ſpectat ad nobilem, & Illuſtr. Familiam DD. de Caracciolis, ſiuè etiam ad alias eiuſdem qualitatis; videtur ex vſurpatione potius, ac quaſi poſſeſſio non ex fundatione, iuxta Dec. Creſcentij 13. quo caſu præter immemorabilem temporis curſum de quo dictum eſt non conſtat, requiruntur etiam præſentationes continuatæ ſpatio 50. annorum quod tempus nec minus adeſt propterea ab eodem Concilio in his caſibus nedum titulus iuris patronatus ſi quis adeſſet, ſed ipſa quaſi poſſeſſio in totum abrogatur, & irritatur, ita vt beneficium tanquam liberum poſſit à ſuis collatoribus conferri, & prædicta facilius procedunt, quia ſtante lite orta ante inſtitutionem de qua agitur, etiam de iure communi requiritur diſcuſſio plena proprietatis iuris patronatus. Con. Deci. 177. num. 1. verum quia pro parte eiuſdem Decij allegatur Confeſſio facta per Dominum Octauianum in literis ſuæ prouiſionis quia Cappella hæc de qua agitur eſt de iure patronat. licet ſit hoc extra dubium DD. reſeruarunt hoc pariter videndum ſi pro eo Decius audiri voluerit.

Et quód hoc nec ſit, neque fuerit; dicitur, verbum in Bullis appoſitum eſſe generale; & inquit aſſeritur; quod verbum tanquam generale, & imperſonale non cenſetur prolatum per impetrantem Rota in antiq. 74. 727. Caſſad. deciſ. 4. de probatio.

Ex hac deciſione in finalibus verbis ſumenda eſt Concluſio, quod ſi á parte diceretur facta aſſertio

patronatus in literis Papæ; censeretur probatum Iuspatronatus dum contrarium ipsa firmat propter verbum illud asseritur, quod est impersonale, neque á parte ipsa prolatum.

Quare beneficium collatum à supremo Pontifice cum assertione quod de Iurepatronatus laicorum existit,& deinde cum derogatione in totum, vel pro parte verificari patronatum non dubito si illius vigore impetrantem obtinuisse possessionem constet, idipsum sentio, cum resignatio admissa fuit, cùm assertione prædicta quod est de Iurepa-
435 tronatus, & adsit clausula dummodò patroni accedat consensus tanto magis quod relata dictio, dùmodo, siue sonet in conditionem, siue in modum, debuit per impetrantem adimpleri, & ante implementum non cõsequitur effectum gratiæ Anchar. consil.169. Visis Puncto, & statuto, sub num. 1. & Decius consil.661. In casu, num.12. quinimmó si iungatur ei quod venit implendum antequã actus perficiatur significat conditionem, non modum, Crauetta post alios consil. 10. num.14. quare licet consensus subsequi possit actum; debet nihilominus antecedere effectum, exemplum in donatione patronatus certum est donationi iam factæ aduenire posse, attamen donatione vti nequibit donatarius nisi præstitus fuerit Episcopi consensus; ita quoque poterit subsequi collationem gratiæ, effectum tamen sortiri non valeret, nisi assensus præcedat capturam possessionis,& decretum exequutoris, tum præsertim quod si modificatiua est, & propterea restringit, iuxta sentẽtiam Decij in cap. ex literis num.19. de rescript. requirit de necessitate, quod existat illud, cui ipsa dictio iungitur, vt actio suum consequatur effectum Alex. in l.1.nu.8 ff. ad l.Iuliam, Ruin.consil.202.& 225.vol.1. ex quibus præsumi intercessisse consensum patronorum dicendum est, eo ipso quod cõstaret impetrantem consequutum esse possessionem vigore literarum Apostolicarum continentium clausulam;& recensita verba dummodo patroni accedat assẽsus. probatque Decius consil.126. In causa Domini Francisci, nu. 4. & decisum per Rotam 7. Iunij 1589. in vna Mediolanen. beneficij coram Perusino.

Constito itaque iuxta prędicta, de patronatu, vel Iure præsentandi, properandum est ad Institutionem præsentati, & sic ad vltimam partem Iurispatronatus quam superius tetigi.

436 In qua re aduertendum in primis est cuicumq; etiam inferiori ordinario licere instituere si in possessione instituendi reperiatur, alioquin dumtaxat
437 Episcopo; eius autem Vicario, sine Præsulis specifico mandato, semper controuersum fuit, quandoquidem negant Zabarell. in clem.1.nu.6.& illic Imola nu.13. de Iurepatron. Sbrottius tract. de offic. Vicar. quæst.111. lib.2. Sed in aduersam partem eundum esse non dubito, sequutus Anchar. in cap. fin.nu.7. de offic. Vicar. in 6. & inibi Geminian. sub nu.10. Roman. sing.607. Tuscis quòd Fundatores; qui addit de hoc esse casum singularem, & rotundum in cap. ex frequentibus de instit. & illic Abb. numer. aduertit nõ ita bene alibi probari: & Dec. cons.121. in causa, per totum, & consil.129. Pro tenui Boer. decis.30. & primo num. 4. Rocchus in verbo competens sub nu.67. Roland. consil.47. visis iuribus sub nu.45. vol.3.

438 Capitulum quoque Sede vacante instituere potest pręsentatum valere non est dubitandum propter modernam sanctionem Bonifacij VIII. in c.1. de institut. in 6.

Verum quia contingere multa possunt, vt non obstante verificatione patronatus,& præsentatione dubium sit, quid facere oporteat,& sit ne instituendus præsentatus, ideo censui pauca scribere, quæ Iudicem instruant, quid sit agendum dictis in casibus.

439 Ac primo quid agendum cum patronus nominauit duos ad beneficium instituendos? cui interrogationi, erit facilis responsio si præmittam, licere patrono aliquem idoneum præsentare, & alterum
440 postea cumulare, & quamuis alij opinentur permissum esse patrono etiam secunda vice variare, attamen priori standum sententiæ tanquam veriori, existimo cum Caualcano,& alijs inferius memorandis auctoribus; Quod si à prima præsentatione non variaret,& cumulando secundum nominaret, sed à priori præsentatione prorsus recedendo alterum nominaret, esset sine dubio nullius validitatis, hic secundus actus, teste Ripa in rubr. de Iudic. nu. 69. Lapo allegat.78. vacauerat, post nu.6. Lambert. 2.par.2.lib. quæst.7. princ. artic.22. post nu.6. quia semel tantum,& cumulatiuè non autem priuatiuè variare potest laicus, nempe non priuando,& reuocando primum actum, se alium per viam variationis,& cumulationis nominando ita Caualcan. decis.10.n.61.par.3. Francisc. Marcus decis.478. quęritur quale Ius, post nu.6. par.1. & ante ipsos Ioan.
441 Andr. in cap. in re communi de regul. Iuris in 6. Mercurial. in tantum quod si nihil addatur, de variatione, aut cumulatione, sed alter simpliciter pręsentetur, adhuc fuit á multis hæsitatum, vtrum ne subsistat,& negatum ab aliquibus, e quorum dicto recedendum esse verius reputatur quia voluisse patronum vti facultate á iure sibi concessa variandi censeri debet, vt aduertit Lambert. citato artic.22. num.7.& defendit Guttierez tract. de iuram. confirmat. par.3. cap.13. num.5.

442 Et vbi duo fuerunt ita validé nominati, nulla datur superiori facultas eligendi, cum idonioré admittere teneatur, vt inquit Rocchus Curtius, in
443 tract. de Iurepatr. verbo honorificũ post nu.40. & Abb. in c. cum autem nu.2. dicto tit. qui quidem text. Episcopo concedit Ius gratificandi, cum vterque æquali idoneitate callet.

Dicitur autem idonior, & propterea præferendus cum quo aliqua concurrunt, ac præsertim si is, altero sit senior, Lambert.2.par.2.lib.2. quęst. princ. artic.26. num.4. Barbat. cons.23. capio primum post num.13. volum.1.

Item si originarius, alter verò externus, quia tunc attento ordine caritatis admittendus esset originarius, quãuis ageretur de curato beneficio, iuxta decis. Garsiæ. Mastrilli 2. de Iure nu.14. qui propterea memorat Fuscum in tract. de visit. in rub. de § dicto exam. ponen. cap.5. nu.13. & 14.& c.21. nu.25. lib.2. Couar. pract. qq. c.35. vers. secundò annotandũ est sub num.5. concinit text. in c. hortamur 71. dist. idq; nõ solum Iure ciuili, & canonico fulciri, sed diuino quoq; asseuerat Mãdos. in cons.55. nu.4. cum seq.

Item

Item ſi doctoratus laurea decoratus, cùm propterea magis idoneus ſaltem credendus ſit, iuxta notata in hac ipſa ſpecie à Roland. à Vall. conſ. 47. viſis iuribus nu. 76. vol. 1. & citatus Maſtrillus adducta deciſ. nu. 15.

Præterea ſi Sacerdos; alter verò aliquo inferiori ordine inſignitus per eundem Roland. inibi nu. 75. vbi alia complura congerit, ex quibus facilè erit cognoſcere vter ſit idonior.

444 Et cum omnibus rectè perpenſis, adhuc exiſteret dubitatio ad cognoſcendum idoniorem, teneretur Superior dimittere dubietatem, & inſtituere primum præſentatum ex Lambert. indicato artic. 26. nu. 7. ipſeque obtinui aduerſus quendam Clericum cumulatum, qui & fauoribus multis pollebat, & filius Conſiliarij Regij erat.

445 Sed electio, & gratificatio datur Epiſcopo, quotieſcumque omnis abeſt dubitatio, omniaque eſſe paria conſtat, ideoque ſi plures fuerint à patronis præſentati, & vnuſquiſque habeat parem numerum vocum, & æqualem exiſtentiam meritorum, poterit Antiſtes vni eorum gratificare, ex notatis per Lambert. artic. 1. q. 5. princip. par. 3. lib. 2. nu. 8.

446 Itaque, ſi reliqua non eſſent paria, gratificatio ceſſaret non obſtante æqualitate vocum, quod ex eodem Lambertino illic rectè colligi poſſe non dubito, & concludit Ioan. de Imol. in clement. plures num. 6. hoc tit. defenditque Rocchus de Curte in verbo honorificum, verſ. ſed bonus vir, ſub nu. 40. vbi alios in hanc ſuam ſententiam adducit, ac præſertim Zabarell. in eadem clement. plures §. fin. nu. 1. dúm his vtitur verbis, & ſi eſt parilitas diſtinguenda, erunt merita, vel locus erit gratificationi: ex quibus verbis potius colligi poſſe ſuadeo eius intentionem fuiſſe, vt ſiuè attendantur merita, ſiuè gratificet Antiſtes, validè faciat, cum vtatur, dictione, vel, quæ eſt alternatiua, & in alternatiuis ſatis ſit alteram partem adimplere, eſt verùm, quod idem Rocchus cognoſcés efficaciam huius rationis, ſubintelligenda eſſe aliqua verba ſcribit, & interpretatur intentionem Cardinalis, vt ſi merita diſtingui poſſint præferatur idonior, ſed vbi merita diſtingui non poſſunt, tunc locus ſit gratificationi, ad cuius intellectus tuitionem adducit eiuſdem Cardinalis verba in princ. dictæ clement. col. 4. ibi ita, quod ſi illi duo hæredes, vel vnus præſentent vnum, & illi decẽ alium, admitteretur idonior, & ſi erunt æqualis meriti, locus erit gratificationi ſuperioris: & quidem ſi hæc verba affirmatiuè ſcriberet illic Zabarell. declararent, ni fallor, alia verba pauló obſcuriora mox relata, & ab ipſo poſita inferius in §. fin. ſed cùm inibi recenſeat verba, & opinionem Laudenſis, non videtur in illa reſolutione perſiſtere, maximè quia inferius propè nu. 4. expreſſis verbis, tenet contrariam ſententiam inquiens. Reperiuntur iſti duo præſentati pares in vocibus, & ſic eſt locus gratificationi, eod. tit. cap. cum autem; ex his fateor Zabarellam propendere in alteram opinionem, à qua tamen ipſe prorſus diſcedo, tum ex præfatis auctoritatibus, tum ex textu in cap. quoniam de iurepatron. & cap. ſi fortè 63. diſtinct. quorum verba expreſsè præportant, quod ſi in plures partes fundatorum ſe vota diuiſerint. Ille præficiatur Eccleſiæ, qui maioribus iuuatur meritis, neque explicari poſſunt de vocibus imparibus eo, quod niſi indignus ſit, vel inhabilis, certè inſtituendus eſſet præſentatus à maiori parte, non obſtante maio-
447 ri idoneitate alterius à minori nominati, & poſtmodum reperi modernum, ſed eruditum Gaſſium Maſtrillum, hanc eandem meam ſententiam inſequentem, eamque amplexantem in illo conciſtorio, atteſtantem in deciſ. 2. de iure, ſub nu. 13. Quarè multo minus ab hac recedendum eſſe fateor, tametſi non deſint alij, qui aduerſam tuentur exiſtimantes, tunc gratificationi omninò locum eſſe, & potiſſimum gloſ. in cap. ſi plures 16. q. 7.

448 Recordor tamen non illum dici habere paritatem vocum, qui cum eſſet extraneus á tot patronis nominatus eſſet, á quot fuiſſet præſentatus compatronus, cum ſit maior numerus ex parte ipſius cõpatroni, qui facit transſcendere numerum, & excedere æqualitatem vocum, ita Lambert. artic. 7. nu. 2. dictæ q. princip. 5. par. 3. lib. 2. & abundantius in
449 prima par. 2. lib. 8. artic. 8. q. princip. Daretur tamen gratificatio, ſi fuerit ab vno, vel multis patronis præſentatus aliquis idoneus, & deinde ab illomet, ſiuè ab eiſdem variantibus, & cumulantibus, præſentatus alter, æquè idoneus; habet enim locum gratificatio, vt Epiſcopus eligat, quem maluerit, cap. cum autem de iurepatron. & Rocchus in verbo honorificum ſub nu. 44. cuius dictum licet videatur aduerſari Lambertino in adducto artic. 26. nu. 7. Nihilominus conciliari poſſe arbitror, ſi dicam reſolutionem Lambertini procedere, vbi dubium eſt, ſi ambo ſint in æquali idoneitate, vel alter eorum ſit magis idoneus, iſtam verò Rocchi Curtij ſubſiſtere, quotieſcumque patet eos eſſe æquè idoneos.

450 Verùm pergrauem ſemper iudicaui reſolutionem eius quæſtionis, ſi fuerit nominatus aliquis illegitimus, qui præcedente diſpenſatione habilis iam factus eſt ad beneficia, & alij fuerint etiam præſentati pares habentes qualitates, ſine vlla diſpenſatione ſit, ne locus gratificationi, ita quod valeat Epiſcopus præponere illegitimum ipſum, vel ſi concurrat ad Curatum beneficium, qui ſimul cum alijs fuerit idoneus iudicatus ab examinatoribus, ſit ne locus diſpoſitioni Concil. Trident. in cap. 18. ſeſſ. 24. de reformat. an verò teneatur Præſul eligere alium, qui ſit æquè idoneus ſine vlla diſpenſatione? & licet libentius inclinauerim intrare gratificationem, impulſus aſſertionibus Vicarij Piſani, relatis in conſ. Decij 542. cuius Vicarij reſponſum exorditur præſuppoſita, vbi à num. 4. & Rebuff. ſuper concord. Franciæ rubr. de collatione §. præfatique ordinarij, verſ. idoneis, eam notandam ſtatuunt concluſionem; Quod idoneus etiam ille dicitur, qui vigore diſpenſationis iudicatur, & apparet talis: quamuis naturaliter attento iure communi non eſſet habilis; Adiungit rationem illam, quia quando ciuiliter factum, eundem operatur effectum, quod, & naturaliter, ſatis eſt factum ciuiliter, l. fin. §. fin. ff. mand. l. ſi mater C. de inſtit. & ſubſtit. Bald. in l. fin. ff. de his, qui veniam ætat. impetrau. ſed quem eſſe idoneum ad beneficia, non ab ipſa natura procedit, ſed á iure, idcircò ſufficiat, ſi verificetur per iuris fictionem, ac Principis diſpenſationem. Addunt & aliam: quod paria ſunt aliquid fieri ex priuilegio, vel diſpoſitione iuris communis, ex textu in l. liberos, ibique Bald. C. de colla-

collation. & Dec. conf. 609. quæritur vol. 2. verum quia Decius ipse, tum in initio dicti conf. 542. nu. 34. tum in suis replicationibus nu. 5. contradicit, tametsi volens clienti satisfacere, & pecunia locatus in illius gratiam responderit, vt idoneus quandocumque prouidendus est, is sit eligendus, qui attenta sanctione iuris communis idoneus reputatur. Nihilominus ob Decij auctoritatem vacillabat animus meus, nec pedes vnquam in priori figere audebam; tandem omnem submouit nebulam, auctoritas Romanæ Rotæ, cum in vna Calaguritana beneficij, die veneris 20. Februarij 1587. tenuit, cum iudicandum esse magis idoneum, qui dispensatione non indiguit, teste Serafino decis. 767. num. 2. par. 1. Atque ideo respondendum censeo in priori casu, non esse locum gratificationi, sed instituendum alium. In secundo verò, minus valide fuisse, cum alijs approbatum illegitimum ab examinatoribus, ac propterea partes Episcopi esse, vt eligat vnum, ex alijs approbatis.

451 Non tamen licet patrono etiam per viam variationis, vel cumulationis alium nominare, si dum prima vice præsentauit, iurauit non variare, neque cumulare probat multis rationibus, & auctoritatibus Ioan. Guttier. in tract. de iurament. confirmat. par. 3. cap. 13. vers. his tamen sub num. 13. ita quod nominando reijciendus esset à superiore, qui secundo esset nominatus; & sine difficultate instituendus esset primus, ex his, quæ citatus Lambert. scripsit, artic. 16. q. 7. par. 2. lib. 2. sub nu. 4. & videnda sunt, quæ scribam num. . , vers. & quia in vtroque casu.

452 Posset tamen Procuratorem deputare ad præsentandum iuxta decisionem inferius adducendam 547. par. 3. diuers. per argumentum à correlatiuis, & à contrario sensu, quia per seipsum præsentando, non discedit à sua promissione, quæ fuit non variandi, neque cumulandi.

453 Ita in casu contrario, si Procuratorem deputauit ad præsentandum, iurauitque dictum Procuratorem non reuocare, licet reuocare nequeat; alium tamen per se ipsum præsentare non vetatur, ratione illa, quam superius tetigi, quia aliud est non reuocare mandatum, aliud verò præsentare alterum, ex decisione Rotali in vna Pisanen. 9. Iunij 1559. coram Paleotto, rescripta in 3. par. diuers. & propriè in decis. 547. sequendo mandatum.

454 Et quia in vtroque casu, aliud insigne solet contingere dubium, si non obstante iuramento de non variando, aut non reuocando Procuratorem, si variet, vel reuocet, an propterea delinquat, quia fecit actum sibi vetitum? subsistat ne variatio, aut reuocatio, namque valere insinuat Lambert. licet ipsum periurio notari scribat in 1. par. 2. lib. q. 4. princip. artic. 13. & citato artic. 16. post num. 4. & alij multi approbant, licet apud Dominos de Rota non minima controuersia extiterit, super hac difficultate, & videre licet in finalibus verbis præfatæ decisionis 547. & partem affirmatiuam in Procuratore constituto ad renunciandum beneficium, constituit, & declarat Paris. de resignat. benefic. lib. 9. q. 25. mihique licet certum sit valere reuocationem eius, maximè actus, qui pendet à voluntate facientis, & tertio nullum parat præiudicium, neque illius vigore est alicui ius quæsitum, vt inquit Roland. consil. 6. quoniam nu. 55. vol. 1. & Ioan. Guttierez in tract. de iuram. confirm. par. 1. cap. 58. nu. 17. vbi alios idem asseuerantes adducit: attamen in hoc casu constitutionis Procuratoris ad præsentandam certam personam, quam acceptauerit, sit nulla reuocatio concludendum ex notatis per eosdem, maximè Roland. d. cons. num. 56. quamuis melius sit, ac tutius nonnulla verba addere, quæ omnem casum complectantur, & variatio nunquam subsistat, neque procuratoris reuocatio, neque si fieret, vel cumulatio, aut reuocatio sit absque omni scrupulo nullus, vterque actus: hæc contendant præsentandi, quod subsequenti inserantur in eo actu verba; etenim illorum præsidijs aduersus patronorum versutias septi erunt, ne eis amplius obesse illi valeant.

455 Namque in præsentatione, hæc addi in fine oportet; quam quidem præsentationem, & nominationem, ad fauorem supradicti N. factam, promisit (& si plures sunt præsentantes promiserunt) coram nobis, & iurauerunt in specie non reuocare, neque per viam variationis, siuè cumulationis alterum præsentare, aut mandatum procuratorium facere, ad alium præsentandum, variandum, seu cumulandum; & quatenus alterum præsentaret, reuocaret, variaret, aut cumularet, seu mandatum prædictum conficeret, ex nunc sit nulla, & inualida, præsentatio, reuocatio, variatio, & cumulatio prædicta, mandatumque iam dictum, ac quicquid illius vigore esset per constitutum in eo procuratorem, gestum, actum, & exequutum, ita quod isthæc præsentatio suum omninò debeat, ac plenarium sortiri effectum, & generaliter, &c. promiserunt, &c. renunciauerunt, &c. ac iurauerunt, &c.

Si verò mandatum fiat procuratorium ad præsentandum; isthæc alia addi oportet, & insuper promiserunt dicti N. N. constituentes, & in specie coram nobis iurauerunt, hanc constitutionem, & procurationem, necnon præsentationem, & nominationem in personam dicti A. (si fuerit ad præsentandam certam, & in mandato nominatam personam) non reuocare, neque per viam variationis, aut cumulationis ab eo recedere, aut alterum constituere procuratorem, ad alterum quoquo modo ex prædictis nominandum; neque per ipsos constituentes alium præsentare, etiam variando, & cumulando, sed semper, & omni futuro tempore habere ratum, & gratum præsens mandatum, & quicquid eius intuitu fuerit, vt supra per eundem procuratorem exequutum, præsentationemque propterea ab ipso faciendam gratam, ratam, firmam, & validam, & istud reuocando mandatum, aut alterum per se ipsas constituentes præsentando, etiam per viam variationis, vel cumulationis, tam præsentis mandati reuocatio, quam ipsa præsentatio, sit & esse debeat, ex nunc inualida, & nulla; ita quod præsens procurationis mandatum, & præsentatio, ac nominatio, ob illud faciendа suum omninò sortiatur effectum in fauorem, & personam ipsius, vigore nominandam, ac præsentandam, & generaliter, &c. promiserunt, &c. renunciauerunt, &c. ac iurauerunt, &c.

456 Alter est casus, si præsentatum mori contingat, vtrum ne præsentans valeat alterum nominare: & si vnicus fuit præsentatus, non dubium, quin aliud cur-

currat quatrimeſtre patrono ad præſentandum: ſed vbi plures fuerunt præſentati, an in patroni, an veró compræſentati beneficium deceſſiſſe credatur: & in compræſentati beneficium obijſſe dicendum eſt; ſic reſpondente Calder. conſ. 1. vt lite pendent. & Caualcan.deciſ.Fiuizana 10.propè nu. 63. par. 3. nam ſi aliquibus litigantibus ſuper electionibus contingat aliquem ipſorum mori, vel ſuo iuri renunciare, aut à proſequutione ipſius quoquomodo excludi ad aliam electionem procedi minimè poſſe, ſancitur, & ſi procederetur, ſit ipſo iure nulla electio in cap. 1. vt lite pendent. in ſexto, cuius textus expreſſa verba, tametſi electionem tantum comprehendant, ratio tamen, & prohemium, etiam præſentationem amplexantur, vt diſpendijs ex litibus prodeuntibus occurratur, ita quod præfati Calderin. & Caualcan. affirmant citatum caput intelligendum de præſentatione ad beneficium iuriſpatronatus; aiuntque in eo quoque textu id ipſum notari communiter à Doctoribus, ac præſertìm ſcio aduerti à Philippo Francho poſt nu. 2. & inſuper ab Henricho Boich in cap. cauſam quæ el 2. nu. . . de teſtib. Lapo allegat. 22. an ſufficiat nu. 3. Mileò in repertor. verbo patronus, etiam laicus lite pendente, & Pariſ.conſ. 47. videtur prima nu. 13. vol. 4. à qua reſolutione non eſſe recedendum, admonet Lancell. tract. de actent. in præfatione ſub nu. 668. & communem eſſe, inquit, Mandoſ. in addit. 8. ad citatam Lapi allegationem, quinimmo, & Rocchus de Curte, & Lambert. licet multa cumulent, & vtrum ne ea vera ſit vacillent, ille ſcilicet in verbo honorificum nu. 53. & iſte in 1. par. q. 6. princip. artic. 1. lib. 2. in eam tamen propendent, quam non ſemel inſecuta eſt Rota Romana, tum antiquiori tempore, nempè Sixti, & Alexandri, tum poſteriori ſi Gomeſio credendum duxerimus, id atteſtanti; in Regula Cancellariæ de ſubrogand. q. 13. nu. 6. in addition.

457 de textu in cap. fin. de elect. in ſexto; qui licet verba faciat (vt iam dixi) de electione, nihilominus, & de præſentationibus intelligatur, ſcripſit inibi gloſ. verſ. electione, & Bertazolus conſ. ciuili 67. non obſtantibus nu. 59. maximè ſi verùm eſt, quod appellatione electionis venit etiam præſentatio, vt ſcribit Guid. Papæus q. 374. permutatio facta ſub nu. 8. & concinunt aliæ rationes adductæ per Franc. Marc. deciſ. 480. nu. 9.

Ac demùm adſtipulatur textus in cap. 2. eod. tit. vt lite pendent. in ſexto, qui quidem textus expreſſè fatur, & decidit idipſum, quo ad præſentationem, quod antea ſanxerat adductum cap. 1. reſpectu electionis; dato quod vera eſſet ſententia Lambertini citato loco, vt primum iam dictum caput verba faciat de ſola electione: alterum verò, & ſecundum in ordine, extendatur etiam ad præſentationem, longè magis, dum vtrunque de præſentatione ſtatuere non dubitatur, ex prædictis auctoritatibus nihil reluctante argumétatione illa, ex prohemio Gregoriano deſumpta, ne admittantur iura ſuperflua, & idem ſtatuentia, quandoquidem non propter hoc, quod ambo loquuntur de electione, & præſentatione, ergo ſunt ſuperflua, namque verba faciunt in diuerſis caſibus: etenim caput primum loquitur, cum lis eſt inter duos electos, aut præſentatos, quorum neuter fuit admiſſus, nempè confirmatus, aut inſtitutus: caput veró ſecundum cum alter fuit admiſſus, vt gloſ. explicat in eodem cap. 2. verſic. poſſidere, inſequiturque Lambertinus adducto artic. 12. nu. 15. Non tamen dubito, quin text. in recenſito cap. 2. reſtrictionem admittat; vt loquatur dumtaxat, cum lis extat inter duos præſentatos à diuerſis patronis; ſecus autem cum inter alios controuerſia foret ex alio capite, quam præſentationis, ne verſutia aliquorum introducentium litem ſuper beneficio in cauſa eſſet, vt patronus ſine culpa impediatur nominare, quem maluerit, quod notandum ob auctoritatem Rotæ ita decidentis in vna Bergomen. cappellaniæ, coram Bubalo, ſub die 19. Iunij 1579.

458 Sed cum fuit nominatus indignus, quid ſit faciendum, ſi quæratur; Reſponſio videtur tuta reſpectu patroni Eccleſiaſtici, vt deuoluatur ad proximum ſuperiorem prouiſio, & docet Papeus indicato loco, & gloſ. 2. in cap. cum vos, de offic. ordin. quo verò ad patronum laicum, varia legitur Doctorum ſententia, cum aliqui etiam deuolui crediderint, maximè Hoſtienſ. in citato cap. ſub num. 2. Barbat. conſ. 33. quo ad primum ſub nu. 12. vol. 2. Ioan. Gultieres in tract. de iuram. confirm. par. 3. cap. 13. nu. 10. & alij relati à Hieronym. de Cauagl. q. 659. pro declaratione, verſ. ſed contrarium ſub nu. 4. Alij autem exiſtimant non priuari, ſed licere patrono infra quatuor menſes variare, talique elapſo tempore, non amplius poſſe, cuius ſententiæ fuit Ioan. Andr. citato cap. cum vos, ſub num. 12. Abb. nu. 1. & 5. Butr. nu. 4. & Imol. nu. 3. inſequiturque Franc. Marc. deciſ. Delphinali 1157. quæritur quando patronus par. 1. At mihi ſemper magis placuit diſtinguere, quod ſi ſcienter præſentauit indignum ſpolietur ea vice, iure præſentandi, ſed ſi ignoranter poſſit infra quatrimeſtre variare, ex Rota alijs freta doctrinis, apud Caputaqu. deciſ. 291. patroni par. 2. & ita intelligatur text. in §. ſi quis oratorij in auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. qui fatur de indigno præſentato, vt non ſit ordinandus, ideſt inſtituendus, ſed Epiſcopus tunc eligat perſonam dignam ad Eccleſiam; procedit enim cum ſcienter denominatio talis perſonæ facta apparet, & in hanc declarationem, & diſtinctionem concurrit Lambertin. q. 10. princip. artic. 4. par. 1. lib. 2. à nu. 22. vbi prætereà à nu. 32. quærit, & explicat, quis dicatur indignus, ad finem, vt ſi fuerit denominatus ad beneficium, valeat Antiſtes alterum deputare, ipſeque tetigi rubr. 7. cap. 6. nu. 73. illud tamen ſciturus Præſul neutiquam poſſe hoc prætextu repellere præſentatum, niſi ferè ſit euidens eſſe indignum, quod notat Leſſius lib. 2. cap. 34. ſub nu. 56. admittit Galet. in margarita, verbo iuſpatronatus §. fin. Addit autem idem Leſſius, hoc vt euidens fiat, difficile eſſe, præſertim quia rem exactius diſcutere vix audet, maximè ſi patronus Princeps ſit.

459 Cúm verò non fuerit denominatus indignus ſed non idoneus, ſeu minus idoneus, ad inſtituentem minimè deuoluitur ius eligendi alium, ſed tantum deputandi œconomum, quouſque á patrono denominetur alius, & vendicat ſibi locum textus in pluries citato cap. cum vos, de offic. ordin. ſi tamen infra quatrimeſtre fuerit illius facta denominatio, quandoquidem ſi illo tempore elapſo contingeret præſentari minus idoneum, liceret ſuperiori

riori eligere alium ad beneficium, vt idem Lambert. explicat indicato artic. 4. sub num. 23. quando multo magis intrare Lessij conclusionem credimus.

460 Quod si indignus fuerit à maiori parte præsentatus: alter verò habilis à minori, vter erit instituendus; fortasse hic secundus, sicuti in electione Sancitum legitur in cap. dudum el 1. de elect. & cap. congregato eodem citat. titul. vbi præsertim Imol. sub nu. 8. ait, procedere etiam si vnico, & eodem scrutinio fuerit facta electio, nec requiratur aliud scrutinium, quod nota, quia verum, fauentque plurimum congesta nu. 456.

461 Vt autem inhabilis quis iudicandus sit, attendendum erit tempus præsentationis, non aliud subsequens, ita quippe colligi poterit, ex notatis per Marium Antonium variar. resolut. lib. 1. resolut. 19. nu. 1. & Rotam decis. 69. par. 1. diuersor. dum capacitatem clerici, & requisitam in eo qualitatem, tempore præsentationis extare debere aiunt, ideò satis esse, si valida sit præsentatio, quamuis institutio reperiatur nullius momenti, notauit Seraphin. decis. 1238. nu. 4. adeò quod ius quæsitum per præsentationem patronorum dicatur præseruatum per clausulam, dummodo alteri non sit ius quæsitum; etiam si institutio deinde facta, nullitati subiaceat, ac propterea si præsentatio antecesserit gratiam Papæ, sit inualida gratia ipsa, per alteram eiusdem Rotæ decis. 17. de præbend. in nouis, & doctrinam Sarnen. in regula de non tollendo iure quæsito q. 1. nu. 8. & resolutum fuisse memorat coram Sanctissimo Clement. VIII. tunc Rotæ Auditore in vna Astoricen. Archidiacon. Ex prędictis cum duo fuerunt ad beneficium præsentati, quorum alter excommunicatione ligatus erat, quamuis maiori numero vocum fulciretur, & latum esset decretum in gratiam eius, qui fuerat à minori numero præsentatus, eo quod nullo detinebatur impedimento: euenit quod interposita appellatione à succumbente, eaque pendente, absolutionem ille consequutus est, qui tanquam nominatus à maiori parte, instaret pro reuocatione decreti, vtque decerneretur ipsum instituendum esse, & institui debere, obtinui confirmationem prioris decreti, stante habilitate illius, tempore quo fuerat præsentatus, & inhabilitate alterius, stanteque propterea validitate decreti in prima instantia lati, & mandantis instituendum esse præsentatum à minori parte, cuius vigente iustitia, non poterat à Iudice appellationis reuocari, cuius partes sunt annullare sententiam iniustam ex tunc deductis, vt latius scripsi cap. 27. nu. 97. Prænarratis opitulantur etiam quæ congerit Gratian. nouissimè visus decis. Marchiæ 199. num. 1. & in addit. num. 3. Quin illud idem, quod tunc obtinui, faciendum similiter erat, si ante decretum institutionis faciendæ superuenisset absolutio, quandoquidem tempore præsentationis alter erat inhabilis, ideoque foueri tali pręsentatione, nequibat potissimum in præsenti cauob compresentati interesse, Lessius lib. 2. cap. 34. à num. 119.

462 Non secus, ac in casu contrario, qui eo tempore esset habilis, ac propterea reportasset fauorabilem sentẽtiam, non esset à Iudice appellationis reijciendus, si pendente prouocatione superueniret defectus aliquis; quin si fuerit institutus, aut mandatum institui, eo quia tunc numerus patronorum excedebat numerum, qui compræsentatum nominauerat: Quamuis deinde accreuerint aliæ præsentationes, non tamen operari poterunt, vt decretum illud reuocetur, etiam si aliæ prædictæ præsentationes accesserint infra quatrimestre tempus,

463

464 intra quem fuerit ille institutus, non tantum, quia ius post conclusum adueniens, nihil releuat, teste Barzio decis. Bonon. 70. nu. 31. longè magis post latum decretum, sed insuper, quia hic est effectus ædicti, quod dum fuit propositum conqueri alij patroni, nequeunt de contemptu, vt aiunt Io. Andr. in cap. 2. vers. hodie non puto, sub num. 5. de his, quæ fiunt à Prælat. & cap. 2. vers. item si alterius, sub nu. 2. de offic. Vicar. in sexto, Gemin. inibi, versic. & idem esset, sub nu. 6. tandemque Felyn. in cap. cum Bertoldus nu. 13. de sentent. & re iudic. Adiungens oportere, vt patronus, qui nõdum nominauit compareat in termino edicti, petatque supersederi in institutione, quia intendit gaudere tempore sibi à lege concesso ad præsentandum, quo casu sint, & non aliter ligatæ manus superioris; atque adeò vt si tunc ad institutionem properet, nihil agat, & actus quiuis ab eo factus sit nullus, tanquam spreto patrono gestus.

465 Verùm laicus sit ne incapax præsentationis, & propterea dicatur ne facta præsentatio de inhabili, cum ille fuit nominatus, non inutiliter quæram, dum Ioan. de Selua tract. de benefic. lib. 2. q. 23. nu. 14. affirmat laicum præsentari non posse, cumque præsentatio operetur ius ad rem, quod in beneficijs competere laicis non videtur posse: sed Rota restringit adductam Ioannis sententiam, vbicumque laicus præsentatus longum post tempus clericali ordine insigniretur, non autem breui interiecto tempore; quia tunc minimè dicenda esset facta de persona penitus inhabili, cum satis sit ante institutionem fuisse promotum; ita Rota in vna Imolen. iurispatronatus, coram Orano 19. Nouembris 1594. quam sequitur Paris. tract. de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. nu. 5. & 6. sed quamuis auctoritas Rotæ magna sit, non tamen audeo eius approbare sententiam, etiam attenta ratione ab ipsa relata, nam supponeremus habilitatem præsentati, ac validitatem præsentationis pendere à futuro euentu, scilicet à subsequenti tempore, eoque longo, aut breui; cum respectu habilitatis supposuerim, attẽdendum esse tempus præsentationis in nu. 461. Illi autem conferri beneficium nullatenus posse, certum est, per text. in cap. cum adeò de rescript. neque ille institui cap. 2. de instit. idque adeò, quod si collatio, aut institutio, nihilominus facta esset, omninò reputaretur irrita, & inanis, etiam si statim postea assumpserit clericatum, iuxta decisionem Peregrini 50. lib. 1. in manuscript. quam amplexatus est, Hieronym. Gonzales in 8. Regul. Cancell. glos. 2. num. 66.

466 Et vbicumque deuolutioni locus est, non modo ad Episcopum, sed ad alterum quemcumque inferiorem Prælatum fit deuolutio, ad quem spectat collatio, vel institutio, iuxta glos. singularem in clement. 1. de supplend. neglig. Prælat. & Franc. Marc. indicata decis. 1153. in vltimis verbis, & decis. 475. quæritur an collatio nu. 18. eadem par. 1.

Si

467 Si tamen Procurator nominaret indignum non præiudicaret patrono, vt inquit Franc. Marc. deciſ. 480. quæritur quando procurator nu. 8. par. 1.

468 Sed cum duo eſſent præſentati, alter ab exiſtente in poſſeſſione nominandi; alter verò ab habente proprietatem patronatus, vter ſit inſtituendus, non ſemel hæſitatum fuit, ſiquidem in gratiam præſentati à poſſeſſore, videtur reſpondendum, cum Mãdoſio ita firmante conſ. 41. in cauſa Auſculana nu. 4. per Decium conſ. 117. pro tenui, verſ. & tali præſentatione ſub nu. 2. Federic. de Senis conſ. 234. ſuper 1. Calderin. conſ. vlt. quidam ædificauit. Oldrad. conſ. 312. thema quæſtionis, Abb. conſ. 54. videtur 1. vol. 1. Zabarell. conſ. 69. quo ad 1. ſub num. 4. & eundem Dec. conſ. 134. viſo in 1. dub. & vera eſt, ni fallor, ſententia ſi reſtrictionem illam adiungamus, vt procedat quando poſt inſtitutionem ſuperuenit præſentatio, à proprietario, nam ſi antea, tuncque liquido conſtaret de proprietate patronatus præferendus ſine dubio eſſet, qui ab ipſo proprietario eſſet præſentatus; ex reſolutione eiuſdem Abbatis in cap. conſultationibus nu. 9. de iurepatron. idemque Decius ſcribit conſ. 126. in cauſa Domini Frãciſci poſt nu. 3. & melius conſ. 149. in cauſa, verſ. & retenta iſta opinione ſub nu. 2. Rocchus de Curte verſ. competens alicui num. 45. & 46. & Paulus de Cittadinis in tract. de iurepatron. q. 7. artic. 3. nu. 16. par. 6. ob eam potiſſimum rationem in hanc reſtrictionem deflectunt, quod vbi apparet de proprietate, vnica ſententia diffiniendum eſt petitorium, & poſſeſſorium; ita quod petitorium abſorbeat poſſeſſorium, ex textu in terminis in cap. cum dilectus de cauſ. poſſeſſ. & propriet. qua quidem ratione adductum Cantuccium, ſiue potius Rotam Romanam, hanc eandem amplexari limitationem, deinde reperi in deciſ. 167. Domini, cum duobus proſuppoſitis, ſub nu. 9. par. 2. diuerſor. Quinimmo orta lite inter prætendentem beneficium liberum, alterumque prætendentem de iurepatronatus, idque ante inſtitutionem, de qua agitur, etiam de iure communi requiratur diſcuſſio plena proprietatis iuriſpatronatus, decidit Rota teſte Cor. deciſ. 177. num. 1. & rurſus in vna Neapolitana Rectoriæ 29. Ianuarij 1571. coram Lancellotto.

Quam eandem veram reputo, etiam ſi non appareat de proprietate, ſed fuerit propoſitum iudicium poſſeſſorium ab vno, ac petitorium ab altero, neque à primo replicatum, ne procedatur in peti-
469 torio, ſed tantum in poſſeſſorio: etenim regula illa, quæ diſponit poſſeſſorium primitus decidendum eſſe, poſtmodum petitorium, de qua in cap. ſignificauerunt de teſtib. & Soccin. Iun. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 326. ff. de acquir. poſſeſſ. ſubſiſtit quoties ab intentante poſſeſſorium inſtatur, nè de petitorio cognoſcatur, non diſcuſſo poſſeſſorio, idque adeò, vt ſola, & leuis oppoſitio non ſufficiat, ſed proteſtatio inſuper requiratur, vt ait Crauett. conſ. 248. ſub nu. 3. Pariſ. conſ. 1. num. 171. vol. 1. Neuizan. conſ. 289. nu. 11. lib. 2. & apertioribus verbis Afflict. deciſ. 193. fuit decretum per totam, & Capyc. multa ſcribens in deciſ. 28. in cauſa Magnifici Ioannis Philippi de Afflictis; qua ceſſante proteſtatione, ſi patiatur actor litem conteſtari, aut aliud fieri ſuper proprietate, iuxta verba prædictorum Doctorum, quia cauſa petitorij eſſet admixta poſſeſſorio; ſuper vtroque eſſet procedendum, & iudicandum, vt præter notata à prædictis, reſoluit Menoch. conſ. 263. diſſinitio ſub num.
470 17. vol. 3. & tunc quis dubitat, quod ſi fuerit probatum petitorium, illud opprimeret poſſeſſorium? vt etiam diximus in antecedenti verſiculo.

471 Non tamen redarguerem ſuperiorem, qui in caſibus iſtis, differret inſtituere; conſideratis tamen, quæ notat Rocchus indicato verſ. competens poſt nu. 52. in qua re cauendum eſt à reſolutis per Didacum Spino in ſuo ſpeculo teſtament. gloſ. 4. nu. 27. non enim percepit intentionem Rocchi in dicto nu. 52. quem adducit, cum ſupponat, quod ſi alteri patrono per ſententiam adiudicaretur patronatus, clericus præſentatus per patronum poſſidentem bona fide, & inſtitutus ab Epiſcopo non teneretur reſtituere fructus. Hæc quippè verba in primis inſinuant, quod clericus inſtitutus ſuperueniente ſententia patronatus contra præſentan-
472 tem remoueretur, eſſetque contra textum contrarium decidentem in cap. conſuluit de iurepatrunat. & quod ſubijcit per auctoritatem Rocchi, quod non reſtitueret fructus, non hunc patitur intellectum; aduertendum namque eſt Rocchum minimè loqui de beneficiato, quia ſciebat, illum non poſſe remoueri, ſed de præſentante; volens innuere, cautius eſſe eo caſu differre inſtitutionem, præſertim ad euitãdum abſurdum illud, quod cum teneretur regulariter, etiam bonæ fidei poſſeſſor reſtituere fructus perceptos lite pendente, etiam conſumptos, ſi lite conteſtata eos percepit, iuxta gloſ. fin. in cap. grauis de reſtitut. ſpoliat. hic ſcilicet patronus non poſſet reſtituere dictos fructus, ideſt quod præſentatus, & inſtitutus non poſſet, neque deberet amoueri, cum præſentatio ſit fructus patronatus, ex Zabarell. conſ. 69. quo ad primum, ſub nu. 4. & Molina de primogen. hiſpan. cap. mihi 24. nu. 2. Etenim non obſtante ſententia aduerſus præſentantem, manutenendus quia eſſet præſentatus, & inſtitutus antea ex dicto cap. conſultationibus, & longioribus verbis ſcribam, verſ. ſequenti; ſequitur, quod poſſeſſor non reſtituit fructus, ſcilicet hanc præſentationem, quæ non reuocaretur, quia obtinens patronatum, nequiret alium præſentare, niſi defuncto eo, qui fuit inſtitutus, vigore præſentationis factæ ab eo, qui ſuccubuit in patronatu.

Dubio igitur, cuius mox memini, ſi inſtitutus vigore præſentationis factæ ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi, ſit remouendus, quando conſtaret præſentantem non eſſe patronum, reſpondeo ſuffultus decreto Pontificio in cap. conſultationibus de iurepatron. & declarant permulti Doctores citati per Menoch. conſ. 90. primæ dubitationis nu. 115. & ſubſiſtit vbicumque præſentans erat in poſſeſſione ipſa præſentandi; alioquin ſi credens ſe eſſe patronum nominaret inſtituendum, ac ſubſequeretur inſtitutio; ſine dubio remoueretur talis inſtitutus, quoties ſuccumberet in patronatu, vt ex eodem illo capite deſumitur, cuius quidem capitis prima pars, vendicat ſibi locum quamuis poſt inſtitutionem appareat non eſſe patronatum, ſed ad meram Epiſcopi collationem, quia inſtitutus continuaret, hoc non obſtante ſuam poſſeſſionem, vita durante, ex Menoch. citato conſ. ſub nu. 128. ſicuti, & in caſu contrario, ſi per collationem fuerit pro-

tuiſus

uisus de beneficio, quod deinde de iurepatronatus
esse pateat, iuxta decis. Rotalem 14. vtrum sicut, de
iurepatron. in antiq. & credo procedere, vbi nulla
fuit prætensio, quod fuerit de iurepatronatus ante
prouisionem, namque hoc casu adsunt canones ma-
nifesti præscribentes formam Episcopis in eo, quod
possent, & tenerentur exequi.

473 Cum verò aliquis fuit præsentatus ab eo, qui li-
cet sit patronus, diù tamen cessauit à præsentando,
sit ne instituendus, eo prætextu, quod si ipse hacte-
nus non præsentauit cæteri compatroni præsenta-
runt? & annuendum est, quia veritate fulcitur ea
conclusio; vnius patroni præsentationem non pri-
uare alios possessione, seu quasi præsentandi, at po-
tius eam præseruare, de qua Abb. cons. 54. videtur
primo, vers. nam vbicumque sub nu. 3. vol. 1. & de-
cisum per Rotam, teste Caputaq. decis. 292. patro-
ni 363. præsentatio nu. 7. & 419. quasi possessio par.
2. Puteus decis. 298. fuit resolutum in fin. lib. 1. Roc-
chus Curtius, licet cum aliquali restrictione in tra-
ctat. de iurepatron. vers. competens nu. 42. Thesaur.
sori Ecclesiastici par. 2. cap. 27. num. 67. & Marius
Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 55. vacante
cappella nu. 8. Quorum sententiam subsistere arbi-
tror, cum omnes veniunt ex eodem iure, secus si
diuerso, puta si omnes sint patroni ex causa consti-
tutionis, quia si aliqui ex vno iure, alij verò ex alte-
ro, nempè fundationis, &c. tunc non præseruare-
tur ius alterius, sed potius excluderetur, ita Lam-
bert. artic. 16. q. 3. princip. par. 1. lib. 2. nu. 13. cum
seq. & approbauit Rota in vna Florentina iurispa-
tronatus 27. Februarij 1575. coram Aldobrandino,
relata decis. 229. Domini concluserunt nu. 1. par. 1.
diuersorum.

Cum hactenus multa, & vtiliora scripserim tan-
gentia præsentationem; ad nouissimam partem
deflectendum est, nempè ad institutionem, quam
Præsul, aut alius ordinarius, ad quem spectat omni-
474 ninò facere tenetur, si quæ superius enarraui, con-
currant; adeò quod licet nullum reperiatur præ-
scriptum tempus Episcopo ad instituendum, vt in-
quit Franc. Marc. decis. 451. quæritur de tempore
nu. 2. par. 1. tamen si Præsul recuset, vel differat in-
stituere, non propterea mori debet indefensus præ-
475 sentatus; cum enim recusat, liceret appellare ad
proximum superiorem, vt dicit Rocchus de Cur-
te in verbo, pro eo, quod de Diœcesani consensu q.
5. nu. 12. ac melius Franc. Marc. decis. 491. quæritur
quando Episcopus nu. 4. par. 1. & cum differt, tunc
adiri potest superior, qui terminum statuat inferio-
ri ad instituendum; quo elapso, & institutione non
sequuta ipse instituat, teste eodem Franc. Marc. ci-
tata decis. 491. nu. 1. addo glos. in cap. cum Bertol-
dus de re iudic. Mandos. cons. 7. sub nu. 13. & mo-
uetur ipse Franc. Marc. text. in cap. cum nullus de
iurepatronat. qui text. tametsi de Papa loquatur ex
notatis inibi per Host ensem; Nihilominus id veri-
tate fulciri, cum de licentia danda instituendi in de-
fectum Episcopi agitur; non autem, si de potestate
cogendi Episcopum; eique præfigendi terminum,
quia poterit, & Episcopus etiam adiri; atque ex
Episcopo Archiepiscopus hoc casu, quod notat
Rocchus nu. 15. & omnes in eodem cap. cum nul-
lus probant, maximè Card. Florent. Butr. & Abb.

Quin, & alterum scribit remedium Mandos. in
Regul. Cancell. 31. q. 6. nu. 10. vt renuente ordina-
rio instituere adeatur Summus Pontifex, qui sup-
plet, ac prouidet, seu instituit; dictaque prouisio,
vulgo appellatur noua prouisio; quamuis regula-
riter noua prouisio supponat aliam præcedentem
prouisionem, quæ in hoc casu minime adest, cum
sola extet præsentatio.

476 Cum verò admissa fuit præsentatio, & decretum
successit, siuè sententia pronuncians instituendum
esse nominatum, vt moris est, ac beneficium de iu-
repatronatus si ab aduersario, & succumbente in-
terponeretur appellatio; esset supersedendum in
exequutione, & expeditione literarum, atque cap-
tura possessionis; & si ea non obstante ad vtrum-
que procederetur: attentatorum nomine reuocan-
da forent, ita pluries decidente Rota, vt legitur in
multis decisionibus, maximè in vna Bituntina be-
neficiorum 16. Iunij 1565. coram Domino de Ru-
beis, & alijs, quas citat, & sequitur Lancell. tract. de
attentat. par. 2. cap. 12. limit. 49. quin, & in Curatis
expressè disponitur in constit. 32. Pij V. exordiente
in conferendis; imò ab electione Episcopi iudican-
tis aliquem ex præsentatis idoniorem, licere appel-
lare nedum iure communi defendit, Lambert. ar-
tic. 26. nu. 8. q. 7. par. 2. lib. 2. Abb. in cap. cum autem
nu. . . de iurepatron. idemque Lambert. artic. 16.
nu. 6. eadem q. 7. sed præfata posteriori constitutio-
ne Pij V. quo tamen ad effectum deuolutiuum, li-
cet ex Concil. Trident. in cap. 18. sess. 24. de refor-
mat. neque appellatio interponi ad effectum istum
deuolutiuum liceret.

477 Vnire autem beneficia de iurepatronatus nullus
superior potest citra patroni cõsensum, ne sibi per-
petuò generetur præiudicium, amittendo ius præ-
sentationis, quod sine dubio perdit patronus, statim
ac beneficium iurispatronatus vnitur alteri libero,
iuxta notata per Stephan. Bertrand. consil. 73. in
vnione beneficij patronati volum. 4. qui propterea
vnionem spreto patrono factam decernit irritam,
& præsentationem de persona instituenda admi-
ttendam esse exclusa vnione, illiusque nulla habita
ratione concludit, & validis quippe rationibus.

478 Præterea neque vlli liceat conferre, certi iuris
est, durante quatrimestre, etiam si nulla adhuc fue-
rit facta præsentatio, intãtum quod collatio, & pro-
uisio aliter facta subiaceat nullitati, ex textu in cap.
decernimus 16. q. 7. cap. cum dilectus de iurepatro-
nat. notatque Bald. cons. 17. in 2. dub. vol. 5. Corneus
cons. 47. in præsenti nu. 9. vol. 3. Guid. Papeus decis.
374. permutatio facta propè nu. 2. & Roland. cons.
47. visis iuribus num. 22. vol. 3. qui hanc esse magis
communem asserit sub num. 23. per auctoritatem
Rocchi Curtij in verbo honorificum q. 1. nu. 2. vel
saltem irritari debet, per cap. illud, vbi Abb. nu. 2. &
8. de iurepatron. Paris. cons. 144. scripseram num. 5.
vol. 4. sed vtra sit verior sententia non pugno, cum
illud vnicum sit verissimam validari posse collatio-
nem prædictam; quin, & validatam censeri, post-
quam sciuerit patronus, & non reclamauerit infra
tempus quatuor mensium, vt inquit Franc. Marc.
decis. 493. quæritur an institutio nu. 3. par. 1. & Ro-
busterius decis. 77. fuit resolutum num. 4. par. 1. di-
uersf. & decisum in vna Tridentina iurispatronatus
coram Grato de anno 1563. scripsitque Didacus
Spino in suo specul. testam. q. 4. princip. num. 101.
vers.

verſ. ſic etiam, & reſolutum per Rotam in vna Mediolanen. Canonicatus 12. Februarij 1543. valere ab initio prouiſionem ſuperioris, ſed irritandam ſuperueniente contradictione patroni, vt eſt videre apud Puteum deciſ. 412. fuit reſolutum in fine lib. 1. & deciſ. 181. die vigeſimoſexto Nouembris nu. 4. lib. 3. necnõ colligitur ex deciſ. 366. quamuis, nu. 5. lib. 3. par. 3. diuerſ. ibi alioquin reuocatur.

479 Quin etiam, & reſignatio talis beneficij ſine patroni conſenſu ſit nulla, & irrita declaranda, licet nulla ſuperueniat illius contradictio, concludit Mandoſ. conſ. 7. quæſita num. 1. & poſt alios multos Doctores, Hieronymus de Cauaglios in 1. par. practicar. quæſtion. communium contra commun. q. 282. quæſtio præſens, maximè num. 14. Puteus adducta deciſ. 412. fuit reſolutum num. 2. lib. 1. & hæc vera cenſenda eſt reſolutio, quam tenet etiam Pariſ. de reſignation. lib. 2. queſt. 4. num. 21. licet alij crediderint valere ab initio, & reſcindi, ſi in tempore quatrimeſtris contradixerit, maximè Fabius deciſ. 203. die eadem num. 5. lib. 3. par. 3. diuerſorum, & Didacus Spino in ſuo ſpecul. teſtament. gloſ. 4. princip. num. 101. & Pariſ. de reſignat. benefic. quamuis confuſè, ac ſibi ipſi contradicens in eadem q. 4. num. 21. cum ſeq. & num. 28. Non tamen diſplicet ſententia illa, quod ſuperueniente conſenſu Domini, quandocumque reconualeſcat reſignatio prius facta, abſque illo, iuxta deciſ. 5. de rer. permut. in nouis, & Pariſ. eadem q. 4. nu. 27.

480 Ex his conſtat, quod reſignatione facta ſpreto patrono, ſi interim reſignantem obire contingat dicatur vacare per illius interitum, & prouideri debeat ad præſentationem patroni, concluſit poſt magnam diſcuſſionem Rota, in vna Mediolanenſ. Canonicatus, & præbendæ, relata per Mohedan. deciſ. 8. Magna difficultas de iurepatronatus, in qua alijs etiam vicibus id ipſum fuiſſe reſolutum aſſeritur, & quia ius à reſignante abdicatum non videtur, vt inibi ſcribitur, & in deciſ. 419. Domini dixerunt num. 2. par. 2. Caputaqu. deciſ. 215. conſenſus num. 3. par. 1. deciſ. 83. reſignatio num. 1. & deciſ. 90. reſignauerat nu. 1. par. 3.

481 Quo modo etiam reſpondendum eſt, ſi de duobus præſentatis, alter fuit inſtitutus, tanquam idoneus iudicatus, & ſuccumbens appellauerit, ac tempore proſequutionis deceſſerit inſtitutus: ſiquidem facienda eſt iterum præſentatio infra aliud quatrimeſtre, nec ſubſtituendus collitigans in ius defuncti; potiſſimum quia ceſſat regula de ſubrogandis, coram Ordinarijs, necnon in beneficijs de iurepatronatus, iuxta tradita per eundem Hieronymum de Cauaglios citata q. 282. ſub nu. 16. quorum vtrumque viget in caſu præſenti.

482 Et quia omnis regula ſuam patitur exceptionem, ideò, & hanc habere reſtrictionem, ne ignores; quandoquidẽ valebit vnico in caſu conferre ſuperior beneficium iſtud, abſque præſentatione patroni, ſi ille negligens in præſentando labi fecerit quatrimeſtre, ſi laicus, aut ſemeſtre, ſi clericus, & non curauerit nominare inſtituendum; & ſubſiſtat tunc collatio adhuc facta in tempore conceſſo ad præſentãdum, vt probat Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 32. nu. 47. & 71. par. 1. Ita quod cum tempus à iure communi definitum ad conferendum, ſit menſium ſex, cap. nulla de conceſſ. præbend. cap. licet de ſupplend. negligent. Prælator. & clement. 1. eodem titulo de ſupplend. negligent. in tantum; quod etiam gaudens indultu, pro collatione adhuc reſeruatorum, & affectorum debeat in eodem termino illa conferre; alioquin eorum prouiſio deuoluatur ad ſedem Apoſtolicam, ex doctrina Caſſador. deciſ. 8. de præbend. Bellamer. deciſ. 735. & Creſcent. deciſ. 15. de præbend. ſimile tempus dicatur præſcriptum ſuperiori ad conferendum beneficium iuriſpatronatus, ad quod nullus fuit in tempore patronis præfixo, nominatus, vt teſtatur Anaſtaſ. Germon. in tractatu de indultu, Cardinal. §. volumus autem num. 70. & 75. qui præterea ſubijcit iſtud tempus exordiri à die deuolutionis, non autem à die notitiæ, quam patronus habuit; quod inſuper aduertit Ioann. de Selua tractatu de benefic. quæſt. 59. num. 3. in fine, & ſic ab vltima die temporis dati patrono ad præſentandum, Rota deciſ. 6. ſi propter de iurepatronatus in nouis, qui tamen loquuntur in eo caſu, vbi præſumitur notitia vacationis, tu verò concludere tute poteris dictum tempus initium ſumere à die veræ ſcientiæ, vt notat Abbas in cap. licet num. 8. de conceſſion. præbend. & confirmatur ex reſolutione à me ſtatuta num. 393. circa tempus deputatum patrono, vt incipiat à die ſcientiæ, quamuis alij contradicant.

Hæc autem deuolutio ſicuti in electione fit gra-
483 datim ab vno, ad proximum ſuperiorem, & cuilibet ipſorum datur integer hic terminus cap. 2. ibique gloſ. & Doctores de conceſſ. præbend. ita, & in beneficio iuriſpatronatus, per auctoritatem Pauli de Cittadinis in tractatu de iurepatronat. par. 6. artic. 3. num. 44. & Abbat. cap. quia periculoſum num. 8. de electìon. niſi tamen ſit ex illis beneficijs, in quibus maior verſatur periculum, & proptereà datur à iure tempus trium menſium, ex gloſ. in eod. cap. 2.

Aduertendum tamen me dixiſſe ad proximum ſuperiorem fieri deuolutionem; ſi quidem licet Archipræſul ſit regulariter Epiſcopi ſuperior, contingit tamen nonnunquam Epiſcopum exemptio-
484 ne frui, quo caſu deuolutio fieret ad ſupremum Pontificem, ad quem paſſim fit tranſitus, à quolibet inferiori exempto, iuxta cap. licet de ſupplend. negligent. Prælator. & in his terminis ſcribunt Innocent. in cap. cum in cunctis de electìon. & melius Abbas indicato cap. 2. num. 7. de conceſſion. præbend.

485 Illud inſuper prætereundum non eſt, quod vbi patronus amiſit pro vna vice ius præſentandi, & ad ſuperiorem pertinet prouiſio ob ius deuolutum, tenetur ille ſeruare naturam beneficij, cum confert, ex Felyn. in cap. cum acceſſiſſent num. 18. de conſtitut. & Franc. Marc. deciſ. 493. quæritur an inſtitutio nu. 7. par. 1.

486 Quid verò dicendum ſit, vbi tale beneficium noſcitur litigioſum eſſe? & quidem certò certius eſt, quod exiſtente lite inter patronos, eaque non deciſa in tempore patronis conceſſo ad præſentandum, licet Ordinario pro ea vice prouidere, iuxta cap. cum propter de iurepatronat. quod ſi inter patronum, & Epiſcopum ſit lis, conſtitueret tãtum œconomum ipſe Antiſtes, ex gloſ. 1. in cap. 2. 19. q. 7. & ſin. in cap. eam te de iurepatron. & Zabarell. clem.

plures §. fin. sub num. 1. hoc tit. nisi tamen notorié constaret non esse de iurepatronatus, & Episcopus reperiretur in quasi possessione prouidendi; etenim posset, ac deberet statim prouidere per Didac. Spinn glos. 4. sub nu. 24. sed quoties adesset controuersia inter ipsos præsentatos nequiret Pręsul alium instituere, etiam postquam præterijt tempus indultum patronis ad præsentandum, teste Lapo allegat. 78. vacauerat Ecclesia num. 15. & 17. textus siquidem in adducto cap. cum propter, vendicat sibi locum, vbi non apparet, quis sit patronus, vt idem Lapus ait, & Ioann. de Selua in tractat. de benefic. par. 3. quæst. 59. in fine; quare vbicumque de patrono constet, verúm dissentio est inter præsentatos, cum plures sunt, nequit Ordinarius procedere ad aliquam prouisionem absque consensu, ex eodem Lapo, & alijs supra citatis: quinimmò, & tunc vbi iure communi posset Antistes, ob litem instituere, neque nunc posset ob contrariam consuetudinem, cuius vigore recessit ab aula antiqua sanctio, ex eodem Lapo citato nu. 17. & Mandos. addit. 25. incip. de legib.

487 Solus autem supremus Pontifex prouidere potest de beneficio patronatu, non accedente patroni beneplacito, & iuri illius derogare, iuxta glos. in clement. 2. vers. Apostolicis de præbend. inhæret. Innocent. in cap. cum dilectus num. 2. de iurepatron. Mileus verbo, Papa potest derogare, & alij millo, quos subticeo, cum dubitationi locus non sit, Felyn. etiam in tract. quando literæ Apostolicæ à nu. 1. optimè probat.

488 Est tamen indubitatum, quod nulla existente derogatione apertis verbis explicata non præsumitur voluisse derogare, ex Glosa paulò ante adducta, & Archidiacon. in cap. piæ mentis 16. q. 7. Abbate in cap. dilectus nu. 4. de offic. legat. & cap. cum dilectus num. 11. de iurepatron. Cassador. decis. 6. iurispatronatus num. 5. Diaza in regula 400. iuripatronorum, nisi in casibus notatis per Felyn. indicato tract. à nu. 12.

Quin etiam cautè admodum incedere solent supremi Pontifices, in concedendis eiusmodi deroga-
489 tionibus, ac multis adhibitis: potissimumque vbi ex fundatione, vel dotatione existit, numquam consueuerunt in totum derogare; sed pro medietate tantum; vt inquit Berous q. 38. in facto prosupponitur num. 5. insinuatque Puteus decis. 325. in vna Salamantina lib. 2. scilicet si laicorum, Mantica decis. 316. num. 1. aut etiam mixtum sit, vt ille dicit in decis. 292. sub num. 1. præterquam si de Pontificis voluntate constaret, iuxta prædictam decis. 316. & colligitur ex ead. decis. 292. in fine.

490 Verum adducta clausula pro medietate, cuius sit efficaciæ, non erit inutile perscrutari, & Mandos. cons. 7. sub nu. 13. constituit duas conclusiones, quod si vnicus est patronus, nihil suffragatur dicta derogatio, & nu. 17. quod saltem debeat concurrere pars aliqua, quæ cum ista medietate attingat maiorem partem, requisitam, vt discordantibus patronis instituatur, iuxta text. in cap. 3. de iurepatron. Quod notandum in praxi, cum fuerit communiter receptum, teste Paris. lib. 2. de resignat. q. 4. sub nu. 59. non modo si contradictor haberet voces non ascendentes ad medietatem, at insuper si attingentes, quinimmo excedentes, quandoquidem si ille (exempli gratia) haberet octauam partem, vel sextam vltra medietatem, & prouisus Apostolicus obtinuisset, tantummodo quartam partem vnius, dumtaxat medietatis, cui parti, dum additur medietas, cui fuit á Sactissimo derogatum, vtique facit maiorem partem, & transcendit voces aduersarij, illiq; proptereà anteponitur; namque, vt maior dicatur pars ad hunc effectum satis est scintilla vocis, qua præsentatus superet alterum in præsentationibus, ex decis. Cassad. 2. supposita de iurepatron. quæ valdè notabilis est in matera ista, computádarum vocum, in qua videnda sunt, quæ copiosè scribunt Imol. & Zabarell. in clem. plures de iurepatron. Postquam verò hęc scripsi, reperi mirabilem doctrin. Ant. Fabri in Codice Fabriano responsionum, & definitionum forensium Senatus Sabaudiæ, quæ si veritate nititur, est quippè perpetua memoria tenenda; non tantum, quia supradictis Auctoribus contradicit, sed quoniam per sæpè euenire potest, vt ea vti valeamus; quin, & patronorum eludere iura. Ait enim, quod vbi Summus Pontifex pro medietate derogauit cogatur impetrans, vnam adire partium patronorum, ipsiusq; consensum, voluntatemq; exquirere, alioqui nulla sit collatio, aut institutio, tanquam spreto patrono facta, contra mentem supremi Pręsulis, ac si nulla ex parte derogasset Pontifex. Quod si impetrans patronum adierit, is verò abnuerit, & recusauerit consentire. nihil erit, quod impetranti possit obijci, quominus Papę dicatur satisfecisse voluntati, & propterea non minus beneficium obtineat, quàm si à patrono admissus esset; nec quippè sine ratione fatur, at illa, quod se spretum conqueri nequeat patronus, qui, & aditus fuit, & rogatus: non quia in cæteris rogatum esse sufficiat patronum, vt eo inuito beneficium obtineatur, si modo alium, eumq; idoneum intra præscriptum tempus nominauerit: sed quoniam in proposita specie, cum derogatio ex dimidia parte facta per Summum Pôtificem iuripatronatus laicorum, tantundem iuris impetranti tribuat, quantum ei denegat pertinacia patroni renuentis; æquissimum, & rationi consentaneum est, in pari iure præualere summi Præsulis volûtatem, & concinit simile illud,
491 quod legitur in l. 1. §. 1. & 2. C. de commun. seruo manumit. aliudq; de priuilegio fisci vendentis rem communem, & insolidum, socio inuito l. 2. C. de commun. rer. alien. & l. vnic. C. de vendit. rer. fiscal. & quippè cum diutius immorarer in intelligentia verborum, & illorum veritate, quæ Auctor ipse scripsit, agnoui rectè ipsum sentijsse, neque verbis Mandos. contradicere, si ea attentè rimentur, quippè concursum alicuius partis requirere, videtur in nu. 17. cum adest discordia patronorum, á quibus præsentatus succumbat, itaq; non abnuit, quin derogatio Papæ tantundem valeat, quanti præsentatio à dimidia parte patronorum, & cósequenter, si nemo fuit præsentatus, aut ab vna tantum medietate, optimè concludat Fabrus, vt stante paritate suffragiorum præualeat prouisus Apostolicus, iuxta simile in cap. si à sede de præb. in 6. Sed obstat, quod ita intelligendo non esset dispensatio pro medietate, sed in totum, iuxta decis. Manticæ 292. nu. 1. itaq; debere concurrere aliquem ex patronis concurro, neque dissentit idem Fabrus, sed sufficere credit, si ille fuerit requisitus, quamuis non consenserit.

Ex

Ex his itaque cauendum arbitror à notatis per Marium Antoninum variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 3. vacante Cappella ſub num. 16. & apertioribus verbis in reſolut. 29. de anno ſub num. 1. affirmantem derogationem Pontificiam ad iuſpatronatus pro medietate requirere præſentationem in ipſius impetrantis perſonam factam ab altera medietate patronorum, tenerique propterea eundem prouiſum Apoſtolicum docere, ſe ab ipſa ſaltem medietate nominatum, antequam literarum Apoſtolicarum exequutor poſſeſſionem conſignaret eidem; ſiquidem veritate ſi fulciuntur, quæ antea ex Mandoſio, Fabro, & alijs concluſi, non opus eſt, quod prouiſus iſte à ſupremo Præſule, ad beneficium fuerit præſentatus á patronorum dimidia, ſed ea tantum ſatis ſit, quam inibi dixi ſufficere.

492 Cúm veró aliqua rationabilis ſuppetit cauſa; ſolet etiam in totum concedi derogatio, etenim 493 beneficia vacãtia in Curia ſunt reſeruata ſoli prouiſioni Papæ, iuxta cap. licet de præbend. in ſexto, atque in Curia vacare dicuntur, ſi poſſidens contingat mori in locis exiſtentibus, intra duas dietas legales á Curia, ibi tamen incolatum minimè teneat, at recedendo à Curaì, vel ad eam accedendo, diem claudat extremum, etiam ſi Curialis, ex cauſa peregrinationis, aut infirmitatis, aut recreationis, aliaque quacumque ad eum ſeceſſerit locum, dummodo ibi domicilium, ſeu domus propria non exiſtat, ex cap. præſenti eodem titulo, & libro, & tractat Franciſcus Marcus deciſione Delphinali 1387. Quæritur, quia dictus Dominus, quæ regula duobus in caſibus reſtringenda videtur.

Ac primo, ſi infra menſem non fuerit á Papa 494 collatum, namque eo elapſo poſſe ordinarium prouidere ſanxit Pontifex in cap. ſtatutum, eodem titulo, & libro, quem textum reuocari per extrauagantem, piæ mentis, de præbend. non deſunt, qui aſſeuerent, præſertim Mileus in repertor. verſic. beneficia reſeruata num. 8. Gemin. conſ. 78. formatur, ante num. 1. & Rota deciſ. 207. licèt iuxta ordinationem, vel 12. de præbend. in nouis, inſequiturq; addit. ad Staphileum in tractatu de literis gratiæ in princip. ſub num. 28. attamen contradicunt Aeneas de Falconibus in tractatu de reſeruat. in ſexto effectu, num. 2. reſpondens deciſioni Rotali, Gomeſ. in regul. de trienn. quæſt. 31. num. 5. Mandoſ. ad Lapi allegationem 96. beneficia vacantia, in annotat. 5.

Secundò, ſi Papa defuncto vacent in Curia, poterunt ordinarij collatores, etiam intra menſem conferre, quatenus curata ſint, cap. ſi Apoſtolica de præbend. in ſexto, ita & ſi extra Curiam vacent, & alio quouis capite reſeruata cernantur; tum quia Rebuff. in praxi, rubrica de reſeruat. generatim loquitur, dum num. 36. hanc conſtituit concluſionem, maximè ſi textus intelligendus eſt ſecundum rubricam ex iactata regula: tum etiam, quia ſi textus loquens de reſeruatione propter obitum in Curia, ita decidit, multo magis declarandus eſt procedere in alijs reſeruatis, cum illa ſit validior, tanquam reſeruatio in corpore iuris, attenta communi ſententia; cumque cæteræ reſeruationes proficiſcantur ex Regulis Cancellariæ, quas Pontificis interitu perire demonſtraui alibi; idque ceſſare in caſu vacationis in Vrbe, patet, & poſt mortem Papæ militare, ac ſubſiſtere ſanctionem dicti capit. licet, non eſt dubitandum; in tantum, quod reſpectu reſeruationum proficiſcentium ex Regulis Cancellariæ, iuſtè dicitur, ſede Apoſtolica vacante, omnes menſes eſſe ordinariorum, in deciſ. Putei 492. in vna Cordubenſ. num. 2. lib. 2. & melius in altera, Caputaqu. 86. creatio in Canonicum, num. 3. par. 1. Tum demum, quia ſub reſeruatione vacationis in Curia, videntur incluſæ reliquæ; & omnia beneficia reſeruata, quamuis vacent extra Curiam, dicuntur vacare in Curia, vt poſt Franchum in eodem capit. 2. num. 3. de præbend. in ſexto, dicit Pariſ. lib. 9. de reſignation. quæſt. 14. num. 4. in quam eandem ſententiam iuiſſe Hieronymum Gonzales reperi ſuper 8. Regula Cancellariæ §. 5. prohemiali, num. 46. & concludentem licere inferioribus ordinarijs ſtatim, & menſe non expectato, conferre Parrochialem, quomodocumque reſeruatam, ſi ſedes Apoſtolica careat paſtore, tempore vacationis illius; qui præ-
495 tereà num. 87. refutat aſſumptum illud in contrarium pugnans, quod beneficium ſemel affectum, ſemper durat affectum pro prima vice, ex multis deciſionibus Rotæ, atque gloſ. ſuper 9. Regula Cancellariæ, ita quod, licet ceſſet reſeruatio per obitum Papæ, permaneat nihilominus affectio, quæ cum impediat alium apponere manus, idcircò nequeat propterea prouideri, etenim proſternitur replicatione illa validiſſima, vendicare ſibi locum in reſeruationibus tunc inductis, & inchoatis, antequam reſeruationes ipſæ expirauerint; puta in beneficijs familiarium, & aliorum ſimilium, in quibus ob id ſancitum reperitur remanere affectionem, etiam poſt reſeruationem extinctam, in extrauagant. ad Romani Pontificis, de præbend. & Regula 9. Cancellariæ, non autem in reſeruationibus inchoandis extincta reſeruatione; quæ profectò replicatio, & intelligentia carpitur, etiam ex verbis Geminian. conſ. 93. videtur primo, ſub num. 16.

496 Si veró reſeruatio non reſpiceret Pontificem Maximum, ſed ſedem ipſam Apoſtolicam, cum ſedes nunquam moriatur, aut extinguatur, ex Gloſa, & Doctoribus in clementina prima, de probationib. per textum in cap. ſi gratioſè de reſcriptis; ideò tunc reſeruatio minimè periret, vt optimè notat Cardinalis Simonetta in tractat. de reſeruation. quæſt. 47. vbi complura addit Paulus Granutius.

Ex his conſtat abundè, vigere regulam nu. 493. conſtitutam, reſeruatum eſſe quodcunque benefi-
497 cium in Curia vacans; excipitur tamen ſi illud ſit iuriſpatronatus laicorum, per gloſ. indicato cap. licet, inibiq; Gemin. nu. 12. Archid. Franch. & reliquos, atque Dec. conſ. 149. r. n. 6. Dumtamen fundatione, aut dotatione fecerit acquiſitum; ſecus ſi prilegio, vt ijdem cenſent Auctores, necnon Lancell. deciſ. 304. par. 2. diuerſ. & Simonetta eod. tract. q. 9. Eſt tamen valida cauſa iſthæc vacatio in Curia, ad inducendum ſupremum Pontificem ad diſpenſandum, & in totum derogãdum iuriſpatronatui, teſte Mandoſ. & Staphil. quos inſequitur Pariſ. ead. q. 4. nu. 45. & Couarr. pract. qq. cap. 36. ſub nu. 4. Sub altera verò quacunque reſeruatione, certè neq; compren-

prehenditur reseruatione, iuxta præfatam decisionem, & resolutionem constitutam á Lapo. dicta allegat. 96. & inibi sequitur Mandos. addition. 6. & Couarru. practic. quæstion. cap. 36. num. 4. consueuit tamen propter obtinentis obitum in Curia dari dispensationem iurispatronatui in totum, ex sententia Staphilei in tractatu expectatiuarum, in rubrica de modo, & forma impetrat. §. sequitur videre de tertia qualitat. benefic. num. 10. & hæc est vna sufficiens causa dispensandi in totum, vt scribit Mandos. in tractat. signat. rubrica derogationes iurispatronatus, versic. dum vacant beneficia, & Paris. lib. 2. de resignat. q. 4. sub nu. 45.

Extant aliæ complures causæ ab eisdem Mandosio, & Parisio recensitæ, quibus solet Pontifex iam dictam derogationem concedere, & præsertim si litigiosum sit beneficium, & ipse verba faciam inferius.

Sed cum promouetur quis ad Episcopatum
498 concurrere oporteat nè, derogatio pro retentione patronatus, & illius expressa mentio in facultate retinendi obtempta? In qua difficultate aliqui ex Dominis, eorumque maiori parte responderunt affirmatiuè in decis. 331. supposito facto, siuè 21. de præbend. in qua multæ rationes ad hanc comprobandam sententiam afferuntur, & siccis pedibus pertransit indicato loco Paris. num. 58. verùm Auctor dictæ decisionis affirmat, ipsum approbasse contrariam sententiam, vna cum alijs multis eiusdem Rotæ Auditoribus, eandemque defendit quoque, & acriter, ac decem rationibus veram esse contendit, & sequitur Staphileus de expectatiuis, rubr. de modo, & forma nu. 23. Lambert. artic. 19. à nu. 5. q. princip. 9. par. 3. lib. 2. Bursat. cons. 178. sub nu. 39. & magis placet Mandos. in citato loco, vers. an autem, & hanc sententiam veriorem, magisque communem, dicit Couarru. practic. quæst. cap. 36. sub nu. 12. quam illic omninò sequitur, & ipse veram attestor, tum ex rationibus, atque auctoritatibus pro ea recollectis à præfatis Doctoribus, tum quia seruari in Vrbe habui á prudentibus illius Curiæ, & in eius Tribunalibus versatis. tùm demum ex notatis per Rendinam postea visum in promptuar. recept. sentent. tit. 7. nu. 12.

Nunc ad clausulas illas iurispatronatus, vnde huc digressus sum propius accedens, atque ad il-
499 lam quatenus deuolutum, vel litigiosum, derogamus in totum; siquidem nè interim diutius iaceat, solet, cum litigiosum est beneficium derogare, ait Anton. Fabrus in codice definition. forent Sabaudiæ lib. 6. tit. 1. definition. 6. & Mantica adducta decis. 316. In cuius explicatione ignorare nefas est, quod derogatio hoc casu non respicit verba illa, quatenus deuolutum; tunc enim nulla requiritur derogatio ex omnium assertione, maximè Staphilei citata rubr. nu. 27. sed respicit verba illa magis proxima, vel litigiosum, prouidendo, siquidem Papa de beneficio, restringit suam prouisionem ad deuolutionem, vt ea existente subsistat, & cum derogatione si non deuolutum, sed litigiosum: vel si referatur ad vtramque clausulam, & consequenter ad illam etiam, quatenus deuolutum, intelligeretur respectu inferiorum ordinariorum, ad quos gradatim, dum iure fit deuolutio, ex notatis à me ipso nu. 483. conferendo summus Præsul antequam ad ipsum tandem peruenerit deuolutio, derogat iuri inferiorum.

Quod verò attinet ad clausulam alteram, quate-
500 nus litigiosum, reminiscor eam militare, quando super eius beneficij dominio intentata apparet lis inter petitorem, & possidentem, ita ex Felyn. in cap. dilecte n. 8. de except. dicit Marchis. in practic. commiss. cap. 13. princip. nu. 49. par. 1. sed Rota censuit iurispatronatus derogationem in totum, quatenus litigiosus existat, positam in gratia intelligendam esse, de lite, inter quamcumque personam, & quandocumque beneficium sit litigiosum, sumendo argumentum ex verbis expressis, & ab vsu patrisfamilias, prout decisum in vna Rientina Parrochialis S. Bernardi 3. Iunij 1552. coram Chissanen, memorat decis. 127. iurispatronatus par. 2. diuers. eique adhæsit Congregatio Episcopatus Papiensis, teste Mario Antonino resolut. 29. de anno sub nu. 3. lib. 1.

Cúm verò nulla suppetit vrgens causa, sed me-
501 ra benignitas Principis, solet concedi derogatio pro duabus tertijs, & quandoque etiam in totum, sed addi verba illa pro hac vice tantum, & hoc præsertim casu, licet soleat Papa conditionaliter derogare, & subsistat talis derogatio, nihilominus oportet præcisè supplicantem exprimere, & citra conditionem, in bulla, si illud ad laicum spectet, alioquin careret impetratis, Rebuff. in praxi 3. par. signat. verb. necnon iurispatronatus nu. 31.

502 Quin, & si vnicus est patronus solet etiam in totum derogare, cum dicta clausula pro hac vice ex resolutis per Antonium Fabrum citato titul. 1. definit. 7. subdentem in glos. fin. addi prædicta verba pro hac vice, vt appareat nolle Pontificem, quicquam facere, quod trahi possit ad consequentias in futurum, & dispensatio pro medietate, tunc non solet concedi, & si daretur in nihilum prodesset ob indiuisibilitatem, ex Mandos. citato consil. 7. num. 16.

503 Sub ista autem generali derogatione, nullum comprehendi beneficium, quod sit de iurepatronatus Regum, neque Principum, Ducum, & Marchionum certum est, dato quod derogatio verbis amplissimis conciperetur; quin, & iuspatronatus nobilium, vel illustrium personarum exprimeret, cum apertis verbis debeat fieri derogatio iurispatronatus Regij, vel alterius dictorum, si attendamus, quæ scribit Mandos. cons. 7. à num. 8. vsque ad decimumtertium, aitque præterea Felyn. in tractat. quando literæ Apostolicæ noceant num. 8. Rebuff. citato loco num. mihi 63. Lambert. indicata quæst. 9. artic. 11. Ioannes Lupi in tractat. de benefic. vacant. in Curia §. 11. & præter alios Couarruu. practicar. quæstion. cap. 36. sub num. 2. conferunt, quæ Chassan. scribit in tractat. gloriæ mundi par. 8. considerat. 46. & Freccia tractat. de subfeud. libr. 2. different. 30. Ioseph. Ludouic. conclus. 42. vers. & id quod dictum est; & alios complures ita concludentes, ac respondentes, Petr. Cened. memorat, par. 2. collect. 79. num. 2. qui præterea collect. 51. par. 1. à num. 2. Auctores multos recenset enarrantes, quomodo ad Philippum Regem inuictissimum deuenerit ius illud nominandi personas ad Prælaturas Regnorum Hispaniæ; Carolum igitur de Grassal. in lib. 2. Regalium Franciæ, iure

iure III. & Conrad. in templo omnium iudicum
504 cap. 1. §. 4. verbo dignitates, & ordines, à num. 9. de hac re edifferentem, adire poteris. In Reges autem ipsos Hispaniarum deriuasse ex Caroli Magni persona, qui & ipse Rex Hispaniarum fuerit, notat Igneus in repetit. l. necessarios §. non alias, num. 335. ff. ad Syllanian. & alij, quos tamen acriter increpat, Couarruu. in repetit. Regulæ possessor part. 2. §. 10. sub num. 6. non quidem negans Carolum Magnum dominasse Regnis Hispaniarum: nam, & hoc Ioann. Garf. quoque admittit in tractat. de expensis, & meliorament. cap. 12. à num. 9. quin à num. 12. descendentiam ab ipso Carolo, ad Philippum vsque Secundum, commemorat, verum negat Reges ipsos tali iure potiri ob personam ipsius Caroli, probatque eiusmodi obtinuisse prærogatiuam largitione Toletani Concilij, ortum Caroli sexaginta ferè antecedentis annis, illius verò Principatum octuaginta, & amplius; assentitur Spino in suo specul. testament. glos. 4. num. 13. qui primò, ex munificentia Romanorum Pontificum prodijsse, attestatione verò Concilij Toletani num. 12. cap. 6. in secundo tomo Concil. affirmat; at rursus tutatur ex auctoritate Concilij Toletani, conniuentia capitulorum, & tolerantia Pontificum præsentatos à Rege instituentium absque contradictione aliqua capitulorum, inductum esse, & quidem validum ius nominandi ad Prælaturas. Non tamen desunt, qui ex dotatione, aut fundatione, id illis competere contendant; maximè Palacios Ruuios de beneficijs vacantibus in curia §. 8. sed tu percurrere poteris Doctores multos de hac re tractantes, quos idem Cenedus collegit indicata collectan. 51.

Cùm hactenus egerim de acquisitione patronatus, illiusque vita, scilicet præsentatione, probatio-
505 ne, & institutione; de illius interitu pauca adijcere superest, nempè modos, quibus amittatur, idque multis in casibus contingere, ex veterum monumentis carpimus, quinque potissimum, ex Ioannis Nicolai Delphinati tractatu de iurepatronat. libr. 2. num. 124. numero verò plures, ex Lambert. verbis in eodem tractatu, distinctione illa vtentis; quod vel ex causa prouenit, nullo ex delicto procedente; vel ex causa à delicto, & crimine aliquo proficiscente; Prioris causæ decem constituit articulos in lib. 3. quæst. princip. 7. Posterioris autem totidem proposuit articulos, sub quæst. 8. Ipse verò illorum tantum meminero, quos frequentius accidere experimur, vel à modernis delibatos Auctoribus, sanctioneque Tridentina comperimus.

506 Primus itaque fit, cum hæresi commaculatus reperitur alicuius beneficij patronus: quippe quod non secus ac bona omnia perdit, ex text. in l. Manicheos §. 1. C. de hæretic. authent. Gazzaros C. eodem, adducto titulo, & cap. vergentis §. 1. de hæretic. ita & patronatum, assentientibus cunctis Doctoribus, potissimum inferius adducendis; idque tanta polleat veritate, vt neque recuperet, si ipsum posteà pœnituerit, benigneq; Ecclesia receperit, teste Lambert. artic. 2. citatæ quæst. 8. num. 3. 6. & 9. alijsque multis suffultis auctoritatibus, Farinacc. quæst. 190. num. 152. quamuis contradicere Glossam in cap. maximum 1. q. 7. Abbatem, & alios adiungat nu. 153. & q. 193. nu. 72. Quin & receptatores, & defensores hæreticorum, seu credentes, necnon schismaticos. Apostatas, maiorique ligatos censura, atque in ea, anno persistentes integro, itidem amittere, illis tamen in casibus, in quibus hæretici censentur, adnectit idem Lambert. art. 3. eiusdem q. 8.

507 Verùm ad quem deueniat eo casu beneficium prædictum, an potius libertati donetur, & ad collationem ordinarij superioris Ecclesiastici, deinceps spectet? carpitur facilè ex notatis per Anan. indicato cap. vergentis à num. 5. Lambert. artic. 8. dicta q. 8. Simanch. de institut. catholic. tit. 46. num. 63. Didac. Cantarr. in quæstion. criminal. rubr. de hæretic. cap. 1. à num. 49. Thoma Sancio in præcept. decalogi lib. 2. cap. 19. & Farinacc. eadem q. 190. num. 24. Imò ex cathalogo scriptorum, quos Cenedus cumulat par. 2. collectan. 5. à num. 3. dum genericam proposuit quæstionem, si in confiscatione omnium bonorum veniat iuspatronatus: Tandemque conuincitur iam dicti quæsiti veritas, per argumentum à minori ad maius, ex his, quæ mox subijciam in altera quæstione de facinoroso ob læsæ maiestatis crimen damnato, quando remanere liberum, & ordinarij collationi ex tunc competere, Auctores affirmantes recolo.

508 Itaque commaculatus crimine læsæ maiestatis humanæ, inter multas quas patitur pœnas, ea quoque est, quod bonis omnibus spoliatur, illaque fisco iure confiscationis addicuntur, teste Farinacc. complures coaceruante Auctores q. 106. §. 1. & 2. Nec de ea re dubitare licet, cunctisque patet, & in ea confiscatione includi iuspatronatus opinantur, glos. in cap. filijs, vel nepotibus, vers. propinquis 16. q. 7. Rocchus de Curte tractat. de iurepatronat. verbo, ipse, vel is q. 29. num. 69. Lambert. eadem quæst. artic. 4. & communem dicit opinionem, Paul. de Cittadin. eodem tractatu par. 9. q. 20. num. 28. Dec. in cap. quanto num. 6. de iudic. Ferrett. conf. 179. num. 1. & 2. necnon Aufrer. de potestat. secular. in Ecclesiast. regul. 4. fallent. 21. verùm Iulius Clarus q. 78. num. 8. & Ioseph. Ludouic. in conclus. sub rubr. de iurepatron. vers. declaratur 13. distinctione vtuntur, in fiscum transire affirmantes, si & in extraneos transire suaptè natura possit; alioquin in confiscatione non venire aiunt; Alij autem mille simpliciter loquentes concludunt, illud à confiscatione excludi, si Iudicis laici sententia decernatur confiscatio, nempè glos. in clement. pastoralis §. cum & si, vers. subiectæ, de re iudic. Bonifac. de Vitalin. in eadem clement. §. nos num. 20. Iaf. in l. vnica sub num. 2. C. de in ius vocand. Barbat. eodem cap. quanto num. 17. Boss. in tit. de crimin. læsæ maiestat. sub num. 118. Gigas de crimin. læs. maiestat. tit. de pœnis committ. in crimin. læs. maiestat. q. 45. Emanuel à Costa in repetit. cap. si pater, de testament. lib. 6. part. 2. verbo Trebellianicæ num. 7. Molin. de primogen. hispan. lib. 1. cap. mihi 24. nu. 26. idemque Farinacc. sub num. 70. & vbi verior esset prior resolutio, restringeretur ad ius ipsum, non illius exercitium, sed Ecclesiam remanere liberam ad collationem ordinarij, quam profectò assertionem hactenus neminem inueni improbantem, at mille comprobantes; quin, & speciatim complures ex adductis superius in gratiam prioris sententiæ, scilicet Rocch. citato vers. ipse, vel is,

num. 68. Lambert. eodem artic. 8. insuperque Si-
manch. de catholic. institut. tit. 9. num. 96. Molin.
eodem cap. 24. num. 27. tandemque Spino in spe-
culo testament. glos. 4. num. 115. Vasques t. 2. q. 96.
artic. 5. disput 169. cap. 2. num. 19. Azzor. tom. 1. in-
stitut. moral. lib. 8. cap. 12. q. 9. tandemque Sancius,
postquam hanc rem abunde explicauerat, & pri-
mam insectatus erat partem, in opere morali lib. 2.
cap. 19. à nu. 1. nouissimè ita resoluit num. 16. Imò,
& priorem simpliciter insecrantes, non est dicen-
dum huic conclusioni aduersari, quod etenim de-
uolut aiunt, ad ius illud referri potest, non eius exe-
quutionem, & consequenter mox citatorum asser-
tio, potius illorum sit declaratio, quam restrictio,
vel impugnatio.

Pergamus modo ad alios casus, in quibus priua-
ri patronum iurepatronatus scimus, nempè ad il-
los duos virtute Tridentina Synodus, quos tamen
ab eodem iure communi prodijsse neminem late-
bit, qui inferius scribenda perlegerit, siquidem text.
Concilij in cap. 3. session. 24. de reformat. sic fatur.
Patroni verò in ijs, quæ ad Sacramentorum admi-
nistrationem spectant, nullatenus se præsumant in-
gerere, neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ,
aut bonorum stabilium, seu fabricarum prouenti-
bus immisceant, nisi quatenus id eis ex institutio-
ne, ac fundatione competat, text. insuper in cap. 9.
session. 25. de reformat. alijs, quæ nunc subijci-
509 mus, vtitur verbis. Patroni autem beneficiorum,
cuiuscumque ordinis, & dignitatis. etiam si Com-
munitates, Vniuersitates, Collegia quæcumque
Clericorum, vel aliorum existant in perceptione
fructuum, prouentuum, obuentionum quorum-
cumque beneficiorum, etiam si vere de iurepatro-
natus ipsorum ex fundatione, & dotatione esset,
nullatenus, nullatè causa, vel occasione se inge-
rant, sed illos liberi Rectori, seu Beneficiato, non
obstante etiam quacumque consuetudine, distri-
buendos dimittant. Nec dictum iuspatronatus ven-
ditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra
canonicas sanctiones transferre præsumant; si se-
cus fecerint excommunicationis, & interdicti pœ-
nis subijciantur, & dicto iurepatronatus, ipso iure
priuati existant. Constat igitur ex his capitibus,
Patronos duobus in eis mentionatis casibus spolia-
tos esse iurepatronatus, eorumque prior eosdem
afficit patronos apponentes manus in exactione
fructuum, & bonorum beneficij patronatus, quem
casum à iure ipso veteri prodire liquet, ex cap. præ-
terea de iurepatronat. cap. in quibusdam de pœnis,
& cap. filijs 16. q. 7. quorum iurium sanctione, iam
vetiti erant manus ad id apponere, excommunica-
tionis sententiam incursuri, si contra facerent; ni-
hil additum de priuatione patronatus, tantum au-
ctoritate Concilij inducta, & procedere etiam si
durante vacatione beneficij, necnon respectu pa-
tronorum tàm laicorum, quàm Ecclesiasticorum,
probat Spino in specul. testament. glos. 4. sub num.
91. reiecta contradicentium sententia, respectu pa-
troni Ecclesiastici; ex priuilegio autem compete-
re ius aliquibus Regibus apponendi manus sede
vacante, in exactione fructuum seruandorum pro
successoribus, dicunt Hostiens. & alij, in cap. cum
vos, de offic. ordin. Verùm extendatur nè ad loca-
tionem, memorati Concilij prohibitiu, & propte-
reà valeant nè bona beneficiorum suorum condu-
cere ijdem patroni, controuersum scio, & perlegi
Congregationis eiusdem Concilij interpretis de-
clarationem, & typis datam, annuentem, ac ma-
iorem partem Dominorum respondisse affirma-
tiue, quia Concilium vtitur verbo ingerere, quod
illegitimum supponit modum; titulus verò loca-
tionis legitimum insinuat. Attamen Caualcan. hoc
etiam casu procedere adducti Concilij caput de-
fendit in decis. Finizan. 27. num. 60. par. 2. quin,
& locatio si præcesserit acquisitionem Iurispatro-
natus, illa finita reconfirmari nequeat, addit decis.
76. siue 32. num. 31. part. 2. inquiens ita fuisse de-
claratum; ita quod neque Procuratores, aut Syn-
dici deputandi sint, ex illiusmet sententia decis. 87.
vel 11. num. 109. par. 3. adducit Maiol. in tractatu
de irregular. lib. 5. cap. 28. num. 3. subcinitque
latè tractari ab Hugone Celso consil. 27. num. 10.
omniaquè prædicta, rursus, & vnitim scribit indi-
cato num. 60. dictæ decis. 27. Quibus addere placet
declarationem alteram in vna murana, quod qui
tempore quo se ingerit, & fructus exigit non est
in actu præsentandi, sed patronus in præsentia, quia
puta de patronorum familia, non ligatur disposi-
tione dicti capitis conciliaris, sed alia pœna venit
plectendus, quia aliena inuasit, vel surripuit bona,
cuius declarationis verba, intelligenda reor, in eo,
qui cum sit patronus tanquam de familia, non est
in possessione præsentandi.

Horum tamen intuitu haud vetatur patronus ip-
se, Ecclesiam illiusque iura tueri post Host. Abb.
aliosque in cap. cum vos de offic ordin. & perscru-
tari, nè à beneficiato dilapidentur, quia, & ad id iu-
re compellitur, si Roccho erit adhibenda fides, tra-
ctat. de Iurepatron. verbo onerosum nu. 3. idemq;
Lambert. affirmat. quæst. 2. princip. artic. 5. eiusdem
lib. 3. Imò, & Ius habeat illum accusandi in hoc
delinquentem, ijdem scribunt memorati auctores,
nec non reuocandi alienationem perperam, & in-
debitè factam, opinatur citatus Rocch. eodem tra-
ctat. verbo, honorificum, sub num. 10. non autem
retractandi iustè factam, & eo sub prætextu, quod
ipso inscio sui patronatus res distracta fuerit, quan-
doquidem illius tunc non esse necessariò requiren-
dum assensum, quamuis honestati congruere di-
xerunt Innoc. Imol. & Abb. in cap. vnico, vt Ec-
clesiast. benefic. sine diminut. conferant. inibique
alij communiter, eodem Roccho teste, indic. nu. x.
Anchar. etiam admittit mox relatam conclusioné,
& Cassador. ex Rotæ sententia decis. 3. de Iurepatr.

Itidem neque vetatur ius aliquod in fundatione,
Episcopi accedente placito adiectum exigere cap.
præterea de Iurepatron. inibiq; glos. & alij com-
muniter approbant, vsuque passim obtentum vi-
dimus, in cereo præstando in die Purificationis, aut
altero quouis subsidio, iuxta decis. Rotalem 1245.
lib. 3. par. 3. quamuis illius vigore minimè censeri
verificatum patronatum, ex eadem decis. & alijs
auctoribus probauerimus nu. 418. Nobilioris item
loci, & Sedis præeminentiam, tum in Ecclesia tùm
processionibus, quin, & anterioritatis in habenda
pace, alijsque consimilibus actibus competere illi,
aut altero cuicumque posse, decidit Rota coram
Pamphilio, in Pamphilonensi præheminentiarum
17. Aprilis 1592. rursusque in eadem coram Man-
tica

tica 29. Octobris 1593. eſtque in illius iam excuſſo volumine deciſ. 244. num. 1.

510 Alius caſus á Concilio mentionatus, complectitur vendentem, aut alió quocumque modo vetito à Sacris Canonibus alienãtem iuſpatronatus, quod, & antè Concilium erat quoque iure communi interdictum, in cap. de iure, iuncto cap. quia clerici, de iure patron. longaque ſeriè extricat Lambert. in 2. par. 1. libri quæſt. 5. princ. artic. 2. 3. & 5. quin, & licet in proximo caſu non ſpoliari patronatu de iure ſcripſerimus; in hoc tamen priuari, & beneficium liberum apud Eccleſiam remanere, certum eſt, ex eiſdem mox relatis Concilij textibus. Ideò cum poſt ambos, & iam memoratos caſus, ſimpliciter loquens adductum cap. 9. Concilij, pœnam adijciat priuationis, neque exprimat ſi liget contrafacientes, in proximo tantùm præcedenti capite venditionis; an etiam in alio priori vſurpationis fructuum; cuius ob cauſam ius commune non ſtatuerat priuationem illius, ideò dubitatum fuiſſe ſcio, apud Illuſtriſſimos Patres Concilij Interpretes, ſi pœnæ appoſitæ in Decreto illius capitis referantur, non ſolum ad alienantem bona beneficij patronatus, vel etiam ad vſurpationem fructuum illius, & Congregatio cenſuit, referri, atque iterum reſolutum ſub die 4. Auguſti 1588. pœnam hanc comprehendere, nè dum caſum immediatè præcedentem, verum etiam ſuperiorem, videlicet ingerentes ſe in fructibus beneficiorum.

511 Iſthæc autèm procedere coarcto, vbicumque vnus eſſet Patronus, & is ob aliquod prædictorum ſpoliatus fuerit patronatu; quod ſi plures, non remaneret beneficium liberum, at locum ſpoliati aſſumeret Epiſcopus, qui illius parte fungens, præſentaret coram ſe ipſo, teſte eodem Lambert. artic. poſtremò, dictę quæſt. 8. verum Cantera in ſuis qq. criminal. tit. de quæſt. tangent. punitionem delictorum, cap. 1. num. 50. citatusq; Sancius eodem c. 19. num. 17. ſimpliciter loquentes, aiunt præſentandi ius eo caſu compatronis ipſis competere; qui rurſus coarctat procedere in patronatu ad hæredes tranſituro, ſecus veró ſi virtute inſtitutionis, ad aliquem deuolueretur; ſiquidem tunc viuente tantum condemnato ſi vacaret, ordinarius conferret; illo autem defuncto præſentaret, vel nominatus ab inſtituente, vel ipſius hæredes; adhærent Soccin. Iun. conſ. 51. num. 6. volum. 2. Peregr. de iure Fiſci lib. 5. tit. 1. num. 72. Baiard. ad Clarum lib. 5. quæſt. 78. num. 26. & Gigas de crimin. læſæ maieſt. lib. 2. tit. de pœn. committ. in crim. quæſt. 4. num. 4.

Verùm quia V.I.D. Mauritius Tortella, Portiæ Capuanæ, ſororis Claricis meæ cognatæ, maritus, ac Baro Ciuitatis Montis Marani, in Matrici illius vrbis Eccleſia Aram extruxit, eique dotem conſtituit reſeruando ſibi patronatum, non aperiens, ſi vt Baroni, vel Mauritio, citius retinuerit; excitatum fuit dubium ſi tanquam Caſtro annexum illius intuitu primogenito tantum, ad quem transferretur feudũ an etiam alijs filijs; aut in caſu venditionis, ſucceſſori in feudo, an hæredi libentius competeret: ſuper qua non exili quæſtione, interrogatus quid ſentirem, reſpondi non cenſeri ab eo tanquam Barone erectum patronatum, neque feudo adiunctum dici, adhúc ſi de fructibus feudi dotaſſet, per Lambert. artic. 8. quæſt. 8. princ. par. 1. lib. 1. verſic. ſecundó verò membro, & Ioſeph. Ludouic. concluſ. 42. verſ. fallit 2. quibus concinit deciſ. apud Manticam (in ſuo volum. nouiſſimè excuſſo) 164. num. 1. Nec pugnat Cardinalis aſſertio in conſil. 122. Quidam habens feudum; quam idem Lambert. amplexatur indicato loco; atque Felin. in cap. cum Venerabilis ſub num. 12. de except. affirmantium Cappellam de bonis feudalibus extructam tranſire ad ſucceſſores feudi; loquuntur enim de proprietate feudali, quæ ab eodem nequit diſiungi feudo, ex congeſtis per Cened. Collect. 109. par. 2. non autem ſi de fructibus, & rectè quidem, cum fructus feudi non ſint feudales, de Frach. deciſ. 18. num. 10. nimirum ſi Eccleſiam ædificando fructus impendiſſet, dotaſſet autem de re aliqua feudali, domum ſcilicet, alteramque feudalem rem aſſignando in dotem, vtrumque patronatu foueri, nempè hæredes ratione conſtructionis, ſucceſſores verò feudi, ex cauſa dotationis, concludunt Lambert. in eodem illo artic. & Ludouic. citata concluſ. verſic. fallit 3.

SVMMARIA.

Imperitos à iudicandi munere arceri demonſtratur, num. 1.

Illiteratis interdicta apparet promotio, numero 2.

Illiteratus homicida odioſior videtur, num. 3.

Exponuntur verba illa Dauid. Quia non cognoui literaturam, num. 4.

Beneficiorum collatio illiterato facta, eſt ipſo iure nulla, num 5.

Illi verò qui debita ſcientia caret, ſit irrita, vel irritanda diſcutitur, num. 6.

Ignorantes Doctrinam Chriſtianam, an detineri poſſint, nè matrimonia contrahant, num. 7.

Epiſcopus vtrum poſſit cenſuris compellere ſubditos, vt illam addiſcant, & Parochos, vt doceant, num. 8.

Indoctum ſuſpendendum eſſe ab ordine, donèc illi ſe idoneum reddiderit, demonſtratur, num. 9.

Adagij illius explicatio. Dulce bellum inexpertis, num. 10.

Decem recenſentur conditiones, quarum aliqua carens, ſit inhabilis ad beneficia, cum declarationibus multis, num. 11.

Intentione carens durandi in ſtatu Eccleſiaſtico; an faciat fructus ſuos, vel peccet? numero 12.

Beneficiato liceat nè conficere dotem ſorori, aut filiæ, etiam ſpuriæ ex fructibus beneficij, num. 13.

Incompatibilitas beneficiorum duobus modis contingere poteſt, num. 14.

Differentia quæ ſit inter eos modos incompatibilitatis, num. 15.

Eaſ-

Easdem decem conditiones requiri ad pensionem, adnectitur cum explicationibus, numero 16.
Ad beneficium inhabilem, ita dici, & esse ad pensionem subijcitur, num. 17.
Pensio sit ne loco beneficij, discutitur, nu. 18.
Illa vt subsistat sit nè beneficij valor, & à quo iustificandus? num. 19.
Pensionem successor beneficiatus persoluere tenetur pro terminis decursis tempore praedecessoris, cum declaratione, num. 20.
Illa haredibus pensionarij sit ne pro rata soluenda, num. 21.
A quo verò praestanda, debita pro eodem anno interitus beneficiati, num. 22.

Capitulum XIV.

TALE, tantumquè est ignorantiæ vitium, & defectus, vt non immeritó de eis loqui debeam hoc in loco, quo impedimenti ob vitium corporis est sermo, neque perperam Terent. Poeta Comichus in Adelpho, actu 1. scena 2. de eis verba faciens, hæc scripsit carmina.

Homine imperito, nunquam quisqiam iniustius,
Qui nisi, quod ipse facit, nihil rectum putat.

1 Ob id omnis cessabit admiratio, cur á iudicandi munere arceantur imperiti, in §. 1. de Iudic. in nouell. & non nisi aliquo gradu Iuris insignitis liceat iudicandi officium vsurpare iuxta l. nemini C. de Aduoc. diuers. iudic. dixi Iudicis officium, cum & potestatis, & Vicarij munere fungi possit, qui doctoratu nondum insignitus est: adiuncto tamen sibi consultore, siuè assessore, cap. statutum §. assessorem de rescript. in 6. Ipseq; latius scribo, adiungens cuius expensis, & qua præcedente solemnitate sit ille eligendus in annot. ad rit. Mag. Cur. Vic. 39. & Riccius aliqua pertingens in praxi Episcop. cap. 619. idq; adeò verum, vt etiam laicus eligi in assessorem possit, in causis ipsis spiritualibus, siuè á Iudice Ecclesiastico, quamuis Iudex in illis esse prohibeatur, teste Zanchino in tract. de priuileg. cleric. priuil. 83. nu. 19. eruditissimo Camillo Borrello in Regia Aragon. §. 2. glos. 1. nu. 85. necnon Petr. Cened. in sua collectan. 4. nu. 6. par. 2. Nimirum insuper si indigni sunt Prælatura, & ab ea reijciuntur, ex dispositione cap. nisi §. pro defectu, de renunc.
2 & cap. fin. de ætat. & qualit. in 6. Quod autèm ad rem præsentem attinet; ob hoc interdictam illiteratis promotionem, tùm in Pontificijs, tùm ciuilibus sanctionibus legimus; illæ namque id sanxerunt, in cap. pœnitentes 55. distinct. in cap. illiteratos 36. distinct. cap. præcipimus 34. distinct. & cap. fin. de tempor. ordin. in 6. auntque speciatim Canonistæ, præsertim Innoc. in cap. cum nostris de concess. præbend. & cap. cum in cunctis, ibique Hostiens. num. 13. & Dec. num. etiam 13. de elect. Imperiales autèm leges, id ipsum statuunt in §. Clericos in auth. de Sanctis. Episc. per hæc verba; Clericos autem non aliter ordinare permittimus, nisi literas sciant, & è Legistis, Angel. in §. hoc de eo, in auth. quom. oport. Episc. inquit, illiteratum non posse esse clericum, neque ad ordines aspirare, ex cuius verbis liquidò constat; Illiteratos istos, nèc prima tonsura initiari posse, quod expressius firmat Archid. in cap. fin. num. 2. de tempor. ordin. in 6. Dumtamen sit pœnitus illiteratus, quinimmò positiui iuris constitutiones istas, præcellit prohibitio Dominica, in cap. 4. Oseæ Prophetæ, tu scientiam repulisti, & ego repellam te nè Sacerdotio fungaris mihi, relata in cap. omnes psallentes 38. distinct. in eius calce: Nam labia Sacerdotum custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius; Malach. 2. de quo in cap. qui Ecclesiasticis 36. dist.
3 vt propterea illiteratus ipse homicida, odiosior reputetur, si Decio credendum est, in c. sciscitatus num. 52. de rescript. & cœcis illos æquiparat tex. in c. post translationem §. Item si quis, de renunc. Rebuff. de pacific. possess. num. 261. Alberic. in suo Dictionario versic. cœcus, idest indoctus; quinimmò Barbat. in tract. de præstan. Cardin. quæst. 10. num. 2. eos assimilat diminutis corpore; quin, & Rebuff. in tract. de priuileg. Schol. priuil. 27. nu. 2. tantum interesse inquit inter illiteratum, & literatum, quantum inter mortuum, & viuum.

Supradictæ verò sententiæ obstare in primis videntur Dauidica verba illa in Psalm. 70. Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini, scilicet, virtutem christianam, ita explicata per Magistrum sententiarum, & Diuum Augustinum, relatos à Cardinal. in cap. sané q. 6. de regular. quæ virtus christiana longè vtilis in Religiosis ipsis, tùm regularibus, tùm secularibus iudicatur, ita quod datur intelligi ad illius consequutionem literaturam obesse, & ordinandum propterea debere illa carere.

Secundo videtur refragari Apostoli dictum illud ad Corinth. 2. cap. 1. Litera enim occidit, Spiritus autem viuificat: Cui simile est alterum D. Ambrosij super Matthæum 21. Hoc enim templum est verum, in quo non litera, sed spiritu Dominus adoratur.

Atque demum aliud, quod Diuo Augustino ascribitur, surgunt indocti, & rapiunt cœlum, nos autem cum scientijs nostris mergimur in profundum.

4 Verúm intimius consideranti apparebit, haud quaquam aduersari isthæc dicta: Dauid enim verba tripliciter interpretatur Borgasius aliorum fretus auctoritatibus in tractat. de irregul. par. 6. rubr. de illiteratis, & idiotis num. 16. Animo autem meo sedet maximè expositio illa Magistri sentétiarum, & Diui Augustini super eodem Psalm. quod illa verba debeant legi, quoniam non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini, nam ita legi in antiquis Codicibus, subijciunt, atque in hunc modum legisse Gelasium Papam, reperi ipse in cap. consequens 88. distinct. sitque propterea illorum sensus: Quia non cognoui negotiationem, scilicet vitam actiuam, introibo in potentias Domini, nempè vitam contemplatiuam, vel sit, quia non

non cognoui negotiationem, hoc eſt vilius emens, & carius vendens, vt exponit gloſ. indicato cap. cõſequens, idcircò introibo in dignitates Eccleſiaſticas; cum nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus, prout in eomet cap. refertur, ipſeque luculentius demonſtraui alibi.

Secundo item, ac tertiò dicto facilis admodum datur reſponſio, quoniam de litera veteris legis loquuntur, nempè de cerimonialibus, & obſeruantijs legalibus; vetus namquè teſtamentum non eſt modo obſeruantiæ demandandum, iuxta literam, quò ad legalia, vt Arnald. Albert. admonet in tract. de aſſertion. Cathol. quæſt. 30. nu. 13. & cerimonialia quò ad literam totaliter ceſſauerunt, prout Caccial. abundè ſcribit in tract. de penſion. quæſt. 29. num. 40.

Poſtremo verò dicto ex auctoritate S. Auguſt. ea datur vera ſolutio, quod intelligatur de indoctis, qui ea carent ſcientia, quæ inflat, hæc enim eſt, quæ plerumque operatur perditionem; vt inquit citatus Borgas. adducta rubr. num. 18.

Quare exploſis contrarijs ſubſiſtit axioma principale, ignorantes arceri à promotione, & confirmatur, quia ignorare, nihil aliud eſt, quam neſcire, ſi verba l. 1. in princ. ff. de Iuris, & facti ignor. rectè intueamur; ex qua id egregiè deſumit Mandoſ. in Reg. Cancell. 21. quæſt. 4. num. 2. & ſi neſciunt, ergò alieni ab ordinibus, quos aſſumere non alij poſſunt, quam qui ſciunt; idque poſt alios antiquos Canones, Sancta Tridentina Synodus mandauit in cap. 4. ſeſs. 23. de reform.

Sed quæ vnicuique ordini, aut beneficio ſit neceſſaria ſcientia, non exoluam, propterea quod ſatis clarè congeſſi in rubr. de ſcient. ordin. hic tamen non omittam quod illiteratus prohibetur de iure ordinari, ſed caractherem recipiat, ſi ordines ſuſcipere audeat cap. ſollicitudinem 52. diſt. arg. c. veniens de Præsbyt. non baptiz. & ſcriptum reliquerunt Zabarell. in clem. 1. num. 11. de ætat. & qualit. ordin. Aſtenſis in ſumm. lib. 6. tit. 9. quæſt. vltima, Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 32. num. 11.
5 Sayr. in ſuo Theſauro lib. 6. cap. 3. num. 8. Beneficia verò non ſolum vetatur adipiſci, ſed inſuper retinere collata, cum collatio facta penitus illiterato, ſit inualida, & irrita ex notatis à me ipſo in adducta rubr. de ſcient. ordinand. quæ eſt 5. in ordine, ac propriè in cap. 5. quibus nunc addo Leſſium c. 34. num. 129. lib. 2. alioſque mille Doctores, quos recenſet Nicolaus Garſia in ſuo tract. de benefic. nouiſſimè viſus in 7. parte cap. 7. à num. 12. quos, & ipſe ſequitur, num. 14. & propè num. 21. cum, & ille, qui requiſita ad beneficium ſcientia caret, illud acquirat, nec ſit tunc ipſo iure irrita, ſed veniat irritanda prouiſio ex Concilio Tridentino in cap. 3. ſeſsio. 7. de reform. ibi omninò irritetur; poterit tamen interea addiſcere, & neceſſariam acquirere ſcientiam, quam primum commodè poteſt, alioquin peccaret, teſte Nauar. in cap. ſi quando, except. 18. ſub num. 4. de reſcript. fretus doctrina ſingulari (vt ipſe ait) & communiter recepta, Panormit. in cap. venerabilis ſub finem, de præbend. illudque propterea dimittere teneretur, vt aiunt Quintana dueñas lib. 1. Eccleſiaſt. con. c. 6. nu. 18. Azor. 1. par. Inſtitut. Moral. cap. 13. quæſt. 18, quin, & fructus interea perceptos reſtituere, ſi Aragona vera fatur ad Diuum Thomam 2. 2. quæſt. 62. artic. 2. verſic. tertio etiam eſt certum; à cuius tamen reſolutione deſciſcitur relatus Garzias num. 23. adducti c. 7. Canon verò 4. eiuſdem Concilij, ſeſſio. 22. quia irritam pronunciat omnem prouiſionem factam ei, qui ætatem, & cæteras habilitates integrè non habuerit, videtur excludere concluſionem hactenus probatam irritandæ prouiſionis ad fauorem carentis debita ſcientia, & reuocaſſe alteram iam dictam antecedentem in illo capite 3. quamuis non eam apertè annullauerit, neque ſaltem illius meminerit, cum ſufficiat contrariam edixiſſe legem, vt concluſi in tractatulo de priuil. cleric. cap. 2. verſic. Aliam non ommitto. Ita quod liceat fortaſſe admirari Leſſium in adducto n. 129. huius Concilii capite ſuffultum, affirmantem irritam eſſe electionem eius, qui omninò eſt illitera-
6 tus, eius autèm, qui aliquam ſcientiam habeat, ita vt aliquo modo valeat officio ſatisfacere, non eſſe irritam; poſſe tamen, quin omninò debere irritari ait, optarem ſiquidem vt vim aduerbii integrè quo illic vtitur Concilium, perpendiſſet, deinde verò reſpondiſſet, ſi concilii verba admittant intellectum de pœnitus illiterato, an citius de eo, qui tametſi non ignarus, integra tamen ad collatum beneficium caret; præſertim quia de aptitudine corporis ipſemet Leſſius verba faciens num. 130. hoc ipſo textu adductus, exemplum cœci referendo, concludit, illi factam collationem eſſe irritam; cum igitur vtrique Canones indefinite, ac generatim loquantur, prior verò irritandam collationem ſtatuat, poſterior autem irritam decernat; videtur dicendum vel in omnibus attendendam antecedentis capitis diſpoſitionem (& nulla ratione foueretur) vel ſequentem, & aſſertione ſuperius delibata fulciretur, quod eius vigore dicatur receſſum ab altera præcedenti ſanctione, illaque per hanc ſequentem abrogata; Niſi conciliando dicamus; In his quæ certam habent diſpoſitionem iuris, nullius cognitioni remiſſam, procedere textum in dicto cap. 4. in aliis verò, arbitrio ſuperioris relaxatam cognitionem, ſubſiſtere alterum in adducto cap. 3. Nimirum ſi de illiterato agens indicato num. 129. capitis 4. virtute, inquit collationem planè illiterato factam irritam eſſe, quaſi quod in eo, qui eſt penitus ignarus nullum cadat arbitrium, in eo verò qui aliquam haberet ſcientiam, vigore tertij capitis, irritari ait, niſi breui putaretur habiturus ſufficientem; quaſi quod tunc arbitrio ſuperioris relaxata facultas cognoſcendi, & determinandi neceſſariam ſcientiam, & quando ceſpitaret animus in deliberando; ſpe adipiſcendi maiorem arbitrari validam prouiſionem, maximè quod vſu, & Doctoribus multis, non tamen Concilio innixis probari ſententiam, nè ſit irrita prouiſio ſaltem in dubio ſcimus; Huic tamen diſtinctioni aduerſantur ni fallimur verba Nauar. in Miſcellaneis de oratione nu. 96. dum in quatuor caſibus ſupponunt nullitatem ipſo iure; quorum duo certam habent à iure conſtitutam legem, nempè ætatis maturitas, & legitima natiuitas, reliqui autem duo, incertam, & vagam, vt diximus, ac diſcretioni potius ſuperioris remiſſam, ſcilicet grauitas morum, & literarum ſcientia: & nihilominus in his etiam vigere nullitatem ipſo iure affirmat contra noſtram diſtinctionem;

nem; quam his non obstantibus subsistere existimamus, quia eiusdem Nauar. subsequentibus verbis, antecedentem conclusionem declarantibus, constat veram sine dubio esse dicti Lessij assertionem, cum qualitatem scientiæ restringendam esse monet ad pœnitus illiteratum, ac de eo tantum intelligendam esse, quo casu nulla cadit cognitio, & inuestigatio si vel né debita scientia polleat, & intrat relatæ nostræ distinctionis prior pars, cadit verò vbi aliqua adest scientia; dubitatur autem si congrua, & sufficiens, & posterior intrat eiusdem distinctionis pars.

7 Quin, & huiusmodi illiteratos impediri posse ne contrahant matrimonium, donec orationem saltem Angelicam, & Dominicam didicerint, simbolumque fidei, præcepta decalogi, & Ecclesiæ, ac septem peccata capitalia, nisi qui præ senio, aut ingenij rudis tarditate incapax prorsus sit; concludit Bartholom. à Ledesma de matrimon. dubio 11. quem sequitur Vega lib. 3. Summæ, casu 211. Verum non licere absolutè, & per longum tempus, aut vbi sponsi instarent detinere ob dictam causam, nè matrimonium inirent, expedire tamen suauiter, & absque violentia ad breue tempus impedire, vt sic doctrinæ addiscendæ curam habeant, opinatur Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 15. sub nu. 19. quo loci repetit doctrinam Perez lib. 1. ordinamen. tit. 1. l. 1. fol. 19. col. 1. §. aliud etiá se offert dubium,

8 asserétis posse Præsulem censuris cópellere subditos, vt Doctrinam Christianam discant, & Parochos, vt eam doceant; adiungentis publica sententia Metropolitani Salmanticæ pronunciatum ita fuisse. Adstipulatur quoque Rodriq. Lusitan. in 2. editione summæ cap. 88. num. 3. tomi primi.

Sed valeat ne supremus Pontifex cum istis pęnitus indoctis dispensare ad ordines, aut beneficia, videto Sayrum indicato cap. 13. num. 9. Nam ipse

9 interea minimè tacebo suspendendum eum esse ab exercitio ordinum indoctum, donec idoneum, & sufficienté assumpto ordini, se reddiderit, ex Diaza in sua praxi crimin. cap. 18. & Petro Gregorio Thol. in lib. 16. syntagm. Iuris vniuersi cap. 10. numero 12. neque præterea silentio inuoluam illud elegans, & multorum literis celebratum adagium.

Dulce Bellum inexpertis.

10 Quod Manutius refert in suo libro Adagiorum, non enim ob eorum imperitiam intelligunt quantum res mortalium habeant discriminis, ac malorum, nisi facto periculo, nèc quod illis imperitia rerum confidentiam præstat; tametsi non ignorent, at persępè ipsa experientia comprobent, ipsos, licèt indoctos, quia audaces, iuuare fortunam; istos tamen indoctos viros admonere non desinam, vt caueant à promotione; quod si ordinari non erubuerunt, caueant ab ordinum susceptorum ministerio, sine supremi Præsulis dispensatione, sic enim concludit, ac duabus rationibus tuetur Sorbus in suis annotationibus ad Compendium Mendicantium, verbo Ordines Sacri, versic. est etiam tertio aduertendum; vellem etiam vt considerarent hæc aliaque multa mala, ipsos pati ob istud tám grauè inscitiæ vitium, quàm propterea aspernari maximoperè debeant, nisi simulatis, ac persuasiuis tantum vellent fulciri rationibus illis, quarum meminit Cæsar Raghus in oratione quam suis facetis literis inseruit, collaudante ignorantiam, aut euentu rerum, cum fortuna nonnunquam extollat imperitos, doctos veró deprimat; siquidem meminere eos decet imprecationis illius sapientis, & dicentis, *Careat successibus opto, quisquis ab euentu facta notanda putat.*

Occasionem verò nactus, ex conditione ista inhabilitante ad ordines, iuxta notata in rub. de scientia ordinand. vbi insuper aliqua delibaui tangentia beneficia, de quibus in hoc capite fuit peculiaris sermo. Non erit vanum, quin vtile plurimum

11 adijcere alias nouem causas, quarum aliqua inhabilem quem fieri ad beneficium quodlibet, docet Lessius adducto cap. 34. dubitatione 17. ibi enim decem memorat conditiones, requisitas in particulari, vt quis censeatur idoneus ad beneficium: itaque supponit non eum idoneum esse, qui illis careret; eas præterea recensét Tolet. lib. 5. c. 78. & 79. & Anton. Fernandez in examine Theologiæ Moral. par. 3. cap. 13. §. 3. omnium itaq; Principem, ait, Lessius esse legitimum Torum, & consequenter ex illegitimo natum coitu inhabilem censet; ipseque extricaui abundanter in proximo antecedenti capite.

Secunda conditio, est clericatus, scilicet ordo; cuius aliqua tetigi hoc eodem antecedenti capite num. 465. vbi resolutiuè loquendo conclusi, neque per viam collationis, electionis, aut præsentationis, capacem esse beneficij, carentem ordine: quod verum adnecto, quamuis censeretur clericus, nam corrueret prouisio, statim ac, de veritate liqueret Ioan. de Selua tract. de benefic. par. 3. q. 6. num. 1. non obstante vetusta Rotæ contradicente decisione 13. de probat. in antiq. cuius sententiam, non admitti testatur Mandos. regula 24. quæst. 4. num. 11. & 12. alijque, quorum meminit Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. glos. 2. num. 65. Quousque tamen id pateat, clericum reputandum, probat, & prolixo sermone Flores pract. qq. cap. 13. á num. 75. in his præsertim, quæ sunt leuis præiudicij, scilicet declinatoria fori, & alijs, addit Gratian. tom. 1. Dicept. Forens. cap. 113. num. 10. cum in reliquis grauis præiudicij contradicant (præter citatos) Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. & 77. Couar. practicar. qq. cap. 33. num. 3. & Lopez ad Diazam in praxi cap. 64. num. 18. Item procedere generatim loquendo moneo, respectu primæ tonsuræ, dumtaxat, citatusq; Lessius num. 92. affirmat, cum alijs carere possit, nisi quibusdam in casibus ab eod. Lessio congestis, eodem c. 34. à nu. 95. quorũ aliquos ipse etiam coaceruaui rubr. 7. c. 6. nu. 40.

Tertia conditio, est ætas conueniens; cuius longum ipse sermonem texi rubr. de ætat. ordinand. c. 6. mibi, tùm ad beneficia, tùm ad dignitates omnes, adhuc Regulares, & laicales, aliaque munera, requisitas recensui; Recordor tamen in hoc etiam casu deficientis ætatis, illius insuper requisitæ á Cócilio Tridentino, vendicare sibi locum Regulam Cancell. de Triennali, auctoritate eiusdem Lessij, in vers. His tamen, sub num. 110. ita quod si illius Regulæ concurrerint requisita, præscripserit, Possessor beneficij proprietatem, nè postquam constiterit prouisionem fuisse inualidam, teneatur adhuc

in

in foro interiori dimittere beneficium, ex Nauarr. conſil.40.& 42.de præbend. per gloſ. antiq. in ipſa Reg.& Rebuff. inſequiturq; idem Leſſius eodem lib.2.cap.6.num.35. reijcientes contradicentem Didaci á Couar. ſententiam.

Quarta conditio iudicatur cœlibatus. Nimirum ſi corruat prouiſio, ſi vxoratus beneficium obtinuerit, ex cap.1. 2.& 8. de Cleric. coniug. atque Concil. cap.4. ſeſs.22. de reform. itidemque ſi beneficiatus celebret matrimonium, obtento ſpolietur, ex communi ſcribentium ſententia indicato cap.1.ipſeque vtriuſque conclusionis relator, explico in cap.12. huius Rubr.

Quinta conditio eſt, nè cenſura aliqua, vel irregularitate ligetur; huius poſterioris in hoc capite tractatio fuit, prioris verò in cap.15.& 16.& Roderic.Luſitan.par.1.cap.30.num.5.ſimiliter ſcribit.

Sexta autem conditio . eſt morum probitas, ad tex.in cap. cum in cunctis, de elect. inter illas tres, requiſitas per Concilium Lateranenſe qualitates, hanc enumerantem, his verbis; In cunctis Sacris ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſterijs, ætatis maturitas, grauitas morum, & literarum ſcientia, ſunt inquirenda: Itidem, & Sacroſancta Tridentina Synodus, eandem morum probitatem ſtrictius requirit in cap.18. ſeſsio.23. de reform. ita vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijsq; omnibus rebus, quibus graue, moderatum, ac religione plenum, præſeferant; Leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem, in cap.1.ſeſs.22. de reform. quin, & memorato cap.3.ſeſs.7. conditiones in prouidendo adeſſe iubet, recenſitas, in cap. quia nonnulli, de cleric.non reſid. alteraque exordiente, licet canon. de elect. in 6.& amplius collationem, prouiſionemq; aliter factam omninò irritari, collatorem verò pœnas conſtitutionis Concilij generalis, quæ incipit, graue nimis, incurſurum; quin altero itidem ſupra memorato Canone 4. ſeſs.22. ſtrictius loquens, irritam decernit omnem prouiſionem factam ei, qui ætatem, & cœteras habilitates integrè non habuerit. Eos igitur quorum munus eſt prouidere ad beneficium, oportet prouidendi mores ſcrutari, atque illa potiſſimum attentè rimari, quæ nos, prolixo quippè, verùm vtili ſermone congeſſimus á verſ. ſecunda, & validiſſima cauſa, ſub num. 29. vſque & per totum nu. 36. capitis 3. rubr.7. ſcituros etiam huius qualitatis neglectu Eccleſiæ ferè manaſſe perniciem, de quo non ſemel conquæſtus eſt Rebuff. Ipſi verò ſi vellent notitiam habere (vt tutè prouideant) in quibus hæc morum qualitas conſiſtat, percurrant, quæ nos ipſi congeſſimus rub.4. à num.33. atque ita experientur, non obſtentationis cauſa, at futuræ vtilitatis, non ſine ingenti labore, illic poſita, cumulaſſe: crimine inſuper carere prouidendos debere, vt iſthæc morum probitas adſit, & beneficium iuſtè quis obtineat, facilè deducet ſuperior ex eodem cap.1. Concilij, atque notandis in capite poſtremo huius rubr. multa in ea re copiosè exarantibus, illud maximè ſi criminoſo facta collatio, ſit irrita, vel irritanda citius.

Septima itèm conditio, eſt debita ſcientia, cuius ſermo fuit in hoc capite, ſed longior in rub.5. nunc adiungens poſſe Epiſcopos imperitis Parochis dare coadiutorē temporalē vigore c.6. Cōc. Trid. ſeſs.21.

Verùm octaua eſt, aptitudo ex parte corporis. non ea, vt formoſi ſpeciem exigat, ſed neceſſariam ad decenter præſtandum officium; ipſeque explano, in cap. de corpore vitiat; eſtque 17. huius rubr. ipſam namque, iure etiam naturæ neceſſariam eſſe, conſtat ex cap. niſi de renunc. idque tanta fulcitur veritate, quod ſi tempore prouiſionis, ea careret prouiſus, irrita ipſo iure eſſet prouiſio, ex eodē Concilij capite 4 nempè ſi cœcus beneficium obtineret, nulliter profectò impetraſſet, cum præces nequeat recitare orarias, teſte Leſſio ſub num. 130. At ſi poſt obtemptum beneficium adueniret inhabilitas, minimè ſpoliaretur illo, nequè curato, quoniam adiunctus tunc illi daretur, etiam inuito, cap. de Rectoribus, & cap. tua nos, de cleric. ægrot. & abundantius ſcribo indicato cap.17. num.154.

Nona eſt, intentio ſtatus Eccleſiaſtici, ſiquidem tonſura nedum initiari is tantum poteſt, de quo probabilis coniectura non ſit, eum non ſecularis Iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtet, hoc vitæ genus elegiſſe, per Concil. cap.4. ſeſsio.23. de reform. verum illius met capitis ſanctione, nemini licere appetere, aut petere, vel accipere tōſuram, niſi volenti clericaliter viuere, ſcripſit Nauar. Miſcellaneis de oration. ſub num. 114. Pariter neque beneficium aucupari, niſi intentione perdurandi in ſtatu Eccleſiaſtico, quin & ſuſcipiendi altiores ordines opinatus eſt Sot. de Iuſt. & Iur.lib.10.quæſt.5.artic.6. explicatus, & declaratus ab ipſo met Nauar. in ſuo Enchirid. de orat. c.21. nu.45. eiſdéq; Miſcell. ſub nu.112. & ſub nu.117. ſuffragaturq; text. in c. commiſſa de elect. in 6. ita quod excitatum nonnumquam fuit, ſi licet Præſuli conſtringere beneficiatum, etiam ſimplex retinens beneficium, ſuſcipere alios ordines, adhùc ſacros, quam ſeriò diſputauit Gratian. Integra diſtinc.74. Idemque Nauar. num.108. Miſcellan. annuitq; reſpectu ordinis beneficio adiuncti; ad alterum verò in eo tantū caſu, in quo vtilitas, vel neceſſitas id ſuadeat, niſi aliqua de cauſa iuſta excuſaretur; ſed ſufficiat nè determinata intentio ſtatus Eccleſiaſtici, & ordinis muneri ſuo neceſſarij, iuxta communem, ita concludentem ratione illa, non decere beneficia Eccleſiaſtica dari iis, qui nondum ſtatuerunt ſe miniſterio Eccleſiæ mancipare: An inſuper requiratur, vt abſolutè debeat ſtatum Eccleſiaſticū ſibi præfigere, vt non poſſit habere propoſitum deſerendi ſi lautior ſe obtulerit in ſæculo conditio; exempli cauſa, ſi frater decederet maior, ſi optimū obueniret matrimonium, ad conſeruandam præſertim magnam familiam, vel ad extinguendas lites, ac fœdandas inimicitias neceſſarium; & certè idem Leſs.num.131. poſt Nauar.cap.25. num. 113. reſpondet ſatis eſſe ſi ſincerè, & bona fide proponat ſtatum Eccleſiaſticum, nèc velit ab eo reſilire propoſito, niſi aliqua iuſta cauſa adueniret. admittit Roderic.Luſitan.in ſum. c.30.nu.6. & Anton.Fernand.in examine Theol.Moral.par.3.c.13.§.5.nu.4. Vterquè tamen, Nauar. ſcilicet, & Leſſius aſſenti-
12 tur communi, vt mortiferè peccet recipiens beneficium ea intentione recipiendi fructus, quouſque melior conditio incidat, & eis alatur donec ſtudia abſoluerit: diſſentit verò Sanchez lib.2.de matrim. diſput.45.num.29. exiſtimans eum venialiter duntaxat delinquere, ſi duo concurrant, ſcilicet ſi beneficio

ficio nullus sit annexus ordo, sique muneri suo satisfecerit, quandiu illud retinuerit; fructus autem restituere teneri, quamuis crediderint Gabriel in 4.dist.15.quæst.8.artic.3.& Syluest. verbo, Beneficium 3. quæst.5. contrarium verius esse, putat Nauarr. num.112. Miscellan. eumque citato loco insequitur Lessius, veriori tamen, & communi soueri sententia priorem resolutionem attestatur Comitulus. illamque commendat Responso 79. inhæretque Abb. in cap. relatum nu.7. de cleric. non resident. repetam quoque alteram eiusdem Comituli resolutionem, ex maior. in 4.dist.24.nu.19. multis
13 rationibus probantis, licere Ecclesiastico ex beneficij fructibus conficere dotẽ sorori, aut filiæ, etiam non legitimæ, illudq; interdum oportere, nè salus animæ, vel pudicitia illarũ in discrimen adducatur.
14 Postrema autem est conditio, vt non habeat aliud beneficium incompatibile, quod altero ex duobus modis contingere, admoneo; quorum primus est, cum alterum excludit alterum, & posterius prius; scilicet quia altero obtempto, vacat prius, iuxta terminos cap. literas, de concess. præbend. & cap. de multa, & extrauag. execrabilis de præbend. additis declarationibus, atque intelligentijs, à me traditis dictis iuribus, rubr.8. cap.3. num.14. alijsque coaceruatis à Marchis. in commiss. appellat. ab exequ. breu. par.1.§.2.à nu.72. Secundus vero modus, cum non vacat primum impetratione alterius, sed quod simul detineri nequeãt, citra dispensationẽ; vtriusq; speciei perutilem conscripsit tractatum Alphons. Hoyeda, cui titulum inscripsit, de incompatibilitate beneficiorum, & complura congessit Mandos. in praxi signatur. verbo dispensatio ad plura, ipseque memoriæ legentium cõmendo, inter has duas
15 incompatibilitates, eam consistere differentiam, quam inter pœnam ipso iure inductam, alteramq; sententia inflictam, recenseo, cap.12. huius rub. n.8. cap.15. nu.38.& cap.23.nu.121.& in specie ista admittit Lessius citato c.34. sub nu.143. scilicet quod antecedenti casu, quia nulla requiritur sententia, statim dimittere obnoxius est, & si retineat non faciat fructus suos, in sequenti verò deobligatus fit ab his duobus, nisi sententia proferatur, sunt autem prioris generis si beneficium cum cura animarum, vel dignitatem, vel personatum, vel officium, & alterum eiusdem generis obtineat per add. cap. de multa; vel præbendæ vniformes sub eodem tecto cap. literas, iam citato; puta duo Canonicatus, vel duæ Cappellaniæ, idque adeo, vt maior sit incompatibilitas duarum præbendarum, & cet. in eadem Ecclesia, quàm duarum curatarum in diuersis, per glos. vltimam in clem. vltim. & ibi Cardin. sub numero 1. de præbend. atque Manticam decis.118. num.4. Alterius verò generis sunt, quorum meminit text. Concil. in cap. 17. sess.24. de reform. cuius vigore vetitam esse pluralitatem beneficiorum; etiam simplicium, & residentia carentium, si vnum ad honeste viuendum sit satis, alioquin liceat alterum consequi, non tertium; quin, & tunc nullam Papę, aut Episcopi requiri dispensationem, respondent Nauar. cap.25. num.127. Roderic. ead. par. 1. cap.31. sub num.2. memor. tusque Fernandez eod. cap.13.§.6.nu.2. copiosius verò, qui rem hanc perscrutari vellet, nec ignorari casus his nostris temporibus concedentes, auctoritate eiusdem Trident. Synod. pluralitatem beneficiorum, adeat Tolet. lib.5.cap.81. quatuor recensentem, nec non declarantem, primum quippe iam relatum, & deductum ex ipso capite 17. sess.24. alios duos depromptos ex cap.13. eiusdem sess.24. demumque alium ex capite 7. sessionis 7. dispensatione autem supremi Præsulis, si plura retinere liceat, maximè cum residentia, controuersia non exilis apparet, apud Doctores, eos maximè, quos hactenus rescripsimus, Nempè Tolet. eod. cap.81. versic. secunda regula: Roder. cap.31. & Lessium dubitat 28. à num.149. Verum quodnam Beneficium Ecclesiasticum vnius hominis vitæ sustinendæ, & conditioni tuendæ sit censendum idoneum, explicat Comitulus lib.1. responsorum, quæst. 74. ipseque rub.8. cap.3. num.2. quæ cum excussa fuissent, & casus contigisset, defendi attendenda esse, vbicumque de exemptione gabellarum agitur, vt vel personarum numero illic considerato, admittatur immunitas, vel post exactionem fiat restitutio.

Hucusque relata docent, quando aliquis ad ordines, vel beneficia dignus sit, controuerti tamen, quia nonnunquam potest, si prouisus careat aliqua recensitarum conditionum, & dubitetur cuius sit onus verificare, adesse, vel abesse conditionem, & idoneitatem prædictam, ideo relego Lectorem ad Abb. in cap. fin. à num.5. de præsumpt. copiosè extricantem, præmissa distinctione illa, si alter impugnet, aut si nullus, vt primo casu subdistinctio fiat, inter idoneitatem intrinsecam, & impugnantis sit onus, & extrinsecam, & impetrantis, secundò verò casu superiori incumbat inquirere si conditiones concurrant, alioquin non prouideat, vt etiam in exequutore diximus, capite præcedenti num. 239. maximè si expressæ fuerint in rescriptis, quando intrare Regulam, probatam eodem cap. præcedenti, num.11. de narratorum iustificatione dicit Abb. eod. cap. fin. sub num.9. cum in tacitis ad opponentem transferri onus subiungat.

16 Hactenus requisitam ad beneficia idoneitatem, decem illis conditionibus ornatam, ad pensionem quoq; obtinendam exigi non dubitamus; Primam namque de legitimitate, qua carens inhabilis fit ad pensionem, probat Gigas de pension. quæst.16. ipseque cap. præcedenti num.64.

Alteram item de ordine, saltem clericali tonsura, scribit idem Gigas de pension. quæst.22. maximè his temporibus, vigore Constit. Sixti V. de habitu, & tonsura, qua sancitur Clerico tantum conferendam; idque tempore datæ, alioquin fit nulla etiã si postmodum collata fuerit, cuius subsequenti collatione non validari docet Rota decis.20. lib.3. diuers. & decis.139. num.9. eodem lib. & multa cumulat Marchis. in commiss. appellat. in causis pension. par.1. §.2. num.39.& 105.

De legitima ætate ad illam præscriptam, annorum scilicet quatuordecim, verba feci rub.7. cap.6. sub num.5. ac speciatim attenta mente Concilij, scribit Lessius indicato c.34. dubitat. 38. sub n.203. quamuis ante Concilium affirmauerit Gigas. q.13 sufficere ætatem idoneam ad tonsuram, & illo iure fultus probat Zecho, de benefic. cap.11. num. 7. vt admirationi sit locus, quod doctissimus Gratian. Discept. Forens. tom.3. cap.397. nu.17. etiam crediderit vigore Concilij sufficere septennium ad

pensio-

penſionem ipſam, addebatquè declaratum à Congregat. Concilij, cum meis met oculis contrariam legerim ipſe, illius Congregationis declarationem, quam adduxi poſt num. 5. dicti capitis 7. quin, & fidiſſime tranſcriptam in margine Concilij apud Anibalem de Capua, virum eximium, & Archiepiſcopum Neapolitanum; idque tanto magis verum exiſtimo, quod antecedens ſuppoſitum illius, ſub num. 14. vt incapax beneficij, non ita dicatur penſionis, per Nauar. conſ. 11. ſub num. 15. & in nouis, eſt conſilium 12. quidam adeptus; dubito ſi verum ſit, cum ipſe dixerim contrarium cap. 12. ſub nu. 3. per alterum eiuſdem Nauar. conſ. 11. nu. 2. de tempor. ordin. quo in loco non pertranſendo, prout in illo conſil. 12. at perſunctorie ſcripſit, nuuiſſimeq; Sancius inquit in ſuo opere morali lib. 2. c. 28. n. 36. & conferunt ſcribenda num. 18.

De celibatu inſuper non eſt dubitandum, cum coniugatus etiam antea habita ſpolietur, vt probaui cap. 12. num. 2. & 3. aitq; præterea Conrad. de penſion. c. 4. Put. deciſ. 459. lib. 2. & Blanchett. apud Stati. deciſ. 192. nu. 2. in nouo, etiam ſi cum Virgine, iuxta deciſ. Lancell. Iunior, & nunc Cardinalis meritiſſimi, eſtque deciſ. 2. ſub num. 15. inter reſcriptas per Picum, poſt ſuum de contract. tract. quæ præterea deciſio, Inſignis exiſtimanda eſt, in caſu, quo quis haberet facultatem retinendi penſionem, etiam ſi matrimonium cum quacumq; muliere (nullo ſibi iure prohibita) contraxerit, vt retinere valeat, dato quod viduam duxerit, illaque verba nullo ſibi iure prohibita referri ad impedimenta Iuris canonici.

Cenſura itidem qui ligatur, illius incapax eſt, per eundem Leſſium ſub dicto nu. 103. nimirum cum Papa concedit penſionem, non ſecus ac in beneficialibus literis, abſolutio ad finem conſequendi apponi ſolet ex ſtilo Curiæ.

Morum inſuper probitate pollere debet, tùm quia alioqui nequè ad tonſuram, illius neceſſarium antecedens, admitteretur, tùm etiam, quod illam non niſi ex cauſa, eaque iuſta concedendam eſſe, dixit Tolet. eod. lib. 5. cap. 82. & quæ cauſa poteſt conſiderari in homine, probitate non callente, & conſequntiuè malis moribus, ac vitijs imbuto? nulla certè; nimirum ſi nulla conferenda penſio.

His pariter aſſertionibus conuincimur ſeptimam, ſcientiæ nempè conditionem requiri.

Quin, & octauam, ſcilicet aptitudinem ex parte corporis, in caſibus tamen in quibus affirmauimus illa carentem, eſſe ad beneficia inhabilem. Cœco ſiquidem diximus conferri non poſſe beneficium, eo quod horas canonicas perſoluere quotidie teneretur, ad eas autem quamuis non ſit obnoxius penſionarius, ad recitandum tamen Officium Beatæ Mariæ deuinciri, ex Conſtitut. 138. Pij Quinti, non dubitamus.

Nonam autem de intentione ſtatus Eccleſiaſtici, concurrere oportere deducitur ex eo, quod penſio eſt ius percipiendi fructus ex alieno beneficio, Toleto teſte, in initio citati capitis 82. ſed fructus beneficij percipere nemo valet, quiuis intentionem non habet perdurandi in ſtatu Eccleſiaſtico, per auctores, recenſitos in verſic. Nona eſt, intentio ſtatus; ideó nec penſionis, & in puncto concludit, multis ſuffultus rationibus, Nauar. in Miſcellaneis de oration. à nu. 113. & concluſiuè propè num. 117.

Poſtrema autèm de incompatibilitate conditio, qua exiſtente aliud conſequi beneficium nequire, diximus, ſi attendenda ſit etiam in penſionibus, ediſſertat Tolet. in fine capitis 93. Verùm quia Docto-
18 res vacillant in reſolutione illius quæſiti, ſi penſio ſit loco beneficij, illiusque appellatione veniat; ideò vt illorum contentionis veritas illuſtrior pateat, animaduerſione dignum exiſtimo; tres reperiri ex Toleti, & Leſſij verbis, penſionis ſpecies, quippè quod primam temporalem aiunt, ſpiritalem alteram, Tertiam verò mixtam, ſeù mediam; Prioris non fuit noſter ſermo, ad eamquè haúd extenduntur hactenus collecta, nequè ſemper ad mixtam, ſed omni in caſu ad ſpiritalem. Ad cognoſcendum verò, quando priori modo ſit conceſſa penſio, an verò 2. & 3. referunt allegati auctores complura ſigna, nec non Fernandez par. 4. c. 15. §. 6. lit. P. ſub num. 4. & ipſe generaliorem conſtituendo Regulam, ita cenſeri ſemper quod vigore Conſtitut. in ſuperioribus memoratæ Pij V. recitare Officium Beatæ Mariæ obnoxius eſt diebus ſingulis; idquè colligo ex verbis eiuſdem Fernandez, euidentiusq; ex verbis Marchiſ. in Commiſs. appellat. in cauſis penſionum par. 1. §. 1. num. 3. & §. 2. ſub num. 105. Aut latiori ſermone vtens, ſemper quod ad illam habendam requiratur clericatus, & quidem ſemper illum requiri probaui ſub num. 16. præſertim vigore Conſtitut. Sixti V. imó, & iure communi, niſi ſpeciatim fuerit laico conceſſa, exiſtimat Nauarr. ſub num. 114. Miſcellan. addens in dubio non præſumendum voluiſſe ſupremum Præſulem laico elargiri penſionem; præſertim quod licere Papæ id facere innixo poteſtate abſoluta docet, qua voluiſſe vti, nunquam creditur, ex omnium ſententia, niſi aperuerit, idque noſtris præſertim temporibus, nam olim penſio, quæ non conſueuit pro beneficio Eccleſiaſtico computari, etiam laico reſeruabatur; hæc nimirum verba illius tùm doctiſſimi; tùm maximi practici (vt ita dicam elegantius verò) praxis, potiſſimum Curiæ Romanæ, non expertis Marchiſ. citato §. 2. præportant, non niſi clerico, & loco beneficij conferri hac noſtra tempeſtate; quin, & gloſa antiqua ſuper regula Cancellar. 61. quam ſequitur Capic. deciſ. 200 propè num. 4. ita ſatur; ſed quia hodie quælibet penſio ſuccedit loco beneficij, quia eſt ad vitam recipientis, credo quod teneatur impetrans facere mentionem de priori, & ſi volens conuincere impetrantem, vt meminere debeat prioris penſionis, adducitur aſſertione, quod eſt loco beneficij, & contrariorum ſit eadem concluſio, ſequela critùr vt beneficij locum omninò teneat, cum certum ſit, debere fieri mentionem anterioris penſionis, alioqui ſit nulla, ex deciſ. Rotæ apud Mantic. deciſ. 93. num. 1. ſi tamen prior valeat, ex altera apud eundem deciſ. 111. num. 3. & Boer. deciſ. 162. Illam inſuper eiſdem amitti modis quibus, & beneficium optimè probat Hieronym. Gabriel conſil. 187. num. 11. volum. 2. aliaque plura, quæ Sancius adducto num. 36. recenſet, dictam ſanè aſſertionem veram oſtendunt additis, quæ nos ſcripſimus num. 16. idque adeo, vt ſub caſu reſeruante impedientem curſum cauſarum ſpiritualium contineri impedientes cauſæ penſionariæ concluſerit

Gambarupta de casibus reseruat. cap.4.& Bullæ Cœnæ cap.14. num.6. atque ita declarata isthac materia, cessant multa, quæ somniantes aliqui eructant, cum de ea, vel in scriptis, vel ore proprio loquuntur. Illa tamen Ecclesiæ nimis onerosa esse non debet, ideoque tám pinguis esse vetatur, vt non remaneant fructus cum titulo, quibus possit beneficiatus sustentari, ex Corrado tract. de Sacerdotijs cap.4.num.2. scribit Toletus eod. c.83. versic.1. ne pensio, adiungens iniquissimum esse, nec excusabile, omnes fructus exigere pro pensione, ideoque si illi exigui sint, non debeat exigi pensio: Comitulus etiam lib.1. Responso 86. rationem addit, quod æquum non est, vt qui minus meretur plus exigat. Pensionarius autem multò minus mereatur, quàm beneficij Rector, qui multum laboris, & operæ, suæ præstet Ecclesiæ, ob id concedi vltra tertiam partem antiquitus non cósueuerat, eodem Toleto teste, & iure probat Paponius lib.3. titulo 5. Arresto 8. & 10. illa tamen, valeat vsque ad medietatem sentit Boer. eadem decis.162. dissentit verò Lelius Zecho, & ait non subsistere nisi Papæ fuerit enarratum attingere medietatem in tract. de benefic. quæst.11. num.6. copiosè autem Rebuff. extricat ad quam vsque summam constitui possit, in concordat. Franc. Rub. collator. §. volui, in verbo fructus, redditus, vel prouentus num.114. & 116.
19 nimirum si iustificari debere fructuum beneficij volorem constat ex decis. Cassador. 10. num.8. de rescript. auctoritateque Antonij Augustini, in Epitome Rub. de solut. pension. num.4. alijsque iam iam citandis decisionibus; pensionario quippè si illius solutioni consensum haud præstitit ipse titularis, vel possessionem exigendi, nondum adeptus sit pensionarius, ex decis. Rotæ 196. lib.3. par.3. ac decisum speciatim fuit in illa Sarzanen. pensionis, coram Decano 15. Februarij 1593. & in Salamant pension. coram Gipsio 26. Martij eiusdem anni 1593. latèque deductum in Meleuitan. pension. 28. Nouembris 1597. coram Litta, & coram eodem in Neritonen. pension. 5. Nouembris 1601. & in eadem coram Domino meo Ludouisio 24. Maij 1602. quæque inter rescriptas per Marchis. post relatum §.1. est 33. Quod si aliquod prædictorum adsit, titularij esse onus deducitur, ex decis. Caputaq. 299. par. 2. & 329. par. 3. tenuitq; Rota in Romana pension. coram Blanchetto 29. Nouembris 1574. & 13. inter rescriptas per eundem Marchis. post dictum §.1. id tamen si pensionarius possessorio agat, quia si beneficiatus petitorio, vtique ad pensionarium transferretur probandi onus, ex distinctione probata per Rotam coram Rubeo in Paduana pensionis de anno 1587. & rursus in Vercell. pens. iuxta decis. Manticæ 196. in eius volumine iam excusso; qua eadem distinctione vtendum esse monemus (sed in 1. tantum casu possessionis, non altero obligationis titularis) cum clausula extat illa, cuius memini capite antecedenti sub nu.88. dummodò pensio non excedat medietatem, alteraq; de qua verba facio inibi nu.89. dummodò remaneant centum pro Rectore; quarum altera adhuc existente, pensionarius teneatur probare non excessum, vel remanere centum, quamuis titularius consenserit pensioni, ratione cuius consensus exequutiuè esset alioqui procedendũ, quod militat vbi purè, & simpliciter cõstituta fuerit, secus cõditionaliter, ob alterã dictarum clausularũ, vt illic scripsi, probantq; insuper decisiones mox citãdæ, vbi verò possessione frueretur pẽsionarius, manutenẽdus esset in possessione etiã à successore, Puteus decis.151 lib.3. & Seraf. decis.299. quin, & tunc etiã existentibus prædictis clausulis vigeret distinctio, & titulario incumberet docere vel excessum, vel nõ remanere centũ; ad quod firmandũ impellor decisionibus multis, ad idẽ probandũ citatis per eundẽ Marchis. d.§.1.n.31. alteraq; Regien. corã Pãphilio, estq; decis.43. inter rescriptas per Statil. post repartũ sui tract. de Saluian. interd. quæ præterea nu.1. possessionẽ admittit stante vnica tantũ solutione, etiã à 3. facta nõ constito de mãdato; subseq. verò decis.44. probat nonnullos casus in quibus solutio non constituit recipientẽ in possessione, quibus, & aliũ addimus, si metu censurarũ Seraf. decis.1017. n.6. par. 2. Et quæ antea scripsimus, si extarent relatæ clausulæ, militare arbitramur, si illæ apertis non essent expressè verbis, at tacitè subintellectæ, scilicet cum beneficium esset curatum; in illo etenim ob sanctionem Tridentinæ Synodus, centũ remanere debent curato c.13. sess.24. de reform. cuius expressa derogatio requireretur, vt eius dispositio cesset, nimirũ si absit, eiusdem persistat dispositio; & consequenter non remanentibus centum, pensio corruat ex decis. corã Blanchetto iam relata, Romanæ pensionis, quin & probato expresso valore, eoq; extãte tempore impetrationis Nihilosecius, illo postmodũ diminuto controuertitur si deducatur pensio, vt est videre apud Felin. in c. ad Audientiam el 2. nu.3. de rescript. Caccialup. tract. de pens. q.95. & Gig. q.6. & nu.6. siquidẽ pensionẽ deberi ex fructibus beneficij, regula iuris docet, relata per Manticã decis.339. nu.3. etiã addita promissione soluendi habita, vel nõ habita possessione, apponi solita ad euitãdas fraudes ead. decis. teste, nã fraude cessante, nullatenus clausula ipsa suffragatur, & consequutiuè deficientibus fructibus, pensio non debetur. Ac propterea si illa, centum relicta beneficiato, non ex eodẽ beneficio, sed alio, quod haberet, aut ex missa cum eleæmosinis per ipsum celebrandis consequi posset, cessaret pensio, iuxta decis. Comituli in Lucana Magiscolatus 9. Iunij 1589. inter relatas à Marchis. post iã dictum §.2. est decis.13. Ratam verò pro celebrandis missis, ex institutione beneficij debitis, quamuis alicui Sacerdoti persolutã, quia tali oneri satisfecit ipsius beneficiati nomine, respondi, vtiq; computari in illis centũ, cum eius sit tale munus explere, & sibi illud alterius persona intermedia subire volenti imputandum; Itaq; si ex pacto, aut valida obligatione cõmpeteret alteri, soluturus tantum beneficiatus salarium, certè deduceretur, tanquam onus extrinsecum, & perpetuum; quod titularius exequi nequiret, quibus opitulantur notata à me ipso capite antecedenti vers. tandemque, sub num.199.

20 Pensio autem maturata, & non soluta tempore prædecessoris debeat solui à successore, concluserunt Gigas, tract. de pension. quæst.39. nu.13. Caccialup. eodem tract. quæst.11. Felin. in c. ad audientiam el 2. num.6. de rescript. Salustius in sua praxi lib.3. cap.3. in fine Paris. de resignat. benefic. lib.1. quæst.8. num.44. & communem esse opinionem tradit Bursat. consil.361. num.20. Verùm antiquitùs

tis fuit articulus maximè controuersus in Rota, ac minimè resolutus, teste Cassadoro decis. 3. sub numero 2. & decis. 4. num. 2. de locato, & conducto, quin tempore Putei inclinasse in negatiuam, videtur probari in decis. 189. lib. 2. Hodie verò, est articulus decisus, vt teneatur si pensionarius vsus sit diligentijs cum prædecessore, in vna Hispalen. pensionis die 5. Martij MDLXXXII. coram Blanchetto; & rursus in eadem Hispalen. die 23. Martij eiusdem anni, quas ambas decisiones rescribit Statil. post suum de Saluiano interdicto tractatum, & est decis. 98. & decis. 100. in antiq. & 191. & 192. in nouo, quin, & postremis his temporibus, in vna Neritonen. pension. Veneris 10. Iunij 1611. coram Ludouisio, quæ cum á nullo reperiatur rescripta, & quia maximè vtilis apparet, censui pro maiori cognitione veritatis subscribere, eiusquè verba sunt.

Fuit vnanimi Dominorum sententia resolutum, successorem in Episcopatu Neritonens. teneri ad soluendum terminos pensionum decursos tempore prædecessoris, & non solutos, quia pẽsio est onus reale, & cohærens beneficio c. siquis laicus 16. q. 1. Gig. de pens. quæst. 40. num. 1. fuit dictum in vna Corduben. pens. 30. Aprilis 1597. coram Illustrissimo Domino Cardinali Blanchetto, & in vna Canariens. pens. 15. Ianuarij eiusdem anni 1597. coram Giptio, & propterea obligatur successor ad illius solutionem, non solum in futurum, sed etiam in præteritum etiam pro terminis decursis ante suam prouisionem l. quæro ff. de vsufruct. Franc. in cap. vlt. §. fin. nu. 3. de offic. ordin. in 6. Card. in clement. 1. q. 11. nu. 5. in fine vers. ad aliud verò, de censibus Gemin. consil. 3. nu. 2. & per totum Bellen. de charit. subs. q. 51. Gig. de pension. quæst. 39. & 43. Gambar. de auth. legat. lib. 6. tit. de pension. á num. 427. vsque ad num. 444. Alban. consil. 2. num. 12. Decian. cons. 37. num. 12. & 14. lib. 2. Nauar. cons. 1. nu. 3. & 4. & cons. 2. nu. 3. & 5. de solut.

Et licet Rota de hoc dubitauerit aliquando, & nihil voluerit firmare, vt per Cassad. decis. 3. & 4. de locat. Achill. decis. 3. de pension. Attamen vbi constat de diligentijs factis á pensionario, pro exequutione contra prædecessorem, passim, condemnat successorem ad soluendum terminos decursos in vita prædecessoris, vt in dicta Canarien. pension. in causa Ispalen. pension. 16. Decemb. 1577. coram Illustriss. Cardinali Blanchetto, & in Cæsaraugust. pens. 13. Aprilis 1592. coram bon. mem. Cardinali Pamphylio, in Toletan. pens. 15. Martij 1599. coram R.P.D. meo Decano, & in Oscen. & Barbastren. pẽsion. 19. Aprilis 1609. coram R.P.D. meo Lancellotto, & sæpissimè in alijs.

Diligentiæ autem, & quidem exactissimæ factæ á Trãslatarijs bon. mem. Card. Madrutij sunt multæ, notæ in Rota, ac de eis plenè constat, ex prosequutione litis spatio plurium annorum, sententijs contra Episcopum latis, mandatis, & declaratorijs, alijsquè de quibus in actis.

De diligentijs etiam factis à bon. mem. Cardinali Sancti Georgij, non potest dubitari, cum, & ipse in iudicio petierit, & obtinuerit mandatum, de manutenendo, mandatum exequutiuum, & sequestrum, vt in dicta Oscen. & Barbastren. pension Ex qua decis. etiam patet respõsio ad illud, quod obijcitur translatarijs, eos prius nulliter egisse, non iustificatis literis reseruationis, vt fuit decisum cum causa penderet coram bon. mem. Litta, quia non propterea excluditur diligentia postea subsequuta in petendo, stante sententia; relaxatione mandati, & declaratione interdicti.

Nec etiam facit quod Cardinalis Sancti Georgij per plures annos petere distulerit, quia cúm nõ esset obligatus petere certo tempore, non potuit ex hoc dici negligens, Caputaq. decis. 266. par. 1. nec tollet quod subsequentes diligentiæ non sint sufficientes, & suffragentur ad officium, vt á successore exigi possit, vt fuit dictũ in dicta Oscen. & Barbast.

Quæ tamen dixerunt Domini esse cum temperamento moderanda, dũmodo successori congrua remaneat quam in primis, & ante omnia deduci debere ex redditibus Episcopatus constat ex c. extirpãdæ, & c. cum secundum Apostolum de præb. & fuit decisum pro Episcopo Campanien. contra Pensionarium in vna Campanien. pens. 22. Iunij coram bon. mem. Iusto.

Congruam autem dixerunt esse ducat. mille monetæ illarum partium iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini sess. 24. de reform. c. 13. vers. ad hæc, prout resoluit Rota in dicta Campanien.

Hactenus decisio Rotalis, quę restrictionem admittit in casu, quo non esset proximus successor, tertius enim vel vlterior, nũquam teneretur, adhúc si pensionarius quibuscumque vsus esset diligentijs ex altera eiusdem Rotæ decisione. In vna Hispalẽs. pensionis 23. Martij 1582. coram Blanchetto, cuius tenor sequitur.

Non potuit capi resolutio super: An diligentiæ Melchioris contra prædecessores Illustrissimi Domini Matthæi Vasquez releuent, vel ne, contra Illustrissimum Dominum Matthæum, propter varietatem opinionum, quidam enim ex Dominis tenebant non releuare: mouebantur primó, quia articulus iste, an successor teneatur ad pensiones decursas tempore prædecessorum, fuit maximé controuersus, & non resolutus, Cassad. decis. 3. & 4. de loc. num. 2. & licèt postea Rota resoluerit, etiam in secundo successore, quod teneatur, in alia Hispalen. pensionis coram me factis diligentijs; tamen durum videtur extendere ad tertium, ex decis. Put. & Mohed. alleg. Accedit quod Illustrissimus Dominus Matthæus obtinuit sibi prouideri tempore, quo erat extincta pẽsio. Vnde cessante hypotheca, debet etiam cessare actio contra ipsum. Mouebantur etiam, quod diligentiæ non fuerint factæ, cõtra prædecessores, videlicet contra Dominum Maringuez, & quod fuerunt admodum interpellatæ, & vt plurimum per audientiam contradictarum.

Ex aduerso dicebant, quod licèt sit extincta hypotheca pro pensionibus in futurum, nõ est tamen extincta pro prȩteritis; & cum Canonicatus transiuerit cum hoc onere, Illustrissimum Dominum Matthæum ad illud teneri: fuit tamen dictũ, quod cum pensio sit reseruata soluenda certis, & limitatis temporibus. videatur, an hypotheca huiusmodi, stet distributiuè, vel cumulatiuè, vel an diligentiæ sint factæ contra prædecessores Illustrissimi Domini Matthæi.

21 Vbi verò quæratur si pensionario defuncto, illius hæredi debeatur pars aliqua, recurrendum est

ad Statilium Pacificum quatruplici vtentem distinctione in tract. de Saluian. interdict. inspect.4. cap.1.versic. quid enim sub nu.190. animoq; meo arridet Alex.sententia cons.15.nu.3. lib.2. eo quod illam insequitur Rota, approbauitque multis in decisionibus ab eodem Statil. sub nu.191. mentionatis,& rescriptis in illius operis calce,quæquè iuxta illarum numerum, sunt decis.189. 221. & 222. eamq; magis communem, & veriorem attestatur, eadē Rota in citata decis.189.nu.3.scilicet vt attenta dispositione l.defuncto ff.de vsufruct. sit illi persoluenda pro rata fructuum, non temporis, qua supposita conclusione deflectendum est ad inue-
22 stigationem alterius dubij; Quis pensionario illam pendet post beneficiati interitum, eodemque anno interitus decursam? & quidem eiusdem beneficiati successor pro rata fructuum perceptorū subministrabit,vt concluserunt eædem adductæ decisiones,nulla habita consideratione distinctionis terminorum,constitutæ tantum pro commodiori solutione, exordiente Anno à die reseruationis pensionis,& finiente eodem die anni sequētis,ita quod cuicumque interdum recolligenti fructus incumbat ratam perceptorum contribuere in illius solutione,quód si integrè successor perceperit, ipse integram persoluat, ipsumque integram percepisse dicatur, si omnes interdum currentes fructus exegit;Quæ omnia apertè probant illæmet decisiones, & aliæ in illis recensitæ. Camera etiam Apostolica contribuit si aliquid ex fructibus ad eam peruenerit, quin, & ipsa tenebitur etiam pro portione ad hæredes titularij vigore facultatis concessæ á Summo Pontifice peruentæ,ex eadem decis.221.á nu.6. cum dictum hæredem molestari, haud posse in quantitate,quam propterea exegit,dixerit Vitalin. in clem.2.nu.16.de decim.& Crescēt. decis.3.nu.4. de solut. admittit tamen restrictionem, quatenus summa ab ipsa Camera exacta, ad solutionem satis sit dictæ pensionis,seù portionis debitę,vltra ratam tangentem successorem;si enim haud sufficeret, vtiq; nè vltra debitum grauetur successor, aut Camera,vltra perceptum, obnoxij essent hæredes, quamuis instituti vigore facultatis testandi concessæ à supremo Præsule.

SVMMARIA.

Excommunicationis simplici appellatione comprehendi tantùm maiorem demonstratur, numero 1.

Illa quando aliquis deuinciatur, & quæ propterea concurrere debeant, num. 2.

Excommunicatus nèc promoueri, nèc ordinum susceptorum vti ministerio potest, num.3.

Et si contrafaceret irregularis fieret, num. 4.

Aduerbium perpetuò quam habeat vim; quemquè effectum producat, ostenditur, num. 5.

Dispensare ab irregularitate cui liceat; numero 6.

Minori excommunicatione, quando aliquis ligetur? num. 7.

Ea ligatus, si ministret Sacramenta, vtrum peccet, & quod peccatum committat, scilicet mortiferum, an leue? num.8.

Ab ista minori excommunicatione, quis valeat liberare innodatum? num.9.

Proprius Sacerdos quis dicatur, num. 10.

Excommunicatione maiori ligatus, inhabilis est ad beneficia, quæ propterea illi conferri non possunt. num. 11.

Non eis fieri resignatio, num.12.

Illius persona, nèc eligi, aut postulari potest, num. 13.

Non etiam præsentari, num. 14.

Neque confirmari, aut institui, num. 15.

Pensio neque constitui potest, in eius fauorem num.16.

Impetratio facta ab illo; pro obtinendis beneficijs, similiter irrita decernitur, num.17.

Optare verò præbendam pinguiorem, vtrum valeat, discutitur, num. 18.

Sed beneficium ante excommunicationem sibi collatum acceptare non prohibetur, cum declaratione tamen, quę annectitur, num. 19.

Excommunicatus prohibetur ea actiuè exequi, quæ,& passiuè sibi prohibita esse demonstratum fuit, num. 20.

Minori excōmunicatione ligatus quod nō possit eligi, præsentari, institui, & c. probatur, num.21.

Clausula teque absoluentes operatur, vt rescriptum sit validum, & prouisio opituletur excommunicato, num. 22.

Nisi tamen anno continuò perdurauerit in excommunicatione, num. 23.

Item neque ei, qui noluit parere rei iudicatæ, neque incendiarijs,& alijs, qui nominantur, num. 24.

Neque Hæreticis, num.25.

Regulæ Cancellariæ expirant extincto Pontifice, num. 26.

Episcopi, mortuo Papa, conferre possunt omnia beneficia vacantia in eorum Diœcesibus, etiam reseruata per regulas Cancellariæ, numero 27.

Rescriptum absque memorata clausula, teque absoluentes expeditum, aùt alia quæuis prouisio facta ad fauorem excommunicati, inualidum est, adhùc superueniente absolutione, num. 28.

Noua solet concedi prouisio post absolutionem impetranti beneficium tempore excommunicationis, num.29.

Excommunicatus,non ipso iure spoliatur beneficijs antea obtemptis, sed venit spoliandus, & quando, num.30.

In excommunicatione qui per annum stetit, an possit tanquam hæreticus,vel de hæresi suspectus castigari, & quando, num.31.

Excommunicatus est ipso iure priuatus fructibus

bus beneficiorum, ſi fuerit in mora petendi abſolutionem, num. 32.

Ita quod mora eiuſmodi exiſtente, neque alimenta percipere valeat ex beneficiorum fructibus, etiam ſi inopia laboraret, num. 33.

Neque declaratoria Iudicis ad amittendum fructus, opus eſt vt præcedat, nu. 34.

Feudû etiam, in caſibus in quibus ipſo iure amittitur, non tamen perditur, niſi præcedat Iudicis ſententia ad id condemnans, num. 35.

Pœna à lege impoſita, nunquam perſoluenda eſt in foro conſcientiæ, niſi declaratoria intercesſerit, num. 36.

Clericus ob crimen hæreſis non ſpoliatur beneficio, eiuſque fructus non amittit, niſi declaratoria præceſſerit, quamuis in pœnam priuationis ipſo iure incurrerit, num. 37.

Differentia refertur inter pœnam ipſo iure inflictam, aliamque requirentem ſententiam, num. 38.

Alienatio bonorum facta à die commiſſi criminis, ob quod in pœnam priuationis illorum, ipſo iure incidit alienans, inualida omninò iudicatur, nu. 39.

Prædictos autem fructus amittit, etiam ſi ab excommunicatione appellauerit, nu. 40.

Excommunicatus ſi quis fuit declaratus, poterit inſuper denunciari, etiam pendente appellatione, num. 41.

Denunciatione non amplius ligari excommunicatum, quam antea, fuerat, probatur, numero 42.

Appellatio à declaratione incurſus cenſurarum ſuſpendit, adeò quod ea pendente nihil excommunicato obſtat declaratio, num. 43. & 60.

Ratio adducitur diſtantiæ cur appellatio ab excommunicatione non eam ſuſpendat, ſed vtique à declaratoria, num. 44.

Occultus etiam excommunicatus perdit beneficiorum fructus, nec illos facit ſuos, nu. 45.

Ab eo geſta ratione publici officij, dicuntur valida, num. 46.

An poſſit alium excommunicare, nu. 47.

Ab eo geſta, nè proſint ſcienti Iudicem excommunicatum, nu 48.

Legi Barbarius ff. de offic. Prætor. datur limitatio, num. 49.

Notarius excommunicatus poteſt reaſſumere inſtrumentum ſtipulatum tempore quo non erat excommunicatus, nu. 50.

Appellatio ſi excommunicationem ſubſequatur, deuoluit tantum, non ſuſpendit, nu. 51. & 52.

Ita quod ſi interea celebrauerit, irregularitate haud notetur, nu. 53.

Si verò præcedat, tunc ſubſequens excommunicatio eſt nulla, nu 54.

Excommunicatus non denunciatus, vitandus non eſt, cum ampliationibus, nu. 55.

Denunciationis excommunicationis, tangitur modus, nu. 56.

Illam fieri poſſe, tùm contra excommunicatum ſententia Iudicis, tùm declaratum incurriſſe in ſententiam iuris, num. 57.

Conuerſantes cum excommunicatis tantum minori ligentur cenſura, niſi ſpeciatim addatur in illos excommunicatio, nu. 58.

Cautela eſt, eaque vtentes Iudices collaudandi, prohibentes conuerſari cum illis, excommunicando contrafacientes, nu. 59.

Appellatio antecedens declaratoriam, an ſuſpendat, nè propterea liceat ad declarationem procedere, latè diſcutitur, nu. 61.

Notorium quotuplex, nu. 62.

Appellatio ſi ſubſequatur ſententiam excommunicantem ſub conditione, vel ad tempus, ſuſpendit etiam, nu. 63.

Imò ſi tempus deinde, aut conditio purificetur, nedum à cenſura ſed à præcepto etiam ſit immunis, nu. 64.

Excommunicationem incurrere formidare debet Chriſtianus, nu. 65.

Appellatione antecedente purificationem conditionis, nedum cenſuram ſed præceptum, & obligationem aliquid exequendi, ſuſpendit, nu. 66.

Qui iniuſtè fuit excommunicatus, non amittit fructus, nu. 67.

Quin non habitos repetere poterit, etiam diſtributiones quotidianas, nu. 68.

Iſdemque Clericus iniuſtè mancipatus vinculis, nu. 69.

Sed à quibus repetet prædictas diſtributiones, nu. 70.

Excommunicatione pendente, ſi quis impetrauit beneficium à Papa, cum clauſula ſeque. abſoluentes, valeat nè poſtmodum ellius fructus acquirere, & facere ſuos? nu. 71.

Abſolutus ad tempus cum reincidentia, vtrum poſſit interea, & beneficia adipiſci, & antea obtemptorum percipere fructus, nu. 72.

Abſolutus cum reincidentia ſi interea non paruerit, an reincidat ſi citatio non præcedat? nu. 73.

Abſolutio ab excommunicatione ex falſa cauſa conceſſa, ſit nè inualida inquiritur, & reſponſio affirmatiua defenditur, nu. 74.

Abſolutio ad cautelam vt concedatur, duo concurrere neceſſariò debent, nu. 75.

Excommunicatio, vt pro peccato præterito, aut præſenti promulgetur, inobedientiam, aut contumaciam præcedere debere probatur, nu. 6.

Pro futuris verò culpis, etiam nulla concurrente monitione proferri poteſt, nu 77.

Excommunicari quis poteſt ob dictum ſua na-

tura leuè, si illud contumacia subsequatur, num.78.

Excommunicatio aduersus furantes prolata, an liget illum, qui tempore prolationis non erat soluendo, num.79.

Quid verò si postmodum ditior factus sit, numero 80.

Contumacia tripliciter consideratur, & vnaquaque illarum declaratur, num.81.

Monitio, vt pracedat excõmunicationem oportet, eaquè trina debet esse, num. 82.

Si ea omittatur, fit nè inualida excommunicatio, num.83.

Illa requiratur etiam ad ferendam declaratoriam, nu.84. cũ restrictione sub dicto nu.84.

Sit ne saltem iniusta excommunicatio, omissa citatione prolata, num.85.

Praceptum per comparitionem resoluitur in simplicem citationem, num. 86.

Excommunicandus citari personaliter antea debet, nec sufficit si domi, num 87.

Nisi in certis casibus, qui annectuntur, nu.88.

Ad hanc tamen censuram non est procedendum: vbicumque Iudex Ecclesiasticus exequi realiter, aut personaliter potest, cum in subsidium proferenda sit, num 89.

Additur singularis ampliatio de duobus obligatis in forma Camera, & altera de exequutore Apostolico, num.90.

Restringitur tamen in exequutore excõmunicandi morosum in solutione pensionis, nu.91.

Item in casu, quo aduersus bona procedi nequit, cum scilicet in laicum procedit Ecclesiasticus, num.92.

Monitiones generales ad finem habendi reuelationes, concedi quando possint, num 93.

Illa concedi possunt, etiam aduersus detinentes, vt restituant, num. 94.

Principalis interrogatus à Iudice, quando teneatur fateri delictum, num.95.

Monitorÿs quando haud ligatur, qui scripturas non exhibet, num.96.

Repetere suam rem, qui non valet, non prohibetur illam consequi, seù valorem, etiam furando, num.97.

Qui neque in excommunicationem tunc incurrat prolatam aduersus furantem, aut detinentem, num.98.

Ob eandem rationem, neque scientes incurrant, si non reuelent, num. 99.

Testes in quibus casibus non subiacent excommunicationi, quamuis id minimè prodant, ob quod lata fuerit excommunicatio, num.100.

Sacerdos auricularius tàm secretim debet tenere, qua in confessione nouit, vt nõ obstantibus pradictis monitorÿs, ea propalare nequeat, num. 101.

Alia etiam annectuntur ampliationes ad regulam prafatam de secreto seruando à Confessario, num.102.

Monitiones prafatas non nisi Episcopus concedit, num.103.

Illas pro qua possit summa concedere inuestigatur, num.104.

Vicarius Episcopi quãdo eas dare valeat? n.105.

Capitulum vero sede vacante, & eius Vicarius sine dubio potest eas impartiri, nu.106.

Non autem inferiores ordinarÿ, num.107.

Vt autem concedantur pracedere debet eius petitio, cuius interest, num. 108.

Imò si ab alio opponatur exceptio legitimationis persona, monitoria transeunt in simplicem citationem, num.109.

Quin si ille petat examinari principalem cum iuramento super interrogatorÿs ab ipso productis, audiendus est, num.110.

Testes cum veniunt, & reuelant, non iurant, & eorundem reuelationum forma additur, num.111.

Reuelatio tamen in scriptis facienda est, nec satisfaceret, qui oretenus Episcopo enarraret, qua scit, num.112.

Cum conceduntur cauendum est, nè nomina debitorum quoquomodo addantur, aut alterius cuiuscumque, nisi ipsius supplicantis tantum, num.113.

Super capitibus infamatorÿs dari prohibentur, num. 114.

Quod si alius compareat, & dicat rem petitam iustè penes se esse, idque coram competenti Iudice se probaturum supersedendum est, nec amplius vlterius procedendum ad alias publicandas monitiones, & excommunicationem promulgandam, num 115.

Monitiones ista in qua parte Iudicij sint concedenda, num.116.

Eas pluries in eadem causa concedi posse, ac toties, quoties, & testes examinari, ostenditur, num. 117.

Capita super quibus danda sunt monitoria, eiusdem tenoris, ac qualitatis esse debent, cuius & articuli super ea causa esse possunt, nu.118.

Vbi tamen res nota esset, aùt alia via probari posset, abstinendum est à monitorijs, nu.119.

Copiam reuelationum consignans parti, ea vtenti coram laico Iudice, & propterea suspensus fuerit latro, non ideò irregularis est superior Ecclesiasticus, qui monitoria concessit, & iam dictam tradidit copiam, si tamen protestationem pramisit, qua annectitur, num. 120.

Testium ad reuelationem examinatorum in Curia Ecclesiastica repetitio facienda est, vt probent, tàm si coram laico, quam si eodem aut alio Ecclesiastico producantur iam dicta reuelationes, num.121.

Testes

Teſtes cum repetuntur ſe remittentes ad teſtificata cum reuelarunt, ſit nè eorum repetitio valida, nu.122.

Examinari cum reuelant an poſſint, cum interrogatorÿs partis aduerſa, nu.123.

Iſthac monitoria danda ab ordinario haud ſunt in eadem cauſa, in qua vigore ſignificauit Apoſtolici antea emanarunt, nu.124.

Delegatus explicans aliqua capita in monitorÿs. non contenta in literis Papa, non afficit non parentes, & non reuelantes circa contenta in additis capitibus. nu.125.

Monetorialia Papa nequit delegatus declarare, aut eis aliquod caput apponere, ſed tantum in linguam vernaculam redigere, num. 126.

Dictionis alias, qua ſit vis, declaratur, numer.127.

Executor ſignificauit Apoſtolici abſoluere illius vigore excommunicatos, an poſſit, poſt paritionem, nu.128.

Excommunicatus generatim ab homine, an ab alio, quam ab excommunicante abſolui poſſit? num.129.

Abſolutionem ab excommunicatione quis valeat concedere generatim quaritur, ac cum diſtinctione reſpondetur, nu.130.

Excommunicans abſoluere nequeat, ſi illam Summo Pontifici reſeruauit, quamuis alioquin potuiſſet, num.131.

Vtrum verò, & metropolitanus tunc valeat, num.132.

Abſolutione, necnè indigeat, qui impeditus, venire ad reuelandum non poterit? numer. 133.

Excommunicatus qui generatim fuit, tùm principalis, tùm teſtis, an & ſpeciatim, ac nominatim excommunicari poſſit? nu.134.

Antiſtiti liceat nè excommunicare ſuum ſubditum extra Diœceſim. nu.135.

Forma abſolutionis concedenda à cenſura, vtrum ſit praſcripta: nu.136.

Excommunicatio à quo ortum habuerit, num. 137.

Ipſius duodecim ſunt effectus, qui recenſentur, num.138.

Matrimonium contrahere, nè valeat cenſuratus oſtenditur, valeat tamen ſi contrahat, num.139.

Caracterem verò ordinis reciperet ſi ordinaretur, num.140.

Comparere etiam in iudicio. vt ſe defendat, non prohibetur, nu.141.

Impracatio tandem, eaque pergrauis additur aduerſus excommunicatos omnes, atque adhortatio, vt reſipiſcant, nu.142.

Capitulum XV.

1 FAtentur omnes, appellatione excommunicationis ſimpliciter prolatæ, intelligi de maiori, & maximè Abb. Felyn. & reliqui in cap.penul. per illum text. de ſentent.excommunic. idemque Abb.in cap. quod in dubijs nu.1.eod.tit. & cap. illa quotidiana nu.9.de elect. Felyn.in cap.prudentiam §.ſexta, ſub nu.6. de offic.deleg. Berous in cap.præterea de iurepatron. nec tantum ſi ab homine feratur, iuxta citatum cap. penult. ſed inſuper ſi à iure, ex Geminian. in cap.1. §.2. verſ.gloſa, ſuper verbo ſpecie de except.in ſexto, & poſt alios Nauarr.in tract.de datis, & promiſſis notab.4. nu.8. necnon Couarru. in cap.fin. par.1. §.8. verſ.ſecundum.poſt num.5.de ſentent.excomm. in ſexto, ſubiungens id communiter receptum eſſe, quam profectò excó-
2 municationem, nonniſi ob contumaciam mortalē præteritam incurri poſſe, aut futuram inobedientiam non comparendi, aut non parendi iuſto præcepto facto, præcedente mora, culpa, vel offenſa, certum eſt, iuxta mentem cap.nullus, & cap.nemo 11.q.3.cap.1.de iudic.cap.à nobis. & cap.ſacro de ſentent.excomm.iuncto cap.Romana § fin. eod.tit. in ſexto, & apertis verbis annotauit Nauar.in Manual.cap.27.num.9.inde fit, quod cum prohibeatur excommunicato promotio, ex cap.cum illorum de ſentent.excommun. Ergo illa, fit impedimentum, à delicto, & peccato ſuboriens, & propterea iuſta ratione ſuſcepi hoc in loco explicationem excómunicationis, in his præſertim, quæ clericos, reliquaſque perſonas Eccleſiaſticas reſpectu ordinum, & beneficiorum tangit, cætera copiosè dicturis in eo volumine, quod cenſurarum tractatum complectetur.

3 Excommunicatus inquam, nec promoueri poteſt, ex cap. cum illorum de ſentent.excomm. nec antea ſuſceptorum miniſterio vti, cap. clerici, cap. latores, & cap.Apoſtolicæ de cleric. excomm. miniſtr. & Armill. vtriuſque dicti veritatem confirmans in verbo excommunicatio nu.9.verſ.quarto, & Nauarr.in ſumm. cap.27.nu.1. illis verbis, quod excommunicatio maior, priuat participatione Sa-
4 cramentorum actiuè, & paſſiuè; Qui verò in alterutro contrairet, fieret quidem irregularis, tùm ſuſcipiendo ordines, vt ex ſententia Palud. in 4. ſent. diſt.18. probat Armill.loco proximè citato, tùm præterea miniſtrando in promotis cap.Apoſtolicæ, de cleric.excomm.miniſtr. adeò quod, ſi clerici ſeculares ſint, qui ſciétes ſe excommunicationis vinculo irretitos ad ordines promoueri paſſi ſunt, eos ab ordinibus ſic ſuſceptis perpetuò deponendos eſſe, conſtituit Innocent. III. in citato cap. cum illo-
5 rum, cuius quidem aduerbij (perpetuò) vigore, excluduntur ab omni ſpe diſpenſationis cóſequendæ, vt inibi Felyn. aduertit nu. 1. ſed ſi factum non recolentes, pro quo in latæ ſententiæ canonem inciderunt, vel factum quidem recolentes, ſed iuris ignari neſciunt exinde ſe teneri, vtique poſſent cóſequi diſpenſationem, non tamen ab Epiſcopis, abſque ſedis Apoſtolicæ ſpeciali mandato, vt decidi-

tur

tur in eodem cap. cum illorum, etenim probauit in
rubr. de tempor. ordin. cap. 3. nu. 23. & rubr. 7. cap.
5. nu. 2. soli Pontifici reseruatam esse dispensatio-
6 nem ab irregularitate; Quod si Religiosus esset,
qui post incursam excommunicationem, ordines
suscipere non esset veritus, dispensationē à proprio
superiore valeret consequi, per illudmet cap. cum
illorum, quo textu, adducti Innoc. Abb. & Felyn.
firmiter asseuerarunt excommunicationem haud
impedire ingressum Religionis, ac validam esse
professionem ab eo emissam, quod etiam tuetur
Marian. Soccin. Sen. inibi nu. 15. & cap. sacris num.
118. de sentent. excommun. & Henrich. in Summ.
Theol. moral. lib. 13. cap. 7. §. 7. alijque multi, quos
refert, & sequitur Sayr. lib. 2. cap. 9. nu. 18. quamuis
Syluest. verbo excommunicatio 3. vers. septimo,
dissentiat quo ad ingressum, existimans illi prohi-
beri ingressum, sed non propterea inualidari sub-
sequentem professionem; Qui autem cum excom-
municati essent ministrarunt, ex misericordia dis-
pensantur à Papa, cap. Apostolicæ, de cleric. ex-
comm. ministr. nisi post celebrationem moniti fue-
rint, vt resipiscerent, ac desisterent, nec sine dila-
tione redierunt, quia tunc essent perpetuò depo-
nendi cap. clerici, cum seq. adducta rubr.

7 Minori autem excommunicatione ligato vetita
est participatio Sacramentorum, adeò quod mor-
tale peccatum committeret, qui ita censuratus in
illis passiuè se immisceret, iuxta cap. si celebrat de
cler. excomm. ministr. Caetan. in summ. verbo ex-
communicatio minor el 1. Angel. eodem verbo 1.
nu. 1. vers. alia, Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 8.
post nu. 1. Sebast. Medices in summ. rubr. de cen-
sur. eccles. tit. 9. q. 43. & Nauarr. in summ. cap. 27.
num. 24. quod si participaret actiuè, scilicet confe-
rendo Sacramenta, & ministrando, nullum pecca-
tum ipsum committere non desunt, qui sentiant,
vt Nauarr. citato nu. 24. Henrich. in summ. Theol.
moral. lib. 13. cap. 3. §. 1. & Hugol. de censur. eccles.
8 tabul. 3. cap. 6. §. 2. Alij tamen opinantur etiā mor-
taliter ipsum delinquere, vt Innoc. indicato cap. si
celebrat, & Syluest. verbo excommunicatio 4. nu.
1. sed cæteri (quorum communior sanè apparet
opinio) medium tenentes affirmarunt illum ve-
niale peccatum committere, ita Anchar. super eo-
dem cap. si celebrat. Caietan. in verbo excommu-
nicatio minor, Astens. par. 2. lib. 7. tit. 9. artic. 2. q. 1.
Tolet. lib. 1. instit. cap. 11. nu. 3. Sot. in 4. dist. 22. q. 2.
artic. 3. nec videtur improbare Couarru. at potius
conniuere in adducto §. 8. nu. 2. vers. sed si minori,
ac Maior. Ledesm. & alij, quos refert, & sequitur
Sayr. in suo thesaur. casuum conscient. lib. 2. cap. 22.
num. 17. & quidem eorum sententiæ, fauet litera
eiusdem cap. si celebrat; inquit enim, si celebrat
minori excommunicatione ligatus, grauiter pec-
cet; nullius tamen irregularitatis notam incurrit;
peccet autem (autem pro sed) conferendo Eccle-
siastica Sacramenta, nempe venialiter, cum præte-
rierit dictionem illam grauiter, quam adiunxerat
antea, cum de participatione passiua dixerat.

9 Absolutionem verò ab ipsa excommunicatione
minori, dandam esse à proprio tantum Sacerdote,
edocet text. in cap. nuper §. fin. de sentent. excomm.
& communiter Doctores præsertim D. Thom. in
addit. ad 3. par. q. 24. artic. 1. Martin. Ledesm. in 2.
4. q. 25. artic. 2. Summ. Pisan. verbo absolutio 1. nu.
1. alijq; omnes, quorum innumeros congerit Sayr.
in thesaur. cas. conscient. lib. 2. cap. 23. nu. 5. proprij
10 autem sacerdotis appellatione, licet strictè loquen-
do, is tantum intelligatur, qui iurisdictionem ordi-
nariam habet in foro penitentiali, nempè Summus
Pontifex vbique, Episcopus in sua Diœcesi, & Par-
rochus in sua parrochia, & propterea absolutionem
prædictam à præfatis tantum concedendam esse
videatur asseuerandum quoque; Sayr. etiam fortas-
se sentit in adducto cap. nu. 6. Nihilominus illam à
quocumque Sacerdote (approbato tamen ab or-
dinario) concedi posse, certius credo; tum quia
Sacerdotes ab ordinario approbati ad confessiones
audiendas, largè sumpto vocabulo dicuntur pro-
prij confessarij, tametsi strictè loquendo potius le-
gitimi, & delegatam dicantur habere iurisdictio-
nem, vt inquit Tolet. lib. 3. cap. 13. nu. 4. & 6. tum
quod Sacramentalē confessionem proprio tantum
Sacerdoti faciēdam esse constituitur in cap. omnis
vtriusque sexus de pœnit. & remiss. & tamen con-
stat illam fieri posse, non solum iam dictis habenti-
bus iurisdictionem ordinariam, verum etiam dele-
gatam, vel iure concessam, quod Tolet. probat in-
dicato cap. 23. nu. 7. tum quod idem Sayr. in tract.
de pœnit. cap. 19. referens nouem species Religio-
sorum, qui proprij Sacerdotes appellantur, quique
vt tales facultatem retinent audiendi confessiones,
decimo loco recenset illos, qui licentiam à proprio
Episcopo habent administrandi istud Sacramen-
tum pœnitentiæ; si igitur prædicti dicuntur pro-
prij sacerdotes, inde fit, eosdem posse absoluere ab
excommunicatione minori; tum demum ex au-
ctoritate Innocent. super eodem cap. si celebrat nu.
2. in fin. qui præfatum excommunicatum non de-
tineri, quin absolutionem à quocunque confessa-
rio consequi valeat, fatetur; quam eandem tenet
sententiam Caietan. in summ. verbo excommuni-
catio minor el 2. his vtens verbis, & reseruatur ab-
solutio ab excommunicatione minori, sacerdoti
proprio, hoc est sacerdoti, qui potest absoluere à
peccato mortali; non quia excommunicatio mi-
nor habet annexum peccatum mortale, sed quia
est vinculum Ecclesiasticum, ac per hoc soluen-
dum à ministro iurisdictionis Ecclesiasticæ, quam
non habet quilibet sacerdos, qui potest absoluere
solum à venialibus; ea ratione, quia pœnitens se illi
submittit in materia non necessaria in Sacramen-
to pœnitentiæ, qualis materia est peccatum venia-
le, quod homo non tenetur confiteri, & propterea
cum pœnitens sola peccata venialia confitenda ha-
bet, potest in eis se subijcere cuicunque voluerit
sacerdoti, quia nulli tenetur de illis confiteri; hæc
ille, ex cuius verbis affatim constat, inibi non intel-
lexisse Caietanum de proprio sacerdote, nempe
de Parrocho, vt videtur affirmare in opusculis, ru-
br. de ministro pœnit. q. vnic. verùm de eo, qui po-
test absoluere à peccatis mortalibus, sed ab illis ab-
soluit sacerdos, quilibet approbatus ab ordinario,
ergo illius est inibi sermo Caietani, contra prædi-
cta videor videre aliquem opponere, quod quili-
bet sacerdos per promotionem ad sacerdotalem
ordinem suscipit quoque facultatem de iure ab-
soluendi à peccatis, tametsi nequeat illam exercere
nisi in subditos, iuxta glosam magistram in extra-

uag.

tiag. commun. ſuper cathedram, verſ. à iure de ſepult.ſed iuris communis attenta diſpoſitione nonniſi Papam, Epiſcopum, & Parrochum iuriſdictionem conſtat habere in ſubditos, vt illos abſoluant à peccatis,ergo Caietan.Innoc. & alij, cum de proprio ſacerdote loquuntur, alterum prædictorum intelligunt,nam multis annis Concil.Trident.anteceſſerunt,quod in cap.quamuis ſeſſ.23.de reform. extendit præfatam diſpoſitionem iuris communis, ad quemlibet alium ſacerdotem approbatum ab Ordinario; ſed huic oppoſitioni reſpondeo, quod ante Tridentinam Synodum præter relatos,adhùc alij poterant audire confeſſiones,quibus ab Epiſcopo,aut etiam Parrocho delegabatur tale miniſteriũ, vt deducitur ex Toleto,& alijs mox citãdis,quinimmo præfatam diſpoſitionem Concil. Trid. non extenſiuam,ſed reſtrictiuam fuiſſe dicẽdum eſt, nam facultatem à iure conceſſam,tum Epiſcopo,tum Parrocho committendi alijs poteſtatem audiendi confeſſiones, Concilium reſtrinxit ad Epiſcopos tantũ; id enim apertè oſtendit Tolet.lib.3.inſtruct. ſacerd.cap.13.poſt n.11.atque de his loqui Caietan. & Innoc. relatis in locis fateri oportet; atque ideò eos ſentijſſe, vt ij poſſint abſoluere de iure ab excõmunicatione minori, qui de licentia non tantum Epiſcopi, ſed ſolius Parrochi poterant confeſſiones audire, atque ij ſint, quos hodie poſt Concilium Epiſcopi approbant ad audiendas confeſſiones: quinimmo ſunt, qui tuentur illam auferri poſſe à quolibet ſimplici ſacerdote, & non approbato, vt Nauar.in manual. cap.27. verſ.quinto, & num.39. verſ.tertio,& copioſius in cap.placuit num.25.de pœnit.diſt.6. Viuald.in ſuo candelab.par.2.rubr.de excommunicatione minori, num. 12. & videntur propendere D.Thom.in addit.ad 3.par.q.23.art.3. & Tabiena verbo abſolutio 2. nu.5. verſ. quæritur tertio,expreſſè Tolet.lib.1.inſtruct.ſacerd. cap.11. num.6.& alij,quos refert Riccard.in 4.diſt.18. q.3. artic. 9. quorum tamen ſententiam permulti impugnant Doctores,quos refert, & ſequitur Sayr.in theſaur. caſ. conſcient. lib.2. cap.23. num.8. verſ.è contra verò,quorum quidem opinionem vti veriorem, & tutiorem libentius inſequerer; tametſi primam vti probabilem reijcere minimè audeam.

His igitur ad minorem excommunicationem pertinentibus explicatis,opus eſt retrogredi ad maiorem,qua innodatus non modo ordinũ ſuſceptione,& ſuſceptorum executione priuatus exiſtit,vt il-
11 lic annotaui,verùm quoque inhabilis ad beneficia, eo quod illa nequeunt ei conferri, cap. postulaſtis de cleric.excomm. Rota deciſ.303. alias 5. de ſentent. excomm. in antiquis; qua ſpreta prohibitione ſi illi conferantur beneficia, inualida foret ipſo iure collatio,per illudmet cap. poſtulaſtis, & doctrinam Archidiacon.in cap.nullus nu.3. & 4. diſt. 63.& Couarr.in cap.alma mater par.1.§.7. num.1. qui prętereà ſeptem illic ſubnectit annotationes ad conſtitutam regulam; Ipſa tamen vſque adeò vera cenſenda eſt, vt etiam ſi occulto excommunicato fiat collatio nullius validitatis eſſe decernatur, vt concluſit Rota,teſte Caſſador.deciſ.1.nu.1.de præbend.firmauerat antea Abb. in citato cap. poſtulaſtis nu.4.Couarr.adducto §.7.nu.3.& Henrichez in ſumm.theol.moral.lib.13.cap.13.§.1.Nauarr.conſ. 3.cuidam Presbytero nu.5. de cleric.excomm.miniſtr.in antiq. ſiuè 13. in nouis; quinimmo illam prætereà inualidam cenſeri,etiam ſi minimè reputabatur excommunicatus, aut ipſe ignorabat ſe tali cenſura ligatum, vt prædicti Nauarr.& Henrichez relatis in locis rectè exiſtimarunt, necnon Caſſad. eadem illa deciſ. nu. 5. neque aduerſatur contraria reſolutio Rotalis,deciſ.281. ſeu 44. de reſcript.in antiqu.neque text.cum gloſ. citatus ab ipſamet deciſ. in cap.Apoſtolicæ de cleric. excomm. miniſtr. etenim loquuntur de eo, qui probabiliter ignorat ſe excommunicatum, vt apertè demoſtrant eiuſdem gloſæ,& textus verba, atque ita erit explicanda deciſio Rotæ; licet enim ſimpliciter loquatur, nihilominus probat iuris regula, vt declaretur iuxta auctoritates, quibus ipſa mouetur; Nauarr. autem, & Henrich. contrarium firmarunt, quoties nulla adductus probabili ignorantia, quod fuerit excommunicatus, obtinuit beneficium; quodque non tantum ſi ab homine fuerit excommunicatus, verùm ipſo iure à Canone,vt concluſit Rota deciſ. 303.ſiuè 5.de ſentent.excomm. in antiq. quia indiſtinctè pronunciatur inualida impetratio facta ab excommunicato in cap. 1. de reſcript. in ſexto, at-
12 que adeò ne ſubſiſtat reſignatio in eius fauorem facta,Put.deciſ.11. de renunciat.in manuſcriptis; cuius meminit Modern. in tract. de reſignat. benefic. lib.4.q.3. num.44. neque permutatio per ipſos excommunicatos facta, quia nouum beneficium diceretur acquirere cenſuratus, cum in permutatione collatio mutua contingat, Rebuff. in concord. rubr.de excomm. non vitand. verſ.prætereà in fin. Couarr.in cap. alma mater par.1. §.7. num.2. verſ. quinto, vbi adiecit Zabarell. in clem.1.§.ipſius de pœnis,qui nu.4. proponit hanc quæſtionem in filijs percutientis Epiſcopum.

13 Prætereà prohibetur eligi excommunicatus ipſe,eiuſq; electio ſi fiat nulla eſt,cap.conſtitutus el 1. de appellat.gloſ.in cap. ſi fortè §. cæterum de elect. in ſexto,Speculat.in tit.de libell.concept. §.fin. propè calcem,Bertach.tract.de Epiſcop.par.1.lib.2. q. 4. Syluest. verbo excommunicatio 7. verſ.octauo, & cap. nos 9.q.1. atque etiam poſtulari cap. 1. de poſtulat.Prælat. Rebuff.in concord.Franc. rubr.de
14 excomm.non vitand.verſ.ad hæc; Non etiam præſentari poteſt ad patronatum beneficium, Lambert.tract.de iurepatron.par.1.lib.2.q.9.art.1. nu.1. Bertach. indicata q.4. num.19. & Rebuff. in citato verſic. prætereà, idque ea argumentatione nititur, qua vtitur gloſ. communiter recepta de electione ad præſentationem in cap. fin. verſ. electio de
15 elect. in ſexto; quinimmo confirmari nequit, aut inſtitui,iuxta doctrinam Lambert. in artic.1. paulò
16 ante, citato nu. 4. Item Penſio in eiuſdem excommunicati gratiam conſtitui non valet, Hieronym. Gig. tract. de penſion. q.14. num.1. & 9. Henrich. ſumm.theol.moral.lib.13.cap.13.§.2.& Couarr.in cap. alma mater §.7. nu.2. verſ.nono, ex quibus infertur, nec perperam ad reſcriptum pro obtinen-
17 dis beneficijs,nè illud impetrare queat,eaque ſi fiat nullius ſit firmitatis, quod in ſpecie notat Zabarell. in clem.1.§.prædictis q.3.poſt nu.3.de relig.domib. & collaudat Couarr.adducto §.7. nu.3. verſ.vndecimo; eorumq; dicto fauet admodum ratio deprompta,ex cap.1.de reſcript. in ſexto, ſiquidem eo in canone inualidatur impetratio ab excommunicato

nicato facta literarum de iustitia, quod inibi copiosè declarat Crotus, ideò illud idem multo magis fatendum est, quoties impetraret gratiosas literas, & consequenter pro obtinendis beneficijs, per cap. ad audientiam el 2. de rescript.

18 Optare verò præbendam pinguiorem iuxta formam cap. fin. de consuet. in sexto, necne excommunicatus valeat, à Doctoribus controuertitur; etenim permulti in affirmatiua persistunt sententia, vt Rota decis. 126. alias 8. de sentent. excomm. in antiqu. & decis. 195. seu 5. de concess. præbend. in nouis, verùm alijs placuit contraria, & negatiua opinio, quam tuetur additio ad prædictam decis. 5. versic. posse optare; item Petr. de Perusio in cap. referente de præbend. Alciat. in cap. 1. nu. 12. de iudic. & Cardin. in cap. postulastis, de cleric. excomm. ministr. eandemque fouet text. in cap. referente de præbend. Tu autem vtere distinctione Marij Alterij, viri quippe insignis in tract. de censur. par. 1. disputat. 6. lib. 2. cap. 5. vers. ex his possumus, vt prior subsistat, quando per optionem non mutatur beneficium, nec fit noua collatio, posterior veró, vt acquirat ius in illo.

19 Illud autem beneficium, quod ante excommunicationem sibi collatum fuerat, nulli dubium, quin ea existente possit acceptare, vt concludit Rota in ambabus decisionibus, paulò ante adductis, & magis communem opinionem esse fatentur, Felyn. in cap. cum dilectus nu. 1. de accusat. & Nauar. in cap. si quando, except. 10. nu. 9. de rescript. adde Rotam decis. vlt. siuè 4. de sentent. excomm. in antiquior. nouissimeque comprobat citatus Alterius eodem cap. 5. vers. altera est sententia, sed eam veram opinor, dummodò agatur de sola facti, & simplici acceptatione, scilicet de declaratione voluntatis ipsius excommunicati assensum præstantis iam dictę collationi; exemplum satis colligitur, ex cap. si tibi absenti, de præbend. in sexto; si verò sola huiusmodi acceptatio non sufficeret, quia fortasse requireretur collatio, à superiore facienda, haudquaquam posset eo casu excommunicatus acceptare, vt inquit Couarr. relato §. 7. nu. 4 & lib. 3. variar. resolut. cap. 16. nu. 4. in fin. scilicet si habens expectatiuam ad beneficium reperiretur excommunicatus tempore vacationis, namque sibi liceret illud acceptare beneficium, iuxta auctoritates modo citatas, non autem ab exequutore conferri, iuxta aliam Rotæ decis. 720. siuè 28. de sentent. excomm. in antiqu. audio tamen aliquos arguentes, quod neque illud excommunicato permittatur, eaque ad id ratione ductos, quod resolutio illa, qua constat beneficij collationem tribuere ius in re, & desumpta ex cap. fin. de concess. præbend. in sexto, & glos. fin. in cap. penult. adducto tit. & lib. atque ex ijs, quæ in cap. 16. sub num. 13. explicantur, vt vera sit, quoties acceptantis adhęsit consensus per cap. si tibi absenti, de prębend. in sexto, ergo si à tempore præstiti consensus istud ius spirituale acquiritur, sequitur ne ab excommunicato quæratur, atque ideò beneficium ab eo acceptari non possit; Huic tamen obiectioni respondeo, quod eiusmodi acceptatio ab excommunicato facta, non aliò tendit, quàm ad declarandum consensum, vel voluntatem ipsius, secus autem ad acquirendum ius prædictum; ita quod per talem assensum illud acquisiuisse, nequaquam dici possit, quousque excommunicatio ipsa fuerit absolutione deleta, & noua tunc accesserit acceptatio, vt accuratè perpendit Couar. citato lib. 3. variar. resolut. cap. 16. nu. 4. vers. nisi quispiam; ex quibus facilè quiuis depromet, quam verum sit illud axioma, nec quidem beneficij possessionem adipisci posse excommunicatum ipsum, quod Alterius præsertim improbat indicato loco, vers. hinc sequitur, atque multo magis validam esse apprehensionem possessionis beneficij.

Excommunicatio autem isthæc maior, quos pariat effectus silentio inuoluam, quia vel longo sermone vti oporteret; vel si breuitati studerem, omitterem quæ necessariò addenda essent; Summatim verò inferius recensebo nu. 138. hic tantum aliqua de his subnectam ad hunc tractatum propius spectantia; atque illud in primis, quod eiusmodi excommunicatus à fidelium communione segregatur, eorumque participatione actiua, & passiua, Nauar. in manual. cap. 27. nu. 18. Sebastian. Medices in summ. rubr. 9. q. 43. & text. in cap. Engeltrudam 3. q. 4. atque ideò, eidem dicitur interdictus omnis actus legitimus, Syluest. verbo excommunicatio 3. nu. 1. vers. vndecimo; item omnis actus communis cap. 1. de except. in sexto, & copiosè Syluest. loco iam citato, proptereaque sicuti prohibetur eligi, præsentari, postulari, institui, confirmari, & similia
20 pati, vt defendi nu. 13. ita actiuè illa eadem exercere, cæteraq; his consimilia exequi; ideó non poterit conferre, eligere, præsentare, confirmare, aut instituere, á quibus non vtique esset ille priuatus, qui tãtum minori excommunicatione innodatus existe-
21 ret; etenim passiuè tantum illis dicitur exutus, meritò eligi nequit, cap. si celebrat de cleric. excomm. ministr. neque præsentari, vel institui, Rocch. de Curte in tract. de iurepatronat. vers. honorificum post num. 16. in fin. proptereaq; collatio beneficiorum eidem fieri denegatur per adductum canonẽ, & Henrich. in summ. theol. moral. lib. 13. cap. 12. §. 1. in fin. quinimmo illius electio esset inualida ipso iure, vt concludit Hostiens. super adducto cap. si celebrat post nu. 5. & Abb. nu. 3. quorum opinionem magis communem esse testatur inibi Cardin. verba autem illa eo in textu posita (eius electio est irritanda) explicant præcitati Doctores, idest irrita declaranda, sicuti etiam firmat Henrich. dicto lib. 13. cap. 3. §. 3. & Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 8. nu. 3.

22 Quia tamẽ in rescriptis Apostolicis tum gratiosis, tum de iustitia, consueuit illa apponi clausula subscriptis explicata verbis, teque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si in his quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes; nemini est dubium, quin isthæc prouisio eiusdẽ clausulæ vigore validetur, ac subsistat, id enim præter praxim Romanæ Curiæ, ostendit Nauarr. cons. 28. N. dum Romæ moraretur, num. 18. de sentent. excomm. in antiq. siuè 44. in nouis, Rebuff. in praxi rubr. declarat. bullæ nouæ prouis. §. teque absoluentes nu. 15. Roland. á Vall. cons. 46. de duobus quæritur nu. 37. vol. 1. & Dec. in cap. Apostolicæ nu. mihi 6. & 14.

6.& 14.verſ.vltima prædicta regula de except.omnesq; citant Alber. de Roſat. in l. à præcedente, C. de dilation. qui atteſtatur ita obtinuiſſe á Benedicto XII.Pontifice Maximo, ad quem miſſus erat Orator à Mediolanenſibus, idque his præſertim temporibus quotidie experimur, ex Regula Cancellariæ, & vniuerſali Curiæ ſtylo, præterquam in certis quibuſdam caſibus, in quibus illa nullatenus eidem excommunicato prodeſt.

23 Eorumq; primus erit caſus, ſi impetrans reſcriptum anno continuo perdurauerit in excommunicatione, atque in ea adhuc perſiſtat, quandoquidem non ei proderit clauſula iam dicta, quemadmodum atteſtatur Boer. deciſ. 290. duo permutauerunt nu.3.Roland.á Vall.adducto nu.37.Rebuff. citata rubr. nu. 10. & conſtitutum expreſſè reperitur in Regula Cancellariæ de inſordeſcent. ſub nu. 65.Pontificis Clementis VIII. eiusq; Auctor fuit Iulius III. regul.78.ſuarum Regularum,quam reſcribit Rebuff.loco iam citato nu. 12.

24 Præterea minimè ſuffragatur non parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, violatoribus Eccleſiarum, falſificantibus,& falſificari procurantibus literas,& ſupplicationes Apoſtolicas, & illis vtentibus, recipientibus, & fautoribus eorum, resq; vetitas ad infideles deferentibus; violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis; via facti Apoſtolicis mandatis auſu temerario non obtemperantibus, & Nuncios. vel Executores Apoſtolicæ ſedis, & eius Officialium, eiuſque commiſſa exequẽtes,impedientibus; qui enim propter præmiſſa,vel aliquod eorum excommunicati à iure,vel ab homine,per quatuor menſes ſcienter excommunicationis ſententiam huiuſmodi ſuſtinuerint, iſta generali abſolutione niti haud poſſunt, vt in eadem illa regula Sancitum legitur.

25 Non etiam eiuſmodi clauſula proderit hereticis, Felyn. in cap. Apoſtolicæ in princip. de except. ait enim, quod per Regulam Innocent. VIII. non ſuffragabatur dicta clauſula excommunicatis propter hæreſim, & propterea videtur redarguendus Rebuff. quòd Felyn. verba minimè perpenderit in praxi rubr.declarat.bullæ notre prouiſion.§.teque; abſoluentes nu. 9. dum inibi conatur hanc limitationem probare, eamq; iuris communis inſpecta diſpoſitione ſubſiſtere; idque præſertim ex Felyn. verbis in illo canone, oſtendere nititur; Non enim ſi rectè penſitemus, id iuſtè potuit ex adductis Felyn. verbis excerpere; etenim non iure communi adductus, ſed præfata Innocent. VIII. Regula defendit illic Felyn. veritatem huius reſtrictionis; illa verò cum defuncto Innocentio Pontifice expira-
26 uerit, ad inſtar cuiuſlibet alterius Regulæ Cancellariæ, teſte Caputaqu.deciſ.214.menſes Apoſtolici nu.4.par.2.& deciſ.41.Regula nu.7.par.3. omnesq; tradunt Scriptores in prohemio dictarum Regularum, maximè Gomeſ. q.2. nu.2. poſt Geminian. conſ.93.propter illam regulam inferendum, non eſt ad eam concluſionem, vt iſthæc limitatio adeò valida,& firma viſa fuerit ipſi Felyno, tamquam ſi à iure communi prodierit; ex his moneo ſtudioſum lectorem, ne relatæ concluſionis obliuiſcatur circa valorem Regularum Cancellariæ, quandoquidem ſibi proderit ad multa, quæ inaduertenter nonnulli pertranſeunt, atque incuria prætermittunt; ipſe autem,ea nixus reſpondi feliciſſimæ memoriæ Ioanni Auguſtino Cãpanili S.T.D. Epiſcopo Minorenſi,& meo patruo, ipſum poſſe confer-
27 re primam dignitatem in ſua Cathedrali vacantem,ſub die 26.Ianuarij 1591. non obſtante Regula Cancellariæ, ab omnibus Summis Pontificibus promulgari ſolita, & reſeruante eidem Pontifici collationem omnium dignitatum maiorum poſt Pontificalem,quæque conſueuit hactenus eſſe tertia in ordine Regularum; Eo enim die extinctæ erant Regulæ Cancellariæ Summi Pontificis Innocent. IX. ſub die 30. antecedentis menſis Decembris defuncti; quare ſi ceſſante prædicta Regula tertia Cancellariæ,ceſſabat prohibitio illius vigore facta Epiſcopis conferendi præfatas dignitates,quia nulla alia lege id eis interdictum reperitur; inde euenit, quod extincto Innocentio Pontifice potuerit ipſe meus Patruus dignitatem prædictam conferre; neque refragatur, quod eo die 26. Ianuarij ad Papatus apicem iam euectus erat ſanctiſſimus Clemens VIII. quippè non ſatis erat ſedem Apoſtolicam minimè vacare, niſi ab aſſumpto nouæ emanauerint Regulæ Cancellariæ; ſed hic Clemés ſuas promulgauit ſupremo die eiuſdem menſis Ianuarij 1591.ergo perſiſtebat interea diſpoſitio iuris communis, quod ordinarijs poteſtatem elargitur conferendi beneficia omnia exiſtentia in propria Diœceſi, per ea, quæ ſcribit Abbas in cap. mandatum poſt nu.3.de reſcript.Rota deciſ.167.de collatione, ſiuè 4. de conceſſ. præbend. in nouis,& Modern.de reſignat.benefic.lib.1.q. 10.nu.49.Demum prædicta clauſula, neque illi fauet, qui contraxit irregularitatem, ex his, quæ congruentiori loco reſcribo in cap.de irregul. verſ.demum.

28 Adducta igitur clauſula quoties deeſſet in aliquo reſcripto Apoſtolico impetrato ab excommunicato,nullius illud validitatis eſſet, ſicuti copioſè probaui nu. 11. & 22. atque hoc in loco amplio, vt prouiſio in eo facta,neque ſuperuenienti abſolutione validetur tanquam actus, qui ab initio eſt irritus,ex gloſ.penul.in cap.cum bonæ ætat.& qualit.Archidiac.in cap.nullus nu. 4.diſt.63. Anchar.in cap.poſtulaſtis de cleric.excomm.miniſtr. Rebuff. in concord.rubr.de excomm. non vitand. verſ.aduertendum,& Nauar.in ſumm.cap.27.nu.21.verſ. octauo, & probatur ex his, quæ communi conſenſu in hac re ſcripſerunt Doctores,recenſetque Couar.in cap.alma mater par. 1.§.7.nu.2.verſ.ſeptimo, quare beneficium obtemptum tempore excommunicationis, non vtique retinere poſſet adepta abſolutione, ſed dimittere, ac fructus interea perceptos reſtituere, vt illic firmat Nauar. adeò quod noua propterea indigeret collatione, ita Syluest.ait in verbo excommunicatio 3. nu. 1. verſ. nono; quæ quidem noua collatio Romę paſſim appellatur no-
29 ua prouiſio, cuius materiam alibi Deo duce latioribus illuſtrabo verbis: Intereà lectorem remittens ad notata per Mandoſ.in tract. ſignat. gratiæ rubr. de nouis prouiſion. faciend. Non tamen prætereo, quod Papa licet ſoleat excõmunicato beneficium concedere illa addita clauſula, teque abſoluentes, quæ validat collationem, nouam autem prouiſionem numquam excommunicato elargitur,pro beneficio obtempto nulliter; eo quod tunc erat excommunicatus; non enim excommunicatum ipſum exiſtentem, propterea extra gremium Eccleſiæ,

ſiæ, intendit duplici proſequi fauore, ſcilicet nouam concedere prouiſionem de beneficio, perperam impetrato; & eo tempore, quo illius eſt de iure incapax.

Quod autem in ſuperioribus concluſi, vt reſcriptum præfata carens clauſula impetratum ab excommunicato, ſubiaceat nullitati iuxta cap. 1. de reſcript. in ſexto, reſtringo ad Apoſtolicum tantum, non autem inferiorum Prælatorum, quorum validum eſſe; eorumq; prouiſionem, ſeu facultates ſubſiſtere exiſtimo, etiam ſi ij, quibus conceſſæ fuerint, tunc excommunicationis vinculo ligarentur ex reſolutione Nauarr. in conſ. 44. N. dùm Romæ moraretur à nu. 2. vſque ad 10. de ſentent. excomm. ſequiturq; ac tuetur Suar. tract. de cenſur. diſputat. 17. ſect. 1. ſub nu. 2. In alijs tamen quam beneficialibus, alioquin vana eſſet concluſio Marij Alterij, citando lib. 2. cap. 7. concedens licere Epiſcopo diſpẽſare cum abſoluto, vt retineat beneficium tempore excommunicationis obtemptum.

30 Ad beneficia verò nunc deflectens admoneo illis ante excommunicationem habitis non cenſeri quem priuatum ipſo iure per ſuperuenientem cenſuram, eumq; tunc non reputari inhabilem ad illa retinenda, quia nullo iure eiuſmodi pœnam excommunicato impoſitam eſſe dicit, Suarez indicato tract. diſput. 13. ſect. 1. nu. 1. & probat etiam gloſ. in cap. paſtoralis, verſ. retinere de cleric. excomm. miniſtr. Ipſa tamen affirmat priuandum illis eſſe per ſententiam, cuius poſtremum dictum (vt inibi nu. 7. aduertit Abb.) ſi intelligere velimus ita ſimpliciter, illud veluti falſum reijcere oportebit. Si verò iuxta text. in cap. cum bonæ, de ætat. & qualit. ab ipſamet gloſ. citatum, prout explicare debemus, quamlibet doctrinam cuiuſcumque ſcribentis, & textum aliquem, aut aliam auctoritatem, adducentis, & eo caſu fateri oportebit præfatam gloſam rectè ſentiſſe, & propterea ſit priuandus beneficijs, antea habitis, quiſquis triennio perſtitit in excommunicatione, ſicuti aſſeritur in ipſo cap. cum bonæ; non quidem, vt triennalis inſordeſcentia requiratur in cenſura iſta ad illum priuandum, cum ſufficiat ita ſtetiſſe per annum, vt illis iuſtè priuetur, ex gloſ. final. in eodem cap. cum bonæ, & gloſ. in cap. contingit, verſ. non poteſt de dolo, & contumac. & defendunt Innoc. in eodem cap. cum bonæ num. 2. Ant. de Butr. in cap. paſtoralis §. verum nu. 7. de appellat. Sylueſt. verb. excommunicatio 3. verſ. 9. in fin. Armill. verb. excommunicatio nu. 9. verſ. & perſeuerans, Roman. ſingul. 307. de hoc heri fui interrogatus, Zachar. ad Abb. in cap. fin. de pœn. Diaza praxi crimin. canon. cap. 142. Aduen. regul. 153. nu. 4. par. 1. atque ita tenere communiter antiquos, dicit Cardin. in cap. perpendimus de ſentent. excommun. Ripa in cap. 1. num. 78. de iudic. ibiq; communem opinionem eam eſſe, refert Felyn. nu. 8. Clar. practic. crimin. §. fin. q. 37. nu. 6. Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 7. nu. 10. verſ. primum.

Ex quibus duas ſelicio concluſiones; alteram nullum excommunicatum priuari ipſo iure beneficijs antea habitis, ſed tantum per ſententiam, quam reſolutionem, vltra præcitatos Auctores intrepidè defendit, multis impulſus auctoritatibus Arnulphus Ruzeus in tract. iuris Regal. Franciæ priuileg. 20. Demumque Alterius, adiungens, ita omnes aſfirmare in tract. de cenſur. diſput. 6. lib. 2. cap. 1.

Alterum verò ſufficere annum, nec requiri triennium, vt ipſa pœna priuationis ſubintret per ſententiam, text. autem in citato cap. cum bonæ, loquens de triennio minimè aduerſatur, quandoquidem narrat factum, illudq; idem conſtituiſſet, ſi tãtum anno illi ſtetiſſent excommunicati, vt inibi firmat Io. Andr. poſt nu. 5. & Eymer. in direct. inquiſit. par. 2. q. 47. poſt nu. 6. vel firmata concluſio, quod ſufficiat annuum tempus, poteſt reſtringi ad excõmunicationem inflictam pro cauſa, quæ priuat ipſo iure poſſeſſorem beneficijs, aut quæ operatur priuationem ex Iudicis decreto, vtroque enim caſu ſufficiat annuum tempus. Primò, ſiquidem cenſeatur poſt annum huiuſmodi excommunicatus beneficijs priuatus, etiam non probata, neque verificata cauſa prædicta. Secundo verò ſit ſpoliandus per ſententiam lapſo anno, per Abb. in cap. 1. nu. 25. de iudic. perpendenda tamen ſunt verba à me ſuperius conſulto addita, illa ſcilicet, etiam non probata, neque verificata cauſa; etenim Abbatis ſententia ita eſt intelligenda, namq; verificata cauſa, etiam ſi non fuiſſet propterea excommunicatus, atque nondum lapſus eſſet annus, diceretur illis priuatus ipſo iure, aut priuandus veniret per ſententiam, iuxta conditionem ipſiuſmet cauſę; idq; ſatis conſtat ex ijs, quæ luculenter ediſſero in cap. de homicidio nu. 121. text. autem in adducto cap. cum bonæ, vendicat ſibi locum in eo, qui excommunicatione innodatus fuit, pro cauſa ex ſui natura priuationem beneficiorum, neque ipſo iure, neque per ſententiam inducente: tuncq; oporteat, vt triennium prolabatur, eoque continuò ſi in illa excommunicatione inſorduerit, ſit beneficijs antea quæſitis ſpoliandus per Abb. citato num. 25. quam triplicem reſponſionem, diſtinctionemq; ſequitur Auſrer. in ſuis addit. ad Cappell. Tholoſan. deciſ. 366. exordiente item anno Domini: alij verò ſunt tenentes, neq; per ſententiam venire priuandos eiuſmodi excõmunicatos, etiam poſt triennium, & reſpondent adducto cap. cum bonæ, contradicenti, reſpectu cenſurati per triẽnale tempus, & inquiunt diſpoſitionem illius canonis non excedere caſum illic relatum, nec intelligendam eſſe in alio, quàm in expreſſo inibi, ſcilicet, in eo, qui vocatus à Papa ire contempſit, quiq; pro eiuſmodi pertinacia, & contemptu Apoſtolico, excommunicatus, ſi triennio in ea perdurauerit, veniat beneficijs priuandus, vt Florian. & Anan. in eo text. explicarunt. Præſatus etiam Arnulphus eiuſdem ſententiæ negatiuæ fautor, in adducto priuil. 20. dicit non aduerſari caput illud, quia tria concurrebant in eo caſu. Primum, quod ibi contumacia fuerit triennalis, & cõſequenter non ſatis fuiſſe annalem. Secundum, quod interuenerat contemptus Apoſtolicæ ſedis. Tertium, quod ita viſum fuerit Summo Pontifici priuare illum beneficio, qui habet plenitudinem poteſtatis in ſpiritualibus, propter quod argui ex eo text. ad alios caſus nequire arbitratur; in tantum, quod neque poſt triennium ſit beneficijs ſpoliandus, qui alijs ex cauſis incidit in excommunicationem, & in ea inſorduerit triẽnio, aut longiori tempore, ſubnectens ita ſe alias cùm Aureliæ legeret decretalem primum de iudicijs, reſoluiſſe, idque ex alia præterea ratione, quia nemo venit duplici punien-

Puniendus pœna, per cap. at si clerici de iudic. & propterea sufficiat per lapsum anni haberi pro confesso de delicto, pro quo est excommunicatus, non etiam beneficijs priuari, vt notat Zabarell. in cap. perpendimus q. 23. de sentent. excommun. Ipse verò, qui in ea sum opinione, vt priuari possit etiam ille, qui anno sic censuratus stetit, aliam adnecto responsionem, & fortasse non erroneam ad textum in adducto cap. cum bonæ. Nempè procedat dumtaxat in suspensione; secus veró in excommunicatione, & propterea nisi triennio steterit suspensus, non valeat beneficijs priuari; excommunicatus autem etiam si anno tantum in ea insorduerit, vt breuius tempus sufficiat, ad incurrendum priuationem beneficiorum ob excommunicationem, quam ob suspensionem; non secus ac experimur in consimili casu, etenim, qui per annum durauit in suspensione non dicitur de hæresi suspectus;
31 nihilominus ita iudicatur suspectus quisquis eo tempore acquieuit in excommunicatione, subscripta tamen cum distinctione, vt excommunicatus pro suspictione hæresis, damnetur tanquam hæreticus, postquam hoc tempore stetit ita censuratus; nec dum absolutionem obtinuit cap. excommunicauimus §. qui autem de hæretic. & cap. cum contumacia adducto titulo in sexto, quod si pro alia causa fuerit excommunicatus, & per annum ita steterit, eo expleto dumtaxat censetur de hæresi suspectus, cap. final. de pœnis, ibique Abb. num. 3. & cap. postulasti num. 4. de homicid. Gundisalu. tractat. de hæretic. quæst. 9. num. 2. & melius Arelatanus tractatu de hæretic. notabil. 42. Quinimmo per Episcopos, seu Inquisitores citari possunt, vt tanquam de fide leuiter suspecti veniant responsuri de fide, atque ita cognoscant vtrumne in luce ambulent, vel in tenebris, namque videntur malè sentire de Sacramentis Ecclesiæ, vt inquit Frater Vmbert. Locat. in suo opere Iudic. inquisit. §. excommunicatio num. 2. Archidiacon. in cap. accusatus de hæretic. in sexto, Hostiens. in summa rubrica de hæretic. & copiosè Eymer. in suo director. inquisit. par. 2. quæst. 47. num. 6. cum sequenti, idque explicat Arelatan. procedere etiam si tantum pro causa ciuili excommunicatus per annum stetit, in adducto notabil. 41. & Locatus citato loco; maximè post Concilium Tridentinum in cap. quamuis sessio. 25. de reformat. ibi, excommunicatus veró quicumque si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non accipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum de hæresi suspectum procedi possit, cuius canonis decretum respectu Inquisitionis faciendæ contra eiusmodi excommunicatum, qui hoc tempore ita stetit intelligendum videri, iuxta præfatam distinctionem, arbitratur Pegna ad directorium Eymerici part. 2. commen. 72. versic. quidam verò, atque ideò post Concilium possit aduersus illum procedi tanquam hæreticum, si pro causa fidei excommunicatus anno continuo in ea obdormiuit, tanquam verò suspectum, si aliam ob causam fuit excommunicatione ligatus; subnectit tamen ex recepta consuetudine sanctæ Romanæ, & Generalis Inquisitionis non solere procedi contra excommunicatos per annum, aut amplius nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis; constat igitur ex adductis. iuxta dispositionem iuris, contra excommunicatum etiam pro causa ciuili, licere procedere tanquam de hæresi suspectum, si ita stetit per annum; vt autem procedatur ad priuationem beneficij oportet præcedat causa criminalis, atque ob eam fuerit excommunicatus, si etenim pro ciuili, quamuis per mille annos sic steterit, non propterea illis poterit priuari, vt concludit notabiliter Abb. in cap. 1. num. 24. de homicid. & citato cap. contingit num. 7. vbi glosa singularis, de qua facit magnum festum Anton. de Butr. inibi sub num. 10. & Angel. de Clauas. in summa verbo excommunicatio 7. num. 17. quod præterea tuentur alij quamplures, quos memorat Aduen. regul. 153. par. 1. Tametsi possit eo casu proprius superior, fructus beneficiorum illi auferre, vt scriptum reliquit Abb. loco iam relato, & additio ad Roman. singul. 307. His addo videnda, quæ longo sermone super hac re congerit Alterius in suo perutili tractatu (hoc anno 1617. impresso) de censur. citat. cap. 1.

32 Fructibus autem beneficiorum, dicitur ipso iure priuatus, quiuis est censura excommunicationis innodatus, vt firmat Abbas in cap. pastoralis §. verum num. 17. de appellat. Gigas de pension. quæst. 64. num. 1. & communis est opinio, cuius meminit Ripa in cap. 1. num. 27. de iudic. Iul. Clar. practic. crimin. quæst. 73. num. 7. idque reperitur hodie decisum per Rotam, teste Puteo decis. 280. sexta Martij volum. 1. & Thom. de Than. decis. 26. in vna Brixiens. & commendat Lancellot. tractatu de actentat. part. 2. cap. 12. limitat. 22. num. 3. Eamque verissimam conclusionem ampliat octo modis Alexander Moneta in suo tractatu de distribut. quotidian. quæst. 15. à num. 18. præsertim, vt etiam distributiones quotidianas amittat, quod tum auctoritate, tum ratione comprobat, atque id ipsum præterea concludunt Franciscus Marcus decis. Delphinal. 881. num. 2. Rebuff. in cap. postulastis num. 83. de cleric. excommu. ministr. Decius in dicato §. verum, post num. 21. & Couarru. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. num. 8. vers. duodecimo, hinc etiam deducitur propè medium; quod insuper verum esse consentio, si ipse Ecclesiam adiuit, horisque Canonicis interfuit, easque simul cum alijs inibi recitauit, vt ipse idem Alexand. eo in loco affirmat, cuius quidem resolutio mihi longè verior visa est altera, & contraria, quam tuetur Petr. Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 2. num. 237. tom. 1. & Henrichez in summ. theolog. moral. lib. 13. cap. 3. §. 3. in fin. Nec prædicta conclusio ad forum externus restringenda venit, cum in interiori etiam vigeat ex prædictis, apertioribusque verbis Alterij disputat. 6. lib. 2. cap. 8. vers. sed postulabit tom. 1. de censur. Illud autem in hac re non præteribo, quod pauci aduerterunt, adeò quod nulla in eo mordet conscientia, vt beneficiorum fructus, ac distributiones quotidianas, nedum is perdat, qui maiori est irretitus excommunicatione, verum etiam, qui minori ligatus existit, vt post Innocent. in cap. 1. de iudic. concludunt Vgolinus tractatu de censur. ecclesiast. tabul. 2. cap. 12. in princip. num. 1. & Alexan. ipse in adducta quæst. nu. 19.

Vt autem excommunicatus, beneficiorum fructus
minimè faciat suos, requiritur, quod fuerit in mo-
ra petendæ absolutionis, Syluest. verbo excommu-
nicatio 3. vers. nono, circa finem, & verbo clericus
4. vers. vigesimoquinto, Nauarr. cap. 25. num. 124.
vers. decimoquinto, Armill. verbo clericus nu. 28.
optimè Caietan. in summa verbo excommunica-
tio, vers. vbi scito, Couarru. indicato vers. duodeci-
mo hinc etiam deducitur, Henrichez summ. theol.
moral. lib. 13. §. 4. & cap. 3. §. 3. & communis est
Doctorum distinctio, vt inquiunt Abb. in cap. pa-
storalis num. 18. de appellat. & Henrich. citato lib.
13. cap. 13. §. 4. in glosa litera M, quod si mora
absit, neque percipiet, nisi concurrat indigentia,
cum scilicet non habet vnde viuat, ita quod alte-
rum prædictorum non sufficiat, teste Mario Alte-
rio validè cõprobante indicata disput. 6. cap. 9. vers.
hoc modo; Priuari tamen debeat illorum admini-
stratione etiam in bonis temporalibus, & consti-
tuendus propterea in eis sit œconomus, seu Vica-
rius tẽporalis à superiore, iuxta sancita in similibus
in cap. peruenit de appell. cap. cum ex eo de elect. in
sexto, & cap. fin. de stat. regul. scripsit Abb. indica-
to cap. pastoralis §. verum nu. 18. amplexaturq; me-
moratus Alterius eadem disput. 6. cap. 9. vers. fin.
33 Sed prædicta existente mora, neque posset ali-
menta, quibus vita sustentaretur percipere ex be-
neficiorum fructibus, tametsi inopia compellere-
tur in opprobrium clericalis ordinis mendicare,
vt metipsi adducti Auctores concluserunt, præser-
tim Nauar. eodem cap. 25. num. 124. vers. decimo-
quinto, glos. fin. & Berous in d. cap. pastoralis, licet
glos. Ioan. inibi teneat contrarium; præfatam verò
meam sententiam, in hac re constabilitam, frequẽ-
tissimo omnium consensu receptam esse fatetur
Clarus, relata q. 73. num. 7. ipseq; copiosius scribo
cap. seq. num. 23. licet sibi locum minimè vendicet
isthæc conclusio in suspensione. Guttierez lib. 1. ca-
non. quæst. cap. 1. nu. 96. ipseq; affatim dissero in
rubr. de ordin. suscip. à propr. tantù Episcop. cap. 2.
n. 4. vbi subijcio rationem diuersitatis, qua aliud sit
in excummunicatione, aliud verò in suspensione.
34 Sententia autem declaratoria circa amissionem
fructuum, vt præcedat minimè requiritur, tùm ex
adductis, tùm ex alijs Auctoribus adducendis nu.
44. Siquidem beneficiatum excommunicationem
incurrisse satis est; sed huic resolutioni aduersari
videtur ratio illa, quod pœna etiam ipso iure in-
currenda, non est persoluenda, nisi præcedat de-
claratoria Iudicis, ex cap. cum secundum de hæ-
35 retic. in sexto, atque ideò feudum, quod plerisque
in casibus ipso iure amittitur, non perdatur, nisi
præcesserit declaratoria, qua pronuncietur vassal-
lum commisisse præfatam culpam, tuetur Bald. in
cap. 1. §. si quis miles nu. 3. inibique Afflict. etiam
nu. 3. de feud. sine culpa non amitt. idem Afflict. in
cap. 1. §. fin. nu. 44. quo tempor. miles. & cap. 1. in
princ. notab. 13. nu. 5. de prohib. feud. alien. per Fe-
der. Alex. cons. 103. videtur nu. 17. iuncto cons. 124.
omissis num. 2. vol. 1. Dec. cons. 185. Natta cons. 93.
vol. 1. & Hartam. quæst. lib. 1. q. 25. nu. 6. quod etiam
maximè dicendum est, vt pœna isthæc debeatur in
36 foro interiori, iuxta notabilem illã iuris regulam,
quod pœnam à lege, vel à statuto impositam sol-
uendam, siuè parti, siuè fisco nunquam teneatur ali-
quis in foro conscientiæ soluere, nisi declaratoria
intercesserit, Iudexq; pronunciauerit illam deberi,
iuxta glos. notabil. in cap. fraternitatis 12. q. 2. quam
communiter approbari dicit Mẽchiaca de testam.
par. 1. 9. 10. nu. 662. Gomes. in §. ex maleficijs nu. 14.
instit. de action. & cæteri Doctores, quos refert, &
sequitur Clar. pract. crim. §. fin. q. 80. nu. 31. & cu-
mulatius Couarr. in rubr. de sponsal. par. 2. cap. 6. §.
8. nu. 10. vbi hanc sententiam multis confirmat ra-
tionibus, atque ampliationibus exornat, subdens
neque Theologos dissentire, eamq; tradit insuper
Felyn. in cap. audiuimus de simonia, & commen-
dat Sot. lib. 1. de iustit. & iur. q. 6. art. 6. per totum,
& maximè concl. 1. Cagnol. in regula, quod à quo-
quam ff. de regul. iur. Ias. in §. sed iste nu. 119. instit.
de action. Tiraq. in repet. l. si vnquam vers. reuerta-
tur n. 291. C. de reuoc. donat. Corset. in singul. exor-
diente, in foro conscientiæ, Molin. de iustit. & iure
tract. 2. disput. 95. vers. contrarium, & disput. 96. ip-
seq; scripsi in rubr. de ordin. suscip. à propr. tãtum
Episc. vers. fructibus, Simanc. de cathol. instit. tit. 9. à
n. 157. Syluest. verb. hæresis 1. q. 8. & verb. assassinus
q. 5. Angel. verb. pœna num. 3. Conrad. de contract.
tract. 1. q. 7. concl. 2. & Azor. lib. 5. instit. moral. cap.
7. vers. de hoc sunt duæ opiniones, & est vera, & cõ-
munis opinio, teste Octau. Glorit in cap. super lite-
ris sub nu. 124. de rescript. & Guttier. canon. quæst.
37 lib. 1. cap. 1. nu. 23. & lib. 2. cap. 6. nu. 14. & 28. Quin
vsque adeò subsistit, vt clericus etiam si enormissi-
mo hęresis crimine maculatus existat, haudquaquã
perdat beneficij titulum, illiusq; fructus ante decla-
ratoriam, ita Alphons. à Castr. tuetur lib. 2. de iusta
hæret. punit. cap. 9. Simanch. de cathol. instit. tit. 46.
nu. 72. Sot. tract. de iustit. & iur. lib. 1. q. 6. art. 6. vers.
hæc dixerim conclus. 1. ante sextum argumentum,
Henrich. summ. theol. moral. lib. 13. cap. 56. §. 2. in
glos. lit. F, tametsi ipso iure ob tale patratum crimẽ
in eam pęnam incidat, vt ait Diaza in praxi cap. 114.
hæretici nu. 2. Ratio verò adducta contra istã con-
clusionem (iustè refellitur) qua plerique nituntur
probare, nullum considerari discrimen inter pœnã
ipso iure incurrendam, atq; aliam Iudicis sententia
inferendam; si pęna ipso iure inflicta, adhuc requi-
reret declaratoriã: etenim multis alijs prætermissis
38 responsionibus, eam insequor, quæ inter has pęnas
magnam esse differentiam euidenter probat; eaq;
est, quòd declarato crimine (etiam simplici decla-
ratione, iuxta decis. Rotæ diuers. 728. hæc causa
nu. 2. par. 3. ac continente factum, quamuis non ius,
per decis. Achill. vnic. pęna priuationis nu. 4. de
pęn.) ob quod ex iuris sanctione delinquens mul-
ctatur pœna aliqua ipso iure, retrotrahitur sentẽtia,
& bona nocentis, siuè criminosi vendicat sibi fiscus,
aut alter (cui pęna debetur) à die patrati criminis;
ita vt illius bona ab ea die sint ipsius fisci, aut alte-
rius cuiuspiam, cui addicta sunt, quod ipse multis
probo auctoritatibus inferius cap. 23. sub nu. 122.
39 ideoq; nequeat idem criminosus, ex tunc illa alie-
nare; eaq; si alienauerit, sit nullius validitatis aliena-
tio per illic notata, sed quoties lex non illicò pœ-
nam infligit, & sententiam subsequi oportet, qua
pronuntietur crimen commissum, reumq; teneri
pęnam legis persoluere, non vtique à die commissi
sceleris retro agitur, sed ab eo dumtaxat tẽpore, ip-
sa lex vim suam habere exorditur, quo ita fuit à Iu-
dice

dice pronunciatum, eiq; concinit Clar. citato n. 31. quam vndique validam differentiam probat Azor. lib. 5. instit. moral. cap. 7. verſ. verum contra: ex huiuſmodi autem cõcluſione ſic rationibus, & auctoritatibus roborata, qua probatum eſt, declaratoriam requiri, vt pœna etiam ipſo iure inflicta debeatur in conſcientia, videtur inferendum ad excõmunicatum (de quo fuit præcipuus noſter ſermo, ex quo huc digreſſi ſumus) vt non ſit fructibus beneficij priuatus, niſi ſententia declaratum ſit fructus minimè facere ſuos; verùm rectè intuenti cõſtabit contrarium, & ſupra firmatum nu. 34. veritate niti, idq; facilè quiſquam depromet, ex his, quę in hac re ſcripſi de ſuſpenſione loquens in rubr. de ordin. ſuſcip. à propr. tantum Epiſcop. cap. 2. verſ. hic tamen non eſt omittendum, necnon ex his, quæ hoc loco ſubijciam, eo quia ſemper aliquid noui occurrit, & calamus ob fœcunditatem intellectus velociter ſcribit; ſicuti nonnumquam fit, quod os loquatur ex cordis exuberantia.

Iam dictam igitur aſſumo enucleandam propoſitam queſtionem, quam poſuiſſe Abbatem in cap. 2. nu. 8. de iudic. recordor, quippè illam haud diremit, at ſub Iudice reliquit, ſeq; remiſit ad notata per ipſummet in cap. paſtoralis §. 1. de appellat. vbi illam non ita explicitè proponit, eius autem reſolutio poteſt deſumi ex his, quæ num. 17. tradit, ex ſententia Antonij, quod ſubtrahuntur fructus beneficiorum excommunicato, etiam ſi Iudex ſua ſententia id minimè declarauerit, & ratio colligitur ex verbis eiuſdem Abbat. inibi, verſ. non ſolum; quia diminutio fructuum neceſſariò ſequitur excommunicationem; eſtq; illi omninò acceſſorius actus; quare nimirum ſi alia non eſt opus declaratoria: quæ quidem ratio concinit alteri, & relatæ in dicto cap. 2. verſ. hic tamen, & quatenus excommunicatio ipſo facto incurrenda requireret declaratoriam, non vtique id verificaretur, quo ad effectum excommunicationis, quia illa trahit ſecum exequutionem, etiam ante denunciationem, & declarationem, per adductum cap. paſtoralis §. 1. de appellat. & cap. cum non ab homine de ſentent. excommun. Regula inſuper illa fauet, declaratoriam non expetendam eſſe in pœna ipſo iure incurrenda, quò ad effectus trahentes ſecum exequutionem, nec ſuaptè natura expectantes extrinſecam declarationem, quàm prodit Achill. deciſ. vnica, pœna priuationis num. 2. de pœn. & Dec. conſ. 146. quæritur in effectu num. 4. ſubdens excommunicatum ſtatim propterea repelli à communione, à celebratione, ab impetratione beneficiorum, alijſque omnibus; quæ iura eidem vetuerunt, ſicuti eſt perceptio fructuum beneficiorum, quæ illi eſt omni iure inhibita; quamobrem, vt vnoquoque iſtorum aliquis priuetur, ſufficit, vt excommunicationem incurrerit, tametſi nulla præceſſerit declaratio; & ea ſuccurrit ratio, quam ſcribit Azorius lib. 5. cap. 7. verſ. verum, & propterea altera illa regula paulo ante relata, quod pœna non afficit, neque in conſcientia, niſi declaratoria præceſſerit, per eoſdem Doctores indicatis locis, reſtringitur, & quidem iuſtè in multis caſibus, ac præſertim in tribus; quorum primus eſt in pœna conuentionali, ſecundus in cenſuris, ac tertius in teſtamentarijs, quos duos vltimos caſus, vltra prædictos Doctores, tradit Caietan. in ſumm. verbo pœna & Cagnol. illum ſequens, in Regula, quod à quoquam, num. 21. ff. de regul. iur. Quare in caſu præſenti quiſquis contra cenſuram ipſo iure latam veniret, eam ſanè incurreret, quamuis nulla ſuperaddita ſuiſſet declaratoria, quemadmodum concluſerunt præcitati, & Sot. de iuſtitia, & iure lib. 1. q. 6. artic. 6. argument. 7. verſ. & confirmatur. Nec quidem id alicui durum videri debet, cum Eccleſia priuando hominem ſuffragijs ipſiuſmet Eccleſiæ, Sacramentis, alijſque hactenus annotatis, non vtique eundem ſpoliet bonis proprijs illius, quæ aliquo iure peculiari poſſideret, ſed communibus, quorum ipſa Eccleſia eſt diſpenſatrix, vt annuit Sot. indicato art. 6. concl. 2. verſ. ratio ergo.

40 Quin, & tanta fulcitur veritate iſthæc concluſio ita conſtituta, vt ſi à tali ſententia, vel ſpeciatim, vel generatim pronunciante aliquem excommunicatum appelletur, nihilominus prædicta excommunicatio trahat ſecum exequutionem prædictam, cum appellare à ſententia excommunicationis, nonniſi quò ad effectum deuolutiuum liceat, non ſuſpenſiuum; idque deducitur apertè ex eodem §. final. & cap. is cui §. final. de ſentent. ex-
41 commun. in ſexto; ita quod, & illa non obſtante procedi poſſet ad denunciationem, additur in eodem §. final. ſcilicet ad denunciationem faciendam ad finem, vt vitetur ab alijs, quod ex ſubſequentibus verbis illiuſmet §. citra dubium depromitur, & probat Guttierez canonic. quæſtion. lib. 1. cap. 1. nu. 36. necnon Marius Alterius in tractat. de cenſur. diſputat. 6. lib. 1. cap. 2. verſ. ſecundo confirmatur tom. 1. qui prætereà latè enarrat modos omnes, quibus tùm antiquitus, tùm noſtris temporibus conſueuerit fieri eiuſmodi publicatio, in diſputat. 5. lib. 3. cap. 3. verſ. modus, & ordo ſeruandus. Quoniam verò ſubijcitur in eodem illo §. ratio, ob quam ſpreta appellatione progredi ad denuncia-
42 tionem ipſam licet, & ea eſt, quòd eius vigore non amplius ligatur excommunicatus, quàm antea erat, ex ea infert Nauar. in cap. cum contingat remed. 6. nu. 7. de reſcript. dari aliquos caſus, in quibus ſubſequenti denunciatione fit excommunicatio validior, & difficilius auferri poteſt: exemplificat in terminis cap. tua nos, de ſentent. excommun. Quin, & generalius loquens, vigente temporibus noſtris Conſtitutione, ad euitanda ſcandala, cuius intuitu, excommunicationem accipere per ſequentem denunciationem, maiorem vigorem affirmat, ideò procedi ad denunciationem haud poſſe, niſi antea cognitum fuerit de iuſtitia excommunicationis arbitratur: abnuit tamen in hoc caſu in m. dictæ conſtitutionis, Suarez tom. 5. de cenſur. diſput. 3. ſect. 15. ſub nu. 22. citatuſque Alterius adducto cap. 3. verſ. quæ doctrina, & optimè quidem ob rationem illam omninò validam, quod denunciatio nullam maiorem vim tribuit ipſi excommunicationi, eaque non alium tunc ſortitur effectum aduerſus excommunicatum, quo antea careret: ſed operatur dumtaxat, vt fideles teneantur illum vitare, ad quem effectum idem ipſe §. final. mandat procedi, non obſtante appellatione ad denunciationem: ergo non ſecus ac tunc minimè impedimento erat appellatio, quin denunciatio fieret, vt ille vitiaretur, ita nec hodie; in alijs tamen

casibus probabilem esse Nauar. sententiam, non negat præcitatus Alterius.

Hactenus constitutis circa appellationem ab excommunicatione operantem tantum effectum deuolutiuum, non suspensiuum, & consecutiuè neque denunciationem impedientem, obstare videtur, altera itidem, & omni iure valida conclusio il-
43 la, quod appellatio à declaratoria incursus censurarum operatur etiam suspensionem, quam asserit, tutaturque glos. communiter recepta in cap. cupientes §. quod si per viginti, vers. priuatus, de elect. in sexto, & approbant alij allegandi inferius ad probandam rationem distantiæ inter appellationem à sententia excommunicante, & à sententia declarante; ipseq; inferius auctoritatibus, & rationibus confirmabo, sub nu. seq. cui quidem glosæ, & sequacium sententię nō aduersatur oppositio, quod hoc esset á sententia iuris appellare, vetitum in cap. quia nos, de appellat. & l. si qua pœna ff. de verbor. & rerum signific. Etenim potius esset appellare à sententia hominis declarantis illum incidisse in pœnam iuris, vt aduertit Abb. in cap. peruenit, sub num. 6. de appellat. sequiturque post alios Vgolin. indicato §. 2. sub nu. 10. & consequenter subsistit relata secundo loco conclusio, illaque viget contra priorem à nobis probatam assertionem. Nisi dicamus rationes longè dissimiles considerari inter primam, & secundam statutam conclusionem; nempé inter appellationem á sententia excommunicante, & appellationem à declarante incurrisse
44 censuram; inter quas ni fallimur præeminet illa: quod sententia quotiescumque fertur excommunicationis, iam constat apertè illum, in quem lata est, deuinctum esse excommunicatione ita prolata, quæ siuè iusta, siuè iniusta, timenda omninò est cap. sacro de sentent. excommun. cum verò declaratoria profertur, quia negatur crimen patratum, ob quam censura infligitur à iure, in cuius criminis probatione, & declaratione error contingere potuit, nimirum si appellatio non suspendit sententiam excommunicantem, vtique verò declarantem incursam esse censuram iuris, ita Felyn. in cap. preterea versic. & ideò sub num. 6. de sponsal. in cap. Rodulphus num. 43. de rescriptis, Achill. decis. 370. siuè 4. de sentent. excommun. alijque mox citandi auctores, necnon Vgolin. citato §. 2. post numer. 10.

Confutatis igitur omnibus in contrarium adductis, persistit in suo robore prior conclusio, eiq; non obstat posterior, quamuis, & illa vera sit, quod appellatio à declaratoria suspendit declarationem ipsam; Quam nunc extendo, & adeò veram esse opinor, vt appellatione ipsa pendente, exequi omnia valeat, quæ posset si declaratio ipsa non præcessisset; ita quod non illi obsit, dicit Nauarr. cons. 9. habens dignitatem nu. 5. de sentent. excommun. in nouis, in tantum quod haud erit interea vitandus, ex eodem Nauar. cons. 6. Episcopus nu. 2. eodem titulo, etiam in nouis, Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 10. vers. & esse, sub nu. 4. Zabarell. clement. 1. §. 1. in fin. de sequestrat. possess. & fruct. ibiq; Imol. in vltimis verbis, Dec. in cap. reprehensibilis nu. 20. cum sequ. de appellat. Suarez tom. 5. disput. 3. sect. 6. sub nu. 6. Galles. in forma cameral. obligat. §. 5. vers. reliqua de processu, sub num. 43. Achill. de Graff. decis. 370. siuè 4. de sentent. excomm. ac post alios Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 22. post nu. 28. declarans præterea verba decis. Rotalis 2. alias 49. si feratur de dolo, & contumac. in nouis, & probans non ea aduersari; quin si Diuinis operam daret non esset irregularis, Felyn. in eodem cap. Rodulphus sub num. 43. Nauarr. in manuali cap. 23. num. 104. versic. succedit, & cap. cum contingat, remed. 2. num. 5. de rescriptis. Cùm tamen excommunicatus esset de negotio dubius, & cessaret contemptus, colligitur ex Nauarr. ac Felyn. indicatis locis; quare præter adducta numer. 53. opinor, quod si excommunicatus scit non contrauenisse dispositioni, ob quam fuit ita pronunciatus, si ab ipsa sententia appellauit, valeat tuta conscientia exequi omnia, quæ posset, si non esset tali declaratoria ligatus: siquidem liberatur per appellationem, tum à pœna exteriori, tum interiori, quia censuram minimè incurrit, cum re vera id non perpetrauerit, ob quod illa fuit ipso iure inflicta; sed si illud commisisset, tametsi per appellationem à declaratoria diceretur immunis à pœna exteriori, dùm celebraret, aut alia, excommunicato prohibita, exequeretur, non propterea esset tutus in interiori, quod optimè, & vtiliter colligi facilè poterit, ex vltimis verbis Zabarell. in clement. 1. §. 1. de sequestrat. possess. & fruct. atque ex Nauar. in eodem adducto vers. succedit; nam cum verè iste fecerit contra Constitutionem inferentem prædictam sententiam, ipso iure incurrendam; illicò in eam incidit, etiam ante declaratoriam, quæ postmodum superaddita fuit, vt eam subsequatur denunciatio; atque ita vitetur à cæteris, iuxta formam memorati §. fin.

In spectantibus verò ad eius personam, aut illius priuatum officium, non secus ac nulla opus est declaratione, & ligatur ante illam, vt de fructibus percipiendis dixi in vers. fructibus; Ac de electione, & collatione beneficiorum scripsit, sub eodem nu. 43. Felyn. & ego ipse sub nu. 44. ita, & in foro quoque exteriori, cum superuenit declaratio, & post appellationem reualidata fuit, & reiecta præfata appellatio, ex illic congestis per eundem Felynum.

Quod verò in superioribus scripsi de fructibus beneficiorum, non percipiendis per excommuni-
45 catum, extendo in præsentia ad occultum excommunicatum, vt Romæ legens firmauit Pater Azor Iesuita, sicuti á quodam eius Auditore habui; probatque Gutierez adducto cap. 1. nu. 103. & deduci potest ex Nauar. cons. 50. ad quæstionem, de sent. excommunic. necnon ex illo assumpto, quod collatio beneficij, excommunicato occulto facta est inualida, sicuti resolutum fuit per Rotam, teste Cassador. decis. 1. nu. 1. de præbend. & Lancellot. de attentat. par. 3. cap. 24. q. 3. nu. 8. eiusque resolutionis eam esse rationem existimo, quod excommunicatus occultus, non differt á publico in concernentibus priuatam vtilitatem ipsius, idque firmat Cassad. in ead. decis. illa nu. 4. ideò nec illos percipit occultè suspensus, vt explicaui in rubr. de ordin. suscip. à propr. tantum Episc. cap. 2. verb. fructibus, neque constitutio ad euitanda scandala requirens denunciationem, manauit in gratiam eorūdem excōmunicatorum, illisq; prodest, sed tantum in fauorem

rem fidelium non excommunicatorum, D. Antonin.3.par.tit.24.cap.3.Nauar.cap.27.num.35. Alterius diſputat.9.lib.1.cap.2.verſ.hic tamen,& diſputat.12.lib.1.cap.1. verſ.idem affirmandum tom.1. de cenſuris, quamobrem vtcumque ſit excommunicatus, punitur omnibus pœnis, in excommunicatos indictis, quamuis nulla acceſſerit denunciatio, aut etiam ſpecifica ſententia, at generica tantum, vt admirari propterea debeam, cur Rota pronunciauerit tempore Felyni, (cuius ille teſtis eſt in cap.ad probandum num.6. de re iudic. & ſequitur Nauar.cap.23. nu.104. propè finem) validè collatum ab Epiſcopo fuiſſe beneficium excommunicato propter non paritionem exequutorialium ſibi intimatarum, eo quod nondum fuerat denunciatus, cui deciſioni contradicunt etiam, quæ ipſe abundantius congero hac rubr.cap.12.nu.10.

46 In illis verò, quæ cenſuratus exequitur ratione publici officij, non minima conſideratur differentia inter publicum, & occultum excommunicatum, aut ſuſpenſum: etenim geſtum, quicquid eſt à publico excommunicato, inualidum eſt, non tamen ab occulto, qui ratione publici officij, illud eſt exequutus; ita Bellamer. deciſ.66. decretum reſeruationis nu.3.ſub rubr. de præbend. Caſſador. adducta deciſ.1. nu.4. & hanc veram exiſtimat reſolutionem, quamque tuetur etiam Suarez tom.5. diſput.2.ſect.6.nu.2.& diſput.14. ſect.1. ſub nu.10. Felyn.in eodem cap.ad probandum num.3.de ſentent.& re iudic.& Soccin. Senior in cap.ſacris num.53.de ſentent.excommun.adiungit tamen Felyn.in adducto nu.3. duos caſus, in quibus limitat præfatam regulam.

47 Quorum primus eſt in excommunicatione lata ab occulto excommunicato, qui licet illam protulerit auctoritate ſui publici officij, non propterea eſt decernenda valida, ſed protinus inualida cenſenda, vt ipſe inquit, nu.7.per gloſ.in ſumm.24.q.1. aliaſq; auctoritates permultas; iſta autem reſtrictio vtrumnè vera ſit, congruentiori loco diſcutiam, hic neutiquam omittens, quod illius contrariam partem nonnulli amplexantur Doctores, non modicæ auctoritatis, & præſertim Felyn.dum nouiſſimè eam refert, quamque veriorem eſſe dicit Couarr.in cap.alma mater §.11.nu.4. par.1. alijque, quos tum Felyn.tum Couarr. memorant; necnon Gutticrez canonic.quæſtion.lib.1.cap.1. ſub nu.82. opitulaturq; ratio illa, quod excommunicatio ad iuriſdictionem pertinet, ex gloſ. in cap. tranſmiſſam, verſ.de talibus de elect.& D.Thoma in 4.ſentent.diſt.18.q.2.art.2.verſ.ad tertiam quæſtionem, ſed Iudicem occultè excommunicatum, omnes fatentur, poſſe (per regulam l. Barbarius ff. de offic. Prætor. exercere quæcumque ad iuriſdictionem ſpectant, ergo itidem videtur affirmandum, cum alium excommunicat, vt eam proferre valeat excommunicationem, & prolata teneat.

48 Secũdus verò caſus, in quo Felyn.reſtringit præfatam regulam, eſt, cum Iudex occultè cenſuratus, aliquid gerit, quod illius reſpicit vtilitatem, qui non ignorat ipſum Iudicem excommunicationis ſententia innodatum eſſe; namque inualidus tunc erit eiuſmodi actus, vt ipſe Felyn. illic firmat nu.8. alios congerens, illud comprobantes, vltra quos dixerat antea Panormit. in cap.ſi duobus nu.15. de
appellat.Corn.conſ.325.quantum ad primum poſt
nu.5.in fin.vol.4.& Chaſſan in conſuetud.Burgũd.
49 rubr.1.§.6. verſ.vſſiers,& ſergens, nu.18. Etenim
eo in caſu reſtringitur, ne procedat conſtitutio ad-
ductæ l.Barbarius; nempe, cum quid eſt factum
inter perſonas non ignorantes communem illam
exiſtimationem eſſe falſam, illiſque propterea mi-
nimè prodeſſet ipſius l.diſpoſitio, vt ſingulariter li-
mitant Doctores illum textum, preſertim Roman.
ſingul.767. l.Barbarius.& Milis ſuo repertor.verb.
error communis, ſuccurritque ratio illa, quod ve-
ritate comperta, cedit opinio veritati cap. conſue-
tudo 8.diſtinct.

Sed acta facta per aliquem non excommunica-
tum, qui poſtea fuerit etiam publicè declaratus ex-
communicatus, necnè poſſint per eundem tunc re-
digi in publicam formam, non exilis videtur dubi-
tatio; & affirmatiuè reſpondet Chaſſan. multiſque
comprobans rationibus ſuper conſuetud.Burgund.
rubr.1.§.6.verbo vſſiers, & ſergens, nu.22. atque
ideò infert ad Nuntium Curiæ, ſeu Curſorem, ſiuè
Sbyrruarium, vt is tàm oretenus, quàm in ſcriptis,
poſtquam fuit excommunicatus, referre actum ge-
ſtum, ſeu citationem exequutam per eundem an-
tequam excommunicationem incurriſſet, itidem-
50 que Notarius poſſit tametſi excommunicatus, reaſ-
ſumere, ſiuè in publicam formam redigere inſtru-
mentum, per ipſummet ſtipulatum ante cenſu-
ram, eiuſque exemplatio valeat; quæ notanda ad-
uerto tanquam perpetua memoria digna, & quo-
tidiana.

Ex prædictis conſtat, quam grauem incurrerit
errorem Zerula in ſua praxi Epiſcopali, verbo ex-
communicationis cauſa formalis, verſic.ſeptimum
dubium: Dùm inibi proponit theſim illam, quam
eſſe practicabilem adiungit; quamque his explicat
verbis, quotidie excommunicatur quis à ſuo Epi-
ſcopo juſtè, qui appellat ad Metropolitanum, an
poſſint alij cum ipſo, & ipſe cum alijs conuerſari,
durante appellatione? hic ſiſte precor gradum be-
neuole lector, & intuere ipſum Zerulam, loqui de
51 appellatione interpoſita poſt latam excommunica-
tionem, eamque iuſtam; quo quidem in caſu, ip-
ſe (omiſſis textibus in cap. paſtoralis §. verum de
appellation. cap. is cui §.fin.de ſentent. excommu-
nic.in ſexto, Abb.in cap.per tuas de ſentent.excom-
mun. alijſque permultis ſimpliciter affirmantibus
iam dictam appellationem, nequaquam eidem ap-
pellanti prodeſſe, quò ad effectum ſuſpenſiuum,
ſed deuolutiuum dumtaxat, & conſecutiuè negati-
ua ad propoſitum dubium, vera ſit reſponſio, non
quidem ex defectu eiuſdem appellationis, quæ ne-
quiret ſua natura excommunicationem, ſicuti, &
cæteras ſententias ſuſpendere, verùm ob ſpecifi-
cam Matris Eccleſiæ ſanctionem, dictis, alijſque
in textibus ita diſponentem, teſte Sayro in ſuo the-
ſauro caſuum conſcientiæ lib.4. cap.10. num. 15.)
allegat text.in cap.2.de ſentent. excommunic. in
ſexto, qui profectò canon non quæſitui ſuo reſpon-
det, ſed alteri longè contrario, & diſſimili, tum
quia loquitur de excommunicatione lata poſt ap-
pellationem legitimè interpoſitam (quo quidem
caſu, nulla eſt ipſo iure ex adducendis inferius,)
tum quia ſupponens neceſſariò probandam eſſe
appellationem præceſſiſſe, inquirit ſi probationis

Nn 3 pen-

pendente termino prædicto concesso ad proban-
dam appellationem præcessisse, sit vitandus iam
dictus ita censuratus, respondetque illum vitan-
dum, in his, quæ vt actor in iudicijs attentauerit, se-
cus verò extra iudicium, in officijs nempè, postula-
tionibus, electionibus, alijsque legitimis actionibus,
quod insuper dixerat antea textus in cap. per tuas,
de sentent. excommun. Quid modo commune ha-
beat propositum dubium ab ipso Zerula, cum eius-
dem subsequenti responsione, aut in quo conue-
niant, vel citius dissentiant; profectò dijudicabit fa-
cilè quiuis lector, vt propterea eius opus, si emen-
datum quandoque, atque ab erroribus grauibus,
quibus scatebat compurgatum, rursus prodiret in
lucem, vellem vt quæ in dicto loco recenset, indi-
catis non tantum verbis, & versiculis; at multis
alijs coniunctis, attentè rimetur, cauteque perle-
gat lector, ipseque non immeritó exoratus ab ami-
co, censui aliqua strictim prænotare, vt eorum, quæ
illic inquirit dubia, vera non ignoretur resolutio.

Admoneo itaque, appellationem tum antece-
dere, tum sequi posse, tám excommunicationem
ipsam, quàm declaratoriam, diuersos tamen, & ad
52 inuicem dissentientes, operari effectus; etenim si il-
la pręcedit excommunicationem, certè subsequens
excommunicatio nullitate pollet, vt paulò ante
conclusi, probatque text. in cap. 1. iuncta glos. vers.
post appellationem, & cap. dilectis filijs §. quia verò
de appellat. cap. licet de sent. excom. in sexto, Lapus
allegat. 1. nu. 2. Gemin. in cap. legitima post nu. 6. de
appellat. in sexto, Paris. cons. 28. num. 29. vol. 4. om-
53 niumq; assensus admittit; Ita quod neque irregu-
laris sit iudicandus, si interea celebrauit, quamuis
Iudicis sententia, deinde fuerit declaratum, male
appellatum, iuxta glos. penult. in cap. 2. de sentent.
excomm. in sexto, quam in hoc casu loqui excom-
municationis prolatæ post appellationem, constat,
eamque ad id probandum citat Nauar. eodem ver-
sic. succedit, eodemque cap. cum contingat, remed.
2. sub nu. 6. subnectens eam communiter inibi re-
cipi, concinit Paris. cons. 28. ad resolutionem nu. 30.
vol. 4. inquiens excommunicatum post appellatio-
nem ab eo interpositam non teneri desistere à Di-
uinis, sequitur Lancellot. tractat. de attentat. par. 2.
cap. 12. num. 98. in præfation. Suarez disputat. 3. se-
ction. 15. sub num. 18. idque maximè, si concurrat
probabilis error facti, vel iuris, atque etiam maxi-
mè in arctato ratione officij, nempè Curati, dicit
Franch. in memorato cap. is cui §. fin. nu. 3.

Si verò post inflictam censuram prouocetur,
54 deuoluit tantum, non illam suspendit, idque supe-
rius scripsi, ac probaui, num. 40. tuncque vendi-
cat sibi locum assertio illa, quod excommunicatio-
nis effectus omnes, afficiunt innodatum, de quo
verba feci num. 43. & tunc nimirum vendicat sibi
locum conclusio illa, teneri excommunicatum vi-
tare seipsum à communione fidelium, & Diuinis,
etiam ante declarationem, quam post Sot. & Na-
uar. statuit Guttierez canonic. quæstion. lib. 1. cap.
1. num. 38. etiam si occultus sit excommunicatus,
subijcit num. 39. Item & altera, quod etiam ab alijs
vitandus esset, quam tradiderunt Innoc. in cap. sæ-
pè nu. 5. de appellat. Bald. in sua margarit. verb. sen-
tentia, non solum suspenditur, Bartol. in l. fin. C. si à
non compet. Iudice, & Zabar. clem. ... §. 1. in fin. de
sequestr. possess. & fruct. & his quoque tempori-
bus subsisteret, nisi constitutio ad euitanda scanda-
55 la, vigeret, dumtaxat denunciatum, ac notorium
clerici percussorem sanciens vitandum esse; idque
in tantum, vt etiam nulla à tali excommunicatione
proposita appellatione, vitari nihilominus haud
debeat, qui sententia fuit declaratus excommuni-
catus, & non denunciatus, adhuc post decretos ce-
dulones, & non affixos, neque á sciente illum esse
excommunicatum, neque ab illo, cui fuisset à supe-
riore delegata illorum affixio, nisi postquam re ip-
sa affixerit; quæ omnia validè probat Guttierez
adducto lib. 1. cap. 1. à nu. 24. & nu. 53. citatusque
Alterius, & copiosè, disputat. 6. lib. 1. cap. 2. tom. 1.
tandemque adeò vera est, in superioribus firmata
conclusio, appellationem minimè impedire, quin
excommunicatio antea lata suos habeat effectus;
ac possit etiam procedi ad denunciationem, (quod
insuper affirmat Marius Alterius tract. de censur.
disputat. 5. lib. 3. cap. 1. vers. responde tom. 1. sufful-
tus quidem text. in cap. pastoralis §. verum de ap-
pellat.) vt eiusdem Alterij verba excludere non vi-
deantur intellectum, prædicto §. fin. à nobis datum
56 nu. 41. Militare dumtaxat in denunciatione facien-
da, iuxta formam relatam per Alterium in loco ci-
tato in superioribus post num. 41. scilicet appo-
nendo schedulas in locis patentibus, vel alio mo-
do relato infra, sub num. 60. Ratione insuper, qui-
bus vtitur idipsum præseferunt, & restringendum
ad prędictam denunciationem, qua alijs innotescat
excommunicatio insinuant; Prior quippé illarum
est, quam & nos probauimus propè num. 40. quod
excommunicatio trahit secum executionem, ita
quod excommunicatus non amplius obstringitur
per denunciationem, quam ante illam fuerit, ideò
spreta appellatione, censet posse denunciari: aliam
ex Abbatis verbis deducit in eod. §. verum num. 1.
quod vbi appellatio minimè suspendit iam gestum
actum, neque gerendum suspendit, si ille sit omni-
nò accessorius, & cósequens ad præteritum, sed de-
nunciatio est quid consequens ad eandem excom-
municationem, vt censuratus vitari ab alijs debeat,
ideò non eam impedire valeat appellatio; tertia ve-
rò ratio, quam depromit ex illatione eiusdem Abb.
n. 5. aliquatenus contradicere videtur, inquit enim,
denunciationem excommunicationis haud cóuin-
cere denunciatum, ligatum censura esse; quia non
est vinculum, quin & iniusta esse potest; allegat tex-
tum in cap. licet de sent. excomm. lib. 6. quæ verba
ad declaratoriam citius referri videntur, quam ad
propalationem faciendam per cedulones, quæ no-
tari de iniustitia non potest, sed tantum declarato-
ria ipsa; quamuis sit itidem ipsa denunciatio nulla,
postquam declaratoria abolita fuit, vt dicit Suarez
disput. 3. sect. 15. nu. 18. in fin. tom. 5. ex illa fortasse
regula, quod accessorium sequitur suum principa-
le, illudq; in hoc casu cum sit ipsa sententia, vel de-
claratio, idcircó si nullam esse appareret prędictam
declaratoriam, fueritq; pronunciatum; necessario,
ita erit ab illa dependens, scilicet denunciatio.
Quamobrem si ipsius Alterij verba intelligantur
de promulgatione alijs innotescente excommuni-
cationem, prout illius priores rationes præpor-
tant, omnis procul esset difficultas, quod si de
sententia declaratoria, de qua loqui, insinuare
videtur,

videtur ratiò poſtremò memorata, non pertranſiret ſine difficultate, ex his, quæ inferius reſcribam illius veritatem inquirens; Hic neutiquam omittens dubietatem circa illius intẽtionem in adducto loco augeri ex alijs ipſiuſmet Alterij verbis cap. 3. eiuſdem diſput. & lib. verſ.quarto dubitari poteſt: illic enim dubitando quærit, ſi citatus ad videndum ſe declarari excommunicatum ob tranſgreſſionem legis,appellãdo impediat denunciationem, & reſpondet, diſtinctione (quam ſubijcit) vtens; itaq; verba facit de declaratoria incurſus, tum quia illam ſine dubio antecedit prædicta citatio ad vidẽdum,non autem denunciationem, per Cedulones, tum per expreſſa verba illa,quæ adnectit,ob tranſgreſſionem legis,& conſequenter,loquitur de ſententia,qua pronunciatur incurriſſe, in cenſuram latam à iure, dum igitur incontinenti ſubijcit alia verba illa (eodem modo,ſicut per appellationem nõ impeditur denunciatio excommunicationis latę per ſententiam Iudicis, vt dixi ſuperius, in c. 1.) intendit loqui in ipſo cap.1. de declaratoria, cuius proximè meminerat in dicto cap. 3. non autem de altera per Cedulones in antecedentibus non mentionata; Verum quia in claris non egemus coniecturis,prætereundo ambigua, amplexemur quæſo manifeſta, & dicamus, euidentiſſimis illis verbis, ſcriptis in ipſo cap. 3. oſtendere intentionem eius eſſe in cap.1. verba facere de propalatione intermedijs Cedulonibus facienda; dum enim ait in c.3. (eodem modo, ſicut per appellationem non impeditur denũciatio excommunicationis latæ per ſententiam Iudicis,vt dixi ſuperius in cap.1.) dictaque denunciatio ſubſequens excommunicationẽ prolatam Iudicis ſententia ſit illa, quæ ſit apponendo ſchedulas in ſolitis, & manifeſtis locis, vt probaui num.56. vtique de ea loqui in dicto cap.1. cui ſe remittit dicendum omninò eſt, & conſequenter remaneat comprobatus intellectus, quem dedimus textui in adducto cap. paſtoralis §. fin. vt vendicet tantum ſibi locum in denunciatione facienda per Cedulones; quamuis & alterum illud axioma, ſi-
57 militer verum ſit, denunciationem prædictam fieri poſſe, tùm de excommunicato per ſententiã Iudicis,tùm de declarato incurriſſe in ſententiam juris,ea tamen adhibita conſideratione,quod illa neceſſariò quandoque ſubſequi debet excommunicationem, quandoque omitti poteſt; quam docet idem Alterius eodem cap.3. verſic.hæc denunciatio. Quibus,& illud addere non tedebit,ad tollendum populorum murmur aduerſus ordinarios
58 Eccleſiaſticos enaſci ſolitum, excommunicantes quandoque conuerſantes cum denunciatis,qui excommunicatione minori tantum, quia ligarentur ex iuris diſpoſitione capit. cum excommunicato,capit.ſi quis frater 11.quæſt.3. capit. nuper
59 de ſentent. excom. & cap. ſtatuimus eod. titulo in 6. illi volentes vt maiori deuinciantur, expreſſam addunt prohibitionem,& cenſuram,quo caſu concors Doctorum ſententia probat,eos incurrere maiorem,& communem dicit citatus Alterius diſputat. 12.lib. 1.cap.7.verſ. hæc doctrina tom.1. quam indicendo cenſuram,tali caſu,non modo haud reprehendi merentur Iudices ipſi Eccleſiaſtici, ſed collaudari, cùm & cautelam eſſe id facere, dicat Abb.& ea vti debere Iudices,moneat in c.peruenit num.4. de appellat. cuius verba hic adijcere cenſeo proficuum eſſe: : aq; ſunt. Vltimo nota bonum remedium comp ſcendi homines, & inducẽdi eos ad ſatisfactionem, vt Iudex Eccleſiaſticus denunciet malefactorem excommunicatum, & compellat populum ad illum euitandum: & dico, ouòd optima erit cautela.vt Iudex tempore denunciationis excommunicet omnes, qui ſecum communicauerint ante abſolutionem. Nam timore maioris excommunicationis,euitabitur ab omnibus; ad probandum autem quod poſsit talis excommunicatio proferri allegat Iò.Andr. in c.ſtatutum, de ſentent.excomm. in 6. in nouell.& dicit non aduerſari textum prædictum, quem prima fronte velle contrarium dicendum videtur,id namque euenire aduertit cùm malè ponderatur; adhærent complures relati ad id comprobandum à Mario Alterio indicato cap.7. verſ. Tertia limitatio, eorumq; ſententiam ſoueri continuó vſu, teſtatur Couar. in c. Alma mater par.1.§.3. nu.6.

60 Pergamus modo ad ſecundam partem diſtinctionis, in ſuperioribus propoſitæ, appellationis, nempè antecedentis, vel ſubſequentis declaratoriam; & ſummatim perſtringens,repeto à me ipſo tradita num.43. reſpectu appellationis interpoſitæ poſt declaratoriam, vt illa, & deuoluat, & ſuſpẽdat, ex qua profectò concluſione deflectendum nunc eſt ad illud neceſſarium conſequens, ne propterea liceat procedere ad decernendos cedulones, minuſque ad illorum affixionem, idque præterea multis illic coaceruatis aſſertionibus,& auctoritatibus cõprobatur,nec non Suar. ſpecifica doctrina tomo 5. diſput.3. ſect. 15. ſub num. 20. Auſrer. ad Capell. Tholoſ.deciſ.299. Vgolin.de cenſur. tab.1. cap.2 t. §.2. verſ. quarto excipitur, ſub num.4. poſt Innoc. Butr. & Præpoſ. in eod.§ fin.& rurſus ſub num.10. ex quo neceſſariò ſequitur diſpoſitionẽ pluries allegati c.Paſtoralis §.fin.de appell. in denunciatione excommunicationis latæ ab homine procedere, à qua diximus interponi appellationem tantum deuolutiuam, cum ex proximè dictis á declaratoria interponatur etiam ſuſpenſiua, quę impediat inſuper denunciationem; quin deducitur etiam prędictus intellectus ex verbis Suarez diſp.3. ſect.15. ſub num. 18.

Quod ſi appellatio præceſſerit declaratoriam, vt puta ſi citatus quis fuerit ad videndum declarari incurriſſe excommunicationem iuris, vel ad dicendum cauſam quare,non debeat declarari incurriſſe,& appellauerit,dubium eſt ſi Iudex poſsit vltrò procedere,& declarationem proferre? & ventilatur in præſentia in mea Diœceſi: & cum perlegerim complures, neminem reperi. qui ſpeciatim poſuerit,excepto Mario Alterio,indicato c.3. verſ. Quarto dubitari poteſt; reſpondetquè diſtinctione vtens illa,quam textus probat in cap. peruenit el 1. de appell.& Abb.in cap.Parochianos nu.2. de ſent. excom. vt poſsit non obſtante appellatione denunciari, ſi notoriè conſtet incidiſſe in illam ob tranſgreſſionem legis,ſi verò eſſet dubium an inciderit, deferendum eſſet appellationi, & cauendum à declaratoria, & ſi adductum caput peruenit intelligitur de illa denunciatione, quæ ſapit declaratoriã, vtique Alterij replicatio erit omninò vera; & ipſe libenter propendo in eam ſententiam, vt militet in

ipſa

ipsa declaratoria, sic enim fatur, nō permittas, quin eos excommunicatos denuncies, ipsosque facias sicut excōmunicatos cautius euitari, & consequēter distinctè loquitur, constituendo duo capita; Alterum vt denuncietur, alterum deinde, vt denunciatus vitetur; ita quod nisi denunciatio respiceret declaratoriam incursus, sed publicationem per cedulones, frustra adijcerentur illa verba; ipsosq; facias sicuti excommunicatos euitari; mandat igitur vt primò declaret incurrisse, deinde verò insinuet, & faciat euitari, iuxta formam cap. curæ 11. quæst. 3. siue aliam in loco hactenus obseruatam Bonacinus de censur. quæst. 2. punctu 1. §. 1. sub num. 2. casus insuper in illo textu decisus percussionis clericorum, ob quam censuram incurrunt canon's, eundem admittit intellectum; memoro insuper Vgolinum in tract. de censur. tab. 1. c. 21. §. 2. sub nu. 10. adducentem præfatum caput peruenit; quamuis autem aliò tendāt eius verba, illa nihilominus tunc in principio tradita manifestāt, hunc esse illius textus intellectum, tùm in discursu, præsertim cum respondet textui in cap. Pastoralis §. fin. illo eodem titulo, supponens mentionatum cap. peruenit loqui in declaratoria, adductum verò §. fin. in denunciatione, vt vitetur: imò supponens sanctioni prædicti capitis præterea, extra casum notorij per appellationem impedienti denunciationem faciendam, nō aduersari textum iam dicti §. fin. habentem locum in denunciatione per cedulones, qua non amplius ille ligetur, & propterea non impediatur per antecedentē prouocationem, quin, & Suar. ead. sect. 15. sub n. 6. idipsum significat, atq; ideo Alterij distinctio omninò vera, eique suffragatur cap. consuluit eodem titulo de appell. Aduersari tamen non leuiter videtur conclusio Sayri cap. 16. num. 26. lib. 1. quo in loco, omnia per ipsum antea recensita ad probandum antecedentem appellationem impedire censuram, restringit, & procedere ait solum in excommunicatione lata ab homine, quandoquidē á lata á iure siue ab homine per statutum, nèc licere appellare, nèc propterea impedire declaratoriā probat, & Anchar. in cap. quicumque num. 3. de sentent. excommun. in 6. nec non text. in capit. quia nos, eodem titulo, & lib. de sentent. excommunic. in 6. Verum Vgolin. hanc obiectionem respuere nititur in eodem loco; & eadem quippè responsione vtitur, quam & nos tradidimus supra, quod scilicet in hoc casu sententia est hominis declarantis vigore probationum coram ipso productarum circa suppositum crimen quod à parte negatur.

Nè autem frustetur legis sententia, Iudicis auctoritas, & iusta differatur punitio, dum criminosi negando semper iniunctum crimen, facti notorietatem controuerterent, & sub Iudice litem relinquendo, appellarent, ob quam ex prænarratis declaratio impediretur; Quæro igitur, facti nè, an Iuris requiratur notorietas? an vero iuris, & facti simul? & alterutram earum sufficere opinor; glossa enim in ipso capite peruenit, vers. notoria, volens illius vim exarare, inquit, notorium tribus modis dici, iuxta text. in cap. fin. de cohab. clericor. & mulier. cum scilicet per sententiam contingit, siuè confessionem factam, aut rei euidentiam, duobus præcedentibus relatis modis sententiæ, & confessionis inducitur notorium iuris, si glosa vero non aberrat, in cap. vestra vers. notorium eod. tit. de cohabit. cleric. & mulier. & illic Abb. num. 14. Siluest. verbo notorium §. 1. in fine, & Marius Alterius de censur. disput. 13. cap. 1. lib. 1. cap. 2. maximè á versic. verum non existimo, eod. tom. 1. textus itaq; in ipso c. fin. disiunctiuè, & alternatiuè loquens, probat in vnoquoque prædictorum casuum dici rem notoriam: textus autem in illo cap. peruenit, in hac specie loquens prædictæ appellationis propositæ, dicit haud impediri Iudicem, quin in casu notorij procedat ad declaratoriam, notorium autem cum sit in omni prędictorum modorum, imó glos. dicto cap. peruenit, idipsum expresius præportet, dum illum allegat textum, ergo dicendum est, sufficere quemcumq; ex prædictis modis, seù potius quamcumque notorietatem, facti scilicet, vel iuris; vt non obstante appellatione, ad declaratoriam properare liceat: ad quod etiam fatendum conuincimur assumpto illo de percussore clerici vitando, ad cuius deuitationem non omnem notorietatem sufficere probauimus num. 15. illam nempé iuris haud esse satis, sed facti tantum illic demonstrauimus abundè, idque deducitur clarè ex verbis Concilij Constantiensis volentibus excludere notorietatem Iuris, non de notorietate simpliciter loquentibus, sed illa facti tantum; dicunt enim saluo si quem pro sacrilega manus iniectione in clericum sententiam latam á Canone constiterit incidisse; quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari, teste Mario Alterio adduc. disput. 6. c. 2. vers. secunda exceptio, sub quibus verbis non venire notorietatem iuris, sed facti tantum nemini licet dubitare, quin, & apertè ostendit Bonacinus in tract. de censur. disput. 2. quæst. 2. Ponctu 1. §. 1. sub num. 4. qui nimirum adnectit nu. 8. eum non teneri vitare percutientem clericum córam ipso, dum alij aberant ad faciendum competentem numerum reddentem factum notorium, assentitur Auila de censur. par. 2. cap. 6. disput. 4. dub. 2. num. 4. & Aragon. 2. 2. quæst. 10. artic. 9. nequè in occulto, reiecta Suarez contraria resolutione, tomo 5. disput. 9. sect. 2. num. 10. siquidem cum tunc percussio non dicatur simpliciter notoria, idq; requiritur ex extrauag. prædictæ verbis; versemurquè in odiosis, arbitratur idem Bonacin. non intrare illius dispositionem, & consequenter haud ligare eos, qui interfuerunt, deficiente numero pleno ad constituendam notorietatem; & faciunt, quæ nos scripsimus indicato num. 55. idemq; Bonacin. ead. quæst. 2. punctu 6. §. 2. num. 47. Itaq; vbicumq; ius aliquod non intendit restrictiuè, & in aliqua illius tantum specie fari, sed in omni, & quocumq; casu notorietatis habere locum, simpliciter notorietatis nomine vtitur, quo vsum esse prædictum cap. peruenit, desumet quiuis illius verba percurrens, simulquè propterea fatebitur, in quouis casu, quo quis notorius excommunicatus dici poterit, denunciari valeat, spreta ab ipso proposita appellatione.

Quod verò scripsi de appellatione antecedente excommunicationem, vt suspendat, & deuoluat, quæ veró subsequitur deuoluat tantum, restringimus ad excommunicationem simpliciter, nō conditionaliter, siuè ad tempus prolatam. Nam hæc quamuis

quamuis subsequatur sententiam, seu decretum Iudicis, præcedat tamen, & tempus, & cōditionem, & sic censuram, purificata tantum conditione, & tempore superueniente, ligantem, suspendit quoq; nec debeat ille iudicari censuratus, exemplum illius ad tempus promulgatam, si alicui præcipiat superior, aliquid facere in aliquo præscripto tempore, sub excommunicationis latæ sententiæ pena; alterius verò conditionalis si alicui demandet Iudex, aliquid facere, vel omittere Bonacin. disput. 1. quæst. 2. punctu 2. num. 1. & certè si ille, antequam constitutus terminus elabatur, vel conditio purificata fuerit appellauerit à tali præcepto, siue decreto, non incurreret censuram, quamuis superuenerit tempus, vel implementum conditionis, & lapsus fuerit terminus, absq; quod paritū fuerit; ita siquidē decidit singulariter tex. in c. præterea el 2. de appellation. ibique glos. versic. impedire, & Abb. n. 7. & 8. Palud. in 4. sent. distinct. 18. quæst. 1. art. 4. conclus. 2. nec non Vgolin. tract. de censur. Ecclesiast. tabul. 1. cap. 13. §. 18. nu. 10. vbi hanc conclusionem cœteris cumulatius exornat; eaque militat etiam si à prædicta sententia ita sub conditione lata appellatum fuerit, post decem dies à prolato decreto, dummodò ante conditionis euentum, vt cōmunis tuetur opinio, quam tenent super eodem cap. Præterea, Præpos. num. 15. Det. num. itidem 15. Marian. Soccin. senior in cap. sacro nu. 125. de sent. excom. Nauar. in repet. cap. cum contingat 14. causa nullit. num. 7. de rescript. Couar. in cap. Alma mater, par. 1. §. 10. num. 6. de sent. excommunic. Sayr. in Thesaur. casuum conscient. lib. 1. c. 16. post nu. 24. Suarez tom. 5. disput. 3. sect. 6. num. 4. nouissimèque Alterius disput. 5. lib. 3. cap. 1. vers. Quinto dubitatur tom. 1. itidem post desertam appellationem, aut renunciationem illi factam, Auila de censur. par. 2. cap. 5. dubio 11. vers. contrarium est tenendum, Cened. Collect. 8. ad sextum in fine, nouissimèq; Bonacin. de censur. disput. 1. quæst. 2. pūctu 2. num. 3. Quod idem dicendum existimant Doctores si præceptum istud contineret clausulam illam, ex nunc te excommunico, vt super eod. textu adiecit Abb. num. 11. post Innoc. num. 4. vers. item eligendo, & consuluit Anchar consil. 158. ex narratis in facto num. 20. cons. 240. per prædicta nu. 5. Cardinal. consil. 119. duo sunt examinanda, post nu. 4. & Det. consil. 213. in causa Cathedralis Ecclesiæ num. 5. subiungentes iustam illum habere causam appellandi, cui aliquid fuit iniunctum, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, tum propter grauamen præcepti, tum præterea ob timorem excommunicationis, qui adeò validus reputatur, vt in constantem quoque virum cadere existimetur, per notabilem glosam finalem in capit. olim el 3. de restitut. spoliat. quam sequuntur in cap. cum dilectus, de his quæ vi metus caus. hunt, Hostiens. num. 5. Henrich. Boich. num 1. & Astens. in summ. lib. 7. titul. 8. artic. 2. quæst. 2. vers. nota etiam, quod timor; idque verum arbitror explosa opinione quorundam, tametsi grauissimorum virorum, & distinguentium in hac re, quos refert, & sequitur Roman. consil. 369. circa primum num. 10. & Gigas tract. de pension. quæst. 36. à num. 1. maximè quod huic nostræ conclusioni fauent multorum textuum sententiæ, ea siquidem nullam in Ecclesia maiorem pœnam existere, dicitur in cap. corripiantur 24. quæst. 3. atque ideò quis eandem non iustè pertimescet? maximè cum Diuus ille scripserit August. in tract. 27. ad cap. 6. Ioannis; nil sic debere Christianum ipsum formidare, quam separari á Corpore CHRISTI, idest Ecclesia, cuius dictum refertur in cap. nihil 11. quæst. 3. sed hunc effectum ac separationem á Deo, operatur anathema cap. certum 24. quæst. 3. Ideò ne eam incurrat, quæso formidet Christianus; quibus demum adiungo Imperatoribus Theolog. Valent. & Archad. visum fuisse maiorem pœnam illum pati, quam si præciperetur procul abijci, & longius mandari; idque refertur in l. qui Sanctam C. de Apostat.

Contingit autem dubium in hac, sub conditione lata censura, vt si generatim ædicto aliquo prohibitum fuerit aliquid fieri, censuram infligendo aduersus inobedientes, nèc fuerit à tali appellatum ædicto, siue mandato, si postea monitiones fierent ad propalandum contrafacientes, vtrum liceat appellare? & quidem huic sic in abstracto proposito quæsitui responsio est negatiua, cum monitoria ad sciendum veritatem neminem grauent, ab ipsis nimirum non licet appellare, sed tantum coram eorum Iudice comparere, & propositis validis causis petere, nè vltrò progredi debeat, tunc verò si decernat Iudex non esse vlterius procedendum ad alia euulganda monitoria, siue censuræ prolationē, vel properandum esse ad illa, excitatum fuit si liceret appellare, & quia vtrumque Decretum prædictum siuè affirmatiuum, siuè negatiuum esse interloquutorium, opinati sunt Doctores, ideò vtrouis in casu negari appellationem crediderunt, maximè Crauett. consil. 181. & Genuens. in sua praxi Archiepisc. cap. 1. num. 14. idquè longe magis in proposito casu militare existimamus, cum versemur in ædicto, & censura eiusq; re iudicata, cumq; dicta censura purificata conditione suum sortita sit effectum, demandari exequutioni debet, semota omni appellatione, ex sententia Bonacini freti verbis Suarez, Nauar. Auilæ, & Sayri in suo tract. de censur. disput. 1. quæst. 2. punctu 2. versic. dixi, sub num. 2. Respondi tamen quod si habitis reuelationibus, vellet ordinarius descendere ad specificam declaratoriam ferendam, concederetur appellatio citatis ad videndum se declarari iuxta notata superius num. 61.

Præterea ignorare pudet, appellatione ante purificatam conditionem proposita, nō modo suspendi censuram, eiusque effectum, at insuper præceptum illud, & obligationem exequendi id quod sub censura præcipitur, ita vt elapso termino in sententia constituto, non solum immunis sit á censura, sed insuper á peccato, & pena nō exequendo mandatum, per auctoritatem Suarez ratione etiam cōprobantis, eadem disput. 3. sect. 6. sub num. 1. nisi debitor ab initio confessus fuisset, vt post diei, vel conditionis aduentum, si non soluerit, possit excommunicari, exemplum in pensione Guttier. eod. cap. 4. num. 26. lib. 1. canon. qq.

Ad tract. tulum modo fructuum beneficiorum ab excommunicato non percipiendorum (illic non expletum, quia ad extranea deflectere, eaq; necessario, & opportunè inferere coactus sum) operæ precium

cium est redire: & paucis quibusdam additis perficere. Conclusioni igitur inibi constitutæ aduersus excommunicatione innodatum, ne fructus iam dictos percipere queat, adiungo in præsentia subsistere tãtum in eo, qui iusta deuinctus reperitur excommunicatione; secus qui iniusta: hic enim, &
68 tutè exigeret, & nondum habitos, sibiq; vt excõmunicato denegatos repetere, & consequi valet, statim ac ab iniecto crimine, & causa liberatus, constiterit præfatam excommunicationem fuisse iniusté prolatam Siluest. verbo clericus 4. num. 17. versic. vigesimoquinto, & verbo excommunicatio 3. versic. nono glos. fin. in fine in cap. pastoralis de appell. ibique Innoc. num. 3. vers. alij tamen Abb. in §. verum num. 6. & Franch. num. 21. adducti cap. pastoralis Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 73. num. 7. & fauet textus cum glosa fin. in c. super 2. quæst. 5. idque communiter approbari asseuerat Dec. in eodem §. verum num. 17. & dixerat antea Specul. in tit. de fructibus, & interesse, §. fin. post num. 20. versic. quid si aliquis Lancellot. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 22. num. 6. & decisum per Rotam, vt attestatur Thom. de Than. decis. 26. in vna Brixiens. Nec solummodo beneficiorum simpliciũ fructus iustè consequitur; Verum etiã distributiones quotidianas: quamuis Diuinis interesse nequiuerit ob censuræ impedimentum, dumtamen resederit in loco beneficij, anteaque solitus fuerit deseruire, vt inquit Felyn. alios congerens in capit. Apostolicæ nom. 2. de except. Couar. lib. 3. var. resol. c. 13. nu. 8. vers. duodecimo, ibi cœterum, concinit Henric. in summ. Thol. moral. lib. 13. cap. 13. §. 4. in fine Foller. pract. crim. canon. par. 3. cap. 33. nu. 111. Petrus Nauar. tract. de restit. cap. 2. num. 238. tomo 1. & Alex. Moneta in suo tract. de distrib. quotid. par. 2.
69 quæst. 15. num. 32. ita si iniustè fuerit carceratus, aut alio impedimento detemptus, ne potuerit Ecclesiam adire, & choro, atque horis canonicis interesse; Nauar. consil. 11. quidam Præpositus de cle-
70 ric. non resid. eas autem à quo ipse repetat; aliqualis videtur extare controuersia, etenim Vgol. in tractat. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 12. in princ. nu. 4. opinatur ne ab illis clericis repetere valeat, quibus iam sunt acquisitæ, sed ab eo qui iniustè excommunicauit. Verum Alex. ipse moneta indicata quæst. 15. num. 33. annuit à clericis ipsis repetendas esse, quia illis iam erãt quæsitæ reuocabiliter, aliam insinuat rationem Alterius eodem tom. 1. disput. 6. lib. 2. c. 9. vers. Sed hic quæ rere posset aliquis, dum ait seruientibus, tunc tantum quæri cum iustè ab illo abdicantur; ita quod vbicumque iniustè ligatus apparet, quia non illis priuatur; neque seruientibus iure adiudicentur; proptereaque ab illis repetendi tunc habebit actioné, non quidem per viam attentatorum, sed per modum querelæ, vt idem Frãch. in loco superius citato edocet.

71 Verum, cum excommunicatus á Sede Apostolica obtinet beneficium, & validè quidem propter illam clausulam in literis Apostolicis apponi solitam, scilicet teque absoluentes, cuius memini in hoc capit. num. 22. vtrum illius beneficij fructus tutè percipiat suosque faciat, vigore absolutionis obtemptę iuxta relatum modum, & negatiuè respondent Vgolin. in citato tractat. & cap. num. 1. versic. sexto carebit, & Alex. Moneta memorata q. 15. numero 23. illa siquidem absolutio suffragatur tantũ collationi beneficij, scilicet ad effectum ipsam validandi, & eiusdem beneficij acquisitionem.

72 At ille qui absolutionem obtinuit ad constitutũ tempus, cum reincidentia, possit ne durante huiusmodi absolutione consequi beneficia, ac fructus antea obtemptorum beneficiorum acquirere? vtrumuè, si infra illud tempus minimè paruerit, neque steterit promissis, ob quæ sic fuerat absolutus, reincidat absque alia citatione, & decreto in eandem excommunicationem? sitque nec ne tunc inhabilis ad beneficia adipiscenda, & antea habiti beneficij fructus percipiendos? Primo itaque, vt satisfaciam capiti, affirmo non esse dubium, quin impetratio tunc facta valeat, & perceptio fructuũ iusta sit teste Nauar. consil. 6. quidam in loco, nu. 7. de sentent. excomm. Quò vero ad secundum ca-
73 put, vt conclusiué loquar distinguo, vel á parte, vel á Iudice fuisse concessam dilationem ob quam excommunicationis effectus differretur: & primo quidem casu in eandem haudquaquam reincideret excommunicationem, nisi á Iudice denuó excommunicaretur, exemplum. Iudex ad mensem absoluit debitorem alterius cum reincidentia post mensem, si infra illum suo creditori non satisfecerit, & antequam mensis ille elaberetur; idem creditor alios dies, aut menses suo debitori prorogauit ad sibi soluendum quicquid debet, & certè si tempus istud à creditore prórogatum pertransiret absque solutione, illum nulla ratione dicendum esset in eandem reincidisse excommunicationem, cum ipsa ex pacto, seu contractu nasci nequeat, verum ex Iudicis sententia; nimirum igitur si non reincidat, cũ prorogatio ista non Iudicis decreto, sed ex partium concordia prodierit, vt scribit Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauerit num. 2. ff. de pactis, & concludit Siluest. verb. excommunicatio 2. §. decimus tertius versic. sed intelligo, quem rectè loqui adiungit Nauar. in Manual. cap. 27. num. 18. Angel. verb. excommunicatio 1. num. 21. Ludouic. de Beia in responsione casuum conscientiæ casu 2. in Congreg. habita die 30. Aprilis; nam potestas excommunicandi ex Iudicis auctoritate oritur non partium consensu, Bald. in cap. P. & G. num. 15. de offic. deleg. ita excommunicatio prolata contra aliquem nisi infra mensem satisfecerit; si nondum elapso prædicto termino creditor illum proroget, nec debitor satisfecerit infra dilatum terminum, in illa non vtique incurrit excommunicationem, per Abb. in cap. præterea il 2. num. 4. de appell. non tamen ignorandum est posse creditorem differre terminum iam dictum per ea quæ illic subiungit Abb. & confirmo ex doctrina Nauar. in sum. c. 27. num. 11. quod excommunicatio illum non liget, quem intentio protulentis, vel petentis excludit ab illius incursu, & dixerat antea ipsemet Nauar. c. 27. num. 4. Angel. verbo excommunicatio 3. num. 16. Henric. in summ. Theol. moral. lib. 13. cap. 20. §. 1. & Sayr. in tractat. casuum conscient. lib. 1. cap. 16. num. 7. & 8. Altero veró casu cum prorogationem ipsam fecit Iudex, tametsi accedente consensu partis, si debitor passus sit elabi tempus illud prolongatum, neque in eo satisfecerit, illicò sanè reincidit in sententiam excommunicationis, & absque alio decreto, vt Bald. & cœteri adducti auctores affirmarunt.

marunt,& confirmatur ex his, quæ ſcribit Dec. in cap. Apoſtolicæ num.9. de except. & copioſius conſil.145. quæritur in effectu, per totum, vbi reſpondet etiam rationibus permultis, quæ poſſent afferri pro contraria parte. quare grauiter ſe decepit Rebuff. in concord. Franc. rubr. de excomm. non vitand. verſ. præterea, dùm affirmat hunc non reincidere, niſi aliæ literæ poſt propagatum tempus fuerint expeditæ; ea potiſſimum fretus ratione, quia poſtquàm fuit literis abſolutus, debeat literis etiam in excommunicationem reintrudi, cum literæ abſolutionis duplicem nequeant operari effectum, abſolutionis ſcilicet, & excommunicationis: quamuis pœna pecuniaria committatur elapſo tẽpore prædicto iuxta l. Reſcriptum §. ſi pactum ff. de pactis, quia vincula cenſuræ ſunt á cœteris pœnis diuerſæ naturæ, ex ſententia Bald. in capit. P. & G. num.15. de offic. deleg. cuius opinioni ſuffragantur ſcripta per Roman. conſ.331. in caſu, ſed re vera erronea quidem hæc eſt ſententia, tùm ex antedictis, tùm quia taliter abſolutum in priorem incidere cenſuram ſine noua ſententia probant Felin. in cap. ad reprimendam verſ. reducere de offic. ordin. & cap. veniens el 2. poſt num.27. ibique Ioan. Andr. nu.17. Hoſtienſ. nu.9. Anton. de Butr. nu.17. Abb. poſt num.18. de teſtibus Henrich. in ſumm. Theol. Moral. lib.6. cap.10. §.5. & cõmunis eſt opinio vt dicit Couar. In cap. Alma mater par.1. §.11. num 6. verſic. Secundo in fine, ſi igitur hoc caſu reincidit in cẽſuram, neceſſariò ex eo oritur reſponſio ad aliud quæſitum, vt talis per reincidentiam excommunicatus nequeat beneficia adipiſci, aut fructibus potiri, cui non equidem aduerſatur Rotalis concluſio, vt abſolutus cum reincidentia, tunc ſolum reincidat cùm fuit hoc modo abſolutus ab excommunicatione canonis, nõ autem ab excommunicatione hominis, vt eſt deciſ.399. fine 5. ſi pronuncietur, & deciſ.436. ſeú 11. fuit dubitatum de ſentent. excommun. in nouis, & deciſ.524. ſeu 22. nota quod excommunicatus eod. tit. in antiq. nam ex earumdem deciſionum lectura poterit quiſquã facile colligere, in quam diſſimili caſu illæ loquantur, cum ſint intelligendæ iuxta Canones ab eiſdẽ adductos, nempè iuxta cap. ſignificauit, & cap. ad reprimendam de offic. ordin. cap. quoniam de appell. & cap. ſacro de ſentent. excom. ex quibus non vtique conſtat nominatos in eis fuiſſe abſolutos cũ reincidentia in caſu non paritionis, ſed ſimpliciter cum clauſula de ſatisfaciendo, nullo expreſſo tempore, non igitur mirum ſi tunc opòrtuit, vt iterum reinducerentur in illam.

74 Quid modo ſentiendum ſit de excommunicato abſoluto ex falſa cauſa non dedecebit quærere, & omiſſis quæſtionibus Doctorum, placet abſolutionem iſtam validam eſſe, vt firmarunt Domini de Rota deciſ.399. alias 7. ſi pronuncietur dẽ ſentent. excomm. in nouis, & iterum in cauſa Farſen. Abbatiæ, vt teſtatur Paul. Aemil. deciſ.1. par.1. Nauarr. cap.27. num.38. Felin. in cap. quod ſuper his nu.13. verſ. ſed Domini de fide inſtrum. ac Hieron. de Tortis in ſuo Conſilio poſito inter Conſilia Anton. de Butr. & videtur ſequi Probus ad Ioan. Monachum, in cap.1. num.7. verſ. ex cauſa de ſentent. excomm. in 6. Philipp. Franch. in cap. venerabilibus, §. ſanè poſt num.2. adducto tit. & lib. Milis ſuo repert. verb. citatio partis non requiritur, atque his omnibus adſtipulatur textus in cap. ad noſtram, ibi reducatis de iure iur. nec non ratio illa quod Dominus par Ius. & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi, & vtrumque pari conditione permiſit cap. verbum de pœnit. diſt.1. & cap. inferior 21. diſt. nec mirũ ſi propterea Innoc. alterum alteri æquat in cap. ab excommunicato num.3. verſic. ſi enim de Reſcript. & defendit Couar. in cap. Alma Mater par.1. §.11. num.14. verſ. quibus: ſed excommunicationem ex falſa cauſa inflictam, tenere affirmant omnes, atq; etiam met ipſi qui abſolutionem ita cõceſſam exiſtimarunt inualidam, vt gloſa finalis in adducto c. quod ſuper his ibique Bal. Ioan. Monach. in cap.1. num.7. de ſentent. excomm. in 6. alijque putantes abſolutionem hoc caſu diſtare ab excommunicatione, & nulla quidem iuſta ratione, cum nulla de iure inter prædicta ſubſiſtat differentia, neque differentiæ ratio per ea quæ ſcribit Cardin. indicato cap. quod ſuper his, & c. perpendimus de ſentent. excom. quamuis ipſe in alio allucinetur, dum prætérea opinatur neutram illarum ex falſa cauſa factã valere, nam ego libentius propendo in ſententiã, abſolutionem ex falſa cauſa conceſſam validam eſſe, exploſis contrarium ſentientium opinionibus, ſcilicet Couar. loco ſupra citato. Ludou. de Beia caſu primo de excom. §. de abſoluto ab excommunicatione verſ. abſolutio autem Ioan. Monach. citato num.7. & aliorum quos breuitati vt ſtudeam prætereo; quam meam reſolutionem multis confirmat rationibus, iuriq; conſonam defendit Vgolin. in tract. de cenſur. Eccleſ. tab.1. cap.19. §.4. nu.3. & conſequenter cum iuſté illum cenſeam liberatum á cenſura; nec amplius eundem reputem excommunicatum, non erit ad beneficia acquirenda, ordineſque ſuſcipiendos inhabilis, neq; ad perceptionem fructuum, aut exercitium ipſorum ordinũ.

Tandem adijcere concluſionem illam à paucis obſeruantiæ demandatam, ſed corrupta imperitorum praxi improbatam, non grauabor, cum neſcientes requiſita ad concedendam abſolutionem ad cautelam, eam paſſim impertiuntur, & concedunt in caſibus omnibus, nulla diſtinctione præ-
75 miſſa, aùt conſiderata conditione, vt itaque illa detur duo neceſſariò requiruntur, ſi reliqua ſuppetãt à Iure ſtatuta. Primum vt res dubia ſit, nempe dubitetur ſi contracta fuerit Bonacin. de cenſur. diſput.1. quæſt.3. Punctu 7. num.2. vel dubitetur de validitate excommunicationis capit. ſolet de ſentent. excomm. in 6. inibiq; affirmant communiter Doctores, quin iſthæc dubietas, ſit tantum illa quæ prodierit ex ſolo valore cenſuræ, & conſequenter ex defectu contra ſubſtantiam cenſuræ, & ipſius validitatem, quia ſi contra Iuſtitiam, & ſic cõtrouerſia ſit vtrum iuſta fuerit, tunc etiam ſi iniqua fuerit, cum ſubſiſtat excommunicatio, non ad cautelam, ſed ſimpliciter tantum danda eſt abſolutio ſi cœtera concurrant de Iure neceſſaria: vt optimè declarat Suarez tomo 5. diſput.7. ſect.8. ſub num.15. & M. Alter. de cenſur. tom.1. diſp.1. lib.4. capit.4. quin hæc dubietas ex actis patere debet, & ſic cauſa propoſita, & probata, ob quam prætendatur nullitas illius, vt addit Franch. in eod. cap. ſolet num.10. & Couar. in c. Alma Mater par.1. §.12. num.6. de ſent. excom. in 6. atque ita intelligenda

ſunt

sunt generica verba Raudens. in suo responso 17. cum sub num. 38. Fultus doctrina Stephani Costæ in eodem cap. solet, affirmat dandam esse absolutionem istam si excommunicatus contendat esse nullam; etenim illud verbum contendat comprehendit validam causam ob quam dubius reddatur valor excommunicationis; quod si pateat nullam esse, an illa concedenda sit, & quidem si hactenus relata attendamus denegādam esse dicemus, cum tunc cesset dubium, imò, & absolute tunc dandam esse affirmat, Genuens. in Praxi Archiepisc. cap. 5. sub num. 2. per Domin. Gemin. Anchar. & Franchum in dicto cap. solet, Rotam verò contrarium tenere adinueni in decis. 436. fuit dubitatum siue 11. de sentent. excomm. in nouis, quæ in fine dicit Regulam extare probantem quòd censura Ecclesiastica, quæ est nulla potest tolli ad cautelam; addo Puteum attestantem idipsum decisum fuisse in decis. 96. die 8. Februarij lib. 2.

Secundum requisitū illud est, quod qui ejusmodi vult concedere absolutioné, alteram etiam, & directā si opus tunc esset elargiri posset, quam si cū cetera (iuxta sacros Canones) concurrerent ad illam dandam, impartiri eo casu non valeret, neque, & istam ad cautelam, vt præter Doctores multos in eodem cap. solet, concludit, rationibusq; defendit adductus Suarez indicata sect. 8. sub num. 14.

Hic mihi constitueram huius capitis fines; hic cœtui caneram, rem enim expleueram quę censuratum detinet à promotione ordinatumq; ab executione, aut beneficiorum acquisitione, fructuumque perceptione, quorū meus hic est peculiaris sermo; cœtera de excommunicatione copiosius Deo fauente scripturus, in tract. de censur. Sed auctoritas Pontificia, cui, & parere conuenit, & ipse plurimum debeo, iussit vt aliqua in hac re subiungerem, quæ tametsi videantur procul esse ab hoc tractatu, quia tamen vtilia, valdè sunt, & practicabilia, nedum Antistes ille censuit me ob id minime redarguendum esse, quod ad aliena deflexerim, sed collaudādum maximè, quod ambiguas voluntates in quæstionibus tám dubijs, & in foro versantibus sedauerim, eius igitur votis libenter assentiens subscripta adiunxi, quæ maximo cum labore, & studio, in biduo (scilicet in vigilia, ac die natiuitatis Sancti Ioannis huius anni 1610.) coaceruaui, & transmisi eidem Præsuli mihi deinde rescribenti, non inutiliter, neque perperam ea addidisse, illis tamen pauca quædam subsequentibus temporibus addidi, quæ obuiam venerunt, quaquè in facto occurrerunt.

Præcipua, & immediata causa excommunicationis est peccatum mortale, illudque (vt tetigi in
76 huius capitis initio) non quidem præteritum, aut præsens sufficit, nisi præcedentem monitionem sub excommunicationis comminatione subsequatur inobedientia, & contumacia, iuxta cap. Romana de sentent. excomm. in 6. sed vtique futurum, quia admonitio eo casu non adhibetur, ex quo tunc mora, culpa, vel offensa præcedit, in exhibenda satisfactione eodem c. Romana cuius Canonis attente equidem est perpendenda vis verborum, nam cum loquitur de præterito, aut præsenti delicto præcipit neminem excommunicandum admonitione non præcedente, & inobedientia non subse-
77 quente; cum verò de futuris, haúd requirit monitionem, sed moram dumtaxat culpam, vel offensam prout etiam videtur annotasse licet obscuris verbis Philipp. Franch. super eodem cap. Romana §. fin. num. 3. ob idque circumspicimus, validè quem pro futuris culpis excommunicari, per verba latæ sententiæ ac nulla præcedente monitione, eaque ligari statim ac ille offendit; nullaquè intercedente alterius opera; per ea quæ expressè notat Vgol. in tract. de censur. Eccles. tab. 1. c. 8. §. 6. nu. 2. (vbi præterea subiungit verba omnia significantia latam sententiam) & ratio præfatæ resolutionis, illa potissimum esse potest, nam quoties pro futuris culpis infingitur, tempus monet, & inobedientia concurrit; ideò nulla alia præexigitur monitio, vt inquit Zabarell. in cap. sacro num. 6. de sentent. excom. ibiquè Innoc. in princ. & Felin. post num. 4. idq; cum desit quoties pro præteritis illa infertur, merito prędicta requiritur monitio, vt etiam affirmat Probus ad Io. Monach. in cap. fin. post num. 24. de Constit. & pro conclusionibus iam dictis, videnda sunt, quæ cumulat Vgolin. in dicto tractat. tab. 1. cap. 18. & Lapus alleg. 73. ex quibus rectè arbitrati sunt scribentes, vt de præterito sola contumacia sit causa excommunicationis, & cōsequenter quotiescumq; reperitur aliquis excommunicatus pro aliquo crimine; nempe adulterio, furto, & consimili, intelligatur pro contumacia proueniente ex illo, iuxta glossam primam, & notabilem in c. certum est 11. quæst. 3. non enim ipsa incurritur, nisi cum peccato mortali sit coniuncta contumacia Greg. de Valent. super Diuum Thomam disp. 5. quæst. 13. punctu 2. vers. ad secundum, tomo 3. & huc tendit distinctio illa diuersis tamen concepta verbis, quod excommunicatio ab homine non nisi pro contumacia ferri possit, tùm si præcedat, tùm si sequatur delictum, á Canone verò etiam pro delicto iuxta glossam primam, & singularem in c. Episcopi 11. quæst. 3. inibiq; Gemin. in fine, & Abb. in cap. 1.
78 post num. 10. de Iudic. quinimmò si principale crimen, graue haudquaquam sit, contumacia tamen illud delictum sua natura leuè efficit graue; eò quia contemnit ille parere Iudicis præcepto, à quo prodijt ipsa contumacia, & propterea sufficit, vt hic iustè excommunicetur, prout desumitur ex capit. statuimus de sentent. excom. in 6. & notat Viuald. (qui præfati Canonis non meminit) in 2. par. rubr. de excom. nu. 107. ex quibus liquido patet impotentem præcepto Iudicis obedire (quia excusatur) contumacem non dici, neque ideò excommunicatum, dato quod ipse rem alterius subtraxerit inui-
79 to Domino, quare si fur tépore publicationis monitionum, aut etiam ipsius censuræ nō erat soluendo, eam non vtiquè incurrit Sot. Cordub. & Viual. locis proximè citandis Henric. summ Theol. Moral. lib. 5. cap. 5. §. 5. in gloss. litera A Tole lib. 5. c. 27. post num. 19. Vgolin. tract. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 27. num. 2. & Sayr. in suo Thesauro casuum conscientiæ lib. 1. cap. 9. num. 11. nisi factus ditior,
80 tunc enim fieret excommunicatus, eo quod illius vis durat adhuc ex resolutione Viualdi, & Sayri in locis mox citandis; quibus non leuiter contradicere videtur resolutio in simili casu tradita, per Tabienam in verbo excommunicatio 4. §. 4. & Armill. eodem verbo num. 34. & multis comprobat rationi-

rationibus per Ludouicum de Beya in reſolutorio caſuum conſcient. caſu 4. ſiue 2. inter propoſitos in Congregatione habita die 30. Aprilis anni 1581. dum firmant excommunicationem inflictam aduerſus non reſtituentem inſtrumenta alteri competentia, non ligare abſentem, nec ſolum dum eſt abſens, & inſcius, ſed neque cum poſt lapſum terminum conſtitutum, in monitorijs ad reſtitutionem faciendam redierit, & ſciuerit excommunicationem prolatam fuiſſe, & ſequitur Vgolin. citato num. 2. propè finem. Niſi dicamus poſſe inter hos caſus aliqualem conſiderari differentiam, eam ſcilicet quod in primo videatur ſortita ſuum effectum, excommunicatio contra ſcientem, ſuſpenſa tamen ob illius impotentiam ad tempus quo poteſt parere; in hoc autem ſecundo, nullo pacto habuerit effectum aliquem, tanquam prolata in abſentem, & ignorantem, ideoque lapſo tempore ſtatuto non amplius vigorem habeat, ex Armill. indicato num. 34. tu cogita, illud interea certum tenens einſmodi cenſura ligari eum, qui cum lata eſt excommunicatio poterat ſoluere, & renuit, ſeu minimè curauit ſoluere, nec quidem ab ea poſtmodum excuſaretur in foro Eccleſiæ ſi ſuperuenienti egeſtate vexatus, furtum, illiuſue perſoluere valorem nequiret Sot. in 4. ſentent. diſt. 22. quæſt. 1. artic. 2. concluſ. 4. caſu 2. Corduba quæſt. 18. Viuald. 2. par. Rubr. de excomm. num. 109. atque Vgol. & Sayr. locis nuperrimé citatis.

81 Eſt tamen multiplex contumacia, alia quippé in non comparendo, alia autem in non parendo, & nouiſſima in diſcedendo poſtquam comparuit, & pro vnoquoque iſtorum poteſt excommunicari contumax, cap. certum eſt 11. quæſt. 3. quod notandum aduerſus aliquos, qui non erubeſcunt clientes defendere, ne poſſint excommunicari ab Epiſcopo ſub excommunicationis pœna, moniti ad aliquid exequendum, infra terminum cum interuallis dierum comparuerunt, & recuſarunt parere, licet autem contentio ſit inter Doctores vtra ſit grauior contumacia, nempè illa in non comparendo, an altera in non parendo? ita quod Abb. in cap. 1. ſub n. 10. & Decius in prima lectura numero mihi 56. de Iudicijs defendunt maiorem eſſe contumaciam ortam, ex non comparitione, & ſequi videtur Ripa in comet textu à num. 32. impugnat illic Aret. per multas vrgentes rationes, attamen non eſt de hac quæſtione inueſtigandum, pro reſolutione alterius dubij propoſiti, cum quæcumque ex iſtis opinionibus ſit verior, ſatis eſt quod pro quacumque dictarum contumaciarum inflingi poſſit excommunicatio, ex citato tex. in capit. certum eſt 11. quæſt. 3. expreſsis verbis ſanciente.

82 Monitio autem iam dicta quæ præcedere excommunicationem debet, non vnica, aut geminata ſufficit, ſed trina requiritur, vt matura conſideratione rimetur, vtrumne tanta ſit præuaricationis contumacia, quæ digna appareat, vt tali confodiatur mucrone; idque deducunt ſcribentes ex c. 18. Matthæi, quod admonet Petrum, peccantem fratrem priuatim primo corripere debere, qui ſi non audierit iubet ſecundò duos adhibere teſtes; quando ſi neque audiuerit, præcipit illum Eccleſiæ denunciari, ex ſacris etiam Canonibus colligitur neceſſitas huius trinæ monitionis, nempè ex c. omnes decimæ 16. q. 7. & c. de Præsbyterorũ 17. q. 4. adeó quòd Iudicibus eam prætermittẽtibus interdicitur ingreſſus Eccleſiæ per menſem in c. Sacro de ſent. excom. & c. 1. adducto tit. in 6. & conſequenter mortale crimen perpetrant ex reſolutione Doctorum, ac præſertim Sot. adducto art. 2. cõcluſ. 3. quin etiam prædicta trina monitio nõ vnica, ſed tribus ſeiunctim vicibus fieri, eſt perneceſſe, vt Reus ſi non alia ex cauſa, ſaltem huiuſmodi monitione ter iterata incẽtiuum habeat, & tempus ſe ſe compungendi; quod ſi cauſa aliqua vnã pro tribus ſufficere monitionem putarent, nihilominus debẽt Iudices ipſi aliqua dierum competentia interualla obſeruare, niſi facti neceſſitas aliter ea ſuaſerit moderanda c. conſtitutionẽ de ſent. excom. in 6. ex quo Canone conſtat inſuper hanc trinam monitionẽ, aut vnicam pro trina non eſſe de eſſentia excommunicationis; non enim præcipitur illic, vt tali Iuris ordine prætermiſſo ſit nulla prædicta ſententia; ſicuti ex eodem Canone id optimè deduxit Sot. citato artic. verſ. quod ſi ſciſciteris, & apertius liquet ex c. ſacro iuncta gloſa. verſ. Iuſta fuerit, de ſentent.

83 excom. ac propterea ſi nulla præhabita monitione feratur excommunicatio, nulli dubium quin teneat, vt ſcribit Innoc. in c. illud de cler. excom. miniſt. gloſ. 2. in c. repræhenſibilis de appell. ibiq; Abb. nu. 13. & Det. nu. ij. Feder. de Senis conſ. 11. quæritur vtrum excommunicatio poſt nu. 5. & 10. Berous in c. quoniam contra nu. 96. de probat. Ripa in c. 1. nu. 79. de Iud. Caſſad. deciſ. 2. nu. 11. de penſ. Vgol. cęteros complures adducens indicato c. 18. nu. 4. & cõcinit tex. in c. ſi Epiſcopus qui forte 11. q. 3. quod non tantum ſi ab ordinario, at quoq; ſi à Delegato feratur per Innoc. & Abb. citato loco. Imol. in cap. fin. poſt nu. 11. de præb. & dignit. & alij plures quos refert, & ſequitur Rendina in ſuo promptuario receptar. ſent. tit. 41. ſub nu. 5. tametſi Rota firmet cõtrarium in Delegato, ſentiens excommunicationẽ hoc modo ab illo latã nullius validitatis eſſe in deciſ. 139. alias 10. nota quod excommunicatio, & deciſ. 559. alias 23. vtrum excommunicatio de ſent. excom. in antiq. ſequitur milis ſuo repert. verb. citatio partis non requiritur, verſ. item fallit, nã Rotæ opinio, vel non vera, ſicuti de ea videtũr dubitare auctor eiuſdem deciſ. 23. dũ in illius calce inquit; ſed ego contrarium credo; vel ſaltem eſſet reſtringẽda in delegato habente expreſſam formam in reſcripto, vt optimé declarat Dec. indicato cap. repręhenſibilis nu. 17. eſt tamen indubitati Iuris, quód monitio iam dicta non tantum ſententiam excommuni-

84 cationis pro præterito, aut præſenti delicto ferendam, præcedere oportet, at inſuper; vt iuſtè, in antea latam quis declaretur incurriſſe. Raudenſ. conſil. 17. num. 34. & 42. vol. 2. Borgnin. deciſ. Fiuizana 77. ſiue 33. nu. 44. de contract. etiam ſi notorium, ac manifeſtum ſit illum deliquiſſe, ex eodem Borgnino inibi, ac Raudenſi num. 43. nam ad probandam notorietatem ſaltem requiritur citatio, Aretin. cõſil. 163. ſub nu. 5. & propterea etiam in excommunicatione proferenda concludit Alterius c. 5. mox citando, verſ. Quamobrem; quin ſeiunctim fieri debet, non autẽm concurrere poteſt, cum ſententia promulgante, aut inflingente cenſuram excommuni-

municationis, iuxta notata per Phylipp. Franch. in cap. Romana §. fin. num. 1. de sentent. excomm. in 6. per textum iam relatum in capit. Constitutionem, & firmat insuper Cardin. in cap. 2. de foro competenti.

85 Est tamen verum, quod si monitio isthæc omitteretur, iniusta esset excommunicatio per glos. in eodem capit. sacro, & Felin. in cap. cum sit Romana, vers. secundo noto, post num. 15. de appellat. vbi alios cumulat Doctores, & insuper probat Gemin. in cap. vt . . . . . . §. sed nec, post nu. 3. de sentent. excomm. in 6. dumtamen vnica saltem præcesserit, nam si adhuc illa abfuerit, non iniustitia, sed nullitate polleret excommunicatio, ex sententia comprobata per Marium Alterium tomo 1. de censur, disput. 3. lib. 3. cap. 5. vers. intelligendum autem, & Latius cap. 4. immò neque iniustitia notaretur, si iusta intercedente causa superior censuerit trinam præterire, ex eadem glosa in versic. iusta fuerit, quas quidem causas, siue casus recenset, nouem scilicet memoratus Alterius eodem cap. 4.

86 quod si clausulam illam contineret iustificatiuam, si senserit se grauatum, & cet. tunc etiam si sine causa prætermissa monitio foret, non modo haud esset nulla, verùm neque iniusta excommunicatio. Nauar. consil. 4. Vicarius Generalis sub num. 3. de sentent. excomm. in nouis, Raudens. citato consil. 17. num. 43. ac propterea decisum fuisse in Rota Pisana, quod qui tacita monitione excommunicauit cum tali clausula, non incidat in pœnam statutam, in eodem capit. Sacro, refert Martha decisio. seu potius voto 78. nam tale præceptum per comparitionem resoluitur in simplicem citationem, vt adducti scribunt auctores per glosam quam recensent in l. de pupillo §. meminisse ff. de oper. nou. nunciat. & addo Lanfranch. in praxi cap. 1. nu. 14. nec non Bertrandum consil. 257. Præceptum volum. 7.

87 Cum verò monitio eiusmodi præmittitur, personæ excommunicandæ notificanda est, nec domi intimata sufficeret ex notatis a me ipso in Ritu 17. Curiæ Archiepiscopalis Neapol. num. 6.

88 In certis tamen quibusdam casibus citatio in personam citandi si exequuta non fuerit subsistit excommunicatio, eoque potissimum si malitiosè quis se absentaret nè ad ipsius personam citatio perueniat, ex multis quæ inibi cumulaui, & nunc addo Sayrum alios coaceruantem in suo Thesaur, lib. 1. cap. 12. num. 12.

Similiter vbi domi, aut alio quocumque modo exequuta citatio (licet nulliter) si ad eiusdem citandi notitiam peruenit, quia validatur, ideò eius vigore legitimè deuenitur ad excommunicationis sententiam promulgandam per Felyn. in cap. cum sit Romana num. 15. de appellat. Mandof. in tractat. de monitorijs quæst. 26. Vgolin. de censur. tabul. 1. cap. 18. §. 2. num. 1. & præcitatus Sayrus indicato cap. 12. num. 14.

Quin, & citatio personalis non sit de necessitate præmittenda, quando malè absolutus reintrudendus est in excommunicationem, dicunt ijdem Felyn. & Mandof. adductis in locis.

Non secus ac pro ferenda declaratoria contra aliquem quòd incurrerit in censuram, nam in certis quibusdam casibus, nullam requiri monitionem, aut citationem memorat Iulius Clarus in §. fin. quæst. 31. sub num. 3. tametsi Regula contradicat, iuxta glosam in clem. præsenti vers. conconstiterit de censibus, & conclusi superius in versic. Monitio autem, num. 84.

89 Illud præterea ignorare pudet, quod idem Concilium Tridentinum in citato cap. 3. sess. 25. de reformat. sanxit, vt Iudices Ecclesiastici cuiuscumque sint dignitatis, in causis Iudicialibus abstineant se, tám in procedendo, quàm definiendo à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto, quandocumque exequutio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit; ex quibus profectó verbis illud potissimum desumitur, & omnium ore probatum axioma, vt excommunicatio non nisi in subsidium concedenda sit, quod etiam Nauarrus comprobat. in Corrolar. 66. capit. inter verba 11. quæstio, 3. & Lazzarius de Monitor. sectione prima quæst. 15. numero 3. idque adeò verum est, vt si extra Iudicium constaret cætera remedia deficere; ad ipsam promulgandam censuram haud esset properandum, quippè quod ex actis patere debet exequutionem realem, aùt personalem fieri non posse, vt tunc censura feratur in subsidium, iuxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilij; Idquè tanta etiam veritate fulcitur, vt non solum quando contra eandem personam obligatam potest fieri exequutio, non

90 debeat proferri excommunicatio, at etiam vbi plures personæ essent in solidum obligatæ, & in vnam ob paupertatem procedi ad capturam bonorum non posset, tunc neque in illam promulgari censura debeat; ita respondente Sacra Congregatione cuius testis est Farinaccius inter decisiones Rotę ab ipso congestas Centuria prima decisio 97. cuius quidem declarationis verba sunt Præsupposito quod duo sunt insolidum obligati in forma Cameræ pro eodem debito, & quòd contra vnum tantum posit deueniri ad exequutionem realem vel personalem; an contra alium, contra quem non potest fieri exequutio realis, vel personalis, posit ad instantiam creditoris in subsidium relaxari excommunicatio? Congregatio respondit non posse.; Addo nunc ipse perutilem illam doctrinam, & à paucis cognitam, cum memoria teneam multos in ea re errasse, existimantes censuram, ista non seruata forma inualidam, & credentes adductum Concilij caput in dicto §. in causis vero iudicialibus, formam præscripsisse; cum re vera tantum instruat, doce, atque modum in ferenda excommunicatione obseruandum, qui propterea si fuerit prætermissus subsistat nihilominus censura, teste Mario Antonino variarum resolutionum libro primo, resolutione vltima, casu 75. versic. insuper dicitur, & eo potissimum fouetur assumpto, quod textus in l. à Diuo Pio §. in vendicatione ff. de re iudicata statuens modum tenendum in quauis exequutione facienda hanc pariter admittit interpretationem, vt exequutio aliter facta non subiaceat nullitati, idque probat etiam Surdus consil. 39. numero 22. & ipse capit. 13. num. 332. huius Rubr.

Quin

Quin in specifico casu facultatis concessæ in literis Apostolicis excommunicandi morosum in solutione pensionis, non teneatur exequutor in proferenda sententia seruare modum inibi enarratum memoro, eo quod illa facultas non censetur data in subsidium, ex sententia eiusdem Congregationis, quæ ita censuit in vna Aquilana, & Salernitana t contradicens verò Lazzarij sententia in tractat. de monitorijs sectio. 4. quæst. 8. num. 7. admittenda non videtur, quia relatæ, ac validæ rationi minimé respondet, eiusq; nec etiam meminit, ad eam fortasse quia non cogitauit, vt propterea credendum sit, quod si memoria eam repetijsset in alteram non fuisset sententiam. Auctoritates autem quibus fulcitur, scilicet Guttierez, Quarantæ, Sebast. Medices, Francisci Leonis, & Sayri, neque ei opitulantur; nam Guttierez citato cap. 11. sub num. 1. Quaranta in Summa Bullarij, in verbo excommunicatio, ad finem reuelationum, & Medices in Summa Peccatorum rubr. excomm. quæst. 50. non perfunctoriè, sed incidenter scribunt Sacrum Concilium salutiferam in his monitorijs formam seruandam præscripsisse; nec addunt si intelligant de ea forma, sine qua non, an citius de altera instruente potius. Ac demum ex subsequentibus verbis, quæ referunt Concilij Tridentini patet eos non loqui de contentis in §. in causis verò Iudicialibus, citati cap. 3. & sic de excommunicationibus in proprios subditos promulgandis ab Episcopis, in causis vertentibus in eorum Tribunalibus; Verum de compræhensis in §. Quapropter, nempè de excommunicationibus, quæ monitionibus præmissis fieri solent ad finem reuelationis, aut pro deperditis rebus, quas non nisi ab Episcopis proferri mandat ac pro re non vulgari, causaquè diligenter, magnaquè maturitate examinata, quæ eius animum moueat, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit, Sayr. autem in suo Thesauro lib. 1. cap. 9. num. 33. ab eodem Lazzario in sui gratiam citatus; suæ expresśé contradicit sententiæ, nam eas colligit ex adducto §. Qua propter; nempè illas conditiones quas, & nos, ex illius verbis carpsimus t Franciscus tandem Leo in suo Thesauro Fori Ecclesiastici par. 3. cap. 38. num. 22. neq; suum probat dictum, quin adeò confusè loquitur, vt quid sentiat colligere impossibile videatur; Imò graui captus errore, firmat, non posse Episcopum post Concilium nominatim excommunicare conuictum aliquid detinere, aut scire, si post genericas monitiones, & censuram nec restituit, nec reuelauit, contra ipsius met Lazzarij sententiam præcedenti distinctione traditam in quæst. 8. sectionis 4. num. 11. quamque antea Ioannes Guttieres etiam scripserat citato capit. 11. num. 89. ipseque dicam inferius num. 134. Tan-
92 demque alterius restrictionis meminisse oportet, eamque tradere ad constitutam Conclusionem, quæ, & longè vtilis est, & frequenter euenire solet, nè procedat in casibus, in quibus Episcopi procedere nequeunt aduersus bona, seù personam, puta contra laicos, nisi in certis casibus, etenim in alijs minimè obseruato illius capitis tenore ad censuram validè properant, vt optimè colligi potest ex verbis citati Marij Antonini adducto casu 75. versic. quia id verum: & comprobari ex illic tradita ratione. Quo in loco dispositionem Concilij militare supponit, vbi aliud competeret remedium ordinarium, ex illo vulgato textu in l. vt gradatim ff. de muner. & honor. eo enim casu cessare debet extraordinarium, & subsidiarium, quod extingui dicitur, statim ac deficit causa, & ratio ob quam introductum fuit, idque in hoc speciatim casu scribit Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 190. num. 35. & 37. nec non Lazzarius eodem tractat. de Monitorijs sect. 1. quæst. 15. numero 4. Sed tunc Ecclesiasticus alium non habet remedium, quò valeat in laicos excandescere, meritò posse tunc Ecclesiasticis vti armis, & continuò censura ferire inobedientes, cœterosque criminosos laicos, dicendum est.

93 Quod si ignoretur persona quæ rem aliquam detineret, aut sciretur, sed aliquod extaret impedimentum ob quod moneri specialiter nequiret, tunc possent monitiones generales concedi contra detinentes, vt restituant infra terminum in ipsis constitutum, nec non contra scientes detineri, vt eodem in termino indicent detemptorem, quo elapso procedere ad prolationem genetalis sententiæ excommunicationis contra eosdem, nec dubium, quin eiusmodi sententia liget, & afficiat personas illas tametsi non nominatas, & incertas, iuxta cap. constitut s el 1. de testibus, & meliorem textum in capit. 2. §. statuto de Constitut. in 6. ac Rotam decis. 444. extra Rotam, seù 19. de dolo, & contumacia in nouis, præsertim verò quod præfatæ monitoriæ concedi possunt contra testes alicuius negotij veritatem scientes, eosque pars altera ignoret illud scire, aut si sciat quia renuunt veritatis testimonium ferre, vt probat Abb. in capit. ad nostram el 2. num. 2. de Iure iuran. & Oliua super Ritu 3. Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ post num. 10. quinimmò etiam pro re furto subtracta licere huiusmodi monitionibus, & censura coercere testes, defendit Abb. in capit. qui cum fure numero 2. de furtis, non modo ad propalandum locum, vbi tunc res furata existit, & apud quem illa sit, vt inquiunt Clarus in §. fin. quæst. 27. num. 3. & Baiard. ad ipsum Clarum alios adducens, & alij præterea scribunt affirmantes in re furata procedere textum in dicto cap. cum fure; verum etiam ad indicandum furem, aut alium delinquentem, iuxta veriorem intelligentiam illius Canonis, vt super eo tenet glosa finalis, atque glosa, & Bart. in l. Ciuile C. de furtis, Follerius. in praxi Canon. crimin. par. 2. capit. 8. num. 27. Nauar. copiosè in summ. cap. 18. nu. 40. capit. inter verba numero 119. conclus. 6. post num. 15. & Roman. singul. 794. numquid teneatur: Ambas autem iam statutas conclusiones approbat ius nouissimum Concilij Tridentini in adducto cap. 3. sessio. 25. de reformat. vt in causa quacumque tùm Ciuili, tùm etiam pro deperditis rebus in qua ob testium, & scripturarum inopiam difficilis probationis appareret intentio alterius ex collitigantibus, aut ipsius, cuius res furto subtractæ sunt, possint monitiones istæ concedi, atque etiam censura, tàm si coram laico, quám si Ecclesiastico Iudice lis aliqua pendeat. Quod equidem probari existimo ex verbis illis, ad finem reuelationis, aut pro deperditis seù subtractis rebus.

Primò enim loquitur Concilium generatim ad finem reuelationis, & continet primum casum de difficultate probandi cum causa ciuilis viget, & quia iustè controuerti poterat si huiusmodi generica facultas videretur idem elargiri in casu rei subtractæ, cuius maior apparebat dubitatio, fortasse ob criminalitatem quam complectitur, ideo subiungit, aut pro deperditis, seu subtractis rebus, & consequenter ex illis verbis ad finem reuelationis existimo, Concilium permittere publicationem eiusmodi censuræ, vltra casum commissi furti: semper quod res videtur difficilis probationis, & mos totius orbis approbat.

94 Quod verò conclusi, vt illæ concedi possint aduersus detinentes, vt restituant, & persoluant probat glosa in clement. dispendiosam, versic. præmoniti de Iudic. ibidemque Imol. post num. 10. Anchar. post num. 4. & Zabarell. post num. 26. & cæteris expressius Sylua nuptial. lib. 3. num. 23. quod si id minimè adderetur expresè, non vtiquè teneretur principalis se ipsum prodere, etiam si speciatim interrogaretur à Iudice de aliquo delicto, sibiquè illud fateri preciperetur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, nisi de eo fuerit interro-

95 gatus seruato Iuris ordine, scilicet cum esset infamatus, vel semiplenè constaret de delicto, & eius competens Iudex ab eo veritatem exposcat. Reoque pateat semiplenè constare aduersus ipsum de delicto; quia tunc, & teneretur fateri delictum ex his quæ alibi scribo, & si non fateretur, esset excommunicatus, vt expresè Angel. verbo confessio delicti in princip. Sylua Nupt. indicato lib. 3. numero 42. Syluest. verbo accusatio §. 13. post num. 20. & verbo confessio §. 1. post numerum secundum Sayr. in Thesaur. casuum conscient. lib. 1. cap. 9. nu. 35. Nauar. in cap. inter verba conclus. 6. Corrolar. 17. num. 20. causa 11. quæst. 3. atque alij mox relati; teneretur tamen restituere etiam principalis occultus, & satisfacere si excommunicatio quamuis generalis, ne dum contra scientes, at præterea aduersus detemptores, aut furantes prolata esset; atque ideo nisi ille tunc restituat incidat in præfatam sententiam excommunicationis, eo quod cogi ad restituendum quiuis occultus delinquens potest, tametsi non ad detegendum se ipsum, vt rectè colligitur ex Caietano ad Diuum Thomam 2. 2. quæst. 69. artic. 1. & 2. versic. tertio, quòd auctor., & dicit Nauar. in summ. capit. 17. num. 100. Graff. lib. 4. decis. Aurear. cap. 8. num. 18. ac Toletus in summ. lib. 5. cap. 27. in fine, quin etiam si præciperetur sub ipsa eadem censura; vt quicumque haberet aliquas scripturas, quoquo pacto actinentes ad Ius alterius debeat illas producere, cogeretur vtique illas exhibere, alias excommunicationi subiaceret, nec posset illa excusatione tueri, quod inde pertimescit vexationem, nisi manifestissimum omninò esset illas taliter ad eius Ius conducere, vt nullatenus ad alterius ius confirmandum spectent, tametsi in foro sæculari ad viam excommunicandi succurrere, atque ad exploranda occulta instrumenta saltem ad compellendos occultos testes, vt in Iudicium prodeant testimonium dicturi, Sotus in 4. distinct. 22. quæst. 1. artic. 1. conclus. 4. casu 3. Sayr. lib. 1. capit. 9. num. 30. qui tamen addit, neque illum tene-

96 ri eas exhibere si ex eis posset ius alterius confirmari, ipsius autem exhibentis Ius posset aliqua ratione exinde infirmari; cuius illationem approbare hucusque non audeo, tum quia Nauarr. ab ipso citatus, minimè eam tradit, tùm etiam quia contradicit resolutioni iam relatæ á Soto, & commendatæ ab ipsomet Sayro; Illud tamen notabile, nec prætereundum iudicaui, quod non omnes scripturas ad Ius alterius actinentes tenetur exhibere, vel propalare detinens; etenim non priuatas, sed publicas dumtaxat per Nauar. qui copiosè demonstrat consil. 3. Inter seium num. 4. de censibus in antiquis siue 35. de sentent. excomm. in nouis, quia nemo compelli debet, vt suas proprias rationes, ac priuatas scripturas edat ex l. 1. C. de edend. & notat Dec. in capit. 1. num. 47. de probat. nec præterea publicam, ob timorem comminatæ censuræ compellitur exhibere, si non illius, sed suam esse certo sciat, iusteque teneat, aut probabiliter suam esse, eamque iustè tenere credat, idque Nauar. tuetur adducto consil. 3. num. 6. & Sayr. lib. 3. decis. tit. 31. decis. 3.

97 Ille verò qui nulla iuris via posset rem propriam ab aliquo repetere ob defectum probationum tunc sanè liceret eidem tuta conscientia illam quoquomodo recuperare, etiam furto subtrahendo, vt inquiunt Innocent. in cap. olim el 1. post num. 8. versic. item plus dicimus de restit. spoliat. glosa prima in cap. Ius gentium distinct. 1. Abb. in cap. 1. post num. 7. de his quæ vi metus caus. fiunt Archidiac. in cap. Dominus noster num. 2. causa 23. quæstio. 2. Felin. in cap. quoniam num. 13. de Simon. Iason. in l. 1. post num. 7. vers. aliam vtilitatem C. de testam. quinimmò non solum eandem, sed aliam quamcumque rem eiusdem tamen valoris q uibit tutè surripere ex Butrio indicato capit. olim. post num. 22. versic. quinimmò dicunt, & Archid. adducto loco, Hippolyt. de Marsil. sing. 177. malitijs num. 6. Alexand. consil. 135. num. 1. volum. 1. & consil. 127. visa inquisitione num. 8. volum. 4. Cagnol. in l. 2. num. 206. ff. de orig. Iur. Cepol. consil. crimin. 26. Magnificè num. 4. Florianus in l. itaque in fine ff. ad leg. Aquil. Conrad. de Contractibus quæstio. 32. conclus. 2. in fine, & quæst. 42. conclus. 2. versic. quarto à simili, & communis est opinio teste Couar. lib. 1. variar. resolut. capit. 2. num. 15. versic. quarto eodem Iure, & Iulius Clarus in §. furtum numero 21. adeò quod non sit ipse irregularis, si iniqui possessoris mors inde proueniat, vt scripserunt Florian. Marsil. Cepoll.

98 & Alexand. adductis in locis: itidemque nec excommunicationem prolatam contra furantes, & detinentes, tunc incurrat, tametsi rem illam minimè restituat Angel. verbo furtum numero 41. Syluest. eodem verbo num. 9. in fine Rodriquez Lusitan. in summ. capit. 79. numero 11. parte prima, & Tolet. in summ. lib. 5. capit. 27. num. 10.

99 vers. Secundo, nec non Sylua Nupt. lib. 3. num. 43. ob quam eandem rationem neq; scientes incidunt in illam si non reuelant ipsum detemptorem, quod præcitatus Rodriquez, & alij inquiunt, dummodò certo sciant furem esse creditorem eius, cui illam rem furatus est, quod rectè quidem adiungunt Syluester, & Sylua Nuptial. locis nuperrimè relatis, atque Sayrus in suo Thesauro casuum

caſuum conſcientiæ lib.1.c.9. nu.34. verſ. quinto.
100 Qui præterea alios ſex caſus refert, & Corradus in q. 275. par. 2. in quibus teſtes non incurrunt excõmunicationem ſi minimè illud prodant, ad quod manifeſtandum monẽtur, per pręfatas monitorias: quorum duos ipſe refero ac pulcherrimis exorno ſententijs, & doctrinis ſuper Ritu 3. Cur. Archiep. Neap. num.17. Nempè ſi non alijs poſſit comprobari teſtimonijs, aut ſcripturis, & quod vnicus ſit, qui illius rei fuerit conſcius, quia tunc ille minimé teneretur reuelare, ſicuti neque alter qui ob periculum perſonæ propriæ, vel bonorum timet reuelare.

Alios verò quatuor ex illius verbis mox ſubijciã caſus, eisq; multas addam auctoritates, & rationes; non igitur is tenebitur vigore præfatarum monitionum reuelare, qui aliquod delictum ſiue furtum ab aliquo patratum fuiſſe, aut aliam rem ab aliquo detineri, audiuit ab illis quibus nulla eſſet fides adhibenda, quod præterea tradit Nauar. c.25. nu.46. Cordub. deciſ. Caſuum conſcient. q.43. caſu 65. & Rodriquez adducto cap.79. ſub num.7. Addit pręterea idem Sayr. alium caſum, & inquit neq; eum teneri, vbi alius iam delictum denunciauit, nam ex quó Iudex factus eſt certus, certior fieri non poteſt, iuxta cap. eum qui, de regul. iur. in 6. ſed huiuſmodi reſtrictionem improbandam ẽſſe cẽſeo ex multis, ac præſertim ex eo, quod licet vnius denunciatione ſciuerit Iudex veritatem, non tamen de ea ita certus eſt, vt poſſit furem, aut alium delinquentem, ſiue detemptorem rei punire, vel cõdemnare, ſeù cogere ad rem ipſam reſtituendam, ſed ſi eius dictum congruentioribus explicetur verbis, illud tunc veriſſimum eſſe exiſtimarem, vt minimè teneatur reuelare, qui illud ſcit, quoties ille denunciauit, á quo ipſe audiuit, ita ſiquidẽ loquitur Nauarr. dum eoſdem iſtos ſeptem caſus refert in Manuali cap.25. n.46. & reaſſumpſit Aragona in ſuo com-
101 pend. Inſuper neq; vigore præfatorum monitorialiũ tenebitur propalare Sacerdos auricularius ſi rem illam, quam detegẽdam eſſe moneat ſuperior ipſe Eccleſiaſticus, in confeſſione Sacramentali ſciuit, non etenim ipſum obligat excommunicatio prædicta gloſa 1. in c. Sacerdos de pœnit. diſt.6. & ſequitur Nauar. tum adducto cap.25. num.46. túm in ſuis commentarijs ſuper eodem capit. Sacerdos num.166. & Felin. in cap. intimauit poſt num.6. de teſtibus; eius autem concluſionis præcipua ratio videtur illa, quod ſi Confeſſarij etiam in Iudicio atteſtentur ea, quæ in confeſſione nouerunt nullam prorſus facerent fidem, vt concludunt Fulgoſ. in l. Archigerontes, ibique Bald. num.2. C. de Epiſcop. audient. Felin. in cap.1. poſt num.3. de except. Ripa in tractat. de peſte §. fin. num. 104. & Anton. Gabriel. lib. 7. commun. opin. concluſ. vltima num.19. & gloſa in cap. tua nos verſic. qualiter, in fine de ſponſal. ſi igitur non probant, ergo illud dicere minimè debent, vt in hac ſpecie edocet text. in cap. placuit 6. quæſt.2. & cap. ſi pecca-
102 uit 3. quæſt. 1. accedit altera quód cauere omninò debet Confeſſarius, ne verbo, aut ſigno, vel alio quouis modo prodat peccatorem, ex capit. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſs. & capit. Sacerdos de pœnit. diſtinct.6. copioseq; Diuus Thomas in addit ad 3. part. quæſt. 11. Gregor. de Valent. ſuper Diuum Thomam diſput. 7. quæſt. 13. tomo 4. Sayrus in ſumm. de pœnit. á capit. 29. vſque ad 33. Anton. Gabriel. adducta concluſ. vltima num.16. atque Theologi omnes in 4. ſentent. diſtinct. 21. quod eatenus verum, vt ſi Papa eidem Sacerdoti auriculario præciperet, aut ſecum diſpenſaret, vt alterius detegeret confeſsionem, non ei parere debeat, ex Nauar. indicato capit. Sacerdos num. 130. Ac demum neque reuelare compellitur Aduocatus, aut alius, qui aliquid ſciuit ob conſilium á ſe petitum, ita ſiquidem affirmat Nauar. citato num. 46. & Graff. lib.4. deciſ. Aurear. cap.8. num. 23. etenim quæ Aduocatus, aut alter quicumque ſciuit ab alio ipſum conſulente, nedum compelli minimè poteſt ad propalandum, verum celare obnoxius eſt, vt inquit de Franch. deciſ. 222. num. 12. Afflict. in Conſtit. Aduocatus, poſt num.6. ſiquidem non tantum Sacerdos cui fit confeſſio, & Laicus cui propter neceſſitatem aliquis confiteretur, & interpres per quem linguæ ignarus confitetur Sacerdoti, tenetur confeſſionem celare; ſed etiam is qui caſu alicuius confeſſionem audiuit, item is, cui cauſa Conſilij petendi reuelata eſt, quin etiam, & is cui cauſa detrahendi, & infamandi confeſſum panderetur, & alij quos recenſet Sayr. in ſumm. de pœnit. cap. 29. num.2. & compendiosè Tolet. in ſumm. peccat. lib. 3. capit. 16.
103 Excommunicationes autem præfatæ, quæ monitionibus præmiſſis ad finem reuelationis, aut pro deperditis ſeù ſubtractis rebus fieri ſolent á nemine prorſus concedi poſſunt præterquam ab Epi-
104 ſcopo, & tunc non alias quám ex re non vulgari, cauſaque diligenter, ac magna maturitate per ipſum Epiſcopum examinata Concil. Trident. Canone 3. ſeſſio.25. de reformatione; nam minimis cauſis culpabiles excommunicare prohibitum eſt per capit. 3. Concil. Agathen. in cap. Epiſcopi 11. quæſt. 3. quæ autem dicatur res non vulgaris, prætereo, quia idem Concilium eandem remittit arbitrio, & conſcientiæ Epiſcopi; qui pro re, loco, perſona, aut tempore præfatas monitiones decernendas eſſe Iudicet, eius tamen arbitrium regulari debere opinor à ſtylo Romanæ Curiæ non concedente eas pro re minori ducatorum quinquaginta, tametſi aliqui arbitrentur ac fortaſſe non perperam id ſubſiſtere cum in Ciuitatibus ſunt concedendæ, ſecus verò ſi in oppidis, aut villulis, in quibus pro ſubtracta re non tanti valoris dari poſſe admittunt, dummodò non exiliore ducatorum duorum. Nec contradicit gloſa penultima, & ab omnibus reputata ſingularis in capit. duo ſunt 96. diſtinct. vt quælibet contumacia digna ſit excommunicatione, tantoque maior reputetur contumacia, quanto ex re minori conſurgit, per capit. non poteſt 2. quæſt. 7. etenim eius reſolutio ſubſiſtit reſpectu contumaciæ in non comparendo, non autem contumaciæ in non parendo, vt declarat Abb. in capit. 1. poſt num. 10. de Iudic. & Corſet. ſing. 65. contumax.
105 Sed prædictas monitiones ad finem reuelationis, vtrum ne Vicarius dare poſſit non exiguum videtur dubium, tametſi ſpecialem ad eas habuerit facultatem ab Epiſcopo, nam eiuſdem Cõcilij ver-

ba illa taxatiua (à nemine prorsus præterquam ab
Episcopo decernantur) excludere videntur alium
non Episcopum, atque ita declarandum esse vide-
batur, aliquibus Illustrissimis Dominis Cardinali-
bus Sacri Concilij interpretibus; vniuersa tamen
Congregatio censuit in vna Rauennat. eas concedi
posse ab Episcopo eiusque Vicario, si illi specialiter
hoc demandauerit, vel permiserit Episcopus, iuxta
verba quibus in hac re vsa est Congregatio ipsa
quam eandem resolutionem iterum firmauit sub
die 25. Februarij 1583.
106 Vicarius etiam à capitulo electus sede vacante
easdem concedere non impeditur, quia ad Capitu-
lum transeunt omnia, quę sunt iurisdictioni neces-
saria, vt est excommunicationis promulgandæ fa-
cultas, teste Martha citando cap. 4. nu. 53. & decla-
rauit eadem Congregatio, quæ præterea in vna
Parm & Berton, conclusit die 26. Octobris 1590.
præfata monitoria etiam Vicario Apostolico licere
107 concedere præuia causæ cognitione; Inferiores
verò ordinarij, etiam exempti, & immediatè Sedi
Apostolicæ subiecti, ac nullius Diœcesis nequeunt
eas dare, etenim subditos illorum oportet pro eis
recurrere ad sedem Apostolicam cúm nec vici-
niores Episcopi eisdem valeant eiuscemodi moni-
tiones elargiri, prout censuit eadem Congregatio
in vna Aquilan. quæ rursus illud idem pronuncia-
uit ne concedi possent à Commendatore Abbatiæ
hominibus sibi subiectis, quamuis nullius Diœcesis,
minusque á vicinis Episcopis in iurisdictione eius-
dem Abbatiæ, sed à Sede Apostolica cum illi sit su-
biecta, nulliusque Diœcesis dicatur,
108 Concedi autem istæ monitiones haud debent,
nisi illius præcedat petitio cuius interest, iuxta Cō-
stit. 183. Pij V. Sanctissimus, vt propterea aliquid
saltem per suum iuramentum probare debeat. su-
per his, in quibus petit monitiones, concludat post
Guttieres Canon. qq lib. 1. capit. 11. Martha
109 de iurisd, par. 3. cap. 4. nu 11. quin si habens inte-
resse formatum compareat coram Episcopo, &
opponat, sicut in alijs Iudicijs de legitimatione per-
sonæ, quia de ea plenarié cognosci debet etiam in
summarijs, èx glosa penult. in l. 2, C. de edicto Diui
Adriani tollend. ab omnibus illic reputata singula-
ri, teste Iasone in Rubr. C. qui admitti num. 1. &
Maranta in praxi iudiciaria, versic. Nonum Mem-
brum num. 5. Ideo ob talem exceptionem eiusmo-
di monitoria transire in vim simplicis citationis di-
cit Martha eod. cap, 4. sub nu. 12. & concinunt nota-
ta per Rotam in decis. 383. resoluerunt Domini
110 num. 4. par. 1. diuers. Immó si prædictus com-
parens petat depositionem principalis super inter-
rogatorijs quibus posset constare de iniustitia pe-
tentis illa, sit omninò audiendus eiusque instantia
111 admittenda, ac propterea actor examinandus cū
iuramento super capitibus ab eo productis, quod
seruari etiam scio, Testes verò qui eisdem moni-
tionibus impulsi veniunt testimonium veritatis di-
cturi, minimè iurant, sed sequentibus verbis solent
eorum reuelationes exordiri, N, ætatis annorum
triginta vt dixit testis veniens ad reuelationē præ-
dictæ excōmunicationis dixit, & reuelauit hoc tan-
tum scire. &c. nisi tamē in monitorijs sanciretur, vt
propalationes fierent cum Iuramēto, quod quippé
& præcipi iuste posse, & tunc non nisi præcedente

Iuramento admitti testes ad reuelandum affirmat
sequutus Neuizanum, & Iacob. Mandell. de Alba,
cons. 15. sub nu. 6. propè finem vol. 1. Lazarius de
monitor. sect. 4. q. 9. nu. 15. ex quibus omnibus illud
potissimum desumitur assumptum; teneri reuelā-
112 tē in scriptis reuelare ac propalare quicquid scit,
atque ideò non satisfaciat eiusmodi monitorijs, qui
Episcopo oretenus illud manifestaret, quod Nauar
ro auctore in cons. 5. de furtis, scripsit Genuens. in
praxi Archiep. c. 1. nu. 19. Restringo tamen in loco
quem memorat Hieronymus à Laurētijs in decis.
Auenionensi 136. vbi nō esse opus facti narratione
scriptis, aut verbis ait, sed sufficere si dicat Iudici,
vel parti, scio aliquid de contētis in tuo monitorio,
& quādo ero vocatus à Iudice offero me paratum
testificari, & tunc sit ille exemptus, sed corā Iudice
laico teneatur deinde veritatem dicere, cum de eius
mandato citabitur. Namq; statutum illius Ciuita-
tis id sanxit in lib. 2. tit. 33. quod in aliquibus prędi-
ctorum confirmari iuri communi apparet, ex di-
ctis in superioribus, sed quia relatum statutum pre-
terea sanxit exemptum eum etiam esse à monito-
rio, qui sciens ita reuelet impetranti, cui capiti fa-
uere ius commune non reperi, ideò cum isthæc
sanctio tantum municipali lege fulcitur, vtique fi-
nes territorij statuentis non egreditur.
113 Neque concedi debent cum nominibus debito-
rum, quorū nomina exprimi haud posse dixit text.
in c si Sacerdos de offic, ordin. & euidētius Martha
114 dicta par. 3. c, 5. nu. 1. nec etiā super capitibus infa-
matorijs Sylua Nuptialis lib. 4. nu. 50. & Bernard.
Diaza in regula 243. Episcopus limit 4. & alij mil-
115 le. Atq; itidem si alter compareat, & dicat bona
ipsa penes se esse, ac tuta conscientia retinere, idq; se
probaturum promittat coram Iudice competenti,
namq; vlterius tunc non esse procedēdum, ait præ-
fatus Diaza, nec nō Ant. à Sola in Constir. Sabaudiæ
rubr. de tribun. compet. glosa 4. nu. 8. Guttieres ca-
non qq. lib. 1. c. 11. num. 82. citatusq; Rodriq. eod.
cap. 79. nu. 14. & Marius Anton. variar. resol. lib. 1.
resolut. vltima, casu 75. vers. verum,
116 In qua tamē parte Iudicij sint cōcedenda isthæc
monitoria, non dilato fimbrias, cū dari possint tùm
ante cœptam litem, teste Neuizano lib. 3. 9. monito-
riæ, Antonio Sola ad Constit, Sabaud. rubr. vti ne-
mo inuitus accusare num. 9. & Lazzario de moni-
torijs sect. 1. q. 18, sub nu. 9. pitulaturq; text. in c. ad
nostram el 2. de iure iuran, tùm ea pendente Cra-
uett, consil. 181. Iudex propé numerū 6. Francisc.
Marc. decis. Delphin. 656. queritur, an pro testimo-
nio sub nu. 3, par. 2. iuxta impressionem Lugdunen.
apud Cardonū, nec non Mandell. de Alba cons. 15.
nu. 6. vol. 1. Gregor. Tholos. Syntagm. iuris vniuersi
par. 3. lib. 48. c. 13. nu. 31. ante tamē quam terminus
præterierit ex omnium iam citatorum, & aliorum
assensu. Tametsi quandoq; etiam postmodum cō-
cedantur, additis quoq; testificatis, scilicet in termi-
no restitutionis in integrum, & alijs in casibus in
quibus tunc possunt testes produci de iure, vel etiā
in causa appellationis, vt quotidie practicaui, & de-
fendit in omnibus prædictis casibus auctor praxis
Episcopalis, verbo excommunicationis causa ma-
terialis 9. Ad secundum sunt qui dicant par. 1. nec
non idem Petrus Antonius Lazzarius adducta
quæst. 18. num. 11. & sect. 4. quæst. 1. numero 23,

vbi

vbi ipſe reſtringit genericum dictum Lelij Zecchæ
in ſua Republ. Eccleſiaſt. tit. de Prælat. cap. 1. §. ex-
communicatio verò nu. 6. ſcilicet monitiones iſtas
concedi poſſe, etiam poſt concluſum in cauſa, cui
inhæret citatus Mandellus de Alba eodem conſ. 15.
117 nu. 6. Ex his etiam probari eiuſmodi monitio-
nes toties poſſe concedi in eadem cauſa, quoties, &
teſtes produci admoneo, & conſequenter vbicum-
que in aliqua cauſa iura permictunt iterum, atque
pluries in eadem inſtantia poſſe examinari teſtes,
articuloſq; produci, ſicuti, & paſſim, licet in prima,
& ſecunda inſtantia, ſemper fas ſit eiuſmodi elar-
giri monitoria; pendent enim ab ipſa poteſtate,
examinandi, maximè, quod Rota ſpeciatim loquẽs
oſtendit vltra vnicam vicem iam dictas monitiones
in eadem cauſa fuiſſe conceſſas, in deciſ. 383. circa
nu. 4. par. 1. diuerſor. Reſtringo tamen ad eum tan-
tum caſum, cum termino iam locus eſt, ſiuè ordi-
nario iure, ſiuè ex capite reſtitutionis. Ac propte-
118 rea ad alteram deſcendo reſolutionem, vt capita
ſuper quibus danda ſunt monitoria, alterius tenoris
eſſe nequeant, quam illius, cuius articuli de iure eſ-
ſe poſſunt in eo caſu, atque ideò ſi dubitetur, vtrum
ne ſint talia monitoria relaxanda, & ſuper quibus
capitibus, cuiuſq; tenoris, qualitatis, & ſubſtantiæ;
primitus inquirendum ſit; liceat ne articulos præ-
ſentare, teſteſq; examinari facere; cuiuſq; tenoris,
& qualitatis eſſe poſſint, & tunc idipſum obſerua-
ri debeat in admittendis, aut denegandis capitibus
iſtis, necnon in concedendis monitorijs.
119 Quin etiam aduertendum moneo, quod vbicũ-
que res nota eſſet, vel in foro ciuili tranſigi, aliauè
via probari poſſet, nullatenus procedendum eſſet
ad monitoria ipſa, atque prolationem deinde ex-
communicationis, per Sot. in 4 ſentent. diſt. 22. q. 1.
art. 2. verſ. inter hæc, quibus addo, quæ ſcribit Laz-
zarius de monitorijs ſect. 1. q. 15. à nu. 3. & Rodriq.
Luſitan. in ſumm. cap. 79. nu. 5. par. 1.
Sed quamuis pro ſubtractis rebus, aut alijs cri-
minalibus cauſis concedantur monitiones ipſæ, aut
quoque excommunicatio, ac poſtmodum teſtium
reuelationes, & earum copia illi detur, qui eas pu-
120 blicari procurauit, eiſq; vtatur etiam coram lai-
co Iudice aduerſus furantem, non propterea fieret
irregularis ſuperior Eccleſiaſticus, qui eas conceſ-
ſit, quamuis ſubſequatur inde mors furantis, dum-
modo eas conceſſerit cum proteſtatione, ne aliter
quàm ciuiliter, & reſpectu intereſſe faciant fidem,
non autem ad offenſionem aliorum, ſed tantum
defenſionem, non ſecus ac poſſunt clerici de laicis,
ſuis malefactoribus quærelam penes ſecularem
Iudicem deponere, ac petere emendam ſibi fieri, &
prouideri ne contra eos talia de cætero præſuman-
tur, quia ſi præhabita iam dicta proteſtatione fa-
ciant, non erunt irregulares. quamuis alias in tali
caſu de iure debeat pœna ſanguinis irrogari, & Iu-
dex mortem illis inferat iuſtitia exigente, cap. Præ-
latis de homicid. in ſexto, in monitorijs propterea
Papalibus ea adiciuntur verba; volumus autem,
quod ex reuelatione huiuſmodi ſi eam fieri contin-
gat, non poſſit niſi pro ciuili intereſſe, & ciuiliter
tantum agi, & aliter reuelationes ipſæ, neque in iu-
dicio, neque extra iudicium fidem faciant. Qui-
nimmo in Curia Archiepiſcopali Neapolitana cau-
tius agitur; ſiquidem præfatarum reuelationum
earum copia datur, in eius calce decretum interpo-
nitur, præcipiens ſub pœna excommunicationis la-
tæ ſententiæ, ne aliquis præſumat quoquomodo
prædictis reuelationibus vti, aut earum vigore pro-
cedere in alia cauſa quàm ciuili, quapropter tum
pars ipſa, tùm Iudices rationabiliter pertimeſcen-
tes ſententiam illam excommunicationis, eidem
contrauenire minime audent, at eam iuſtè veren-
tur, & parent.
121 Coram quo ſiuè laico, ſiuè Eccleſiaſtico Iudice
repetendi citra dubium poſtea ſunt teſtes eiuſmodi
citata parte, vt probent; alioqui eorum aſſertioni-
bus nulla eſſet adhibenda fides; in his quæ excitati
literis monitorialibus Epiſcoporum depoſuerunt
in Curia Eccleſiaſtica, vt inquiunt Bertrand. conſ.
112. propter duo coniunctim, ſub nu. 14. volum. 6.
Raudenſ. deciſ. Piſana 21. in cauſa, nu. 11. par. 1. &
nouiſſime Ioan. Bapt. Coſta in tract. de fact. ſcient.
centur. 2. diſt. 55. nu. 11. & 12. tom. 1. Quo loci ad-
122 monet inſuper, quod ſi in eorum repetitione fa-
cta coram Iudice ſæculari, teſtes ipſi ſe remitterent
ad propalationes, per eoſdem propter monitorias
prædictas, coram Eccleſiaſtico antea factas, eiuſ-
modi eorum atteſtatio prorſus corrueret, ſuffultus
doctrina Octau. Cacher. deciſ. 128. reſcripto domi-
nicali nu. 13. quem præterea inſequuntur Horten-
ſius Caualc. in tract. de teſtib. par. 3. nu. 204. in addit.
mag. & poſt alios modernus, ſed benemeritus Iu-
reconſultus Lazarius, in canonic. & practic. quæſt.
ſect. 4. q. 9. reuelata virtute monitorij nu. 3. vbi nu. 4.
optimè declarat id procedere quotieſcumque te-
ſtis ſimpliciter refert ſe ad præcedentes reuelatio-
nes, non autem ſi petierit ſibi legi priores reuelatio-
nes, & illa repetierit de verbo ad verbum, vel eis
aliquid addiderit, aut diminuerit, ſicuti omnium
videtur reſponſio generica in materia repetendo-
rum teſtium, quorum aliquos idem Lazarius me-
morat Auctores, eorumq; verba in hac ſpecie re-
fert, opitulatur etiam Io. Gutieres d. lib. 1. canonic.
123 quæſtion. cap. 11. nu. 94. Quod autem examinari
poſſint (ſi pars inſteterit) cum interrogatorijs ab
illa productis, dicit ipſemet Lazarius in initio dictę
quæſtionis.
124 Cum verò ab Epiſcopo fuerunt conceſſa mo-
nitoria vigore ſignificauit, expeditià Summo Pon-
tifice ab eodem deinde, vel altero Epiſcopo tan-
quam ordinario, non ſunt danda in eadem cauſa, vt
probat deciſ. Rotæ 383. reſoluerunt nu. 10. par. 1.
diuerſ. & Martha in tract. de iuriſdict. par. 3. cap. 4.
125 ſub nu. 57. Nam excommunicatio promulgata
ab Ordinario tanquam delegato Apoſtolico non
afficit inobedientes, quo ad capita non contenta
in delegatione, tùm quia nequit in illis manus ap-
ponere, vt Ordinarius, in quibus appoſuit tacitè vt
delegatus, ex coaceruatis in eadem deciſ. 383. Tùm
126 quia monitorialia eiuſmodi à Papa expedita ſub
verbis generalibus, nequeunt eorumdem exequu-
tores declarare, & particularia in eis admittere ca-
pita, idq; declaratum fuiſſe per ſacram Congrega-
tionem Epiſcoporum, teſtatur Martha adducto lo-
co, quod aduertendum aduerſus contrarium, &
prauum vſum, quarumdam Curiarum Eccleſiaſti-
carum, & ipſe vidi literas à Sacra Congregatione
Concilij ad Archiepiſcopum Neapolitanum datas,
ac manu Antonij Cardinalis Carrafæ ſubſcriptas,
quibus

quibus Congregatio ipsa licere tantum executori illorum tenorem in linguam vernaculam, & maternam redigere, non autem quid immutare, aut addere declarauit, tametsi ex vi verborum obligétur ex alia causa quam expressa in literis virtute alicuius clausulæ, vt dicam in vers. contigit, nam & tunc addere alia capita minimè licet, sed illam tantum clausulam vulgarizare; horum autem monitorialium tenor, his solet concipi verbis.

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus Laquedonen. & Bisacien. ac Asculan. Episcopis, siué dilectis filijs eorum Vicarijs in spiritualibus generalibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Significauit nobis dilecta in Christo filia Calamita de Matthia mulier Laquedonensis Diœcesis, ex Terra Rocchettæ S. Antonij orta, nata, & hæres quondam Persiani, etiam de Matthia, quòd nonnulli iniquitatis filij, quos prorsus ignorat, census, terras, domos, possessiones, bona mobilia, & immobilia, scripturas publicas, & priuatas, fidem tamen facientes, ac iura, necnon pecuniarum summas, auri, & argenti, vini, olei, hordei, frumenti, ac aliarum frugum quantitatem, iocalia, gemmas, pannos, laneos, lineos, sericos, domusq; suppellectilia magni momenti ad dictam significantem, ratione successionis hæreditariæ prædicti Persiani, ac alias legitimè spectantia subtraxerunt, & temerè occupauerunt, eaq; malitiosè occultare, ac occultè, & indebitè detinere præsumpserunt, & præsumunt, ex quo prædictæ significanti grauia damna valorem quinquaginta ducatorum excedentia nequiter intulerunt in animarum suarum periculum, & dictæ significantis non modicum detrimentum, super quo ipsa significans Apostolicæ sedis remedium implorauit: Quo circa fraternitatibus vestris, Episcopi, seu discretioni vestræ filij Vicarij per Apostolica scripta mandamus quatenus vos. & quilibet vestrum, videlicet in vestris Ciuitate, & Diœcesi, si cum diligenter, & magna maturitate per vos examinata parte, loci, temporis, & personarum qualitatibus, vobis pro vestra conscientia videbitur expedire, omnes huiusmodi bonorum detemptores, & illorum celatores, aut alias scientiam habentes, ac damnorum illatores occultos ex parte nostra publicè, in Ecclesijs coram populo per vos, vel alium, seu alios, moneatis, vt infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea dictæ significanti à se debita detemptores quidem, & occupatores restituant, occultatores verò, ac illa scientes reuelent, & si id non adimpleuerint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis peremptoriè præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, & faciatis, vbi, quando, & quoties opus fuerit, & videbitur expedire, vsque ad satisfactionem condignam, & reuelationem debitam sollemniter publicare. Volumus autem, quod ex reuelatione huiusmodi, si eam fieri contingat, non possit nisi pro ciuili interesse, & ciuiliter tantum agi, & aliter reuelationes ipsæ, neque in iudicio, neque extra iudicium fidem faciant. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo tertio, decimo Kalendis Februarij, Pontificatus nostri anno nono 5. Ianuar. D. Nicolas Anerottus, Fr. Beger. N. Ponsardus Gagno vnus, P. Corradinus, locus ✝ plumbi pendentis in cordula.

Contigit dubitari in hoc negotio, si in excommunicationem prædictam Papalem incidissent, qui occultatorem alterius rei eidem Calamitæ alia ex causa, quam hæreditatis paternæ competentis, minimè propalauerant, & auditis partibus pronunciaui incurrisse propter illa verba, in supradicto si-
127 gnificauit apposita (ac alias legitimè spectantia) hæc enim est vis illius dictionis, alias, scilicet comprehendere aliam quamcumque causam præter expressam, item alium quemcumque modum, aut alium quemcumque casum, siuè aliud quodcumque tempus, quod orationi magis conueniat, ex magistrali doctrina Bart. in l. 1. nu. 12. ff. de condit. & demonstr. quem sequitur Raudens. variar. resolut. cap. 37. nu. 64. deducitur enim ab illa voce, alius, quæ diuersitatem ‖ præportat á supra expressis l. si fundum sub conditione §. si libertus ff. de legat. 1. probatq; Decian. cons. 99. nu. 24. lib. 1. & Mantica, qui hanc dictionem intelligi in alio casu affirmat decis. 316. sub nu. 1. maximè cum alioquin frustra addita fuissent, si tantum amplexarentur competentia ex causa successionis hæreditariæ, cuius iam meminerat rescriptum in antecedentibus verbis, quæ præsertim immediatè præcedunt, vt propterea dicendum sit, illa, & immediatè subsequentia ampliatiuè addita fuisse, & extensiuè ad alium modum vltra hæreditarium. Illi propterea acquiescentes meæ sententiæ, manifestata veritate facti humiliter petierunt, & obtinuerunt absolutionem.
128 Et occasione inde sumpta hæsitatum fuit, ac diutius controuersum, an vigore monitorialium Papalium possit illarum exequutor abolere, & ab ea absoluere postquam paruit, qui earum vigore in eam inciderat, & affirmat, ita resolutum attestans Marius Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. vltima casu 37. vbi complures adducit rationes, & eam præsertim, quod dicta sententia excommunicationis est generalis, prout ex verbis eorumdem monitorialium apertè constat, dum dicitur, generalem excommunicationis sententiam proferas, ex qua
129 altera suboritur conclusio, vt à sententia generali excommunicationis lata ab homine, absoluere valeat, qui à censura à iure lata, & nemini retenta, posset, vt præter Doctores in cap. graue de præbend. aduertit Nauar. summ. cap. 27. nu. 44. Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 12. nu. 4. de sentent. excommun. in sexto, Tolet. in summ. lib. 1. cap. 10. nu. 9. Sayrus in suo thesaur. cas. conscient. lib. 2. cap. 19. nu. 5. & cap. 20. nu. 2. quæ tamen resolutio non leuem patitur difficultatem, cum Vgolinus dixerit contrariam esse veram, & communem, vt scilicet excommunicatum per generalem sententiam, ab ea absoluere tantum excommunicans, possit ad instar illius, qui per sententiam speciatim reperitur excommunicatus, à qua resolutione nullatenus discedendum esse tuetur, in tract. de censur. ecclesiast. tabul. 1. cap. 4. & pro absoluto habet Felyn. in cap. pastoralis §. præterea nu. 9. de offic. ordinar. sed vbi hæc posterior opinio verior iudicetur, in quam ipse quoque libentius inclino in sequenti versiculo, attamen principalis resolutio tradita à Mario Antonino adducto casu 37. non ob id humi prosternitur, tum quia vtraque dictarum opinionum probabilis

babilis eſt; tum etiam, quod idem Marius Antoninus non hac tantum fretus ratione, ita concluſit, ſed alias inſuper cumulauit ad eandem comprobádum ſententiam, eam propterea ipſe quoque inſequor. Quam etiam continuo vſu amplexatam ſcio reſolutionem, & ab omnibus Eccleſiaſticis Curijs. Quinimmo à Romana etiam approbatam, cui reſolutioni minimè refragari poterit doctrina, gloſ. in cap. cum inferior, verſ. ligare de maior. & obed. cum in eius calce ſcripſit non ei licere abſoluere, cui tanquam exequutori commiſſus fuerit certus articulus excommunicandi, quàm aliorum auctoritatibus comprobauit Rendina in promptuar. recept. ſentent. tit. 41. ſub num. 2. quandoquidem ex verbis, quibus Papa ſolet vti in literis ſignificauit, & retuli in verſ. antecedenti, apparet illum, cui delegatur poteſtas excommunicandi non eſſe merum exequutorem, at citius delegatum cum iuriſdictione excommunicandi, per illa præſertim verba, ſi cum diligenter, & magna maturitate per vos examinata parte, loci temporis, & perſonarum qualitatibus vobis, pro veſtra conſcientia videbitur expedire omnes huiuſmodi, &c. item per illa, duxeritis, &c. tandemq; per alia: vbi, quando, & quoties opus fuerit, & videbitur expedire, vſque ad ſatisfactionem condignam & reuelationem debitam ſollemniter publicare: ob idq; ſubintret potius altera doctrina gloſ. in cap. ſi homo verſ. quouſque 27. q. 1. vt abſoluere tunc valeat, quam inſequitur Butr. in eodem cap. cum inferior, verſ. in eadem, ibi, item eſt hic argumentum ſub ſin. 8.

130 Quis tandem valeat concedere abſolutionem ab excommunicatione ſcribunt ceteris fuſius Gregor. de Valent. ſuper D. Thom im diſput. 7. q. 17. punctu 8. tom. 4. & Sayr. in ſuo theſaur. caſ. conſcient. lib. 2. cap. 19. cum duob. ſeqq. Ipſeq; hanc rem breuibus verbis reſtringens affirmo, vt ab excommunicatione iuris nemini reſeruata poſſit abſolutionem elargiri proprius Prælatus, per cap. nuper de ſentent. excommun. vbi Scribentes omnes, ac præſertim gloſ. in verb. non retinuit, Abb. nu. 5. & Felyn. nuin. 3. Durand. in 4. ſentent. diſt. 18. q. 9. nu. 7. Sot. eod. lib. diſt. 22. q. 2. art. 3. concl. 3. Henrich. in ſumm. theol. moral. lib. 13. cap. 27. §. 3. Quinimmo etiam ſi ius illam alteri reſeruauerit, adhuc poterit Epiſcopus, aut eius Vicarius ad id ſpecialiter deputatus eam concedere, ſi occulta fuerit excommunicatio per Concil. Trident. in cap. liceat ſeſſ. 24. de reformat. vt firmat Cathecheſis Neapolitana lib. 1. cap. 25. num. 9. & Lelius Zeccha in explicatione caſuum Epiſcop. reſeruat. caſu 1. ſub rubr. de excommun. §. de abſolutione verſ. ſecundo ſciendum, ipſeq; ediſſero in rubr. de priuileg. cleric. cap. 1. nu.... Ab excommunicatione verò hominis, non alius, quam idem excommunicans, aut eius ſuperior, vel ſucceſſor abſoluere poteſt, ex cap. paſtoralis §. præterea de offic. ordin. Nauar. conſ. 49. quidam in loco longiſſimo nu. 5. de ſentent. excommun. in nouis, ſiuè 6. in antiquis, Sayr. deciſ. 7. lib. 5. tit. 13. quod tamen verum eſſe affirmat, ſi excommunicatio afficiat perſonam nominatam, non autem ſi ca generica ſit, quia tunc perinde poſſet auferri, ſicuti excómunicatio iuris, præter Doctores in antecedenti verſ. relatos, affirmauit Imol. in cap. graue num. 15. verſ. aduerte tamen, de probat. Nauar. conſ. 47. ad mendicantes nu. 1. in nouis, ſiuè 16. in antiq. de ſentent. excomm. necnon in manuali cap. 27. num. 44. Sot. ead. diſt. 22. concl. 2. verſ. ſed aliud, Aſtaſan. par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 6. q. 1. & Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 12. verſ. ſecundo, de ſentent. excomm. & Gregor. de Valent. adducto punct. 8. verſ. à maiori autem, ex quibus, & alijs rationibus mox adducendis reſcripſi, cuidam Reuerendiſſimo Antiſtiti recuſanti abſoluere ſuum ſubditum, qui excommunicationem incurrerat in Ciuitate Neapolis, quod ſine illius ordinarij licentia, Monaſterium quoddam Monialium adiuerat, inibiq; monialem quandam alloquutus erat, tametſi non aliam ſubnectere rationem prætermiſerim, qua eundem Antiſtitem inducere nitebar ad impertiendam petitam abſolutionem in hoc caſu, fatebar enim huiuſmodi excommunicationem incurri in ipſa Ciuitate Neapolis, & hac cauſa propter conſtitutiones Synodales, qualibet die Iouis ſancti publicari ſolitas, idque certiſſimum eſſe vnicuique patet, atque ideò poterat ipſe Præſul ab ea abſoluere, cum ſit excommunicatio à lege, etenim vt abſolutio nemini reſeruata ab excommunicatione prolata à Conſtitutionibus Synodalibus concedi poſſit, ſicuti ab excommunicatione lata à Canone, probát Io. Andr. in cap. graue poſt nu. 9. de præb. & Imol. nu. 17. ita ab excommunicatione facta per cóſtitutionem aliquam, ſiuè edictum, ſeu ſtatutum hominis, vt plenè demonſtrat, Felyn. in cap. paſtoralis §. præterea nu. 9. verſ. fallit primo de offic. ordin. ſed excómunicatio lata pro futuris culpis non eſt ferenda per ſententiam, vt ſubiungit illic Felyn. verſ. neque obſtat, & mouetur per text. in cap. Romana §. caueant, de ſentent. excomm. in ſexto, at ſolum per ſtatutum, iuxta cap. 2. de conſtitut. in ſexto, ideò cum excommunicatio indicta aduerſus loquentes cum monialibus emanauerit pro futuris culpis, inferendum erat ipſam propterea fuiſſe latam per ſtatutum, & conſequenter abſolui poſſe ab Epiſcopo tanquam ab excommunicatione iuris nemini retenta, quæ poſtmodum retuli religioſiſſimo æquè, ac doctiſſimo, & benemerito Curtio Palumbo Canonico Neapolitano, & Illuſtriſſimi Cardinalis Geſualdi tunc Vicario Monialium, in eadem Ciuitate ipſa Neapolis, nunc etiam ampliſſimi Decij Cardinalis Carrafæ, qui reſpondit illum à proprio Epiſcopo abſolui potuiſſe, ex quolibet prædictorum capitum, ac propterea me rectè conſuluiſſe.

131 Quinimmo in caſu, de quo pridie interrogatus fui de excommunicato nominatim ab Epiſcopo reſeruáte illius excommunicationis abſolutionem Summo Pontifici, cum eam protulit ſententiam. Reſpondi, quod quamuis ſua eſſet excommunicatio, & potuiſſet ab ea abſolutionem impartiri, ſi eam haud reſeruaſſet Papæ, attamen quia Papæ reſeruauit non amplius eidem excommunicanti licere ab ea abſoluere, ſtante reſeruatione prædicta; ad id ductus doctrina Io. Andr. in cap. graue poſt nu. 9. de præben. qui ſubſcripta profert verba; à ſententia excommunicationis lata per Canonem Synodalem Archiepiſcopum, & Ordinarium poſſe abſoluere (ſubiungit) potuiſſent enim, ſi non reſeruaſſent Papæ abſolutionem. Innititur igitur Ioan. Andr. reſeruatione, ob quam negat poſſe, & affirmat ſi ea abeſſet, & quidem ſuffragatur conſimilis reſolu-

resolutio de appellatione á decreto interloquutorio admissa, in quo certum est numquam ipsam interloquutoriam transire in rem iudicatam, quo ad Iudicem, quo minus illam possit quocumque tépore, etiam post decendium reuocare, licet transeat respectu partis, quæ nequeat ex tunc contra eandem opponere, reclamare, vel appellare, vt aduertunt Corneus conf. 117. viso processu nu. 4. vol. 4. necnon Surd. conf. 167. declarauit num. 4. & 11. vol. 2. & ratio primi dicti est, quia, quod iussit, vetuitq; Prætor tolli potest contrario Imperio, l. quod iussit ff. de re iudic. & nihilominus indubitatum est, ne valeat interloquutoriá reuocare Iudex postquam detulit appellationi ab ipsa interloquutoria interpositæ; quod probat Gemin. in cap. cum appellationibus 6. si verò Iudex nu. 6. de appellat. in sexto, Petr. Anton. Anguison conf. 47. gerens negotium alienum nu. 3. lib. 3. Lancell. in tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 1. nu. 72. & Franch. in cap. cum cessante nu. 14. de appellat. ac decisum scimus per Rotam Prouinciæ Marchiæ apud Antonium de Amatis decis. 68. quando appellatio; omnesq; eam afferunt rationem, quia cum abdicauerit à se iurisdictionem non potest ex defectu iurisdictionis, qui est insanabilis eam amplius exercere; quæ profecto ratio, & decisio antea relata, congruunt, ni fallor, casui nostro, vt propterea iddem ius sit in eo merito statuendum: tu cogita, quia hic casus euenit in partibus Calabriæ, & sæpius in Ciuitatibus propè Neapolim, ac semper ita factum audiui, & hodie, quæ est 22. Septembris anni 1609. materiæ rescriptorum incumbens reperi decis. Rotæ 362. si causa committatur, vel 13. de offic. deleg. in nouis, quæ in eius calce his vtitur verbis, adductæ sententiæ opitulantibus, & sunt. Imò á se iurisdictionem quam habebat abdicare, non poterat, remittendo alteri Iudici, sed benè remittendo ad Cancellarium Domini nostri Papæ, quia hoc est remittere ad Curiam, siuè Cōcistorium ipsius Principis; tunc enim etiam si iurisdictionem habuisset, illa totaliter in potestate superioris transfusa fuisset per iura superius allegata, & vide notata per Io. Andr. in nouell. cap. vt debitus de appellat. hæc sunt prædictæ decisionis verba, quæ si faueant sententiæ superius relatæ, & multis antea annis à me traditæ, poterit lector benè cognoscere, & ni fallor, ipsum responsurum propterea credo, iam dicta verba comprobare apertè conclusionem meam, & alteri in ea decisione firmatæ affinem, sumpta ratione ex vulgato argumento à simili, quod in iure est validissimum.

132 Ex his tamen aliud emergit dubium, si cum Episcopus reseruauit absolutionem Papæ, videatur etiam veritus Iudex Metropolitanus eam elargiri in casibus sibi à iure permissis? huius hæsitationis maxima apparet dubitatio ob illud assumptum, quod nemo alteri inferre potest præiudicium, & tamen libentius subscribo sententiæ concludenti censeri abdicatam, etiam ab Archipresule, eiusq; Curia dictam potestatem absoluendi, quandoquidem ex verbis hactenus relatis, apparet, nedum esse amotam potestatem absoluendi ab ipso excommunicāte, at illam competere supremo Præsuli, cui fuit per eundem excommunicantem reseruata; si itaque tantum Papæ dicitur relaxata, nullus alius inferior id quibit, & rationi in contrarium insinuatæ fortasse validè responderi poterit, quod principaliter præiudicat sibimetipsi excommunicanti, & suæ iurisdictioni; Metropolitano autem in consequentiam: imò cum Metropolitanus sit tantum Iudex, in casu appellationis iure interpositæ, non sibi præiudicatur hoc casu, in quo ad eum non appellatur, quia ad supremum Principem tantum propter retentionem iam dictam appellare licet, quin etiam si ad Papam omisso medio, & Iudice ipso Metropolitano non prohibetur, quicumque grauatus ab Episcopo prouocare, non erit inconueniens, si hoc etiam casu id faciendum sit præsertim, quod ipse prior Iudex, dicitur Iudex ordinarius. Alter verò appellationis reputatur Iudex extraordinarius, a Guid. Pap. decis. . . . . & si demonstraui per illam reseruationem sublatam potestatem Iudicis ordinarij, longè magis extraordinarij, per argumentum à simili de remedio ordinario, & extraordinario, de quo omnium est vox, facilius extraordinarium, quàm ordinarium auferri.

133 Eiusmodi verò absolutione vtrum indigeat, si iustè impeditus comparere propter contumaciam excommunicatus fuerit à Iudice; etenim constito deinde de prædicto impedimento contendunt aliqui, ne fuerit tali excommunicatione ligatus, atque ideò absolutionem habere non sit necesse; dissentiunt alij asseuerantes ipsum iam dicta censura innodatum, tametsi facilè illi concedendam absolutionem credant: vtriusque sententiæ sectatores memorat Rendina in promptuar. receptar. sentent. tit. 41. sub nu. 4. Ipse autem in quam libentius propendat non addit, poterit tamen ex eisdem, quo illic recenset scriptores vnusquisque depromere, vtra earū sit verior opinio, quarum posterioré ipse insequor veluti securiorem. & in conscientia tutiorem.

134 Verùm cum concessa fuerunt monitoria ista generica, deindeque prolata excommunicationis sententia, neque à principali paritum fuerit, neque à testibus propalatum, quod sciuisse conuincuntur, possint ne in specie excommunicari non semel interrogatus sui; & quidem semper ea vsus sum distinctione, quod si de principali quæritur vidēdum primitus est, quo verborum tenore fuerunt data monitoria, etenim si contra scientes, vt reuelent, & minimè excommunicari valeat nominatim cum scripserim in rit. 3. Curiæ Archiepiscopalis Neapolit. nu. 18. non illum teneri reuelare, cum verò eadem monitoria non modo tendunt aduersus scientes, vt propalent, sed detinentes, & occultantes, vt restituant, quia illic conclusi ligari eosdem principales, & teneri propterea restituere adiunxi, ideó si minimè curauerunt restituere, fas erit eosdem nominatim declarare incurrisse in generaliter latam censuram, atque ita respondi per decis. Rotæ 383. resoluerunt sub nu. 5. par. 1. diuers. Villad. practic. crimin. canon. lib. 2. de denunciatione Euangelica cap. 6. & multas rationes, quibus hanc comprobari sententiam, recenset Marius Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. vltim. casu etiam vltim. Ioan. Gutier. lib. 1. canon. quæst. cap. 11. nu. 86. Rodriqu. in summ. par. 1. cap. 79. nu. 14. & concinit Neuizan. in sua sylua nuptiali lib. 3. præsertim nu 57. & alibi, ex quorum dictis apertè liquet, non modo excommunicatum declarari posse ob contumaciam, & inobedientiam, quia non restituit, at insuper cogi ad

purgan-

purgandum conſcientiam, ita quod abſolui non debeat, niſi prius reſtituerit rem, quam occupaſſe, & indebitè detinere conuincetur, & propterea veritate aberrarunt Guid. Pap. ſingul. 707. Franciſc. Marc. deciſ. Delphin. 657. quæritur ſuper miſſione par. 2. & Franc. Leo in ſuo theſauro fori eccleſiaſt. cap. 38. nu. 22. dum contrarium opinati ſunt; ſupradictam verò reſolutionem coarcto in eo, qui auditis proclamationibus, & ante prolationem cenſuræ adiuit Iudicem Eccleſiaſticum, & confeſſus eſt petita bona retinere, ſed ea iuſto titulo occupare, prædictumq; allegauerit iuſtum titulum, & promiſerit reſtituere, ſi eius rationibus conſideratis per Iudicem ſuum competentem fuerit ad id condemnatus, ex notatis à me ipſo nu.

Si verò loquimur de teſtibus, multo magis procedi poſſe reſpondi, & ſubſiſtere non dubito in his caſibus, in quibus tenentur manifeſtare, quod ſciūt, cum multoties ad id minimè de iure cogantur, & caſus iam dictos tetigi indicato ritu, quare illis exceptis non dubito iure poſſe ſpeciatim excommunicari, ſiuè declarari incurriſſe in prius latam excōmunicationem genericam, idq; tum ex rationibus relatis à Doctoribus, contra occultantes bona, & non reſtituentes, quæ etiam militant aduerſus ſciētes, & non reuelantes, tum etiam ex aliquibus relatis Auctoribus ſpeciatim de eis loquentibus, ac tandem Dominus, & affinis meus Genuenſis in praxi Archiepiſcop. Neapol. cap. 1. num. 17. licet ſubijciat id vſu minimè obtemptum eſſe in illa Curia; in alijs enim conſuetudine paſſim ſeruari ſcio, & relati probant Auctores.

135 Sed liceat ne Præſuli excommunicare ſuum ſubditum exiſtentem extra Diœceſim, cum quæritur diſtinctione vtendum cenſeo, quandoquidem, vel Epiſcopus dum extra territorium reperitur, illic proferre intendit præfatam cenſuram, vel cum in proprio eſt ipſiuſmet excommunicantis territorio. In primo quippè caſu loquitur Nauar. in ſumma cap. 27. verſ. fit item, ſub nu. 6. & negat poſſe ſuffultus text. in cap. Epiſcopum 11. q. 3. præterquam ſi ordinarij loci impetraſſet licentiam, per deciſ. Rotæ 13. de conſuetud. in antiq. Altero verò caſu Summa Toleti, quæ primæ tantum æditionis tenorem complectitur, contradicit Antiſtiti prætendenti id facere velle, & poſſe in lib. 1. cap. 6. in fin. necnon cap. 16. verſ. extra territorium, huic quoque ſententię inhærere videtur ſummæ eruditionis vir Genuenſis nunc dignè tranſlatus ad Eccleſiam Iſernienſem; Is inquam idipſum ſcripſiſſe dicendum videtur in ſua praxi Archiepiſcop. cap. 2. nu. 7. cuius verba, quia intelligere debemus attento tenore iurium, & auctoritatum, quibus fulcitur, id aſſeuerandi non fuiſſe eius intentionem interpretabimur, Nauarr. enim primitus citat in eo, quem ſuperius adduximus loco, vbi primum à nobis propoſitum diſtinctionis caput explanat, text. autem, quem deinde adducit in cap. 2. de conſtit. in ſexto, in eo ſubdito fatur, qui in alieno territorio furtum patrauit, quem propterea minimè deuinciat proprij Præſulis edictum, quod excommunicationis ſententiam ediſſerit in omnes, qui furtum commiſerint: illud enim videtur reſtringendum ad eos, qui in eiuſdem proferētis Diœceſi furatus ſit; non eum, qui extra. Toleti auctoritas, neque aduerſatur, quādoquidem in ſumma ſuo iuſſu, & voluntate edita id minimè ſcripſit: veritatem itaq; propoſiti dubij inueſtigari quiſque poterit, ſi deguſtabit, quę Suarez coaceruauit tom. 5. diſput. 5. ſect. 4. & Barthol. Vgolinus in tractat. de cenſur. tabul. 1. cap. 9. §. 3. per totum, ac præſertim nu. 4. Etenim multa tum negatiuæ, tum affirmatiuæ opinioni opitulantia prodit, ac libentius ſubſcribit poſteriori annuenti, in quam Auila etiam inclinat in tract. de cenſur. par. 2. cap. 3. diſputat. 2. dub. 2. concl. 2. & ipſe quoque propenſius declino, tum per argumentum à contrario ſumptum, de textu in eodem cap. 2. dum renuit comprehendi ſubditum alterius bona ſurripientem extra ſuum territorium, ergo ſi in proprio ſubtraxerit, & ſic deliquerit, ligetur, & excommunicari poſſit; tum demum, quod Martha in tract. de iuriſd. par. 4. caſu 37. in ea eſt ſententia, ne ſubditus degens extra territorium citari poſſit per edictum, eam quippe ob rationem, quia ſimilis citatio non ſufficit, cum perſona eſt certa ex Bart. in extrauag. ad reprimēdam nu. 16. Io. Andr. in cap. fin. de elect. in ſexto, & illic Gemin. & Anchar. necnon Angel. conſ. 194. Fulgoſ. conſ. 190. & Dec. in cap. gratum nu. 11. de offic. delegat. Horum doctrina ſi vera erit inſinuat, quod cum excommunicatio feratur generatim, & contra ignotos, liget illos ſicuti, & citatio per edictum tunc ligaret. Quod ſi verior eſſet contradicens ſententia, quam tutatur Gayl. obſeruat. 56. lib. 1. maximè num. 8. vt abſentem etiam notum arctet edictum, multo magis dicendum videtur, vt ſubditos abſentes comprehendat etiam cēſura quemadmodum, & talis citatio illos conſtringeret, ex his tamen, & alijs Auctoribus, (ne labori parcam, ſed ſtudioſo lectori ſatisfaciam) colligere cenſui, ac breui vtens verbis concluſiuè loqui, in hac dubia, & perplexa quidem materia; in qua illam ſtatuo concluſionem, poſſe Antiſtitem excommunicationis vinculo deuincire, quemcumque ſibi ſubditum ratione perſonæ, & delicti; nempè eum, qui domicilium in eius retineat Diœceſi, ſimulq; in ea patrauerit delictum, aut aliam egerit actionem, ob quam petitur excommunicatio, Sot. in 4. ſentent. diſt. 22. q. 2. art. 1. poſt primam concluſionem, Sylueſt. verbo excommunicatio 2. nu. 8. Armill. eodem verbo num. 30. & Auila citata concluſ. 2. ac propterea nequeat eiuſmodi cenſura ferire illum, qui altero tantum ex dictis modis ei ſubeſſet; non igitur illum, qui licet in eius Diœceſi habeat domicilium, extra verò deliquerit, iuxta memoratum cap. 2. de conſtitut. in ſexto, & intelligentiam ei traditam ab eodem Auila in adductamet concluſ. 2. neque alterum, qui alibi incolatum habens in ſuo territorio deliquerit, teſte Sylueſt. verb. excommunicatio 2. nu. 10. Tabiena verb. excommunicatio 4. nu. 6. Armill. eodem verbo nu. 35. Auila memorata diſput. 2. dub. 3. concluſ. 2. & fauent, quæ Suarez congeſſit tom. 5. diſput. 5. ſect. 5. nu. 10. Niſi tamen in eiuſdem Epiſcopi Diœceſi, in quo deliquit, continet habitationem, aut ſaltem citatione præuentus ille fuerit, antequam inde egrederetur. Tunc enim poſt fugam etiam, & egreſſum poſſet idem Præſul loci delicti eundem innodare eiuſmodi vinculo, ex eorundem Sylueſtri, & Auilæ ſententia, adductis in locis.

136 Forma autem abſolutionis concedendæ à vinculo

lo excommunicationis rescribitur ab Astensi in summ.par.2.lib.7.tit.15.alisiq; multis Auctoribus, quibus prætermissis illud certissimum esse non omitto, præfatam absolutionem minimæ præexigere certa verba pro verba substantiali, teste Nauar.cap.17.nu.37. Tametsi nonnullis concurrentibus circumstantijs, ea danda sit, quarum aliquę sunt cerimoniales, aliquæ veró iudiciales: illæ adhiberi solent pro reuerentia, & cultu, quemadmodum orationes aliquæ, & verberatio, quãdoque cæteraq; eiusmodi; istæ verò exiguntur, vel á iure, vel particulari canone, vel à superiore absoluendi potestatem alteri delegante; illæ haudquaquam sunt de substantia, at solum de necessitate præcepti, iuxta cap.á nobis el 2. de sentent. excomm. Istæ neque de substantia sunt, si à iure communi adhiberi debent, nisi forté cum ea conditione peculiariter daretur absolutio; reliquæ autem à iure particulari requisitæ, aut voluntate eius, qui absoluendi facultatem concessit, vtique de substantia ipsius absolutionis existunt, maximè si fuerit additum decretum irritans eo in casu, quo enarratæ circumstantię non fuerint adhibitæ, sicuti hæc omnia copiosius colliguntur, ex Caietan.in summ. verb.absolutio, ab excommunicatione, Couarru.in cap. alma mater par.1.§.11.nu.7. & Gregor.de Valent. super D. Thomam disput.7.q.17. punct.8. à vers.quod autem attinet tom. 4. Præfatæ autem circumstantiæ, vt plurimum solent esse quinque; quas recensent Doctores, easq; præsertim congessit Cathechesis Neapol. lib.1.cap.18. quinimmo cap. 19. adiungit formam verborum, & orationum, aliorumq; quibus hactenus vti consueuit Ecclesia, cum aliquis ab excommunicatione maiori absoluitur, extra confessionem Sacramentalem.

137 Excommunicationem veró istam existimat Tiraqu.in tract. de vtroque retract. par.1.§.1.glos. 9. nu.276. à gentibus ortum habuisse, atque antiquorum, & Græcorum. & aliorum legibus, dogmatibusq; initium sumpsisse, quàm insuper sententiam amplexatus est Lutherus, Erasmus, & alij, quamq; Doctores omnes in suis colloquijs de fide damnarunt, atque hæreticam præsertim esse scripsit Grisal.in suis decisionib.cathol. verb.excommunicatio decis.1. Polid.autem Virgil. in lib.4. de inuent.rer. cap. 12. á lege veteri, in qua rebelles extra Sinagogã fieri videbantur, astruit deriuari; Druidas etiam sapientes Gallos narrat in sua religione excommunicationis obseruasse censuram. Verum non putarim Ecclesiam ab his formam mutuasse excommunicationis, sed ab ipso Christo excommunicationem hanc habuisse immediatum principium; idq; probat etiam longa serie vir alioquin doctissimus Anastas. Germon in tractat. de sacror.imm. lib.3.cap.14.nu.16. & præfatus Grisaldus, & cóprobant Matthæi præsertim verbis in cap.18. vbi glos. illa verba ligaueritis, exponit, vinculo anathematis, complura veró alia de excommunicatione notatu digna congerit Petr. Crispat. in sua Summa, verbo excommunicatio.

138 Postremo loco facere non valeo, quin omnes, qui ex ista excommunicatione nascuntur effectus summatim saltem repetam, eosq; duodecim esse admoneam, sequutus Suarez tom.5.disput.17. sect. 1. eorumq; primus est, quod excommunicatum priuat omnibus Ecclesiæ suffragijs. Secũdus, quod eundem exuit passiua quoque communicatione Sacramentorum, & consequenter omni communicatione in sacris, & ecclesiastica insuper sepultura. Tertius, quod ipsum omni etiam administratione Sacramentorum spoliat. Quartus, quod itidem priuat omni vsu iurisdictionis actualem, scilicet iurisdictionem tollendo, tàm in foro interiori pœnitentiæ, quàm in contentioso, siuè ecclesiastico, siuè sæculari, vt propterea si Princeps sit, qui eiusmodi sit censura ligatus, dicantur subditi liberati à fidelitate, etiam iuramento vallata, præsertim post declaratoriam. Quintus, quod ecclesiasticas personas suspendit tam ab officio, quàm beneficio ecclesiastico, ita vt acquisitionem dominij impediat Ecclesiasticorum prouentuum, eorumq; administrationem. Sextus, quod easdem personas ecclesiasticas reddit incapaces, inhabiles, atque ineligibiles ad ecclesiastica ipsa beneficia. Septimus, quod prohibet nè, & ipse possit eligere, aut nominare ad ecclesiasticum beneficium, ita vt si nominatio ab eo fieret sit prorsus nulla. Octauus, quod excludit ab omnibus, & quibuscumque actibus forensibus, sola defensione excepta. Nonus, quod omnem illa prohibet humanam pactionem, & consequenter omnem contractum, & vsum cuiuslibet officij, seu ministerij publici, humanam requirentem communicationem. Decimus, quod illi vetat, etiam ascendere ad laicales dignitates, officia, aut ciuilia ministeria, necnon eligi, aut nominari posse. Vndecimus, quod eundem priuat omni humana consociatione, & communicatione politica, etiam quo ad vsitatas actiones salutandi, colloquendi, &c. Duodecimus autem, quod Apostolicum rescriptũ, processumq; illius vigore compilatum ipso iure irritat. Quos quidem effectus omnes, idem Suar. plena manu, & accurata serie explicat, & declarat in eodem tom.5. exorditurq; à disput. 11. vsque ad 17. inclusiuè, necnon Auila de censur. 2.par. cap.6. disput. 1. vers.ad quartum respondetur, & Benedictus de Vado in suo perutili ad Felyn.opera repertorio, in verb.excommunicatio, glos.etiam aliquos congerit in eo versu; os, orare, vale, communio, mensa negatur; quem refert in cap. statuimus de sentent.excomm. in sexto, quod quippè carmen retulerunt, insigniq; explicatione ornarunt, Theologi ferè omnes in 4.sentent.dist.18. omnesq; Summistæ in verb. excommunicatio, necnon Hostiens. in summ. de sentent.excommun. Ego verò præter multa in superioribus coaceruata, & aliquos, ex his effectibus tangentia, nunc ea tantum prodam, quæ obseruantiæ tradidi in tribus á me resolutis casibus, & in Curia Episcopali Laquedonensi contingentibus, quamuis, & hi non multum difficiles fuerint; quorum propterea veram impulsus sui perquirere resolutionem, vt iustam proferrem sententiam. Nec quæso miremini, quod in rebus tam facilibus libros reuoluere voluerim, siquidem meum semper fuit institutum, neque aliquod decretum proferre, neque votum subscribere, etiam in re minima, & mihi non cognita, nisi prius Auctorem aliquem de ea tractantem reuidissem, tametsi consulentibus repentè etiam respondere, quandoq; non prætermiserim.

139 Primò, itaq; dubitari contigit, vtrum nè excommunica-

municatus contrahere matrimonium valeat, & ſi contraxiſſet, necnè ſubſiſtat? Sciatis veram eſſe omninò, & tutam reſponſionem; non eum poſſe matrimonium inire, & qui iniret mortiferè peccaret, ex doctrina Armill. in verbo matrimonium num. 67. & Marij Antonini variarum reſolut. lib. 1. reſolut. 112. caſu 38. aliorumque mox citandorum; Quod verò auderet contrahere citra dubium validum eſſet, ex Felyn. in cap. 1. verſic. matrimonium, ſub num. 2. vt lite non conteſtat. & rubrica de ſponſal. verſ. duodecimo ſub num. 8. Idque comprobant Innocent. & alij, in cap. veritatis de dolo, & contumac. & Suarez tom. 5. de cenſur. ſect. 3. ad quam probandam reſolutionem, dicit citatus Felyn. extare textum ſingularem in cap. ſignificaſti, de eo, qui duxit in matrimon. Quin licet in occidente Presbyterum, ſit ſpeciatim conſtitutum, vt abſque ſpe coniugij maneat, in cap. qui Presbyterum 17. quæſt. 4. & cap. 2. de pœnitent. & remiſſion. Tamen quia impedimentum iſtud impedit tantum, non autem dirimit contractum, iuxta gloſ. in eodem cap. 2. verſic. abſque ſpe coniugij, in illis verbis, & in caſu præſenti, probatque Nauarr. in ſumma cap. 22. verſic. decimum eſt Preſbytericidium, ſub num. 74. Sylueſt. verbo matrimonium 7. poſt nu. 6. ac Petr. de Soto in ſua inſtitut. Sacerdot. rubr. de matrimonio lection. 14. verſ. huic impedimento; ideò præfatus ſic cenſuratus, actum geſſit validum; in conſulente verò occidi Presbyterum, (qui excommunicatione propterea innodatus eſt, teſte Nauarr. cap. 27. ſub num. 78.) dicit citatus Antoninus deciſum fuiſſe, matrimonium ſubſiſtere, non obſtante ſanctione illorum canonum, verba facientium de occidente, ac propterea non extendenda ad conſulentem per regulam odia de regul. iur. in ſexto, cuius replicatio licet ſit valida; altera tamen ſuperius relata adhuc viget; eaque multo magis, ſi enim idem occidens contraxiſſet nuptias per verba de præſenti, non illæ poſſent inualidæ dici, quia impedimento tantum impediente, nec dirimente detinebatur, longè minus, ita declarandæ erant, quæ à conſulente occidi, celebratæ fuerant. Prædicta itaque vendicare ſibi locum non dubitatur poſtquam cenſuratus ad matrimonium properauerit; nam antequam velit illud inire, tum Parrochus, tum alius Superior, ſciens illum eſſe tanto vulneratum mucrone prohibere debet, nè ille ad nuptias ipſas conuolet, neque controuerſia erit mea ſententia de hoc, cum ille recuſat abſolutionem petere, ſed cum aſſequi illam concupiſceret, & aliqua ex cauſa obtinere nequiret, quo caſu ſi verba textus, & alia gloſæ attendamus, in adducto capite ſignificaſti, videtur reſpondendum, nè ille detineri poſſit, illius enim capitis verba dicunt, excommunicato tunc impendendam abſolutionem, ſi petierit; ergo ſi non petierit non concedendam eſſe, nec addit ſi tunc prohibendus ſit ille contrahere; euidentiora apparent verba gloſæ in calce figurationis caſus, quæ ſunt. Item excommunicatus, contrahere poteſt matrimonium, licet alia Sacramenta denegentur, eidem; eius igitur eſt opinio, vt cætera Sacramenta denegentur cenſurato, non iſtud matrimonij; Iſthæc tamen generica verba intelligere debemus, vt alia reliquorum Doctorum ſuperius citatorum in ſpecie ſonant, qui prohibent eidem contrahere matrimonium, & mortiferè peccare, ſi contrahat; quin, & cæteri Doctores dicunt, valere contractum, nec quidem verbum proferunt, quo inſinuent ipſum poſſe illud celebrare; illius autem tunc celebrati effectus nulla cenſura, aut Eccleſiæ impeditur ſpeciali ſuſpenſione, ac propterea certum ſit, quod ſi excommunicatus contraxerit matrimonium ab illius vſu non detineatur; eiusque exercitio non arceatur, vt idem admonet Suarez indicata ſectio. 3. ſub num. 3. Si autem à Procuratore cenſurato initum fuerit, longè minus dubitare licebit, ſi validum ſit matrimonium, quod valere ſpeciatim, affirmat Martin. Bonacin. tractat. de cenſur. diſput. 2. q. 2. punct. 7. nu. 14.

140 Similiter ſi ordines ſuſceperit, an caractherem quoque receperit, quin, & profeſſionem etiam emiſerit validam; & in vtroque dubio affirmatiuam reſponſionem admittit veritas, ex notatis per eundem Felyn. in adducta rubr. de ſponſal. ipſeque latiſſime probaui ſub nu. 6.

141 Tertio autem, ſi excommunicatus prouocatus comparere in iudicio ad ſe defendendum, id facere valeat, inibique tanquam reus propria tueri iura; in qua re ſemper cenſui eum poſſe per cap. intelleximus de iudicijs, ac Doctores omnes ſparſim id affirmantes, potiſſimum Decium in cap. decernimus num. 17. eodem titulo de iudic. & Mariſcott. lib. 2. variar. reſolution. cap. 41. ſub num. 2. Non tamen erit inutile percurrere, quæ Suarez ſuper eo dubio conſiderat tom. 5. diſputat. 16. ſect. 4. Quin iſthac non obſtante cenſura, valeat procuratorem ad ſe defendendum, non agendum conſtituere, affatim probat Borrell. in ſumma deciſion. tit. 66. à num. 15. tom. 1. necnon eandem excommunicationis exceptionem in actorem opponere, eumque á iudicio tanquam excommunicatum reijcere, affirmo, ex crebriori Scribentium ſententia, quam probat poſt alios Rendina in promptuar. receptar. ſententiar. titul. 41. num. 7. nam, & excommunicatus etiam tenetur excommunicatum vitare, Viuius deciſion. 95. num. 2. idem Borell. tit. 42. num. 67.

Cæterum, qui copioſè vellet perquirere multa ad praxim præſertim ſpectantia circa eiuſmodi excommunicatos, vt cognoſcantur, quæ ſcilicet ſint eis vetita, quæ verò conceſſa, & quo in caſu, adeat Peregrin. in tract. de priuileg. fiſc. lib. 3. tit. 9. Nam interea ad excommunicatum ipſum conuerſus, ſic eloquar.

142 Tu itaque, qui hoc te tangi fulmine paſſus es; Audi nunc miſer, & attentius conſidera vulnera, quæ hoc tibi Eccleſiaſtico mucrone infliguntur, cogita te propterea miſerrimum, quia eo feriri te ſinis; Reuoca in memoriam Cain, qui maledictione percuſſus, cæpit eſſe infeliciſſimus, & miſerrimo exitu vitam clauſit (Geneſ. 4.) Fici arbor à Chriſto maledicta, ſtatim exaruit, (Matthæi 21.) illam ego te ficum eſſe dixerim, cui per inobedientiam radice meritorum exareſcente, Eccleſiæ maledictione, ornamenta omnia, quæ ex fidelium communione proueniunt, detracta ſunt; Iam haberis, vt Ethnicus; iam Dæmonum ſocietati copularis, dum ab ingreſſu templorum arceris, & á fidelium colloquio: Nonnè, profugus, & exul ab

Ecclesiæ matris conspectu, Cainus alter, miserandum in modum vagaris? Nonnè Nabuchdonosori similis efficeris, in bestiam degeneranti, & in sylvis more ferarum oberranti? O malam calamitatem, ô exilium deplorandum; intellexit hoc malum Theodosius Imperator, qui à sancto Ambrosio Templi aditu, sacrisque interdictus, tantum animo mœrorem concepit, vt efflasset animam, si diutius, in excommunicatione perdurasset. Quid? quantum illud malum est, quod Sacramenta suscipere prohiberis? Interclusa tibi via est ad fontes illos, è quibus salutaris aqua gratiæ ad nostros animos deriuatur. Prohiberis miser haurire de fontibus Saluatoris. Quin etiam excluderis á præcibus, quæ publicè in Ecclesia funduntur. Agnosce damnum; Quam latè Orbis terrarum patet? nulla ferè est Regio, in qua Ecclesiæ filij non sint; quot in Ecclesia cœnobia? quot Antistites? quot Sacerdotes? quot cœtus hominum piorum? videtur ne tibi paruum malum, ab horum omnium sacrificijs, á publicis horum præcibus excludi? Magni profectò faciebat hoc Dauid cum aiebat (Psalm. 118.) Particeps ego sum omnium timentium te; Tu verò cum infidelibus partem habes. Dilexisti maledictionem (Psalm. 108.) & venit tibi; noluisti benedictionem, & elongata est à te. Induisti maledictionem sicut vestimentum, & intrauit, sicut aqua in interiora tua, & sicut oleum in ossibus tuis; facta est tibi sicut vestimentum quo operiris, & sicut Zona, qua præcingeris; & quod longè miserrimum est, traditus es Satanæ, in seruum pœnæ, vt seuire ei liceat in te, vsque ad intimum carnis. Habent enim ij, qui Ecclesiæ præsident, vt mille iam, & quadringentis ab hinc annis, testatus est Origenes, hanc à Deo potestatem, vt Diabolo subijciant eos, qui deliquerint. Ita factum est à Paulo, contra nefarium illum fornicarium Corinthium (1. Corinth. 5.) ita contra Hymeneum, & Alexandrum (1. Timoth. 1.) cogita ergo mala, quæ te oppressere, quæ tibi imminent. Nolunt te sacra loca recipere; vitaris à familiaribus, ac notis; horrent omnes tuum conspectum; solus Infernus tuum aduentum expectat, & in suam te Diabolus societatem excipit, vt in tuum corpus, & animum crudeliter dominetur. Nihil, inquit Augustin. tractat. 15. in Ioannem, ita Christiano formidandum, quam à Christi corpore separari. Hæc te si non mouent, saxo te, ac adamante duriorem puta. Nolim autem existimes, Ecclesiam esse parum piam, quod excommunicatione vtatur, è qua tot mala promanant, aut excommunicationem non esse medicinalem, vt illam Innocentius appellat, cap. 1. de sentent. excommunic. in sexto, quod vulnerare potius, quàm sanare animum videatur. Enimuero medicus ille crudelis non est, qui cum igne opus est, ad sanitatem ignem adhibet corpori ægrotanti. Ita, pia est Ecclesia, quæ intentione maioris boni, pœnam infligit, qua spiritualia bona subtrahantur; vt vexatio det intellectum (Gregor. lib. 4. dialog. cap. 55.) & tandem spiritus saluus fiat, 1. Corinth. 5. Quare excitare hoc salutari igne, qui lethali somno oppressus eris, exurge, reuertere ad Matrem Ecclesiam, vt fidelium suffragia te iuuent, præces foueant, Sacramenta sanent, atque confirment. Diuinæ gratiæ ornamenta condecorent; Cœlestisque Patris benedictio consoletur.

SVMMARIA.

Suspensio supponit peccatum, sine quo minime contrahitur nu. 1.

Suspenso interdictam promotionem ostenditur, cum declarationibus nu. 2.

Suspensus ab ordine, siuè officio, intelligitur suspensus à promotione nu. 3.

Nec non. & ab exercitio ordinum nu. 4.

Assumendo altiores fieret propterea irregularis, quia videtur ministrare in promotis, num. 5.

Suspensus, qui simpliciter fuit non addito à quo actu, à quibus dicendus sit suspensus declaratur nu. 6.

Suspensus à Diuinis, à quibus actibus ita reputetur nu. 7.

Eiusmodi si officia perageret ordinibus non deputata, licèt peccaret, non tamen fieret irregularis nu. 8.

Suspensus à Pontificalibus, si illa exerceat an sit irregularis nu. 9.

Suspensus ab officio, vtrum dicatur suspensus à beneficio nu. 10.

A beneficio suspensus, aliud obtinere nequit, num. 11.

Neque præsentari nu. 12.

Præsentatione acquiri tantum ius ad rem, num. 13.

Illi facta collatio, sit ne inualida ipso iure, num. 14.

Respectu verò beneficiorum tantum existentium in eadem Diœcesi, sit inhabilis, an etiam alterius? num. 15.

Suspensus ab officio, neque interdum adipiscitur beneficia nu. 16.

Beneficijs ante suspensionem habitis, spolietur ne, qui suspensionem incurrit? nu. 17.

Quin neque fructus nanciscitur beneficiorum, qui ab officio, & beneficio suspensionem contraxit nu. 18.

Non autem, qui ab officio nu. 19.

Alimentari suspensus illos amittens, quando nihilominus debeat num. 20.

Nisi ob contumaciam nu. 21.

Quod si iniustè fuerit suspensus, restringitur conclusio nu. 18. posita, & iustè percipit fructus num 22.

Etiam distributiones quotidianas nu. 23.

Capi-

Capitulum XVI.

1 SVSPENSIO, quia peccatum ſupponit, ſine quo non vtique incurritur, & quandoque delictum, vt omnium eſt conſenſus, & expreſsè Armill. verbo ſuſpenſio, num. 1. ſiuè mortale, ſiuè veniale, ex Nauar. cap. 27. nu. 119. adeò quod magis pœnam, quàm culpam eſſe ſuſpicatur, eadem Summ. Armill. illic, per gloſ. in cap. ad reprimendam verſ. in canonibus, de offic. delegat. & in clem. cupientes verſ. ſuſpenſi de pœn. propterea eius impedimentum iuſtè hic, cum alijs inſerui, impedientibus ordinum ſuſceptionem.

2 Suſpenſio igitur interdictam eſſe promotionem, docet Syluest. verbo ordo 4. num. 2. verſ. nec decimoquinto, & Rebuff. tractat. de pacific. poſſeſſ. nu. mihi 206. verùm quia ſuſpenſio non ſemper fit ab omnibus actibus, ſed quandoque ab vno, interdum verò ab alio infertur, vt copiosè ſcribit gloſ. indicato cap. ad reprimendam verſ. in canonibus, & plenius in clement. cupientes verſ. ſuſpenſi, de pœnis, referuntque Summiſtæ omnes in verbo ſuſpenſio; ideò principem regulam non eſſe generi cam intelligendam, ſed præhabita declaratione aduerto; quippè quod ſuſpenſio quandoque eſt ab officio, quandoque à beneficio, quandoque verò ab vtroque, vt optimè diſtinguit Suares lib. 5. de cenſur. diſputat. 25. ſect. 2. num. 5. ab officio ſuſpenditur cum officium Sacerdotale, ſiuè aliorum ordinum alicui expreſsè interdicitur, vel ſimpliciter officium, nihil addito de ordine, vt illic citatus Suares admonet, ſuffultus textus verbis in cap. ſanè el ſecundo, de offic. deleg. quin, & alterius textus, & gloſ. in cap. 1. adducto titulo in ſexto, ſubiungens latiorem habere extenſionem, prohibitionem ab officio ſimpliciter prolatam altera ab officio Sacerdotali; vt propterea, ſi quæramus, quis eorum pro-
3 hibeatur ordinibus inſigniri, illorumq; miniſterio vti, reſponſio fit, eum ita cenſeri, & dici, qui explicitè, vel implicitè ab ordine, ſiuè officio ſuſpéſus fuit;
4 nam, & ipſum præſertim intelligi ſuſpenſum ab exercitio ordinum, edocet Syluest. verb. ſuſpenſio nu. 5. verſ. ſi verò ſuſpenſus ſit à beneficio, ibi, & Panormit. dicit; edocet inſuper Armill. verbo ſuſpéſio num. 6. cum & ipſum ſuſpenſum eſſe omni vſu ordinum, & iuriſdictionis, & adminiſtrationis Eccleſiaſticæ ait, probatque Vgolin. tract. at. de cenſur. eccleſiaſt. tabul. 4. cap. 6. in princip. & §. 1. necnon Marius Alterius tom. 2. de cenſur. diſputat. 4. cap. 2. verſic. & ſtatuendum eſt; atque Suarez indicato libr. 5. de cenſur. diſputat. 26. ſect. 1. num. 3. Alexand. Moneta in tractatu de diſtribut. quotidian. part. 2. quæſt. 15. num. 8. eumque propterea, tanquam impeditum exercere ordines, ſi interdum ſe ingeſſerit Diuinis, irregularem fieri ſanxit Pontifex in
5 cap. 1. de ſentent. & re iudic. in ſexto, & cap. 1. §. caueant de ſentent. excommun. in ſexto. Non tamen nego, quin vetitus etiam dicatur ſuſcipere altiores ordines, imò ſi ad illos pateretur euehi, irregularitatem contraheret, iuxta ſententiam Maioli in tractatu de irregularit. lib. 4. cap. 34. num. 1. illa fretus ratione, quod aſcendendo ad altiores, videretur miniſtrare in promotis, quod ipſe etiam probo ſuffultus deciſ. Rotali in rubr. de titul. ordin. cap. penult. verſ. fuit dubitatum ſub nu. 37. & rub. 7. cap. 4. num. 9.

6 Quia verò ſimpliciter ſuſpenſum, non addito à quo actu, ab vtroque, ab officio nempè, & beneficio ſuſpenſum cenſent Doctores complures præſertim Syluest. citato num. 5. verſ. ſi verò ſuſpenſio ſit, vel fiat ſimpliciter, Henrich. in ſumm. theolog. moral. lib. 13. cap. 32. §. 1. idemque Suarez ſcripſit diſputat. 25. ſect. 2. in fin. num. 9. Paludan. in 4. ſententiar. diſtinct. 18. quæſt. 7. artic. 3. concluſ. 8. Ideò non ſecus ac ſuſpenſum ab ordine, aut officio, concluſimus prohiberi ſuſceptis vti ordinibus, atque altioribus inſigniri, ita, & huiuſmodi ſimpliciter ſuſpenſum, ſimiliter affirmamus; quamuis, & hunc ſimpliciter ſuſpenſum, nulla ligari cenſura ſcripſerint aliqui, & Sayr. in ſuſpenſione lata ab homine ſtatuerit triplicem diſtinctionem, tametſi in prolata à iure, indefinite priorem admiſerit lib. 4. de cenſur. cap. 4. num. 1. & 2. Illam namque, indiſtinctè veram eſſe, non dubito; ideoque ſemper cenſeri ab vtroque ſuſpenſum, ex omnibus iam relatis Auctoribus, affirmo, & alijs, quos idem Sayr. ſub dicto nu. 1. memorat, & hanc præterea ob cauſam (ni fallor) diffinitum legimus in cap. cum bonæ, de ætat. & qualitat. eiuſmodi ſimpliciter ſuſpenſos, inhabiles eſſe ad beneficia. Imò cum illi ab vtroque actu, re vera ſuſpenſi fuerint, vt inibi Innoc. & Io. Andr. num. 3. teſtantur, nihilominus, nulla in eo canone mentio fit de prædictis actibus, à quibus ſuſpenſi fuerunt; tanquam voluerit text. iam relatus, apertè oſtendere, ſub ſimplici memoria ſuſpenſionis, compræhendi eos, qui ſimul ab officio, & beneficio ſuſpenſi ſunt, quam omninò veram defendit aſſertionem Marius Alterius eodem tom. 2. diſput. 1. cap. 4.

7 Multoties autem, quia à Diuinis, quis ſuſpenditur iuxta cap. 1. §. caueant de ſentent. excomin. in ſexto, ideò videndum à quibus dicatur ſuſpenſus, & recolo Sorbum. ad compend. priuileg. mendic. verb. ingredi Monaſteria Fratrum, vel Monialium nu. 9. dicentem intelligi ſuſpenſum ab exercitio ordinum, quibus ille reperitur inſignitus; quod aperta verba citati §. caueant, inſinuant; illa ſcilicet, ſi contingeret eos ſic ſuſpenſos diuina officia exequi, ſicut prius irregularitatem non effugient. Id tamen diuina tantum faciendo, non etiam diuina recipiédo, aut audiendo, Suarez citata diſput. 26. ſect. 1. ſub nu. 5. & Nauar. conſ. 4. an Epiſcopus ſub nu. 2. de cleric. excommun. miniſtr. in nouis, & poſt Angel. Syluest. ac Coronam confeſſ. probat. Sayr. eod. cap. 4. ſub nu. 26. Quin non ſemper contrafaciendo, incidat in irregularitatem, quamuis actum propterea vetitum exerceat; cum ſcilicet exequeretur aliquod Diuinum, non tamen ordini deputatum, idq; apertè docet adducto in loco, relatus Sorbus; ait enim, eiuſmodi ſuſpenſo prohiberi cantare in choro cum alijs, cantare defunctorum reſponſoria, ſeu litanias, necnon baptizare ſine ſolemnitate, recipere Sacramenta (niſi in caſu neceſſitatis) audire miſſam, acceptare electionem de ſe factam, excommunicare, aut beneficia conferre; attamen peccare tantum, ſi ea perageret durante ſuſpenſione, non

tamen fieri irregularem: nam vera est in iure con-
8 clusio, quod licet omnis violatio suspensionis, operetur mortiferum peccatum, non tamen omnis inducit irregularitatem, sed illa tantum, quæ suspendit à diuinis ordini annexis, iuxta Innocentij doctrinam in cap.1.de sentent.excomm.in sexto nu.2. communiter receptam, vt inquit Nauarr.consil.7. alias fuit dubitatum nu. 7. de cleric. excommun.in
9 nouis; quam præ cæteris ob causam, Episcopum suspensum, à Pontificalibus, illa exercentem, & in Pontificalibus celebrantem, non fieri irregularem dixit propè nu.3.citatus Innoc.necnon Hostiens.in summ.rubr.de dispensat. §.sunt autem, sub num.4. quem sequitur Auctor praxis Episcopal. verb.suspensio §.6. par.1. Franch. eod.cap.1. §. caueant, sub nu.5.de sentent.excomm.in sexto, (quamuis vltimo loco recenseat contrariam sententiam; nam primam amplexatur, & secundam respuit, cum dicit, licet Hostiens.teneat, &c.) Specul. in tit. de dispensat.§.iuxta nu.36.ac propterea Episcopum suspensum á collatione ordinum, & illud conferētem, minime fieri irregularē, concludit apertissimis verbis præfatus Auctor praxis Episcopal. in verbo dimissoriæ in princ.vers.secundum, par.2. citatusque Franch.adducto loco, in illis verbis, quare, siue ordinet, siue consecret, non erit irregularis; quorum sententiam improbare non audeo, quamuis ab ea descisćit post Nicol.Dionys.in cap.1. §.caueant, de sentent.excomm.in 6. Viuald.in suo candelab. par. 2.rubr.de suspens.nu.146. mouetur etiam doctrina Gemin.in §.si quis autem, eiusdem cap.1. Attamen Gemin.respectu vsus Pontificalium, & sic cum suspensus à Pontificalibus, celebrat in Pontificalibus, tenet cōtrariam resolutionem, scilicet negotiuam, & primo loco à nobis relatam, vt videre licet, in illius commentarijs, in versic.quid si suspenditur, sub nu.4.annuit tamen si conferret ordines post num.5. sed Io. Andr. in vtroque casu, negat fieri irregularem in eod.cap.1.nu.6.& 7.& illic Io.Monach.in vers. ex quibus concludo sub nu. 15. & omnes sufulciuntur ratione illa, quod his casibus, non est suspensus à Diuinis, sed ab additamento ad Diuina, glos. etiam probat in extrauag. suscepti regiminis vers.à Pontificalibus de elect. dum explicando vetita Antistiti suspenso á Pontificalibus, inquit ab illis censeri suspensum, quæ alias sibi, vt Pōtifici permissa sunt, & dependentibus ab illis, nempè à missę celebratione cum mitra, & baculo, atque ab alijs, quæ sine illis adimpleri nequeunt, vt propterea ordines conferre non valeat, neque crismare, neque Basilicam, seu virgines cōsecrare, & similia; ab alijs autem, non arceri adiungit, quæ competunt ratione sacerdotalis officij, quæ sunt missam dicere absque Pontificalibus ornamentis, baptizare, pœnitentias dare, aliaq; eiusmodi; itaq; admittit differentiam inter ea, quæ Præsuli congruunt ratione Pontificalis dignitatis, & ea, quæ ratione ordinum, & sacerdotij; quāuis enim adiungat, suspensum ab exequutione Sacerdotij, censeri, etiam ab vsu Pontificalium, quia nisi esset Sacerdos, nequiuisset Pontificiam adipisci dignitatem, & consequenter Pontificalia exercere; attamen, non inde sequitur, ergo Pontificalia veniunt appellatione diuinorū, ac propterea, se illis ingerens, fiat irregularis; cum aliud sit numerari inter diuina, aliud veró ad illa exercēda requiri Presbyteratum, & iustè concluserunt paulò ante relati Doctores, esse additamenta ad diuina; contradicit tamen Vgolin.postea visus, & lōgo sermone, probat irregularitate notari, in tractat. de censur.tab.1.cap.14.§.1.nu.2.& tab.4.cap.6.§.6. sub nu.5.at ipse amplexor tripartitam illam distinctionem Sayr.in thesaur.cas.conscient.lib.4.cap.16. á nu.27.& summatim congerit prope nu.30. quod scilicet, exercendo actum proprium Episcopi, siue cum apparatu Pōtificali, siue absque illo, vt peccet, & irregularitatem incurrat; exercendo veró aliquem actum non proprium Episcopi, sed alicuius ordinis absque vsu Pontificalium, & neque peccet, neque irregularitatem contrahat; si verò adhibitis Pontificalibus, peccet tantum, non autem fiat irregularis; atque ideò insinuat, ob solam celebrationem missæ cum mitra, alijsq; Pontificalibus alienum esse ab irregularitate, addo videnda, quæ cumulaui rubr.9.cap.5.nu.3.

10 Nunc videamus, vtrum suspensus ab officio, intelligatur etiam à beneficio, atque è contra, & negatiuam in vtroque casu esse sententiam, optimè probat Nauar.cap.27.nu.160.Vgolin.adducto cap.6.§. 3.& cap.4. §.8. necnon Alex. Monet.indicata q.15. nu.9. distinctiusq; Greg.de Valent. super D.Thomam disput.7.q.18.punct.1.versic.secunda diuisio tom.4.Sayr.in suo thesaur.lib.5.cap.5.nu.16. atque Suarez citat.disput.26.sect.3.nu.1. & 4.cui quidem sententiæ, contradicunt complures Doctores, præsertim.glos.in cap.quia sæpe, vers.beneficijs, de electio.in 6.& cap.pręsenti vers.ab officio, de offic.ordin.in 6.glos.mag.in clem.cupientes, prope fin.de pœn.& Abb.in cap.Latores, post nu.6.de cleric.excom.ministr. sed eorum non obstante auctoritate, vera omnino censenda est; & cōtradicentium opinio, declaranda, per doctr.Couar.in rubr.de spons. par.2.cap.6.post nu.14.necnon aliorum cōplurium Auctorum, iuxta mox rescribendam distinctionem, scilicet, vt nostra hæc sententia militet, eo tantum casu, cum ob solam contumaciam, vel culpam leuem iniungitur. Altera verò renitentium subsistat, si præterea, ob graue crimē infligitur, ita præter Couar.loco relato, putant Syluest.verb.suspensio n.5.vers.si verò est suspensus ab officio, Gregor. de Valent. adducto punct.1. vers. si autem suspensio, & Sayr.post nu.17.citati cap.5.& tunc subsistat, quod firmat Præposit. in cap.cum inhibitio nu.11. de clandest. despons. tuncq; etiam fortasse militet, quod suspensus ab officio, æquiparatur excommunicato, iuxta dictum glos.final. in eius calce in cap. pastoralis, de appellat. Tripartita verò, & concinna distinctio Pauli à Leazaro, & satis commendata à Ioanne à Capistrano in cap. á crapula nu.5.de vita, & honestat. clericor. mihi nunquam arrisit, vt vel sit suspensus ab officio in perpetuum, vel ad tempus, vel & tertio simpliciter; vt primo casu, sit etiam à beneficio suspensus, tanquam illa vim habeat priuationis. Secundo verò itidem sit, ab eo tamen beneficio, quod fuit datum propter officium diuinum, non autem ab alio; sed tertio casu; non intelligatur ex vi vocabuli suspēsus à beneficio; verum tunc ei subtrahantur beneficia cum ex graui, non leui causa, suspensus fuit ab officio.

11 Qui veró à beneficio suspensus esset, neque posset aliud interea obtinere, per Hostiensem in summ.

ſumm.rubr.de ſentent.excommun.nu.11.& Lambert.in tract. de iurepatron. par.1.lib.2. q. 9. princip. artic. 2. poſt nu.3. Si enim à beneficijs anteà obtemptis apparet,tunc ſuſpenſus,multo magis ab obtinendis,debet ita iudicari,ſicuti idem Lambert. illic aſſerit,& probatur,ex gloſ.ſingul. & penultim. (cuius ipſe Lambert. non meminit) in cap.præterea de vſur. Licet autem loquatur inibi Lambert. de præſentatione, atque ideò concludat, nè valeat
12 præſentari, & conſtet præſentationem à collatione differre,iuxta notata per Abb. in cap. auctoritate de inſtit. Attamen,in eo, quod attinet ad hanc rem, non vtique videntur ad inuicem diuerſa, atque ideò vnius,qui decernitur incapax, ita pariter,& alterius iudicetur,argumen.eorum,quæ ſcribit gloſ. in cap.final.verſ.electione,& verſ.ordinari de elect. in ſexto,quibus ſuccurrit regula illa, quod, qui inhabilis iudicatur ad aliquod, quod minus eſt multo conuenientius ad aliud, ita exiſtimabitur, quod
13 maius eſt, & conſequenter ſi præſentari nequit, & certum eſt, præſentationem operari tantummodo ius ad rem, iuxta deciſionem Rotæ octauam,ſi aliquis, ſiuè 269. poſt num. 2. de iurepatronat. in nouis, & deciſ.7. nota, quod vbi num.2. ſiuè 328. adducto titul.in antiquis, multo minus eidem poterit beneficium conferri, cum ipſa collatio validius tribuat ius, quod in re dicitur, per Geminian.in cap.ſi tibi abſenti, num.2.de præbend. per textum in cap. final.de conceſſion.præbend.ſimiliter in ſexto, ipſeque probo cap.15. ſub num. 19. Quibus altera adſtipulatur ratio, quod ſicuti facilius amittitur ius ad rem,quàm in re,ex relato cap.fin.& cap.ſi is cui de præbend.in ſexto,& Rota adducta deciſ. 8. ita difficilius acquiritur ius in re, quam ad rem, vt cōtrariorum,ſit eadem diſpoſitio, hiſque concinunt, quæ in hac ſpecie ſcribit Gomeſ. in Regula Cancellariæ de non tollend.iure quæſit. quæſt.1. verſic. illud tamen el primo, quamobrem, ſi á beneficio ſuſpenſum præſentari ad aliud nequire illic tuetur, Lambert.& poſt alios Marius Antonin. variar. reſolut. lib.1. reſolut. 19. num. 3. aut etiam eligi cap. fin.de elect.in ſexto, cap.ſi celebrat de cler. excommun.miniſtr. Abb.in cap. cum dilectus nu. 19. de conſuetud. & Marius Antonin. eadem reſolut. 19. nu. 2. illud idem fatendum erit reſpectu collationis,nè ipſi poſſit interea conferri beneficium,& ve-
14 rum eſt,ex omnium aſſertione, quin & factam ipſo iure inualidam exiſtimauit communior opinio eam tamen ſacris Canonibus non probari, quos velle,vt ille priuetur dixit Leſſius auctoritate Azorij,hancque probabilem eſſe, nec propterea ipſum teneri ſublata adhuc ſuſpenſione, vel interdicto ſponte illud dimittere in lib.2. cap.34. verſ.notandum ſub nu.116.

15 Quæ tamen reſolutio videtur reſtringenda ad beneficia tantum exiſtentia in eadem Diœceſi,non autem exiſtentia extra iuriſdictionem ſuſpendentis,cum ſuſpenſio à beneficio,prodeat à iuriſdictione, quæ minimè dilatatur extra territorium, ex cap.2. de conſtitution. Licet ſuſpenſus ab officio, vbique reputetur talis, eo quod officium concernit claues, quæ extenduntur ad quemlibet locum, quam differentiam, & rationem diuerſitatis, probat Zabarell.in clement.vt hi qui, poſt num. 23. de ætat. & qualitat. gloſ. final. propè finem in cap. paſtoralis §. verum de appellation. ibidemque Bald num. 22. & Dec. num. 25. Sed quia ſuſpenſus huiuſmodi, intelligitur nonnunquam ſuſpenſus, etiam á beneficio conſtituto extra iuriſdictionem ſuſpendentis; ideò opere prætium erit diſtinctione vti in hac re, quam tradit Butrius indicato §. verum poſt num. 21. commendatam inibi à Panormitan. num. 20. Quod ſi hominis ſententia declaratur aliquis, ita ſuſpenſus à beneficio, & ſuſpendens habuerit animum inhabilitandi eundem ad vniuerſa beneficia, idque conſtet, tunc ſuum effectum, eo caſu ſortiatur, etiam extra territorium, quia non diſponit in rem, ſed in perſonam ſubiectam abdicando ius ab illa, vel eandem inhabilitando, ad cuncta beneficia; ſi verò eius erat intentio, dumtaxat quò ad beneficia ſuæ iuriſdictionis, non vtique extenderetur ad aliena, prout, neque ſi ſuſpenſio eſſet generalis, neque conſtaret de voluntate ſuſpendentis; etenim in dubio reſtringeretur ad ſola beneficia ſuſpendenti ſubiecta. Quòd ſi à iure illa emanauerit, & ex cauſa tangente Eccleſiam aliquam; exemplum in eligente indignum, qui propterea decernitur ſuſpenſus à beneficijs per triennium in cap.per inquiſitionem de electione: iſtius enim ſuſpenſio, ad beneficia extra illam Eccleſiam exiſtentia non ampliatur,ita Lambert. tractat.de iurepatronat.artic.28.num.3.quæſt.9. princip. par.1. lib.2. Abb.in eodem cap. per inquiſitionem. Cùm verò ex cauſa generali, non dubium, quin extenderetur ad externa beneficia, iuxta clemen.2.iuncta gloſ.verſ.beneficiorum de vit.& honeſt.clericor.

16 Inſuper, qui ab officio eſſet ſuſpenſus, beneficia interdum adipiſci nequiret, ſi Hoſtienſis verba perpendamus, quæ poſuit in eodem iam memorato num.11.& Lambert.indicato artic.2. num.3. ſicuti, & ille, qui ab ordine, ex eodem Lambert.poſt dictum num. 3. cum & ab officio ordinum intelligatur tunc ſuſpenſus, Syluest. verbo ſuſpenſio nu. 1. Felyn.in cap.cum illorum num.2.de ſentent.excommun. & Pariſ. in cap. Apoſtolicæ ſub num.17. de exception. Attamen in vtroque caſu diſcedo à prædictorum ſententia,quandoquidem militat cōcluſio in ſuperioribus conſtituta, eaque omninò verior eſt, nè ſuſpenſus ab officio dicatur etiam à beneficio,& conſequenter, non impediatur illa conſequi, ſed ad ordines tantum aſſumi, niſi duobus in caſibus, nempè ſi à beneficio habente ordinem annexum, quia eſſet quoque inhabilis ad illud beneficium; ſi tamen generatim ab omnibus ordinibus ſuſpenſus eſſet, ex Butr.in cap. cum bonæ num.10. & Abb. num.6. de ætat.& qualit. Couarru.in cap. alma mater §. 7. in princip. part.1. & inſignis probat text.in cap. vel non eſt compoſit.de tempor. ordin. vel ſi ſpeciatim ab ordine, cui eſſet beneficium annexum, puta ſi ab ordine Presbyterali, quia præbendam nequiret, eo caſu impetrare Sacerdotalem, vtique verò Diaconalem, vt ſcripſerunt Lambert. in eodem tractatu de iurepatronat. lib.2. part.1. quæſt.9. princip. artic. 2. & Marius Antonin. variar. reſolut. lib.1. reſolut. 19. de anno num.6. Ex quorum dictis fatendum eſt,conſequi poſſe beneficium illud, ad quod obtinendum ſufficit ordo, quem detinet, à quo non reperiatur ſuſpenſus, dummodò ab altiori ordine ſuſ-

pensus fuerit; nam ei interdictus minimè dicitur inferior, iuxta conclusionem multis rationibus probatam per Vgolin. tractatu de censur. tabul. 4. cap. 6. §. 6. num. 1. quod si à minori, vtique ei vetitus esset sine dubio superior, vt illemet defendit eodem §. 6. num. 3. & Vulpiani suffragatur responsum insigne in l. Relegatorum ff. de interdict. & relegat. & qui ignorare nollet quoscumque prohibitos actus, atque munera Presbytero à Sacerdotio suspenso, adeat eundem Vgolinum in illomet §. 6. nam eos omnes longa, & accurata serie rescribit, num. 2.

Secundus autem casus amplexatur, ac respicit beneficia requirentia personale seruitium, eorumque fructus dantur interessentibus diuinis officijs, & suspensio sit diuturna, quia tacitè haberet eo casu vim priuationis, vt ex Bonifacio de Vitallin. in clem. cupientes à num. 31. de pœnis, probat Nauar. cap. 27. sub num. 160. Insequiturque Lopez in suo instructorio par. 2. cap. 97. vers. hinc sequitur, verùm relatam Nauar. restrictionem, improbat Sayr. indicato cap. 5. num. 17. quia excederet terminos suspensionis, quę non nisi suspendere non priuare potest; vtcumque sit, vetusta; cuius Sayri opinionem, tanquam contradicentem, tùm prædictis, tùm alijs multis auctoritatibus, ab ipsomet recensitis, non admittimus; est enim communis Nauarri, & sequacium sententia, vt propterea ab ea discedere potissimum in iudicando, & consulendo, neque debeamus, neque possimus.

17 Beneficijs verò ante suspensionem obtemptis, vtrum nè ille priuetur, cum illam contraxit, non est tàm auidè quærendum, propter textum in ipso cap. cum bonæ de ætat. & qualitat. constituentem, non ei licere prædicta retinere beneficia, si triennio continuò in ea obdormiuit, à quo tamen explicatum tempus triennij, ad annum dumtaxat restringunt, illic Anan. num. 5. & Glos. final. in vltimis verbis; necnon Ioan. Andr. num. 1. tanquam factum narret text. ille, cum de triennio fatur, teste Ioan. Andr. post num. 5. eorumque magis communem esse sententiam existimo, non propterea affirmo falsum esse intellectum eidem textui, traditum à me ipso in cap. præcedenti num..... At tutiorem censeo, vt satis sit, quem anno perstitisse in excommunicatione ad priuandum antea habitis; in suspensione verò nonnisi triennio in ea steterit.

18 Fructus autem beneficiorum si suspensus exigit, non eos facit suos, si ab officio, & beneficio suspensus est, nimirum, quia illis spoliatur, vt inquit Abb. in cap. cum bonæ nu. 6. de ætat. & qualit. glos. in clemen. 2. vers. suspensus de vita, & honest. clericor. ibique Bonifac. nu. 10. & antea dixerat Hostiens. in summ. de sentent. excomm. post nu. 11. Is præterea, qui à beneficio tantum est suspensus, neque eos tuta conscientia percipit, glos. in cap. cum vintoniēsis vers. admiserunt in fin. de elect. inibiq; Doctores præsertim Abb. sub num. 10. & communiter affirmari dicit Sayr. in suo thesauro lib. 4. cap. 6. num. 9. quinimmo eos percipiendo peccat, Nauarr. cap. 25. nu. 124. vers. 15. sed irregularis minimè fit, vt inquit Bonifac. indicata clem. 2. nu. 26. nec distributiones quotidianas acquireret, etiam si horis canonicis interesset, & chorum adiret: ibiq; horas diurnas recitaret: licet enim Ecclesia requirat præsentiam in choro pro acquirendis distributionibus quotidianis, quia tamen illæ competunt ratione beneficij, & canonicatus cap. dilectus el primo, & cap. pro illorum de præbend. à quo suspensus cum sit, nequiuit eas lucrari, tametsi Ecclesiæ inseruierit, vt defendit Alex. Monet. in tract. de distribut. quotid. par. 2. q. 15. nu. 39.

19 Qui verò est ab officio suspensus, non vtique fructus beneficiorum amitteret, ex Nauarr. cons. 68. Ioannes nu. 3. de sentent. excomm. in antiq. siuè 41. de homicid. in nouis, & Clar. in manual. cap. 27. vers. neque suspensus, sub nu. 160. præter distributiones quotidianas, quas perderet profectò, vt inquit Abb. in cap. cum bonæ nu. 6. de ætat. & qualit. & Vgolin. tract. de censur. eccl. tab. 4. cap. 6. §. 3. in fin. necnon prædictus Alex. citat. q. 15. nu. 37. Licèt autem multi suspicentur suspensum ab officio, censeri quoque suspensum à beneficio; tamen quia contrariam in superioribus firmauimus resolutionem nu.... ideò tanquam non suspensum a beneficio, & illa consequi, & obtenta retinere, eorumq; fructus percipere non vetari, concludendum est; insinuatq; Sayr. in ipso lib. 4. cap. 5. nu. 16. quare deceptus est Lopez adducto cap. 97. vers. igitur, dum omittendo dictionem, non, qua vtitur Nauar. ab eo relatus, non percipit illius intentionem, quæ contradicit prorsus conclusionibus ipsius Lopez.

20 Est præterea non ignorandum, quòd suspensus, etiam ob crimen, debet modestè ali, & fructibus beneficij, nè egeat, dúm alijs bonis caret, ex glos. in eod. cap. cum Vintoniensis. vers. amiserat, ibique Bald. nu. 2. de elect. glos. fin. in cap. studeat 50. dist. Zabarell. clem. 1. §. 1. nu. 20. de ætat. & qualit. Nauar. adducto cap. 25. num. 124. vers. decimoquarto, & cons. 45. nu. 2. de tempor. ordin. in antiq. & cons. 7. iuncto cons. 27. de sentent. excomm. Viuald. in sua appendice ad 3. par. cap. 1. nu. 36. Diaza prax. crim. canon. cap. 132. siuè 133. & communem esse opinionem dicit Henrich. in summ. theol. moral. lib. 13. cap. 13. §. 4. in textu iuncta glos. lit. N, suspenso

21 autem ob contumaciam, isthæc minimè deberentur alimenta, etenim satisfaciendo posset à suspensione liberari, & dum illa nō aufertur ipsius est culpa per Abb. in cap. pastoralis §. verum nu..... de appell. ibiq; Dec. nu. 17. Nauar. citato nu. 124. Diaz. loco antea relato, Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. §. 8. vers. duodecimo, & Alex. Monet. in suo tractat. de distrib. quotid. par. 2. q. 15. nu. 41. Excōmunicatus verò nunquam posset habere huiusmodi fructus ad suam substentationem, quamuis egeret ex Nauar. indicato nu. 124. per glosam communiter receptam, & finalem in cap. pastoralis de appell. idq; apertis confirmat verbis Couarr. loco nuperrime citato; præfatā verò differentiam inter suspensionem, & excommunicationem, præter adductos Auctores, probat Clar. practic. crim. q. 73. nu. 3. tametsi aliquibus in casibus illa non subsistat. Ac primū cum suspensio prodijt ex contumacia, eo quod tunc minimè sunt illi exhibenda alimenta, vt antea demonstraui, non etiam cum excommunicatus detemptus est aliqua iusta causa, quin potuerit absolutionē petere, siquidem ex fructibus beneficij eo casu alendus est, per auctoritatem Dec. in cap. pastoralis §. verum nu. 18. de appellat. & sequitur Nauar. cap. 25.

cap.25.nu.124. Ac demum ceſſat præfata differētia, ſi non iuris rigorem, ſed illius dumtaxat æquitatem attēdimus, illa ſiquidem efficit, vt excommunicatus licet fuerit moroſus, ſi extrema laboret neceſſitate, nè fame pereat, debeat ex illis conſequi alimoniam, tametſi quacumque fuerit ex cauſa excommunicatus, iuxta gloſam finalem in citato §.verum, in finalibus verbis, & commendat illic Det. num.19. cum ſeq. atque Franciſc. Marc. deciſ. Delphin. 881. num.1. & 2. nec non Alexand. Moneta in tract. de diſtribut. quotid. par. 2. quæſt.15. num.28.

22 Concluſio autem firmata num. 18. nè ſuſpenſi faciant fructus ſuos; explicatur, cùm iuſta fuit ſuſpenſio, quandoquidem ſi iniuſta foret, nō tantum perceptos tuta conſcientia retineret fructus, verum non perceptos, & ſibi vti ſuſpenſo denegatos; poſſet iure merito repetere, cùm de illius conſtitit iniuſtitia, per gloſam in cap. ſuper cauſa 2. quæſt. 5. Abb. in cap. cum bonæ poſt num. 6. de ætat. & qualit. & Felyn. in cap. Apoſtolicæ num. 16. de except. qui vltro progrediens concludit. Diſtributiones

23 etiam quotidianas repetere eum poſſe, tametſi horis Canonicis intereſſe nequiuerit, ob ſuſpenſionē, & tuetur Vgolin. tract. de cenſur. Eccleſ. tab. 4. capit. 8. §. 7. num. 4. & Alexand. Moneta indicato tractat. de diſtribut. quot. par. 2. quæſt. 15. nu. 42. dummodò concurrant aliqua, quæ in capite præcedenti ſcripſi dum numero eandem conſtitui ſententiam in excommunicato.

Nouiſſimè autem, multa eſſent adiungenda in hac materia ſuſpenſionis, ſi eam ſtatuerim hic explicare, ſed adiungam ſi Deus dabit, & copioſè quidem (iuxta morem) in eo volumine, in quo iuxta præſcriptam diuiſionem totius Diuerſorij Iuris Canonici, erit iſthæc cenſurarum materia enucleanda, interea (præter Summiſtas in verbo ſuſpenſio) adeat Lector Gregor. de Valent. ſuper Diu. Thom. diſput. 7. quæſt. 18. tomo 4. Felician. tract. de cenſur. tit. de ſuſpenſione Aſtaſan. lib. 7. tit. 17. Medin. lib. 1. inſtruct. cap. 11. §. 8. Theologos omnes in 4. ſentent. diſtinct. 18. maximè Palud. quæſt. 7. Ledeſm. 2. par. quæſt. 26. art. 2. atque cęteris omiſſis Henrich. in ſumm. Theol. moral. lib. 13. cap. 31. & Canoniſtas in cap. Apoſtolicæ de except. præſertim Abb. Det. & Felyn. nec non Petrum à viagio in 1. par. Director. elect. cap. 7.

SVMMARIA.

Corpore vitiatus, ne Sacerdos fiat præcipitur; Iure tum Canonico, tùm alijs, quorum mentio fit, num. 1.

Rationes cur hoc ſit inſtitutum referuntur, numero 2.

Corporis ſpecies, ſimulacrum eſt mentis, figuraque probitatis, num. 3.

Corporis ex turpitudine, animæ deformitatem præſumunt Medici, num. 4.

Hippocritarum deſcriptio, num. 5.

Corporalia vitia; quæ antea, quæuè nunc ſint, impedientia ordinari, num. 6.

Mutilatio membri principalis, operatur irregularitatem, Partis verò nequaquam niſi duo hic memorata concurrant, num. 7.

Totius autem membri, vt operetur ſpectandum eſt, caſu ne, an culpa euenerit, num. 8.

Membrum etiam ſecretum ſibi ipſi voluntariè abſcindens fit irregularis, num. 9.

Ita ſi ab altero, eius tamen iuſſu: num. 10.

Etiam ſi à Iudice, aut quoque inimico, præcedente tamen propria culpa, num. 11.

Ita ſi ex cauſa apparenter iuſta, ſibi obtruncauerit, aut obtruncari fecerit, num. 12.

Exempla Origenis, & Marci ſibi membrum abſcindentium referuntur, num. 13.

Rutam inter adulta ponebant Sacerdotes antiqui, ſeruandæ caſtitatis gratia, num. 14.

Quæ remedia Veneris appetitum cohibeant, numero 15.

Virilibus carens ſi celebrare velit, non ea tenetur areſacta ſecum geſtare, num. 16.

Membrum naturali morbo correptum, mutilare etiam ſibi ipſi concedunt iura, alioquin non, num. 17.

Occidere verò nunquam licet, niſi publicæ poteſtati, num. 18.

Mori vbi remedium eſt; ſcelus tamen eſt occidere, num. 19.

Exempla multa repetuntur eorum, qui ſibi ipſis mortem conſciuerunt, num. 20.

Mulieri nihil boni eſſe poteſt, amiſſa pudicitia, num. 21.

Noxa procul eſt à coacta, num. 22.

Lucretia Romana, omninò caſta an dicatur, & vindecetur nè prorſus, ab impudicitia, numero 23.

Deus neminem patitur tentari, ſuper id quod poteſt, num. 24.

Malum perpetrari non debet, vt aliud minus vitetur, num. 25.

Pœnę corporalis in ſe ipſum, nemo debet eſſe exequutor, num. 26.

Vita non omni pratio emenda, num. 27.

Stultitia eſt timore mortis mori, num. 28.

Ex Inferno reditus nulli patet, num. 29.

Pœna apud Gentiles aduerſus eos, qui mortem ſibi conſciuerunt, num. 30.

Sepultura Eccleſiaſtica Iure Canonico priuantur, num. 31.

Membrum ſibi obtruncans, dolore commotus; fit irregularis, dato quod iuſtè alioqui obtruncandus eſſet, num. 32.

Irregularis eſt, qui ſibi partem membri ex indignatione ſecuit, num. 33.

Deformitas, quando impediat promotionem vſumque ſuſceptorum, num. 34.

Caput cœteris membris honorabilius eſt, & corporis præſtantior pars, num. 35.

Citatio

Citatio exequuta in personam illius, qui erat in fenestra valet, num. 36.

Aurium defectus, vel interior, vel exterior esse solet, num. 37.

Surdaster non vetatur ordinari, num. 38.

Surdus autem vtique, num. 39.

Auricula sit ne membrum, num. 40.

Ea carens an admitti possit ad ordines, nu. 41.

Mulier auditu carens, monialis fieri non prohibetur, num. 42.

Dolor capitis si insanabilis est coadiutorem dandi causam affert, num. 43.

Capitis dolore quam vehementi laborauerit Sãctus Ioannes Chrisostomus, num. 44.

Facies quoque dicatur capitis pars, num. 45.

Faciei deformitas qualis esse debeat, vt impediat ordinandum, num. 46.

Cicatrices sunt vulnerum obductorum signa, & scissura apparentes, in exteriori parte cutis, num. 47.

Faciem nigram habentes, veluti Mauri, siue athyopes ordinari possunt, num. 48.

Vinum non refert si album sit, vel Rubrum in consecratione sanguinis, num. 49.

Frons diuersorum effectuum index est, prout varia esse solet eius qualitas, num. 50.

Oculis carens non promouetur, num. 51.

Oculis quæ noxam afferant repetuntur, & qui propterea cæcutierint, num. 52.

Exemplum insigne refertur Theotimi paruipendentis visum oculorum, vt per Breuem non omisteret veneream voluptatem, nu. 53.

Oculi, mentis imago, & cordis nuncij sunt, numero 54.

Cæcis interdicitur etiam vsus ordinum antea susceptorum, num. 55.

Non tamen arcentur à prædicatione, aut etiam ab audiendis confessionibus, num. 56.

Complurium mentio fit, qui cum essent cæci, doctissimi tamen viri euaserunt, num. 57.

Cæcus beneficijs non spoliatur, etiam requirentibus seruitium personale, sed daretur coadiutor, num. 58.

Ipse volens resignare beneficia coram ordinario audiendus erit, etiam vigore Constitutionis Pij V. num. 59.

Ratio ob quam ita sanxit eiusmodi Constitutio, rescribitur, num 60.

Corpore vitiatus, non is censendus est, qui longè non videt, num. 61.

Neque qui propinqua non contuetur sine orbiculis, num. 62

Luscus vitiosus iudicatur, & ordinari prohibetur, num. 63.

Luscisiorum duplex species, num. 64.

Strabismus quale sit vitium, & vtrum insanabile, num. 65.

Strabones inter regulares ponuntur, ne valeant ordinari, num. 66.

Causa irregularitatis quoties cessat, ita, & irregularitas, num. 67.

Cæcus, vt ordinibus insigniretur dispensauit quandoque supremus Antistes, num. 68.

Cardinalis Estensis facinus, num. 69.

Coclites, idest Monoculi, neque ordinari possunt, num. 70.

Monoculos frequentes populos, in Aethiopia esse demonstratur, num. 71.

Oculum tantum habens, certius videat, & exquisitus Aristotelicus sermo præportat, numero 72.

Oculi visio læsa citra morbum euidentem, irregularitatem quando operetur, num. 73.

Albuginem deformosam retinens in oculo, est etiam irregularis, num. 74.

Oculum altero grossiorem, aut ambos prominentes siue vtrosque paruos retinens, an irregularis censendus sit, num. 75.

Ophtalmia hoc est lippitudine laborans, est irregularis, num. 76.

Lippitudo quæ sit, num. 77.

Eius differentiæ, signa, effectus, Prognostica, & curatio remissiuè tangitur, num. 78.

Malæ seù genæ irregularitatem quandoque pariunt, num. 79.

Malæ si rubeant probitatis est signum, nu. 80.

In auriculis verò rubor, læsæ conscientiæ signum est, num. 81.

Nasus ita in facie locatus est, vt murus oculis interiectus esse videatur, num. 82.

Nasum inditium facere morum, arbitrantur complures, num. 83.

Delinquentium crimina non mortis pœna, sed nasi mutilatione puniebat Aethiopum Rex, num. 84.

Nasus quando sit causa irregularitatis. nu. 85.

Labia, membra ne, appellitentur, num. 86.

Labia multoties, irregularitatem gignunt, num. 87.

Lingua carens, inhabilis quando sit ad ordines, num. 88.

Item quid si vsu linguæ, num. 89.

Mutus contrahit matrimonium, uum. 90.

Qui tardè, & impeditè loquitur, vt Balbus, & blesus, non est irregularis, num 91.

Differentia vtrum ne sit inter morbum, & vitium, explicatur, num. 92.

Balbutire, quid sit, num. 93.

Vitio linguæ cessante, adhuc irregularitas cessaret, num. 94,

Exempla memorantur, quibus ne dum impedimentum minimum linguæ cessasse actenditur, sed etiam grauè quo fari detinebatur, num. 95.

Dente

Dente carens non eſt morboſus, num. 96.
Dentem qui ſibi metipſi ex impatientia euulſit, an repellatur à ſuſcipiendis ordinibus, num. 97.
Menti deformitas, quando impediat promotionem, num. 98.
Barbam tingentes, quando ſint admittendi ad ordines, num. 99.
Collum propriè quale ſit, num. 100.
Et quæ gula ſiue guttur, num. 101.
Irregularitas ex his membris, quando oriatur, num. 102.
Gibboſi vtrum dicantur corpore vitiati, numero 103.
Manu carens irregularis eſt, num. 104.
Ordinatus ſi manum perdat, non impeditur exequi illud ordinis exercitium, quod manum non requirit, ideò prædicare, audire confeſſiones, & fortaſſe baptizare poterit, num. 105.
Abſciſſam manum, fuiſſe quandoque reſtitutam refertur, num. 106.
Quid dicendum de habente manum aridam, num. 107.
Nec non de eo, qui manus tremulas perpetuò detineret, num. 108.
Aut manum varam, ſiue brachia longè breuia haberet, num. 109.
Digitus non eſt membrum, num. 110.
Membra propriè quæ dicantur, num. 111.
Digito carens ſit nè irregularis diſcutitur multis additis explicationibus, num. 112.
Ordinibus inſigniri, nec ne valeat, qui digitos numero plures habet, num. 113.
Pingues ordinari, nec nè poſſint, num. 114.
Hydropiſi laborantes, non ſunt recipiendi ad ordines, num. 115.
Lien cui deeſt, an ſit ordinandus, num. 116.
Splene quanto magis indiget aliquis, eo minus riſui promptus eſt, num. 117.
Differentia inter Eunuchos, caſtratos, & ſpadones, veraque refertur dictorum nominum explicatio, num. 118.
Eunuchi antiquitus ſeruandis cubilibus Regum adhibebantur, & virginum lectum cuſtodiebant, num. 119.
Exempla aliqua repetuntur, quibus ſupreſſas fuiſſe mulieres liquet, ab Eunuchis, quibus in ſtodiam data erant, nu. 120.
Eunuchi cuiuſdam improperia referuntur, numero 121.
Poſſint ne aſſumi ad ordines? num. 122.
Mulieres complures reperiuntur, quæ podagricæ, aut caluæ ſunt, num. 123.
Eunuchos neque recaluaſtros fieri, neque podagra laborare ſolere oſtenditur, num. 124.
Eunuchos ad cæteras mundanas dignitates admitti, non dubitatur, num. 125.
Hiſtoria periucunda recenſetur Theobaldi Vmbrorum Ducis, num. 126.
Claudi quando prohibeantur ordinibus inſigniri, num. 127.
Vari, valgi, vel varij, qui dicantur, ijque ſint ne irregulares? num. 128.
Compernis, qui ſit, & num prohibeatur aſſumi ad ordines, num. 129.
Claudus deſierit, quandoque claudicare demonſtratur, num. 130.
Salutem ex inimicis, aliquem conſequutum eſſe refertur, num. 131.
Ceſſante cauſa, ceſſet effectus probatur; & declaratur regula, num. 132.
Legem latam propter bellum temporibus duris, in pace florente abrogandam eſſe probatur, itidemque in caſu contrario, num. 133.
Morboſus qui ſit demonſtratur, num. 134.
Arthitris morbus, multas contineat ſpecies, nempè chiragram, podagram, Iſchiam, ſeù coxendicum morbum, vel ſciaticam, numero 135.
Podagra peregrinus morbus eſt, neque in Italia antiquitus cognita, num. 136.
Podagra morbo laborans, cenſeatur ne irregularis? num. 137.
Podagra morbus hæreditarius apparet, nu. 138.
Gigantes non ſunt cenſendi irregulares, nu. 139.
Humani corporis ſtaturam, ad ſummum ſeptem pedum eſſe ait Gellius, num. 140.
Corpora antiquuorum hominum vaſtiora, & prolixiora fuiſſe ſcribit Homerus, nu. 141.
Gigantes ſexaginta cubitorum, quandoque repertos probatur, nu. 142.
Gigantibus conceſſum à natura hanc proceritatem demonſtratur, num. 143.
Pigmei irregulares minimè ſunt, num. 144.
Nani, & Pigmei, tantum nomine inter ſe differunt, num. 145.
Pigmeorum conſueta ſtatura, quæ ſit, nu. 146.
Gregorius Turonenſis Epiſcopus, longè breuis ſtaturæ fuerit refertur, num. 147.
Cum his poſſe de facili diſpenſari intra ipſorum conformes populos probatur, num. 148.
Monſtris non licere ſuſcipere ordines, num. 149.
Neque pro liberis haberi, num. 150.
Quis reputetur monſtrum, num. 151.
Differentia vtrum ne ſit inter monſtrum, prodigium, portentum, & oſtentum? num. 152.
Leproſus nec ordinari poteſt, nec in ſuſceptis miniſtrare, num. 153.
Leproſo datur coadiutor, non autem is ſpoliatur beneficio, etiam curato, num. 154.
Reſignatio beneficiorum, coram ordinario de Iure fieri poteſt, num. 155.
Etiam beneficiorum reſeruatorum, nu. 156.

Exempti

Exempti verò nequeunt, coram ordinario loci beneficia renunciare, num. 157.
Quorum fieri potest resignatio, si libera sit, non conditionalis, & ad fauorem, nu. 158.
His tamen temporibus neque libera fieri potest (nisi in certis quibusdam casibus) coram ordinarijs, num. 159.
Leprosus potest coram ordinario, etiam his temporibus renunciare beneficium, num. 160.
Causæ ex quibus transferuntur Episcopi de vna in alteram Ecclesiam recensentur, & declarantur, num. 161.
Leprosos quandoque sanatos fuisse refertur, num. 162.
Scabie laboranti irregularis est, num. 163.
Paralysi qui laborant sint etiam irregulares, num. 164.
Apoplexia morbus idem operatur, num. 165.
Sanctus Eugenius Cartagin. Episcopus conualuit à morbo Apopletica Paralysis, nu. 166.
Irregularis etiam est, qui morbo gallico laborat, num. 167.
Hic morbus, quando primo apparuit in Europa, & quomodo, refertur, num. 168.
Quartana neminem detinet suscipere ordines, num. 169.
Febricitantes, vtrum possint ordinari, nu. 170
Morbus comitialis, quis ita dicatur, nu. 171.
Eo correptus, ordines assumere non valeat, num. 172.
Etiam si diù conualuerit, num. 173.
Hic morbus dicitur hæreditarius, num. 174.
Hæredes an promoueri possint, num. 175.
Qui àntea promoti fuere, teneantur ne desistere ab exercitio ordinum? num. 176.
Furiosorum species tres recensentur, & explicantur, num. 177.
Qui sint furiosi, mente capti, aut habentes dilucida interualla, declarantur, num. 178.
Hi promoueri nequeunt, cum declarationibus, & rationibus, num. 179.
*Sacramenta imprimentia caracterem, actum recipientis non requirunt, num.*180.
Lunatici, Epilentici, & similes, inhabiles quoque ad beneficia iudicantur, num. 181.
Beneficij collatio Epilenticis facta, vtrum sit nulla, num. 182.
*Furiosi, & similes beneficijs indigni creduntur, nu.*183.
*A susceptis tamen ordinibus non deponuntur, num.*184.
*Si conualuerint, ne valeant ordines exequi additur cum declarationibus, num.*185.
*Vertiginosis, ne quis manus cito imponat adiungitur, num.*186.
Hi non detinentur, quin ordines susceptos exequantur, dummodò habeant post se vicini Solaminis adiutorem, num. 187.
Demoniaci ordinibus insigniri vtrum queant, discutitur, num. 188.
Et qui post ordines sunt à Dœmonibus obsessi, careant ordinum exequutione, etiam postquam conualuerint, num. 189.
Malefici quod dupliciter homines solent lædere suis maleficijs, num. 190.
*Frigiditas duplex, & quæ illarum qualibet sit, num.*191.
Maleficiatus, qui verè ita dicatur, nu. 192.
Hic vetatur contrahere cum ea, ob quam fuit maleficiatus, nu. 193.
Differentia inter maleficiatum, & frigidum, vt ille contrahendo cum secunda, & coeundo non restituatur priori vxori, hic verò maximè; recensetur, num. 194. & 195.
Maleficiati quibus vti debeant remedijs, numero 196.
Maleficijs vti, ad dissoluendum maleficium, vetitum est à iure, num. 197.
Maleficus tamen adduci possit precibus, vel pecunia, ad dimouendas, & destruendas magias non dubitatur, num. 198.
Matrimonium ex frigiditate mulieris nusquam dirimitur, sed vtique si arcta illa fit cum declarationibus, num. 199.
Maleficiati assumi ad ordines nec ne possint, num. 200.
Defectus quiuis producens impedimentum ad exercitium ordinum, & cet. operatur irregularitatem, nu. 201.
*Dispensare cum corpore vitiatis, tantum Papæ reseruatur, nu.*202.
Episcopus tamen cognoscere potest, & arbitrari an defectus sit talis qui impediat promotionem, nu. 203.
Respectu verò regularium ad quem spectet declaratio prædicta? nu. 204.
*Papa vbicumque dictas elargitur dispensationes, quæ soleat intueri, nu.*205.
Ordinario cui dirigitur Breue, committit Papa cognitionem, & facultatem dispensandi, num. 206.
Corpore vitiati absque dispensatione promoti, si in illis ministrauerint, an incurrerint alteram irregularitatem, solitam oriri ex mala promotione, & sequenti celebratione, numero 207.
*Irregularis ex defectu, nunquam in alteram incidit irregularitatem si promoueatur, & celebret, nu.*208.

Capi-

Capitulum XVII:

SI nemo ob illa mala, quæ vel natura, vel casu eueniunt cuiquam succensere debet, neq; obiurgare, aút punire eos, qui hisce malis premuntur, at potius omnes misereri, ex Platonis sententia in lib. 17. per auctoritatem Protagoræ; ac rursus in lib. 1. Ethic. & vulgatum illud suppetit axioma, neque laudandos, neque vituperandos nos esse, de ijs, quæ habemus à natura; ideò ad secundam distinctionis partem, descendens, proficiscentem ex vitio corporis, iusta ratione quærere potero, cur Dominus alloquens Moysem cap. 21. Leuit. maculam aliquam corporalem habentibus, prohibuerit hostias offerre Domino, in hæc verba. Omnis qui habuerit maculam à semine Aaron Sacerdotis, non accedat hostias offerre Domino, nec panes Deo suo; cuius seriem morali interpretatione prosequitur Diu. Gregor. cap. 11. Primæ Pastoralis, & refertur in capit. Hinc etenim 49. distinct. Apud Ethnicos etiam, & Gentiles præceptum erat, vt Sacerdos integer esset, tanquam mali Ominis res vitanda, si non integri corporis erat, teste Seneca lib. 4. controuers. cap. 2. Plin. lib. 7. Natur. histor. cap. 28. & ob id Romulus selegit, creauitque Sacerdotes excellentes genere simul, & virtute præstantes, ac corpore nulla ex parte diminutos, vt Dionysius Alicarnassus lib. 2. Roman. antiquit. affirmat; ideoque Sergius in Pretura, sacris arceba-
1 tur à collegijs, vt debilis, & mancus teste Plinio adducto capit. 7. ac denique Canonicis sanctionibus constitutum est, ne truncum, aut vitiatum corpus habentes, auderent ordines suscipere Ecclesiasticos cap. Præcipimus 34. distinct. cap. 1. 55. dist. cap. 2. ibique glosa, verbo deformitatem de cleric. ægrot. adnotarunt Summistæ in verbo, & Rubr. de corpor. vitiat. Doctores in cap. 1. & 2. citata Rubr. & Albertus Trotius tract. de vero, & perfecto Clerico lib. 2. capit. 16. cui quidem sanctioni concinit, quod olim vsitatum, ac tritum erat apud Romanos, apud quos, qui de Vestali Virgine capienda scripserunt, negauerunt capi fas esse, quæ lingua debili, sẽsuue aurium diminuta, aliaue quauis corporis labe intincta esset: cuius historiæ relator est Aulus Gellius lib. 1. noct. Actic. cap. 12. illiusque auctoritate adductus Diuus ille Hieronymus, ad Demetriadem Virginem scribens, grauissimé inuehitur, contra Parentes, deformes filias Virginitati dicantes, solent etenim (inquit ille) miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes filias, & aliquo membro debiles, quia dignos generos non inueniunt, Virginitati tradere.

2 Sed quæso procul ab omnibus sit admiratio relata in huius capitis initio, si fortasse ipsa aliquem suspensum detineret, & cognoscat id iustissimis ex rationibus sancitum fuisse, quarum illa validior, atque verior reputatur ab omnibus; quia corporalis fœditas Animi morumque deformitatem indicat, vt è nostris scripsit Abb. in capit. quia diuersitatem de conceſs. præbend. & luculenter tradidere Tiraquell. leg. connub. á num. 55. & Plaza in Epitome delict. cap. 25. subscribitq; sententia Cyni relata ab Alexand. cons. 209. ponderatis nu. 10. versic. dictus vero Iuuenis lib. 6. quod in pulchro corpore pulchra residet Anima. Nam Diu. Ambros. lib. 2. de virgin. affirmat, speciem corporis si-
3 mulacrum esse mentis, figuramque probitatis, & refert Lucas de Penna in l. 1. vers. 2. quæritur C. qui ætat. vel profeſs. se excus. lib. 10. & l. 1. C. de profeſs. qui in vrbe Constantinop. lib. 12. ac Matth. de Fano in tract. de modo studendi capit. 30. & adstipulantur, quæ Ouid. lib. 2. Fastorum Lucretię pudicitiam collaudans scripsit, ita illam faciæ pudicitiam præportasse, sicuti eius erat pudicus animus; nam qualis erat interius cognoscebatur in vultu; dum inquit,

Et facies Animo, dignaque, parque fuit

atque iterum lib. 6. fast. in fine Martiæ venustatem, virtutesque extollens, subscripta prodidit carmina.

Par Animo quoq; forma suo respondit in illa,
Et genus, & facies, ingeniumque simul.

Nequè iniuria Lucius Piso, cum omnium esset flagitiosissimus, quia tantam probitatem aspectu prę ferebat, vt hoc ipso omnes deciperet, talem credentes illum interius esse, qualem se exterius insinuabat; vt propterea ipsum in Consulem delegissent; hinc Cicero in órat. contra Lucium Pisonem, electores defendere, & à culpa immunes fuisse ostendere, nitens, his vtitur verbis; non enim color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt; oculi supercilia, frons, vultus denique, qui sermo quidem tacitus mentis est; hic in errorem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit, & iterum contra eundem Pisonem in orat. pro sexto, his alijs vtitur: Nam quid ego de supercilio dicam? quod hominibus non supercilium, sed pignus Reipublicæ videbatur, tanta erat grauitas oculi, tanta contractio frontis, vt illo supercilio, tanquam virtutis vmbraculo, vt Athlante cœlum niti videretur, & mox subdit; Etenim animus eius, vultu; flagitiæ parietibus tegebantur. Hoc etiam Catull. in Argon. ostendit inquiens.

Frons expirantis, præportat pectoris iras.

& Martial. lib. 12. Epigram. in Zoilum, ex corporis deformitate illum opinabatur improbum remquè mirandam esse subiungit, si fortaiſe bonus esset.

Crine ruber, niger ore, breuis pede. lumine læsus
Rem magnam præstas. Zoile si bonus es.

4 Medici tandem ex corporis turpitudine, animi deformitatem præsumunt, vt scribit Rasis lib. 2. ad Almansorem cap. 33 & cap. 54. Galenus insuper, faciem fœdam, malos mores ostẽdere affirmat lib. 2. de temperam. cap 6. & lib. 1. & 2. de vsu part. hinc Aspasius tradit, & refert Commentator ad Valer. Martial. super adducto Epigrammate in Zoilum, dicens; fieri non posse, vt qui omninó deformis est, bonus sit, Bald. etiam, in l. obseruare C. quo-
5 rum appellation. non recipiuntur, affirmat, quod sicut turpis habitudo corporis declarat quem procliuem ad scelera, ita pulchra ad virtutes. Hac de re Hipocritæ (quorum his temporibus turba notari vbique potest) quamuis intercutibus vitijs madescunt,

descunt, foris tamen vultum simulant demissum, ac sanctum; atque vt dicit text. in cap. vt officium de hæret. in 6. sub Agni specie lupum gerunt, vt appareant hominibus iusti, & probi; satis namque expertos esse arbitror eis tantum tribui, & credi, qui se bonos esse demōstrant, omnesq; bonos præsumi, ex extrinsecis actibus, tametsi veluti sepulcra dealbata in propatulo, ita esse fronte, ac vultu mentiantur, longèq; ab ea absint persona, quam simulant. Sed vę prædictis nequissimis viris, quia tempus adueniet, quo eorum flagitia cunctis manifestè patebunt, iustusque Deus (quem fallere nequeunt) grauissimas propterea ab eis pœnas sumet.

6 Corporalia autem vitia antiquitus ex veteri testamento multa quidem erant, quæ memorat allegatum cap. 21. Leuit. quorum aliqua post Legem Euangelicam, neminem ab ordinibus suscipiendis repellunt, iuxta casum cap. qualiter 7. quæst. 1. tunc etenim Sacerdotium magis figurale erat, & temporale; ideoq; magis considerabantur corporalia vitia, vt adnotauit Syluest. verbo corpore vitiatus, in principio. Nunc vero corpore vitiatum eum existimo ad effectum ne debeat ordinibus insigniri qui mēbro principali caret, vel quia natus ita est, vel quia illud mutilatum, aut debilitatum, sibi fuit, aut ipsum nimia illius deformitas angit; Vnumquodq; tamen prædictorum, & declarationes, & restrictiones recipit, quas non paucis extendere verbis, censui pernecessarium esse.

7 Atque á mutilatione exordiendo, opinor, illam tantum inducere irregularitatem, quæ in aliquo membro dummodò principali euenit, & ob culpā contingit, ex Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 198.

Dixi 1. vt mutilatio sit alicuius membri Principalis, quoniam si illius pars tantum esset mutilata, non produceret irregularitatem. Innocent. in capit. significauit de corpor. vitiat. Syluest. verbo corpore vitiatus num. 3. vers. aut est mutilatus, & glosa fin. in cap. 1. de corpor. vitiat. nisi illa duo concurrerent alterum scilicet si pars illa abscissa, celebrandi adimeret facultatem cap. fin. citata rub. nempè si Pollex præcisus esset, ex eodem cap. finali, aut quiuis aliorum digitorum requisitorum ad consecrationem, Plaza in Epitom. delict. lib. 1. capit. 25. numero 9. & Luculentius dico inferius. Alterum verò si deformitatem operaretur scandalosam cap. 1. alleg. tit. namq; in alterutro istorum casuum, mutilatio partis membri promotionem impediret Armill. verbo corpore vitiatus num. 2. Siluest. eodem verbo numero item 2. vers. vnde hoc generaliter.

8 Posui præterea ex doctrina Nauarri, verba illa, & ob culpam contingit, nam præter mutilationem membrorum ad exequutionem ordinum necessariorum, in quibus nil refert vtrum casu, vel culpa sit secuta mutilatio; semper distinguitur an illa casu, vel culpa euenerit, quia si casu, & sine culpa illa acceſſerit in paruo membro, nullam, aut minimā, inducente deformitatem, irregularitatem minimè operaretur ex adducta glosa finali si tamen operam rei licitæ dabat, secus si illicitæ, Borgas, tractat. de irreg. rubr. de corpore vitiat. num. 5. vers. si autem pars 5. & Summistæ omnes, sed si ex propria culpa in mutilationem incidit, etiam si culpa ipsa, minima fuerit, nihilominus irregularitatem incurrit, in qua tamen dispensat Episcopus, per adductum capit. 1. vt ministret in susceptis, & declarat Alber. verbo vitiatus, versic. & si etiam: quod si non ita minima esset obtruncatio, & rei illicitæ incumbendo incurrerit, fieri quidem inhabilis etiam si casu euenerit per Syluest. verbo homicidium 3. num. 5. Borgas. citata Rubr.

Quod si non tantum ex propria culpa, sed ab ipsomet voluntariè prouenerit mutilatio, proculdubio irregularis fieret, qui enim absciderit semetipsum, non fiat clericus, habetur in Canone Apostolorum 22. relato in cap qui partem 55. distinct. tametsi abscissio sit illius mēbri, quo minimè egeat,
9 ad ministerium ordinis, neque deformitatem operetur, scilicet si obtruncasset pudenda, cap. si quis absciderit 55. distinct. & scribunt Villadiego, Plaza, & Maiolus relati á Menoch. casu 570. nu. 15. cēt. 6. ipseq; dico inferius vers. sed vnde digressa est. In adducto autem cap. si quis absciderit, illa affertur ratio; quia sui ipsius est homicida; non quod homicida tunc sit factus, homicida dicitur, sed quia exposuit se periculo homicidij, quod poterat sequi sectionem; veluti homicida dicitur, qui infantem exponit, in cap. vltimo 86. distinct. altera vera ratio est illa, quod qui sibi non pepercit, multò minus alteri parcet l. fin. ff. de bon. eorum qui ante sentent. & inquit Mandos. tract. de ingrat. cap. vltimo; Nec sine ratione, quandoquidem præsumitur omne malum in alium ausurus, qui in se ipsum deseuit l. cum autem §. excipitur in fine ff. de ædil. ædict.

10 Eadem ex ratione, cui fuit mutilatum membrū ab alio, eius tamen iussu, aut rogatu, fit irregularis ex omnium consensu, quia satis est, quod sua voluntas fuerit, sibi ferrum inijcere cap. qui partem §. in illis 55. dist. ea enim nostra facimus, quibus nostram impartimur auctoritatem, ex iactata regula.

11 Quinimmò idem firmandum arbitror cum eo, cui in pœnam alicuius facinoris, etiam ab inimicis fuerit abscissum membrum, vt inquit Hostiens. in summ. de corpor. vitiat. §. & quæ, & in cap. ex parte alleg. rubr. sequitur Ioan. Andr. & communis sententia Doctorum, vt asserit Nauar. in c. 27. nu. 198. puta si alicui fuerunt abscissa virilia ab adulteræ marito, vlciscente iniuriam, quia ipsum inuenit cum sua vxore coire, vt prædicti asseuerāt, & Consalu. á Villadiego tract. de irreg. rubr. de corpore vitiat. col. 2. Couar. in clement. si furiosus in princ. num. 6. par. 1. de homicid. quod sæpè euenisse non desunt qui sciunt, atque in Hispania accidisse Anno 1537. refert Diaza praxi crim. canonica cap. 79. in fine, dum tribus in locis de Villanubla, de Cinguela, ac de Laguna, in octo ferè mentium spatio filium cuiusdam viduæ, & duos maritos in tres Sacerdotes sœuientes, de inimicis membris, refert vindicasse; quare multò magis irregularis erit ille cui ex mandato Iudicis membrum sit iustè abscissum: argum. l. fin. de tempor. ordin. tametsi membrum obtruncatum, sit occultum, aut facultatem vtendi ordine non abstulerit, veluti si pudenda abscissa fuerint, per cap. si quis absciderit 55. dist.

12 Pari etiam ex ratione qui ex causa non iusta, licet videatur iusta, & legitima, aliquod sibi mutilarunt membrum, vel mutilare iusserunt, puta qui carnali vitio se repugnare posse nescientes, virilia,

vt

vt caſti fierent abſciderunt c. hi qui 55. diſt. non enim per abſciſsionē corporis á Deo plaſmati, exiſtimare debent poſſe à ſe carnales concupiſcentias amputare; ſed per diſciplinam Religionis, vel abſtinentiæ c.ſi quis pro ægritudine 55.diſt.neque obſtant verba Diui Hieronymi ad Armentarium,relata in c.qui fitit. 33.q.5.quod alios hominum facit Eunuchos natura; alios vis hominum; mihi illi Eunuchi placent,quos caſtrauit voluntas,non neceſsitas; libenter eos in meo recipio ſinu, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum: non etenim erunt intelligenda de illo, qui corporis mēbrum ſibi amputauit,caſtitatis intuitu,credens propterea affectus etiam carnales ſibi amputare; Verum de eo qui ſe caſtrauit propter Regnum Cœlorum,id eſt, intentionaliter,& ex animo ſe eunuchum fecit, & ſic intentione ſtatuit, nec matrimonium contrahere, nec peccatum carnale committere; hunc namque ibi ſatis collaudat Diuus Hieronymus,& ſunt conſimilia verba Euangelicæ veritatis Matth. 19. quia ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter Regnum Dei, quæ in hunc iam dictum ſenſum interpretantur Diu. Auguſt. Baſilius,& alij,quos congerit Couar. in clem. ſi furioſus num.6. verſic. quinto,par.1.de homicid. vel ſecundum Chryſoſtomum,ea per diuerſa verba in eundem tamen ſenſum explicantem, intelligere poſſumus,de illis,qui non per membrorum abſciſſionem, ſed malarum cogitationum interemptionem ſe caſtrauerunt,vt refert Sot. lib.5. de Iuſt. & iure quæſt.2.art.1.in fine; optima igitur ratione ſibi membrum obtruncantem, quamuis credentē ſe propterea à carnalibus concupiſcentijs abrumpere,ordinibus initiari non poſſe; & initiatum à miniſterio euelli, & deponi, conſtitutum legimus ex Concil.Arelat. in alleg. cap.hi qui,& Concilio Martini Papæ in dicto cap. ſi quis pro ægritudine;quin,& iuſta ratione factum profitemur,cum Diu.Aug. in lib. de dogmatibus Eccleſiaſt.c.72. & confirmo per illam Gentilium auctoritatem, apud quos Virilium abſciſſio,à propria perſona facta, turpis admodum cenſebatur,vt refert Valer. Maxim.lib.7.cap.7.& Alciat.in parer.Iur.lib.7 cap.23. neque etiam caret ſuſpicione hereſis Valeſiorum; quinimmò leges permultæ vetuerunt hoc ſcelus admitti,hominesq; caſtrari,imó pœnas inflixerunt quas Menoch. recenſet de arbitr. Iudic. caſu 570.
13 centur.6. Exempla verò Origenis, ac Marci non refragantur, dum ille, vt liberius tempore perſecutionis Eccleſiæ poſſet mulieribus occultè prædicare,ſe Eunuchum fecit, aut cultello,iuxta cōmuniorem ſententiam, aut adhibita herba,vt virilia marceſcerent, vt ſcripſit Zonaras, & nihilominus poſtea ſacerdotalem ordinem ſuſcepit: Iſte autem ſibi pollicem precidit,vt fieret ſacerdotio indignus, & tamen Sacerdotalem deinde adeptus eſt gradū, illa etenim haud ſunt trahenda in conſequentiam, iuxta gloſam in alleg. cap.ſi quis abſciderit verſic. clericus, maximè ſi non abſque culpa factum fuit, prout demonſtrat Couar. in Clement. ſi furioſus in principio num. 6. parte prima, ac præſertim flagitium fuiſſe, quod Origenes auſit, dixit Sot. alleg. lib.5.quæſt.2. art.1. verſic. tertia demum; tametſi zelus, & caſtitatis iudicium, laudi ſit tribuendum; Marci veró factum non ita redarguit, ſed fatetur laude dignum non eſſe,niſi reuelatione aliqua protegatur; illum tamen crederem non detinendum à ſuſceptione ordinum, qui, eſequeretur, quod paſſim apud Græcos Auctores circumferri ſolet, dum ſeruandæ caſtitatis gratia
14 ſacris initiati, ſoliti erant aſſumere rutam inter Aedilia, vt refert Plaza in Epitome delictorum lib.1. cap.24. num. 7. eo quod Veneris appetitum illa extinguat, vt aſſeuerat Galen. lib. de ſimplic. Medic.facile parabilib.Oribas.in Medic.Compēd. cap.6. Comentator ad Scolam Salernit.cap.8. verſ. ſecundum, & Plin. lib.24. cap.10. concinuntque ſubſequentia Ouidiana carmina lib. 2. de Remed. Amoris.

Vtilius ſumas acuentes lumina rutas,
Et quidquid Veneri corpora noſtra negant.

15 Rutæ autem addit Roſæ Florem ſcola Salerni cap.20.vt Veneris appetitum cohibeat,atque tollat, quod de roſis,quæ pumiceo colore rubent, intelligendum eſſe opinatur inibi commentator; fructus etiam ſalicis eundem parit effectū, vt tradit Strobeus. ſerm.98. Salicis (inquiens) fructum cum vino propinatum libidinis impetum mitigare; quod etiam Dioſcorides affirmat lib.3.cap.5.Plinius verò lib.24.natural.hiſt.cap.9. Salicis folijs hunc tribuit effectum,dum aſſerit Salicis folia contrita, & pota libidinis intemperantiam coercere,atque in totum auferre vſum,ſœpius ſumpta; ſed ſcola Salerni,hāc ipſam potentiam flori ſalicis,aſcribit,cap.72.quare commentator eo in loco,ob id fortaſſe dubius,quāuis contradictiones iſtas ſubticuerit,omnium tamē ſententias complectens, Inquit; ſalicis ſemen, ſiue fructum, ſiue florem, hoc operari; qui igitur illis vteretur ad compeſcendam libidinem, non equidem fieret mea ſententia irregularis, cum naturale membrum non offendat, ſecus verò ſi aliquam herbam adhiberet,quæ virilia marceſceret, ex quo membrum á natura datum tunc perimeret, & auferret.

16 Quod ſi per inſidias hominum aliquamue perſecutionem, alicui fuerint abſciſſa virilia,aūt ita ſit ille natus, etiam poterit in Epiſcopum eligi capit. ex parte el 1. de corpor.vitiat. nec oportebit illa areſacta ſecum geſtare: error enim eſt vulgi, opinantis eum celebraturum teneri virilia areſacta, & in puluerem redacta ſecum deferre; namque re vera ad id minimè conſtringitur, per gloſ. ſingul. & final. in alleg. cap. Eunuchus, Abb. cap.2. de corpor.vitiat.Hoſtienſ. cap.fin.dicto tit. Nauar. in ſumm.cap.27. num.200. Albert.Trot. de vero, & perfecto Clerico lib.2.cap.16.n.18.Silueſt.verbo corpore vitiatus num.3.verſ.nec eſt neceſſarium & Plaza in Epitom. delict. lib.1.cap.25.nu. 5.

Si inſuper patens quodcumque membrum, alicui nulla præcedente propria culpa, amputatum fuit, poterit ordinibus inſigniri, cum celebrationem, nec impedit, aūt deformitatem non gignit, vt ſcripſi ſub nu.7.& propterea ſi ex cōſilio Medici,vel Chirurgi ob valetudinem conſequendam fuerit alicui membrum præciſum, neque impediens celebrationem, neque producens deformitatem, nequibit retinere illum à promotione cap.

si quis á Medicis, cap. si quis per ægritudinem, & capit. si quis in infirmitate 55. distinct. Iuncto cap. ex parte, el 2. de corpor. vitiat. notanda tamen sunt verba, quibus vsus sum, illa scilicet, consilio medici; nam si á semetipso faceret, quamuis pro medela, vtique fieret irregularis, ex sententia aliquorum, modo peritus in arte medendi, haúd sit, prout aduertit Borgas. tract. de irreg. Rubr. de corpor. vitiat. num. 4. versic. si voluntarié.

17 Ex quibus, & alijs auctoritatibus, colligo, cuiquam fas esse membrum naturali morbo correptum sibi mutilare, aut alteri permittere, vt mutilet pro tuitione salutis totius corporis; sicuti hac ex ratione, ille insuper potest membrum præscindere, ad quem pertinet ægroti infirmitatem curare, aut etiam de ipsius voluntate Diu. Thom. 2. 2. quæstione 65. art. 1. in medio; Alia verò ex causa, id nemini licet, etiam si accesserit voluntas principalis, & quamuis in pœnam ad cohibitionem delictorum vellent abscissionem inferre, vt illic tenuit Diu. Thom. dumtaxat, itaque pro conseruatione totius corporis expedit, & prædictis facultas data videtur partem corporis truncandi, sed heú, quotquot sunt putridi membri sectionem pro conseruatione vitæ; atque residui corporis ambientes, qui postmodum illo in actu tanto dolore, longè antecellente saluti, inde quærendæ præmuntur, vt maiores voces emittere cogantur, & taliter vociferantes, gemitu tectum omne replere, & vtinam illorum tunc eadem non sit vox, quæ Marij Romani ciuis fuit dum illi crus aperiretur, scilicet, non est tanto dolore digna salus, ac si diceret, dolor & Angor me præmens, saluti præstat.

18 Occidere verò nulla ex causa conceditur, nisi publicæ potestati, pro delictis vt animaduertat in facinorosos homines, & non aliàs. Sot. lib. 5. de Iust. & Iure quæst. 2. art. 1. Syluest. verbo homicidium 1. num. 5. versic. tertium; idque adeò, nè qui se insanabili morbo tabescere videt, possit suæ saluti consulere, sibi manus afferendo, aut ab alijs petendo, vt sibi mortem darent; sed potius patienter tor-
19 menta extendere debet, & ita mereri, quam mortem appetere; nam etiam vbi remedium est mori, scelus est occidere, vt dicit Seneca lib. 3. controuers. cap. 9.

20 Nec præmunt exempla plurima nonnullorum, qui sibi mortem consciuerunt, vt exemplum Sansonis lib. Iudic. 16. Eleazaris 1. Machab. Saul 1. Regum, aliùd Rozias 2. Machab. 14. qui turbis irruere in domum eius, & Ianuam disrumpere, atque ignem admittere cupientibus, cum iam comprehenderetur, gladio se petijt, eligens nobiliter mori, potius quam subditus fieri peccatoribus, cuius quidem voti, & alij plures fuerunt. Cato enim Cæsaris dominatum nè subiret, maluit occumbere quam vinci, dum vltima illa nocte Platonis librum legens, posito ad caput gladio, & compositis rebus, vtcumque componi fractæ, atquæ vltimæ poterant, id agendum existimauit, nè cui Catonem, aut occidere liceret, aut seruare contingeret, & stricto gladio, quem vsque in illum diem, ab omni cœde purum seruauerat, nihil (inquit) egisti fortuna, omnibus conatibus meis obstando, non pro mea adhuc, sed pro patriæ libertate pugnaui; nec agebam tanta pertinacia, vt liber, sed vt inter liberos viuerem; nunc quoniam deploratæ sunt res generis humani; Cato deducatur in tutum, impressitque mortiferum corpori vulnus; quo obligato à Medicis, cum minus sanguinis haberet, minus virium, Animi idem, iam non tantum Cæsari, sed sibi iratus nudas in vulnus manus egit, & generosum illum, contemptoremque omnis potentiæ spiritum, non emisit, sed eiecit; & quam ferro non emiserat animam, manu extraxit, vt scribit Seneca Epistol. 24. sollicitam. Cassius item duxit satius esse mori, quam tristes Antonij iras, atque superba pati fastidia, & Pindaro iussit, vt ipsum interficeret, qui, & suum imbuit illius sanguine gladium, & Cassium exanimauit. Brutus etiam Marco cum Antonio, & Octauiano Prælio dimicans, pro Patriæ libertate, & superatus, monitus ab amicis vt concubia nocte fugam arriperet, ne in manus incideret inimicorum; idipsum præcogitasse respondit, at non pedibus, sed manibus suæ saluti consulere, & illicò cuiusdam famuli nudato ense, se interemit, vt retulit Petrus Messia in vitis Imperatorum vulgari sermone conscriptis, in vita Iulij Cæsaris. Scipio quoque illius Gnei Pompei Socer, contrario in Africam vento relatus, cum teneri Nauem suam videret ab hostibus, ferro se transuerberauit, & quærentibus vbi nam esset Imperator, respondit, Imperator bene se habet: quæ vox (vt inquit Seneca Epist. 24. illum parem maioribus fecit, & fatalem Scipionibus, in Africa gloriam non est passa interrumpi; alij insuper adeò fortis animi extitere viri, vt cum instrumenta mortis non haberent, ob via quæcumque rapuerunt; & quæ natura non erant noxia, vi sua tela fecerunt; cuiusmodi dup rescribit exempla Seneca Epistola 70. post longum in fine; & ipse vidi lictorem quendam, Parthenopæ per istam Ciuitatem iumento vectum exanguem, qui vltimo damnatus supplicio, ægrè ferens ab altero carnifice sibi mortem inferendam, illiusque pedibus suam supposituram ceruicem, præmori constituit, sed cum nullum quo se intermeret haberet instrumentum, vitreum Scyphum ad bibendum præstitum diffregit, illiusque particulis proprij corporis venas aperuit, quibus sanguinem emittens obijt; in muliebri quoque sexu non defuerunt, talem, tantumque animum, & robur habentes, vt sibi mortem inferre imperterritæ fuerint; Lucretia namque Matrona Romana adulterij iniuriam passam, morte contexit, vt scribit Liuius lib. 1. circa finem, quam Ducem Romanæ pudicitiæ appellat, Valer. Maxim. lib. 6. capit. 2. Sextus namque Tarquinius collatiam cum venisset, hospitio á Lucretia benignè susceptus, vt Regis filius, & viri cognatus, & ductus post cœnam in hospitale cubiculum Lucretiæ amore saucius, dum omnes concubia nocte sopitos credidit illius cubiculum ingressus est, ac stricto, gladio ad illam dormientem venit, leuaque, tunc primum, & externa pectora tecta manu, oppressit. Posteaque se eius amore correptum illi patefacit, exoratque vt se libidinosum explere desiderium pateretur, instat amans hostis, pretio, precibusque minisque;

nec prece, nec pretio, nec mouet ille minis, quare dedecus timori adijciens, nudum, & iugulatum ſeruum ſibi extinctæ ſuper poſiturum minatur, vt in ſordido adulterio deprehenſa, & necata poſtmodum exiſtimetur ab omnibus; quo quidem terrore inuincibilem illius vicit pudicitiam, cuius obſtinatam amplexibus mentem, neciſque metu lenire nequiuerat; & ſuccubuit, famæ victa puella metu, ſubiecitque libidini corpus, ſed cum primum ille abijt, ac gelidos rores, aurora remiſit, mœſtiſſima Lucretia Genitorem, virumque aduocauit. ſparſiſque ſedit illa capillis, vtque videnr ipſam lachrymabundam, ſatiſne res omnes ſaluæ eſſent requirunt; illa diù reticet, pudibundaque cœlat amictu, ora fluunt lachrymæ, more peremnis aquæ, Pater etiam luget, & coniux, ipſamque lachrymantem conſolari conantur, & orant, indicet quodcumque eſt, metuque pauent occulto, rem ipſam ignorantes. At illa ter conata loqui, remque aperire tentauit, ter deſtitit, & affari nequiuit, ac tandem enarrare incipiens, non oculos ideò ſuſtulit illa ſuos, dixitque, non vtique res ſaluas eſſe,
21 nam quid boni, aut ſalui mulieri eſſe poteſt amiſſa pudicitia? ac Collatinum eius virum alloquens ſubiunxit, veſtigia viri alieni Collatine, in lecto ſunt tuo; cœterum corpus eſt tantùm violatum, animus inſons, mors teſtis erit; ſed date dexteras, fidemque, haùd impunè pertranſiturum adulterum.

Sextus eſt Tarquinius, qui hoſtis, pro hoſpite antecedenti nocte armatus à me extorſit ſtupri neceſſitatem, tunc omnes gradatim fidem præſtant,
22 conſolantur ægram, auertendo noxam à coacta, in auctorem delicti, affirmantes mentem peccare, non corpus, & vnde abſuerit conſilium, abeſſe culpam; quibus illa adiunxit, quid illi debeatur vos videritis, ego autem, & ſi me peccato abſoluo, ſupplicio non libero, nec vlla denique impudica Lucretiæ exemplo viuet; tuncque ferro quod veſte tectum attulerat, ſe interemit; cauſamque tam animoſo interitu Imperium conſulare, pro Regio permutandi Populo Romano præbuit, atque hanc illatam iniuriam non tulit; & vt cœteras prætercam Appollonia Virgo, & Martyr extitit, cui tametſi niſi CHRISTVM deteſtata, Deos coleret, accenſo igne, eam viuam minati ſint impij carnifices ſe combuſturos; ipſa nedum mortem pro IESV CHRISTI Fide ſe ſubituram gaudenter reſpondit; at carnificum operas præueniens, ex eorum manibus elapſa, exiluit in flammas, & in ardentem ſibi paratum rogum ſe iecit. Horum tamen exempla concluſioni à me firmatæ num. 18. minimè refragantur; illas enim perſonas à culpa nequaquam excuſat Diu. Auguſt. lib. 1. de Ciuit. Dei, cap. 17. niſi Diuino inſtinctu, nobiſque occulto fecerint, ac præſertim Sanſonis exitum, DEI reuelatione proceſſiſſe opinatur illic Diu. Auguſt. aliudque Eleazaris exemplum eueniſſe, fatetur Sotus, quia veluti ſtrenuus miles Eleephantem poſt habita propria ſalute impetiuit, in lib. 2. de Iuſtitia, & Iure, q. 3. art. 8. verſ. at verò, quod autem de Razia legitur, non eſt laude, & excuſatione dignum, cuius animi mollities, & imbecillitas fuit, ſibi poti mortem conſciſcere, quam victum ſe inimico præbere, ob quod verba illa, ſua in hiſtoria, adducto lib. 2. c. 14. Machab. adiuncta, maluiſſe nobiliter mori, potius quàm ſubditus fieri peccatoribus, non quia res ita ſe haberet fuerunt ſcripta, ſed intuitu conſilij ipſiuſmet qui condecentius eſſe exiſtimauit ſe gladio interimere quam Victori dedere, auctoritate Sot. lib. 5. de Iuſtitia, & Iure quæſt. 1. art. 5. in fine, vbi eadem vtitur reſponſione ad conſimilem Catonis, & aliorum interitum; & ſi Lucretiæ Romanæ, mortem ſibi inferendo, non licuiſſet adulterium cauere, cum malum haùd ſit committendum ſub ſpe futuri boni ex illa vulgari, & ab omnibus prolata ſententia probata inferius propè num. 24. multó magis nefas fuit poſt paſſam adulterij ignominiam, ſecundum Auguſt. indicato cap. 17. ſed impotens eam ſufferre contumeliam, ſibi manus attulit, præſertim cum famam, & opinionem vulgi videatur antepoſuiſſe pudicitiæ, dum terrore illo, ne cum ſeruo reperiretur in lectulo exuncta, conſenſijt adulterio, vt Ouidij carmen oſtendit lib. 2. Faſtorum,

Succubuit, fama victa puella metu

23 ob quod non omnibus ſatis caſta fuiſſe videtur, ac præcipuè Valerio Martiali qui lib. 11. Epigramm. caſtitatem illius non equidem colorat, aut tegit eiuſdem caſtitatis amore, ſed potius timore, ac reuerentia Bruti, vt Epigram. 17. oſtendit inquiens.

Erubuit, poſuitque meum Lucretia librum
Sed coram Bruto, Brute recede, leget.

quare non omninó caſta cenſetur, quæ metu caſtitatem ſeruat, dicente Tibullo lib. 1. Eleg. 6.

Nec ſæuo ſis caſta metu, ſed mente fideli.

Et multó minus, quæ ipſo metu, caſtitatem labeſactat, ac propterea noſcens ipſa, ſe non omninò expertem cuiuſpiam culpæ, illa protulit verba, relata, & contenta ſub illo Ouidiano carmine, dicto lib. 2. Faſtorum.

Eloquar infelix dederus ipſa meum.

nec mirum ſi Diuus Auguſtinus eandem protſus ab impudicitia non vindicat, dicto lib. de Ciuitate Dei, cap. 19. tanquam Iuueni, quamuis violenter irruenti, etiam ſua libidine illecta conſenſerit; idque deinde in ſe puniens, ita doluerit, vt morte putaſſet expiandum, ob quod Abb. perperam ſanè allegat prædictam Auguſtini auctoritatem, qua Lucretiam, etiam ab adulterij nota vindicat, conſil. 4. facti contingentia, poſt num. 4. vol. 1. nam reluctatur gloſa in cap. propoſito, verſic. adultera, cum verſic. vnus admiſit 32. quæſt. 5. Exempli verò Apolloniæ omninò certus non eſt Diuus Auguſt. alleg. lib. cap. quod ſi verum eſt, opinatur Sot. alleg. art. 5. in final. verbis, illam excuſandam, quia erat tàm Rogo admota, vt penè eſſet coniecta; aut cum eſſet fœmina, acuminiſque Iuris inſcia, per inuincibilem ignorantiam, deferenda ſit; vel denique ex ſententia Auguſtini, loco citato, fatendum eſt, & optimè quidem, id Diuino inſtatu egiſſe.

Sed Nicolaus Lyrenſis diſtinctione, in hac dubia quæſtione vtitur 1. Regum vltimo verſic. arripuit, & 2. Machab. 14. verſic. quam ſubditus, inquiens, quod dum quis interficit ſe ipſum intuitu

Propriæ personæ, vt acerbiorem, aút turpiorem
mortem euadat, & semper sit illicitum, proce-
datq; resolutio Diu. Augustini cap. 17. de Ciuitate
Dei lib. 1. negantis, cuiquam vllo vnquam tempore
licere sibi mortem consciscere; si verò se interimit
intuitu Diuini honoris, nè scilicet vituperium
exerceatur in proprio corpore, redundans in
Deum, & conueniat; cuius distinctio si vera, affir-
mari poterit, quod prima ex causa, se occiderunt
Cato, Cassius, Brutus, Scipio, Lucretia, & alij multi,
quorum laudes prophanis in Historijs sunt decan-
tatæ; secunda vero ex causa adducti, se ipsos inter-
fecerunt, quos Sacrę literę memorant, Saul etenim,
quia pertimescebat (vt 1. Regum constat) ne in
ipso, qui erat principalis in Populo fierent ludibria
in contemptum Dei Isdraelis, constituit se ipsum
interimere, vt inibi affirmat Nicol. vers. arripuit;
& Razias vehementer dubitans nè vi tormento-
rum inclinaretur ad Gentilem ritum, censuit mal-
le nobiliter mori, quàm subditus fieri peccatori-
bus, ipsum ad idolatriam trahere quærentibus, vt
idem Nicol. ait, in dicto cap. 14. versic. Gladio, &
Apollonia, vt eius legenda præportat, nonne in
ignem se proiécit, ne Idolis venerationem adhibe-
ret, & CHRISTVM detestaretur? vtique re-
spondendum est, nam ipsum verum DEVM co-
lendum prædicabat; atque ita Sanctæ aliæ Mulie-
res se occiderunt, ne ipsis abuterentur infideles, lu-
xuriam contra Diuinum honorem exercendo;
qua quidem causa id agentes, ne dum culpa carere
videntur, sed meritorium exercuisse actum, vt Ni-
colaus ex aliorum sententia fatetur, in recensitis
locis; cuius dicto suffragatur sententia Diui Hie-
ronymi in Ionam Prophetam, relata in cap. non
est 23. quæst. 5. in persecutionibus non licet mihi
propria perire manu, absque eo vbi castitas peri-
clitatur; sed propensius consideranti patebit, neq;
hoc casu id licere, vt concludit Diu. Thom. 2. 2.
quæst. 64. artic. 5. ad 3. in fine Syluest. verbo homi-
cidium 1. nu. 4. in fine, Diu. August. lib. 1. de Ciuit.
Dei c. 16. non enim sunt perpetranda mala, vt inde
nascantur bona, ad Rom. 5. vel vt vitentur mala
præsertim minora, vt adulterium, quod est minus
homicidio, idē Tho. 1. 2. q. 100. art. 6. in medio; tùm
maximè, quia incertum est ipsum consensurum
peccato; potens enim est Deus hominem quacum-
que tentatione superueniente liberare á peccato, vt
24 eod. in art. 5. scribit Diu. Tho. nam legitur 1. Cor.
10. tentatio vos non apprehendit nisi humana, fide-
lis autem Deus, qui non permittit vos tentari su-
per id quod potestis, sed faciet cum tentatione pro-
uentum, vt sustinere possitis; quam auctoritatem,
quamuis aliqui legant, non apprehendat, & sic in
optatiuo modo, Ioannes tamen Cassianus legit non
apprehendit collat. 3. c. 17. & collat. 13. c. 14. inibi ex-
presse reijciens supradictam aliorum lecturam, si-
quidem idem Cassian. lib. 5. instit. affirmat c. 16. nō
optantis, sed pronunciantis, vel exprobantis affectu
Apostolum dixisse verba illa; & ita in antiquissimis
Codicibus habetur, atq; in Græca litera, vt aduertit
25 adnotatio ad Cassian. in Indice locorū, & in Epist.
1. Pauli; propterea non est malum committendum,
vt aliud pręsertim minus vitetur, & consequenter,
nemini conuenit se interficere, vt aliquod aufugiat
facinus, quod si viueret suspicaretur posse cōmitte-
re, & auctoritati Diui Hieronymi fouenti contra-
riam partē, respondetur, illam dictionem, absque,
poni inibi inclusiuè, vt illic glos. defendit, & cōmen-
dat Syluest. locis adductis; vt sit sensus, absq; eo, in
quibus castitas periclitatur; scilicet nemo debeat sua
manu perire, etiā si absq; morte, vacillaret castitas;
quemadmodum eadem dictio ista, ponitur ibi, pul-
chræ sunt genæ tuæ, absq; eo, quod intrinsecus la-
tet; ita quoq; nonnunquam ponitur dictio præter,
scilicet inclusiuè, vt in c. Ebron, iuncta glos. 13. q. 2.

Itaque si nulli licet sibi mortem inferre, intuitu
diuini honoris, multò quippe minus, cuiquam li-
cebit, vt fugiat molestias temporales, aut propter
peccata aliena; aút etiam propria sua præterita,
vel ob desiderium melioris vitæ, quæ post mortem
speratur, vt habetur in c. si non licet, in fine 23. q. 5.
non igitur, vt fugiat molestias temporales, né inci-
dat in perpetuas; ideò excusandi non sunt, qui spon-
taneam mortem sibi intulerunt, vt Architaphal. 2.
Regum 17. Saul, Cato Vticensis, & cœteri, præter
illos, qui spiritu Dei ducti id fecerūt, vt antea scrip-
si, ex Augustini, & Soti resolutione; non item prop-
ter peccata aliena, ne hoc ipso incipiat habere gra-
uissimum peccatum proprium, quare nō excusan-
da mulier illa, quæ Diocletianum impetentem á se
eijcere non valens, cuiq; neq; eius vir resistere po-
tuit, se occidit; vt refert Historia Ecclesiastica, &
Syluest. verbo homicidiū 1. nu. 4. vers. quintū; non
item desiderio melioris vitæ, quia reum suæ mor-
tis, melior post mortem vita non suscipit; ob idque
damnandus est Phylosophus ille, qui lecto Platonis
libro de animæ immortalitate se interemit, vt scri-
bit Diu. August. dicto lib. de Ciuit. Dei, cap. 22. &
Syluest. citato num. 4. vers. secundum: ac tandem
neque propter peccatum, aut delictum aliquod ab
ipso patratum, tùm quia illud in hac vita potest pę-
nitendo sanari, ac propterea ipsi maximè obsit au-
ferre tempus pœnitentiæ necessarium; tum etiam
quia malefactorem occidere, nō nisi publicam ha-
benti potestatem, conceditur, vt inquit Diu. Tho.
26 2. 2. q. 64. artic. 5. ad 3. argum. Syluest. verbo homi-
cidium 1. nu. 5. vers. tertium; immò etiam, si Iudex
delinquat, se ipsum iudicare non potest, vt D. Tho.
fatetur loco nuper memorato ad 2. Argum. quin
si lata sit contra aliquem sententia condemna-
toria, ipse non est illius exequutor, nec debet,
esse, cum pœna est corporalis. Couar. in 4. de-
cretalis par. 2. cap. 6. §. 8. num. 10. versic. secundo in-
fertur, Molin. de Iustitia, & Iure tract. 2. disput. 66.
versic. addit; nam sicuti qui publicam non exer-
cens administrationem, vt homicida peccat, cri-
minosum mortis pœnam pati merentem occiden-
do cap. penult. 23. quæst. 8. ita se ipsum delinquen-
tem trucidando; ideò prudentissimam illius Rho-
dij existimo vocem, qui cum in caueam coniectus
esset à Tiranno, vt tanquam ferum Animal ale-
retur, suadenti cuidam, vt abstineret cibo, & peri-
27 ret, omnia respondit homini dum viuit speranda
sunt, vt sit hoc verum, non omni pretio, vita
emenda est, quædam licet magna, licet certa sint,
tamen ad illa, turpi infirmitatis confessione non
veniam, ego cogitem in eo, qui viuit; omnia posse
fortunam, potius quam cogitem in eo, qui scit
mori, nihil posse fortunam? aliquando tamen
28 etiam si certa mors instabit, & destinatum sibi
suppli-

ſupplicium ſciet,non commodabit pœnæ ſuæ manum;ſtultitia eſt timore mortis mori,venit qui occidat expecta quid occupas? quare ſuſcipis alienæ crudelitatis procurationem ; vtrum inuides Carnifici tuo,an parcis? Socrates potuit abſtinentia finire vitam, & inedia potius, quàm veneno mori; triginta tamen dies in carcere,& in expectatione mortis,exegit, non hoc animo tamquam omnia fieri poſſent, tanquam multas ſpes tàm longum tempus reciperet, ſed vt præberet ſe legibus. Hęc inquit Ennius ille Seneca Epiſt.70. licet inibi cenſeat ipſe effeminatam fuiſſe prædicti Rhodij vocē, credēs nihil ſtultius eſſe, quam Socratem mortem contemnere, & venenum timere; ſed Chriſticolæ damnant ſibi mortem concitantes, ſi in ea ſentētia permanſerunt,& mortui ſunt antequam eos pœnituerit Palud. in 4 ſent.diſt.20. quæſt.1. Nauar. de pœnit.diſt.7.cap.1. & Plaza in Epit. delict. cap.23. poſt nu.14. immò Gentiles etiam; Virgilius namque aſſerit ad inferos damnatos eſſe, ſubditque inibi eos pœnitere facti, & vellent lucem hāc rurſum videre,mallentque dolores,labores,tedia, ærumaſque huius mundi pati, quam ſedes infernas,
29 ſed quia nulli inde patet reditus,nam illuc ſpiritus eſt vadens,& non rediens,& in poteſtate hominum eſt,ſe interimere,non autém ad vitam reducere; ideò eis obſtat lex,quia nulla inibi eſt redemptio,& coercet, ne exeant ſemel recepti: nam Tob.7. dicitur,qui deſcenderit ad inferos non aſcendet, & explicat hunc paſſum D.Tho.in ſupplem.queſt.69 art.3. & Virgil loquens de iſtis, qui ſibi mortem conſciuerunt nimirum dixit lib.6.Aeneid.

Proxima deinde tenent mœſti loca, qui ſibi letum
Inſontes peperere manu, lucemque peroſi
Proiecere Animas: quam vellent Aethere in alto
Nunc, & pauperiem, & duros perferre labores?
Fata obſtant, triſtiſque Palus, inamabilis vnda
Alligat, & nouies Stix interfuſa coercet,

Ariſtotiles etiam lib.3. Aethycorum cap.7.inquit, quod mortem ſibi conſciſcere,ob fugiendam paupertatem,vel merorem,aliudue huius generis, non eſt fortis hominis,ſed potius timidi;hæc ille, iura etiam Ciuilia hoc exprobant, dum eorum cadauera multis afficiunt pœnis, tota Rubr. ff.de bon.
30 eorum, qui ante ſentent. mortem ſibi conſciuerunt, quinimmò apud Gentiles, conſtituta erat pœna, ne cum alijs eorum corpora ſepellirentur; Plato namque lib.9.de legibus cenſuit,vt ſepultura fieret ſolitaria cōſciſcenti ſibi mortem, & vbi alius nemo condatur, & in his locis fiat, quæ de duodecim partibus, vltima deſerta ſit, & nec ſtatua, nec inſcriptione ſepulchrum notetur, vt etiam, inquit
31 Cicero in Catone maiore; Ius quoq; Pontificium eis Eccleſiaſticam ſepulturam denegat in capit. placuit 23. quæſt. 5. Roman. ſingul. 268. in libro meo, & incipiento, fui interrogatus,Ioan. Arnon. problem. 4. ad materiam; & Bart. in differentijs Iuris Ciuilis, & Canonici nūm. 74. id tamen ſi voluntariè fecerint; ſecus ſi furentes, ſe perimerunt; nam traderentur ſanè iſti Eccleſiaſticæ ſepulturæ ex gloſa 1. in capit. placuit 23. quæſt. 5. confirmat Ioann. Galleſ. quæſt. parlamenti 137 Gulielm. de Benedictis in Repet. capit. Raynutius verbo mortuo itaque teſtatore 1. num. 5. de teſtam. quinimmò repertus in puteo mortuus, illa priuandus minimè eſt, cum non præſumatur ſe ipſum præcipitaſſe, tenet Soccin. Iunior. conſil. 51. eleganter num.1. volum.1. & Plaza in Epitom. delictorum cap.23.num.15. qui verò vitandi cauſa aliquod facinus ſe præcipitem dedit,fortaſſe non eſſet priuandus ſepultura prædicta, per cap. ex parte de ſepult. arguendo á contrario ſenſu, ſed gloſa 1. videtur contradicere.

Sed vnde digreſſi eſt, illùc mea redeat oratio, adiungo, quod hi, quibus concluſi licere membrum putridum truncare, quia iuſtam haberent cauſam ſalutis conſequendæ, quam valida adducti ratione credant ſe alioqui non conſequuturos; ni-
32 hilominus, ſi dolore commoti illud ſibi obtruncarunt, & abſtulerunt, eſſent ſanè irregulares, & promoueri nequirent,vt Archid. tenet in cap. maritum num. 1. 33. diſt. itidemq; fatendum eſt, ſi partem membri ſibi ex indignatione ſecuit, quia Canones ipſum non admittunt ad Clerum cap. qui partem 55. diſtinct. Tabien. verbo corpore vitiatus, licet aliqui ſuſpicentur neminem propterea irregularem fieri, niſi integrum ſibi præciderit membrum,vt Innoc. in cap. ſignificauit num. 2. de corp. vitiat. Villad. de irreg. col. 38. ſed prædictorum contrarias ſententias conciliare poſſumus,vt prima reſolutio procedat, cum notorium eſt, quod in ſe ſæuierit, vt ſcribit Anton. de Butr. in cap.fin.num.3. verſic. Pro cuius, de corpor. vitiat. Nauar. in Manual. cap.27.num 198. verſ. ſecundo dico,& propterea licet irregularis non ſit cenſendus, ex membri defectu, cum illo non careat, ſed pars tantum ſit abſciſſa, quæ nec promotionem, neque facultatem aufert miniſtrandi, nihilominus ita reputatur ob notorietatem peccati, quod abſcindendo commiſit; ideò generalis ſit concluſio,vt qui ſponte factus eſt corpore vitiatus, nulla præcedente legiti-
33 ma cauſa, ſed ex indignatione irregularis ſit, non tantum ſi totum amiſit membrum,ſed etiam ſi illius partem,dumtamen deformitatem generet,aut ſcādalum,vel ipſum ab exercitij officio impediat, ac tādem notorium ſit, quod in ſe ſæuierit, ex Anton. Innocent. & Nauarr. adductis in locis; quorum aliud ſaltem, niſi extiterit,promoueri valeat, vt prædicti dixerunt.

Hactenus ſcripſi de corpore vitiatis, ob mutilationem, & quoniam præter illam nonnumquam
34 ita etiam dicuntur ob deformitatem, aut alicuius membri carentiam,ideò conuenit illorum ſubiungere tractatum; in qua re, illam prius conſtituo reſolutionem; deformatum nec ordinari, neque ordinatum miniſtrare poſſe cap. Presbyterorum de cleric. ægrot. vel debilit. non tamen omnis, ſatis eſt deformitas, ſed magna cap.fin.& ibi gloſa verſic. deformitatem de corpore vitiatis: cuius quidem deformitatis, vt vera habeatur cognitio, ſtatui amplum texere ſermonem, circa quamlibet

deformitatem, vitiumque corporis vnicuique membro adhærens producens inhabilitatem, ad susceptionem ordinum, & vsum susceptorum.

35 Et quia cæteris honorabilius membrum, est caput, vt inquit Bald. in cap. 1. §. ad hæc de pace Iur. firm. deducens capitis excellentiam ratione cerebri, & Federic. de Senis consil. 151. thema tale est versic. item constat, sub num. 3. illudque sit nobilior, & potentior pars corporis, dicit Calder. consil. 243. propè finem, versic. naturaliter autem alias 22.

36 de præbend. eaque propter, si personæ citandæ, videatur tantum caput, nempè si in fenestra maneat, vtique validè citatur, ex Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo citatæ, ex qua infert resolutione, ad alteram per translationem, subsistere citationem exequutam in personam Prioris, & capitum Collegiorum, sicuti & in capite alterius cuiuscumque Collegij, seu Vniuersitatis, scribit Guidon. Papeus decis. 321. In causis nu. 2. & Bald. in capit. 1. de milit. vassal. qui contum. est. & si ex inclita Regula, initium est sumendum á dignioribus, vtique cogor à capite exordiri; quod tunc impedire promotionem fateor, cum dimidiatum est, aut adeò deforme, vt nausearent aspicientes, non tamen eadem fœditas in capite existens satis esset ad producendum hanc inhabilitatem, quæ fortasse sufficeret, si in anterioribus hominum membris, & aspectui patentioribus adesset; præsertim cum caput tegere barettino, seu pilleolo (vt latini scribunt auctores) vnusquisque possit.

Capillorum verò defectus, aut citra morbum processit, & tunc affectio dicitur, qua cutis capitis Glabra redditur; si autem ob morbum, vt in lue gallica, non propterea morbus dicitur, quia sępius absque morbo prouenit; in ista vero affectione non læditur actio, sed decorus aspectus, vt scribit Capiuacc. in suo Method. curand. morb. lib. 1. c. 1. §. de defectu capill. in principio; ac propterea, videtur quod irregularitatem operetur, præsertim cum morbus illius causa fuit; non tantum ob feditatem, sed etiam quia aspectus huiusmodi affectus memoriæ omnium, aut repetit, aut mandat, illius causam, incontinentiam scilicet, aut aliam nequiorem, scandalum producentem, sed ipse hanc quæstionem Episcoporum arbitrio remittere; vt pensatis omnibus arbitrentur, vtrum sit admittendus ad ordines. Illud autem, si capilli sint membra, inquirere renuo, cum nemo audeat id affirmare, teste Vgolino de irregul. cap. 4. §. 5. sub num. 1.

Capitis autem pars, quia Aures sunt, vt patebit inferius n. 45. cum de facie loquar, ideò ad ipsarum

37 defectum deflectendo, distinguo, quod vel talis de-

38 fectus est interior, vel exterior; si interior, quia difficulter audit, vt Surdaster, aut vna tantum Aure surdus est, non equidem prohibetur promoueri, Maiol. tractat. de irregul. lib. 1. cap. 25. num. 1. versic. Surdaster Nauar. cons. 37. de tempor. ordinat. par. 1.

39 sed qui omninò surdus est, non videtur posse admitti ad ordines, ex Canone Apostolorum 76. & præcitati dicunt, & Viuald. 2. par. Candelab. Rubr. de irregul. num. 156. & specul. titulo de Arbitr. §. potest num. 3. quod licet nullibi prohibitum reperiatur, cum Sacerdos inclusus aliquo in loco Missam valeat absque Ministro celebrare, per glosam in capit. hoc quoque versic. ipse tertius de consecrat. distinct. 1. ergo non oporteat sensum auditus habere, atque etiam nonnulla alia explere possit, in quibus auribus non est opus, attamen iustè prædicti sentiunt, inhabiles esse surdos, ad ordines: nam si de iure ciuili publicum nequeunt gerere officium, vt affirmat specul. tit. de arbitr. §. potest num. 3. Vant. tractat. de nullitat. ex defect. versic. mutus, æquius sanè, & congruentius est, vt iure canonico, ab hoc publico Clericorum officio arceantur; quare si ordinentur, vix defendi possit, ipsos non peccasse mortaliter, vt inquit Nauar. citato consil. 37.

Quod si defectus aurium esset exterior, puta si auricula careat, videtur defendi posse, hunc de-

40 tinendum minimè esse, quin ordines suscipiat, tamquam illa, membrum non sit, cum non habeat officium in corpore humano, sed cartilago sit ad decorem humani, & bestialis corporis, non ad necessitatem destinata, vt dicit Borgas. in tractat. de irregul. par. 1. quæst. 3. num. 24. versic. sed videtur, Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 25. numer. 9. versic. tertio proximè deducitur; & Ambros. Calepin. in verbo aures, inquiens, Aurium nomine intelligi tàm cartilagines foris prominentes, quam ipsa foramina; & euidentius apparet ex distinctione quam Hieronymus Puluerinus in sua praxi curand. morb. capit. 25. tradidit, asserens, aures, auditus organum esse, & Instrumentum tribus partibus constans, quædam enim sunt cartilagineæ, & ab omnibus auriculæ dictæ, quas quidem inuolucres natura fecit, & extrinsecus conuexas, intrinsecus autem concauas, ne quid meatui ipsi, per quem aer intromittitur incideret, ipsique noceret, neue ipse facile afficerentur; sunt aliæ neruosæ partes, vt membranula illa, quam tympanum appellant; sunt demum, & aliæ osseæ, tympanum continentes dilatatum, Maiol. tamen in tractat. de irregul. capit. 25. numero 5. tuetur, aurem membrum esse; quia inter illa numeratur, per glosam in capit. singula versic. oculus 89. distinct. & tenet Sotus de Iustitia, & Iure lib. 5. quæst. 2. artic. 1. ac propterea idem sentiendum esse de carentia Auris, & mutilatione illius, quod de cæteris membris iam

41 explicui, Maiol. credidit loco citato; sed ego quamuis non dubito auricula carentem haud promouendum, id tamen non ex eo, quod membrum est, cum tantum homo foraminibus vocem hauriat, nec illæ cartilagines, possint dici membrum, sicuti eas nullo modo membrum esse probat glosa à Maiolo adducta pro sua, & contraria resolutione; Aures enim mira solertia, & inexplicabili ferè structura fuerunt à natura fabricatæ, vt instrumentum essent auditus; nam illis inclusus fuit Aer congenitus, & complantatus, vt externus aer per continuitatem ad illum vsque pertingeret, ac sonum deferendo auditum inde caussaret, qui quidem si esset impeditus, posset dici membro carere, qui talem pateretur defectum, secus qui auditum haberet, & solum cartilagineis illis partibus indigeret, is tamen quia deformis cunctis appareret, eo quia illarum carentia in parte adeò publica deformitatem inducit, non dubito quin ob hanc tantum rationem prædictus censeatur irregularis, ordinesque propterea susci-

pere

pere prohibeatur, maximè ſi ipſemet illas ſibi obtruncaſſet, quia tunc alia ſuperadditur ratio notorij peccati; vel ſi aliter culpa ſua abſcidit, ſicuti in cæteris conſimilibus firmaui num. 8. & ſcribit Viuald. 2. par. candel. rubr. de irregul. nu. 158. verſ. 1. ſit; hac de cauſa Ammonius Anachoreta ſibi ſiniſtram ſecuit auriculam, vt ſe inauritum, indignum Epiſcopatu redderet; Ægyptijsq; ipſum Epiſcopum cupientibus non ſatisfaceret, & aduertens id ſibi non prodeſſe, ob Pontificiam diſpenſationem circa talem defectum, ac propterea ad Epiſcopatum nihilominus aſſumebatur, ſtatuit inſuper ſibi linguam abſcindere, vt tanquam omninò inhabilis à tali eximeretur onere, & ſua poſſet tranquilla frui pace, & quiete, cuius deliberata voluntas illos retraxit, ac detinuit, nè amplius eundem in Epiſcopum eligerent, vt refert Caſſiodor. lib. 8. tripart. hiſtor. Nicol. de Lyra in prologo Hieronymi ſuper Marcum; Quod tamen Maiol. affirmat in citato cap. 25. nu. 6. vt ordinari poſſit, cui nulla præcedente culpa, aut ab hoſtibus fuit amputata auris, non ſemper admitterem, licet in alio quolibet ita corpore diminuto, id tradiderim d. nu. 8. quandoquidem tàm illic adiunxi non procedere cum defectus nimis patẽs eſt, quàm in hoc caſu non dubitandum arbitror, hanc reſtrictionem ſubſiſtere, præſertim cum non minimam defectus iſte, operetur deformitatem, quæ vtcumque eueniat ſemper repellitur ordinandus, ex gloſ. notab. in cap. fin. circa med. de corpor. vitiat. neque animo meo ſedet eiuſdem Maiol. reſolutio, eodem in loco, inhabilem decernens ad ordines habentem aures perforatas, leuitatis, & delitiarum cauſa inaurem, vt deferat, & veluti eſſe minatus reijci debeat; non etenim verum opinor, vt tam minima, & friuola cauſa impedimentum gignat ad ordines.

42 Mulier autem auditu carens, Monialis fieri non eſt vetita, vt ſcribit Maiol. in tract. de irregul. lib. 1. cap. 25. nu. 9. tàm namq; Monialibus, quàm mulieribus omnibus prodeſt, defectus auditus, pro taciturnitatis, & virginitatis cõſeruatione, quæ plerumque, per auditum violatur, vt ſcribit Baſil. lib. de virgin. Tametſi qui de Veſtali virgine capienda ſcripſerunt, negauerint capi fas eſſe, quæ ſenſu Aurium diminuta eſſet, vt Aul. Gellius lib. 1. noct. attic. cap. 12.

43 Cui verò dolor capitis adeſt, quiuè adeò illum vrget, vt minimè eum aſſurgere permittat, & continuus, atque inſanabilis eſt, ſine dubio inhabilis videtur, ac coadiutorem dandi iuſtam cauſam affert, tali dolore vexato, quemadmodum Epiſcopo Ariminenſi, hac infirmitate laboranti alium in Epiſcopatu ſubſtituit Gregorius Papa, vt ipſe Gregorius atteſtatur lib. 7. ſui regeſtri indict. 2. epiſt. 49. ad Marin. Epiſcop. Rauenn. & refertur in cap. qualiter 7. q. 1. ſubſtituit etiam Epiſcopo Primæ Iuſtinianæ, nolens eum propterea iudicare deponendum, vt ſcribit idem Gregor. ad Athanaſium Archidiaconum Conſtantinopolitanum, & refert Ioan. Diaconus in ipſius Gregorij vita lib. 4. cap. 39. ſi igitur, ob hanc cauſam iuſtè, cuiquam ſubſtituitur alter cum verum ſit, quod turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes ex iactata ab omnibus regula multo magis detinendus eſt, ne ordines ſuſcipiat; & quamuis raró hic dolor tantus eſſe ſoleat, vt talem producat effectum, & perpetuò aliquem infeſtet; nihilominus ex relatis exemplis conſtat id

44 quandoq; eueniſſe; Ioannes etiam Chryſoſtomus affirmat lib. 2. de prouidenti in princ. quod mala ipſius valetudo corporis, & iniectus in caput ſuum accerrimus dolor, ipſum domi manere compulerunt, & Caſſiodor. adiungit cap. 18. lib. 10. tripart. hiſtor. vſque adeò grauem, & continuum fuiſſe, vt ipſum denique interemerit. Dolor autem capitis; vel adeſt, vel aderit, his quibus vrinæ ſunt perturbatæ, Hippocr. aphoriſ. 70. lib. 4. fatetur, vbi Galen. id eſſe ſubiungit, quoniam ſpiritus flatuoſus vna cum calore prompte fertur ad caput. Non tamen, (vt ibidem Galen. aſſerit) ſi cui doluit caput, vel dolet, omninò tales ſunt vrinæ, nam fiunt etiam dolores capitis ex calore ſolo; nonnumquam verò, ex flaua bile, quæ, vel in capite, vel in ventriculo continetur, & ex humorum abundantia caput opprimente, vel propter aliquam loci obſtructionem, aut ſpiritu flatuoſo habente in parte ipſa generationem; quorum nihil talem facit vrinam ex neceſſitate, hæc ille.

Explicato igitur impedimento ex capite prouenniente, tam ex parte exteriori, quàm interiori, ad

45 defectum faciei expedit, vt me conferam; pro cuius explicatione prænoto faciem dici ſecundum Bald. in rubr. C. de vind. liber. nu. 3. omne, & quicquid diſcoopertum eſt; alij verò crediderunt illam dici, á fronte incluſiuè vſque ad barbam, cum maxillis, & per latera vſque ad aures excluſiuè. Felyn. in cap. cum non liceat nu. 2. de præſcript. Angel. in tract. malefic. ſuper verbo in facie, & in l. ſi quis in metallum C. de pœn. quæ deſcriptio licet videatur diſtare ab alia ſupra relata, Bald. tamen re vera non diſtat, vt inquit Auguſt. ad Angel. dicto verbo in facie; ipſe tamen rectius illum ſentire, & loqui opinor, qui affirmat, faciem eſſe partem anteriorem capitis humani, conſtantem, ex fronte, oculis, naſo, malis, ore, & mento, quas equidem partes, gradatim explicabo, antea locuturus generice de totius faciei deformitate, & ſi detinendus eſt, ne ordines

46 ſuſcipiat, qui aliqua corporis deformitate pollet, vt affabre demonſtraui à num. 34. vtique repellendus præ cæteris erit, qui faciem fœdam haberet, nec tantum ille reijciatur, cuius facies notabiliter deformis eſt, vt inquit Nauar. cap. 25. nu. 72. aut ſi illa adeò maculata foret, vt propter ſcandalum inhabilis ille eſſet ad ordines per Sylueſt. verbo homicidium 3. nu. 4. verſ. limita ſecundo; verum etiam ſi aliquibus eſſet coloribus, aut vulneribus deturpata, ex his quæ ſcribit Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 21. nu. 1. verſ. propterea, ita etiam ſi diuturnus, & maximus tumor adſit in ea, & nihil ex eo minuiſſe

47 videatur, aut cicatrices exiſterent, quæ cum proprie ſint vulnerum obductorum ſigna, & quædam ſciſſuræ apparẽtes in exteriori parte cutis, ex Bald. in leg. ſi quis in metallum C. de pœnis, & permaneant poſt ſanata vulnera, vt inibi additio ad ipſum Bald. adiungit, & concinit text. in cap. accuſatus 1. q. 1. ac propterea luculentam plagam accepiſſe, doceat cicatrix, inquit Cicero 7. Philipp. iuſte, quidem repellendus eſt, tum ex cauſa deformitatis ex cicatrice perpetuo remanente enatæ, per ea quæ dicit Angel. conſ. 146. ſuper primo dicam, tum ob præcedentem culpam, ob quam illam ſibi illatam fuiſſe,

fuisse, ipsamet denotat, & frequentius præsumitur, ex his quæ pluribi adnotaui, & præsertim hoc in loco eo magis cum Episcopus inquirere debeat in ordinandi mores, quotiescunque intendit aliquẽ promouere, vt delibaui in rubr. de scrut. ordin. & copiosius trado in rubrica de vit. & honestat. cleric. or. & quos profectò potuit bonos habere mores, cuius ante acta vita adeò inhonesta fuit, vt etiam vulnera accipere, sibiq; plagas infligi meritus sit? præsertim cum alios nequeat redarguere, cum tacitus, ipse sibi respondeat, eadem commisisse, iuxta verba cap. fin. 25. distinct. & nos adiungere poterimus, qua fronte reprehendet alios, cum eius loquens vultus, cicatricibus deturpatus sibi respondeat eadem, & peiora commisisse? facies namque corporis adeò insignis pars est, & patens, vt ipsam aliquo modo valde dedeceat maculari, & propterea concidat statutum præcipiens, vt aliquod patratis delictum bulletur in facie, tanquam dehonestanda illa minimè sit, & censuit Angel. in l. si quis in metallum C. de pœnis, sequitur Felyn. in cap. cum non liceat num. 1. de præscript. & Angel. tract. malefic. adducto vers. in facie. Quinimmo si faciem abhorrentem à consuetis detineret excitantem risum, ob quod omnes propterea illum deriderent, remoueretur sanè, & prohiberetur ordinari, sicuti fertur fuisse Hyppomax Poeta, cuius imago exponebatur risui hominum, vt inquit Plin. lib. 36. natur. histor. cap. 5.

48 Qui autem, vt Mauri, & Æthiopes faciem nigram haberent nullo iure reperiuntur prohibiti suscipere ordines, vt scribit Maiol. lib. 1. cap. 21. nu. 2. Color etenim, non est quid essentiale, sed accidentale;
49 ideoq; nil refert si in consecratione sanguinis vinũ sit album, vel rubrum, vt scribit Viuald. in rubr. de Sacram. Euchar. nu. 48. par. 1. Suarez super 3. part. S. Thom. q. 74. artic. 8. disputat. 45. sect. 1. vers. dices 3. tom.

50 Partes verò faciei sunt multæ, vt scripsi sub nu. 45. earumq; prima est frons, quæ seueritatis, & clemẽtiæ index est, ideò minorem frontem, venustum facere, & mitem, remissum, & quietum, multi censuerunt; contra frons magna, segnes, parua, mobiles: rotunda iracundos, lata, mente flexibiles designauit, vt scripsit Alexand. ab Alexand. in lib. 2. genial. dier. cap. 19. & quod ad rem nostram pertinet, duæ potissimæ in eo adesse poterunt deformitates, pergrandis, quidem tumor, aut luculenta cicatrix, ipsarumq; certum est alterutram impedire quemlibet, ne valeat ordinibus insigniri; ideò hoc in loco non repetam, & ad secundam illius partem pertransibo, ne quicquam prætermictatur, quod à lectoribus desideretur.

Et ante alia, quia oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, vt plurima circumspicientes fungantur suo munere, ob quod natura illos tenuissimis membranis vestiuit, ac sepsit, ideò
51 condecens esse duxi, ab illis exordiri, ac paululum in ipsorum locutione immorari; & quidem ipsis carens propter impossibilitatem executionis, à promotione reijcitur, ex D. Thoma in 3. par. q. 82. art. 10. vers. ad tertium; cœcus namq; ne ordinibus insigniri valeat Ecclesiasticis, præcipitur in cap. 21. Leuit. relato in cap. hinc etenim §. cœcus 49. distinct. & cap. fin. 55. distinct. quod non tantum si oculari membro careat, aut quia sibi fuit erutum, verum etiam si tale habeat membrum, sed orbatum lumine, eo quod idem est, vt probo num. 73. per cap. 2. iuncta glos. vers. in visu de verbor. signif. sat namq; est, non valere ordinum ministerium exequi, quia visu eget: quinimmo nedum cui facto proprio, aut culpa fuit oculus effosus, iuxta regulam in qualibet abscissione constitutam num. 8. at etiam si ita natus est, quorum plurimos nostra tempestate, ita natos non ignoramus, & in sacris literis extat exemplum de cœco à natiuitate apud Ioan. 10. & habetur in cap. 1. §. in nouo testamento 24. q. 3. ita insuper quiuis alius cœcus factus est, tametsi culpa va-
52 cauerit, quod non semel contingit; plura enim sunt, quæ noxam oculis afferunt, vt refert Scola Salerni cap. 78. vberes namque fletus, maximopere illis obsunt, vt ostendit Tibull. lib. 1. eleg. 8. loquens.

Et tua iam fletu lumina fessa tument.

Multoties etiam, eundem parit effectum; cum aliquid in oculos cadit iuxta Thobiæ exemplum in sacris literis, qui ita euasit ob hirundinis stercorem in eius oculos incidentem, Thob. 2. & Neapoli ipse quendam vidi quadam pertranseuntem Platea, vbi domus extruebatur, qui pertimescens aliquam lapidum prolapsionem ipsum offendentem, oculos in altum tollere constituit, vt lapidem si fortè labentem declinaret; sed heù miser eadem oculorum subleuatione, qua malum effugere credebat, malum sensit, nam dum procurendo suspiciebat, calcis fragmentum in sinistrum cadens oculum, obcæcauit: hoc insuper nonnunquam contingit ob fixam, & diuturnam inspectionem in aliquem locum, quemadmodum Felici Episcopo Rauennato euenit, qui Theodori Iustiniani Præfecti iussu, in vas æneum, & concauum, solisq; radijs percussum assidue oculis cernens, cæcitatem adeptus est, vt Platina refert in Constantino Primo, ac præ cæteris coitus est potissima causa cæcitatis, maxime si excessiuus, vt nos edocet Marullus Constantinopolitanus in cupidinis descriptione lib. 1. Epigrammaton, subscripto vtens carmine.

Quæ fors eripuit lucem? immoderata libido.

53 Et confirmatur exemplo illo Theotimi relato à D. Ambrosio lib. 4. commentar. in Lucam cap. 17. Illi enim graui oculorum morbo laboranti Medici coitum interdixerunt; at ipse vxoris amantissimus, & libidinis impatiens sibi temperare, seque à luxuria continere non valuit, quin vxorem amplecteretur; itaq; cum esset in ipso æstu feruentis libidinis, & consuetudinis apparatu, cæcutire incipiens, & allucinari, oculosq; caligantes sentire, sibi in mentem venit interdictum Medicorum; cuius reminiscentia, cum aliquali initio effectus, ab vsu venereo ipsum non retraxit, sed talem breuem voluptatem visui anteponens, illamq; oculorum dispendio emens, inceptumq; persequens libidinosum appetitum, hilari animo in ea prorupit verba: χαῖρε φίλον φῶς, id est vale amicum, & carum lumen. Publius verò Cornelius Ruffus, qui Consul cum M. Cur. fuit, dormiens oculorum visum amisit, cum id sibi accidere somniaret, vt Plin. refert lib. 7. natur. histor. cap. 50. quisque igitur cauere debet, vt oculi salui sint, præsertim cum nulla ex parte, quam ex oculis, maiora sint cũctis animalibus animi indicia, maxime homini, id est moderationis,

rationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, lætitiæ, contuitu quoque multiformes, truces, toruі, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi, ſummiſſi, blandi. profectò in oculis animus inhabitat, ardent intenduntur, humectant, conniuent, hinc illæ miſericordiæ lachrymæ, hos cum oſculamur animum ipſum videmur attingere, hinc fletus, & rigantes ora riui, quis ille humor eſt, in dolore tam fœcundus, & paratus, aut vbi reliquo tempore? animo autem videmus, animo cernimus, oculi ceù vaſa quædam viſibilem eius partem accipiunt, atque tranſmictunt, ſic magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu, vt hæc ſcribit, Plinius lib. 11. natural. hiſtor. cap. 37. & concinunt, quæ ſcribo in rubr. de vita, & honeſt. cleric. verſ. reſpicit etiam, necnon adſtipulantur, verba Alexandri ab Alexandro in lib. 2. genial. dier. cap. 19. quæ conſulto ſubſcribere cenſui, in oculis quoque Religio fuit, in quibus imago, & natura hominis, ac tacitus ſermo mentis maxime exprimitur; vt enim cauda leonibus, aures equis animorum indicia præſtant; ſic oculis hominum mentis imago apparet, nam cordis nuncij ſunt, ex

54 his enim virtutes, vitiaq; agnoſcimus, iratum, vel propitium animum, lætum, aut affectum perpendimus, dignitatemq; oris exhibere conſueuerunt, vitamq; à morte diſtinxerunt. Nos oſculari, & amplecti, ac præcipua charitate proſequi ſolemus. Refert verò Ariſtoteles, caprinos oculos, & modice conniuentes, aut paruos, morum præſtare indicium optimorum; contra oblongos, peſſimos notare, candidos, & protentos, impudentes; carnoſos, verſipelles, mobiles, inconſtantes.

55 Nec tantum cęcis interdicta eſt promotio, vt hactenus adnotaui, verum, etiam ſuſceptorum ante cæcitatem executio, vt D. Thom. in 3. par. ſummę q. 82. artic. 10. verſ. ad tertium, non tamen ab omnium ordinum exercitio, ſed ab illis dumtaxat miniſterijs, quæ perfici nequeunt abſque ſenſu viſus, ideoq; non à munere prædicationis, non etiam ab

56 audienda confeſſione, Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 20. nu. 2. verſ. cæcum verò, nam iure etiam ciuili cæcus iudicantis officio fungitur l. cæcus ff. de iudic. ſi ante cæcitatem Iudex erat, vt inibi gloſa, Bart. & cæteri adnotarunt, poſtea verò ad tale munus aſſumi non poſſet; inde eſt, quod numquam aliqua ſum affectus admiratione, quotieſcumque prorſus cæcos audiui prædicantes, ac præſertim

57 duos tali ſenſu carentes cognoui in Ciuitate Neapolitana viros perquam doctiſſimos, & concionatores eminentes, & legi B. Bedam ita extitiſſe, quem adeò ex animo propẽſum prædicationi fuiſſe enarrat hiſtoria, vt ſeruo deludente etiam lapidibus prędicauerit, idq; dum fecitſet, homines habere credens Angelos habuit auditores, vt Naucler. ſcribit ſub anno Domini 700. quamuis enim luce orbati homines ſint, auditu tamen ſcientiam percipere curant, & propterea alij quamplures extitere viri alijs in ſcientijs peritiſſimi, inter quos eminet ſanè Liuius Druſus ætatis viribus, & acie oculorum deſtitutus, qui tamen perſeueranter populo ius ciuile interpretatus eſt; licet enim ſenem illum natura, & cæcum fortuna facere potuerit; neutra tamen interpellare valuit, ne non animo, & videret, & vigeret, vt teſtatur Valer. Maxim. lib. 8. rubr. de ſtudio, & induſtria capite, conſimilis; Didimus quoque Alexandrinus, tametſi cæcus, omnem tamen perdidicit phyloſophiam, ac vetus, nouumq; teſtamentum, vt meruerit, ab Antonio eum viſente intelligere, non te ò Didime perturbat amiſſio ſenſibilium oculorum; tales enim tibi oculi deſunt, quibus & muſcæ, & pulices noceri poſſint; habes tamen eos, quibus etiam Angeli coutūtur, per quos videtur Deus, & eius lumen inſpicitur, vt Caſſiodor. lib. 8. tripart. hiſtor. cap. 8. Ioannes Paleſtinus etiam oculorum lumen amiſit, qui vt refert Euſebius lib. 8. hiſtor. cap. 22. totam ſacram ſcripturam adeò tenaciter ſuæ memoriæ ſeruabat, vt tanquam ex libro ipſo ſcripturæ alijs videretur referre.

Ad rem igitur, præſentis capituli redeundo, fateor poſſe cæcum in ſuſceptis antea ordinibus miniſtrare, eaq; ad vſum illorum ſpectantia exequi, in

58 quibus viſu non eſt opus, ac pariter beneficia retinebit: illi tamen dato coadiutore, cum perſonale ſeruitium requirit Armill. verbo corpore vitiatus nu. 9. verſ. tales promoti, Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 20. nu. 2. verſ. cæcum vero, Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 5. q. 6. num. 37. vbi à nu. 36. vſque ad 46. Maioli dicta, loco citato, quaſi per eadem verba reſcripſit.

Quinimmo licet beneficia reſignari coram ordinario nequeant, iuxta conſtitut. 58. Pij V. quanta Eccleſiæ Dei incommoda, limitatur nihilominus in certis inibi expreſſis caſibus, inter quos numera-

59 tur equidem corporale vitium, quorum vnum cum ſit cæcitas, tanquam notabiliſſimum, atque perneceſſarium illi deſit membrum, proculdubio eius renunciatio fieri coram ordinario poterit. Ra-

60 tio autem prædictæ conſtitutionis non ea meo iudicio fuit, quam tradiderunt Fuſcus de viſit. Epiſcop. lib. 2. cap. 28. nu. 15. & Pariſ. adducto lib. 5. q. 6. num. 54. quod corpore vitiati, nec promoueri poſſunt, nec promoti miniſtrare, ergo neque obtinere, neque retinere, cum illa non laicis, ſed Eccleſiaſticis dumtaxat perſonis ſint conferenda; tum quia ſi neque retinere poſſent beneficia, neceſſariò ſequeretur, quod illis eſſent ſpoliandi, quod eſt falſiſſimum, non tantum ſi ſimplicia ſint, verum etiam, ſi curata; quia tunc eis ſubrogarentur alij, vt ſcripſi nu. 58. tum quia in dicta conſtitutione non diſponitur, nè corpore vitiatis beneficia conferantur, ſed reſeruatur facultas ordinarijs admittendi reſignationes beneficiorum factas (inter alias cauſas) ob corporale vitium, cum regula principalis eiuſdem Cõſtitutionis obſtet, decernens non eſſe faciendam reſignationem coram Ordinario; quare ea mihi conſona videtur, maximè reſpectu huius capitis, & corporalis vitij; quod licet cogi non poſſit corpore vitiatus, & alias inhabilis, vt beneficium renuat, ſi tamen velit ſponte facere, ſit ei concedendum fauore Eccleſiæ, idoniorem, & habiliorem acquirentis beneficiatum, vnicuique muneri valentem incumbere, ſicuti etiam fauorabilis eſt eo caſu permutatio, vt ſcribit Feder. de Senis conſ. 73. pactum tale eſt, verſ. item permutatio, ſub num. 2. & ſuccurrit text. in cap. qua ſitum in fin. de rer. permutat. ideò Pontifex relaxauit habenas in his caſibus fauorabilibus, in alijs cohibens, & reſtringens facultatem, in quibus non Eccleſię, ſed perſonarum verſatur vtilitas, nam tunc odioſa dicitur reſignatio, teſte Zabarell. in clem. 2. nu. 13. de offic. ordin. Felyn.

lyn.in cap.ad aures nu. . . de rescript. & in cæteris inibi permissis casibus, adhuc consistit fauor, si bene considerabis.

Ille autem licet bona visione carere dicatur, qui non longè videt, eò quod bonam retinet visionem, qui & propè, & procul, videt exactè, etiam obiectum minimum, nec à forti visibili læditur, vt scri-
61 bit Capiuacc.citato cap. 30. de ophtalmia loquens vers.auicennas; attamen corpore vitiatus existimari non debet, nam hic tam sanus est, quam qui tardius currit, auctore Aulo Gellio lib.4. noct.atticar. cap.2.in fin. ideoq; non est impediendus, si ad ordi-
62 nes ascendere procuret; quin etiam, neque ille, qui perbreuem visionem habet, & propinqua non contuetur sine orbiculis, nonne etenim videmus quotidie admitti ad ordines, & passim celebrare eos, qui vitreos orbiculos oculis admouere, compelluntur, quo clarius cernant?

63 Sed luscus vtique vitiosus est l. inter stuprum §. verum ff. de verbor. signif. qui text. ambas species
64 luscitiosorum complectitur, vt inibi Alciat. adnotauit, scilicet illos, qui interdiú satis, noctu verò nihil cernunt, de quibus verba facit Cornel. Cels. lib. 6.cap.6. dum loquitur de imbecillitate oculorum, & eorum vitium vocatur, nyctalops, hoc est, nocturna cæcitas, vt scribit Capiuacc. lib. 1. cap. 48. vers.in presentia, propè finem; complectitur etiam illos, qui interdiú parum vident, vespere tamen, aut noctu acie acutiores sunt, quorum meminit Plinius, attestans in Albania quosdam gigni glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu plusquam interdiú cernant, vt ille inquit lib. 7. natural.histor.cap.2.& ambas prædictas cæcitudines, congerit Galen. in sua Isagoge, & Plin. lib. 11. cap. 37. illum verò, qui lumine adhibito nihil videt, crederem vitiosum esse, per eandem l. item offilius; aduerto tamen, quod cum istis luscitiosis, mitius est procedendum, ac facilius dispensandum, circa ministerium ordinum antea susceptorum, quám ad suscipiendos, nec tandem præteream hoc morbo laborasse Anibalem Sertorium, Philippum, & Antigonum Imperatores, vt refert Alciat. §. verum superius, allegato. Luscini autem iniuriæ nomen habuerunt Plin. cit. cap. 37.

65 Strabismus cum sit visio inequalis oculorum dependens à motu præter naturam musculorum motiuorum, vt definit Capiuacc.lib.1.cap.47.iForma autem est visio inequalis, nam Strabones secundum rectum non intuētur, vt idem subiungit, hinc latini scribentes dixerunt, Strabones esse, qui oculos habent distortos, ac toruo lumine vident, iuxta glos.fin.in l.qui clauum ff.de edil.edict. quorum vitium si fuerit natiuum, est incurabile, nisi sit admodum recens, ex sentētia Auicennæ, quod tamen (subiungit Capiuacc. loco citato vers. cum Auicennam) intelligere non est admodum facile; nam quamuis recens sit affectus, cum tamen sit natiuus, non videtur curationem admictere; sed concludit non esse de salute desperandum, quotiescumque vitium est admodum recens, quamuis natiuum; nam sicuti læua manus, exercitatione potest interdum munere dextræ fungi; ita imbecillitas natiua, potest corrigi, vt malum tollatur, quousque tamen aliquis illo laborabit, semper irregularis erit;
66 reiecta conclusione Maioli in tract. de irregul. lib. 1.cap.20.vers.quicquid, opinantis Strabones non promouendos, nisi antea Episcopus cognouerit quanta sit deformitas, dignaq; an sit dispensatione, vel reiectione; hoc etenim admitterem, quādo tám minima esset Strabositas, vt iustè dubitari posset, vtrumne impedimentum producat ad ordines; regulariter tamen ambigendum non sit, quin impediat, nam si id firmaui nu.74. in albugine, quæ ex sententia Medicorum, est malum pertinens dumtaxat ad tunicas oculorum, multo magis in Strabositate est omninò asseuerandum, cum ipsa ex eorūdem conclusione, sit malum attinens ad totum oculum, vt refert Capiuac.lib.1.cap.30. Licet enim morbosus minimè sit, vt inquit Trebatius in adducta l.qui clauum §.is cui, huius tamen impedimenti causa est deformitas, quæ valida quidem est, ad inducēdam irregularitatem prouenientem ex corporis vitio.

67 Causa verò quælibet irregularitatis cuiuscumque, ex vitio corporis procedentis, quotiescumque deesset, impedimentum etiam cessaret ab illa enatum ex Ioann. Andr. in cap. cum inter Canonicos & capit. super eo, de electione, & plenius in cap. post translationem in glos. cessante, de renunc. & succurrit regula l. adigere §. quamuis ff. de iurepatronat. & cap. cum cessante de appellat. Ideoq; cum aliquod cessat ex prædictis impedimentis, nedum ministerium suscepti ordinis, valebit exercere, qui hactenus ob illud non potuit, at etiam alios ordines accipere non amplius detinebitur; nam quod ita sanatum est, vt in pristinum statum restitutum sit, perinde habendum est, quasi numquam morbosum fuisset l. quod ita ff. de ædil. edict. quare si aliquis cæcus, lumen acceperit, miraculose scilicet, & susceptos ordines exequi, & ad suscipiendos reliquos admitti poterit, atque ideò Leo III. perseuerauit in ministerio, quamuis ipsi fuerint eruti oculi, nam eos aliquot post dies miraculose recuperauit, & quidam Abbas mira sanctitate fulgens, cui nomen erat Spes, qui quatraginta annis cæcitate laborauit, ac postea Dei dono videre incipiens, missus fuit ad prædicandum Euangelium, vt refert Gregor.lib.4. dialog.cap.10. necnon, vt Annales testantur, Chelidonius ille à natiuitate cæcus; & à Iesu Christo sanatus Ioan.10. Maximini Aquēsis Episcopi, coadiutor fuit.

68 Quinimmo dispensauit quandoq; Summus Pōtifex, vt cæcus posset ordinibus insigniri; Robertus enim Scotus á puerili ætate cæcus, Theologus eximius euasit, Lutheriæ illi incumbens, quique Romam cum peruenit ad ordines promotus fuit, ac deinde consecratus fuit Episcopus Armathanæ Ciuitatis in Hybernia, Legationeq; persunctus nomine Iulij II. Papæ, vt scribit Surius anno Domini 1551. Beneficia verò passim solent Pontifices concedere, & pati, vt alij etiam eisdem conferant.

Cæcis tamen, virtutem, atque constantiam, tametsi magis gratulari debeam, si eam patientissime perferant, quàm eorundem consolari dolorem; nihilominus ipsos admonere non desistam, vt medelam perquirant, & quod salubrius remedium excogitari poterit, quam Deo omnipotenti, ac Luciæ Syracusanæ virgini, & martyri præces fundere, vt tanto morbo liberentur. Huic enim martyri, & virgini Luciæ, omnes adsciscunt memorabilem

Item gloriam curandi ægritudines oculorum, tametsi nō de sint, id alteri huius nominis Virgini tribuentes, cuius ita flagrare amentia cæpisse quendā adolescentem, sicq; inflammata ferri libidine asserunt ex venustate illius oculorum enata, vt quem, non pudor, non pietas, non virginis repugnantia, & gemitus à vehementi cupidine secum concubendi, & amore, reuocare potuerunt, memorabile quidem Luciæ factum effecit, quæ causam mali tanti præuidens, sibimetipsi oculos effodit; attamen vniuersus Orbis salutem oculorum à Syracusana implorat, exposcitq;, nullo certo Auctore id afferente adductus, sed certis prodigijs, quæ deprecantibus feliciter obueniunt in dies, cui profectò credentium pietati, non equidem est deroganda fides, aut auctoritas, vt scribit Sanctorius in vita eiusdem Syracusanæ Luciæ, quam si consequi non merētur salutem, ipsorum vt mitigent mæstitiam, leuentq; mœrorem, quæso eorum repetant memoria, illius saluberrima Enei Senecæ verba scripta, suo in opusculo intitulato excerpta alia §. oculos perdidi, & subsequuntur; oculos perdidi, habet & nox suas voluptates; oculos perdidi, quam multis cupiditatibus via incisa est, quam multis rebus carebis, quas nè videres, vel eruendi erant; non intelligis partem innocentiæ esse cæcitatem. Huic oculi adulterium monstrant, huic incæstum, huic domum quam concupiscat; huic vrbem, & mala omnia; certè irritamenta sunt vitiorum, ducesq; scelerum: hæc ille; prædictis autem poterit quisque adijcere, oculos, nedum agendo hæc operari, sed nonnunquam in causa esse, vt nequiora eueniant, præsertim ab eorum venustatem, quorum quidem euidentissimum vnicuique erit relatum Luciæ Virginis exēplum, atque illud itidem, quod à Guicciardino in historiæ suæ lib. 6. idq; in fine refertur, de Hyppo-
69 lito Cardinali Æstense: Is enim, ac D. Iulius frater naturalis cum eiusdem puellæ. quæ vtrique affinitate coniuncta erat, vehementi amoris ardore flagrarent: ac vehementius ab amasia fratrem amari conspiceret: sæpius ab illa ardentioris amoris causam expetijt, quæ tandem exquirentis, quasi molestia affecta amoris propensionem aperuit: seq; singulari oculorum venustate, atque præstantia ad illius amorem compelli fassa est. Is itaq; eam ob causam ira perculsus, in D. Iulium, feras, quadam die insequentem, equo admisso, impetum facere non est veritus; eidemq; ex equo deiecto à suis circumpedibus oculos erui passus est; ex his profectó experiri licet, amoris vis, quanta illa sit, quamque verum, illud, quod sæpius in medium attuli; oculos nempe, valida esse vitiorum incitamenta, atque acerrimos scelerum Duces.

Sed consentire tanquam proximior in contractu minorum, siue testari, vel testimonium proferre, vel agere, vel antiquum retinere magistratum, aut aliud nancisci, necne valeat ipse cæcus, explicat Picus in tract. de contract. glos. 13 à nu. 77.

70 Hactenus scripta quò ad cæcum, extendo ad coclites, scilicet carentes vnico tantum oculo, nam qualiscumque oculus deest alicui, ipsum reddit irregularem, Archidiacon. in cap. si Euangelica 55. distinct. & cap. hinc etenim num. 3. distinct. 49. Syluest. verb. corpore vitiatus nu. 5. vers. sexto, Armill. eod. verb. nu. 8. Episcop. Scalen. tract. de cens. rubr. de irregul. cap. 6. vers. cęcus, tùm quia dubium non est, quin careat membro, tum etiam, quia deformitatem quoque illius carentia operatur; suis tamen in populis monoculos ab irregularitate exemptos arbitrarer, in quibus vnicus tantum oculus, omnium rationabilium animalium fronti inest, quemadmodum in Æthiopia huiusmodi populos
71 extare ab historicis traditum est, ac præsertim Plinio lib. 7. natur. histor. cap. 2. in hæc verba, sed iuxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, haud procul ab ipso Aquilonis exortu, specuq; eius dicto, quem locum Geselitron appellant, producuntur Arimaspi, quos diximus vno oculo in fronte media, insignes: hæc ille, cuius tamen, & aliorum relationi in hac re si nemo assentiri vellet, tanquam difficile sit credere, Diui tamen Augustini testimonio omni exceptione maiori id affirmanti, quin standum sit, neminem arbitror dubitaturum; ille etenim serm. 38. ad Heremit. attestatur à se, eos visos esse in Æthiopia, cum ipse consecratus Episcopus, ad eos prædicatum iuisset, eosq; ratione vti, nec feras esse affirmans, & refert etiam Io. Bapt. Fulgos. de dictis, ac factis memorab. lib. 1. cap. 6. §. à multis quoque, id tamen in reliqua Orbis parte monstruosum reputaretur, sicuti & deforme existimatur in ea, alterius carentia, ideoq; irregularitatem gignit, cui non equidē reluctatur Aristotelis resolutio, in suis pro-
72 blematibus, partic. 31. problem. 2. quod vno oculo certius videtur, & exquisitius cernitur, quàm duobus, tanquam virtus vnita, vehementior sit multiplicata, hinc experimur, quod Balistantes cum volunt in signum directius iacere, alterum claudunt oculum, vt vnius actus simplex interueniat visionis, cuius est rem certius videre, & concinunt verba Bald. in l. 1. nu. 16. C. de caduc. tollend. quod naturaliter eueniat, vt vnius oculi pupilla dilatetur, cum alterius clauditur; ista namq; conclusio refragaretur profectò, si monoculus prohiberetur ordinari, ex ea tantum ratione, quod vno oculo intuens, minus videt; sed quoniam aliæ sunt, & validæ quidem rationes, & causæ; nempè carentia membri, & deformitas, quorum altera, semper in ordinando prospicitur; idcircó haud obstat Aristotelis conclusio, tùm maximè, quia prædictus Aristotelicus sermo verificatur tantum, cum oculi sunt perspicacis visus, & non obtusi, & vterque oculorum æqualiter est perspicacis visionis, & susceptibilis spiritus alterius, & qui in altero est, alias etenim haudquaquam illius verificatur dictum, vt aduertit Petr. Apponen. in commentario ad allegatum problema; ideò quotiescumque alter oculus, nedum eandem & perspicacem visionem non habet, sed etiam illa omninò caret, vt in monoculo euenit, non vtique locum sibi vendicabit conclusio Aristotelica, & in hoc casu (mea sententia) verificabitur, quod Basil. scripsit homil. 11. in Exemero, & refert Maiol. tract. de irregul. lib. 1. cap. 20. nu. 4. vers. & licet, vt ab vno oculo procedens, vis visiua debilior sit; aliter enim illud contradiceret Aristoteli in adducto loco.

73 Est insuper irregularis, quisquis oculos habet, sed alterum ipsorum inhabilem, quia visu ille caret, quamuis sanus, & integer alijs videatur, & vt Medci dicunt, cum est visio læsa, citra morbum euidentem, vt Alex. & Vuendel. tenent in 4. sentent. dist. 15.

distinct. 15. q. 1. & refert Nauar. in summ. cap. 27. nu. 199. vers. quarto dico, & adstipulatur glos. in cap. 2. vers. in visu, de verbor. signif. in sexto, æquiparans, & idem concludens, in carente oculo, quod in carente visu; hoc tamen restringit Nauarr. indicato vers. vt tantum in eo subsistat, cui deest visus sinistri oculi: secus verò si dextri, & sequitur Sebast. Medic. in 2. par. summ. tit. 9. q. 32. & est ratio, quia sinister appellatur oculus canonis, eo quod, illo videre, & legere oportet canonem missæ, quod quidem legere debet sine nimia auersione ab altari; nam valde dedeceret si in recitatione canonis, se nimium conuerteret ad populum, quæ ratio sane haud consideratur in eo, qui leuo oculo bene valet, rectèq; conspicit; dextro verò infirmatur, minusq; videt, ac propterea non est censendus irregularis: non etenim adest deformitas, quia omnibus apparet sanus, neque membro dicitur carere, cum habeat oculum, licet inhabilem, nec aliqua istum indigere dispensatione, apertè demonstrant verba Nauar. & Sebast. Medic. locis citatis, & ob id Maiol. perperam dixit lib. 1. cap. 20. nu. 4. vers. ille quoque, quod facilius dispensetur cum ipso, nam si deformitas abest, & oculus adest; cur dispensatio requiratur, iustam ignoro rationem; nec refert, quod oculus dicatur tunc membrum inutile, nam vt irregularitatem prouenientem à corporis vitio, quis contrahat, oportet, vt membrum desit, aut saltim illud sit inefficax, ad ministerium ordinis, vt manus arida, per ea, quæ inferius aduerto nu. 107. vers. qui verò manus, sed oculus dexter tametsi inhabilis ad videndum ministerium ordinis exequi, non impedit, quia alter supplet, iure merito dixerunt Nauar. & Sebast. hunc alienum ab irregularitate, & consequenter dispensatione non indigere contra Mainium.

74 Albuginem verò si aliquis habeat in oculo, irregularis etiam est, per allegat. cap. 21. Leuit. & cap. hinc etenim 49. dist. ibiq; Archidiac. nu. 13. dumtamen deformitatem, & scandalum operetur, & non aliter, vt inibi Archidiac. & Syluest. verb. homicidium 3. nu. 5. & verb. corpore vitiatus num. 5. vers. sexto, Episcop. Scalens. allegat. rubr. de irregul. nu. 6. ac talis sit macula, quæ cæteris subito se offerat, pateatq; sine aliqua subtili inspectione, ex sententia Abb. in cap. 3. in fin. de corp. vitiat. ibidemq; Anan. nu. 2. Est autem albugo densitas cum crassitie morbosa corneæ, producta à causa cicatrizante, vt asserit Capiuac. in suo method. curand. morb. lib. 1. cap. 40. in princ. Estq; magis, vel minus crassa, & propterea Auicennas, minus crassam vocat nebulam, & magis crassam, nomine generis, albuginem appellat, quæ respicere videtur malum in tunica oculorum ex scriptis superius vers. strabismus, & vide peregrinam decision. Seraphin. 625. dubitatum fuit par. 1.

75 Sed qui oculum alteri maiorem, & grossiorem haberet, minimè incurreret irregularitatem, per glos. in adducto cap. 2. sicuti neque, qui ambos prominétes, quia sanus esset, si nihil ex ministerio præstando detraheret magnitudo alterius, aut vtriusque oculi l. qui clauum ff. de ædil. edict. Abb. citato cap. 2. nu. 3. vers. qu erit glosa, Syluest. d. nu. 5. vers. si verò, qui tametsi simpliciter hanc tradant conclusionem, attamen ipsam declaro cum notabilem deformitatem eorum magnitudo non producit, ex Nauar. in summ. cap. 27. num. 199. tunc namq; satis est, quod à fumo, & à cæteris exterius occurrétibus magis infestentur homines, qui oculis prominentioribus sunt, quam alij, oculos tàm eminentes non habentes, vt scribit Aristotel. problem. 6. partic. 31. ea ratione, quia fumus citissime oculis protendentibus incursat, & propter ipsorum expositionem, viscosa adhærentia celerius occurrunt, & cadunt super ipsos, neque irregulares sunt, qui paruos, vtrosque haberet oculos, & ocellæ appellati, vt refert Plin. lib. 11. cap. 37.

76 Ophtalmia laborantes (à latinis lippitudo dicta),
sunt irregulares cap. 21. Deuteron. & cap. hinc ete-
nim 49. dist. modo tamen longa, & diutina, atque
continua sit, nam Cicerone teste 4. tuscul. citius re-
pentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna
lippitudo repellitur; hac sanè laborauit lias, quæ lip-
pis erat oculis, vt Genes. cap. 29. & abunde de ea
loquitur Cornel. Cels. lib. 6. cap. 6. & hæc profecto
perodiosa omnibus est; illa verò, quæ paruula fo-
ret, quamuis crebrò refricans, mea sententia irre-
gularitatem minimè operatur; latini lippitudinem
77 describentes, inquiunt esse oculorum morbum, ex
pituitæ distilatione, & consequenter oculorum la-
78 chrymantium vitium; Medici autem illam diui-
dentes distinguunt, in notham, & exquisitam; ex-
quisitam verò in remissam, & intensam, quas diui-
sas partes describunt, vt abundè est videre, apud
Cornel. Cels. loco adducto, & Capiuacc. lib. 1. cap.
30. inibi causas, differentias, signa, effectus, progno-
stica, & curationem subnectens, quorum scripta,
túm curiosus lector, tùm ægenus adire poterit, ac
medelam suæ lippitudinis excerpere; non tamen
à Plinio tradita paruipendat medicamina, dum lib.
27. cap. 6. scribit, contra lippitudines prodesse, au-
res retro fricare, & lachrymosis oculis frontem, &
lib. 28. cap. 7. adiungit, fluxionibus oculorum, lac
mulieris mixto ouorum candido liquore, madida-
que lana frontibus impositum conferre.

79 Infra oculos malæ homini tantum insitæ, quas
Prisci genas vocabant, & pars faciei sunt, in quibus
frequentius, quam in cæteris illius partibus euenire
potest, quod tradidi in præcedentibus sub nu. 46.
vt qui faciem fœdam, aut notabiliter deformem,
vel maculatam, seu coloribus, aut vulneribus de-
turpatam habet, ordinari nequeat; quod insuper
subsistit, si alteram illarum maiorem habeat, ne-
dum, si in causa est, ne eis rectè vtatur, iuxta l. qui
clauum ff. de ædil. edict. Verum etiam cum non
impedit, at deformitatem dumtaxat gignit, ex his,
quæ pluries in hoc capite scripsi; necnon si adeò pi-
losæ essent, vt Syluestres potius, quam homines ap-
pareant, cuiusmodi vnicum virum, & indianum
vidi Romæ, quem prorsus inhabilem ad ordines
semper existimaui: quod si rubeant, non vtique
istud afferunt impedimentum, eo quod in eis est
sedes ruboris, & probitatis signum præportat;
80 quamobrem in puero rubere genas, & ingenuo
pudore affici, legimus ab omnibus collaudari: has
enim cum pudet, primum rubore suffundi vide-
mus, pudibundumq; animum ex illis pensitamus:
hinc proditum memoriæ fuit. Populum Romanú
tantum pudori tribuisse, vt Philippo Macedoni
pluribus criminibus impetito, nihil æque profue-

rit,

rit, quam Demetrij filij pudor, in Senatu obiecta minime dilucere valentis, hinc communi fertur ada-
81 gio, vt qui pudorem abiecere, perfricuisse faciem dicantur. In auriculis tamen rubor lesæ conscientiæ, & admissæ turpitudinis signum est, quod optimè explicuit Alex. ab Alex. lib. 2. genial. dier. c. 19.
82 Nasus quoque faciei pars est adeò insignis, vt scripserit Cicero in lib. 2. de natur. Deor. & primo de finibus, quod nasus ita in facie locatus est, vt mu- rus oculis interiectus esse videatur; atque vt Basil. in Exemero homil. 11. prodidit, vtramque oculo-
83 rum aciem, & discernit, & munit. Nasum præterea inditium facere morum arbitrantur multi, atque ideò Persæ, adunco naso, (quos Grypos vocant) præcipuè honorant, quod talem fuisse Cyrum crederent; Simos verò mites facere, & gratiosos, in eo enim irrisionis sedes est, quare nasuti, & habere nasum, irrisores dicti sunt, teste Alexand. ab Alexand. citato lib. 2. genialium dierum cap. 19. eo autem ille carens promoueri non valet, ex Diuo Thoma in supplement. ad 3. part. quæst. 39. artic. 6. in fine, Sot. in 4. sententiar. distinct. 25. quæst. 1. artic. 3. conclus. 2. vers. prioris generis, & Summ. Confess. lib. 3. tit. 18. & ò quampauci, possent ob id insigniri ordinibus, si hoc tempore Reges vestigia insequerentur illius Æthiopum Regis, alteriusque
84 Persarum, ille fecisse proditur, vt delinquentium crimina, non mortis pœna, sed nasi mutilatione puniret, vt eam turpitudinem veriti, circumspectius à criminibus abstinerent. Istæ autem, cum ciuili tumulto, fœdo esset conuitio iactatus, adeò exarsit, vt totius populi nares rescinderet, & vtriusque exempli relator est, Alexand. ab Alexand. in lib. 3. genialium dierum cap. 5. est præterea prohibitus ordinari, quisquis pressum, aut grandem, vel tortum detinet nasum, ex cap. 21. Deutoronom. &
85 cap. hinc etenim 49. distinct. & tangit Alberic. in suo dictionario, verbo nasum; nec quidem semper ob id reijcitur, verum si illius paruitas, magnitudo, vel tortuositas deformitatem pariat, explicat Ioann. de Selua in tractat. de benefic. par. 3. q. 5. vers. item ille el primo post nu. 44. idq; arbitrio Episcopi dirimendum censet Viuald. in suo candelab. aureo par. 2. rubr. de irregul. nu. 491. estq; generica conclusio in cæteris corporalibus vitijs, iuxta notata à me ipso inferius nu. 203.
86 Subiacet naribus, os, quod labijs, lingua, & dentibus dimiditur; labia verò an membra sint Bald. relinquit cogitandum in l. data opera nu. 50. C. de his, qui accusar. non poss. Ipsa verò, vt opercula, quibus os tegitur, & veluti vallum quodam tegendis dentibus à natura data sunt, nec immeritò Bartol. adiunxit, ea ianuas esse linguæ, gutturis, siue palati, in l. publicorum ff. de publicis iudicijs, & Marian. Soccin. in cap. sententiam q. 31. Nè clerici, vel monaci, & sicuti dum propriè loquimur, verbo aperire cum foribus vtimur, ideò cum labijs etiam vti possumus, & quotidie exequimur in officio matutinali dicentes. Domine labia mea aperies; licet autem illa nequeant membra dici, & appellari, quia tamen informant corpus, quod absque eis valdè deforme, atque imperfectum appareret, teste Bald. in l. publicorum ff. de public. iudic. hac de re illorū defectus cæteris corporalibus vitijs æquat Maiol. tract. de irregul. cap. 23. lib. 1. adeò quod illa non habens, admittendus ad ordines minimè sit, neque si ea haberet, verum tanta illis inesset defor-
87 mitas, quæ fœditatem, atque horrorem generaret, puta si corrosa, vt sentire videtur, auctor manipuli curatorum tract. 4. cap. 9. par. 1. subdens legisse in Annalibus Ludouici Regis Gallorum; quod Monachus quidam Cersterciensis, labia adeò corrosa habuerit, vt nullus bolus ore contineri ad momentum potuisset, quin illico elaberetur; & qui illa nimium contorta haberet, magna cum deformitate, & risum concitante, non esset facilè admodum promouendus, ex sententia Maioli cap. 21. versic. propterea lib. 1.

Lingua autem teste Cicerone de natur. Deor. lib. 2. in ore sita est, finitima dentibus, quæ sonos distinctos, & pressos efficit, cum ad dentes, & ad alias partes pellit oris; ideò cum de labijs, oris ianuis dixerim. dedeceret quidem, de contentis in ore non loqui,
88 ac præsertim lingua, quam vel consideramus pro parte corporis illa, quæ voci formandæ, dignoscendisque saporibus destinata est, & hæc si alicui abscissa fuerit, non vtique sanus ille esset, at corpore vitiatus ex Vulpiano in l. si cui lingua ff. de ædilit. edict. & consequenter à suscipiendis arcetur ordinibus; idque etiam si tantum illius parte careat, organum, & loquelam impediente, Anton. de Butrio in cap. exposuisti post num. 9. de corpor. vitiat. quod libentius fatendum est, si linguam sibi ipsi abscidit; hoc enim de quodam homine libero legimus, qui manifestè deprehensus in coniuratione contra tyrannum ab eoque supplicijs vexatus, vt proderet socios conspirationis, mauoluit propriam momordere linguam, & abscindere, in faciemque sæuientis tyranni conspuere, quam conspiratores manifestare, aut tormentis, si cogeretur nominare, vt rescribit Abb. in cap. verum de iureiurando, & Antonius Corneus in suo tractatu de absolution. iurament. part. 4. cap. 6. sub num. 6. Hi enim non modo ob defectum corporis ordinari nequeunt; sed insuper, quia manibus proprijs ausi sunt in se ipsos sæuire, vt alias in hoc tit. scripsi.
89 Vel consideramus pro solo vsu linguæ, & quidem nec promoueri valet, qui eo caret, vt affirmat D. Thom. in 3. part. Summæ quæst. 82. art. vl-
90 tim. ad 3. argument. nam ille mutus dicitur, quique matrimonium contrahere quamuis valeat, vt post alios quos recenset, scripsit Hieronym. Sanchez tract. de matrim. lib. 1. disput. 8. à nu. 12. tom. 1. necnon baptizari, & pœnitentiam accipere, cap. placuit 27. q. 6. & Crispetius in summ. verbo Mutus: nihilominus eum sanum non esse, sed morbosum edocet text. in l. mutum ff. de ædilit. edicto, & quidem irregularis est, ex canone Apostol. 76. Quinimmo beneficiato dandus est coadiutor, si officium linguæ amiserit cap. final. de cleric. ægrot. dummodo suum beneficium residentiam requirat, seruitiumque personale, nam ille text. de Archidiacono verba facit. Tametsi & tunc consecratam hostiam administrare queat, scilicet deferendo ad infirmum si alius absit, teste Gratiano disceptat. forens. cap. 412. nu. 5. tom. 3.
91 Qui verò tardè, & impeditè loquitur, vt balbus, & blæsus non est censendus irregularis, neque vetitus ordines suscipere Ecclesiasticos, Butrius in cap. exposuisti post num. 9. de corpor. vitiat. tan-

Rr quam

quam vitium leue, ac modicum, & quasi vitium propterea non sit, contemni possit, ex l. 1. §. sed sciendum ff. de ædilit. edicto, hinc eos morbosos non esse dicit text. in l. item offilius in fine ff. eodem citato titulo, licet vitiosos dici posse innuat
92 textus alter, indicato §. sed sciendum. Distant enim morbus, & vitium; in quo tamen differant, varia fuit inter antiquos opinio, nam Modestinus in l. inter stuprum §. final. ff. de verbor. significat. dixit morbum esse, temporalem corporis imbecillitatem; & vitium, perpetuum corporis impedimentum, Sabinus in dicto §. sed sciendum, definiuit vitium generalius nomen esse. Alij crediderunt; quod morbus offendat corpus, vitium verò respiciat animum, iuxta glosam finalem in adducta l. item offilius, Vulpianus autem in eodem illo §. sed sciendum, censuit pro eodem accipi vitium, & morbum; sed Marcus Tullius Cicero morbum totius corporis corruptionem, esse arbitratur ęgrotationem si imbecillitas accedat; & vitium cum partes corporis inter se diffident, vt distortio membrorum, & deformitas, refertq; Alciat. in relata lege inter stuprum §. final. cuius distinctio con sonat vsui peritorum vtriusque iuris: id tamen vtcumque sit, quia in proprijs terminis balbutientis, (cuius noster hoc in loco est sermo) habemus auctores expresse loquentes, possumus sanè iuris ambages praterire; Galenus enim ad aphorism. Hippocrat. 32. lib. 6. asserit, balbutire vitium linguæ
93 esse, non vocis, subdens causas ex quibus balbus quis efficitur; hoc autem vitium, quia non detinet, quin ille verba explicare valeat; impedimentum ad suscipiendos ordines afferre nequibit, quemadmodum Valerius quidam doctissimus, & sanctissimus vir, qui linguæ impedimentum patiens, Cæsaraugustanæ Ciuitatis fuit Episcopus, qui prædicationis munus subire non valens, eius partes in prædicatione suscepit sanctus Vincentius, vt legit Ecclesia, in officio matutinali in die solemnitatis eiusdem sancti Vincentij 22. Ianuarij: si autem eorum vitium, atque defectus, tam grandis esset, vt eos detineret perfectè loqui, aut verba explicare, profectò haud essent ad ordines assumendi, Viuald. 2. par. rubr. de irregul. nu. 162. in fin. & Tabiena verb. corp. vitiat.

94 Quod si postmodum cessaret quodcumque vitium linguæ, vtique, & prohibitio deficeret, & impedimentum; possetque ordinibus insigniri per Ioann. Andr. in cap. super eo, in glosa magna, de elect. & cap. post translationem in glos. cessante de renuntiat.

Nec mireris si impossibilia alloqui videor, quod is, qui natura impeditioris linguæ fuit; arte, aut vsu
95 expedite loqui valeat; quandoquidem id euenire posse, & consueuisse probatur exemplis. Demosthenes enim (Cicerone teste in lib. 1. de Orator. & Valerio Maximo lib. 8. cap. 7.) ita balbus erat, vt inter initia iuuentę artis (scilicet Rethoricæ) quam affectabat, primam literam dicere non potuerit, sed oris sui vitium tanto studio expugnauit, atque ore infertis calculis, multum, ac diù loqui solitus, quo vacuum promptius esset, & solutius, vt R, litera à nullo expressius referretur; legimus etiam nonnullos alios vsum linguæ habuisse, deindeque obmutuisse, quibus postea Dei Optimi Maximi beneficio loquelam restitutam fuisse, quod Zachariæ præsertim contigisse, nos edocet sacra scriptura, Lucæ primo, & post alia testimonia, quæ vt aufugiam prolixitatem, cogor præterire. Illud valde iucundum recenseo, de viro quodam æquitio exemplum, cui Angelus incredibili micans lumine, in somnis apparens, præcepit vt Euangelium omni creaturæ iret ad prædicandum; qui cum de vitio linguæ conquereretur Angelus phlebotomo linguam eius tangens, omne vitium illius curauit, vt refertur in cap. generaliter §. hoc idem 16. quæst. 1. Nonnulli præterea extiterunt viri, quibus cum linguæ essent euulsæ, concedebatur loqui, perinde ac linguas haberent, vt sub Arriana persecutione euenit, quando multis fidelibus persistentibus in fidei confessione, linguæ abscissæ fuerunt, quique postmodum Constantinopoli coram Zenone Imperatore effari liberè potuerunt, ac verbum Dei publicè prædicauerunt, quos memorat Victor Episcop. Vitens. lib. 3. de persecut. Vandal. Euagr. lib. 4. cap. 14. Ecclesiast. histor. & Diu. Gregor. lib. 3. dialog. cap. 32. consimiles Anastasij Imperatoris tempore extiterunt homines, apud Persas aperte loquentes, illosque Christianis erudientes præceptis; tametsi eis antea fuerint linguæ obtruncatæ, teste Nicephar. libr. 16. cap. 36. & apud prophanos Scriptores, quamplurima perlegimus exempla; inter quæ, illud mihi perutile, & iucundum videtur, de filio Cresi Regis, qui dum infans erat, fari quidem poterat, dumque adoleuit nihil fari quibat, adeò quod mutus, & elinguis diù habitus fuit, cum verò in patrem eius, bello magno victum, & capta Vrbe, in qua erat, hostis gladio deducto, ipsum Regem esse ignorans, inuaderet, diduxit adolescens os, clamore nitens: eoque nixu, atque impetu, spiritus vitium, nodumque linguæ rupit, planeque, & articulatè elocutus est, clamans in hostem, illumque monens, ne Cresum Regem occideret; inquiens, ne occidas; Rex enim Cresus est; tunc hostis gladium reduxit, & Rex vita donatus est, & adolescens articulate loqui, incæpit: & Herodot. lib. 2. histor. est huius memoriæ scriptor, eiusdemque relator Aulus Gellius lib. 5. noctium acticarum cap. 9. inibi par aliud subijciens exemplum; asserit etenim, quod quidam Ægles Samius Athleta, cum antea non lopuens fuisset, ob similem causam loqui cæperit; nam cum in sacro certamine, fortitio inter ipsum, & aduersarios non bona fide fieret, & fortem nominis falsam subijci animaduertisset, repentè, in eum, qui id faciebat exclamauit, vt consideraret quid faceret, & ex tunc oris vinculo solutus, per omne vitæ deinde tempus non turbide, sed explicate loqui perseuerauit: Omnes igitur quibus, aut relatis, aut alijs, quibuscumque occasionibus id contingeret, dubio procul non essent detinendi, quin valeant ascendere ad ordines; eos autem, quibus lingua resoluta ita est, vt sermo non explicetur, credo à promotione omninò impediri, quod interdum per se, interdum verò ex morbo aliquo fit, teste Cornelio Celso libr. 4. cap. 2. de resolutione linguæ; potest tamen conualescere, si quidem lingua per naturam adeò tenera est, (auctore Basilio homilia 32. in fine,) vt facile conuerti possit, & ad omnem sermonis vsum ob motus varietatem sufficit.

Den-

Dentes, pars oris ſunt, quorum ſanè conuenit ſermonem ſubnectere,& minimè dubitandum eſt,
96 eum morboſum non eſſe, qui aliquem dentem nõ habet; magna etenim pars hominum aliquo dente caret; neque ideo,hi morboſi ſunt,præſertim quia ſine dẽtibus naſcimur; nec ideó,minus ſani ſumus, donec dentes habeamus, alioquin nullus ſenex ſanus eſſet, vt inquit Paulus Iuriſconſultus lib. 11. ad Sabinum, & habetur in l. cui dens ff. de ædil. edict. Hinc ſeruum, cui dens deeſſet negauit labeo in cauſa eſſe redhibendi, tanquam non morboſum; namque abſurdum admodum eſſet dicere, non ſanos naſci homines,quoniam cum infantibus, non ſimul dentes gignuntur, vt refert Aul. Gell. in noct.attic. lib.4. cap.2. circa finem; & conſequenter neque impeditur ordinari, ex gloſa in cap. expoſuiſti verſ.manu, de corpor.vitiat. Controuerti-
97 tur tamen à Doctoribus, an irregularis cenſeatur, & ab ordinibus repellatur, qui ex indignatione, aut impatientia ſibi metipſi dentem euulſit, excuſſitque; & licet Abb.neget in cap. ex parte poſt nu. 5. de corpor. vitiat. & defendit Viuald.2. part.candelab. rubrica de irregular. num. 155. in fine, eorumque comprobetur reſolutio, quia dentes inter membra non numerantur, tamen ſi notorium ſit hanc euulſionem ex indignatione proceſſiſſe, ne amplius illi liceat promoueri, iuſta quidem ſit cauſa, fatendum eſt ex reſolutione Syluestri in terminis, in verbo corpore vitiatus num. 5. Maiol. tractatu de irregular. lib.1. cap.24. verſic.quod ita, & colligitur ex generali concluſione eiuſdem Abbatis, capitulo nuper citato, & Innocent. in cap. ſignificauit poſt num. 2. allegata rubrica; Borgaſius inſuper meam videtur ſequi ſententiam, dúm in tractatu de irregul.rubrica de corpor.vitiat. par. 5. num.4. ait, quod euulſio dentium, non voluntaria, & ex iuſta cauſa,nempè propter immenſos,& continuos dolores, non impediat illum ordinari; ergo, ſi ex iniuſta, puta ex indignatione, vel impatientia, ſecus ſit, tametſi impatientia ipſa prouenerit ex dolore; permittitur enim dentium euulſio, quotieſcumque medicamenta, mitigantia, reprimentia, refrigerantia, & humectantia prodeſſe haud poſſunt, ſed irato animo extrahere nemini conceditur, licet perneceſſaria ſit illorum extractio; quod enim diuina prouenit voluntate,patienter quiſque ſufferre debet, & condecens perquirere medicamen, illudque honeſto, decenti modo exequi; nec ipſum talis excuſabit dolor, quamuis intenſiſſimus eſſe ſoleat, atque adeò, vt maioris momenti eſſe, quam capitis, opinatus ſit, Galenus lib. 1. (ſcilicet ratione ſymptomatum, ſubiungit Capiuacc. lib.1. cap.52.§.3. verſic.dolor dentium) ratione etenim cauſarum, (vt illemet inquit,) dolor capitis multo eſt periculoſior, & maioris momenti, præcipuè ſi eſt intra cranium; cauſa enim propior eſt cerebro, multaque minatur mala, nempè cæcitatem, apoplexiam, & epylepſiam; maiora ſiquidem patienter martyres paſſi ſunt, grauiora etiam fragilis fœmineus ſexus; ſed ſi dentes longos, & prominentes, quis haberet, illorumque ſuperfluum ſecaret, non vtique prohiberetur ordinari, nam, & eos limandos eſſe, firmat Cornelius Celſus lib.6. cap.12. & ſuos propterea limaſſe Diuum Hieronymum conſtat, ex gloſ. 1. in cap.qui partem 55.diſtinct. & Tabien.verb.corpore vitiatus.

98 Nouiſſima faciei pars, mentum eſt,quod ſi corroſum ſit, aut nimium intumuit, aliaué extet in eo deformitas, ex his, quæ ſcripſi, verſic. infra oculos,& verſic.ſubiacet, certè repellet ipſum,ne poſſit ordinibus inſigniri, ſi autem glabrum,& depilatum ſit, ob præcedentem cauſam, & inhoneſtam, ſcilicet ex morbo gallico, iuris rigore fortaſſe defendi poſſet, ne valeat ordinari, per ea,quæ luculentius adnotaui verſ. capillorum, & verſ. capitis autem pars, circa medium; ſed equiorem reputo ſententiam contrariam, niſi Epiſcopi iudicium ex euidentia facti, aliud arbitretur.

99 Illud autem, quod Maiol. firmat lib. 1. cap. 21. verſ. vltimo,vt barbam tingentes, non niſi poſt pœnitentiam admittendi ſint, & quandoque deponendi, non ſequor, nec Philippi Genitoris Alexandri exemplum ab ipſo relatum, in eius me potuit inducere ſententiam, dum ille Antipatrum ex ordine iudicum depoſuit, quod barbam tingebat, aſſeuerans infidelem in pilis, nequaquam exiſtimandum eſſe fidelem in negotijs, ex auctoritate Plutarchi in Apophtegmat. quod præterea ſcribit Suidas in vita Leontij Monaci, & Lippomen.tom. 4. tanquam fieri nequeat, vt ſinceram mentem gerat, qui caput, & barbam habet adulterinam; vt aduerſus prædictos homines inuehens Alexander Pædag. ſcribit lib.3. capit. 3. Vnus etenim flos non facit ver, & ex vnico facto, inferre ad generalem prohibitionem non commendo, tametſi vituperanda ſit illorum inſcitia, credendum huiuſmodi arte deludere naturam; & ,ò quotquot eſſent his temporibus, ex togatorum numero delendi, ſi illius Philippi in hac re morem gereret, alter eiuſdem nominis Rex, & Tertius in Regnis Hiſpaniarum inuictiſſimus.

His explicatis ad cæteras inferiores corporis partes, paulatim deſcendere conuenit, atque vt ordinatè pergam, cum antedictas ſubſequatur col-
100 lum, de eo ſermonem texere exordiar,quod ſane incipit, à tanſillis faucium extremis partibus circa radicem linguæ gulam attingentibus, & quod inter eas vltimo pendet palato, & homini tantum eſt, vuæ nomen habet, & eſt pellicula illa, in fine palati dependens, circa fauces, ſub ea minor lingua epigloſſis dicta; cuius gemina opera, duabus interpoſita fiſtulis; nam duas eſſe fiſtulas in homine, ſcribit Lactant. de opificio hominis, ſpiritalem vnam, & cibalem alteram; illa ſpiritum meare, hac cibum, potumque deſcendere; illa interior, & appellatur aſpera arteria ad pulmonem,& cor pertinens, qua ſpiritus à pulmone ad os tranſmittitur; hanc operit in epulando, nè ſpiritu, ac voce illac meante, ſi potus, cibusuè in alienum deerrauerit
101 tramitem, torqueat; iſta verò exterior, & dicitur gula ex Phyſicorum, & Medicorum ſcriptis, in ea tantum ſignificatione ſumpta, pro fiſtula colli, conſtante ex carne, & neruis, qua cibus, atque potus deuoratur, & glutitur, atque in ventriculum defluit; nam ipſa tendit ad ſtomachum, is in ventrem; hanc per vices operit, cum ſpiritus tantum, aut vox commeat, nè reſtagnatio intempeſtiua alui, obſtrepat; alij verò gulam vſurparunt, pro anteriore parte colli, quam Cicero iugulum

vocat, cuius summum, fauces dicuntur; nam ille,
ac cæteri gulam nuncupant; quod alio modo col-
lum, aut guttur dicitur; quod quidem homini tan-
tum, & suibus intumescit, teste Plinio lib. 11. cap.
102 37. illudque si fortè alicui intumesceret, aut quæ-
uis alia pars eiusdem, tametsi præter vehementem
inflammationem, & dolorem, erit irregularis,
quousque id perdurabit, non tantum, cum impe-
dit nè spiritus transmittatur ad os, aut potus, ci-
busque descendat in ventriculum; aut fauces strã-
gulantur (quem morbum imperitum vulgus me-
dicorum, squinantiam vocat; elegantiores tamen
Scriptores anginam appellant.) verum etiam si ni-
hil istorum pariat, quia sola deformitas irregulari-
tatem inducit, & repellit deformatos, cum ordi-
nes suscipere intendunt, etiam si natura gutturosi
sint, quos sanos esse arbitratur, Vulpianus in l. qui
clauum in medio ff. de ædilit. edicto, quia si non
dicuntur corpore vitiati, ob carentiam membri,
aut illius inhabilitatem, ita tamen censentur, ob
deformitatem, ideoque si valde grande, tumidum,
aut pendulum habet guttur, irregularis est. Maiol.
tractatu de irregularitate lib. 1. cap. 30. in fine;
maior tamen, quam alibi debet esse inflatio ista,
vt impediat ordinari existentes intra consimiles
gutturosas personas, & populos. vt in accolis al-
pium, quæ huic vitio sunt peculiariter obnoxij,
propter aquam, quam bibunt ex niue resolutam,
vt scribit Ambrosius Calepinus in verbo guttu-
rosi.
103 Preterea gibbosi, vel curui, non videntur mor-
bosi, ex l. 3. ff. de ædilit. edicto, eos tamen corpo-
re vitiatos esse, dicit Modern. de resignat. benefic.
lib. 5. quæst. 6. num. 52. Qui tamen adeò simplici-
ter id profert, vt possit credi à vera resolutione
aberrasse; sed ipse cautius loquendo affirmo cum
Alberico in suo Dictionario. verbo vitiosi corpo-
re, versic. gibbosi; illos non videri corpore vitia-
tos, ideoque non prohiberi ordinibus insigniri,
præterquam si nimia in eis sit deformitas, vt etiam
ex sententia Archidiacon. dicit Syluest. verbo cor-
poris vitium, num. 5. versic. sexto in fine, & Na-
uar. in summa cap. 27. num. 199. versic. qualis gib-
bus; Diuus Antoninus in summa 3. part. titulo mi-
hi 28. cap. 5. Est tamen perpensè considerandum,
duas esse gibbosorum hominum species; Alij e-
nim verè gibbosi sunt, alij curui; hac de re in alle-
gata leg. 3. vtriusque mentio fit, ibi. Gibborosi, vel
curui; verè gibbi sunt, qui tumorem in dorso ha-
bent, rectumque retinent corpus; curui verò sunt
hij, quorum supra dorsum nihil fabricatum est,
sed corpus retinent curuatum, & flexum, ad ve-
neranda terrena, vt inquit Lactant. lib. 2. qui om-
nes dubio procul reijciuntur, si antedicta concur-
rant; quinimmo cum nonnumquam dicatur gib-
bus quisquis habens aliquem corporis tumorem,
vt sumitur apud Iuuenalem satyra tertia dicen-
tem.

Medijsq; in naribus ingens Gibbus.

Ac propterea tumor pectoris, gibbus quoque
denominetur, omnesque aliqua in parte corporis,
tumorem, & elationem aliquam habentes, dican-
tur gibbosi, licet tutius, & proprius loquendo, il-
li quibus spina introrsum flectitur, inflationem
efficiens in pectore, regiberi appellentur, & conse-
quenter quisquis, vtcumque gibbosus, & quamli-
bet partem corporis tumidam detinens si dubite-
tur, an sit habilis ad suscipiendos ordines Ecclesia-
sticos, tutissima sit responsio affirmatiua, præter-
quam si nimia adsit deformitas, siuè debilitas, &
multo magis, si impedimentum præbeat ad exer-
citium ipsorum, quamuis omnis absit deformi-
tas.
104 Manibus, aut earum altera, qui caret irregula-
ris est, tàm si manus illi desit, quia sic natus est,
quàm si ex accidenti, tametsi propria culpa non
præcesserit; vt etenim dixi num. 7. sat est, ad irre-
gularitatem incurrendam, vt quis membrum ad
exequutionem ordinum pernecessarium, (vt est
manus) non habeat; quod si culpa propria præ-
cedente, eidem fuit obtruncata, aut ipse sibi absci-
dit, nedum irregularitatem contraxit ob membri
carentiam, at etiam aliam, quam omnes irregula-
ritatem ex defectu perfectæ lenitatis appellant,
namque ipse in causa fuit, vt sibi tale damnum in-
ferretur, iuxta ea, quæ pleniori manu annotaui su-
pra nu. 9. & 10. Quinimmo si post promotionem
quoquomodo quis manum amittat, perdit sane
ordinis anteà suscepti executionem, licet non or-
dinem ex canone Apostolorum 77. atque ex ver-
bis Diui Thomæ in 3. par. summæ quæst. 82. artic.
vltimo ad tertium argumentum; intelligitur ta-
men iuxta Regulam generalem, & in superiori-
bus constitutam per doctrinam Abbat. in capit.
105 2. de cleric. ægrotant. vt ordinis executio im-
pedita censeatur circa illos actus, in quibus opus
est manibus; secus autem in alijs, vt merito dice-
re omninò fas sit, ipsum posse prædicare, & con-
similia exercere, atque adeò confessiones audire,
non tantum si leua careat, at dextera; manuum
namque impositio super caput pœnitentis, haud
est necessaria pro validitate confessionis, quod
apertè quidem ostendunt verba Armill. verbo ab-
solutio num. 4. Graff. lib. 1. decis. aurearum cap. 32.
num. 4. versic. & nota, & abundè Sot. in 4. senten-
tiar. distinct. 14. quæst. 1. artic. 4. per totum, veluti
neque signum crucis, vt inibi Sot. in finalibus ver-
bis, & fortasse poterit etiam baptizare, quia in
baptismo non vtique necessario requiritur manus
impositio. vt Sot. tenet loco, nuper relato, in princi-
pio, ac melius tradit, versic. quod si arguas; hoc ta-
men si brachio possit baptismi materiam, aquam
scilicet aspergere; ob idque non incautè, neque
inconsideratè, Diu. Thom. in 3. par. summæ quæst.
67. artic. 6. in 2. argument. vtitur illis verbis in ma-
teria baptismi; videlicet, manibus & brachijs ca-
reret, innuens propterea, vt cui manus desunt, si
non brachia ad aspergendam aquam, illud valeat
ministrare Sacramentum. atque ita subintelligenda
esse aduerto, quæ ipse scripsi in rubr. de Sacrament.
in genere nu. 39. in fin.

Cui autem fuerit manus abscissa, & miraculo-
se restituta, licebit equidem Missæ sacrificium ce-
lebrare, siquidem cessat tunc impedimenti cau-
sa; sicuti nobis exemplum est Leo Primus, ac Ioan-
106 nes Damascenus, quibus eas restitutas fuisse
miraculose, & celebrasse, referunt Sabellus lib. 5.
de Leone loquens, & Baptista Fulgosius lib. 1. ca-
pit. 6. 9. maius referam, de Damasceno scribens,
necnon

necnon Andreas Eboracenſ. ambo iſthæc exempla referens, primum ſcilicet in tit. de caſtitate: alterum verò in tit. de miracul. ille putans ſe cuidam indigno viro ordines contuliſſe, ſibi ipſi manum abſcidit, aut vt alijs placet, cum formoſa quædam mulier eius manum in die Paſchatis, iuxta morem oſculata eſſet, ſenſijt ſua viſcera commoueri, ex illo ſuauio, eiuſque pulchritudine, ac propterea aliquid ſcandali in ſe ipſo paſſum eſſe agnoſcens, manum illam ſibi præcidiſſe ferunt, atque Miſſam amplius celebrare impotens, & ob id murmur maximum enatum in populo, ſecreto, & leni murmure indignationem oſtendente, ardentiſſimis orationibus à Deo expetijt ſibi manum reſtitui, effectumque enixæ orationis conſequi meritus eſt; ſed Damaſcenum abſciſſione manus mulctauit Theodoſius Imperator, qui falsò ſuſpicatus erat, illum ad Perſas ſcripſiſſe; ei tamen MARIÆ Virginis ope, palam reſtituta fuit, nulla remanente cicatrice, tametſi antea in Eccleſiæ valuis affixa, multis diebus permanſiſſet.

107 Qui verò manus haberet articulatas, & aridas ad miniſterium executionis ordinum inefficaces, irregularis dubio procul apparet, Henriqu. lib. 14. cap. 8. §. 4. in fin. quod verum tùm ſi propria ex culpa id ſibi euenerit, aut rei illicitæ operam nauando, quia irregularitatem prouenientem ex defectu lenitatis incurrit, per ea, quæ ſcripſi ſupra num. . . tùm etiam ſi á natura, vel caſu, quia illas habet inutiles, vt inquit Modern. tract. de reſignat. benefic. lib. 5. quæſt. 6. nu. 49. namque membrum, & ſi habeat, qui manum aridam tenet, quia membrum eſt, per Abb. in cap. ego N. & ibi Felyn. poſt num. 1. de iureiurand. tamen, quia mortuum eſt cap. ſicut vrgeri, in medio 1. quæſt. 1. eſt profectò talis vir, cenſendus, ac ſi ſine illo eſſet, cum paria ſint manum non habere, vel habere inutilem, Iaſon. in l. 1. num. 37. ff. de legibus, cumque idem ſit non eſſe, vel eſſe, & inutiliter cap. inter corporalia §. ſicuti iuxta, de tranſlat. Epiſcop. quibus ſuffragantur, & illa, quæ huc ſpectantia ſcribo in cap. de homicid. verſ. explicatis, & verſ. ſed ille an dicendus hac eadem rubrica.

108 Qui autem manus tremulas perpetuò habet, non etiam eſt ab irregularitate iſta alienus, quia tàm ab executione ſuſceptorum, quam à ſuſcipiendis ordinibus excluditur, vt expreſſè aduertunt Speculat. in cap. ſi fortè num. 5. de elect. in ſexto, & Maiol. tractatu de irregul. lib. 2. cap. 24. in fin. id tamen ſi imminet periculum ſubuerſionis ſanguinis, vt adiungit Tolet. lib. 1. inſtruction. cap. 25. num. 13.

109 Illum etiam exiſtimarem irregularem, qui manum varam, aut brachia vara haberet, iuxta ea, quæ fuſius dicam congruentiori loco nu. 128. necnon illum, qui brachia tam breuia retineret, vt vel deformitate notatus cæteris ridiculus appareret, vel ad ordinis exercitium impedimento detineretur.

110 Sed ſi quis digito careat, & ſciſcitetur, an ipſe valeat promoueri ad ordinem Eccleſiaſticum, non exiguum apparet dubium; ex eo quod digitus non eſt membrum, vt affirmant Bart. in l. 2. num. 13. ff. de public. Iudic. ibique Imol. & plerique alij, idem Bartol. in l. non ſunt liberi ff. de ſtatu hom. num. & conſ. 201. quæritur an digitus par. 1. . . . Bald. in cap. 1. num. 5. de noua forma fidelit. Abb. in cap. 1. extra ne clerici, vel vouent, Felyn. in cap. ego N. poſt nu. 1. de iureiurand. & cap. cum illorum num. 4. de ſentent. excommun. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verſ. per hæc quidem, ob quam rationem irregularem non eſſe, cui digitus deſit, opinatus eſt Plaza in epitom. delictor. lib. 1. cap. 25. num. 8. Quoniam illa propriè

111 membra dici, inibi nu. 4. exiſtimat, quibus corpus mouetur, eorum diuerſo, & proprio officio, quodque habet in corpore noſtro propriam, ac determinatam operationem; ſuccurrit doctrina Bart. in l. 2. nu. 13. iam allegata, Corſet. in repert. Abb. in verb. membrum, & Bald. in l. reos nu. 5. C. de accuſat. puta oculus, auris, naſus, lingua, manus, atque Pes, quorum propria operatio reſpectiuè, eſt videre, audire, odorare, guſtare, tangere, & ambulare, ex Bald. in allegat. l. reos nu. 5. & cap. 1. nu. 5. de noua forma fidelit. alijſque permultis auctoritatibus, quas congerit Plaza indicato loco, ſed Caietan. exiſtimat in iure canonico, non ſolum inter membra computari, quæ ſeparatim habent actum, ſed coniunctim, idque probat ſuper D. Thom. 2. 2. q. 65. artic. 1. exemplo genitalium, ergo multo magis digiti ſunt inter membra iuſtè computandi, cum & ipſi in exercitio muſico, magis quam manus exerceantur, habeant nimirum proprium officium, euidentiuſque virilibus; meritò inibi irregularem illum reputat, cui fuerit digitus abſciſſus, alioue quouis modo eo careat; quam rem copioſius explico in cap. de homicid. hac rubr. nu. . . atque nunc pro reſolutione quæſiti credo, non ſimplici-

112 ter, & abſolutè fatendum, irregularem eſſe digito carentem, neque ſimpliciter negandum; etenim non illud ſpectandum eſt, quis numerus ſit digitorum, ſed an ſine impedimẽto, vel pluribus, vel paucioribus vti poſſit ex l. item ſi filius ff. de ædil. edict. ideò carenti digito ſiniſtræ manus liceat promoueri ex cap. lator 55. diſtin. tùm etiam dexteræ, vt inibi gloſa aſſeuerat, dummodo illius carentia in alterutra, nec magnam operetur deformitatem, neque aliquis ipſorum ſit, qui perneceſſarius eſt ad conſecrationem, ſicuti pollex, aut index, quorum altero ſi quis careat ſit irregularis, vt inquit Borgaſ. tract. de irregul. rubr. de corpor. vitiat. num. 4. Ioan. de Selua tract. de benefic. par. 3. q. 5. poſt num. 44. verſ. attendendum, Syluest. verb. homicidium 3. nu. 4. in fin. Plaza in epitom. delict. lib. 1. cap. 25. nu. 9. gloſ. fin. adducti cap. lator, Michael Salon ſuper 2. 2. D. Thom. q. 65. artic. 1. controuerſ. 4. concluſ. 2. & Sayr. in ſuo theſaur. caſ. conſcient. lib. 6. cap. 15. poſt nu. 12. neceſſarium namque eſt, vt contactus hoſtiæ liberè, & commodè fiat; idque adeò, quod qui totum pollicem, & indicem haberet, non tamen vngulam, cuius carentia impedimento ſit ei ad frangendam Euchariſtiam, neutiquam poſſit ordinibus inſigniri cap. fin. de corpor. vitiat. ac fuſius Tabiena verb. corpore vitiatus verſ. vtrum auulſio; Reſolutionem verò Syluestri in verb. corpore vitiatus nu. 3. in fin. & elicitam ex eodem cap. fin. à contrario ſenſu, quod amittens vngulam pollicis caſualiter, dando operam illicitæ rei, ſine diſpenſatione celebrare non poſſit, interpretor veram eſſe, cum illius carentia non impedit fractionem hoſtiæ, quia ſi impediret, quamuis rei l'citæ

Rr 3 nauan-

nauando amisisset, nec celebrare, nec ordinari posset, ex nuperrime relatis, quibus adstipulantur, quæ Hostiens. in summ. post nu. 3. vers. & quæ impediant de corpor. vitiat. cumulat.

Quinimmo si pars pollicis desit, & notabilem defectum non producat, neque hostiam frangere impediat, minimè inducit irregularitatem, dummodo nulla eiusdem præcesserit culpa, certum est, optimeque resoluit Tolet. lib. 1. instruction. Sacerdot. cap. 25. num. 13. & Michael Salon super dicta quæst. 2. 2. D. Thomæ 65. artic. 1. controu. 4. conclus. 2.

Sed si aliquis prædictorum digitorum fuerit alicui abscissus, eiusue quid laceratum, quamuis consolidauerit, si tamen ob hanc rem, eo vti minimè possit, quia sanus vir dici, ille nequit, per textum in adducta l. item Offilius, sequitur, ne propterea sit habilis iudicandus ad ordines, multoque minus, si partem aliquam digitorum non haberet præsertim si pollicis, aut indicis, quæ tamen impediat fractionem iuxta præfata, & recordor fuisse à Sanctissimo Clemente Octauo dispensatum in signatura gratiæ, cum quodam, cui deerat particula quædam ventriculi indicis dextræ manus.

Qui autem duobus digitis, parteque palmæ priuatus esset, non dubium, quin celebrare prohibeatur, si promotus reperiretur cap. 2. de cleric. ægrotant. & non promotus prohibeatur etiam ordinari, quia talis ordinatio non esset absque scandalo, propter deformitatem membri, per illummet capit. 2. quam profectò ob rationem, non tantum erit impeditus ordinem suscipere Sacerdotalem, at præterea cæteros inferiores ordines, ex simplici, & non limitata conclusione Doctorum, quam supra retuli sub n. 7. vt mutilatio, & carentia membri, aut partis, si deformitatem operetur, impediat mutilatum promoueri, quamuis casu, atque sine culpa euenerit, quam præ cæteris tradit Albericus in suo Dictionario, verbo vitiatus in principio, ideoque à veritate deuiam reputo resolutionem Maiol. in tractatu de irregular. lib. 1. cap. 14. num. 13. versic. propterea, vbi asserit irregularem declarari à iure, quò ad Sacerdotium, qui duos digitos, partemque manus amisit, quasi contrarium sit, quò ad alios ordines, ex vulgatis iuris regulis, quod vnius inclusio, dicitur alterius exclusio; & qui de vno permittit, atque fatetur, in alio videtur excludere, & negare; quod postmodum clarioribus verbis explicat in illomet capit. post num. 14. versic. ad idem in fine. Nec quidem suo dicto fauet textus ab ipsomet Maiolo adductus, scilicet cap. 2. de cleric. ægrotant. namque canon ille, non loquitur de promouendo, sed de promoto, inquit enim Papa, Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmæ à prædone abscissos significasti, Missam non permittimus celebrare, ipsum autem cæteris officijs Sacerdotalibus fungi non prohibemus; non etenim ibi erat dubitatio, vtrum ne alios potuisset exequi inferiores ordines, quandoquidem id iam constitutum erat, vt posset illorum ministeria exercere, in quibus non est opus manibus, & ego firmaui num. 105. Sed tantum sciscitabatur, an ei liceret Missam celebrare, & respondit ille textus negatiuè, qua propter non mirum si de Sacerdotali ordine solummodo fatur; ob idque Nauar. cap. 27. versic. septimo post num. 200. inquit Regulam illam, vt defectus, aut excessus membri, qui aliquem efficit inhabilem ad exercendum aliquot officium Ecclesiasticum, efficiat irregularem ad illud, non autem ad aliud; intelligendam esse, quò ad iam ordinatos, non autem, quò ad ordinandos.

Vtrum verò digito illo carens, qui medius appellatur, sit irregularis, respondet Sayr. in suo thesauro lib. 6. cap. 15. num. 16. & ait irregularem esse, ac si pollice, & indice careret, moueturque auctoritate Michaelis Salon super Diu. Thom. 2. 2. quæst. 65. artic. 1. controuers. 4. sed ni fallor, quotiescumque de hac re loquitur Salon, exprimit pollicem, & indicem, non autem medium, vt in illa controuers. 4. conclus. 2. poterit quisque videre, & controuers. 5. conclus. 2. Quod autem (eadem controuers. 5. versic. addunt aliqui) asserit, non vtique ex illis verbis probat sententiam ipsius Sayri, namque merus tunc est relator, eorum quæ aliqui Doctores asseuerant, ipse autem nedum illorum dicta non insequitur, verum etiam in contrariam partem propendet, nec de hoc dubitandum, existimo, cum digitus ille non deseruiat Eucharistiæ; vt propterea Doctores hactenus allegati, atque alij multi mox adducendi, iustè scribant irregularem esse, qui pollicem, aut indicem non habet, secus illum, qui cæteris caret digitis.

113 Huc etiam pertinet, quæsitum illud, sit ne admittendus ad ordines, qui digitos habet numero plures, quam humana natura consueuit rationali animali, hucusque dare; & cum talis superabundantia nullam contineat monstruositatem, sed procedat ex superfluitate seminis, vt aiunt Physici, ideò non secus ac illorum carentia minimè impediret, ita neque illorum superfluitas, vt iustè propterea dicendum sit, non esse irregularem, qui senos digitos in manibus haberet, quod tenet Henrichez in summ. theolog. moral. lib. 14. cap. 8. §. 3. Id tamen verum existimo, si exercitij vsum non detinet, neque propterea operatio manus incommodatur, iuxta glossam in capit. qui partem, & inibi Archidiacon. distinction. 55. Abb. in cap. 2. prope finem, de corpor. vitiat. Hostiens. in summa adducto titulo post num. 3. versic. quid si habet, Alberic. in suo Dictionario verbo vitiatus, versic. qui habet, & ratio illa souet, quia non oportet spectari, quis numerus sit digitorum, sed an sine impedimento possit ille vti pluribus, vel paucioribus digitis ex l. item Offilius ff. de ædilit. edicto, ob quæ irregularem iudicarem illum, qui duplicatum haberet pollicem in manibus, vel indicem, secus si in pedibus, aut etiam, qui in manibus cæteros digitos haberet duplicatos; nempè auriculares, aut alios, ex Diuo Antonino in 3. part. summæ, titulo mihi 28. cap. 5. Alberic. loco supra citato, Summ. Confessor. libr. 2. titulo de homicid. quæst. 44. Maiol. tractatu de irregular. lib. 1. cap. 14. num. 15. Sayro in suo Thesauro casuum conscientiæ lib. 6. cap. 8. post num. 2. Qui vero digitos haberet coniunctos, si in pedibus nullam ob id afferentes inhabilitatem, nequaquam censeretur irregularis; neque in manibus, si propterea impedimentum non existat in vsu membri, vt Alberic. dicit in adducto verbo vitiatus, versic. qui habet; Tabiena

na verbo corpore vitiatus num.2.§.1.Sayr.loco nuper relato, & Syluest. verbo corpore vitiatus nu.4. subiungens fas esse habenti superfluos digitos, illos sibi amputare,aut amputari permittere, modo nullum inde sibi vitæ periculum immineat, aut maior deformitas non suboriatur,fretus auctoritate glosę in cap.qui partem 55.dist. & sequitur Tabien.relato loco,Maiol.lib.1. cap.14.num.15. Henrichez in summ.Theolog.Moral.lib.14 cap. 8.§. 3. & Sayr. indicato num.2.idemque constituere Constitutiones Apostolicæ apud Clementem lib.2.cap.47. nec diceretur corpore vitiatus,aut mutilatus,qui digitum aliudue superfluum membrum sibi secuit, quia propriè membra haùd possunt illa appellari, ideoque non videatur membrum abscindere, sed superfluam resecare partem, vt illic Syluest. & alij rectè sentiunt.

114 Ad pinguedinem vt deueniam, expedit memoriæ legentium repetere, verba illa, quæ Dominus per Amos Prophetam cap. 5. dixit, quæque registrata sunt iu cap.odi 24.quæst.1.scilicet,Vota pinguium vestrorum non respiciam; illud præterea refert adiungere, quod Samuel Agag Regē Amalach pinguissimum in frustra concidit 1.Regum 15.& refertur in cap.nos si incompetenter §.his ita, el 2.quæst.7.quod exemplum, & auctoritas antea relata, iuxta sensum literalem, ostendunt apertè; pingues viros Deo esse abhominabiles, idque fortasse euenire opinor,& rectè quidem, vel à causa, hominem pinguefaciente, vel ab effectu, quem pinguedo ipsa consueuit producere; causa etenim solet illa plerumq; esse,quia delitiis affluit, somno, atque crapulę incumbit; quod ex Plinio deduco lib.1. cap.1. circa medium, dum asseuerat, corpus augere volentibus,aut mollire aluum, conducere inter cibos bibere,& minuentibus,aluumque cohibentibus sitire in edendo; posteaque parum bibere; hæc ille ex quibus admonemur profectò, illos pinguefieri,qui tantum potioni incumbunt;multò quidem conuenientius idem asseuerandum, si alijs etiam iam dictis rebus vacent; effectum verò pinguedinis rescripsit Diuus Hieronymus relatus in cap. non liceat 44. distinct. quod venter pinguis, crassum generat sensum, hisque conferunt quæ Aulus Gellius lib.4.cap.19. noct.attic.retulit; Pueros impuberes compertum esse, si plurimo cibo, nimioque somno vterentur, hebetiores fieri; aduertitque hinc eijci tarditatem, corporaq; eorum improcera fieri, minusque adolescere; hac de re, & nos medicorum auctoritatibus comperimur, omnium corporum pessima esse, quæ nimis pinguia sint, eo potissimum, quia minimè sunt apta labori, spirituumq; neque habent refocillationem; suntq; huiusmodi viri desides,segnes, assiduè oscitantes,cœterisque longè delicatiores,hactenus ille; ob quam rem prisci Romani Ciues,apud quos humanarum rerum, cura omnis posita erat, pingues homines ab equestri ordine deiiciebant, auctore ipsomet Aulo Gellio lib.2.cap.vlt. cuius verba hic subscribere censui; Nimis pingui homini, & corpulento Cens. equum adimere solitos,scilicet minus idoneum ratos esse,cum tanti ponderis corpore ad faciendum equitis munus; ex cuius dicto infero ad vitium edacitatis, illud enim quia ventrem pinguem efficit, non mirum si tali vitio obnoxij in Sacerdotes vngi non debent,quia (rationis ratio) venter pinguis crassum generat sensum, cum Sacerdotalis sensus,vigil esse debeat, per allegatum cap.non liceat,ob idq;,eos facile ad ordines admittendos esse, non crederem,qui præpingues forent, eorumque corpora in immodicum modum luxuriassent, exuberassentque; præsertim quod nonnumquam pingues viri, ad scurram vergunt,sicuti sub Leone X. fuit Camillus Quernus Archipoeta,de quo plura Iouius Eulog.72.& ipse plures cognoui viros, præpingues Scurræ officio functos; Quod tamen de pinguibus repellendis á susceptione ordinum tetigi, interpretatur Basil. in lib. de virgin. non procul à principio procedere, cum pinguedo ex gulositate, & desidia processit, secus verò si á natura, quia in immensum tunc crescere non solet,neq; impedire ministerium necessarium, atque,vt ego ad vos referam, quod in me ipso hactenus expertus sum, affirmo numquam me desidiosum fuisse,neù recordari diem frustra consumpsisse,quamuis me pinguem natura fecerit,aut potius carnosum,integram namque ætatem meam conteruisse in persoluendis muneribus Ecclesiasticis,in insistentia chori, dum Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Neapolitanæ eram; cuius in locum postquam illum resignaui,vt Romam habitaturus irem, perdurum Aulici exercitium successit, atq; Neapoli, ac Romæ negotijs simul operam dando, amicorum causas foui, deindeque Neapolim reuersus, Iulio Antonio Sanctorio Cardinali Prænestino Sanctæ Seuerinæ nuncupato, vt parerem, Sanctæque Inquisitionis Vrbis pergrandia negotia agerem ipsaque fœliciter cum Deo fauentem expleuissem, tùm Romæ, tùm Neapoli literis deditus, Iuris tùm Canonici, tùm Ciuilis scientiæ, incubui assiduè, lectionemque casuum conscientiæ, & Historiarum non despexi, neque Poetarum,Phylosophorum, ac cœterorum Sapientum scripta, quorum lectioni frequenter animum adhibui meum; quæ profectò lectio, & me delectauit summopere; & mihi ea percurrenti,& addiscenti profuit; sicuti & amicis,vicinis,nèc non incognitis, atq; alienigenis, quibus vt prodessem,vniuersa ad istud Diuersorium Iuris Canonici,quoquomodo spectantia,si non Herculeo,Achileo,Hectoreoue more, saltem pro virili contexere, complecti, & coadunare duxi; cuius quidem Diuersorij, hæc est prima pars, cuique adeò sudaui, vt quandoque, idque sæpè integrum diem studio consumpserim, excepto breui interuallo temporis ad ientandum, vt plerumque amici, pergrandem meum, & continuum miserantes laborem, me inuitū à studio reuocarint,quare libera voce, fronteque aperta, mihi libeat affirmare, nullius consimilis ætatis viri, quamuis studiosissimi, me in hac parte inferiorem esse; tametsi multis fœlicem,fœcundamque memoriam inuidere possim; Numquam igitur diu otij nactus sum, numquam me somno nimium dedi, cum ad sex integras horas haùd dormierim, sed illicò post dictum tempus experrectus è cubili surrexi, & si aliquandò lucubrationes coactè detraxi, meridiationes plus solito addidi, & è contra; Demumque superflo cibo, potuque ante adeptam Pontificiam dignitatem, minimè vsus sum, sed frugali, modestaque mensa

sa contentus, ventriculum vario ciborum genere; non distendi; neque etiam vnius cibi, varium coquendi modum vnquam peroptaui; & si nunc frugaliori cogor vti mensa, non tamen varietate ciborum pascor, præsertim quia bonæ corporis temperaturæ talis varietas non parum officit, teste Plinio lib. 11.cap.52. Homini (asserente) cibus vtilissimus simplex, aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora; hæc ille, ex quibus apparet vtique, quod nulla existente causa otij superflui somni, immoderatique cibi, aut potus, ex quibus plerumque solet pinguedo ipsa prouenire; oportebit fateri ex complexione, & natura me pinguefactum; nec mirum si non in immodicum, sed tolerabilem modum, meum luxuriauit, exuberauitque corpus, ac propterea mihi haudquaquam impedimento sit, quin & Ecclesiastica possim liberé exercere ministeria, & commodé ambulare, laboresque omnes subire, atque etiam (si vellem) veloci cursu iter arripere; idcòque & superiores illicò consensere, & ipse omni postposito scrupulo potui tuta conscientia quærere, vt sacris ordinibus etiam Sacerdotali insignirer.

115 Quibus autem multum intumuit venter propter Hydropem, vtique ordinandi non sunt, nedum cum adeó tumefactus est (qualis erat venter Beniamin Anachoretæ) cui aluus tám tumida erat, vt extra cellam deferri non potuerit, nisi sublatis postibus, sicut referunt Pallad. Cappad. in eiusdem Beniamin vita, & Cassad. lib. 8. tripar. Hist. cap. 1. verum etiam, si longè minus turgidus esset tùm propter incommoditatem, & inhabilitatẽ ad exercitium ordinum, quam ob morbum ipsum penè incurabilem, quique latine explicatur esse aquam inter cutem quod sub cute aqua nascatur, qua corpus turgescit, quodq; Horatius ostendit dum lib. 2. carminum sic fatur.

Crescit indulgens, sibi durus Hydrops:
Nec sitim pellit, nisi causa morbi fugerit venis.

Medici autem definiunt, quod sit tumor ventris infimi, productus à frigida hepatis intemperie, vt inquit Capiuacc. lib. 3. Medic. pract. cap. 19. 5. deindicationibus, vers. in curatione autem; Huius verò Hydropisis genera tria sunt; primum quod vocatur tympanites, aliud, Ascites, tertium vero, leucophlegmatiam, vel Hyposarca, quæ dulci quidem methodo explicat Cornelius Celsus lib. 3. cap. 21. & multa tangit idem Capiuacca adducto cap. 19. per totum; in eius autem curatione, tria sunt maximè consideranda, quæ annotauit Galenus in fine lib. 2. ad Glaucum; primum vt sanemus durum tumorem visceris, secundum, vt admoueamus quæ possunt humiditatem exsiccare; tertium, vt in potis præbeamus præsidia, quæ vrinam ciere possunt; & quia qui hydrope laborant, vt plurimum pati solent comitialem morbum, atque in illum incurrere, refert Maiol. lib. 1. cap. 16. num. 2. ex auctoritate Hieronymi Gabucini lib. 2. de morbo comitial. folio 55. propè finem libri, qui ex Hippocrat. sententia adiungit. Huiusmodi viros comitiales insanabili plaga laborare, ipse autem multa prodam inferius, cum de morbo isto comitiali alloquar vers. Interdum veró, ab hoc etiam repelluntur á promotione.

116 Sed illis quibus lien, seú splen deest, vtrum fas sit ordines suscipere, quia maximè refert, non ignorare; ideò considero, quod si præter culpam, aut illis operam dantibus rei licitæ fuit lien euulsus, vtique existimo eis licere ordines suscipere, ex Maiol. lib. 1 de irreg. cap. 16. tùm quia, pars quædam occulta est, nec eo carentem deformat, aut impedimentum præbet ministerijs ordinum exercẽdis; túm etiam, quia propterea est corpore expeditior, & agilior; quandoquidem medicorum est sententia, vt quo minus splenis in homine est; tanto ad labores prõptior ille sit, & à comitiali morbo omninò securus, vt scribit Hieronym. Gabuc. Fanen. tract. de morbo comitiali lib. 1. fol. mihi 9. & lib. 2. fol. 43. & quãto quis petulantiori splene abundat, tanto eum ad risum procliuiorem nos edocuit experientia, & auctoritas Physicorum confirmat, asserentium lienis magnitudinem risus intemperantiam gignere, demumque Persius Satyra 1. innuit.

Sed sum petulanti splene cachinno

117 ergo quanto magis splene quis indiget, eò minus risui promptus est, idque præcipuum est modestiæ signum, quodque multum Clericis conuenit IESVM CHRISTVM Dominum nostrum imitari debentibus, quem numquam risisse refert Diu. August. serm. 35. de Sanctis: spleneticos tamẽ fortasse suspicarer non admittendos, tam de facili ad ordines, si diù tali vitio laborarunt; eorum namque sanguis corruptus est, propter admixtionem morbosi, dilutique sanguinis, qui à liene procedit, ob idque cicatrices spleneticorum nigræ, vt inquit Arist. in problem. partic. 9. problem. 5. ideò iustè crederem, ni fallor spleneticos detinendos fore, ne ordines interea suscipiant, ob peius malum, quod incurrere possunt, & solẽt ob corruptum, & aquosum sanguinem quem habent.

118 Modo vt ad carentem genitalibus deueniam, aduerto tria reperiri genera personarum in hac materia, scilicet Eunuchos, Castratos, & Spadones, qui strictè loquẽdo, differunt inter se; Eunuchi etenim hi dicuntur, qui sponté secti sunt; Castrati qui á natura, eo quia castè nati; & spadones, qui ab alijs hoc passi sunt inuiti, glos. in §. sed & illud vers. possunt cum seq. inst. de adopt. exinde passim legimus apud scribentes triuialia illa carmina, quæ Alberic. refert in suo Dictionario, in verbo Eunuchus fuit ille, & elegantiori methodo, in eandem tamen sententiam, scripsit Plaza in Epitom. delict. lib. 1. c. 24. nu. 5. in fine; eaque subscribo.

Castratos natura facit, violenta spadones
Improbitas; Amor Eunuchos, & fœda libido

ex quibus satis constat Eunuchum strictè dici, qui se ipsum castrauit, & confirmant Iuuenalis verba Satyra 12. nempè.

Qui se, Eunuchum ipse fecit

sed impropriè Eunuchus dicitur etiam, qui spado est, ex Azon. Rub. C. de Eunuch. dum inquit, quod Eunuchi dicuntur, spadones, & non castrati; improprijssime verò Eunuchus amplexatur omnes, qui generare non possunt, quia nomen est genericum, omnes etiam castratos complectens ex glosa in §. sed & illud, vers. non possunt instit. de adopt. supradictam autem differentiam, inter Eunuchos,

Castra-

Castratos, & Spadones existentem, passim Doctores assignant, vt inquit Plaza in Epitome delictorum lib. 1. cap. 24. nu. 5. vers. reijciendam; quamuis ipse eam illic refellat, cuius opinioni non suffragatur textus in l. Pomponius §. spadonem ff. de ædil. ædicto, vbi spadonem morbosum non esse, neq; vitiosum, verius Vulpiano videtur, sed sanum esse (subdens) sicuti illum, qui vnum testiculum habet, qui etiam generare potest, & propterea ipse infcrat, quod spado non sit, qui ex accidenti virilibus caret, sed à natura; attamen sua illatio fortasse non sustinetur, namque Iurisconsultus illo in textu non loquitur, de spadone, cui virilia, aut testes euulsi, aut collisi fuere; at tantum de eo, qui vnum testiculum habet quique (vt ibidem asseritur) generare potest; quodque ille text. de hoc spadone verba faciat probatur, ex clausula, sicuti, in eo posita, quę exemplificatiue, non similitudinarie addita fuit, vt glosa final. ibidem adnotauit, & quamuis animo non sedeat meo differentia, quàm suo marte posuit inter prædicta nomina Plaza in dicto cap. 24. non tamen illa displicet, quam ipse ex aliorum scriptis excerpsit, & ego clarioribus verbis explicabo; quod spado (ex sententia Pauli eginatæ lib. 6. sui operis) dupliciter fiat, collisione scilicet, & auulsione; eos tamen quibus adeo collisi, aut auulsi sunt testes, vt nec coire, nec generare possint, latini castratos, græci Eunuchos nominarunt, auctore Luciano in Eunucho, neque aliæ displicent ab Alciato relatæ in l. spadonum ff. de verbor. signif. tametsi veriorem, ac tenendam existimem supra relatam, ex sententia Iuristarum, apud quos sicuti Eunuchorum nomine omne genus euiratorum continetur, ita & spadonum, namque spadonum quoque generalis appellatio est, quia hoc nomine, tàm hi, qui natura spadones sunt, quam thlibiæ, thlasiæque, & si quod aliud genus spadonum est, continetur alleg. l. spadonum; cuius quidem verba illa, obscura scilicet, thlibiæ, aut thlasiæ exemplificantur, nempè attriti, & fratti ex Alciat. alleg. l. spadonum; Plaza in Epitom. delict. cap. 24. nu. 5. circa principium, & Mifinger. in §. sed & illud in fine, instit. de adoption.

119 His conuenit subnectere, quod Eunuchi antiquitus seruandis cubilibus Regum adhibebantur, & Virginum lectum custodiebant, vt ex Diuo Hieronymo contra Iouinian. tradit Plaza in dicto cap. 24. nu. 4. & colligitur ex verbis Diui Basilij in lib. de Virgin. prope finem; quinimmò sunt qui opinantur, Eunuchos dictos à verbo illo Græco. id est lectum virginum custodiunt, teste Alciato indicata lege spadonum in principio; sed heu miseri, & incauti viri mulierum consanguinei, qui eas inepté illis confidebant, nec pensitantes quã grauiter errabant, ouem lupo committendo, cum hi cæteris sint propensiores ad libidinem, Veneriq; plus equo indulgeant; eamque ob causam Basilius Epist. 87. eos cõtumelijs afficit, inquiens, Eunuchorum genus ignominiosum esse; nec mirum, cum neque fœmineum, neque masculinum sit, amore insaniunt citra fructum, propter propriam turpitudinem; nec immeritò Quintil. lib. 6. cap. 4. vt cuiusdam viri libidinem maximam esse ostenderet, eam spadonũ libidini antecellere dixit, in hæc verba; libidinosior es quam vllus spado; & Basil. lib. de Virgini. duo refcribit exempla Eunuchorũ; quorum alterum á testibus fide dignis habuisse affirmat, idque scientibus, ex delinquentium confessione, scilicet mulierem quandam Eunucho custodiæ datam, ab illo sæpius compressam; aliud refert exemplum de virgine quam ab alio Eunucho, fuisse violatam asseuerat, ipsumque intemperantissime nixum, tùm osculis, tùm turpibus affectibus, atque etiam morsibus luxuriem, quam sua impotentia explere nequibat, exercuisse, eaque ardentius incensum efferbuisse, eó quod dissolutam cupidiné, pectumque effrenata appetentia feruentem, satiare non poterat, propterceaque illius voluptatis auida libido temere ad potiundum incitabatur; quare dum eis homines pudicitiæ tuendæ causa, mulierũ vti credebant, efficiebant profectò, vt illę ad impudicitiam incenderentur; Mulieribus namque inire exardescentibus, quas timor ne conciperent fortasse detinuisset, Eunuchi sané subseruiebant, earumq; tuté explebant libidinem, ad quam, Eunuchorum generandi impotentia potissima causa erat, quæ timidas, aut verecundas animabat mulieres, ideòq; abundè Iuuenal. Satyr. 6. conqueritur, & Basil. al-

120 leg. lib. de virgin. subdit, mulierem illam (quam Eunucho custodiæ datam, Eunuchus sæpius compresserat) cum illo frequentius luxuriatam, hac sola causa fuisse, quia illius sterilitati confisa, securiùs sue poterat satisfacere luxuriæ; & pati eius pudicitiã ab illo violari iuxta illud, concupiscentia spadonis deuirginabit iuueculam; nec mirum si Palladius enixè deplorat, ad ægimen Ecclesiæ Ephesinæ fuisse

121 cõstitutum Eunuchum quendam, quẽ dicit ventri subditum, in fœminas insanientem, impudenté, ebriosum illiberalem, cupidum, neque virum, neq; fœminam, vesanum; inter satyrica conuiuia theatricas puellas proprijs humeris gerentem, capiteq; coronato, hædera craterem manu ferentem, vinaq; fudentem, subdeps Theodorum Romanæ Ecclesię Diaconum, ita damnasse eos, qui ipsum ad sublimem illam euexerant dignitatem, vt compararetit illis, qui spineam coronam CHRISTI capiti imposuerunt, testaturque idem Pallad. Episc. Helinopolit. in vita Sancti Ioannis Chrysostomi, & refert Lippom. in vita Sancti Thomæ 2. sub nu. 42.

122 Sed quærenti an Eunuchus possit ascendere ad ordines, occurrit illicò textus Deuteron. 23. qui negatiuã videtur probare sententiam, inquit enim; non introibit Eunuchus, attritis, vel amputatis testiculis Ecclesiam Domini, cuius verba Caietan. ibi denegat intelligenda esse de corporali ingressu, sed de eo impediente in Ecclesia defungi officio Ecclesiastico; quam Caetani expositionem sequitur Anton. Fonseca Lusitanus in addit. ad ipsum Caetanum, eam duplici ratione confirmans; quarum altera est, vitium, & corporis defectus; altera verò quia huiusmodi homines animo muliebri, & effeminato, & euirati, quasi desinunt esse viri, & femi mulieres esse videntur; quam secundo illius relatam rationem, confirmare possum ex consimili, & verissima assertione illa, quod sicuti regulariter mulieribus nec capillos diffluere, nec pedes labo-

123 rare dixerunt Medici, & tamen perplures reperiuntur, quæ podagricæ, aut caluæ sunt, non quidé quod fœminarum natura mutata sit, sed vita & cũ virorum licentiam æquauerint, corporum quoque virilium vitia æquauerunt, & ita, quia fœminam exue-

exuerunt, damnatæ sint morbis virilibus, & beneficiū sexus perdiderunt, vt scripsit Seneca Epist. 95. circa medium, & è contra; si viri fœminis assimilentur, quæ natura propria, vtroq; incommodo carent, earum solere consequi salutem affirmarunt
124 Medici, ac propterea Eunuchos, neque recaluastros fieri, neque podagra laborare inquit Celius Aurelianus lib. 5. phronicon. c. 2. Hipocrat. Aphorism. 28. lib. 6. vbi Galenus id eis accidere asserit, quia effeminati, & fœminarum similes fiunt; ideò sicuti illæ, ita, & hi, à talibus morbis sunt immunes, modo vterq; temperatè, & moderatè viuat: Nam potissimum ex venere podagra sequitur Arist. lib. quæst. 10. cap. 37. Rasis in libro diuisionum cap. 2. Paul. Aeginetta lib. 3. cap. 68. & ex sacris Scriptoribus Chrysost. in homilia, cui titulus est, quod nemo læditur nisi à se ipso. Ex his duabus rationibus apparet, confirmatam esse Caetani expositionem ad iam dictum textum Deutoronomij; quæ si vera erit, cōstabit profectò ex illo textu, né Eunuchi ordinentur, idque si de omnibus Eunuchis intelligeretur, non modo fatendum esset, illos Eunuchos prohiberi á susceptione ordinum, vt Iuris, qui se ipsos castrarunt, aut qui ex accidenti, propria præcedente culpa, vel rei illicitæ incumbendo, Eunuchi facti sunt; at etiam qui per insidias hominū, aùt aliquam persecutionem sunt euirati, vel ita nati, aut in cunabulis secti, aut alias, iusta ex causa à medicis; quos tamen non solum ordinibus imbuere non est vetitum, at permissum, eosq; etiam Episcopos consecrari (si alias digni sunt) concedit textus, in cap. Eunuchus 55. dist. cap. ex parte el 1. de corpor. vitiat. cap. si quis á medicis cap. si quis per ægritudinem, & cap. si quis absciderit 55. dist. qui Canones ad ordines illos admittunt, nec aliquid de dispensatione asseuerant, ideo mihi videtur aliquos ineptè addidisse illis textibus, dispensatione, scilicet præcedente, ipsa tamen facillimè debeat concedi; Ne igitur Canones videantur sacræ Scripturæ aduersari, affirmare oportebit allegatum caput Deuteron. non extendendum ad Eunuchos nouissimè relatos; ac de quibus loquuntur relati textus, iuris Canonici; aut aliam, & fortasse idoniorem, textui Deuteronomij accommodare interpretationem, quam eó in loco ex sententia Hebræorum tradit Nicol. de Lyra in principio, & mihi non displicet, vt ibi per ingressum in Ecclesia Dei (á quo aliquæ personæ; & gentes ad semper illic reijciuntur, & ad tempus aliquæ) intelligatur prohibitus contractus matrimonij cum muliere Israelitica, à quo primum impediuntur impotentes ad generandum quia non est ibi bonum prolis, ideò primo in dicto textu dicitur nō introibit Eunuchus; secundo impediuntur, patientes defectum natalium propter vilitatem originis, ideò subsequitur non ingredietur Manzer. tertio prohibentur Ammonitæ, & Moabitæ, ad semper, propter peccatum contra Populum Israel commissum, propterea asseritur postmodum Ammonitæ, & Moabitæ; Aegyptij verò ad tempus, & Idumei, nempè vsq; ad tertiam generationem, in quem modum si ille textus interpretatur, subsistunt Canones nuper relati, & permittentes Eunuchis quibusdam in eis expressis, ordines suscipere; quamuis cœteri nequaquam valeant illis insigniri, vt probaui in superioribus.

125 Ad cœteras verò mundanas dignitates, & honores Eunuchos admitti ad quas reliqui homines admittuntur, tuetur Plaza in Epitom. delictor. c. 24. lib. 1. num. 4. in medio, ac præsertim ad Doctoratū per l. Eunuchis C. qui testam. facer. poss. sæpè enim consilio pollet, cui vim natura negauit, inquit Bald. eadem l. Eunuchis; hinc maximis, & insignibus dignitatibus ornatos quamplures fuisse Eunuchos legimus, illosque apud veteres eximios viros extitisse refert Alciat. in l. spadonum ff. de verb. signific. vbi Enterium inter reliquos recenset cubiculo Constantini Cæsaris præpositum, qui sicut inter vepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ mitescunt, ita ipse inter, recti exempli fuit; tametsi hoc de Narsete Iustiniani Duce asseueret Plaza loco supra citato: ad Imperatoriam veró dignitatem ascendere prohibentur Eunuchi, si Euag. credimus lib. 4. histor. cap. 2.

Alia autem multa de Eunuchis, qui scire cupit adeat Hermonop. Constant. lib. 2. Epit. Ludouicū Cęlium lib. 2. lectionum antiquarum cap. 27. Cęlium Rhodigi lib. 7. cap. 69. Ant. Aug. lib. 3. emendat. cap. 5. & lib. 4. cap. 17. & Alciat. lib. 7. parer. cap. 27. ac Suidam in verb. Spado; qui illorum ignominias cœteris exuberantius scripsit ex Cirillo, & ipse in hac materia haùd prætereundam esse duxi istorum periucundam, lepidamque historiam, cuius auctor est Liampadus Diaconus lib. 4. asserens qđ
126 Theobaldus Vmbrorum Dux aduersus Grecos bellum gerens, quoscumque ex hostium exercitu captiuos facere poterat amputatis virilibus dimittebat. donec quædam mulier ante eum gemebunda hominum Deorumque fidem implorans, cōstitit, quid, inquiens, Theobaldæ fœminæ egimus, vt bellum nobis indicas? haudquaquam nos Amazones sumus, sed Mineruæ deditæ, armorum vsum nullum tenemus, quid ergo virorum nostrorum testes amputas nosq; nostris voluptatibus priuas? sunt illis oculi, sunt nares, sunt manus: quid ad ea quæ nostro vsui natura concessit belli iura producis? tunc Theobaldus illius sermone delectatus, huic pœnæ finem imposuit.

Demum vt his corporalibus vitijs finem imponam, ad claudum pertransire expedit, eumq; corpore vitiatum dici, verum esse, & probat Modern.
127 de resignat. benef. lib. 5. quęst. 6. nu. 46. qui tametsi ex veteri lege ordinari prohiberetur, auctore specul. in tit. de dispensat. §. iuxta nu. 15. vers. item in veteri, & glosa in cap. si quis in infirmitate 55. dist. hodie verò excipiuntur aliqui, puta qui medicorū incisione in altero pede læsus claudicat, promoueri non vtique inhibetur, sed permittitur in cap. si quis in infirmitate 55. dist. nisi tamen (vt glos. illic aduertit) necessitetur baculo vti in altari, & sequitur Abb. in cap. 2. nu. 3. de cleric. ægrot.: quia nullus Episcopus aut Præsbyter, seu Diaconus ad Missarum solemnia celebranda præsumere debet cum baculo introire cap. nullus Episcopus de consecr. dist. 1. & sic consuetudo admitit, vt citra dispensationem liceat ordinari, qui se potest absque baculo sustinere quamuis altero pede nutet, ex Rebusso in praxi rubr. de dispensat. cum corpor. vitiat. nu. 6. Hostiens. in summa citata rubr. §. fin. Syluest. verbo corpore vitiatus nu. 5. vers. quinto, vel nisi magna sit deformitas, per ea quæ scribit Archid. in cap. hinc etenim

etenim 49. diſt. de alijs verò ex propria culpa, aut voluntate, vel rei illicitæ operam dando claudicantibus, eſt reſpondendum ſecundum ea quæ ſuſius ſcripſi nu. 8.

128 Si verò hæſitetur an Vari, Valgi, vel Varij irregulares ſint, conuenit primo explicare, qui propriè ſi dicantur, de quibus loquuntur tex. in l. item Offilius & l. Varicoſus ff. de ædil. edict. & tractant affabrè Budeus in Pandectis ad dictam l. item Offilius, & Cælius Rhodiginus lib. 8. c. 1. ego verò omiſſis tanquam falſis interpretationibus ad dicta nomina datis, à gloſa in alleg. l. item Offilius, dicam quòd Vari ſunt, qui introrſum pedes vel crura obtorta gerunt, vt de canibus datur exemplum à Varrone lib. 3. de re ruſtica dicente, cruribus rectis, ac potius Varis, quàm Varijs; Valgi verò ſunt qui ambas ſuras introrſum habent intortas, & in diuerſum actas veluti cancri habent, & lacerti, & hic actentè penſandum eſt, quod licèt ſuræ propriæ ſint poſteriores carnoſæ partes cruris, quæ tantum hominibus ſunt, non cœteris animalibus, crura ſine ſuris habentibus, quandoq; tamen pro totis cruribus ponuntur, vt Virgil. lib. 1. Aeneid. dicens.

Purpureoque alte ſuras vincire Cothurno.

Et ita in ſupradicto loco accipiuntur; Varij autem hi ſunt quibus in exteriorem partem crura pedesque flectuntur, quos omnes iuſtè crederem, à ſuſcipiẽdis ordinibus repellendos, ſi defectus iam dicti, eis eſſent impedimento, quin ſtare, vel incedere poſſint, aut maximam operarentur deformitatem; quæ tamen cœterorum membrorum deformitatibus non parum præſtare oporteret, vt tales propterea poſſint á ſuſcipiendis ordinibus reijci, quandoquidem hæc deformitas facillimè latere poteſt, crura thalari veſte tegendo, per ea quæ adnotauit Hugo in cap. hinc etenim verſ. fractum pedem 49. diſt. & refert Maiol. lib. 1. cap. 18. nu. 5. verſ. Vagios, nec mirum ſi cum impeditis propter hanc deformitatem diſpenſetur, tametſi, talos antea, digitós verò retro habeant ex Hugo loco iam citato, & dicam congruentiori loco infra.

129 Compernem verò ſi accipiemus hominem genibus plus iuſto coniunctis, vt feſto placet, tunc faterer, illum poſſe irregularitatem contrahere, ſi nimiam deformitatem, aut impedimentum gigneret ad miniſterium, per ea quæ nuperrimè adnotaui; quod ſi compernem dicemus illum, qui longos habet pedes haùd dubiè illum non crederem detinendum eſſe, quin ordinibus initiari valeat, maximè ſi à ſolita, & iuſta reliquorum hominum, pedum forma non longè aberraret, conſiderata perſonæ magnitudine, quare alij nequeant huiuſmodi deformitatem rationabiliter admirari.

Sed qui crus ita abſciſſum, aut contractum retinet, vt compellatur pede ligneo vti, irregularis ſanè eſſet, diſpenſationeque indigeret, per ea quæ ſcripſit Aſtenſ. lib. 6. tit. 21. idque plenius explico inferius.

Demum in hac re cenſui perneceſſarium eſſe, illud idem reminiſci quod tetigi nu. 132. vt ceſſante cauſa, & vitio ob quod aliquis fuit quandoque impeditus promoueri, admittendus ſit procul dubio ad ordines. Exempli gratia ſi noſtris eueniret temporibus, quod Petrus Hiſpanus in ſua ſilua variar. lect. lib. 3. c. 15. in fine memorat accidiſſe, ſeq; pro-

130 prijs oculis vidiſſe; inquit enim hominem grauiter claudicantem, ex vulnere accepto in crure ſalutem adeptum eſſe ex alia percuſſione eidem cicatrici factæ, dum neruos quos primęuum vulnus curtos fecerat, & compaginatos, ipſa emolliens laxauit, atque ita ambobus cruribus æquatis, rurſum ſine læſione incedere viſus eſt; ob idque

131 incolumitatem conſequutus eſt ab inimico, & de manu eius, qui ipſum oderat. Maiol. præterea in tract. de irregul. lib. 1. cap. 18. affirmat ſe nouiſſe virum, cui idem contigerat.

Quinimmó relatum mihi fuit á quodam Religioſo, qui Venetijs hominem quendam ſe cognouiſſe fatebatur, crus leuum à natiuitate breue habentem, eoque nutantem, & conualuiſſe ex ictu ſcoppitti in dextro recepto, quod optimum fuit temperamentum, & opportunum remedium, vt crure longiori decurtato, & cum breui æquato, deſijſſet ille claudicare: Alia quoque huiuſmodi exempla colliguntur ex Plutarco in lib. de vita capien. ex inimic. vbi præ cæteris refert Prometheum ab hoſtibus vulneratum in quodam apoſtemate, mortem iudicio medicorum neceſſariò allaturo, ex eo tamen vulnere, nè dum apoſtema, at vulnus ipſum ſanatum eſſe, & reſcripſit Maiol. tract. de irreg. lib. 5. cap. 48. poſt num. 5. verſ. quinimmò; de Phalereo etiam conſimile ſcripſit exemplum Plinius lib. 7. hiſtor. cap. 50. ille namque deploratus á medicis formicæ morbo, vitam ægrè ferens, mortemque in acie quærens, vulnerato pectore medicinam inuenit ex hoſte, eo quod diuerſione ſanguinis á fluxu conualuit: his igitur atque alijs conſimilibus caſibus non amplius erunt hi viri ab ordinibus repellendi, nam ceſſante cauſa ceſſat effectus

132 cap. cum ceſſante de appell. l. fin. ff. de hæred. inſtit. l. generaliter C. de Epiſc. & Cleric. l. adigere §. quamuis ff. de iure patron. eaq; generalis eſt regula, tàm in legibus, quám in contractibus, & cœteris diſpoſitionibus, vt inquit Anchar. conſ. 47. pro clariori nu. 3. & præter multas ampliationes, & explicationes huic Regulæ traditas à Doctoribus, maximè Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, ipſe illud refero, quòd Liuius lib. 4. belli Macedonici elegántiſſimè diſſeruit aduerſus Catonem Cenſorium L. Valerius Trib. pleb. ad legis Oppiæ derogationem, quæ lata fuerat in medio ardore belli Punici, qua cautum erat, ne qua mulier plus ſemiuncia auri haberet, nec veſtimento verſicolori vteretur; nã inter mul-

133 ta, quæ in eius legis abrogationem propoſuit, hoc quoque carptim pronunciat, legem latam propter bellum temporibus duris, in pace florente, ac beata Republica abrogandam eſſe; eam enim ſcripſiſſe latores tamdiù manſuram quamdiù cauſa ſcribendæ legis manſiſſet; Nam vt, quæ in pace latæ ſunt, plerumque bellum abrogat; ita quæ in bello Pax.

134 His omnibus, quæ hactenus retuli ſubiungere maximopere refert generalem illã regulam, quod morboſus ille dicitur, cui aliquod membrum lacerum, læſumque eſt, aut ita obeſt, quo minus homo aptus ſit, vt ex ſententia Maſſurij Sabini in lib. Iuris ris ciuilis 2. ſcripſit Aulus Gellius in noctibus acticis lib. 4. cap. 2. in fine, ipſumque propterea irregularem exiſtimo, atq; ita non tantum, qui eſt aliquo membro mancus, quod plenè demonſtraui à nu. 6

at præterea illum qui membrum habet, sed taliter læsum, quod vel impediat ministerium, vel deformitatem, cum scandalo gignat, tùm si culpa præcesserit, quam si non præcesserit, atque idem si iam dicta deformitas, aut scandalum abesset; dumtamen voluntas, aut propria intercesserit culpa, ob quam vitiatus sit aliquo corporis membro, eiusue parte, iuxta notata per Abb. in c. 2. de cleric. ægrot. Villadiegum tract. de irreg. fol. 39. Nauar. in sum. cap. 27. num. 199. & 200. vers. sexto dico Armill. verbo corporis virium nu. 2. Syluest. eodem §. nu. 2. vers. hoc etiam tenendum, & confirmantur, ex his quæ huc vsque differui in discursu materiæ.

Si veró chiragræ morbo quis laboraret, essetque morbus ille continuus, & incurabilis, foret vtique irregularis argum. c. penult. de cleric. ægrot. Vgolin. tract. de irregul. cap. 53. §. 1. num. 1. sed ne in ob-
135 scuris ambulemus, aduerto apud medicos inter alios arthritis morbum reperiri, quiquidem secundum Galenum 2. Metaphys. c. 2. est nomen quoddam genericum multas sub se species comprehendens; si etenim morbus iste articulorum vitium significat, tot profectò ipsius species erunt, quot nostri corporis partes, ideòque si fluxio manuum articulos infestet, chiragra generatur, si pedum podagra, demumque si coxarum, ischias appellatur, seu coxendicus morbus, vulgò dictus sciatica, cum verò omnes articulos dolor aliquis offendit arthritis vocatur; sicuti perbellè colligitur ex multis auctoribus de hac re loquentibus, præsertim, ex Hieron. Puluerino in sua praxi de curand. morb. cap. 101. propterea non vnius tantum articuli, sed multorum insimul dolorem possumus arthritidē appellare, vt idem Puluer. ex Galeno notandum esse aduertit in cap. 102. subnectens, nec omnem manuum, aut pedum affectionem, chiragram, vel podagram dici posse, nisi impropriè, cum tantum nomina isthæc propriè conueniant doloribus vna cum aliquali tumore, qui ex humorum fluxione, & articulorū debilitate eisdē articulis accidūt; differūt ergo inter se morbi prędicti tantū ratione affectæ partis, in cæteris autem conueniunt, tàm ratione fluxionis, aut earum generationis modi, quàm ratione imbecillitatis articulorum, quæ in omni arthritidis specie generanda concurrit.

136 Podagra autem peregrinus morbus est; neque Italiæ antiquitus aderat, quare non mirum si latinū nomen Prisci Scriptores Auctoresq; latinæ linguæ minimè ei dederunt, teste Plinio lib. 26. cap. 10. eorum namque tempore, Roma quæ sudando, & laborando viuebat, hoc malum non cognouit; indè fortasse prodijt quod Galenus asseuerat ad Aphorism. Hippocrat. 28. lib. 6. quod ætate Hippocratis pauci podagra laborabant, propter vitæ moderantiam; nostris verò temporibus vsque adeò auctis ædulijs, vt nihil eis addi posse videatur, infinita est podagrarum multitudo, cum nonnulli sint, qui nihil exercitantur, & eruditatibus, atque ebrietatibus offendantur, vt ante cibum assumptum bibant vina potentia, ac venereis vtantur immoderatis. Nonnulli verò licet non in his omnibus in vno saltem, aut duobus eorum, quæ relata sunt delinquant; atque vt idē Galenus in initio illius Aphorismi scripsit, Podagræ morbus nascitur ex eo, quod influente aliquo ad pedes humore superfluo passio generatur. Si igitur hic humor nunquam influxerit liquet nec vnquam accidere istam passionem: non ea influit si omninò vacans superfluitatibus corpus extiterit; erit autem vacans superfluitatibus si mediocri vtatur exercitio, & homo cibum benè concoxerit: hac de re Eunuchus podagram non pati constat, ex Cœlio Aureliano lib. 5. Phronicon c. 2. & scribit Plinius Valerianus lib. 3. de re medica c. 14. cum ipsi minimè Veneri dediti sint, & podagra ex Venere potissimum sequatur Arist. lib. q. 10. cap. 34. Rasis in lib. diuis. c. 2. Paul. Aegineta lib. 3. cap. 68. Hi enim qui in delitijs, & luxuria vitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera moliora circumferunt, atq; agmine quodam infirmitatum repleta, quibusque ad cumulum malorum podagræ tremor, & immatura senectus accedit, estque eis vita semper cum medicis, & medicamentis, sicuti auctor est Diuus Chrysostomus in declamatione illa, cuius initium est. Quod nemo læditur nisi à seipso col. 9. tomo 5. Quare si isthæc ausugies tu beneuole Lector immunis proculque sanè eris ab eiuscemodi morbo, dummodò sanguis tuorum antenatorum minimè tibi obsistat, namque persepè viri incidunt in podagras, quia Patres, & Auos habuere podagricos; adeò quòd hæreditarius quodammodo morbus ille dicitur, sicuti clarius demonstrabo inferius.

137 His igitur explicatis quæram vtrum ne podagrę morbo laborans censeatur irregularis, & quoniam podagra ad tempus respondet, teste Seneca lib. 3. natural. quæst. cap. 16. & Plinio lib. 26. histor. c. 10. dicente, quod hic morbus non est credendus insanabilis, ideò regulam dari posse suadeo. Virum scilicet podagricum irregularem nequaquam dici, quanquam interpellatim non tamen crebro refricans illum vexet; isthæc tamen regula patiatur restrictionem, cum diutina, & continua est podagra, quæ aliquem infestaret, eumque impediret stare, aut ambulare, atque tunc subsistat quod dixi num. ex doctrina specul. in cap. si forte num. 5. de elect. in 6. tametsi aliquibus videatur improbanda Regula iam constituta tanquam morbus ille sit insanabilis, auctore Ouid. lib. 1. de Ponte dum inquit.

Soluere nodosam nescit medicina podagram.

Quare putant irregularem semper eum esse, quem semel talis morbus vrgere cœpit, cum nulla sit illius speranda salus; namq; mea sententia existimo, Ouidij carmen subsistere, atque intelligendum fore, vt non sit credendum podagram perpetuò eum destituturam, quem semel inuasit, etiam si quouis adhiberetur medicamen, non tamen quin eundem ad tempus derelinquat, idque possit, ac soleat efficere, iuxta relatas Plinij, ac Senecæ auctoritates; quinimmò plura remedia illic Plinius subiungit, quibus podagra medetur, atque alia scribit in lib. 24. cap. vltimo in fine, & lib. 28. cap. 9. referens inter exempla esse, qui lac asininum bibendo liberati sint podagra, chiragraue, & mihi non ignotus est vir, ternis, vel quaternis quibuscumque annis hoc morbo solitus per aliquot dies affici ob quod esset profectò valdè durum, si eum propterea censeremus irregularem, præsertim cum non ex ingluuie, aut voracitate insatiabili procedit; is namq; qui moderata dieta, id est modo suâ ratione viuendi

viuendi in cibis, vtens, hac nihilominus mala valetudine laboraret, vt potius ex natura, vel Paterno ſanguine diffluere ſit omninó credendum, quemadmodum contingit non ſemel, adeò quod hære-
138 ditarius quodammodo morbus dicatur; teste Maiol. tract. de irregul.lib.2. cap.21. nu.3. & confirmatur ex finalibus verbis Galeni ad Aphoriſm. Hippocrat.28.lib.6. quæ ſequuntur, accedit, & ad has cauſas, ob quas plerique incidunt in podagras, quod multi,& Patres,& Auos habuere podagricos, in quibus ſemen erat vitiatum,atque ideo natis vehementiorem fecerunt partium imbecillitatem, hæc ille.

Quam etiam ob cauſam credendum eſt nonnullos ſanctitate vitæ fulgentes viros, & martyres podagra grauiter affectos eſſe; quorum aliquos in Vandalica perſecutione extitiſſe, hac infirmitate correptos, refert Victor Epiſc. Vitenſ. in perſecutione Vandalorum, ſub Humerico, lib.2. Iulianus item martyr Alexandrinus hanc paſſus eſt aduerſam valetudinem; Hic enim quamuis animo ſecurus,& gaudens ad paratam ſibi pro CHRISTO necem euolaſſet, pedibus tamen podagrigis ad eā ire impotens, ſella fuit ad Iudicem delatus, exinde Camelo impoſitus, flagris ad vſque patibulum laniatus fuit, auctore Nicephor. lib.5. cap.30. ac reliquos,vt ſilentio inuoluam,Sanctum Mauritiū Epiſcopum Caturcenſium recenſebo qui hoc quoque languore, nō leuiter ægrotauit, eiuſq; rei fidiſſimus eſt teſtis Gregorius ille Turonenſ. lib.5. Hiſt. c.42.

139 Qui vero protenſa corpora, proceraq; haberēt, nequirent ob hanc ſolam cauſam irregulares dici; non etenim eſt naturæ contrarium, vt eiuſdē naturæ fęcunditate,quis cęteris ſit corpore prolixior; licet autē, ex ſententia Varronis lib.1. hebdomadū, dixerit Aulus Gellius in lib. 3. Noctium Attic.c.x.
140 ſummū adoleſcendi modū humani corporis eſſe, ſeptē pedes; idq; magis verū arbitretur, quā quod Herodotus homo fabulator in 1.Hiſtor.ſcripſit inuentum ſcilicet eſſe,ſub terra Oreſtis corpus,cubita longitudinis habens ſeptem; quæ faciunt pedes duodecim,& quadrantē;hactenus ille; Nihilhominus, ſi Homero non eſt detrahenda fides, at potius hoc caſu adhibēda,ſicuti in hac parte admonet Diuus Aug.lib.15.c.9.de Ciuit.Dei; Herodotus rectè
141 ſenſijt;Namq; vt Homerus ipſe opinatus eſt,Vaſtiora, prolixioraq; fuerunt corpora hominū antiquorū, & nunc, quaſi iam mundo ſeneſcente, rerū atq; hominum decrementa ſunt;quinimmò,& Plinius lib.7.c.16.non improbat quod de Oreſtis corpore dictū eſt, ex ſententia ipſius Herodoti; Quin etiā fertur à Sertorio apertū fuiſſe ſepulchrū in tinge Mauritaniæ vrbe, quod ſepulchrum putabatur
142 Anthei eſſe,in quo corpus humanum aderat,cuius dimenſitas ſexaginta cubitos implebat,vt affirmant Plutarchus,& Strabo,& refert Ioannes Baptiſta Fulgoſ.de dictis, & factis memorab. lib.1.c.6. §.Gigantum immenſa magnitudo,ſubdens in Annalibus pro re certa ſcriptum eſſe, in vrbe Romæ Pallantis corpus inuentum fuiſſe altitudine,quę vrbis muros excedebat,imperāte Henrico 2. Conradi filio anno eius 14. ac Plinius indicato c.16. refert in creta, terremotu rupto monte inuentū eſſe corpus 46.cubit.quod alij Orionis,alij Oti fuiſſe arbitrabantur; Exinde in principio mundi, tum ante, tùm poſt diluuiū Gigantes extitiſſe legimus, & eos inter alios memorat Diu.Tho. in ſum. par.1. q.51. art.3.ad 6.& Dauid.Pſal.32.& liber Geneſis c.6. liber etiam Regum 1.c.17.qui meminit, viri ſpurij, de Caſtris Phyliſtinorum nomine Goliat,& Geht, altitudinis ſex cubitorum, & palmi; exploratores præterea terræ Canaam reuerſi ad Moyſem, & Aaron retulerunt ipſos minimè ſubiugaturos populum Canaam,eò quod fortior eis erat ſubdentes, hęc verba. Terra quam luſtrauimus deuorat habitatores ſuos; Populus,quem aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt, ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enoch de genere Giganteo; quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur,vt in lib.Numeri cap.13. Ex quibus haùdquaquam dubitandum, huiuſmodi viros in hoc ſeculo extitiſſe,atq; hāc Gigantum gentem,impiam fuiſſe, Deos negantē, & ideo exiſtimatam Deos pellere de Cęleſti Sede voluiſſe, refert Macrob.lib.1. Saturnal. c.20. quos licet nullo parente; ſed terra prognatos crediderit vetuſtas, illud tamen, & dicere, atq; credere ſtultiſſime fuit, nam eos à parētibus procreatos, ac fortaſſe ex ſtirpe Caym,opinatur Diu.Thom.in ſum.par.1.q.51. artic.3. ad 6. argum.quinimmò ex ſcripturis quæſtio illa oboritur,qua quæritur,vtrum pręuaricatores Angeli, cum filiabus hominum concubuerint, vnde natis gigantibus, ideſt nimium grandibus, ac fortibus viris,vt inquit Diu.Aug.lib.3. de Ciu.Dei c.4.cuius verbis arrident,quę Diu.Tho.ſcribit adducto art.3. quod ſi ex coitu dęmonū aliqui ipſorum quandoq; naſcuntur,id non eſſe per ſemen ab eis deciſum,aut á corporibus aſſumptis,ſed per ſemen alicuius hominis ad hoc acceptū,vt potē quod idem demon,qui eſt ſuccubus ad virum fiat incubus ad mulierem; horum præterea meminit Iſid. lib.11. Ethimol.cap.3.verſic. Gigantes.

143 Atq; ex his omnibus,cum euidenter pateat,á natura eos procreatos, pariter ſit omninó fatendum, hanc proceritatē nequaquā contrariare eidem humanæ naturę,ſed illius potius hoc eſſe priuilegium, puto credendum cum Platone in Tim. quare ſi ipſa velit alicui,præ cūctis alijs fauere in hac re, nequeamus eandem iuſtè redarguere, ipſius factū improbantes;quod ſanè ageremus,ſi talem perſonam detineremus, quin ſacris poſſet inſigniri ordinibus; præterquam ſi immenſum,quis altitudinis excederet modum; tunc etenim non vt naturæ reprehenſores illum auctoritate Canonum repelleremus ab ordinibus ſuſcipiendis,ſed propter impotentiā,quā iſthæc proceritas gigneret,circa vſum ordinū; ſcilicet ſi illa impedimento eſſet, ne ordinum valeret exercere miniſteria,vel propter ſcandalum,aut deriſum,quē forte generaret illius ſtatura,vt concludunt omnes,maximè Henrichez ſum.Theol. Moral.lib.14.c.8.§.3. Viual.rub.de irreg.nu. 133. Vgol. tract.de irreg.c.48.§.1.nu.11.& Sayrus in ſuo Theſauro caſuum cōſcient.lib.6.c.8.nu.3.etenim ſimiles perſonæ deludi,ob id plerumq; ſolent,atq; ideò, ſi illis tunc concederetur promotio,nō vtiq; ,id ſine ſcādalo,& dedecore ipſius Sacramēti ordinis actētaretur,qđ ſatis profectò eſt, ad inducendū impedimentū ad ordines,etiā ſi res talis eſſet,quæ ſui natura,ordinum executionē minimè impediret,ſicuti Raijn.aſſerit in tit. de parent. qui filios occider. propè finem, & titulo de ſcandalo per totum.

144 E contra vero, qui breui, aut humili corpore esset, vtrum ne detinendus sit ordines suscipere, non vtiq; à præcedenti resolutione dissonabit responsio, at ei omninò respôdebit, ne ipsi irregulares censeantur, preterquã si grauis admodũ, atq; pergrandis sit eorũ defectus, qui vel impediat exequi ordines, vel derisum pariat, idq; adeo, quod à cæteris deludantur; ita Henrichez in sua sum. Theol. Moral. lib. 14. c. 8. §. 3. Viual. rub. de irreg. nu. 133. Vgol. tract. de irreg. c. 48. §. 1. nu. 11. Sayr. in Thesauro casuũ conscient. lib. 6. c. 8. nu. 3. sed ne horum sermonem, tàm sicco pede pertranseam, recordor, duo adesse huius
145 rei nomina, scilicet nanos, & pigmeos, eosq; tantum nomine interse differre, in cæteris autem conuenire, tametsi illi genus, isti species sint: etenim nani, sunt, qui paulum supra terrã extant, quiq; sic dicti à linguæ græcæ origine, latinè autẽ Pomiliones appellati Aulo Gellio teste lib. 19. c. 13. eorũq; meminit Plinius lib. 11. c. 49. dum Pomilionum genus
146 in omnibus animalibus esse, etiam inter volucres asseuerat; Pigmei autem, ternos dodrantes, non excedunt; suntq; Populi in extrema parte montium Indiæ habitantes, salubri cœlo semperq; vernante; ac montibus ab aquilone oppositis, iuxta Plinij relationem lib. 7. c. 2. quos Gaizos Barbari vocant; idẽ Plin. lib. 4. c. 11. Sed Pigmei dicuntur á verbo illo Greco quod cubitum signat, inde eos cubitales esse censet, Diu. Aug. lib. 16. de Ciuit. Dei cap. sed cubitum facit pes cum dimidio, constatq; propterea, ex palmis sex, vt affirmat Vitruuius lib. 3. & Alex. ab Alex. lib. 2. genial. dier. c. 20. palmus, autem ex 4. constat digitis, vt fidonius, & alij metiti fuerunt, & referunt præcitati Vitruuius, & Alex. ergo cubitum efficiunt digiti viginti quatuor, & consequenter Pygmeorum consueta statura, erit viginti quatuor digitorum, cui non aduersatur auctoritas Plinij indicato lib. 7. c. 2. quod ternos dodrãtes non excedunt, & sic nouem palmos minores, constantes ex triginta sex, cum dodrans mis̃ura significet tres partes pedis, pedem autem efficiat palmus, quater multiplicatus; vt inquit Alex. ab Alexandro citato loco, ac propterea, ipse constet ex digitis sexdecim, ideoq;, tres dodrantes, comprehendant nouem palmos minores, puta digitos triginta sex; siquidem Plinij auctoritati consona datur responsio, si dicatur, ipsam minimè probare consuetam Pygmeorũ staturam esse digitorum triginta sex, at illam non excedere; quare vera sit resolutio, eam esse cubitalem, vt August. & cœteri dixerunt, procerior vero ternos tantum dodrantes pertingere possit, non autem excedere, iuxta Plinij dictum: cum igitur tam breui sint corpore, non mirum si aliqui crediderũt, eos Vrbem Gerencam in tracia tenuisse, indeque á Gruibus fugatos fuisse, & cõpulsos nouas sibi quærere Sedes, sicut Plin. refert, adducto cap. 11. lib. 4. & cap. 2. lib. 7. inibi subdens, illorum casas luto, pennisq;, & Ouorum putaminibus construi; illud autem quod de Gruibus dixit ipse Plinius, comprobant Iuuenalis carmina illa Satyra 13.

Ad subitas thracum volucres, nubẽq; sonorã
Pygmeos paruis, currit bellator in armis.

Hosque non dubium irregulares esse, iuxta conclusionem relatam nu. 143. secus vero si non tàm breui sint corpore, atque ideo pusilli, quemadmodum, & Zacheus non detineantur promoueri, sicuti & Maiol. affirmat lib. 1. c. 13. nu. 2. & Vgolin. sequitur in tract. de irreg. c. 48. §. 1. nu. 11. quinimmò cum nanis, & pygmeis quorum adeo esset pusillitas, vt iuste essent detinendi ab ordinibus, nihilominus tanto facilior esset dispensandum, quanto eorũ aliquis scientior, atque sanctior fuerit: solent enim huiusmodi staturæ viri sæpè sæpius perquam doctissimi esse, Vulgi nãq; præportat sententia, quod rarò longus sapiens, ergo colligitur ex argumento à contrario sensu, quod Sapientes esse solent, qui humili sunt corpore, idque nos edocet rerum illa magistra experientia, qua instruimur, huiusmodi viros solere cœteros virtutibus antecellere, ipseque virum cognosco calabrum, breui corpore, ac ferè pygmeum in vtroq; tamen Iure præsertim ciuili adeo doctum, vt in eo propterea existimetur nemini secundus: Quinimmò tempore Bonifacij Octaui Pontificis, extitit Iacobus de Castello Mansionarius Bononiensis, vir Iuris Canonici, tã sciens, vt eo scientior tunc nemo fuerit, aut esse potuerit, qui tamen adeo humilis staturæ erat, vt dum legationem, quam eidem Bononienses dederant, obiret, atque Bonifacium Papam stans alloqueretur, sed ipsum genuflexum crederet Pontifex, ei præcepit, vt surrigeret, eum tamen de inaduertentia modestè admonuit, quidam Frater Matthæus de Aquasperta, qui tunc Papæ adstabat, & inquit Beatissime Pater Zacheus est; eiusque rei testis, ac relator est, Ioan. Andr. in sua glosa super Prohœm. sexti, versic. & multis. Præterea sanctissimos extitisse viros breuissimum corpus habentes legi nonnullos, ac præ cœteris Gregorium Turonensem
147 Episcopum; Is enim cum Romam venisset omnes admirati sunt, quod vir tàm humilis staturæ fuerit consecratus Episcopus, atque adeo, quòd eiusce rei Pontifex ipse demiratus est, quem idem Gregorius alloquens dixit Beatissime Pater, ipse Deus fecit nos, & non ipsi nos, vt refert Ioannes Belethus cap. 122. nec nos mirari vllatenus debemus, quod ille fuerit Episcopus consecratus, tanta siquidem præfulgebat doctrinæ meritis, ac vitæ sanctitate, vt meritò in Sanctorum numerum meruerit deinde ascribi; Is inquam plura conscripsit volumina, multa etiam effecit miracula, vt, & scriptis, & miraculis non parum Dei Ecclesiam illustrauerit, sicuti, & eadem Ecclesia testatur, quæ eius festiuitatem celebrat 15. Kalend. Decembris.
148 Cumque vtrisque tamen his viris, scilicet Gigantibus, vel Pomilionibus, siue Pygmeis, poterit facillimè dispensari ad suscipiendos ordines si intra ipsorum conformes Populos degant, atque inter eos homines, qui eiusdem sunt staturæ, vt inquit Vgolin. tractat. de irregul. capit. 48. §. 1. num. 10. qui namque inhabilis, aliquo in loco reputatur, vtique in alio habilis censetur per Clementinam primam, iuncta glosa vesp. in Ciuitate de pœn.
149 De Monstribus verò, vt pernecessaria, quã breuissime pertingam, cõcludo, illis haùdquaquã licere ordines suscipere, eos namque inter liberos, lex
150 nõ numerat l. nõ sunt liberi ff. de stat. hom. ac propterea non mirum, si ipsi testamentũ non inficiunt, aut rumpunt l. 3. C. de posthum. hæred. instit. addita

tamen

tamen diſtinctione Menochij de arbitrarijs Iudicũ
caſu 491. In additionibus, nam ipſos, pro liberis non
haberi certum eſt, cùm ipſorum tractatur fauor,
quod ſi parẽtum in liberorum numerum compu-
tari, non dubitatur, illiſq; eorum natiuitatem pro-
deſſe l. quæret aliquis ff. de verb. & rerum ſignific.
modo ſuerint omni culpa immunes in illorum cõ-
ceptione, etenim ſi culpoſi, puta ſi cum bruto ma-
ter rem habuiſſet, aut ſi eo tempore, quo cum viro
iniebat, eius cogitatio ad monſtrũ aliquod proten-
debatur, & cogitauit, vt omniũ eſt concluſio cõmu-
nis, quá dicunt gloſ. & Doctor. allegatis in iuribus.
151 Monſtrum tamen, id eſſe dicitur, quod præ-
ter naturam eſt, tàm ſi deficit, quam ſi excedit.
idemque eſt, quod & oſtentum, portentum,
152 ac prodigium, ex Cicerone lib. 2. de Natur. Deo-
rum afferente, monſtra, prædictiones, prætenſio-
nes, rerum futurarum, quid aliud declarãt, niſi ho-
minibus ea, quæ futura ſunt portendi, prædici? ex
quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia, dicun-
tur. hæc ille; cuius dictis concinit tex. in l. oſten-
tum ff. de verb. & rer. ſignific. vbi oſtentum Vulp.
ex labeone diffinit omne contra naturam, cuiuſq;
rei genitum, factumque; ſubdens duo genera eſſe
oſtentorum, vnum quoties quid contra naturam
naſcitur, tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua
alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt; alte-
rum, cum quid prodigioſum videtur; ex cuius tex-
tus verbis, idem eſſe conſtat, oſtentum, monſtrum,
& prodigium, tametſi Alciat. in eadem l. ex ſen-
tentia Cornel. dicat, oſtentum eſſe, quod præter
conſuetudinem offertur, vt puta ſi videatur terra
ardere, vel Cœlum; Portentum quod porró, &
diutius tendit, futurumque poſtmodum aliquid ſi-
gnificat, Monſtrum quod contra naturam eſt, vt
Minotaurus; Prodigium, quod mores faciunt, per
quod detrimentum expectatur, ſed feſtus prodigiũ
dici arbitratur, quod futurum prædicit, per litera-
rum immutationem; mihi tamen rationabilius vi-
detur, ex Cicerone loco ſupra citato, ea idem eſſe,
quemadmodum Alciat. ipſe veriſimilius eſſe exi-
ſtimat, & antiquos indifferenter his verbis vſos; ſed
qui partus dicantur monſtruoſi, iure definitum
non eſt, ideoque arbitrio Iudicis remiſſum edocet
Corn. in l. penult. in fine C. de hæred. inſtit. qui iux-
ta rerum naturalium Scriptores, Iuriſque pruden-
tiæ interpretes, ſuum reget arbitrium, & iudicablt,
partum eſſe mõſtruoſum, ex ſignis relatis per Me-
noch. de arbitrarijs Iudicum adducto caſu 491. in
additionibus à num. 31.

His explicatis, refert ad alios corporales defe-
ctus pertranſire, & quia ad corporalem defectum
redigitur lepræ morbus, ex Nauar. in ſumm. c. 27.
num. 202. verſic. decimotertio; ideo ſupradictis de
ea ſermonem adijcere iudicaui, quam lepram, &
vetus lex deteſtata eſt, dum ea infeſtos ab Eccleſia
atque hominum cœtu excluſit in cap. 13. & 14. Le-
uitici, qui etiam hac noſtra tempeſtate, ex gene-
rali conſuetudine à communione hominum ſepa-
rantur, cap. 1. de coniug. leproſ. adeò vt à vicinis
poſſint expelli gloſa in cap. 1. verſic. expellant, de
vſur. in 6. Veronenſ. tractat. de ſeruit. ruſtic. præ-
153 dior. cap. 9. num. 21. quoſque multum abhorruit
Ius canonicum, eis inhibens propter abhomina-
tionem, ad ordines promoueri poſſe, vt ex Diuo
Thom. in 4. ſentent. diſtinct. 9. artic. 4. liquet, &
affirmant Sylueſt. in verbo corpore vitiatus nu. 5.
verſic. ſeptimo, Nauar. iam citato loco Sebaſt. Me-
dices in ſumma tit. 9. quæſt. 32. par. 2. & ſum. Con-
feſſor. lib. 2. tit. de homid. quæſt. 43. quinimmò, ſi
poſt ordinum ſuſceptionem aliquos lepra inuaſit,
eos Ius Canonicum propedit, ne celebrent; quod-
que non tantum publicè fieri vetat, at etiam occul-
tè, ſi adeò lepra iuualuit, quod per corroſionem
membrorum, illum ad hoc reddiderit impoten-
tem, vt inquit Diu. Thom. in 3. par. ſumm. quæſt.
82. art. 10. ad 3. argum. Alber. ſuo Repert. in verbo
lepra, verſic. an vxor. Quod ſi non ita inualuit, li-
cebit eis occultè celebrare, vt Diu. Thom. & Al-
ber. citatis in locis concludunt, atque etiam publi-
cè, dummodò coram leproſis tantum, & ſint po-
tentes, præſertim in digitis, Sylueſt. eodem verſic.
ſeptimo, & Henrich. ſumm. Theol. Moral. lib. 14.
cap. 8. §. 8. & ſic in Eccleſia propria leproſorum
quam eos habere poſſe Canones permittunt cap. 2.
de Eccleſ. ædific. hæc autem intelligere oportet, de
ordinatis antequam lepræ morbo cœperint labo-
rare, non autem de leproſis volentibus ordines ſu-
ſcipere, vt ſecreto celebrent, aut publicè coram ta-
men leproſis; quia minimè eſt illis concedendum
ordinibus inſigniri, vt aduertit Maiol. tract. de ir-
regul. lib. 2. cap. 18. num. 1.
154 De Rectoribus verò Eccleſiarum, lepræ macula
vſque adeó infectis, quod altari ſeruire nequeaot,
nèc ſine magno ſcandalo, & abbominatione eo-
rum, qui ſani ſunt Eccleſias ingredi queunt; San-
ciunt Lucius Papa III. & Clemens III. eis dan-
dum coadiutorem, qui curam habeat animarum,
& de facultatibus Eccleſię ad ſuſtentationem ſuam
congruam recipiat portionem in cap. de Rectori-
bus, & cap. tua nos de cleric. ægrot. dicamque ex-
preſſius in verſ. Poſt hæc conuenit.

Sed vt hæc materia clarioribus reperiatur illu-
ſtrata verbis, licebit ſané mihi paululum in ea aber-
155 rare propoſito, ac prænotare Iuris Canonici re-
ſolutione inſpecta, poſſe beneficia reſignari coram
ordinario loci, cui fas ſit eam admittere, aut etiam
coram Vicario generali habente poteſtatem ad-
mittendi Rot. deciſ. 288. ſeu 1. nota quod Epiſco-
156 pus de offic. Vic. in antiq. in tantum, quòd etiam
beneficiorum reſeruatorum renunciatio fieri po-
teſt coram ordinario, qui illam recipere non veta-
tur, & renuncians dicitur propterea priuatus, &
ſpoliatus iure, quod habebat in beneficio, quod va-
eare dicatur ob talem reſignationem, vt decidit
Rota deciſ. 4. de renunciat. in antiquior. & prima
de rerum permut. in nouis; nec non Caſſad. 4. de
157 præbend. quod tamen non extendendum ad exẽ-
ptum, qui ſuum beneficium minimè poteſt renun-
ciare in alterius manibus, quàm Papæ, nec alius
præter illum admittere, per cap. fin. de renunc. &
gloſ. 1. & alteram in verſ. tranſeundi in cap. ſi Ab-
batem de elect. in 6. Modern. de reſign. benefic. lib.
3. quæſt. 11. nu. 2. quia cum ordinarius non poſſit
exemptum inuitum deſtituere, ex quo, in eum nul-
lam habet iuriſdictionem, ita nec eius renunciatio-
nem admittere alleg. deciſ. 4. de renunciat. in anti-
quior. nec alius ſit illius ſuperior, quam Papa ex ad-
ducta gloſa in c. ſi Abbatem Mandoſ. tract. ſignat.
Grat. tit. Reſignationes verſ. exempti, & tit. exem-

ptiones eodem verſic. exempti; his tamen eſt om-
ninó addendum, quod licet valeat renunciatio re-
ſeruatorum coram ordinario facta, qui potuerit eã
admittere, non tamen eadem beneficia reſeruata,
& ſic reſignata deinde conſerre; ſed Papa tantum-
modò, vt allegatæ Rotæ deciſiones, ſcilicet 4. de
renunc. 1. de rer. permut. & Caſſad. 4. apertè de-
monſtrant; cœterorum vero beneficiorum (vt fir-
158 maui) renunciatio valet, ſi fiat coram ordinario,
dummodó libera, & ſimplex ſit, non ad fauorem
alterius, hæc enim coram illo fieri prohibetur,
iuxta communem Doctorum ſententiam, in pra-
xi ſeruatam, vt ſcribit Mandoſ. in Reg. Cancell.
de infirm. reſignant. quæſt. 16. num. 11. & reg. de
annali quæſt. 46. num. 2. Rebuff. in praxi tit. de re-
nunc. condit. num. 1. latèque Suarez tract. de relig.
lib. 4. cap. 35. alijque mille probant. Siquidem
iure poſitiuo, Simoniaca iudicatur reſignatio ad
fauorem, iuxta gloſam in c. ex parte el 1. verſ. Di-
mittere de offic. deleg. & Nauar. in ſum. c. 23. n. 107.
verſ. ad decimum; permittitur tamen, ex antiquiſ-
ſimo Curiæ ſtylo, quo ipſa conſueuit coram Papa
fieri, & tunc omni vitio ſimoniaco caret. Caſſad.
deciſ. 2. nu. 3. de ſimon. Abb. in c. non ſatis num. 8.
de ſimon. Det. in eodem cap. ex parte num. 15. Ro-
doan. tract. de ſimon. par. 2. c. 12. & c. 13. nu. 3. atq;
Suarez eod. c. 35. nu. 3. nec mirum ſi de hac reſigna-
tione ad fauorem nulla ſit mentio in libris decreta-
lium, ſexti, & Clementinarum; Talis namq; ſtilus
non vigebat temporibus Alex. III. Innoc. III. Bo-
niſ. V. ac Clém. V. Summorũ Pontificum, á quibus
emanarunt Canones in eiſdem relatis titulis exiſtẽ-
tes, vt ſcribit Puteus deciſ. 428. lib. 1. poteſt igitur
fieri de iure, coram ordinario, illa renunciatio, quę
159 à Doctoribus ſimplex appellatur, quod deinde
Pius V. immutauit, dum 1. per ſuam Conſtitutio-
nem 42. exordientem, officium, vetuit etiam has
ſimplices reſignationes amplius fieri, coram ordi-
nario, quouſq; eſſet ſuper eis certa conſtituta for-
ma á Sede Apoſtolica, & poſtquam omnium ani-
mos miſera expectatione per plures mẽſes ſuſpen-
derat, ſua perpetuó valitura conſtitutione 58. exor-
diente. quanta Eccleſiæ Dei incommoda, & publi-
cata Kal. April. Anni Milleſimi, quingenteſimi,
ſexageſimi Octaui, relaxauit contenta in dicta 42.
Conſtitutione, Epiſcopis, alijſque facultatem ha-
bentibus reſtituit, poteſtatem recipiendi reſigna-
tiones ſimplices, factas tamen ab illis, qui aliqua
ex cauſis inibi expreſſis adducuntur, & non aliter,
quare actentè cõſiderandũ eſt, quod illis ex cauſis,
aut eorum aliqua, concedit Papa eas reſignationes
poſſe fieri coram ordinario, quas per ſuam Conſti-
tutionem 42. generatim prohibuerat, & ſic ſim-
plices; ergo in hac 2. eaſdem relaxat fieri pręcedẽte
aliqua ex illis cauſis, ob idq; allucinaretur profectò
qui propter dictas cauſas crederet, etiam conditio-
nales reſignationes, & ad fauorem alterius corã or-
dinario fieri poſſe; Verũ ſi ordinarius admiſerit il-
lam, vtrũ dicatur acceptaſſe renũciationem ſpreta
conditione tractat citatus Suarez, & negat nu. 11.
nu. autẽ 9. ſcripſerat quid tunc facere poſſit, vel de-
beat refertq; Soti, & Couar. opinionẽ; quin, & ſuam
addit inquiens Epiſcopũ conferentẽ beneficiũ per-
ſonæ nominatæ á renunciante, dũmodò non ex ob-
ligatione, aut pacto, ſed mera, ac libera voluntate
alienum eſſe à ſimonia, & alia multa huc ſpectanda
deinde ſubijcit; eius dicta videtote quæſo.

Poſthæc conuenit, vt illuc redeat, vnde mea di-
greſſa eſt oratio, & fateri quod quãuis licuerit cui-
quam, ex iuris diſpoſitione ſua beneficia reſignare
ſimpliciter corã ordinario, eidemq; talẽ admittere
reſignationem, hodie tamen vigore dictæ Conſti-
tutionis, non niſi ex vna ſaltem cauſarum quæ in
ea reſcribuntur, id liceat, quarum vna eſt corporis
impedimentum ſeu vitium; & quoniam ad corpo-
ris vitiũ redigitur lepræ morbus, vt dixi ſub n. 152.
adeò quod ea correptũ impedit miniſtrare prop-
ter ſcandalũ, & abhominationem, ideò ſequitur ne-
ceſſariò, vtramq; clauſulam, ſeù cauſam in adducta
cõſtitutione expreſſam (ſcilicet ſi corpore impedi-
tus; vel vitiatus ſit) leproſum complecti ſi velit ſua
160 beneficia reſignare, poſſit coram ordinario hanc
facere reſignationem; non tamen ad id cogi inui-
tus poſſit; tametſi non dubitem, vt habenti curam
animarum, etiam inuito dandus ſit coadiutor quẽ-
admodũ concluſi nu. 102. c. 6. rub. 7. & ſupra n. 154.
ob idq; diſcedo ab auctoribus opinantibus, leproſũ
eſſe amouendũ à titulo beneficij curati, atque in eo
alium inſtituendũ, reſeruata leproſo ad victũ, vitęq;
neceſſaria fructuũ portione; hoc enim periniquum
eſſet, atq; iniuſtũ ſi is quem moleſtia corporis irruit
honore ſuo priuetur, eidéq; flagellato addatur af-
flictio, iuxta c. ſcripſit, & c. cum percuſſio 7. quæſt. 1.
ac propterea ſuggerendũ eſt, vt ſi quis in regimine
ægrotat, diſpenſator illi requiratur talis qui valeat
eius curã omnẽ agere, & locum illius in regimine
Eccleſię conſeruare, adducto c. ſcripſit, atq; ita con-
cludũt Laud. & Hug. iuxta gloſam magnã in c. tua
nos, de cler. ęgrot. quãuis ipſa aliter ſentiat: cuius re-
ſolutioni nequaquã ſuccurrit text. in eod. c. tua nos,
dum præcipit illum remoueri; non enim ſimplici-
ter illũ remoueri decernit ab officio, ſed ab admi-
niſtrationis officio, ſcilicet ab exercitio, & actu, non
autẽ á iure, & titulo illius; vt Laud. declarauit, licet
eius intentionem, breuibus, & implicatis verbis re-
tulerit gloſa iam citati, cap. tua nos.

Addo textũ in c. quamuis 3. q. 6. quò loci reſcri-
buntur verba Eleutherij Papę ad Epiſcopos Gallię
ſcripta in c. 2. eaq; ſunt: Nec in eorum Eccleſijs alij
aut proponantur, aut ordinentur, antequam hic eo-
rũ iuſtè terminẽtur negotia, iſta quippé verba præ-
ſeferũt, nõ ſatis eſſe aduerſus Epiſcopos fuiſſe pro-
poſitas accuſationes criminales, niſi præterea iuſtè
fuerint terminatæ antequã alij ordinẽtur; itaq; ſup-
ponunt tunc ſpoliandos eſſe Pręſules ſuis Eccleſijs,
cum eorum præcedente culpa cõdemnati apparẽt,
alioquin mulctari cùm nequeant, vbicumq; culpa
carent, certè non vẽdicabit ſibi locum illius textus
ſanctio, vt tũc alij ordinentur in eorũ Eccleſijs, ſed
cúm iuſtẽ fuerunt condemnati, & propterea cùm
nullã delicti extare cauſam ſupponamus in caſibus,
in quibus noſter ſermo eſt in pręſentia; ſed iuſtã, vel
infirmitatis, vel inimicitiarum, aut alterius ex recẽ-
ſitis in Conſtit. Pij V. ſuperius relata, non venit poſ-
ſeſſor priuandus beneficio Curato, aut Epiſcopatu,
ſed ei dãdus coadiutor; & quatenus Papa annueret,
vt ſufficeretur alter accedente eiuſdem poſſeſſoris
conſenſu, tunc ſit ei reſeruanda ex fructibus ipſis,
omnis neceſſaria alimonia iuxta indigentiam, quã-
uis quod ſupereſt non aſcendat ad ducatos centũ ſi

Parochia-

Parochialis ſit, aut mille ſi Cathedralis per Concilium reſeruatis, nè ſuper illis grauentur Curati, aut Epiſcopi, in cap. 13. ſeſſ. 24. de reformat. quandoquidem militare exiſtimo, cum voluntate allectus quis reſignat, & alter aſſumitur; ſecus verò cum iuſta ex cauſa, & valida ratione, ob quam inſeruire, aut reſidere nequit; tunc enim de fructibus ali debet ſui beneficij, vel Epiſcopatus, & coadiutori, vel reſignatario prouidendum alia via, iuxta notata per Abb. in cap. 3. nu. 6. de cleric. ægrot. vel debilit. & propterea vidi multoties datos coadiutores Epiſcopis, ex cauſa nequeuntibus reſidere, reſeruatis fructibus reſignanti, coadiutori verò aſſignatis tantum ducatis ducentum quolibet anno, quod ipſe admitterem, quando cauſa infirmitatis eſſet, quæ moleſtaret Epiſcopum, quia neque illi, neque alteri tunc poſſet inſeruire, & gubernare; quod ſi capitalis inimicitia impelleret; ita quod Populo eſſet eſoſus, citius eo caſu approbarem ſententiam illam, quod á ſummo Præſule alteri Eccleſiæ proponeretur, ſuæ vero alter deputetur iuxta opin. Innocent. in cap. niſi cum pridem de renunc. amplexatam ab Abb. in citato cap. tua nos ſub num. 5. nam ita faciendo, vterq; viueret decenter, & iuxta ſuum ſtatum, & ſubditi pacato animo viuerent, ſicq; feciſſe complures ſupremos Pontifices memini, hiſque præſertim poſtremis temporibus Dominum noſtrum Paulum V. cum Epiſcopo Montis Marani ab ipſo translato ad Eccleſiam Iſerníenſem.

Quamquam enim ſpirituale vinculum fortius ſit carnale, ac propterea dubitari minimè debeat, quin Omnipotens Deus, ſpirituale coniugium quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam ſuo tantum iudicio reſeruauerit diſſoluendum, qui diſſolutionem etiã carnalis coniugij, quod eſt inter virum, & fœminam, ſuo tantum Iudicio reſeruauit, præcipiens, vt quos Deus coniunxit homo non ſeparet cap. inter corporalia de tranſlat. Epiſc. Attamen poſſe ſupremum Pontificem diſſoluere, túm ille, tùm alij mille textus approbant, præſertim in cap. 1. eodem allegato tit. & alijs inferius adducendis, & efficax quippè ratio quæ præfatam contradicentem, validè quoque reijcit, ea proculdubio eſt quam ſcripſit Innoc. 3. in cap. quanto perſonam, eodem tit. de translat. Epiſc. quod poteſtatem transferendi Pontifices ita ſibi retinuit Dominus, & Magiſter, quod ſoli Beato Petro Vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis ſpeciali priuilegio tribuit, & cōceſſit, vt propterea nō homo, ſed Deus ſeparet; quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerit in terris) diſſoluit: quam eandem rationem alijs autem explicatam verbis, in eandem tamen ſententiam tendentibus, idem Innoc. tradidit in eodem, & ſuperius citato cap. inter corporalia; quod ſcilicet non humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur, cum per translationem, depoſitionem, aut ceſſionem auctoritate Romani Pontificis (quem conſtat eſſe Vicarium IESV CHRISTI) Epiſcopus ab Eccleſia remouetur. Huc etiam ſpectant quæ in rub. t. num. de Matrimonio carnali loquentes ſcripſimus cum eiuſdem Romani Pontificis probauimus Poteſtatem eſſe diſſoluendi matrimonium ratum.

Quia tamen eiuſmodi vinculum ad placitum diſſoluere licere, non reperitur reſolutum, ſed ex cauſis tantum, aut ſaltem vna earum, ideò ſi illas inquirere velimus, facilè nobis patebunt, nam ſex recen-

16 ſet fuit Alex. III. in c. Niſi cum pridem de renunc. Conſcientia nempè criminis; debilitas corporis, defectus ſcientiæ, Malitia plebis, graue ſcandalum, demumque irregularitas, quas longo ſermone explicat Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 5. quæſt. 3. Sed præter eas, vtrum aliæ excogitari poſſint, non inaniter queremus, dum Alex. ipſe Papa enarrando illas ſex, videatur reſtrinxiſſe ad eas tantum, atque ideo alijs ex cauſis non licere. Verum ſi aliæ vrgeant adhuc licere affirmamus, quandoquidem non vnam, aut alteram tantum cauſam validam eſſe reperimus ſancitum, ſed generatim ſcriptum, vt rationabilis ſubſiſtat cauſa, quamuis autem exēplificauerit Alex. in illis ſex; exempla: tamen non reſtringuunt, at ſolum declarant, ex iactata ab omnibus Regula, vt propterea dicamus ſatis eſſe ſi iuſta aliqua ſuppetat cauſa: Innoc. etiam 3. in adducto cap. quanto exprimit neceſſitatis Eccleſiæ, aut vtilitatis cauſam: & tamen aliquæ earum, quæ idē Alex. illic annexuit: non Eccleſiæ neceſſitatem, aut vtilitatem reſpiciunt, ſed ipſiuſmet Præſulis. Alia tamen eiuſdem Alex. verba, longè magis vrgere videntur, illa nempè; Verum ſi propter alias cauſas ceſſionem affectes, non eſt in hoc tibi poſtulanti fauendum. Attamen horum verborum intuitu, prorſus reſpuiſſe alias, & iuſtas cauſas, neque admittimus, propter verba quæ continuò ſubijcit, & rationem, ſcilicet cum huiuſmodi poſtulatio videatur non eſſe diſcreta: Hæc quippè ratio ſupponit antecedentia verba generaliora; & loquentia de alijs cauſis reſtringenda eſſe ad alias cauſas, nòn æquè idoneas, ac validas; nam illis ſuffulta poſtulatio non apparet eſſe diſcreta: Quam noſtram ſententiam comprobamus ex altero textu, qui ab eodem Alex. III. emanauit, nempè in cap. poſt tranſlationem de renunc. vbi poſt illam cauſam de perſecutorum rabie, quæ compræhendi videtur ſub illa, & quarto loco relata in dicto cap. niſi, ſcilicet malitia plebis, & poſt alteram de literaturæ defectu, ac tertio loco expreſſam in eodem cap. niſi, ſubdit illam, ſi quis per cupiditatem parentum (eò tamen pœnitus ignorante) fuerit Epiſcopatum adeptus; & hoc compertum Epiſcopatum ipſum de licentia ſuperioris dimiſerit; Hæc ſanè cauſa, néc expreſsè refertur in dicto c. niſi cum pridem; nec ſub aliqua illarum ſex eo in textu reſcriptarū compræhenditur, & tamen licuiſſe ob eam admittere ceſſionem probat, ex quo propterea deſumere poſſumus veritatem concluſionis firmatæ, vt alijs etiam ex cauſis præter memoratas ſex, admittatur Epiſcoporum translatio, dummodò iuſtæ ſint; quá inſuper ſubſequentia einſdem cap. poſt translationem, verba apertius tutantur in §. quanquam; eaquè ſunt; quamquam autem in his, & conſimilibus caſibus, is qui Epiſcopatu dimiſſo; & rurſus in §. cum ergo; illa nempè, mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quod propter aliquam ex præmiſſis cauſis ſeù conſimilibus, idem I. Epiſcopatui ceſſerit memorato; vt propterea non ſit amplius dubitationi locus, & licuerit Pariſ. quærere in eadem citata quæſt. 3. num. 244. lib. 5. de reſignat. benefic. ſi valeat Antiſtes reſignare Epiſcopatum, ob aeris intemperiem, non quidem ob intemperiem

Sſ 3 conta-

contagiosam, nam, & tunc si ipse renunciaret ita, & alij postmodum, & consequenter Pastore careret Ecclesia, ad quod vitādum permissum est Præsulibus abesse, nec teneri eo casu residere, vt glosa admonet in Clement. Nè in agro §. ad finem, vers. rationabili de stat. Monac. & post alios scripsit Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 9. Sed ob aerem, quæ propriæ naturæ, aut complexioni noceret, quamuis & ille non sit sua natura perniciosus; scimus enim inter necessario nostra corpora alterantia aerem enumerare Galenum libro artic. Medicin. cap. 85. Si quidem aerem nos ambientem semper attingere necessarium est; & non secus ac sine alimento, nec nutriri, nec sine anima viuere; ita nec animam sine aere tutari, aut in corpore conseruare possumus: Vita quippè á calore, mors verò ab eiusdem caloris extinctione pendet; calor verò ad propriam conseruationem continua eget euentatione, quæ medio aere efficitur. Qui si secundum qualitates, ne dum, quò ad substantiam fuerit mutatus, cui dubium erit, quod inficiet, & corrumpet corpus? Hoc innuere voluit Hippocrat. in 2. de Natur. human. in textu 2. sub illis verbis. Morbi omnes fiunt, tùm ex victu, tùm ex spiritu, per spiritum Galen. in comment. intelligebat aerem, quo attracto viuimus. Aer itaque non solum in substantia, verum in qualitatibus mutatus, puta frigoris, aut caloris, siccitatis, aut humiditatis, morbosas affectiones humano corpori afferre solet: frigidū namque ait idem Hippocrates 5. Aphorism. 24. venas rumpit, tussim mouet, pectori inimicum, distillationes inducit, aliaque multa, quæ breuitati parcentes prætermittimus: Humidum autem caput grauat; siccum tusses facit, corpus exiccat, cutim exasperat, calidum verò spiritum dissoluit, caliditatem cordis non refrigerat; ex quibus satis apertè discernimus quod aer mutatus secundum qualitates, esto quod non sit secundum substantiā; morbos parere aptus est; nam frigidus aer obest naturis ad frigidam intemperiem lapsis; sicuti siccus ad siccam; atque ita deinceps, in alijs eadem proportione seruata, eo quia intemperatum corpus à similibus nequaquam conseruari posse testatur Galen. 6. Epid. cōmen. 5. cū talium vsu lędatur amplius, idq; 6. de sanit. tuend. his verbis idē Galenus patefecit. Naturis in siccitate, & humiditate lapsis; si seruare temperamentum studes, similia conueniunt; sin autem intemperiem corrigere volueris contraria necessaria erunt: Quamobrem iusta ratione moti quæsitum illud proposuimus, si Antistitem tunc transferre liceat, maximè si aeris isthæc mutatio sit talis, quæ illius personam quodammodo manifestè lædat eiusque corpori noceat, & responsio affirmatiua sine dubio vera erit, quam idē Paris. indicato num. 244. retulit adducitque Host. in cap. ad supplicationem vers. seuerè morari, de renunciat. cuius verba non opitulari existimo. Nec Rebuff. & aliorum quos memorat, cum ad antecedens potius caput spectent, dúm respiciunt intemperiem aeris; istud vero, & secundum distinctionis caput procedit cum aer caret intemperie, verum ex aliqua specifica qualitate non omnium, sed aliquorum tantum complexioni obest, in quo tamen speciatim casu loquitur tantum idem Hostiens. in cap. 1. eodem tit. num. 3. illis vtens verbis, vel erat delicatæ naturæ, & aer sibi contrarius, altera item Felini verba fortasse etiam suffragantur, in cap. accedens el 2. num. 11. in fine, vt lite non constet. Illa nempé, an sua complexio, vel conuersatio sit ei tuta.

Cœterum ad eundem leprosum retrogrediens recenseo alteram rationem, ob quam priuari beneficio non debet puta illam, quia non est illi auferenda spes salutis, etenim lepra tametsi insanabilis credatur; cum eam solus Deus possit curare, vt constat ex cap. 5. Regum 4. dum Rex Israel ait, numquid, vt curem hominem à lepra sua? attamen non dubium, quin salutem quandoque siue
162 ex speciali gratia Dei, & miraculosè, siuè alio modo consequatur, sicuti perplures á lepra sua mundatos fuisse legimus: etenim Naaman, descendens septies lauit se in Iordane, iuxta sermonem Elisei viri Dei, & restituta fuit caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundata est, vt habetur indicato cap. 5. sic decem viri leprosi, occurrentes Dōmino transeunti, per mediam Samariam, & Galileam, dum ingrediebatur quoddam Castellum ipsi de longè stantes, & leuantes vocem, dixerunt, IESV Præceptor miserere nostri, quos vt ille vidit, dixit, ite ostendite vos Sacerdotibus, & factum est, dum irent, mundati sunt, Lucæ 17. Simon etiam leprosus, & à Domino mundatus fuit, quique postmodum Episcopus Cenomanensium in Gallia consecratus fuit, sub nomine Iuliani, vt referunt annales, & ipse habui á Maiolo tract. de irreg. lib. 2. cap. 17. post num. 2. non igitur impossibile esset, vt quilibet, à lepra sua mundetur, tuncque ei fas esset non tantum in promotis ministrare, verū etiam promoueri per ea quæ scripsi supra vers. Sed causa cessante; ergo multo magis retinere beneficium, quamuis curatum. Alia demum optima est ratio, quód sicuti matrimonium carnale non sciungitur, si lepra alteri ex coniugibus superueniat, imò compellitur qui lepra caret reddere debitum, tametsi non continuò in eodem cubili dormire iuxta c. 1. cum inibi notatis per glosam, & cœteros scribentes, de coniug. lepros. iuncto cap. 2. eod. tit. & notatis per Diu. Tho. in 4. sent. dist. 33. art. inibiq; Sot. art. 1. vers. id autem Alber. suo Diction. verbo lepra, vers. an vxor. Ideò ex his puto, idem dicendū in matrimonio spirituali, cum validissimum sit argumentum de vno ipsorum, ad aliud, per cap. inter corporalia §. cœterum de translat. Prælat. Quòd si Episcopus esset, qui tali morbo corriperetur, quid tunc facere conueniret, pro regimine Cathedralis Ecclesiæ recurrendum esset ad constituta superinde per Bonif. VIII. in cap. 1. de Cleric. ægrot. in 6.

Hactenus non solum de illa lepra allocutus sum, quæ proprio, & Græco nomine Elephantias, vel Elephantiasis à medicis appellatur, Arabico verò lepra dicitur, teste Falloppio tract. de morbo gallico cap. 3. & quæ non tantum cutem infestat, verùm etiam carnem ipsam vsque ad ossa depascitur, atq; oritur à sanguine atræ bilis, quæ temporis processu in perfectam atram bilem conuertitur, sed prædicta intelligo procedere, in ea tantum, quæ cutem manifestis, ac deformibus crustis obducit, corpusq; vehementi pruritu infestat, quęquè pars scabiei dicitur: érgo illa laborans inhabilis est censendus ad ordines, sicuti qui iugem scabiem patitur.

Is

163 Is enim irregularis iudicatur, ita Sayr. in theſauro caſuum conſcientiæ lib. 6. cap. 9. nu. 9. ac niſi magna præcedat cauſa, non eſt ſecum diſpenſandum ad ordines per cap. 1. Leuit. & refertur in cap. hinc etenim 49. diſtinct. tùm quia ſcabioſi luxuriæ ſupictione non carent, vt Maiol. ait in tractat. de irregul. cap. 18. verſ. ad lepram, ob idque non poteſt eſſe hortator virginitatis, vt inquit Specul. tit. de diſpenſ. §. iuxta num. 4. & 5. tùm etiam, quia dicuntur corpore vitiati; licet autem ius ciuile neget, ob eam redhibitionem eſſe l. vel proterui ff. de ædilit. edicto, attamen concedit actionem ex empto l. ob quæ ff. adducta rubrica; quatenus verò á ſcabioſo omnis abeſſet ſuſpictio luxuriæ, ſi tamen eius ſcabies pergrandis eſſet, ipſaque nimiam induceret deformitatem, ſeu impediret vſum manuum, & contractationem Euchariſtiæ, & peculiari nomine pſora à Phyſicis nuncupatur, & ſcabies Herculea á Suida appellatur, quaque laboraſſe Gregor. Turon. ipſemet atteſtatur in ſuo libro in gloriam confeſſorum cap. 44. Sanè repelleret illum ab ordinibus, quem inuaſiſſet Archidiacon. in cap. hinc etenim nu. 14. diſtinct. 49. ægra namque ipſa eſt, ac non niſi magna cura excutitur, at tantum plerumque gignit pruritum, vt Dei maledictio cenſeatur, Grāmat. deciſ. 56. nu. 6. ex quibus eam elicio concluſionem, vt pergrandis ſcabies omninò propediat ordinandum ſin minus non impediat, quin ille promoueatur niſi iuxta verba Leuitici cap. 21. ea iugis ſit, hoc eſt continua, & aſſidua; quare illum á ſuſcipiendis ordinibus detinendum minimè exiſtimarem, quem offenderet Herculana ſcabies, quæ perincunda fuit, facileque ſanabilis interprete Suida, vel ipſa peroptabat Herculana, ideſt callida balnea; narrant ſiquidem Scriptores Herculi, laboribus illis ingentibus fatigato, Palladem, Nymphaſque crebro balnea feruentia ſuppeditaſſe: inde dicunt deductum eſſe adagium illud Herculana ſcabies, cuius vſum indicat Manutius in lib. adag. & opinatur illud dici poſſe, vel in eos, qui multo ſtudio, alioué labore valetudinem offenderunt; vt ijs aliquo laxamento ſit opus, vel in eos, qui blandis adulationibus deliniti, veluti iucunda quadam ſcabie pruriunt; lepræ verò morbi curationem, & remedia, ſi quis ſcire concupiſcit, præter Medicos, addat Plinium, eo quod ipſe, plura refert diuerſis tamen in locis maximè lib. 20. hiſtor. cap. 6. q. 13. & 17. lib. 21. cap. 19. lib. 28. cap. 9. & lib. 33. cap. 11.

164 Paralyſi etiam, qui laborant, irregulares ſunt, Henrich. ſumm. theolog. moral. lib. 14. cap. 8. §. 8. & Sayr. in theſaur. caſ. conſcient. lib. 6. cap. 9. num. 10. tùm ſi ea ſit, quæ membra corporea ita diſſoluat, vt illorum vſu careat ægrotus, ſiuè diſſolutæ ſint manus, pedes, lingua, aliaue corporis pars, per Tabien. verbo corpore vitiatus; tùm præterea ſi aliquod membrum ita leuiter offendit, vt tremorem dumtaxat illi afferat; quia propter periculum imminens in adminiſtratione Sacramenti, & ſcandalum, quod generat repellendus eſt ab ordinibus ſuſcipiendis, necnon ab executione ſuſceptorum, vt affirmat Specul. in cap. ſi fortè nu. 5. de elect. in ſexto, & Maiol. tract. de irregul. lib. 2. cap. 14. poſt num. 1. Eſt enim Paralyſis totius corporis, vel particularium membrorum affectio, in qua vel motus, vel ſenſus tantum, vel ambo ſimul pereunt, teſte Hieronym. Puluer. in ſua praxi curand. morb. cap. 15.

165 Hoc idem præcitati affirmant de morbo apoplexiæ, ſi aliquem adeò offendat, vt eius membra inutilia reddat; iſto autem morbo nullus eſt ſenſili ætati familiarius; quoniam in hac ætate cerebrum pituitoſis repletur ſuperfluitatibus, vt inquit Galenus ad aphoriſmum Hyppocrat. 31. lib. 3. Eiuſmodi autem morbum ſoluere, fortem impoſſibile, debilem verò non facilè exiſtimat Hyppocrat. aphoriſm. 42. lib. 2. vbi Galenus ſubiungit, quod in apoplexijs totum corpus ſenſu priuatur, ac motu, ſolus reſtat anhelitus, qui ſi & ipſe prohibeatur maxima eſt, & acutiſſima hæc apoplexia, ſed eius definitionem tradidit Aetius lib. 6. cap. 27. Hieronym. Capiuacc. in ſuo methodo cognoſc. vel curand. affect. lib. 1. cap. 16. verum Hieronym. Puluer. in ſua praxi curand. morb. cap. 14. & Ariſtotel. commendat definit. lib. 3. ſentent. 1. tract. 5. cap. 12. quod ſit otioſitas membrorum à ſenſu, & motu propter oppilationem contingentem in ventriculis cerebri, & in curſibus ſpiritus, ſenſibilis, atque motiui; tu verò curioſus Lector, ſi copioſius apoplexiæ materiam percurrere exoptas, videto Auctores relatos; ſed quæſo ne obliuiſcaris doctrinæ Galeni relato aphoriſm. 42. quod apoplexia eſt vitium acutiſſimum, & velocis motus, rationem ſcribit Capiuacca loco citato verſ. apoplexia, magna ex parte, in finalibus verbis, dum inquit, quod partes principes perferre nequeunt paſſiones fortes, & ſimul diuturnas.

Quod ſi aliquo prædictorum morborum laborans eo liberetur, quamuis perdifficile credatur;

166 quia tamen aliquando contigiſſe legimus, nempè ſancto Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo, qui conualuit à morbo iam dicto apopleticæ paralyſis, in quam incurrerat ob nimium fletum, & humi dormitionem, vt ſcribit Victor. Epiſcopus Vitenſis lib. 3. de perſecut. Vandal. ita ſanè poſſet alteri euenire, & tunc defineret vtique irregularis eſſe, ex generali ratione, relata circa corporalia vitia, & conſtituta ſuperius verſ. cauſa verò nu. 67.

167 Ille præterea ex ſententia Sayri in ſuo theſauro caſuum conſcientiæ lib. 6. cap. 9. nu. 5. irregularis eſt, qui illo morbo laborat, qui ſicuti vniuerſæ Europæ communis, ita varias ſortitus eſt appellationes; eo quod Itali gallicum vocant, & variolam gallicam, quia in gallis primum apparuit; conueniunt ſiquidem omnes, præſertim Montan. de morbo gallico in principio, & Fallop. eodem tractatu cap. 1. Chriſtophorum Columbum Anno

168 1494. ex Indijs reuertentem, detuliſſe triremes, non modo ingenti margaritarum copia onuſtas, verum hac lue refertas; ô ſumma Dei bonitas, cum ſoleat nonnumquam bonum aliquod, adiuncta ſpina elargiri, atque aloem melli admixtam; ſi igitur, Columbus ſecum reduxit milites, non tantum auro, quantum morbo replenos; illi ſanè alijs partem mercis communicarunt; qui in Italicis expeditionibus, ſumpſerunt ſtipendia; Eo enim tempore Carolus Gallorum Rex Octauus, numeroſo exercitu Neapolim acceſſerat. Vrbemque ipſam maxima obſidione cinxerat, ſiue in exercitum, vel quia, (vt multi credunt) aliqui ex militibus illis Columbi transfugerant, cum meretricibus, ſecum ex Indijs delatis, vel, vt alij, & rectius exiſtimant, cognoſcentes Hiſpani vim contagioſi affe-

ctus,

ctus, expulerunt scorta multa, eaque formosissima, quorum pulchritudine Galli adducti, illa exceperunt, ac libentissime, cum eis luxuriarunt, atque ita totus exercitus infectus remansit contagione ista, tuncque apparuit hoc nouum morbi genus, quod postea vniuersam infecit Europam; gallicum igitur morbum vocant, quia in Gallis primum apparuit; ipsi veró Galli morbum Italicum appellitant, quia re vera in Italia primum infecti sunt, quinimmo Hispani Neapolitanum morbum, & fortasse conuenientius vocant, teste Nauar. in manual. cap. nam primum in illius obsidione floruit, huiusce morbus, indeque tanquam præmium partæ victoriæ, hác prætiosam gemmam Galli in suas detulerunt Regiones, qui præterea solent Hispanicam scabiem appellare, tanquam ab Hispanis communicatam, eius autem causas multas esse dicunt Medici, easque numerant; ijdemque solam influentiam, aut aeris corruptionem sufficere non dubitant, præsertim Ioannes Almenar Hispanus in suo tract. de morbo gallico cap. 2. adiungens ob hanc causam, pie credendum esse, nonnullos Religiosos hoc morbo commaculatos; aliam verò ex conuersatione oboriri affirmant, atque ita, per oscula, & lactis subductionem, quemadmodum in pueris nonnumquam reperitur; tandemque per coitum, eoque modo frequentius euenire asseuerant, atque illud contagium acquiri probant; Curatio præterea huiusce affectus, luculenter traditur à præfatis, atque alijs multis Auctoribus, qui peculiares tractatus conscripserunt de morbo gallico, & præsertim Montanus in sua epistola prima post suū de hac re tractatum; ceteris tamen validius erit remedium, idque animæ quoque saluti vtilius, á meretricibus abstinere, & venereis amplexibus, eorum displicentiam, & contritionem habere; etenim Deum morbis persæpè castigasse peccata nostra intuemur, probatque Benzonius in Speculo Episcoporum lib. 1. de fuga distinct. 1. q. 7. dub. 1. atque ita ea punire, tentasse credendum est, hoc nouo genere morbi, vt timidiores facti veneris luxuriam, relinquamus, & studijs literarum, aliarumque bonarum artium incumbamus; quod facilè eventurum suadeo; maximè si illud non ignorent, vt, qui semel hoc morbo laborarunt, & sanati sunt, si deinde, vel cum inquinata, vel munda muliere, præsertim immoderatè coeant, in idem, vno, vel altero modo, promptè incurrant, recordatione per coitum ante suscepti mali; cæterum scire licet, morbum hunc non breuem, sed longum esse, atque hominem, mille quidem modis torquere, sed suapte natura, neminem interimere, ita inquit Alex. Traian. in tract. iam dicto lib. 2. cap. 26.

169 Quartanam quoque febrem, iustè credendum est, neminem retrahere ab ordinibus suscipiendis per Vgolin. tract. de irregul. cap. 53. §. 2. nu. 1. vers. excipitur etiam, & Sayr. in thesauro casuum conscientiæ lib. 6. cap. 9. nu. 4. & concinit mea sententia non exilis illa ratio; quod ipsa infirma nimis, & imbecillis est, teste Aristotel. par. 1. problem. 57. siquidem, illud dicitur infirmum, quod non potest in proprium eius actum, vt inquit Petr. Apponen. in exposit. ad dictum problem. inibi, ea ratione confirmans, quod actus febris, est inflammare totum corpus, quod nequit efficere quartana ipsa, meritò infirma, ratione deficientis inflammationis; nec dictum, si æstiuæ sunt quartanæ, (quæ cum sint magna ex parte breues Auctore Hyppocrat. aphorism. 25. lib. 2. neminem diù molestant, & consequenter, nec detinent ordinari,) sed etiam si autumnales, quamuis longæ sint, maximè quæ hiemem attingunt, vt idem Hyppocrat. citato loco adiungit; nam ita inueterascunt, vt ægroti eas floccifaciant, ac paruipendant, illæque propterea, haud debeant, eis impedimento esse, quin ordines suscipiant; ob idque non immerito lex denegat redhibitoriam actionem ex ædilitio ædicto, si venditum mancipium leuis febricula, aut vetus quartana afficeret, vt inquit Vulpian. in l. 1. §. proinde ff. de ædil. ædict. & Iulianus licet constituerit, febrem morbum sonticum esse, ob quam non videri rem iudicatam, si aliter ex litigatoribus laborauerit febri, tempore sententiæ, id tamen non procedere subiunxit, si veterem quartanam habuerit, eò quod ille dici potest, morbum sonticum non habuisse l. quæsitum ff. de re iudic. Nec mirum, si quis compulsus Ecclesiæ inseruire, nihil percipiat si quartana laborans minimè illi deseruierit, vt scripsit Hostiens. in summa rubr. de cleric. ægrot. in fine; Etenim potest dubio procul intendere, circa propria negotia, vt affirmat illic metipse Hostiens. & nos edocuit Quintus Fabius, qui diù, hac febre correptus, semper rei bellicæ vacauit, ac tandem aduersus Allobroges pugnans, vsque adeò furens exarsit, vt ea liberatus in acie fuerit; posteaque perpetuó extiterit incolumis, vt refert Plinius lib. 7. historiar. cap. 50.

Isthæc autem de illa quartana præsertim intelligenda existimo, quæ puerum ante pubertatem inuadit, siquidem cito illa finitur, atque deficit, cessatque per aduentum pubertatis, iuxta Plinij auctoritatem indicato cap. 50. ergo ab ea reperitur liberatus, cum eam attingit ætatem, in qua canones, aut potius Concilium facultatem relaxat suscipiendi minores ordines; quartanam verò quamuis inueteratam, nihilominus periculosam nunquam esse, neque magnum, sed paruum producere nocumentum, inquit Petr. Apponen. super adducto aphorismo Hyppocrat. 57. & plerumque quartanæ aduentu ægros salutem nancisci, comitiali scilicet morbo vexatos, sunt qui dicunt; nam ipsam morbo Comitiali finem imponere fatetur Hyppocr. eumque refert Hieronym. Gabuccin. de morbo Comit. fol. 51. subdens fol. 52. ex eiusdem Hyppocratis auctoritate, quod etiam quartana laborans corripi, illo morbo nequit.

170 Febricitantes verò, vtrum ne ordines suscipere interea possint, non dedecebit dignoscere, atque in hac re ab errore alienum reputo credentem mitissimas febres non impedire promouēdum, Vgolin. tract. de irregul. cap. 53. §. 2. nu. 1. vers. excipitur, & ratio illa suffragatur, quod ipsæ tutissimi, signis incedunt, ac quarto die finiuntur, vel antea, vt scribit Galenus ad aphorism. Hyppocrat. 24. lib. 2. ob quod nulla est, in iure ipsarum consideratio, sicuti nos Vulpianus edocet in l. 1. & l. ob quæ ff. de ædilit. edict. neque si diutius perdurarent, si tamen leuissimæ forent, impedirent ordinandum; cuiusmodi fuit febricula, quæ Antipatrem Sidonium Poetam inuasit, qui omnibus annis, vno die, tantum, natali

suo

ſuo corripiebatur; quo etiam die conſumptus eſt longa ſenecta, vt Plinius teſtatur lib.7. hiſtor. cap. 51. huius etiam ſpeciei eſſe febrem illam, cenſuit Maiol.tract.de irregul.lib.2.cap.22. verſ.ſunt præterea, quæ Caium Mecenatem inuaſit, cuius meminit inibi Plin. & propterea eandem, in cauſa minime eſſe, credit ipſe Maiol. vt ab ea vexatus, detineatur ordines ſuſcipere; verum ipſe ſuſpicor Maiolum non bene ſentiſſe, cùm Plinius in eo capite his vtatur verbis: Quibuſdam perpetua febris eſt, vt Caij Mæcenati; cuius quidem verba haudquaquam iuſtè poterant Maiolum inducere ad credẽdum ita vt credidit; namque leuis licet fuiſſet febricula, tamen quia perpetua, ſcilicet continua, & perennis, vt apparet ex Calepino in eo verbo, ideò ipſam infeſtiſſimam eidem Mæcenati fuiſſe credendum eſt, ob idque inter ſigna mortis illam connumerauit illic Plin.; febris autem, quæ hominem vſque adeò inuaderet, vt ipſum conſtitueret extra ſenſus, aut alias acutiſſima eſſet, operaretur profectò, vt ille interea nec promoueri, neque antea ſuſceptos ordines exercere poſſet, Maiol. tract.de irregul.lib.2.cap.22.nu.1.& Sayr.lib.6.cap.9.nu.4.& ſic venditum mancipium redhiberi poſſe, ius permiſit l.ob quæ ff.de ædil.edict.

Interdum verò corporale vitium, quia pertranſit, vſque ad animum; cenſui pernéceſſarium ad il-
171 la prolabi, & primo ad morbum comitialem, qui apoplexiæ proximus quodammodo eſt, eo quod idem locus in vtroque patitur, & idem humor in cauſa eſt, vt ait Galen.ad aphoriſm.45.lib.2.tametſi ob diuerſos reſpectus, generari ſubiūgat; hunc autem morbum, alij ſacrum appellarunt, vt Hyppocrat.lib.de morbo ſacro cap.10. quia caput in eo patitur, quod tanquam ſacram Palladij arcem, in qua ſacra mens reſidet maximopere venerabatur antiquitas, adeò quod, per illud iurabat, illius nutu pacta confirmabat, ſalutemque ſternutantibus præcabatur; Alij morbum maiorem nuncuparunt, adeò enim magnus, adeò fortis, adeoq; expulſioni rebellis apud omnes fuit, vt noſcenti talem morbum profligare fuerint Diuini honores præſcripti, ſicuti Mincerates Medicus nobis exemplo eſt, qui non aliud ab eis conſequi voluit, quos tali morbo curauerat, quam haberi, ac venerari, vt Iupiter, ſed Priſci, teſte Ariſtotel.herculeum nominarunt, non quidem ex eo, quod illum paſſus ſit Hercules, vt aliqui praue ſentierũt, ſed auctore Galeno lib.6.de morb. vulg.comm.6.& comm.7. vt illius morbi ſæuitiem exprimerent, nomen hoc magnitudinem ſignificans effinxere; Alij comitialem dixere, quia comitia diſſoluebantur, ſi aliquis eo correptus eſſet infra tempus, quo celebrantur. Alij verò lunaticum nuncuparunt, eum experientia doceat lunares aſpectus eum inſequi; ſed Plato, & Apuleius diuinum dixerunt, eo quod animi partem rationalem, (quæ cæteris longè ſanctiſſima eſſe videtur) obſidet, & alio nomine, epylepticum, ſiuè caducum alij nominarunt, vt gloſ. in cap. communiter, & inibi Archidiacon.nu.2. diſtinct.33. & Medici communiter epilepſiam nominant, Capiuacc.lib.1.cap.15. quam verò ob cauſam, varia iſta ſortitus ſit nomina, præſertim ſæuitatem, vehementiam, morbique magnitudinem indicantia, tetigit Puluerin.in ſua praxi curand.morb.cap.13. aſſeuerans id eueniſſe, ob vehementiam, quam iſte morbus habet, eiuſque magnitudinem diligentiſſimum Medicum exigẽtem, accuratumque requirentem; quia ſi & ipſe eſſet, per initia neglectus, plerumque eo detenti commorirentur; Is enim principales membri operationes, cum totius corporis conuulſione tollit, toto cerebro, vel duobus eius ventriculis affectis; ob idque homo ſubito concidit, & ſpumæ ore mouentur; habet & hic morbus plurimum horroris, tum propter præmaximam ſpumam, quam ore emittit, enatam ex pulmone valde affecto, nimia interni motus vehementia, vt inquit Hieronym.Gabucc.lib. 2.de morb.comit.fol.46.tùm etiam, quia huiuſmodi vexati concidunt, ac rugitum ſolent emittere, enatum ex eo, quod ſtipatis venis difficilis eſt aeris reſpiratio, vt ex ſententia Auicenn.teſtatur idem Gabucc. eodem lib. 2. fol. 45. ob quæ fœda admodum res eſt, ſtomacoque adeò abominabilis, vt adſtantibus, & aſpicientibus, timorem, horroremque ſemper afferat, atque ideò Plinio arriſit affirmare lib.1. cap.23. hunc morbum deſpui conſuetum, perinde ac ſi contagione eſſet inuaſurus, & conſequenter iuſtè conſtituitur, ne exercitium ordinum antea ſuſceptorum retineat, qui tali morbo laborat, cap.communiter 33. diſtinct. quem textum in antea promoto, tantum procedere declarauit Brixiẽſis, & refert Archidiacon. inibi, eſt tamen verum, quod ſi hanc ob cauſam nephas eſt promoto mini-
172 ſtrare, multo magis, nec liceat ordinari, ex vulgata ratione illa, multa permicti, ac tolerari poſt factum, quæ antea prohiberentur; atque Adagio illo omnium ore probato, quod turpius eijcitur, quã non admictitur hoſpes, ex quibus nemo audet à ſupradicta concluſione diſcedere, verùm omnes approbant, affirmantes illi ita prohiberi promotionem, ſicuti miniſterium ſuſceptorum; idque præ cæteris firmat gloſ. in adducto cap. communiter verſ. de his, atque inibi Archidiacon. & alij multi, necnon Aluar.Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 1. cap. 48.lit.F, adeò, vt, qui ſemel hoc morbo laborauerit nullo vnquam tempore poſſit promoueri, quamuis conualuerit, & eo omninò liberatus appareat, vt inquiunt Syluest. verbo corpore vitiatus poſt nu.5. & Nauar.in ſumma cap. 27. nu.203. ſat namque eſt, ſi ſemel illud vitium paſſus eſt, vt appendit Angel. verbo corpore vitiatus nu. 7. ex quibus nequaquam aſſentior diſtinctioni ipſius Maioli tract.de irregul.lib.2.cap.16.nu.4.vt ſi oporteret ſequi opinionem credentium morbum iſtum inſanabilem eſſe, & tunc ſit abſoluta reſponſio, nunquam admictendum ad ordines, qui eiuſmodi morbum, quandoque paſſus eſt, licet diù ſteterit eo liberatus, nam putandum, ipſum, denuò illius perſonam inuaſurum, cum frequentius reuertatur, vbi ſemel hic morbus inuaſit; quod ſi Phyſicorum reſolutioni inhærendum eſſet, cum affirment talem morbum ſanari omninò poſſe, & tunc permictatur promotio illi, qui antea fuerat eo vexatus; nam ipſe quamuis exiſtimem veriorem eſſe huiuſmodi Phyſicorum ſententiam; quæ tuetur morbum iſtum haudquaquam eſſe inſanabilem, ſicuti teſtatur Hyppocrat.aphoriſm.45.lib.2. aſſerens, quemcumque iuuenem morbo comitiali laborantem, mutatione maximè ætatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque, liberari: tamen vt tutiorem aſſequor

quor conclusionem relatam Syluest. Angel. & Na-
173 uar. ne possit promoueri, postquam conualuit, e-
tiam si ita longo tempore steterit; quinimmo im-
pedimentum istud proueniens ex hac ægritudine,
ad hæredes, & successores patientis illum extendi,
ipsemet Maiol. in eodem cap. vers. illud sub nu. 12.
arbitratur; illa ratione confirmans, quia hic mor-
174 bus hæreditarius est, & ad prolem transfunditur,
auctoritate Hieronym. Gabucc. de morb. comit.
lib. 1. fol. 34. addit tamen ipse Maiol. hoc limitari,
cum Episcopus longa temporis intercapedine co-
gnouit progeniem non passuram, hunc morbum,
& possit iudicare, tunc illam ad promotionem non
175 inhabilem; sed ipse neque admitterem prolem
detinendam, siquidem podagræ morbus etiam di-
citur hæreditarius, & probaui supra versic. item
quod podagra, ac nihilominus, nemo ausus est id
firmare in progenie laborantium podagra; ergo
neque in ista, minimè tamen redarguerem prop-
terea prouidum Antistitem, qui hac de causa, cau-
tius agendo, differret ad tempus promotionem
istorum descendentium; neque illum, qui hoc du-
bium paruifaciens prolem istam nullo expectato
tempore, ordinaret modo nulla præcesserint signa
futuræ inualetudinis.
176 Promoti verò antequam tali mala valetudine
vexarentur, deberent ea superueniente desistere ab
ordinum executione, vt dixi supra nu. 56. & alibi,
quod tamen non ita simpliciter est intelligendum,
sed subscripta cum distinctione, vt si frequẽter hoc
morbo tanguntur, ab oblatione, & Missarum cele-
bratione modis omnibus prohibeantur; indecens
enim est, & periculosum, vt in consecratione Eu-
charistiæ morbo victus epileptico cadat cap. 1. 7. q.
2. Qui verò non frequenter, sed aliquando proban-
tur repentè collapsi, vocesque dedisse confusas, spu-
masque ore iactasse, sunt etiam omninò repellendi
cap. 2. eadem causa, & quæstione, Henriqu. summ.
theol. moral. lib. 14. cap. 8. §. 8. si autem, aliqui rarò
hoc malum paterentur, nec emitterent voces con-
fusas, possent sanè celebrare adiunctis sibi socijs,
qui valeant Missam perficere si morbo corriperen-
tur cap. illud, & cap. nihil 7. q. 1. quam distinctio-
nem, tradit glosa indicato cap. communiter vers.
de ijs 33. distinct. & sequuntur passim Doctores,
præsertim D. Antonin. in 3. par. princip. tit. 29. cap.
5. in fin. & Alberic. in suo dictionario vers. vitiatus,
circa medium, illi tamen, quos supradicta distin-
ctio prohibet ordinari, non intelliguntur genera-
tim, vetiti, sed tantum sacris insigniri, non minori-
bus, ex Maiol. lib. 2. cap. 16. num. 12. per cap. clerici
33. distinct. vbi Nicolaus Papa inhibet, ad superio-
rem sacri Regiminis gradum ascendere, à dæmo-
nibus obsessos; cuius quidem canonis verba illa,
sacri regiminis, non minores ordines, sed sacros
dumtaxat complecti, adnotarunt inibi Archidia-
con. & Laur.
177 Hæc quæ in Epilentico hactenus firmaui, ad
Amentem, furiosum, & lunaticum extendi, dixe-
runt Villad. de irregul. fol. 42. & Nauar. in summa
cap. 27. num. 203. quare aduerto, quod licet vulgus
credat, illos lunaticos esse, quos morbus caducus
vexat. vt Archidiac. dicit in cap. communiter nu. 3.
distinct. 33. Ego tamen, eos esse, opinor, qui men-
tis summam alienationem patiuntur, estque spe-
cies furoris; nam vt ex Galeni, Hyppocratis, &
Aristotelis sententia, refert Gabuccin. lib. 1. fol. 16.
de morbo comitiali, tres sunt species furiosorum;
scilicet furentes, lunatici, & comitiales, quas species
physico more illic prosequitur, & declarat; ipse ve-
rò nostrorum Doctorum tripartita distinctione
vtens, considero nos habere furiosos, mente cap-
178 tos, & habentes dilucida interualla. Mente captus
genericè sumptus, dicitur quisquis animi iudicio
carens, & à mente est alienatus, vt colligitur ex cap.
fin. circa medium de success. ab intestat. & hoc mo-
do dum accipitur, furiosus etiam comprehendi-
tur, & mente captus dicitur, quia mente caret §.
præterea instit. quib. non est permiss. facer. testam.
ac compos mentis non est §. furiosus instit. qui te-
stam. tutor. dari possunt, & sic mente captus com-
plectitur omnes mente alienatos, ex notatis per
Bald. in l. humanitatis nu. 15. C. de impuber. & alijs
substit. in specie verò dùm sumitur, distat à furio-
so, nam furiosus rabie quadam animi agitatur, &
est, cum rabie euidentis furoris; mente captus ve-
rò, magis inquiete est, eique deficit mens, & consi-
liũ animi, sed nulla extrinsecus signa ostendit Bald.
in l. si furiosi num. 4. C. de nupt. glos. in §. furiosi, vbi
Doctores, præsertim Misinger. nu. 12. instit. de cu-
rat. Alex. cons. 54. ad quæsitum nu. 1. vers. nam fu-
riosus vol. 1. Ias. in l. patre furioso ff. de his, qui sunt
sui, vel alien. iur. notab. 3. sed dilucida habet inter-
ualla, qui paulisper est in furore, & animi iudicium
non habet, paulisper verò furore caret, animique
iudicium retinet; quibus etiam phrenetici sunt cõ-
similes, & hic morbus temporalis est, atque ex fe-
bre contingit, vt inquit Dec. in l. humanitatis nu. 6.
C. de impub. & alijs substit.
179 Furiosi igitur, vt paulò antea dixi, & mente cap-
ti, atque lunatici, promoueri non possunt, vt præ-
ter citatos ibi Auctores, sanxerunt textus in cap.
maritum cap. vsque adeò 33. distinct. & cap. infa-
mes 6. q. 1. scripsit Alberic. in suo dictionario verbo
vitiatus, idque confirmatur ex consimilibus, quia
prohibentur etiam profiteri, in tantum quod si
professionem emittant, illa nulla sit cap. sicut tenor
de regul. prohibentur etiam matrimonium carna-
le contrahere cap. dilectus filius de spons. cap. ne-
que furiosus 32. q. 7. l. furor ff. de spons. l. patre fu-
rioso ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris, Magister
sentent. in 4. distinct. 34. cap. 4. & ratio est, quam re-
fert text. in l. oratione §. fin. ff. de rit. nupt. quia in
istis consensus deficit, qui quidem necessarius est, in
matrimonio contrahendo cap. cum locum, & cap.
cum apud de spons. & propterea, tám si furiosus,
quis sit, quàm si mente captus, supradicta nequit
peragere, & exequi, Alex. d. cons. 54. vol. 1, sicuti ne-
que testari, ob idque datur parentibus facultas illis
substituendi l. humanitatis C. de impub. & alijs sub-
stit. nec profectò de his mirandum, maiora qui-
dem de illis constituisse leges intuemur. Eos ete-
nim animali quadrupedi iura adequant, dum san-
xere æque æstimandum esse damnum, quod furio-
sus dedit, ac si quadrupes fecerit, in l. sed & si quam-
cumque iniuriam §. 1. ff. ad l. aquil. & ius Pontifi-
cium, illis interdixit promotionem, non tantum
tempore, quo in furore existũt, at etiam, postquam
ab illo sunt liberati, iuxta glos. in d. cap. communi-
ter, Armill. in verb. corpor. vitiat. nu. 8. & Angel.
eodem

eodem verbo, & numero, Summ. Confeſſ. tit. de homicid. q. 35. D. Antonin. in ſumma 3. par. tit. 29. cap. 5. & ſuffragantur verba cap. maritum 33. diſt. quæ promoueri prohibent illum, qui in furiam aliquando verſus, inſaniuit; quæ verba, indicant infirmitatem iſtam iam præteriiſſe, & impedimentum perdurare, & in hoc differunt furioſi, ab habentibus dilucida interualla, quia iſtis tantum cum ratio eclipſatur, prohibetur promotio, quemadmodum, & matrimonium, non autem, cum ſunt ſanæ mentis, per ea, quæ ſcribit D. Thom. in 4. ſentent. diſt. 34. artic. 2. verſ. ad primum in ſecundo ſcripto, ibique Sot. q. vnic. artic. 4. verſ. ſi perpetuus, & gloſ. ita intelligenda in cap. neque furioſus 32. q. 7. eſt tamen indubitanter verum, quod qui furioſo, & aliis iam dictis auderet ordines conferre tempore furoris, ſi aliud non obſtaret impedimentum, illis caractherem imprimeret, quamuis non deberet conferre Catecheſ. Roman. in rubr. de Sacram. ordin. §. ſequitur his verbis; Pueris autem, & furioſis, vel amentibus, qui vſu rationis carent hoc Sacramentum dandum non eſt, quamuis ſi iis quoque adminiſtraretur, Sacramenti caractherem in eorum animum imprimi certo credendum ſit; & ne videar ſolum modo relator eſſe illorum, quæ textus diſponunt, aut Doctores decidunt, ſed eorum iuxta meum morem, quærere rationem, ideò opere prætium eſſe exiſtimaui, hic adiungere rationem, ob quam credi poſſit iuſtiſſimam eſſe reſolutionem, paulò ante conſtitutam, vt caracther imprimatur animæ furioſi, ſi eo tempore fuerit ordo collatus; & ea mihi videtur, quod cuncta ſacramenta actum ſuſcipientis non requirentia, de illorum neceſſitate, ſed poteſtatem aliquam diuinitus datam, ſuſcipere pueros; alioſque vſu rationis carentes, quod probat D. Thom. in addit. ad 3. par. q. 39. artic. 2. & text. in cap. maiores §. fin. de baptiſm. nam ſufficit, abſit reſiſtentia, à ſuſcipiente, Cæſar de Graſſis deciſ. 19.
180 nu. 32. de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt; ſed quæ caractherem imprimunt, actum ſuſcipientis non requirunt, Sot. in 4. ſentent. diſt. 25. q. 1. art. 2. concluſ. 3. ipſeq; latius explico rubr. 1. nu. 99. & ordo eſt huiuſmodi, ergo illum pueri, & furioſi recipiunt, ſi eis detur, an verò teneantur cum ſani facti ſunt viuere, vt clerici, vel vxorari poſſint, aptius alibi collocabo.

Ad materiam verò beneficialem, cum prædictis morboſis, vt me conferam, concludo, inhabiles eſ-
181 ſe ad beneficia omnes lunaticos, epilenticos, & ſimiles, ex Rebuff. tract. de pacific. poſſeſſ. nu. mihi 212. non enim eſt dubium, quin iſti, vt inquit Caputaqu. deciſ. 236. par. 2. ſint irregulares, cum prohibeantur ordinari per text. cum gloſ. in cap. communiter, & ibi Archidiacon. 33. diſtinct. & irregularitas, inducat inhabilitatem ad beneficia cap. is qui §. 1. de ſentent. excomm. in ſexto, & Rebuff. adducto tract. nu. 226. & propterea collatio beneficii
182 eſſet nulla ipſo iure, ſi epilenticis fieret, vt concludunt omnes in d. cap. cum inter canonicos, præſertim Ægid. us nu. 13. & Ioan. de Selua tract. de benefic. par. 3. q. 5. dummodo tamen collatio ſit de beneficio curato, vel habente ordinem annexum, quia ſi ad alia, neque eſſet ipſo iure inualida, neque illi decernentur ad ea inhabiles, vt pluries concluſit Rota teſte Caputaq. citata deciſ. 236. par. 2. per doctrinam Butrii in cap. expoſuiſti nu. 3. cum ſeq. de corpor. vitiat.
183 Furioſi etiam, & ſimiles, ſunt beneficiis indigni, ne ea conſequantur, Rebuff. dicto tractatu nu. mihi 185. obtemptis verò ante furorem, non ſunt pri-
184 uandi, ſed eis eſt dandus coadiutor, quo ad beneficia curata cap. quamuis 7. q. 1. quemadmodum, & epilenticis, & lunaticis cap. ex parte cum ſequ. de cleric. ægrot. & præſertim furor licet in cauſa ſit, ne eo vexatus eligatur in Summum Pontificem, non tamen reſpuit, ac reiicit iam aſſumptum Butrius in cap. licet nu. 29. de elect. Iacob. tractat. de concil. lib. 3. artic. 1. verſ. & idem ſi ſit furioſus; etenim furioſus à nullo officio deponitur, teſte gloſ. & Doctoribus per illum textum in l. qui furere ff. de
185 ſtat. homin. neque ordinum antea ſuſceptorum amittit caractherem, licet illorum exercitium perdat D. Thom. 3. par. q. 82. artic. fin. ad 3. niſi conualuerit, ac per annum ſaltim ſanus extiterit, quia tunc Doctorum æquior opinio concedit huic poſſe exequi ordines, ante furorem receptos, Angel. verb. corp. vitiat. nu. 8. & Armill. eodem verbo, & numero, nec aduerſatur text. in cap. maritum 33. diſtinct. quia loquitur in promouendo ad quod allegaui ſupra verſ. hæc quæ circa medium; intelligo tamen licere prædicto poſtquam conualuit illos exequi, cum licentia Epiſcopi, per ea quæ ponit Angel. loco ſupra citato, & clarioribus verbis in Demoniaco, inquit Henriqu. ſumm. theol. moral. lib. 14. cap. 8. §. 8. in gloſa litera F, qui concedat poteſtatem illos exequendi, adiuncto ſibi ſocio, qui perficiat ſacrificium, ſi illi aliqua paſſio occurrat, quæ mentem alienatione confundat cap. illud, & cap. nihil 7. q. 1.

Morbum quaſi conſimilem comitiali, quia patitur, qui vertigine vexatur, aut ſyncope exagitatur, teſte Hieronym. Gabucc. Fanenſe lib. 1. fol. 24. de morb. comit. aſſerente, hanc malam valetudinem, vſque adeò illi morbo aſſimilari, vt nonnumquam peritiſſimis Phyſicis, ſit difficile cognitu, vtra illarum affectio ſit, quæ ægrotum inuaſerit, ideoque ipſemet lib. 2. fol. 36. dixit, vertigines, plerumque huius morbi prænuncias eſſe, & fol. 59. ſubdit, ipſas proximè antecedere comitiali, ob quæ diligenter quæſo, vnuſquiſque Præſul attendat, ne vertigino-
186 ſis manus citò imponat, ſed peritiſſimos conſulat Medicos, an immineat periculum comitialis, & certioratus illos non niſi vertigine vexari, nec ſigna apparerent, futuri morbi comitialis, ſi eos promouet non equidem errat, quamuis poſſit ſecurius agere, eos certum ad vſque tempus differendo promoue-
187 re, non tamen ordines ſuſceptos exequi, impediendo, vt nobis exemplo eſt D. Gregor. quem illa pergrandi, & ſæpiſſimè laboraſſe ferunt Ioan. Diacon. ad Ioan. IX. Pontificem, in vita eiuſdem Gregor. lib. 1. cap. 7. & ipſemet Gregor. lib. 3. dialog. cap. 30. in vita Eleutherii: habeant tamen iſti, cum ſacrificant poſt ſe, vicini ſolaminis adiutorem, vt ſi huius ægritudinis accideret aliquis euentus, ille eorum vices exequatur intrepidus cap. illud 7. q. 1. quod ſi frequenter alicui occurreret inualitudo iſta crederem iuſtè ipſum detinendum quoque á celebratione, quouſque illi rarius accidere ſoleat, & tunc cum adiutore id ſibi permittatur.
188 Nouiſſimè cum veriſſimum ſit, poſſe Demones ingredi

ingredi corpora hominum, aliorumq; animalium, vt apertis rationibus probat Fr. Barthol. Sibilla in suo specul. peregr. q. decade 3. cap. 3. q. 1. & 2. Ideò videndum est, an possint ordinari homines isti, vulgo dicti, Demoniaci; & alio nomine arreptitij, atque etiam energumeni, in cap. exorcista 23. dist. & cap. omni die de consecrat. dist. 5. & respondet negatiuè text. in cap. maritum 33. dist. glos. & Doctores in cap. communiter citata causa, & quæstione, Aluar. Pelag. de plantu Eccles. lib. 1. cap. 43. liter. F, & Episcop. Scalens. tractat. de censur. Eccles. lib. 6. vers. furiosi, quinimmo etiam postquam conualuerint prohibeantur ordines suscipere Ecclesiasticos, Syluest. verb. corpor. vitiat. nu. 5. vers. octauo, D. Aug. ist. lib. de dogmat. eccles. cap. 72. & nos edocet cuiusdam clerici Aquinensis Ecclesiæ exemplum, à quo demonium eiecerat S. Benedictus, & deinde præceperat, ne ad sacros ordines ascendere tentaret, qui tamen post multos annos illos ausus fuit suscipere, & eius corpus demon iterum intrans, nunquam deseruit, vsque ad mortem; vt refert D. Gregor. lib. 2. dialogor. in vita S. Benedicti.

189 Qui verò, post promotionem sunt à demonibus obsessi, carēt talium ordinum executione, sed postquam conualuerint, non defuerunt credentes, illis licere celebrare, & in illis ministrare, adiuncto socio Armill. verb. corpor. vitiat. nu 8. Syluest. eodem verbo nu. 5. vers. octauo in fin. Angel. nu. 8. glos. in cap. communiter versic. de his (dùm hanc vltimo loco refert opinionem) 33. distinct. Nauar. cons. 5. nu. 3. de ætat. & qualit. subdens hanc esse mitiorem opinionem, & Maiol. tract. de irregul. lib. 2. cap. 15. nu. 3. vers. sed si is; Alij verò existimarunt eis nunquam fas esse, in illis ministrare, & etiam postquam à demonum obsidione sunt liberati, Borgas tract. de irregul. rubr. de corpor. vitiat. nu. 17. D. Antonin. 3. par. tit. 28. cap. 5. Villad. de irregul. fol. 42. & Nauar. sibi contrarius in summa cap. 27. nu. 203. Idcircò sit differentia inter demoniacos, reliquosq; impeditos aliqua ex infirmitate, ordines suscipere, aut in susceptis ministrare, vt isti neque postquam sani facti sunt, possint illos suscipere, neque antea susceptos exequi, nec sine ratione quidem, non enim Deus permittit sine causa demones eorum corpora ingredi, ad obsidendum; est tamen verum, quod Henrich. summ. theol. moral. lib. 14. cap. 8. §. 8. in glosa lit. F, opinatur posse Episcopos, cum istis dispensare, vt ministrent in antea susceptis, si post longum tempus apparent, à demone liberati, ipse verò non auderem, huic rei imponere manus.

Nonnunquam verò demon non ingreditur corpus alicuius, neuè cuiquam est alligatus, sed illius virtute sunt impediti naturales effectus alicuius, & tunc non demoniacus, aut arreptitius dicitur, sed maleficiatus, aut malefaciata, Syluest. verbo maleficium num. 1. vers. tertio, & qui id à diabolo fieri procurat, pacto expresso, vel tacito interueniente, maleficus aut malefica dicitur, actus autem ipse maleficium appellatur, vt ille Syluest. adiunxit, ideó postquam de demoniacis scripsi, cōuenit subnectere materiam maleficiatorum.

Et cum verè possint malefici, suis maleficijs hominem lædere, sicut & demones, permictente ta-
190 men Deo, idq; quintupliciter accidat; nempè in rebus, fama, corpore, vsu rationis, & vita, vt scribit Arnald. Albert. in tract. de cognos. assert. cathol. vel hæret. q. 24. nù. 17. Ideò si aliquis læderetur in tribus vltimis, & personam tangentibus, videndum est an possit ordines suscipere.

Qua in re oportet delibando prænotare aliqua ad materiam frigiditatis, & maleficij, quorum quidem impedimentum, generali nomine, impotentia coheundi appellatur, quæ in frigiditatem, & malefi-
191 cium distinguitur; frigiditas autem, in accidentalem, & naturalem, atque ea est, quæ inhabilitat ad generandum, & copulam consumandam, vt concludit addit. vnic. ad Abb. in rubr. de frigid. & malefic. & propterea licet, quis possit erigere, & muliebre vas reserare, si tamen nequit consumare, impedimento frigiditatis detineri dicitur, Sot. in 4. distinct. 34. q. 1. artic. 2. circa principium vers. quo circa; & non mirum, si huic non licere matrimonium contrahere, asseuerat Abb. in cap. ad sedem in fine, de frigid. & malefic. Armill. verb. matrimonium num. 51. Licèt ipse videatur sentire contrarium; & qui consumare posset, sed multum præpropere, adeò quod foris semen fundat, antequam vas muliebre ingrediatur, frigidus sanè censeretur, ex Soto vbi supra; ille verò, qui consumare, sed non generare posset, non ad frigiditatem pertineret, sed ad sterilitatem, ac matrimonium contrahere non prohiberetur, Sot. loco citato, & additiomet relata ad Abb. in rubr. de frigid. quamuis enim illi matrimonium non competat; quatenus officium naturæ; competit tamen, quatenus est remedium, vt prædicti dixerunt, etenim matrimonium institutum fuisse non solum causa procreandæ sobolis, (& sic in officium naturæ) sed etiam propter illicitum motum eliminandum, (& sic in remedium) constat, ex cap. sicut §. his respondetur, & cap. seq. 32. q. 2.

192 Maleficiatus verò, esse videtur, qui potest erigere, ac semen emittere, & cum omnibus mulieribus coire præterquam cum ea, propter quam est maleficiatus, iuxta glos. in cap. fin. vers. cognoscendi de frigid. & malefic. Repertor. Brixiani ad decision. Fiuizan. verb. matrimonium, vltra filios fratrum,
193 Cappell. Tholos. decis. 381. quidam ætatis à principio vsque ad num. 3. Maleficiatus iste non debet cum ea contrahere, ob quam fuit maleficiatus, & si contraheret, ac triennali experimento continuò constaret inter eos extitisse tale impedimentum, quia tunc perpetuum censetur cap. fin. & ibi Innoc. nu. 2. de frigid. & malefic. Archidiacon. in cap. si per sortiarias 33. q. 1. inhabiles dicerentur ad inuicem, & facto diuortio, si maleficium præcessit matrimonium, iuxta citatum cap. fin. & cap. si per sortiarias, vnicuique ipsorum alia inire matrimonia liceret, vt affatim scribit Henriqu. in summ. theol. moral. lib. 12. cap. 8. §. 2. & cap. 7. §. 2. Armill. verb matri-
194 monium nu. 49. & D. Thom. in 4. sentent. dist. 34. art. 3. atque ideò si cum alia contrahendo rem haberet veneream, non equidem istud inualidaretur secundum matrimonium, neque primo restitueretur, iuxta d. cap. si per sortiarias, D. Thom. in summa 1. par. q. 110. art. 2. Abb. in cap. fraternitatis nu. 13. cum seq. inibiq; Butr. post nu. 20. adducto titulo; quamuis litera illius textus contrarium innuere videtur, illi siquidem respondent pluribus rationibus Abb. & Butr. in eod. textu.

Frigi-

Frigidus autem à natura impeditus, ſi matrimonium aliquod celebraret, nihil ageret, quia ſine dubio diſſolueretur, ac ſola difficultas verſatur, in tempore, quod eſſet expectandum, vt cognoſcatur prædictum ſubſiſtere impedimentum, & text. in cap. laudabilem adducta rubrica, videtur affirmare expectandum eſſe triennium; ipſe verò iuſtius cenſerem in frigido, & ſic naturaliter impedito non eſſe tamdiù immorandum, ſed admittendum diuortium ſtatim, ac euidentiſſimis ſignis pateret, virum impotentia naturali vexatum, per Hoſtienſ. in ſumma de frigid. & malefic. §. qualiter verſ. & ſi quidem poſt nu. 10. Butrium in cap. 1. nu. 2. per illum textum, Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 34. q. vnic. artic. 2. concluſ. 2. Speculat. rubr. de teſte §. nunc tractandum poſt nu. 28. Abbat. in eod. cap. laudabilem poſt nu. 2. & colligitur ex verbis Bertach. de Firm. in tract. de Epiſcopo 2. par. 8. part. principalis verſ. quæro hic incidenter lib. 4. traditque Borgnin. Caualcan. deciſ. Fiuizan. 64. num. 3. par. 1. Si autem id non conſtaret, apertè, etiam in eo expectaretur triennium, iuxta diſtinctionem Butrij in adducto cap. laudabilem nu. 2. quod quidem triennium, à quo tempore computari debeat, notat Rebellus in loco mox citando, verſ. vltimo quæres, poſt num. 22. ſed facto diuortio non ei liceret, aliud celebrare matrimonium, qui in cauſa fuit diuortij, Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 34. q. vnic. artic. 3. concluſ. 3. Alteri verò alia contrahere coniugia non vetatur, quod
195 ſi iſte frigidus ad ſecundas conuolauit nuptias, & conſummauerit, teneretur quidem ad primum redire matrimonium, alterque coniux eidem vniri tanquam in illo non fuerit perpetuum impedimentum, & Eccleſia reputaret ſe deceptam declarando matrimonium dirimendum, credendo impedimentum perpetuum, ita Diuus Thomas in 4. ſententia r. diſtinct. 34. artic. 2. in fin. gloſ. indicato cap. fin. verſ. cognoſcendi, & in hoc præcipuè differt à maleficiato, vt prædicti affirmant, & Armill. verbo matrimonium num. 49. & præterea confirmant, exornantque Sanchez tract. de matrimon. lib. 7. diſput. 94. nu. 8. & Rebellus de obligat. iuſtit. lib. 3. de matrimon. impedim. q. 16. ſect. 4. verſ. nec obſtat, ſub nu. 21.

Hactenus delibata, ſatis eſſe videntur circa frigiditatem, aut maleficium viri, ſupereſt modo aliqua ſubnectere, quo ad mulieres carnali copulæ minus aptas, ſed antea amici inſtigatione inductus,
196 referre conſtitui; quæ remedia prodeſſe poſſint maleficiatis ipſis, illiſque vti citra ſcrupulum poſſint; quæ verò obeſſe, & vti prohibeantur; & quidem ſalubre remedium ſemper exiſtimaui, ſi coniuges iſti corde contrito, & ſpiritu humiliato, pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta frequentent, ac largioribus eleemoſynis, orationibus, & ieiunijs, pijſſimum Deum exorent pro liberatione à maleficio, illique ſatisfaciant, fletus vberes mittentes ex oculis, lachrymaſque excutientes, per cap. fin. 33. q. 1. vbi præcipuè refertur Abimalech orationibus Abrahæ ſanari meruiſſe; Reliqua verò iniqua remedia, ac peſſimas incantationes, quæſo reſellant: eas enim nefarij conſulunt homines, facileque perſuadent maleficiatis ipſis, valetudinem inhiantibus; tale quippè legimus remedium, Dominico Bertolino, de Petritulo dediſſe Sbardellatum de Sancta Victoria, qui in carceres coniectus, ac rigoroſo examini ſuppoſitus à Bertachino de Firmo, tunc Officiali illuſtris Oppidi confeſſus eſt ſe à malia liberaſſe dictum Bartolinum, cui conſulerat, vt ſimul cum vxore in aurora cuiuſdam diei, (& à Bertachino non expreſſi) egrederentur ſoli ex propria domo, irentque ad molendinum nunquam reſpicientes retro, illucque peruenti, Piſtrinum illico molere facerent, remque veneream ante molam haberent, peſſimis quibuſdam adiunctis verbis, à Bertachino conſulto omiſſis; quod iniquum conſilium Bartolinus retulit executioni demandaſſe, ſibique profuiſſe, vt refert idem Bertachin. tract. de Epiſcop. 2. par. 8. part. princip. verſic. ſed quod ſit remedium lib. 4. aliud adnectens ridiculum quidem, & à Speculat. ſcriptum, ex relatione Goffredi; dum ait antiquos incantatores mandaſſe cuidam maleficiato, vt per diem, noctemque ſuas brachas, ſiuè caligas in capite teneret, quod tùm ipſe Bertachin. tùm alij iuſtiſſimè derident, ad-
197 monentque Chriſti fideles hæc, & ſimilia reſpuere conſilia; cum maleficia haudquaquam debeant maleficijs curari cap. admoneant 27. quæſt. 7. neque maleficos adire, vt illorum arte, & ope medelam recipiant, nam omnium eſt Theologorum, & Canoniſtarum concluſio maleficijs vti, ad aliud maleficium diſſoluendum neminem poſſe, neque ille poterit, qui maleficium fecit; neque maleficiatus, neque alter quiuis; itidemque nemini licet alium hortari, inducereque ad diſſoluendum per aliud maleficium, neque præterea decet maleficio vti, qui ita ſoluere paratus eſt, id enim præter alios tradit Syluest. verbo maleficium ſub num. 8. Caietan. eodem verbo in verſic. vbi ſcito, quod ſoluere, Nauarr. in ſumma cap. 11. num. 29. Tolet. in lib. 4. inſtruct. confeſſ. cap. 16. num. 9. Farinacc. in quæſt. criminal. 20. num. 96. Nicolaus Arelatan. in tractatu de hæretic. notabil. 44. Petrus Binſfeldius in ſuo tractatu de confeſſ. maleficiorum cart. 247. & Thomas Actius in tractatu de infirmitate cap. 44. num. 14. nouiſſimeque copioſe ſcribit Suarez tractatu de Religione lib. 2. cap. 18. idque adeò, quod ſi illa non niſi maleficijs auferri poſſint, mauult Eccleſia matrimonia diſſolui, tantique vinculi Sacramentalis fracturam fieri, quàm contrarijs maleficijs liberari, vt ſcribit, & rectè quidem Paul. Ghirland. de ſortileg. §. 6. poſt nu. 20.

Aliquibus tamen naturalibus, & maleficijs contrarijs nemo prohibetur vti, nullo tamen addito, quod ſuperſtitionis habeat, vt ſcribit Ioan. Baptiſta Conradus caſu 150. verſ. maxime; licet enim aliqui crediderint, fas eſſe malefici vti opera ad tollendum maleficium, ſi ille iam paratus erat aliquod exercere maleficium, non quidem incitando illum, vt faciat, ſed conſenſum præſtando dumtaxat, quoties ſua ſponte illud facere properat, ad ſubſtulendum aliud, cuius opinionis Auctor cernitur Petrus Aureolus in 4. ſententiar. diſtinct. 34. quæſt. 2. & Angel. verbo ſuperſtitio num. 13. Eam verò optimis quibuſdā rationibus refellit Sot. in eadem diſtinct. 34. q. vnic. artic. 3. verſ. circa hoc; concedit tamen
198 ex ſententia Scoti, & Caietani, poſſe læſum conuenire maleficum, eumque rogare, ſiue pecunia impellere ad dimouendas, & deſtruendas ligationes, quas habet ſepultas, aut ſuſpenſas, vel alicubi

Tt aſſerua-

asseruatas; quin si ipse perscrutari posset, vbinam
illæ extarent, valeret proprijs subtrahere manibus,
& inde amouere, & proijcere; hoc enim non est
maleficio vti, sed iam factum destruere, & copiose
Suarez d.lib.2.cap.17.á nu.7.edisertat.

Nunc retrogredior ad mulieres copulæ carnali
inhabiles, in quibus censui non omittere, quod num-
199 quam dirimitur matrimonium, ex frigiditate
mulieris, sed alia ex causa nempè, si illa arcta sit, per
Diuum Thomam indicata distinct.34.artic.2. Ar-
chidiacon. in cap. requisisti 33.q.1.nu.5. & addition.
ad Abb. in rubr. de frigid. & maleficiat. subijcien-
tem, tunc faciendum idem iudicium de muliere
arcta, quod de viro frigido, & comprobatur ex his
quæ dicit Hostiens. in summa de frigid. vers. si verò
impotentia, post num. 13. & est ratio, quia non
debent ad imparia iudicari, & non est dare maio-
rem causam in vno, quàm in alio, Butrius in cap.
fraternitatis post num. 25. Abb. post num. 13. de
frigidit. Quare prohibetur eo casu mulier contra-
here cum altero, dissoluto primo, & quotiescum-
que cessaret arctatio, esset proculdubio restituenda
primò viro, quin alteri nubendo fornicaretur, ex
doctrina Innoc. in cap. fraternitatis, per illum text.
nu.1. & 6. de frigid. Brixianus tamen in suo repert.
ad decis. Borgnini vers. matrimonium, vltra filios
fratrum exemplum prodit de muliere, quæ fuit
maleficiata, idq; tùm Florentiæ de anno 1567. eue-
nisse attestatur, tùm Papiæ, vbi ob maleficium pati
nequibat, vt vir ad ipsam accederet, nam eo appro-
pinquante, maximo cum ardore, & dolore tume-
bat ipsius mulieris vulua, & inflabatur, adeó quod
nunquam valuerunt consumare matrimonium sex
ante annos celebratum.

Hæc de maleficijs, quo ad matrimonia, non in
cassum, me delibasse credo, pleniori manu scriptu-
rus, si Deus dabit in Sacram. matrim. superest mo-
do, de illis loqui, quo ad ordines, circa quos, non af-
200 firmo maleficiatos esse adeo inhabiles, vt vetiti
iudicentur insigniri ordinibus, dummtamen in geni-
talibus maleficium consistat, ex Henrich. in summ.
theol. moral. lib.14. cap.8. §.8. in glosa lit. F, quod si
in cæteris membris promoueri nequeant, ob illam
rationem, qua prohibentur corpore vitiati, cuius-
modi essent maleficiati isti per Maiol. tract. de irre-
gul. cap.17. nu.6. & Viuald. in 2. par. candelab. rubr.
de speciebus irregularitatis nu. 186.

Tandem, vt huius molestissimi capitis, calcem
attingam, duo explicanda fore duxi; Alterum
201 quod quiuis defectus producens impedimentum
ad exercitium ordinum, vel deformitatem maxi-
mam, aut scandalosam, efficit illum irregularem;
non tantum si culpa præcesserit; verum etiam si
abfuerit, aut si defectus esset talis, qui nec deforma-
ret, nec impediret exercitium ordinum, dummodo
propria culpa præcedente contingeret, vt ex hacte-
nus prolixè scriptis poterit vnusquisque colligere,
& ex annotatis per Abb. in cap. 2. de cleric. ægrot.
Nauar. cap.27. nu.200. vers. sexto dico, Armill. ver-
bo corpore vitiatus, num. 2. Syluest. eodem ver-
bo, versic. hoc etiam tenendum, & fusius expli-
caui supra, vers. insuper posui.

Alterum est perquirere, cui competat potestas
202 dispensandi, cum huiusmodi corpore vitiatis, in
qua re conclusionem constituo genericam, vt ca-
non nisi Summo Pontifici competat, sequutus In-
noc. in cap. 2. in fin. de corpor. vitiat. Io. Andr. in
capit. significauit, & Butrius eod. tit. Mandos. in
tract. signat. gratiæ rubr. dispensatio pro corpore
vitiatis, vers. alius à Papa, Ioan. de Selua tractatu de
benefic. par.3. quæst.5. in 3. qualit. num.31. Mileum
in suo Repertor. vers. dispensare potest solus Papa,
Nauar. in summa cap.27. vers. octauo num.200. at-
que ita vidi quotidie obseruari, tantumque dispen-
satum fuisse á supremo Pontifice expertus sum,
nec vnquam ab Episcopis, ideoque ab ista senten-
tia non esse discedendum puto, præsertim, quod
omnes iam citati Doctores stylum, & obseruan-
tiam Romanæ Curiæ, vbi degerunt non ignorant,
& propterea reijciendam arbitror opinionem Syl-
uestri in verbo corpore vitiatus, versic. decimo, &
aliorum tenentium licere Antistiti, dispensare cum
eo, qui corporali vitio citra propriam culpam
203 proueniente, affectus reperitur; crederem tamen,
quod posset Episcopus cognoscere, & arbitrari, sit
ne defectus talis, qui impediat promotionem, si
enim impedire declararet, non ei liceret cum illo
dispensare, quod si causa cognita, recteque omni-
bus pensatis iudicaret non impedire; posset decla-
rare nullum subsistere defectum, producentem
impedimentum ad ordines, ex his, quæ summis la-
bijs tangit Maiolus multis in locis, præsertim in
lib.1. cap.19. vers. alij præterea, sub nu. 2. Est enim
ex auctoritate Ioan. Andr. in arbitrio Iudicis co-
gnoscere, an macula oculi defectus digitorum,
manuum linguæ, & similium, pariat irregularita-
tem, vt refert, & sequitur Io. de Anan. in cap. 2. nu. 2.
de corpor. vitiat. idemque si proceritas corporis,
immodica sit, aut nimia corporis breuitas, per Ab-
bat. indicato capit. 2. & Menoch. de arbitr. iu-
dic. casu 226. num. 15. & 16. subdentem idipsum,
in gibbosis concludendum, ex eodem Maiolo in
204 citato lib. 1. cap. 19. num. 1. & quid respectu Re-
gularium, cui scilicet competat id declarare, & ad
eundem Episcopum, non autem ad Superiores Re-
gulares, nisi eisdem Superioribus expresè à sede
Apostolica delegaretur, dicit Roderic. in quæstion.
Regular. tom. 1. quæst. 24. artic. 4. & suppetunt re-
latæ auctoritates generatim loquentes. Nolo ta-
men prꝫterire sententiam quorumdam Moderno-
rum, licere Episcopis in aliquibus corporis vitijs
dispensare, intelligendam esse procedere tantum in
leuibus vitijs, & debilitationibus ex sententia Rotę,
quam refert Seraphin. decis. 625. dubitatum fuit sub
nu. 5. par. 1. & cùm dispensat Episcopus non susti-
neatur Clericatus, si non causæ cognitio præcesse-
rit, asseritur inibi nu. 7. Prædicta verò dispensatio
Episcopalis, aut Papalis, non solum requiritur pro
suscipiendis sacris, sed etiam minoribus, ac prima
Clericali tonsura, iuxta veriorem sententiam,
quam tenuit Rota in eadem decisione, in qua age-
batur, si eiusmodi corpore vitiato, & absque dispen
satione ordinato, valide fuerat assignata pensio, &
quia dicitur conclusum fuisse pro inualiditate cle-
ricatus, intelligitur quo ad effectum nullitatis pen-
sionis.

Cum verò Papa concedit similes dispensationes,
205 solet aliqua attendere, quæ notat Mandos. in lo-
co mox citato, vers. si supplicans, & ait, quod si pe-
tens dispensationem à vitio corporali reperiatur
in

in Curia, debeat se conspectui Referendarij præsentare, qui diligenter inspiciat defectum, super quo dispensatio requiritur; idque ad finem, vt valeat omnes qualitates dicti defectus minutatim referre sanctissimo, cum proponit supplicationem coram eodem in signatura gratiæ, nam tunc si placet dispensat, eamque directe indulget, non alteri concedendam committit; vel abest eo tempore à Curia, & secum directè dispensare non consueuit, verùm
206 illius Antistiti delegare facultatem dispensandi, in hæc verba; Mandamus si, & postquam dictus N. coram te personaliter se exhibuerit, oculum, vel membrum ipsum diligenter inspicias, & si, (super quo conscientiam tuam oneramus) ex inspectione huiusmodi tanta deformitas in eodem membro non appareat, quod ex hoc possit in populo scandalum generari, ac aliud canonicum impedimentum, cum eodem N. dispenses: & si secum super præmissis dispensare contingat, vt quæcumque beneficia, &c. & quo aduixerit retinere liberè, & licitè valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali dono gratiæ dispensamus.

Quam dispensationem si corpore vitiati non impetrarent, & ordines assumere auderent sacros, in
207 eisq; ministrare, non propterea incurrerent alteram irregularitatem, quæ passim enasci solet ex mala promotione, & subsequenti celebratione facta à male promoto, vt concludunt Archidiacon. in cap. Apostolica nu. 2. & ibi Gemin. 56. distinct. Gonsal. à Villad. tract. de irregular. cap. de suspensione col. 2. Nicol. Plouius de irregul. regul. 32. nu. 28. Speculat. rubric. de lapsis, & dispensat. §. iuxta propositionis Rebuff. in praxi rubrica de dispensat. ex defectu natalium nu. 11. Nauar. cap. 25. nu. 72. & communis est opinio, quam referunt Petrus Rauenna post alphabetum aureum, postque allegationes; vbi ponit notabilia vtriusque iuris: hoc enim attestatur in vers. tu scis, quod aliqui sunt suspensi fol. mihi 186. & Couar. in clem. si furiosus par. 1. §. 1. nu. 3. eisque
208 suppetit ratio, quod irregulares, qui antea sunt, non ex delicto, sed defectu corporis, in aliam nunquam incidunt irregularitatem si promoueantur, aut etiam celebrent, vt prædicti affirmant ex doctrina Abb. in cap. si celebrat num. 4. de cleric. excommun. ministr. & pleniori manu scripsi inferius in cap. de illegitimis, ac propterea addit præfatus Rauenn. solere Curiam Romanam dispensare super defectu, non super irregularitate, quæ regulariter solet prodire ex celebratione facta ante dispensationem, adducit text. in cap. veniens de filijs Presbyterorum.

SVMMARIA.

Infames ordines suscipere vetantur nu. 1.
Itidem beneficia consequi nu. 2.
Quin, & ordinum executione priuandi, beneficijsq; spoliandi veniunt nu. 3.
Infamia triplex nu. 4.
Quæ sit infamia facti nu. 5.
Infamia iuris duplex, & quæ nu. 6.
Incurritur etiam, si per viam exceptionis procedatur nu. 7.
Constare prius debet de sententia, vt in illam dicatur incurrisse nu. 8.
Carcer cadat in pœnam, esse sententiã condemnatoriam, latè probatur nu. 9.
Iuris infamiam abolere quis valeat nu. 10.
Infames lege canonum sunt omnes, qui & lege ciuili ità censentur nu. 11.
Omnes casus ex quibus, quis fit infamis prodeunt ex aliquo trium capitum, quæ exemplificantur nu. 12.
Infamis infamia iuris si à Principe laico fuerit habilitatus, non propterea idoneus erit ad ecclesiastica nu. 13.
Infamia Canonica, quæ sit nu. 14.
Fustigatus, vel ad triremes damnatus, postquam inde redijt ordinari non potest nu. 15.
Nobiles non sunt pœnis ignominiosis plectendi, num. 16.
Ideoque non furca suspendendi nu. 17.
Neque fustigandi nu. 18.
Aut ad triremes conijciendi nu. 19.
Pœna triremium in alterius metalli locum venit num. 20.
Sed ordines antea susceptos exequi an valeant, missasque celebrare prædicti, qui à triremibus exierunt, ac fustibus cæsi fuerunt? nu. 21.

Capitulum XVIII.

AD tertiam causam prohibentem quem ordinari, tempus nunc est, atque locus congruus, vt deflectam; nempè ad infa-
1 miam, quia ipsa commaculati vetiti sunt omnium ore, & assensu ordines suscipere Ecclesiasticos, inter quos Syluest. id affirmat in summa verbo ordo 4. vers. nec decimotertio sub num. 2. & verbo infamia nu. 4. & 15. Imol. in cap. cum te, post
2 num. 9. de sentent. & re iudic. Non secus ac vetiti præterea sunt beneficia consequi Ecclesiastica, ex Rebuff. in tract. de pacific. possess. nu. mihi 227. Abb. in cap. super eo nu. 5. de elect. in cap. inter, post num. 8. de exce[ss.] Prælat. Hoied. de incompatib. benefic. par. 1. cap. vltimo nu. 79. Quod nedum vendicat sibi locum, si per viam collationis prouideretur de beneficio, vt istorum est sermo, at insuper si per viam electionis, aut præsentationis, teste Lambert. tract. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. quæst. 9. artic. 16. post nu. 3. & videtur sentire Abb. in cap. super eo num. 4. de elect. ita si per viam resignationis iuxtà notata per Paris. in tract. de resignat. benefic. lib. 4. quæst. 3. nu. 43. Immò, & prouisio de beneficijs in gratiam ipsius facta caret omni validitate, quia ipso iure nulla iudicatur per Abb. in cap. querelam vers. fateor tamen, post nu. 3. de iureiurand. Syluest. verbo infamia num. 15. & Lambert. citato
3 artic. 16. nu. 6. Quin etiam hac in re à Doctoribus, eo vsque ventum est, vt sit subsequenti adhuc infamia, beneficijs spoliandus, ordinumque executio-

ne priuandus; quorum verba paulò altius repetam, quo planius illorum sententiam intelligere libeat; 4 quare operę prętium erit, illa vti distinctione, qua Doctores in tres species distinguunt infamiam, maximè Iacob. de S. Georgio in l. testium §. lege iulia nu. 17. ff. de testib. vt alia facti, alia iuris, alia verò canon ca sit.

Infamia facti est, quæ alicuius opinionem gra-5 uat apud multos graues, & bonos viros super aliquo illius crimine per glosam magistram in cap. infames vers. infamia 3. q. 7. quam sequitur Archidiacon. in cap. laici nu. 2. distinct. 34. Viuald. in sua appendice ad candelab. aureum cap. 10. num. 4. cuius exempla duo ponit Ias. in l. cunctos populos 4. lect. n. 45. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. & hæc quippe infamia, licet in ciuilibus non repellat á testimonio, iuxta decis. Tholos. 174. item fuit quæsitum si infames, nihilominus in criminalibus proculdubio reijcit, iuxta decis. Osaschi 79. cum subditus nu. 35. nisi veritas haberi alioquin nequeat per Clar. q. 24. nu. 13. quin & in ciuilibus minuet illius fidem, prout citatus Iacobinus dicto §. lege Iulia nu. 20. probat per glos. in l. 3. §. duæ autem causæ vers. non eandem ff. de carbon. edict. Immò & ipsa impediat, ne quis promoueatur, aut beneficium adipiscatur, aut aliam obtineat dignitatem, constat ex doctrina Abb. in cap. inter dilectos num. 8. de excess. Prælat. per l. 2. C. de dignitat. lib. 12. admonetque Ioan. Faber in rubr. C. de summ. Trinit. & fide catholica n. 32. per cap. fin. de furtis, quam quidem infamiam non aufert pœnitentia, & vitæ correctio, iuxta glosam Ioannis in cap. illi qui vers. fin. 6. q. 1. Lambert. tract. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. artic. 18. q. 9. num. 18. per cap. Euphremium §. hinc colligitur 2. q. 3. Tametsi iam dicta pœnitentia, vitæque emendatione, aliquam facti infamiam ablui scripserit Nauar. in suo manuali cap. 27. num. 204. Si enim in ea sententia est, vt aliqua auferatur infamia facti, ergò implicitè annuit id non passim subsistere, neque in omni infamia facti procedere: illud autem, quod ipsemet illic asseuerat hanc infamiam dispensatione Episcopali amoueri, explicatur disponendo talem facti infamiam suum non sortiri effectum, per auctoritatem Abb. in cap. cum te, post num. 9. de sent. & re iudic. aut, & melius in his tantum militet casibus, in quibus valet Antistes super negotio principali dispensare, & absoluere, iuxta glosam insignem in cap. Domino sancto vers. atque ignominiam 50. distinct. Ipse que copiosius explico in capit. de periurio versic[illegible]od si periurij. Est tamen verissimum illam auferri contrario facto, hoc est, quod sicuti hominum oblocutione processit, ita contrario eorum dicto tollatur, ex Abb. indicato capit. cum te num. 9. Vt autem quis propterea obtemptis priuetur, huiusmodi infamia facti nequit esse idonea causa, vt ait Henriqu. in summ. theolog. moral. lib. 14. cap. 5. §. 3. in medio, & Abb. indicato cap. inter dilectos num. 8. & cap. per inquisitionem post num. 11. de electione, subdens non esse verum, quod in contrarium affirmaretur.

Infamia verò iuris duplex est. Altera, quæ irro-6 gatur in genere facti, & ante sententiam, vt inquit Ias. in l. cunctos populos 2. lectura num. 44. C. de summa Trinitate, & fide catholica, & Aretin. in §. ex quibusdam post num. 9. instit. dr pœn. temerè litig. & ea notantur, quos lex infamat, eo ipso, quod aliquid commiserunt, prout ijdem relati Doctores firmarunt: vt autem ab alijs iudicentur infames, atque vt iuris infames patiantur eosdem illos effectus, quos ipsamet infamia parere solet; oportet, quod sint de crimine in iudicio confessi, aut conuicti cap. testimonium de testibus, vel saltem accusati; durante tamen accusatione, & antequam se probauerint Innocentes cap. final. eodem titulo, aut etiam alio quocumque modo, siuè facto, aut casu, in quo id de iure caueatur, Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. quæst. 9. artic. 16. post num. 2. & succurrit text. in cap. 2. §. porrò 3. quæst. 7. Doctrina autem Bartol. in l. infamem num. 10. ff. de public. iudic. quod confessus de crimine non sit infamis, nisi fuerit subsequuta sententia per legem si reus ff. de procuratoribus, vel non est vera, quia contrariam sententiam approbat glos. in l. ictus fustium ff. de his, qui notant. infam. Innocent. in cap. super his de pœnis, & confirmant allegati textus in cap. testimonium. & finali de testibus, & euidentius glos. in l. sed & si possessori §. si cum. versic. probatum de iureiurand. quam inibi communi calculo probare Doctores, ait Viuius in lib. commun. opinion. vers. infamia iuris, amplexatur Osaschus decis. 79. cum subditus. sub num. 33. & ratio ab eodem Bartol. adducta fortasse non subsistit, quod edictum Prætoris in dicta lege prima, requirat condemnationem criminis ad incurrendam infamiam; sed confessus non habetur pro condemnato ad l. si confessus ff. de custod. & exhibit. reorum, idcircò non infamis. Ista siquidem ratio subsistit meo iudicio, vt respectu pœnæ non dicatur damnatus, qui confessus est, cum exequutor nesciat, quam infligere absque Iudicis decreto; respectu verò infamiæ dicatur condemnatus, eò quia illico postquam confessus est; meretur pati pœnam confessi delicti, iuxta citatum capit. testimonium, & alias auctoritates relatas, quibus declaratur ædictum Prætoris: licet enim à Iudice nondum fuerit sententia prolata, attamen à iure ipso, quin publico iudicio lata dicitur, eaque damnatus facinorosus ipse, prout illud iddem edictum interpretatur Vulpian. in l. palam §. fin. ff. de ritu nupt.

Vel si veritate innitatur Bartol. doctrina, non tisi iure ciuili foueatur, non canonico; aut, & tertio procedat in secunda specie infamiæ iuris, quæ sit illa, quæ per sententiam diffinitiuam à Iudice, & causa cognita promulgatam, irrogatur, vt scripsit Aretin. in dicto §. ex quibusdam; & de tali infamia, verba facit Caputaqu. decis. 90. infamis infamia iuris par. 2. & Archidiacon. in cap. infames 6. q. 1. nu. 1.

Eiusmodi verò infamia iuris, non tantum incur-7 ritur, vbi per viam accusationis proceditur aduersus criminosum, at si per viâ exceptionis per d. cap. testimonium, ibiq; Abb. nu. 12. Etenim nihil refert, sit ne quis per sententiam damnatus de crimine, an per exceptionem conuincatur, dicit Feder. de Senis cons. 48. Domine Francisce in fin. quamuis in contrarium ire videatur Abb. in cap. super eo post nu. 2. de elect. Ita præterea si præcedente inquisitione, teste Bartol. in l. infamiam, num. 7. supra adducta,

adducta, Aretin. indicato §. ex quibuſdam nu. 13. & communi quam recenſet Angel. in l. ea quidem nu. 28. C. de accuſat. ſequitur Clarus in §. fin. q. 72. nu. 3. quorum reſolutio placet admodum, reiecta contraria quam amplexati ſunt complures, & eos tot eſſe aiunt aliqui, quod auſus eſt Calderin. in conſ. 1. de pœnis, affirmare illam communius teneri, non tamen diſplicet quorumdam reſtrictio, vt concluſio à me firmata ſubſiſtat tantum, vbi ſententia lata eſt contra præſentem, & auditum, non autem ſi aduerſus contumacem, aut non ſeruatis ſeruandis, quam dicit eſſe communem Viuius in lib. commun. opin. verb. infamia iuris prope finem; licet quo ad bannitum in contumacia ſentiant contrarium, Nellus in tract. de bannit. 1. par. 2. tempor. q. 49. Roland. conſ. 41. primo quidem aſpectu nu. 48. volum. 1. & Farinacc. conſil. 39. iam video ſub num. 6.

Hæc autem iuris infamia non tantum impedit, quem ordinari, aut beneficium obtinere, at inſuper exercitium ordinum iam ſuſceptorum, auſertque beneficia prius acquiſita, ita Abb. in cap. licet Helij nu. 19. de ſimon. & cap. inter dilectos nu. 8. de exceſſ. Prælat. quam reſolutionem fouet text. in l. infamia C. de decur. lib. 10. & apertiſſimis verbis Henriqu. in ſumm. theolog. moral. lib. 14. cap. 5. §. 3. circa finem; Immò iuſtius impedit aſſecutionem poſſeſſionis beneficij ſibi antea collati, Lucas de Penn. in adducta l. infamia verſ. item infamia impedit.

Non tamen omittendum eſt, quod dum prætenditur incurſa iſthæc infamia prætextu alicuius
8 ſententiæ, conſtare de illa oportet, nec ſufficeret ſi
teſtibus probaretur latam fuiſſe, Lanfranch. in
cap. quoniam nu. 72. de probat. ex quibus inſero ad-
mirabile dictum, quod ſi aliquem ductum ad fur-
cas, vt ſuſpenderetur appareret, attamen non dice-
retur probata infamia, ſi ſententia non produca-
tur, iuxta deciſ. Rotæ Romanæ 1. Iunij anni 1551.
vt eſt videre apud Caputaqu. adducta deciſ. 90. par.
2. quendam tamen iuuenem ſemper reputaui iu-
ris infamiam contraxiſſe, qui de furto Equæ dam-
natus ad triremes per biennium à Iudice primę in-
ſtantiæ; & deuoluta cauſa per remedium appella-
tionis ad Magnam Curiam Vicariæ, pronuncia-
tum poſt multos menſes fuit, carcerem cedere in
pœnam: cum itaque de furto damnatus fuerit, vti-
que iuris infamia notatus apparet per l. furti ff. de
9 his qui notan. infam. Quod autem intelligatur pro
furto condemnatus ille, cuius ſententia fuit, vt car-
cer cederet in pœnam, comprobat tum vſus huius
Regni, & Tribunalium eiuſdem, qui eos condem-
natos exiſtimat; tùm ratio, quod tempus carceris
computandum eſſe in exilij tempus ſuadet l. om-
nes C. de pœnis, cuius verbis ſuffultus Tiraquell.
affirmat, quod vbicumque diutino carcere fuerit
delinquens mancipatus, debeat clementius caſtiga-
ri, ita videlicet, vt à pœna quam pati merebatur,
detrahatur, quod ob longam carcerationem paſſus
eſt; vt ille inquit in tractatu de pœnis cauſa 41. nu.
1. vbi num. 3. textum illum de exilio loquentem ad
cæteras pœnas extendit, quandoquidem ſi pœna
carceris, pœnam exilij minuit cur non, & cæteras
pœnas minuat, non vidit rationem differentiæ, at
potius eandem militare ſcrutatur, ac propterea
iuſtè inquit ſtatuendum fore iddem ius fretus l. illud ff. ad l. aquil. quam eandem ſententiam commendat, Præſes ille meritiſſimus de Franch. deciſ. 317. poſt num. 5. ſubiungens inde prodijſſe vſum curiarum, quo ſententia profertur, vt carcer cedat in pœnam: cum itaque dicatur condemnatus ergo infamis. Neque intereſt ſi opponatur, quod etiam ſi intelligeretur mulctatus, quia tamen non pęna condigna furti, nullam dicatur incurriſſe infamiã, ob illam præſumptionem, quæ inde enaſcitur, non conſtitiſſe ſufficienter de furto: huic enim obiectioni à peritiſſimo Doctore mihi factæ, quamque amplexari Speculat. deinde aduerti in rubr. de ſentent. §. 2. verſ. cæterum poſt nu. 10. complures affero rationes. Primam, quod in huius facti contingentia non controuertitur furtum; itaque certum eſt fuiſſe minoratam pœnam; quia Dominus Equæ illam rehabuerat, nec amplius inſtetit, at potius illi pepercit, remiſitque & eiuſdem furis auunculus, tametſi infimis parentibus, & loco ortus, (vt genitori meo recolendæ memoriæ innotuit, qui ipſum, & fratrem humiles viros exaltauerat, & ad maiora extollerat) tunc honorificè viuebat, ac præualebat, adeò vt ipſum omnes Iudices Parthenopæi magnifacerent; cuius honori, vt conſulerent noluerunt ijdem Iudices eius nepotem debita punire pœna; Alteram adduco reſponſionem, quod ferè biennio vinculis mancipatus ſteterit, cum in prima inſtantia, & in ſecunda pependit cauſa; quare volentes Iudices ſecum mitius agere, non tantum exilij pœnam (ſi meritus eſſet) minuiſſent, ſed Tiraquelli doctrinam ſequuti; pœnam triremium, quam meritus eſt, iuſtè commutarunt. Tertiam nunc addo reſponſionem, quod non pœna, qua quis mulctatur, ſed cauſa propter quam punitur in cauſa eſt, vt infamia iuris incurratur; & ſic genere delicti declarati contrahitur, quamuis nulla fuiſſet appoſita pœna, idque ſatis clarè colligitur ex cap. infames §. porrò 3. q. 7. hinc fit, vt contrariorum eadem ſit diſpoſitio, iuxta l. ad igere §. quamuis ff. de iurepatronat. quod ſola pęna non irroget infamiam, niſi cauſa præceſſerit, aut ſententia infamiam gignens ad l. nullam, & l. fuſtibus C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. ictus fuſtium ff. de his, qui not. infam. Aret. in pluries citato §. ex quibuſdam nu. 12. itaq; non ſolam pęnam irrogare infamiam iuris, ſed facti dicit gloſ. 1. in l. nullam C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Poſtremam aſſigno reſponſionem, & ſit illa, quod in flagranti crimine repertus fuit in loco, qui multis miliaribus diſtabat ab Vrbe, in qua moram trahebat Dominus Equæ, à qua fugiendo Neapolim itineribus deuijs veniebat cum Equa ipſa, ſed qui in ipſo delicti actu deprehenditur, quaſi publico iudicio cõdemnatus infamis fit, etiam ſi nulla ſubſequatur ſententia, aut ea ſubſequatur, quæ ſit abſolutoria, iuxta l. palam §. fin. ff. de rit. nupt. hinc conſtitutum legimus, vetitum eſſe manifeſto latroni aſſumere ordinationes in cap. fin. de furtis, & omiſſa diſputatione, quam Doctores proponunt, maximè Anan. ſuper eo textu à num. 6. vt inueſtigent quando quis dicatur fur manifeſtus, concludo eum eſſe, qui captus reperitur cum furto, per Cyn. in l. falſus nu. 3. C. de furt. Bart. in l. 2. nu. 1. ff. eod. tit. quin ſi minimè apprehenſus fuerit, ſed repertus cum furto, ſatis erit ſi contra illum acclamatum fuiſſe pateat, ex eiuſdẽ

Cyni sententia in fin. dicti nu. 3. & Bald. nu. 9. in ead. l. falsus, atque Bart. indicata l. 2. nu. 2. quare multo magis hoc ipsum procedere dicendum est, cum nō modo deprehēsus, at insuper apprehensus fuit cum furto, iuxta præcitatam Ananiæ opinionem, quemadmodum iuueni isto contigisse manifestum est, constatq; ex actis, ideoq; ordinari nequibat, & miror, quod ipse paruipendens hanc veritatem ausus sit promoueri, atque insuper Canonicatum in insigni Ecclesia adipisci, nulla prius impetrata dispensatione; ac maiori admiratione vexor, quod nemo inimicorum id minimè ignorantium illi, hucusque improperauerit; & eo magis nunc censeo veritate nisi sentētiam quam mox statui, quia his postremis temporibus complures emanarunt declarationes à Sacra Congregatione Cardinalium Sacri Concilij interpretum, super nonnullis capitibus ab Amplissimo Cardinali, & zelote Archipresule Neapolitano, Octauio Acquauiua, quorū primum dubium, & responsio subsequuta, prodest maximè, fauetque iam dictæ opinioni, quorum verba pro maiori cognitione subscribo.

Mensibus proximè elapsis contigit, vt iuuenis laicus, qui fuerat muliebria passus condemnaretur à Curia seculari, vt ignitis lardi guttis percuteretur, quamuis postea, pœna commutata in exilium tantum missus fuerit: Is Religionem Carmelitanorum ingressus durante adhuc anno nouitiatus cum literis dimissorijs sui Superioris ab Episcopo Litteren. ad primam tonsuram, & deinde ad quatuor minores ordines vno, eodemq; die promotus est. Postmodum verò Religionem egressus ad titulum duorum beneficiorum valdè tenuium, Subdiaconus est effectus, tandem Neapolim reuersus magno cum sacri ordinis dedecore in Ciuitate versatur. Quod inconueniens ex eo natum esse videtur, quod nimis facilè à Religionis superioribus dimissoriæ Nouitijs conceduntur.

Quo ad primum Congregatio censuit hunc iuuenem, ita ordinatum esse suspensum, & irregularem, ne dum propter delictum expressum, & sententiam in eum latam; sed etiam, quia primam tonsuram, & minores ordines vno die suscepit, & ad titulum beneficiorum ad eius victum insufficientium ordinatus fuit. Episcopumque, qui illum ordinauit, coarguendum, ac plectendum esse, ac propterea expedire, vt quis ille fuerit Congregationi innotescat, ex præsentis declarationis verbis colligitur apertè, quod si non propria delicti pœna irrogetur, sed mitior, adhuc sit prohibitus ordinari, qui delicto infamiam irrogante commaculatur, & si ordinetur suspensionem incurrat, & irregularitatem postmodum si ministret.

10 Sed quis valeat hanc iuris infamiam abolere, si quæratur respondet Abb. in cap. ex diligenti, sub num. 6. de simon. nulli licere nisi Principi; quamuis non ignorem, quod si á crimine occulto proueniret, etiam pœnitentia auferret, iuxta glosam finalem in cap. illi qui 6. quæst. 1. cap. Presbyterum 15. quæst. 5. & in cap. fin. 25. distinct. vbi Archidiacon. nu. 3. ait hanc sententiam veram præter quam in homicidio, & simonia in ordine, Lambertin. insuper insequitur prædictarum glosarum sententiam in tract. de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. 9. artic. 18. num. 15.

11 Præterea in hac iuris infamia constituo Regulam genericam, longeq; necessariam; omnes esse lege canonum infames, quos leges ciuiles, ita declarant per cap. omnes verò 6. q. 1. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in supracitata q. 174. n. 5. Illud autem, quod Luc. de Penn. videtur in contrarium affirmare in l. infamia circa fin. vers. item nota C. de decur. lib. 10. scilicet nō omnes lege canonum esse infames, quos ll. seculi, ita pronunciant, intelligitur iuxta text. in cap. Euphremium §. hinc colligitur 2. q. 3.

Species verò infamiæ, aut casus illam producentes, si recensere vellem, non equidem possem breuitati, quam peropto, studere; ac lectores tædio afficerem, ideò remitto ad text. in l. 1. ff. de his, qui notant. infamia in cap. infames 6. q. 1. & Doctores pluribi copiose explicantes, ac præsertim Salyc. in margarita fisci fol. 99. vbi enumerat sexaginta, & vnum casum, in quibus ille imponitur; quos omnes sub illa perstringo distinctione, quam posuit Henriqu.

12 in sua summ. theol. moral. lib. 14. cap. 5. §. 3. vbi infamiam ex triplici capite, vel causa oriri inquit, nempè ex delicto proprio, aut ex delicto, & infamia parentum, vel ex officio, obligationeuè, ac statu quodam infami.

Circa primum caput non immorabor, propterea quod iudico satis esse, quæ super ea re scripsi, vers. infamia facti iuncto vers. seq. Quo verò ad secundum caput de infamia procedente ex delicto, & infamia parentum exemplificare validè possum in filijs hæreticorum, de quibus tractabo, si Deus dabit in cap. necnon in alijs committentium crimen læsæ Maiestatis, quorum memini in cap. vel etiam in filijs meretricum publicarum, quamuis coniugatarum, teste Henriqu. eodem cap. 5. §. 4. atque in eo, qui meretricem duxit, eiectam, repudiatam, ioculatricem, publicis spectaculis debitam, saltatricem, scenicam, scurrilem, aut seruam, Nauar. in summa cap. 27. nu. 197. Maiol. lib. 3. cap. 1. vers. ob eandem sub num. 5. qui subdunt, neque ad ordines esse illos admittendos, per cap. si quis viduam 50. dist. cum notatis ibidem. Ac tādem quod ad vltimum attinet cap. vt de infamia prouenientе ex proprio delicto, officio, aut exercitio vili; exēplifico in Histrionibus, & similibus per cap. 1. caus. 4. q. 1. l. Athletas §. ait Prætor ff. de his, qui notant. infam. Glos. in cap. donare vers. Histrionibus 86. distinct. cap. maritum 23. distinct. vbi Archidiac. nu. 2. dumtamen talia saltem bis exercuerint, & causa quæstus, vt aiunt Abb. & Doctor. in cap. cum decorum de vit. & honest. cleric. & expressius Lambert. tract. de iurepatron. lib. 2. par. 1. q. 9. artic. 26. nu. 9. per text. in l. palam ff. de rit. nupt. & cap. ita nos 25. q. 2. & ordinari propterea prohibentur, vt inquit Archidiac. in citato cap. maritum, & Lambert. adducto articulo post nu. 10. sub hoc etiam capite cōtinentur mimi, scenici moriones, iaculatores aurigæ, gladiatores, cursores stadiorum, ludi olimpij coraules, citharedi, lyristes, saltatores, caupones, & consimiles, quorum meminit Maiol. de irregul. lib. 3. cap. nū. 5. & lib. 2. cap. 5. nu. 17. Viuald. in addit. ad candelab. cap. 10. nu. 9. & quiuis alius stipendio conductus ad similia officia, Henriq. citato cap. 5. §. 5. in textu, iuncta glosa lit. O, & hi omnes ordinibus insigniri prohibētur, sicuti & macellarij, tabernarij, balnearij, cloacas emundantes, pelles expurgantes, ac

ac Fullones, vt ipſemet Maiol. in eodem capit. 1. lib. 3. num. 5. verſic. Macellarij, per textum in clement. 1. de vit. & honeſt. cleric. & plenius Diaza ſcribit in praxi crimin. canon. cap. 63. quinimmò macellariorum, & tabernariorum officium publicè, & perſonaliter exercentes poſt ſuſceptos ordines, ſi tertio nominatim moniti non deſtiterint, eo ipſo priuilegium clericale amictant perſonale, ſi vt laici incedant, & reale ſi vt clerici, per eandem Clementinam Primam.

13 Sed qui Iuris infamia notatus, à laico fuerit Principe habilitatus non erit propterea ad Eccleſiaſtica idoneus, vt admonet Archid. in cap. lege 10. diſtinc. Verum ſi nulla præcedente Apoſtolica diſpenſatione auſus ſit ordines ſuſcipere, aut etiam in eis miniſtrare, nouam non ideò incurrit irregularitatem, vt dicit Archid. & defendit in cap. Apoſtolica num. 1. in fine 56. diſtinct. quare decipitur ſine dubio Maiol. dum in lib. 3. c. 1. num. 8. monet id non eſſe ita ſicco pede admittendum propter temerariā ſuſcepti ordinis adminiſtrationem. Etenim verum licet ſit, illegitimum abſque diſpenſatione promotum, aut in promotis miniſtrantem, temerariè ſuſcipere, ac magis temerariè miniſtrare, attamen hoc non obſtante ſit indubitata concluſio à me ipſo firmata in cap. de illegitimis num. 99. communique ſouetur opinione, vt illé nouam propterea non contrahat irregularitatem, cum ſufficiat non eſſe ſuſpenſum ob crimen, vt eſt videre latius apud notata per Abb. in cap. ſi celebrat. nu. 4. de cleric. excom. miniſt.

14 Tandem prætereunda non eſt inueſtigatio infamiæ Canonicæ, quam ita dici, & eſſe animaduerto quæ oritur ex quouis peccato mortifero, ex doctrina Lucæ de Penna in l. 2. verſ. item nota quod eſt infamis C. de dignitat. lib. 12. Lambert. In tractat. de Iure patron. lib. 2. par. 1. quæſt. 9. art. 16. poſt num. 2. & pœnitentia aboletur, vt optimè præcitatus Lambert. edocet in eodem artic. 16. num. 8. ac propterea niſi pęnituerit, quemadmodum generica eſt reſolutio, vt peccet aliquod ſuſcipiendo Sacramentum in cap. fin. 40. diſt. ita ſpecſatim verum eſſe non dubitandum, ſi ad ordines preter quam ad minores aſſumi patiatur, & abundantius demonſtro in rub. 1. verſ. vnumquodq; autem nu. 100. inibi etiam concludens, eum quoque grauiter peccare, qui peccato commaculatus aliquod miniſtret Sacramentum, ſequutus Diuum Thomam in 3. par. quæſt. 64. art. 6. & alias auctoritates, ac rationes inibi relatas, & hic conſulto ſilentio inuolutas, ne bis idem repetam.

15 Sed qui virgis cœſus fuit pręcedente Iudicis ſententia, aut ad triremes damnatus in eis ſteterit quia promoueri non valet, ex Nauar. conſ. 43. quæritur 1. num. 2. de temp. ordin. in nouis par. 1. videndum eſt, dicendum ne id ipſum ſit vbi ſententia prætenditur iniuſta, & affirmatiuè in foro exteriori, negatiuè autem in interiori reſpondet idem Nauar. inibi.

Verum reſolutio iſthæc Nauarri contra fuſtibus cœſum, aut triremes damnatum, nè amplius admittatur ad ordines, non minimam videtur pręſeferre difficultatem, propter illud, & inſigne Marcelli Reſponſum in l. ictus fuſtium ff. de his qui notant. infamia ſub his verbis, ictus fuſtium infamiam
non importat, ſed cauſa propter quam, id pati meruit, ſi ea fuit, quæ damnato infamiam irrogaret:
In cœteris quoque generibus pœnarum eadem
forma ſtatuta eſt, ob quam fortaſſe rationum deflexerunt prudentiſſimi illi Rotæ Romanæ Patres,
ad decidendum in vna Bononien. teſtamenti corā
Auguſtino, die 1. Iunij 1551. citata ſuperius, ac
relata per Caputaq. deciſione 90. infamia, par. 2. requiri ſententiam condemnatoriam de crimine famoſo, quod infamet, vt quis dicatur infamis, infamia Iuris per l. furti ff. de his, qui notant. infam. Neque teſtes atteſtantes aliquem ductum ad furcas,
probare infamiam cum neceſſario non ſequatur
præceſſiſſe ſententiam credo igitur oportere antecellere ſententiam eamque produci, vt cognoſcatur, ſi iuſtè condemnatus; atque ob cauſam infamantem: His tamen reluctari videntur alia, &
16 veriſſima ſuppoſita; illud præſertim, quod, nobiles pœnis ignominioſis, haúd eſſe plectendos ſcripſit Fulgoſ. conſ. 167. ſuppoſito ſtatu num. 4. Afflic.
in Conſtit. quicumque toxicum, ſub nu. 2. Couar.
lib. 2. variar. Reſolut. cap. 9. num. 4. verſ. 5. quare
volentes præfati Doctores haſce pœnas opprobriū
afferentes declarare exemplificarunt, præ cœteris
in pœnis furcarum, fuſtigationis, & triremium;
17 ideoque non eſſe furca ſuſpendendos, ſed decapitandos nobiles, ignobiles verò ſuſpendēdos, monet
18 Præſes de Franchis deciſ. 569. in hoc Regno vol. 4.
neque fuſtigandos reſpondet Calliſtratus in l. capitalium §. & vt generaliter ff. de pœnis gloſ. in l. deſertorem §. pœna verſic. torquentur ff. de re milit.
& Bart. in adducta l. capitalium §. ſerui cœſi, Bald.
in cap. cum quidam num. 3. extra de Iure iuran. &
alij multi relati per Petrum Duenam in Regula
190. Decuriones, atque Clarum, quæſt. 60. verſ.
19 prodeſt etiam. Ad triremes etiam eoſdem nobiles
non eſſe damnandos pronunciauit Magna Curia
Vicariæ teſte Gram. deciſ. 32. eo quod eam ignominioſam, vilemq; exiſtimant pœnam, omnes ſcribentes, maximé Anna conſ. 34. num. 4. vol. 1. Diaza
in praxi crimin. cap. 146. ſub numero & aliqua pro
confirmatione notat præcitatus eruditiſſimus Præſes de Franchis, in eadem deciſ. 569. & inſuper deciſ. 630. vol. 4. Idque deſumi rectè poteſt ex tex. indicatæ l. capitalium; cuius verba huc ſpectantia
ſunt, eſt enim inconſtans dicere, eum, quem principales Conſtitutiones, fuſtibus ſubijci prohibuerunt, in metallum dari poſſe: ergo eos vetat in me-
20 tallum dari, quos, & fuſtibus cædi; ſed pœna triremium in illius metalli locum venit, teſte Ioanne
de Imola, & alijs, quos recenſet collaudatq; Anton.
Capicius deciſ. 153. Notarius Petrus, num. 3. Antonius de Nigris in cap. Regni 21. num. 33. & Diaza eodem capite 146. ſub nu. 3. Inde fit, vt quemadmodum eo in textu prohibentur fuſtigari, ita, &
ad triremes damnari, & conſequenter, omnes hæ
pœnæ, nobiles afficere non valent, propter illam
vnicam rationem, quòd ignominioſæ ſunt, irrogantque infamiam. Verum quia infamis promoueri vetatur, propterea & hi poſtquam virgis cęſi fuerunt, & in triremibus ad ſtatutum tempus
perſtiterunt, neque ad altiores euehi ordines poterunt, ex Principe concluſione huius capitis.

21 Sed ordines antea receptos vtrum ne valeant exequi, Miſſamque interea celebrare? & negandum

dum esse opinor, ex his quæ scripsi superius vers. hæc autem iuris infamia, & magis in specie super cap. 33. de criminosis, versic. quinimmò, iuncto versic. sequenti num. 2. ipseque propterea non sum passus reuertentes ex triremibus statim celebrare Missas in mea Diœcesi; quamuis alibi hoc non aduerti intellexerim; consonum enim esse credo, abstinere eos debere aliquo temporis interstitio, quo saltem aduersus eos enata fama, recedat.

SVMMARIA.

Periurium sit ne delictum homicidio grauius? num. 1.
Illud grauissimum esse crimen ostenditur, numero 2.
Solum Deum an habeat vltorem, an homines etiam? num. 3.
Periurij pœna varia, secundum varietatem gentium, & nationum semper fuerit, numero 4.
Qui semel peierauit, amplius testimonium dicere prohibetur, num. 5.
In causa vero fidei admittitur, num. 6.
Agere insuper vetatur, num. 7.
Id tamen parte apponente, num. 8.
Si Clericus, sit ab ordine, & beneficio deponitur, num. 9.
Quod si laicus ad ordines ascendere non valet, num. 10. & num. 14.
Accusatio testimonium, & ordo, à pari procedunt, vt in vno probibitus sit itidem in alio, num. 11.
Collatio beneficij illi facta, inualida reputatur, num. 12.
Quo periurio irretitus, contrahat infamiam? num. 13.
Quotupliciter distinguatur periurium, subnectitur; & vna qualibet species declaratur, num. 15.
Absolutio obtentà à periuro non ei prodest, cum declarationibus, & explicationibus multis, num. 16.
Promissa non adimplens in tempore est quippè periurus additis tamen quæ annectuntur, num. 17. & 20.
Episcopus absoluere à periurio nequit, idque latè probatur, num. 18.
Metus non annullat Iuramentum aliaq; ipso Iure præter Matrimonium, & votum, num. 19.
Iurisiurandi multiplex traditur definitio, numero 21.
Ad illius substantiam requiratur ne tactus alicuius rei? num. 22.
Episcopi Præsbyteri Religiosi, & alij Prælati cum iurant, tangunt pectus, num. 23.
Sæculares autem Principes, atque etiam Reges, & Imperator tangunt scripturas, num. 24.
Iuramentum cum rectè præstatur licitum esse probatur, num. 25.
A iuramento relaxatio, à periurio autem petitur absolutio, num. 26.
Relaxationem à Iuramento solent concedere Antistites, & alij Prælati, num. 27.
Non tamen omnis, sed ille tantum, qui petentis est superior ordinarius, num. 28.
Item ille qui præest loco, in quo celebratus est contractus, num. 29.
Itidem qui loco, in quo petens obtinet domicilium, num. 30.
Non autem eius loci Antistes, in quo lis mouetur, num. 31.
Iudex laicus possit ne cognoscere si absolutio sit valida discutitur, num. 32.
Relaxatio non vnica sed tot requiruntur, quot iuramenta etiam in eodem Instrumento præstita, num. 33.
A prædicta concessione relaxationis iuramenti liceat ne appellare etiam ad effectum suspensiuum, num. 34.
Et si Iudex detulerit appellationi, suspendatur ne effectus relaxationis, num. 35.
Citatio partis vtrum requiratur ad talem concedendam relaxationem? num. 36.
Relaxatio à Iuramento ad effectum compensandi an concedenda sit, num 37.
Non autem ab obligatione Camerali, tametsi ad dictum effectum compensandi, num. 38.
Partis remissio eximit iurantem à periurio, num. 39.
Minor deuinciatur ne iuramento, vt citra absolutionem venire aduersus contractum nequeat? num. 40. & 43.
Ratio diuersitatis apponitur cur in masculo lõgius, in fœminis verò breuius constituit pubertatis tempus? num. 41.
Pubertati proximus Puberi comparatur, numero 42.
Contractus minoris Iuramento vallatur, numero 43.
Læsio ita præcedere oportet vltrà dimidiam si maior iurauit, ac si minor, num. 44.
Canonici successores iurantium non indigent absolutione, num. 45.
Neque Hæredes quamuis eos obliget testatoris iuramentum, num. 46.

Capi-

Capitulum XIX.

1 PERIVRIVM, & peſſimum ſcelus eſſe,& homicidio grauius,ex iſtimat Diuus Thomas quodlib. 1. artic. 18. Ripa in cap. ex parte nnm. 3. de Reſcript. refertque Bauer. in tractat. de virtute iurament. numer. 122. è quorum ſententia licet videatur reſilire Angel. de Clauas. in verbo periurium num. 8. & Couar. in cap. quamuis par. 1. §. 7. poſt num. 1. de pact. in tantum quod Diuus Antoninus volẽs has diſſentientes conciliare ſententias in ſumm. par. 2. tit. 10. cap. 7. §. 3. periurium grauius eſſe ait quo ad Deũ, quo verò ad homines, grauius ſit homicidium, eò quod illis maius damnum, ac nocumentum infert; & ſequitur Serafin. in tract. de priuil. Iuram. priuil. 137. ſub num. 7. Vnanimi tamen ſcribentium aſſenſu
2 conſtat, illud enormiſſimum eſſe crimen, quod duodecim præſertim rationibus comprobat Gulielm. Perald. in ſumma de vitijs, & virtut. tomo 2. tractat. 9. par. 2. cap. 4. vt propterea peierantem multis eſſe afficiendum pœnis iuſtè ſanxerint iura.

Quamuis autem perdifficilis admodum viſa omnibus ſemper fuerit quæſtio, ſint nè ab hominibus puniendi, qui peieraſſe conuincuntur, cum
3 ſolum Deum eos habere vltorem dixerit textus in l. 2. C. de rebus credit. cuius diſpoſitionem in omni iuramento ſcilicet voluntario, neceſſario, & iudiciali ſubſiſtere adiunxerit in eomet text. Odoffr. Nihilominus veritate haud aberrabit quiſquis opinatur ab hominibus etiam eos eſſe pœna plectendos; vel quia textus ille de pœna ordinaria dumtaxat explicetur, vel de iuramento litis deciſiuo, vel ſaltem de eo, quod alijs minimè officit; ſicuti Ioan. Montelon. egregiè reſpondit in ſuo promptuario iuris, verbo periurium, verſic. ero teſtis in fine, & Boer. deciſ. 305. & præmitto, vbi eam potiſſimum tuetur reſponſionem, de iuramento litis deciſiuo, ideoque non videatur conſtituere regulam generalem, vt periurium nulla pęna ſit ab homine puniendum; ſed tantum nè pœna retractationis iuramenti, & propterea ne iuramentum tanquam annullatum, & nullum reputatum, aliquam operetur vtilitatem, ac ſi non eſſet præſtitum, vt enim ſit litiũ finis ſancitum eſt, quod ſi litigans elegerit ſtare fidei, ac iuramento aduerſarij ſui, quiquis conuincatur falſum iuraſſe, obtineat in cauſa, & pœna retractationis ſui iuramenti propterea non punitur; quia ſi puniretur, non obtineret in cauſa, & tamen verum eſt obtinere per text. in §. item ſi quis poſtulante inſtit. de action. & l. non erit §. dato ff. de Iure iuran. iuncta l. 1. C. de rebus credit. vel de iuramento temerario quod alterum minimè lædat, Archidiacon. explicat in cap. homines 22. quæſt. 2. Romanus conſil. 112. Couarru. in prima parte relect. §. 7. num. 4. & Marchiſ. in commiſs. abſolut. iuram. cap. 1. num. 6. puniri itaque poterit alia, & extraordinaria pœna iuxta l. 2. & final. ff. de crimin. ſtellion. & gloſam, quæ hanc videtur afferre reſponſionem ſuper eadem l. ſi quis maior, verſic. vltorem in 1. ſolutione, alteramque gloſam in l. ſi duo patroni §. fin. de iure iurand. quare ſcimus omnium ferè gentium curam fuiſſe, nè periuria
4 inulta abirent, exempliſque demonſtrarunt, illa ſibi diſplicuiſſe. Etenim apud Indos qui falſus deprehenditur, & de periurio conuincitur, & manuũ pedumque digitis extremis decurtatur, ſi Straboni fides eſt adhibenda in lib. 15. & Ioanni Bohemo lib. 2. Morũ omnium gentium c. 8. quod etiã Germaniæ ſeruatur ex ſanctione conſtitutionum cauſarum capitalium Caroli V. art. 107. & apud Scythas periurij pęna eſt amputatio capitis, itidemq; ue apud Aegyptius Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 3, idem q; Boemus lib. 1. cap. 3. ex legibus autem Caroli Magni capitalibus cap. 10. nulla redemptione immunis eſt quiuis periurium fecit, niſi manum perderet, quod ipſum in legibus Longobardicis ſtatutum eſt lib. 2. tit. de periur. & Conſtitutione Regni exordiente, eos qui ſcienter. Quinimmó Romæ ex Saxo Tarpeio deijciebatur teſte Liuio, & reliquarũ regionum moribus ſuperinde exploſis; Noſtrarũque legum Canonicarum, & Ciuilium ſanctionibus huiuſmodi periuros certum eſt puniri, & quãdoque pœna mortis, cum ſcilicet falſum in iudicio teſtificati ſunt ex cap. Rex debet 23. quæſt. 5. dummodo in capitali cauſa dixerint teſtimonium ex gloſa in illo met capite, & comprobatur l. 1. §. 1. ff. ad l. Iul. de Sicar. affirmatque Henrich. Boich. in capit. 1. de falſis, idque obſeruantiæ mandauit Senatus Delphinalis, vt meminit Guid. Papeus deciſ. 44. teſtis falsò deponens, vel ſaltem ſimilitudine eius ſupplicij quod alteri per ſuum periurium moliebatur ex Iaſone in §. item ſi quis poſtulãte nu. 64. inſtit. de action. alios coaceruante, Illa autem, & mitior Senatus Pedamontani interpretatio, vt eo in caſu pœnam mortis ſubeant falſi teſtes, cum in capitali cauſa teſtimonium protulerint Reuſq; propterea immeritam paſſus eſt pœnam; ſecus ſi comperta falſitate, & eiuſdem rei innocentia abſolutus fuit, ab iniecto crimine, & tunc manus tantum obtruncatione, & publicatione bonorum mulctetur, ſicuti in ſucceſſo caſu idem Senatus obſeruauit teſte Oſaſco deciſ. 19. non vt ique diſplicet, ſi æquitate niti velimus, quod ſi iuſtitia, opinor rectius fieri, ſi primariæ aſſentiamus ſententiæ, cui ſubſcribit etiam Marſil. conſ. 27. ſu per dubitatione nu. 1. & conſ. 70. oportuna num. 14. In cauſa vero ciuili ſi falſum deponant, triplici pœna plectendi eſſent, vt aiunt Doctores in c. 1. de crimine falſi; vbi id præſertim fatetur, & eas refert Henrich. Boich. num. 6. nempè ſeptenni pœnitentia, quia Deum offenderunt, Infamia quia Iudicem deluſerunt, & quia proximum quoque læſerunt tenentur illi perſoluere intereſſe, quod ex eorum iuramento paſſus eſt; quam nouiſſimam pœnam comprobat textus in l. ſi legatarius ff. de dolo, & cap. hæc imago 33. quæſt. 4. ac Ioannes Montolon citato in loco, opitulaturque Regula gloſæ in cap. Præsbyterum de homic. eam tamen in foro exteriori ſubſiſtere non interiori, in quo non niſi pro falſo teſtimonio teneri, non autem ad damnum ex eo proueniens, ſcripſit Vincent. in cap. 1. de cuſtod. Euchariſt. quem ſequi communiter Doctores, aſſeuerat Corſett. ſingulari verbo, teſtis; & Iulius Clarus in §. falſum poſt num. 15.

5 Qui præterea ſemel peierauit ad iurandum amplius

plius non admittitur in eadem, vel etiam diuersa causa, vtcumque pœnitentiam egerit per cap. testimonium de test. c. non potest 2. q. 7. c. quicumq; 6. quæst. 1. & c. paruuli 22. quæst. 5. glosa in cap. ex parte vers. de periurio de testibus in cap. per tuas vers. adulteri de simon. Ruin. consil. 146. Magnifice num. 2. & 4. volum. 5. & cœteris distinctius, & expressius Iacob. de S. Georgio in l. testium §. lege Iulia num. 5. ff. de testibus, quam esse communem opinionem scribentium nullamque admittentem contradictionem fatetur Boss. in tit. de Inquisit. num. 42. Viuius lib. 1. communium opinion. verbo in testem Bursat. consf. 35. vol. 5. Roland. à Valla consf. 36. videtur dicendum num. 9. & consf. 73. in causa num. 6. vol. 1. ac melius consf. 57. quia omni, post num. 19. vol. 4. Farinac. de indit. & tortura q. 42. num. 183. namque perdidit ipse propterea omnem facultatem probandi per iuramentum ex resolutione Doctorum in l. admonendi ff. de Iure iuran. præsertim Ias. num. 117. vers. secunda species Ripa num. 56. versic. retenta, & Marsil. consf. 178. salus omnium num. 12. quod vsque adeo verum, vt si statuto disponeretur damnū passi iuramento standum esse, in causa damni dati, si ille fuerit periurus, eius iuramento nulla adhibeatur fides scripsit Ioan. Andr. in addit. ad speculat. tit. de teste §. 1. versic. Barbat. in c. per tuas, & illic glosa de simon. Marsil. sing. 74. tu habes regulam, & sing. 273. notissimum, & 458. libet, nec non in Rub. de fideiuss. à num. 167. Alciat. de præsumpt. Reg. 2. præsumpt. 10. Ioannes Baptista Plotus in l. si quādo nu. 794. C. vnde vi Mising. obseruat. 58. illud etiam cent. 3. & Campag. super 4. capitulo Regni num. 36. Præfatæ autem regulæ sex ampliationes adducit, itemque duas restrictiones; omnesque notatu dignas Mascard. de probat. conclus. 1168. periurus vol. 3. qui-
6 bus aliam ipse addo restrictionem à Mascardo non tactam; scilicet in causa fidei in qua etiam periuri audiuntur testimonium dicturi, per Eymericum in Director. inquisit. par. 3. quæst. 65. & inibi eruditissimus Pegna nunc Rotæ Decanus Cōment. 114. locatus in opere iudiciali verbo periurus, Gondessaluus de hæreticis quæst. 13. nu. 12. ac Iacob. Nouell. in Regula 160. Periurus. Ioan. Roijas singul. 194. vers. Sed speciale est, & sing. 195. Nouissimeq; citatus Borrell. num. 62.

7 Ab agendo quoque repellitur qui periurus est, vt communis sententia Doctorum probat à qua nemo dissentit per cap. dilecti, vbi Abb. aduertit de except. specul. in tit. de actore §. 1. numero glosa in dicto cap. paruuli vers. causa 22. quæst. 5. Anchar. consf. 382. retento num. 10. Ripa in cap. ex parte num. 2. de rescript. Crauett. consf. 7. Diuino subsidio num. 12. Soccin. Iunior consf. 125. num. 3. volum. 3. Menoch. consf. 24. iam me solutum num. 14. vol. 1. & concinit textus in l. siquis Maior. C. de transact. ac Petrus Surd consf. 37. viget nu. 1. vol. 1. Hoc scilicet in eadem causa in qua peierauit non alia, vt præter antedictos inquiunt Alex. indicata l. si quis maior numero 15. Iason, & Bald. in repet. l. 2. ff. de Iure iurand. & consil. 118. præmittendum volum. 4. Roman. sing. 493. tu sai; Crauetta consf. 191. in causa post num. 7. Felin. in cap. intelleximus num. 6. de Iudic. nec non in eodem cap. dilecti num. 2. inibique Decius subiungens communem esse opinionem, & Petrus Benint. decis. 49. num. 13. necnon Gemin. qui expressissimis verbis asserit non repelli in alia causa, in cap. 1. vers. nota incidenter de litis contest.

8 Quinimmò, & in eadem causa nō nisi parte opponente eijciatur, scripsit Crauetta consil. 199. ad subtilia num. 12. eaq; non opponente subsistat processus per Lapum allegat. 24. num. 8. & illic Mandos. copiosè adiungit; Quibus haud refragantur duo illa assumpta, nempè quod etiam si non opponat pars, valeat Iudex periurum reijcere ex sententia Bologn. consil. 29. & Anchar. atque Imolæ, & Cornei citatorum à Neuizano consf. 21. nu. 2. & sequitur Surdus indicato consil. 37. num. 2. eo quod neque valeat pars aduersa, licet velit remittere periurium ex Menoch. consf. 343. contractus nu. 48. & 49. Bart. in l. labeo nu. 6. ff. de iure iurand. Alex. consil. 17. Ponderatis num. 5. lib. 3. Crauet. consf. 151. neminem num. 9. volum. 1. Paris. consil. 46. nu. 91. lib. 1. & consil. 69. Dominus Ambrosius num. 106. lib. 3. Neuizan. consil. 23. num. 8. Roland. consil. 34. Redemptoris num. 3. vol. 1. Ferrar. caut. 2. nu. 4. Couar. in cap. quamuis par. 2. §. 3. nu. 2. de pact. Nam priori rationi facilis est responsio, quod licet possit non tamen cogitur Iudex repellere periurum, si pars non opponat, ita & secundæ rationi respondetur, quod si pars nequit periurium remittere potest tamen exceptionem periurij condonare, vt respondet Serafin. de priuil. iurament. priuil. 174. num. 18.

9 Quod si Clericus sit qui peierauit, vt is ab ordine, & beneficio deponatur sancitum est in c. Præsbyter 81. dist. & cap. cum non ab homine de iudic. Abb. aduertit in cap. querelam numero inibique Felyn. num. 1. de iure iurand. Diazza in praxi crim. Canon. capite mihi 92. nu. 1. Maiol. tract. de irreg. lib. 5. cap. 33. num. 1. & alij mille relati à Borrell. in summ. decis. tit. 62. sub nu. 23. id tamen inquiunt non ipso iure, sed præcedente sententia; quod circa dignitatem obtentam, vt ea priuetur clare explicat, & opinionem magis communem fatetur Gomes. in §. item si quis post num. 28. instit. de action. Clarus in §. periurus num. 3. Cappell. Tholos. decis. 17. Ioan. de Selua tract. de benefic. par. 3. quæst. 3. citatusque Borrell. num. 35.

In beneficijs insuper procedere asserit Francisc. Marchus decis. 665. quæritur an propter periuriū num. 3. vol. 1. & communem pariter sententiam esse attestatur idem Felyn. in c. ex parte el 1. nu. 2. inibique Ripa post num. 13. de Rescript. Dec. in cap. cum non ab homine post num. 5. de Iudic. qui-
10 nimmò, & laicus prohibeatur etiam ordines suscipere Maiol. affirmat citato lib. 5. cap. 33. post nu. 2. si namque ferre testimonium est vetitus ex glosa in cap. per tuas vers. Adulteri de simon. Roland. à Valla consf. 6. quanta num. 9. vol. 2. Gigante tract. de crimine lesæ Maiest. quæst. 11. num. 1. & Iulio Claro indicato §. num. 6. dicitque præterea Alber. in l. Lucius nu. 3. ff. de infam. subnectens ita communiter asseuerare Doctores, inde fit ne possit ordina-
11 ri; Etenim accusatio, testimonium, & ordo ambulant pari passu, & cui aliud illorum interdicitur, etiam, & reliqua interdicta censentur, per solemnem glosam finalem in c. Apostoli 2. quæst. 7. Quin
12 etiam collatio facta periuro inualida fit, censet Mileus

leus in ſuo Repert.verb. periurus; Aduerto tamen illum impediri teſtimonium ferre,& ordines ſuſci-
13 pere, qui nedum venit aduerſus proprium iuramentum, ſed etiam contra promiſſionem; in quo quidem caſu notatur infamia, iuxta gloſæ doctrinā in l.Lucius §.quæro.verſic.debet autem.ff. de infamibus quam fuiſſe communiter approbatam, teſtatur Cagnol.in l.ſiquis maior, nu.191.C. de tranſact. quare ſi aliquis rem aliquam de præterito, vel præſenti fateatur, quæ falſitati ſubiaceat, ob iſtud periurium enatum ex iſto iuramento aſſertorio, nullam contrahat infamiam, ſed is tantum ea notetur, qui iuramentum promiſſorium violauit, & eſt qui aliquid de futuro pollicitus eſt intercedente iuramento Marchiſin. poſt alios in commiſſ. relaxat. iurament. cap. 1. num.28. hic enim ſi promiſſionem non ſeruauit infamis efficitur, iuxta diſtinctionem præfatæ gloſæ atq; alteræ in cap.quicumque 6.quæſt. 1.& communem aſſerit Lanfranch.in cap.quoniam contra in verbo teſtes num.135. de probat.latè Felyn. in cap.teſtimonium num.20. & ſeq. poſt Abb.de teſt. Iaſ. in d.l.ſiquis maior nu.21. C.de tranſact.& probat. Iulius Clarus in §.Periurus num.2.Diuus Thomas in ſum.2.2. quæſt.98. art.3. Lambert. tract. de iur.patron. par.1.lib.2. quæſt.9. artic.15. Couar.in cap.quamuis par.1.§.7.num.4.& concinit Surdus conſ.37. viget num. 13.vol.1. vel ſi iuretur in iudicio ſemper infamet reiecta diſtinctione præfatæ gloſæ, præſertim ſi in alterius vergat præiudicium concludit Franc.Marc.deciſ.705. quæritur,quia dictus num.3. vol.1.

14 Eſt tamen verum non omnem prohiberi ordinari, neque omnem promotum deponi, vel beneficiatum obtempto beneficio ſpoliari, ſed illum ſolum qui in illud incidit periurium quod iudiciale dicitur ex ſtylo ſignaturæ quem refert Staphyleus de literis gratiæ ſub Rub. de varijs modis vacat num.112. ſequiturque Diazza in praxi crimin.Canon.capit.92. in fin.& Maiol. de irreg.cap.33. poſt num.2. quare non illud credendum cum ſolum venerit contra fidem licet maiori Doctorum calculo placuerit interpoſitionem fidei æquiparari iuramento per tex. in cap.ad aures de his quæ vi metuſue cauſa fiunt,& cap.peruenit iuncta gloſa verſ. iuramenti de fideiuſſ. textum in cap. peruenit el 2. de Iure iurand. & gloſ. in cap. penult.illo tit.verſic. quod promiſit,& conueniunt Butrius in cap. peruenit num.4. & cap. cum tempore num. etiam 4. de arbitr. Felyn. in cap. præterea nu.15. de ſponſal.inibique gloſa verſ. interpoſitione Iaſ. in §.item ſi quis poſtulante num.52.inſtit.de action.Curt.iunior conſ.286.habita diligenti nu.15.volum.3.& latè Schurfius conſ.37.in præſenti caſu num. 11. & 21. cent. 2. adeo quod multi exiſtimarunt idipſum operari fidei interpoſitionem,quod & iuramentū, eoſdemque effectus parere,ex Iaſone, alijs omiſſis, in l.ſiquis maior nu.16. C. de tranſact. ſiquidem comparationem huiuſmodi,& ſimilitudinem, non procedere quoad paritatem pœnæ certum eſt cum gratius puniri iuramenti violatorem quam fidei ſcribit Felyn. adducto nu. 15.& gloſa recepta indicato cap.penult. verſ. quod promiſit, quod tanta veritate nititur, vt periurij pœna numquam vendicet ſibi locum,niſi violetur iurata promiſſio addito verbo iuro,& iuxta regulam c. odia de regul. iur.in 6. fiat reſtrictio in pœnalibus, prout in indiuiduo caſu ſcripſit Fely.citato loco,& Andr.Gayl. pract.obſeruat.lib.2. obſeruat.59. ac propius ad rē præſentem, ne violator fidei mereatur priuari beneficijs, aut ab ordinibus deponi tenet Rota deciſ. 138.noto quod poſito.vel 1.de Iure iuran.in antiq. & deciſ. 1. de pactis in antiquior.

15 Periurium quadrupliciter diſtingui cenſet communis Doctorum Schola,& teſtatur Azor. lib. 11. Moral. inſtitut. capit.22. verſic. tertio quæritur, & antea dixerat Angel.de Clauas.verbo periurium & 1.illius ſpecies eſt cum falſum iureiurādo firmatur ac tribus modis contingere poſſe, exemplificat Altera vero ſpecies ſi promiſſio facta in re iuſta, & valida iureque pierando confirmata non completur,vel contra illam fiat tertia ſi quis polliceatur facturum ſe aliquid iniquum. Nouiſſima autem ſi temere,& inconſiderate iuretur; eſt tamen indubitatum,tunc propriè dici periurium, cum ſumus in prima, & ſecunda ſpecie in cœteris duabus videatur potius ineſſe ratio quædam incauti, ac temerarij iuriſiurandi; Quinimmò relatum ſecundo loco periurium, quod promiſſorium appellatur incurritur ſtatim quod aduerſus pactum iuratum ſit aliquid in iudicio per alteram partium,dato quod ſolum libellus fuerit porrectus,ex cap.debitores de iure iuran. notant omnes præſertim Ruin.conſ.66. quia dubium nu.6.vol.4.Alex. conſ.83. interrogatus ſub num.6.vol.5. Menoch.conſ.343.contractus iſte ſub nu.46.verſ. ſecundo vol.4.Paul.de Caſtr.in d.l.ſi quis maior C.de tranſact. ibique Iaſ. num.17. & AnnaAlleg.83.In hoc num.7.namque vt prædicti inquiunt ſola porrectione libelli dicitur quis contrauenire, & expreſſius Caputaq. alios congerens deciſ.233. contraueniſſe nu.3. par.1. producti tamen ab ipſo principali, aut eius ſpeciali Procuratore,non autem generali ignorante Domino,idem Anna nu.9.oportet itaq; abſolutionem à iuramento impetrare antequam produxerit petitionem, alioquin ſit periurus, dicunt ijdem relati Doctores ſubſcribitque Brun.conſ.46.num.3.& Berous conſ.114. nu.14. lib.1. & inſimul peccaret mortifere, teſte Armilla verbo periurium poſt nu.3. præterquam in caſibus viginti ſeptē coaceruatis per Angelum de clauas,in ſumm. verbo iuramentum 5. & tunc petita, quinimmò obtempta abſolutione à iu-
16 ramento,non ei prodeſt ex ſententia Rotali in vna Cluſinæ penſionis lunæ 18. Iunij 1590 coram Seraſino,& Platta reſcripta per Farinac. in deciſionibus poſt ſua conſilia deciſ. 78. quæ id ſtatuit ſub nu.2. & ratio ſuppetit,quod vel obtempta cernitur tacito periurio incurſo nullitari prorſus ſubiacet præſertim ob ſubreptionem, & ſi illius mentione facta conceſſa fuerit, expreſſa iniuſtitia fouetur, iuxta diſtinctionem Anchar.conſ.198. prædictis ſubtiliter ſub num.5. verſic.aut ergo, & Rolland. à Valla conſ.34. Redemptores nu.2.& 3.vol.1. Ac propte-
17 rea promiſſione facta ad certum tempus ſoluendi, ſi vltra illud fuerit dilata ſolutio, quia eſt periurus, ſi tunc nulla facta mentione periurij abſolutionem petierit à Iuramento, ſine dubio eſt nullius validitatis, vt Anchar. in dicto loco aſſerit,& conſ.200. in quæſtione in finalibus verbis Roman. conſ.226. in præſenti conſultatione ſub nu. 1. Bartius deciſ. Bonon. 67.plures propoſitæ num.23. & poſt alios

Marchiſ.

Marchis. de commiss. relaxat. iuram. par.2. cap.2. numero 16.

Quod si periurij meminerit est iniusta, vt Anchar. & Roland. indicatis duobus consilijs dixerunt quia habilitauit periurum ad agendum, & viam periurijs amplam fecit, ac patentem, cõtra textum in cap. si vero de iure iurando; aut etiam nulla, vt idem Anchar. insinuat, tanquam attentata in preiuditium creditoris non conuicti, non citati, vel cõfessi; & ipse addo aliam validiorem causam nullitatis, prouenientem, ex defectu potestatis, cum in-
18 feriores á Papa, etiam Episcopi nequeant absolutionem á periurio concedere Crauett. consil.6. plura videnda num.92. & consil.1. pro genero num.7. Gemin. cons. 105. ad supplicationem vers. quo ad secundum, Berous cons.50.nu.74. lib.1. Riminal. Iunior consil.203.nu.77. Castrens. cons.290. visa suprascripta nu.2.vol.2. Staphil. in tract. breuium numero. Crott. cons.244. sub nu.25. vol.2. Ioan. de Amicis cons.34. vers. vnde imprudenter, Francisc. Veggius cons.68. nu.163. & 165. cum duobus seq. Borgnin. Caual. decis. Fiuizana 9. mota fuit nu.23. & Clarius post num. 35. par.1. Anchar. Regiensis quæst. familiari 49. lib.3. Pompeius Limpius in suo repert. ad decis. Fiuizanas, verbo Episcopus, Senatus, & Princeps, Aloysius de Leo in l.1. nu.19. C. de general. abolita Marchis. in commiss. relax. Iuram. c.2. sub n.15. & sub nu.27. Tusch. concl.62. Absolutio à iuramento nu.29. vol.1. & post alios Corneus in tract. de absol. Iuram. par.2. quæst.2. nu.64. par.3. quæst.4. nu.68. & quæst.24. sub nu.19. Tepatus in lib.1. var. sent. tit. de iuram. absolut. vers. Periurus, quo casu possit, & Boccatius super Constit. Aegidiana glosa 2. nu.40. in fine loquens in vicario Episcopi, qui non valeat periurium absoluere, sequiturq; Sbrot. de officio Vicarij quæst.177. nu.11. lib.2. neque alius quiuis ordinarus dicit Gomes. in tract. breuium nu.50. His accedit quod ius prohibet eiusmodi absolutionem concedi peieranti, vt defendit Federic. de Senis cons.300. factum in vltimis verbis Alex. cons. 222. visa facti narratione nu.9. vol.2. cons.158. viso instrumento nu.9. vol.7. cons.83. interrogatus nu.7. vol.5. Albert. Brun. consil.46. Roman. cons.226. in præsenti post nu.1. Soccin. cons.59. in causa nobilium post nu.9. volum.3. Dec. cons.452. visa instructione post nu.12. in cap. porrecta nu.4. vers. & quia in tali casu Papa Greg. de confirmat. vtili, vel inutili Natta cons. 10. super casu proposito nu.5. Corneus consil.6. in hac consultatione post num. 16. atq; hanc esse magis communem conclusionem fatetur Alex. cons.17. ponderatis post nu.4. vol.3. immò communiorem esse opinionem, & tenendam scripsit Felin. in c.1. post num.28. vers. retenta de Iure iurand. & Ioan. Ficcard. inter communes opiniones Doctorum tomo 1. lib.4. nu.181. Bonacossa in tract. comm. opinion. versic. Iuramentum Matthæus Cherian. eodem tract. & vers. atque Viuius adducto lib.4. nu.192. omnesque suffulciuntur ratione illa, quod frustra legis expetit auxilium, qui in eam committit l. auxilium ff. de minor. c. quia frustra de vsur. ex quibus iustissime quidem ijdem auctores alijq; multi deflexerunt ad eam tradendam conclusionem, vt absolutio ipsa si impartiatur nullius sit roboris, & validitatis maximé Crauett. cons. 613. De anno 1555. nu.33. vol.4. Roland. cons. 34. Redemptoris nu.4. vol.1. Franc. Marc. decis.386. quæritur nu.6. par.2. Menoch. cons.24. iam me solutum num.17. vol.1. & Rota Genuens. decis.193. Ioannes num.2. Viuius decis.120. periurus nu.31. & nouissimè Parlad. in lib.2. rerum quotid. cap.4. nu.56. siquidem contra leges quod accipitur, per leges ipsos dissolui meretur c. vides 10. dist. id enim tàm diuinæ, quàm humanæ legis proclamat auctoritas c. videtur 35. quæst.6. & existimatur, ac si factum minimè esset l. non dubium ff. de legibus. Itaq; si Episcopus, aut illius Vicarius absolutionem à periurio largiatur improbant citandi Doctores, quia facere, nec potuit, nec debuit, ita quippè Ruin. cõs.66. quia dubia post nu. 6. subdens communem esse opinionẽ Roland. citato cons.34. nu.4. Magon. decis. Florẽt.119. decesserat nu.10. Franc. Marc. decis. Delphin.386. quæritur an in contractu sub nu.6. par.2. & nuper adducta decisio Rotæ Genuensis nu. 12. inquiens posse Papam absoluere periurium, & iura in contrarium allegata loqui in absolutione obtempta ab inferiore puta ab Episcopo. Quam præter rationes genericas hactenus relatas comprobant rationes complures rem hanc propius tangentes. Etenim periurus contrahit infamiam ex deductis nu. & constat neminem præter Principem posse restituere famæ cap. cum te ibique Innoc. de sentent. & re iudic. expressius Butricar. in l. generali cap. de sent. pass. ac præsertim ne Antistes valeat restituere famæ vnanimis est consensus doctorum, maximè in ipso capite cum te; & non aduersatur quod aliqui somniantes insinuant. posse Episcopum accessoriè, & indirectè infamiam remittere, atque ideo relaxando periurium famæ videatur restituere peierantem; Namque eorum opinio quatenus fulciretur veritate, non propterea dici posset in omnibus casibus id Episcopis licere; sed tantum in quibus pótest super principali negotio dispensare, & absoluere, vt explicat glosa percelebris in c. Domino Sancto, vers. atq; ignominiam 50. distinc. & glosa 2. in cap. hi qui 15. quæst.8. Imola in citato cap. cum te post nu. 10. & Abbas post nu.15. ac Foller. in praxi crim. can. cap.33. nu.125. sed cum probauerim non posse Episcopum absoluere periurium inde fit ne vrgeat, sed omninò prosternatur isthæc argumentatio. Præterea non dubitatur quin Episcopus ab adulterio supra non valeat dispensare nisi in casibus in iure expressis, ex cap. at si Clerici 6. de adulterijs de Iudic. periurium autem non tantum ea probatur ratione, quod aliqui existimãt grauius esse homicidio, quorum sententiam retulimus in huius capitis initio at quia homicidio saltẽ par est, & colligi satis potest ex cap. fin. 22. quæst.1. & homicidium adulterio malus esse inquit glos. in cap. si quod verius vers. Adulterium 33. quæst.2. & melius Archid. in cap. an non 24. quæst.3. ex his iustè infertur ad periurium, nè illud abolere queat Antistes, cum in iure minimé reperiatur superinde concessa sibi facultas; & consuetudo si alicubi extaret absoluendi, improbanda omninò esset túm quia auctoritatem præberet illi cui ius denegat, tũ quia concederet facultatem actum faciendi à Iure vetitum, quique si fieret iniustitiæ foueretur, & iniquitate maxima, & tamen certi iuris esse non ambigitur consuetudinem non subsistere, quæ praua est

eſt licet excuſet, quò ad temporariam pœnam non autem in interiori iudicio ex gloſa 1. in fine in c.1. de conſuet. & inibi tradit Abb.nu.5. gloſ. in c. deniq; verſ. conſuetudine diſt.4. Anchar.conſ.51. cōſuetudo nu.4.Calcan.conſ.28.illud n.14.& Maſcar. de probat.conel.194.nu.10. vol.1. necnon Ludou. Romā.cōſ.466.videtur ſub n.1.vbi Mandoſ.in vnica ſua additione ad dictum Conſiliū infinitos congerit Doctores idipſum concludentes circa forum poli,& fori,quinimmò eam quoque conſuetudinē repellunt,quæ rationabilis haud eſſet, ita quippè in c.conquerente nu.1.de offic.Iudic. ordin. & ſi non tam conſuetudo, quam corruptela meritò eſt cenſenda,quę ſacris eſt inimica Canonibus ideoq; non ſeruanda per c.cum venerabilis de conſuet. vtique talis cenſenda eſſet præſens, ſi ea extaret maximè quia illa non exiſtunt, neq; adhibita apparent quibus conſuetudo verificatur,& recenſet And. Gayl. lib.1.obſeruat.36.nu.11.& Miſing.obſeru.41.centur. 6. & hoc potiſſimum in Curijs Eccleſiaſticis, vbi permulta quandoq; geruntur non peritiſſimorum virorum accedente conſilio,ſed vicariorum voluntate, quiq; cum exteri eſſe ſoleāt actuariorū, & ſcribarum relationibus confiſi in re fortaſſe vetita manus nonnumquam apponunt ipſeq; non ſemel vidi,& ſummo propterea affectus mœrore, & ſupra firmatæ concluſioni, veræ omniq; iure rationabili non aduerſatur Cardin. Zabarell.in ſuo conſil.35.Ad dubia ſub nu.7.vbi conſuluit abſolutionē ab Epiſc. impartitam periuro ſubſiſtere, quandoquidem in eo conſilio ponit caſum, verbaque facit de ea ſpecie periurij, quam nos primo loco poſuimus ſupra nu.15. cum ſcilicet falſum iureiurando aſſeritur á teſte;quo caſu nullam contrahi infamiā demonſtraui n.13. quia ſi contraheretur idem Zabarell.eo in conſilio nu.7.probat non poſſe ab Epiſcopo abſolui, atq; ita ab eo periurio incurſo ob rē non executam in tempore promiſſo quod infamiā irrogare docuimus adducto num.13.

Et quia poſt hęc ſcripta ad manus hominum venit Praxis Archiepiſcopalis Marci Antonij Genuenſis Canonici Neapolitani, & Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ Fiſci Patroni qui quidē probatiſſimus vir in capite 4. ſub nu.3.atteſtatur antiquata Praxi illius Curię abſolui periurum in tribus caſibus relatis à Panorm.in c.1.poſt n.13.& Felyn. poſt nu.28. de Iure iurand. ideo cenſui pernereſſarium aliqua ſubiungere,quibus mea comprobetur reſolutio, & ea non credatur debilitata, vel aliquo pacto reiecta per ipſum auctorem, & illius Curiæ atteſtatum vſum quem dum Canonicus Archiepiſcopalis illius Eccleſiæ,& tunc verſatus in tribunali eiuſdem Curiæ tamquam Aduocatus poſteaque, vt Iudex, Numquam vidi concedere talem abſolutionem,quinimmó remiſſos ſupplicantes ad Sanctiſſimum.

Primus quidem caſus ex dictis tribus per Abb. & Felyn. relatis quibusq; ſuffultus ipſe Genuenſ. atteſtatur de conſuetudine in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, eſt ille cum periurus non perdurat in peccato ſcilicet cum rem metu vendit, & iurauit non contrauenire venditioni præfatæ, poſſit nihilominus petere abſolutionem,& contrauenire; hanc quippè reſolutionem optimè refellit. Anton. Gagliard. in tract. de abſolut. á Iuram. cap. 1. poſt num.40. & quando vellemus fateri illud verum, non tamen eiuſdem Genuenſ. intentioni ſuffragaretur, tum quod Abbatis,& Felini verba non probant ab Epiſcopo hanc abſolutionem impertiendam, ſed generatim aiunt licere tunc periuro illam petere, & ſubintelligendum eſt à Papa, dum non addunt ab Epiſcopo, & dum antea conſtituerant concluſionem denegantem Epiſcopo facultatem iſtam ſoliq; Pontifici maximo reſeruantem; qui licet in his maximè rebus poſſit quidquid velit, illud tamen iuſtè poſſe dicendum eſt quod æquum iudicatur rationique congruit in tantum quod idem Abb. ſub eodem num.13. hæc ſcribit verba;Ratio apertiſſima eſt,quia á Iuramento parti præſtito,nō abſoluit Epiſcopus,imò nec Papa,ſine cauſa; hæc ille, qui illic loquitur in Iuramento, & conſentit Sot. lib.8. de iuſtit. & iur. quæſt.1. artic.9. in finalibus verbis multò magis videtur requiri euidens ratio cum vult Summus Pontifex á periurio abſoluere, & mera iuſtitia inniti quia ſi gratia, & poteſtate Pontificia non eſt controuertendum, at ſuæ diſpoſitioni omninó parendum; ex his contingit quod dum alij Doctores voluerunt Abb. & Felyni dictum iſtud referre his verbis vtuntur; Periurus non poteſt abſolutionem petere à Iuramento communem dicit Felyn. in cap.1. num.28. de Iure iurand. limitat tamen tribus modis vt ibidem,hæc ſunt verba Ioan. Ficcardi in primo tomo commun. opin. diuerſ. lib. 4. num. 182. ergo Doctores ita intelligunt præfatam Abbatis, & Felyn. ſententiam; & procedat in ipſo periuro cui neque petere abſolutionem fas ſit, exceptis illis tribus caſibus, & tunc á ſupremo Pontifice cum inferioribus appareat denegata facultas illam concedendi etiam cauſa ſubſiſtente; & quatenus vellemus etiam concedere, vt intelligatur eo caſu conceſſa Epiſcopo poteſtas, non vtique extendenda eſſet dicta reſolutio vltra caſum ab ipſis mentionatum, cum ſcilicet iuramentum fuit metu extortum; in quo ratio quædam videtur ineſſe
19 eximens iurantem à periurio; licet enim Iuramentum metu præſtitum (iuxta veriorem, & communiorem reſolutionem) valeat, & obliget, quouſque fuerit á Iudice cauſa cognita retractatum, vt affirmat Fulgoſius conſil.121. quidam num.2 Michael. Craſſus lib. 1. commun. opin. cap. 7. nu.11. Cæſar de Graſſis deciſ. 19. Domini ſeu prima numero 30. de confirm. vtili, vel inutili Burſat. conſil. 72. num. 25. volum.1. & adſtipulatur text. in cap. ſi vero, ibique Bald. de iure iurand. gloſa in cap. verum verſic. inuiti inibique Abb. num.1. eodem mox allegato titulo gloſa Magna in capit. Abbas de his quæ vi metuſue cauſa, & copioſè diſcutiunt Turrecrem. in cap.1. num.4. cauſa 15.quæſt.6. & Sotus lib.8. de Iuſtit. & iur. quæſt.1. artic.7.& verſic.ſed vrgentiora argumenta; Namque ipſo iure ſubſiſtere, quæ metu geſta ſunt præter matrimonium, & votum ex Nauarr. in Manuali capit. 22. num. 51. de Matrimonio verba faciente, & conſil. 2. quidam Gaſpar ſub nu.1. de his quæ vi metuſue cauſa fiunt de voto loquente, & Soto, de vtroque tractante indicato loco, quamuis in voto contradicat Cæſar in deciſ.citata, & Zabar. in cap.Abbas de his quæ vi metuſue cauſa & Syluest. verbo metus num. 8. ſed quidquid verius ſit, & in præſenti non inquiro, non dubitatur pleroſque Doctorum aſſeuerare, iuramentum

metu iusto præstitum, esse nullum ipso iure potissimum Cyn. in auth. Sacramenta puberum numero primo versic. secundo noto, si aduers. vendit. ibique Bart. & cæteri; Quare si Abb. & Felyn. crediderint hoc casu absoluendum ab Episcopo admirari fortasse non deberemus cum neq; Episcopi indigere absolutione contendant prætitati Doctores iccircò non esset Abb. & Felyn. exemplum extendendum ad periurum petẽtem illam ex causa læsionis, aut alterius cuiuspiam; quodque multo magis videtur non iure probatum si cætera à me paulò ante relata subsistant, prout subsistere credo, nisi mea me fallat opinio, & prudentiorum iuditium contradicat, eorum namque sententiæ, tum in ista, tum in alia quacumque controuersia assentire in animo habeo, si rationes, vel auctoritates validas indicabunt.

Reliquos duos subnectit casus ex eodem Abb. & Felino in quibus absolui periurum ab Episcopo testatur seruari in ipsa Curia Archiepiscopali cum scilicet periurium absq; dolo, verũ necessitate impulsus cumque Iudex ante lapsum termini iniunxit, ne promissionem seruaret. Horum quippè casuum (salua illius, & Curiæ pace) nullam ad hunc finem esse habendam considerationem existimo cum tunc periurus dici non possit.

Nam qui dolo caret in periurium non incidit, vt aliorum suffultus auctoritatibus firmat Alex. consil. 92. ponderatis num. 13. volum. 1. Menoch. cons. 891. cum interrogatus num. 3. volum. 9. Afflict. noster in constit. eos qui scienter num. 1. Purpurat. consil. 377. visis consilijs num. 22. lib. 1. Berous consil. 51. nu. 11. lib. 1. Iason. in l. si quis maior post nu. 1. C. de transact. inibiq; Iacobin. nu. 56. idẽ Ias. in l. qui iurasse n. 3. & 8. ff. de iur. iur. idq; adeò ne sufficiat lata culpa dixerunt idem Berous cons. 158. num. 7. lib. 1. & Ias. alios cumulans in dicta l. si quis maior post num. 1. & propterea quemadmodum quælibet causa excusat à dolo, ita, & á periurio per Doctores ad vtramq; conclusionem congestos per Menoch. citato consil. num. 4.

Quod si necessitas vrserit, in quo etiam casu loquitur illic Genuensis multo minus dicendus est periurus tum ex prædictis, tum quia necessitas legum regulis minimé subijcitur vt alias dixi, & vulgata iuris regula assentitur, tum quod idem Felin. & Genuensis in hoc casu afferunt non incurri periurium eo quod ab illo excusatur ratione necessitatis, & consentiunt Doctores in hac re citandi infra versic. illa tamen, qui expressis verbis hoc fatentur, ac propterea petentem admitti ad priuilegium cessionis bonorum, vel beneficium c. Odoardus, licet nulla impetrata absolutione non esse reijciendum probatur continua praxi.

Vltimum ponunt casum, & ipsum quidem faciliorem si non soluit promissa, quia superior antequam tempus laberetur inhibuit, præcepitque ne solueret, quo in casu ijdem expressissimis verbis fatentur hunc non incurrere periurium, idemque Felyn. in cap. constitutus nu. 12. de rescript. Alex. consil. 124. omissis num. 3. volum. 1. & Vezzinus inter cõmunes opiniones diuersorum lib. 4. nu. 167. tom. 1. suppetitq; tex. insignis in l. fin. ff. qui satisdat. cogant. cuius verba sunt qui iurato promisit iuditio Sisti, non videtur peierasse si ex concessa causa hoc deseruerit, ex quo quidem textu colligunt Doctores conclusionem illam notabilem, quam pro regula tradunt, in omni iuramento intelligi exceptam auctoritatem legis, & superioris. Itaque omni iure subsistit resolutio contra Episcopos, & rectè propterea Boccatius super Constit. Aegydiana glosa 2. sub num. 40. vbi inter alia, quæ prodit non inutilia dicit solum Papam absoluere posse periurum, & parte citata, qua præcedente citatione soleri, ac deberi concedi á Papa, vel sacra Pœnitentiaria scripsit Corneus de absol. à Iuram. par. 3. q. 24. n. 1.

20 Illud autem quod in superioribus tetigimus omnes q; fatentur, vt is periuriũ incurrat qui promissa non seruauit in statuto tempore, quia videtur nimis durum, & si verum illaquearet omnes etiam viros timoratæ conscientiæ, quia continua instruimur experientia nusquam, aut rarò in tempore adimpleri promissum, ac maximè solutio vsurarum tertiatim, vel in fine anni facienda vigore instrumenti liquidi, & iurati semper protrahitur, post dies, menses, ne dicam annos vltra contentum tempus, & tamen ex prædictis liquido patet, non sine labe periurij factum esse, & tenent præterea Roland. consil. 34. Redemptoris num. 2. vol. 1. Anton. Gagliard. de absolutione à Iuramento capit. 1. nu. 32. Arismin. Tepatus lib. 1. var. sent. tit. de Iuramenti absolutione vers. absolutio debet peti, & Borgnin. Caualc. adducta decis. 9. par. 1. num. 21. nouissimèq; Borrell. in sum. decisionum tom. 1. tit. 62. nu. 9. addens limitationes numeribus sequentibus; quin & periurus esset qui illarum vsurarum solutionem distulisset, quæ á sacris sunt prohibitæ Canonibus cap. debitores de Iure iuran. & expressius Felin. in cap. testimonium num. 21. de testibus quare valeat creditor opponere debitori periurium, illudque probasse dicatur statim quod docuerit lapsum esse terminum solutionis faciendæ, neque factam fuisse, inquit Innoc. in c. super his post nu. 10. de accusat. ibique copiosè Butrius post num. 29. & Felyn. in cap. querelam in princip. de Iure iurand. quamobrem si prædictos omnes arbitrari nolimus hoc periurij reatu commaculatos, oportet aliquas perquirere rationes, quæ illorũ faueant conscientijs ac primitus illam ipse inuestigatus. Quod vniuersali consuetudine interpratatum videtur, vt solutio vltra constitutũ tempus differatur, & indubitati iuris esse apparet, vt in contractibus ea veniant, quæ moris sunt, & cõsuetudinis l. quod si nolit §. qui assidua ff. de ædil. ædicto, & abũdè Portius conclus. 20. lib. 4. Aliam præterea, & non exiliorem aduerti, quod si præterijt tempus, & voluntas creditoris nõ appareat voluisse debitorem eundem incurrisse periurium, aut expressè, aut tacité illum interpellando possit tunc excusari debitor, ac censeri immunis á periurij reatu, ita si quidem in debitore pensionis conclusum reperitur, is enim obligatus pensionem soluere infra mensem, aut sex menses, sub pœna excommunicationis, & priuationis beneficij Ecclesiastici, non eas incurrat pœnas dato quod præterierit tempus in Apostolicis literis appositum nisi cui persoluenda est pentio, & in cuius gratiam censentur comminatæ declarauerit suę intentionis esse in eas debitorem pensionis incurrisse Cassador. decis. 2. num. 3. decis. 3. num. 4. & decis. 4. num. 1. sub Rubr. de locato, & Nauar. in

Manuali

Manuali cap.23.nu.104.& deinde reperi in his terminis iuramenti ita firmaſſe Bal.in l.2.nu.166.ff.de iure iurand.& fortaſſe opitulatur gloſ. in cap. apud miſericordem 32. quæſt.1. & altera concluſio quæ ſe habet poſſe creditorem extendere tempus promiſſum,& tunc in periurium non incidat debitor, ſi antequam laberetur,prorogatum fuit, vt ſcribit Corn.de abſolut.Iuram.par.3.q.4.ſub nu.20. tempus vero prorogatū ſi labi etiam patiatur,fiat periurus,an potius ob prorogatum tempus,dicatur totaliter abſolutus á iuramento,nō inquiro, eo quod non eſt præſentis ſpeculationis, & diſcutit idem Corneus illic,affirmans prorogationem neque iuramentum,neque eius efficaciam abſtuliſſe,neque obligationem mutaſſe; & longius ſuperinde ſermonem texere Felyn.in cap.2. á nu.33. de ſponſal. Tiraq. nonnulla congerēs huc ſpectantia in tract. de retract. conuent.§.1.gloſ.7. à num.26.& Anton. Gabriel.tit. de dilation. concluſ.2. à num.21. Hæc ſcribere volui,vt alijs peritioribus amplam præberem anſam addendi vtiliora, & doctiora, non autē vt hanc firmarem ſententiam contradicentem communi iam relatę tu itaq; lector beneuole cogita,& piam hanc meam intentionem ne redarguas, ſicuti ipſe reprehendo complures meos debitores inſtrumentarios qui ad annos integros dilatant ſolutiones tertiarum,ita quod ve mihi ſi proprijs tantum introytibus (quāuis Dei gratia ſufficientibus) vellem numeroſam alere familiam ac lucrum proprijs laboribus impenſis pro clientibus non ſuppeteret.Illa tamē indubitabilis eſt reſponſio quā tetigi ſub nu.19.ſi nō voluntate motus,ſed neceſſitate adductus ſolutionem protraxit, quam Bald. dicit, in cap. querelam,& illic Felyn. in princ. de Iure iuran.idem Bald. in cap.1. §. porrò nu.15. quæ fuit prima cauſa benefic.amiſ. & Andreas Gayll. obſeruat.142.nu.4.lib.1.ac demum Iulius Pacian.in tract.de probat.negatiua lib.1.c.51.n.64. ob quam profectò cauſam neq; incurrit excommunicationem ipſo iure comminatam contra nō ſoluentem teſte Suarez in diſput.20. ſect.2.poſt nu.7.vol.5.

His explicatis ad aliqua reſpectu iuramenti,& illius abſolutionem vtiliora progredi cenſuimus cōueniēs tametſi ad principalem huius tractatus materiam non videantur proprie ſpectare; ſunt enim in Theorica, & praxi ſummopere neceſſaria, & ſcitu digna.

21 Ac primum quod ius iurandum (teſte Cicerone in lib.3.offic.)eſt affirmatio Religioſa;quod autem affirmate,quaſi Deo teſte promiſeris,id tenendū,eſt iam enim non ad iram Deorum, quæ nulla eſt, ſed ad iuſtitiam, & fidem pertinet hactenus Cicero, & quidem ſi aliquis ſe quid facturum iuris iurandi Religione promiſit Deum ipſum teſtem illius promiſſionis, ac veluti ſponſorem appellat,vel qui aliquid affirmat,aut negat verum eſſe,adhibito iuramento Deum quippè vocat in ipſius veritatis teſtimonium, quaſi Deus teſtis ſit illius affirmationis, vel negationis,idq; implicité, vel explicitè contingit iuxta notata per Tolet. in lib.4.inſtruct.confeſs. cap.20. poſt num. 3.

22 Et licet ad Iuramenti religionem non exigatur tactus alicuius rei,quia ſimplicibus verbis iuramentū induci probatur in c. ſi aliqua 22.q.1. nec debilius,aut vilius illud iuramentū eſſe, qđ nullis tactis ſcripturis prolatum eſt, quā ſi tactæ ſolemniter eſſent probat communis opinio interpretum, cuius teſtis eſt And. Alciat.in Rub.de iureiuran.num.29. nihilominus qui antiquitus dicta,vel facta promiſſaue ſuo diuino numine adhibito firmabant;pluribus varijſque modis deierabant,& vt plurimum tactis aris,& aliqui per caput ſuum,alij per caput alterius iurantes ex Vulpiano in l.3.§.vltimo ff.de Iureiurand.Ouidio lib.5. de triſtibus elegia 8. & de ponto lib.3.eleg.3.Iuuenali ſatira 6.cęteri per oculos ſuos ea præſtabāt docetq; Plautus ſcena vltima Menoch.& Ouid.lib.5.amorum eleg.6.reliqui vero alijs multis varijſq; modis iuramenta ipſa perficiebant quos recenſet Anaſtaſ.Germon. lib.1. de ſacror.immun. c.20. ſucceſſiuis temporibus Iuſtinianus Imperator melius cum Religione agi exiſtimauit ſi iuramentum tactis rebus ſacris præſtaretur, idq; ſemel atque iterum reſcripſit in l.2. C. de iure iurando propter calum,& l.rem non nouā C.de iudicijs. Adeo quod periurium ab eo licet nō aliter contrahatur,qui tactis Sacroſanctis Euangelijs,quam qui alijs ſacris rebus ſacramenti religione,aliquid affirmauit,aut negauit, plerumq; tamen maiori pœna à legibus in poſteriori caſu, quam priori ſtatui,ex Magno Aurelio Auguſtino,ex Diuo Thoma, alijſque multis exerpſit præfatus Ger-

23 mon.in capite 19.num.8.Sacerdotes verò propoſitis tantum,& non tactis ſacroſanctis Euangelijs dicere ea quæ nouerint,Iuſtinianus idem decreuit,in §.nulli vero in auth. de ſanctis Epiſc. Nam Conſtantinus Archad.Honorius,& Theodoſius in hæc verba reſcripſerunt in Codice Theodoſ.l.1.& 2.de Epiſcopali iudicio. Illud eſt veritatis auctoritate firmatum illud incorruptum quod á Sacroſancto homine cōſcientia mentis illibatæ protulerit; Quāuis autem præfatam Iuſtiniani conſtitutionem noſtri communiter exiſtimant ad Epiſcopos tantum non æquè ad alios inferiores pertinere eorumque opinio corroboretur Gregorij noni ſanctione in c. fin.de Iuram.calumn. & gloſa in cap. teſtimonium verſ. Iure iurando 11.q.1.ac deciſione rotali 7.alias 819.de Iure iur. in antiq. nec non auth. ſed Iudex C.de ſacroſanct.Eccleſ. dum enim in l. proxima præcedenti dicitur. Nec honore (ideſt iure prætorio) nec legibus Epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur. Item Epiſcopum ad teſtimonium dicendum admitti non decet,nam & perſona oneratur;& dignitas Sacerdotis exempta confunditur; dumq; dicta ſubſequens auth.connectendo ſermonē adiungitur,ſed Iudex mittat ad eos quoſdam de ſuis miniſtris,vt propoſitis Sacroſanctis Euangelijs vt decet Sacerdotes dicant ea quæ nouerint, non tamen iurent,expreſsè inſinuat de Epiſcopis tantū verba facere quorum meminerat in illa antecedēti lege,nihilominus & ipſos Præsbyteros,& alios Religioſos ſacra haud tangere, ſed eorum pectus cum iurant conſuetudine ſtiloq; vniuerſali omnium curiarum conſtare teſtatur Guid. Papeus deciſ. 615. Religioſi,quod in ipſis Præſulibus dūtaxat,& Præſbyteris,nō alijs ſubſiſtere credidit Couar.in repet. c.quamuis §.1.nu.3.de pactis,& concinit generica ratio dictæ l.nec honore ibi, & dignitas Sacerdotis exempta confunditur,& alia in dicta auth. vt propoſitis Sacroſanctis Euangelijs, vt decet Sacerdotes,non tamen negari poteſt quin ratione dignitatis

& præeminētiæ in cęteris Romanæ Curiæ Prelatis etiam non Sacerdotibus seruari hodie, vt tacto pectore iurent, testatur Marchis. in Commiss. Relaxat.iuram.c.1. nu.17. cum tamen iurare coguntur in causis grauibus, illisq; in quibus reperitur expresse sancitum eosdē Præsbyteros, siuè Antistites debere illud præstare tactis sacris non vtiq; manu innixa pectori præstabunt ex Abb. indicato cap. vlt. tuetur Couar. indicato loco.

24 Sed Principes scilicet Imperatores, & Reges tactis Euangelijs teneri iuramenta præstare, insinuat clem.1. §. porrò (ibi tactis Euangelijs) de iur. iur. qua adductus huic subscribit sententiæ Belluca in suo speculo Principum Rub.9.nu.32.nec non glossa in clem.1. vers.tacta de hæret.quæ requirit tactū scripturarum, cum iuratur, quasi idē videatur sentire etiā in Regibus in quibus nihil sancitum aliter apparet, & credo veritate fulciri, tametsi existimē verba adducti §. porrò, non suffragari, cum procedant, vt sonant in iuramento fidelitatis, quod Episcopi etiam tunc persoluunt tactis Euangelijs; iuxta glosam inibi vers. tactis, & nihilominus constat ex supra relatis eos passim iurare nō appositis manibus ad Euāgelia, sed propria tantū pectora; quare non inferēdum ex ea clem. colligi dictos Principes debere regulariter Euangelia tangere cum iurant.

25 Istud quippè iuramentum si rectè præstetur, nō est ambigendum licitum ne fuerit, quandoquidem negantem hæreticum contra scripturā censet Tolet. in lib. 4. instruct. sacerd.c. 21. nu. 1.& scribitur in c.6.Deuteronomij: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, & per nomē illius iurabis. & Psalmo 69. Laudabuntur omnes qui iurāt in eo. Addo Diuum Thomam iuramētum secundum se esse iustū, licitū, & honestū in sum.2.2. q.89.artic.2. & Summistæ omnes explanant in verbo iuramentum, maximè Tabiena nu.4. Neq; secundo præcepto Decalogi prohiberi quem ita iurare dicendum est; nisi frustra, & in vanum, tunc enim perperam deieratur; & fine dubio peccatum cōmittitur, idq; duplici modo contingere posse declarat illic Toletus complures iuramenti species subnectens, & explicans; quare lectorem admoneo, vt perpetua memoria repetat vulgatum illud, & veritate suffultum axioma; Iuramenta seruata, & hoc etiam si desit aliquis illorū comitum, veritatis, iudicij, & iustitiæ requisitorū, ad iuramentum, in c.& si CHRISTVS de iure iuran. Eos quippè omnes simul ad iuramēti vinculū necessarios minimè esse quamuis ad perfectionem iurātis, ne aliter iurando incidat in laqueū inquit Vincēt. Mancin. in tract. de iuram. par. 1.q.5. semper itaq; obseruandum est nisi in æternæ salutis vergat dispendium iuxta c.cū contingat, & c.si vero de iur.iuran.c.licet melius eod.tit.in.6.neq; tunc propria auctoritate cōtrauenire licet, sed Consulto superiore, & impetrata ab eo relaxatione quod idē Mancin. admonet in eodem tract. par.4. effectu 1. quæst.1. sub nu.4.

26 Sed est non inutiliter aduertēdum quod verè, & strictè loquendo à Iuramento relaxatio, à periurio verò petitur absolutio ex doctrina Marchis. in cōmentarijs super cōmissione relaxat. iuram.c.2. sub nu.27.tametsi incautè loquētes confundant terminos, & eorum altero vetantur alterius in locum.

27 Eiusmodi relaxationem à Iuramento ipso, concedi nonnunquā posse certum est, illamq; elargiri consueuisse Episcopos testatur Guid.Papeus decis. 140.in decisionibus nu.4. quin etiā posse illam impertiri probat Couar.lib.1.variar.resolut.c.4. nu.5. Felyn.in c.praeterea nu.21. de sponsal. & post alios affatim Corneus in tract. de absolut. Iuram.par.2. q.3.Immò idipsum posse reliquos Prelatos inferiores Episcopis si ex priuilegio, vel præscriptione habeant iura Episcopalia sentit Abb.in c. quanto sub nu.8. de Iure iur. multisq; rationibus defendit præcitatus Corneus ead. par.2. quæst.4.excipiēs nu.15. Prælatos Regulares, qui actento iure communi nequeant suos subditos Regulares absoluere à Iuramento per Feder. conf.14. Monachus; sed quia his temporibus ex priuilegijs eisdē Regularibus directè concessis, vel etiam indirectè per communicationem priuilegiorum aliorum omnes ferè exēpti sunt á Iurisdictione Episcoporum, & ordinariorū, at habent propterea eorum superiores Regulares iurisdictionem quasi Episcopalem, ex his quæ ipse congero in Rub. de Regular. cap. num. ideò licere eisdē superioribus relaxationem à Iuramento concedere suis subditis Regularibus adnectit idem Corneus num.28. eiusdem quæstionis 4.

28 Non tamen cuicumq; Antistiti, aut alio ordinario licebit istā dare relaxationē, verū illi dumtaxat qui petētis illam sit superior ordinarius, vt firmauit Couar. adducto lib. var. resolut.c.4. sub nu.5. vers.& in hoc quidem Capyc.idipsum scripsit decis.18. In causa num.6.& propterea illi Episcopo fas erit, qui eius loci est Præsul, vbi in mundum venit, qui illam impetrare peroptat Calder. cons.1. An Episcopus de offic.ordin.& cons.6. quis Episcopus de iur.iur. & Felyn.in c.1.nu.31.eodē tit.de iur. iur. Lapus alleg.10.disputat sub n.5.& illic Mādos.addit.4. coaceruat Abb.Aretin. Soccin. & alios id amplexātes.

29 Pretereà Episcopo illius loci permissum apparet in quo celebratus est contractus, licet relaxationē exposcēs sit alienigena, sicuti adductis in locis scripsere Calder.& Felyn.nec non Roman.singul. mihi 476.Florentinus contrahit, Curt.Iunior.in Rub.C. de eden. nu.16. Corneus dicto tract. par.2.q.8. sub nu.17.Borgnin.Caualc. decis. Fiuizana 9.mota fuit lis.n.30.vol.1.Alex.ad Bar.in l.hæres absens §.siquis tutelā ff.de Iudic. in vltima addit.quodq; voluit dicere Mācinus in tract.de iuram.par.6.q.2. licet errore lapsus quo ad explicationem verborū Felyn. in c.1.post nu.31.de iure iur.quæ nullā (mea sententia) admittunt dubietatē, & clarè insinuāt opinionē Cardin. negatiuam, cum scilicet Florentinus debitor Bononiensis vigore cōtractus initi Bononiæ, & petens relaxationem à suo Archiepiscopo Florentino repelli debeat, quādo requireretur citatio partis, & consequenter dicti Bononiensis Absentis, & quia Francisc. Caldas in suis Comment.ad l.si curatorem C.de in integr.restit.verbo implorandum nu. 31. præsupponit necessariam citationem partis cum reclamatio ista datur, nimirum si non Antistiti celebrati contractus permissam videri facultatem contendat illam concedendi, sed tantum Episcopo domicilij contrahentis.

30 Quinimmò, & domicilij eiusdem supplicantis Antistes, vt illic Calder. scripsit, & copiosius Anton. Galiard.in suo tractatulo de absol.à iuram.c.4.n.45 non quidem priuatiuè á Iudice originis, vt eodē citato

tato loco aduertit Gagliard.ſed cumulatiue,niſi illuc ſe tranſtuliſſet animo penitus deſerẽdi propriã Patriam,& ſequitur Corneus,adducta q.5.nu. 21.

Alia,& longè maior illatio, quam antiquiſſimo illius curiæ vſu obtemptam aſſerit Genuenſis in eadem praxi eodemq; cap.4. nu.10. vt abſoluantur etiam cæteri omnes à iuramento præſtito extra Ci-
31 uitatem Diœceſim,& Regnũ iſtud Neapolitanũ, cum lis in Tribunalibus Neapolitanis puta Regio Conſilio,Magna Curia Vicariæ,vel Regia Camera Summariæ intentãda venit, nullatenus animo meo ſedet,quãuis eidem dicto conſentiat Anna alleg.83 poſt nu.9.Tum quia ratio qua fretus Anna in eam propẽdet concluſionem,potius forum interius quã exterius reſpicit tũ q' nemo alius fatetur,tũ demũ quod ſi vera iudicaretur fruſtra Doctores hucuſq; relati in cõtrouerſiam duxiſſent,num eam potuiſſet concedere Epiſcopus originis,domicilij,aut cõtractus: tum etiam quia Borgnin. in deciſ.9. Fiuizana nu.30. expreſsè dixit peti poſſe etiam coram Epiſcopo illius loci,vbi eſt interpoſitum iuramentum,& non coram Epiſcopo creditoris; ergo vel creditor eſt de Diœceſi Neapolitana, & videtur expreſsè excluſus ab ipſo Borgnino, vel neq; erit de eadem Diœceſi,& multo minus erit audiendus per illam Curiam,& admittẽdus ad dictam relaxationem; Tum demum ex his quæ in indiuiduo ſcribit Marchiſ. in commiſſione non ſemel citata relaxat Iuram. c.3. nu.35. Quare illius inſequens doctrinã aſſentione vltra locum originis, domicilij, & contractus, peti,& concedi poſſit, niſi in alio poſſet loco conueniri ex pacto expreſſo in contractu, vel ſoluere promiſerit, quod ſi generatim promiſerit, tunc valeat vbique locorum obtinere exemplum ponit de eo qui pollicitus eſt ſoluere mille aureos Romæ, & vbiq; locorum in quibus fuerit repertus; nam ſtatim ac cõuentus fuit.ab eo quibit Antiſtite impetrare relaxationem qui illius loci eſt ſuperior, in quo degit Iudex corã quo vocatus appareuidq; notandum arbitror quia ſingulare,& aſſertum vſum omninò reſpuit; quem tum maximè improbandum exiſtimo quia à prudentibus Vicarijs eiuſmodi denegatam vidi petitam relaxationẽ, cum otio nactus illius Curiæ Iudex eram; & menſibus retro elapſis penes Regios Cõſiliarios nullius conſiderationis fuit relaxatio ab eadem Curia conceſſa Marchioni Campaneæ Ianuenſi ſuper iuramento appoſito in cõtractu Ianuæ celebrato,& initium mouit in eodem Regio Conſilio aduerſus V.I.D. Petrum Baptiſtam Scottum, referente viro meritiſſimo Carolo Tappia Regio Conſiliario, & nunc Regente apud Catholicam Maieſtatem.

Iſthæc Regij Cõſilij actio duo præportare videtur,vel quod Iudices illi manus appoſuerint in re ſibi vetita; vel quod verum minimè cẽſeatur quod Alex.conſ.38.viſa petitione nu.7.vol.4.& alij complures affirmarunt, nè vlla cõpetat Iudici laico facultas circa iuramentum in abſolutione ab illo dãdatam etſi ipſe crediderim neutrum illorum colligi ex illa cõſiliariorum actione;non primum, quia re vera falcem non immiſerunt in alienã meſſem, non item ſecundum,quia non propterea apparet illos habere facultatem circa abſolutionem dandam à Iuramento;etenim vera licet omninò ſit concluſio prædicta,qua eximitur Iudex laicus à poteſtate abſoluendi, aut etiam relaxandi iuramentum, nulluſq; fidelis inficiat, ac latiſsimè probat Corneus in tract.de abſolut.Iuram.par.2.q.7.etiam ſi laicus eſſet vna ſimul cum Eccleſiaſtico Iudex in cauſa,per Caſtrenſ.conſ.196. lib.2.& confirmat extenditque relatus Corneus inibi à num.13. nihilominus poſſe quandoq; Iudicem ipſum laicum gerere aliqua ad Iuramentum, vel eius abſolutionem ſpectantia, & ſex concluſionibus declarat idem Corneus á nu.51 ac præſertim nu.81.eam cõſtituit concluſionẽ poſſe Iudicem ſecularem circa relaxationem,ſeù item
32 abſolutionẽ á Iudice Eccleſiaſtico datam ſe intromittere,cognoſcendo de eius nullitate, ſiue de illius obreptione, vel ſurreptione, & illam tunc reijcere, quam etiam concluſionem firmauerat antea Anchar. conſ.382.retento ordine dubiorum nu.8. Felyn.in cap.1.ſub nu.22.de Iure iurand.c.cum contingat nu.8.de foro compet. Pariſ. conſ.43. prorogationes nu.21.vol 1.Marant.in 4.par.in 11.diſt.iudiciorum nu.68. Marchiſ. in cõmiſs.relax. iuram. c.1 .nu.50. ex quibus multoties in dicto Regio Cõſilio fuiſſe id ſeruatũ,& votatum atteſtatur Afflict. deciſ.220.in cauſa Domini Ioannis ſub nu.9.& hac ratione hoc ipſum ſeruarunt cum viderunt relaxationem prædictam Marchioni Campaneę ſupradicto cõceſſam, & á Scotto oppoſitam exceptionem periurij ſtante illius relaxationis nullitate : non quidem illam declarando inualidam,ſed pro comperto habendo exceptionem periurij.

Hanc itaq; relaxationem qui impetrare concupiſcit actẽtè rimetur ne illa nullitati ſubiaceat,quia ea non obſtante periurus eſſet ſi illa ſuffultus cõtra-
33 ueniret ac præſertim agnoſcat, nõ vnicam ſufficere ſi plura fuerunt præſtita iuramenta, quamuis in eodem inſtrumento, ſed tot requiri relaxationes quot fuerunt iuramenta Afflict.indicata deciſ. 220. poſt num. 12. Roland. conſil. 34. poſt numero 6. vol.1.Felyn.in c.debitores poſt nu.9. de iure iuran. Pariſ.conſ.43.prorogationes nu.18. lib.1. Roman. conſ.326.in præſenti nu.3.Menoch.conſ.24.iam me ſolutum nu.15. vol.1. repetitq; conſ.343. contractus iſte nu.55.vol.4.Caſſan. conſ.21. quantum ad primum ſub nu.16.& communem teſtatur Didac.Couar.lib.1.variar.reſolut.cap.4. nu.6.& concinit adducta deciſio 78.inter relatos per Farinacc. nu.1. & quæ illic ſcribit additio 1. quare ſi iurauit adimplere promiſſa,non petere habilitationem,eãque ſi petierit,non vti, & illi renunciari cum quatuor ſint iuramenta totidem requiruntur relaxationes, vt concluſerunt præfati auctores,& Soccin. conſ.59.in cauſa poſt nu.8.vol.3.atq; illas non ſimul petendas eſſe,at ſeiunctim,ordinatim,& gradatim vt ex fine vnius relaxationis origo alterius petitionis proficiſcatur Bald. exiſtimat in l.2. poſt nu.91 ff.de Iure iurand. ſequuntur alij multi præſertim Gram.deciſ.66.in cauſa nu.12.Aldobrand. conſ.8. Sylueſter Mancinus num.40. verum alij crediderunt licere vnirim in eodemq; libello petere relaxationes, & obtentas opitulari ſi omnium iuramentorum fuerit expreſſa mentio facta, ita quippè Natta conſ.143.in cauſa quæ vertitur num.6.& optimè deducit Anton.Gagliard.ex Romanò Roland.Felin.Soccin.& alijs in dicto tractatu de abſolut.Iuram.§.2.poſt nu.57. & Pariſ. conſ.96. in præſenti cauſa nu 92. vol.1.his vtens verbis quod rela-

Vv 3 xatio

xatio à Iuramento debet peti ne dum ab vno, sed ab omnibus iuramentis præstitis, gradatim, & ordinatim, atque explicitè, & expressè, non autem relatiuè, & implicitè: cuius verba notanda censeo, & obseruantiæ tradenda ab eo qui validam voluerit impetrare relaxationē, quamobrem formula supplicationis, & libelli erit se iurasse seruare contenta in instrumento, & absolutionem non petere, & petitæ, atque obtentæ renunciare. Quinimmò ea non vtiquæ omnia dolo inductus (vel alia subsistente causa expressa) cum damno euidēti, & grauissimo ipsius comparentis nec debeat iuramentum esse vinculum iniquitatis, propterea implorando Iudicis officium, eius idemnitati prouideri, dictaq; iuramenta relaxari, & ab illis absolutionem concedi ad effectū agendi, & excipiendi, petit & instat, tunc enim si absolutio concessa fuit, sine dubio valida censenda est, alioquin nulla, & inualida ex hactenus relatis, & ita seruari in Curijs Ecclesiasticis, in quibus docti & timorati iudicant, non semel vidi.

34 Sed cum Pars aduersa certiorata de relaxatione petita, vel concessa appellauit dubitatur sit ne admittenda appellatio? eaque interposita, & pendente protelanda actio intentanda atq; etiam detineatur interea iuramento ligatus impetrās: Huic quæsito respondēt Ant. Gagliard. in adducto tractatulo de absolutione à Iuramento §. 3. nu. 32. & Marchis. in suis Commentarijs ad commissiones par. 2. c. 3. nu. 37. & est c. 4. in commissione relaxat. Iurament. omnesq; negant admitti appellationem, ideoq; licere obtinenti suum experiri actionem absque vllo periculo periurij; idque multis congestis per Corneum, cōfirmatur, ampliatur, declaratur, & restringitur citato tractatu par. 3. q. 25. & pluries obtentum ab Vrsillo testatur ipse met in addit. ad Afflic. decis. 188. nu. 7. nisi careret auctoritate concedens per Marchis. indicato nu. 37. in finalibus verbis; & nouissimè prædictam contra appellantem sententiam, & absolutionem impetranti fauorabilem tutatur, de Franch. ita decisum adiungens, in decis. 602. per decretum vol. 4.

35 Quod si dictæ appellationi detulerit Iudex quāuis non debuerit, sustineatur appellatio, ac proinde suspendatur absolutio, & agere nequeat impetrans sine periurij metu, demonstrat Archid. in cap. cum appellationibus §. si vero de appellat. in 6. dum per illum tex. ait quod si appellatio iure suo non valeat, nihilominus valida redatur per delationem, & sequitur illic Geminian. versic. per hunc textum, & fortasse adstipulatur altera assertio quod friuola, & frustatoria appellatio á dilatione recipiat robur, & firmitatem, pariatq; validæ appellationis effectus, ex notat. per Marant. in 3. par. 6. par. princip. in 2. actu tit. de appellat. nu. 182. & titulum nil nouari appellat. pendente restringi quoties friuola est appellatio, si tamen delatum illi non fuerit dixit Barbat. cons. 18. mihi videtur nu. 11. lib. 1. & Lancell. huius rei veritatem inquirens multa cumulat in tract. de actent. par. 2. cap. 12. in tit. de actent. appellat. pend. limit. 6. nu. 20. & limit. 53. nu. 55.

36 Verum sit ne adhibenda aduersæ partis citatio cum iam dicta concedi relaxatio instatur non tanta diligentia inquiram, quam res ipsa fortasse postularet, cum possim libere fateri liceat tot esse Doctorum in hac re sententias quot eorū capita; mihi semper in hac re placuit distinctio illa, quod relaxatio ipsa præparatoria quæ passim dicitur ad formam agendi nullam exigit citationem partis, sed cum daretur vt omnis obligatio auferatur quam distinctionem tradunt Oldrad. cons. 120. ad duplicem finē, Loffred. cons. 12. nu. 16, Roland. cons. 13. visa trāsactione n. 35. vol. 1. Nicell. in cōcordāt. glossar. Fallēt. 1. n. 257. Afflic. decis. 220. n. 10. Guttieres. in auth. Sacram. puberū nu. 111. C. si aduers. vēdit. & magis communem esse opinionem, immò communem testatur, Alciat. in c. cum contingat n. 125. de Iure iurand. Gomes. in tract. breuium num. 46. Maxilla in comment. ad consuetud. Ciuit. Paris. in tit. de immunit. nouor. ciuium in consuetud. à seruitio galearum nu. 30. & Ioseph. Ludouic. decis. Perusina 18. Ioan. Baptista nu. 3. subdens nu. 9. hanc sententiam approbasse vsum, & practicam curiarum quod idem attestatur Laurent. de Rodulph. in tract. de vsur. quæst. 125. nu. 9. affirmans, ita obseruari de generali consuetudine, & tradit etiam Præfatus Nicell. loco citato nu. 259. Natta cons. 167. nu. 5. vol. 1. Portius Imol. in lib. 1. com. concl. reg. 43. ampliat. 14. & Parlad. lib. 1. rerum quotidian. c. 4. nu. 55

Sunt tamen complures casus in quibus discutitur si dicta relaxatione opus sit, & videre licet apud Corneum de absolutione iuramenti par. 4. & quia in aliquibus illorum extat maxima controuersia, & Doctores ad inuicē dissentiunt ideo summatim recensere constitui, alios cumulando, & 1. si

37 volens opponere compensationem indigeat habilitatione prædicta, & pro responsione relego lectorem ad Anton. Gabriel. in tract. commun. opinion. tit. de iure iurand. quæst. 7. vbi Bart. opinionem in l. amplius non peti nu. 8. ff. rem ratam haberi ne Iuramentum excludat compensationem adducit, & aliam eamque magis communem Canonistarum asserit, & eius quoq; meminit Abb. in c. ad nostram versic. tertius tamen, de iur. iurand. qua defenditur affirmatiua sententia pro absolutione iuramēti adhibēda antequā proponatur cōpensatio, dictorum itaq; Doctorū, & aliorum ab illis citatorum scripta poterit lector percurrere, & veriorē colligere resolutionē, & fortasse Canonistarū amplexabitur cui opitulantur etiā notata per Marchis. in Cōmiss. appellat. à Camerali. oblig. par. 1. cap. 1. á num. 106.

38 Quæ quidem resolutio multo magis subsistit in obligatione Camerali, ita quod ab ea licet petatur absolutio ad effectum cōpensandi, non sit concedēda, iuxta stylum signaturæ dicit Cassad. decis. vnica de mutuis petit. Anton. Galles. ad obligat. in forma Cameræ par. 2. q. vltima Couar. var. resol. lib. 1. c. 4. sub nu. 6. vers. tertio aduertendum, & Mancin. de Iurament. par. 6. quæst. 15.

39 Cum vero præcessit remissio partis videtur exēptus iurans á periurio Felyn. in c. ex administrationis nu. 2. de iure iur. nā illi soluisse promissum creditur, cum eius exequitur voluntatem D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 9. ad secundū argum. & declarat Corneus in tract. de absolut. Iuram. par. 1. q. 4. restringitur tamen solum procedere cū remictens idoneus est, scilicet non pupillus, & similis l. iurisiurandi ff. de iure iurand. ac nisi inciderit debitor in periurium, illud enim à parte auferri nequit Felyn. in cap. præterea nu. 34. de sponsal. ferrat. cautela 12. num. 5. & dixi supra sub num. 19.

Numquid

40 Nunquid autem minor ita deuinciatur iuramẽto, vt citra periurium impugnare non valeat ante absolutionem, respondit Imperator in auth. ſacramenta puberum C.ſi aduerſus vendition.his verbis ſacramenta puberum ſponte facta, ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inuiolabiliter cuſtodiantur; quæ quidem verba transcripta apparent, ex §. item ſacramenta de pac.iuram. firmand. in vſib.feud.& concinunt text. in l. t.eiuſdem tituli, & libri,& l.ſi quis maior C. de trāſact.cum l.ſi quis alterius C. ſi minor ſe maior. dixerit; quorum quidem iurium ſanctionem, vt quæ animarum ſaluti conſulat fauorabilem, benignam, & non odioſam eſſe, auctor eſt Bart. in eadem authent. nu. 19. eumq; inſequuntur reliqui omnes, prout nobis teſtis eſt, Iaſ.inibi nu.71. itaque verba facit iſth ec auth.de puberibus,quales ſunt mares expleto anno 14. & fœminæ expleto 12.ex quo tempore initium accipere pubertatem conſtituit Imperator in §. 1. inſtit.quib.mod. tutel. finiat. Exploſa iuris veteris indagatione,& in fœminis etiam impudica,per aſpectum corporis; conuenitq; text.in l. fin. C. quand. tutor.vel curat.eſſe deſin.

41 Hanc verò maſculorum, & fœminarum differentiam in pubertate initianda, (dúm ratio videbatur contrarium ſuadere,vt longius fœminis,tanquam leuioris iudicij,& prudentiæ ponererur tempus) inueſtigari conatur,Sotus de iuſtit. & iur. lib. 7.q.3.artic.2.verſ.hinc autem forſan nos,& ait eiuſmodi fortaſſe diſtantiam conſtitutam fuiſſe, quod in fœminis acceleratius feſtinat rationis vſus; fructus enim quo eccelſioris ſunt naturæ,ſerius maturéſcunt; quodque legitima ſuppetente cauſa præſtantior in viro, qui præeſſe debet vxori requiratur prudentia,quam in fœminis,quibus gubernatio familiæ non adeò incumbit; maior ſiquidem ad gubernandum, quam ad obediendum exigitur prudentia; hancque rationem ſenſiſſe antea Macrobium in cap.6.lib.1.de ſomno Scipionis,non ambigitur; quamuis aliæ conſtent ex eodem Macrob. lib. 7. Saturn. cap.7. & aliæ duæ ex gloſ. 2. in verbo octauum, & decimum, C. de his qui ven. ætat. impetr.

42 Et quod de pubere ſcripſerunt præcitati Doctores de impubere, & pubertati proximo intelligit communis ſententia, maximè Bart.in eadem auth. nu.3.Iaſ.nu.15.Affliɫ.deciſ.322.Dominus Ciccus ſub nu.3. Abb.conſ.108.illud num.1.par.2.quàm communem, & veriorem præter adductos aſſeuerat Curtius in eadem auth.num.73. & magis communem, ac tenendam in iudicando, & conſulendo fatetur Ioan.Guttieres inibi ſub nu. 117. ac deinde Parlad.adducto cap.4.nu.4. Eſt tamen maxima inter eos contentio, quis iſte ſit proximus pubertati, in qua re dictus Corneus tres recenſet opiniones,& quæ earum ſit verior non omittit indicato caſu 7. à nu.13. tu videto.

43 Ex his ergo contractus minoris iuramento vallatus omnino obſeruandus apparet alioquin periurus erit minor ipſe contradictor,pro qua re potiſſimum aduertendum cenſeo,ad reſponſum Alexandri Imperatoris,cuidam minori datum in d. l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. ſub his verbis; Quia iureiurando corporaliter præſtito confirmaſti, neque perfidiæ, neque periurij me auctorem futurum ſperare debuiſti; ideò ne citra periurium reſiſtat minor ſine relaxatione omnes notant ſuper eadem auth. eaq; non erit concedenda ob id ſolum, quod minor cõtraxit,vt optimè addit Corneus in tract. pluries citato de abſolut.à iuram.par.4.cap.7.nu.23.& 27.eo quod ſi id ſatis eſſet vanum ſine dubio redderetur iuramentum,& eluſoria diſpoſitio, citatæ auth. verum non ſecus ac maior, obtenta abſolutione nequit reuocare obligationem, & inſtrumentum impugnare, niſi aliqua euidens expoſcat cauſa, ita & minor,qui virtute iuramenti habetur pro maiore, ſicuti ex eadem illa auth. colligit Andr. Gayll. obſeru.41.pulchra ſub nu. 11. lib. 2. neque reſtitutionem in integrum petere queat iam dicta non antecedente habilitatione; quod longa ſerie præportat poſt mille Doctores Franc. Caldas in comment.ad l.ſi curatorem C. de in integr.reſtit. verbo minoribus nu.2.

44 Quare ad inſtar maioris ambientis contractum reſcindere ex capite læſionis,quia illa requiritur læſio,quæ ſit vltra dimidiam iuſti prætij,ex l.2.C.de reſcind. vendit. ita cum minor, ad quam probandam ſententiam poſſem nimirum ſexcentos allegare auctores,niſi lectori liceret in vno adducendo Franciſco Caldas in citatis commentar. verbo læſio,cæteros reperire ſub nu.1. habita itaque relaxatione, ſiue maior, ſiue minor fuerit,qui illam obtinuerit; validam proponere,probareque debet cauſam,qua iuſtè ab ipſo impugnetur contractus, & à ſuperiore annulletur; idque præter quod ex ſe patet, edocet Oldrad. conſ. 120.exordiente ad duplicem effectum.

Reliqua modo pro ampliationibus declarationibus, & quibuſdam exceptionibus ad relatam concluſionem principalem excerptam, ex dicta auth. & conuenientibus iuribus,ne extra præſentem tractationem ſuperfluis dictis videar lectorem obtundere; ac licet infinitus ſit numerus Doctorum accurata ſuper illis conſcribentium commentaria aliquos tamen, ac fortaſſe non ab omnibus cognitos, vel ignotis in locis de ijs rebus tractantes indicare cenſui: nempè Ioannem Guttieres, qui in libro ſuarum repetitionum, & allegationum, hanc inſeruit ſuper citata auth. repetitionem, item Ioan. Parlad. in lib.2. rer.quotid. cap.4.Andream Gayllum citata obſeruat. 41. lib. 2. quorum nullam habuit notitiam Anton.Corn. in ſuo tract.de abſolut. iuram.cum par.3.q.7.& par.4.caſu 7.rem hanc explanat,& contractus minoris iuramento confirmati credit materiam ex ſuperabundanti declaraſſe.

Cæterum ſupereſt ſilentio non inuoluere, quod qui non iurauit,periurius eſſe non poteſt,& nulla indiget abſolutione, vt concludit Barthol.Brixienſ. q.dominicali 39.Bononienſes iurauerunt,cuius auctoritate quamuis perperam citata per Federic. de Senis conſil.260. ſi Canonici, idipſum firmauit ca-

45 ſum ponens de Canonicis ſucceſſoribus illorum, qui iurarunt, ideò hæredem non impediri, etiam nulla impetrata abſolutione, in contrarium experiri,probat idem Brixienſ.eo loci ſub num.3. Guid. Papeus deciſ.224. item fuit dubitatum nu. 3. & accuratè defendunt Parpal.in repet. l. ſi quis maior q. 5. C.de tranſact.& illic Cagnol. nu.299. Iſern.in conſtitut.Regni eos,qui ſcienter, & ibidem Afflict. à nu.6. quia in illum non tranſit illud perſonale periculum.

riculum per Innocent. Hostiens. & Henrich. Boich. 46 in cap. veritatis de iureiurand. Ipsumq; non obligat hæredem respectu periurij, sed tantum quo ad illius obseruantiam, vt dixit Afflict. decis. 381. quædam magn. Hyppolita num. 8. Menoch. cons. 508. multa nu. 14. vol. 6. & Alex. cons. 26. cumulatissime nu. 5. vol. 7. & Rota decis. 338. nota, quod ex processu, siuè 15. de sentent. excomm. in antiquis, & ita explicatur, quod Andr. Gayll. in practic. obseruat. lib. 1. obseruat. 91. nu. 18. Finiri iuramentum morte iurantis, neque ad hæredes transire, asserit per text. in adducto cap. veritatis, sunt tamen, qui contradicere non verentur, nempè Angel. cons. 326. ex themate Castrens. cons. 67. in antiquis, Soccin. cons. 38. in causa Dominorum lib. 3. Marcus Antonius Baccerius in tract. de virtute iuramenti vers. 45. & Anton. Gallef. in forma Cameral. obligat. par. 2. nu. 3. à priori nihilominus, & omninò vera sententia ne recedas, quo quidem iure proculdubio omnes vtuntur.

SVMMARIA.

Vsurarios omnes notari infamia, & ipso iure probatur nu. 1.

Vsura nomen quid insinuet, nu. 2.

Eius vis, & substantia inuestigatur nu. 3.

Lucrum in eius definitione appositum, quid importet nu. 4.

Mutuans centum, vt pro alijs centum antea absque scriptura mutuatis se obligat, non est vsura nu. 5.

Mutuans, vt sibi beneficium conferatur, committit vsuram simoniacam nu. 6.

Is tantum est vsurarius, qui principaliter mutuat propter lucrum, non qui secundario, num. 7.

Vsura non nisi in contractu mutui committitur, cum declarationibus nu. 8.

Mutuans villico, vt eiusdem mutuantis possessiones colat nullo cum salario, aut non integro, aut etiam iusto non denegato est vsura num 9.

Mutuum palliatum operatur etiam vsuram, num. 10.

Venditio rei ad dilatum tempus, plus iusto etiam rigido pretio, licet sit contractus venditionis, continet tamen mutuum palliatum, & propterea vsuram nu. 11.

Pretium ad dilatum tempus soluendum minus est illo, quod præsenti pecunia soluitur, numer. 12.

Pretium maius est, si anticipata fiat solutio, illaque si offeratur, melior conditio affertur, num. 13.

Quod si mutuet centum cum pacto, vt aliqua capita bestiarum emat pro alijs centum vsura est nu. 14.

Mutuans frumentum habenti territorium quod cum seritur aliquid debetur mutuanti, an sit vsura, si mutuet cum pactione illic seminandi respondetur cum distinctione, nu. 15.

Quid si mutuet in aliquo loco, & mutuatarius suis animalibus deferat, ad aliquem locum, in quo carius solet vendi, erit vsura, si pratium fiat quanti valet in loco, in quem delatum fuit nu 16.

Ita si venditionis contractui insit pactum de retrouendendo cum modicitate pretij nu. 17.

Vsura duplex realis, & mentalis. nu. 18.

Vsurarium crimen cuiusnam sit fori nu. 19.

Pactio non satis est ad puniendum, nisi etiam, & realis accesserit exactio nu 20.

Quin, & exactio, neque sufficit, si damnum emergens tantum, aut lucrum cessans complexa sit nu. 21.

Quiuis tenetur ad soluendum damnum emergens, etiam inopinatum nu 22.

Vt debeatur eiusmodi damnum non opus est mutuantem consueuisse negotiari, num. 23. 41. & 45.

Exactio præterea continens lucrum cessans, neque vsuram inducit cum declarationibus tamen, quæ referuntur; insuperq; agitur de his, quæ concurrere debent, vt debeatur lucrum cessans nu. 24. & nu. 42. & 46.

Quid si mora absit nu. 25.

In initio contractus de eo pacisci possit ostenditur nu. 26.

Exigere verò illud non liceat in initio contractus probatur nu. 27.

Nunquam tamen omne lucrum speratum exigi potest, sed aliquid ex eo deducitur, quod recensetur nu. 28.

Vsura an sit vbicunque legatarius recipit aliquid ab hæredibus testatoris durante tempore, quo hæres differt soluere legatum nu. 29.

Quid in fideiussore, & assecuratore nu. 30.

Assecuratorum contractus multorum gentium more probetur, ostenditur nu 31.

Ipsi quando teneantur nu. 32.

Vtrum etiam sit vbicunque venditur res cum pacto, ne dicatur translatum dominium, nisi secuta integrali solutione, & interim exigitur certum quid nu. 33.

Cambij duæ sunt species, alterum quippe est cambium verum, & reale: alterum verò fictitium, & palliatum, nu. 34.

Prior species valida, & vsura abest, si quid exigatur num. 35. Si tamen aliqua concurrant enarrata nu. 36.

Secunda verò inualida, & vsuram complectitur num. 37.

Casum legis habere dicitur, qui instrumentum habet nu. 38.

Pactum quod simplici dicto credatur, vtrum subsistat nu. 39 & nu.

Consuetudo mercatorum est seruanda nu 40.

Recam-

Recambia quæ ſint, illaq; vtrum ſint vetita nu.43.& melius nu.

Conſtitutio 148. Pij V. de primis nundinis loquens, de quibus nundinis intelligatur n.44.

In cambijs cuius ſit periculum nu.47.

Mercator, qui literas fecit cambij poſſit ne cogi ad reſtituendam pecuniam habitam ſi eum pœnituit, in cuius gratiam factum eſt cambium nu.48.

Neque præterea cogi poterit ſcribere ad alium literas nu.49.

Scribens quando dicatur liberatus, ample diſcutitur nu.50.

Quid ſi literæ acceptatæ fuerunt, non tamen facta ſolutio? nu.51.

Obnoxius ad ſoluendum quando is dicatur, ad quem diriguntur literæ, etiam ſi ſcribens decoxerit nu.52.

Literæ præſumantur ne, quandoque acceptatæ, licet expreſſè de acceptatione non appareat? num.53.

Literæ cambij, cuius vigoris ſint, & habeant, ne executionem paratam contra acceptantem diſcutitur nu.54.

Quid reſpectu ſcribentis, ſi mandatarius renuit ſoluere? nu.55.

Aduerſus vſurarium, vel ex officio procedi poteſt, vel ad partis inſtantiam nu. 56.

Accuſationis modus in cauſa eſt, vt quandoque ciuiliter, quandoque criminaliter procedatur num. 57.

Primus modus, triplicem habet finem, & eorum quilibet additur, & declaratur, numer. 58.

Vſurariorum pœnæ quatuordecim remiſſiuè tanguntur, nu. 59.

Quibus verò caſtigentur clerici vſurarij, longo ſermone oſtenditur nu.60.

Quanto autem tempore manere debeant ſuſpenſi ſubditur nu.61.

Cenſuris etiam cogi poſſunt vſurarij omnes ad deſiſtendum ab vſura, & reſtituendas receptas nu.62.

Quin ad confeſſiones admitti prohibentur ante reſtitutionem nu.63.

Qualis reſtitutio ſufficiat nu.64.

Reſtitutio vſuræ etiam ab hæredibus facienda eſt nu.65.

Reſtitutio omnis gradatim facienda eſt, ideò quem locum teneant qui vſuras perſoluerunt latè declaratur nu.66.

Vſura quomodo probetur oſtenditur nu.67.

Capitulum XX.

1 OMnes vſurarios notari, ipſo iure infamia prodit Mattheſill. ſingul. 49. nota, quod omnes vſurarij · eumque inſequitur Cattellian. Cotta ſingul. verbo vſurarij hodie ſunt infames; vbi alios complures in ſuam citat ſententiam; cunctiq; ſuffulciuntur text. in l.improbum C. ex quib. cauſ.infam.irrog. quare eorum tractatum huc pertinere, inter capita de infamibus loquentia, compertum eſt.

2 Pro quorum vera cognitione, ante omnia explicandum eſt, nomen iſtud vſuræ; quod duo præcipuè ſignificare admoneo. Namq; primo ex originaria ſignificatione, vſum rei inſinuat, vt inquiunt Nonius Marcellus, & Cicero, & deinde, id quod pro vſu rei ab vtente capit mutuans, & ita crebrius ſumitur, etenim vſura paſſim appellatur, quicquid pro vſu eiuſmodi habetur, ſcilicet illa quantitas, quæ præter rem, vel extra rem accedit Domino, vel alteri cui reſtituenda eſt; quæ alio nomine lucrum ex re, ſiuè emolumentum vſurarum dicitur in l.cum quidam §. Diuus ff.de vſur.

3 Præterea inueſtiganda eſt, vſuræ vis, & ſubſtantia, & pro reſponſione ſilentio duxi inuoluere permultas à diuerſis Doctoribus traditas definitiones, & eam dumtaxat referre, quam eruditiſſimus Nauar.in comment.cap.ſi fœneraueris ſub nu.6.14.q.3.ſcriptam reliquit, omneſq; recentiores amplexati ſunt, vt ſit lucrum pecunia æſtimabile, ſuaptè natura, quod principaliter vi mutui, veri, vel palliati quæritur.

4 Appoſuit primitus, in ea verbum illud, lucrum, pro genere: atque ideò, includat non tantum pecuniam, in qua dumtaxat conſiſtere vſuram credebant aliqui; verùm aliam quamcumque rem vltra ſortem, quæ vſura eſt ex Diuo Hieronymo ſuper Ezechielem ad cap.18.lib.6.relato in cap.2.14.q.3. his verbis; putant quidem, vſuram tantum eſſe in pecunia, quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti: & ex Concil. Agatenſi dicitur in cap. vſura eadem cauſa, & quæſtione, vſura eſt, vbi amplius requiritur, quàm datur, in quo textu, & cap.1.eadem cauſa, & quæſtione, deſumpto ex verbis Diui Auguſtini ſuper Pſalmo 6.optimè propterea concluditur, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus quam dediſti, ſiuè illud ſit triticũ, ſiuè oleum, ſiuè vinum, ſiuè quodlibet aliud, ſi plus, quàm dediſti, expectas accipere, fœnerator es, & propterea præfatus Nauar.rectè addidit, verbũ illud, lucrum, & pro genere comprehenderet omne lucrum.

Sed cum lucrum, ſit quæſtus, & vtilitas vltra ſortem, vel à ſorte procedens, quæ in mutuo prorſus
5 reijcitur, inde fit, ne hoc verbum amplexetur mutuantem mille, cum pactione, vt ipſum cautum reddat pro dictis mille, & alijs mille antea ſibi debitis, ab eodem mutuatario, & nulla de his ſcriptura extante; ac ſe vtraque miliaria ſoluturum, inter eos conuento tempore pollicetur, quem nulla vſuræ macula affici rectè autumant D.Anton.in 2.par.

ſummæ

summæ lib.1.cap.7.§.1. Tolet.lib.5.instruct.Sacerd. cap.28.sub nu. 3.Angel.verb.vsura nu.9.

Adiunxit ipse Nauar. in ea definitione, verba illa, pecunia æstimabile, ad excludendum lucrum non æstimabile pecunia, quale est spiritualis meriti, & gratię, teste eodem Nauar. in manual. cap.17. sub num. 206. vers. in quinto: huic simile est lucrum captandæ amicitiæ, quæ vendi, seu pecunia æstimari, haud consueuit Tolet. citato cap.28. sub nu.4.

Adnectit verba illa, suapté natura, quale est lucrum adipiscendi beneficium, quod licet non sit æstimabile, iuxta glos.1. in cap. coram de offic. deleg. Est nihilominus suaptè natura tale, & propte-
6 reà si quis mutuat, vt sibi beneficium conferatur, resignetur, vel ad illud præsentetur, seu eligatur, committit vsuram, non quidem propriè, at potius simoniam vsura grauiorem, vt idem Nauar. indicato nu.206. affirmat; qui consideratè apposuit aduerbium illud, propriè, eo quod propriè simonia est, in tantum, quod rectè dicitur vsura simoniaca, vel simonia vsuraria ab eodem Nauar. in adducto comment. nu.17. Paris. in tract. de confid. benefic. q.36.nu.30.

7 Præterea apposuit dictionem illam, principaliter, vt ostenderet vsuram, tunc solum dici, quoties primaria, & præcipua causa mutuandi, fuit spes lucri, non ita si secundaria, prout omnium vnanimis est consensus, quod præter Nauar. Anton. & alios citatos, inquiunt glos. in cap. consuluit, vers. sperantes de vsuris, Abb. in rubrica de vsuris, & Petr. Gregor. Tholos. in tract. de vsur. lib.1.cap.3. num.3. quemadmodum, & in simonia censuerunt glos. 1. communiter recepta, in cap. cum essent de simonia, & cap. quid proderit 61. distinct. Nauar. in consil. 14. Sempronius nu.2. cum seq. & cons.16. Simonia nu. 2. de simon. Io. de Selua in tract. de benefic. par.1.q.7.nu.34. Rodoan. in tract. de simon. par.2. cap.7.nu.37. Vgolin. in eodem tract. tabul.1. cap.9. §.5.num.1. & Paris. in tract. de confid. benefic. q.36. nu.32. illa præsertim freti ratione, quod semper, & in omni dispositione, id attenditur, quod principaliter agitur per argumentum desumptum á cap. cum voluntate de sentent. excomm. & l. si quis nec causam, vbi Doctores communiter notát ff. si cert. pet. iuncta l.1. ff. de auctor. tutor.

8 Item inseruit verba illa, vi mutui, siquidem vsura non nisi in contractu mutui cadit, ita quippe aiunt omnes in cap. si fœneraueris 14.q.3. ac præsertim Archidiacon. num.1. Turrecremat. nu.2. Laurent. de Rodulph. in tract. de vsur. par.2. q.7. Molin. eodem tract. in princ. nu.4. & 9. Sot. de iustit. & iure lib. 6. q.1. art.1. & 2. Andr. Gayl. obseruat. 5. lib.2. vsuræ propriæ nu.1. Parlador. lib.2. rer. quotid. cap.2. nu.2. Bertazzol. cons. crim. 170. magnificus nu.22. & cons.238. Domini nu.5. vol.1. atque Tolet. lib.5. instruct. cap.30. nu.1. & propterea in rebus tantum vsu consumptibilibus consistit, hoc est, in rebus, quæ numerari, ponderari, ac mẽsurari, dumtaxat possunt, in quibus, & mutuum solummodo intercedere solet, aitq; D. Antonin. in summ. par.2. tit.1. cap.7. §.1. Est tamen indubitati iuris, illud quod de mensura asseueraui, indigere explicatione, & restringi ad modios, langenas, aliaq; vasa, quibus victualia, vinum, & alia liquida, metiri solemus, non autem extendi ad vlnas, & brachium, quo pannamenta, & his similia mensuramus, prout ex Roffredo, optimè notat Henrich. Boich. in cap. in Ciuitate sub nu. 6. de vsur. Quicquid igitur vltra mutuum speratur, vsura est, & comprobatur ex cap.6. Lucæ, dùm in eo dicitur. Verumtamen diligite inimicos vestros, & benefacite, mutuum dantes, nihil inde sperantes: Negatiua quippè illa dictione, nihil, ita omnia excluduntur, vt nec minimum quidpiam inde sperare, aut recipere liceat; etenim dictiones illæ, omne, totum, nullus, & nihil, vel vniuersaliter affirmant, vel negát, argum. l. Balista ff. ad Senatusc ós. Trebel. cap. statutum §. prouisurus de rescript. in sexto, glos. in auth. de hæred. & falcid. vers. nihil, Roman. cons.379. circa primum nu.2. Gemin. consil.35. pro clariori nu.2. cum seq. & Tusch. conclus. 313. & 315. lit. D, namq; quod nihil est, nullum gignit effectum l. fin. §. fin. ff. de aur. & argent. legat. & l. fin. §. fin. ff. de manum. testam. corroboraturque physica illa ratione, quam tradit Aristotel. 1. Physic. impossibile iudicari, ex nihilo, aliquid fieri posse, & sicuti omne, nihil excipit, & excludit l. à Procuratore C. de mandat. ita, nihil, omne negat; quáuis interdum omne, & nihil recipiant interpretationem, iuxta l. sed & si compromissum in fine, iuncta l. Pomponius §. arbiter ff. de arbitr. atque ideò vsura erit, si aliquid consequi ex mutuo speratur, verum etiam si aliquid se retenturum, nec contributurum credit, quod alioquin exhibiturus esset, & optimum adducitur exemplum de eo, qui Ciuitati, aut Principi mutuo dat summam pecunię, vt interea, aut aliquod tempus certum, vel in perpetuum non teneatur præstare, collectas, quas persoluere, vt Ciuis, vel bonorum possessor in ea Ciuitate deberet, siuè tributum, aut aliud quodpiam, prout, contra Speculat. in tit. de vsur. sub num.6. & Petr. Gregor. Tholos. in tract. de vsur. lib.1. cap.3. nu.11. concludunt Syluest. verbo vsura num.9. Armill. nu.5. & post alios Osascus in decis. Pedemont. 95. anno 1554. á nu.30. & Ludouic. Molin. de iustit. & iure tom.2. disput.350. nu.9. nam quo ad iuris effectum, paria sunt remittere, & dare, cap. veniens el 1. de testibus, cap. talia 8. q. 3. l. si mulier ff. de condit. caus. data l. si fundus §. Titio ff. de legat.1. & l. si quis obligatione, vbi Dec. ff. de regul. iur. & propterea Iudex, per sordes dicitur iudicasse, qui sententiam tulit ob sibi remissum debitum, vt post Grámat. & alios, concludit Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. casu 342. nu.33.

9 Aliud insuper adducitur exemplum de mutuante villico, vt eius possessiones sodiat, siuè aret, aut colat, nullo sibi persoluto pretio, aut saltem non integro, Angel. verbo vsura nu.5. & Rosell. D. Antonin. par.2. tit.1. cap.7. §.10. quod si iusto, non denegato pretio, credunt citati non improbari contractum, contradicunt alij, & ea ratione, quod illa obligatio ad colendum agrum, est pecunia æstimabilis, ita Syluest. Caetan. Sot. & Medin. quos refert, & insequitur Domin. Bannes de iustit. & iur. q. 78. super D. Thomam artic.2. vers. primus casus, & Io. Bapt. Corrad. in responsis casuum conscientiæ quæsito 223. vers. vlt.

10 Tandemq; posuit ipse Nauar. in relata definitione, verba illa, veri vel palliati, propterea quod, ad incurrendam vsuram oportet, vt mutuum adsit altero ex citatis modis, vt præter Parlador. Nauar. &

alios

alios citatos, supra dicit Rota decis. 197. in causa Romana num. 4. par. 2. diuers. & alij, quos recenset Mariscott. lib. 2. variar. resolut. cap. 132. nu. 1. ita quod, si aliquod lucrum ex alio contractu proueniat, non sit dicendus vsurarius contractus, sed ex capite iniustitiæ, quod actum est veniat rescindendum, ex receptissima Theologorum, & Canonistarum sententia, à qua nemo prorsus dissentit, ac deductum in decis. Romana montium coram Aldobrandino, & alia Romana præsensæ vsuræ coram Amplissimo, & meo Domino Cardinali Mellino 12. Maij 1603. testatur citatus Mariscott. eodem citato loco; in alijs veró contractibus, licet nonnumquam intercedere possit vsura; illi tamen semper mutuum saltim latenter, & virtualiter continent, vt inquit Molin. in tract. de contract. disput. 303. nu. 7. & tunc palliatum dicitur mutuum, ex eo quia, intus latet, foris autem est alius contractus, & sub illius nomine coopertum manet. Quamuis enim expressè præseferat aliquam speciem contractus. Mens tamen ipsa contrahentium euidens, siuè præsumpta, indicat apertè mutuum, quod satis claré ex antedictis Doctoribus colligi rectè potest, & maximè ex Henrich. Boich. citato nu. 6. in quibus profectò casibus, vendicant sibi locum Doctores asseuerantes, vsuram considerari, quandoque in alijs contractibus, siquidem illi habent certè implicitum mutuum, & in eis propterea cadere potest vsura, quæ alioquin non intercederet; idq; ex eorummet verbis liquido patet, si rectè intueantur. Menoch. enim probare nititur summopere istud axioma, vt vsura contingat sæpè, in alijs contractibus, in quam sententiam multorum citat auctoritates in cons. 109. respondendum videbatur sub nu. 28. vol. 2. & nihilominus eos loqui de contractibus continentibus implicitum mutuum, omnes etiam Talpa cæciores optimè noscunt, & in specie idem Menoch. dixerat antea nu. 28. eiusdem Consilij, & pro illius corroboratione deinde adducit Doctores illos, & concinit Surd. cons. 307. hæc quæstio nu. 6, cum seq. vol. 3.

11 Exempla autem permulta tradi possunt de mutuo isto palliato, & ficto, ex quo vsura enascitur, & primo affero illud de vendente rem plus iusto pretio rigido, ob dilatam solutionem, nam tunc contractus apertè venditionis est, sed re vera mutuum adest palliatum, & consequenter vsura palliata, non secus ac contingit in emente minus iusto pretio, infimo siue medio ob anticipatam solutionem, & vtrumque propterea vetitum, vt præter citatos affirmat Tolet. de sept. peccat. mortal. cap. 50. Abb. cons. 22. quamquam lib. 1. Dec. cons. 119. pro tenui nu. 5. & 13. vol. 1. Nauar. cons. 17. N. mercator. cum duob. sequent. de vsur. Sot. lib. 6. q. 4. artic. 1. Alphan. in l. 1. nu. 98. & 103. C. de edend. vbi eam coarctat in sex casibus à num. 105. quas præterea restrictiones, veras opinatur, & auctoritatibus exornat Carolus Jallongus in racematione 48. in occurrenti à num. 37. easq; ad quatuor conditiones reduci ait, & declarat Gregor. Ode Valent. disput. 5. q. 20. punct. 2. §. tertia conclusio, maximè à vers. hic tamen tom. 3.

Resolutioni tamen in vtroque casu relatæ, contradicere videntur iura illa perpulchra, neque om-
12 nibus nota, atque probantia; tum pretium ob dilatam solutionem censeri diminutum, ac minus quàm si præsenti pecunia venditio facta esset; tùm recipientem pretium ante diem plus debito consequi. Primum quippe, scilicet moram solutionis esse quandam diminutionem pretij, probat text. in l. circa legem ff. ad l. falcid. dum ait, quia interuallum temporis, & interusurarium huius spatij minorem facit quantitatem; quod insuper affirmat text. in l. in quantitate §. in diem, & l. quid quadringenta §. vlt. ff. eodem adducto titulo. Quibus profectò iuribus adductus Mazziengus in lib. 5. legum Hispaniæ tit. 11. l. 11. glos. 2. nu. 2, deflectit ad secun-
13 dum casum, & concludit recipientem solutionem ante diem, plus debito consequi, opitulaturq; text. alter in l. si constante §. quoties ff. solut. matrimon. vbi ante tempus solutenti, debet interusurium deduci medij temporis, necnó text. optimus in l. eum qui §. melior ff. de in diem adiect. qui multos casus recenset, in quibus melior affertur conditio, & huc spectantem illum ponit, quod si solutio offeratur facilior pretij, vel maturior; melior conditio afferri videtur, etiam quod pretio nihil fuerit additum. Quod præterea cdocet text. in l. melior §. si heres ff. ad trebell. in l. ait Prætor §. si cum in diem, & §. pactum, iuncta l. omnes §. vltimo ff. quæ in fraud. credit. ex quibus conuincimur, ambas iam recensitas conclusiones, veró aberrare, nisi attendamus, ad illud appellatiuum nomen consulto à me additum, scilicet rigido; sunt enim tria genera pretij. Primum etenim dicitur infimum, alterum mediocre, tertium denique rigidum. Vera siquidem licet sint, quæ adductæ leges sanciunt, cum nostra tamen haud pugnant, sententia: nam quia dilata solutio operatur minorem pretium, eo quod ex præsenti pecunia nascitur, ideó conceditur, vt rigorosum recipere tuta conscientia valeat, quod alioquin non adipisceretur. Sed excedere rigorosum, hoc est, quod negamus; neque iura illa insinuant contrarium; nempè, vt liceat vendere plus rigoroso pretio ob tempus concessum ad solutionem faciédam; qua etiam responsione vtendum est, ad repellendam contradictionem in altero contrario casu; cum quis anticipatæ soluit, cui diximus minime licere emere minus iusto pretio; scilicet infimo, etenim quamuis ob anticipatam solutionem, malus dicatur persoluere pretium; nihilominus præstando mediocre, aut etiam infimum, vtique iustum persoluit; atque véditor, iustum recipit, dato quod adsit tertium genus, nempè rigidum, quod etiam iustitia foueatur; quia nemo tenetur emere rem, quanti rigoroso pretio, emi posset; sufficit enim, quod præsenti pecunia non emat minus pretio infimo, & vendens non vendat maius rigoroso, ad dilatam solutionem faciendam, vt etiam resoluit Molin. de iustit. & iur. adducto tom. 1. disput. veró 355. nu. 1. atque intelligendum ita esse Marantam arbitror in suo cons. 113. & Rouitum ad illius scripta se remittentem super pragmat. 1 nu. 4. de vsur. & propterea, vt conuincatur aliquis de vsura, ob istud caput, non sufficeret si testis affirmaret vendidisse plus iusto pretio, ad credentiam, & alterum emisse præsenti pecunia minus iusto, nisi præterea addiderit, se scire eo tempore, quo vendidit, aut emit, & illud exprimat, neminem tanti vendidisse; & emisse.

Item

14 Item exemplificari quoque licet, in casu posito à Menoch. indicato cons. 109. de eo, qui mutuo dedit Titio centum, hac lege, vt aliqua capita bestiarum emeret, pro alijs centum soluendis sibi vna simul cum mutuatis, in tempore conuento. Non enim dubitationi locus, quin contractus ille venditionis sit vsurarius in foro exteriori, cum sciatur, & probatur hæc pactio, vel saltem in interiori si ita est: verùm dubitatur si præsumatur talis in foro fori, quoties deest expressa probatio, & coniecturis propterea certandum est; & nihilominus ex correspectiuitate cōtractuum, & aliorum, quibus Menoch. illic fulcitur, constat tacitè fœneratitium præsumi contractum, cui sententiæ opitulantur, quæ antea scripserat Capyc. decis. 175. in causa Pyrrhi; & cumulat Paris. de confid. benefic. q. 36. à nu. 47. & huic casui affinis est alter de vendente merces, vel aliud quodpiam, ad conuentum pretium, & mutuat insuper aliquam pecuniæ summam, & vtriusque solutionem spopōdit, in tempore inter eos statuto, nam hic, qui mutuo alliciendo emptorem, emero quodammodo coegit, vsurarius est, aitque Corrad. in suis responsis casuum conscientiæ responsi. 223. Respondetur iam dictum esse par. 1.

15 Item in casu, qui plerumque contigit in mea Diœcesi, in qua complura petia terræ extant, & in quibus serere cuiquam licet, etiam nullo impetrato assensu Dominorum, dumtamen tantum decimæ illis præstet, tempore messis, quantum seuerit; in alijs verò multis, dimidium seminis. Etenim aliqui victualibus abundantes, ac fortasse nequeuntes alienare, quia emptores non inueniunt, ne marcescant, alijs eos rogantibus mutuare solent, ea tamen conditione addita, vt in eorum territorijs sementem facere deberent; in hoc quippe casu dubitaui si vsura committatur, & licet quid verum sit cognouerim, post reuolutionem librorum, attamen, quia etiam vtilis Domini eiusdem Ciuitatis Ærarij pro tempore, hæc exequi consueuerant, & in ea tempora incidimus, vt Præsules oporteat obligatam tenere linguam, nec possunt in Principes, Potentesq; huius sæculi, os ponere, quid sentirem manifestare non sum ausus, effeci tamen, idq; non parum esse existimaui, cum resolutionem huius dubij quietè, ac communi accedente consensu, obtinui delegandam esse venerandis Patribus Societatis Iesu; quibus rescriptum deinde fuit, & his quippe verbis.

Cùm frumento, aut alio quopiam genere victualium seminantur agri, medietatem quandoque fationis; quandoque verò tantundem percipiunt, eorumdem agrorum Domini, qui mutuare nonnunquam consueuerunt triticum indigentibus pro semine, ea adhibita pactione, vt in prædictis eorum territorijs sererent, vellem à vestra Congregatione responsum, si vsuram committant, subscriptis distinctis, & consideratis capitibus.

Quorum primus est, cum mutuatarius propria haberet, maximè si tunc ad culturam accommodata territoria.

Secundus, si illis careret, & aliena propterea conducere oporteret, sed nolebat in mutuantis serere agris, aut forsan, nondum cogitauerat, neque mente statuerat, cuius terram colere voluisset.

Tertius denique, si mutuum petens, sua sponte addidisset, se velle eiusdem mutuantis fundum arare, & exercere, si frumentum etiam suppeditaret.

Literæ accedente consensu ambarum partium datæ fuerunt, ad Reuerendum Patrem Franciscum Pauonum, qui sua Epistola die 9. Nouembris huius anni 1614. respondit his verbis.

Ego, & alij multi Patres, vidimus ac considerauimus casus, à Reuerendissima dominatione tua transmissos, & omnes conuenimus in eam, quàm subijcio resolutionem.

In primo, & secundo casu, committitur vsura, quia pro mutuo accipitur aliquid pretio æstimabile, quod est obligatio serendi in territorijs, &c.

In tertio non videtur committi vsura, quia mutuum nō antecedit obligationem, sed consequitur, dummodo non sit vsura mentalis.

Nunc adnecto, quæ ipse consideraueram in eisdem propositis capitibus, in quibus concluseram, vsuram citra dubium intercedere in primo nempè ac secundo capitibus, per tradita à Molina in tract. de iustit. & iur. tom. 2. disput. 310. vers. finge enim post nu. 1. concinunt, quæ Corradus scripsit in responsis casuum conscientiæ quæsito 223. vers. fin. par. 1. & ipse annotaui in vers. aliud insuper. In postremo autem capite, non intercedere vsuram statueram, nisi pretium locationis excederet iustum valorem rei locatæ ex verbis eiusdem Molinæ eodem nu. 1. vers. obserua, iuncto vers. sequenti.

Addo alium in eadem mea Ciuitate, Diœcesi, totaq; Apulea frequentem casum, cum quis scilicet, mutuo dat vetus frumentum, eo cum pacto, vt restituat tantumdem recentis, sciens recens melius, aut maioris pretij fore, quam suum, tempore mutui; nam mutuantem peccare, & vsuræ labe macculari scribit Nauar. in summa cap. 17. num. 224. Cuius quippe decisio, si ita simpliciter loquendo inniteretur veritate vtique multorum conscientias morderet, & quia nimis periculosa, retraheret fanè complures timoratæ conscientiæ viros, nè mutuarent frumentum; quis enim præuidere posset, carius nè, aut vilius in messe valiturum frumentum? aut quis tanto ingenij acumine pollere, vt cognoscat, & recordetur, nouum melius esse altero, diù antea mutuato, aut æque bonum? Hanc itaq; genericam Nauar. sententiam; ego suffultus Molinæ verbis, eodem citato tom. 2. disput. verò 311. nu. 4. interpretor subsistere, cum antiquum, quod mutuauit, haùd bonum fuerit, sed aliquo defectu commaculatum. Quid dum relatus Molina illo vtatur verbo, scilicet semicorrupto, & tunc mutuantem fœnerasse existimet, per adductam Nauar. auctoritatem, quam resolutionem approbat etiam Corrad. in suis responsis casuum conscientiæ quæsito 324. vers. quartum verò par. 1. ad eum tantum casum, Nauarri conclusionem restringere vereor, cū credam militare quoque, si non esset semicorruptum, quod suo seruari haùd poterat, at insuper, cum seruari poterat, sed aliquem patiebatur defectum, ob quem vilioi i pretio, quam alterum eo carens mercabatur. Nempè si caudam nigram habebat, vulgo dictum culo nigro, ita quoque si frumentum daret, vnius speciei, cum obligatione restituendi recens alterius, & melioris speciei, dummodò inter eas species non exilis sit distantia bonitatis, nam si exigua, vtique nihil referret, cum de minimis non

curet

curret Prætor, cumq; mutuans ob difficultatem, qua deinde agitatur in recuperando mutuo, damnum potius, quàm vtile ex eo ſentiat; mutuatarius verò commodum, & vtilitatem ſemper, tùm quia frequentius accidit, vt triticum viliori pretio ematur tempore meſſis, quam in menſibus eandem meſſem antecedentibus; tum quia ſiccius illud eſt recenti, atque ideò ex eo, plus quam ex nouo capit menſura: quæ quidem poſterior conſideratio, tantæ eſt virtutis, vt idem Nauar. inibi opinetur, non eum peccare, qui paciſceretur, vt plus tritici recentis, quàm datum eſt reddatur.

16 In eo verò, qui etiam accidit, caſu (cum inſignis vir hominibus Rocchettanis, & Laquedonenſibus ſuppeditauerit frumentum, quod habebat in loco dicto *della Lagoneſſa*, & ſic decem, ac duodecim reſpectiuè miliaribus diſtante à Terra Rocchettæ, & Ciuitate Laquedonenſi, in quæ quidem loca, mutuatarij proprijs animalibus vexerunt, & in eis deinde perſoluerunt pretium, quanti illic tempore ſolutionis valebat) non dubito interceſſiſſe vſuram, cum illis in locis, tanquam Regijs Dohanis, Ciuitatiq; Neapolis vicinioribus triticum multo pluris ſemper valeat, quam in loco illo *della Lagoneſſa*, & ſuffulcior doctrina Corradi eodem quæſito 223. verſ. & idem, eiuſdemq; Molinæ illamet diſput. 310. nu. 6. tom. 2. nam grauamen illud vecturæ, eſt pecunia æſtimabile.

17 Tertio fœneratitius dicitur contractus venditionis, cui ineſt pactum de retrouendendo cum modicitate pretij, licet abſit tertium adiacens, vt emptor ſit ſolitus fœnerari, namq; illa duo ſatis ſunt, iuxta opinionem quorumdam antiquorum, commendatam à Modernioribus, quos inſequuta eſt, Rota Romana, teſte Caſſador. deciſ. 1. de vſur. adiungente ita ſemper cenſuiſſe Rotæ Auditorium, & iudicaſſe, ac præterea iudicatum fuiſſe in Senatu Mantuano, Surdus, meminit in ſua deciſ. 34. ex pluribus n. 1. quinimmo, & in Senatu Neapolitano, Mediolanenſi, & Taurinẽſi, atteſtatur Tyber. Decian. reſp. 105. nu. 14. vol. 2. & hanc eſſe magis communem, inquiunt multi relati à Cagnol. in l. 2. nu. 50. C. de pact. inter empt. & vẽdit. aſſeueratq; Gramm. deciſ. 76. magnifica Hippolyta Cantelma num. 30. Bertrand. conſ. 88. ponitur in facto nu. 3. vol. 1. Burſat. conſ. 117. quod contractus ſub nu. 13. vol. 1. Riminal. Iun. conſ. 218. nu. 12. Io. Bapt. Bouius in tract. de ſtatu vrb. præſcript. gloſ. 12. nu. 2. Crauett. conſ. 156. num. 4. & 7. & conſ. 990. num. 6. Ant. Gabriel conſ. 74. Hieronym. Spannoch. nu. 3. vol. 1. & Barzius deciſ. Bonon. 123. perdifficilis, poſt nu. 2. & putat veriorem Oſaſch. deciſ. 41. quæſitum pariter fuit ſub nu. 9. quamuis tertium neceſſariò intercedere oportere crediderint, Iacob. de Arena, Cyn. Io. Andr. Zabarel. Bald. Anchar. Caſtrenſ. & alij plures, citati ab eodem Cagnolo indicata l. 2. ſub num. 50. & Barzio indicata deciſ. à nu. 3. & ſequitur Valaſc. deciſ. Luſitan. 70. quidam vendidit nu. 3. atque Menoch. conſ. 343. contractus nu. 21. vol. 4. ita quod, optima ratione impulſi Oſaſcus indicata deciſ. poſt nu. 8. & Bertazol. conſ. crimin. 2. non potui n. 30. vol. 1. dixerũt, adeò varie ſcripſiſſe DD. in hac quæſtione, vt perdifficile ſit cognoſcere, quænam ſit earum, communior opinio, & attendenda in iudicando.

Alia complura exempla, quibus demonſtratur contractus fœneratitius, & ſimulatus, tanquam continens fictitium mutuum, & palliatum, recenſentur à Borgnin. Caualc. deciſ. Fiuizan. 1. necnon deciſ. 2. & deciſ. 13. iuncta deciſ. 14. par. 2. cuius ſcripta videto, quia multa notatu digna cõgerunt, neque omittas quoque percurrere conſ. Nattæ 369. vbi caſum periucundum enarrat huc ſpectantem, & aliũ tangit Menoch. conſ. 907. reſpondendum vol. 10.

18 Eſt autem vſura duplex, realis vna, mentalis altera: prior enaſcitur ex pacto, & expreſſa promiſſione in conuentione mutui, iſta ex mutuo dato ſine pacto de plus accipiendo, ſed ea mente, vt amplius, & ſupra mutuũ detur, cum alioquin non eſſet mutuaturus, ita Gregor. Tholoſ. in tract. de vſur. lib. 1. cap. 3. nu. 4. & certè eius deſcriptiones veritate fulciuntur, ſi alia pauca adnectantur, & propterea deſcriptiones Nauar. ſentio clariores, omniq; carere defectu, in cõment. de vſur. nu. 12. dùm inquit, eam quoque dici mentalem, quæ facto ſubſequenti cõprobata fuit, licet nulla præceſſerit pactio, ſed intentio ſola aliquid percipiẽdi ex mutuo, quæ ſi non modo verum pactum interceſſit, realis ſit, cum deinde aliquid recipitur, adiungens non vſuram mentalem dici, ſed peccatum mentale vſuræ eſſe, cum mutuum datum eſt, ea intentione, aliquid amplius recipiendi, & re vera nihil poſtmodum receptum eſt, præter quantitatẽ mutuatam; nec diſſentit Dominic. Bannes ſuper D. Thom. q. 78. art. 1. §. diuiſio vſuræ; vtraque autem iſthæc vſura in foro poli repræhenſibilis eſt, atque adeó, vt in eo foro teneatur reſtituere is etiam, qui mentali commaculatus eſt vſura, vt illic Nauar. & alij Scriptores fatentur, & Surd. conſ. 415. tres in partes nu. 18. vol. 3. quãuis in exteriori, & contentioſo, minimè puniatur mẽtalis ipſe vſurarius, cum inibi non iudicetur de occultis.

19 Crimen iſtud vſurarium, cuiuſnam ſit fori, controuertitur à Doctoribus, qui in varias, & ad inuicẽ diſſentientes iuerunt ſententias; complures enim affirmarunt, illud eſſe merè canonicum, & eccleſiaſticum, & proinde, non niſi à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci poſſe: cuius opinionis prę cęteris fuit gloſ. fin. in cap. cum ſit generale de for. compet. in cap. 1. verſ. ſecundum canones, de offic. ordin. & clem. diſpendioſam verſ. vſuris de offic. ordin. cuius ſectatores multos coaceruat Proſp. Farinac. in tit. de inquiſit. q. 8. princ. limit. 9. nu. 134. & Borgn. Caualc. deciſ. 2. ſupra nu. 38. par. 2. alij crediderũt eſſe mixti fori, quos illic recẽſet præfatus Farinac. & Oſaſc. deciſ. 137. & ſi in quæſtione propoſita nu. 10. reliqui ab eodem illic citati, vſi ſunt diſtinctione illa, iuris, vel facti; vt quæſtio ſi ſit iuris, non niſi ab Eccleſiaſtico cognoſcatur; ſi verò facti, attendatur præuentio inter Eccleſiaſticum, & laicalem Iudicem, vt is procedat, qui præuenit; cui diſtinctioni præterea ſubſcribit Marchiſ. in commiſſ. par. 1. cap. 28. princip. rubr. de commiſſ. appell. ſuper diuerſ. capitib. nu. 8. ſed quando dicatur ventilari quæſtio facti, aut iuris, explicat non illepide Carol. Iallong. in ſuis racemationibus iuris, & propriè racem. 48. in occurrenti nu. 14. in qua præterea racematione, quatuor conſtituit capita pro reſponſione, & intelligentia prępoſitæ quæſtionis, vſurarum, quiſnam ſit competens Iudex.

Vter eorum ſit Iudex, certò ſciat, non ſemper in mutuantem procedere poſſe, licet pactus ſit de vſu-

 ris

20 ris soluendis, namq; pactio non est satis, nisi & realis exactio intercesserit, quamuis contractum vsurarium, tunc nullum pronunciare debeat, ita Rota Auenion. decis. 48. in decis. diuers. Galliæ tom. 3. sola in constit. Sabaudiæ glos. 1. super decreto rem dursam tit. de vsur. nu. fin. Borgn. Caualc. decis. 13. nobilis Io. Andr. sub nu. 78. par. 2.

21 Quinimmo, nec satis erit, si non modo pepegerit sed exegerit, in certis tamen quibusdam casibus; in quibus citra vitium vsuræ, licet ex mutuo aliquid accipere, nempè damnum emergēs, & lucrum cessans; & quidem præfatam restrictionem respectu damni emergentis, præter text. in cap. 2. de fideiuss. & l. 2. C. de vsur. inibiq; Salyc. nu. 2. Castrens. nu. 3. & alios textus, atque Doctores, insignis extat decis. Mohed. 4. Simon, nu. 1. de vsur. & resolutio glos. magnæ in cap. conquæstus de vsur. dicentis, deberi dāna, & interesse, etiam attēta dispositione sacrorum canonum, quia non pro vsuris recipiuntur, sed interesse, vbi Abb. num. 6. adiungit, id esse perpetuò menti tenendum, non solum, quo ad interesse dāni emergentis, sed lucri cessantis; idque repetit in cap. nauiganti nu. 14. eod. tit. & alij pariter consentiūt, quos recensēt, collaudatq; Andr. Gayl. obseruat. 5. vsuræ nu. 15. lib. 2. & alij mox citandi, affirmant, in declarationibus à me constituendis, pro vera intelligentia supradictarum conclusionum.

22 Et quod attinet ad conclusionem damni emergentis, non est dubitandum, quin omnis teneatur à die moræ, & præcitati fatentur; meaq; sententia extenditur ad damnum emergens inopinatum; iste siquidem est effectus ipsius moræ, propter quam vniuersi inquiunt, teneri ad illud, opitulanturq; verba Dominic. Bann. super D. Thom. q. 78. art. 2. vers. cæterum, & Io. Bapt. Corrad. in resp. cas. consc. par. 1. q. 227. quæ sunt, est autem conclusio, siue dānum emergens sit à principio mutuationis, siue postea, quando mutuatarius est in mora soluendi, quod si mora cesset, tunc credo subsistere, quòd mutuatarius haud sit obligatus præstare istud interesse, à neutra parte cogitatum, quam sententiam scripsit Caiet. & cōclusionem statuit in summa verb. vsura, Sot. in tract. de iustit. & iur. lib. 6. q. 1. art. 3. post 3. cōclus. & amplexatur Io. Bapt. Corrad. citata par. 1. q. 227. quando verò omnis abesset mora, non vtiquè cogi posset mutuatarius illud soluere, nisi pactum antecessisset, quo casu etiam nulla existente mora, neque tempore statuto ad restituendum elapso, deberet omne damnum passum, & antea sibi insinuatum exhibere, vt optimè adnotauit ipse Corrad. in initio d. quęst. & Sot. ac Dominic. Bann. in locis iam relatis, adnectentes complura exempla, circa huiusmodi interesse. Ex quorum verbis suadetur altera conclusio, non esse inhibitum, etiam in initio contractus, seu mutui pacisci de prædicto interesse, nec tantum generatim, sed insuper certa expressā quātitate; idq; apertis verbis dixerunt, Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 4. nu. 5. Io. Bapt. Lupus in tract. de vsur. comment. 1. §. 6 à nu. 122. Armill. verb. vsura nu. 3. & Gayl. indicata obseru. 5. sub nu. 16. quorum sententię haudquaquam refragatur altera negatiua à multis tradita, improbans, atque respuēs istam, de interesse pactionem in initio contractus, quos quidem auctores refert ipsemet Gayl. in eod. nu. 16. etenim illic Gayll. ex alijs Doctoribus, illam restringit opinionem ad interesse prouenient ex causa lucri cessantis, non damni emergentis, quinimmo si aliqua concurrant, neque in interesse lucri cessantis vendicet sibi locum, multi annuunt, quos inferius recensebo.

23 Vt autem hoc damnum persoluatur à mutuatario, non vtiquè opus est mercatorem consueuisse negotiari, cum damnum probare tantummodo sit necesse, sicuti Alex. aduertit cons. 141. viso themate nu. 3. vol. 5. per text. in l. nummis, iūcta glos. ad vers. sua die ff. de in lit. iurand. & text. in l. liber homo la 2. §. fin. ff. de verbor. obligat. & postea scripsit Andr. Gayll. obseru. 6. obseruandum nu. 6. lib. 2.

24 Quod modo attinet ad secūdam statutam nu. 21. conclusionem lucri cessantis, ne sit causa vsuræ, ea sine difficultate subsistit; in eo, qui solitus est negotiari; & præter antedictos, defendit Mising. obseru. 58. quæstio illa vers. cæterum cent. 4. Afflict. decis. 20. quidam nobilis nu. 2. Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 45. nu. 39. & cons. 485. existimo nu. 4. vol. 4. itaq; oportet deducere eiusmodi solitum, & mercaturam; illudq; probare deducendo mutuantem consueuisse exercere talem mercaturam, & summam quam quotannis, vel mensibus lucrari consueuit; & quod integro tempore, quo mutuatarius fuit in mora, potuisset eandem exercere mercaturam; hanc quippe praxim probandi, in hac specie tradunt Castrens. in l. 1. nu. 15. C. de summa Trinitate, & fide catholica, & l. 3. §. fin. nu. 3. Salycet. in princip. & Ias. num. 6. ff. de eo, quod certo loco; Andr. Gayll. adducta obseruat. 6. num. 4. & omnium melius Stephan. Beltrand. cons. 127. etiam si, volum. 8. vbi integro illo consilio, hanc formam probandi enarrat, & nouissimè Ioan. Petr. Surd. citato consilio sub num. 5. Est tamen verum, quod si istud interesse verificatum, ita non fuerit, sed quodammodo incertum, & Iudices, tanquam non seruata forma illa probandi, absoluerent reos ipsos conuentos, redarguuntur à Soccino, qui eos admonet, suum animum debere ex coniecturis informare, & ex eis quantitatem diffinire in cap. dilecti, sub nu. 6. de foro competenti, eumque sequitur Rebuff. citatus, & commendatus à Magonio decis. Florent. 32. Papiniani num. 8. Etenim Iudicis arbitrio remissa est cognitio, & declaratio istius interesse, teste Rota Genuens. decis. 117. cum Baptista num. 3. & eodem Magon. in eisdem decis. & propriè decis. 103. Reuerend. sub num. 9. atque Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. casu 119. & optimè Natta conf. 370. num. 6. Extatque decis. Accoramb. nouissimè impressa inter consil. Farinacc. & propriè cons. 15. num. 84. cuius verba num. 85. cum sequ. scripta, maximè conferunt præfatæ sententiæ Magonij, & sequacium, & ex quibus instruitur Iudex, quæ quantitas sit persoluenda creditori ob lucrum cessans, si interesse probare nequiuit, quod verè passus est ob non factam sibi solutionem à debitore moroso; nec quidem iam dictum interesse præstandum; solummodo erit pro priori anno, sed pro toto tempore, quo ipse debitor fuit in mora, quamuis duplum sortis excedat, ex sententia Hieronym. Cagnol. in l. vnic. num. 45. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest; licet persæpè in iure legatur vsuras nequire duplum excedere, vt in nouella Iustiniani Imperatoris constitut. 121. & 138. legitur expres-

sè

ſe, & probarunt Alciat. lib. 1. parergon cap.33. Io. Bapt.Lupus in l.curabit comment. 1.§.3.num.50.& 53. & Ant. Gamma deciſ. Luſitana 218. in cauſa creditorum num.8.ſuccurritq; l.ſi non ſortem in princ.ff.de condit.indeb.l.nihil intereſt §. quod in ſingulos ff.de naut.fœnor.l.penul.§.curſum C.de vſur. & fertur latam ferrariæ ſententiam fuiſſe, ab Alfonſo Morella Iureconſulto, & confirmatam á Domino Bonacoſſa inſigni Doctore; quæ vſuras reduxit ad ipſius ſortis æquiualens; namq; procedere quò ad vſuras vnius anni, declarat gloſ.indicata l.ſi non ſortem in princ.& illic Iaſ.in princ.& nu. 1.aliijq; multi, quos citat, & ſequitur Surd.conſ.302. articulus vol.3. vbi toto pectore conatur hanc tueri reſtrictionem, non autem in vſuris multorum annorum coaceruatis, quas poſſe träſcendere ſortem pro indubitato fatetur, rationibus probat, & contraria refellit. Ad rem modo noſtram retrogrediês, dico, ſolam prædictam conditionem de ſolito negotiari, non ſatis eſt probare. Verum quod pecunia mutuata, fuerit deſtinata negotiationi: nam ſi pecuniam ſoleat detinere, opere ſolutam, & ocioſam, ob illam ſiquidem, lucrum aliquod, non eſſe dandum, poſt alios Dominic.Bann. ait q.78. art.2. verſ.quarto, pro quo noto verba poſita á Mohed. in deciſ. 3. ſub nu.5. omnes earum pecunias de vſur. niſi tamẽ illa ſic detineretur pro fortuitis caſibus, inopinatiſq; neceſſitatibus, vt poſt Nauar.in manual.cap.17.nu. 212.tradit Ioan.Bapt.Corrad.indicata par.1.q.229. verſ.ad quæſitum demum reſpondendo, dicimus; vbi ſubnectit non inutiliter reſtrictionem periucũdam, ſi eiuſmodi quantitas vtrique ſufficeret, atque ideò, magna eſſet, quæ, & neceſſitatibus ſuccurreret, & ſumma inſuper ſupereſſet notabilis.

25 Quid modo dicendum ſit, quoties omnis abeſt mora, an nè liceat ſponte mutuãti recipere lucrum ceſſans? & tunc quoque conſentio affirmatiuę ſententiæ, in gratiam mercatoris, qui illud exigat pro pecunia deſtinata negotiationi; in quam reſolutionem adducor auctoritate Nauar.citato cap. 17. ſub nu.211. qui præterea quatuordecim comprobat in comment.de vſur.notab.15.à nu.42.verſ.quarto, & copioſè Petr.Aragon. ſuper D.Thomam 2.2.q.78. art.2. quibus minimè contradicunt Doctores citati á Caualcan.deciſ.2.nu.28.par.2. affirmantes, nullum deberi lucrum ceſſans, ante moram, etiam mercatori; namq; ſubſiſtunt in eo mercatore, qui ſimpliciter ad ſtatutum tempus mutuauit, quo tempore nondum præterito, nequit eiuſmodi lucrum conſequi, ita Dec. conſ.119. pro tenui in fine vol.1. quod non contingit in ſolito negotiari, ſimpliciter mutuante, cum expreſſa pactione lucri ceſſantis: hic enim ſtatim, quod conſtare fecit de lucro, quod potuiſſet lucrari, vtique tute valeret, ni fallor, illud habere ab ipſo mutuatario: quinimmò reſpectu alterius non mercatoris, licet omnes præcitati dicant, non licere, necnon Beltrand. conſ.127. etiam ſi nu.1. vol.8. Nihilominus reſpondi nudius tertius in contingentia facti, neque ipſum prohiberi illud adipiſci pro pecunia tamen ſolita, vel deſtinata emptioni, aut alteri impenſæ, ex qua potuiſſet lucrum iam dictum habere, per ſingularem deciſionem Caſtrenſ.in l.diuortio ſub nu.6. ff.ſolut.matrimon.quam collaudat nimis Alex.conſ.31. viſo themate ſub num.5. & melius conſ.200. perſpectis ſub nu.6.vol.6. & expreſſius Roland.à Valle conſ.35.in præſenti nu.5.vol.1. & concinit idem Caſtrenſ.in l. Iulianus §. ex vendito ff. de action. empt. & Dec. conſ.119. pro tenui in finalibus verbis vol. 1.

26 Verum de hoc lucro, paciſci valeat in initio contractus, annuit Nauar.indicato nu. 211. dumtamen poſt moram probetur tanti ſua verè interfuiſſe, vt Ioan. Baptiſta Lupus, & Bald. concluſere, quos Gayllus inſequitur adducta obſeruat. 5. ſub nu.16. lib.2.& nouiſſimè ex Alex. Didaco, & alijs, tuetur Ioan.Petr.Surdus citato conſ.485.ſub num.6. adnectens eſſe communem opinionem, etiam apud Theologos, quod ſi de tali intereſſe aliunde non conſtaret, quam per dictam pactionem, vtique contractus iſte diceretur fœneratitius, per Dec. citato conſ.119.ſub num.3. Ioffred.Lanfranch.deciſ. 355. ſicut pœna, & Marium Martium inter conſil. 15.Farinacc.ſub nu.75.

27 In initio autem accipere ratam lucri ceſſantis, non permittitur, ſi Nauar.credendum eſt, id aſſeueranti in manual.cap.17.ſub nu.212. verſ.quinta, & Corrad.citata q.229. in additione verſ. id etiam eſt obſeruandum, atque Dominic.Bann.ad D.Thom. q.78.art.2.verſ.denique poterunt.

28 Et cum illud exigendum eſt, non vtique licebit conſequi omne lucrum ſperatum, & propterea ceſſans; verum aliquid minus, habita conſideratione ad labores, pericula, & expenſas, quas feciſſet, vel ſubijſſet in ea negotiatione, quæ propterea ſubducuntur à lucro, & fatentur ijdem Corrad. & Bãnes, ille q.229.verſ.demum; iſte verò citato artic.2. verſ. denique adiudicandum; & optima adſtipulatur D. Thomæ ſententia: peti haud poſſe lucrum dubium, & prorſus incertum, ſed quod probabiliter omninò ſperatur, vt ille ait in Summ. 2.2.q.78. artic.2. ad primum.

29 Nunc ſummis, vt aiunt digitis attingam reſolutionem aliquorum caſuum, in quibus non leuis exiſtit inter Doctores controuerſia, ſi vſura in illis cadat; eorumq; primus ſit, de vxore, quæ exegit annuum legatum ſibi á viro factum, donec fuerit ſibi perſoluta dos ab hæredibus, cuius veritatem inquirit Menoch. conſ. 411. cum de egregia vol. 5. vbi multorum memorat auctoritates, ex quorum dictis ſelegit tres opiniones; primam negantem, & reſpuentem vſuram in hoc caſu; ſecundam affirmantem, & illam admittentem; tertiam veró promiſcuam, & priores diſſentientes, conciliantem, & credentem negatiuam ſubſiſtere, quoties in poteſtate vxoris, vel alterius legatarij eſt repetere dotem, illamq; habere, ſiuè legatum; ſecundam verò quoties nequit, licet velit legatum, ſiuè dotem exigere, & tunc ſatis ſit legatario, & vxori hæredem extraiudicialiter interpellare; quam tertiam omninò amplexatur Petr.Surd. conſ.23. vſurariam prauitatem ſub nu. 11. verſ. ſecundo reſpondeo vol.1. & hanc quidem reſolutionem veram, ipſe faterer ex rationibus, & Doctoribus multis, ab ipſomet Iacob.Menoch. & Petr.Surd. citatis indicato conſilio á nu.25.niſi Rotæ ſupremum tribunal, contrarium cenſuiſſet, etiam in hoc caſu, vbi nequiuit legatum conſequi per Put.deciſ.70.& deciſ.106.lib.1. quam citat Petr.Paul.Iuſtin. inter conſ.Farinac.15.nu.48.

30 Alter eſt de fideiuſſore ſi ſtipulari ſibi valeat certum quid, pro ipſa fideiuſſione, & licet vir quidam

damnatę memoriæ affectus timore, vbi non erat timor, credidisset, non licere, alioqui vsuræ nota commaculetur in suo tract. de vsur. q. 31. num. 251.

Nihilominus verius esse opinor stipulationem iam dictam, & contractum, esse ab omni vsuræ labe alienum, ex text. in l. si remunerandi §. fin. ff. mand. & l. hoc iure §. labeo ait ff. de donat. & inibi Bart. notat post glos. necnon Dec. defendit cons. 7. Valas. decis. 18. num. 1. & nouissimè longa serie Io. Petrus Surdus cons. 306. hæc quæstio vol. 3. vbi num. 4. frequens, & in praxi commendatum, adducit simile
31 de assecurantibus merces, & alia omnia, quæ de vno in alium transmeantur locum, quas pactiones Genuæ presertim, ac Venetijs fieri, & sustineri probat Ias. in l. cum ad præsens ff. si certum petatur, Angel. de Clauas. verbo fideiussor, Conrad. in tractat. de contractibus q. 40. conclus. 4. Diuus Antoninus in summa part. 2. titul. 1. cap. 7. §. 46. & alij, inter quos non licet silentio inuoluere Benue-
32 nutum Straccham in suo tract. de assecuratione in præfat. nu. 45. qui assecuratores quando teneantur non pertracto cum sit materia externa, & remitto ad Ias. cons. 147. lib. 4. Vrsill. in suis addit. ad Afflict. decis. 389. Alciat. cons. 17. nu. 25. lib. 7. & Carolum Iallongum racematione 40. nu. 6.

33 Tertius adhuc perutilis est casus de vendente addita pactione, ne dicatur translatum dominium, nisi facta integrali solutione pretij, & videtur prohibitus eiusmodi contractus, seu potius irritus, ex labeonis responso in l. cum manu sata §. final. ff. de contrahend. emptione; attamen subsistere, & validum esse non dubito, cum Bald. in rubr. C. de contrah. emption. nu. 23. Ioan. Andr. ad Speculat. in tit. de emption. & vendition. §. 1. vers. facile ergo erit Castrens. consil. 66. viso quodam instrumento libr. 1. & consil. 69. Caius in his terminis volum. 2. Abb. consil. 66. quoad claram decisionem lib. 1. Dec. consil. 440. superioribus diebus, sub num. 1. & demum Tiraquell. in tractatu de retract. lignagier, §. 1. glos. 2. num. 36. & 39. ita quod vendicare sibi propterea locum ius congrui pronunciauit Consilium Neapolitanum, de quo Afflict. decis. 338. nobilis Petrus, quamuis in contrariam sententiam iuerit Boer. decis. 112. & videtur primo secundum quam fuisse, tunc in causa vertente, & alijs pluribus in causis conclusum, & decisum in ea curia, attestatur post num. 2. sed vtra sit, verior decisio, non inquiro; namque meæ opinioni vtraque suffragatur, siuè enim concedatur retractus, siue denegetur, mihi satis est, ad effectum præsentis speculationis contractum subsistere, & vsuraria prauitate carere, non obstante labeonis pronunciatu in §. nuperrime effluxo; quod non nisi de isto pacto apposito, vt perpetuò inesset, intelligi arbitratur Dec. in eodem cons. 440. non autem de temporali, cuiusmodi est recensitum; & sic quousque fiat integrális pretij solutio.

Nunc de cambijs loqui conuenit, & perscrutari, si vsura in eis committatur, in qua re nulla potest generica tradi affirmatiua, seu negatiua regula, nisi antea prænotemus, cambium istud, de quo in præsentia verba facere intendimus, quia per literas fieri, vt plurimum consueuit, ideo cambium per literas ab omnibus passim vocari, illudque in duas findi species, earumque prior est cambij veri,
34 seu realis, posterior verò fictitij, & sicci, illa explicatur cum habita fide de summa, vel præsenti pecunia quantitas recipitur soluenda, seu reddenda in alio loco, & literæ cambij, propterea fiunt destinatæ alicui illic existenti; ista autem cum campsor dat alteri pecunias post tempus destinatum, & conuentum, vna cum fœnore, iuxta valorem currentem in loco conuento reddituras, sibi in eodem loco, vbi facta est consignatio. Ita quippe instruimur ex Toleto in lib. 5. instruct. Sacerdot. cap. 50. à num. 4. & Ioanne Baptista Corrado in suo tractatulo de cambijs impresso in calce primæ partis suæ Summæ, vers. sed antequam vlterius, & videre licet apud Marium Antoninum de cambio reali tractantem, variar. resolut. lib. 1. resolut. 27. in causa num. 1.

35 Harum quidem specierum, est sanè licita prima, sed improbata secunda, & quicquid pro primo cambio recipitur vltra sortem ob periculum, incommodum, & impensas solitas fieri in pecuniæ traiectione, aut detentione sociorum, & domus in alio loco illo, permittitur, vt inquit Roman. consil. 238. pro habenda num. 6. & quia talis commoditas est pretio æstimabilis, teste Sot. de iustit. & iure lib. 6. quæst. 10. artic. 1. Isteque vsus valde necessarius est, Reipublicæque conducit ad euitanda pericula, laboresque in deferendis pecunijs, vt optimè aduertit præfatus Corradus, versic. tertia conclusio; alioqui tot mercatores inijentes eiusmodi cambia damnare oporteret, & vniuersus Orbis maximum sentiret incommodum, detrimentumque patere-
36 tur, vt scripsit Calderin. consil. 11. Mercator Ianuensis in fine, de vsuris; verum plura concurrere necesse est, vt licitum sit ex sententia Iacobi Grassij post Nauarr. in suis decisionib. aureis lib. 2. cap. 110. sub num. 4. & primum, quod seruetur æqualitas valoris pecuniæ receptæ, & persoluendæ alibi, aitque Nauar. in manual. cap. 17. sub num. 287. & sub num. 297. & melius num. 289. Alterum est, vt iustum tantum propterea detur lucrum probatum communi mercatorum vsu, & assentitur Nauar. citato nu. 289. atque Caualcan. decis. Fiuizana secunda supra in proxima sub nu. 26. par. 2. Tandem exigitur, vt campsor sciat, aut probabiliter credat illum persoluturum pecuniam, cui literæ dirigere intendit, ita Nauar. in loco nouissimè citato, quod si ille renueret acceptare literas, & ipse aliquid reciperet ratione lucri cessantis, vel damni emergentis non patraret vsuræ crimen, prout Corrad. sentire videtur, in eodem loco vers. visis. Quartum denique, quod præcitati Nauar. & Grass. dicunt requiri, est distantia loci, in quo facienda est solutio ab altero, in quo literæ scriptæ sunt, & rationem adduut, quia si non longè distaret ad inuicem, periculi causa omninó cessaret, & damni in deferēdo, ob quam conclusum est licere lucrum recipere, ita quod diceretur potius cambium, tunc de tempore ad tempus, & propterea improbatū, namq; omne tempus reijcitur in eis, præter necessarium ad transmittenda chirografa, vltra, quod si aliud longius intercederet, efficeret cambium illicitum, quare respōdi necesse esse, vt statim cōsignatis literis fiat solutio, non autem interuallo temporis adiecto, & propterea apocha, in qua adest clausula illa, á mercatoribus apponi solita (à vista) valida censenda est, non altera.

(ad

(ad vſo) & expreſsè fatetur Sot. lib. 6. de iuſtit. & iur.q.10.art.1. verſ.concluſio, & Graff.cit.cap.1 10. num.5.

37 Quoties verò realitas cambij iuxta prædicta, & alia ſimilia deeſt, vtique fictitium ſemper, & ſiccum dicitur; atque à Doctoribus omnibus reiectum; quinimmò à fel. mem. Pij V. in ſuo conſtit. 148. In eam pro noſtro paſtorali officio curam, neque illud poteſt aliquo pacto ſuſtineri ex rationibus ſimilitudinis inter reale,& ſiccum allatis à quodam Religioſo viro, Ordinis Carmelitarum delli Scalzi in ſuo Dialogo vulgari ſermone conſcripto, (quem tacito nomine typis dedit Ianuæ) de cambijs tractante fol.29. tùm quod etiam cambia realia multi ſentiunt de rigore iuris illicita, tanquã imper-miſſum, atque illicitum, quod pecunia pecuniam gignat, vt inquit Armill. verbo campſor ſub nu.1. & eorum ſententia fortaſſe vrgeret, niſi prædicta ſanctione Pij V. permiſſa fuerint; ita quod non ſit aliud ſuper eis nunc hæſitandum. Tùm quod euidens diuerſitatis ratio non abeſt, & ſupra retuli à nu. 35. neque illemet Auctor negat fol. de periculis contingentibus in delatione pecuniarum ex vno in alium locum, deque damno, quod perſæpe ſentiunt mercatores, ita quod capitale nonnumquam amittunt, ob quæ illic probauimus cambia ipſa realia permiſſa eſſe; & lucrum ex eorum cauſa accipi, quæ ratio omninò ceſſat in fictitio, & ſicco, vbi illa non intercedunt, quæ profectò eſt vera ratio, qua fulcitur validitas cambij realis, & non aliæ ab eodem relatæ, cum potius ſint impulſiuæ, & concomitantes: Tùm denique, quod præfata Conſtitut.apertis verbis improbat, reſpuit, & annullat, iſthæc cambia ſicca, & propterea, neſas ſit ſupra ſapere, ſed ad ſobrietatem, & reuerenter parere,& cuiuſcumque ſint qualitatis, dummodo ſicca, ſemper illicita, vt videre licet apud Toletum adducto lib. 5. cap. 52. vbi quatuor ſpecies cambij ſicci recenſet,& omnes illicitas aſſeuerat.

Cæterum videndum eſſe admoneo Rebell.alijs clarius, & fortaſſe abundantius loquentem in tractat.de oblig.Iuſtit.par.2.lib.11.á quæſt.3.vſque, & per totam quæſt. 15. qui præſertim quæſt.6. nu.10. notabiliter aduertit cambium eſſe fœneratitium in vtroque foro quando (vt fieri ſolet) á campſore recipitur cum obligatione perſoluendi illam in loco, in quo nullam ipſum campſuarium habere pecuniam conſtat, multoque apertius ſi ea de cauſa ad eum locum literæ non dentur, aut ſi dentur, ob eandem cauſam illuc non mittantur, aut ad famulos reſpondenteſue ipſius campſoris quaſi eiuſdem Campſuarij eſſent, mittantur; qui alias, literas cum nouo fœnore, ideſt recambio remittant (ſecus enim tunc campſor palliando vſuram per ſuos reſpondentes cambium init) aut; denique ſi contrahentes conueniant, vel intendant, vt non niſi, vt vbi campſori pecunia data fuit, ibidem poſtea ſoluatur; omnia enim eiuſmodi cambia non tantum à Doctoribus, ſed etiam à Pij Quinti diplomate de cambijs, tanquam fœnerancia damnantur; cum pro ea, non alia ratione quam mutui lucrum campſori detur, vel promittatur; quinimmò ſubdit ad diligentiam adhibendam obligari campſorem iuxta communem, quando probabiliter dubitat de campſuario petente hic pecuniam ſoluendam à ſe alibi, an verè babeat animum alibi ſoluendi, alioqui exponeret ſe periculo lucrandi ex mutuo, mortaliterque peccaret; & alia multa adnectit, quæ ſilentio inuoluo, tu videto, interim colligas non ſolum ex eius dictis liquere fœneratitium eſſe contractum ſi certo ſcit non alibi, ſed in eodem loco Campſuarium reſtituturum cambium, verum etiam ſi non eſſet ſibi certum, quod ille ſit alio in loco ſoluturus, multoque magis ſi dubitet, & ſuſpicetur ex indicijs, in eodem loco illum ſibi redditurum acceptam pecuniam; hæc igitur ſunt albo ſcribenda lapillo, & perpetua memoria tenenda, quia quotidiano vſu eueniunt, neque Campſores ipſos ſuperinde mordet conſcientia, & tamen illicitus, re vera eſt contractus, ſicuti inferius pluribi, licet ſummis labijs inſinuo.

Vidi tamen ſententiam præteritis annis prolatam in gratiam V.I.D. Ioannis Baptiſtæ Scotti à Regio Conſilio Neapolitano ſub verbis inferius deſcribendis poſtquam allegationes reſcripſero ſuperinde factas ab erudito viro,& cauſarum patrono eximio, ac meo compatre Horatio Pirrhono, quibus adductum idem conſilium iam dictam protulit ſententiam.

Marchio Campaniæ ex cauſa antecedentium cambiorum dependentium ab inſtrumentis annorum 1592.& 1589.factis computis cum Petro Baptiſta Scotto confitetur remanere debitorem dicto Scotto in duc. 3003. 8. 7. de marchis, quam ſummam Marchio affirmat fuiſſe ab ipſo Scotto acceptam cambio pro feria Sãctorum Placentiæ, ipſamque ſoluere promiſit eidem Scotto Genuæ in redditibus dictæ feriæ pacto expreſſo, quod in defectum potuiſſet ipſe Scottus dictam ſummam, tàm in ſe, quã in alios, ſemel pluries, ac per iteratas vices cambiare, & recambiare, & continuare ſuper cambijs, & ferijs ex Ianua in Bizuntium, vel vbi feriæ fient per nationem Genuenſem, & ex Bizuntio, vel loco feriæ in Ianuam, vt in eis, & in Ianua cambiabitur, reducendo intereſſe, prouiſiones, & expenſas de foro in forum in capitale, donec & quouſque prædictus Marchio eidem Petro Baptiſtæ ſatisfecerit realiter, & cum effectu; & fuit propterea conuentum de intereſſe ſtare computo, calculo, ac ſimplici aſſertioni cũ iuramento dicti Scotti, etiam non ſolemniter ſumpto, cui credi dictus Marchio voluit, & haberi pro plena, & probata probatione, abſque alia declaratione, vel taxatione Iudicis, quæ omnia iuramento attendere, & obſeruare promiſſum fuit, & non contrauenire etiam ſi de iure, vel de facto poſſet. Quæ ſunt formalia verba inſtrumenti exhibiti fol. 5.

Quæ omnia cum ſint pacto,& iuramento firmata; quod ita executioni tradenda ſint, vt fuerunt promiſſa, nemo ambigere debet; fidem enim fallere, quod graue ſit dixit Vlpianus in l. 1. in princ. ff.de conſtit.pecun.& latè Marſill.ſingul.148. Strach.in tract.de mercat.in 3.par.nu.10.

Vnde cum Scottus habeat inſtrumẽtum, pro ſe,

38 caſum legis habere dicitur Bald.conſ.215.col.1. in fin.vol.2. Aymon, Crauett.conſ.31.nu.7.& ſic probationem probatam claram, & manifeſtam, idem Bald.in l.Imperator col.2.ff.de ſtat.homin. Tiraqu.

qui multos congerit de retract. consang. §. 2. glos. 1. nu. 20. Menoch. qui alios plures addidit cons. 422. nu. 127. vol. 5.

Et cum vigore dicti instrumenti liquidationem crediti ipse Scottus fecerit fol. 131. absque alia probatione clarum est de iure ipsum potuisse, & declarare, & describere in exitum administrationis factę in hoc Regno pro dicto Marchione post causatam obligationem vltimam de anno 1594. dictorum duc. 3003. quantitates sibi debitas ex causa dictorum cambiorum.

39 Simplici enim dicto, quod credatur absque alia probatione, quodque dicta conuentio de iure, & consuetudine mercatoria subsistat, est communis opinio, Bart. & Doctorum in l. fin. ff. de Prætor. stipul. Alex. & Ias. in l. iusiurandum ex conuentione ff. de iureiur. Dec. in cap. ad hæc il 2. de appell. Alexand. cons. 130. in fin. vol. 1. cons. 177. vol. 2. Cagnol. in l. vnic. C. de sentent. pro eo, quod interest n. 124. Afflict. decis. 91. Rot. Genuens. decis. 193. nu. 9. vers. neque obstare, & nu. 10. & 11. sicuti enim partes pacisci possunt, quod credatur testibus in causa propria secundum Bald. in l. fin. C. de fideiuss. quod detur fides copiæ, cui alias non crederetur, Doctores in auth. si quis in aliquo C. de edend. & quod probationes inualidæ valeant secundum Innoc. in cap. cū causa de testib. Bald. in l. fin. C. de testib. & quod credatur dicto vnius testis, vt per Specul. in tit. de testib. §. restat, vers. hoc tamen, Bald. in l. bonæ fidei C. de reb. credit. ita etiam pactum, & promissio de stando pro interesse simplici verbo, cum iuramento ipsius Scotti, dixit Strach. de mercat. in tit. de cōtractib. nu. 6. vbi multos allegat, & in similibus terminis ita decisum fuisse, refert Rota Genuens. decis. 134. & testantur de obseruantia innumeri negotiatores Genuenses Romani, & Neapolitani fol. 198. ad 301.

Nec dici potest tale pactum esse à iure improbatum cum adeò sit permissum, vt etiam si non sit expressum, de iure intelligatur, vt probat Dec. cons. 562. in princ. vsque ad nu. 4. vbi concludit potestatem datam creditori per debitorem, vt capiat pecuniam sub cambijs, ne creditor patiatur interesse non restringi in prima vice, sed generaliter intelligi, donec creditori satisfactum fuerit, quam Decij conclusionem vti verissimam, confirmat Tiraq. in l. boues §. hoc sermone limit. 6. nu. 8. ff. de verbor. signif. Schrader. de feud. tom. 2. par. 10. sect. 11. nu. 71. & tale pactum Marchio appotuit ex se, nedum in contractibus prioribus ad beneficium Scotti fol... sed & aliorum creditorum, vt fol. 219. &c.

Quę res nec in dubium venirę poterit, cum pretia cambiorum posita in calculo fol. 13. & seq. iusta esse, manifesto constet per fidem fol. 25. & testes super 6. & 7. fol. 108. 109. 110. eodem 112. 113. & alij, qui subdunt, quod ita soluerent si deberent.

40 Quę obseruantia, & consuetudo mercatoria, quod sit attendenda sunt regulæ vulgatæ, & dixit Paul. Lusit. in tract. de spons. Mercat. in 3. par. nu. 8. Rota Genuens. decis. 78. nu. 17.

Eo maximè, quod cōtractus inter Genuenses est celebratus, & Genuæ solutio destinata, vbi cum viuatur super interessibus, vt testatur Rota Genuens. decis. 68. in fin. ita semper fuisse iudicatum fatetur; Interesse enim deberi secundum consuetudinem Regionis, dixit notabiliter text. in l. idemq; §. si procurator ff. mand. & dicta Rota Genuens. decis. 78. in fine.

41 Nec obstat, quod non apparet ipsum Petrum Baptistam passum fuisse hoc interesse, nempè quod cæperit pecuniam continuò sub cābijs in ferijs subsecutis, & in computis annotatis, nam ex instrumēto fol. 5. fatetur Marchio, quod cæpit dictos ducat. 3003. cambio', & dedit ei potestatem cambiendi in seipso, & alijs, & quod de hoc stari deberet eius assertioni, & calculo, quæ conuentio est omninò seruanda, vt patet ex decisis per Rotam Genuens. decis. 78. post n. 7. vers. circa interesse vsque ad finem, & decis. 134. num. 3. quæ omninò videantur rogo, nam sunt in terminis terminantibus.

Ad cautelam tamen ipse Scottus vltra eius iuramentum probauit passum fuisse cambia, & pati, vt per epistolam fol. 136. & per testes super 4. fol. 108. 110. 111. 112. 114. & 120. & alios, vt per fidē fol. 329

Et propterea, quod sit negotiator cambiorum probatur ex dicta fide, & per instrumenta confecta cum Marchione fol. 320. & seq. & per alia fol. 137. etiam ex confessione Marchionis in instructione fol. 71.

42 Quod si nulla prorsus appareret probatio damni emergentis, adhuc idem interesse sibi debebitur ratione lucri cessantis, ex quo tale interesse à die moræ omninò debetur solito negotiari, ne dum de iure ciuili, sed etiam canonico ex communi sententia canonizata, tám in scholis, quàm in palatijs, teste Cagnol. in l. vnic. à num. 35. ad 40. vbi latè Rebuff. in vltim. glos. .... Cacher. decis. Pedemont. 143. nu. 4. vbi innumeros congerit, & Rot. Genuen. decis. 16. nu. 16. decis. 34. nu. 3. vers. at in casu nostro, decis. 59. nu. 7. decis. 78. nu. 11. vers. præterea cum dictus agens, decis. 134. circa finem; imò vtrumque interesse debetur à dicto Marchione debitore nedum moroso, sed soluere Scotto, & pro eo fideiubere recusante erga creditorem sui causa factum, vt habetur ex literis datis dicto Scotto, & Gregorio Gabarino creditori, post dictum instrumentum de anno 1594. fol. 223. nu. 71. & 72. ex notatis in l. 3. §. nunc de officio ff. quod certo loco, & d. l. vnic. ac per Afflict. decis. 20. & Canonistæ in cap. cum venerabilis de except.

Mora enim Marchionis patet ex tot literis in processu exhibitis, & ordinibus, quod pecuniæ administrationis Marchionatus alijs creditoribus soluerentur fol. 263. nu. 93. fol. 283. fol. 73. nu. 26. & c. & talis fuit, quod coegit Scottum propria vendere bona vili pretio, vt fol. 9. & prætium fuit creditoribus solutum, vt fol. 136.

Et quod voluit cambia pati licet grauitatem sciret, quæ tamen moderatissima esse constat fol. 263. nu. 81. dicto fol.... nu. 96. fol. 73. nu. 27. à tergo fol. 261: ibi della partita, che à voi deuo fol. 78. num. 60. fol. 315. nu. 309. & alibi.

Quod interesse idem Marchio acceptauit ordinando eidemmet Scotto, vt sibi solueret fol. 247. nu. 74. inde facta solutione partis dicendo, per vita vostra senite di pagarui di quanto vi deuo sopra cābij fol. 264. num. 99. & maximè acceptauit dum dicto Scotto respondit, hauer fatto notare li due. 3000. vt fol. 247. nu. 77. fol. 264. nu. 100. magisq; ex presse acceptauit; dum recepit computa Scotti dicēdo li farò

rò notare conforme al solito, vt fol. 69. nu. 7. & de solito apparet fol. 72. num. 14. & 15. dicendo hauer fatto vedere lo conto, che camina bene, & poi hauer comandato, che si ponga à libro, quæ verba operātur de stylo mercatorio, ita quod nisi constet error in computationibus cambiorum non possit super eis refricari, vt testantur tot negotiatores in fide fol. 299. & altera fol. 300. & non obstant verba inde dicta ad refrenandum Scottum, ne conquereretur de retardatione solutionis, sicq; confirmauit, & debitum agnouit, etiam de 1598. post reuocationem Scotti à gubernio offerēdo compensare quello douesse Scotto per l'amministratione con il debito sopra li cambij, vt fol. 248. nu. 78. vnde nulli dubium esse potest, quin ipsi Scotto debeatur iuxta petita.

At vt omne genus scrupuli obiecti per Marchionem tollatur, id producitur, quod omnes nemine dissentiente concludunt, nempè quod solita dare cābia realia, prout solere ipsum Scottum fuit probatum per dictam fidem fol. 319. & testes super 10. fol. 113. & 120. à terg. quodq; vt Marchionem accomodaret cambia realia facere omisisset, licito iure permissum esse exigere, quod ex sua industria iuste permutandi facere omisit, prout in proprijs terminis affirmat Carer. in tract. de cambijs in cap. 1. Nauar. in consimili tract. cap. 15. num. 26. cap. 17. nu. 34. cap. 20. nu. 56. Alex. cons. 141. lib. 5. Moderni in l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter, faciunt notata per Abb. in cap. præsenti, & cap. 1. de offic. deleg. Io. Lopez in cap. per vestras §. ex his de donat. inter vir. & vxor. quia solito negotiari debetur nedum interesse damni emergentis, sed vtrumque à debitore Moroso, vt supra dictum fuit, & testantur glos. Bart. & Ias. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco, & communem testantur Anchar. cons. 350. col. 2. Alex. cons. 200. vol. 6. & alij relati.

Quod autem ipse Scottus solitus sit negotiari super cambijs nedum est probatum, vt supra, verum sufficit ipsa ratio, quod scilicet sit Ianuensis, ex quo Ianuæ omnes nobiles, plebei, siuè pauperes, siuè diuites, tam magistratus gerentes, quàm priuatam vitam agentes, ac etiam Doctores, imò etiam mulieres huiusmodi negotijs cambiorum incumbunt, ita vt valeat consequentia, est Ianuensis, ergo Mercator, ita enim apertissimè deduxit, & decidendo confirmauit Rot. Gen. decis. 139. num. 9. vers. Quibus hinc inde, & num. 10.

Nec dicatur quod Petrus Bapcista non probauit requisita pro consequendo hoc interesse iuxta tradita per Afflictum decis. 20. Nam ex deductis cōstat ipsum esse negotiatorē huiusmodi cambiorū, & quod alij negotiatores, qualis est ipse Scottus in illis nundinis degens in partibus lucrati fuerunt cōsimilem quantitatem, & hoc de iure sufficit, vt voluit Angel. in l. cōtinuus §. cum ita ff. de verbor. oblig. Paul. ibidē, & Rebuff. in l. vnica glos. vlt. nu. 26. post relatum Afflict. vbi supra C. de sent. quæ pro eo quod inter, & latè comprobauit Rot. Gen. decis. 139. omninò videnda.

Sed ad quid de cambiorum æquitate pertractare si ex eo, quod Scottus non valens litigare obtulit se contentare de cambijs nihil agere, dummodo soluto capitali eius per Marchionē consimilis quantitas sibi mutuetur pro eodē tempore quo Marchio vsus fuit, vt ex calculo fol. . . in fine num. 34.

Contractus enim qui cum manifesto periurio inficiatur in æqualitatem reducitur, quæ æqualitas cum sit de iustitia cuiuslibet contractus, vel quod ad ipsam æqualitatem seruandam, vel ad quantitatem petitorum cambiorum soluendā dictus Marchio condemnari debeat, dubitari non oportet.

Hactenus præfatus meus compater, & integerrimus æquè ac doctissimus Pirronus qui in gratiam sui clientis obtinuit sententiam fauorabilem.

Verum si hæc decisio fulciatur aliqua valida ratione vehementer dubito: Non enim videtur subsistere ratione cambiorum, cum non nisi pro prima feria destinata permittatur cambium, non pro alijs subsequentibus, & aiunt Laurent. de Rodulph. in tract. de vsur. par. 1. nu. 26. & par. 3. q. 1. Sot. lib. 6. de Iustit. & Iure q. 12. artic. 5. & expresis verbis dicta Constit. Pij V. his verbis, neque realia cambia aliter quam pro primis nundinis vbi celebrātur, vbi autem non celebrantur pro primis terminis, iuxta receptū locorum vsum exercere; abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis, & deinceps exercēdi;
43 hæc ibi, ex quibus, omnes rectè colligūt, recambia dici illa, quæ pro secundis, & vlterioribus nundinis soluuntur, eaque prohibita omninò esse, veluti iniquissimam vsuram continentia, teste Nauar. indicato cap. 17. sub num. 289. vers. & quod alioqui, & repetit in suo tractatulo de cambijs num. 50. vbi tamen videtur non improbare si ex causa interesse petatur, quod interesse cum duplex appareat scilicet damni emergentis, & lucri cessantis, ideò videtur in vtroque idipsum defendere maximè dum se remittit ad nota per eodem tract. nu. 34. & dubitare non licet ex his quæ mox scribam, ideò videndū est, si pręfata decisio saltim ratione damni emergētis, vel lucri cessantis, possit dici valida, & rationa-
44 bilis, sed antea non omittam declarare quod in ea Constitutione dicitur de primis nundinis, vt intelligatur de primis inter partes conuentis, non autem immediatis, vt optimè colligitur ex Mario Antonino variar. resol. lib. 1. resol. 27. in causa, sub nu. 7.
45 Et licet vera sit conclusio, iam iam ex Nauarro relata, licere mutuanti recipere à mutuatario damnum, quod passus est ob prædictum mutuum, si eandem quantitatem ab ipso mutuatam recipit ab altero sub cambijs, comprobata prius ex generica illa conclusione, quam statui nu. 22. & in specie ista ex auctoritate eiusdem Nauarri citato cap. 17. sub nu. 212. vers. & qđ consequenter ac Soto in lib. 6. de iustit. & iure q. 1. art. 3. vers. quæstio hæc; licet etiam vera sit altera conclusio, de iure tamen communi, posse debitorem concedere facultatem creditori accipiendi pecuniam sub cambijs, dictaq; facultas non restringatur ad primam vicem, & ferias, sed donec fuerit eidem satisfactum, vt optimè defendit Dec. consil. 562. viso puncto numer. 1. cum sequentibus, & Tiraquell. inter regulas diuers. Regula incipiente sermo simpliciter prolatus limit. 6. vers. sequuntur item lib. 17. & Tepatus in 1. tomo variar. sentent. Iuris Rub. de interesse damni emerg. versic. debitor, potest nihilominus illud persoluendum est, prout verè interuenit alioquin non est præstandum ex Greg. Tholos. in tract. de vsur. lib. 1. cap. 2. sub nu. 4. versic. huius damnationis, & Crescent. decis. 4. Simon Centurio sub nu. 1. Farinac. & alij cons. 15. dubitandū non est nu. 10. nu. 18, & 23.

& 23. ideoq; damnũ re vera passum probare opus est,vt inquit præcitatus Crescent.& Farinac.& cõprobatur ex his quę scripsi sub n.22.&23.quare cũ ipse Pet.Baptista nõ probauerit eiusmodi interesse, vel saltẽ neq; suo iuramento affirmauerit recepisse sub cambijs ab alijs, inde fit, non licuisse eidem ex hoc capite recipere aliquid vltra summam mutuatam; quod autem ipse dixit passum esse eiusmodi damnum,quia à se ipso recepit pecuniam sub cambijs,idque facere potuisse vigore instrumenti inter ipsum,& Marchionem celebrati; in quo datur sibi facultas dictam summam tám in se, quàm in alios semel pluries,ac per iteratas vices cambiendi, dico haudquaquam opitulari ipsi Scotto,siquidem hoc est quod prohibetur tãquam merum cambiũ quod vltra priores ferias demonstrauimus non extendi alioqui esset recambium, & vetitum, & ob alias multas rationes quibus Cosmus Philiarcus improbat mutuum istud cum hoc pacto quod nomine illius à se ipso ad cambium accipiat, ac propterea illicitum, & vsurarium omnino esse in tract. de offic.Sacerd.lib.5. cap.34. vers. tertium dubium par.2.& concinit Peguera quæst.crim. cap. 33. per totam maximè nu. 6.

46 Non item videtur subsistere ratione lucri cessantis, propterea quod, non ea fuerunt probata, quæ necessariò requiri,pro cõsequutione lucri cessantis dixi n.24.& 42.& amplius,quia licet Rota Genuen. dicat,& incideter fortasse in decis.30.alias sub n.7. interesse lucri cessantis,deberi mercatori ex cambijs,si probauit se tantum fuisse lucratum in cambijs; attamen hæc non videtur vera resolutio, tùm quia Dec. in cons.39.iuridice nu.5.& alij ab eadem decis.citati,id minimè dicunt in indiuiduo,sed generatim inquiunt teneri verificare lucrum, quid lucratus esset, qui vult cõsequi lucrũ cessans, quod nos haùd negamus; quinimmò probamus, negamus tamen cum his inferri posse ad illam conclusionem, licere ex cambio adipisci lucrum cessans, si tantummodò probetur lucrum,quod ex alijs cãbijs potuisset percipi; tum quia adsunt,qui expressis verbis inquiunt,eos,qui solis cambijs expositam habent pecuniam, nequire cambiendo percipere lucrum cessans,sed oportere deducere,quod propter cambium,ab altera cohibitus est licita negotiatione, ita Sot. indicato artic.3. versic. si autem demum; & Nauar. citato cap.17. sub nu.297. quorũ dicto,haud aduersatur, quod si illud veritate fulciretur,sequeretur ex eo,quod qui nescit, vel nequit, aut non vult alicui mercaturæ incumbere, vel introitus,seu prędia emere haùdquaquam valeat cãbia exercere: & tamen contraria sententiá subsistit, quam statuunt Nauar. sub num. 296. & vniuersus orbis comprobat quotidiano vsu, nam huic assertioni respondetur præfatum vsum, & doctrinam initi cãbio reali,& literis superinde factis, quo quidem casu recipitur pecunia in loco destinato; vbi potest eadem quantitas iterum sub cãbio dari alijs, vel etiam eisdem;nec tunc prohibitum est campsoribus recambire, iuxta sententiam Parisiensium, quam sequitur illic Nauar.& comendat Graff.in decis.aureis lib.2. c.110.nu.15.& in effectu idẽ est, quod diuersis verbis in eandẽ tamẽ sententiã scripsit Laur. de Rodulph. vt nouus debeat accedere consensus in tract. de vsur.pat.1.nu.26.& par.3.q.1. nec non Amplissimus Cardinalis Tuschus conclus. 71.lit.C.nu.15. tomo 1. sed tantum pacisci ab initio de lucro ad cambium de feria in feriã, quousque fiat restitutio; quapropter si omnis cesset fraus, & præter spem eueniat, quod sibi minimè persoluatur pecunia in loco conuento, certè poterit consequi lucrum quod habuisset,si pecunia illa fuisset sibi restituta,& alijs,vel eisdem sub cambijs dedisset ad alium locum,& feriam restituendam, vt præfati Nauar. & Graff. in dictis locis tradunt; atque etiam Cosmus Philiar.in tract.de off.Sacerd.lib.5.cap.34. vers.sed notandum par.2.quod quidem non contigit in casu decis.superius relatæ, vbi nullum adest cambium reale, sed fictitium, & in quo fuit ab initio expressè conuentum de cambijs, & recambijs vltra primas ferias; quare nõ obstat illatio superius memorata,& subsistit doctrina Sot. & Nauar. illic relata,vt lucrum cessans debeatur, quãdo fuit probatum ob cambium non potuisse aliam licitam mercaturam exercere, vel saltem dicendum est, quod si vellemus permittere satis esse á vero,& iusto cambio cessasse, vt illud propterea lucrum cõsequi valeat ob aliud fictum cambium, vt videtur sentire idem Nauarr. dubitatiuè tamen, in tractat. de cambijs num.26. num. 34. & num.56. nihilominus oportet,vt aliud requisitum intercedat, vt inuenerit,qui suam pecuniam voluerit accipere per veram permutationem, & ea lucrari desierit propter retardatam solutionẽ,vel vt eam suo amico,siuè alteri proximo multũ indigenti daret, prout idem Nauar. in locis mox citatis inquit,& propterea in Rota Romana pluries proposito dubio fuit semper conclusum probandum esse,quod occurrerit materia; id est casus mercantiæ,vel occurrerint personæ volentes sumere pecunias ad cambium; & quia pecuniæ debitæ non fuerant solutæ mercator non habuit pecunias ex quibus potuerit mercari,vel dare pecunias ad cambiũ,teste Mohed. decis.208. Dux Sessæ vel. 3. de vsur. per totam, & Peguer.quæst.crimin.cap.33. sub nu.11. non enim sequitur, solitum esse lucrari ad cambium, ergo si habuisset pecuniã, lucratus esset, vt post alios dicit Afflict.decis.20.num.2. quare cum hoc non appareat intercessisse,& fortasse neque credi possit,non videtur licuisse prædictum habere lucrum.

Ex quibus, & alijs rationibus fuisse non semel in varijs tribunalibus pronunciatum in proprijs terminis præfatæ decis. contra campsorem,attestatur Caualc. decis. Fiuizana 2.supra in proxima nu.22. versic.& circa cambia,& sub num.32.par.2.neque vlla est habenda ratio de pacto in instrumento addito, quod sit standum declarationi eiusdem Petri Baptistæ,quandoquidem,illud pactum licet valeat, dum in genere loquimur; in specie tamen non nisi in cambio licito, & permisso intercedat; ita quippè ait multis allectus auctoritatibus idem Caualc. indicato loco; quamobrem viribus carere in præsenti contractu, vbi de vetito cambio tractari demonstraui hactenus.

47 Ad alia modo circa cambia deflectendum est,& primo ad illud quod in eiusmodi cambijs periculum debet esse illius,qui pecuniam dat sub cambijs & literas scribit,ex Roman.cons.238. pro habenda sub num.6. Alex. cons.61. Viso processu num.12. cum seq. vol.2. Caualc.adducta decis.2.num.26.&

di-

dicam latius inferius num.47.

48 Verum is,qui pecuniam recepit,ac literas ſcripſit non vtique compelli poteſt receptam quantitatem reſtituere ſoluenti, quamuis illum penituerit, & petierit propterea illius reſtitutionem in eodem loco,vbi facta eſt conſignatio ita Bald. conſil. mihi 348. factæ fuerunt per Böromeum ſub nu.1.vol.1. qui ſubdit ob hanc receptionem pecuniæ non in alio dici obligatum recipientem, quam in eo quod actum eſt inter ipſos contrahentes iuxta l. non omnis ff. ſi cert,pet.atque ideò ad ſcribendum tantum literas mandati ad aliquem degentem in loco deſti-
49 nato, à quo fiat cum effectu ſolutio. Neque præterea cogi poterit nouas conſcribere literas ad aliũ teſte eodem Bald. illic poſt num.3. ſed ſi vellet,non vtique prohiberetur literas reuocare, dummodo antequam fuerint acceptatæ ab eo,cui mittebãtur; Rota Genuenſ. deciſ.10.Hieronymus num.15.poſtea verò nequaquam, vt ex Iaſ. & alijs, aſſeuerat eadem Rota in deciſ.163. in præſenti nu.2. Put. deciſ.126.die 4.Iunij,ſub nu.3. lib.3.quinimmò nec ſi vellet,tunc poſſet danti,& recuſanti recipere,ſoluere quantitatem ſibi traditam,ex eadem Rota deciſ. 93.nomine num.8.cúm verò ſunt deperditæ literæ cambii, in arbitrio ſcribentis eſt,vel nouas conſcribere literas,vel pecuniam reſtituere,pręſtita tamen prius cautione reſpectu literarum deperditarum, vt inquit deciſ.Rotæ Bonon.de qua Petr. Benin.deciſ.58. literas cambij, Andr.Gayll.obſeruat.37.creditor nu.8.& poſt Bald.& Iaſon. concludit Anton. Gam.deciſ.Luſitan.336.Aduerſus Simonem; ſub num.1.vbi etiam adiungit, in nihilum teneri mercatorem,cui literæ cambij dirigebãtur, niſi fuerint ſibi præſentatæ literæ iam dictæ,dato quòd habuiſſet alias literas, quæ vulgò nuncupantur, *lettere, ò carte d'auiſo*, & in his mẽtio fieret de quãtitate cõtenta in deperditis illis literis;tenetur autẽ reſtituere vna cum intereſſe,ſi ad ipſum cum proteſtu redierint,iuxta deciſ.Ianuenſ.4. Ioannes Baptiſta ſub nu.5. dicamque inferius latius.

50 Ex his deſcendo ad inueſtigationem illius Thæſis, quæq; multoties euenire ſolet, nempé, quando dicatur ipſe ſcribens liberatus; & quidem certum eſt ita dici,cum fuerunt acceptatę literæ,earumque vigore facta ſolutio per Rotam Ianuenſem deciſ.2 erant impoſitæ nu.11.Caſtr.in l.lege num.4.ff. de nouat.Iaſ. in l.ſingularia ſub num.50.Caſtrenſ. ſub num.21. Dec.num. 26. & Cagnol. ſub num.161. & 165.Bolognett.ſub nu.84.& 89.ff.ſi cert.petat. idq; comprobari communi ſtilo mercatorum aſſeuerat
51 deciſ.8. Rotæ Ianuenſ.ſub nu.17.ideó ſi præterea agitetur dubium quod fuerunt acceptatæ literę,acceptationem verò ipſam non eſt ſubſequuta ſolutio quantitatis in illis aſſertæ, & dicendum videtur ex ijſdem met auctoribus,non cenſeri liberatum ſcribentem,idque verius eſſe abundè deducitur ex apertiſſimis Rotæ Romanę deciſionibus,alijs multis ſanè ac validiſſimis aſſertionibus roboratas, illa ſcilicet in Bononien. pecuniaria 15. Ianuarij 1583. coram Lancellotto; altera Venetiarum literarum cambij lunæ 23. Maij 1593. coram Gſptio, & alia Romana cambiorum,lunæ 9.Iunij 1605. coram Amplíſſimo Domino meo, omniumq; virtutum genere ornato,viroq; integerrimo, longeque prudenti,demumq; Italicæ quietis,ac pacis, ceù Legatus Apoſtolicus reſtitutor, Cardinalis Ludouiſius, quas omnes deciſiones verbatim recenſet Statilius Pacificus in fine ſui tract. de Saluiano interdicto; ſcilicet deciſ.49.50.& 51.ipſeq; etiam inſequitur in eod.tract.in ſpect.1.c.7.nu.34.& Marchiſ.in Commiſſ.appell.in cauſa Camer.oblig.par.1.§.2.nu.193. tom.1.Pugnat verò cùm hac ſententia deciſio altera eiuſdẽ Rotæ Ianuenſis 168.in præſenti ſub nu.2. Bald.eodem conſil.349.verſ.tamen ſi campſor ſub nu.3.Soccin.conſil.64.in cauſa; verſic.quibus tamẽ non obſtantibus ſub nu.7.& cõſil.68. in cauſa verſ. ex quibus ſub nu.1. vol.3. necnon Alex. conſil.94. viſo puncto nu.3.vol.3.Barſat.conſil.39.in cauſa nu.3.vol.1.omneſque credunt,ſtatim poſt receptas literas,exemptum eſſe ſcribentem,etiam ſi mercator ad quem datæ fuerant decoxerit,vel aufugerit; Verùm ſi relatorum verba attentè rimentur; patebit cuiquam, non illos aduerſari iam dictæ priori à me conſtitutæ ſententiæ,tot præſertim Rotæ Romanæ deciſionibus ſulcitæ; ſiquidem non abſolutè, & ſimpliciter loquendo ita reſpondent, sed innixi quibuſdã aſſumptis ſcilicet nouatione, quodq; pecunia erat præſens,ac ſolutioni parata, aut creditor fidem habuerat de pretio, quibus in caſibus Tuſch,concluſ.12.lit.C. num.2. tomo 1. intelligit eorundẽ auctorum verba, & nos pariter tunc admittimus, quia per fidem videtur interceſſiſſe ſolutionem, ac denuó factum depoſitum, ipſeq; non ſemel expertus ſum,vt putà, ſi nolens præſentem pecuniam recipere, mauoluit penes eundem campſorem illã relinquere,qui propterea eundem pręſentantem ſcripſit in ſuis libris creditorem, illeque fecerit apocham eidem cãpſori de recepto, & quietantiam,iuxta morem,ab illo ad ſcribentem tranſmittendam,& per nouationem idipſum contingere non dubitatur,non tamen præſumptam, atque ex coniecturis deductam,vt idem Soccin. indicato conſil.64. alijq; perperam arbitrati ſunt,ſed expreſſam tantùm,quam requiri dicunt memoratæ deciſiones, ob genericam illam in iure regulam, quod noſtris temporibus non inducitur nouatio, niſi de ea ſit expreſsè actum l.fin. C. de nouat. Itidem, & per delegationem,ſi concurrant quæ in dictis deciſionibus conſtituuntur ad validam faciendam delegationem; quibus exceptis caſibus, ſemper teneri ſcribentem affirmamus, quamuis creditor ipſe tanquam moroſus notaretur, ita quippè concludit eadem deciſ.49.num.9.necnon deciſ.50. num.3.& deciſ.51.ſub num.8. nam dicunt, tunc tantùm nocere moram, quando nouatio, & delegatio interceſſit. Nosq; adiungimus, quod vel literæ cambij nullum continent tempus vulgò dictæ *à viſta*, & quia in illis non vendicat ſibi locum acceptatio, vt nos inſtruit experientia, admonetque de Franchis deciſ.303. in princ. vtique diſtinguendum eſt, etonim vel fuerunt præſentatæ mercatori ad quem dabantur,vel non,at ilias penes ſe retinuit creditor, hoc quippè ſecundó caſu procederet ni fallimur, quod in ſuperioribus diximus moram nõ nocere, ſi abſit delegatio. Primo verò quia ille tenetur ſtatim ſoluere,vel denegare ſolutionem, vtique ſi acceptare renuerit, quia proteſtari debet, eaſdemq; literas, cum proteſtatione ad eundem remittere ſcribentem,certé ſi id facere omitteret fortaſſe ſibi præiudicaret, quia ſubintrat concluſio, quam fir-

mauimus

mauimus versic. Verum is qui nu. 48. quòd qui pecuniam dedit sub cambio, non tenetur receptam restituere, neq; ad alterum dare literas, nisi renuerit, cui dirigebantur de qua renitentia certior fiat mediante protestu; sibi itaque nocebit respectu interesse, & damnorum passorum ob non solutioné factam in loco, & tempore promissis, quæ alioquin repeteret si protestum cum literis ad scribentem redijsset, iuxta decis. Ianuens. 4. Ioannes Baptista, sub num. 5. non autem respectu summæ, si interim decoxerit correspondens campsor; vel literæ continent tempus aliquod vulgò ad vsum dictæ, & si tempus iuxta morem Regionum currere solitum, quodq; à die acceptationis incipit, ex eadé decis. 2. Genuensi num. 12. & acceptanti concessum ad parandam quantitatem persoluendam, vtique si nondum lapsum fuerit, omnis proculdubio cessat dubietas, quin illius fuga in damnum scribentis fiat, & decoctio; si verò cesserit dies, & prolabi fecerit, si tacitè, eadem militet in antecedentibus statuta conclusio, sed si expresè, & consequenter solutionem supponamus, ob fidé de pretio, tunc subintret altera nuper firmata resolutio, alioquin semper teneatur primus campsor, quique fecit literas nec adduci ad credendum possum, quomodo poterit ipse dici liberatus, antequam eandem summá teneatur correspondenti suo persoluere, & sic antequam ille, vel re ipse soluerit pecuniam producénti apodixas, vel ille habuerit de ea fidem, ita quod scribens, vel bonam facere, vel restituere obnoxius sit, præterquam in casu decis. Veralli 82. cambiauerat nu. 1. par. 1. ex peculiari facto inibi occurrenti.

52 Quod verò attinet ad eum, cui diriguntur literę quando censeatur obnoxius, & nulla contingit dubitatio, vt á die acceptationis dicatur obligatus soluere, quod post multos edocet Rota Genuen. decis. 104. solutione nu. 6. & 9. decis. 168. in præsenti sub nu. 2. Paris. cons. 47. intentio nu. 15. vol. 1. acceptatas autem dici literas inquit præfata decis. 104. num. 8. cum in dorsu earum scriptum fuit ipsius manu acceptasse per hæc verba acceptatæ die tali, vel si per testes probata sit acceptatio, iuxta decis. D. de Franchis 303. Benedictus, vbi condemnatus fuit acceptans ad solutionem post decoctionem scribentis, & tenuit Rota coram Mantica, estque decis. 53. inter relatas à Marchis. in Comment. appell. ad obligat. Camerali par. 1. §. 2. tom. 1.

53 Difficultas itidem non exigua versatur in illis, in quibus nulla apparet expressa acceptatio, & nihilominus præsumi multoties admissas, & dicatur propterea cápsor ille obligatus, cogiq; debeat soluere, quamuis interea superuenerit Nuntius de decoctione scribentis, recordor, Nam 1. videntur acceptatæ statim ac fuerunt lectæ, & receptæ á mercatore cui dirigebantur Ioan. Bapt. Costa, in tract. de iuris ac facti ignor. dist. 79. nu. 12. nisi recipiens fuerit contrarium protestatus, & expresè renuerit, prout in hoc indiuiduo de literis cambij, concludit Angel. in l. si filiusfamilias la 2. ff. ad Maced. eumq; sequitur Corsett. singul. verb. taciturnitas nu. 2. Paris. consil. 91. viso nu. 3. vol. 1. & Salic. magistraliter in ead. l. si filiusfamilias nu. 1. existimat hoc verum, quoties receperit, & retinuit penes ipsum, & sequitur Coras. in l. admonendi sub nu. 77. de iur. iur. Bonif. de Vitall. in clem. 1. num. 69. de procur. exemplum si postquá legit posuit in filsa, vt inquit Barthol. Veron. caut. q. nu. 1. Alex. ad Bart. in l. cum Tabernam §. 1. versic. cum tabernam, sub nu. 4. ff. de pignor. Paris. consil. 5. vnio num. 206. vol. 4. Ex quibus verbis Angeli, & sequacium, alia suboritur difficultas, cum literæ restituuntur præsentanti, nam si illi innituntur retentione, inde fit, quòd si restituuntur omnis cessat præsumptio, sed ipse respondeo, quòd restitutione nó obstante, si appareat expressa acceptatio, quia in dorsu adest acceptatio, vel si testibus illa probetur, non est dubium, quin teneatur, iuxta præcitatam decis. Dom. de Fräch. & alias doctrinas supra relatas; cum verò de expressa non cóstat, adhùc dicatur obnoxius, eo quod præsumitur acceptasse, idque primo nobis insinuat generica illa, & communis resolutio, vt recipiens literas, neq; contradicens videatur approbare in eis contenta, & consentire, seq; ad ea obligare, quam post alios quos memorat statuit Menoch. de præsumpt. lib. 3. presüpt. 65. quod secundò clarius præportat altera eximiorũ Iurisperitorum sententia, quòd recipiens literas ad effectum nè dicatur consentire, & approbare contenta in eis, debeat expresè contradicere, & protestari, alioquin censeatur assentiri, quod Castrens. de Procuratore loquens, affirmat in citata l. si filiusfamilias ad Macedon. & Bald. speciatim loquens in casu eorum, qui ad inuicem sibi scribunt literas, affirmat recipientem dici acceptare illas, si non contradicat, & sequitur Soccin. Iunior. consil. 122. nolebam sub nu. 31. vol. 2. Ex his ad rem præsentem propius descendens, Andr. ab ex ea in tract. de pace sub num. 52. ait, prudentes mercatores nolentes teneri ad solutionem literarum cambij, cùm eas recipiunt, scribunt in illarum dorso, se eas recépisse, & nó acceptasse: ergo dúm prædicta desunt, certè recipiendo, & legendo, dicuntur acceptasse, quamuis restituerint, idq; in indiuiduo determinauit Rot. Rom. die 10. Decembr. 1584. in gratiam Dominici Tuschi nunc meritissimi Cardinalis in decis. 811. dubitaui per totam, par. 1. quæ pariter optimè post num. 43. respondet difficultati proficiscenti, ex earum restitutione; casus enim illius decision. est; néc nè essent Aquilani mercatores Vrbis obligati eidem Cardinali soluere quantitatem pecuniarum contentam in literis cambij scriptis ad vsum, & eisdem præsentatis die 3. Nouembris 1583. & restitutis die 5. cum his verbis, à tergo ipsarum; *Vista à di cinque di Nouembre* 1583. nam antequá cederet dies solutionis, acceperunt Aquilani Iosephum Grandulphum argentarium Bononiensem, & præfatas scribentem literas, foro cessisse, quare solutionem facere renuebant, eo quod illa verba; *Vista à di cinque* non probant acceptationé sed visuram, quæ nisi constaret omnis abesset difficultas, nusquam enim potest præsumi acceptatio, nisi præcedat lectura, & scientia, & cum appareat de lectura, & visione, tunc controuertitur de acceptatione, quoties fuerunt restitutæ, & nihilominus attento iure communi, definierunt præsumi acceptationem, non obstante restitutione præfata, & propterea condemnauit Aquilanos ad solutionem, quod multò magis fatendum est, attento communi vsu mercatorum, & millies in facto habui, vt illa verba habeantur loco acceptationis.

54 Eiusmodi literæ cambij, cuius validitatis sint, aut

vigori,

vigoris, vide quoq; erit subnectere, propterea quod eas habere vim publici instrumenti existimat Zabarell. consil. 153. in societate num. 1. Gratian. Disceptatione Forensi 64. num. 13. Rota in Romana literarum cambij, coram Sacrato in fine, estque 49. inter rescriptas à Marchis. in Commiss. appell. ab oblig. Cameral. par. 1. §. 2. idemque Statilius supracitata inspect. 1. cap. 7. nu. 33. huicq; sententiæ opitulari consuetudinem, testatur eiusdem Rotæ Isnuen. decis. 126. in hac causa, num. 8. quin, & probare contra scribentem ad fauorem tertij, cui persoluenda erat quantitas, dicit præcitatæ Rotæ Isnuen. decis. 4. Ioannes Baptista, sub num. 6. & decis. 146. Ioannes, multoque magis ad fauorem eius, ad quem directæ sunt, Mascard. de probat. concl. 988. literæ cambij num. 5. item probare extremum docet Marsil. in rubr. de probat. num. 305. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 94. num. 4. Boer. decis. 332. num. 8 demumq; citatus Statil. Pacific. eod. cap. 7. num. 32. & quod vtilius est scire, illas habere exequutionem paratam, certò certius est, per eandem mox relatā decis. Sacrati, in vltimis verbis, nempè contra acceptatem, vt probat Ias. in §. in personam in princ. instit. de action. Tuschus conclus. 13. lit. C. nu. 4. & copiosius concl. 362. lit. L. quia agitur ad eas implendas Bald. consil. 190. Sempronius sub num. 4. versic. & est considerandum vol. 2. opitulantur quę Berous scribit consil. 33. num. 12. lib. 3. & Honded. consil. 29. num. 7. vol. 2. licet videatur obstare consideratio illa, desumpta ex decis. Panormitana, relata per Marsil. decis. 9. fuit dubitatum, vbi stante ritu, quòd literę cambij haberent exequutionem paratam, vendicaret sibi locum tantum contra scribentem, an etiam contra acceptantem, & licet concludat affirmatiuè, per dispositionem dicti ritus, videtur contrarium sētijsse de iure communi; sed talis illatio, re vera non est admittenda, propter
55 citatos Doctores, id expressè affeuerantes. Respectu verò scribentis, vt restituat, si mandatarius non soluit, agendum est via ordinaria, quia non agitur secundum tenorem scripturę, sed ex alia noua causa. Ita Bald. adducto loco, sed non modo ad summam principalem, verum insuper ad cambia, & recambia, quoties ob non solutionem sibi factam in loco statuto protestatus est contra ipsum, & pecuniam propterea sub cambijs receperit, Rota Genuen. decis. 143. Bernardus nu. 1. aut ad interesse passum, vt dixi versic. Verū is qui pecuniam. Quin, & ipse acceptans literas, & persoluens illarum vigore pecunias, ex prædictis videtur neque possit agere via exequutiua aduersus eundem scribentem sed vti dumtaxat actione mandati contraria l. si verò non remunerandi §. contrario iudicio ff. mand. ad repetendam scilicet persolutam quantitatem, cum damno passo, & prouisione, sequitur Rot. Genuen. in decis. 30. Alias nu. 1. quæ in discursu decis. ait etiam prædictū interesse, non posse exigi à scribente, nisi à die, quò fuit constitutus in mora. Verū quia nouissimè reperi decisionem Serafini in Anchonitana attentatorum 55. inter rescriptas à Marchis. in Commiss. appell. ab obligat. Camer. par. 1. §. 2. tom. 1. quæ non tantum ad fauorem dantis pecuniam aduersus acceptantem literas, sed aduersus scribentem, quin & acceptantis aduersus eundem scribentem, habere exequutionem concludit, illius igitur, & Rotæ sententiæ libenter inhæreo, nunquā verò si cambium fuit siccum, & literæ ad partes nō fuerint transmissæ, quia iam dictam, tunc non merentur exequutionem, quod probat ipsemet Marchis. eod. §. 2. sub nu. 208. Tandem præterire nolo, quòd etiam tertius, cui literę non diriguntur, si soluat quantitatem, in eis contentam, acquirit actionē aduersus scribentem, illumque propterea habet obligatum, vt pluries determinauit Rota Genuen. ac præsertim decis. 6. Ioannes num. 8. sequiturque Menoch. consil. 296. cum interrogatus, post nu. 14 volum. 3.

Explicito modo breuiloquo de cambijs tractatulo ad principalem huius capitis materiam vsurariam retrogrediens reminiscor, aduersus vsurarios, & eorum delictum à Iudicibus procedi solere, vel
56 ex officio, vel ad partis accusationem, & quidem ex officio maior pars interpretum consentit, licere Iure Pontificio, quo vsuræ omninò vetitæ sunt, idque si præcedat fama iuxta cap. qualiter el 2. de accus. & cap. 1. de offic. ordin. ita quippè ait Corn. consil. 19. videtur num. 10. versic. concludo itaque, vol. 3. concinunt verba Abb. in cap. tuas, num. 3. & cap. cum in Diœcesi, num. etiam. 3. de vsur. & text. expressus adest in citato cap. cum in Diœcesi, cum glos. in cap. 1. versic. secundum quod canones, de offic. ordin. Bald. in l. cā quidem C. de accusat. & c. 1. §. si tres nu. 2. de pace tenend. in vsib. feud. & demum Maranta quæst. 5. exordiente Fiscales per totam, ac maximè num. 10. & 11.
57 Quod verò ad modum agendi per accusationē attinet; is vel ciuiliter, vel criminaliter contingit, &
58 primus modus triplicem habet finem; nam vel agitur ad reprobationem contractus, tanquam simulati in fraudem vsurarum, vel ad prohibendum exactionem vsurarum promissarum, vel demū ad repetitionem solutarum, suntq; pro his diuersis finibus, diuersę quoq; libellorum formæ prolatę à specul. In lib. 4. tit. de vsur. nu. 1. cum duobus seq. Alter verò, & secundus modus aliò tendit, vt scilicet pręter restitutionem, & alia mox relata, puniatur vsurarius exemplariter, & tunc Iudiciarium ordinem non oportet Iudicem Ecclesiasticū seruare, at summariè, & de plano sine strepitu, & figura Iudicij clem. dispendiosam de Iudic. quo loci glos. in vers. vsuris notat, Papam illic auferre ordinem Iudiciarium quoad suum forum, & glos. in c. 2. vers. lex ciuilis de arbit. in 6. & generalius c. 2. ad verbum possessor. de regul. iur. in 6. præfatorum autem verborum, seù clausularum quanta sit vis, & robur edocemur ex textu in clem. 2. de verb. signif. Roman. consil. 20. viso puncto sub nu. 7. & inibi Mandos. in addit. 3. & Bapt. à S. Blasio in tract. de arbitr. cap. 6. lib. 10. Octau. Vestr. in Praxi Romana lib. 5. c. 1. atq; illic Grauat. nu. 7. & alijs omissis Borgn. Cauale. decis. Fiuizana 23. proponitur mihi nu. 25. par. 2. demumq; Marāta in suo speculo par. 4. dist. 9. à nu. 8. è quorum resolutione apertè liquet, vt Iudex cui sub tali clausula delegatur causa, necessario libellū n ōexigat, litis contestationem nō postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominū indultarum à iure procedere non impediatur, dilationū materiam amputet, litē quatum poterit faciat breuiorem, exceptiones dilatorias, appellationesq; frustratorias repellat, partium, aduocatorum, & procuratorum

curatorum contentiones, & iurgia, testiumque superfluam multitudinem refrenet, non sic tamen litem abbreuiet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur; citationem verò, ac præstationem iuramenti de calumnia, vel malitia, vel de veritate dicenda, nè veritas occultetur, per cômissionem huiusmodi nô excludi, certo sciat, ac prędictis verbis, & clausula maiorem vim continere verba altera de veritate, & æquitate, non dubitatur; quare commissa causa cognoscenda, & terminanda de veritate, & æquitate, censeri exclusas solemnitates rigorosas iuris positiui, & plus importare, quam si committatur cum præfata clausula summariè, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicij defendit Alex. cons. 6. circa processum, sub n. 1. vers. Accedit lib. 3. & Stephan. Bertrand. cons. 197. Nemini puto num. 2. vol. 3.

59 Ex quibus conuenit nunc de pœnis vsurariorũ peragere, quas licet quatuordecim esse arbitretur, & eas explicet Tholos. in tract. de vsur. lib. 3. & Didac. Perez lib. 8. ordinat. tit. 2. in princ. ipse verò aliquas tantum recẽsebo huic meo tractatui propius tangentia. & 1. eam repeto quàm ante alios statuit Greg. 9. in cap. 1. §. quod si post, de vsur. his quippé
60 verbis; quod si post huiusmodi constitutũ in clero quisquam extiterit, qui detestandis vsurarum lucris insistat, Ecclesiastici officij periculum patiatur. Quorum verborum mens apparet sanè illa, vsurarium clericũ ab obtempto Ecclesiastico beneficio esse deponendum, & repellendum ab obtinendo: Iuuatur hæc decisio alijs similibus iuribus, nempè c. si quis oblitus, & c. quoniam 14. q. 4. & c. quoniam multi iuncto c. si quis clericorum 47. distinct. ex quibus iam loquentibus de obtẽptis, multò magis subsistere videtur resolutio Rebuffi in tract. de pacif. possess. num. mihi 227. & Paris. in tract. de resign. lib. 4. q. 3. nu. 26. vt ad obtinenda sint inhabiles, stante quod multa iam facta persistunt, quæ antea fieri vetarẽtur, & quod de beneficijs statutum est, de ordinibus etiam dicendum apparet, quandoquidem ad ordines ne promoueatur vsurarius, deciditur in c. maritum 33. dist. & c. seditionarios 46. dist. vbi glos. 1. dispositionem illius capitis expressis verbis loquentem de ordinibus suscipiendis, interpretatur locum habere in susceptis, vt ab illis deponatur, dũ enim in eo textu dicitur, illic nominatos nunquam ordinandos, adiungit, & ordinatos deijciẽdos, & insinuat verbum positum indicato c. si quis clericorũ; scilicet placuit degradari, hoc siquidẽ verbum ordines respicit iam susceptos, & vtraq; sententia circa beneficia, & ordines, tum habita, & susceptos, quam habenda, & suscipiendos, comprobatur ex his quæ latioribus verbis dixi in cap. de infamibus, cum & vsurarios infamia notatos concluserim in hoc eod. cap. nu. 1. est verum quod respectu degradationis, & depositionis ab ordinibus, & beneficijs obtemptis proceditur seruato ordine iudiciali, nec statim deponitur, aut spoliatur illis, nisi sit inemendabilis, ita quód admonendus antea venit, vt tunc si seipsum corrigat, euitet pœnam iam dictam, quemadmodum insinuant verba citati cap. Episcopus 47. distinct. quæ sunt, Episcopus, aut Præsbyter, aut Diaconus vsuras à debitoribus exigens, aut desistat, aut certè deponatur, dictio quippè, aut, posita in eo textu, est, alternatiua ex Bald. consil. 85. punctus quidam, & consil. 450. lib. 5. Roman. consil. 176. Istæ sunt, post nu. 7. & tunc satis est si dispositio in altero eorum verificetur, vt post alios concludit Caualc. decis. Fiuizana 24. quãuis num. 14. par. 4. & amplissimus Cardin. Tuschus conclus. 317. lit. A. par. 1. ex quibus dum tex. in cap. clerici 14. quæst. 4. inquit, Clericos in quocumque gradu positos ab indignis quæstibus nolentes cessare, á clericalibus officijs abstinere cogendos esse, addit glos. in versic. cessare, & ait; non ergo inquit statim deponendos esse, quod etiam præportat tex. in cap. 1. §. fin. de vsur. sub his verbis, si detestandis vsurarum lucris insistat, Ecclesiastici officij periculum patiatur: Vult enim vt insistat, & certè insistit is qui non desistit, ac propterea Hostien. in Summa de vsur. §. fin. vers. alia, à Iudice, breui contextu verborum has pœnas explicans, subscriptis vtitur verbis. Vsurarius clericus ab officio beneficioque suspenditur, & si nec adhuc desistat degradãdus est, & sic intelligit dicta iura, & cõsentit Diaza in Praxi cap. 88. propè finem, subdens ex præmissis colligendam practicam pro Iudicibus, qui ante omnia suspensionem infligant aduersus clericum vsurarium, ac demum eo non se corrigente, ad degradationem properent.

61 Sed per quantum tempus sit ille suspendendus, non aperit, neque præcitati textus aiunt; ideoque arbitrio Iudicis remitti opinatur Tholos. indicato tract. lib. 3. cap. 1. in calce num. 1. & post Salzed. tradit Peguer. in decis. crimin. cap. 31. sub num. 15. hæc autem actendenda sunt quoties de ordinibus susceptis; vel beneficijs impetratis agitur; quia si de obtinendis, statim constito esse vsurarium, irritatur electio, vel præsentatio, & impeditur eligi, præsentari, aut prouideri, vt illic post num. 3. notat citatus Tholos. & Rebuff. de pacific. possess. nu. 227 atque Paris. de resign. benefic. lib. 4. quæst. 3. nu. 26. interdum verò quod obijcitur electo, vel præsentato esse talem, suspendi effectum, & institutionem, siue confirmationem, ait, quousq; pendeat quæstio sit ne vsurarius; & deinde comperto esse vsurariũ, non vltró procedatur; comprobatque Bertach. in tract. de Episcop. lib. 2. par. 1. q. 33. Lambert. de Iure patron. lib. 2. par. 1. q. 9. art. 21. & Ignatius Lopez in 1. sua addit. ad citatum cap. 88. Diazæ; non tamen videtur improbanda sententia glos. penult. in d. c. præterea, & Abb. in c. inter dilectos de concess. Prælat. vt circa beneficia retinenda, & obtinenda Episcopus secum dispensare queat, & comendant præfati Diazza, & Tholos. ille post nu. 1. iste autem nu. 4. ac sequitur Peguer. citato num. 15.

62 Præterea monitione præmissa cogendi sunt vsurarij per sententiam excommunicationis desistere ab vsurarum exactione, & restituere receptas cap. præterea iuncto cap. tuas. de vsur. & ad confessionẽ
63 admitti, & à peccatis absolui omninò prohibentur, ante restitutionem c. 2. §. nullus manifestorum de vsur. in 6.

64 Isthæc autem restitutio, vel facienda est realiter, & propriè, seù cum effectu, vel etiam, per remissionem creditorum, qui vsurarijs ipsis condonent vsuras habitas, ita glosa in Reg. peccatum, de regulis iuris in 6. & inibi Ioan. Andr. in Mercurial. & Dyn. numero 8. Hostien. Federic. de Sen. Butrius, Lapus, & alij citati, & comendati ab

Alexand.

Alexand. conſil. 91. viſis actis num. 1. volum. 2. etenim dationi æquiparari remiſſionem probat gloſa prima in cap. talia 8. quæſt. 3. & text. in cap. veniens el 1. de teſtibus, & l. quin etiam ff. de calumn. ac probaui ſupra; nam ſolutionis verbo, omnem contineri ſatisfactionem edocet text. in l. ſolutionis verbo ff. de verb. ſignific. & l. ſolutionis verbum ff. de ſolut. quare Abbas in capit. præterea num. 3. de vſur. rectiſſimè obſeruat verba ibi poſita, vſque ad condignam ſatisfactionem; ſubſcribo tamen libenter concluſioni illi non tutum eſſe à peccato, qui cum poſſet reſtituere, non habebat intentionem ſoluendi, & reſtituendi niſi ſibi fuiſſet remiſſum, & relaxatum debitum, quam ſcriptam reliquit Ioan. Andr. in gloſa capit. peccatum verſic. reſtituatur de regulis iuris in 6. & in addit. 1. ad ſpecul. in tit. de vſur.

65 Nec tantum facienda eſt prædicta reſtitutio ab ipſo vſurario, verum etiam ab eius hæredibus cap. tua nos de vſur. prout eſt in hæreditate ſi eam ſuſceperunt cum beneficio l. & inuentarij, iuxta gloſam in capit. 2. verſic. mandauerint de vſur. in 6. & ibi Archidiac. opitulaturque generica deciſio, ne hæres teneatur vltra vires cum inuentarium confecit, ſed cum ſine illo adiuit, iuxta l. ſancimus §. ſin autem cum §. ſeq. C. de iure delib. §. hinc nobis in auth. de hæred. & Falcid. licet Abb. ex multis propendat in aliam diſtinctionem ſi teſtatorem pœnituit, vel non penituit, vt primo caſu teneantur hæredes, ſecundo veró nequaquam, etiam nullo confecto inuentario in capit. in literis numero 3. de raptoribus; licet, Federic. de Senis commendatus ab Anchar. conſil. 306. aliter dicat: cùm veró plures ſunt vſurarij hæredes, tunc reſtituere pro virili debent, ſecundum partem hæreditatis ad vnumquemquam peruentam, ad gloſam in capit. tua nos verſic. cogendi de vſur. quemadmodum, & in alijs debitis ſoluendis obſeruari inſtruimur ex l. 1. & 2. C. de hæred. actio. l. pacto ſucceſſorum C. de pact. & ita aſſertio illa, qua dicitur inſolidum teneri hæredes etiam ex dolo defuncti, explicatur, id eſt per partes in l. ad ea §. in contractibus ff. de regulis iuris, ſecundum naturam quippè eſt, vt quem ſequuntur commoda ſequantur incommoda, & è contra; quare non eſt ferendus, vt qui lucrum conſequitur, onus ſubire recuſet l. vnica §. pro ſecundo C. de caduc. tollend. l. fin. §. ſed cùm in ſecundam C. de furtis, & l. ſecundum naturam ff. de regulis iuris. Verum eiuſmodi reſolutio ſine difficultate ſubſiſtit, quoties hæredes omnes ſoluendo ſunt, & ſi ab inteſtato adierint hæreditatem iuxta l. pro hæreditarijs C. de hæredibus action. d. l. pacto ſucceſſorum C. de pact. & l. ea quæ iuncta l. certum eſt C. familiæ Hercifcund. l. 1. ff. de hæred. inſtitut. & l. 1. C. de except. ſed dubium non exiguum verſatur, cum non omnes ſoluendo ſunt, nam tunc poſſe vnumquemlibet inſolidum conueniri, cenſet relata gloſa in adducto cap. tua nos, & illa fulcitur ratione, quòd bona vſurarij ſunt pro vſurarum reſtitutione obligata per cap. cum tu, de vſur. & concinit altera gloſa in capit. 2. ad verbum facultates de vſuris, itaque actionem pro illarum repetitione competere contra quoſcumque poſſeſſores, & detemptores bonorum dicti vſurarij, & conſequenter contra hæredes, qui eſſent ſoluendo, iuxta naturam actionis hypothecariæ per l. 2. C. de hæred. action. & nihilominus hoc etiam caſu tenenda eſt prior reſolutio, quamque ſuper eodem capit. tua nos, ſub num. 9. defendit Abbas, tanquam contraria innitatur præfata ratione, bona vſurarij dici tacitè hypothecata, quæ frequentiori Doctorum calculo improbata apparet, ipſeque mox demonſtrabo.

Sed cum ſolutio, & quæuis reſtitutio ſit ordinatim, & gradatim facienda iuxta diſtinctionem relatam à Doctoribus maximè Bald. in l. pro debito C. de bonis auct. Iudic. poſſeſſ. Tabiena verbo reſtitutio num. 26. & Toleto lib. 5. cap. 25. & alijs,

66 propterea dubitare contingit quis ſit locus creditorum ex cauſa vſurarum ab ipſis perſolutarum, in qua re fuerunt Doctores varij; quandoquidem aliqui crediderunt, vt quoties adeſt certus creditur pro cauſa, & debito licitè contracto, ſiue habeat expreſſam, ſiue tacitam hypothecam, ſiue ſit priuilegiatus, ſiue non, vel etiam Chyrographarius præferendus ſit in reſtitutione facienda creditori, quamuis certo ex cauſa vſurarum, qui poſt omnes ſit numerandus, cuius ſententiæ fuit Caiet. in ſumm. verb. reſtitutio capit. 8. duabus additis reſtrictionibus, ſcilicet ſi res habita pro vſuris in ſpecie extet, quia tunc forte illa ante omnia reſtituenda, prout in alijs contractibus, & 2. cum alij creditores veniunt ex cauſa oneroſa, qua factus eſt ditior vſurarius, non autem lucratiua, qua effectus eſt pauperior, eumque ſequuntur Nauar. in Manuali cap. 17. ſub num. 12. Medina Salmaticenſis in lib. 1. inſtruct. confeſſ. capit. 14. §. 33. Gregor. de Valent. ſuper Diuum Thomam diſput. 5. quæſt. 6. punctu 10. verſic. quarto ex debitis certis, tomo tertio Lopez in ſuo inſtruct. caſuum conſcient. cap. 111. quæſt. prima, ſumm. Coron. par. 2. cap. 5. ſub num. 24. & Coſm. Filiarch. de offic. Sacerd. tomo 2. lib. 6. cap. 29. atque Ludouic. Carbo, quæſt. 92. de reſtitut. concluſ. 9. Neque alij deſunt ſimpliciter amplexantes ſupradictam concluſionem, nihil adiungentes circa reſtrictionem illam continentem diſtinctionem de contractibus licitis ex cauſa oneroſa, vel lucratiua, ac præſertim Tabiena verbo reſtitutio ſub num. 25. Ioſeph. Angles in Floribus Theolog. quæſt. ſuper 4. ſentent. quæſt. 2. de reſtitut. artic. 3. dubio primo concluſ. 1. Emanuel Rodriquez in ſumm. part. 2. capit. 48. concluſ. 10. & Tolet. adducto lib. 5. capit. 25. num. 1. verſic. tertia regula; & iterum verſic. vltimum tenent, ſub num. 2.

Alij crediderunt prius perſoluendas eſſe vſuras, quàm alia debita chyrographariorum creditorum, in quam ſententiam iuerunt Medina complutenſis in capit. de reſtit. quæſt. 2. dubio 5. concluſ. 4. & Correlar. vlt. Michael Salon ſuper Diuũ Thomam quæſt. 62. art. 8. quando ſunt plures creditores concluſ. 1. & Domin. Bannes ead. quæſt. 62. artic. 8. verſ. Quartum documentum, qui omnes atque alij hanc fouentes opinionem non alia fulciri poſſunt ratione, vt inquit Tabienna loco citato, quàm ea quod bona vſurariorum dicantur tacitè hypothecata pro illarum reſtitutione, quam ſtatuerunt complures, quos citat, & ſequitur Raudẽſ. deciſ. Piſana 7. impenſarum num. 67. quam profectò rationem ſemper exiſtimaui reijciendam eſſe

Yy cum

cum nullus reperiatur textus eiusmodi approbans hypothecam, prout Ioan. Andr. rectè admonet in cap. quanquam sub num. 10. de vsur. in 6. ita quod opinio improbans dictam hypothecam communis est, & eius testis est Ambrosius de Vigna in tractat. de vsur. par. 2. versic. sed quid si multi num. 231. & Antonius Gama, subnectes ita fuisse illic iudicatum in decis. Lusit. 71. Egit actor num. 1. & cumulatius Viuius coaceruans multos sectatores in decis. 451. pro definitione à num. 6. & magis in specie num. 11. quam his maximè temporibus communem esse asseuerat Abb. in citato cap. tua nos sub num. 9. de vsur. vbi Alex. de Neuo addit eam dici debere communem opinionem, quia moderni, & classici amplexantur Doctores, præter quam in Catalonia, vbi peculiari constitutione illius Regni cauetur, bona Campsorum creditoribus suis, ita tacitè obligari, & hypothecari, ac si scriptura publica specialiter vel generaliter dicta bona obligarentur, in cap. 4. Regis Iacobi 2. cuius meminit Peguer. decis. crim. capit. 38. num. 15.

Tandemque alij crediderunt nullum esse ordinem inter hos seruandum, sed omnibus faciendam esse restitutionem pro rata; ita siquidem fatetur Syluest. verbo restitutio 6. num. 5. versic. post has, & adstipulatur Gregor. Sayr. ex sententia Petri de Aragona 2. 2. quæst. 62. art. 8. in fin. conclus. 6. & Pe. Nauar. in lib. 4. de restit. cap. 6. dubio 8. num. 41. vt ille inquit in 2. par. clauis Regiæ lib. 10. tractat. 2. cap. 7. num. 31. quorum veriorem ipse existimo sententiam, cùm enim hypothecam abesse defenderint, sola personali actione conueniri vsurarium pro illarum restitutione suboritur, non secus ac reliquos á Doctoribus Chyrographarios appellatos, itaque si parem retinent actionem creditores omnes iam dicti, non est cur dicamus anteponendos, vel postponendos esse; neque propterea licebit distinctione vti, vbi lex ipsa non distinguit; Non tamen dissentio à restrictione illa, vt præfata regula subsistat eo in casu, quo rei vsurariæ translatum est dominium, in vsurarium, alioqui creditor vsurarum anteponatur cœteris alijs creditoribus in earum repetitione, vt ex Caetano, & sequacibus dixi sub n. 66. neq; vllus dubitat, & nunc explico non modo haud censeri translatum dominium quoties rei immobilis, aut mobilis, sed vsu non consumptibilis data est, pro vsuris, & iam extat penes eundem vsurarium, in quo quidem casu loquuntur omnes præcitati, atque etiam Menoch. consil. 300. Dubitaui num. 1. cum seq. volum. 3. verum dato, quod fuerit alienata; eamque propterea valeat à tertio possessore repetere, prout colligi rectè poterit ex antedicta Antonij Gammæ decis. num. 3. quamuis dictus possessor illam sit adeptus ex causa onerosa, vt multis cōprobat auctoritatib⁹ Menoch. indicato consil. à num. 14. Quinimmò res empta ex pecunia vsuraria, licet transeat in plenum dominium emptoris, sit nihilominus hypothecata creditori, qui dictam quantitatem persoluerat ex causa vsurarum, dixerunt Hostiens. & Butr. in capit. cum tu de vsur. sequiturque Menoch. citato consil. num. 34. & 35. & hoc insinuat quamuis intricatis verbis Ioseph. Angles. indicata quæstione secunda de restitut. artic. 3. dubio primo, conclus. 1.

Sed præsenti capiti, vt demum finem imponam, quia vnusquisque contractus præsumitur licitus, & non vsurarius ex Parisio consil. 54. in præsenti causa num. 6. volum. 1. & post alios mille Doctores, tradit Petrus Surd. consil. 425. tres in partes num. 1. volum. 3. iccircò, vt hactenus scripta de vsura, atque vsurarijs ipsis subsistant, operæ prætium erit probare vsuram, & propterea superest inuestigari modum, quò illa probetur; cui quæsitó, vt rectè respondeam, distinctione vtendum arbitror; ea nempè, quod vel loquimur attento Iure Regni, atque in Tribunalibus Iudicum temporalium; vel attento iure communi. Primó quippè casu, & capitula eiusdem Regni, & Ritus, & Regiæ Pragmaticæ normam statuunt, formamque præscribunt; quorum resoluta hoc in loco præterire censui, omnibus vniuersi orbis non singulorum locorum, cum proficere studeam, affatim tamen explicaui in duabus mearum decisionum; scilicet decis. 37. & 78. Itaque respectu secundi capitis, vt respondeam, memoro Iosephum Mascardum latè tractantem, explicantem, atque huic quæsitui respondentem, in conclus. 1417. vsura, & conclus. 1418. volum. 3. & aliqua breuiter degustando pertingit Osasch. decis. 72. num. 3. & Surd. præcitat. consil. ex quibus illud præsertim notandum aduerti, quod obtinui tanquam Fisci Patronus Apostolicus contra quendam Clericum de vsura imputatum, & conuictum ab eo, qui pecuniam sub vsuris acceperat, & altero eiusdem negotij proxeneta, per originale dictum Veronen. in tractat. de simulat. contract. sub num. 87. quem sequitur præfatus Osaschus indic. decis. num. 3. in quo insuper casu obseruantiæ dare feci Theoricam Camilli Borrelli in consil. 65. exordiente causa hæc ita reducitur; non solum dùm á num. 2. probare nititur pecuniam in societatem datam, cum pactione quod capitale esset saluum, efficere, vt eiusmodi contractus sit vsurarius; in cuius sententiæ comprobationem infinitos coaceruat Doctores in indiuiduo, id affirmantes, quibus addo Lopez de contract. lib. 1. cap. 65. & modernum Farinac. in consil. 15. dubitandum non est num. 34. & Constitut. Sixti Quinti in ordine 46. exordientem detestabilis, quæ damnat, & reprobat pactiones in societaibus appositas, capitalis securitatem, aut lucri nomine certam responsionem, aut aliam vsurariam prauitatem continentes; sed etiam dum nu. 17. idipsum asseuerat præfatus Borrellus, quoties pro medietate est saluum capitale per Soccin. consil. 265. sub num. 4. versic. Secundo quia, volum. 2. Quid veró dicendum sit, quoties capitale esset saluum in aliquibus casibus, non autem in omnibus, & respondet Farinacc. consil. 54. exordiente Bulla Sixti, & concludit, præsertim numero 5. non esse contractum vsurarium; eius autem verba procedunt respectu pęnarum statutarum in præfata Constitutione Sixti, quæ videtur exigere securitatem capitalis in omni casu, vt ipse ait, non autem quo ad pęnas incurrendas à iure communi, quas incurrere existimo eum, qui in aliquibus tantum, quamuis non in omnibus casibus, habet

habet ſaluum capitale, pręter quod, ſi benè attendantur verba, & caſus poſitus á Farinaccio, fortaſſe quò ad ipſas pœnas Conſtitutionis, non eſſet iſthæc concluſio deſumenda. Quibus autem verbis dicatur conuenta aſſecuratio capitalis, deducitur apertè ex deciſione illa longè vtili in hac materia, alia multa in ea re cumulante, & declarante, in illa Mediolanenſ. Cambiorum, Veneris 25. Iunij 1610. coram Ampliſsimo Cardinali, & Iuriſconſulto eximio Lancellotto Iuniore, eſtque 68. inter reſcriptas á Marchiſ. in Commiſſ. appell. ab obligat. Cameral. par. 1. §. 2. tomo 1.

SVMMARIA.

Pœnitentiam ſolemnem agentes, hi nequeunt ordinari, num. 1.
Quid ſi publicam, num. 2.
Beneficia priora, qui hæreſim abiurarunt, an perdant, num. 3.
Noua autem acquirere an valeant, num. 4.
Quid in hæretico formali prima vice abiurante? num. 5.
Matrimonium verò an contrahere poſſint, qui publicam fecerunt pœnitentiam, nu. 6.
Epiſcopi cum eis non prohibentur diſpenſare ad ſuſcipiendos minores, num. 7.
Solemnis pęnitentia, quæ ſit forma, nu. 8.
Quibus ex cauſis fuerit antiquitus inſtituta, num. 9.
Pœnitentia nomen quotùplieiter ſumatur, & qui ſint hi modi, declaratur, num. 10.

Capitulum XXI.

SOLEMNITER Pœnitentes, infamiæ nota, quia laborant ex conſenſu omnium, docetque Rota in vna Grandicenſis Canonicatus 20. Iulij MDLXXXVII. coram Comitulo, ideò eorumdem tractatum ſummis digitis, quem attingere conſtitui, inter alios ex infamia impeditos, meritò ſubiungam.

1 Et hi ſine dubio ordinari nequeunt, ex Concilio Carthaginenſi in capit. ex pœnitentibus 50. diſtinct. & Decreto Hormiſdæ Papæ in capit. ſi ille, eiuſdem diſtinctionis; quorum ſanctionem, cautè admodum intelligendam moneo, cum non omnem liget pœnitentem ſcilicet non eum qui pœnitentiam, prout eſt virtus, aut ſacramentum amplexatus eſt, quia hic collaudandus foret, ac ſummis laudibus extollendus, & cuius meminero in huius capitis fine. Sed eum qui ſolemnem tantum egit pœnitentiã, per gloſam, in capit. fidelior, verſic. Hæc eſt ſexta pars: eadem diſtinct. Syluest. verbo ordo 4. verſic. Nec quinto, ſub numero 2. & gloſa imarginea in capit. præcipimus 34. diſtinct. quæ tamen non modo de ſolemniter dumtaxat pœnitente loquitur, ſed præterea de publico, ſubſcripta ſeruata diſtinctione, quod qui ſolemnem fecerint etiam illa peracta, prohibeantur ordinari, & inquit inſuper Maiol. tractat. de irregul. lib. 3. capit. 2. verſic. quæ omnia ſub num. 4. per cap. ſi quis poſt remiſſionem iuncta gloſa 1. diſtinct. 50. Si verò publicam, non vetantur poſt illam promoueri; & vendicet ſibi locum doctrina Stephani de Auila in tractat. de cenſur. par. 7. diſput. 4. dubio 6. ea vero durante nequaquam, idem Maiol. lib. 3. capit. 3. poſt numer. 2. verſic. & licet, idque corroboratur diſpoſitione capit. ſi ille, indicata diſtinct. (quem Canonem, vt notat ſuper eo Archid. de pùblica pœnitentia verba facit) exemplum eſſe poteſt in eo, qui ad pœnitentiam agendam miſſus eſt in Monaſterium, per idem caput ſi ille; vel in eo, qui alteram publicam agere pœnitentiam debet ieiunando, aut vigilando, ſeu orando, ad conſtitutum tempus, vel indefinitè, iuxtà caput admonere §. ſin autem publicam 33. quæſt. 2. hi enim interea, haud poſſunt ordinibus inſigniri.

2 Aſſertio autem illa communiter tradita, & deprompta ex cap. illud, & cap. placuit 50. diſtinct. quæ defendit publicam pœnitentiam operari irregularitatem; eam proculdubio admittit reſtrictionem; circa pœnitentiam publicam pro crimine tantum inflictam, prout colligi fortaſſe poteſt ex eodem cap. placuit, notatque apertis verbis Archidiac. in c. in capite 50. diſt. nec non Rota in vna Grandicenſis Canonicatus 20. Iulij 1587. coram Comitulo.

3 Quare ſi petatur, idem nè ſit in abiurante hæreſim propter ſuſpictionem contra ipſum enatam de hæreſi? Reſpondet negatiuè eadem deciſ. Comituli, quia non ob crimen, de quo eſſet conuictus impoſita ſibi fuit pœnitentia iſta, verum ob ſcandalum ex ſuſpictione ortum, vt quos antea ſcandalizauerat, verbo aut facto, ædificaret, abiurando publicè, cap. inter. de purgat. canon. vtque verus agnoſcatur Catholicus cap. literas, de præſumpt. Rota deciſ. 1. ſub num. 8. de hæret. in antiq. ob quæ citius dicitur abiuratio purgatiua ex capit. cum P. Manconella de purgat. canon. cuius præcipuus effectus cum ſit abſolutio, & reſtitutio beneficiorum per Abb. in d. c. inter ſub n. 2. ideoque Rota definiuit in vna Vuarmien. coram Fabio de Anno MDXLIX. Beneficia alicuius Eccleſiaſtici, inquiſiti, & carcerati ob ſuſpictionem hæreſis, ſuperueniente ſententia abſolutoria quamuis contineret abiurationem, debere illi reſtitui, etiam ſi pendente inquiſitione fuerint alijs collata, quam deciſionem reſcriptam legimus inter deciſiones Achill. eſtque 345. ſiue vnica de hæretic. quam ſequitur Burſat. conſil. 14. præſupponitur ſub num. 34. volum. 1. ex cuius deciſionis verbis illud colligi notabile dictum inter alia poterit, inquiſiti ob ſuſpictionem hæreſis beneficia alteri conferri poſſe, quæ quidem collatio reſpectu ipſius inquiſiti, libentius dicenda ſit quædam ſuſpenſio beneficiorum propter ſuſpictionem hæreſis; quam priuatio propter hæreſim, prout citatæ deciſ. Achill. verba præportant.

4 Immò habilis est ad alia obtinenda etiam Canonicatus in Cathedrali; prout decisum fuisse in dicto Canonicatu Gradicensi demonstrat relata decisio Comituli, multis comprobans rationibus, eaque inter cœteras, nullum extare Canonem inhabilitantem ad beneficia illos, qui abiurauerunt de vehementi, & fuerunt publicè pœnitentiati, argum. glosæ in cap. fin. de Iure patronat. rationibus etiam in contrarium vrgentibus affatim respondet.

5 Extentio autem illa, quòd neque hæreticus formalis; qui prima vice abiurauit, inhabilis reddatur ad beneficia, cum retinere, recuperareque valeat virtute reconciliationis Ecclesiæ, etiam ex misericordia factæ, quam tradunt Paris. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis consil. 2. & si esse Iudæum sit crimen num. 185. & 188. volum. 4. Roland. à Valla consil. 63. num. requisitus ab intimo amico num. 30. volum. 3. glos. notabilis in cap. nunc autem, verbo Marcellinus in fine 21. distinct. & Archidiac. in cap. vt commisso de hæret. in 6. tamen lentè procedendum ad istam decisionem, sed matura præhabita consideratione, quo verò ad repetitionem bonorum facilius consentio in præfatam affirmatiuam sententiam longo sermone probatam per adductos Paris. & Roland. nec non per Bursat. consil. 14. præsupponitur volum. 1.

6 Huiusmodi pœnitentes vetiti præterea sunt matrimonia contrahere. In cap. hoc ipsum §. de pœnitentibus 33. quæst. 2. ex Indulgentia tamen concederetur constituto in adolescentia redire ad pristinum coniugium si is continens esset, ne adulterij lapsum incurrat, iuxta verba capitis antiqui eadem causa, & quæst. vbi glos. & DD. multa cumulant huc tangentia.

7 Dispensare autem cum his solemniter pœnitentibus, licere Episcopis ad suscipiendum minores, notat Syluest. in verbo pœnitentia num. 3. Diaza praxi crimin. canon. cap. 19. & ita intelligitur Archid. in cap. placuit num. 2. distinct. 50. simpliciter loquens; non tamen potest Antistes hanc impartiri dispensationem pro libito voluntatis, at solum propter necessitatem, vel vtilitatem, per Diazam loco antedicto; in quibus casibus longè magis quibit cum pœnitente publico dispensare, ex Maiol. adducto cap. 3. versic. Hæc quæ, sub nu. 6. & si Præsul scienter promouisset absque dispensatione necessaria aliquem ex his, & in casibus, in quibus nullam ipse retinet potestatem, cum eis dispensandi, priuaretur facultate ordinis conferendi, ex textu in cap. ex pœnitentibus 50. distinct.

8 Quis tamen modus, aut quæ sit seruanda forma in hac solemni pœnitentia iniungenda, prætcrire censui, cum registretur in cap. in capite 50. distinct. quando autem infligenda veniat solemnis, aut quando publica, Abbas explicat in cap. quæsitum num. 1. de pœnit. & remiss. ea vsus distinctione, quod vel delictum est graue, cum scandalo vniuersæ ciuitatis, & laico sit imponenda solemnis, Clerico verò publica: cui non nisi publica iniungi potest, secundum doctrinam Diui Thomæ in 4. sentent. distinct. 24. quæst. 1. artic. 5. vel graue quidem, at præter scandalum Ciuitatis, & subdistinguit, inquiens, vel fuisse occultum, & neutra, etiam laico infligatur, aut publicum, & publica tantum imponatur.

Distantiam verò existentem inter solemnem & publicam pœnitentiam delibauit Maiol. citato cap. 3. in princip. quem poterit lector adire si placeat, cúm silentio inuoluere hoc in loco duxerim,

9 quæ ille scribit. At illud non omittam hanc solemnem pœnitentiam ab antiquis Patribus iustissimis ex rationibus inuentam fuisse, eaque potissimum, vt grauia, & scandalosa facinora vitarentur in populis; ipsamquè hac nostra tempestate aboleuisse ferunt vnanimiter scriptores, aitque Auila indicato dubio 6. versic. sed nota: id tamen (proh dolor) non talium defectu criminum, & carentia, at Prælatorum incuria euenire admonet citatus Diazza in initio dicti capitis 19.

De aliis nunc pœnitentibus pauca adnectam, dicamque ex doctrina Viguerij in summ. Rub. de

10 Sacram. pœnit. cap. 16. §. 4. istud pœnitentiæ nomen tripliciter sumi, vno quippè modo, largè, pro omni displicentia, & nolitione siue boni commissi, siue mali omissi; licet hunc modum improprium esse arbitretur; eo quòd naturale non est de bono commisso, aut malo omisso pœnitere nisi bonum commissum, subsequatur euidens malum; in quem præsertim sensum interpretanda verba Domini Genesis 6. pœnitet me fecisse hominem, (scribit, tametsi alios non prætermittat sensus eorundem verborum. Altero autem modo accipitur pro pœnitentia, quæ est habitus electiuus, & c. & significat nolle fecisse; aut omisisse aliquid á se factum, vel omissum Zerula in tract. de pœnit. in præludio adiungens id dupliciter contingere, vel sine dolore, vt in Beatis, quos sine dolore suorum erratorum pœnitet, & dixerat antea Diuus Thomas in 4. sent. dist. 14. quæst. 1. artic. 3. quæstiuncula 3. & 4. vel cum dolore, vt in viatoribus: qui ex traditis etiam per Nauar. in Manuali, præludio 10. num. 1. non solum nolunt, sed etiam peccasse dolent; iuxta illud Diui Augustini in cap. pœnitentia de pœnit. & remiss. pęnitere, est pœnam tenere. Tertio item modo pro Sacramento pœnitentiæ à CHRISTO instituto, iuxta cap. quod in te, de pęnit. & remiss. Tandemque pro pœna á Confessario iniuncta pœnitenti in satisfactionem peccatorum cap. falsó de pęnit. dist. 5. Sed propriè cum sumitur in pęnitentiam, virtutem, & pęnitentiam sacramentum, rectè diuiditur à Theologis, ac Sancto Thoma in sum. par. 3. q. 85. art. 1. & in 4. sent. dist. 14.

In his duabus pęnitentiæ speciebus explicandis immorari renuo; quandoquidem integrum exigerent volumen; ideó contentus tantum ero, lectorem remittere, ad ea quæ superinde scribunt citati Zerula, Nauar. Viguer. & Diuu. Thom. adductis in locis, nec non Summistæ omnes in verbo Sacraméta, & Confessor. Viual. in suo Candelab. Rub. de Sacram. pœnit. Henriq. in summ. Theolog. Moral. lib. 4. qui in eius libri initio memorat mille auctores tractantes de hoc Sacramento, & insimul loquétes de pęnitétia virtute; & ipse cóplura sparsim recensui in hoc opere, ac præsertim de Confessore approbando ab Episcopo, & quid dicendum si Regularis velit audire Confessiones, ac cum semel fuit diiudicatus idoneus, in Rubr. de Regularibus c. 13. nu. 54. de illo autem qui Præceptum de confitendo in Paschate non adimplet scribo super Ritu 19. Cur. Archiepisc. Neapol. num. 6.

SVM-

SVMMARIA.

Sodomiæ crimen omnibus ad luxuriam ſpectantibus longè grauius, & peius apparet, numero 1.

Illud cunctis abbominabile, & perexoſum eſt, etiam Satanæ, nu. 2.

Pœna huic ſceleri ex varietate legum irrogata, num. 3.

Etiam poſt mortem procedi in hoc delicto poteſt ad finem declarandi teſtamentum inualidum, num. 4.

Matrimonium ob tale flagitium ſeparatur, num. 5.

Iſtud facinus à mulieribus prodijſſe refertur, num. 6.

Clerici ob iſtud facinus ante omnia ſuſpenſionem de iure contrahunt, nu. 7.

Et celebrantes irregulares fiunt, num. 8.

A quo ſint ſuper tali irregularitate diſpenſandi, num. 9.

Conſtitutio 70. Pij V. quas patiatur declarationes, num. 10.

Ac præſertim tantum exercentes, ac frequentantes comprehendat, num. 11.

Item notoriè tantum, nu. 12.

Item, & in ſolo foro exteriori, non interiori, num. 13.

Quin neque in exteriori ob ſolam pollutionem extra vas, & in alijs caſibus qui repetuntur, num. 14.

Affinitas non contrahitur ex coitu in vaſe non naturali, num. 15.

Attentans vtrum veniat puniendus eiſdem pœnis, in hoc delicto, num. 16.

Clericus qui muliere retro abutitur comprahenditur, num. 17.

Itidem ſi vitio beſtialitatis laboret, nu. 18.

Sodomita poſſit ne ordinari, & beneficia conſequi, num. 19.

Beneficijs non eſt ſpoliandus niſi præcedente declaratoria, num. 20.

Iſtud delictum inter ea, quæ mixti fori ſunt numerant iura, num. 21.

Dormiens ſi in ſomnis rem habuerit cum maſculo credens rem habuiſſe cum fœmina, vtrum, & qua ſit pœna plectendus, numero 22.

Luxuriæ ſpecies diſtinguuntur inter eas, quæ ſecundum naturam ſunt, & eas quæ contra naturam, num. 23.

Pollutienis ſimplicis peccatum, cuius grauitatis ſit, additur, num. 24.

Capitulum XXII.

1 SOdomiæ deteſtandum, infan-
dumque crimen omnibus ad
luxuriam ſpectantibus (poſt
beſtialitatem) longè gra-
uius, & peius dicitur, & con-
tra naturam in cap. adulterij
malum, iuncto cap. flagitia
2 32. quæſt. 7. atque ideo cun-
ctis abhominabile, & perexo-
ſum, etiam Sathanæ, teſtatur Religioſus quon-
dam vir Matthæus de Afflict. in Conſtitutione,
legum aſperitate, ſub num. 11. parte tertia; ideò
quartam volens agredi ſpeciem de prohibitis or-
dinari ob delictum, ab ea exordiri cenſui, & de qua
3 vetus illa ſcātinia extabat olim lex (cui Pomponius
lætus præ cœteris meminit in lib. de Roman. legi-
bus) ſeuerisſime Pædicatores animaduertens;
cui deinde ſucceſſit Iulia, & his demum Conſtan-
tij, & Conſtantis ad Romanum Populum Conſti-
tutio, pœnam mortis huic peruerſæ libidini, atque
omnium nefandiſſimo ſceleri irrogans in l. cum
vir nubit. C. ad l. Iul. de adult. quam l. tametſi aliqui
affirment, verba facere de viris, de facto nubētibus
alijs viris (qđ execrabile ſcelus, antiquitus factū fuiſ-
ſe inſtruimur ab hiſtoricis, & Poetis, ac noſtris tē-
poribus extra Italiam contigiſſe non aufugit me-
moria recens facinus) nihilominus de vero ſodo-
mita loqui certum eſt, omnesque tuentur, maximè
Hieronym. Paul. Barch. in pract. Cancell. Apoſtol.
Rubrica declaratoriæ ſuper proponente, ſeú vouē-
te, & c. verſic. in quadam terra Italiæ; atque ideò
ex eo textu pœna capitis affligendum Pædicatorē
ipſum, depromit Doctorum communis ſententia à
Soccino Iuniore relata, in conſil. 7. num. 3. volum.
3. Iſthæc verò pęna capitis, à conſuetudine vniuerſi
orbis commutata eſt in aliam, & duriorem pęnam
mortis; namque igne cremantur, teſte Angelo in
citata l. cum vir nubit in fœminam. Eumque
refert, & ſequitur Afflict. indicato num. 11. & Io-
docus in ſua praxi cap. 96. num. 12. Dumtamen
conſumauerit actū ſaltem intrando vas non natu-
rale, licet ſemen non emiſerit; non autem ſi pro-
pè, & extra vas ſe polluerit, prout declaratum fa-
tetur idem Afflict. in eadem Conſtit. num. 13. ip-
ſeque inferius longioribus illuſtrabo verbis. Quin
etiam teſtamēti factione priuatus dicitur à Caſſan.
in conſuet. Burg. Rubr. 7. §. 3. verſic. Primo quæro,
nu. 4. intantum quod condito teſtamento ab ipſo
ſodomita, eoque poſtea vita functo ante condem-
nationem, aut etiam accuſationem, liceat in hoc
4 crimine procedere contra defunctum ad finem
declarandi irritum, & inualidum eiuſmodi teſta-
mentum, cenſuerunt Anaſtaſius, Platus, Alciatus,
Decius, & alij, relati à Farinacccio in quæſt. 10. nu-
mero 44. par. 1. qui tamen admonet eorum di-
ctum falſitate pollere, & contra fuiſſe iudicatum,
ſecutus Boſſ. in titulo de ſtupro deteſtab. maſcul.
num. 2. & inſuper nemini fas eſſe pro talibus pa-
trocinari ex Barbat. conſil. 64. cum res iſta ardua

sit numero 4. scripsit præfatus Boss. in titulo mox
citato num. 5. & Iure Canonico separari coniu-
5 gium ob tale flagitium insinuat text. in cap. omnes
causationes 32. quæst. 7. ex quo, in eam vti cómu-
nem deflexerunt Canonistæ, vt nobis fidissimus est
testis Cæsar Lambert. in tractat. de Iure patronat.
par. 1. lib. 2. quæst. 9. artic. 18. propè finem, Couar. in
rubr. de sponsal. num. 6. & subsistit absq; restrictio-
ne illa Innoc. in cap. 1. de adult. vt procedat quo-
ties præter sodomiam cum alienis exercitatam, vo-
luerit eandem cum propria vxore exercere, ete-
nim satis esse existimo, si cum alijs tantum huius-
modi crimẽ exercitauerit; quod consuetudine ob-
temptum esse ait Barbat. in dicto consil. 64. sub
num. 8. lib. 1.

6 Istud autem facinus á mulieribus prodijsse à
quibus postea edoctos fuisse homines dicit Boss. in-
dicato titulo sub num. 4. ita quod Diuus iste Aure-
lius Augustinus in fęminas ipsas propterea excãde-
scẽs in sermonibus suis de Sodoma, & Gomorra, in
hæc prorupit verba, ò mulieres luxuriæ matres, nõ
ne sufficiebat vobis primum hominem decepisse?

7 Clerici nefandum hoc scelus perpetrantes, ante
omnia suspensionem de Iure contrahunt ab ordi-
8 num executione, quare si in eis ministrare, vel cele-
brare audeant, irregulares fiunt à solo Papa dispen-
sandi, vt complures opinati sunt Doctores; quo-
rum veriórem, & receptam sententiam autumat
Salsedo ad praxim Diazæ cap. 86. sequiturque Cla-
rus in §. sodomia num. 5. & Francisc. Marc. decis.
Delfin. 687. quæritur de pœna sodomiæ num. 16.
par. 2. idque etiam si occultè fuerit commissum
secutus Foller. in praxi crimin. canon. par. 6. cap. 37
num. 11. ac præterea dicit Borgnin. Caualcan. de-
cis. Fiuizana 13. in hoc processu sub num. 15. par. 5.
& nouissimè Carol. Iallong. Racematione 40.
planxit amare, num. 85. quorum sententia quate-
nus hac nostra tempestate subsisteret respectu ir-
regularitatis incurrendæ; tamen omninò cessaret
9 respectu dispensationis ab ea si esset occulta, ita
nouissimè sanciente sacro Concilio Tridentino re-
laxante Episcopis per se ipsos, aut Vicarium ad id
specialiter deputatum in irregularitatibus omni-
bus, & suspensionibus ex delicto occulto proue-
nientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio
voluntario, & alijs deductis ad forum contentio-
sum, dispensandi facultatem in cap. 6. sessio. 24. de
reform. Verum, & ipsa conclusio principalis im-
pugnatur ab Aretino, ex professo hanc quæstio-
nem tractante in cap. cum non ab homine de Iu-
dic. eumque multis additis rationibus insequitur
Nauar. in Manuali cap. 27. num. 249. subijcit ta-
men eam fortasse incurri iure nouo Constitut. 20.
Pij Quinti exordientis horrendum; & in hoc ca-
10 su verba facit Maiol. in tractat. de irregul. lib. 5.
cap. 43. Sed ego vidi quandam apostillam scrip-
tam manu eruditissimi æquè, ac integerrimi Lu-
tij Saxi Cardinalis Amplissimi, & beneme-
riti, cum Regens Summi Prætorij Pœniten-
tiariæ erat, qui super Manuali Nauarr. in addu-
cto loco post illa verba; sed solum exercentem
(quibus ait non omnem Clericum sodomitam
fieri irregularem vigore citatæ Constit. Sed exer-
centem tantum) addit hæc punctualia verba, nec
exercentem prout alias idem Sanctissimus Domi-
nus Noster, dixit ac demũ facto verbo in signatu-
ra (idest pœnitentiariæ) tenuit P. Toleto negati-
uam; hæc ille; cuius verba procedere arbitror in
occulto sodomita, sicut latioribus verbis demon-
strabo limit. 2.

Sunt præterea á Clero deijciendi, vel ad agen-
dam pœnitentiam in monasterijs detrudendi ex
cap. Clerici de excess. Prælat. rigidius autem cum
eis procedendum iussit idem Pius Quintus in
præfata Constitutione sub his verbis. Omnes, &
quoscumque Præsbyteros, & alios Clericos Secu-
lares, & Regulares cuiuscumque gradus, & digni-
tatis, tàm dirum nefas exercentes omni priuilegio
clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio
Ecclesiastico præsentis Canonis auctoritate pri-
uamus.

Quæ Constitutio verbis licet loquatur expres-
sis, nihilominus declarationibus indiget, namque
restrictiones aliquas, & ampliationes admittit,
quas illi adaptat citatus Nauar. eo loci, & alij mox
adducendi auctores.

11 Et prima restrictio est ne omnem Clericum
Sodomitam afficiat, verum exercentem dumta-
xat, quod verbum iteratas requirit vices, ac fre-
quentiam, factumq; ex vsu quasi continuato pro-
ficiscentem, ita post Nauar. inibi, aiunt, Maiol. &
reliqui citati, nec non Roderiquez Lusitanus in
sua summa par. 1. cap. 209. & Auila in loco infe-
rius citando, versic. vnde sit prima conclusio, id-
que affirmant multis quippè rationibus, & aucto-
ritatibus, ita quod valdè miror quomodo præterie-
rint textum sing. in hac specie sodomiæ loquentẽ,
ac tali verbo vtentem in §. item lex Iulia de adult.
instit. de public. iud. Dum his vtitur verbis; Item
lex Iulia de adulterijs, quæ non solum temeratores
alienarum nuptiarum gladio punit, sed, & eos, qui
cũ masculis nefandam libidinẽ exercere audent; ob
quod verbũ exercere, in eo positũ, censuisse cõplu-
res Doctores, subsistere tantum in frequentissime
delinquente, testatur Hieronym. Paul. Barch. in di-
cta sua pract. Cancell. Apost. versic. supra citato, &
exordiente in quadam terra Italiæ, & hæc est om-
ninò vera restrictio, explosa contraria sententia
Salzedi in dicto capit. 86. & D. Ioannis Vela de
punitione dictorum cap. 33. versic. hodie autem,
demumque Hieronymus de Cauagl. in lib. pract.
quæst. comm. contra comm. quæst. 228. Clericus
sub num. 4.

12 Secundo neque omnem exercentem obliget, &
deuinciat, sed notorium tantum, non item oc-
cultum, vt expresè defendunt Vgolin. in tractat.
de irregul. cap. 43. §. 2. num. 4. & Graff. in decis.
aureis lib. 2. capit. 90. sub num. 13. Nec non Hen-
riq. in summ. Theolog. Moral. lib. 14. capit. 5. sub
§. 1. & ipse amplexor ob rationes ab eisdem rela-
tas, præter vnam ab ipso Henriq. scriptam in
lib. 13. capit. 36. in fine, iuncta glosa, quod nul-
lum occultum crimen inducat irregularitatem.
Huic enim suæ assertioni contradicit Concilium
Tridentinum in prædicto capit. 6. dum expressis
verbis ait, licere Episcopis dispensare in irregu-
laritatibus omnibus ex delicto occulto proue-
nientibus excepta, &c.

13 Item, & tertio, neque notorium afficiat in omni foro, sed exteriori tantum, non interiori, vt præcitatus Graff. prolixis verbis hanc veritatem inuestigans, ait in citato cap. 90. nu. 4. Vgolin. Roderiquez, & alij in locis fupra relatis, & Stephan. de Auila de cenfur. par. 7. difput. 4. in vltimis verbis, præter Nauar. qui poft nu. 251. teftatur contrarium fibi refpódiffe Gregor. XIII. contra quem grauiter vrget conclufio annis longè elapfis à me ftabilita in hac rubrica cap. de excommunicatione verfic. huiufmodi autem, ne fcilicet debeatur pœna à iure, vel ab homine inflicta, quamuis ipfo iure, nifi declaratoria præcefferit, quinimmo in hac fpecie citatæ conftitut. ne ipfa fubfiftat in foro interiori cófultum refpondiffe ampliffimum Cardinalem Sabellium fupremi Pótificis Vicarium, teftatur idem Vgolin. ex relatione cuiufdam Iefuitæ in publica lectione, eandemq; commendaffe fententiam, quédam pœnitentiarium S. Petri de Vrbe. Ratio autem illa, quæ inter cæteras ad hanc firmandam conclufionem adducit idem Vgolin. necne vera fit, non audeo in præfentia fateri; recenfet enim vulgatam illam conclufionem, quæ fe habet, neminem ligari lege non vfu recepta, quam præ cæteris conftituunt Nauar. in manuali cap. 23. nu. 40. & alij ab eodem Vgolino illic citati, necnon plures alij adducti à Sayro in lib. 3. clauis Regiæ cap. 5. nu. 14. & Ioanne Driedo in lib. 1. de libert. ecclefiaft. cap. 9. confid. 2. videtur namq; de hac affertione dubitare Alphonf. à Caftro refpectu l. editæ à fummo Pontifice in tract. de poteft. l. pœnal. lib. 1. cap. 1. verf. hoc autem de fola laica poteftate intelligi volo, idemq; Sayr. & alij; contradicit tamen Marius Alterius de cenfur. tom. 1. difputat. 1. lib. 5. cap. 7. quo præterea in loco principem affertionem fupra relatam explanat, additq; differentiam inter legem vfu non receptā, alteramq; vfu receptam, deindeque contrario vfu abrogatam, vt illa non teneat, neque liget, ifta veró requirat aliquam temporis moram, confiderata diftinctione inter legem Papæ, & Principis laici; Inquirit infuper quando lex dici poffit non vfu recepta.

14 Ac tandé neque in foro exteriori deuinciat omnem exercentem quemcumque actum fodomiticum, qualis eft pollutio cum aliquo, feu aliqua extra vas, tefte D. Thoma in fumma 2. 2. q. 154. artic. 11. neque alium quempiam exercentem luxuriam contra naturam, qualis eft omnis exercens pollutionem extraordinariam ex eodem D. Thoma inibi, fed afficiat folum copulam fodomiticam, quæ tunc locum dumtaxat fibi vendicat, quoties femen emittitur intra vas, ita poft Nauar. in loco citato dixerunt indicato §. 2. verf. præmitto prius, Salfed. in cit. cap. 86. verf. vltim. Lelius Zecco in fuis refpófionib. ad cafus confcientiæ cafu 1. rubr. de irregul. §. de irregul. prouen. ex delicti qualitate verf. quod fi ob auctoritatem, & Roderiquez (vltra locum iam relatum) in 1. tom. fuarum quæft. regul. q. 30. art. 18. quorum fententiæ fauet admodum text. in cap. fin. de fponfal. Alteram verò rationem ab eodem Salfedo memoratam ex text. in cap. extraordinaria 35. q. 2. quod ex pollutione aliter facta non nafcatur affinitas, quafi infinuet propterea tunc fodomiæ crimen, non committi; omninò improbandum

15 credo, neque ex coitione intra vas illud non naturale oriri affinitatem, ex his, quæ fcripfi alibi, & infuper tradit Francifcus Marcus decifione Delphin. 467. quæritur qualiter matrimonium num. 8. & 11. ac decif. 688. quæritur an fodomita num. 1. par. 2. Ideoque affinitas non nobis magnifacienda eft in hoc cafu; verum confumatio, & feminis emiffio.

Quæ reftrictio fi veritate nititur, omninò vana apparet altera à quibufdam data ad eandem conftitut. nè procedat in actentante, quandoquidem fi vas ingrediens non naturale ab huius conftitut. fanctione excluditur, quoties non perficit ex prædictis, quanto magis ille, qui ad talem actum, ita proximum non peruenit, illa tamen validè adduceretur, fi ingrediens, & non confumans eiufdem con-

16 ftitut. pœnis veniret puniendus, nam tunc poffet infuper controuerti vtrumnè actentans mereretur illafmet pœnas pati; quo cafu Afflicti auctoritas primitus occurreret in dicta conftitut. legum afperitate nu. 11. vbi affirmatiuam de iure tuetur partem, & Andr. Gayll. in tractat. de pace lib. 1. cap. 14. nu. 26. de confuetudine tamen vniuerfi Orbis negatiua fuftinetur, cuius confuetudinis præter Afflict. in loco mox delibato, meminit Farinacc. q. 17. nu. 49. par. 1.

17 Ampliatur autem difpofitio præfatæ conftitut. non folum ad clericorum mafculorum concubitorem, fed ad eum quoque, qui muliere retro abutitur, Farinac. q. 148. fub nu. 36. namq; hoc cafu, verè fodomitam effe cenfent, Afflict. in eadem conftitu. nu. 13. necnon Zabarell. Dec. Cotta, Bermond. Platus, & Viuius, relati, & commendati à Menoch. in lib. 2. de arbitr. Iudic. cent. 3. cafu 286. nu. 5. & latius in additionibus nu. 40. quam effe communem opinionem affeuerat Iul. Clar. in §. fodomia nu. 2. à quorum fententia non arbitror difcedendum, quāuis non ignorem ab aliquibus improbari, & omiffis paucis ab eifdem relatis, memoro Io. Bapt. Contradum in fuis refponfis cafuum confcientiæ quæfito 29. par. 1. dum fatur fodomiam effe coitum perfonarum eiufdem fexus, nempè maris cum mari, feu fœminæ cum fœmina; licet enim addat alios dicere fodomiam quoque effe cum vir fœminam præpoftera Venere cognouerit; id tamen, non affertiuè, fed relatiuè inquit, maximè quod poftea aliorum adnectit opinionem his verbis; alij verò dicunt effe actum innaturalem; quamobrem ifthæc pertranfeundo refert; perfiftit autem in priori, quam fcripfit fententia; item memoro Martinum Magiftri Theologum Parifienfem, qui videtur fateri grauius effe, coire contra naturam, cum mafculo, quam cum fœmina, ex eo quod, ibi eft abufus perfonæ, & vafis. hic autem vafis tantum; cuius dicti relator eft Hieronymus Paulus Barchinarius in practic. Cancell. Apoftol. in rubr. declaratoriæ fuper proponente, feu vouente ingredi, &c. verf. in quadam Terra Italiæ, quorum quidem Conradi, & Martini opinio, atque refolutio; non vtique effecit, vt ipfe ab illa communi profilirem conclufione, præfertim, quod idem Hieronymus Paulus in eodem loco grauius effe cum mulieribus illud patrare, aut faltem par effe, profitetur.

18 Secundo dilatatur ad clericum vitium beftialitatis laborantem, & cum animali bruto turpiter coeuntem, ex Menoch. in dicto cafu 286. nu. 6. & in addi-

addit.nu.43. & Roder.Lusit. in summa par.1. cap. 209.num.2.succurrunt notata per Boer.decis.316. præsuppono nu.1.& Roland. cons.7. in causa nu.2. vol.1.id tamen non quia tale facinus sub nomine sodomiæ subintelligatur, vt optimè ex eodem Menoch.colligi potest in addition.ad casum 286.num. 46. verùm ob rationem extensiuam, qua de vno in alium grauiorem casum dilatatur dispositio, vt idem Rodericus ait, suffultus glos.in cap.1. vers.ita de tempor.ordin.in sexto.

Post hæc deflecto ad aliàs conclusiones propius spectantes ad hunc nostrum tractatum, & primo quæro possit nè sodomita promoueri ad ordines?

19 & cũ iure antiquo, atque nouo præfatæ constit.defenderim sub n.9.suspẽsum eum non esse,& multo minus irregularem, si is occultus sit sodomita, inde fit, nè videatur prohibitus ordinibus insigniri, aut beneficia acquirere, idque comprobatur ex decis. vnic.Achill.de Grass.nu.3.sub rubr. de pœn. quod si notorius, qui sit propterea dijciendus à Clero, & in Monasterium detrudendus ex sanctione Alexand.III.in cap.clerici de excess.Prælat.omnique priuilegio clericali, officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico priuatus, ex decreto fel.mem.Pij V.in sæpe mentionata constitut. attamen beneficia interea adipisci, atque ad ordines promoueri non vetatur, si nondum fuerit res deducta in iudicio, ita quippe desumi rectè potest, ni fallor, ex eadem mox citata decis. Achill. nu.3. oportet enim, vt declaratoria concurrat, alioquin sibi locum non habebunt pœnæ iam dictæ, prout summis, vt aiunt digitis attingo num. 20. & nunc subijcio in alio consimili.

20 Vt neque in susceptis dicatur vetitus ministrare; & beneficijs quamuis sit à iure priuatus, attamen de facto non est ita; quamobrem retinebit ea, quousque sententia declaratoria intercedat; ita quod alteri conferri interdum licet possint, & Lap. edocet in allegat.16.An valeat,& inibi Mandos.addit.1.intantum, quod neque ipsius possessoris citatio tunc exigatur; nihilominus adhibenda necessario illa esset, cum deinde peteretur immissio in possessionem; quæ nullatenus est affectanda nisi illo citato,& re maturè discussa,per text.in cap. licet Episcopus in secundo responso,& inibi Gemin.nu. 5. Franch. nu.3. de præbend,in sexto, & alios multos in eo text.quos sequitur idem Mandos.in addit. 8.eiusdem allegat. necnon Hoieda de incompat.benefic. par.1. cap.4. sub nu.9. & tunc oportet, vt declaratoria concurrat; alias neque valeat spoliari, teste Ripa in cap.sæpe nu.101.de restit.spoliat.& Nauar.cons.12.de hæret.in antiquis, sed quoties vigore præfatæ constitutionis diceretur suspensus, tunc quo ad ordines suscipiendos, aut ministrandum in susceptis attendenda essent, quæ superinde scripsi in cap.de suspensione, hac rubr. vbi etiam de noua acquisitione beneficiorum loquor,& antea obtentorum detentione.

21 Tandem istud sodomiæ crimen esse mixti fori, & propterea Ecclesiasticum posse in laicum excãdescere, insinuat text. in cap. clerici de excess. Prælat.inibiq; Soccin. notab.1. & cap. cum sit generale nu.25.de foro competenti, vbi Felyn. sub num.18. Decian.in tract.crimin.lib.4.cap.26.nu.11.& communis Doctorum succurrit opinio, cuius testis est Bermond. Chouer. in tract.de public. concub. fol. 128.nu.43. atque Clarus in §.fin.q.37.num.5. quod veritate fulciri, quamuis laicus ipse sodomita sit infidelis, idem Decian. illic ait, necnon Borgn.Caualc.indicata decis.nu.23.& propterea seculari potestati haud sit tradendus laicus tali facinore commaculatus, defendit Nauar.cons.1.An Vicarius sub rubr. de iudicijs; clericum verò degradandum esse, & illi tradendum mandauit Pius V.in sua Constitut. hactenus non semel, memorata, & notaui in vers. sunt præterea, cuius vigore primus, qui ita fuerit damnatus, refertur quidam Clericus Tarraconensis, per Salzed.ad Diazam. in eodem cap. 86. vers. Curiæ traderetur, ex cuius verbis, talem sanctionem seruari etiam extra Statum Ecclesiasticum, notat Farinac. in tit.de delictis carnis q. 148. num.29.quo loci ex sententia præsertim quarantæ, ipsum recolligere aduerti omnes à me relatas restrictiones ad dictam bullam Pianam,& alias etiam á me non delibatas,& propterea, vtriusque scripta perlegere valebit studiosus lector, necnon Petri Caballini resolutionem criminalem casu 16.

22 Sed qui in conticinio noctis masculum secum dormientem subagitaret, ac rigoroso postea suppositus examini, confessus sit in somnis dum somniaret rem habere cum muliere, cum illo rem habuisse tanquam cum muliere, an pœna ordinaria nefandæ libidinis puniatur, & respondit negatiue Anton.Gomes.qui ita obtinuisse addit in 3.tom.variar.resolut.tit.de delict.cap.3.propè nu.27.refert,& sequitur Ioseph. Ludouic. decis. Lucensi 19. Pamphilus nu.18. & multa cumulat Farinac. in tit. de pœn.tempor.q.92.nu.62.cum sequent. sed Baiard. ad Iul.Clar.in §.sodomia in vltimis verbis, suspicatur nè Gomesius, & Iudex in eo casu cõsimiles rei fuerint, alioqui ille è manibus recti Iudicis non aufugisset, eo quod non illam credidisset cantilenam, & quidem (mea sententia) abstinere debebat Baiardus, nec Antonio Gomesio ipsi, viro quippe insigni tale facinus adscribere, maximè in opusculis typis datis; ac quod si alius Iudex iam dictam non admisisset cantilenam, fortasse perperam egisset, ob confessionem qualificatam in tortura factam, ob cuius vim, sicuti confessus est delictum, ita quoque in causa fuisset, vt ipse qualitatem omisisset eandẽ, quam, dum adiecit, graue inditium præseferat veritatis,& quia iure comprobari videtur, vt quotiescumque alijs probationibus non verificatur delictum, nisi confessione eiusdem partis, eaq; qualitatem contineat eiusmodi, tunc probatio reddatur dubia,& incerta, atque isthæc sit vera declaratio,& intelligentia ad illum articulum de confessione qualificata, notat idem Gomesius,& tenet Abb.in cap.auditis nu.32.de præscriptionibus.

23 Cæterum cum luxuriæ species distinguantur inter eas, quæ secundũ naturam sunt,& eas, quæ contra naturam, vt scribit, & explicat Lopez in suo instruct.cap.73.par.1.omnium tamen grauiores sint, posteriores, ideò pauca subijcere censui ad instructionem eorum, qui confessiones audiunt; certum itaque esse meminere debent, inter illas contra naturam grauissimum peccatum esse, bestialitatis, quo culpatur quiuis coitum cum brutis animalibus habet etiam imperfectum, teste Corrado in respõsionib.casuum conscientiæ q.29.par.1.secundum

tenet

tenet locum actus ſodomiticus, cuius hucuſque locuti ſumus. Tertium verò ſimplex pollutio, quæ & ſi ſit infima earum ſpecierum, quæ cum natura pugnant, vt citato in loco concludit Corrad.tametſi quidam Theologus Pariſienſis Martinus nempè Magiſtri crediderit maius peccatum eſſe, ſe ipſum polluere, quàm cum maſculo coire, cuius dictum ſit pœne verum, inquirit Paul.Barchin.in practic. Cancell.Apoſt.citata in princip.huius capitis, tamē vtra earum ſit vera, illud veritate nititur, eiuſmodi pollutionem ex ſui genere grauius peccatum eſſe altero carnalis copulæ cum ſorore, matre, aut etiam moniali, vt eodem in loco ſcribit relatus Corrad.illudq; fieri per fricationem membri pudendi, etiam ſi propter tenellam ætatem non ſucceſſerit pollutio, vt inquit Gerſon. par. 2. tractatulo de confeſſion. mollitiei, & litteratus in ſumma ſummarum cap.81. ſub nu. 1. quare mirum in modum mirandum eſt, quod cum adeò graue ſit peccatum, nihilominus homines noſtri temporis, maximè illud floccipendant, & continuò quaſi vſu patrare non vereantur; quin tam frequentiſſime (vt dicat idem Corrad.in verſ. fin. ſuæ additionis ad idem quæſitū 29.) aliquos adeſſe viros, qui toto tempore vitæ, penè quotidie illud committant, paruifaciantq; ceù ſpuere in terram; cum itaq; ſui natura ſit graue, cumq; frequentia creſcat, attentius procurare debent confeſſarij, vt tàm abominabile facinus, omninò extirpetur, ac prorſus à fidelium, etiam mentibus eradicetur, & radicitus euellatur, idque tunc præſertim aſſequentur, ſi eas, tùm iſtud, tùm aliud quodpiam peccatum carnis committentibus infligent pœnas, quas idem Lopez ſcripſit in initio cap.76. eiuſdem par. 1. Ieiunia nempè, diſciplinas, frequenteſq; confeſſiones; quin eius enormitatem exagerent, tùm verbis vtendo illis, quibus, & Diuus Auguſtinus vtitur in ſermone de vitio ſodomitico; quod ſcilicet à tanta immunditia Angeli fugiunt, ac Dæmones etiam oculos claudunt; tùm efficaci argumentatione poſita ab Hugone cap. 1. ad Romanos, cum enormitatem huius flagitij ex eo oſtēdit, quod legitur Diabolum fuiſſe incubum ſub ſpecie viri, & ſuccubum ſub ſpecie mulieris, nunquam tamen ſuccubum fuiſſe ſub ſpecie viri.

SVMMARIA.

Homicidas antiquitus potuiſſe aſſumere ordines demonſtratur nu.1.

Poſteriori verò iure, nequaquam nu. 2.

Irregularitas ex homicidio orta, à quo iure prodierit nu.3.

Dictionis, vſque, quæ ſit vis nu.4.

Homicidij refertur definitio nu.5.

Occiſus, quamuis fuerit excommunicatione ligatus, irregularis tamen eſt occidens nu.6.

Clericus ſi bellum adeat iuſtum, quando fiat irregularis nu.7.

Bannitum zelo iuſtitiæ qui interimeret, euitaret peccatum, non irregularitatem nu.8.

Qualis debeat eſſe iſte bannitus, vt impune occidi poſſit, additur nu.9.

Parrochus ſit ne priuandus Parrochia ſi infra annum minimè aſſumpſerit Sacerdotium, quamuis aliqui pauciſſimi dies adhuc remaneant, in illis tamen impoſſibile eſſet eo inſigniri ordine? nu. 10.

Quin poſſit interea Parrochiam reſignare in gratiam alterius demoſtratur, etiam in extrema die anni nu. 11.

Poſt annum vacat, & impetrari poteſt nu.12.

Tunc verò cuius ſit onus probare ſpoliatum habuiſſe Parrochiæ pacificam poſſeſſionem? numer.13.

Bannitum occidere non permittit ius commune, num.14.

Puerperium animatum eſſe oportet, vt illud interficiens dicatur homicida nu.15.

Ordinaria nè, an extraordinaria plectatur pœna, qui animatum fœtum necauit? nu. 16.

Medicus cenſeatur nè homicida, conſulens, aut poculum ad abortiendum dans mulieri conſtitutæ in periculo mortis? nu.17.

Homicidium, & mutilatio à pari iudicantur, ad incurrendam irregularitatem, nu.18.

Chirurgus vtrum ſit irregularis, ſi aliquorum membra abſciderit, aut etiam, ſi illi interierint, quorum medicatus ſit infirmitates, numer.19.

Quo tempore, intelligatur animatus fœtus, latè diſcutitur nu. 20.

Anima vna eſt in corpore humano, nu.21.

Potentia vegetatiua quò tempore acquiratur, num.22.

Irregularitatem contrahit, qui puerperium maſculinum abortiuit poſt 40. dies, fœmininum verò poſt 80. nu.23.

Quid verò dicendum ſi cognoſci non poteſt, an maſculinus, an fœmineus ſit fœtus nu.24.

Item ſi ignoretur tempus conceptionis, & propterea vera menſium computatio fieri non poſſit nu. 25.

Quale fuerit homini conſtitutum tempus pariendi, incertum eſt nu. 26.

Omnibus tamen animantibus vnum conſtitutum fuiſſe oſtenditur nu.27.

Fœtum inanimatum interimens non homicidij; ſed mitiori plectitur pœna nu.28.

Qui mortuum hominem cremaret, aut caput amputaret, aut alio quouis modo in illum excandeſceret, haud mulctaretur homicidij pœna, nu.29.

Quæ impediant mulierem concipere, aut virum generare, recenſentur, nu.30.

Homicidium vno ex quatuor modis, (qui referuntur) committitur, nu.31.

Caſuale committitur, plerumque etiam à dante operam rei licitæ nu. 32.

Tunc verò ſi culpa antecedit caſum, extraordinariè caſtigatur homicida eiuſmodi, nu.33.

Quin ab irregularitate non eſſet alienus, nu.34.

Etiam

Etiam si culpa esset leuis, quid verò si leuissima nu. 35.

Qua vti debeat diligentia, nè qui rei licita incumbit, fiat irregularis si deinde homicidium casu eueniret nu. 36.

Qui rei illicita operam dat, etiam si omnem adhibuisset curam, fieret irregularis ob homicidium casuale nu. 37.

Venator credens animal occidere, & hominem interficiens, sit ne pœna in foro exteriori puniendus? nu. 38.

Is etiam an incidat in irregularitatem? nu. 39. & cum distinctione si laicus, vel clericus sit venator, respondetur nu. 43.

Venatio est de iure permissa, etiam in alieno territorio, nu 40.

Princeps ne possit prohibere venationem, ostenditur nu. 41.

Qui fundum alienum prohibente Domino ingressus est ad venandum, & animalia capit, teneatur ne in conscientia persoluere pretium num, 42.

Et qua venatio sit clericis permissa, sub nu. 43.

An laicus in venatione occidens clericum, credens animal, incidat in excommunicationem, sub eodem nu. 43.

Clericus accedens ad mulierem causa explenda libidinis, si illius vir superueniens suam occidat vxorem, non esset irregularis, nu. 44.

Quid verò dicendum sit discutitur, si idem clericus tunc inuasus ab adultera viro, & debito vsus moderamine occiderit inuasorem? nu 45. & nu. 53.

Vulnerans sit ne irregularis, si ille postmodum decesserit? nu. 46.

Vulneratus si decesserit, nec constet de alia causa mortis, creditur defunctus ex vulnere, cum duabus ampliationibus, & vnica restrictione, sub eodem nu. 46.

Casuale homicidium committeret, qui poculum amatorium daret mulieri, qua, vel eius partus propterea mortem obierit, nu. 47.

Pœna damnationis ad metallum de iure Canonico successit pœna perpetui carceris, vel vt alij credunt pœna triremium, sub eodem num. 47.

Qua pœna sit tunc castigandus, qui tale poculum dedit? nu. 48.

Pœna qua subintrauerit in locum eius, qua dãnabat in metallum nu. 49.

Necessitate cogente, si quis homicidium commisit, & necessitas fuerit euitabilis, irregularitate notatur, & tàm ad superiores vetatur ascendere ordines, quàm in susceptis ministrare, num. 50.

Quod si ineuitabilis fuerit, non incurritur irregularitas, nu. 51.

Et qui Missam celebrans inuasus fuerit, sequ ab illo defendens ex necessitate ista compulsus occiderit, possit complere Missam nu. 52.

Necessitate ineuitabili occidens, neque peccauit si ea concurrerint, qua referuntur nu. 54.

Id tamen si pro tuenda propria persona, nu. 55.

Non igitur si pro defensione alterius persona, etiam si proprij parentis nu. 56.

Multo magis si pro tuitione rerum, etiam suarum nu. 57.

Idque etiam si laicus esset, qui pro illarum necessaria defensione occideret nu. 58.

Insultans alium si postea in hanc redactus necessitatem occiderit, irregularis factus esset, nu. 59.

Ita qui potuit aufugendo se ipsum liberare à necessitate, absque quod illum interemisset, numer. 60.

Quid verò si hic laicus fuerit, vtrum teneatur aufugere, & se eximere à tali periculo? numer. 61.

Quod si fuga non esset tuta, sed aliqualiter dubia. neque clericus teneretur terga vertere, ac propterea homicidium subsequens non induceret irregularitatem, nu. 62.

Qui inuasorem fugauit, eumq; insequutus est, & occiderit, est irregularis, nu. 63.

Ita qui moderamen inculpata tutela est transgressus nu. 64.

Tria requiruntur, vt moderamen inculpata tutela dicatur concurrisse nu. 65.

Text. Concilij in cap. cum etiam §. si verò sess. 14. de reform. de quo homicidio, (casuali scilicet, an necessario) verba faciat? num, 66. & num. 84,

Homicidium casuale, atque voluntarium, quando dici poterit illicitum nu. 67.

Homicidij tertia species est cum sola voluntate instigante; idq; quatruplicìter contingere potest, nempè, facto, consilio, pracepto, & defensione, nu. 68.

Homicida voluntarius, quando celebrare valeat, non obtempta dispensatione nu. 69.

Vulnus illatum à clerico non secuta morte, vtrum causa sit irregularitatis? nu. 70.

Homicidio opem prastans, irregularis est, si antea, vel in ipso actu homicidij nu. 71.

Quid si postea nu. 72.

Exemplum traditur de auxiliante ante delictum, nu. 73.

Item alterum auxiliantis in ipso homicidio, num. 74.

An probata sola assistentia faciat prasumere delictum in foro exteriori, vt ille puniatur, an etiam aliquid oporteat probare? nu. 75.

Exemplum additur de auxiliante post delictum num. 76.

Hic verò nonnumquam incidit in irregularitatem nu. 77.

Qua

Qua veniat puniendus pęna, qui opem homicidio praestitit nu.78.

Consulens homicidium, dicitur homicida nu.79.

Si tamen consilium in causa fuerit secuti homicidij, non autem si adhuc ipso non consulente patratum fuisset, nu. 80.

Et tunc, neque fiat irregularis, nu.81.

Incurrit autem, etiam si longum post tempus ille occiderit nu. 82.

Idipsum, si non is, contra quem consuluit, sed cui consuluit exanimatus remanserit nu. 83.

Consulens, necnon attentans occidere, non erunt irregulares si homicidium non fit subsequutum nu.85.

Consulens, quid facere debeat, vt irregularitatem euadat? nu 86.

Confessarius consulens penitenti fateri delictum, & si iustè fuerit condemnatus, ne sententiae executionẽ differat per appellationem, aliumuè modum, an fit irregularis nu. 87.

Damnato ex falsis probationibus, quarum falsitas lateat Iudicem an liceat, & qua via se defendere nu.88.

Iudex quando dicatur secundum formam iuris interrogare reum, vt ille teneatur fateri delictum? nu.89.

Confessarius non fit irregularis si renuat absoluere Iudicem distulentem condemnare reum, iustè damnandum. nu 90.

Mandans committi homicidium, fit irregularis num.91.

Quid si mandatarius non praecedente mandato, adhuc occidisset, nu.92.

Si verò mandatum contineret offensam tantum alteri faciendam, nec dirigeretur ad homicidium, non vtique fieret irregularis nu.93.

Mandatum verò non tantum expressum requiritur, sed tacitum sufficit sub dicto nu.93. nisi reuocatum fuerit, ibidem; vbi etiam discutitur, quid si ratum habuit.

Irregularitas non nisi homicidio, vel mutilatione contrahitur nu.94.

Digitum praecidens, haud fit irregularis nu.95.

Digitum non esse membrum demonstratur, numer.96.

Obtruncans alterius manum aridam, vtrum fit irregularis, latè discutitur nu. 97.

Regula statuitur in tribus casibus, in quibus homicidium, & mutilatio parificantur nu.98.

Infans si occidat, non fit irregularis nu.99.

Infans quis dicatur nu.100.

Furiosus insuper, neque fieret irregularis, numer. 101.

Neque pęna aliqua corporali mulctandus, & exempla adijciuntur eorum, qui impunitatem assecuti sunt propter furorem nu. 102.

Quin eorum, qui vt impunè fari possent, contra Tyrannos, & Principes insaniam simularunt, num. 103.

Quid verò sit dicendum de eo, qui propria culpa in furorem incidit, deinde subnectitur, num. 104.

Furoris species dua sunt, nu. 105.

Quot nominibus appellentur, qui furore correpti sunt, & omnes pariter sunt ab irregularitate exempti, si tempore furoris deliquerint, num.106.

Quo verò tempore, furoris nempè, vel sanitatis praesumatur commissum delictum, inquiritur num.107.

Ebrius quando irregularitatem aufugiat, si occidat? prima vice nu.108.

Si verò rursus occidat, sit nè pœna aliqua puniendus, discutitur nu.109.

Dormiens quoque, si hominem necauerit, non esset irregularis nu. 110.

Somni definitio refertur, & eius effectus, num. 111.

Dormiens citra somni interruptionem, & occidere, & alia agere vtrum valeat, & quo modo, ostenditur, nu.112.

Differentia traditur ob quam dormiẽs, & ebrius nonnunquam fit irregularis occidendo, nusquam verò furiosus? nu. 113.

Irregularitas non solum oritur ex delicto, quod committitur, sed ex altero, quod quis impedire omittit, si tamen aliqua concurrant, numer. 114.

Excommunicatus etiam dicitur, qui cum potest non prohibet percussionem clerici. nu. 115.

Percussionem clerici suo nomine factam, ratam habens, incidit in excommunicationem, num. 116.

Persona habentes superioritatem in alium, qua sint, vt si non impediant delictum incurrant in irregularitatem, nu.117.

Qui egeno minimè succurrit, si fame pereat, fit ne irregularis? nu.118.

Homicida collatio beneficij si facta fuerit, inualida existimatur, nu. 119.

Obtemptis verò antea non spoliantur ipso iure, qui homicidium commiserint, nu. 120.

Imò per sententiam damnati, qui fuerint de homicidio, non continentem expressam priuationem beneficiorum, tutè illa retinerent, num. 121.

Differentia referuntur existentes, inter penam ipso iure incurrendam, & alteram per sententiam, nu. 122.

Assassinus tamen, ipso iure perdit beneficia, num. 123.

Itidem si beneficium haberet annexum ordinem sacrum, nu. 124.

Beneficia vacantia ob priuationem contentam in sententia lata in Curia Romana, conferre nequit Episcopus, nu. 125.

Quid

Quod si priuatio fuerit facta ab alio Episcopo, poterit beneficia in sua Diœcesi existentia conferre, nu. 126.

Verba inducentia priuationem ipso iure referuntur, nu. 127.

Dispensare super irregularitate etiam prouenientе ex homicidio voluntario potest supremus Pontifex, nu. 128.

Text. in cap. 7. sess. 14. Concilij Tridentini prohibens dispensationem in homicidio, non omnimodam dispensationem vetat, sed pramaximam difficultatem concedendi illam insinuat num. 129.

Dispensatio quando requiratur ab homicidio casuali, vel necessario, & à quo concedenda sub eodem nu. 129.

Episcopus neque ad minores suscipiendos ordines, neque ad beneficia simplicia consequenda dispensare nunc potest, cum homicida voluntario, quamuis iure communi quiuerit, num. 130.

Neque si homicidium fuerit occultum, nu. 131.

Si verò non fuerit voluntarium, valebit etiam post Concilium, atque in foro exteriori dispensare pro minoribus suscipiendis ordinibus, & simplicibus obtinendis beneficijs, nu. 132.

Homicidium voluntarium, quale sit, inquiritur num. 133.

Item homicidium diuiditur in occultum, & non occultum nu. 134.

Occultum autem adhuc diuiditur in simpliciter occultum, & omninò occultum, nu. 135.

Qui homicidium omninò occultum patrauit, an inciderit in irregularitatem, vel saltem possit ab Episcopo consequi dispensationem, latè discutitur nu. 136.

Homicidium voluntarium, quale dicatur, & quando, respondetur, nu. 137.

Episcopus vtrum valeat dispensare cum Iudice, qui reum ad mortem iustè damnauit, nu- mer. 138.

Homicidij intenti, & voliti ponuntur complura scitu digna, atque in praxi multum necessaria nu. 139.

Necessarium dicatur ne comprehensum sub ea sualis? nu. 140.

Pauperes cedentes ligna in nemore vniuersitatis, quod propterea vilius vendatur, licet restituere non teneantur, custos tamen tenetur nu. 141.

Episcopus in quibus homicidijs concedere valeat dispensationem, summatim probatur, nu- mer. 142.

Illius potestas circa mutilationem, etiam voluntariam à Concilio Tridentino minimè restringitur, nu. 143.

Regula Concilij, vt Præsul relaxare nequeat irregularitatem prouenientem ex delicto ad forum contentiosum deducto, explicatur, & declaratur, nu. 144.

Concilium in d. cap. 7. an complectatur mandantem verberari, aut vulnerari, si inde sequutum sit homicidium, nu. 145.

Quæ sit in prædictis auctoritas capituli sede vacante, nu. 146.

Delegatio facta Episcopo, siuè eius Vicario, vtrum mortuo Episcopo extendatur ad capitulum? nu. 147.

Vicarius an possit cognoscere causas suo Episcopo delegatas? nu. 148.

Episcopus possit nè suum Vicarium substituere in dispensationibus concedendis, & eidem Episcopo commissas à sede Apostolica? num. 149.

Vicarius generalis in aliqua parte Diœcesis, non dicitur generalis, vt ab eo sit appellandum ad Metropolitanum, sicuti neque à foraneo, nu- mer. 150.

Antistes in quacunque parte sua Diœcesis ius dicere valet, & illuc subditi commeare debēt, cum ampliationibus multis, nu. 151.

Vicarius Episcopi vtrum subsit Archiepiscopo? num. 152.

Episcopi antiquitus subijciebantur iurisdictioni Metropoliticæ, non hodie in criminalibus vigore Concilij, nu. 153.

Quid verò in causis ciuilibus, nu. 154.

Episcopus teneatur nè constituere Vicarium, num. 155.

Si Episcopus exerceret iurisdictionem, & tamquam Ordinarius cognosceret aliquam causam, Vicario Archiepiscopi neque illa subesset, nu. 156.

Vicarius Episcopi delinquens in officio, subsit nè suo Episcopo, vt ab illo puniatur, vel potius Archiepiscopo? nu. 157.

Capitulum XXIII.

1 VEteri lege, quod potuerint Sacerdotes fieri, qui homicidæ erant, patebit cuiquam volenti credere glosæ verbis in summa 21. distinct. vers. & minores, in fine; atque Bartholomæo Brixiensi q. venerali 13. Aliquis ex officio suo, in finalibus verbis, maximè quia Moysi exemplo conuincitur; is enim videns Ægyptium iniuria afficientem Hebræum, illum & defendit, & Ægyptium prosternauit, atque in harena abscondit, de quo in cap. 2. Exodi, & 8. Actuum, & meminit text. in cap. cognouerunt de pœnit. distinct. 2. iūcto cap. non inferenda 23. q. 3. & tamen Moysem Sacerdotio initiatum, liquet ex his, quæ copiose coaceruauit Amplissimus Cardinalis Bellarminus in lib. 3. de verbo Dei cap. 4. qui nonnulla volumina, exquisi-

exquisita diligentia, exactissimaque cura conscripsit aduersus hæreses, in quibus tam curiose pensitauit virtutes, ac vitia rimatus est, illas imitandi gratia, ista autem vitandi, vt meritò omnes clamitent eius iudicium, & conclusiones adamussim; extiterunt præterea alij complures, qui Moysem Sacerdotem fuisse asseuerauerunt, quos memorat Henriqu.in summ.theolog.moral.lib.10.cap.21.§.1. in glosa liter. G, comprobantque verba Dauid Psalmo 98. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, quin textus in cap.28. Exodi insinuat, dum Aaron in summum Sacerdotem, & filios eius in minores Sacerdotes electos demonstrat, & transumptiue Gratian.in summa 21.distinct.& alia sunt, quę conueniunt, & ipse recenseo, in rubrica de priuileg. cleric. cap.2.sunt insuper aliorũ testimonia, quibus instruimur ad credendum, homicidas potuisse assumi ad Sacerdotium; Samuel enim summus Sacerdos proprijs manibus Agab Regem concidit 1. Regum 15. Phinees etiam Sacerdos Iudæum coeuntem cum Medianita interfecit, & reputatum est ei ad iustitiam, de quo in cap. 25. Numeri, & alios memorat Nauarr. cons.1. quidam, num.13. in antiquis, de his, quæ vi, metusuè causa fiunt, & tertio in nouis, ac Petrus Apostolorum Princeps Ananiam, & Saphyrum verbo suo peremit, Actor, cap. 5. & antea Auriculam seruo Pontificis præciderat, Lucæ 22. & cap. si Petrus 24. quæst. 1. iuncto cap.pro membris 22. quæst.3. Paulus etiam lapidantibus Stephanum ministerium præbuit, & tamen in duodecim Apostolorum Senatum cooptatum fuisse veritas edocet, & text.in cap. si post §. è contra 10.distinct.

2 Posteriori verò lege Sacerdotibus in perniciem sui officij verteretur, si iudicium sanguinis agitarent, aliquemuè perimerent, iuxta cap. nos si incompetenter §.multa enim 2. quæst.7. Nam homicidam ordinandum non esse, præcipitur in cap.non inferenda 23. quæst.3. & qui promotus auderet tale perpetrare facinus esset ab altari euellendus, ex cap. 1. de homicid. & pleniori manu scribam infe-
3 rius num.5. & 6. Illud tamen hic neutiquam omittam, aliquorum sententiam esse eiusmodi irregularitatem prodire á iure Diuino, præsertim Diuus Thomas in cathena aurea, & alij ex illa auctoritate, quod Dauid alloquens Dominus Deus, præcepit nè ædificaret domum nomini suo, eo quod vir bellator erat, & sanguinem fuderat in lib. Paralypomen.1. cap.27. & refertur in cap.si quis omnem versic. noui rursus 1. quæst. 7. per argumentum à minori ad maius, quod si propter homicidium vetitus fuit construere templum, longè magis debet intelligi vetitus à ministerio, vt inquit glos.in cap. 1. vers.prohibitus de consecrat. dist. 1. Hac igitur ratione fretus Soccin. in cap. ad audientiam num. 6. de homicid. scripsit hanc irregularitatem prodire á iure Diuino, at Diuus Thomas in loco citato post Augustinum, in lib. de consolat. Euangel. fulcitur verbis Lucæ 22. quibus instruimur Christum Dominum dixisse discipulo amputanti Auriculam serui Principis Sacerdotum; finite vsque huc, insinuans, ne amplius illum percuteret; quamuis au-
4 tem illa dictio vsque, stet quandoque inclusiue, & quandoque exclusiue, teste Archidiacon. in cap. si gratiose, & ibidem Geminian. num. 2. de rescript. in sexto; attamen vbicumque superadditur aduerbium illud, huc, stat limitate per Borgas. in tract.de irregul.par.1.q.3.nu.24.

Verùm libentius ipse acquiesco sententiæ asseueranti institutionem huius impedimenti à iure Ecclesiastico processisse, cuius sectatores fuerunt Angel.in summa verbo irregularitas 2.num.2.Syluest.num.28. Armill. num.89. Nauar.in summa cap.27. num. 191. cap. 1. §.quibus, num. 10. de pœnitent. distinct.7. & cap. si quis autem num. 38. Henriqu.in summ.theolog.moral.lib.14.cap.1.§.3. & communem esse opinionem refert Couarr. in clement.vnica par.2.§.3.num.3.de homicid. est tamen verissimum, & ex antea recensitis confirmatur, irregularitatem istam prouenientem ex homicidio, esse cæteris vetustiorem.

5 Nunc locus est, vt aliqua præmittam antequam ad specialia deflectam, & primò, quod homicidium est corporis humani, vel animati peremptio, iuxta cap. homicidium de pœnitent.distinct. 1. vel breuioribus vtens verbis, est hominis cædium, vt ait Ioan. Monach. in rubrica de homicid. in sexto, num.2. Etenim dicto hominis cædium supponuntur cætera duo requisita, humani scilicet, & animati, de quibus in eod.cap. homicidium, siquidem ad esse hominis duo præcipua, exiguntur, Anima, & corpus, ex quorum coniunctione verus homo subsistit cap.in quadam §.nam ad esse de celebrat.missar. & cap. charitas, versic. item corpus, de pœnitent. distinct. 2. Itaque homicida dicitur quicumque hominem occiderit, quem irregularem esse habemus in cap.non inferendam 23.q.3.cap.1.de homicid. & cap. fin. 15. q. 1. à qua sententia nemo excluditur, etiam si Papa esset, qui proprijs manibus hominem interemerit, quia fieret irregularis secundum Bald.in cap.2.nu.6. de maiorit. & obed. per auctoritatem Innocent. in eodem illo cap. in eius vltimis verbis, sequitur Felyn. in cap.si quando vers.vnde dicit ppst nu.3. de rescript. & Diazza in pract.crim.canon.cap.56.in fin.

Istorum verò requisitorum si alterum desit, nec homicidium committitur, nec irregularitas incurritur, & à priori requisito, vt exordiar, illo scilicet humani, concludo homicidium esse, & irregularitatem propterea contrahi, vbicumque homo occi-
6 ditur, vt antea dixi, & nunc extendo etiam si excommunicatus is esset, per cap. excommunicatorum 23.q.5.aut insuper si paganus cap. clericum 50.dist.vel Saracenus, per glos.in cap. sicut dignum §.fin. vers. consilium de homic. Quinimmo si zelo sanctæ fidei id fecerit, euitauit quidem peccatum per illudmet cap.excõmunicatorum; homicidium tamen, & irregularitatem non aufugit, Maiol.tract. de irregul.lib.5.cap.48.vers.tamen post nu.2.itidem
7 si in bello iusto cap.pen.de homic, Specul.in tit.de dispens.§.iuxta nu.45, quilibet enim, etiam clericus potest tuta conscientia alium hortari, vt eat pugnaturus ad bellum iustum cap.hortatu 23. q.8. & nihilominus personaliter illuc ire non debet clericus, quia irregularitatis notam contraheret, si aliquis hinc inde occideretur, quamuis ipse neminem interficeret, vt ait Nicol. Plouius in tract. de irregul. nu.20.regul.33. per Innoc.in cap. petitio de homic. dumtamen adiuerit bellum animo occidendi, quia si animo, propria tuendi, hostesque expellendi, eo

quod posset tunc esse in bello iusto, irregularitatem euaderet, si aliqui interirent, sicuti & ille, qui alicui pugnāti necessaria subministraret, puta sagittas Balistario, aut puluerem, pallasq; libratori, emittenti bombos, inquit Plouius dicto nu.35.subijciens idem esse, si Præpositus exercitus fuerit, & arma necessaria emerit, aliauè victui requisita præparauerit, vel si milites hortatus sit, vt hostes insequerentur, iuxta notata per Nauarr.cap.27.à num. 215.& concinunt, quæ scribit Armill. verbo irregularitas à nu. 53. hæc tamen intelligi, & declarari aduerto, iuxta notata à me ipso in cap. de curialibus, versic. milites.

8 Et qui bannitum interficeret nullo impellente liuore vindictæ, at zelo iustitiæ, peccatum sanè euitaret, teste Armill. verbo bannitum in princip. Syluest.verbo homicidium 1.nu.7.irregularitatem verò nequaquam, sed in illam incideret, vt quilibet iustitiæ minister, per Maiol.de irregul.cap.48.vers. tamen, sub nu.2. & Sot. tract. de iustit. & iure q.1. artic. 3.

9 Sed relatam conclusionem de bannito restringo in eo, qui iure permittēte impunè occiditur; exemplum quidem in Regnis Siciliæ erit in extinguente exulem post duos menses, quod si in bimestri tempore á die banni continuò numerando necaret, perinde puniretur, ac si quemlibet alium bāno non subiectum per iniuriam offendisset, iuxta constitutionem Regni à Federico editam, cuius initium est, Clementiæ Imperialis, sub rubr. de redimend. captiu. Bimestri enim adhuc non elapso, posset citra periculum offensionis adire bannientem ex verbis eiusdemmet constitut. Idq; adeò, quod si maior pars dictorum mensium præterierit, & infra reliquos dies vltimi mensis impossibile esset ad locum solitæ residentiæ bannientis peruenire; attamen nemini diceretur permissum in illum exeandescere, & occidere, si Bart.velimus credere in l.cum stipulatus Sim.nu.5. ff.de verbor.obligat. Angel.tract. malefic.vers.qui Dominus Iudex nu.57.vbi additio Augustini comprobat nu.59.adstipulanturq; scripta per Bald.in l.2.num.3.C.si pendente appell.mors intercess. Castrens. cons. 383.

10 Et huic sententiæ optimum addo simile dictū, & à Canonistis probatum, de Parrocho, qui infra annum computandum à die commissi regiminis, tenetur sacerdotium assumere, alioquin fit tali Ecclesia priuatus, etiam nulla præcedente monitione, vt legitur in cap.licet canon de elect.in sexto, antea verò nec priuatus est, nec priuandus venit, etiam si anni calcem tetigerit, totq; dies pertrāsierint, quod nequeat infra reliquos prædicto insigniri ordine, vt declarauit Bonifacius Octauus in cap. commissa de elect.in sexto.

11 Ex quibus descendo ad eam constituendam decisionem alterius pulcherrimi dubij, vt Parrochus iam dictus, qui propter exiguitatem tēporis exclusus dicitur à promotione infra constitutum annum possit Ecclesiam prædictam in alterius fauorem resignare, etiam in extrema die anni, vt concludit Rota in decis.184.seu 38.de præbend.in antiq.Cassid.decis.27.tenuit Palatium num.2.& 3. in Regul. Cancell.Oldrad.cons.203.factum tale num.1.Paris de resign.benefic.lib.3.q.2.vbi nu.20.vers.hanc autem conclusionem, interprætatur aliam, & contrariam Rotæ decis.55. siuè 6. nota quod non promotus de rer.permut.in antiq.& asserit, illam procedere vbicumque euidenti facto constaret de fraude, non autem si illa abesset, cuius distinctioni adhæret Aufrer.ad decis.Cappell.Tholos.471. dicens esse communem, & veriorem, & sequuntur Bellamer. decis. 178. non promotus, Rochus de Curte tract. iurispatron.in verb.honorificum q.30.

12 Elapso verò anno statim vacat Ecclesia, & impetrari poterit, nec tenetur impetrans probare prædictum vltimum possessorem, haud esse promotum intra annum, sed tantum præterijsse annum pacifi-

13 cæ possessionis; nam possessoris esset, tunc honus verificare ipsum ordinatum in tempore, vt est videre apud Bellam.decis.115. si impetrauerit, per cap. ex parte de rescript.addo Rebuff. in praxi latissimè differentem, sub rubr.de non promot. infra annum nu.71.nō enim negantis est honus, probare l.actor. C.de probat. ex qua illatione, sic auctoritate canonum, non inutiliter scripta, videtur satis amplè confirmata resoluta superius constituta, per auctoritatem Criminalistarum, Regniq; Constitutionum; nemini concedi necare bannitum currente tempore duorum mensium à die banni; elapso verò dicto tempore, permicti, iuxta glos.in ead.constitut.in princ.& Isern.in repert.constitutionum verb. bannitus el 1. In alijs verò Italiæ partibus, extant peculiaria statuta, pro occisione bannitorum, quæ sigillatim attendenda erunt à volente subterfugere pœnam homicidij; & si statutum simile abesset in aliqua Prouincia, caueant quæso omnes, nè inibi

14 bannitum interimant, quia ius commune non eis suffragaretur, illoque actento, minimè facerent impunè, teste Bart.in l.vt vim num.1. ff.de iustit.& iure, estque communis determinatio, quam refert Claud.in lectura dictæ leg.nu.8.& in repet. nu.17. & Iul.Clar. §.homicidium post nu. 43. sed foriudicatum occidere permictunt constitutionesmet huius Regni, vt est videre in constitut.pœnam sub rubr.de forban.& foriud.

Ad secundam nunc deueniendo particulam, adductæ definitionis (scilicet animati) quia ad committēdum homicidium non sufficit corpus humanum prosternasse, de quo hactenus verba feci, nisi

15 & animatum fuerit, ideò infero ad abortientem puerperium, qui tunc demum homicidium committat, si illud animatum erat, sequutus Philippum Probum ad Ioannem Monachum in rubric.de homicid. in sexto num. 1. Iodocum in Enchiridio iuris, verbo abortus, & cumulatius in praxi crimin. editione postrema cap.74.estque textus in cap.sicut, literarum de homicid. quod etiam lege Mosayca sancitum erat cap.Moyses 32.q.2.& cap.consuluit, & ibi glos.2.q.5.& dabat animam pro anima, tempore eiusdem Moysis, vt in ead.cap.Moyses; hodie verò mortis pœnam pateretur de iure ciuili, per l.si, quis aliquid §.qui abortionis, & l.Cicero ff. de pœnis, glos.in notabili, & vnica l.Diuus ff.de extraord. crimin. quæ glosa respondet textibus aliam imponentibus pœnam; sed Thesaur.in decis.Pedem.12.

16 verum à nu.4.defendere nititur aborticētem fœtum etiam animatum, non puniendum pena homicidij, at mitiori, respondetq; legibus in cōtrarium adductis à contradictoribus; verum vtra sit verior dictarum opinionum, nō inquiro, cum satis sit in terminis

minis huius capitis, iure canonico fieri irregularem abortientem animatum fætum, iuxta capit. ſicut, el ſecondo de homicid. eo quod, homicida eſt, capit. conſuluiſti, in fine, iuncta gloſa nouiſſima 2. q. 5.

17 Sed peritus Medicus cenſeatur nè homicida, & irregularis, ſi mulieri grauidæ, & infirmæ conſulterit abortum animati fætus? illique poculum ad abortiendum dederit, eo quia Regulis Medicinæ impulſus, cognouit alio quouis modo ſuccurri vitæ mulieris non poſſe, quam morte puerperij, niſi velit euidenti periculo ſe exponere, ipſam cum puerperio moriendi? Huic quæſito reſpondet Carrer. in practic. crimin. §. homicidij num. 24. par. 1. & num. 107. par. 2. & negat; eiuſque ſententiam reputat veriorem Theſaur. deciſ. Pedemont. 12. num. 11. quia & matris, & fætus periculum futurum, certò ſuſpicatur; ideò humanius Medicus agere videtur, ſi ex duobus malis, minus eligens, animatum partum ſolummodo necat, matri ſaltem vitam ſeruans, nec ambos mori ſinens; hancque ſententiam tenere Theologos, affirmat additio vnica ad Felynum, in cap. ſi aliquis, de homicid. attamen in contrarium iuit Soccin. in eodem cap. ſi aliquis, num. 7. ex auctoritate Simon. de Burſan. in clement. 1. eodem titulo, & licet idem Soccin. dicat in finalibus verbis, nolle hanc quæſtionem decidere; iſta tamen verba reſpiciunt quæſtionem de muliere, quæ ex cohortatu Medici abortum fecit; & quatenus propoſitam quæſtionem tangerent; & per ea videatur anceps idem Soccin. in eo loco, attamen ceſſat hæc dubietas, per verba eiuſdem, expreſsè contra talem Medicum concludentia, in cap. ad audientiam, verſ. idem dicendum, ſub num. 44. de homicid. eandem inſequitur Felyn. indicato cap. ſi aliquis, quamuis poſtea relinquat cogitandum, & Plazza in Epitome delictorum cap. 20. verſ. hinc etiam, ſub nu. 6. vbi alios cumulat idem tenentes, & ſuffragantur, quæ ſcribit Diuus Antoninus in ſumma par. 2. tit. 7. cap. 8. §. 2. circa finem, quod certum eſſe dicit Borgaſ. in tractatu de irregular. rubrica de Phyſicis, & Chirurgis, ſub num. 6. part. 6. quorum mihi arridet reſolutio, ex quo ſufficit ſolum factum ad incurrendam irregularitatem, dato quod tunc peccatum abſit; vt etiam in Iudice liquet, qui illam contrahit, vbi reum morti iuſtè damnat, ex his, quæ latius in hoc capite demonſtro, num. 138. Tametſi reſpectu pęnæ inhæream priori reſolutioni, ſcilicet ne vllam tunc pati mereatur Medicus, quod inſuper probat, & deciſum fuiſſe, meminit Viuius deciſione 82. à num. 11.

18 Neque huic opinioni aduerſatur clement. vnica. de homicid. dùm homicidium, & mutilationem

19 parificat pro incurſu irregularitatis, & propterea ſicuti Chirurgus laicus, ſi omni adhibita cura multorum infirmitatibus medicatus ſit, aut etiam eorum membra abſciderit, non erit irregularis, ſi illi obierint, per Innocent. in cap. ſententiam num. 3. ne Clerici, vel Monaci, Soccin. in cap. ad audientiam num. 31. de homicid. & ipſe fuſius ſcripſi in capite de curialibus, verſic. Chirurgus, ita ex eadem ratione, nec videtur incurrere, qui cauſa medelæ, fœtum interemit: Huic enim oppoſitioni poſſe duplici modo reſponderi, exiſtimo. Primò quippe modo, quod nemini conceditur interficere hominem, niſi ſuperiori, & propter culpam; mutilare verò etiam pro ſalute conſequenda permittitur, vt expreſsè ſcripſit Sot. tractatu de iuſtitia, & iure lib. 5. quæſt. 3. artic. 1. verſ. quo fit: quare, non erit admictenda illatio de vno ad aliud; & ſic de mutilatione ad homicidium; & qui adhuc inſtaret ratione illa, quod qui ſuam perſonam aliter tueri nequit, niſi ſe ipſum inuadentem occidat, valeat illum impunè percutere, ad inſtar alterius cuiuſquam ad id compulſi ineuitabili neceſſitate, per notata in hoc eodem capite, verſ. tertio committitur, & propterea, non ſecus ac permittitur huic interficere aggreſſorem, quamuis nullum præcedat delictum, ita & in hoc caſu, & conſequenter non videatur militare reſponſio á me nuperrime aſſignata ex auctoritate Soti; verum ob id non acquieſco aſſertis aduerſus meam opinionem, & veriorem; nam qui repentè alium inuadit animo occidendi, eiuſque interitum enixè procurat, non vtique caret culpa; & ne inuaſus moriatur concedunt ſibi iura inuadentem exanimem reddere, ſi poteſt, & alio nequeat modo conſulere propriæ ſaluti; cum tamen in caſu præſenti licet fętus ſit cauſa ſuæ mortis, non quidem ineſt culpa; ideoque non ſumus in ſimilibus; & propterea confutata remanet oppoſitio ſecundo adducta, meritoque ſit immunis à pœna homicidij iſte Medicus, vt neque de toto, neque de tanto puniatur; reiecta opinione Borgaſij indicato loco, ſub num. 7. non autem ita erit ab incurſu irregularitatis, quam vnuſquiſque contrahit, ex quouis homicidio, etiam a iure permiſſo. Neque tandem aduerſatur tertia oppoſitio, ſi ab aliquo adduceretur; quod ſi Medicus in propoſito dubio fieret irregularis, eſſet quoque idem cenſendus, ſi infirmo aliquod daret remedium, ob quod ille decederet; etiam ſi peritus eſſet, requiſitamque adhibuiſſet diligentiam, & nihilominus illum minimè incidere in irregularitatem abunde probaui; ideoque neque in caſu de quo, nunc agimus; ſed reſpondeo, adhuc nos eſſe in diuerſis, ideò non faciendam illationem; hoc enim caſu, homicidium eſt voluntarium, quia conſultò pocula dedit, vt puerperium abortiret, quamuis tanta impulſus neceſſitate, vt matris vitæ occurreret; Altero quippe caſu, eſt inuolitum, & per accidens, & illius Medici intentio fuit languidum curare, quin exacta diligentia vſus, omnem adhibuit curam, vt optatam conſequeretur ſalutem ægrotus; & propterea non erit iſte irregularis; ille verò vtique, per ea, quæ ſcribit Sot. in tractatu de iuſtitia, & iure lib. 5. quæſt. 5. artic. 9. verſic. nam & ſi; Altera autem reſponſio danda principali opinioni deſumptæ ex adducta clement. 1. de homicid. ea mea iudicio erit, quod ipſa clementina, homicidium æquat mutilationi ad irregularitatem contrahendam, & non ad illam vitandam; quia tunc homicidium eſt ſine dubio mutilatione maius; hac de re nonnunquam ob mutilationem, etiam voluntariam, quis non incurrit irregularitatem, propter homicidium verò ſemper, ſi voluntarium; & vide inferius num. 98. caſus referens in quibus parificantur.

20 Verum quo tempore intelligatur animatus fœtus, & integram conformationem in vtero accepiſſe,

pisse, vt tunc dicatur irregularis, qui illum abortiret, inquirendum duxi; & antequam respondeam,
21 aduerto, animam vnam esse in homine (contra Aristotelem duas animas re distinctas ponentem in corpore humano) nempè rationalem, seu intellectiuam, tres gradus, & diuersas potentias habentem, scilicet vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem, quas potentias in generatione humani fœtus, subscripto ordine procedere scripsit Hieronym. Pontan. in tractatu de immortalitat. animæ libr. 7. capit. 13. vt prius vegetatiua, deinde sensitiua generica; postremò sensitiua specifica per generationem acquiratur, & tunc in eodem momento intellectiua per creationem intrinsecus accedat, & fungatur officio aliarum potentiarum præcedentium.

22 Quo tamen tempore acquiratur vegetatiua, docet idem Pontan. in eodem libro cap. tamen 15. & ait illam innasci septimo die, vel paulò post, subiungens incertum esse, quo tempore innascatur sensitiua in cap. 17. sed coniectura sumpta á tempore, quo mouetur fœtus, credit maribus circa quatragesimum diem; fœminis verò circa nonagesimum innasci. At quo tempore á die conceptus adueniat sensitiua specifica, simulque intellectiua, omnibus videtur perdifficile cognitu; licet enim consentiant vniuersi, marem & fœminam non eodem, sed dissimili tempore in vtero conformari, & perfici; ex quo mas celerius prodit, tardior verò est partus fœminæ, citiusque masculus, quam fœmina ad integritatem prouenit, vt affirmat Albertin. Botton. in sua Academia de morbis muliebribus lib. 2. cap. 25. versic. contra, & colligitur ex Aristotele libr. 7. de histor. animal. capit. 4. versic. plus etiam. Nihilominus diuersæ sunt sententiæ, quo ad principale quæsitum; siquidem Aristotel. in eodem lib. 7. cap. 3. asserit mares fœtus magna ex parte circa quatragesimum diem dextro potius latere moueri; fœmineos verò sinistro circiter nonagesimum; sed credo ipsum inibi verba facere de sensitiua generica, ad quod probandum præcitatus Pontan. adducto lib. 7. cap. 17. adduxit ipsius Aristotelis auctoritatem in loco prædicto, & confirmauit Hyppocrat. in lib. de septimestri partu.

Itaque aliorum auctoritatibus; vti pernecesse erit, vt rectè respondeamus quæsitui proposito circa rationalem animam; & Auicenna in lib. 9. cap. 3. de natura animalium affirmat, virum in trigesimoquinto formari, fœminam verò vsque ad quatragesimumquintum protendi; sed Hyppocrat. in libro de pueri natura conclusit, mari infundi animam in trigesimosecundo; fœminæ autem in quatragesimosecundo. At Albertin. Botton. in sua Academia supra citata, de morbis muliebribus libr. 2. cap. 26. quo ad masculum, secutus est Auicennæ sententiam, scilicet in trigesimoquinto, sed respectu fœminæ arbitratus est illius corporis partes, ante diem quatragesimum non conformari, eius tamen fœtus formationem perfici in quinquagesimoprimo die. Ac tandem Hieronym. Pontan. existimauit post septuagesimum diem in maribus acquiri, & fortasse non ante tertium mensem completum, vel saltem magna ex parte elapsum; in fœminis verò non ante quartum, vel circiter quintum mensem in cap. 18. adducti libr. 7. Quorum scripta satis mihi esse opinor, si retulisse tantum contentus ero, & ea ita simul coaceruare non ignorasse; sed quis eorum veriora dixerit, non erit dedecus subticere, cum non profitear Phylosophiam.

Quare ea tantum recensebo, quæ nostri Doctores in hac re censuerunt quo ad homicidium committendum, & irregularitatem incurrendam; & aliqui è ciuilistis opinati sunt animatum fœtum semper dici post quatragesimum diem à conceptione, præsertim glosa vnica, & Bartol. in l. Diuus ff. de extraordinar. crim. vera tamen, eaque communis sententia fuit, distinguens inter masculum, & fœminam, quam etiam Theologi collaudarunt, vt masculo post quatragesimum diem infundatur, fœminæ autem elapso octuagesimo, & videre licet in glosa finali in summa distinct. 5. & altera super clement. vnica, vers. simul vnitas, ibique Abb. num. 3. de summa Trinitate, & fide catholica, Syluest. verbo homicidium primo, vers. formatur, & Nauar. in summa cap. 15. num. 14. & cap. 27. nu. 223. necnon Diuus Antoninus in 3. part. summæ tit. 7. cap. 8. §. 1. Chassaneus in consuetud. Burgund. rubrica des Iustices, versic. Droices num. 24. & titulo des enfans de plusieurs §. 4. vers. en Ange suffisant, num. 13. & amussim explicat Petrus Iacobus in sua praxi tit. de generat. & tenet Frater Bartholom. Sybilla in libro peregrin. quæst. cap. 1. decade 1. quæst. 5. conclus. 2. subdens rationem diuersitatis, ex sententia Plinij, & Dominici Tholosani super Leuit. cap. 17. cur masculo post quatragesimum, fœminæ verò post octuagesimum, & inquit, quod fœtus masculinus concipitur ex semine callido in dextera parte matricis, quæ est callida; sed fœmineus ex semine frigido in altera, & sinistra parte matricis, & quia frigidum tardum est, & pigrum, in operatione; calidum autem velox, ideò virtus formatiua in vno semine, nempè masculino, velocius, & citius organizat, & format, quàm in alio, idest fœminino, quam eandem rationem dixerat antea Aristotel. lib. 7. de histor. animal. cap. 3. & nouissimè citatus Pontan. in lib. 7. de immortalit. animæ cap. 17. subdens aliam, quia fœmina est mas læsus, ex doctrina eiusdem Aristotel. in lib. 2. de generat. animal. cap. 3.

23 Nunc ad alteram deflecto conclusionem communem, quod qui abortiuit puerperium post quatragesimum diem, si masculinum erat, & octuagesimum, si fœmininum, incidat in irregulari-
24 tatem; & si cognosci haud posset, an ille fœtus masculinus, vel fœmineus esset, iudicetur masculus, & abortiens propterea irregularis post diem quatragesimum, teste Nauarr. in summa cap. 27. num. 223. & cap. si quis, num. 2. de pœnit. distinct. 1. Syluest. verbo abortus num. 2. & verbo homicidium 1. nu. 3. Henriq. in summ. theol. moral. lib. 14. cap. 15. §. 6. Imò si generis cognitio haberetur, sed dubium versaretur, an tempore abortus fuisset in-
25 fusa anima, eo quia ignoratur tempus conceptionis, & propterea si lapsi fuerint quatraginta dies, aut octuaginta, respectiuè, nihilominus adhuc censendus sit irregularis, per Soccin. indicato cap. ad audientiam nu. 44. vers. item est irregularis, cum vers. seq. de homicid.

26 Quale autem ſit homini cõſtitutum tempus pariendi, incertum eſſe aiunt Doctores omnes in l. ſeptimo menſe ff.de ſtat. homin. & Ariſtot. tum in lib.7.de hiſtor.animal.cap.4.tùm in lib. de generat. anim.cap.etiam 4.inquiens,vnum pariendi tempus,
27 omnibus animalibus conſtitutum eſſe; homine ſolo excepto,cui incertum eſſe ſcribit: nam,vt in adducto cap.4.de hiſtor.animal.ſubiungit, ſeptimo menſe,octauo,& nono,& quod plurimum decimo menſe, mulieres parere conſueſcere, ac nonnullas vndecimum attingere; & in altero cap.4. de generat.animal.inquit,quod homo,& ſeptimo menſe,& decimo naſcitur, atque etiam inter ſeptimum, & decimum; quin in ſuo libro Problematum par.10. problem.41.quærens;cur homo omnium maximè animantium naſci claudus poteſt,reſpondit duplici ratione contingere, quarum ſecunda adſtipulatur his,quæ hactenus ſcripſi; eaq; eſt, quia ex omnium animalium genere,varia generationis tempora obtinet; nam & ſeptimo, & octauo, & decimo menſe venire in lucem poteſt, dum cæteris tempus vnũ perficiendi ſine mora ſtatutum eſt, ſuper quo quidem Problemate Petrus apponen.commentator,ex auctoritate Auicennæ in 9.de hiſtor.teſtatur, quandam mulierem peperiſſe poſt decimumquartum menſem vnum puerum, cuius dentes cæpiſſe naſci,& vixiſſe.

Ex his ita explicatis,liquido patet,veritas reſolutionis à me firmatæ nu. 5. illa duo concurrere coniunctim debere,vt homicidiũ committatur, quod ſit corporis humani,& animati peremptio; & nunc infero ad alteram, quod ſi alterum prædictorum deeſſet, nec homicidij pœna, nec irregularitas in-
28 curratur: ob idque, ſi quis inanimatum abigeret fœtum, non homicidij, ſed mitiori pœna mulctaretur, vt diſtinguunt Doctores, quos ſequitur Menoch.de arbitr.iudic.cent.4.caſu 317. & ab irregularitate immunis eſſet, per text.in cap.ſi quis,el 2. de homicid.ob eandem quoque cauſam, à pœna
29 homicidij,& irregularitate procul eſſet, qui mortuum hominem cremaret,ex Cardin.Zabarell.in clem. ſi furioſus nu.10.de homicid.aut qui illius caput amputaret, etiam ſi ante illius obitum conſtituiſſet illum interficere; quin ſi ob id, iuiſſet illuc, & perficere nequiuiſſet, eo quod reperit extinctũ; & hæc eſt verior reſolutio,quam tuetur, Archidiacon.in cap.ſi quis iratus nu.15.q.2.nu.2. adiungens, id ipſum firmare Ala.Vin.& B.quare multo minus erit iudicandus irregularis, qui ante formatum puerperium, venena ſterilitatis dederit, nè mulier conciperet, aut vir generaret, iuxta gloſ. in adducto capit. ſi aliquis, de homicid. Nauarr. in ſumma cap. 27. nu. 223. Soto in quarto ſententiarum diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 3. concluſ. 4. verſic.debet autem, & lib.5.de iuſtit.& iure quæſt.1. artic.9. ad ſecundum, quamuis, vt homicida teneatur, qui talia venena dederit, per idẽ cap.ſi aliquis; ob quod Blanchus arguendo, à minori ad maius, inquit reſolutionem dicti capitis multo magis debere procedere in abortiente fœtum ante infuſionem animæ, vt ille ait in pract. crim. §.imbecillitate etiam nu.34.& 44. Ex quo deliquit in ſubiecto habente principium, quia adeſt imbrio; ad cuius organizationem, vt infundatur anima,tempus ſupra conſtitutum, elabi oportet; quod non poteſt conſiderari in dante venena ſterilitatis, quia nullum adeſt ſubiectum, aut principium, & tamen hic tenetur, vt homicida; non quidem, vt ordinaria pœna homicidij plectatur, ſed mitiori, per Anan.ibi, ſub nu.5. labe inſuper mortiferi peccati irretitur ex ſententia Soti in locis citatis, & loquitur de hac re Gulielm. de Benedict. in repet. cap.Raynutius, verbo ſobolem,quam geſtabat nu.32. Quamuis autem conſtitutione Sixti V. effrenatam, qui fœtus tam animati, quàm inanimati, formati, vel informis eiectionem procurauerit,ita vt re ipſa abortus inde ſecutus fuerit,eiſdem,& inibi ſtatutis pœnis plectatur,atque vt verus homicida puniatur, ac clericus omni priuilegio clericali, &c. nihilominus non erit illa magnifacienda, quoniam ſubſequenti Conſtitutiòne Gregor. XIV. ſub die vltimo Maij 1591. modificata fuit in ea parte, quæ de abortu inanimati fœtus,ac de præſtante venena ſterilitatis loquitur,nam illam in his reſtituit ad terminos iuris communis, & qui aliqua notatu digna circa relatam Sixti V. ſanctionem vellet non ignorare, adeat Iacobum Graffium in lib.2.deciſ.aurear.cap.63. & Viuald.in annotatione ad eandem bullam, poſita in fine ſui candelabri.

30 Quæ tamen ſint,quæ operantur, vel ſunt in cauſa,nè mulier concipiat,aut vir generet, nemini credo me tædium allaturum ſi reſcribam, maximè ſi illa ſummis tantum,vt aiunt digitis pertingam:ſed ea plura eſſe,& à Medicis relata memini,ac præcæteris fructum ſalicis, quod Democritus affirmat apud Conſtantinum Cæſarem lib. 11. cap.14. ſubſcriptis vtens verbis, qui fructus ſalicis appellatur, pabulo pecorum admixtus pinguefacit; tritus autem,& in potu acceptus ab homine, ſterilem facit: quodq; edocet etiam Schola Salerni de hoc fructu loquens cap.72.in hæc verba.

Huius flos ſumptus,in aqua frigeſcere cogit
Inſtinctus veneris cunctos acres ſtimulantes,
Et ſic deſiccat,vt nulla creatio fiat.

Hactenus ſcripta ſatisfaciunt promiſſioni à me factæ, præmittendi neceſſaria, & generalia; nunc deſcendo ad ea,quę ſpeciatim complectuntur hanc materiam homicidialem,& irregularitatem propter homicidium incurrendam; & regulam conſtituo ad cognoſcendum, quando iam dicta contra-
31 hatur irregularitas, oportere, vt vno ex quatuor ſubſcriptis modis homicidium fiat; nempè,vel iuſtitia mediante,vel caſu eueniente,vel neceſſitate cogente,vel ſola voluntate inſtigante. Primæ quippe ſpeciei tractatum explicaui in cap. 24. quo loci de curialibus locutus ſum,de reliquis agit gloſ.in cap.de his el 1. diſt.50. & cap.ſicut dignum §.clericos,verſ. conſilium, de homicid.atque de his verba facere intendo.

Et initium ſumens ab illa ſpecie homicidij, quæ
32 caſu eueniente committitur,animaduerto homicidium caſuale, quandoq; committi à dante operam rei licitæ, illudq; non operari irregularitatem, ſi culpa careat homicida: quia omnem,quam debuit adhibuit diligentiam,& quam potuit, iuxta gloſ.1. in cap.clerico iaciente, ibiq; Archidiacon.in princ. 50.diſtinct.gloſ.in cap.eos, verſ.ſed caſu,eadem diſtinct.50. Nauar.in ſumma cap.27. verſ.de opere licito ſub nu.221. Butrius in cap.ſicut dignum nu. 28.

28, de homicid, conueniṫq; text.in cap. ex literis el
1. in illis verbis, nos autem, & cap. significasti cap.
Ioannes,cum cap.dilectus, vbi glos vers. nec actu,
& text.in cap.fin. de homicid. D.Thom.2.2.quæst.
64. art.8.in medio, & abundè Couarr.in clement.si
furiosus, relect.2. §.4. in princip. & num. 8, de homicid.

Verum vt hæc scripta prosint etiam Ciuilistis,
atque Criminalistis, intuendum est, quo iure vtamur
in foro exteriori cum laicis etiam,nedum Ecclesiasticis,
patrantibus delictum ex casu,& pro vera
responsione oportet distinctione vti,quam Bart.
recensuit in l.1.post nu.3.ff.de legib.vt si culpa præcesserit
casum teneatur, aut subsequuta sit, & om-
33 ninó exemptus appareat, quamuis vbi culpa antecessit
casum,non ordinaria,sed extraordinaria pœna
veniat puniendus, ex auctoritate Angeli in tractat.de
malefic,verb.scienter, & dolosè nu.5. cuius
resolutionem admitto, quatenus intelligatur iuxta
notata per Augustinum in additionibus ad eundem
Angeli locum.

Cum verò culpa præcessit casum, quia requisitam
non adhibuit diligentiam non excusaretur ab
incursu irregularitatis, ex eo,quia opus licitum faciebat,
vt ex prædictis textibus, glosis, & Doctoribus
apertè liquet,atque ex Syluest.in verb.homicidium
2.vers.2.nu.2. idq; extenditur ad quemcumque
dantem operam rei licitæ, quæ sui natura aliquod
periculum non habebat, iuxta casum positum
in cap.fin.de homicid, quamuis Blanchus in
sua pract.crim.§.casu quando committatur homicidium
nu.1.teneat contra per cap.Ioannes de homicid.
nam respondeo vnam legem declarari per
alteram, & propterea dato quod nulla fiat mentio
de diligentia in d.cap. Ioannes, fit tamen in eodem
cap.fin. quod nota, & declara non modo subsistere
vbicumque lata culpa præcessit, quia ipsa æquiparatur
dolo,ex l.quæsitum §.culpam ff.de præcario,
& alijs, præterquam in aliquibus casibus, quos refert
glos.penult.in l in actionibus ff. de in litem iurand.
ibiq; Iasõ nu.23. licet quo ad irregularitatem
sine dubio militet æquiparatio ex sententia Soccin.
Iunior,cons.58.nu.10.vers.nec obstat vol.1. & pro-
34 pterea tunc irregularitas cõtrahatur per cap. quæsitum
de pœnit. & remiss. dicit Panormitan. inibi,
vers. quantum ergo, sub num. 2. ac Felyn. in cap.
Presbyterum, de homicid, ex quo studiosa negligentia,
quam ponit adductum cap.quæsitum,communiter
Doctores pro lata culpa sumunt,vt inquit
additio Alex. de Neuo ad Abbat. in eod.cap. nu.2.
in fin. Verum etiam vbicumque leuis culpa antecedit
homicidium casuale; nam illam operari irregularitatem
aiunt,per text.in eod.cap. quæsitum
§.fin. vbi verbum illud apponitur ex incuria, quod
interpretantur pro negligentia cadente in culpam
leuem per cap.ex parte, iuncta glosa vers.incuria
de consuetud. quod quidem dictum, verius vide-
35 tur eidem Alexand.de Neuo in citata sua addit. ad
relatum cap. quæsitum nu. 3. Sed si ex leuissima
culpa,aliqui annuunt,alij verò negant,vt est videre
apud notata per Abb. in eodem loco, & additionem
dicti Alexandri, namq; si vera erit sententia,
quæ verbum illud ex incuria, intelligit de leui tantum
culpa, vtique leuissima maculatus, erit immunis
ab irregularitate,quod si altera, quæ ad leuissimam
etiam extendit,non vtique ab illa erit alienus,
& mihi arridet resolutio, quæ leuissimam culpam
non operari irregularitatem opinatur, dumtamen
illa versetur solum in omittendo,non autem si in
committendo per Tabienam verbo homicidium
nu.4. Maiol.in tractat.de irregul. lib.5.cap.48. §.3.
post nu.1. & innuunt verba illa Abb.in adducto nu.
3.sine tactu,& sine alia procuratione, aitq; insuper
Syluest.citato nu.2.vers.dico etiam,qui licet nu.15.
subiungat regulam istam negatiuam vendicare sibi
locum etiam in committendo, & assentitur Suarez
tom.5.disput.45.sect.5.nu.6. Eorum autem extensionem
non admitterem, tùm quia omnes Doctores,
& ipsemet Syluest.ante concluserat dantem
operam rei licitæ,& leuissima tantum culpa maculatum
non fieri irregularem ob sequens homicidium,
si talis culpa fuerit solum in omittendo, non
autem si in committendo, & defendit copiosè Didac.Couar.in
clem. si furiosus,relect.2. §.4. num.9,
tum quia leuissima culpa procedens ab actu commissionis
est maioris efficacie, quam altera ab actu
omissionis, intantum quod ad leuem culpam appropinquari
videtur, ex eodem Couar. in citato §,
4.post nu.9.per glos.in l.lege Cornelia ff.ad Syllan,
quæ id probat in vers.cædem admisissent, vbi maius
delictum esse affirmat,quod in faciendo, quam
in omittendo patratur, & propterea euenire suspicor,
tunc nec promoueri posse, nec vti ordinibus
antea susceptis,ex glos.penult. in cap.sicut dignum
§.vlt.de homicid. per cap. Presbyterum eod. tit. &
cap.clerico iaciente 50. dist. quæ autem sit lata culpa,
quæ leuis, & quæ leuissima, declarat Abb. in
cap. 1. commod. & cap.fin. depositi Bart.in l.quod
nerua ff. depositi, & Nauar. in summa cap.17. nu.
177.

36 Sed quali debeat vti diligentia, qui rei licitæ incumbens
noluerit fieri irregularis, si casu occidat,
vel mutilet? Respondeo teneri præcauere ea, quæ
homicidij, vel mutilationis possunt esse causam;
si enim arbores incidat, aut parietem, siuè domum
moliatur,clamare intelligibili voce tenetur,monẽdo
accedentes,vt caueant,aut saltem circumspicere
ne aliquem offendat,aut aliquod signum apponere,
quo cautior fiat,qui appropinquat, iuxta glos. in
l. hi qui arborem, vers.inculpabilis 50. distinct. per
text.in l.si putator,& l.si seruus seruum §.fin. vers.si
ex claustro ff.ad l.aquil. qui autem non intelligibili
voce, at summissa accedentes admoneret, ita quod
ad illorum aures peruenire nequiuerit admonitio,
quia non potest dici fecisse,quod tenebatur, non
excusatur, vt est videre apud Ant. Butr. in cap. fin.
nu.2.de homicid, quinimmo tempestiue vociferari
obnoxius est, ac tanto tempore antea, vt alij valeãt
præuidere periculum, vt illic subiungit idem Butr.num.3.
per illum textum,infertq; ex hoc ad eos,
qui ducunt asinos, qui postquam percusserunt, dicunt
caue; ex qua quidem re cum grauissimæ ortæ
sint rixæ, in hac Ciuitate Neapolis, & multoties
homicidia, factum est, ne quadrupeda animalia
ducentes, possent illa sequi, verum antecedere eorum
capistros manibus gestantes,idq; publico edicto
sancitum, nec refert in publico nè, vel priuato
loco fiat incisio arborum, aut parietum,domuumuè
molitio, dumtamen soleat illac passim iter fieri,
per eandem l. si putator, & l.1. §.1.ff.de ijs, qui

deie-

deiecerunt, vel effud. alioqui in priuato loco non astringeretur iſta præcauere, vt Abb. affirmat in capit. ex literis, el ſecondo, de homicid. niſi pro perſonis præſentibus, iuxta text. in cap. ſi duo 50. diſtinct.

Quod ſi aliquis rei illicitæ vacans homicidium
37 patrauit tameſi caſuale, non dubium, quin irregu-
laris fiat, tùm ex prædictis, tùm ex D. Thoma indicato artic. 8. & in addit. ad 3. par. q. 35. artic. 3. ad tertium, nec quidem ab illius incurſu excuſaretur, qui ne illud ſequeretur, vſus eſſet omni, qua debuit cura, iuxta gloſam magiſtram in cap. ſicut dignum §. fin. verſ. conſilium propè fin. de homicid. Sylueſt. verb. homicidium 2. verſ. tertia, & D. Thom. eod. art. 8. in medio, Couar. in clem. ſi furioſus relect. 2. §. 4. in princ. adeò quod, ſi iocosè lapidem proijciēs in aliquem declinantem lapidis ictum, offenderet alterum, & occideret, non ſolum lege Aquilia teneretur de iure ciuili per l. ſcientiam §. fin. ff. ad l. aquil. ſed irregularis de iure canonico fieret, ex Alberico in ſuo repert. verſ. homicidium 3. Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 19. in fin. Tabien. verb. irregularitas 3. nu. 1. talis ſiquidem actus ſui natura, effectus ſimiles operari ſolet, & ob id ſi canis inſequatur aliquē, vt mordeat, illeq; vt ſe defenderet proijciat in eum lapides, & hominem percutiat, atque interlmat, neque ex homicidio tenetur, vt ait Iaſ. in l. in actionibus nu. 28. ff. de in lit. iurand. ac decisum fuiſſe, refert Signorol. conſ. 27. Statuta Ciuitatis Papiæ, & Philipp. Prob. in addit ad Ioan. Monach. in cap. 1. nu. 9. de homicid. in ſexto, neque irregularitatem contrahit modo diligentiam adhibuerit neceſſariam, per ea, quæ ſcripſi ſuperius nu. 32. verſ. & initium ſumens, comprobatq; gloſa, iuncto text. in cap. clerico iaciente 50. d ſt. Si verò diligentia abfuiſſet vtique irregularitatem incurriſſet, quandoquidem in ea non conſideratur tàm graue præiudicium, quale in inſtingenda pœna corporali, ideoque facilius illa contrahitur, quàm pœna corporalis committitur, Soccin. Iun. conſ. 58. in cauſa, verſ. nec obſtant ſub num. 10. volum. 1. ſuffragatur Alexand. conſ. 140. videtur in caſu num. 6. volum. 2.

38 De venatore autem credente animal interficere, & hominem latentem exanimet, quid dicendum controuertitur, vt ſi volatile, vel quadrupedem videns, in eum iaculum proijciat, ſeu ſcoppitum emittat, & pertranſeuntem interficiat; & quo ad pœnam corporalem non exiſtimo ipſum prorſus ab ea immunem, ex his, quæ latiſſimè cōgerit Soccin. Iun. indicato conſ. 58. Plaza in epitom. delict. cap. 27. nu. 8. & alij, quos refert, & commendat modernus Carolus Iallongus in racemat. 44. Chriſtus fi-
39 lius Dauid á num. 27. ſed reſpectu irregularitatis, quia expeditum eſt in iure, vt ſit permiſſum vena-
40 ri, perquirere, & capere feras beſtias, volucres, omniaq; animalia, quæ cœlo, & terra naſcuntur, & occupantis fieri, etiam ſi in alieno territorio capta, iuxta §. feræ igitur beſtiæ, inſtit. de rer. diuiſ. & l. 3. ff. de acquir. rer. domin. licet Dominus fundi prohibuiſſet venatorem ingredi, quo caſu non debebat talem fundum intrare ex verbis eiuſdem §. attamen ſi illius prohibitionem aſpernans in eum ſit ingreſſus vtique capta ab ipſo animalia eius fieri, qui occupauit probat verior ſententia, quam tenet gloſa in l. Diuus ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. in d. l. 3. verſ. prohibere in fine, & in §. Apium inſtit. de rer. diuiſ. Miſing. in eodem §. feræ nu. 8. Ioan. de Platea in rubr. inſtit. de rer. diuiſ. nu. 26. & communiter à Doctoribus defendi ſcripſit Aretin. in ipſomet §. feræ nu. 3. & Gayll. obſeru. 68. ſub nu. 10. lib. 2. niſi tamen fructus fundi ex venatione, vel aucupio colligerentur, teſte Aretin. & Miſing. adductis in locis, atque Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. nu. 5. in fin. Iure tamen exteriori, namq; in interiori, neque obtineret prædictorum opinio, etenim quod fundi fructus in venationem ferarum referatur parum refert, aut non plus quam ipſius Domini prohibitio, ne quis eius agrum ingrediatur, vt inquit Couarr. in regula peccatum par. 2. §. 8. num. 9. verſ. ſed & ſi certa eſſet; cum verò lege generica, conſuetudine, aut Iudicis decreto vetaretur ingreſſus, aut venatio in alieno fundo, nullatenus animalia prædicta ſibi venator acquireret, etiam in exteriori foro, veluti citatus Ioachimus Miſing. affirmat, & ante ipſum Ioann. Faber inibi num. 2. & Chaſſan. in adducto §. 7. poſt num. 7. verſic. & quę dicta, Corneus conſil. 211. videtur, num. 3. volum. 4.

41 In territorio verò publico nequit Princeps prohibere venationem, & inhibendo grauaret ſubditos per Hoſtienſ. in cap. non eſt, nu. 2. ibiq; Butriū nu. 5. de decim. Dec. conſ. 196. in caſu inquiſitionis nu. 2. & conſ. 169. in caſu tranſmiſſo in princ. Guid. Pap. deciſ. 514. vtrum Barones; D. de Franch. deciſ. 158. venationes, niſi tamen accederet expreſſus aſſenſus eorum, quorum intereſt, ſcilicet populi, vt præfati concluſere, aut etiam tacitus, quia ſi publico penali proclama vetaret Princeps, & vtilis Dominus venationem, in ipſo loco publico, vel generatim, nè quis venetur, & ſubditi non contradicant, ſed deſiſtant à venatione, certè conſtituitur Dominus in quaſi poſſeſſione illam prohibendi, vt ſcripſit Chaſſan. in eodem §. 7. nu. 4. prope finem, vbi deinde in verſ. cautela, ſubnectit remedium, quo ſi vtantur ſubditi, minime ipſum Dominum conſtituant in dicta poſſeſſione, & ſit, vt ſe prohibitioni opponant ſtatim, quod habuerunt notitiam de proclama, & appellent, approbantq; Franc. Marc. deciſ. Delphin. 529. An venatio ferarum ſub nu. 16. par. 1. Grammat. deciſ. 67. exorta lite nu. 14. Regula enim adeſt non eſſe præſcriptibilia, quæ meræ ſunt facultatis, quam omnes approbant, ac præ cæteris Schurfius conſ. 1. ſub nu. 17. cent. 3. declarans meræ facultatis eſſe, quæ fiunt antequam prohibeantur, quod ſi prohibitio intercedat, & tali prohibitioni acquieſcat alter, deſinunt eſſe voluntatis, & incipit præſcriptio, vt videre etiam licet apud Capyc. in inueſtit. feud. verbo feudorum clauſulæ, verſ. præſcriptione; & hic eſt caſus noſter, poſſet etiam exemplificari in caſu poſito, ab eodem Schurfio, ſi quis conſueuerit ingredi fundum vicini ad venandum, vt nullam acquirat præſcriptionem, dato quod per mille annos fuerit ſolitus intrare in illum, attamen ſi Dominus prohibuerit, & poſt prohibitionem continuauerit ingredi ſciente, & patiente, qui ante impediuerat, incipiat ex tunc præſcriptio, & ea finita non amplius prohibere valeat; ſint igitur cauti, ne conſentiant, qui in mera facultate, & libertate ſe fundant.

Ab his excipitur suprema regalis persona cum pro volũtate valeat subditis prohibere venationem, in loco de demanio, vel defensa per Afflict. in constitut. Regni, scire num. 9. lib. 3. rubr. 1. & de his Principibus loquens Sotus, idem concludit in lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 6. artic. 4. vers. secundo Princeps.

42 Quod verò attinet ad forum conscientiæ, memini non eos teneri capta animalia restituere, eisque haud posse denegari absolutionẽ, qui in locis proprijs alicuius, contra illius voluntatem venati sunt, sequutus Sotum d. artic. 4. vers. enimuero, licet autem, quia ius alienum ad venandum sibi illicite vsurparunt, & ob talem venationem cæperunt, quę Dominus fortè suo iure vtendo cæpisset, videantur Dominum loci, in hac parte damnificasse, & à lucro prædicto eum illicitè impediendo, quare teneri tunc in conscientia tantundem reddere senserit, Ioan. à Medina in Codice de rebus restituendis q. 12. §. quibus præmissis, vers. corrolarie, sequitur cum duob. seqq. Couar. in regul. peccatum §. 8. vers. præterea sub nu. 11. & Molin. de iustit. & iure tract. 2. disput. 51. vers. penult. tamen & eo casu videndum esse, si ita sit in facto, quod Dominus loci ea cæpisset animalia metipsi Doctores dixerunt, maxime Medina, alioquin cessare adductam resolutionem: Respectu veró damni illati in fructibus, & segetibus, nulli dubium esse potest, quin teneantur in eodem foro, dato quod nulla præcessisset prohibitio intrandi fundum, prout citati Couar. & Molina, ac rectè quidem asseuerarunt.

His ita consideratis, respondeo quæstioni supra propositæ, & concludo, quod vbicumque sumus in eo casu, in quo non apparet interdicta venatio, & proptérea intelligitur concessa, tunc venator, qui credens occidere animal, hominem interfecerit, sit ab irregularitate alienus, dumtamẽ omnem, quam debuit, & potuit, adhibuerit diligentiam, quia rei licitæ operam nauauit, dum venationi, sibi nullo iure vetitæ, vacauit; & quia si aliqua ex lege particulari, iuxta notata hactenus, laici non prohibentur venari, certum est, iure communi non prohiberi, at potius concedi, ex glos. in cap. qui venatoribus 86. dist. & cap. 1. de cleric. venat. vbi Scribentes omnes, atque Sot. tract. de iustit. & iur. lib. 5. q. 1. art. 9. vers. quapropter, & art. 8. vers. moralis autem; etenim in remediũ cedunt homini honesta solatia, & quicquid animum erexerit corpori prodest, auctore Seneca relato ab Anania in d. cap. 1. sub num. 2. ob quam causam Socrates non erubuit ab Alcibiade deridi, quod arundinem cruribus interponens cum
43 filijs animi causa luserit; Ideò laicos ipsos nulla irregularitate tunc notari pro comperto habeo; at clericis, quia apparet interdicta venatio, ex textu in eodem cap. 1. iuncta glosa, & Doctoribus, alteraq; glosa in eodem citat. cap. qui venatoribus. Necessarium inde suboritur consequens, eos fieri irregulares, si venando aliquem interfecerint, tametsi omni culpa caruerint, omniq; diligentia vsi sint; rem namq; illicitam exercuerunt, vt ait Syluest. verbo homicidium 2. vers. sexto, post nu. 7. per text. in cap. hi qui arborem §. si verò 50. dist. Nauarr. in summa cap. 27. nu. 235. Angel. verb. homicidium 2. nu. 13. Henrich. in summ. theol. moral. lib. 14. cap. 15. §. 3. præterquam si non clamosam, vel saltuosam exercuissent venationem, quę nullo iure scripto reperitur illis vetita, & refert Soccin. Iun. cons. 58. post nu. 2. vol. 1. glos. in adductis cap. 1. & cap. qui venatoribus, & super eis Doctores, ac Nauarr. indicato loco: ob quod restringo conclusionem mox firmatam de clericis venatoribus, vt irregulares sint, procedere tantum in ea venatione, quę sui natura potest dirigi in homicidium, quæ tanquam periculosa prohibetur illis; vt Aprorum, Ceruorum, Vrsorum, & similium, ex quo illa armis exercetur, vt concludit Nauarr. in summa cap. 27. num. 237. Sot. tractatu de iustit. & iur. quæst. 1. artic. 9. versic. quando verò, & Molina tractatu 2. de iustit. & iur. disput. 44. & videre etiam licet apud Francisc. Marc. decis. 529. an venatio par. 1. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 413. num. 14. quare indigere declaratione suadeo, verba Caetani ad D. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 8. vers. & confirmatur in fine: quæ sunt, clericum mortaliter venationi vacantem ab homicidij culpa excuso, quando nobilis laicus venationi vacans ab homicidij culpa excusaretur, quia esset adhibita omnis diligentia, ne cuiquam noceret venatio, cum enim mortaliter incumbant, vbi venationem sibi vetitam exercent, idcirco Caetani intentio est, vt quoties clerici venationi illicitæ nauant, quia ab illa abstinere deberent, iuxta verba Concil. Trident. cap. 12. sess. 24. de reformat. tunc sint à culpa homicidij excusati, si necessariam diligentiam præmiserunt, & laicus excusaretur, & quidem est mirabile dictum, cum grano salis tamen intelligendum, & vt ipsemet subiungit, inquiens non excusari quo ad pœnam irregularitatis, & culpam aliquam, sed quo ad culpam mortalẽ, & etiam quo ad culpam mortalem istius speciei, scilicet homicidij; supponit itaque, & rationabiliter in irregularitatem eos incidere, quia dederunt operam rei vetitæ, nihil sibi opitulante diligentia ad illam aufugiendam.

Sed venatio, vbi aduersus clericum verificatur, non tamen in specie, at generatim; non equidem illa credenda est probata, quæ illicita est, sed quæ licita, & recreationis causa facta, nisi ex circumstantijs aliud suspicari iuste posset, vt inquit Archidiacon. in pluries citato capite, qui venatoribus, num. 2.

Verùm, quia hoc mense Aprilis anni 1616. inopinatus accidit casus, quod cum quidam laicus terræ Rochettæ meæ Diœcesis Laquedonensis, publicum eiusdem terræ nemus, venandi causa ingressus esset, quendam clericum imbi legentem asparagos, septum vndique, & vestitum vepribus, & dumetis interemit, Aprum credens alterumuè interficere animal; hæsitatum fuit, num excommunicationis vinculo innodatus, propterea iudicari debuerit, & quidem pro affirmatiua vrgebant hactenus relata, tùm pro irregularitatis incursu, tùm pro pœna extraordinaria, quàm ille ob id patitur in exteriori foro; quin & exẽplum Lamech, multo magis stringebat, qui virum in vulnus suum occidit, Genes. 4. cuius historia, vt omnes habent interpretes fuit, q& in venatu credens occidere feram Cain interfecit, & tamen homicidium ei imputatum fuit, tandemque vrgebant Soti verba in loco superius memorato, cum adducto de Lamech. exemplo respondere conatur, & his vtitur verbis; Non satis circumspe-

xisse

xiſſe,vel vt alij aiunt,cum oculi iam ſibi caligarent ducatu pueri,id incautè feciſſe,ea ſcilicet ignorantia; quæ ipſum in culpam conjecit; hęc igitur verba præſeferunt requiri saltem, omnem intercedere debere diligentiam,& excludentem ignorantiam, quæ poſſet operari culpam,eaque ſi adeſſet reputetur homicida, & conſequenter excommunicatus, ſicuti & regulariter quiuis occidens clericum. Negantem verò ſententiam probat text. in capit.ſi verò el 2. de ſentent. excomm. diſponens ne percuſſor Clerici ſit excommunicatus, ſi probabiliter ignorauerit eſſe clericum, cuius deciſionis paſſim apud vtriuſque Iuris profeſſores mentio fit, præſertim in l. ſi quis ignorans ff. locati, & l. ſi qua per calumniam C.de Epiſcop. & cleric. & in cap.2.de Conſtit. aiuntque cōplures Doctores in locis quos recenſet Sayr. in ſuo Theſaur. caſuum conſcient. lib.3.cap.27.num.1. & Farinacc. par.4. quæſt.125. num.164.ex quibus liquere communem eſſe aſſertionem prædictam ait Petrus à Plaza in Epitom. delict. cap. 27. ſub num. 13. qua ſtante,ſi Canonis cenſura non coercet percutientem clericū,eo quod laicum offendere opinabatur, multò minus ſi animal occidere ſperabat; Addo concluſionem alteram, in caſu longè proximiori relatam per Nauar. cap.27. ſub num.80. eundemq; Sayr. eodem c.27. num.3. quod ſi occidat Clericum incedentem in habitu,& tonſura, nihilominus ſit ab excommunicatione immunis ſi in nocte,& habitum videre nequiuit, etiam ſi operam dabat rei illicitæ, non obſtante reſolutione Syl. in verbo excommunicatio 6. not.4. caſu 2. reſtringente ad operam dantem rei licitæ,ſed vtra ſit verior reſolutio,ſcire haúd refert, cum huic homicidæ, tanquam laico permiſſa fuerit venatio,vt in ſuperioribus probaui, & conſequenter dabat operam rei licitæ. Hic profectò eſt caſus noſter, nam licet interdiū fuerit, adeò tamen inter arbores,virgulta,fruticeſque delitebat, vt videri non ſolum minimè potuerit quis ipſe eſſet, at potius fera, iuſtè credi, & ſuſpicari, Tolet. etiam expreſsè negat fieri excommunicatum, quia ceſſat violenta iniectio in lib. 1. cap. 31. verſic. ſecundo debet.

Ratio tandem, eaque vrgens opitulatur, quod excōmunicatio nō niſi ob mortiferum peccatū incurritur,ex reſolutis á nobis in hac rub.11.c.15.n.2. ſed peccatum eſſe minimè poteſt, niſi voluntariū, & voluntarium eſſe nequit quicquid ex ignorātia probabili proficiſcitur, teſtè Phyloſ.3. Ethyc. c.1. & 5. ac Diuo Thoma 1.2. quæſt.76. Ideò probabilis ignorantia illius qualitatis ob quam pœna impoſita iure eſt, ab ipſa pœna excuſat, iuxta notata per Couar. in cap.Alma mater par.1.§.10. nu.12. cum ſeq.atque in hac ſpecie idem Sayr.eod.num.3.Nec mirum ſi propterea Ioan.de Lignano tract.de cenſur.Eccleſiaſt.ſcripſit oportere percutientem intēdere actualiter,vel virtualiter percutere Clericum, vt incidat in Canonem,ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt.4. idemque Sayr. alia cumulat eodem lib.1. cap.18. ſub num.19.

Hæc refellunt ſine dubio in contrarium adducta, & militantia, tùm reſpectu pœnæ temporalis, tùm irregularitatis,quę non ſemper requirunt peccatum, ſed factum tantummodò reſpiciunt, atque culpam, ideò in irregularitatem, aút pœnam temporalem libentius, ac facilius, quam in excommunicationem quis incidit; ad quæ ſiuè ad illarum alteram contrahendam,etiam ſola culpa ſufficit.Dolus verò ad excommunicationem incurrendam, ad quam propterea culpa quamuis lata non eſt ſatis,ex additis per eundem Sayr. indicato capit. 27. ſub nu. 20. adiunctis alijs,quæ nu. 8. ſcripſerat.

Nunc reſolutionem alterius caſus inquiramus; puta,incurrat nè clericus irregularitatem ſi ad mu-
44 lierem acceſſerit pro adulterio, & illius vir ſuperueniens ſuam interfecerit vxorem, & reſpondi die 11. Octobris 1598. cuidam Clerico Triuentinæ Diœceſis ipſum haud contraxiſſe ob hanc cauſam irregularitatem,ad id ductus,auctoritate Alphonſi à Caſtro in lib.2. de poteſt. legis pœnal. c.14. verſ. hic tamen admoneo Couar. in Clement.ſi furioſus par.2.§.4.num.9. verſic. tertius, Henriq. in ſumm. Theol.Moral.lib.14.cap.3.§.4. in gloſ.litera P.in fine,& Roderici Luſitani poſtea viſi in ſumm. par.1. cap.177. num.4.eandemque opinionem reperi die vltima Octobris 99.tenuiſſe auctorem Praxis Epiſcopalis in verbo irregularitas §.7. par.1. ac die 7. Septembris huius anni 1610. reperi eandem fouere Stephan. de Auila tractat. de cenſur.par.7.diſput.5. ſect.3. dub.3. concluſ.2. Nec ſolum prædictis ſuffultus auctoritatibus,ita reſpondi; Verum illa valida ratione, quod non quælibet cauſa homicidij,ſatis eſt ad inducendam irregularitatem, at proxima dumtaxat,& propinqua,ſicuti Couar.rectè aduertit in eodem num.9. verſic. hinc etiam,idque confirmat gloſa communiter recepta in cap. de cętero de homic. atq; Sayrus in ſuo Theſauro lib.7.cap.5. verſic. alio modo,ſub num.13.& Nauar.in ſumm. cap.27. num.211. ſubdens cauſam propinquam, quo ad hoc,eſſe omne dictum,vel factum illicitum directum ſufficienter in deformationem (tu adde, aùt homicidium) inde ſequutum,ac paulò poſt,explicando verbum illud directum,inquit,dictum, aut factum iſtud debere eſſe tale, quod tendat in deformationem ex ſe ſiue ſuaptè natura, vel intentione operantis,& confirmatur ex verbis Sayri in citato loco; ſed adulterium ab iſto Clerico patratum, non eſt cauſa proxima, aut per ſe intenta ad homicidium; deduciturq; ex verbis Suarez tom.5. diſp.45. ſect.6. ſub nu.11. nam aliud eſt velle committere adulterium,aliud verò,vt homicidium patretur,ideò ex eo non oriatur irregularitas; nèc me terruit aduerſa Nauarri ſententia, dum eiuſmodi Clericum irregularem decernit, in ſumm.cap.27. num.238. & conſil.30. Antonius Sacerdos de homicid. in antiq. vel 34. in nouis; quamque ſequitur Maiol. in tract. de irregul. lib.5. cap.38. verſic. Quinimmò, ſub num.4. & cap.48.§.3.nu.15. in fine, Coſmus Filiarc. de offic. Sacerd. par. 1. lib.4. cap.11. §. Pro homicidio caſuali, propè finem, & Ioannes Guttierez lib.2. Canon.qq.cap.6. num.39. etenim prior præſtantior eſt opinio, plurimorum Doctorum auctoritate, validioribuſque rationibus fulcita; quam etiam concluſio in validiori caſu ſtatuta num.ſequenti conuincit,& permulti,atq; eximij Theologi, & Canoniſtæ huius Parthenopeæ Ciuitatis,cum quibus oratio fuit, commendarunt: quin & eidem Clerico ita reſpondiſſe, eiuſdem relatione habui,tametſi affirmauerit,alios etiam plures interrogaſſe, qui cenſuerunt ipſum irregularē,

tutio-

tutiorem partem sequi volentes; quos licet minimè redarguendos arbitrer, sed præterea collaudandos, attamen neque illos reprehenderem, qui præter scrupulum reputaret se ab irregularitate alienum ob hanc causam; nisi tamen præsciuerit virū admodum Zelotypum esse, & multò magis si suspicetur illum solere insidiari, vt veritatis certior fiat, & periculum præuideat de nece adulteræ si ab illius parentibus notitia habeatur de adulterio, per ea, quæ notat Toletus lib. 1. cap. 82. versic. quando vero, propè finem, ac tandem assentitur Gutierez citato cap. 6. sub num. 42.

Quid verò dicendū sit de clerico prædicto adultero, si adulteræ debito vsus moderamine inculpa-
45 tæ tutelæ occiderit virum inuasorem? & negatiuè respondent, Sot. lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 1. artic. 9. vers. debet ergo, Armill. verbo irregularitas nu. 42. Tabiena irregularitas 2. quæst. penultima, Roderic. in summ. par. 1. cap. 177. num. 4. Viual. in suo candelabro Rub. de irregul. num. 284. & Emanuel Sà. in suo libro Aphorism. verbo irregularitas §. ex illicitæ num. 1. in fine, atque Henriq. in summ. Theolog. Moral. lib. 14. cap. 3. §. 4. in textu, quin in glosa litera P. adiungit alios idipsum firmantes; Mercado de contractibus lib. 6. cap. 4. versic. que diremos, & Auila indicato dubio 3. conclus. 1. est tamen verū, quòd alij non desunt, qui eundem irregularem credant, eo quod dabat operam rei illicitæ, ita quippè Syluest. dixit in verbo homicidium 3. num. 6. vers. tertium, Maiol. lib. 5. cap. 48. nu. 8. & cap. 5. num. 15. & alij citandi inferius versic. Neque ab ista Regula num. 53. in fine, & hi omnes hanc sententiam asciscunt Astensi: qui profectò eam non tradit, tametsi in fine art. 2. tit. 25. lib. 1. simpliciter dicat, censeri quodammodò homicidium voluntarium quod ab eo est patratum, qui dat operam rei illicitæ siquidē verba Astensis admittunt declarationem illam si res illa sit sufficienter directa ad homicidium, ita quippè videntur insinuare verba illa ab ipso Astense posita, & inde sequitur homicidium, & cōfirmatur isthæc declaratio ex his quæ pauló ante firmaui ex Nauarro, & Didac. á Couar. quin & in eundem modum explicari debere existimo verba Caietani ad Diuum Thomam 3. par. quæst. 64. art. 8. & sunt quo ad pœnam irregularitatis indistinctè intelligo, quod quando dat operam rei illicitæ imputatur ei homicidium consequens ex suo opere; nam indicant illum irregularem cum opus tale est, quod ex eo necessario quodammodo subsequatur homicidium, & sit sufficienter directum ad illud.

46 Verum sitnè irregularis, qui alteri vulnus inflixit, si ille decesserit? Pro cuius quæsiti vera responsione, prænotare duxi, tùnc vulnerantem dici homicidium patrare, vbi vulnus illatum lethale fuisse non dubitatur, & mors sit subsequuta, per l. ait lex §. quod si mortifero ff. ad l. Aquil. & hoc quidem casu nullatenus prodesset vulneranti allegatio, & verificatio cuiusuis causæ, qua mortem euenisse prætendat, puta, quod nullus medicus fuerit ad medendum accersitus, vel vocatus, & imperitus, aút aliam probet culpam ab ægro commissam; eaque interijsse, quia & his quoque casibus de homicidio tenetur, per l. ita vulneratus in princ. ff. ad l. Aquil: Quod si dubitetur, vtrum nè læthali ictu percussus fuerit, nihilominus subsequuta morte illum teneri etiam pœna homicidij si nulla constiterit præcedens causa, certum est; tum quia ex vulnere defunctus creditur, tùm quia, mortiferum illud fuisse probat interitus, per Anan. in cap. Ioannes num. 2. de homic. nisi longo interposito tempore post vulnus, obierit, quia non illius causa, tunc decessisse scribit Anchar. cons. 283. iure stricto nu. 3. si tamen vulnus consanuit; quod si ex eo nunquam conualuit ægrotus, præsumitur ex plaga ipsa defunctus, aut etiam si conualuit, & recidiuauit, dumtamen infra octo menses ab accepto vulnere mortem obierit. Villadieg. tractat. de irregul. cap. 6. versic. sed pone num. 35. Auila de censur. par. 7. disput. 6. section. 1. dubio quinto, conclus. 5. Quod si negligentia aliqua, aút culpa tunc appareret, non equidē puniretur ex homicidio, sed arbitrariè iuxtà l. si ex plagis ff. ad l. Aquil. glos. in l. si ab hostibus §. 1. versic. lucri facere ff. solut. matrim. ibique Bar. nu. 3. & Alex. num. 6. si autem indubitatum esset, vulnus non fuisse mortiferum, quia tunc minimè censeretur ex ipso vulnere mortuus, ideó percutiens teneretur dumtaxat ex vulnere, iuxtá l. qui occidit §. fin. adducto tit. ad l. Aquil. quā verissimam distinctionem tradit (non tamen adeò explicitè, neque adductis auctoritatibus illustrata) Soccin. Iunior. cons. 178. primo aspectu vol. 2. eamque sequutus est Iulius Clarus §. homicidium num. 33.

His prælibatis, respondeo quæsitui proposito, & dico, citra dubium, incurrere irregularitatem, ex prædictis, qui mortiferè vulnerauit, tametsi medici incuria culpauè ægroti pateat ipsum obijsse; prout etiam si dubium sit, an lethaliter percusserit, nec probatur aliqua subsequens causa, qua illum decessisse, posset iustè suspicari; Namque in vtroquè casu, homicidam esse offendentem, declarant citatæ leges, & auctoritates: difficultas tamen versatur in reliquis duobus memoratis casibus, nempè cum hæsitatur an læthiferam inflixerit plagam, & constat adfuisse negligentiam, & culpam, ob quam Ius Cœsareum eximit illum á pœna homicidij, atque secundo, cum non ignoratur vulnus non fuisse mortiferum, & in vtroq; casu affirmo, omni prorsus dubietate summota, hunc irregularem, licet imperitia Medici, aút superuenienti febri ob eiusdem infirmi culpam decesserit, per Sylu. verbo homicidium 2. versic. siquis autem sub num. 4. Nauar. in summ. cap. 27. versic. octauo sub num. 222. Henriq. in summ. Theol. Moral. lib. 14. cap. 14. §. 4. Couar. in Clement. si furiosus par. 2. §. 2. num. 9. Carrer. pract. crimin. tit. de homicid. §. 6. num. 32. Anchar. eadem Clement. si furiosus, propè finem, & Alex. de Neuo in suis addit. ad Abb. in cap. exhibita num. 4. lit. D. de homicid. etenim paria esse adiungit Nauar. loco citato, si interficit, vel iniustè percutit, respectu irregularitatis incurrendæ per cap. præsbyterum, & cap. ad audientiam adducto tit. de homicid. ob idque indubiè fatetur, quod iniustè percutiens, est irregularis, etiam si non lethifera fuerit percussio, sed in causa, quod alter superueniret, vulneratumque extingueret; aut quod inciderit ob talem percussionem in morbum, quo deinde medici culpa, aut eiusmet ægroti malo regimine, è vita migrauerit; siquidem nisi illatum fuisset vulnus, minimè allata ex causa, mortem ille obijsset, vt præcitati scribunt, & relatus Auila adducto dubio 5. qui

quatuor adnectit concluſiones pro reſolutione huius quæſiti, illæque minimè contradicunt his, quæ ipſe hactenus conſtitui.

Conſtabilitam verò reſolutionem reſtringerem procedere tunc ſolum cum inferens non lethiferam plagam, habebat animum occidendi, ſecus ſi tantũmodò vulnerandi, per expreſſum textum in cap. ſignificaſti el 2. de homic. ſuccurrit diſtinctio Antonij de Butrio illic num. 25. & alia Abb. in eodem capite, clarioribus declarata verbis num. 6. quare cenſeo hanc ob cauſam Angelum in ſumm. verbo homicidium 1. num. 8. ſolum tres caſus reſcripſiſſe, in quibus auctoritate præfati Canonis arbitratur vulnerantem puniri vt homicidam, quo ad irregularitatem, tametſi nouerim Caietanum 2.2. q. 64. artic. 8. aliosque paucos hanc non admittentes reſtrictionem, ſi tamen vulnus admodum leué fuerit, quod nullo aut modico potuiſſet ſanari medicamine, & probetur iniqua curatio medici, vel quia venenum adhibuit in medelam, aut diſtulit curationem cauſa lucri, non vtique erit irregularis percuſſor, cum potius ex alia extrinſeca cauſa, quám ex vulnere mortem ſubſequutam eſſe dicendum ſit, cum Couar. in clem. ſi furioſus ſupra citata par. 2. §. 2. num. 9. verſic. quod ſi vulnus Henriq. ſumm. Theolog. Morál. lib. 14. cap. 14. verſic. reſpondetur 1. in §. 4.

Explicatis itaque aliquibus caſibus comprehenſis ſub hac prima irregularitatis ſpecie, retrogredior ad ea, quę generaliter eandem ſpeciem pertingunt, & recordor, huius ſpeciei homicidium patra-
47 re, qui poculum amatorium mulieri daret, ſi illa, aût partus moriatur; licet enim nullus peruerſus animus conſideretur in dante illud, nec tale poculũ veniat appellatione mali veneni, per l. 3. §. adiectio, verſ. sed & id. ff. ad l. Cornel. de Sicar. eiuſque intentio ad homicidium nõ dirigatur, ſed ad libidinem,
48 vt ſcribit Barthol. Veronen. conſil. 34. num. 66. nihilominus in metallum damnatur de Iure ciuili ex quo res eſt mali exempli iuxta l. ſi quis aliquid, l. 2. §. qui abortionis ff. de pœnis, & conſequenter ad perpetuos carceres de Iure Canonico, vt in termi-
49 nis iſtis affirmat Anan. conſil. 1. poſt num. 10. hoc enim iure ſubrogata fuit pœna perpetui carceris in locum pœnæ à Iure ciuili conſtitutæ, ſcilicet condemnationis in metallum, iuxta Regulam, quam ſtatuit Innoc. in cap. qualiter, & quando el 2. verſ. ſecunda autem pęna damnationis in metallum ſub num. 6. de accuſat. licet alij neque damnandi credãt ſucceſſiſſe cõdemnationem ad triremes, prout ex Ioanne de Imola, & alijs ſcripſerunt Capye. deciſ. 153. Notarius Petrus num. 3. Ioannes Antonius de Nigris in cap. Regni 21. contra effrenatos num. 33. & Diazza in ſua praxi crimin. Canon. cap. 146. ſub num. 3.

Quod ſi eodem poculo mulier, ſiue maſculus perierit, ſummo ille afficitur ſupplicio, tametſi dolo non fecerit, per adductum §. qui abortionis; nã triſtis euentus inſpicitur, qui ſubſecutus eſt, vt ſcribit Franciſcus de Capiteliſte de Padua in ſuo conſilio poſito inter conſilia Cepollæ conſil. 36. num. 2. cum effectu enim eſt venenatus, vt inquit Salic. in l. 1. col. 2. C. de Sicar. experimurque quotidie, ex tali poculo fieri homines dementes, & ſtupidos; exſiccari, ſæpeque ad mortem redigi, vt ſcribit Boſs. in tit. de homicid. num. 17. ob idque, ſubſequuta morte videtur irregularis tale præbens poculum: ſed ipſum non cenſeri irregularem exiſtimat Aſtenſis lib. 5. tit. 14. artic. 8. verſic. ſed contra quæſt. 11. vbi nullam adiungit rationem decidendi, quam tamen ipſe arbitror eam eſſe (ni fallor) quia huiuſmodi poculum non eſt cauſa propinqua mortis, iuxta ea, quæ in ſimili notaui ſupra verſic. Nunc reſolutionem, Non enim illud præſtans, habebat in animo occidere accipientem, ſed eundem ad libidinem inducere, vt præfatus Veronenſis in eodem conſ. 34. num. 66. ſcriptum reliquit; neque eundem dantem punit lex ciuilis propter homicidium, quod dicatur commiſiſſe, ſed quandoque in metallum per iam dicta, eò quia res illa fuit mali exempli; nonnumquam vero ad mortem, nec quidem ob dolum, ſed ob triſtem euentum, qui ſubſequutus eſt.

50 Alio modo committitur homicidium neceſſitate cogente quæ ſi fuit euitabilis, irregularitate notatur illud perpetrans; adeò quod, tàm ad officia potiora nequit amplius promoueri cap. de his Clericis, el 3. diſt. 30. quam etiam prohibetur in ſuſceptis, abſque diſpenſatione miniſtrare; quamuis ſoleat hoc caſu diſpenſatio concedi, vt inquit gloſa magna in cap. ſicut dignum de homicid.

51 Quod ſi ineuitabilis fuerit neceſſitas, nulla profectò incurritur irregularitas, iuxta communem Theoricam de qua gloſa iam citata loquitur, ibidemque Abb. num. 14. Afflict. in Conſtitut. Regni Pacis cultum num. 57. lib. 1. Rubr. 8. idque expreſſè reſolutum apparet in clement. ſi furioſus de homicid. & antea in cap. quia te, eodem tit. ac propterea gloſa, ſuper eadem clem. verſ. & idem, ait, ob id non ſolum antiquam Hu. opinionem, defendentem hunc eſſe irregularem, reiectam eſſe, Verum aliam Ioan. Andr. & Goffredi, qua concluditur, eũ irregularem dici tantum quoad ordines ſuſcipiendos, nam his poſtremis temporibus, viget ſola reſolutio citatæ clement. dumtamen modum inculpatæ tutelę non ſit tranſgreſſus, ex reſolutione omniũ Doctorum, fulcita nouiſſima diſpoſitione Concilij Tridentini in cap. 7. ſeſs. 14. de reformat. & videre licet, in his quæ affatim congero inferius capit. 33. numero 22.

Hanc autem à me firmatam concluſionem, vſq; adeó veram dixit Ioan. de Lignan. in tract. de iuſto bello cap. 74. verſic. tertio quæro, vt illius vigore
52 concluſerit, poſſe celebrantem, & inuaſum licite dimittere celebrationem, ſeque ab inuaſore defendere, quě ſi prædicta ineuitabili neceſſitate ductus occiderit, valeat ad altare illico redire, completurus miſſam, ſequuntur Abb. in c. clerici el 2. nu. 7. de vita, & honeſt. Cleric. Soccin. Iunior. in repetit. cap. ad audientiam num. 40. de homic. Hippolyt. in l. is qui aggreſſorem num. 2. C. de ſicar. Decius in l. vt vim num. 8. ff. de Iuſtit. & Iur. & Blanch. in pract. crimin. §. Iuris communis num. 2. vbi quinque comprobat rationibus, quibus ſuccurrit tex. in eadem l. is qui aggreſſorem, verſic. in diſcrimine vitæ, & l. 1. iuncta gloſa magiſtra C. vnde vi.

53 Neque ab iſta regula excipio Clericum repertũ in adulterio, inuaſumque ab adulteræ marito, nam & hic ſi prędictum virum ob neceſſariam ſuę perſonæ tutelam interfecerit; immunis quidem erit ab irregularitate, iuxta reſolutionem ſuperius ſtatutam

tutam versic. quid verò dicendum sit de clerico num. 45. tametsi aliqui illic relati contradicant, & nunc addo Nauar. in suo Manuali cap. 11. num. 7. & cap. 27. num. 238. amplexantem Diuum Anton. in summ. par. 3. cap. 5. idemque teneat auctor praxis Episcop. verbo irregularitas §. 6. par. 1.

54 Quinimmò qui ex ineuitabili necessitate homicidium commisisset, & omni tunc caruerit odio, at maximo affectus animi dolore fecerit, non eum peccasse, neque pœnitere oportere, præterquam ad cautelam propter dubietatis, siue duplicitatis ambiguum, dicit Astensis lib. 6. tit. 14. artic. 5. cum iuste possit pertimescere in aliquo excessisse.

55 Tunc verò ab incursu irregularitatis excusat iá dicta necessitas, cum respicit tutelam propriæ personæ, ita Abb. in cap. sicut dignum post num. 14. de homicid. in cap. olim el 1. num. 17. de restit. spoliat. & Felyn. in cap. dilecti filij num. 18. de except.

56 Ideoque, si alium interficeret impulsus tali necessitate, vt custodiret personas propinquorum, etiam si proprij parentis, aùt prolis, vtique irregularis fieret, vt præter memoratas auctoritates inquit glosa notabilis, & penult. in clement. vnica de homicid. ex cuius clement. verbis, apertè desumitur argumentum pro hac parte, & inibi explicat Zabarella num. 28. copioseque defendit Plaza in epitome delict. cap. 28. num. 21. tametsi non incurrat excommunicationem si Clericum percusserit ob necessariam defensionem alicuius ax prædictis, per eandem glos. & Innoc. in cap. si verò el 1. circa finem, de sentent. excom. & Cardin. Zabarell. consil. 42. incipiente Reuerende; neque de Iure Ciuili pœna aliqua plectatur, vt testatur Gram. cons. 68. in causa, num. 6. & clarus §. homicidium num. 22.

57 Rursus fieret ob eandem causam irregularis, qui alium occideret pro tuitione rerum, etiam suarum vt optimè scribit Anan. indicato c. sicut dignum §. fin. num. 12. ibique Abb. post num. 14. Butr. in cap. si vero, el 1. post num. 7. de sentent. excomm. Zabarell. citata clement. si furiosus num. 24. Host. in summa Rubr. de homicid. versic. ego intelligo sub num. 5. Afflict. in Constit. Regni, Pacis cultum, lib. 1. tit. 8. num. 54. & declarat Alex. 3. in cap. suscepimus, de homicid. idque verissimum, tùm quia expediebat potius post tunicam relinquere pallium & rerum substinere iacturam, quam pro conseruandis vilibus rebus, & transitorijs, tám acriter in alios excandescere, ex eodem cap. suscepimus; tùm quia nefas esse, pro tutela rerum, aliquem interimere, concludunt Canonistæ, maximè Anan. in cap. 2. num. 6. cum sequent. de homicid. inibique Abb. & Felyn. num. 4. idem Abb. in cap. 2. post num. 3. de præscript. explosa Iuristarum opinione credente licere pro necessaria illarum defensione perimere furem; quam apud eos communem esse aduertit Clarus in §. homicidium num. 20. & antea Ias. in l. vt vim nu. 43. ff. de Iustit. & Iure. Quamque respuendam omninò censeo; tùm quia in materia peccati standum esse Canonistis, probat regula à nemine improbata, tùm præterea, quod sententia legistarum, nullo iure probatur, & quæ ab illis adducuntur iura, non ad rerum defensionem, sed personarum tuitionem referuntur, vt præter cæteros, optime docet Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 10. tùm denique, quod opinioni aduersus iuristas, opitulantur plures rationes relatæ á Plaza, in eodem capit. 28. versic. contrarium sanè, sub nu. 31. quinimmò simpliciter omnique iure minimè cuiquam fas esse pro tutela rerum aliquem interficere, tutantur, contrarijsque assertionibus affatim respondent, fortun. Garsia, super ead. l. vt vim à 6. col. & Iacob. Boullen. in repet. l. capitalium §. famosos ff. de pęnis; quos sequitur Diaza in Regula 507. verbo occidere; quod licet Abb. in cap. 2. num. 3. de vita, & honest. cleric. & Plouius tractat. de irregul. Reg. 37. simpliciter in Clerico affirment; nihil addentes de laico, & Couar. in eadem clement. si furiosus par. 3. §. vnico versic. penult. & Plaza eodem cap. 28. num. 32. expressè adiungunt, id tantum procedere in clerico, secus autem in laico, illis in casibus, in quibus aliquo iure licita est occisio alicuius pro defensione rerum, quos casus inibi recenset

58 idem Couar. mihi tamen verius videtur, id in clerico, & laico subsistere; cum etiam de Iure ciuili responderim, id fore illicitum; & quatenus eó iure licitum appareret, non tamen respectu irregularitatis, quam omninò incurri credo à tali homicida; etenim adducta clement. si furiosus, vnicum tantum excipit casum ab irregularitate prouenien te ex homicidio; cum scilicet mortem aliter vitare non valens, suum occiderit inuasorem; eiusdem tamen Couar. & Plazæ restrictionem, dictis in locis positam admitto in occidente furem nocturnum, ne irregularis ille sit, vel etiam diurnum, si se telo defenderit per cap. 3. de homicid. non quidem ob illam rationem, quia liceat occidere pro necessaria defensione rerum, sed quoniam in vtroque casu de tuitione rerum, & personarum coniunctim agitur, id enim in fure nocturno apertè demonstrat illud idem cap. 3. dum limitat in fure diurno, subditque rationem, quia tunc potest discerni si ad furādum, vel ad occidendum venerit; quæ quidem ratio, & & verba insinuant, in fure nocturno id minimè discerni posse; ideoque ab irregularitate sit alienus, qui illum occiderit; idq; prouenire non ex eo, quia voluerit bona tueri, sed personam de cuius periculo tunc dubitabatur, quod etiam versatur, in altero casu de fure diurno, se telo defendente, vt considerat, & rectè quippè Cassan. in consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 11. & si id licere minimè controuertitur, ob personæ ineuitabile periculum, vt est videre in eadem clement. vnica; multó quidem conuenientius, ob periculum personæ, & rerum insimul; ad quod citari consueuit text. in cap. 2. de homicid. ibi, te, tuaque liberando.

Sunt tamen tres casus, ijque insignes, in quibus irregularis etiam fit is, qui ineuitabili necessitate defendendi propriam personam impulsus, alium interemit; & primó si alium insultans in hanc de-

59 inde redactus est necessitatem, nè potuerit mortē aufugere, nisi inuasum occidisset; nam irregularis est, quia ipse fuit in causa secuti homicidij per l. 1. §. cum arietes ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicat & l. 2. C. ad leg. Cornel. de sicar. notat Afflict. in cōstit. pacis cultum lib. 1. Rub. 8. num. 55. & Blanch. in practica crimin. 3. par. defens. num. 10. fol. 147.

Secundus est in eo, qui si inimicum non exanimasset propriam nequiuisset tueri personam alio modo, quám fugam arripiendo, dum enim potuit tute aufugere, debuit facere, & si noluit certe contraxit

60 traxit irregularitatem, ſi homicidium commiſit, ita Abb. in cap. ſicut dignum nu. 14. de homic. Nauar. conſ. 11. Præfectus vigilum nu. 5. rub. mox adducta, iuncto conſil. 12. poſt nu. 3. Couar. Clement. vnica par. 3. §. vnico num. 4. de homic. & Plaza in Epitome delict. cap. 28. num. 10.

61 In eo vero, qui cum laicus eſſet, inuaſus fuit, & potuit à periculo fugiendo liberari, nec voluit fugæ ſe committere, ſed occidere, videtur maior dubitatio; ſiquidem afficitur iniuria de iure ciuili ſi fugiat, ideoq; inferendũ, minimè ad id compelli, quãuis citra periculum potuiſſet exequi, ex ſententia Doctor. in l. 1. C. vnde vi; quam eſſe magis cõmunem opinionem refert Alex. conſ. 109. Viſis nu. 4. vol. 1. & conſ. 119. Viſo proceſſu nu. 15. vol. 7. Alex. de Neuo inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 77. nu. 7. lib. 1. & ſimpliciter communem eſſe, ait Anton. Gomeſ. c. 3. delict. nu. 23. & Plaza adducto cap. 28. nu. 10. in fine; quorum aſſertionem Bald. veram exiſtimat in viro nobili, aut ſtrenuo milite, negat tamẽ in homine vulgari, aut ſaltem aſſueto ad fugam, in conſ. 312. viſis actis nu. 3. vol. 4. attamen nullum laicum teneri ad fugam, alij credunt, eorumq; dictum verius eſſe inquit Anan. in cap. ſuſcepimus, poſt nu. 7. de homicid. ibiq; Felyn. ſubdens communi comprobari ſententia, cuius meminit Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 20. num. 64. cum ſeq. & Clarus in §. homicidium nu. 25. in fine, Boſſ. in tit. de homic. nu. 86. Carrer. practica crim. §. 6. num. 131. ideoque Cyn. in ead. l. 1. nu. 6. & alij opinati ſunt, quod attento iure ipſo ciuili, rectè eum feciſſe aiunt, qui maluit occidere, quam fugere, & ſequitur Abb. indicato cap. ſuſcepimus nu. 4. communemq; atteſtatur opinionẽ Alex. in l. vt vim nu. 38. & Dec. nu. 35. ff. de iuſtit. & iur. & concinunt quæ ſcribit Andr. Gayll. obſeruat. 100. ſuccedit nu. 6. & Iuuenalis Satyra 1.

Quid enim ſaluis infamia nummis?

Verum, quo ad irregularitatem, idẽ in eo, quod in Clerico, qui nè aufugeret homicidiũ cõmiſit, decidunt Felyn. in eod. c. ſuſcepimus, Couar. in dicta clem. par. 3. §. vnico, num. 4. Plaza eod. c. 28. n. 11. verſ. hoc autem obtinet, & alij omnes, quia inficiari non poteſt, quin aliqua ſaltẽ culpa adſit in ipſo laico, tametſi non abſq; ignominia ſe fugæ dediſſet, vt idem Couar. & Plaza aſſeuerarunt; ob idque iuſtè inferunt, quod licet illa culpa nequaquam ſit grauis ratione honoris, eſt nihilominus talis, quæ ſatis eſt ad incurrendam irregularitatem, peccatum tamen minimè cõmiſit, ſi Abb. vera fatetur in c. olim el 1. nu. 17. de reſtit. ſpoliat. Armill. verbo homicidiũ 1. nu. 7. Nauar. relatis in locis, additio autem ad eundem Abb. intelligit præfatas auctoritates in laico, non in Clerico.

62 Sed attendendum eſt aduerbium illud, quod nõ inconſultè appoſui, in verſ. Secundus eſt; illud ſcilicet, tutè, & propterea inferendum ad alium iuſtè ſuſpicantem fugam haud eſſe tutam, ſed dubiam, eo quod terga vertendo eius perſona eſſet veriſimiliter peritura, aut deterior euaſura, ſiue quia inimici à tergo inſtarent, ſiuè quia eundem fugientem facilius aſſequi poſſent, aut ex fuga audaciores fierent; nam hoc quidem caſu haudquaquam teneretur fugere, etiam ſi clericus foret, vt præter auctores hactenus citatos, concludit Bald. in l. 1. lect. 2. nu. 12. verſic. aut circa. C. Vnde vi, & citato conſil. 312. num. 4. Marſil. conſil. 25. vltra ea, num. 44. & propterea neque erit irregularis ex prædictis, ac Nauar. in terminis ita concludente, in eodem conſil. 11. nu. 6. atque Couar. in eodem §. vnico nu. 4.

63 Ille verò in eã proculdubio incurreret, qui adeò exarſit, vt inuaſorem fugauerit, & fugatum inſecutus ſit, & occiderit, vel mutilauerit, nõ enim ſe vindicare debebat; intantum, quod de iure, vt doloſus tenetur, ſi quorundam vera eſt ſententia, vel ſaltem ex aliorum reſolutione, vt culpabilis, ſecundum Cyn. poſt Iacob. de Arena in l. 1. num. 7. verſ. quo Iure C. vnde vi, ibiq; Ioan. Faber num. 4. verſ. ſed an teneatur, & Bald. 2. lectura nu. 23. in fin. Felyn. in c. dilecti filij nu. 14. de except. Anan. in c. ſi perſodiens in finalibus verbis de homicid. Corn. conſ. 204. pro deciſione nu. 3. vol. 1. Soccin. Iun. conſ. 36. Illuſtriſſime num. 10. vol. 2. & Tiraq. tract. de pœnis, cauſa 1. nu. 9. quam dicit æquiorem opinionem Salyc. in ead. l. 1. ſiquidem, difficile eſt, iuſtum temperare dolorem, per l. ſi adulteriũ §. Imperatores ff. de adult. maximè cum inconſultus calor, vitio doli careat, iuxta l. 1. §. quæro ff. ad Turpill, ob idq; extra ordinem, afficiendus eſt pœna, arbitrio iudicantis, vt firmat Iacob. de Arena in ead. l. 1. nu. 8. Anton. de Butr. in c. olim el 1. nu. 37. de reſtitut. ſpoliat. & illic Abb. ſub nu. 15. Franciſc. Aret. conſil. 80. ſicut decet num. 9. Hyppol. in l. is qui aggreſſorem num. 18. C. de ſicar. & ſing. 100. occidens aggreſſorem; ac cœteris conſultò omiſſis, defendit Aret. in tract. malef. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo, nu. 36. conſuluitque Bald. teſte Caſtrenſe in conſ. 192. in cauſa incarceratorum, ſi igitur non caret culpa, ideò iuſtè eundem decernunt irregularem gloſ. in cap. 3. verſic. legibus, inibiq; Doct. de homicid. Couar. in eadem Clem. ſi furioſus par. 3. §. vnico verſic. tertio apparet ſub nu. 3. & Plaza in Epitome delict. lib. 1. cap. 28. num. 7. ſuccurritque aſſumptum illud in iure conſtitutiſſimum, ſatis eſſe ad contrahendum irregularitatem homicidium commiſſum nõ ad neceſſariam occidentis defenſionem, vt ſcribit inter alios Zabarell. ſuper eadem clem. quæſt. 26. non ſecus ac feciſſe hunc fugatum inſequentem, apparet, qui poterat ſanè abſque ſuæ vitæ periculo abſtinere ab homicidio commiſſo in perſonam fugientis; vt merito ipſum potius vltorem, quam defenſorem liceat appellare.

64 Tertius eſt caſus, & is quippè alijs duobus generalior, ſi qui propter ineuitabilẽ neceſſitatẽ tutandi propriam perſonam commiſit homicidiũ, & moderamen inculpatæ tutelæ eſt tranſgreſſus, nam irregularis eſt per cap. ſuſcepimus el 2. ibique notant gloſ. & Doctores de homic. & Couar. in ſæpè citato. §. vnico num. 3. quin, & pro homicidio punitur, ſed extraordinaria pœna, ex reſolutione Decij in l. vt vim nu. 18. ff. de Iuſt. & Iure Alex. conſil. 76. viſa inquiſitione nu. 1. vol. 1. clarus §. homicidium nu. 27. & Menoch. in tract. de arbitr. iudic. centur. 3. caſu 278 idque tàm ſi modum præfatum inculpatæ tutelæ exceſſiſſet ob culpam, quàm ſi propter dolum, vt firmat Bertrand. conſ. 274. viſo caſu, nu. 2. volum. 1. par. 1. & Clarus citato nu. 27. tunc vero dicitur quis tali moderamine vti, qui ſe non poterat defendere, aùt tueri, niſi eo modo, quo ſe defendit, vt in eodem conſil. num. 4. ait Bertrand. per text. in l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. Bart. &

& alios in l.1.C.vnde vi,& concinit glosa in cap. significasti el 2. de homic. & illic Abb. num.5. Astasan.lib.1.tit.23. artic.2.q.7. declaratiue autem asserunt omnes, tunc seruari moderamen inculpatæ
65 tutelæ,cum tria concurrunt; nempè modus, tempus, & causa; & potissimum aduertunt Bolognin. consil.36.Abb.in cap.olim el 1.nu.15.de restit. spoliat. Clarus adducto num. 27. & Blanch. in pract. crim.3. par.defens.num.2.fol.146. isto autem dum quis vtitur in homicidio necessario, aút requisita diligentia in casuali, nulla quippè indiget dispensatione,vt inquit Butr. in c.sicut dignum el 2. nu.28. in fine de homic. subijciens ita seruari per curiam Romanam,quod veritate inniti admoneo, etiam hac tempestate post nouissimum ius Concilij Tri-
66 dent. cui ampliationi,non equidem refragatur tex. eiusdem Concilij in c. cum etiam §. si vero,sess.14. de reformat. requirens dispensationem pro homicidio casuali,vel necessario;etenim,verba facit de casuali, & necessario illicito, imò de necessario, & volito in se, licet causa defensionis; si enim non esset intentum,& volitum,comprehenderetur sub illa specie casualis homicidij,& concilium,non addidisset hanc secundam speciem: ex quibus desumēda erit resolutio illa,quod concilium loquatur de duabus speciebus, homicidij,casualis, & necessarij, scilicet illiciti; & dum constituit in illis requiri dispensationem, subdit eam facile concedendam; & propterea, non esse indispensabile homicidium, tū casuale illicitum,quam intentum,& volitum in se, causa defensionis; & illicitum ob excessum inculpatæ tutelæ,vt doctè quidem,sed obscurè dixit Nauar.in summ. c.27.vers. secundo nota sub nu. 239. neque vnquam potui verborum eius pertingere germanum intellectum, dato quod pluries accurata diligentia illa perlegissem,nisi in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum anni 99. post quartam horam noctis.

Vt verò canon iste concilij possit habere locum,
67 videndum est,quando homicidium casuale dicatur illicitum, seù ita dicatur alterum necessarium, & primum erit illud quod dando operam rei licitæ, cum culpa euenit; istud vero secundum,ita iudicabitur,si cum excessu inculpatæ tutelæ erit commissum, & ea propter non parum aberrauit veritate Maiolus in tract.de irregul.lib.5.cap.48.§.3.num.4 affirmans quod hodie,siue culpa præcesserit,siue non; siue ludus sit noxius, siue non; siue detur opera rei licitæ, siuè non; semper, qui homicidium commisit debet abstinere,donec causa bene cognita, dispensatio concedatur; & fulcitur dispositione concilij in dicto cap.7. aduersus cuius dicta vrgent maximè,quæ supra retuli,& à me illic constituta conclusio, quam postea die 7. Nouembris 1599. reperi tenuisse Nauar.expressè cons.8. an occidens sub rubr. de homicid.

Nouissima autem, & cœteris peior, & grauior homicidij species est,quæ sola voluntate instigante fit; eaq; quatrupliciter contingere potest, nempè facto,consilio,præcepto,& defensione,teste glosa in cap. sicut dignum §.fin.vers.consilium de homicid.conuenit tex.in cap.siquis viduā 50.dist.& cū de homicidio ex defensione patrato scripserim superius á nu.50.hic tantum restat de alijs tribus homicidij speciebus verba facere.

Facto quidē,is cōmittit homicidium,qui alterū quouis modo ex proposito interficit, & irregularis fit,quantūuis occultissime fecerit, & inhabilis redditur,nè dum quo ad vsum susceptorum, verū ad alios suscipiendos,ita Syluest.verbo homicidium 3. vers.tertiū sub nu.11.& nouissimo iure Conc.Trident.cōprobatur in d.c.7.incipiente,cū etiā,sess.14. de reform.vbi præterea additur, indispensabile esse homicidiū prædictū;idq; dixerat antea tex. in c.fin. de tēpor.ordin.est verum,quod etiam hodie liceret
69 cōmittenti illud,celebrare post debitā contritionē & pœnitentiā,adhùc nulla obtēpta dispensatione,si occultè patratum fuerit, & posset probabiliter suspicari quis cōmiserit, ipseq; notari etiam infamia istius,vel alterius criminis,vel irregularitatis posset nisi celebraret, iuxta conclusionē Nauarri in sum. c.27.nu.239.Auctoris Praxis Episcopalis in verbo irregularitas §.15.par.1.succurritq; doctrina Fratris Iosephi Angles in flore Theol.q.Rub.de suscipientibus Eucharist.art.4.difficult.4. vbi de excōmunicato loquitur,de quo etiam idē dixerat Nauar. vbi supra,arguendo à paritate rationis: quorum opinio non videtur contemnenda,quamuis Sot. in 4. sent. dist.12. quæst.1. artic.4. vers. quartus casus, teneat contrariam,& negantem partem.

70 Illū tamen clericū reputāt Doctores irregularē, qui animo occidendi aliquē inuadens vulnerauerit, licet mortē non obierit, vt est videre apud glosam fin.in c.perniciosè de pœnit. dist.1.Specul.in rub. de dispēs.§.iuxta nu.61.Rotā penes fastolū,causa 14.& Maiol.tract.de irregul.lib.5.c.48.vers. est præterea post nu. 3. quā quidē Doctorū resolutionē, quāuis durā refutare non audeo,ex quo tot viri prudentissimi amplexati sunt,potissimū quia nō nisi Episcopali ipsū propterea indigere dispensatione affirmat in eodē citato loco specul. alioquin verior fortasse esset de iure negatiua cōclusio per c.significasti el 2. de homic.quod videtur requirere mortē vulnerati, vt leuiter percutiēs,animo occidēdi sit irregularis; cui tūc minimè suffragaretur si probaret ex negligētia,aut eiusdē vulnerati culpa interijsse,quod ipse latioribus verbis defendo superius versic. Verum sit ne irregularis num. 46.

71 Huius sanè speciei irregularitatē ex homicidio voluntario procedentē incurrit,qui homicidio opē dedit,& notat Syluest.in verbo homicidiū 1.nu.17 & Didac.Couar. in clem. si furiosus par.2.§.2. vers. quatenus sub nu.2.de homic.scribunt autē Doctores,tribus temporibus auxiliū delinquenti præstari posse,scilicet ante delictum,in delicto, & post delictū;ex Bar.in l.in furti §.ope ff.de furtis,& congerit Blanch.in practica crim.§.postquam vidimus nu.1. cum seq.& Angel.de Alex.inter cons.crimin. consil.30.viso processu à nu.58.vol.2.

Quamobrē hanc speciē irregularitatis, incurrat auxilians,si ante delictum,vel in ipso delicto,& homicidio fauorem præstitit,dicit Anan.in c.sicut di-
72 gnum §.illi etiam nu.5.de homic.post vero delictū, qui auxiliatur, non eam regulariter incurrat, nisi quandoque, idque patebit ex his quæ inferius scribam versic. Sed post delictum num. 76.

73 Tūc vero possumus exēplificare, aliquē auxiliatū esse homicidæ ante delictū,cū scienter accōmodauit necessaria ad illud patrandum, ita Bar.in eodem §.ope nu.2.dixi scienter quia si commodassem arma vel famulatum, & alia huiusmodi, eo quia dixit velle ire in villam, vel alium locum, & causam

cauſam licitam, non teneor, ſi iuiſſet ad occidendũ,
aũt aliud malum patrandum; quinimmó oportet
conſtare de ſcientia, alioquì credatur ignorans de-
licti, notat Bal. in l. quicũq; per illũ textũ C. de ſeruis
fugit. & aliqua Bar. in l. omnes C. de agricol. & cen-
ſi. lib. 11. & poſt eos Alex. in addit. ad Bar. in eod. §.
ope, nu. 2. lit. D. ſi vero conſuluerit delinquenti, licet
ex conſilio teneatur, iuxta notanda inferius, non ta-
men ex cauſa auxilij, vt eſt videre in c. continentia,
& ibi Innoc. & reliqui notant de cleric. percuſſor.
74 Auxilium verò præſtat in ipſo opere, & actu de-
licti, quicumq; aſſociauit committentem illud, aũt
enſẽ euaginauit, aũt etiã ſola præſentia aſtitit delin-
quenti, qua inſultatus euaſit timidior, inſultãs verò
audacior, vt poſt alios concludit Anchar. conſ. 216.
Nos Bartholomæus nu. 2. & antea Innoc. in addu-
cto cap. continentia, atq; Cępoll. conſ. 34. ſi vnquam
nu. 9. & 11. requiritur tamẽ, quod illúc acceſſerit ex
dolo, & animo ſe immiſcendi delicto, ſi neceſſitas
poſtulaſſet, ex ſententia Felyn. in d. c. ſicut dignum
verſ. & omnia, ſub nu. 6. atq; Barth. chitius in conſ.
mox citando nu. 2. qua ſuffulti concluſione dicunt
aliqui verificandũ eſſe actũ ex quo inſultatus factus
ſit timidior, vel præceſſiſſe tractatũ, & conſpiratio-
nem, alioquin præſumatur caſu, & incidenter adſti-
tiſſe, cuius ſententiæ fuerunt Pariſ. conſil. 152. vidi
exemplum nu. 30. & conſ. 164. Illuſtriſſima nu. 14.
vol. 4. Bertazzol. conſ. crim. 192. iſti carcerati, nu. 25.
& ibi additio lit. F. vol. 1. Rimin. Iun. conſ. 349. nu. 7.
lib. 3. Decian. conſ. 67. nu. 20. & conſ. 125. nu. 9. lib. 3.
Menoc. in tract. de arbit. Iudic. cent. 4. caſu 350. nu. 3
& alios multos congerit Barth. chitius conſ. 158.
præſupponitur in facto poſt nu. 5. par. 1. Verum alij
contradicunt; aſſeuerantes non eſſe pro parte Fiſci
75 probandũ aliquem actũ, at ſola adſiſtentia præſu-
matur habuiſſe malũ propoſitũ, & ex profeſſo illùc
iuiſſe, opẽq; præſtitiſſe, prout ex Dini ſententia cõ-
cludit Ioan. Faber in l. quoniã multa nu. 8. C. ad leg.
Iul. de vi public. & communis eſt ſententia, quã te-
ſtatur Marius Ant. var. reſol. lib. 3. reſol. 5. diligenter
nu. 17. ſecundũ quã, debere Iudicẽ iudicare admo-
net præcitatus Menoch. nu. 2. & quando re vera Iu-
dicis animus vacillaret ad imponendã pęnã corpo-
ralẽ, ſi ordinariã debeat infligere pęnã delicti, vel
extraordinariã, quia tunc propter opinionẽ primo
relatam, atq; á multis probatã excludentẽ pręſum-
ptionẽ malã, & honus iniungentẽ Fiſco verificandi
aliquẽ actũ, conſentirẽ vt ſtaretur iuramẽto inqui-
ſiti vtrũnè deliberatè acceſſerit, vt ait Ruin. conſ. 1.
num. 3. volum. 1. Nonius conſil. 96. num. 4. Burſat.
conſ. 216. facti ſpecies nu. 58. vol. 2. & Gram. deciſ.
25. Magnificus, ſub n. 5. & idẽ Mar. Ant. eod. lib. 3.
reſol. 8. cũ in rixa nu. 8. Attamen quo ad irregulari-
tatẽ, ſummoto omni ſcrupulo annuerẽ affirmatiuę
ſententiæ, illamq; induci ex ſola aſſiſtentia non du-
bitarem poſt Nauar. conſ. 24. an ſit irregularis, verſ.
ſecundo de homicid. in nouis, & Henriquũ in ſum.
Theol. moral. lib. 14. cap. 14. §. 2. ac citatum Mariũ
Anton. reſol. 16. eiuſdem lib. 3. num. 19.
76 Sed poſt delictum quando dicatur auxiliũ dediſ-
ſe, expedit adnectere, maximè ad finem cognoſcẽdi
vtrũ ſit irregularis; cũ Regula videatur extare, qua
excluditur vnuſquiſque à tali irregularitate ob fa-
uorem præſtitum poſt patratum delictũ, & ſcribit.
Couar. In adducto verſic. quatenus, ac propterea,
ſi in cauſa fuiſſet, vt homicida aufugeret, immuni
à tali impedimento eſſet, ex notatis per Anan. indi-
cato c. ſicut dignum §. ille etiam, ſub nu. 5. de ho-
mic. reſtringitur tamen ex relatis per Couar. in
eodem loco, vbicumque iſtud auxilium eſſet cauſa
proxima, vel inducens ad committendum delictũ,
cuius verba exẽplificari poſſunt, ni fallor, in eo, qui
ante delictum pollicitus eſt delinquenti, ſe illicò
occurſurum, eiq; anſam, & tutum modum ſugien-
di præbiturum, quia tunc dediſſe auxilium ad cõ-
mittendum maleficium, inſinuat Angel. de Alex.
indicato conſ. 30. ſub nu. 60. conſimile ponit exem-
plum Bertazzol. conſ. crim. 324. quæritur qua pœ-
na vol. 2. & ait, ſi promiſiſſet volenti facere delictũ,
ipſum patrato delicto ſeruaturum in propriam do-
mum, & promiſſionem eſecutus ſit, ita quod ille
euaſerit, atque aufugerit, nam licet illic defendat
nullam pœnã ordinariam delicti mereri præfatum
auxiliantem, ſed extraordinariã, attamen, cum verè
dici opẽ præſtantem, & propterea delinquentem, &
77 puniendum non dubitat: ideoque eundem irregu-
larem exiſtimo, fretus verbis dicti Couar. & quod
ex prædictis auctoribus apparet puniendus de Iure
ciuili, prout in facti contingentia reſpondi Anno
1598. Cum enim quidam Baro in Ciuitate Neapo-
lis, apud Monaſterium Sancti Petiti multoties ſpe-
culatus eſſet quendam ſuum inimicum, vt occide-
ret, tandemq; in eum pertranſeuntem ſcoppitum
emiſiſſet, & interfeciſſet, quando viri multi è pro-
pria, & contigua eiuſdem Baronis domo egredien-
tes occurrerunt cum æquabus, quarum vnam illũ
aſcendere repente curarunt, comodius, ac celerius
vt aufugeret, ijdemq; comitati ſunt ſimiliter equi-
tantes, vt antea inter ipſos concluſum erat; itaque
poterit nè quis vnquam arbitrari tale auxiliũ præ-
ſtantes ab irregularitate exemptos? nemo quidem
mea ſententia, quamuis poſt delictum auxiliati ſint;
ex quo antea erat facta conſpiratio, & conſilium;
quo fiſus Baro, ſtatuit occidere, ſine quo fortaſſe nõ
auſus eſſet, cum ſæpè oderint peccare mali formi-
dine pœnæ, quam ſi euadere certò credunt, quid
agere debeant non inquirunt, ſed quod ipſis expe-
diat, magiſque placeat.
78 Qua verò ſit plectendus pœna, qui aliquam, iux-
ta prædicta, opem præſtitit homicidio? cui quæſito
præter Doctores hactenus citatos, reſpondent, &
quidem copioſè Bald. in l. 1. C. de rapt. virg. Alex.
conſil. 15. viſo Proceſſu, vol. 1. Paulus Ghirland. in
tract. de relaxat. carcer. Rub. de abſol. Innoc. q. 5. &
6. Gram. conſ. crim. 4. Excellens Dominus, & cœ-
teris copioſius Plaza in Epitome delict. lib. 1. c. 16.
Menoch. de arbitr. iudic. caſu 349. cent. 4. & Blanch.
indicato §. poſtquam vidimus à nu. 4. quorum di-
cta paucis hic explicare verbis impoſſibile exiſtimo,
propterea ſilentio inuoluere malui, quam imperfe-
ctè illa referre. Veritatemque perquirere, & expi-
ſcari, potiſsimum quia copioſius dicere intendo, di-
uina ſpirante Aura, cum de Iudicijs criminalibus
agam, tùm præſertim, quod pęnam eius qui præſti-
tit auxilium cooperatiuũ, tangit Menoch. caſu 471.
cent. 5. & Oſaſchus deciſ. 104. nu. 2. maximè poſt
delictũ, in quo vido Ang. de Alex. conſ. 30. nu. 60. cũ
tex. in l. 1. C. de his qui latr. vbi copioſè Aloyſ. de Leo.
Sed qui cum alijs aggreſſus eſt inimicum, illeq;
percuſſus remanſit, & interfectus, dubium eſt, quã

illi comitantes pati debeant pœnam, & incurrant nè irregularitatem? ex hac hæsitatione tam generali, duo enascuntur dubia, quorum primum est, quã pẽnã incurrãt vbi multitudo deliquit secundũ est de pœna inflingenda, vbi incertitudo est, á quo fuerit ex illis multis patratum delictum; & quia in vtroque scribit longa série Farinac. in quæst. 96. par. 3. vol. 4. ideò lectorem ad eius inibi scripta relego, satisq; mihi erit in hoc loco, tãtum circa irregularitatem resolutiue Fari, ac nou solum delicti auctores, verum alios omnes socios in eam incurrere, licet incertus sit, quis eorum offenderit, censeo, cum Goffredo in cap. significauit el 2. de homicid. & illic Butr. sub nu. 18. Henrich. Boich. sub nu. 5. ipsaque multa congero Rubr. 9. cap. 8. à num. 46. annuit post alios Farinac. adducta q. nu. 60. & ita consulendum in foro conscientiæ scribit Soccin. in cap. ad Audientiam nu. 46. de homicid. idq; videri admodum rationi consentaneum admonet Couar. in Clem. si furiosus par. 2. cap. 2. sub nu. 5. vers. quo ad irregularitatem, subiungens se huic opinioni accedere, etiam in foro exteriori, eamq; tutiorem appellat Barth. Brixiensis, qui eam sequitur in q. Venerali 15. exordiente, quinq; homines, & quam omninó veram dicit glos. fin. in c. quiescamus 42. dist. dum existimat expresè fuisse decisam in adducto cap. significasti, vbi Ioan. Andr. sub nu. 7. addit optimam rationem, quia eo ipso, quod ignoratur persona offendens, dicantur omnes in culpa, & ego alteram subnecto rationem, quod si propter solam asisťetiam dixi irregularitatem incurri, longè magis idipsum sentiendum, vbi non tantum simplicẽ, sed cooperatiuam præstiterũt opem, si scilicet vulnerarunt, aút lapides proiecerunt, aùt tãtum acclamauerunt, vel arma euaginarunt, eo quia tanquam agentes tunc in ipso actu, rectè dicuntur principales, teste Augustino ad Angel. in tract. malef. verbo, dicto maleficio semper adstitit nu. 17.

79 Tertio itaque modo, committitur homicidium iuxta præscriptã distinctionem á me positã nu. 68. nempe consilio; itaq; vbicumq; aliquis suadet, instigat, instruit, persuadet, consulit, aut alium hortatur ad homicidium, dicitur sanè homicida per cap. periculosa de pęnit. dist. 1. Henriq. sum. Theol. Moral. lib. 14. c. 16. §. 3. licet enim capite 18. Ioannis dicatur, nobis non licet interficere quemquã, ex quibus agnoscimus Iudæos nequaquã CHRISTVM Dominum proprijs manibus occidisse; attamen & illis necem Domini ascribi comperimus, in capite fin. 23. q. 3. ex quo lingua occiderunt, cũ capite 23. Lucę legimus, clamasse, dicentes, crucifige, crucifige eum; & hac vsus distinctione, permulti deflexerunt ad conciliandam contradictionem illam Euágelistarum, quod CHRISTVS Crucifixus esset hora tertia, vel hora sexta; nam Iudæi hora tertia lingua; Milites vero hora sexta manibus crucifixerunt, & adstipulatur textus in cap. noli putare de pœnitent. dist. 1. Fretus verbis illis Dauid Regis, Psalmo 56. filij hominum dentes eorum arma, & sagitta; & lingua eorũ gladius acutus, alia est expositio, id est Machera acuta, vt scripsi superius Rub. cap. quo nomine Macheræ vsi sunt veteres, teste Macrob. lib. 6. Saturnal. cap. 4. in fine.

80 Nec quidem satis est, de per se consilium, nisi, & in causa fuerit secuti homicidij, quod consuluit, si enim ille occidisset, dato quod nullus sibi consuluisset, neq; pœnam homicidij mereretur, vt defendit Dec. in c. 1. nu. 9. in antiquioribus codicibus, & nu. 45. in modernioribus, de officio deleg. in l. consilij nu. 4. ibiq; Cagnol. nu. 1. de regul. Iuris, glosa in cap. sicut dignum §. qui vero, vers. prouocassent de homic. & tex. in l. non solum §. si mandato, vers. Atiliciniam ff. de iniur. Nam leuius puniretur, mitiorique veniret pœna plectendus, per Ias. in l. 1. nu. 21. in fine C. de seruis fugit. estq; communis conclusio cuius meminit Dec. adductis in locis, & Couar. in Clem. si furiosus par. 2. §. 2. vers. Verum, sub num. 1. & opinio Bar. in l. non solum §. si mandato, à nu. 16. ff. de iniur. comendata ab Angelo in tract. de malefic. vers. & Sempronium, post nu. 43. non admittens relatam distinctionem, in his quæ sonant in delictum, interpretatur subsistere circa exemptionem á tota pœna homicidij, à qua non equidem immunis iudicatur, sed á parte, cum mitior pœna illum castiget; vel & secundo habebit locum, vbi consilium punitur principaliter propter se, nempè si Iudex vellet sumere pœnas à consulente propter solum consilium, secus si propter aliud, puta si secuto homicidio vellet mulctare consulentem ob homicidiũ, quia esset hoc casu omninò admictenda distinctio iam relata, si erat, vel nè facturus, vt affirmat Bald. in l. data opera nu. 52. vers. sed in cõsilio C. de his qui accusar. non poss. eademq; distin-
81 ctione nos vti debere, quo ad irregularitatem, certum est; etenim si consilium præbuit ei, qui iam cõstituerat interficere, non incurrat irregularitatẽ ex Felyno in c. sicut dignum nu. 9. vers. fallit 2. de homicid. Hostien. in c. ad audientiam nu. 6. Ioan. Andr. nu. 3. vers. talis eadem citata Rub. Graff. lib. 2. decis. Aurear. c. 64. nu. 1. Nauar. in sum. c. 27. versic. quibus addendum, sub nu 51. & consil. 6. an irregularis num. 2. de homicid. nec non Couar. indicata clem. si furiosus par. 2. versic. est igitur sub nu. 2. hancq; veriorem censet opinionem Soccin. Iunior in cap. ad Audientiam nu. 80. de homic. satis namq; est consulenti, vt ab irregularitate excusetur, si consultus, nec ad substantiam facti, nec ad illius accelerationẽ adductus fuerit suasionibus consulentis, quamuis remoto scrupulo per consulentem libentius fecerit, ita Henriq. in sum. Theol. Moral. lib. 14. cap. 16. §. 3. in textu, atque in glosa lit. E.

Ob quam rationem, qui Iudici parato suspẽdere furẽ, & habenti causam notoriã, & cõclusam, dicat appicçalo costui; & sic cõsulat illum suspendendũ, non fiat irregularis, tenet citatus Henriq. in ead. glosa, & postea aduerti dixisse antea Angelum in verbo irregularitas nu. 4. & Abb. in c. ex literis nu. 8. de excess. Prælat. vbi Alex. de Neuo, addit veram esse doctrinam, licet subiungat, tutius esse á talibus abstinere, & ipse eius consilium secutus, respondi cuidam Parocho, & Sacerdoti auriculario plurimorũ officialium, qui sæpè sępius, cum illis loquendo, ista fretus sententia acriter in facinorosos excandescẽs, illis consulebat, & monebat, vt eos morti damnarent; quare admonui eundem, vt á prædictis cessaret in posterum, si tutiorem resolutionem sequens, omni scrupulo irregularitatis carere voluisset, tùm maximè, quia ius præsumit, quod illi sine consilio non fecissent, ex Bald. in l. data opera numero 52. in fine C. de his qui accusat. non poss.

poſſ. ſi verò dixerit, niſi ſtatuas velle facere, quod teneris ſecundum ius, non te abſoluam, certè non erit irregularis, teſte Auila de cenſuris par. 7. diſput. 5. ſect. 2. dubio 6. concluſ. 4. dicamque nu. 90.

82 Hanc irregularitatem incurrit conſulens, dato quod ille mutilationem, aut homicidium, non illico patrauerit, ſed longo poſtmodum interpoſito tempore, vt eſt videre apud Abb. in cap. ad audientiam num. 8. de homicid. ibique Innoc. num. 2. Syluest. verbo homicidium 1. verſic. ſextum num. 12. Tabiena verbo irregularitas 1. num. 13. Nauar. in ſum. cap. 27. num. 233. quod ipſe anno elapſo 99. expertus ſum, diſpenſationem obtinendo à ſacræ pœnitentiariæ Pretorio, pro nobili viro Neapolitano, qui miſericordia motus, ac deſiderio pergrandi, quo angebatur alleuiandi onus cuidam oppido, ſui nepotis, impoſitum à turma inibi degēte, necandi aut ſaltem fugandi cauſa bannitos aliquot circum oppidum illud incolentes; Popularem quendam aſciuit, eique ſuaſit, vt quendam exulem ipſiuſq; conſanguineum adiret, illumque ſuaſionibus alliceret, impelleretque ad occidendum ſocios, ſed antea Præſulem, ſiue Gubernatorem Prouinciæ de hac re alloqueretur, & indultum pro bannito illo impetraret ſi talem exequeretur proditionem; qui ſtatim Præfectum Prouinciæ perquiſiuit, & inuentum obſecratus eſt, atque intenſiſſimis ab eo præcibus expopoſcit indultum, quod concedere ille renuens, ex quo poteſtate carebat talia concedendi, ille reuerſus domum iam dicto Sacerdoti renunciauit Præfecti reſpōſum, & ambo acquieuerunt, ſed poſt annum creſcente numero bannitorum, illa in Prouincia ſœuiſſima committentium, publicaq; prædantium, ita quod Regni Prorex generalem illùc deſtinauit Commiſſarium contrà ſicarios illos, cū omnimoda poteſtate; quando municeps ille recordatus conſilij, noſcens tempus aduenisse opportunū exequendi, quod præcedenti anno nequiuerat, excucurrit ad commiſſarium illum, à quo peroptatū obtinuit indultum, deindeque bannitum illum incitauit, vt in ſocios ſæuiret, illeque effecit quod cōſanguineo ſuadenti pollicitus erat, & quia ſuaſor iſte in hanc ſententiam, hortatu prædicti Sacerdotis inclinauerat; ideò eundem Præsbyterum iudicaui irregularem, & opitulatur exemplum de mādante alteri homicidium committendum, nam ſi mandatarius alij mandet, iſte primo loco mandans tenetur non ſecus ac ſecundus, vt inquit Carrer. in practica crimin. §. homicidium 5. num. 63. additio ad Iulium Clarum §. fin. quæſt. 89. num. 4. Gomeſ. in §. pœnales, poſt nu. 10. inſtit. da action. & text. cōcinit in l. ſi ego ff. quod vi aut clam; quare iam dictus ſacerdos pluries ſupplicauit meo Illuſtriſſimo Cardinali Sanctorio, Sanctæ Seuerinæ nuncupato, Summoq; Pœnitentiario pro conſequenda diſpenſatione; qui ſemel atque iterum renuens, mihi tandem acrius inſtanti, inuitus aſſenſit, ſecumque in foro conſcientiæ diſpenſauit.

Præterea irregularis erit cōſulens, ſi non is, contra quem dedit conſilium occiſus remanſerit, ſed 83 alter, etiam ſi is fuerit cui conſilium datum fuerit, iuxta notata per Ioan. Andr. in cap. fin. in princ. verſic. mutilet de homic. in 6. ibidemque Franch. nu. 1. Abb. eodem c. ad Audientiam nu. 7. Syluest. homicidium 1. verſ. quintum nu. 12. Couar. in clem. ſi furioſus par. 2. §. 2. verſ. verū poſt nu. 1. & Plaza in Epitome delictorum lib. 1. c. 13. nu. 3. reiecta contraria ſententia aliorum, atq; alia concludente hunc eſſe irregularem tantum in foro exteriori, non autem interiori, quia nullā ipſe fecit iniuriam amico ſuo, neque illius inimicum impulit, vt ipſum, cui conſuluit, & illius inimicum occideret; quā tenet Hoſtienſ. indicato cap. ad audientiam num. 9. ibique Ioan. Andr. ſibi contrarius verſ. Quod ſi Titius, ſub num. 5. nec mirandum de contrarietate Andreæ, ſiquidem in cap. fin. de homic. in 6. à ſemetipſo dixit in cap. vero ad audientiam, reſcripſit formalia verba Hoſtienſ. in eodem capite poſita; ſpecul. etiam hanc videtur tenere opinionem in rub. de diſpenſat. §. iuxta, num. 42. tu verò ſequere omnino priorem, & veram ſententiam, & ſecurius ambulabis, quam deinde reperi cōfirmatam declaratione illa concludente prædictum non incurrere irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario,

84 de quo loquitur text. in cap. 7. ſeſſ. 14. de reformat. ergo ſupponit contrahere irregularitatem, ſuper qua diſpenſari poſſit; verba autem iam dictæ declarationis (ſuper illis verbis prædicti capitis concilij, qui ſua voluntate, & c.) hæc ſunt, vtrum mandās homicidium committi in perſonam vnius, ſi committatur in perſonam alterius, intelligatur incurriſſe irregularitatem, adeò vt ſuper ea, nec diſpenſari debeat, iuxta hoc Decretum, nec Epiſcopus poſſit vigore cap. 6. ſeſſ. 24. quamuis homicidio ſit occultum, & Congregatio cenſuit non incidiſſe in irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, ita reſponſum fuit anno 1587. ab Antonio Cardinali Caraffa, Epiſcopo Hieracēſi; adeſt ſimile exemplum à Doctoribus, & eadem ſacra Congregatione comprobatum in mandante percuti, & mandatarius occidat, & loquar inferius.

85 Quid modo dicendum ſit de actentante homicidium ad conſilium alterius, quod tamen non eſt ſubſecutum, quia licet lethaliter vulnerauerit, totiſq; viribus nixus ſit illum necare, ſuum non valuit conſequi deſiderium an conſulens ſit irregularis, ſicuti irregularem actentantem nonnulli arbitrantur, & videtur affirmatiuè reſpondendum, per Maiol. ita decidentem lib. 5. cap. 48. §. 2. poſt num. 1. & text. in cap. pernicioſè, iuncta gloſa, de pœnitent. diſt. 1. parificantem occidentem, & conſulentem; ſed ipſe hanc prorſus reijciēdam concluſionē opinor; nam ſi eam non veram eſſe in actentante dicendum eſt, ex his, quæ ſcribo ſuperius verſ. verum ſit ne irregularis, & duobus verſiculis ſequentibus; multo minus in conſulente: & quatenus admittenda eſſet quo ad principalem, adhùc falſam reputarem quoad conſulentem; non enim ſunt in pari gradu delicti, principalis, & conſulens, nam reperitur expreſſe deciſum contrarium in conſulente; Nauar. enim in ſumm. cap. 27. num. 233. affirmat, irregularem eſſe conſulentem deformari aliquem, ſecuta deformatione: iccircò non antea; & tex. in adducto cap. pernicioſè, parificans committentem, & conſulentem, ſupponit interitum, dum loquitur contra illos, quorum conſilio aliqui extinguuntur; quod verbum extinguuntur, ſine dubio ſignificat obitum.

86 Et ſi vellet poſt præſtitum conſilium euitare irregularitatem, compellitur ſuum reuocare conſi-

lium, eique efficaciter persuadere, né illud exequatur, iuxta notata à Salyc. in l. 1. vers. quæro quarto C. de raptor. virg. & Nauar. cap. 27. nu. 233. & nisi firmiter ac probabiliter credat à proposito occidédi illum reuocasse, tenetur ei denunciare contra quem cõsuluerat, vt sibi præcaueat, idq; Abb. præportat in cap. ad audientiam nu. 7. de homicid. ibique Ioann. Andr. vers. quidam post nu. 3. Hostiens. nu. 6. Innoc. nu. 2. Felyn. nu. 14. Bald. in §. ope nu. 3. institut. de obligat. quæ ex delict. nascunt. Specul. in Rub. de dispensat. §. iuxta versic. nec interest, post nu. 39. dicamque inferius sub nu. 93. Quod si probabiliter aduertit illi persuasisse contrarium, scilicet nè amplius velit iam dictum committere facinus, non obligaretur illi intimare futurum periculum, contra quem consilium dederat; intantum quod si ille deinde ausus esset homicidium patrare, non esset irregularis, ex sententia omnium Canonistarum, præsertim eorum, quos hactenus retuli, & insuper cõcurrit Tabien. verbo irregularitas 2. §. 1. nu. 13. & Henriq. sum. Theol. Moral. lib. 14. cap. 16. §. 5. in glosa litera K. & Maiol. cap. 48. §. 2. nu. 3. vbi quod de cõsulente scripsit, potest iure comprobari; quod vero de mandāte, falsum esse affirmo idq; congruentiori loco demonstrabo inferius, sub n. 93.

Hoc loci nolui præterire responsionem à me datam cuidam confessario, Neapoli commoranti, & literis exposcenti cum eram Romæ, duorum dubiorum resolutionem huc spectantium, scilicet an
87 sit irregularis confessarius reum hortans consentire iustæ sententiæ contra se prolatæ, etiam si mortis; eamque per iniustam appellationem moneat non differre, aut delictum si consulat fateri; idque denegauerit absolutionẽ nisi fateatur crimen, An nè irregularis sit idem confessor renuens absoluere Iudicem distulentem damnare delinquentem merentem condemnationem de iure.

Et primo quæsitui indubie respondendum esse censui hunc confessarium non incurrere irregularitatem, adductus verbis Henriq. in sum. Theolog. Moral. lib. 14. cap. 16. §. 4. in textu, & in glosa lit. S. & lit. B. nouissimeque Emanuel, quem postea vidi in Aphorismo verbo irregularitas nu. 10. & verbo irregularitas ex deformitate licita nu. 4. & Auila citato loco dubio 7. quorum quidem sententiam confirmo ratione illa, quod iustè ac iuridice damnato, non licet se aliqua via defendere ex resolutione Soti lib. 5. de iustit. & iure quæst. 6. artic. 4. conclus. 1. illiusq; dicto fauet Apostolus ad Rom. 13. inquiens, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ipse sibi damnationem acquirit. Nec dubium, quin à suo se Iudice defendens, potestati resistat institutæ ad vindictam malorum laudemq; bonorum; quare illi se opponere non debet, sed parere necessitatur, secus vero mortale crimen esset, prout Sot. illic asseuerat, ac præsertim á iusta sententia se tueri non potest, tùm quia legem violat, ex prædictis, tùm quia Iudici falsum imponit, ipsumque iniuria afficit subdole appellando, quasi iniustã protulerit sententiam, vt idem Sot. affirmat in eod. lib. 9. artic. 3. conclusione posteriori. Quod si iniustè esset damnatus, nemo est qui ambigat illum, & appellare posse, & se quacumque via tueri, modo scandalum non gignat, aut grauis turbatio non timeatur, ex Diuo Thoma 2. 2. quæst. 69. art. 4. in medio.

Sed dubiũ non exiguũ versatur in eo, qui cũ sit innocens, appellare, vel se alio quouis modo defendere intendit à sententia prolata ex probationibus,
88 quæ re vera falsæ sunt. Verum falsitas ipsa latet Iudicem; difficultas autem ista exoritur ex illa verissima resolutione, quæ concluditur, non solum posse, at insuper debere Iudicẽ ex probationibus proferre sententiam, adeò quod si eius conscientia discordet à probatis, eò quia contrarium probatorũ sibi constaret in conscienria, nihilominus suffultus probationibus, prosilire posset ad sententiam ferẽdam per glos. in cap. iudicet vers. audet. 3. quæst. 7. in l. 2. vers. aspectu Atrox. ff. de ferijs, quin etiam tenetur contra propriam conscientiam sequi allegata, & probata, illisque conformem ferre sententiam per glos. in cap. 1. vers. secundum, de officio ordin. in cap. pastoralis §. quia vero, vers. tenetur de offic. deleg. ibidemque Felyn. nu. 23. glosa in cap. 1. vers. & contra, de sentent. & re iudic. in 6. Ias. in §. si minus nu. 15. instit. de action. Cyn. in l. 1. vers. pro hac quæstione, circa finem post nu. 2. & illic Bar. nu. 4. C. vt quæ desunt aduoc. & plura scribit Purpur. in l. Imperium nu. 91. cum seq. ff. de iurisdict. omn. iudic. ex quorũ scriptis, & ex alijs Doctoribus à prædictis adductis, constat hanc esse magis communẽ sententiam sicuti eam firmantes scriptum reliquerunt, maximè Barbat. in dicto c. pastoralis §. quia vero nu. 36. & citato c. 1. nu. 14. alijque complures; tandemque Couar. qui hanc quæstionem cœteris fusius explicauit, & demum ita conclusit in lib. 1. variar. resolut. cap. 1. nu. 6. eamque non tantum prædicti iuris Pontificij, & Cœsarei peritissimi Doctores firmarunt. Verum etiam Theologi cõmendarunt resolutionẽ, inter quos grauissimus auctor Diuus Thomas 2. 2. q. 67. art. 2. ibiq; Caet. qui indubitanter hanc tuentur doctrinã: Sotus qui alijs copiosius tractat in lib. 5. de iust & iur. q. 4. art. 2. vers. tertia ergo opinio, Alex. de Ales in 3. parte sum. q. 40. mẽbro 6. artic. 2. quamq; antiquorũ omnium Doctorũ esse opinionẽ, asseuerat Syluest. verbo Iudex 2. vers. Prima sub nu. 5. eamq; frequentiori calculo à Theologis probatã ostendunt Caet. loco citato, & D. Anton. 3. par. tit. 9. c. 1. §. 7. ex hac igitur vera conclusione, videtur dicendum, inquisitum, ita condẽnatũ censeri à Iudice iuste damnatũ, & consequenter ei nefas esse huic sententiæ cõtradicere; illiusq; executionem impedire; Attamen sicut vera est resolutio, qua decernitur Iudicem iustè damnasse in hoc casu inquisitum, & ex deductis reum repertũ in processu, quia iustitiæ præcepto ad id cõpellitur adeò quod si contrariũ fecisset grauiter deliquisset, maximè si vt priuata persona non sciuerit contrariũ; ita qui se innocentẽ cognoscit non impeditur à defensione; Bellũ nãq; ex eius parte est iustũ, & poterit tã per appellationẽ, quã alium modũ propriẽ necessitati mederi, etiã fugam capiendo; dumtamen prędicta exequatur citra graue scandalũ, atq; offensionẽ personẽ Iudicis, & ministrorũ; vt concludit Sot. de Iustit. & iure q. 6. art. 4. vers. nihilominus. Propterea qui iuste esset damnatus, etiam si ad mortem, si aufugeret, peccaret secundum Theologos, teste Bar. in l. relegati nu. 1. ff. de pœnis, Diuo Thom. 2. 2. quæst. 69. artic. 4. adeò vt triremibus addictus, & datus ob pœnam delicti, aut deportatus, si fuerit ab hostibus interea captus, indeque redierit, debeat

in

in priſtinam cauſam redire, ac ſi non fuiſſet captus iuxta l. Mulier in opus ſalinarum, & l. in bello §. ſi deportatum ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Quinimmo accuſatus pro crimine teneatur Iudici fateri veritatem, quam ab ipſo ille exigit ſecũdum formam iuris, & ſi renuerit, aut mendaciter negauerit, mortiferè eũ peccaſſe, ait D. Tho. 2.2. q. 69. artic. 1. & copioſè Ledeſma in ſum. par. 2. tract. 8. c. 24.

89 Tunc verò dicitur Iudex ſecundum formam iuris interrogare inquiſitum, & ille teneatur fateri veritatem, cum aliqua præceſſit infamia ſuper crimine, aut expreſſa indicia, vel probatio ſemiplena per D. Thomam quolib. 5. art. 16. & in eadem q. 69. art. 2. in medio, vbi Caietan. vberatim iſthæc declarat, Barthol. Salon in tract. de iuſtit. & iur. q. 68. art. 1. controu. 3. concl. 1. & Bannes eodem tract. de iuſtit. & iur. q. 69. art. 2. per totum, necnon idem Caietan. in eadem q. 69. verſ. tertio non proceſſit, aduertit quod inditia ſi adſunt debeant manifeſtari reo, vt ſciat ſe eſſe in tali articulo conſtitutum, in quo teneatur Iudici ab ipſo petenti veritatem delicti, obedire, & ſequitur Diaza pract. crim. canon. cap. 18. & Bannes in adducto art. 2. in princ. tunc verò, non ſolum ipſe, ſed etiam cauſidicus, ſi illum inſtrueret veritatem ſubticere, non equidem tuta conſcientia faceret, vt concludunt Doctores in cap. 1. de teſtibus, & Boſſius in tit. de reſponſ. à reo faciend. nu. 18. hæc ſatis, quo ad primum dubium.

90 Quo verò ad ſecundum, reſpondi, neque irregularem eſſe confeſſarium denegãtem abſolutionem Iudici diſtulenti condemnare inquiſitum de iure condemnandum, ſuffultus doctrina Henriqu. in ſumm. theol. moral. lib. 14. cap. 16. §. 4. vbi in gloſa lit. S, & lit. B, atteſtatur, hanc eſſe ſententiam recentiorum Salmanticę, quam tenet etiam Emanuel Sa, qui in Aphoriſmo verbo irregularitas ex deformitate licita nu. 4. in vtroque caſu concludit eodem modo, quo ipſe triennio præcedenti reſcribendo iam dicto Parrocho reſponderam, vellem tamen vt cautè prædicta exequatur confeſſor, vt monui in ſimili caſu ſuperius, verſ. ob quã rationẽ, ſub nu. 81.

Vltimus denique modus, quo voluntarium homicidium committitur, eſt mandatum, & propte-

91 rea, is cuius mandato homicidium fit, incurrit ſine dubio irregularitatem, per cap. ſi quis viduam 50. diſt. vbi Doctores vnanimi conſenſu id affirmant, ex quo verè homicida eſt, qui illud mandauit, cap. mulieres, de ſentent. excomm. quod ſi non homicidium committi expreſsè mandauit, ſed aliud, quod eſſet cauſa propinqua homicidij, vel ſui natura, aut praua eius intentione dirigeretur in homicidium, ſimiliter irregularitatem contraheret, puta ſi mandet vulnerari, vel deformari, tametſi expreſſis verbis, excipiat, nè occidat; nam ſi mandatarius excedat fines mandati, illumq; extinguat, homicidij pęnam incurrit cap. fin. & ibi gloſ. de homicid. in ſexto, Nauar. cap. 27. nu. 233. & cap. 25. nu. 220. Alber. verb. homicidium ſecundo, verſ. quid ſi mandauit, Couar. in clem. ſi furioſus par. 2. §. 1. nu. 2. Cæpoll. conſ. 34. ſi vnquam, per totum, ac præſertim á nu. 49. & communem eſſe opinionem dicit Boſſ. tit. de mandat. ad homicid. nu. 10. & multis rationibus confirmat Probus ad Io. Monach. citato cap. fin. verſ. & quia, à nu. 3. & tenuit Bald. in l. non ideò minus nu. 29. C. de accuſat. & in mandante non di-

92 ſtinguitur, an mandatarius eſſet facturus, vel non, quia certò creditur, quod ille non feciſſet, abſque mandato, per Angel. tract. malefic. verſ. & Sempronium nu. 43. in fin. colligitur etiam ex Bald in l. data opera nu. 52. verſ. nam mandatum C. de his, qui accuſ. non poſſ. & ratio ſuadet, quia mandator, eſt qui mandat committi delictum propter ſe, & ſatisfactionem ſuæ voluntatis, Bartol. in l. non ſolum §. ſi mandato nu. 2. ff. de iniur. & Couar. adducta clem. ſi furioſus par. 2. nu. 1. ex quibus credo, improprijs verbis vſum eſſe, Graff. in lib. 2. deciſ. aurear. cap. 64. nu. 7. aſſerentem, mandantem homicidium fieri irregularem, etiam ſi mandatarius alioquin ſine mandato commiſiſſet crimen illud, ſubditq; rationem, quia in hoc caſu delictum patratur intuitu eiuſdem mandantis, ob quam rationem conuincitur mandans, quod niſi præceſſiſſet mandatum, non id feciſſet mandans, & propterea aduerſus eũdem mandantem naſcitur præſumptio, quam paulo ante dixi, quod tamen non eſſet, vbi mandatarius alioquin illud commiſiſſet facinus; quia eo caſu ceſſat ratio relata, cum euidenter conſtat illum non feciſſe intuitu mandantis; ideoq; debeat ceſſare diſpoſitio ex l. adigere §. quamuis de iurepatron. & conſequenter peſſimè locutus eſt Graff. illic, dũm concludit, iſtum eſſe irregularem, dato quod ille alias patraſſet homicidium; eſt tamen verum, quod ipſius concluſionem tenuerat antea Iaſ. in l. 1. nu. 21. circa fin. C. de ſeru. fugit. Gomes in §. pœnales poſt nu. 10. inſtit. de action. Clar. pract. crim. §. fin. q. 89. nu. 1. Couar. adducto §. 2. verſ. ſed ſi quis, poſt nu. 1. & gloſ. magiſtra in l. 1. §. perſuadere ff. de ſeru. corrup. attamen non video quo modo reſpondere valeant rationi à me aſſignatæ, vbi conſtat illum non deliquiſſe intuitu mãdati, ſed aliquam ob cauſam propriam; licet enim præſumptio ſit in dubio contra mandantem, attamen vbi caſus eſt clarus, deſunt coniecturæ, & propterea, neſcio ſi eo caſu poſſit de iure ſubſiſtere reſolutio firmantium aduerſus mandantem.

93 Quod ſi mandatum haud dirigeretur ad homicidium, non vtique fieret irregularis; ſi enim alium colaphis cædi, aut baculo percuti, aut alia lcui percuſſione affligi mandaſſet, quia non teneretur de homicidio, ſi à mandatario committeretur, teſte Gramm. conſ. crim. 20. in cauſa, & communis eſt opinio, cuius relator eſt Plaza in epitom. delict. lib. 1. cap. 15. nu. 1. prout neque ſi mandaſſet cicatricari, iuxta conſ. Decij 622. & ſequitur Iul. Clar. q. 89. poſt nu. 5. nam regulariter eſt in poteſtate mandatarij non excedere fines mandati, ex eorundem citatorum ſententia, ideò neque irregularis iudicatur ex dictis antea, atque Graff. lib. 2. cap. 64. nu. 9. Nauar. in cap. 27. ſub nu. 240. & Henriq. lib. 14. cap. 14. §. 2. vel & melius erit quidem irregularis, ſed non ea indiſpenſabili, & quę prouenit ex homicidio voluntario, cuius verba facit Concil. in initio cap. 8. ſeſſ. 14. de reform. vt apertè liquet ex verbis præfati Henriq. in loco citato, & implicitè ex verbis Nauar. in ipſo nu. 240. comprobaturq; declaratione illa, ſub his verbis, quærebatur an is, qui mandauit aliquem baculo verberari, eo expreſſo nè occideret, ſi mandatarius armis percuſſerit, & occiderit, dicatur incidiſſe in hoc decretum conſilij, adeò vt omni ordine, atque beneficio, & officio Eccleſiaſtico,

co, absque spe dispensationis perpetuò carere debeat Congregatio censuit negatiuè, & hanc opinionem confirmat Nauar. in manuali cap. 27. nu. 240. Concilium enim requirit homicidium, per industrias, per insidias, & ex proposito.

Quotiescumque autem, quis sit irregularis ex causa mandati, id non solum procedit in expresso mandato, sed insuper in tacito; etenim si nutu, aut alijs quibuscumque signis sufficientibus ad homicidium vteretur, satis omninò est ad illius incursum, ex Maiol. tract. de irregul. lib. 5. cap. 48. nu. 8. & succurrunt notata per Plazam in epitom. delict. lib. 1. cap. 15. vers. septimo, sub nu. 6. ita si demandaret aliquid, ex quo probabiliter posset oriri homicidium; puta si iniustam possessionem alicuius beneficij accipiendam præciperet, cum strepitu armorum, scoppituum, aut balistarum; quia si aliquod inde eueniat homicidium, irregularis vtique erit mandans, vel si cum aliquo rixatus sit, & irato vultu dixerit suo subdito nè rediret domum, nisi aliquid de tali negotio sentiret; quandoquidem, teneretur si ille suum interimeret inimicum, per Angel. in tract. de malefic. vers. & Sempronium nu. 42. & Ias. in l. 1. nu. 28. C. de seru. fugit. Alexand. cons. 127. visa inquisitione nu. 4. vol. 4. & communis est opinio, de qua Hyppol. de Marsil. cons. 132. præsens casus post nu. 1. itemq; Ludou. Carrer. practic. crim. rubr. de homicid. §. circa nu. 37. & propterea irregularis, vt ait Couarr. in clem. si furiosus par. 2. §. 1. nu. 3. Isthęc autem vsque adeò locum habent, vt procedant etiam in casu, in quo post acceptum mandatum longum effluxerit tempus, ante ipsius euentum, vt in terminis dicit Bald. in l. 1. nu. 12. prope calcem C. de seru. fugit. & firmaui hoc eod. cap. sub nu. 82.

Si autem supradictus mandans noluerit fieri irregularis, tenetur reuocare mandatum, prohibendo illius executionem, vel expressè, vel tacitè pacem ineundo cum illo, contra quem mandatum dirigebatur, aut secum affinitatem contrahendo sciente mandatario, Innocen. in cap. ad audientiam nu. 3. de homicid. Syluest. verbo mandatum nu. 5. Armill. verbo irregularitas nu. 15. Boer. decis. 262. exordiente, & dico nu. 12. & ista est vna ex differentijs inter mandatum, & consilium: quia in mandato satis est simplex reuocatio; in consilio verò nequaquam, sed opus sit persuadere contrarium, aliaque exequi, quæ scripsi nu. 86. & ratio diuersitatis, ea communiter à Doctoribus affertur, quod omne, & quicquid alteri suademus, & narramus, respiciès personam, & interesse illius, quem alloquimur, cōsilium est; quod verò, gratia loquentis, mandatum dicitur, tametsi non verbis præceptiuis vsi simus, iuxta distinctionem Bart. in l. non solum §. si mandato, num. 16. ff. de iniur. & commendat Alex. cons. 127. visa inquisitione num. 5. vol. 4. ex hoc colligunt Doctores rationem diuersitatis, & inquiunt, sufficere simplicem reuocationem mandati, quia mandatarius non alia ex causa statuerat occidere, vel mutilare, nisi vt mandanti inseruiret, quem cum pœnituit, aut contrario mandato suam pœnitentiam illi manifestauit, certo tenetur credere ipsum libenter mandantis reuocationi obtemperaturum, ac propterea non in alio ipse tenetur, & irregularis haud fieret, si reuocatione non obstante mandatarius adhuc occidisset; nam præter spem euenisset. Consilium verò, quia est gratia eius, cui datur, non satis est illud tantummodo reuocare; eo quod illi iam persuaserat delictum committendum, illiusq; menti impresserat inimicum occidendum, aut vulnerandum, meritò simplici reuocatione illum restituisse non est facilè credendum; rationes namq; illius animo infixæ adhuc reuocato consilio subsistunt, & agitur de re tangente propriam personam eius, cui consilium præstitum fuit; ideò tenetur insuper notificare ei, contra quem consuluit, & monere, vt sibi præcaueat, quod etiam notaui num. 86. quam quidem diuersitatis rationem tradiderunt Innocent. vbi supra, Nauar. cap. 27. nu. 233. circa fin. Syluest. verbo homicidium 1. vers. tertium nu. 11. supradicta autem conclusio respectu mandantis, est meo iudicio verior cæteris relatis ab alijs Doctoribus, quas si aliquis scire desiderat, adeat Alex. de Neuo in addit. ad Abb. in cap. ad audientiam de homicid. prolixe explicantem.

Hic tamen non omittam, quod si ipse mandans nequeat mandatario suam notam facere pœnitentiam, illeq; suum primum exequatur mandatum, erit sanè irregularis, & Henriqu. docet in summ. theol. moral. lib. 14. cap. 16. §. 2. vbi in glos. lit. P, dicit hoc probabilius esse, & tutius, quamuis aliqui crediderint hunc excusari, si omni qua potuit vsus est diligentia, vt ad notitiam mandatarij sua reuocatio perueniret, per Innocent. in cap. mulieres in fin. de sentent. excomm. idq; etiam apud Deum, ex glosa in cap. cum quis de sentent. excommun. in sexto.

Ille verò, an sit irregularis, qui non mandauit cōmitti homicidium, sed commissum ratum habuit; & negatiuè respondent Armill. verb. irregularitas nu. 2. Angel. verb. homicidium 2. nu. 7. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta vers. quid si agenti nu. 51. Plaza lib. 1. delict. cap. 28. nu. 5. glosa in cap. si quis viduam vers. consilio 50. dist. Henriqu. summ. theol. moral. lib. 13. cap. 19. §. 3. in glosa lit. S, Hippolyt. sing. 148. Archidiac. in cap. omnes 17. q. 4. post nu. 2. Hostiẽs. in summa rubr. de homicid. vers. quid ergo si placet, sub nu. 5. Graff. lib. 2. decis. aurear. cap. 64. num. 15. ac cæteris omissis, tenet, defenditq; Couarr. in clem. si furiosus par. 2. §. 1. nu. 4. concludens, neminem esse irregularem ob ratihabitionem; quorum mihi non displicet sententia, sed tutiorem reputo alteram asseuerantem, ex ratihabitione quem fieri irregularem, si duo concurrant: puta si ratum habuit is cuius nomine fuit executum delictum: atque potuerit eo tempore ipsemet committere, aut saltem demandare alteri; scilicet nè tunc fuerit infans, seu furiosus, Syluest. verbo homicidium 1. q. 7. vers. quintum sub nu. 15. Nauar. cap. 27. nu. 233. & cons. 35. Pyrrhus post nu. 5. de homicid. Viuald. 3. par. sui candelab. rubr. de irregul. num. 301. Aretin. cons. 163. sicut Ioan. dicit in Apocalypsi, sub nu. 3. sequitur & communem attestatur esse opinionem Suarez in suo thesauro nu. 13. lit. R, eo namq; casu ratihabitio comparatur mandato, & retrotrahitur cap. ratum, & cap. ratihabitionem de regul. iur. in sexto l. 1. §. deieciffe, iuncta glosa vers. ratum habuero ff. de vi, & vi armata, & communi souetur sententia; cuius meminit citatus Aretin. in eodem memorato loco, Clar. q. 87. post num. 5. Bart. in l. si

vxor

vxor §.ſi quis vxorem num.3.ff.ad l.iul.de adult. & Zabarell.clem.1.nu.3.de pœn. ſuccurritq; ſimile de cenſura excommunicationis incurrenda propter clerici percuſſionem,de qua in cap.cum quis,de ſentent.excomm,aliudq; vulgatum axioma,vt quilibet debeat ſe reputare irregularem in foro conſcientiæ, & caſu dubio, vt Abb. in cap. ad audientiam nu.1.de homicid.alijq; indubie fatentur, quia de periculo animæ vbicumque agitur ſemper faciendum eſt iudicium in deteriorem partem; quæ tametſi deterior videatur in foro exteriori eſt nihilominus quo ad Deum verior,ac tutior, iuxta gloſ. magiſtr. & final. in cap. vnico de ſcrut.in ordin.faciendo.

Explicatis igitur cunctis ſpeciebus, quibus homicidia patrantur,& irregularitas propterea incurritur,conuenit ad mutilationem pertranſire; ipſam namq; quó ad incurſum irregularitatis, homicidio æquat,clem.vnic.de homicid. Nauar.cap.27. num. 219.& fuſius antea nu.207.Io.Andr.in cap.fin.verſ. mutilet,ibiq; Franch.num.1.de homicid. in ſexto, hinc regula ſuboritur illa veriſſima,nunquam contrahi irregularitatem ob crimen huius ſpeciei, niſi
94 propter homicidium,& mutilationem; adeò quod ſi alia, quæuis pœna ſanguinis imponatur, vel ſubſequatur vulnus,etiam lethale,nulla poſſit conſiderari irregularitas, per cap. in Archiepiſcopatu de raptor.Franch.in cap.fin.nu.2.de homicid.in ſexto, etiam ſi membrum fuerit debilitatum; in tantum, quod illo vti offenſus non valeat, vt eſt videre apud Nauar.citato nu.206.notab.3. ex doctrina Cardin. Panorm.Præpoſit.& Calder.in cap.1.qui cleric. vel vouent. tenet etiam Diazza in prax.crimin. canon. cap.92. Auctor praxis Epiſcopalis, verbo irregularitas §.4. par.1. Abbas in clem.ſi furioſus nu.7.de homicid. vbi tamen Butrius num. 9. ſentit contrarium, dum definiendo mutilationem inquit, quod eſt obtruncatio, vel debilitatio membri, ſed prior reſolutio eſt ſine dubio vera; quam probat etiam, & commendat Sayrus in ſuo theſauro lib.6.cap.15. à nu. 5. eamq; præter alios multos ab eodem Sayro adductos,tuetur Sotus lib.5.de iuſtit.& iure q.2.art. 1.his vtens verbis, quare non ſufficit ad irregularitatem,quis membrum debilitet; imò fortè, neque quod ipſum citra detruncationem mortificet, nam pœnæ ſunt reſtringendæ,& iura non loquuntur,niſi de mutilator; hæc ille; neque etiam erit irregularis,qui taliter membrum percuſſit,quod remanſerit aridum, aut penitus inutile, vt affirmat, & rationibus probat Franch. in cap.fin. nu.3. de homicid.in ſexto,Io.Bapt.Conradus caſu 347. in fine, & in additione, atque Henriqu.in ſumm.theol.moral. lib.14.cap.8.§.4.in fin. nam iura loquuntur de mutilante,& ſic de abſcindente membrum, & iſta benignior eſt opinio, vt admonet Aufrer. ad deciſ. Cappell. Tholoſ. 208. in fin.licet Graff.lib.2. deciſ. aurcar.cap.62.nu.3. & Angel. verb.homicidium 5. nu.5.tenuerint irregularem, qui membrum penitus debilitauit,inutileq; operationi reddidit; neque illam contraheret,qui abſcinderet quidem,non integrum membrum,ſed eius partem.
95 Ideoq; digitum præcidens, non ſit irregularis ex gloſ.in clem.vnic.in princ.de homicid. Nauar. adducto nu.206.verſ.ſecundo, Graff.indicato cap.62. nu.4.Angel.verb.homicidium 5. nu.6. Couar.in clement. ſi furioſus par.3. nu.8. & copioſè defendit Salon ſuper D.Thomam queſt.65.artic.1.controu. 5.in fin.verſ.tertia opinio,& concl.2. Sayrus in ſuo theſaur.ſor.Eccleſ.lib.6.cap.15. nu.13. & prædictus Auctor in dicta ſua praxi Epiſcopali, verbo irre-
96 gularitas §.3. Ratio eſt, quia digitus non eſt membrum,ſed membri officium, per l.hermaphroditus ff.de ſtat.homin.& comprobat Nellus de S. Geminian.in ſuo tract.bannitorum 3.par.2.temporis nu. 51. & abundè Plaza in epitom.delict. lib.1. cap. 25. nu.9.& ipſe longioribus verbis,& alijs pluribus auctoritatibus demonſtraui in cap.de corp.vitiat. verſic. ſed ſi quis digito careat; ideò ſtatutum puniens obtruncantem manum, non extendi ad præcidentem digitum,ſcripſit Maſtrill.deciſ.168.à nu.4. niſi debilitantem quoque expreſſè comprehenderet, vel ita vſus interpretatus eſſet, quia illo abſciſſo diceretur, & manus debilitata, vt ille ſubdit num. 9. Granchos verò multos, quos præfatus Auctor piſcatus eſt, tu credule lector poteris comedere, qui pondus verborum, veramq; reſolutionem rerum perquirere non curas; ſed ipſe facere non potui, quin illos ſtomachus meus dedignaretur hoc ſero, ſexto Nouembris 1599.tametſi,quia Sabbatum eſt ſolem in honorem B.Mariae abſtinere à lacticinijs,& piſcibus tantum veſci; dicit enim ille, in dicto §.3.quod abſcindere digitum, modo nõ ſit pollex,vel index,non incurritur irregularitas, & prætereundo illius corruptum modum ſcribendi,præſertim eo in loco, & ſic à quo verbo regatur infinitum illud abſcindere, & quæ poſſit illorum verborum conſtructio fieri; nempè abſcindere digitum, non incurritur irregularitas, quia duram Prouinciam ſuſciperem, ſi & referre, & corrigere vellem erra ta omnia,& ineptè,quæ cõtra latinam linguam ſcripta in ea praxi cernuntur, ideò Grammaticis hoc relinquens, ad vlteriora pertranſeo, & colligo ex eius verbis, & ſupra relatis, quod ipſe tenet irregularem eſſe,qui pollicem,aut indicem mutilauit; quod equidem falſum arbitror,ex his,quæ ſuperius concluſi; tametſi illis, aut eorum altero carens irregularis ſit; non quidem ex eo,quia membrum non habet,ſed quoniam conſecrationem Euchariſtiæ perficere non poteſt,iuxta ea,quæ copioſius notaui in d.cap. de corp. vitiat. verſ. ſed ſi quis digito careat, & illius error peior priore fuit citare pro confirmatione ſuæ opinionis, Nauar.in ſumm.cap. 27.nu.206.notab.2.& Caietan.2.2.q.95.art.1. quorum ſanè ſcripta, ſuæ reſolutioni potius refragantur,quam in aliquo ſuffragantur, Nauar. enim nec pollicem, nec indicem excipit à regula illic conſtituta ab ipſo, ſed ſimpliciter affirmat digitum non eſſe membrum, & dum antea ſcripſerat oriri hanc irregularitatem ex mutilatione membri, deindeq; ſubſequitur digitum non eſſe membrum; ſimpliciter innuit mutilantem digitum in eam non incidere; Caietan. verò nedum illius non tenet diſtinctionem, at omninò contrariam: ob quod opinor ipſum non vidiſſe Caietani verba, tùm maximè, quod illius locum corruptè citat in q. 95. art.1. vbi ne quidem minimum verbum de hoc ſcripſit, ſed in q.65. art.1. quod profectò admicterem fuiſſe errorem Typographi ni ita (& hoc ex errore Typographi) Nauar. etiam adduxiſſet, ſed miror cur voluerit illi credere in alio, & citare Caietanum aduer-

aduersus suam sententiam; nisi aliquis, & beneuolus Auctoris dictæ praxis vellet ipsum excusare, quia non aduertit propositionem illam à Nauar. positam, (nempè contra) namq; illa sublata constaret Nauar. citasse Caietan. pro confirmatione suæ conclusionis.

Insuper deceptus est eiusdem praxis auctor in eo §.circa rationem decidendi,in illis verbis,quia cæteri digiti non dicuntur membra, sed partes, per auctoritatem Abb.in cap. cum illorum num. 8. de sentent. excomm. quæ profectò ratio erronea est; vel enim digitus est membrum, & tunc quemlibet illorum,membrum esse, tenendum est, cum Caietan.vbi supra,& Soto lib.5.de iustit.& iur.q.1.art.2. vers.quare non sufficit; vel digitus non erit membrum,& neminem illorum,ita esse concludendum esset, vnde quæcumque istarum sit verior resolutio,erit illius ratio reijcienda,dum pollicem, & indicem affirmat membra esse: alios verò tres,negat, præsertim quia verba Abb. indicato nu. 8. ab ipsomet citati,probant simpliciter, & absolutè loquendo digitum non esse membrum, nec distinguunt, vt ipse fecit,& nulla quippe fulcitus ratione; quod tandem subdit de obtruncante partem digiti pollicis, aut indicis, & de illa carente per auctoritatem Nauar.cons. 1.de corp.vitiat. actente cauere debes; nam poteris studiosè lector perlegere consilium illud, in antiquis, & videre, quod huius rei non meminit, in nouis autem apertè concludit pollicem non esse membrum,sub nu.1.

97 Verum sit ne irregularis, qui manum aridam aliudué inutile membrum obtruncauit, si dubitetur,videtur negatiuè respondendum, quia manum aridam,qui habet,ita est,ac si manum non haberet per Cyn.in auth. sed nouo iure nu.3. C. de seru.fugit. quare non est dicendum manum præcidisse, qui aridam secuit; sed non desunt aliæ multæ rationes, ex quibus videtur contrarium probari: scilicet, quod manus arida, manus quidem est, & verissimum membrum, quamuis sine sanguine, & inefficax,cap.sicut vrgeri 1.q.1.& Angel.tract.malefic. vers.membrum nu.6.Nauar.in summ.cap.27. nu.207.in fin.ad instar arboris aridæ,quæ arbor dicitur in l.3. ff.arbor.furtim cæsar. nec refert, quod manus ista ministerio nequit inseruire, quia saltem corporis decori inseruit, per Bart. indicata auth. & Aufrer.ad decis.Cappell.Tholos.208. itẽ fuit quæsitum num.4. sed ipse in hac re distinguerem,quod vel quærimus an manus arida, aliudq; membrum huiusmodi,dicatur membrum esse,vbi agitur de executione sententiæ,vel statuti,aut quo ad irregularitatem incurrendam, & primo casu locum habeant scripta per Nellum de S. Gemin. in tractatu bann.2.par.2.temporis, vers. prædicta nu.51. in secundo verò casu, illum reputarem irregularem, vt præfati dicunt, & expressius Henriqu.lib.14.cap.8. in fin. & probat Perez ad Gonsaluum Villad. cap. 6.nu.7.in fin.cum notatis etiam num.8. idq; tum quia re vera ille dicitur mutilator; tum quia membrum aridum,membrum est; tum demum, quod si non mutilauit,saltem deformauit,idq; præsertim credo in foro interiori subsistere, cum in exteriori fortasse defendi posset contrarium per distinctionem Doctorum constabilitam circa irregularitatem incurrendam in casu dubio; quam refert Abbas in cap.ad audientiam nu.1.de homicid.& cæteri sequuntur.

Ex hactenus adductis,constat mutilationem parificari homicidio,quo ad irregularitatem,eorumque alterum sufficere pro illius incursu; id tamen cum nonnumquam falsum sit, quia non omne, quod attribuitur homicidio voluntario, attribuitur etiam mutilationi voluntariæ, vt inquit Roderic.in qq.regul.q.24.art.9.tom.1.ideò subiungere refert,quando id verum sit, aut quando falsum appareat; & constanter asseuero principalem cõclu-
98 sionem veram esse, locumq; sibi vẽdicare in tribus speciebus homicidij voluntarij, in quarta verò cessare; quotiescumque igitur homicidium non est peccatum,sed irregularitatem operatur,vt in Iudice,aut est peccatum, sed committitur sine voluntate directa occidendi ob excessum circa moderamen inculpatæ tutelæ,aut alias illicitè,vel est peccatum,& fit per insidias voluntate directè occidendi, in his quippe tribus speciebus homicidij, & á Nauar. relatis cons.38. N. cum multis de tempor. ordin. in antiq. siue 40.de homicid. in nouis, subsistit conclusio relata superius, & consequenter occidẽs, vel mutilans,vno ex modis prædictis,aut in causa est homicidij siuè mutilationis,semper contrahitur irregularitas; in quarta autem specie,& illic ab eodem Nauar.relata,nequaquam incurritur,cum scilicet est commissum homicidium, aut facta mutilatio à non habente velle, vt à furioso, infante, vel dormiente,de quibus in clem.si furiosus; illis enim nihil,quod agunt imputatur,vt D.Bernard. asseuerat in lib. de liber. arbit. & Theologi omnes in lib. 2.sentent. dist. 25. ex quibus remanet improbata doctrina Hostiens.in cap.1.nu.5.de delict.puer.simpliciter dicentis, irregularem fieri infantem ex homicidio,aut mutilatione: verum de his seiunctim scribere censui,vt omnia,nè dùm copiosè,at distinctè pertractem, iuxta morem, & ab infante exordior.

99 Infantem enim nullam incurrere irregularitatem si occidat,est in primis supponendum,iuxta citatam clem. si furiosus, quia nullum habet intellectum,nec multum à furioso distat §. pupillus instit. de inutil. stipul. nec culpam in ipso homicidio habere potest, quæ requiritur ad incurrendam irregularitatem propter homicidium priuatum, ex Didaco à Couar.in 3.par.dictæ clem.nu.5.

100 Et dicitur infans,omnis,qui finem septennij non attinxit, glos.in eadem clem. vers.infans, siquidem infantia terminatur post septimum annum l. si infanti C.de iure delib.glos.in cap.de ijs,vers.infantia 28.dist.in l.seruus vers. infanti ff. de bonor. possess. in §. pupillus vers. infans, instit. de inutil.stipul. in l. etiam infantem ff.de adopt.in l.1.§.initium vers.cõpleuit ff.de postul.in l.quod infans ff. de re iudic. in cap.in singulis,vers.ab infantia 77.distinct.in cap.1. vers.infantulum 31.q.2. in cap.si ex tempore de rescript.in sexto, Bart.Bald. Ias. & alij in adducta l.si infanti; quorum tamen sententia respectu fori exterioris subsistere,ait Nauar.in summ.cap.27.num. 230. quò verò ad interius, videtur iudicandus maior septẽnio,si nactus sit iudicium sufficiens ad peccandum, alioquin reputetur minor septennio, ex eiusdem Nauar. in eo loco resolutione, de qua vehementer dubito, quatenus attinet ad secundam

partem

partem illius, nempè vt dicatur maior ſeptennio,
cum eſt doli capax, & ſic etiam, ſi talem ætatem
ſeptennalem, re ipſa non compleuerit, tùm quia
Imola ab ipſo citatus id non aſſerit, ſed priorem
tantum probat concluſionis partem, ab eodem Na-
uar. reſcriptam, tùm etiam ob auctoritatem Soc-
cin. in cap. ad audientiam nu. 13. verſ. vnde arbitror,
de homicid. expreſſis verbis dicentis, vſque ad ſep-
timum annum nullo modo poſſe incidere infan-
tem in irregularitatem, etiam ſi illum doli capacem
eſſe pateret, vtique verò poſt ſeptimum, niſi pro-
baretur ſtatim cæpiſſe aliquid ſapere, quod ſi con-
trarium verificaretur, tunc etiam ſi ſeptimum, &
ſuperiores annos excesſiſſet, non incurrat in illam:
idq; præterea firmauit Couar. in d. clem. ſi furioſus
par. 3. nu. 5. in final. verb. inquiens, ſatis tamen eſt ad
irregularitatem incurrendam, quod maior infante
hominem occiderit, modo ſit doli capax, & dixit
etiam Henriq. in ſumm. theol. moral. lib. 14. cap. 15.
§. 7. in gloſ. lit. D,
101 Furioſum inſuper incapacem irregularitatis, do-
cet ead. clem. ſi furioſus, nec mirandum cum à fu-
rioſo geſtum, ita habeatur, ac ſi caſu aliquo, ſine fa-
cto perſonæ, accidiſſet l. fin. ff. de adminiſtr. tutor.
quare, æquæ æſtimandum eſt damnum, quod fu-
rioſus dedit, ac ſi quadrupes fecerit, aut tegula ce-
ciderit l. ſed & ſi quamcumque iniuriam §. 1. ff. ad l.
aquil. non enim intelligit, quod agit §. furioſus, in-
ſtit. de inutil. ſtipul. & nulla eſt ipſius voluntas l. fu-
rioſi ff. de regul. iur. §. præterea, inſtit. quib. non eſt
permiſſ. fac. teſtam. propterea mortuo comparatur
à iure, per Iaſ. in l. furioſum nu. 8. C. qui teſtam. fac.
poſſ. ſed mortui, nec poſſunt, nec debent puniri in
corpore, ex ſententia eiuſdem Iaſ. in adducto loco,
& Gramm. conſ. crimin. 16. in cauſa nu. 18. per l. ex
iudiciorum ff. de public. iudic. & l. 1. & 2. C. ſi reus,
vel accuſat. mortuus fuerit; propterea neque furio-
102 ſus, dato quod occidat, maximè quia delictum,
qui non committit ex animo pœnam non meretur
l. 1. C. ſi aduerſ. delict. & l. 1. C. ſi quis Imperat. ma-
ledixerit, ſuccurritq; exēplum, quod apud Aelium
Spartianum legitur de ſeruo Adriani Imperatoris;
Is enim cum per viridaria apud terraconam ſpa-
tiaretur, & ſeruus furioſus in eum denudato gladio
irrueret, in nullo penitus commotus eſt, ſed eum
miniſtris accurrentibus tradidit, ipſumq; Medicis
conſignandum præcepit ſi furioſum eſſe conſtaret:
exinde legimus, quamplures prudentiſſimos viros
103 ſe furioſos eſſe ſimulaſſe, vt eorum intentionem
explanarent, ſine aliqua pœna, prout de altero So-
lone Athenienſium legum conditore, referunt Plu-
tarch. & Diogen. Laertius in illius vita, qui cum de
Salamine ipſius Patria inter Athenienſes, & Maga-
renſes, vſque ad internicionem eſſet armis dimica-
tum, & cognoſceret tutè legem ferre non poſſe de
vindicanda inſula, quia hoc capitale eſſe iam cæpe-
rat apud Athenienſes, qui multas clades pro illius
defenſione ſuſceperant, ne vel tacendo parum Rei-
publicæ conſuleret, vel conſulendo ſibi noceret; il-
licò ſibi dementiam ſimulauit, cuius prætextu, non
modo dicere, ſed exequi prohibita ſtatuerat; dein-
deq; effecit, cum deformi habitu more vecordium
in publicum euolauit, ibiq; manum popularium
conuocauit, atque vt magis conſilium diſſimula-
ret, inſolitis ſibi verſibus per præconem ſuadere
populo cæpit, vt aduerſus Magarenſes bellum ex
templo decernerent, & deuictis hoſtibus denuò fie-
ret Inſula Athenienſium. Conſimili facto vſus eſt
Iunius Brutus, cuius teſtis eſt Liuius 1. decade lib. 1.
ſubdens, hinc illum cognominatum Brutum; hu-
ius tamen dementiæ ſimulatores, debent eſſe cauti,
quia ſi eorum detegeretur ſimulatio præter alias,
quas pati poſſent pœnas à popularibus inferendas;
leges etiam extant in illos promulgatæ, nempè l.
Diuus ff. de offic. Præſid. ac præſertim expelli eos
debere à Ciuitate, & deputari alicui operi publico,
teſtatur Franc. Marc. q. Delphin. 435. ſub nu. 2. par.
2. Ad furioſos nunc retrogrediens memoro non
tantum in foro exteriori eos cenſeri à pœna immu-
nes, at quoque in interiori, quia peccatum non
cōmittunt, vt conſtanti aſſertione affirmant Theo-
logi, potiſſimum, Alexand. de Ales in 2. par. ſumm.
q. 172. membr. 1. & 3. & comprobatur ſcriptis per
Armill. in verb. furioſus; ſed qui tempore ſanitatis
deliquit, ſit ne poſtea caſtigandus, ſi ſuperuenit fu-
ror, vel potius ſuperſedendum; prolixa eſt quæſtio,
pro cuius vera reſolutione poteris percurrere, no-
tata per Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſina 77. fuit dubi-
tatum, par. 2.
104 Sed qui ſua graui culpa incidit in furorem, ſit nè
irregularis, dum furore arreptus alium occiderit, &
Lapus in eadem clem. ſi furioſus, reſpondet affir-
matiuè, quia non ſunt à pœna excuſandi per cap. ſi
Euangelica 55. diſt. & alias ob rationes ab eodem
adductas; conueniunt Alexand. de Ales in 3. par.
ſumm. q. 41. memb. 4. art. 2. Bonauent. in 2. ſentent.
diſt. 22. q. 3. art. Gratian. in canone ſi quis inſaniens
§. ſed hoc 15. q. 1. & Blanch. pract. crim. §. imbecil-
litate caſus, nu. 8. negatiuè autem Cardin. Zabarell.
in ead. clem. ſi furioſus q. 6. in fin. nu. 8. ibiq; Couar.
par. 3. in princ. poſt nu. 4. Soccin. in cap. ad audien-
tiam verſ. tertio quæro, ſub nu. 10. de homicid. Na-
uar. in ſumm. cap. 27. verſ. tum quia, ſub num. 230.
Henriq. in ſumm. theolog. moral. lib. 14. cap. 15. §. 7.
gloſ. fin. in cap. aliquos, & cap. ſi quis inſaniens, verſ.
propria 15. q. 1. Alphonſ. à Caſtro lib. 2. de lege pe-
nali cap. 14. & vera quidem iſtorum mihi videtur
reſolutio ex his, quæ delibabo inferius num. 113.
Tùm etiam, quia ſatis ſuo furore punitur, quem
fati infelicitas excuſat l. Diuus ff. de offic. Præſid.
conciliationem veró, quam dedit Soccin. loco nu-
per relato, & verſ. tertio quæro, non audeo appro-
bare, quādoquidem, dicere non poſſumus culpam
præceſſiſſe, niſi fateamur ipſum cognouiſſe ſe fieri
furioſum aliquid comedendo, & nihilominus con-
ſtat, neque ille improbat, quod ſi culpa præcedat
furori, non eſt irregularis poſtmodum occidendo,
& confirmo ex ratione poſita inferius, ſub dicto
nu. 113. aduerto tamen, eundem Soccin. in hac re
105 adnotaſſe ex Platone, duas conſiderari ſpecies fu-
roris. Alteram ex diuina mentis alienatione proce-
dentem; alteram ex humanis morbis, illam in
quatuor ſubdiſtingui ſpeciebus monet, earumque
priorem eſſe vaticinium, alteram miſterium, ter-
tiam poeſim, nouiſſimam verò amorem; quibus
totidem Deos præeſſe á veteribus exiſtimatum;
dùm vaticinium Apollini; myſterium Dioniſio,
Poeſim muſis, & amorem veneri tribuerunt: de
quibus quatuor ſpeciebus plura ſcripſere noſtri
Doctores vtriuſque paginæ, ipſeq; poſſem nonnul-
la

la delectabilia subiungere ni præterire studuerim, quia vtilitati non suffragantur, & spiritui maximè obstant: quare illud tanquam pernecessarium non omitto, quod nulla istarum excusat ab irregularitate, vt idem Soccin. eo in loco conclusit.

Illa verò, quæ ex humanis prouenit morbis, pessima est, & detestanda, quin & ab irregularitate eximit; hanc quippe speciem Phylosophi diuidũt in phrenitidem, letargum, & maniam, de quibus affatim Capouacca in sua methodo cognoscend. & curand. morb. lib. 1. cap. 8. & 9. atque 11. tu videto;
106 nam ipse distinguo in furiosum, mentecaptum, habentem dilucida interualla, amentem, demẽtem, stultum; insanum, freneticum, & melanconicum; de primis tribus speciebus tractaui supra in cap. de corp. vitiatis, vers. hæc quæ de epilenticis: itaq; hoc in loco scribam de cæteris; & cõcludo, omnes istas species in iure æquiparari, scilicet in eo, quod æque vnus eorum, ac alter lumine, & sensu bono careat, quamuis vnus plus altero laboret eo animi morbo, vt est videre apud Boer. decis. 23. & quo ad primam nu. 42. & Menoch. consil. 82. iussistis nu. 191. vol. 1. & aliqua Gramm. cons. crim. 16. nu. 13. quamobrem ad prędictos omnes extendo, quæ in furioso scripsi, vt sicuti ille, ita & isti delinquendo non contrahant irregularitatem; nam si continuò furore, aut dementia laborent, aut si interuallis, quibusdam cesset furor, nihilominus si eo momento scelus admiserint, quo aliquo prædictorum laborent, haud sint irregulares, & moueor doctrina eiusdem Soccin. eodem cap. vers. secundo quæro, post nu. 10. & glos. 2. dictæ clem. si furiosus, vbi notat insuper Imol. nu. 2. & alij mox citandi; probatq; expressus textus in l. Diuus ff. de offic. Præsid. cuius non meminit præfatus Soccin. eo autem momento quo sanus est, si aliquid agat ipsorum alter, boni vel mali, vtique sibi ascribitur, tum à proxime adductis Auctoribus, tum à Theologis in 4. sentent. distinct. 34. q. vnic. & præsertim Riccard. art. 4. q. 1. Bonauent. art. 3. q. 1. Soto art. 4. concl. 1. & è nostris, á glos. vnic. in cap. neque furiosus 32. q. 7. cap. dilectus vers. furore, de sponsal. & inibi Io. Andr. nu. 5. Henrich, Boich. nu. 1. Alex. de Neuo nu. 16. & Præpos. nu. 1.

107 Verum quo tempore censeatur actus ab ipso factus, scilicet furoris, vel sanitatis, dubium non exiguum versatur, cum certum sit vnumquemlibet præsumi sanæ mentis ex l. 2. C. qui testam. fac. poss. & l. nec codicillos C. de codicill. eaq; suppetit ratio, quod natura ipsa, homines generat sanæ mentis, quodq; illi vehementer aduersatur, qui aliquem insanum esse contendat; cui propterea incumbere onus probandi furorem, inquit Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 45. num. 20. & antea Couar. in rubr. de sponsal. par. 2. cap. 2. post nu. 5 alijq; multi, quibus opitulatur generica illa conclusio, vt iuris præsumptio, pro veritate habeatur, quousque fuerit ab aduersa parte verificatum contrarium, iuxta l. generaliter §. si petitum in fin. ff. de fideicom. liber. & l. vltim. in princ. ff. de eo, quod met. caus. & omninò defendunt Oldrad. cons. 261. in vnione Calder. cons. 5. de probat. Guid. Pap. in tract. de præsumpt. nu. 61. Dec. cons. 540. quæritur nu. 11. Brun. cons. 109. nu. 1. Restaur. in suo tract. de Imperat. q. 51. nu. 21. ac nouissime cæteris cumulatius, Menoch. in tract. de præsumptionib. lib. 1. præsumpt. 33. num. 2. Ideò prior sit regula, tempore sanæ mentis censeri gestum esse actum.

Quod si furiosum fuisse appareat, tunc præsumatur tempore furoris vnumquemque actum executum esse, ex regula credente furorem perdurare, quousque probatum fuerit cessasse, vt inquiũt Scribentes indicata clement. si furiosus de homicid. maxime Anchar. num. 6. & Imol. post num. 3. idem Anchar. cons. 5. pro parte nobilis nu. 5. Alex. cons. 147. viso themate nu. 7. & 12. vol. 7. & Menoch. adducta præsumpt. 45. nu. 59. copioseq; Mascard. in tract. de probat. concl. 825. furiosum vol. 2. prætérquam in casibus quibusdam enarratis per Couar, citato cap. 2. nu. 6. quin etiam si habuisse dilucida interualla constiterit, & tempore sanæ mentis censeri expleuisse actum crediderit, Zabarell. cons. 56. in elucidatione, post nu. 9. & fortasse Magon. decis. Florent. 97. D. Maria nu. 20. & alij multi, tamen verior est contraria sententia, vt præsumatur tempore insanæ mentis gestus: eamq; tuetur Anchar. citato cons. 5. nu. 5. & alij complures, quos adducit, & sequitur Menoch. cons. 82. iussistis nu. 220. vol. 1. & citata præsumpt. 45. num. 63. Molina de primogen. hispan. cap. 9. nu. 30. ac Thom. Sanchez in tract. de matrim. lib. 1. disput. 8. post nu. 17. præfatusq; Magon. ead. decis. nu. 11. & sequitur, ni fallor, Mascard. de probat. concl. 824. furiosum num. 18. vol. 2. dum vltimo loco hanc refert resolutionem, vel saltem præsumptio furoris, vel interualli colligatur ex qualitate actus, si is sit conueniens hominis sanæ, vel insanæ mentis, vt ait Misinger. obseru. 41. lib. 2, Ioseph. Ludou. decis. Perusin. 1. nu. 13. & Bart. in tract. testimoniorum nu. 95. furorem igitur, & dementiam, probare quoties superest, vno ex quindecim signis, & coniecturis facilè verificabitur, recensitis per Menoch. indicata præsumpt. 45. à num. 24. Mascard. concl. 826. furor vol. 2. Mantica de cõiectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. nu. 10, Magon. citata decis. 97. Raudens. tract. de analog. cap. 30. nu. 143. Franc. Marc. decis. 435. quæritur an possit par. 2. vbi inquirit, si possit probari dissimulatio furoris, & quomodo; cum verò depositiones testium contradicunt, præualent, quæ sanam mentem insinuant, per Boer. d. decis. 23. nu. 72. ita quod magis credatur duobus testibus affirmantibus de sana mente quam mille negantibus, subiungit nu. 97. quomodo verò concordentur testes in hac re contrarij, dicit nu. 83.

108 Ebrius etiam, quia iudicio caret, irregularitatem non incurrit, si alium tunc occidat, non solum vbi culpa alterius factus est ebrius, ex Soccin. in cap. ad audientiam nu. 15. de homicid. verum etiam, vbi ipsemet fuerit in causa ebrietatis, dummodo intentionem non habuerit ante ebrietatem, nec sciuerit se talia, exequi solere post ebrietatem, Nauar. cap. 27. nu. 230. quod verum tam ex rationibus ab ipso adductis, quam ex alia, quod non procul à furioso est, at illi potius æquiparatur, vt ait Mascard. concl. 579. lit. E, nu. 3. & Tuschus concl. 1. lit. etiam E, nu. 1. vol. 3. Nam vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor, cap. venter 35. dist. propterea, qui nimis vino indulgent, iacent sepulti, ob quod si delinquant, apud sapientes Iudices venia donantur cap. sanè 15. q. 1. non enim ebrietas est periculosa, neque propinqua, sed remota causa, Bonauent. in 2. lib. sentẽt. dist. 22.

diſt.22.art.1.q.3. & late Caietan.ad D.Thomam 2. 2.q.150. art.2. Couarru.in adducta clement. par.3. verſ.tandem,ſub nu.4. ſed ſi operam dediſſet ebrietati,hac ſola intentione,vt occideret,aut noſcens vini potentiam,expertus ſit conſueuiſſe operari in eo ebrietatem; eaq; exiſtente ſolere committere homicidia,aliauè cõſimilia facinora,quia, ſi tunc rur-
109 ſus inebriatus interficiat, non ſolum irregularitatem contrahit,ex Soccin. in eodem cap. ad audientiam nu.15. Couarr.in millies citata clem. ſi furioſus par.3. nu.3. circa fin. Nauar. in ſumma cap.27. nu.230. Henriqu.in ſumm.theol.moral.lib.14.cap. 15.§.7. ac nouiſſime poſt alios Io.Guttier. canonic. quæſt.lib.2.cap.4.nu.104. cum ſeq. at præterea aliquam patrati delicti pœnam meretur pati, cum non à tota illius criminis pœna ſit immunis,ex ſententia Salyc.in l.1.in fin. C. de ſicarijs, & concludit Albertin.in tract.de aſſertion.cathol.q.36.num.15. in fine,& Angel.in tract.malefic.verbo ſcienter nu. 17. hinc ſecundum Auguſtinum ſuper Geneſion, dixit Eymericus in ſuo director. inquiſit. par.2. q. 41.num.9. Noe poſt diluuium inebriatum,excuſatum à peccato,tum à tanto,tum à toto,quia vinum non nouerat, nec dum eius virtutem ſciebat; quare non ei expediebat cauere, ſed Loth inebriatum à prima filia,& cum eadem fornicatum,purgatum à tanto,ſed non à toto, quia vinum nouerat, eiuſq; vigorem vtique non ignorabat; ob quod præcauere debebat; & conſequenter non excuſatur ab ebrietate, ſed quia conſequentiam ebrietatis ad luxuriam, expertus nondum fuerat, ab inceſtus pœna aliqualiter eximitur,non omninò; cum verò ſecundo inebriatus eſt, à ſecunda filia, & cum illa concubuit, neque à toto, neque à tanto excuſatur; verum, vt ebrioſus, atque inceſtuoſus iudicatus. His ego adiungo, quod ab ebrio verba hæreticalia proferente nonnulli crediderunt,pœnam tanquam ab hæretico ſumendam,poſtquam ſanus factus eſt; at Pegna in ſuis commentar. ad director. Eymer. par.3.comment.17.§.de eo veró,exiſtimauit, benignius, & verius eſſe, vt ebrietas excuſet ab hæreſi, nec puniendus ſit, qui dum verè ebrius eſt, hæreticatur. Zanchin. autem in tractatu de hæret. cap. 7. num.10. prudenter addit, ebrios ob præcedentem culpam corrigendos eſſe ceſſante ebrietate; quare notanda ſunt illius verba, quæ ſe habent,corrigendos eſſe, non autem dicit puniendos eſſe,quaſi verbaliter ſint corrigendi, aut ſi re ipſa, cum quadam leui punitione. Alia autem multa de ebrijs,& obliuioni non tradenda ſcripſi in rubrica de vita,& honeſtate clericorum, à num. 4. ac multis alijs in locis huius diuerſorij. Homines autem (nunc addo) citò, facilè, ac ſæpè ebrios fieri ſolitos, & propterea ebrioſos dictos, non eſſe ad officia admittenda,probat Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr.1.§.6.verb.meſſieurs,& ſergens nu.57.quod ſi hac noſtra tempeſtate vigeret, ò quam pauciores togati incederent,ex his,qui per vniuerſam Italiam tali dignitate decoratos cernimus,& quorum tranſit memoria cum ſonitu.

110 Dormiens quoque, ſi mutilet, aut occidat, irregularis non fit, per eandem clementinam ſi furioſus, de homicid. nam Amenti æquiparatur in cap. maiores §. ſed adhuc quæritur, cum ſequ. de baptiſm. & l.1. §. adipiſcantur ff. de acquirend. poſſeſſ. eſtque mortuo ſimilis,iuxta Virgil.illud carmen lib.6. Æneid.

Dulcis, & alta quies, placidaq; ſimillima morti.

Et alibi.

Mors homini facilis,dulciq; ſimillima ſomno.

Confirmatq; Cicero in Catone his verbis: Iam verò videtis nihil morti eſſe tam ſimile,quam ſomnum; quod præterea oſtendit Ouid. libr. 2. Amor. elegia 9. inquiens.

Stultè quid eſt ſõnus,gelidæ niſi mortis imago
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

Et Siluius Italicus in libr. 15. etiam præportat, dum ait:

Nox ſimiles morti dederat placidiſſima ſõnos.

Ac cæteris omiſſis, tandem recenſeo, inſigne illud Ariſtotelis dictum,in cap.1.de generat.animal. lib.5. Cum ſomnum (inquit) talem rem ſua natura videri,vt viuendi, & non viuendi interliminium ſit,& neque omninò ſit,qui dormit,neque non ſit;
111 adſtipulaturq; deſcriptio ſomni, eiuſq; ſubſtantia,& eſſentia; etenim dicitur ſomnus, quando exteriores ſenſus,cum vi etiam intellectiua ſopiuntur, & quieſcunt, vt ſcribit Frater Bartholom.Sibilla in ſuo ſpecul. peregrin.qq. decad. 1. q.2. quæſtionis tertiæ cap.8.ex his,& alijs ſimilibus adductũ Platonem,credo in lib.de legib.ad illam ſtatuendam ſententiã deflexiſſe,nemo dum dormit, alicuius prætij eſt; conuenit text.in cap.teſtamentũ,verſ.qua in re, vbi gloſa verſ. rea diſt. 6. dùm non cum peccare aiunt ſomno grauatum; ideoq; mereri, aut demereri non poſſe ſcribit Theologorum ſchola: quandoquidem non eſt culpæ adſcribendum, quod hominibus dormientibus contingit; idq; adeò, quod optans occidere Petrum, ſi iratus iuerit dormitum, & cum hac forti imaginatione,ſed præter ſomni interruptionem, illum occiderit, non fiat irregularis, dicunt Couar.indicata par.3.poſt nu.6. Henriqu.in ſumm.theol.moral.lib.14.cap.15.§.7.Soccin.in cap. ad audientiam num.14. verſ. duodecimo quæro de homicid.Alphonſ.à Caſtr.lib.2.de poteſt.leg.pęnal. cap.14.verſ.prima principalis concluſio, & hoc verius eſſe aiunt communiter Doctores, teſte Gõſaluo à Villadiego tract.de irregul.cap.de percuſſione col.13.Plaza in epitom.delict.cap.31.ſub nu.6.& Io. Guttier.canon.qq.lib.2.cap.4.ſub nu.96.contra Paludan.in 4.ſentent.diſt.32.art.3.q.1. Si tamen ſciret
112 ipſum dormientem ſolere ſimilia patrare, nec vllam adhibuerit diligentiam, eſſet irregularis, quin ſi non ita conſtituerit occidere,ſit irregularis ſi conſueuerit homicidia, aut alia itidem facinora perpetrare,nec curauit periculum præcauere,ſaltem hoc ſuum vitium alijs indicando, prout Syluest. docet in verb.homicidium 3. verſ.quartum, ſub nu. 6. & alij nuperrime citati, atque Bart. ita diſtinguens in l. pen. ff. ad l. Pompeiam de parricid. Angel. tract. malefic.verſ.ſcienter nu.17. Iodocus in ſuo Enchirid. verb.dormiens, & verb.furioſus el 3. dixeratq; antea Gulielm.in l.Diuus ff. de offic.Præſid.

Sed cum de ſomnis verba faciam, certè videbor ſomniari,niſi apertè oſtendam, quomodo contingere poſſit, vt dormiens citra ſomni interruptionem,valeat talia exequi,& quidem pergrandem ſuſciperem Prouinciam, niſi multa de hac re exta-

rent exempla, relata per Soccin. in eodem cap. ad audientiam num. 14. Zabarell. in adducta clement. si furiosus, & ego cognouerim quemdam virum Capuanum Romæ degentem, & mei Amplissimi Cardinalis sanctæ Seuerinæ aulicum, qui viginti ab hinc annis, noctu dormiens, continuò ac sæpe è cubili surgere solebat, & apprehendere ensem, ac per horam, vel circa digladiari per cubiculum, à qua deinde conualuit infirmitate; nec quidem miranda res est, quod legamus viros, tàm graui somno oppressos, tantoq; sopore complexos, vt sopito corpore, hæc peragerent; etenim his longe maiora somnum effecisse, apud Scriptores reperimus: Puerum namq; æstu, & itinere fessum, in specu, septem & quinquaginta dormisse annis, ipsumq; velut postero, & sequenti die experrectum rerum faciem, mutationemq; mirantem, refert Plinius lib. 7. natur. histor. cap. 52. Rursusq; ephesi septem iuuenes tempore Decij Imperatoris ducentis annis dormiuisse, referunt Sur. tom. 4. die 27. Iulij, Niceph. lib. 14. cap. 45. & simile de alijs septem dormientibus in Germania scribit Paul. Diacon. de gestis Longobard. lib. 1. cap. 3. & Barens. in Martirolog. eodem die 27. Iulij.

113 Quæ autem sit ratio differentiæ, quod dormiens, & ebrius interficiendo incurrant irregularitatem, si culpa præcedente alter factus est ebrius, alterque iuit dormitum, cum tali intentione occidendi, concurrerintque cætera supra relata, in furioso verò non ita, quamuis fuerit causa furoris, & consultò in illum incidit occidendi causa, vt conclusi supra, vers. sed qui, & ea quidem mea sententia potest dari tertio, quod malè potest exemplificari, quomodo aliquis in causa esse valeat, & in culpa proprij furoris, idque rarò, aut numquam euenire posse credendum sit, ex verbis Zabarellæ in eadem clementina si furiosus num. 8. Quod tamen in alijs memoratis (præsertim ebrio) contingere, & posse, & quam sæpissimè consueuisse fatentur omnes; non enim considerandum est, neque suspicandum, vt quis patrandi gratia homicidium velit furorem appetere, & illius præmeditare causam esse, cum nesciat si illo patrato consequatur salutem, eo quod longeua, ac diuturna soleat esse isthæc infirmitas, nullaque secura est desipientia, tametsi altera reperiatur altera minùs periculosa, teste Galeno ad Aphorism. Hyppocrat. 53. lib. 6. Semper enim adest vehementia ratione essentiæ, & dignitatis ipsius, vt adiungit Hieronym. Capiuacc. lib. 1. Medic. practic. cap. 11. §. malum hoc. Ebrietatis autem, quem esse posse in causa, immò & velle inebriari, neque incredibile, neque impossibile iudicatur, at potius quotidie euenire comperimus, maxime, vt breui tempore, quo illa est duratura eius animi impetum, tutè absoluat, impunisque pertranseat; hinc aduerti textum in l. Diuus, ff. de officio Præsid. loquentem de furioso, & dicentem, satis esse, si suo furore punitur; quod de ebrio, & alijs affirmare lex aliqua non est ausa; innuens fortasse, quod si ille consultò forsan incideret in furorem, satis quidem suo furore puniretur, quod secus in ebrio, cito cum euanescat ebrietas, potissimumque somno, teste Plauto in adu. dicente; homo ebriacus somno sanari solet; alij tamen legunt ebriatus, sed his, qui immoderatè appetunt vinum, quibus remedijs succurri possit, scripserunt Medici, quorum beneficio homo primum à copioso vino abstineat, deinde medicamentis, quorum beneficio homo, citra ebrietatem bibat, vt est videre apud Capiuacc. lib. 3. Medic. pract. cap. 8. vers. cæterum si eueniat, inibi remedia subnectens.

Vniuersa autem hactenus scripta in perefossa materia homicidiali, pertingunt irregularitatem

114 ex homicidio per commissionem patrato: supererest posthac, aliqua delibare circa irregularitatem dependentem ex homicidio secuto per omissionem, qua in re censui repetēdum, & ad memoriam reuocandum, quod luculentius explicaui supra, vers. huius sanè num. 71. vt homicidio consentiens, auxiliumq; præbens, fit irregularis; & cum fauere intelligatur, quicumque valet delicto obuiare, & non obuiat ex cap. quantæ, de sentent. excommun. vnicuique enim mandatur in Psalm. 81. Vt eripiat pauperem, & egenum, & de manu peccatoris liberet, ac Prouerb. 24. Vt exuat eos, qui ducuntur ad mortem, & qui ducuntur ad interitum liberare, nè cesset, quinimmo ad Roman. 1. in vltimis verbis, dicitur non solum eos morte dignos esse, qui mala faciunt, sed qui facientibus consentiunt; vbi glosa notabiliter explicat illud verbum, consentire, & ait hoc est tacere, cum possit arguere, ex his propterea erit hic quoque irregularis, si subsequatur homicidium; quod insuper alio modo deduci potest ex eodem cap. quantæ, non tantum percutientem clericum, pronunciante excommunicatum, at etiam illum, qui talem valuit prohibere percussionem, & non prohibuit, eritq; propterea irregularis ex paritate rationis, quæ est, quod ille, qui potuit hominem à morte liberare, & non fecit occidit per cap. sicut dignum §. illi etiam de homic. quia non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare cap. error 83. dist. sed quoniā glos. 2. in fin. super eod. cap. quāto, interpretatur eum text. procedere tantum in habente potestatem, & iurisdictionem super verberantem, vt hic, si non impe-

115 diat manuum iniectionem in clericum, ligetur excommunicatione, in eo cap. comminata, eiusque sententiæ consentiunt Doctores omnes, ac præ cæteris Abb. illic nu. 6. Henrich. Boich num. etiam 6. Hostiens. nu. 3. communiq; omnium sententia decisum esse, addit Couarr. in ipsa clem. si furiosus par. 2. §. 2. nu. 7. prope fin. & si alius poterit in eiusd. text. dispositione comprehendi, is tātum erit, qui dolosè noluit impedire percussionem clerici, vt inquit Innoc. in final ib. verb. eiusd. cap. quantæ, ibidemq; sequitur Abb. nu. 7. Henrich. Boich nu. 6. Hostiens. in vltimis verbis, Felyn. post nu. 3. Couar. eodem loco, mox citato, & Auffrer. in clem. 1. regul. 3. declarat. 7. de offic. ordin. Istis itaq; in casibus in quibus non prohibens percussionem clerici incurrit excommunicationem, contrahit ex paritate rationis iam probatæ irregularitatem, si mutilationem, aut homicidium non impediat, quare irregularis fiat, qui ex officio tenetur obuiare iniustæ percussioni innocētis, si non obuiat, dicit Henriq. in summ. theol. moral. lib. 14. cap. 12. §. 7. Nicol. Plouius tract. de irregularit. regul. 20. Syluest. verbo homicidium 3. vers. quintum, post num. 7. & Couarr. vbi supra, reiecta contraria sententia Zabarell. in dicta clement. nu. 34. & Armill. verbo irregularitas num. 2.

conclu-

concludentium hunc dumtaxat peccare, non autem fieri irregularem: erit præterea irregularis quilibet alius, qui cum potuit, & dolosè non impediuit, idq; suadetur, tum ex prædictis, tum ex Angelo in sua summa expressè decidente, verbo homicidium nu. 17. & cæteri iam relati, atque Innocent. & Hostiens. in cap. significasti de homicid. quibus adstipulatur text. in cap. non inferenda 23. q. 3. qui generatim loquitur, ideoq; satis est dolosè cessasse ne delictum vetaret, & qui huius dicti crederet verius esse contrarium, defenderetq; illum alienum ab irregularitate, qui citra superioritatem non impediret, quamuis dolosè homicidium; fortasse non erraret ob auctoritatem Diui Antonini 3. part. summæ titul. 28. cap. 2. & Nauarr. in summa capit. 27. numer. 231. in fine, atque cons. 19. N. dixit numer. 2. de homicid. in antiquis, & 23. in nouis, quamuis ipse crediderim priorem opinionem securiorem ex rationibus antea dictis, ac præsertim ex verbis citati cap. quantæ, cui non videtur sufficere responsio Nauar. quod verba faciat de excommunicatione incurrenda ob percussionem clerici, non autem de irregularitate, siquidem eius intellectus reijcitur à citatis Auctoribus, existimantibus irregularitatem ex hoc capite contrahi illis in casibus, in quibus excõmunicatio incurritur, quin & verbis eiusmet Nauar. in eodem cap. 27. nu. 233. dùm probare nititur sententiam illam, quod irre-
116 gularitas incurratur per ratum habentem homicidium suo nomine commissum, quam multis cõfirmat auctoritatibus, & potissimum glosæ in cap. omnes el 1. 17. q. 4. quę tamen de ratũ habente percussionẽ clerici suo nomine factam loquitur, eumq; excommunicatione deuinciri asseuerat, quamque Nauar. extendit ad irregularitatem in loco prædicto; similiter idem Nauar. cons. 35. Pyrrhus post nu. 5. de homicid. volens defendere præfatam conclusionem de irregularitate ob ratihabitionẽ, adducit text. in cap. cum quis, de sentent. excom. in sexto, qui tamen de excommunicatione loquitur, idcircò ampliari eodẽ modo licebit text. in cap. quantæ, ad irregularitatem, quamuis illius verba sint de excõmunicatione incurrenda ob clerici percussionem; tanto magis, quod de iure canonico, quiuis eum potest, necessitatur impedire patrandum facinus, nec solum in foro interiori, & conscientiæ, sed exteriori, & contentioso, si vera est opinio Abb. in cap. quia quæsitum, & ibidem Dec. nu. 38. de offic. deleg. atque in regula culpa caret, post nu. 10. de regul. iur.

117 Quæ tamen sint personæ habentes potestatem in alium, quem propterea valeant impedire ne delictum committat, ita quod si non prohibeant, teneantur; aut quæ sint, quæ ex eorum officio, ad id iure compelluntur, & Priores sunt, Iudices, Domini, Tutores, Curatores, Parentes, mariti, & è contra, vt ait Nauar. cap. 17. nu. 21. Posteriores verò sunt testes producti, Aduocatus, Procurator, & Custos viarum, Plaza lib. 1. delict. cap. 14. nu. 7. hi quippe omnes pœna homicidij puniuntur de iure, si delictum committendum à prædictis, aut contra prædictos vetent, vt satis clare ex Doctoribus relatis carpitur; quare in muliere sciente futurum homicidium in personam viri, & illi non reuelante id ipsum, scripsit Boer. decis. 262. & dico nu. 6. Præfatis itaque exceptis personis, nemo alius tenetur ex dispositione iuris ciuilis obuiare delicto, vt est videre apud glos. in l. culpa caret ff. de reg. iur. receptam inibi, & per Castrens. in l. 1. C. de his, quib. vt indign.

118 Sed ista locum sibi vendicant in non prohibente necem alterius illatam facto alterius, non autem omissionem tum alterius, tum ipsiusmet: puta non exercẽdo opera charitatis, nam licet necare videatur non modo, qui partum præfocat, sed qui alimoniam denegat l. necare ff. de liber. agnosc. & quisquis hominem pascendo seruare potuit, si non pauit, occidit ex D. Ambrosio lib. de offic. de quo in cap. pasce 86. dist. confirmantq; verba D. Augustini in lib. 15. contra Faustum, quæ sunt; Istud præceptum, quod est, non occides ex eiusdem erroris peruersitate non seruas, quia si incurras in eum famelicum, qui mori possit, nisi porrigendo cibum subuenias, iam tu, vt homicida teneberis: idem ostendit glosa ordinaria, super illud Exod. 20. non occides (addit ipsa) manu, vel mente, vel subtrahendo subsidium vitæ, & cui dare debet, & eisdem ferè vtitur verbis, eadem glosa super cap. 5. Deuteron. in expositione eiusdem præcepti, à quibus non procul sunt alia Lactantij verba in lib. de vero cultu, cap. 11. qui succurrere perituro potest, si non succurrit, occidit, & apud Ethnicos Martial. lib. 2. de Galla loquens, epigram. 35. inquit.

Cum placeat phileros, tota tibi dote redemptus
Tres poteris natos, Galla perire fame?
Præstatur cano, tanta indulgentia
Quem nec casta potest, iam decuisse venus.
Perpetuam Dij te faciant philerotis amicam,
O mater, qua nec Pontia deterior.

Si igitur Pontiam non esse Galla deteriorem asseuerat Martialis, & nihilominus duos illam filios necasse scimus ex verbis Iuuenalis satyra 6.

Tu ne duos, una sæuissima vipera cana,
Tu ne duos.

Idcircò Gallam filios perire famę patientem Parificat Pontiæ necãti filios Veneno, ex quo quidem Epigramma, & textibus, alijsq; auctoritatibus antea relatis desumi posse videtur, illum dici homicidam, qui omittendo opera charitatis in causa fuit, vt egenus periret, & propterea censendus irregularis; attamen his non obstantibus, vera est resolutio, hunc non esse irregularem, cui Nauar. fauet in cap. 27. nu. 231. ad calcem, vbi D. Antonini fulcitur auctoritate in 3. par. summæ tit. 28. cap. 2. Est tamen criminalis culpæ reus, & homicida, quo ad peccatum, quoniam tenebatur sub præcepto occurrere extremæ egenti, imò si habebat superflua naturæ, & status, cogebatur succurrere, etiam non patienti tam extremam necessiiatem, ex Diuo Thomæ 2. 2. q. 32. art. 5. omissa pro nunc altera, & Abbatis distinctione in cap. si verò nu. 6. de iureiurand. & communiter recepta, vt ait præfatus Nauar. eodem num. 5. Nec quæso abominabile, & absonum alicui videatur, quod aliquis dicatur homicida, & non irregularis; quandoquidem non propriè, ita enim ficte necare dicitur, qui alimẽta denegat, prout Corn. admonet cons. 116. quo ad primum nu. 5. in fin. vol. 1. & consequenter videtur talis respectu peccati, non secus ac de dante venena sterilitatis, dixerat Sot. in lib. 5. de iustit. & iur. q. 1. art. 9. Ipseq; tetigi superius vers. qui verò, Iudex tamen, aut custos

reorum damnatorum ad perpetuas carceres fieret irregularis, si eos tanta victus necessitate præsserit, quod illi propterea obierint, vt ait Panormit. in cap. cum non ab homine nu. 31. de iudic. relatus, & dilatatus per Nauar. in cap. statuimus nu. 63. de Regular. & cons. 35. Pyrrhus, post nu. 4. de homicid.

Omnes autem præcitati homicidæ, & ob eam causam irregulares non modo incapaces sunt ordinum, quo ad alios suscipiendos, exercitijq; susceptorum, quod hactenus demonstraui; verum etiam inhabiles beneficia consequi, idq; nouissime sanciuit Tridentina Synodus in cap. 7. sess. 14. de refor-
119 mat. quare si illis beneficia conferrentur, subiaceret sine dubio nullitati collatio, Aufrer. ad decis. Cappell. Tholos. 208. item fuit quæsitum nu. 2. Felyn. in cap. sciscitatus, vers. & aduerte, num. 2. de rescript. Guttier. lib. 2. canon. qq. cap. 5. nu. 92. quibus adde Garziam nouissime visum, & alios ab ea relatos in tract. de benefic. par. 7. cap. 11. nu 6. quorum doctrina his præsertim temporibus verissima est, ni fallor, per adductum cap. conciliare, vetans illi posse conferri beneficia, vt illis perpetuò careant.

120 Obtemptis veró prius, non credo priuari ipso iure, si veriori sententiæ inhærere velimus cum veniant priuandi, de qua Innoc. in cap. cum nostris, de concess. præb. Anan. in cap. inquisitionis nu. 3. ibiq; Felyn. nu. etiam 3. de accusat. Dec. cons. 165. ego Philippus nu. 2. & 3. Nauar. cons. 2. de homicid. & cons. 45. nu. 2. de tempor. ordin. Rebuff. tract. de pacific. possess. nu. 261. Iul. Clar. §. homicidium, num. 16. & communem esse opinionem dixerunt Anan. & Felyn. vbi supra, Gomes. in cap. 2. nu. 7. de rescript. in sexto, Diaza prax. crim. canon. cap. 88. Corsett. in singul. verbo sententia, vers. clericus, & eam veriorem dicit Anan. in cap. 2. nu. 5. de cleric. pugnant. in duell. & ita practicari inquit additio ad præcitatum cons. Decij, quam secuta sententiam Rota Romana, ita determinauit decis. 133. siuè vltima, accusatus coram Ordinario suo, sub rubr. de senent. & re iudic. in antiquior. & Cappell. Tholos. decis. 208. item fuit quæsitum, & decis. 437. nu. 5. opitulaturq; generica conclusio illa, quod pro delicto, etiam pro homicidio, non inducitur priuatio beneficij ipso iure, quam tradit Dec. in cap. 2. nu. 11. de rescript. & post alios multos Io. Guttier. eodem lib. 2. canonic. qq. cap. 5. nu. 6. & Hieronym. de Cauagl. pract. qq. comm. contra comm. q. 147. Clericus habens beneficium nu. 7. & 9. par. 1. & q. 569. homicida non priuatur par. 2. & concinit text. in cap. clericus ne clerici, vel monaci, ibi honore priuentur, atque Bursat. cons. 14. præsupponitur nu. 18. vol. 1. ac Mohedan. decis. 272. in manuscriptis.

121 Immó si quis esset de homicidio damnatus per sententiam, quæ expressis verbis eundem non priuaret beneficijs, nihil ei talis sententia obesset, quò ad beneficia ipsa; ita quod illa iustè detineret per Anan. in cap. vltimo num. 3. vers. considera de homicid. Felyn. in cap. sciscitatus num. 2. vers. quarto allegat de rescript. Præposit. in cap. studeat 50. dist. Card. Simonetta tract. de reseruat. benefic. q. 29. in fin. Rebuff. tract. de pacific. possess. num. mihi 262. & in praxi rubr. de modis amittend. benefic. num. 64. Rota decis. fin. in vltimis verbis rubr. de sentent. excommun. in antiquior. & Puteus decis. 233. eadem dies lib. 2. pœna namque priuationis non habet locum nisi exprimatur, Dec. in cap. 2. num. 12. de rescript. per glos. in cap. fin. de iurepatron. & in clement. vnica vers. suspensus, de vit. & honest. clericor. Ideò non tantum est ferenda sententia condemnans pro delicto, sed ad pœnam priuationis beneficiorum.

Si autem de crimine aliquo damnatus esset, quod induceret priuationem beneficiorum ipso iure, tunc nulla addita expressa priuatione, esset sine dubio illis priuatus, quia auctoritate iuris intelligeretur imposita per Archidiacon. in cap. pro humani in fine, de homicid. in sexto, Abb. in cap. inter dilectos num. 11. in fine, iuncto num. 12. de concess. Prælat. Diaza in prax. crim. canon. cap. 123. vers. vi-
122 de tamen; & hæc est prior differentia inter pœnam à sententia ferendam, & alteram ipso iure inflictam, cuius meminit Sot. lib. 1. de iustit. & iure q. 6. artic. 6. conclus. 3. & iterum in responsione ad tertium argumentum; nam licet resolutio illa, sic habeat, declaratoriam requiri in pœnis ipso iure inflictis, quam constitui in cap. de excommunicatione, vers. fructibus, & alijs in locis inibi citatis; atque etiam Hieronym. de Cauaglios, & alij multi ab illo relati in suis opinion. commun. contra commun. quæst. 113. volum. 1. & intelligatur de declaratoria delicti, teste Farinac. quæst. 19. nu. 48. subdente satis esse, fuisse condemnatum pro delicto, atque ita declaratum illud commisisse; attamen aduertendum est procedere, vt eius verba sonant in pœnis impositis ipso iure propter delictum, cuiusmodi nō est priuatio beneficij propter homicidium, ex his, quæ paulò ante deduxi; nimirum si propterea beneficia retinere valet, & illa alteri renuntiare, ex Felyn. in cap. inquisitionis num. 4. in fine, de accusat. Borgnin. Caualcan. decis. Fiuizan. 44. seu 15. de contract. num. 12. part. 1. Rebuff. in praxi rubrica de modis amittend. benefic. num. 51. vers. ideò potest, & num. 56. atque Foller. practic. crimin. canonic. par. vltima num. 32. fol. mihi 327. Ferretta cons. 89. num. 3. volum. 1. & consil. 283. nu. 4. vol. 2. tandemq; resolutum in Rota in vna Legionens. Canonicatus 15. Februarij 1594. coram Amplissimo Arigonio, etiam in perniciem impetrantis Apostolici ob talem causam patrati homicidij ab ipso possidente, quæ quidem omnia longa serie probat Guttier. eod. cap. 5. á num. 29. vsque ad 45.

Altera differentia inter pœnam ipso iure incurrendam, & aliam vigore sententiæ, ea est, quod vigore sententię priuatus non amittit interea fructus, iuxta glos. in §. 1. vers. imminere in fin. in auth. de incest. nupt. defenditq; Zabarell. in clem. constitutionem §. cæterum nu. 10. de elect. Corn. in l. 1. C. de his quib. vt indign. Ideoq; irregularem quemlibet non impediri à fructuum perceptione, tuetur Nauarr. cons. 2. an qui est excommunicatus, de cleric. excomm. ministr. in antiquis, siue 14. in nouis, licet autem Castrens. in eadem l. 1. num. 3. per illum textum affirmet, quod si clericus committat delictum, propter quod beneficio priuari possit, habeat ius in re, quousque sit illo priuatus, post verò priuationem teneatur omnes fructus, omnesque introitus ex illo beneficio perceptos restituere à die commissi delicti, tum si extent, quam si sint consumpti, idemque repetit in l. prædonis nu. 2. inibiq; Angel.

Angel.& Bald.nu.2.ff.de petit.hæred. Iaſ.in eadem l.1.num.3. & Roman.in l.diuortio ff.ſolut.matrim. Hippolyt.de Marſil, ſingul.268. verus poſſeſſor, & ſingul.525. clericus qui commiſit, Henrich.Boich. in cap.cum noſtris, de conceſſ.præbend. Cyn.in auth.inceſtas num.2. C.de inceſt.nupt.& illic Bald. dum ſe remittit ad l.1. de petit.hæredit.quam eſſe communiorem opinionem, & tenendam, aſſeuerat Diaza in praxi crimin. canon. cap. 134. beneficijs priuari,verſ.& quia,ſub,num.5.tandemque Iul. Clar. §.fin.quæſt.73.num.9.poſt Anton.de Burgos, qui illam copioſè defendit in cap.ad noſtram, verſ. vnico modo,de empt. & vendit. ipſeque ſcripſi ſuperius in cap.3.huius rubricæ,verſ.hic tamen;exinde legimus, quod ſi vaſſallus committat felloniam dignam priuatione feudi, cum damnatur ad illius præſtationem tenetur adhuc reſtituere fructus perceptos à die commiſſæ felloniæ, Andreas in cap. imperialem, poſt num.21.de prohib.feud.alien.per Feder. Iacobus in ſua inueſtit. verſ.dictique vaſſalli ante nu. 54. Capyc. in inueſtit. verſ.feudorum fructus §.fin. & quidem iſthæc ſententia tutiorem ſine dubio fouet partem in foro conſcientiæ, ſed non propterea videtur paruipendenda contraria, qua deciditur,non niſi fructus à die ſententiæ teneri reſtituere,maximè quo ad forum exterius,ad idque compellor tum adductis auctoritatibus, præſertim Zabarella, & Corneo, relatis in locis; tùm Azorio in lib.5. inſtit.moral. cap.7. verſ.verum contra hæc obijcit; vbi verò ſententia damnatus fuit pro delicto infligente pęnā ipſo iure, quia ſententia retrotrahitur ad tempus cōmiſſi facinoris, proculdubio obnoxius erit reſtituere fructus antea habitos, quin & res, qua propterea priuatur, licet fuerit alienata,quia non iure alienata, repetieť ille, cui venit applicata,Cyn.indicata l.inceſtas,poſt num.2. C. de inceſt. nupt. & ibi Bald. num.7. per l. poſt contractum ff. de donationib. affatim Molin. de iuſtit. & iure tom.4. diſputat.43. à num.8. & tom.3. diſputat.95. Azzor. eodem tom.1. lib.8. cap. 12. præſertim quæſito 6. quod minimè fieret ſi ſententia eſſet priuatus,vt ijdem ſcribunt; & ipſe ſuper ritu 6.Curiæ Archiepiſcopalis Neapolis, dum primo caſu beneficium interdum reſignare non poſſe, vtique verò in poſteriori, defendi & Sancius in opere morali lib.2.cap.26. num.9. Itidem neque tunc poſſet de illa re teſtari, qua priuatus eſt ipſo iure, ſed vtique de altera, qua venit priuandus per ſententiā, ex Bald.in ead.l.inceſtas n.8.lateq; Farinac.loco citato num.69. Actio verò in his caſibus, quando expiret morte delinquētis, aut eius,cui accuſare incumbit, idem Molin.eadem diſput.43.abundè extricat.

123 Sed ne decipiaris aduerte, quod non ſemper pro homicidio pœna priuationis datur vigore ſententiæ; cum nonnumquam ipſo iure incurratur ob tale delictum, cum ſcilicet fuit qualificatum, nempè ſi erit illi admixtum aſſaſſinium cap.1. de homicid. in ſexto.

124 Ita quoque ſi beneficium haberet ſacrum ordinem annexum, quia vnumquodlibet homicidium illud, idem operaretur, Anan. in cap.inquiſitionis, nu.2.ibiq; Felyn.etiam nu.2. de accuſat.

125 Memoria inſuper ampliſſimorum Præſulum repeto, ne audeant beneficia conferre vacantia, vigore ſententiæ prolatæ in Curia Romana aduerſus aliquem,tum ſi illa declararet, & condēnaret illum de delicto, ob quod eſſet ipſo iure priuatus beneficijs, tum ſi aliud quodcumque, & in ea fuerit, illis expreſsè ſpoliatus; in his quippe caſibus, quia priuatio facta eſt ab illis Iudicibus,& ſententia prolata in Curia,dicuntur in ea vacare iam dicta beneficia, per Caputaq.deciſ.64.par.1.& Rotam deciſ.86. ſiuè 35.nota quod vbi,de prębend.in antiq.&clarum ſit non niſi ſupremum Præſulem poſſe conferre beneficia vacantia in Curia,iuxta cap. licet, de præbend.in ſexto, & Regul.Cancell.8.

126 Poterūt tamen beneficia in propria Diœceſi exiſtentia conferre,ſi poſſidens non ab ipſo, verum ab alio Ordinario emanauerit ſententia, qua priuetur beneficijs, eo quod vnuſquiſque Ordinarius, ac legitimus Iudex delinquentis,ratione commiſſi delicti valet illum ſpoliare beneficijs,tum in propria, tum in aliena Diœceſi exiſtentibus, vt eſt videre apud Zabarell.in clem.paſtoralis, §.denique nu.5.q. 2.in vltimis verbis, de ſentent.& re iudic.in cap.poſtulaſti, de for. compet. Diazam in prax. crim. canon.nu.4. & ſuccurrunt notata per Boſſ. in ſuo tractat.crim.tit.de honor.publ.nu.64.

127 Sed quæ ſint verba legis, quæ inſinuent pœnam, incurri ipſo iure non ſubiungam, propterea quod ſatis apertè colligi poterunt,ex his, quæ luculenter, iuxta morem ediſertat eruditiſſimus ille vir, & inter criminaliſtas,tum modernos, tum antiquos facilè Princeps, & ab omnibus rectè cognitus Proſper Farinac.in q.19.nu.47.

Poſtremò cōuenit perſcrutari,quis valeat homicidij impedimētum auferre? & in illius irregularitate diſpenſare? & pro reſponſione, exploſa opinione illa periniqua, quæ credit minime licere Papæ diſpenſare in irregularitate prouenienre ex homicidio voluntario, quam tenuit Borgas tract. de irregul. par.1. in princ. q.3. itemq; exploſa ſententia aliorum credentium, illam iure diuino inductam; fateor omnem irregularitatem,etiam ortam ex homicidio voluntario, á iure ipſo Eccleſiaſtico introductam eſſe, iuxta concluſionem alias à me ipſo in huius capitis initio conſtitutam, ideoq; ſupremum

128 Pontificem poſſe cum talibus ea irretitis diſpenſare, non dubito,ſecutus Abb.in cap.ad audientiam nu.5.de homicid. quam eandem reſolutionem tradunt in cap.ſicut dignum §.fin. Innoc. & Hoſtienſ. necnon Anan.poſt nu.9. & communiter alij de homicidio,vt idē Anan.& Abb.poſt nu.12.affirmant, atque Couar.in clem.ſi furioſus par.2.§.3.nu.3.

Eſt tamen in hac re diſtinguendum ſi ſit concedenda diſpenſatio in iſta irregularitate procedente ex homicidio; quandoquidem vbi illud patratum eſt præcedente mera,& directa voluntate occidēdi, pręter peccatum eſt indiſpenſabile,quia negat in ea diſpēſationem canon Concil.Trid.in cap.7.ſeſſ.14. per illa verba,perpetuò careat,& per argumentum à contrario ſenſu, quatenus in eius calce permittit concedi diſpenſationem,ſi illud commiſſum fuerit abſque voluntate directa occidendi: cuius quidem

129 capitis verba haud operantur omnimodam impoſſibilitatē diſpenſandi, ſed difficultatem pramaximam,cum qua eſſet illa quandoq;concedenda in mentionato caſu,iuxta notata per Henriq.lib.14. cap. 14.§. 2. cum in cæteris homicidij ſpeciebus æquior ſit Papæ voluntas, qui in illis facilius con-

fueuit dispensationes elargiri, si in illis contrahatur irregularitas; non enim semper in eis incurritur, nempè in casuali, aut necessario, sed quandoque, idque plerumque contingat. In casuali enim exemplum datur, si rei illicitæ operam dedit, aut licitæ verum requisitam non adhibuit curam; nam tunc esset proculdubio irregularis, per ea quæ scripsi supra vers. quamobrem. In necessario verò, exemplum legitur cum ea non erat ineuitabilis, vel erat, & moderamen inculpatæ tutelæ excessit; nam fieret his casibus irregularis per notata superius vers. alio modo, & de his quidem speciebus verba facit Concilium in cap. cum etiam sess. 14. de reformat. & probaui in vers. secundo coarctatur; etenim in homicidio necessario clarum est nullam requiri dispensationem, eo etenim nulla prorsus incurritur irregularitas, ex clement. si furiosus, de homicid. id apertè demonstrante nisi fuerit vitabilis necessitas, vel excessus modus, quia illis in casibus contraheretur, & loquitur prædictum Concilium, ex hactenus adductis, eaque non est indispensabilis, quia idem Concilium admittit in hac specie homicidij dispensationem in relato cap. 7. testaturq; Nauar. cons. 38. N. cum multis nu. 1. vers. tertium indiget de tempor. ordin. par. 1. in antiquis, & 40. de homicid. in nouis, verba faciente de irregularitate proueniente ex hoc capite ob excessum moderaminis inculpatæ tutelæ, & cons. 8. An occidens de homicid. in antiquis, & 36. in nouis loquente, tum de illa met, quam de altera, procedente ex necessitate euitabili.

Idem quoque subsistit in irregularitate orta ex homicidio casuali illicito, scilicet rei illicitæ nauando, vel licitæ, sed non præmissa diligenti consideratione, iuxta notata per Nauar. in summ. cap. 27. nu. 239. vers. secundo nota.

Et in his omnibus dispensat solus Papa, ipseque vidi duas dispensationes concessas à sanctissimo Clemente VIII. alteram pro Clerico Boianens. alteram verò pro Clerico Amalfitanæ Diœcesis, qui homicidium necessarium commiserant, isthæc verò resolutio souetur textu in eodem cap. 7. Concilij Tridentini sess. 14. in §. si verò homicidium, dum namque in eius calce præcipit committi loci ordinario, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit, apertè insinuat requiri supremi Præsulis auctoritatem, sine qua non licere Ordinario elargiri dispensationem, Maiol. expressè scribit in lib. 5. de irregular. cap. 48. §. 3. sub num. 18. Henriqu. in summ. theol. moral. lib. 14. cap. 19. §. 1. & ita intelligendus est Sayrus in suo thesauro casuum conscientiæ lib. 7. cap. 7. sub num. 8. indefinite loquens non addendo de occulto. Neque etiam contradicunt, quæ Marius Antoninus scripsit in suo 3. lib. variar. resol. ac proprie resolut. 16. vers. octauus fuit casus, sub nu. 20. quia vendicant sibi locum in homicidio occulto, & irregularitate ab illo causam habente, vt est videre in vers. primo an Episcopus; quo quidem in casu militat dispositio alterius capitis conciliaris, nempè cap. 6. cuius initium est liceat Episcopis 24. sess. ad cuius adimplementum satis est, si illa non oriatur ex homicidio voluntario, ac delictum non sit deductum ad forum contentiosum, vt possit dispensare Præsul, & scribam inferius nu.

Circa verò dispensationem respectu fori exterioris non prohibetur Antistes à iure communi illam concedere homicidæ voluntario ad minores ordines consequendos, simpliciaque obtinenda beneficia, iuxta Anan. dictum in cap. 2. nu. 5. & ibi Goffred. Hostiens. Io. Andr. & Butr. de cleric. pugnant. in duell. & illic Abb. num. 5. Immò & ad curatum concludit idem Anan. in eodem citato loco contra Abb. & Hostiens. ibidem, quorum dissentientes sententias conciliare possumus, vt illa Anan. intelligatur ad retinendum curatum; altera autem Abb. ad illud obtinendum, si Decio credendum est, vtenti hac distinctione in cap. at si clerici §. de adulterijs nu. 129. in fin. de Iudic. & Nauar. in summa cap. 27. nu. 240. vers. quarto noto; vbi optimè aduertit his temporibus Episcopos non pollere iam dicta auctoritate propter canones Concil. Trident. supra relatos, & id expressè vetantes, ob quod veritate longè aberrauit, vir ille in sua praxi Episcopali verbo dispensatio §. 3. par. 2. dum posse Episcopum dispensare cum homicida voluntario ad retinendum curatum affirmauit, fretus cons. Nauar. 45. nu. 1. de homicid. negauit autem posse concedere, vt sacrum faciat, adiungens rationem illam, quia est irregularitas excepta per sacrum Concilium in cap. 6. sess. 24. de reformat. Itaque eius est sententiæ licere Antistiti cum homicida voluntario ad prædicta dispensare post Concilium, quasi illud exemerit irregularitatem proficiscentem ex homicidio voluntario, respectu celebrationis tantum Missæ; quod rationi consonum, quia non videtur, tum ex antedictis, tum ex eiusdem Concilij verbis simpliciter prohibentibus Episcopis facultatem dispensandi cum homicida voluntario, nec distinguentibus ad beneficia, vel ad ordines, quinimmo expressè loquentibus de vtrisque (namq; dicitur in eo cap. 7. illos nullo tempore promoueri posse ad sacros ordines, nec illis aliqua Ecclesiastica beneficia conferri, etiam si curam non habeant animarum, sed omni ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careant) ideò si qui omne dicit nihil excipit ex iuris regula, certè dum in eodem capite sancitur, vt omni ordine perpetuò careant, non est eius dispositio ad sacros tantum, aut
130 curata beneficia restringenda, sed ad minores etiam, atque simplicia extendenda; nimirum si eruditissimus Nauar. cautius, iuxta morem loquens dixerit in adducto loco, nequire Episcopum ex dispositione præfati cap. 6. sess. 24. dispensare cum homicida voluntario ad vllos ordines, vllumq; beneficium etiam simplex, quod rursus firmauit in cons. 18. quidam clericus nu. 3. de homic. in antiq. & 13. in nouis, neque Couar. in clem. si furiosus par. 2. §. 3. nu. 4. vers. hoc ipsum circa fin. dubitat, quin ille septimus canon Cōcilij generaliter prohibeat Episcoporum dispēsationes, quo ad suscipiendos, & canon sextus eiusd. Concil. sess. 24. & prædicto altero posterior generalius, & expressius interdicat Episcopis dispensationem circa irregularitatem ex homi-
131 cidio volūtario, etiam occulto prouenientem. Ex quibus, atq; ex verbis antea ab eod. Couar. scriptis infertur necessario, ne subsistat distinctio per Auctorem Prax. Episcop. desumpta ex d. canon. 7. circa susceptos, & suscipiendos, & videtur firmare Henrich. indicato lib. 14. cap. 19. nu. 1. namq; Aula in

in tract. de cenſur. par. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 3. verſ. ſecunda concluſio defendit contrariũ, cuius opinionẽ verã ſentio, quia iam citatus poſterior canon prohibet tàm in ſuſceptis, quã in ſuſcipiendis, & huius rei veritatem proſequitur Couar. relato in loco, nõ autem in c. Alma Mater par. 2. §. 7. nu. 1. ab illomet Auctore, ad id citato, & corruptè quidem in dicta ſua praxi, verbo diſpenſatio §. 3. par. 2.

132 Quod ſi homicidium non ſit voluntarium, poterit etiam poſt concilium diſpenſare, adhuc in foro exteriori quilibet Antiſtes pro minoribus ordinibus, & ſimplicibus beneficijs; quin retẽtione Curati, vt aduertit Nauar. indicato verſ. quarto noto: etenim prohibet tantum concilium in eodem capite 6. ne Epiſcopi diſpenſent cum homicida voluntario; iccircò eius non eſt extendenda diſpoſitio ad alios homicidas, ne illos habilitare ſint vetiti, quare dicta prohibitio non extendatur vltra expreſſa: queunt itaque cum aliis homicidis diſpenſare quò ad omnia illa, in quibus poterant antea vigore iuris communis, eiſq; concedebant textus, & Doctores argumento l. præcipimus C. de Sacroſan. Eccleſ. & conſequenter ad minores, & ſimplicia, quo ſuppoſito intellectũ non obſtant à me ipſo notata ſuperius verſ. & in his omnibus, militant namq; in alijs ordinibus, & beneficijs vltra ordines, & beneficia mox relata.

133 Quale autem homicidium dicatur volũtarium, vt cenſeatur propterea amota facultas diſpenſandi ab Epiſcopo ſub illis Tridentini Concilij verbis traditis in d. c. 7. ſeſſ. 14. de reform. vel conceſſa ſub alijs in d. cap. 6. ſeſſio. 24. de reform. quæ ſe habent excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, non inutiliter ſubiungam.

134 Cui quæſito vt racte reſpondeam, præmitto homicidium voluntarium aliud occultũ eſſe, & aliud

135 non occultũ; ita etiam occultum homicidium in duas ſindi ſpecies, earumque primam eſſe homicidij omninò occulti, ab alijs dicti homicidij occultiſſimi, & illud eſt, quod non niſi partis confeſſione probari poteſt: Alteram verò eſſe ſpeciem homicidij ſimpliciter occulti, quod exemplificari poteſt in homicidio tunc latenti, ſed futuro tempore patere poteſt, vel teſtibus, vel altero quouis modo pręter propriam confeſſionem ipſiuſmet committentis.

136 Qui igitur homicidium occultiſſimum patrauit, nullam incurrit irregularitatem, vt opinatur Vincentius relatus ab Angelo de Clauaſio in ſum. verb. homicidium 5. poſt nu. 1. idem ſentit Abb. in cap. ex tenore poſt nu. 2. de tempor. ordin. & defendit Alphonſus à Caſtro in tract. de lege pœnali l. vltima verſ. tertia principalis concluſio, ac complures pro hac ſententia cumulat rationes Roderic. in qq. reg. tom. 1. q. 24. artic. 11. illam præſertim, quotidiano vſu receptam, quam omnium ſententia allectus conſtituit Nauar. in ſumm. cap. 27. num. 239. vt occultiſſimè interficiens aliquem non teneatur ſe abſtinere ab exercitio ordinum, ne hac occaſione ſe prodat, & ſequitur Conrad in ſuis reſponſ. quæſt. 52. verſic. fin. & iterum in additione, idque non ex alia cauſa quàm illa, quia non contraxit irregularitatem, committendo homicidium omninò occultum: cui tamen rationi contradicit Suarez tomo 5. diſput. 40. ſect. 3. num. 21. & diſput. 41. ſect. 2. ſub num. 6. Auila in tract. de cenſur. par. 7. diſput. 4. dubio 7. concluſ. 1. & alij multi, qui inquiunt ipſum eſſe irretitum irregularitate; quorum ſententia fortaſſe verior eſt; ſed alia exiſtit inter eos dubitatio ad quem ſcilicet ſpectet facultas diſpenſandi in illa, ad ſupremum nempè Pontificem tantum, vel etiam ad Epiſcopum; & Epiſcopo quoque licere concedere iam dictam diſpenſationem opinatur Angel. indicato loco, & ſequitur Couar. in clement. ſi furioſus par. 2. §. 3. poſt num. 4. de homic. Archid. Anchar. & Federic. de Senis citati, & cõmendati á Salzedo ad Diazam in praxi cap. 94. verſ. hodie autem; ab hac tamen ſententia diſcedunt alij exiſtimantes Papæ dumtaxat licere illam impartiri, inter quos præeminet Syłueſt. verb. homicidium 3. quæſt. 8. & alij quos ſilentio inuoluo propter Concil. Trid. in præcitato cap. 6. ſeſſ. 24. cuius verba videntur paulò clariora, ita quod non amplius attendere debeamus iuris antiqui diſpoſitionem, & Doctorum ſententias illo fultas, ſed quid tenendũ ſit hoc noſtro æuo, vigore præfati concilij, & Couar. in loco citato propendet in priorem ſententiam, Epiſcopiq; auctoritati fauentem, vt illa ſubſiſtat his quoq; temporibus poſt concilium, adductus ea potiſſimum ratione, quod cum antea ſibi licuerit, neque fuerit poſtmodum ſancitum expreſsè cõtrarium ab eodem concilio, non ſit credendum idem concilium voluiſſe ab illa antiqua reſolutione proſilire. Quamobrem ſupracitati Concilij Canones admittant interpretationem illam, vt eorundem Epiſcoporum auctoritas cenſeatur reſtricta, quò ad homicidium occultum, non autem occultiſſimum, & conſequenter non iſtud de quo diſceptamus, & huic ſententię ſuſcribit Roderic. indicata quæſt. 24. artic. 11. in finalibus verbis, recedens à contraria, quam antea conſtituerat in ſumm. par. 1. cap. 129. num. 4. ſed illam negatiuam ſequitur Maiol. in tract. de irregul. lib. 5. cap. 48. in vltimis verbis, quam Salzedus omninò tuetur in ſupracitato cap. 94. ipſeque opinor tutiorem, veriorem, & communiorem; quamuis exiſtimem, non prorſus errare qui aliam, & affirmatiuam amplexaretur.

Sed qui homicidium voluntarium ſimpliciter occultum patrauit citra dubium obtinere diſpenſationem ab Epiſcopo non valet, etiam in foro conſcientiæ, ita expreſsè ſanciente eodem Concilio in dicto cap. 6. ſeſſ. 24. de reform.

Cum verò homicidium extra terminos ſecreti progreditur, eſt amplioris qualitatis, atque à poteſtate Epiſcopali multò magis exemptum, iuxta notata à me ipſo à verſ. Poſtremo conuenit; quare illic reſoluta cum intelligentijs inibi datis, attendenda ſunt.

137 Poſt hæc reſpõdeo quæſitui, & dico, qđ vel quæritur quale ſit volũtariũ homicidiũ in genere ſumptũ, & ſi vera eſt ſẽtẽtia, quod coacta voluntas, volũtas eſt, probata rub. 12. c. 11. ſub n. 9. certè voluntariũ dicetur homicidiũ quodcumq; fuerit, etiã ſi coactè patratum, ſi veró hæſitetur quale ſit homicidium voluntarium ad finem ſciendi ſi iuxta terminos citati capitis 7. dicatur prohibita poteſtas in eo diſpenſandi, aut non conceſſa Epiſcopo, etiam in foro conſcientiæ in adiuncto c. 6. ſeſſ. 24. de reform. & hoc reſpectu illud tantum dicitur voluntarium, quod ſub definitione tradita à Nauar. comprehenditur

ditur in summ.cap.27.nu.240.nempè quod est illi-
citum, intentum, & volitum in se, saltem æquipol-
lenter, alias quam vitandæ mortis causa ab oratore,
quam definitionem præter Nauarr. scribit etiam
Roderic. in suis quæst. Regular. tom.1. quæst. 24.
artic. 9. amboque declarationes mox subijciendas
adiungunt, quorum auctoritates dictis in locis ad-
ductas, subticebo inferius; sed alios Doctores re-
censebo, aut eosdem in alijs locis affirmantes ali-
qua prædictorum.

Dixi primum homicidium illicitum; nempè il-
lud quod ortum habet ex delicto, vel culpa contra
iuris ordinem, & Iustitiam, ideoque aliud excludit
procedens ex defectu lænitatis, quale Iudices cœte-
rique ministri iustitiæ propriũ officium iustè exe-
quentes committunt; quod neque culpabile, neque
iniustum apparet, sed licitum, & iustum, sicuti, &
patratum ab alijs in bello iusto cap. de occidendis
iuncto cap. seq. 23. quæst. 5. in quibus quidem casi-
bus liciti homicidij non solum attenta dispositione
138 præfati capitis 7. Non illud est indispensabile; ve-
rum permissum quoq; legitur Episcopis, seu Præ-
latis Regularibus cum suis subditis dispensare, vt
Inquiunt Caiet. in sum. verbo irregularitas Couar.
in Clem. si furiosus par.1.§.3.nu.7. in fine Nauar. in
eod.cap.27. post num.217. & in cap.1.nu.104. de
Iudic. Bannes 2.2 artic.2. dubio 4. & prefatus Rode-
ric. In specie ita concludens post Concilium in di-
cta quæst.24.artic.8. reiecta negatiua, quàm antea
inibi retulerat, & firmauerat in sum.par.1.cap.174.
ob illam rationem, quod Cõcilium indicato cap.6.
facultatem tribuerit Episcopis dispensandi in irre-
gularitatibus procedentibus ex delictis occultis; er-
go non concesserit in proueniente ex homicidio
iusto, in quo nullum adest delictum, cuius negatiuę
sententiæ inhærẽt multi relati à Garzia citato c.11.
nu. 39. alteri verò affirmanti adstipulantur alij ab
illo adducti nu. 41. itaque tu considera quæ earum
sit verior, cùm vtraque videatur sustentabilis, & si
dicatur eiusmodi homicidium complecti sub re-
strictione illa Concilij, præterquam ex homicidio
voluntario, cuius istud esse non dubitatur, nam re-
plicatio patet in huius capitis discursu.

139 Dixi intentum, & volitum, in se hęc verba appo-
sita fuerunt ad differentiam homicidij casualis,
quod est volitum in causa, teste Diuo Thoma
2.2. q. 64. artic. final. quia in homicidio voluntario
non sufficit esse volitum in causa; iccircó nõ com-
prehenditur sub prohibitione dispensationis ab ir-
regularitate incursa propter homicidium volunta-
riũ, de qua prohibitione paulò ante loquutus sum,
& propterea in ea specie homicidij casualis non so-
lum in foro exteriori ad aliqua tantum beneficia,
& ordines dispensat Episcopus, & virtute priuile-
giorum superiores regulares cum suis subditis iux-
ta notata á me ipso supra vers. Quód si homicidiũ
propè finem, & copiosè Roderic. in artic.13. eius-
dem quęst.24. comprobantq; notata á Maiolo sum-
pto argumento á contrario sensu in tract. de irre-
gul. lib.5. cap.48.§.3.nu.18. dum Papæ declaratoria
opus esse in casuali manifesto tuetur, ex Decreto
Concilij; ergo contrarium insinuat, vbicumq; est
occultum, de quo sermo est in præsenti definitione
verum etiam generatim, in foro tamen interiori si
sit occultum homicidium, per cap.6. Concil. Tri-
dent. sess.24. de reformat. vt ex aliorum auctorita-
te defendit Viuald. in suo candelabro aureo Rubr.
de irregular. versic. Quibus non obstantibus, sub
num. 221.

Dixi, saltem æquipollenter, id est in causa pro-
xima explicat Alagona in suo compendio Manua-
lis Nauarri cap.27. sub nu.240. ideoque includit il-
lud quod licet non sit intentum, & volitum in se,
est tamen in causa adeò proxima morti, vt morali-
ter vix sint compatibilia, velle dictam causam, &
nolle occidere; cuiusmodi sunt nolle occidere, &
ferire ense punctim circa præcordia, vel aliam par-
tem periculosam, per ea quæ rursus notauit idem
Roderic. in sum. par. 1. cap. 178. sub nu.2. & Hen-
rich. indicato lib.24. cap.14. §.2.

Dixi, alias quam vitandæ mortis causa, ad exclu-
dendum homicidium necessarium, quod Roder.
indicata quæst.24. art.13. licet crediderit compre-
140 hendi sub casuali ob illam rationem, quod factũ
non ex proposito, sit semper casuale, per Aristotelẽ
2. Physic. & propterea conetur respondere textui
conciliari in præfato cap.7. sess.14. insinuanti duas
prædictas species homicidij, in illis verbis, sed casu,
vel vim vi repellendo, & asserit ipse Roderic. præ-
fatam disiunctiuam non fuisse appositam causa
distinctionis formalis significãdæ inter illa duo ho-
micidia, sed causa maioris declarationis; præsertim
quod in exemplis non est semper vigor loquutio-
nis seruandus. Quibus tamen non obstantibus ar-
bitror assentiendum esse resolutioni Nauar. in ci-
tato cap.27. sub num.139. à me ipso declaratæ supra
vers. secunda firmata conclusio; & confirmant Do-
ctores constituentes plures species homicidij, ac
præsertim, vt aliud sit voluntarium, aliud casuale,
& aliud necessarium, ita Petr. Gregor. Tholos. in
lib.4. partit. iur. canon. tit.13. cap.2. & dixi in hoc
eodem capite num.31.

Tandem dixi ab oratore, id est á petente dispen-
sationem; eo quod ab alio intendi haùd satis est; ete-
nim contingit quandoq; vt homicidium sit volun-
tarium vni, & non alteri, puta si aliquis mandauerit
aliquem leuiter offendi, & mandatarius percutiat
animo occidendi, nam tunc nõ imputabitur man-
danti, etiam si baculo verberari, aut colaphis cędi
iusserit: istud namque mandatum nequaquam di-
rigitur ad homicidium, & propterea neque incidit
in pœnam præfati Canonis 7. sess. 14. iuxta decla-
rationem inferius ponendam; imputatur tamen
mandatario, qui quidem casus contradicit illi de
peccato furti, & restitutione propterea debita, in
qua contingere potest, vt qui surripuit non peccet,
neq; teneatur restituere, & qui non surripuit obno-
xius sit restitutioni pro eodẽ furto. Nẽpe si pauperes
141 in Sylua, aut nemore communitatis ligna cędunt;
ita quod Reipublicæ damnum inferant, quia po-
stea vilius venditur illius fructus, siquidem ijdem
pauperes exempti sunt ab onere restituendi, non
autem custos, salarium recipiens pro custodia, qui
damnum illud resarcire cogitur, vt edocet Michael
Salon ad Diuum Thomam 2. 2. quæst.62. artic.7.
& Conrad. in suis responsis casuum conscientiæ
quæst.216. in addit.

142 Vbicumque igitur est occultum, conclusio col-
ligitur ex supradictis, posse Præsulem dispensare in
homicidio iusto, vel casuali, exequuto fine diligen-
tia.

tia,vel neceſſariò propter exceſſum moderaminis inculpatæ tutelæ, & alio quocumque non voluntario in ſe,aut æquipollenter, quia in cauſa proxima ſequuti homicidij, vel etiam in caſuali notorio ad minores tamen,& beneficium ſimplex obtinendũ, ex ſententia Coſmi Philiarchi par.1.lib.4.cap.11.§. in irregularitate,per Nauar, dicto c.27.verſ.quarto noto, ſub nu. 240. ex cuius verbis id rectè deſumitur, atque inſuper probat Auila tractat. de ceuſur, par.7.diſput.6.ſect.5.dubio 2.& latius dubio 5.

143 Si verò mutilatio fuerit voluntaria non videtur reſtricta poteſtas Epiſcopalis per Concilium in dicto cap.6.ſeſſ.24.in illis nempè verbis, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, vt inquiunt Nauar. cap.27.num.194. Roder. citata quæſt. Regulari 24. artic.10. & Auila loco citato,dubio 4.& poſt alios Garzias indicato cap. 11. à nu.29. idque declaratum fuiſſe non me latet ſub his verbis. Appellatione homicidij non venit mutilatio membri, nec obſtat gloſ. in cap.1.de homicid. quia procedit quo ad incurrendam irregularitatem, non quo ad diſpenſationem.

144 Dicitur præterea excepta irregularitas procedẽs à delicto deducto ad forum contentioſum in eodẽ cap.6. quare nequit Antiſtes tunc diſpenſare etiam ſi eſſet delictum ſuper quo poſſet alioquin id facere, eſt verum quòd hoc impedimentum nõ eſt dicendum ſemper durare,ex eo quod ſemel deductũ fuerit ad forum contentioſum,ſed tantum quo vſque durauerit iudicium,quo finito abſq; ſententia condemnatoria licebit eidem Præſuli diſpenſare, vt inquit Sayr. in ſuo Theſauro caſuum conſcient, lib.7.cap.7.num.10. Henriq. lib.14. cap.17. §.2.in gloſa litera H. & ſequitur Mar. Anton. variar. reſolut.lib.3. reſolut. 16.verſic, nec obſtat ſub nu.21. quin etiam ſi medijs deprauatis obtinuerit abſolutionem ab iniecto crimine diſpenſabit Epiſcopus. Dicit Henriq. adducto lib.14.cap.20.§.4.in quo capite multa congerit ad intelligentiam præfati capitis 7. & Suarez indicata ſect.2.à num. 6. tu videto, ac præſertim quod à benigno, & pio Epiſcopo alteroque Iudice,ſi poſtea delictum detegatur, etiam in exteriori foro admittenda eſt diſpenſatio iam dicta,& antea conceſſa; nam delictum erat occultũ, quod idem Henriq. ſtatuit in §. 1. in textu, & comprobat in gloſ. lit. E.

Alterum, & mirabile dictum adnecto,quod ſi iudicium non fuerit ſententia finitũ, poſſit ab Epiſcopo elapſo anno diſpẽſari,vel ordinari, poſt gloſ. in cap.tantis 81.diſt.& cap. Omnipotens Deus de accuſat.affirmat Maiol. in tractat. de irregul. lib.3. cap.17.ſub num.9. Sayrus indicato cap.7. num.11. & ante eos Lancell.in tract. de attent. par.2. cap.5. quod ſi Epiſcopus fuerit de talibus accuſatus, vel inquiſitus poſt trimeſtre tempus poterit ordinari, ex ſententia eorundem,eo quod in eo verſatur maius periculum reſpectu curæ animarum.

De homicidio verò manifeſto quoties agitur, attendenda eſt diſpoſitio citati capitis 7. conciliaris ſeſſ. 24. de reform. quod quidem caput circa duo verſatur, & primo circa homicidium indiſpenſabile. Secundo circa diſpenſabile, Illud eſſe ait,ſi voluntarium per inſidias, & induſtrias fuerit,in quo non debere diſpenſari ſtatuit niſi à Summo Pontifice, & tanta concurrente difficultate, vt quaſi impoſſibile videatur, iſtud autem cum eſt voluntariũ in cauſa, & propterea conceditur diſpenſatio, ſed quia manifeſtum non ab Epiſcopo, verum ab eodem tantum Pontifice, quæ omnia apertè probauimus in verſic.eſt tamen, nu. 129. itaque exemplificare conuenit iſtam ſecundam ſpeciem homicidij, in qua poteſt,quin etiam ſolet diſpenſari, & primo in mandãte aliquem leuiter percuti,vel baculo,aut colaphis cedi,vt dixi in verſ.Tandem dixi,& antea verſ. quod ſi mandatum, & declarauit Sacra Congregatio his vtẽs verbis,quærebatur an his qui mãdauit aliquem baculo verberari,eò expreſſo ne occideretur,ſi mandatarius armis percuſſerit, & oc-

145 ciderit intelligatur incidiſſe in hoc Decretũ Concilij,adeò vt omni ordine, atq; beneficio; & officio Eccleſiaſtico abſq; ſpe diſpenſationis perpetuo carere debeat; Congregatio cenſuit negatiuè, & hãc opinionem confirmat Nauarr, in Manuali cap.27, num.240. Concilium enim requirit homicidium per induſtrias, per inſidias, & ex propoſito: hactenus declaratio ex qua oritur dubium,habeat ne locum in mandante vulnerari,vel deformari,tametſi excipiat occidere,& difficultas iſta accipit robur,tũ ex eo quod hic venit pœna homicidij puniendus prout liquet ex his, quæ cumulaui ſupra verſ. Demum committitur, tum ex verbis eiuſdem declarationis,illis nempè ſi mandauit baculo percuti eo expreſſo ne occideretur;quare ſi reſpondet negatiuè,videtur innixa inſtrumento,nempè baculo,quo percuti iubſit, ergo ſentiat contrarium cum vulnerari,aut deformari præcepit,ſed non propterea credo hunc mandatarium comprehenſum dici in prima parte iam dicti c.7.at potius in 2.& conſequenter eius irregularitas ſit diſpenſabilis;ad quod potiſſimum adducor ratione tradita in præcitata declaratione, quod ſcilicet dictum caput Coucilij (id eſt prima illius pars) requirat homicidium ex induſtria & per inſidias,nec non ex propoſito, quorum nihil poteſt huic mandanti aſcribi; ſiquidem mandando fuit tantum in culpa, eò quod debuerat cogitare,id potuiſſe euenire cap. fin.de homicid. in 6. qui textus tametſi loquatur de mandante verberari,vt ille ſit in culpa; atque ideò non videatur idem aſſeuerandum in mandãte vulnerari, quod ſui natura,aut praua intentione hominis dirigi ſolet in homicidium, vt ſcripſi ſupra verſ. demum cõmittitur; attamen hunc dumtaxat culpoſum dici, non autem doloſum exiſtimo,quoniam nullum aduerti textum decernẽtem ipſum doloſum,nec non, quia Doctores omnes prædicto capite finali promiſcuè vtuntur, & adducunt tam in mandante vulnerari quam verberari, idq; apertè ſuadetur ex conſ. crimin.Cepoll.34.ſi vnquam verſ.nono,poſt num.58. vbi recenſet complures auctores citantes prefatum caput aduerſus mandantes vulnerari, quod non ineptè ſcripſerunt ni fallor, at illa fortaſſe ratione quod verbum illud verberari poſitum in eo textu ſit loco generis,& non immeritò alij qui voluerunt inter hæc duo conſtituere differentiam, nõ vtuntur verbo iſto verberari, ſed alijs; atque ita diſtinguunt inter mandantem vulnerari aliquẽ, & baculo percuti,& quatenus aliquibus verior ea ſententia videretur,quæ mandantem inferri vulnus cenſet homicidam voluntarium ſi mandatarius occiderit, & confirmatur rationibus adductis per Cepoll. indicato

cato

cato consil. num. 49. non tamen prætendi potest eius voluntatē directè ad homicidium tendere, sed contrarium omninò verum esse non inficiunt illimet Doctores, imò potius illud abhorruerit, dū expressè inhibuit interficere, vt concludit Plaza in Epitome delictor. cap. 15. versic. quarto deducitur lib. 1. idque meæ congruit opinioni, ne eundem complectatur dispositio Concilij Trident. in eodem cap. 7. exigens propositum, industriam, & insidias in homicida, quæ omnia aliena esse ab hoc homine patet cuiquam aduertenti hactenus notata.

146 Sed capitulum sede vacante, aut eius Vicarius, quam retineat auctoritatem circa prædicta non inutiliter subiungam, & primo dispensationem eandem elargiri valet, quam, & Episcopus in hac re posset, vt notat Henriq. in summ. Theolog. Moral. lib. 14. cap. 20. §. 1. in fine, qui in hoc peculiari casu loquitur, nunc addo alios idipsum asseuerantes in omni dispensatione, quam impartiri potest Episcopus, scilicet Federic. de Senis consil. 3. & 4. Francisc. Pauin. in tract. de potest. capit. par. 1. quæst. 30. & Nauar. conf. 31. de temp. ordin. post Abb. & alios in cap. cum olim de maior. & obed.

Vbi verò à Sede Apostolica tam in terminis istis quam alijs quibuscumque decernuntur, quia locorum ordinarijs diriguntur vt causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, (nec aliter) dispensare possunt, ex Concilio Tridentino in eodem capit. 7. sess. 14. de reformat. & cap. 15. sess. 22. eadem rubr.

147 de reformat. ideò concludendum est nequire Capitulum, aut eius Vicarium sede vacante dictam elargiri dispensationem demandatam auctoritate talis rescripti; eamque si concederet validitate careret, vt probat Felyn. in cap. eam te nu. 17. & 18. de rescript. non enim valet capitulum cognoscere de causa delegata Episcopo, etiam si appofuerit ille manus ante obitum, quia successor expectādus est per cap. quoniam Abbas de offic. delegat. Cardinal Zabarell. in clem. 1. de hæret. Bellam. decis. 166. & Marchisanū in suis comment. super commiss. appellat. extra Romanam curiam par. 1. cap. 6. nu. 32. & suppetunt quæ generalius loquentes aiunt Abb. in cap. cum olim num. 2. vers. quarto dubitatur, de maior. & obedien. Dec. in c. quoniam Abb. nu. 21. de officio deleg. Federic. de Senis conf. 30. An capitulum num. 1. verf. item Episcopus, & conf. 130. factum est tale, num. 3. qui distinctione vtentes inquiunt, capitulum succedere Episcopo defuncto in his quæ sunt Iurisdictionis voluntariæ, eidemque competunt Iure ordinario, nō autem delegato; sed rationem verissimam eam esse suadeo, quam præcitatus Marchis. eo in loco rescripsit, nempè quod sumus in mandato iurisdictionis solum concernente dignitatem, cui rescriptum directum fuit, quæ in capitulo cessat; non secus ac in casu cōtrario, quia videmus inhibitionem factam capitulo, eiusue Vicario, non afficere Episcopum successorem, & eius Vicarium, ita quod si alter ipsorum cōtrafaciat inhibitioni, non dicatur attentasse, notat Sbrottius in tract. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 136. nu. 14. ex prædictis itaque non mirum si decisum memini annis proximè elapsis à Sacro Romanę Auditorio, validitate niti impetrationem beneficiorum certò modo factam á quodam Hispano, eo quia illa minus iustè possidebat alter adhuc Hispanus, & illegitimè natus, qui obtinuerat dispensationem illegitimitatis à Vicario capitulari sede vacante, suffulto delegatione Apostolica vigore Breuis expediti cum clausula illa, officiali solita apponi in breuibus directis ad partes Hispaniarum, vbi dicitur officialis, qui in Italia appellatur Vicarius, ex notatis per Bellam. decis. 5. de offic. Vicar. & additionem ad decis. Rotæ 2. dicto tit. in nouis ideoque pro Italis solet alijs concipi verbis superscriptio rescriptorum, nempè, Venerabili Fratri nostro Episcopo. N. seu dilecto illius in spiritualibus generali Vicario; declarauit itaque Rota Romana nequiuisse Vicarium illum vti prædicta delegatione Apostolica, talemque concedere dispensationem, & consequenter iam dictum illegitimum non iure dispensatum, sed illegitimum esse pronunciauit.

148 Quinimmò adiungo, quod neque Vicarius Episcopalis potuisset eam concedere dispensationem, neque alia exequi suo Antistiti delegata, nisi fuissent in Rescripto addita verba illa, siue eius Generali Vicario; quandoquidem suus Episcopus non vt ordinarius cognoscit causas sibi commissas, verum vt delegatus, quas non videtur suo Vicario cōmittere, cum illum deputat, eique causas decidēdas remittit, sed eas tantum, quæ eligenti competerēt tamquam ordinario, vt concludit Alex. in L. more num. 42. ff. de Iurisd. omn. Iudic. adducit Gulielm. de cuno in l. si Prætor. ff. de Iudic. per illum textum, & tenet Corneus conf. 145. primo videndum nu. 2. vol. 3. quam doctrinam notabilem esse, ac de illa non fieri à scribentibus mentionem adiunxit in eo loco idem Alex. & comendat Dec. in cap. quonis. Abbas num. 78. de offic. deleg.

Et ipse extendo quamuis in literis Vicariatus adesset clausula generalis, siquidem nec tunc intelligerentur commissa, quæ ipsum constituenti competerent ex delegatione Federic. de Senis indicato consil. 130. nu. 3. & Dec. in eodem cap. quoniam Abbas numero mihi 80.

Quin etiam si Præsul expressè substituerit Vicarium ad decidēdas causas sibi competituras auctoritate delegata, non ideò posset ille Ius dicere in memoratis causis, vt inquit Felyn. in cap. Pastoralis §. quoniam verf. præterea sub num. 1. de rescript. adest Rotæ decisio 242. siue 6. si vnus ex tribus post num. 2. & 3. de offic. deleg. in nouis, & decisio 157. siue 2. nota de offic. deleg. in antiq. atque altera 647. siue 9. Episcopus, de offic. Vicarij in antiq. Demumque alia Bisigneti 3. de offic. Vicarij; eo quod nullam tunc temporis habet Episcopus iurisdictionem in causis sibi postea delegandis, iccircò neque potest illarum cognitionem alteri tunc demandare, vt illæmet decis. aiunt.

Quare non impediretur eas subdelegare causas, quas tunc haberet ex Rebuff. in praxi Rub. de forma Vicariat. Archiepisc. num. 159. dumtamen esset à Principe talis Episcopus delegatus, secus si à delegato Principis l. á Iudice C. de Iudic. cap. super quæstionum de offic. deleg.

149 Dispensationes autem Antistiti delegatas à Sede Apostolica, nec ne subdelegare valeat vehementer dubitatum fuit in Rota, in qua Domini Auditores varij ancipitesque fuerunt; eius tamen sententia videtur propendere in eam quam nouissime refert opinionem, & consequenter valeat ille subdelegare,

ſe, quæ in diſpenſatione cõcedenda reſpiciunt cauſæ cognitionem, non autem quæ reſpiciunt factum commiſſæ diſpenſationis, vt eſt videre in citata deciſ. 9. de off. Vicarij in antiq. ex qua deduco cognitionem, seú inquiſitionem illam, an narrata ſint vera, anue debeat concedi diſpenſatio ab Epiſcopo delegato; ſubdelegari poſſe ipſam tamen diſpenſationem ſeu facultatem illam dandi minimè, & iuſta quidem reputatur diſtinctio, á qua recedere nó arbitror tutum die 11. Nouembris 1599. hora 5. noctis, & ſtatim iui cenatum piſces ob deuotionem Annunciationis.

Sed Vicarius qui facultatem habet aliqua requirentia ſpeciale mandatū explendi, licet in his iudicetur delegatus, ac propterea ab eo appelletur ad Epiſcopum ipſum ex omnium ſententia, nihilominus ſi in eadem commiſſione, tùm generalia, tùm ſpecialia delegata fuerint, & non ſeparatim, in omnibus dici ordinarium, atque ordinaria fungi iuriſdictione concludunt Ioan Andr. in addit. ad ſpecul. in rubr. de officio Vicarij verſic. dubitari videtur: & Gemin. in cap. 2. sub num. 9. de offic. Vicar. in 6. ibique Franchus poſt num. 4. Sbrottius in tractat. de offic. Vicarij lib. 1. quæſt. 67. per totam, & maximè num. 3. atque Rota Romana teſte Creſcent. deciſ. 178. Vicarius ſiue vnica hoc eod. citato tit. nu. 15. cuius verba me dubitare fecerunt in hac re, cum alias inclinarem in cõtrariam, quam penſate determinando, ſecuta eſt ead. Rota, in deciſ. 371. ſi Epiſcopus, vel 7. de officio Vicar. in nouis inquiens, Vicarium quantumcunque generalem haberi, & cenſeri delegatum in his, in quibus ſpeciali fruitur poteſtate, & hanc ſine dubio inſequitur Franch. citato nu. 4. dum poſt alias reſolutiones à diuerſis Doctoribus conſtitutas nouiſſimè hanc recenſet.

150 Ex his deflecto ad quæſtionem longè vtilem, quæque continuò euenire poteſt, vt euenit in mea Diœceſi tum tempore Palanterij Epiſcopi mei prędeceſſoris, tū, anteceſſoris eius Iacobi Pedochę, cū namque Vicarium conſtituiſſent in terra Rochettæ, vt voluntati ciuium inhærerent volentium à pari procedere cum Laquedonenſibus, cumque ab illius decreto fuerit quadam vice appellatum, & diſcuſſum ad quem, nempé ad dictum Epiſcopum, an ad curiam Metropolitanam compſanam; tandē vicit Metropolitana curia, eo quod dictus Epiſcopus Palentherius inter præcipuos Theologos, & cõcionatores Italiæ licet fuerit ſemper, ac non ſine ratione numeratus; legum tamen penitus ignarus, ſuam nequiuit fouere iuſtitiam, ob quod mederi in poſterum tanto malo cenſuit addendo in literis Vicariatus, vnicum verbum, foraneum ſcilicet, quem non conſtituere vnum, & idem conciſtorium cum Epiſcopo dicit Cardin. Zabarell. in clem. 2. nu. 23. de reſcript. & Sbrott. de officio Vicarij lib. 2. q. 62. num. 7. ac propterea ab eo ſit appellandum ad Præſulem, aut eius Generalem Vicarium legimus deciſum in cap. Romana, de appellat. in 6. vbi Gemin. verſic. oppono ſecundo, poſt num. 4. notat, & Calder. conſil. 3. eodem citato titulo, & poſt alios, quos memorat, ſcribit Sbrott. dicto tract. quæſt. 62. nu. 6. At ipſe volens Rochettanis fauere, non ſum veritus in eadem terra Vicarium cum omnimoda poteſtate deputare; neque paſſus ſum á ſubditis vigore appellationis haberi recurſum ad Metropolitanum, ſed ad me ipſum, meumue officialem principalem Laquedonenſem:

Primó ex deciſione Rotali relata per Mohed. deciſ. 133. ſiue 5. cauſa matrimonialis de appell. in qua reſolutum legimus, à Vicario deputato in Ciuitate Salamantina per Archiepiſcopum Compoſtellanum ad eundem Archiepiſcopum interponendam eſſe appellationem.

Secundo ex ratione illa, quod cum certæ partis Prouinciæ curam habuerit, neque totius Compoſtellanæ Diœceſis electus fuerit Vicarius Generalis, immò adſit alter vniuerſæ Diœceſis, & Prouinciæ Metropolitanę principalis Officialis, atque in Ciuitate ipſa Compoſtellana commorans habetur pro Vicario foraneo, ob idq; vnū idemq; non eſt illius, & Epiſcopi cõciſtorium; quas omnes concluſiones multis comprobat auctoritatibus, tu videto vna cum alijs ſcribendis, & à me conſideratis.

Ac præſertim quod Vicarius Foraneus ille exiſtimatur, qui foris, & in aliqua Diœceſis parte decretus fuit Vicarius, per gloſ. in cap. 1. verſic. foraneus de appell. in 6. & clem. 2. verſic. foraneo de reſcript. vbi Zabarell. sub num. 24.

Inſuper quod ille dicendus erit Vicarius generalis, qui in eodem loco ſedet, in quo Antiſtes, & illic gerit eius vices, idque fieri á foraneo cum dicere nequeamus, iccircó neque eundem principalem Vicarium reputare iuſtè poterimus, ideó inter eos maximè diſtare ſcribit Bertach. in tract. de Epiſcopo par. 8. lib. 4. tit. de Vicario Epiſcopi num. 8. & Iacob. Sbrottus de Vicar. lib. 1. quæſt. 20. sub num. 3.

Ex quibus ad reſolutionem propoſitæ quæſtionis deflexerunt aliqui Iuriſperiti, & affirmarunt Vicarium in aliqua terra, aut oppido conſtitutum, dici tantum foraneum, & non generalem, maximè Natta in addit. ad conſ. Alex. 12. verſ. tanquam Vicario, poſt nu. 4. lib. 6. Marant. in ſuo Speculo par. 4. diſt. 5. num. 14. Couarr. lib. 1. pract. qq. capit. 4. verſic. Quando autem committere, sub num. 8. Iacob. in inueſt. in gloſa Vicarius, & poſt alios citatus Sbrott. lib. 1. quæſt. 13. Epiſcopus namque vbicumque alicui tamquam Vicario committit Vniuerſitatem cauſarum, in aliquo caſtro ſuę Diœceſis, non propterea illum propriæ conſtituit Vicarium, ſed tantū delegatum ad vniuerſitatē cauſarum, vt notat Alex. adducto conſil. 12. num. 4. per Innocent. in cap. Romana de offic. ordin. in 6. idq; veritate nititur, etiam ſi in literis Vicariatus appellaretur Vicarius Generalis, vt eueniſſe compertum eſt in literis prædicti Vicarij conſtituti ab Archiepiſcopo Compoſtellano; his enim verbis nihil refragantibus, cenſuit Rota non principalem, ſed foraneum dumtaxat Vicarium iudicari; & eſſe; etenim Mohed. in eadē illa deciſione ſubiungit, quod licet nominetur ita, attamen in veritate non eſt ita, atq; ex his omnibus errore lapſū eſſe Syluestrū in verbo Vicarius sub n. 4. non eſt controuertendum, dum ipſum exiſtimauit Vicariū generalem, cū re vera fruatur Iuriſdictione, adhuc ſi genericam habuiſſet facultatē cognoſcendi de cauſis criminalibus, matrimonialibus, & beneficialibus cumulatiuè cum ipſo ordinario, vt latius eſt videre in deciſion. Aldobrand. volumine 2. diuerſ. deciſ. 297. in cauſa Placentina num. 1. qua in deciſione proponitur theſis illa;

ſit

sit nè dandum mandatum de manutenendo Vicarijs in aliquo loco deputatis, aut deputandis, & existentibus in quasi possessione cognoscendi de prædictis priuatiuè à Vicario generali, ita quod præuentio daretur inter illos,& Episcopum, vel potius esset manutenendus Episcopus renuens talibus Vicarijs permittere in posterum,vt potestate in talibus vterentur, & quamuis resolutum pro Episcopo ostendat; ipsum tamen plurimum, ac magis facto inniti,quam iure liquido patet,adeò quod si factum non ita se habuisset, fortasse ob solam iuris sanctionem in eandem non iuissent sententiam Auditores; quippe quod vrsit maximè probatio illa ab Episcopo facta, quod ipse, aut eius Vicesgerens prohibuerit, quandoq; dictis Vicarijs exercere iurisdictionem in prædictis, quodq; ijdem Vicarij sepius remiserint eidem Præsuli,aut eius principali Vicario cognitionem, ac determinationem similium causarum; itaq; non potuerint dici cos esse in quasi possessione, nisi quatenus idem Antistes passus est, qui dum renuit amplius sufferre, & id facere potuisse debuerit; propterea manuteneri in hac sua libera velleitate, facultateq; concedendi, vel denegandi pro suo arbitratu.Ipse veró,quia postmodum reperi aliquas validissimas rationes, quibus iure probatur,nullatenus præscribi posse aduersus Episcopum iura Episcopalia; neque ob eam causam, quod ipse Præsul diù retinuerit Vicarium, etiam cum suprema potestate in aliquo castro: valeat eius communitas prætendere esse manutenendam in ea possessione existendi inibi Vicarium, cum simili facultate, quas referunt Caputaqu.decis.2.in verbo Episcopus,siue 306.par.1. exordiente Episcopus in quacumque parte, & Gratian.decis.Marchiæ 113. quoad Vicarium,nu.6.par.1.adiungentes resolutione Tribunalium Rotæ, tum Romanæ, tum Murchiæ id decisum, & obtemptum fuisse, quas rationes, quia non perpendit Aldobrandinus, ideò dico non esse mirandum, si veritate fulcitur illud axioma,quod Homerus quandoq; dormitat,dum ille nu.6.supponens nullam in eo casu (propter recentitas qualitates facti) adfuisse Episcopi patientiam, & ideò nullam ab eis quęsitam quasi possessionem, insinuat apertè, quod si tales deessent qualitates, quodq; Antistitis patientia extitisset, proculdubio aduersarij possessionem adepti essent in prædictis aduersus Episcopum, eoq; inuito deinde manutenendi,cuius contrarium Caputaqu.& Gratian. verum esse aiunt,& resolutum attestantur.

In causa verò ipsa Placentina, cuius meminit citata decis. Aldobr. agitata fuit quæstio illa, tum
151 perutilis,tum perdifficilis,si Præsul,aut eius minister valeat, in quauis suæ iurisdictionis parte dicere ius, & in eam teneantur subditi commeare ad cuius veram resolutionem multa addere constitui, vltra relata ab eodem Aldobrand. sciat itaq; lector, licere Præsuli in quacumque parte suæ Diœcesis; exercere iurisdictionem aduersus omnes, vbique degentes intra fines suæ Diœcesis, & in eos ius dicere adhuc inuitos cap. venerabilibus,& cap. de xenodochijs, de relig. domib. glos.quam Doctores omnes insequuntur in clement.1.vers.aut eorum, de for. compet. illud q; debeant litigantes, ac subiecti ipsi accedere, expressis verbis addit, (quamuis citatorum verborum vi diceretur comprehensi, & ad id faciendum obligati) Archidiac. in cap.cum Episcopus, post nu.2. de offic.ordin. in sexto, qui adiugit insignem declarationem ad duas illas rubricas Codicis,vbi de crimine; alteramque, vbi de ratiocinijs agi oportet; non de loco,sed de Iudice intelligendas esse, & consequutiuè si delictũ commissum fuerit in aliquo Diœcesis loco, aut gesta ratiocinia, non in eodem sit de eis agendum loco, sed vbi Iudex, & superior illius Diœcesis, Tribunal erexit,iustitiamq; administrat.

Quam extendo primo,quamuis cõsuetudo aduersaretur; ita quippe satis clarè desumitur,ex Doctoribus hactenus citatis, & maximè ex adducta decis.Caputaq.nu.5.

Secundo, dato quod ampla sit Diœcesis, ac eius esset lis agitanda, qui in longinquis habitaret, licet enim Butrius in hoc casu indicet subditum, haud posse trahi ad eiusdem Episcopi locum, sed ab illo sit delegaanda causa decidenda in ipsius subditi loco, aut vicino, vel accedat Præsul, eiusuè Officialis ad illius oppidum, in cap. sanè nu. 12. de foro compet.apertioribusq; verbis illic Barbos.in princ. & in cap.dilectus nu.53.de rescript. refertq; Aldobr.decis.diuers.297. par. 2. nu.7. vbi citat etiam Anchar. in cap. nonnulli de rescript. ipseq; addo Alex. de Imola in addit.ad Bart.in l.cum post C.de appellation.& Franc.Marc.decis. Delphinal.341.quæritur an legatus num.18.par. 1. attamen,quia eorum sententiam reprobat Abb. in eodem cap. sanè num. 3. eodemq; cap.dilectus nu.4.vtique,& nos improbamus, & quatenus reijcienda penitus non esset; ad eum saltem casum restringenda foret,ni fallor,in quo causa esset modici momenti, locusq; valdè distaret, ex Barbac. indicato cap. nonnulli num. 7. & illic Felyn. per text.in eadem l.cum post, & inibi Bart. & Bald. quam restrictionem amplexata est Rota, cuius rei testis est Aldobrand. indicata decis.nu.8.

Ampliatur, & tertio ad locum inferioris Prælati, nisi ille iuuaretur possessione priuatiuè ab Episcopo,ita Franch.citato cap.cum Episcopus nu.3.Lancellot. tract.de attentat.par.2. cap.4.num.69. Gonzal. in 8.Regul.Cancell.in prohem. §.2.num.35. & Grat.decis.March.113.

Limitatur verò in duobus casibus ab ipsomet Gratian. in sua addit. ad prædictam eiusmet decis. 113.quorum primum nu.2. recenset, nè scilicet liceat Præsuli ad longum tempus sine causa alibi tribunal erigere, & à Ciuitate amouere, per Gemin. in cap. placuit, vt nemini 7. quæst.1. & alios, quos Gonsales memorat ad 8.Regul.Cancellar. glos.43. num.192. Alterum veró recenset num. 3. aitque nè in loco exempto queat idem erigere Tribunal, multisque comprobat auctoritatibus,nosque scripsimus rubr.9.cap.5.sub nu.3.

Quid verò in delegatis, aut Præside Prouinciarũ dicendum sit, cum vellent subiectos vnius Prouinciæ, ad alteram aduocare, non discutio; quandoquidem in vtramque sententiam non pauca coaceruat Francisc. Marc. decis. Delphin. 341. quæritur an legatus part. 1. eius itaque scripta adeat lector, si illius veram resolutionem perscrutari concupiscit.

Non tamen illud hic pro cõplemento duxi conticendum, si Archiepiscopus sit Iudex competens,

Vicario-

152 Vicariorum ſuffraganei, aut ipſiuſmet Epiſcopi ſuffraganei. Primò quippe caſu negatiuam partem, probat text. apertus in cap. 1. §. nec etiam, iuncto §.final.in fine, de foro competenti in ſexto, decidens Archiepiſcopum, ita carere iuriſdictione in Vicarios, ſicut & in ſubditos reliquos ſuffraganeorum, quod præterea illic notant Innocent. & Archidiacon.cum alijs annotatis,necnon gloſ.in cap. 1. verſ. rationabilis, de offic. Vicar. in ſexto, quam inibi complures inſequuntur Doctores, & omninò veram cenſemus reſpectu delicti patrati extra officium; reſpectu verò alterius, quod in officio commiſſum eſſet,tractatio erit,nu.157.

Altero item caſu, temporum conſiderata varie-
153 tate reſpondendū erit, quandoquidem vetus ſanctio erat, qua Archiepiſcopo ſubijciebatur Antiſtes, tùm in criminalibus ipſis cauſis,tùm ciuilibus, iuxta cap.paſtoralis,& illic notat Abb. num.2. de offic.ordinar, ita quod licebat Archipræſuli eundem ſuſpendere Epiſcopum, interdicere, ſiuè excommunicare, cap. 1. §.final. 12.diſtinct. alijſque relatis à Quaranta in verbo Archiepiſcopi auctoritas, num. 8. & 10. Illa verò poſtremis his noſtris temporibus ceſſat ob Tridentini Concilij diſpoſitionem in cap.5. ſeſſ.24.de reformat. cauſas criminales grauiores contra Epiſcopos, quæ depoſitione,aut priuatione dignæ ſunt, ab ipſo tantum ſupremo Pontifice cognoſci, & terminari ſanciente; minores verò in Concilio tantum Prouinciali, vel à deputandis per Concilium Prouinciale.

Et hoc caſu quo Synodus procedit, militare alterum eiuſdem Concilij decretum non dubito, quo diſponitur,ne Epiſcopus in alia cauſa,quam illa,ob quam deponendus, vel priuandus veniret, citetur,aut moneatur, vt perſonaliter compareat, in cap.6.ſeſſ.13. de reformat. ſi namque ex adducti capitis decreto citari conceditur, vbicumque deponendus, aut priuandus, dumtaxat venit; quia tunc à ſolo ſummo Præſule cognoſci, & terminari cauſam, ſancitur in citato capit.5. ſeſſ. 24. itaque vera eſt ſequela, ne Concilium Prouinciale valeat monere Antiſtitem ad perſonaliter comparendum.

Quinimmo ſi vellet Concilium Prouinciale formare proceſſum contra Epiſcopum ipſum in cauſis grauioribus ad effectum tranſmittendi illum ad Sanctiſſimum, neque poſſet, eo quod illius capitis vigore non ſolum diffinitio, ſed etiam cognitio, eſt Sanctiſſimo reſeruata, iuxta declarationem Congregationis, ſub die 3.Octobris 1585.& verba eiuſdem capitis præportant,dum poſtquam ſtatuit in grauioribus cauſis criminalibus Epiſcoporum, nullum poſſe manus apponere præter Romanum Pontificem,illicò adnectit hæc verba, quod ſi eiuſmodi ſit cauſa, quæ neceſſariò extra Romanam Curiam ſit committenda, nemini prorſus committatur niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis à Beatiſſimo Papa eligendis; hæc verò commiſſio, & ſpecialis ſit, & manu ipſius Sanctiſſimi ſignata, nec vnquam plus his tribuat, quam vt ſolam facti inſtructionem ſumant,proceſſumq; conficiãt, quem ſtatim ad Romanum Pontificem tranſmittant, reſeruata eidem Sanctiſſimo ſententia diffinitiua.

Itaque Iacobus Sboritius non inualida, & inani adductus auctoritate in tract. de Epiſcopi Vicario lib.2.q.59.verſ.nec dicatur, ſub num.1. concluſiue loquẽdo ſcripſit,ceſſare Archiepiſcopi iuriſdictionem in cauſis criminalibus Epiſcoporum,& non immeritò dum Archiepiſcopus Surrèntinus, hoc anno 1609.auſus eſt ſuſpendere Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis, prætextu quod clericũ ordinauerit alienum; illeque ad Sacram Congregationem Cardinalium Concilij interpretum confugiſſet, ab ea emanauit declaratio innixa, non ſolum negatis per Epiſcopum circa facti ſeriem,at genericæ concluſioni præfatæ, dum generatim loquens, ſic cenſuit. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridẽtini interpretum, cenſuit nullo pacto licuiſſe Archiepiſcopo,Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis, quamuis eſſet ſuffraganeus,declaratæ ſuſpenſum, ac propterea huiuſmodi declarationem nullam, atque inanem eſſe, viribusq; omninò carere, mandauitq; vt illius perinde ac ſi non emanaſſet, nec in iudicio, nec extra iudicium,vlla ratio habeatur P. Cardinalis Arigonius.

In cauſis autem ciuilibus adhuc perdurare Archiepiſcopi iuriſdictionem in Epiſcopum dicit, idem Sbrottius citata quæſt.59.num.2. ſicuti & antiquitus erat ex ſententia Abb. indicato cap. paſtoralis num. 2. Ipſeq; vidi eiuſdem Congregationis Concilij declarationem,ſuper adducto cap.5. cuius verba ſunt: Item poteſt Metropolitanus cognoſcere cauſas ciuiles Epiſcoporum ex ſententia Congregationis.

At ipſe vehementer dubito, ſi hæc ſententia vera ſit,etiam bis temporibus, tùm quia nũquam id vidi vſu ſeruatum, quamuis non me lateat à multis affectos moleſtia Archiepiſcopos ipſos, vt ius dicerent in cauſis ciuilibus aduerſus Epiſcopos: tùm quia non ſemel, at pluries ſupplicaui Illuſtriſſimis Cardinalibus Congregationis ſuper Epiſcopos pro clientibus volentibus iudicium intentare contra eorum Epiſcopos debitores, & ſemper obtinui delegationem cauſarum ad Apoſtolicum Nuncium in Ciuitate Neapolis, quod quidem, ni fallor, præſtantiſſimi illi Patres non effeciſſent, ſi iure his temporibus niteretur adducta reſolutio, qua apparet licere Archiepiſcopo procedere in cauſis ciuilibus Epiſcoporum.Imò & pro Archipresbytero Acerrarum commiſerunt cauſam Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ, Metropoli dicti Epiſcopi; quæ licet primo aſpectu dici nequeat, & appellitari delegatio, ſed potius excitatio iuriſdictionis, ex his, quæ prolixè cumulaui in meis collectaneis, verbo delegatio num. 48. Attamen propter expreſſa verba dictarum literarum, delegationem dici factam opinamur; ſunt enim (queſta ſacra Congregatione delega à V.S. queſta cauſa:) Immò cùm memoriale Congregationi porrectum, & ab illa tranſmiſſum Metropoli Neapolitanæ, certa capita complecteretur, velletque pars deinde aliud addere caput, renuit illud admittere Curia Archiepiſcopalis, tanquam caput non comprehenſum in literis delegationis introcluſum continentibus dictum memoriale eiuſdem Archipresbyteri certa exprimens capita, vt propterea oportuerit rurſus Congregationem adire,& alias impetrare literas ad eandem Curiam, ſuper alio de recenti propoſito capite.

Ex quibus, & illud pariter concludi poſſe, ſug-

geritur non opus esse discussione in illa altera quæstione per Sbrottium adamussim tractata in lib. 2. quæst. 58. habeat ne Vicarius Archiepiscopi iurisdictionem in Episcopos suffraganeos; Id enim cum in duobus tantum casibus contingere possit; nempè pro causis ciuilibus, & criminalibus extra iurisdictionem patratis, aut pro excessibus in actu iurisdictionis committi solitis, atque ab illis tanquam Episcopis commissis, & quia primò casu nihil posse nunc Archiepiscopum in suffraganeos conclusimus, ideò multo minus illius ministri facere quibunt, cum re vera illa vnitas Consistorij, & paritas iurisdictionis, non in omnibus generaliter locum habeat, per Geminian. consil. 114. si Procurator, Mandos. Regul. Cancellar. 24. quæst. 5. num. 9. quare Vicarius cum suo Episcopo non valeat concurrere, admonet Capra regula 33. num. 17. par. 1. & quando subsisteret, vtique dum ab Archiepiscopo est sublata per Concilium auctoritas, longè magis ab eius Vicesgerente, & cui etiam ius commune interdixit habere auctoritatem in suffraganeos, adhuc per viam appellationis, ex notandis num. 156. In secundo autem casu id ipsum puto dicendum,

155 ob illud assumptum, quod Antistes compellatur deputare Vicarium, qui iurisdictionem exerceat, si vera est doctrina Abb. in cap. quoniam num. 3. de officio Vicar. Bald. in l. aliquando in 4. opposit. sub num. 1. ff. de offic. Proconsul. Boer. decis. 347. & primo videtur num. 6. Alphons. Carmonensis tractatu de beneficijs incompatib. par. 2. cap. 10. num. 9. Ruyn. cons. 148. nu. 4. vol. 2. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 20. num. 4. Foller. Cucch. Rebuff. Lancell. Beroi, & aliorum multorum, quos silentio pertranseo; intantum quod per immemorabile tempus Episcopos, maximè insignium Ciuitatum consueuisse tenere Vicarios, testatur Gabriel cons. 32. in illa perdifficili num. 22. lib. 2. & si contraria reputaretur verior, vt eam ita censet Simonetta tractatu de reseruat. quæst. 85. num. 11. Mohedan. decis. 4. num. 1. de offic. Vicar. Felyn. indicato cap. quoniam num. 5. Rota decis. 222. num. 5. par. 2. diuersorum, & alij, quos citat, & sequitur Hieronym. Gonzal. in suis commentarijs ad 8. Regul. Cancellar. glosa 4. num. 66. Attamen, quia continuò vsu experimur à solis Vicarijs ius dici, idcircò non deesse causá, qua prætendatur casus aliquis, in quo Episcopus subsit Vicario Archiepiscopi, & quando in aliquibus casibus Præsul exerceret iurisdictionem, tunc agitanda esset quæstio, necne præfatus Vicarius es-

156 set idoneus Episcopi Iudex, & iurisdictionem exercere per viam appellationis in Episcopum valeat, cum textus, & Doctores in cap. 1. §. Officiales, de offic. ordin. in sexto, propter reuerentiam Pontificalis officij negent, & vera quidem eorum est sententia, nisi Archiepiscopus in ijs locis sit, quo propter longinquitatem, tardissimè omnia perferantur ex Menoch. siue Piccardo inter illius consilia lib. 1. cons. 52. num. 187. Cucco in institut. iuris canonic. lib. 4. tit. de consecrat. Episcopi num. 6. & Gratiano cap. 169. disceptat. forens. num. 16. & ad materiam appellationis speciatim deflectens concludit, vir ille eximius Horatius Visconte in addit. 2. ad decis. de Franch. 622. tom. 4. hoc anno 1618. vnitim cum addit. impress.

157 Cæterum si Vicarius Episcopi delinquat, sitne ab Episcopo cognoscenda causa, videtur dubitatio maximi momenti, non quidem si delictum sit in re non concernente iurisdictionem, quia in illis diximus num. 152. alium præter Episcopum non esse Iudicem; sed dubium versatur in his, quæ officium tangunt; in qua dubietate aliqua tantum prodam, non autem omnia ad hanc rem spectantia; quãdoquidem Iacobus Sbrottius assertores vtriusque sententiæ recenset, & iura in lib. 3. quæst. 57. de officio Vicarij, ibique fauet negatiuæ sententiæ, quæ mihi semper visa fuit nimis dura, atque in praxi non obtempta; cum numquam viderim Archipræsules apposuisse manus, at potius eorumdem Vicariorum proprios Episcopos; fortasse ob Regulam illam, quod inter subditos Episcopi citra remedium appellationis nequit Metropolitanus aliquid agere, aut definire, quam tradit Abb. in cap. sollicitudinem num. 5. de appellation. quamobrem sententias à suffraganeis prolatas, vidimus plerumque rescissas. Ipsos verò ob iniustitiam, vel subornationem, aliudue crimen in iure dicendo commissum, nusquam ab illis castigatos, nisi appellatione iustè interposita renuerint parere inhibitionibus illorum, quando non semel deuentum esse ad exequutionem pœnæ non ignoramus, in quibus casibus vigere Archiepiscopi auctoritatem, non dubitamus; & in alijs contradicimus propter vsum, & doctrinam, Speculat. in titul. de competent. Iudic. addit §. sequitur num. 3. commendati illic à Bald. in addition. vtque Pauino in tractatu de offic. & potestat. Capit. sede vacant. 2. part. princip. quæst. 10. num. 22. in fine, Cardin. in rubrica de rescript. q. 1. & Federic. de Senis cons. 110. Accedit œcumenici Concilij Tridentini sanctio in cap. 16. sess. 24. de reformat. vt Episcopus exquirere possit à Vicario Capitulari rationem suæ administrationis, possitque eum punire, qui in eius officio, seu administratione deliquerit; & proculdubio, si Archiepiscopus esset, Vicariorum delinquentium in officio Iudex, non successori, sed eidem Archiepiscopo demandasset Concilium facultatem in illos procedendi; quin etiam memoria repetimus, quod cum Salernitanæ Ecclesiæ Præsul Bologninus voluisset in Vicarium Acernensem practicare opinionem contrariam, ac propterea citare illum ad personaliter comparendum, eumq; contumacem excommunicationis vinculo ligatum declarare, deinde auditis partibus, omnia reuocarunt Illustrissimi Patres Congregationis super Episcopos.

Post hæc ad meas peruenit manus opus paucis ab hinc mensibus typis datum à Prospero Farinaccio, eius scilicet quarta pars criminalis praxis; quo loci vir ille doctissimus vniuersam hanc homicidialem materiam explanat, multas continentem quæstiones, sub tit. 14. & postmodum sub titul. 15. omnem de Consultoribus, & Mandatoribus adiungit tractationem; quare illius notata percurrere valebit Lector, si alicuius indigebit dubij resolutione in hac specie; Ipse enim expleueram caput istud, cum volumen illud prodijt, & nolui ordinem, ipsiusque seriem peruertere, quod mihi non sine ingenti labore faciundum erat, si adhuc pauca ex his, quæ ipse coacerauit, eo in loco voluissem huic capiti adnectere, itaque satis erit, si retulerim me illud percurrisse, audoque Lectori insinuem

inſinuem, eundem poſſe, id ipſum agere cum opus erit.

SVMMARIA.

Curialium ſpecies quot ſint nu. 1.
Illis interdicitur promotio nu. 2.
Feudatarij ſint ne ordinum capaces? nu. 3.
Clerici vtrum ſuccedant in feudum nu. 4.
Adhoa ſucceſſit in locum perſonalis ſeruitij in Regno nu. 5.
Homicidij conſcius ſiue facto, ſiue praecepto, ſiuè conſilio, inhabilis iudicatur ad ordines; num. 6.
Aduocatus, etiam in cauſa criminali, tùm ſi accuſatoris, tùm ſi accuſati partes fouit, numer. 7.
Milites in iuſto bello militantes, vtrum ſint capaces ordinum nu 8.
Sbirruarij, aut alij quicumque comitantes facinoroſum ad patibulum ſunt quoque irregulares nu. 9.
Clerici hortantes alios ad pugnandum in bello, diſcutitur ſi irregularitatem contrahant, num. 10.
Bellum iuſtum, vt dicatur, tres oportere concurrere conditiones demonſtratur nu. 11.
Medici Phyſici non ſunt inhabiles ad ſuſcipiendos ordines nu. 12.
Neque Chirurgus ſi laicus ſit nu. 13.
Chirurgo ſecanti membrum, qui opem praeſtat, vtrum ſit irregularis nu. 14.
Phlebotomator ſit ne irregularis, ſi phlebotomatus deceſſerit? nu. 15.
Diſpenſare cum Curialibus, qui valeant, numer. 16.
Iudex mandans ſuſpendi reum, committat ne homicidium, & voluntarium nu. 17.

Capitulum XXIV.

A Diecit ſancta Mater Eccleſia, ne Curiales, aut alij poſt baptiſma militantes, vel in foro decertantes ſacris poſſent inſigniri ordinibus, idque in Summa 51. diſtinct. & à Curialibus exordiens, reperi non tantum iure canonico eis prohiberi ſuſceptionem ordinum, verùm etiam Imperiali, in §. ſed neque in authent. de ſanctiſs. Epiſcop. quorum quidem irregularitatem, inter eas Vgolin. inſerit, quae ex vitio corporis proficiſcuntur, tract. de irregular. cap. 59. Sayrus autem in ſuo Theſauro caſuum conſcientiae libr. 6. cap. 14. eandem inter prouenientes ex defectu libertatis connumerat; ſed eam inter illas ipſe reſcribo, quae ex homicidio procedunt; namque Curiales, licet ij ſint, qui regendis Ciuitatibus praeficiuntur, ita nuncupati, quod Reipublicae curam gerant, ſicuti refert Marcus Antonius Surgens de Neapoli illuſtrata lib. 1. cap. 17. num. 39.

1 Nihilominus tres Curialium ſpecies ipſe recenſeo, per auctoritatem Syluestri verbo ordo 4. num. 3. quarum prima largè ſumpta, omnes illos continet, qui Curiae quoquomodo obligati exiſtunt, quemadmodum Milites, ſiue Aduocati forenſes, aut Iudices, vel Hiſtriones, caeterique omnes, qui alicui Communitati, Reipublicae, ſiuè Principi ſe obligarunt ad iuriſdictionem exercendam, vel iuuandam, aut aliud quidpiam faciendum, quos omnes refert Gloſa in Summa 51. diſtinct. & Vgolin. adducto cap. 59. num. 2. Alia verò ſtrictè ſumpta, illos tantum comprehendens, qui honeſta gerunt Curiae officia, vt Iudices, Priores, Decuriones, & Anciani, ac reliqui Magiſtratus omnes; vltima autem ſtrictius ſumpta, quae illos ſolummodo amplexatur, qui aliquo modo fuerunt in cauſa ſanguinis, atque ideò ſi ſtrictius, dùm loquitur hi veniunt appellatione Curialium, qui ſaeua exercuerunt, cauſamque ſanguinis agitarunt, inde fit, vt meritò iſtorum irregularitas inter eos ponatur, quae ex homicidio oriuntur; plurimi etenim ipſorum, licet ſuum exequantur munus citra peccatum; non tamen citra defectum perfectae laenitatis, ob quod verè ſunt homicidae; ſed quoniam non ob delictum, ideò nolui hoc caput inſerere inter ea, quae complectuntur tractatus omnes ad quartam ſpeciem ſpectantes, ſed ad hanc prouenientem ex defectu.

2 Promotio veró his omnibus interdicitur, atque ideò non tantum illis, qui ſanguinem fuderunt, aut emiſſioni huic praeſtiterunt opem; ſed inſuper reliquis omnibus, ex Nauarr. in Summa cap. 27. num. 212. Armill. verbo irregularitas num. 8. Eſt tamen indubitati iuris, eos qui cauſae ſanguinis vacarunt, difficiliori, atque duplici deuinciri irregularitate; caeteros verò exiliori, & ſimplici, ob quod iſti poſſunt illico admitti ad ordines, cum ſunt ab obligatione liberati; Illi verò quamuis Magiſtratu abierint, ſintque propterea liberati ab irregularitate, quae tunc eos vti Curiales vinciebat, non tamen alia, in quam ob defectum perfectae laenitatis iam inciderant, ex Maiol. tractatu de irregularit. libr. 2. cap. 5. & Henrichez ſumm. theolog. moral. libr. 14. cap. 5. §. 5. in fine, liter. N, in gloſa.

Alij verò, qui ſaeua non exercentes, ſtipendium tamen à publico recipiunt, aut proprio iuramento aſtricti ſunt ad aliquod onus Reipublicae, non perperam, ſed maxima adhuc ratione prohibentur ordinari; atque illa profectò, quod Eccleſia ſaepius perturbatur, ſi à Curia repetantur, id quod à perſonis Eccleſiaſticis alienum eſſe debet, iuxta cap. 1. cap. deſignata, & cap. ſequens 51. diſtinct. Necnon altera ſuffragatur, quod nonnunquam ordinibus Eccleſiaſticis inſigniri concupiſcunt, non quidem pietatis ſtudio, verùm ne officiorum ſuorum munera obeant, cap. in principio 53. diſtinctione.

Ad primam autem Curialium ſpeciem, non modo illud ſpectat, quod auctoritate gloſae, & Vgolini recenſui ſub num. 1. at praeterea illud pertinere videtur, quod Sayrus arbitratur in ſuo Theſauro caſuum conſcientiae libr. 6. cap. 14. num. 12. vt hanc

3 ob rationem feudatarius etiam prohibeatur ordines suscipere; cuius resolutionis rationem illam esse addit ipsemet Sayrus, quod feudatarius præstat homagium, siue iuramentum fidelitatis, quo pollicetur se personale aliquod seruitium præstiturum Domino, quod vtique ipsum clericum a ministerijs Ecclesiæ retineret; sed huiusmodi ratio id minimè efficere potuit, quin ipse contrarium existimarem, maximè cum iam dicta ratio non semper subsistat; eo quod sicut reale seruitium, vt plurimum, ipse feudatarius exhibere spopondit, ex Bald. in l. quisquis, post num. 1. de Episcop. & cleric. Illud tamen non semper, ac multoties nullum tenetur exhibere; etenim non seruitium est substantiale feudi, sed fidelitas, vt inquit Afflict. in cap. vnico post num. 251. ex quibus causis feud. amittat. atque ex his moti fortasse plerique
4 Doctorum crediderunt, clericum esse feudi capacem, tametsi quæstio inter Scribentes appareat respectu præfati clerici prætendentis succedere in feudum, quamq; disputat Præpos. in cap. 1. qui feud. dar. poss. & constat illam veriorem esse sententiam, quam amplexantur negantes, vt Capyc. decis. 31. num. 2. Duena regula 103. & Camill. Salern. in prohem. Consuetud. Neapol. post num. 303. versic. clerici non succedunt, alijque multi adducti à præfatis Auctoribus; Nec præterea censeo subsistere aliam rationem, quam idem Sayrus addit, affirmans, quem non posse feudatarium, & clericum simul esse; ideoq; suscipiendo clericatum demittat feudum, quod nequeat idem feudatarius exequi irrequisito Domino, & absque eius expresso consensu; siquidem respondeo non deesse, qui contrarium simpliciter affirment, per textum, qui videtur expressus in capit. 1. de vassall. qui contra Constitution. Lotharij, & cap. 1. §. rursus, inibique Scribentes, quibus modis feud. amittat. sunt præterea nonnulli alij, qui permultis vtuntur distinctionibus, atque in hanc rem non pauca ab alijs afferuntur, pro vtraque parte, quorum scripta prætermittere censui, ne sim longior si omnia recensuero; ambientem verò illa perquirere relego, vt adeat Glosam, & Andream de Isern. atque Bald. Aluar. Præposit. & Afflict. in cap. vltimo, de capit. qui cur. vend. Tiraquell. de retract. lib. 1. cap. 34. glos. vnica nu. 6. & Iulium Clarum in §. feudum, quæst. 34. quæ omnia præsentiens Maiol. libr. 2. cap. 5. post num. 5. Restringit hanc resolutionem in his tantummodo casibus, in quibus constat non posse feudatarium refutare feudum inuito Domino, quod tametsi verius appareat, quam latior Sayri sententia; nihilominus in his etiam casibus defendi posset, ne ille impediatur suscipere ordines; illis tamen susceptis, dicatur illicò spoliatus feudo; namque hoc expressis verbis dicit textus in cap. vnico §. si quis, versic. qui clericus, si de feud. defunct. controuers. fuerit; cuius verba sunt; qui clericus efficitur, aut votum Religionis assumit, hoc ipso feudum amittit; concinunt præterea textus in cap. vnico de vassall. miiit. qui arma bellica deposuit, in cap. vnico, an mut. vel aliàs imperfect. & cap. vnico, de feud. fœmin. Quare si præfati textus non prohibent feudatarium promoueri, sed tantum feudo spoliari, qui promotus est, idem, & nos fateri compellimur, non secus ac in contrario casu contingit, cum miles Christi, factus est miles seculi, qui dicitur propterea eo ipso beneficio priuatus, iuxta glosam primam in cap. qualiter & glosam penultimam in cap. final. de cleric. non resident. vbi omnes sequuntur, ac communem esse opinionem testatur Imol. indicato cap. final. num. 6. Barbac. consil. 11. est causa post num. 19. versic. præterea facit lib. 1. Gigas in tractatu de pension. quæst. 55. num. 2. & Iulius Clarus quæst. 73. post num. 6. præsertim in Regno, in
5 quo nullum præstatur personale seruitium, quia solutio adhoæ subingressa est eius locum, vt inquit Afflict. in cap. 1. num. 248. ex quibus causis feud. amittat. inde fit, quod idem est adhoa, quod adhoamentum, siue adiumentum, aut seruitium, per eundem Afflictum in cap. vnico in vltimis verbis, sub rubrica, quis dicatur Dux; item in cap. 1. post nu. 13. de capit. Corrad. in cap. 1. post num. 9. de controuers. feud. apud pares termin. Namque aderant permulti tenentes feuda, quorum fructus diuisim non ascendebant ad viginti vncias, ideò adunabant se tot feudatarij, quorum feuda valebant coniunctim viginti vncijs, atque ita persoluebant iustum salarium pro vno Milite, ad quod ratione prædictorum reddituum tenebantur, Auctore Capyc. in inuestitura feudorum, verbo feuda adhoant §. 1. Liparul. ad Isern. in cap. 1. de controuers. feud. apud pares termin. num. 9. vers. concubinatos.
6 Tertiæ autem speciei est, quiuis conscius homicidij, aut facto, (in his terminis,) vt Miles, & Medicus, aut Præcepto, vt Iudex, aut Consilio, vt Assessor; nam ipsorum quilibet admitti ad clerum prohibetur; at qui admissus aliqua præcedente subreptione fuit, est omninò deijciendus, cap. si quis viduam, iuncta glosa 50. distinct. & cap. 1. cum duobus sequentibus 51. distinct. Hac ratione, qui Notarius fuit in causa sanguinis, promoueri nequit, cap. illud 23. quæstion. 4. Neque testes in capitalibus, idest criminalibus causis ferentes testimonium, cap. testimonium 11. quæstion. 1. adiunctis tamen, quæ copiosè scribit Suarez tomo 5. di-
7 sputat. 47. sectiõ. 3. Itidem Aduocati, tùm si accusatoris partem fouerunt, tùm si accusati tantum, iuxta opinionem glosæ in capit. 1. vers. ad Sacerdotium, 51. distinction. quam communiter Doctores sequuntur, & testatur Abbas in cap. sententiam, post num. 15. ne clerici, nel monaci, subdens hanc esse tutiorem opinionem, quam præterea videtur inibi tenere Anton. de Butrio num. 6. cum distinctione tamen Suarez, citata disputat. 47. sect. 4. num. 6. Huiusmodi autem irregularitatem, omnes dicunt esse ex defectu perfectæ lenitatis, vt Gregor. de Valent. disputat. 3. quæst. 16. punct. 4. tom. 3. & disputat. 7. quæst. 19. punct. 3. §. 4. tomo 4.
8 Milites haud prohibentur insigniri ordinibus, si tantum præliati sunt in bello iusto, etiam si iuuarunt socios ad occidendum, aut proprijs manibus percusserunt, & vulnerauerunt, dummodo ipsi non occiderint, Nauarr. consil. 6. Præfectus Vigilum, num. 1. & consil. 8. multi Officiales, num. 1. de homicid. in impressis Venetijs anno 1600. Itidem si animo deformandi percusserint, & occidendi, non tamen sit subsequuta deformatio, aut mors, aut si subsequuta, culpa tamen ipsius

ipſius percuſſi, ſiuè Medici, vt inquit Nauar. in manuali cap. 27. num. 224. in fin. Etenim ſatis eſt, ipſos neminem proprijs manibus mutilaſſe, aut occidiſſe, namq; ſi alterutrum effeciſſent, vtique contraxiſſent irregularitatem, à qua non equidem excuſaret ratio iuſti belli, ſicuti teſtatur idem Nauar. indicato nu. 224. ſed tantum á peccato, quod propterea non commiſiſſent; Illi verò, qui comitantur Iudicem ducentem aliquem ad exequendam ſententiam mortis, ab irregularitate minimè eximuntur; Nauar. conſ. 7. Horatius num. 2. de homicid. & expreſſius Vgolin. tract. de irregul. cap. 5. §. 2. num. 2. exemplificans in ſbyrruarijs: licet enim nihil agât, nihilominus tacitè præſtant auxilium nè reus fugiat, vtq; ſanguinis vindicta non impediatur, ſi autem bellum ſit iniuſtum, tum milites omnes, tum exercitus totus, eſſent irregulares ſi aliquis in eo occidatur, vel mutiletur, quod communiter tradunt Auctores, maximè Summ. Coron. rubr. de irregul. nu. 15. & Sayr. lib. 7. cap. 4. nu. 10. & probo in fin. nu. ſequentis.

9 (margin number beside "rea non commiſiſſent")

10 Quinimmò tāta eſt vis iuſti belli, vt etiam ſi clerici ſint, qui illi interſint, aut alios inibi hortati ſint ad pugnandum, eorumq; ope, & hortatu illi interfecerint inimicos, aut præterea ſi proprijs manibus militarunt, ſed re ipſa non deformarunt, idq; certo ſciant, non ſunt irregulares, vt tetigi in cap. de homicidio, verſ. ſed antequam vlterius procedam, & tuetur Nauar. in ſumm. cap. 27. nu. 215. & cõſ. 10. an clericus, de homic. necnon Molina duplici in loco, ſcilicet in tract. de iuſt. & iur. diſput. 108. inibi loquēs de clericis intereſſentibus bello iuſto, & hortātibus; & diſput. 110. loquens de ipſis clericis pugnantibus, atque vtrobique firmat iam relatam ſententiam, text. autem in cap. quod in dubijs, de pœn. & gloſa in cap. ita quorumdam de Iudæis, atque alij multi huic concluſioni aduerſantes reſtringuntur, vt locum tantummodo habeant in incitante, auxilium præbente, aut arma, aliauè ſubminiſtrante, cum ſpecifica intentione, ac ſpeciali ad deformandum, eaq; ſufficienti ad conſtituendam cauſam propinquam ad ipſam deformationē: quod ſi huiuſmodi ſpecifica intentione, vt illi deformarent, caruiſſent ijdem clerici exiſtentes in bello iuſto, nullatenus cenſendi eſſent irregulares, quamuis illos generice ad præliandum, & vincendum hortati ſint, quamuis ob id præſumatur eorum virtualem intentionem fuiſſe ad deformandum, atque mortem inimicorū appetijſſe, vt vincerent, vt copiosè quidem, & adamuſſim reſpondet Nauar. cap. 27. á nu. 216. vſque ad verſ. decimo facit, cuius verba actentè oportebit eum perlegere, qui hanc veram reſolutionem ex eis carpere intendit, hiſq; concinunt, quæ ſcribit Molin. adducta diſput. 108. verſ. his non obſtantibus, & verſ. ad duo ergo, iuncto verſ. ſeq. & alia, quæ delibauit, idem Nauarr. conſ. 16. Vicelegatus, poſt nu. 2. de homicid. Illi verò militi conſulerem, ne promoueretur, qui non ſemel bellum licet iuſtum petijt, eſtq; anceps necnè aliquem interfecerit; maximè ſi animum habuit occidendi, totiſque viribus, omniq; conatu effecerit aliquid, quod homicidium ſubſequi potuit; illud tamen an euenerit, ignorat, per ea, quæ ſcribit gloſ. in cap. ſi quis verſ. militauerit 51. diſtinct. ibiq; Cardin. Alexand. verſ. & etiam vt dixit gloſa; necnon Nauar. in manuali cap. 27. nu. 193. non quidem, vt omnis is, qui neſcit huiuſmodi homicidium ſubſequutum eſſe, debeat hoc caſu abſtinere, ſed ille dumtaxat, qui verè dubitat, aut iuſta ratione dubitare compellitur, ſicuti explicat idem Nauar. conſ. 4. quæſitum eſt, poſt nu. 1. de homicid. Illud autem non admitto, quod Maiol. aſſeuerat in tract. de irregul. lib. 2. cap. 5. poſt nu. 8. vt omnes milites irregulares ſint, ipſiq; propterea nequeant ſine diſpenſatione promoueri; nec eius ſententiæ opitulentur textus ab eodem citati, ſcilicet cap. monaſterijs 19. quæſt. 3. ibi, nullus ſine noſtro conſenſu ſuſcipiat, & cap. legem 13. diſtinct. ibi, non ſunt temerè ſuſcipiendi, ac demum cap. ſi quis, diſtinct. 51. apertis verbis id probans; ſed omnes aliquam recipiūt explicationem, ſiquidem text. in adducto cap. monaſterijs, & cap. ſi quis, de illis tantum loquuntur militibus, qui occiderunt, vel mutilarunt, ex gloſ. in eodem cap. ſi quis verſ. militauerit; text. autem in cap. legem, eos ſolummodo complectitur milites, qui proprio iuramento ſe militiæ obligarunt, nec dum honeſtè dimiſſi diſceſſerunt, ſicuti eiuſdem litera præportat, inibiq; Archidiacon. declarat; quibus quidem in caſibus, illud idem, & nos pluries firmauimus ſupra, non propterea eorum auctoritatibus adducti ſumus generalem conſtituere concluſionem, quam ipſe Maiol. conſtituit, ne milites ordinari valeant ſine diſpenſatione; illud tamen, niſi bellum eſſet iniuſtum, quia tunc, & milites omnes, & exercitus totus, eſſent profectò irregulares, eo ipſo, quod aliquis fuerit in eo occiſus, aut mutilatus, tametſi is ſit, qui certo ſciat non occidiſſe, neque mutilaſſe, vt explicat Nauar. cap. 27. nu. 213. circa medium, & Summ. Coron. rubr. de irregul. nu. 15. Molina de iuſtit. & iure tract. 2. par. 1. diſput. 110. concl. 1. Couar. in clem. ſi furioſus par. 2. §. 3. nu. 2. propè fin. & Sayr. in ſuo theſauro caſuum conſcientiæ lib. 7. cap. 4. nu. 10.

11 Bellum autem, vt iuſtum reputetur, tres requiruntur conditiones, ita exiſtimat D. Thomas 2. 2. q. 40. art. 1. eumq; ſequuntur D. Antonin. 3. par. tit. 4. cap. 1. §. 9. Alphonſ. á Caſtro de iuſta hæretic. punit. cap. 14. verſ. vt bellum, ac cæteris copioſius tradunt Molina de iuſtit. & iure tract. 2. diſput. 100. iunctis ſeptem ſequentibus diſputat. & Bellarmin. libr. 3. de laicis cap. 15. tom. 2. earumq; prima eſt, Principis auctoritas, cuius mandato bellum gerendum eſt; ipſa tamen penes illum dumtaxat reſidet Principem, qui alium in ſuo Principatu non recognoſcit ſuperiorem, ſicuti Imperator, Reges, aut etiam reliqui Principes inferiores, qui amplam, omnimodamq; retinent poteſtatem diffiniēdi cauſas ſuorum ſubditorum, quiq; nequeunt à ſententia illorum, eorumuè Officialium, ad alium eiuſdem Principis ſuperiorem appellare, cuiuſmodi ſunt permulti in Italia Duces; ſcilicet Hetruriæ, Parmæ, Mantuæ, & Modenæ, ſicuti teſtatur Alphonſus á Caſtro loco nuper relato, eademq; ratione eiuſmodi reſidet auctoritas penes liberam Rēpublicam, quæ nulli ſubeſt ſuperiori; quales ſunt Venetorum, & Ianuenſium, aliæq; ſimiles, vt firmat Molina indicata diſput. 100. Altera præexigitur conditio, vt legitima ille adducatur cauſa, eaq; ſufficienti ad bellum; & multas eiuſmodi eſſe, referunt præfati Auctores; generatim verò illa tra-

ditur, vt contra eum indicetur, aut moueatur bellum, qui aliquam ob culpam mereatur hanc repugnationem. Tertia verò, & vltima conditio versatur circa intentionem bellantium, vt illa recta sit, quaque intendatur, vt bonum promoueatur, aut malum vitetur; alioqui nocendi cupiditas, vlciscēdi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia, hæc sunt, quæ in bellis iure culpantur cap. quid culpatur 23. q. 1. Isthæc autem tria requisita iidem citati Auctores affatim explicant, præsertim Molina; ex quibus constat præcipuè, quam grauiter antiquitus Manichæi in his etiam errauerint; dum bellum ex sui natura illicitum esse existimarunt, redarguētes propterea Moysem, Iosue, Dauidem, ac reliquos veteris testamenti Patres, quod bella gesserint, sed eorum errorem compescit D. Augustinus libr. 22. contra Faustum, cap. 74. & seq. Posteaq; non verecundati sunt alij nostro sæculo eandem excitare hæresim; vt Erasmus, & Cornelius Agrippa, quinimmo ausus est Lutherus, art. 34. dānare Prælia Christianorum aduersus Turchas, tanquam id non aliud sit, quàm repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos; horum tamen omnium errores refellunt, ac doctè quidem omnes antea relati, & Catholici Auctores, necnon amplissimus ille Cardin. Bellarm. lib. 3. de laicis, cap. 14. & 16. tom. 2.

12 Medici autem Physici, qui medicinam exercuerunt, minimè redduntur inhabiles ad ordines, iuxta cap. ad aures de ætat. & qualit. ordin. ex quo textu id desumunt inibi Abb. Io. Andr. Bellam. Anchar. Zabarell. & Anan. omnes in princ. & Butrius sub num. 3. hoc tamen si eum conscientia non remordeat, si scilicet sit peritus, ac sollicitus, & traditiones artis obseruauerit, idq; ex eodem textu colligitur apertè, atque ex glos. 1. in cap. si quis à Medicis 55. distinct. quam inibi sequuntur Gemin. nu. 1. & Cardin. Alexand. quamuis tutius esse abstinere in dubio, dixerit illic Hostiens. in verbo remordeat, & Io. Andr. nu. 4. Anchar. nu. 1. & Bellamer. in eodem verbo remordeat: quin Guttierez quinque concurrere debere (eaq; recenset) vt sit ab irregularitate alienus, probat lib. 2. canon. quæstion. cap. 6. num. 27.

13 Chirurgus etiam si laicus sit minime solet irregularitatem contrahere, Henrich. in summ. theol. moral. lib. 14. cap. 8. §. 4. & cap. 11. §. 1. etiam si post incisionem ægrotus perijt, dummodo absque culpa ipsius Chirurgi, Innocent. in cap. sententiam nu. 3. ne cleric. vel monac. ibiq; Butr. nu. 9. Soccin. in cap. ad audientiam nu. 31. de homicid. Couarr. in clem. si furiosus par. 2. §. 4. post nu. 3. quod etiam si eidem Chirurgo ob aliud delictū prohibitum fuerit Chirurgi fungi officio, teste Vgolin. tract. de irregul. cap. 18. §. 1. nu. 3. Etenim haud intendebat infirmum occidere, sed sanare; tametsi interfector videatur consanguineis, quemadmodum crudelis non est, qui crudeles iugulat, sed crudelis ideò vocatur, quia crudelis videtur patientibus esse, cap. nō est 23. q. 5. si autem fuisset in culpa, vtique fieret irregularis, Specul. in rubr. de dispensat. §. iuxta num. 11. Innoc. in cap. tua in princ. & nu. 3. de homicid. Quinimmo istud iddem, quod de laicis Chirurgis retuli, ad clericos minoribus tantum insignitos, beneficijsq; carentes extendunt, Henrich. Soccin. & Couar. adductis in locis, siquidem isti dum chirurgiam, aut artem medicam exercent, non vtique plusquam laici peccant, ex Nauar. cons. 3. de Medico nu. 1. ne clerici, vel monachi, licet Butr. in eodem cap. sententiam num. 9. arbitretur illius canonis dispositione ligari omnes clericos; sed constituto in sacris liquidò patet chirurgiæ artem per adustionem, vel incisionem prohiberi in adducto cap. sententiam; atque ideò si eam exerceret fieret irregularis si æger obiret, quāuis sine culpa ipsius Chirurgi, ac peritus fuerit in arte; siquidem rei sibi interdictæ incubuit, per Innoc. indicato cap. sententiam nu. 3. Soccin. in cap. ad audientiam nu. 31. de homicid. & liquet apertè in cap. tua nos, de homicid. Præterea tunc tantum illum fieri irregularem ob incisionem, vel adustionem apparet, qui sacris est insignitus, quoties causa quæstus alterutram fecisse constiterit, vt inquit, ac tuetur Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 1. art. 9. propè fin. quod si pietatis intuitu, non vtique censendus est irregularis, modo peritus in ipsa arte fuerit, omnimodaq; & requisita vsus sit diligentia, cap. tua nos, ibiq; glos. vers. alioquin, de homicid. quamuis, & hunc irregularem fieri, sed posse cum eo dispensari dixerit Anan. eodem cap. tua nos, in princ. & Vgolin. adducto tractatu cap. 18. §. 1. nu. 8. idq; desumi potest ex verbis eiusdem capitis. Quicquid autem affirmaui in habente sacros ordines, ad obtinentem beneficia extendo, tametsi minoribus tantum insignitum ordinibus, ipsum enim ligat prohibitio allegati cap. sententiam, vt in eo concludit Abb. Paris. consil. 96. libr. 4. & Couarru. post num. 3. supra citatum. Qui

14 verò perito Chirurgo iusta ratione mēbrum ægroti secanti auxilium præstaret, irregularis non fieret, vt tenet, ac rationibus probat Nauar. cap. 27. num. 217. vers. an autem, & Henrich. summ. theol. moral. lib. 14. cap. 11. §. 1. etiam si clericus iuuaret, Nauar. conf. 9. quæritur num. 2. & conf. 18. an clericus, de homicid. Sed illud omne, quod de clericis chirurgis scripsi, id ipsum, & in clericis physicis procedere non dubito.

15 Qui autem phlebotomauit alium, & peritus sit in tali arte, omnemq; adhibuit diligentiam, ac nullam in ea re commisit culpam, contra illum nulla admittitur quærela, nec in aliquo tenetur, etiam si phlebotomatus decesserit, Specul. rubr. de dispens. §. iuxta nu. 11. sed dubium in hac re non exiguum mihi videtur, an si constitutus in sacris phlebotomauerit, & infirmus ex tali sanguinis emissione decesserit, fit irregularis ipse clericus quamuis peritus, ac citra culpam phlebotomauit? & ratio dubitandi nascitur; quia si constitutus in sacris chirurgiam exercens per adustionem, vel incisionem, & moritur adustus, tametsi non eius ignorantia, vel culpa, fit nihilominus irregularis, atque etiam laicus, modo adustio illa fuerit causa mortis, quamuis ipse peritus, & cognouerit per Regulas Medicinæ adustionem prædictam necessariam, eamq; postmodum fecerit omni, qua debuit, & potuit diligentia, multo magis videtur iddem dicendum in beneficiato, vel sacris initiato phlebotomante cum phlebotomatus decessit ob illam causam; attamen veriorem sentio negatiuam responsionem, quia text. in d. cap. sententiam, non complectitur hunc phlebo-

phlebotomantem; iſte enim, nec incidit, neque adurit; quandoquidem inciſio propriè videtur illa, quæ obtruncat, & ſeparat, ex Virgil. Eglog. 3.

Atq; mala vites incidere falce nouellas.

Aduſtio verò candens ferrum requirit; & propterea cum iſte ſub prohibitione illius cap. non contineatur, non mirum, ſi ille ſit irregularis, iſte verò nequaquam, cui alia veriſſima ſuffragatur ratio, quia ſi infirmus ob venæ ſectionem deceſſit (puta ſi recta adminiſtratio abſuit; quia præcogitatum non fuit, quantum, quomodo, quando, & vbi vœna erat ſecanda, quæ quidem quatuor conditiones requiruntur ad rectam adminiſtrationem venæ ſectionis, vt inquit, eaſq; explicat Hieronym. Capouac. in ſuo method. cognoſ. & curand. morbor. lib. 6. cap. 23. verſ. ſequitur, quarum ſi aliqua conditio defuit in phlebotomia, & infirmus propterea obijt) non eſt tribuendum phlebotomanti, ſed Medico præcipienti, cum ille ſit tantum merus exequutor voluntatis Medici, quam tamen ſi exceſſiſſet in aliqua parte; ob quod ille mortuus ſit, quia non diceretur peritus in arte, ſed ſui muneris expers, tunc eſſet profectò irregularis, ſicuti quilibet etiam laicus Chirurgus non peritus, iuxta concluſionem à me conſtitutam ſupra.

16 Diſpenſare verò cũ Curialibus nemo poteſt preter Papam, Borgaſ. tract. de irregul. par. 3. concl. 4. verſ. ſolus Papa, Nauar. in ſumma cap. 27. nu. 218. & confirmat ratione illa veriſſima, quod Curiales citra peccatum incurrũt irregularitatem, D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 3. quamuis homicidium committant, nam ſit occiſio ab ipſis ſine peccato cap. ſi homicidium 23. q. 5. Dumtamen zelo iuſtitiæ fecerint, non vindictæ, ex gloſ. in cap. quæſitum verſ. nihil 23. q. 4. & ipſe adnotaui in cap. de homicidio, verſ. qui autem bannitum, ſed in irregularitate, etiam occulta, proueniente abſque peccato non poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſed tantum Papa, per Nauarr. conſ. 33. an habens, de homicid. & Zerulã in ſua praxi Epiſcopali, verb. irregularitas §. 8. par. 1. allegantem Nauar. in ſumm. cap. 27. nu. 134. vbi tamen, nec verbum dicit de hac re; immò qui totum manuale conſulto perlegeret hanc non inueniret rationem in eo, a d quam probandam ille citat Nauar. poſuit ille tamen ſolam concluſionem, quod Epiſcopus non poteſt; nulla ad id addita ratione, eamq; poſuit cap. 27. nu. 218. vnde ſuſpicor Zerulam in compoſitione illius praxis, tantum paucorum dicta, & allegationes reſcripſiſſe, eſt nihilominus ratio prædicta vera per dictum conſilium Nauar. & propterea reſtat comprobata concluſio, & ratione fulcita, cum Curialibus diſpenſare Epiſcopum nequire. Quod autem ipſe Zerula in eodem §. tradidit, quod niſi hæc obſtaret ratio, poſſent Epiſcopi diſpenſare, etiam poſt Concilium cum milite occidente aliquem in bello iuſto, & Iudice iuſte damnante reum morti; ex quo Concilium denegat Epiſcopis poteſtatem diſpenſandi, cum irregulari ob homicidium voluntarium, ergo non denegat ab irregula-

17 ritate, etiam publica, quam prædictus miles, & Iudex contraxerunt, quia iſtorum homicidium non eſt voluntarium, allegat Caietan. in ſumma verbo irregularitas, & Armill. in eodem verbo num. 13. quam rationem cum vidi abhorrui; nec credere potui, illam à Caietano, & Armilla conſtitutam, ſed opinabar Zerulæ hanc allegationem, iuxta morem falſam fuiſſe, ſed præter ſpem inueni ambos prædictos Doctores hanc rationem attuliſſe dicentes, quod homicidium non committitur cum homo iuſtè occiditur; quoniam homicidium ſpecies eſt criminis, & non ſignificat occiſionem hominis qualemcumque, ſed iniuſtam, ergo non eſt ibi irregularitas homicidij ſiue voluntarij, ſiue inuoluntarij, ſed alia, puta cauſa ſanguinis vſque ad mortem. Hæc Caietan. & ſequutus eſt Armill. ſed Zerulæ, non ſatis fuit illos Auctores hanc dixiſſe rationem, ipſumq; merum relatorem eſſe illius, ſed perſcrutari an iuſta fuerit, quia nemo mortalium omnibus horis ſapit: Ipſe autem ex prædictis verbis Caietani, & Armillæ, colligo duas concluſiones. Alteram, quod homicidium non committitur cum homo iuſtè occiditur, quam præterea tenere Rebellum reperi in tract. de obligat. iuſt. lib. 3. q. 11. nu. 1. Alteram veró, quod tunc non oritur irregularitas proueniẽs ex homicidio, vtramque falſam; prima, quia non modus occiſionis inſpicitur, ad committendum homicidium, ſed ſufficit effectus, cum humanum, & animatum corpus eſt peremptum; tunc etenim propriè ſit homicidium, vt copioſè probaui cap. 23. nu. 5. ſed hoc ſit, cum miles in bello iuſto occidit, & Iudex condemnat nocentem morti, ergo homicidium; & contrarium aſſerere, eſſet mille auctoritates Doctorum, & Deciſiones communiter in theorica, & praxi receptas, ſine ratione ſufficienti immutare; dùm concludunt commicti homicidium per prædictos, abſque tamen peccato, & text. probat in cap. ſi homicidium 23. q. 5. in hæc verba, ſi homicidium eſt hominem occidere, poteſt tamen occidere aliquando ſine peccato, nam & Miles hoſtem, & Iudex, vel Miniſter nocentem, & cui fortè inuito, vel imprudenti telum manu fugit, non videntur peccare cum hominem occidunt, hæc textus ille; quod autem inibi poſtea adiungitur; iſtos minimè ſolere appellari homicidas, ex quo cum homo iuſtè occiditur lex occidit, non homo, intelligitur quo ad pœnam, & peccatum; non autem quo ad factum, cum re vera iſti occidant; exemplum conſtituam in Iudice, & exequutore, ſi namq; Iudex mandet hominem ſuſpendi, carnifex ſuſpendat; videtur quidem Iudex illum ſuſpendere, quia ea noſtra facimus, quibus noſtram impartimur auctoritatem vulgatis iuribus; occidit itaque per interpoſitam perſonam carnificis, ideo dicitur in cap. qui malos 23. q. 5. quod Iudex malos percutit, & nihilominus inficiari non poteſt, quin & tortor etiam dicatur illum ſuſpendiſſe, ita Iudex non eſt auctor ſceleris, ſed miniſter eſt Domini, cum malos percutit, eodem cap. qui malos, quare ſi lex videtur illum ſuſpendere; ipſe tamen Iudex, vt Miniſter dicitur quoque ipſum necare, & propterea homicida; quod ſi verum, prout veriſſimum eſſe probaui; ergo ſecunda cõcluſio eſt, etiam reijcienda, & neceſſariò fatendum ex prædictis, quod homicidium à prædictis commiſſum, vt probaui erit, vel voluntarium, vel inuoluntarium, contra Caietan. & Armillam, neutrum illorum eſſe affirmantes, nec propterea potero aſſentiri Zerulæ affirmanti homicidium à prædictis patratum, non eſſe voluntarium, prætendatq; per argumentum à contrario illud eſſe inuoluntarium; nam verè homicidium

micidium voluntarium extimari debet; idq́; perbelle colligitur ex verbis Nauar.conſ.7. certabant, poſt num.2.de homicid.in antiquis, ſiue 3.in nouis; apertioribusq́; verbis præportat conſ. 40. N. cum multis alijs,nu.1.eod.tit. in nouis; conſtat præterea ex euidentia facti, quod miles ſi inimicum interimat,licet ex cauſa iuſta,Iudexq́; faciat reum exanimari, vt leges exequutioni demandet; nulli tamen eſt dubium, quin ambo id voluntariè faciant, tametſi ille à cauſa,iſte verò à lege impulſus: atque ideò,rectè ſentierunt Doctores omnes,tùm Theologi, tùm vtriuſque Iuris periti, iſtos fieri irregulares ex homicidio voluntario,nullam tamen mereri pœnam, neque peccatum committere.

Moneo tamen id veritate niti,quando iuris ordine præcedente Iudex mandaret aliquem facinoroſum mori tradi, iuxta relata á me ipſo alibi; Etenim ſi contra ordinem iuris id præciperet, quantumuis ille facinoroſus eſſet, ac millies mori mereretur, nihilominus mortiferè peccaret, ex inibi notatis, ac Doctoribus illic citatis, & præterea reſtitutioni eſſet obnoxius, quod Rebellus ediſertat in tractatu de obligat. iuſtit. libr. 3. q.11. num.4.

SVMMARIA.

Fures infames eſſe demonſtratur nu. 1.

Furtum aliud manifeſtum, aliud non manifeſtum nu. 2.

Iſtud in re communi patrari oſtenditur nu. 3.

Sicuti, & à vendente gemmas falſas pro veris, num. 4.

Iuramento Domini ſit ne ſtandum ſuper quantitate, & valore ſubtractæ rei diſcutitur, num.5.

Deprehenſum cum furto poſſe à quocumque capi & iuſtitiæ conſignari,certum eſt nu.6.

Famulus, qui aufugit, an præſumatur ſurripuiſſe res deperditas nu. 7.

Qui fuit cum furto captus,ſit ne relaxandus, ſi Dominus atteſtetur ipſo ſciente illum cepiſſe ſua bona? nu.8.

Quid ſi capiens eſſet Domini conſanguineus, aut amicus? nu.9.

Res, quæ furto periſt,in cuius damnum periſſe dicatur? nu. 10.

Furtum à multis patratum, an omnes, an vnus reſtituere ſit cogendus? nu. 11.

Et an omnes corporali pęna mulctandi nu.12.

Pro furto non eſſe infligendam pęnam mortis oſtenditur, cum eius declarationibus, reſtrictionibus,& ampliationibus nu. 13.

Furti crimine maculatus, erit inhabilis ad ſuſcipiendos ordines nu.14.

Clericus ob furtum,indignus erit beneficia conſequi, & habitu venit propterea ſpoliandus, num. 15.

Præſumptiones vehementes non ſufficiunt ad condemnandum aliquem de furto nu. 16.

Conſtare etiam debet de corpore delicti nu. 17.

Vt de corpore delicti apparere dicatur, quæ ſint neceſſaria nu. 18.

Enorme patratum facinus in quadam Eccleſia Neapolis recenſetur nu.19.

Repertus cum furto extra territorium commiſſi delicti,an capi,& puniri poſſit? nu.20.

Equitans in equo à non Domino ſibi commodato,aut locato,an poſſit in itinere conueniri.& impediri perficere iter? nu.21.

Qua pęna ſit dignus occultans res furatas, numer.22.

Qua etiam,qui malefactores receptat? nu.23.

Bannitum hoſpitans inuitus, eique præbens alimenta,nulla venit mulctandus pęna nu.24.

Baronum receptantium bannitos, quæ ſit pęna. num.25.

Qui malefactores ſibi affinitate coniunctos receptat,vtrum veniat eadem, qua alij puniendus pęna? nu. 26.

Qui ignorantes aliquem eſſe criminoſum receptauerit,non eſt caſtigandus nu. 27.

Quomodo autem erit probata ſcientia in receptante,quod receptatus ſit facinoroſus nu.28.

Pęnam furti, duo genera perſonarum aufugiunt nu. 29.

Furtum operetur ne hypothecam in bonis furantis, vt cum pluribus ſurripuerit aliquis bona, potior ſit in latronis bonis ille, cui primo fuerit furata res, an omnes inſimul concurrant in repetitione valoris? nu.30.

Omne furtum ſuaptè natura eſt mortale, niſi in certis quibuſdam caſibus, qui delibantur, num. 31.

Capitulum XXV.

PRęterieram ſingulare caput de
furto addere, nec incurioſe
quidem, at quoniam aliqua
pauca, potiſſimum ad huius
diuerſorij materiam ſpectantia
congeſſeram in capite de
1 infamia, cum & illud patrans
infamia notetur in cap. infames *6.* q.1. Conſideraui poſtmodum furti crimen, inter grauiſſima numerari ſcelera,quin,& frequētiſſimè patrari, eiusq́; cauſa multa ſolere enaſci dubia,non ab omnibus Doctoribus,& vbique deciſa, vt propterea difficile ſit eorum perquirere veras reſolutiones; ijs præſertim, qui librorum multitudine carent. Ideò amicorum ductu ſpecificum, breuibus tamen conceptum verbis, ac vtiliora, & frequentiora tantum in ea materia continens, cenſui conſtituere caput; cum & Laquedoniæ ſim,vbi & ipſe quoque eodem laborem morbo; penuria ſcilicet librorum: furtum verò licet opprobrium irroget ex adducto cap. infames, quia tamen enorme delictum judicatur, cenſui iſtud caput, inter

ea

ponere, quæ ex delicto procedunt.

Furti,itaque definitionem omitto, cum & illam quiſque perlegere valeat,in l.1.§.furtum ff. de furtis;illudque diſtinguit Iacobin.de S.Giorgio,in improbum, improbrius, & pluſquam improbiſſimum in l.ſed nouo C. de ſeru. fugit. Iſta vera omnia redduci ad duo tantum genera certiſſimum

2 eſt,nempè ad furtum manifeſtum, & non manifeſtum in l.furtorum ff.de furtis, & propterea illum cenſeri primo furti genere commaculatum, qui cum furto ipſo deprehenſus fuerit l.fur manifeſtus ff.eod. tit. aut viſus fuerit furari ex gloſa in eadem l.fur manifeſtus,verſic.deprehenſus,cuius ſententiã communi Doctorum Schola fulciri memorat in eadem l. Albericus, aut ſaltem ſi viſus cum furto, fuerit contra illum acclamatum per Doctrinam Cyni in l.falſus, nu.3. in fine,C.de furtis.

Ex furti definitione, relata in adducto §. furtum colligi videtur, vt illud committatur tantum in re

3 aliena,& nihilominus etiam in re communi patrari non dubitatur,ex tex.in l.rei communis, & l.merito ff.pro ſocio,iuncta l.ſi ſocius ff.de furtis,quamuis, & in qualibet parte rei communis habeat Ius vulgatis iuribus, non igitur erroneè Crauetta conſuluit in ſuo conſ. 176. ad fauorem Socij, qui cum communi pecunia negotiatus eſt, & communi nomine, vt ab omni delicto diceretur alienus,& deliquiſſe propterea non poſſet preſumi. Dum itaque innititur ſuppoſito illo, quod communi nomine, ergo ſi proprio negotiatus eſſet, quod deliquiſſet intendit, & conſequtiuè, quod furtum commiſiſſet, tametſi pecunia eſſet communis.

4 Necnon,& à vendente gemmas falſas pro veris, ac magno pretio; eumque propterea puniri tanquam furem,& acrius,probatur in l.ſacularij ff.de var.& extraord.crim.affirmatque Io. Baptiſta de Santo Seuerino in l.cunctos populos 1. col. C. de Summ.Trinit. & fide cathol. nec non Marſil. ſing 318.incipiente fui rogatus.

5 Sit verò ſtandum iuramento Domini ſuper quãtitate rei ſubtractæ,aut valore,non exilis, quandoque fuit dubitatio, ſed affirmatiua reſponſio,etiam tunc fuerit, vbi tamen prædictorum difficilis eſſet probatio, & ciuiliter ageretur, ſcribit Franciſcus Marcus deciſ.9.requiritur,an in rebus part. 2. quo loco etiam multis textibus comprobat, præſertim l. ſi quando C. vnde vi, &c. ſuper eo, quod metus cauſa, tale autem iuramentum deſerri poſſit,adhuc parte non petente,probat,nu.3. Imo nec illa citata,licet ſit eius citatio neceſſaria, quò ad taxationem rerum ſubtractarum,per ipſum Iudicem faciendam,vt concludit Rota,deciſ.292.ſeu ſecunda,licet,quo ad taxationem,de his,quæ vi metuſuè cauſa fiunt,in nouis.

5 Illum vero,qui deprehenditur cum furto, poſſe occidi,dicebat Clarus. Verum rectius exiſtimo, vt capi à quocunque poſſit, etiam à parte ipſa, ac conſignari iuſtitiæ miniſtris, Henric. Bouer. ſing. 73.nu.1.per tex.in l.ſi quos in ſeruitute, ff. de furt. ſubditque idipſum permitti in quolibet crimine per Innoc.in cap.vt famæ,de ſent.excomm.approbatque Amanel.de claris aquis,ſing.244.& ait gloſam eſſe docentem,vt quis auctoritate propria deuincere furem valeat in l.interdictum §.qui furem. ff.de furtis,ſed cenſeatur ille etiam captus in furto, qui poſt furtum capitur in fuga, aduertit citatu Bouer.eodem ſing.73.num. 2. argument. text.in l. quod ait lex.ff.de adult.& notat Bal.in l. ictus ff.de his,qui notan.infam.

7 Et contra famulum,qui aufugit,ſit præſumptio, quod ſubtraxerit res amiſſas, indicat gloſ. in auth. de exhib.reis §. ſi vero etiam,verſ. factum, & illibi Angel.nec non Io.And.ad Specul.in tit.de præſum. §.ſpecies verſ.violenta autem præſumptio, Aret.in tract.Malefic.in gloſa,fama publica,verſ.an autem fuga ſit ſufficiens,& Iaſ.in l.Admonendi ff. de Iure iuran.verum hanc concluſionem, tunc militare fatendum eſt,cum alio modo,quàm per aſſertionem principalis conſtat res eſſe deperditas, vt ſcribit Natta, qui integrum facit conſilium in hoc indiuiduo,ſi famulus aufugiens poſſit furti pœna mulctari,nempè conſ.407.Pro defenſione Antonij vol. 2.cuius verba non erit inutile ſi perlegãtur, quamuis non omnibus eius aſſertionibus ſit fidendum, & aſſentiendum,cum illæ veniant potius declarandæ, ac multis adhibitis conſiderationibus interpretandæ.

8 Sed qui fuerit cum furto repertus,aut de eo conuictus,& in carceres coniectus, vtrum relaxandus ſit,vbicumque Dominus rei ſubtractæ atteſtaretur ſua voluntate abſtuliſse? aut ipſo non inuito? Doctores in hac re ſibi ipſis ad inuicem contradicunt, Quandoquidem alij annuunt, alij negant? Affirmant quippe Iacob.Butricar.per illùm text.in l.inter omnes,§.quidam rectè.ff.de furt.& Angel. perpendens verba textus, in l.1.C. de furt.ſuppetitque auctoritas Hippol. de Marſ. Conſ. 53. quo in loco cenſuit,furem credentem Dominum ſibi permiſſurum abſtuliſſe rem, neque conqueſturum, ab omni pœna dici immunem,ſi tamen aliqua ſigna, vel indicia extent, quòd ille annuiſſet, & concinit Anto. Columbetus ſing. 9. Cuius verba ſubijcio. Quidam fur aſtutus dixit, quòd credebat Dominum rei captæ permiſſurum,fuit recurſum ad notabiles voluntatis coniecturas inſertas per Ioann. Fabrum in §.furtum,inſtit.de obligat. quæ ex delicto naſcunt. Hæc ille,verum in Principe propoſito dubio,non deſunt alij mille pugnantes, & aiunt puniendum eſſe, quamuis Dominus atteſtatus ſit eius accedente voluntate ſurripuiſſe,quos refert, & ſequitur Caſſan. in conſuet. Burgun. Rubrica des Iuſtices §.5.gloſa.5.il n'à grace nu.38.Hippol. ſing. 22.Petrus Gerardus ſing.55. Abb. conſ.106.par.1. Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.caſu 298. num. 4. & poſt relata pro vtraq; parte tutatur Marcus de

9 Mantua ſing.602.vbi annectit ſpeciale eſſe in fure, qui eiuſdem Domini eſſet conſanguineus per Bar. in l.inter omnes §.rectè.ff.de furtis,Bal. in l.ſi ſine voluntate 2.col.C.ad Velleianum;itidem ſcribit, ſi illi eſſet amicitia non leui coniunctus ex eorumdem iam citatorum ſententia,& ea fretus ratione quæ eiuſmodi amicum conſanguineum parem cenſet, ex textu in l.latæ culpæ ff. de verborum ſignif.& l.cum allegas.C.de cuſt.pecun.milit.lib.10.

10 Cùm res furto perijt, in cuius damnum perijſſe dicendum erit, & cui nocebit? ſcilicet poſſidenti tunc bona,an alijs,& poſſidenti obeſſe certum eſt, exemplum recolo in petente reſtitutionem melioramentorum eo tempore factorum, quo ipſe poſſidebat,eodèmque ſuo tempore ſubtractorum; etenim

etenim à vincente propterea repetere illa nequibit,
cum eidem victori relaxat possessionem, quam
fecerat meliorem, teste Serafino, decis. 898. fuit du-
bitatum, nu.7. par.1. Res autem perempta post pa-
tratum furtum, cui noceat, respondet distinctione
vtens Rebell. de oblig. iustit. par.1. lib.2. q. 7.

11 Cùm verò multi sunt, qui rem surripuerunt, an
omnes insolidum tenebuntur? & vera, vt sit re-
sponsio, vtendum est distinctione, siquidem vel
quærimus cùm ciuili actione proposita instatur ad
restitutionem, vel cũ ad criminis corporalem pœ-
nam. Primo etenim casu, etiam si sententia lata
fuerit in actione Ciuili, ex delicto descendente,
quamuis omnes socios criminis comprehenderet,
attamen si eorum aliqui minimè soluendo essent,
executio in subsidium fieret contra alios, qui sol-
12 uendo sunt; Boer. decis. 310. nu.8. & apertius The-
saur. decis. 214. Altero autem casu non satis esset, si
vnus reorum pœnam lueret, l. si quis id quod §. fin.
ff. de iurisd. omnium Iudicum, probatq; Horoman.
Illustrium qq. lib.1. q.31.

13 Ad corporalem igitur furti pœnam nunc defle-
cto, & illam in primis statuo conclusionem pœ-
nam mortis non esse infligendam pro furto, Auth.
sed nouo iure C. de seruis fugitiuis, & §. pro furto
autem in Auth. vt nulli Iudicum, non obstante tex.
in c.1. §. fin. de pace tenend. pro furto quinque Soli-
dorum statuente pœnam mortis, cùm ex doctrina
Bal. inibi, post nu.3. loquatur de eo, qui rumpendo
pacem furatur in alijs verò; Non sine ratione san-
citum fuit, ne ille iuguletur, sed eo, quod delictum
istud est priuatum, ideoque pœna extraordinaria
coercendum, l. fin. ff. de priuat. delict. Notatque Pe-
guera decis. crimin. 27. nu.1. lib.1. Isthæc autem re-
solutio dilatatur procedere, etiam si iteratis vici-
bus commissum fuerit, atque etiam si in rebus
Principis, quia tunc pœna perpetui carceris mul-
ctaretur, ex decis. relata per Gasparem Thesaur. in
q. Forensi 80. nu.31. lib. 1. Præterea ampliatur, vt
etiam si graue sit furtum, at semel commissum,
neque sit capitis pœna irroganda per doctrinam
Cassanei, qui communem esse opinionem refert in
consuetud. Burgund. tit. des iustices §. 5. vers. Pour
lo primier. Gomes. in §. ex maleficijs, nu. 12. instit.
de action. Vbi verò furtum esset multum enorme
& qualificatum, quamuis primum, nihilominus
mortis pœnam mereretur ex sententia Bal. in ea-
dem Auth. sed nouo iure, nu.3. quem alij insectan-
tur, relati á Segura in l. Imperator, num. 133. ff. ad
Trebell. inheretque præcitatus Peguera citata de-
cis. 27. nu. 6. Quin in fure famoso loquens, existi-
mat id ipsum faciendum Anton. Faber. in suo Co-
dice, decis. 3. sub tit. de furtis; Verùm in eadem
Auth. sed nouo Iure, contradicunt Aretin. Salycet.
Fulgos. & Castrens. necnon Roland. consil. 51. num.
43. lib.1. Couar. lib.2. variar. cap.9. nu. 7. Auendag.
lib.2. de exequend. mandat. cap.16. nu.14. Soto de
Iustit. & Iur. lib.5. q.3. in Responsione ad secundum
argum. in fine; Tandemque Ioann. à Vela in tract.
de delict. c.12. vers. sed si vnum, & hanc tenendam
censet in foro conscientiæ præcitatus Soto, licet
Cauagl. relinquendam credat arbitrio Iudicis: No-
uissimè autem, quia prodierunt qq. Forenses Ga-
sparis Thesauri, qui longum texit sermonem in
hac materia complures proponens distinctos, ac
dissimiles, casus, eosque resoluit; poterit itaque le-
ctor ab ipso annotata percurrere, scilicet in q. 80.
paulò ante citata; Quó verò ad furtum cum sacri-
legio, relego ad notata per Boer. decis. 254. & ple-
niori manu per Ludouicum á Peguera, decis. 24.
lib. 1. In Regno verò habemus constitutionem
exordientem, multæ leges, & statuentem arbitrariè
coercendum quodcunque sacrilegium, præter-
quam si violenter esset in Ecclesia commissum,
sacris inde vasis nocte ablatis; Eo etenim casu pœ-
nam mortis naturalis infligit; neque iure com-
muni aberrat, ob legem sacrilegij pœnam. ff. ad l.
Iul. pecul. quæ adstipulari videtur in illis verbis, qui
manu facta, &c.

14 Qui furti crimine sit maculatus, indignus erit, &
inhabilis ad suscipiendum ordines, ex his, quæ lu-
culenter annotaui in cap. 18. De infamia, num. 1.
quæ silentio nunc inuoluere censeo, nè redarguar,
quod alibi tradita pluries repetierim.

15 Clericum verò esse propter furtum inhabilem
non tantum ad obtinenda beneficia, ex relatis in
eodem cap. 18. satis constat, at etiam obtento pri-
uandum, si iuris propterea contraxit infamiam, vt
inibi scripsi sub num. 7. quod si facti non vtique
priuaretur ex illic adiunctis, atque ex notatis per
Felyn. & addentem ad ipsum, in cap. præterea sub
num.9. de testibus cogendis, & latius per Garsiam,
tractat. de benefic. par.7. cap. 8. à num. 35. Id verò
subsistere arbitror cum ex sola ratione infamiæ
vellemus diudicare, si Clericus sit propter furtum
spoliandus beneficio habito, quòd si aliàs in hoc
specifico casu inquiramus rationes, optimè conclu
sisse Hieronymum de Monte affirmabimus in lib.
variar. iuris quæst.19. à num.2. dùm ait, etiam ob-
tento priuandum, & ea inter alias fulcitur ratione,
quod propterea deponendus est, vt inquit Abb. in
cap. tuæ discretionis, num.3. de pœn. Sed depositio
est perpetua remotio ab Altaris ministerio, ex eo-
dem Abb. in cap. At si clerici, num. 7. & ibi Dec.
num.5. de Iudic. Inde nascitur, quod si ministrare
non valet, neque, & Ecclesiam tenere, cap. ex litte-
ris in fine, de excess. Prælat. idque maximè si bene-
ficium requirat exercitium ordinis, per Abb. in c.
extirpandæ, §. qui verò nu.53. de præben. Nam tunc
si vellet debitum exercere munus, cogetur reside-
re, cum beneficium residentiam exigat, cap. quia
nonnulli, de Cleric. non resid. c. præterea, iuncto fin.
de præb. ac Philipp. Probus aduertit in Rubric.
de Cleric. ægrot. in 6. si itaque non potest mi-
nistrare, neque, & beneficium possidere; eaque
propter dicimus. Depositum censeri priuatum
beneficio: Ac depositionem ipsam esse beneficij
priuationem, iuxta doctrinam eiusdem Abb. in c.
inquisitionis, nu.6. de accusat. & consequtiuè dice-
mus etiam executione susceptorum ordinum spo-
liari, cum ex sententia Abbatis probauerim venire
deponendum. Quod si verum sit patebit inferius
capite fin. in fine.

Verum, vt aliqua dictarum pœnarum sit aliquis
puniendus, oportet depræhensum esse cum furto,
aut alias conuictum, aut denique confessum, vel
saltem quòd violentis præsumptionibus fuerit pro-
16 batum eiusmodi furtum ab eo patratum esse; nec
sufficiant vehementes, adhuc si ciuiliter ageretur
de furto, per decis. Rotæ in vna Romana Rescis-
sionis

sionis instrumenti 27. Iunij 1575. coram Robusterio, quæ inter relatas à Farinac. est decis. 92. nu. 1.

17 De corpore insuper delicti, nempè quod fuerit commissum furtum apparere oportet, idque verè, ac facto ipso, nec sufficiat proprij oris confessio, nisi, & patratum insuper fuisse pateat, alioquin sola isthæc confessio, nihil confitenti obsit, vt affirmat Crauetta, qui multis auctoritatibus comprobat in cons. 262. Protestor, num. 4. vol. 2. & optimè etiam Roland. á Valla cons. 51. Iudicantem, nu. 14. vol. 1. vbi præterea multa in praxi super hac re obseruáda à Iudice recenset, ac numero antecedenti cóclusferat ex doctrina Speculat. Quod qui hominem occidisse fateretur, illiusq; cadauer in mari proiecisse, nisi prius constiterit de tali homicidio in genere, ab omni sit pœna immunis, non obstante propria confessione.

18 Ex actibus itaque externis probetur corpus delicti. Certum est, aut saltem præsumptionibus vrgentissimis, ac prodeuntibus ex aliquo apparenti actu; Exemplum sit in furto, quod noctis tempore esset patratum: Nam si scalas parieti adhesisse pateat, fenestramque fractam, tunc constare de delicto in genere, ac de commisso furto credatur; Sufficientemque ex his sumi coniecturam ad verificandum corpus delicti, dicit Put. tract. de Syndic. verbo instetur, vers. An si reperiatur factum furtum per fenestram apposita scala: Nouell. tractat. ad defensam, Rub. An inditia pro reo sint danda, vers. scala ante fenestram, nu. 251. & post alios Mascard. conclus. 830. nu. 9. Id ipsum quoque dicendum existimo, si sacratissimi Eucharistiæ Sacramenti, ianua lata pateat tabernaculi, admota, aùt confracta sera, eiusdemque Sacramenti particulæ super altare disiectæ iaceant, namquè satis amplè, tunc constare de corpore delicti opinor; quodque Pyxidis, in qua sacræ illæ particulæ asseruebantur, furto subtracta fuerit; idque nè facilè contingat, sanciuit Innocentius III. in c. 1. de Custod. Eucharist. Chrismat. & aliorum Sacrament. vt in cunctis Ecclesijs, Chrisma, & Eucharistia sub fideli custodia, clauibus adhibitis conseruentur; nè possit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda. Adstipulatur textus in cap. nihil de Consecrat. dist. 2. Nec mirum si propterea legimus, pœna mortis naturalis eum castigatum, qui tantum ausus est cómittere facinus, apud Boer. decis. 254. nu. 15. & Bossium Consimilem referen-
19 tem casum in tract. crimin. tit. de sacrileg. num. 4. Euenitque Neapoli proximè transacto mense Nouembris 1614. in nocte sollemnitatem Diui Caroli antecedente, tunc etenim in Ecclesia sanctæ Mariæ Maioris, dum serò sese quidam facinorosus in pulpitum abdidisset, concubia nocte clausulam repagulo paruam valuam, subitò aperuit, intromisitque socios, qui argentea vota ex altare Sancti Caroli, pannumque auro contextum non modo surripuerunt; at præterea sacrilegas manus ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum extenderunt, portamq; tabernaculi reserarunt; Ambas Pyxides rapuerunt, particulis super altare positis; Sed Dei placitum fuit, vt reliquis culpę socijs secum res deferentibus pateret auditus; Ipsi autem tanti facinoris Principi obstaret. Quarè dum venerandi illi Patres ad nocturnas excubias excitati, atque matutinas laudes persoluendas in choro gressi essent, patentemque reperissent custodiæ Ianuam, paruis illis super altare sacris effusis Hostijs, admirari, pauere, ac contremiscere cœperunt; proindequè solliciti, eius rei originem perquirentes, sceleris auctorem post octangularem tabulam absconditum inuenerunt, quem illicò deuincientes de negotio interrogarunt, qui & facti seriem continuò eis propalauit, & diuina voluntate contigisse, nè de Ecclesia egrederetur aperto ore fatebatur, quasi aliquis á tergo ipsum adortus esset, retinueritque, né indè desiliret. Hæc quippe omnia publicè palamque omnibus secum loquentibus sequenti mane aperiebat, immò etiam Apostolici in Regno Nuntij Ministris iudicialiter eundem interrogantibus, vt propterea idem Nuntius licentiam censuerit concedere laicis Ministris ipsummet criminosum è Monasterio illo extrahendi, vbi eiusdem Nuntij mandato vinctus iam fuerat. Postridie, itaque inde extractus, & ab ipsis examinatus Iudicibus secularibus, omnia prorsus negauit, quin rigoroso deinde suppositus examini, firmiter in ipsa perdurauit negatiua, vt retorquèndus iudicari non potuerit ob probationum tenuitatem. Etenim apud acta eorumdem Iudicum, non vtique plenè constabat de corpore delicti; omnes enim, qui circunstantias facti viderant, in ea nocte patrati facinoris, tantum ijdem Religiosi erant, qui testimonium dicere coram Laicis ipsis nequibant; probata itaque coram ipsis tantum fuerat publica vox, & fama huius delicti, nulla tamen concurrente partis accusatione: Examinati insuper fuerunt aliqui testes seculares, qui furtum illud, & eiusmodi casum, ita sibi enarratum fuisse à Religiosis ipsis attestabantur: Nec non alij qui rem patentem esse asserèbant, eam ob causam, quia illum compedibus, manicisque ferreis obligatum, eo in loco viderant, & quia Nuntius alioquin nequiuisset facultatem impartiri, eundem reum inde euellendi, & dum post examinatos testes concessit, non nisi, quia ipsi constabat de patrato furto; sbirruarij etiam, & alij omnes, qui illúc iuerant ad extrahendum, deposuerant, se illum reperisse, sic vinculis, & catenis mancipatum, quod efficax argumentum præseferre aiebant, rem ita se habere. Isthæc omnia quatenus probarent corpus delicti in furto, quod non ita simpliciter admittendum reor, si scripta per Farin. attendantur in q. 2. à nu. 16. ea tamen ad semel torquendum sufficerent, non autem ad cumulandam torturam, neque ad sententiam ferendam condemnatoriam. Nihilominus his suffulti, nec non immanitate sceleris, & manifesto facto, ad sententiam etiam, condemnantem eundem ad remigandum per triennium, arbitrati sunt Iudices ipsi, se procedere potuisse; Quorum sententiam iustitia fulciri non ex eo arbitror, quia legitimis, ac validis innixa sit probationibus, cum necessarijs carere demonstrauerimus; Sed Innoc. Doctrina adductus in c. 1. de Constit. Bald. in cap. obertus, num. 2. in quibus causis feudum amitt. & Afflict. in Constit. Regni Pactarenorum, nu. 37. Qui vnanimi consensu aiunt propter terribiles casus licere Iudicibus iura transgredi; Sed si factum istud sceleratum fuerit, si terribilis casus, nemo nisi rationis expers, negare quibit, at potius in eo vendicasse sibi locum co-

rum-

rumdem Doctorum conclusionem, quiuis recti Iudicij affirmabit, simulque fatebitur iustam propterea fuisse memoratam sententiam. Isthæc autem omnia, qui ratione meditetur, quanta sit diuinæ miserationis magnitudo facilè agnoscet; itidemque misero huic, comet tempore, quò grauiter in eum deliquerat, ingentes gratias concessisse, simulque nonnulla in ea re nituisse miracula fatebitur; Primum dum ad sacratissimas particulas illas, ausus tendere manus, voraci, ac ore patulo terræ consodi merebatur, pijssimus Dominus, & eius facinus, & se manibus attingi sacrilegis perpessus est. Alterum quod apertis liminibus de Ecclesia illum exire non est passus. Tertium quòd ille se facti reum agnoscens, quouis pauore propulso, tantum facinus omnibus manifestè narraret; Postremum verò quod eiusdem Diui Caroli precibus, gratiam, vt quod propter defectum requisitarum conditionum, Iure confiteri non tenebatur, tortus sileret, impetraret; & quod astantibus liberè iam fassus erat, temporali Iudici reticeret, cui tanti causa facinoris, eum neci demittere licuisset; ac propterea quas vouerat, inscriptas miraculi tabulas consecraret, quæ propè eiusdem B. Caroli imaginem, nunc appensæ visuntur. Efagero ipse, nec tenui stupore, hominem ita facinorosum, vbi altare nudare, tot vota fidelium gloriosissimi B. Imagini oblata, rapere temerè præsumpserat, tanta fiducia efferbuerit, vt eidem fisus imagini, quam læserat, ausus fuerit recurrere, atque illius intercessione obtinere, sceleratum illud factum, prorsus tacendi potentiam, vt pœnam euaderet, qua dignum scelus reddiderat. Exemplar sit cunctis peccatoribus, non quidem fidenter Deum offendendi, spe deinde veniam exigendi, at cùm fuerint in crimina lapsi, ad ipsius misericordiam tutè confugiendi, & corde contrito, atque humiliato præcandi veniam. Non enim immanibus excessibus indulgentiæ se terminos prętergressos esse diffidant, cùm infinitè bonitatis thesaurus ad se venientibus haùd concluserit vias, neque eos deterreant verba Iob. cap. 9. Illa nempè; verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti; Nam Pinedus in eum locum multas suggerit eorumdem verborũ explicationes, quin, & alij alias tradunt, quibus certior quisque fit, non escludi peccatores iam pœnitentes á diuina misericordia.

20 Cùm verò latro rem furatam deferens extra locum delicti reperiretur, quo remedio vtendum esset, quidue agendum, ac posit, nè illic capi, vinculis mancipari, & puniri? dubitanim, plerumque fuit: Hæc sanè perdifficilis est quæstio, atque à Doctoribus ad inuicem dissentientibus longè controuersa; quam tangit Hier. de Cauaglios. in qq. com. contra comm. q. 318. quo loci postquam retulit bart. in l. si Dominium ff. de furtis, tenentem illic puniri, & conueniri posse, aliosque multos eiusdem sententiæ recensuit sectatores, præsertim Capyc. decis. 104. nu. 4. Boer. decis. 13. nu. 47. & Peguera in decis. 28. nu. 4. lib. 1. Alios contradicentes annectit, potissimum Abb. in cap. 1. num. 11. de raptor. Clarum in §. fin. quæst. 38. sub nu. 15. qui prætereà inhæret Bartholomæo Veronensi attestanti hanc opinionem esse communem, eamque esse veriorem, & æquiorem in cons. 59. in fine; quam subijcit tenendam esse; quin in Ducatu Mediolani minimè obseruari opinionem Bart. admonet, & contra illam iudicari vidisse in Senatu memorat Hieron. etiam de Cauaglios adducta, quæst. 318. attestans vsu obtentam esse eo in loco negatiuam, & Bartolo refragantem sententiam, quam etiam defendit, atque omninò veram esse probat longa Serie Marcus de Mantua, singul. 603. Aliquis fecit furtum; & in eam ipse quoque libentius deflecto, qui concludendum arbitror eiusmodi furem non esse criminaliter puniendum in alieno territorio, quamuis re furata spoliandum, vt Domino restituatur, in Regno tamen contradicit vsus, cuius post Capyc. testatur de Franch. decis. 681.

21 Huic quæstioni similem esse censeo alteram, tametsi delicto carentem, nempè, si quis equitando in equo sibi à non domino commodato, vel locato posit in itinere conueniri ab illius Domino, aut impediri, nè suum perficiat iter, cum eodem equo? & tres adinueni in hac re sententias; Earumque prior est Azonis, & affirmatiua, quam sequitur Glos. in l. fin. C. vbi in rem actio, & illic Alberic. Subdens communi sententia fulciri, quam Boer. etiam amplexatur in decis. 218. nu. 2. Altera verò probat Azonis doctrinam eò dumtaxat in casu subsistere, cum res mobilis diù permansura est in eo loco, non autem si breui interuallo temporis; quam ex Bart. Bal. Castrens. & alijs in eadem l. fin. Colligi posse opinor, quorum dictum communi non aberrare auctoritate, scribit Abb. in cap. final. num. 4. & Barbat. nu. 83. desoro compet. eamque Moderni præsertim commendant teste Iasone in l. 2. nu. 17. de Iurisd. omn. Iudicum. Tertia denique opinio probat. neque si diù esset illic permansura equitantem inibi conueniri posse, sed tantum compelli ad sistendum in iudicio in loco, & foro suo, quam Vgo insecutus est, vt ait Glos. in eadem l. fin. vers. & sequitur; Cui resolutioni alij multi adherent, quos recenset Boer. indicata, decis. 218. In quam resolutionem ipse quoque propędo, nè quis commodatarius, aut conductor sit astrictus requirere commodantem, aut locantem, vt ostendant titulum rei commodatę, quod profectò maximum afferret commercio impedimentum, consentio tamen, quòd si nollet, aut non posset satisdare concedatur sequestrum, secutus Boer, indicata decis. & Alberic. in l. Senatus Consulto, num. 12. ff. de offic. Præsid. quibus adstipulantur etiam Canonistæ si Ias. vera fatetur, in l. fideiussor, §. fin. nu. 1. ff. qui satisd. cogant, & Hier. de Cauagl. q. 312. par. 1. restringerem tamen si equitans posideret bona in eo loco, quia tunc ei relaxarem equum facta prius obligatione ab ipsomet de stando Iuri, & sistendo in iudicio coram illius loci Prætore. Quod si ipse furatus esset, vter esset Iudex, loci, scilicet delicti, vel capturæ, vide Capyc. & addentem in decis. 104.

22 Sed quam mereatur pati pœnam, qui rem subtractam occultauerit, & Iurisconsulti satisfecit responsum, in l. 1. ff. de receptat. Dum, & pessimum genus esse receptatorum asserit, sine quibus latere nemo diù posset, & perinde atque latrones puniri scribit, opitulatur insuper text. in l. congruit. ff. de offic. Præsid. iuncta l. 1. C. de his, qui latron. & l. 3. §. non tantum, ff. de incend. ruin. & naufrag. nisi tamen ignorauerit esse rem furatam, siquidem proce-

procedere dicendum eſt, cùm ſcienter tantum celauit ex notatis per Didac. Peguer. deciſ. crim. 25.Martianus,nu.2.lib.1.

23 Qui verò homines malefactores, aut malendrinos domi retineret,ac receptaret, pœna mulctaretur ſtatuta,in l.fin. C. ad l.Iul.de vi public.vt notat illic Bald. ſed illum textum militare reſtringo in eo,qui eos malefactores receptaret,qui tunc armati incederẽt,& delinquerent,quòd facilè ex eo textu,& gloſa in principio colligi poteſt, nec non ex verbis,Afflicti in Conſtit.Pactarenorum,nu.8.p. 1.

24 vbi ceſſare etiam pœnam illius legis aſſeuerat in eis, qui per vim hoſpitati ſunt banniti, aût alios eiuſmodi delinquentes, neque illos ſine periculo expellere potuerunt; cùm verò agimus de receptare aliquem poſt commiſſum ſcelus, & quietè viuentem, tunc habere locum opinor diſpoſitionem l. 1. C. de his, qui latrones: ex quo textu pœnam eſſe arbitrariam autumat,Menoch.de arbitrar.Iudic.caſu 348.nu. 2. & 3. Nec non Marſil. conſ. 30. nu.7.& conſ.47.nu.7.& 8.per illa verba, & Iudicis æſtimatione plectetur,licet Gandin.Currer.Iodoc. Foller. & alij relati à Peguer. in ſua additione ad eiuſmet citatam,deciſ.25.aſſeuerent, pari pœna plectendum,qua, & principalis ab eo abſconditus; fortaſſe,quia receptans ſcienter furem,aut alium facinoroſum,non videtur minus delinquere,quam idem delinquens,vt dicit Gram.deciſ.96. nu. 3. Id tamen veritate nititur, quod abſcondens criminoſum,nè à miniſtris Iuſtitiæ deuinciatur,eiuſdem ſit criminis reus,per Boer.deciſ.287.nu.final. idque adeò,quod ſi eius Prædij, quod ille facinoroſus incolat,dominium habeat receptans,priuaretur propter eà illius dominio, vt cenſet Peguera deciſ. 36.

25 Ad hanc quæſtionem,nu.5.lib. 1. vbi de Baronibus verba facit,ſimiles viros receptantibus in eorum baronijs, & concludens priuari, ob id poſſe feudo, eiuſque Iuriſdictione, quod nota, aduerſus barones noſtri temporis; banniti, cœteroſque neſarios viros apud ſe detinentes, & contra quos eſt in Regno,cap. Regis Roberti incipiens Receptatores maleficiorum.

26 A prædicta autèm aſſertione complures Doctores excipiunt detinentes conſanguineos, & affines delinquentes, etenim grauiſſimum ſcelus, quamuis ſit receptare latrones,aut alios criminoſos id tamen,niſi ſint ei cognatione,vel affinitate coniuncti; Ita Petrus Roy,deciſ.Lituaniæ, 3. nu.427. in deciſ.diuerſ.Franciæ, tomo 2. & concinunt verba Grammatici, deciſ. 99. ſub num. 3. ita quod ſi quis homicidam ſibi affinem occultauerit, nulla veniat plectendus pœna exiſtimarit Hartman. cap. 17.tit.de accuſat.lib.2.verum Oſaſchus deciſione 80.Abſoluto igitur nu.11.mitius eum caſtigandum ait, quàm alios non coniunctos receptantem; per text.in l.qui cum vno.§.qui filium ſuum, ff.de re milit.iuncta gloſ.in l.2.ff.de receptat. vbi Bart. infert ad ſtatutum puniens receptantes bannitos, nè amplexetur agnatos receptantes, quem ſequitur illic, Alex. in Apoſtill. & in conſ. 144. in fine, volum. 2.

27 Hoc etiam caſu ſubſiſtit reſtrictio præcedenti concluſioni tradita, vt iſthac pœna, ij tantum caſtigentur, qui ſcienter receptauerint viros iſtos, ex omnium aſſenſu: Ideo nunc inueſtigandum

28 eſt, quando dicatur, quis ſcienter receptaſſe, ac quomodo talis probetur ſcientia, & vera erit reſponſio eo ipſo probari, cùm verificatum fuit,notoriè in eo loco illos haberi pro latronibus, aut bannitis,aut publicam in eo eſſe vocem,& ſamam, iuxta notata à Peguera adducta deciſ. 36. num. 8. & 9.

29 Furti autem pœnam aufugiunt duo perſonarum genera; Primum quippe genus eſt eorum, qui bona tenentis ludum ſuratur,in ea tantum domo,in qua ludum tenet, quam concluſionem mille auctoritatibus comprobat Farinacc. in ſua praxi crimin.quæſt. 109, num. 141. adeò quòd neque ciuili actione conueniri, aut condemnari poſſit ad reſtitutionem rei ſuratæ l. 1. §. quod autem ff. de alex vſu, & Aleator, idemque Farinacc. defendit eadem quæſtione, num. 142. Alterúm genus eſt eorum, qui ſibi debitum non valentes exigere ob defectum iuſtitiæ, vel probationem, tantumdem ſurantur Innoc.in cap. olim el primo, de reſtitut.ſpoliat.& Felyn. in cap. 1. ſub num. 15. de Iudic.omitto tertium genus eorum, qui ſamæ nè pereant,eam ſurripiunt quantitatem,quæ ſit eis neceſſaria pro victu illius diei, quia tunc non dicerentur alienum rapere,vt alibi ſcribo.

30 Reliquum eſt, periucundam, & vtilem citra dubium proponere quæſtionem illam, ſi ſurtum operetur tacitam hypothecam in bonis ſurantis, & propterea ſit nè ille præferendus in ipſius bonis, cui primo fuerit res aliqua ſurata, an omnes ſimul concurrant, ſuper hæſitatione iſta congeſſit prolixam deciſ. Viuius, ſcilicet deciſ. 451. Pro diffinitione,lib. 2. vbi pro vtraque, tùm negatiua, tùm affirmatiua ſententia coaceruauit. Verùm declinat in partem contra hypothecam: At quia confusè, quodammodo fatur in eius non audeo propendere opinionem, quamuis neque ab ea diſcedere, nam laquedoniæ ſum, vbi multitudine librorum, cum indigeam veritatem iuxta morem inueſtigare non valeo, nec ab ipſo relatos percurrere auctores.

31 Omne demum, & quodcunque ſurtum ex ſuo genere eſſe mortale, probat Diuus Thom. 2.2. q. 66.artic.6.& cap.final. 14. quæſt. 6. cap. ſures cum trib.ſeq.de furt. niſi tamen in certis quibuſdam caſibus, eorumque primus ſi in parua, ſeu læui re commiſſum fuerit,teſte Nauarr. in Enchirid. cap. 17.à num.2.vbi huic reſtrictioni alias addit limitationes,eamque præſertim, quam ponit in verſ. ſecundo, quod qui ſuratur,& ſcribit etiam Reginal. in tract.de prudentia, & cœteris in confeſſario requiſitis cap.9.ſectione 1.ſub num. 2. ac rurſus, nu. 8.ſcilicet ſi aliqua veſtiatur circumſtantia,nempè ſi eam rem,quamuis læuem,tanti ille faciat, cui ſurripitur,vt ex illius iactura magnam concipiat moleſtiam, vel inde neceſſitatem notabilem patiatur, quia pauper eſt,vel notabile damnum, quia ex illa quæſtum faciebat; exemplificant,& in ſurante ſubulam ſutori,acumq; ſartori,qui aliam nó habebat & cogatur propterea dimittere laborem, admittit etiam Rebell.de oblig.iuſtit.p.1.lib.3.q. 15. ſect. 2. nu.7.Aliud ex eod.Nauar.nu.136.colligo exemplũ de ſuráte minutatim aliquam rem minimam népè obolum, quæ iteratis vicibus cótinuata coaleſcat,& fiat grauis. Si tamen ab initio, eius fuerit animus

furandi notabilem summam multiplicatis furtis nam tunc constituit ipsum reum notabilis iniuriæ proximo illatæ prædictæq; conclusioni assentitur, altera tamen ratione adductus Rebell. ead. q. 15. sect.4.Eiusmodi autem fures non tantum res, quas surripuerunt restituere tenentur; Verùm etiam expensas à Domino factas in quærenda re furata, eas scilicet, quas vir prudens, & bonus facere debuisset, quia eorum causa fuit, nec tantum fur, sed etiam quiuis alius malefactor, vt idem Nauar. admonet eod.cap. 17. nu. 140. lucrum tamen perceptum ex pecunia, alteraue re furata haud tenetur restituere ipse latro, si Rebellus non aberrat vero, adducto tract.par.2.lib.5.q.10.nu.12.

SVMMARIA.

Haeretici ordinibus nequeunt insigniri, num.1. eum ampliatione.nu.3.

Quin ab ordinibus antea susceptis, degradandi sunt. nu.2.

Dispensationum genera tria sunt, nam aliqua plena, alia plenior, postrema vero plenissima, nu.4.

Ad beneficia etiam sunt inhabiles ipsi haeretici, num.5.

Quin etiam obtentis ipso Iure priuantur, postquam in haeresim prolapsi sunt, nu.6.

Filij insuper, & descendentes haereticorum in tribus casibus, ob istud parentum delictum puniuntur, nu.7.

Non omnes tamen eorum descendentes, sed vsq; ad certum gradum, & attenta varietate temporum, nu.8.

Peccatum originale à Patre, non à matre generari ostenditur, nu.9.

Nobilitas, quæ ex paterno, non materno genere prouenit attenditur, nu.10.

Cap. statutum el 2. de haeret. in 6. comprehendit etiam bastardos, nu.11.

Item spurios, incestuosos, & alios quoscumque illicito coitu natos, nu.12.

Non tamen eos, quorum parentes pœnituisse constat, nu.13.

An autem comprehendat relapsorum poenitentium soboles discutitur, nu.14.

Relapsi, & emendati, an dicantur incorporati Ecclesiæ vnitati, nu.15.

C. praedictum statutum amplexetur nè eos tantùm filios, qui post haeresim paternam nati sunt, an etiam qui antea? nu.16.

Filij haereticorum vtrum beneficijs ante haeresim paternam obtentis priuentur, num. 17. 20. & 21.

Filij committentium crimen læsæ maiestatis, neque obtentis ante crimen paternum, neque postea spoliantur, nu.18. & nu.22.

Filius antequam generetur dicitur esse in patre secundum corporalem substantiam, num. 19.

Cap. iam dictum statutum restringens ad secundum gradum inhabilitatem filiorum haeretiorum ad beneficia; an his temporibus subsistat, etiam respectu Episcopatus, sed vlterior gradus impediat etiam ad illum ascendere, nu.23.

Fautores, receptatores, & defensores haereticorum, quibus veniant plectendi pœnis, nu.24.

Istorum filij sunt inhabiles ad obtinenda beneficia. nu.25.

Sed obtentis antea, vtrum ipsi spolientur, numero 26.

Filij haereticorum, à paterna liberantur potestate, nu.27.

Haereticus, vt quis reputetur, quæ concurrere debeant, nu.28.

Propositionum genera sex esse insinuatur, & quæ haereticales sint, nu.29.

Haereticum, quem esse, aut haereticales dixisse propositiones, testium assertionibus probatur, num.30.

Vtrum verò duorum testium assertio sufficiat? num. 31.

Testis quando dicatur omni exceptione maior, num.32.

Testibus singularibus probetur, nè quem esse haereticum, nu.33.

Testes alioquin inhabiles: vtrum, & quando censendi sint idonei in crimine haeresis, nu. 34.

Alijs modis præter testium dicta, verisficari istud crimen ostenditur, nu.35.

Testes cogi, aut compelli possint, nè ad ferendum testimonium, nu.36.

Laici censuris compelluntur ab Ecclesiasticis, ad testificandum coram ipsis, nu. 37.

Testimonium dicturi, an possint, è domo propria, aut Ciuitate inuiti extrahi, vt testificentur, nu 38.

Differentia, quæ sit inter haeresim, & schisma, num.39.

Irregularis sit nè quis, eo ipso, quod schismaticus est, nu.40.

Haereticorum alij sunt pertinaces, alij pœnitentes, nu.41.

Pertinaces qui sint, nu.42.

Sub ista pertinacium specie contineri impœnitentes demonstratur, nu.43.

Pœnitentes verò, quando existimentur, numero 44.

Sponte redire, quando dicantur, nu.45.

Item quando incontinenti reputentur redire, num.46.

Abiuratio quid sit, nu.47.

Abiurationem quatruplicem esse probatur, numero 48.

Quæ

Quæ inter eas conſiderentur differentia. nu.49.
Abiurans. quando dicatur relapſus. nu.50.
Sacerdos, de leui ſi abiurauit non impeditur ordines exercere, & Sacramenta miniſtrare. nu.51.
Relapſorum, quæ ſit pœna, num.52.
Abiurationem fieri poſſe etiam die feſtiuo, certum eſt, nu.53.
Hæreticus, quem pœnituit ad ſatisfactionem tenetur, nu.54.
Abſoluere hæreticum occultum vtrum hodiè liceat Epiſcopis, nu.55.
Hæreticos occultos poſt interitum damnare, vel abſoluere an liceat, extricatur. nu.56.
In cauſis ipſis hæreticalibus, reos tormentis ſupponere ad eruendam confeſſionem, concedatur ne, inueſtigatur, nu.57.
Quæſtioni locus tantum eſſe poteſt, cum reliquæ ceſſant probationes, nu.58.
Ideo contra confitentem hæreſim abſque tortura properandum eſſe ad ſententiam, demonſtratur, nu.59.
Etiam contra conuictum & negantem, nu. 60. cũ declarationibus tamen additis. n.61. & 62
Inditiatus verò de leui ſit nè torturæ ſubijciendus ad eruendam intentionem, num. 63. reſpondetur autem cum diſtinctione, & limitatione, nu.64.
Epiſcoporum munus eſt in hæreticos excandeſcere, prout iurarunt, nu.65.
Blaſphemia. quid ſit, nu.66.
Eius quot ſint ſpecies, nu. 67.
Quæ ſit blasphemia hæreticalis. nu.68.
Eam euomentes ab Eccleſiaſtico puniuntur, num.69.
Huius criminis quanta ſit atrocitas, nu.70.
Id exemplo etiam animalium comprobatur, num.71.
Crucifixi reſponſum ad Regem Gallorum recenſetur, nu.72.
Tantum ſcelus Mahometica etiam lege puniri referturs nu.73.
In eo adhuc repulſa denegatur, præter quam ex ſolo capite inimicitiæ. nu.74.
Prout compoſitio, guidaticum, ſeu gratia, num. 75. & 78.
Quod extenditur ad blaſphemantes Sanctos, num.76. & 77.
Blaſphemia in Deum, ſiue B. Virginem, an ſpecie diſtinguatur ab ea, quæ emittitur in Sanctos, nu.79.
Supremus præſul tantum compoſitiones admittere poteſt in hoc delicto, & ratio ſubijcitur, nu.80.
Extentio admittitur vbicumq; in pœnalibus, vel odioſis, verſatur Eccleſia, vel religionis fauor, nu.81.
Qui vnicum blasphemauit Sanctum comprehenditur ſub reſeruatione caſus blaſphemantis Sanctos. nu.82.
Pœna tanti criminis de Iure communi appoſitæ recenſentur, nu.83.
De Iure verò Regni, nu.84.
Ioco blaſphemans, qua pœna plectatur, qui verò nimia iracundia adductus, aut dormiens, ſiue demens blaſphemauerit, puniri vtrum debeant, nu.85.
Confeſſarius quomodo ſe gerere debeat cum blaſphemantibus, nu.86.
Blaſphemus dijudicandus eſt, dicens, potta de Dio, nu.87.
Iurans vero ad corpus Chriſti, an ſit blaſphemus. quæque ſit differentia inter iſthæc verba, & alia in præcedenti relata, extricatur, num.88.
Ipſa autem blaſpemia, quomodo diſtinguatur à maledicto, ſubijcitur, nu.89.
Verba illa; ne rincreſca Dio; operentur ne blaſphemiam, nu. 90.
Superſtitionis materiam, qui pertingant. n. 91.
Ea verò quid ſit, nu.92.
Quæue eius ſpecies, nu. 93.
Magia autem quid ſit: quid diuinatio, quidue maleficium. nu. 94.
Sortilegi. qui dicantur, nu.95.
Diuinatio, abſque dæmonum operatione an contingat, nu. 96.
Ordinarij cur ſortilegium, quandoque ſibi retineat, ſi tanquam hæretici veniant ipſi ſortilegi puniendi à Papa vigore bullæ Cœnæ, num. 97.
Exquirere futura à dæmonibus multiplici ratione illicitum eſſe oſtenditur, nu.98.
Vana obſeruatio, quæ ſit, & vnde dignoſcatur, num.99.
Maleficium vero qui declarent, quidue ſit, & quomodo exerceatur, nu. 100.
Quinque annectuntur capita, ad cognitionem, & punitionẽ tanti facinoris neceſſaria. n.101
Iudex in hoc crimine quis ſit tangitur, nu. 102.
Expenſæ in cognoſcendis. expendiendiſq; cauſis ad inquiſitionem ſpectantibus, quæ permittantur, nu.103.
Quæ vero in reliquis cauſis. præſertim apud Eccleſiaſticos Iudices ſint de Iure licita, n.104.
Epiſcopus ſi alio vadat cõſecraturus Eccleſiam, ſalarium conſequi valeat, aſſeritur, nu.105.
Procuratio qualis, & in quibus debeatur pro viſitatione, nu.106.
Exequutores verò diſpenſationum matrimonialium, nihil recipere poſſunt, etiam pro decreto, aut captura informationis, nu.107.

Capitulum XXVI.

IVsta hęreticorum punitio, pręter alias, quas statuit pœnas, voluit hęreticos debere incurrere irregularitatē, teste Suar. to.5. disput. 43. sect. 1. n. 2. ideo vetuit illis, tùm in hæresi perdurantibus, tùm pęnitentibus, & absolutis suscipere ordines,
1 vt inquiunt Speculat. in tit. de dispensat. §. iuxta, nu. 16. Syluest. verbo irregularitas, vers. 24. quæritur sub nu. 15. Nauarr. in manuali, cap. 27. nu. 205. vers. tertio dico, Angel. verbò irregularitas, nu. 24. Maiol. tract. de irreg. lib. 5. cap. 46. num. 1. & Vgolin. eodem tract. cap. 36. nu. etiā 1. & alios congerit nouissimè Garsias in tract. de benefic. p. 11. cap. 10. nu. 80. Nec non Suarez citato, nu. 2. explosa contraria Sayri resolutione, qui in suo Thesauro casuum conscientiæ, lib. 7. cap. 12. nu. 16. sequtas Cosmum Philiarchum, p. 1. lib. 4. cap. 15. vers. at si altera conditio desit, inquit neminem incurrere irregularitatem ob crimen hæresis secundum se, & simpliciter sumptum.

2 Quinimmó eos degradandos etiam esse ab ordinibus, quibus antea insigniti erant, probat tex. in c. excommunicamus, §. 1. iuncto c. penult. de hæretic. odit namq; Deus sacrificia hæreticorū, & proijcit à se, ac detestatur fœtorem eorum; clauditq; nares suas quotiescunque congregati sunt in nomine eius, c. odit 1. q. 1. idque adeo, quod si eos pœ-
3 nituerit, & propterea ad fidem reuersi fuerint, ordinibus nihilominus insigniri nequeant, quod pręter auctores relatos, tuetur Felyn. in c. eam te, nu. 12. de rescript. & Pegna in suis commentarijs ad directorium Inquis. Eymerici, p. 3. comment. 162. vers. Ac primum, & probatur etiam ex verbis tex. in cap. 1. causa 1. q. 7. idq; subsistit, quamuis præterea abiurauerint hæresim per Vgol. citato c. 36. nu. 3. Nauarr. conf. 6. An bulla, de hæret. in antiq. siue 19. in nouis, Sayr. lib. 5. Decis. Aur. tit. 6. decis. 5. iccirco reijcienda est contraria Carrer. sententia in tit. de Hæret. nu. 154. seù §. nunc de pœnis, nu. 18. negans hoc verum, quando reuersus est, & abiurauit per tex. in c. saluberrimum 1. q. 7. nam textus ille potius aduersatur, quā suffragatur eius dicto: asserit enim prædictum pro magno debere habere beneficio, si adempta omni spe promotionis, in quo inuenitur ordine maneat, modo iterata tinctione non fuerit maculatus; ostēdit igitur genericè illi nefas esse ordines suscipere; quinimmò, quod in susceptis toleretur, ex dispensatione potius, quā à iure procedere credendum est, cum glos. final. in Sum. 1. q. 7. assentitur locatus verbo Hæreticus, nu. 33. solet autem
4 multipliciter cum illis dispensari; Nam plerumq; semiplena in hac re dicitur dispensatio illis concessa, si eisdem permittat ordines suscipere minores: nonnunquam plena, si ad Sacerdotium ascendere elargitur, quandoq; plenior, si ad Episcopatum: postrema veró plenissima, eaq; raro, cùm ad omnes ordines, atq; dignitates facultas datur, ex glosa finali hanc quatruplicem distinctionem tradente, in c. nos consuetudinem. 12. dist. quod si ordinari hęreticus ausus est, an susceperit caratherem dixi Rub. 1. nu. 25. addo Greg. de Valent. annuentem disput. 9. q. 3. Puncto 1. in princ. tom. 4.

5 Ad beneficia quoq; hæreticum inhabilem esse dicit Rebuff. in tract. de pacif. possess. nu. mihi 195. est tex. in c. 2. §. Hæretici de hæret. in 6. atque adeò, vt nec possit ad Patronatum beneficium præsentari ex Lamber. tract. de Iure patron. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 6. nu. 1. & 12. idq; etiam si tantum esset de hæresi suspectus, nec se ab illa purgauit, vt ipse Lamber. adiungit in adducto, nu. 12. quin etiam, neq; Ecclesias fundare conceditur hæretico huic ad finem acquirendi Ius Patronatus, vt defendit Paul. de Citadin. In tract. de Iure Patron. p. 3. q. 5. nu. 16. vers. 6. sic responderi; ex quibus euidenter constat; quód si illis collatio fieret alicuius beneficij, nullius validitatis illa foret, per Alex. de Neuo, in addit. ad Abbat. in c. vergentis post nu. 4. de hæret. id in filijs hæreticorū, eorumq; nepotibus asseuerantem, vt multò magis idē in hæreticis ipsis verū esse firmandū sit.

6 Obtemptis autem ante hæresim ipso Iure priuatur, postquā in illam prolapsus est, & concludit Gemin. in c. quo Iure nu. 11. Ibidemq; Præpos. dist. 8. Fel. in c. 2. post nu. 4. vers. & adde de Rescrip. Anch. cons. mihi 293. vltrà alia, propè finem, cuius verba actentè quidē perpendenda sunt, ne videantur primo aspectu contradicere; eandem præterea firmat conclusionē milis suo Reper. verb. hæreticus, Diaz. in prax. crim. canon. c. 106. & communiter Doct. in d. c. vt commissi, testaturq; Couar. lib. 2. variar. resol. c. 8. post nu. 4. vers. nihilominus, probatq; etiā Pegn. ad Director. Eymer. p. 3. q. 113. comm. 162. §. illa verò, cum seq. & alij mille amplexantur, quos refert, & sequitur citatus Garzias, rationes adiungens in eodem tract. & capite superius relato à nu. 59. necnon Sancius in suo opere morali, lib. 2. c. 26. nu. 6. idq; presertim hoc tempore subsistit per constitutionē 29. Pii V. cùm ex Apostolatus; quibus illā adiungo rationem, quod Hæreticus nihil potest possidere iuxta glos. 2. in adducto c. quo Iure, inde prodiit, quod impetranti beneficium ob crimen hæresis á possidente commissum non obstare Regulam de annali, quamuis ille eiusdem annalis non meminerit, conclusit Rota teste Cassador. in Regul. Cancell. decis. 14. Propositum fuit, prodijt insuper quòd isto maculatus crimine beneficia renunciare nequit, quæ tunc reperitur possidere, vt inquit Diazza in eod. cap. 106. nec quicquam ageret, si resignaret, quia præfatam resignationem non subsistere dixit Sancius dicto cap. 26. nu. 9. Azzor. tom. 1. instit. moral. lib. 8. cap. 31. quæst. 8. & ipse in cap. 23. num. 122. in fine, declarauitque Pius V. in prædicta sua Constitut. 29. quamuis in cap. de homicidiis, scilicet 23. huius Rubr. dixerim contrarium in alijs criminibus etiam homicidialibus, & ibi videre licet in vers. Altera differentia propè num. 123.

Huius criminis enormitas, vsq; adeò protenditur vt nedùm iura puniant personam committentem illud, at quādoq; aliam peccati minimè consciam, dùm pœnam contra hæreticos constitutam, ad illo-
7 rum descendentes extendūt in tribus casibus, quorum primus illos priuat hæreditate paterna, iuxta l. quisquis, & l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. qui text. tametsi loquantur de committentibus crimen læsę Maiest. humanę, ex eis tamē multo magis est inferēdum, & idem

idem decernendum contra aberrantes à fide, & Deum, Dei Filium Iesum Christum offendentes quemadmodum ad illos iustè ampliauit Innoc. III. prædictarum legum Decretum in c. vergentis, de hæret. Etiam respectu alimentorum, & dotis fœminæ de iure præstandæ; ita quod neque Fiscus, vbicunque esset eorumdem hæreticorum hæres teneretur ipsos filios alere, aut dotem persoluere, teste Rebell. tract. de obligat. Iust. p. 2. lib. 5. q. 4. nu. 32. & 33. quamuis, tùm dotem, tùm alimenta subministrare deberet alijs in casibus, in quibus bona eidem Fisco addicarentur, ex Bal. Soc. Lara, & alijs, quos refert, insequiturque Barbos. in Rubric. ff. solut. Matrimon. part. 4. l. 1. num. 84. Alius est casus, illos inhabiles reddens ad successionem, cuiuscunque alterius, tàm consanguinei, quam extranei, tám ex testamento, quam ab intestato ex ead. leg. quisquis, & c. vergentis; Nouissimus prædictos inhabilitat ad ordines, & beneficia quæcunque Ecclesiastica, aut officia, sicuti eorum parentes. Quod autem de ordinibus tetigi, ne hæreticorum filij valeant ad illos ascendere, scribit Alfon. Hoiedan. tract. de incompat. benef. p. 1. c. vlt. nu. 6. & Maiol. tract. de irreg. lib. 5. c. 46. nu. 5. vers. Ecclesia, & mouentur auctoritate textuum id de beneficijs, & officijs constituentium, ab illisq; arguunt à maioritate rationis, & concludunt prohibitionem illorum Iurium multò magis, multoq; conuenientius completi ordines; quod ipse existimo satis expressè probari in c. quando 24. dist. præcipiente Episcopis volentibus ordinationes facere, vt ante omnia ordinandos euocent, qui feria quarta ante ordinationem se debeant præsentare conspectui ipsorum, vt perquirant omnia in eo capitulo contenta, & inter cœtera ordinandorū genus, cōcinit textus Concil. Trid. in c. 7. sess. 23. de reform. Sed hoc genus non aliud significat, quam præ cœteris illorum hæresim, ergo id expressè traditur in prædictis Capitulis, nec cuiquam de hac re dubium esse debet; Quod autem hæreticorum filij nequeant beneficia consequi, dixerunt allegati Hoied. & Maiol. & antea textus in c. 2. §. hæretici, de hæretic. & c. vt commissi §. priuandi d. tit. in 6. Itidem. & pensiones, Sanctus in suo opere Morali. lib. 1. cap. 28. nu. 36.

Isthæc autem prohibitio inhabilitans descendentes ad beneficia, & reliquas dignitates, non vtiq;
8 illos omnes afficit, sed constitutos tantum in gradu expresso, considerata temporum varietate; nam olim descendentes, vsq; ad secundum gradum inclusiuè, & indifferenter complectebatur ex ordinatione Inn. IV. in commiss. per eum factis super hæretica prauitate, iuxta glos. in c. statutum el 2. vers. Innocentij, indicato tit. & lib. vel potius, vt ipsamet glos. asserit, id processit ex constit. Innoc. III. in c. vergentis, de hæret. & dixit etiam Io. Monach. citato c. statutum in princ. processit insuper, ex constit. Alex. III. in c. 2. §. hæreticj, de hæret. Sed deinde illum Bonif. VIII. coarctauit ad secundum gradum ex paterna tantùm linea, ex materna verò primum gradum declarauit non excedere, in c. statutum el 2. de hæret. in 6. nec tantum primum gradum non excedit, cum mater est hæretica, eiusq; filius, & filia sint inhabiles, sed etiam cum Auus ex materna linea, & ideo si Genitor sit hæreticus, inhabiles propterea dicantur omnes eius filij, tàm masculi, quàm fœminæ, nepotesque ex masculo, non autem ex fœmina, vt scribit glos. in eodem cap. statutum, vers. inane, & Anton. Gomes. variar. resolut. cap. 2. num. 4. tom. 3. ac Pegna in commentarijs ad Directorium inquisit. part. 3. quæst. 115. comment. 165. quantum, quam verò ob rationem seuerius puniuntur posteri ex delicto paterno, quam materno, expedit non ignorare, & eam rescribit Pegna adducto comment. §. quod si quæras. ex auctoritate Iacob. Butric. in l. 1. C. de hæred. instit. quia magis timetur audacia filiorum, quam filiarum; Ipsa tamen non satisfacit, quia tunc neptes ex masculo non comprehenderentur, sed vtique nepotes ex fœmina, & tamen in vtroque casu verius esse contrarium non dubitatur, quare veriorem illam esse rationem opinor, quam tradit Ioannes Monach. super eodem cap. statutum, num. 2. nempe, quia vir est dignior, ex l. 1. ff. de senat. ob idque debeat in eo considerari maior infectio, cum maiori bono maius malum opponatur,
9 & concinit Theologorum conformis sententia, peccatum originale à Patre, non à Matre generari: in tantum, quod si materialiter ex carne humana generaretur aliquis, aut solo mulieris semine absq; coitu virili; originale quidem non contraheret peccatum, sicuti, neque illud contraheret vniuersum Genus humanum si Eua tantum, non etiam Adam peccasset, quemadmodum versâ vice nascerentur profectò omnes in peccato originali si Adam solus, & non Eua etiam peccasset D. Thom. 1. 2. quæst. 81. artic. 5. ob idque non mirum si no-
10 bilitas ex genere paterno prouenìens, non materno attendatur, ex Philippo Probo ad Ioan. Monach. supracitato, cap. statutum, nu. 9. eiusque dictum fouet tex. in l. liberos, ff. de Senat. vbi hoc notat Bald, subdens hoc aduertendum contra iactantes nobilem habere matrem, cuius auctoritate, cùm Romæ essem reprehendi quendam amicum ob nobilitatem matris superbientem, ac si Rex esset, aut nobilis ex paterno sanguine foret, non tamen nego, quin nobilitas à patre deriuata splendidior, illustrior, luculentior, ac clarior appareat ob nobilitatem matris, sicuti ignobilitas Genitoris minus obscura, minusque obiecta, & propterea nobilitas, aut ignobilitas matris, aliquid addat ad nobilitatem aut ignobilitatem liberorum, iuxta notata per Tiraq. tract. de nobil. cap. 18. nu. 26. cum 29. id auctoritatibus Poetarum, & aliorum scriptorum, iuxtà morem comprobantem.
11 Constitutio autem relati, cap. statutum, complectitur non tãtùm legitimos, & naturales, at insuper naturales tantum, quos vulgus bastardos nominat, ex glosa ibi, vers. volumus, Ioan. Andr. post nu. 1. vers. in glos. supra dixit, & Franch. nu. 4. Alex. cons. 60. visa legitimatione, nu. 11. vers. tertius casus, vol. 2. Gondisal. tract. de Hæret. quæst. 23. num. 3. & Lambert. tractat. de Iure Patron. lib. 2. par. 1. quæst. 9. artic. 6. num. 11. licet contra teneat Ioann. Monach. eod. cap. statutum, nu. 6. ibidemque Probus, num. 21. cum seq. & propterea Couar. lib. 2. var. resol. cap. 8. num. 3. decipitur dùm citat Ioann. Monach. ad probandam primam opinionem; Præterea iam dictum caput statutum non modo de na-
12 turalibus tantum arbitror esse intelligendum, verum de spurijs quoque, incestuosis, & alijs natis ex quo-

quocunq; alio coitu damnato, Pegna in comment. ad Directorium Eymerici, par. 3. quæst. 114. com. 163. §. in hac quæstione, & sequitur Couarr. dumtamen pater sit certus in eodem nu. 3. in fine, per auctoritatem Cyni in l. quisquis, num. 4. quæst. 4. C. ad l. Iul. Maiest. Alber. quæst. 8. & Bald. post num. 6. est tamen verum, quod non omnium Hæreticorum filij, aut nepotes compræhensi apparent in ipso, c. statutum, sed illi dumtaxat, quorum Patres hæreticos esse, aut hæreticos decessisse probantur, non illorum quos emendatos esse constiterit, ac reintegratos Ecclesiæ vnitati, & pœnitentiam ex mandato illius suscepisse, vt in eodem illo c. refertur.

14 Sed an filios relapsorum, & pœnitentium amplexetur tex. ille, non exiguum est dubium, quandoquidem respondendum videtur affirmatiuè, per glos. illibi vers. incorporatos, & Io. And. nu. 2. Franc. in vltim. verbis, Simanch. de Catholic. instit. tit. 29. nu. 17. Ioan. Royas tract. de hæret. part. 2. assert. 42. nu. 337. Pegnam. ad Directorium Eymerici, p. 3. q. 115. comm. 164. §. circa secundum, & per subscriptam rationem, quia Canon ille excipit filios
15 hæreticorum, quos emendatos esse constiterit. & reincorporatos Ecclesiæ vnitati, sed relapsis quamuis emendati Ecclesiæ non incorporantur, quia sine audientia sæculari Curiæ puniendi relinquuntur ex c. ad abolendum, de hæret. etiam si sponte venerunt & proprium crimen confessi sunt, vt tenet Simanch. de Cathol. instit. tit. 57. nu. 21. cum sequenti, cuius contrariam sententiam acriter defendit doctissimus Pegna in eisdē Commentarijs ad Eymericum in Directorio inquisit. par. 3. comm. 12. §. Sed quid si relapsus, vbi sicuti illam æquiorem affirmat, ita ipse veriorem reputo ob auctoritatem tanti viri, ac rationes, & doctores ab ipso citatos; ob quam eandem rationem locatus in suo opere inquisitorum §. filij, nu. 7. existimauit relapsos non reincorporari Ecclesiæ vnitati, & consequenter illos esse compræhensos in adducto cap. statutum, vbi tamen Gemin. in §. hoc sanè, in fine, contrariam firmauit sententiam, quam sequitur Repertorium inquisitorum, verbo filij, §. nunc videndum, vers. sed circa prędicta, Alfonsus Montaluus legum Castellæ interpres. l. 2. tit. 25. par. 7. vers. est ergo conclusio, & Decanus Segouiens. tract. de hæret. c. 18. eamque mitiorem esse opinatus est inibi locatus, qui sub nu. 6. plures refert rationes, & à Gemin. positas, hanc partem comprobantes; quæ quidem resolutio animo meo vehementer sedet, à qua non vtique me remouet assertio illa, quod Curiæ sæculari traduntur, vt pœna capitis plectantur, nam ea non obstante adhuc credo tenendum, eos esse reincorporatos vnitati Ecclesiæ, tanquam admissos ad Ecclesiastica Sacramenta, puta, Pœnitentiam, & Eucharistiam, cap. super eo, de hæretic. in 6. & scripsit Ioan. Arelat. in tract. de hæret. notab. 46. num. 2. & Eymeric. in suo Directorio Inquisit. par. 3. quæst. 100. quod sanè credo sufficere, vt quis dicatur Ecclesiæ vnitati reintrusus, tùm ex ratione illa, quòd de his, qui foris sunt, nihil ad nos, tùm ex textu in adducto cap. super eo, recipiente illos ad Gremium, nec refert illius traditio facienda Curiæ sæculari. Tum, & alij multi laicali potestati ab Ecclesia tradantur, quos tamen Catholicos esse, neque ab illius vnitate, vnquam deuiasse constat; præterea clarum est hæreticum reuersum ad fidem non amplius dici posse hæreticum. cap. dicit Apostolus 24. quæst. fin. licet autem ius posterius in dicto cap. ad abolendum §. illos, restringat hoc dictum respectu pœnæ temporalis, atque ideó tradatur Laico Iudici puniendus, quia tamen in alijs hæreticorum pœnis non expressit idem, non vtique videtur in eis recessum á dispositione Iuris antiqui, vt respondet Gemin. & rectè quidem super eodem §. in fine.

16 Alterum non minoris difficultatis in hac re occurrit dubium, an textus dicti cap. statutum, el secondo, & alij similes complectantur filios tantum natos post hæresim paternam, an alios quoque antea procreatos? Cuius resolutio apud Doctores dubia nimis apparet; quibusdam namque placuit affirmatiua opinio, ob idque asseuerant pœnam illius canonis, ita compescere liberos genitos ante delictum parentis, sicuti, & post illud natos, cuius opinionis fuerunt Alphons. à Castro, tractat. de iusta hæret. punit. cap. vltimo, & lib. de Potestat. legis pœnal. cap. 7. Correlar. 1. Gundissal. à Villadiego tract. de hæret. quæst. 23. num. 5. Couarr. lib. 2. variar. resolution. cap. 8. num. 5. vers. quarto, solet & videntur firmare Ioann. Andr. in cap. vt commissi, num. 4. vers. priuandi de hæret. in 6. ibique Gemin. §. priuandi, post num. 4. Henric. Boic. in
17 cap. vergentis, num. 12. de hæret. atque alij plures opinantes filios hæreticorum priuandos esse, aut etiam ipso iure priuatos dici beneficijs impetratis antequam pater commiserit istud crimen; non etenim eorum isthæc sententia subsistere potest, nisi prosupponatur prefatos filios ortos priusquam in hæresim cecciderit parens, hanc præterea opinionem comprobant sanè asseuerantes hoc idem sibi locum vendicare in crimine læsæ maiestatis hu-
18 manæ, vt Salyc. in adducta l. quisquis, & Gigas lib. 3. de crimine læsæ Maiestatis, quæst. 5. quàm sententiam ipsi confirmant aliquibus rationibus, & auctoritatibus, ac præsertim auctoritate præfati cap. statutum, punientis filios illorum, quorum patres tales esse, ac tales decessisse probantur, ergo vt prædicti filij puniantur pœnis illis, non initium inspiciendum esse censuerunt, sed exitum parentum, ex verbis eiusdem Canonis asserentis, hoc si eorum Patres hæreticos esse, vel hæreticos decessisse probetur.

Alijs verò, & numero maioribus contraria arrisit sententia, & concludunt natos tantum post delictum Parentum, illius, & consimilium canonum pœnis affici, vt Calder. cons. 3. an filij orthodoxi sub Rub. de hæret. Henric. Summ. Theol. Moral. lib. 14. cap. 5. §. 4. Præpos. in cap. quo Iure 8. dist. Tiraq. de Iure Primogen. quæst. 31. num 4. Paris. cons. 2. & si Iudæum esse, num. 183. volum. 4. Iul. Clar. §. hæresis, num. 15. & Anan. in cap. vergentis, num. 18. de hæret. subdens hanc partem videri æquiorem, magisque fauorabilem, eamque tenent, & longa disputatione differunt, & defendunt Ludouic. Molin. de Primogen. Hispan. lib. 4. cap. vltim. & Simanc. de Cathol. instit. tit. 29. à num. 23. referens alios eandem insequentes opinionem, quam etiam alij concludunt veram esse in filijs committentium crimen læsæ Maiestatis, vt Cyn. in dicta

l. quis-

quiſquis, num. 2. & Clarus §. Læſæ Maieſtatis, nu. 12. communemq; dicit Alciat. conſ. 467. num. 7. & genericè loquendo Regulam conſtituit vniuerſalem, Afflict. in cap. 1. §. gloſa tertia, num. 17. quæ ſit prima cauſa benef. ammitt. inquiens, & proptereà datur Regula, quod vbi tractatur de incommodo, delictum Patris non noceat filijs natis ante delictum, ſecus poſteà natis, & Cyn. in leg. 2. num. 1. C. de libertate, & eorum liberis, ſequiturq; Diuus Auguſtinus Epiſtola 75. expreſsè aſſeuerans, non imputari filijs peccata parentum, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus committuntur, & refertur in c. non imputantur 1. quæſt. 4. ac rurſus, quæſt. 42. ſuper Deuteron. idem in hæc verba ſcripſit, filium natum ante peccatum patris eſſe prorſus à pœna immunem, quia non trahit aliquid ex patre, qui iam natus erat, quando pater eius peccauit, quam eandem ſententiam profert Conſtantinus Imperator, reſcribendo Maximo Vrbis Præfecto, dùm mandauit ad ſeruitutem reuocandum á Patrono libertum cum ipſo ingratum, & quadam iactantia, vel contumacia ceruicem aduerſus ipſum erigentem, lauiſque offenſæ contrahentem culpam; quod etiam obfuturum filijs naſcituris, vt ſint ſerui, quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc ortos eſſe conſtiterit, dum libertate illi potiebantur, vt in l. ſi manumiſſus C. de libert. & eorum liber. ibidemq; Paul. de Caſtr. in final. verb. notabiliter explicans l. illam procedere, etiam ſi mater ingenua eſſet.

19 Hanc prætereà concluſionem fouet ratio illa phyloſophica, quòd filius antequam generetur dicitur eſſe in patre ſecundum corporalem ſubſtantiam, & ſecundum potentiam generationis actiuam, Simanc. indicata rubr. 29. poſt nu. 15. & Ambroſius Catherina in lib. de peccato originali, diſput. 6. exinde legimus Leui legitimatum fuiſſe in lumbis Abrahæ, quando ille decimatus fuit, eaſque ſoluit Melchiſedech, ad Hebr. 7. & expreſſis comprobauit verbis hanc phyloſophicam rationem, D. Auguſt. lib. 10. ſuper Geneſim cap. 19. & 20. Inquiens fuiſſe nos in Adam, non ſolum, ſecundum ſeminalem rationem, verum etiam ſecundum corpolentam ſubſtantiam, quod tamen explificat D. Thom. in 1. part. Summæ q. vlt. art. 2. ad quartum, & ſequitur Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, verbo mortuo itaq; teſtatore el 2. nu. 33. de teſtam. & dicunt, non eſſe intelligendum Auguſt. dictum, quod in Adam actu fuerit, aut ſeminalis ratio cuiuſcumque hominis propinqua, aut corpolenta eius ſubſtantia, ſed vtrumque fuerit in Adam ſecundum originem; nam, & materia corporalis, quæ miniſtrata eſt à matre, (quam vocat corpolentam ſubſtantiam) deriuatur originaliter ab Adam, & ſimiliter virtus actiua exiſtens in ſemine patris, quæ eſt hominis propinqua ratio ſeminalis, hinc Bald. ſcripſit in cap. quæ in Eccleſiarum num. 86. de conſtitut. quod filius eſt nomen naturæ, ſcilicet genituræ caro, eo quod, ex carne parentis deciſa, & ex lumbis parentis tranſmiſſa per vias ſeminales, quare idem Auguſtin. affirmat in eodem cap. 19. quod ſicut in Adam peccante, qui in lumbis eius erant peccauerunt; ſic Abraham dante decimas, qui in lumbis eius erant, decimati ſunt peccante igitur, & decimante dicit Auguſtinus, itaque poſt peccatum commiſſum, poſtq; decimas ſolutas, nimirum ſi exemplum legimus de Leui, quod tunc decimatus fuerit, atque inde quærunt Theologi rationem diuerſitatis, cur dicatur decimatus tunc Leui, & non Chriſtus, & reſpondet Magiſtr. ſentent. lib. 3. diſt. 3. §. cum autem, & D. Thom. citato art. 2. ad 4. argumen. aiuntq; id eueniſſe, quia Chriſtus non ſecundum legem communem, ſcilicet per carnis libidinem, aut ſecundum ſeminalem rationem natus eſt; ſiquidem virtus actiua non eſt deriuata ab Adam, cum corpus eius non ſit formatum virtute virilis ſeminis, ſed operatione Spiritus Sancti.

Ex prædictis infutanda videtur reſtrictio Sancij eodem cap. 28. ad natum tantum poſt ſententiam condemnantem parentem; nam licet excludatur procreatus ante delictum, quia lumbi nondum erant infecti; tempore verò delicti patrati, quamuis ante condemnationem, vtique erant infecti, nimirum ſi poſt delictum parentis contineatur ſub diſpoſitione præfati cap. ſtatutum; dúm caro eius fuit in radice infecta tempore patrati facinoris, atque ideò, vt inquit Bald. Rubiginem contrahit á linea iam infecta, in l. 2. vlt. notab. C. de libert. & eorum liber. quod vtique ei non contingit, qui ante tale delictum in lucem prodijt: cui quidem opinioni ſuccurrit, etiam diſtinctio illa perpulchra, vt quantum ad pœnarum genera diſtinguendum

20 ſit, vtrumnè ante parentis delictum nati ſint filij, an poſteá, vt anteà natis minimè obſit, quó verò ad fauorabilia non ſit talis diſtinctio facienda, & proſit tàm anteá, quàm poſtmodum ortis, ex Bald. in adducta l. 2. poſt nu. 8. verſ. item nota quòd diſtinctio, & gloſ. in l. 2. verſ. pertinet ff. de decurion. Alber. in l. Imperialis 9. his illud C. de nupt. & Tiraquell. tractatu de iure primogen. q. 31. nu. 5. Licet reſpectu dignitatum, & honorum admictat eandem diſtinctionem Io. de Platea in l. cum adoptiuum C. de decurion. lib. 10. affirmans, filium Senatoris natum antequam parens eſſet Senator, non dici filium Senatoris.

Tandem huic ſententiæ fauet cap. 1. Concil. Toletan. XIII. nam ex eo non minima coniectura deſumitur, prudentiſſimos illos Patres ſentiſſe, ne quis ante hæreſim parentis natus iuris pœnis afficeretur, dum Sacer ille conſeſſus indulget parentibus iſtis, & illos ad priſtinos honores ex munificentia reuocat, eorumq; filios natos poſt patratum ab eis crimen; ergo quomodo clarius id poterit probari? Si etenim tanta indulgentia pientiſſimi Patres illi vſi ſunt, cum facinoroſis ipſis, eorumq; liberis poſt delictum procreatis, conuenientiùs ſanè illa vſi eſſent cum filijs antea natis, ſi illos reſtitutione huiuſmodi indigere cognouiſſent: ex quo Canone optima quidem ex ratione permulti Doctores non carpſerunt, ſed ex verbis ipſis deſumpſerunt concluſionem pro nata prole ante crimen, & præſertim Iacob. Simanch. adducta rubr. 29. nu. 26. & concinit Ioan. Fabri concluſio generica, quòd macula Patris non nocet antea natis, in l. Diuo Marco nu. 3. C. de quæſt. nec tantum allegatis auctoritatibus comprobatur iſthæc reſolutio, at multis prætereà, & vrgentiſſimis rationibus ab illis adductis, ex quibus Couar. ſelegit quatuor, eaſq; copioſè explicauit loco ſupra citato, quamuis ipſe primam illic firmet in

hac

hac re sententiam, cuius auctoritas me diù suspensum detinuit, ac demum omnibus pensatis facere non valui, quin à prima dissentirer, & secundam amplexarer vti veriorem, æquiorem, & communem, pro qua mille Doctores congerit Hieron. de Cauaglios, (quem diù postquam hæc scripseram reperi) in tract. pract. quæst. vol. 2. q. 653. filios eorum à nu. 14. subdens fatuum existimandum Iudicem, qui ab hac recederet opinione, quæ tanquam ipsa veritas est tenenda in palatijs, & scholis, vt ipse illic ait nu. 30. Iureq; optimo propterea hanc opinionem obseruantiæ tradendam, admonet D. Ioannes à Vela in tract. de pœna delict. cap. 21. vers. secundo; neque ei oberunt verba Bonifacij VIII. in pluries nominato cap. statutum el 2. Responsiones enim multæ dantur à Doctoribus, quas per duas columnas, & copiosius alijs, retulit Simanch. adducta rubr. 29. à nu. 31.

Alteri tamen obiectioni superest respondere, sed ignoro modum, si vera erit ratio ex qua desu-
21 mitur; dicunt etenim filios hæreticorum priuandos esse beneficijs obtentis ante paternum scelus, aut vt alij existimant, illis priuatos esse ipso iure; id enim si verum, necessariò oportet præmittere, quòd eisdem pœnis illi puniuntur, quibus, & nati postmodum; quod autem illi dicantur ipso iure priuati beneficijs iam dictis, scripsit Io. Andr. in cap. vt commissi nu. 4. vers. priuandi, de hæretic. in sexto, Gemin. eodem illo cap. §. priuandi, post nu. 4. Henrich. Boich in cap. vergentis num. 12. & illic Anan. etiam nu. 12. vers. de crimine autem extra, de hæretic. Præposit. in cap. satis peruersum 56. dist. Imol. in l. in Insulam ff. solut. matrim. & Io. Lupus in tract. de Regno Nauar. par. 5. §. 8. subdens hanc opinionem esse magis communem, cui videtur suffragari text. in cap. fœlicis §. quod si quis, de pœn. in sexto, & sequitur Roman. singul. 693. Scis quod ex condemnatione, & propterea eius auctoritatem falsò, sed contra morem allegauit Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 4. pro contraria, & inferius scribenda opinione negatiua, quam commendarũt alij non minoris auctoritatis Doctores, affirmantes nec ipso iure, nec per sententiam filios hæreticorum priuendos esse obtemptis beneficijs priusquã eorum parentes tale enormissimum facinus commisissent, vt Anton. de Butr. in relato cap. vergentis nu. 9. ibiq; Abb. nu. 4. & additio Alex. de Neuo ad Abb. illic Gonzal. á Villadieg. tract. de hæret. q. 23. num. 2. propè finem, Repertorium inquisit. §. filij; Couar. allegat. nu. 4. in eius calce, Ottalora de nobilit. par. 4. cap. 9. nu. 9. doctissimus Pegna ad directorium Eymerici par. 3. q. 114. comm. 163. §. ego verò, & §. tandem, ac demum eruditissimus Suarez in tract. de censuris disput. 43. sect. 3. nu. 2. nullibi enim (inquiunt ipsi) reperitur constitutum hæreticorum filios, nepotesuè antea habitis beneficijs spoliari, sed dumtaxat fieri inhabiles ad obtinenda per cap. quicunque §. hæretici, de hæretic. in sexto, dùm ait, ipsorumq; filij vsque ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum assumantur, quod verbum, assumantur, respicit tempus futurum, non præteritum, ideò inducere priuationem obtemptorum ipso iure, haudquaquam est credebdum; præterea quisquis ob delictum inhabilis est ad obtinenda beneficia, vel officia, regulariter non censetur illa priuatus, quæ tempore commissi criminis possidebat, ex glos. singulari in clem. 1. §. ipsius, vers. obtinenda, de pœn. vbi Zabarell. nu. 3. vers. secundo, Bonifac. de Vital. nu. 54. & Abb. in clem. 2. nu. 3. eod. tit. illo, vbi regulam constituit generalem, quod inhabilitatus ad consequenda non dicitur priuatus obtemptis; & spoliatus habitis non intelligitur inhabilitatus ad obtinenda, cuius Regulæ veritatem in vtroque casu prosequitur Couar. eodem lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 4. & iuxta hanc opinionem tenentem hæreticorum filios non priuari obtemptis, neque ipso iure, neque per sententiam, vsu, & pia consuetudine seruari, dicit Clarus in §. hæresis num. 15. & in eam propendit affatim comprobans Sancius d. cap. 28. num. 28. In quam misericordiæ plenam propendere magis, libentiusq; animo, & intellectui meo placuit, quam in aliam seueriorem, nec tot fulcitam rationibus, & auctoritatibus; nec quidem reluctatur text. in d. cap. vt commissi §. priuandi de hæretic. in sexto; nam prætermissis multis rationibus ab eisdem Doctoribus allatis, eam insequor, quam Gundis. à Villadieg. in adducta q. 23. num. 3. tradit, vt loquatur de beneficijs acquisitis post hæresim paternam, á quibus concedit facultatem priuandi, vel priuatos declarandi filios prædictos, cuius intellectus vehementer placet, tùm ne §. ille videatur contradicere textui, in relato §. hæretici, simpliciter loquenti de inhabilitate ad obtinẽda in posterum, tùm etiam, quia si Bonifacius VIII. Inquisitoribus hæreticæ prauitatis illibi potestatem tribuens circa nonnulla pro exercitio officij Inquisitoris, concederet tantum facultatem priuandi obtemptis ante paternam hæresim, & subticeret pœnam, quam iustius illi pati merẽtur, nempè eos priuatos declarandi acquisitis postmodum, non minimum sequeretur absurdum: quare reiectis contrarijs firmum remanet axioma illud, vnde huc digressi sumus, vt filij nati ante paternam hæresim, ob illam non plectantur pœna aliqua, sed tantum posteà concepti, idq; potissimum firmatur, ex eo, quod nulla lex reperitur, eos nominatim puniens, aut puniri mandans; nec generalis dispositio facta de filijs videtur eos complecti, quos tot leges, quos diuersa ratio, quos denique tot prudentissimi Scriptores ab illa seiunxere, á qua resilire, licet primo aspectu, videatur Pegna ad directorium Eymerici par. 3. q. 114. comm. 163. §. omissis; dum veriorem, securiorem, & vsu receptiorem esse alteram, & primo loco relatam asseuerat, tamen ab ea postmodum prorsus eisdem in locis recedit, & hanc meam amplexatur; scio tamen iam dictam priorem nouissimè admisisse Rotam Romanam, coram Peregrino in vna Conchens. 6. Martij 1598. cuius quidem decisionis verba manu scripta, multis antea annis perlegi; nuper verò typis data fuisse aduerti à Nicolao Garsia in tractat. de beneficijs cap. 10. in superioribus citato, sub nu. 79. vt propterea dubitem si mea contradicens sententia, his temporibus commendaretur à Iudicibus, Rotæ auctoritatem (vt par est) venerantibus; quamuis illius decisiones minimè faciant ius, minimeq; obligẽt ad iudicandum, vt Rota ipsa non semel iudicauit, ex quibus libentius fateor verum esse, quod Afflictus noster cócludit in constit. Regni, Patarenorum nu.

43.

43. emancipatos nempè filios ante parētis hæreſim, crimenq; læſæ Maieſtatis, nullam mereri pati pœnam ob illius hæreſim, aut læſæ Maieſtatis facinus; cuius dictum fouetur doctrina gloſæ in l. quiſquis, verſ. non valeat C. ad l. Iuliam Maieſtatis.

22 Filij autem committentium crimen læſæ Maieſtatis in Principem temporalem, non tantum beneficijs obtentis ante patratum à parente crimen nequeunt priuari; verum neque habitis poſtea, ex Io. Andr. in ipſo cap. vt commiſſi nu. 5. Franch. nu. 3. & notatur in cap. ſatis peruerſum 56. diſtinct. & cōſequenter habiles ſunt ad beneficia conſequenda, etiam poſt tale crimen, dummodò clerici fuerint, tēpore quo eorum genitores auſi ſunt in proprium Principem delinquere, vt ſcribit Henrich. Boich in cap. vergentis, num. 14. de hæretic. nam ſi tunc laici erant, quia infames de iure ciuili effecti ſunt, ex l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſtat. ideò ſubiungit inibi Henrich. quod eſſet inhabilis ad obtinenda beneficia, ſicuti, & omnes infames, per cap. infames 6. q. 1. ſed ſi in Principem Eccleſiaſticum, putà in Papam, aut etiam Cardinalem, eſſent ſanè, & ipſo iure priuati habitis, & inhabiles ad conſequenda, Henrich. d. cap. nu. 12. in Epiſcopum verò punirentur pęnis clem. 1. de pœn.

Sed quæ poſſit excogitari ratio, qua freti ſancierunt canones, prolem eſſe caſtigandam in his caſibus pro delicto genitoris, non inquiro, cum & alij, hactenus inueſtigati ſint Auctores, vt non immeritò complures à Doctoribus ſparſim traditas coaceruauerit, Afflict. in ſuperioribus adducta cōſtitutione Pactarenorum à verſ. quærit hic gloſ. ſub nu. 37. At quæ ſit diſtantiæ ratio, ob quam filij quandoque, nempè relatis in caſibus plectuntur aliqua pœna ob genitorum ſcelera; ipſi verò parentes nulla vnquam puniantur propter liberorum facinora, idem Afflict. memorat in eadem conſtitut. nu. 42. per gloſ. illibi, verſ. & eſt ratio diuerſitatis.

23 Reſtrictio autem illa Bonifacij VIII. nè pœna in d. cap. ſtatutum, aduerſus hæreticos conſtituta, & extenſa ad illorum poſteros excedat ſecundum gradum per paternam lineam, videtur hodie non ſubſiſtere reſpectu Epiſcopalis dignitatis, nam vſquè ad quartum gradum incluſiuè prohibiti videntur illorum liberi ad Epiſcopalem aſſumi dignitatem, idq; per conſtitutionem Gregorij XIV. de electione Epiſcoporum publicatam 15. Maij 1591. requirentem, vt aſſumendus ad Epiſcopatum natus ſit de parentibus catholicis; nam parentum appellatio omnes aſcendentes, licet complectatur ex l. appellatione ff. de verbor. ſignific. propriè tamen illos cōtinet, quos quartus gradus ſuperior reſtringit, nam cæteros ſuperiores, Iuriſconſultus nuncupat maiores in l. Iuriſconſultus §. parentes ff. de gradibus, gloſ. in cap. 2. de verbor. ſignific. & ſcripſi in cap. ſeq. verſ. & cum parentum nu. 77. ſed hac reiecta ratione, etiam poſt dictam Conſtitutionem procedere opinor, quod deſcendentes hęreticorum vltrà ſecundum gradum poſſint ad Epiſcopatum aſſumi, & verba illa de parentibus catholicis in illa Conſtitutione poſita, ex iſtimo eſſe intelligenda, iuxta diſpoſitionem iuris communis in hac re, quæ quidem diſpoſitio, cum ex prædictis appareat eſſe, vt vſque ad ſecundum gradum incluſiuè ex linea paterna ſint vetiti Eccleſiaſtica poſſidere beneficia, & dignitates, & primum non excedat ex linea materna, vtique per iam dictam; aut aliam conſtitutionem vlteriorem gradum nominatim non exprimentem, non dicuntur prohibiti alij, quàm illi tantummodò, quos complectitur ius commune canonicum.

24 Fautores inſuper, receptatores, & defenſores hæreticorum eandem, quam hæretici ipſi irregularitatem incurrunt, ex Nauar. cap. 27. nu. 205. Sylueſtro, Maiolo, & alijs colligendo firmat Suarez tom. 5. diſput. 43. ſect. 2. nu. 5. Ideoq; text. in cap. excommunicamus §. credentes de hæretic. vbi inter alias mulctantur pœna depoſitionis ab omni officio, & beneficio, & adſtipulatur text. in cap. vt commiſſi §. priuandi allegat. tit. in ſexto, quod non equidem ipſo iure ſicuti in hæreticis ipſis, & credentibus iam fuit conſtabilitum, at ſolum per ſententiam, vt inquit Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 8. nu. 4. propè finem, & Pegna ad directorium eymerici par. 3. q. 113. comment. 162. §. de hæreticorum, quo quidem modo explicatur text. in d. §. priuandi, vt verbum illud priuandi referatur ad fautores, receptatores, & defenſores, verba autem illa, priuatos nunciandi, ad hæreticos, & credentes, vt exponit Couarr. in loco nuper adducto, & ſequitur Pegna relato in commentario §. quod ſi nolis.

Reliquas autem, quibus afficiuntur fautores, & alij mox relati, videre quiſque poterit in conſtitut. 3. Innocent. III. ad extirpanda, §. quicunque verò, conſtit. 5. cum fratres. 8. cum aduerſus, & 10. nouerit vniuerſitas, necnon in conſtitut. 4. Ioann. XXII. cum nonnulli, & prima Martini V. exordiente inter Venetos, tandemq; in bulla cœnæ; ſed qui conſanguineum hæreticum ſuſciperet hoſpitio, non eam, & alias pateretur pœnas, teſte Nauar. in ſumma cap. 27. nu. 55. & Suarez tom. 5. diſput. 4. ſect. 3. nu. 11. Non enim, vt hæreticum, verùm vt ſanguine coniunctum, tunc reciperet, & præter multa, quæ ſuper hac re cumulat, & non contemnenda, Marius Alterius mox citandus in cap. 4. verſ. controuerſia, concinunt quæ ſcribo in cap. 25. huius rubr. num. 23. Niſi tamen verba addantur aliqua vetantia, & receptare, & benefacere, ex eorundem Nauarri, & Suarez reſolutione: nè tamen in errorem quis labatur in explicatione nominis illius credentes, quo vtitur memoratus §. credentes, adeat eundem Suarez diſtinctim, & ſeriò loquentem, ac melius, & apertius, quàm alij declarantem, diſput. 21. eiuſdem tom. 5. ſect. 2. à nu. 5. ſub hoc verò nomine receptatorum, fautorum, & defenſorum, qui videantur compræhendi, ediſſertat citatus Marius Alterius, de cenſur. tom. 1. diſputat. 11. lib. 5. cap. 4. & 5.

25 Illa verò non eſt hoc in loco poſtponenda dubietas, an filij fautorum, receptatorum, & defenſorum eorumdem hæreticorum, compræhendantur ſub ſtatuta pœna inhabilitatis ad beneficia, non quidem ad obtinenda poſt hæreſim paternam ob textum in cap. quicunque §. hæretici, de hæretic. in ſexto, expreſſè decernentem, hos non admittendos ad illa, quare nullum ſit in hac re dubium, ſed ad retinendum obtenta antea, vtrumnè illis ſint ipſo iure
26 priuati, vel poſſint per ſententiam ſpoliari, cum text. in cap. vt commiſſi §. priuandi, eadem rubrica in ſexto, plenam concedat facultatem priuandi, vel pri-

priuatos nunciandi dignitatibus, alijsq; beneficijs Ecclesiasticis, & officijs publicis, ac honoribus quibuscúque, hæreticos, credentes, receptatores, & defensores ipsorum, eorumque (hoc est hæreticorũ, credentium, receptatorum, & defensorum) filios, & nepotes, sed rectius consideranti apparet illos, neque ipso iure prædictis beneficijs priuatos esse, neq; per sententiam priuandos, hoc enim si in filijs ipsorum hæreticorum verius esse arbitratus sum, vers. alterum non minoris difficultatis in fine, multo quidem conuenientius idem procedere in reliquorum nominatorum liberis fateri oportet, reiecta oppositione sumpta de text. in §. priuandi, quia loquitur de acquisitis post hæresim, vt inibi adiunxi per auctoritatem Gundisal. á Villad. tract. de hæretic. q. 23. nu. 3. quibus eo libentius subscribo, quo apertius video Doctorum sententijs roborari expresse, & simpliciter affirmantibus, filios hæreticorum, credentium, fautorum, & aliorum huiusmodi inhabiles esse ad beneficia consequenda, vt Pegna multis in locis scripsit, & præsertim in 3. par. directorij q. 114. comment. 163. §. in hac breui, alijque plures, quos in re aperta omitto.

27 Vnicum tamen filij consequuntur commodum ex paterna hæresi; nam illicò à die commissi criminis desinunt in illorum potestate esse, cap. quicumque §. illorum de hæretic. in sexto, iuncta glos. vers. desierint; quique tanquam extranei, & alieni à paterna familia proprijs parentibus amplius obedire non tenentur, vt scripsit Pegna ad directorium Inquisit. par. 3. q. 116. comment. 165. §. ergo, quo in commentario, & alio 168. luculenter explicat effectus huius exemptionis acquisitæ à filijs, quod vtique non in fauorem ipsorum filiorum constitutum fuit, sed in pœnam citius eorumdem hæreticorum, quorum sanè hæc non est modica pœna, vt facile cognoscet, qui actentè rimabitur iura, & priuilegia concessa parentibus ratione patriæ potestatis, de quibus frequens extat mentio in libris codicis, & institutionum, sub rubr. de patria potestate, quamuis autem effectiuè fauorem respiciat filiorum, hic tamen fauor tot tegitur malis, calamitatibus, & penis, quas proinde patiuntur, vt debeant potius hæsitare se perpetuò sub paterna potestate permansuros, quam ob hanc causam ab illa liberari. Paupertas enim aliquando prodest, iuxta glosam in §. sed & propter paupertatem, Instit de excusat. tutor. & nihilominus quisquam hoc iuuamen abhorret, atque ideò dum illum §. explicabat meus Præceptor, addebat, exposcebatque à Domino, vt à tali prodesse liberaret ipsum, & quod postulabat adeptus est.

28 Sed hæreticum quem esse, aut hæreticales dixisse propositiones, nemo poterit cognoscere, nisi intelligat, nec ignoret requisita ad constituendum aliquem hæreticum, & qui hæreticus dicatur, quin, & propositiones, quæ sint hæreticæ; Ideò ad primi quæsiti veram cognitionem adeundus est Paulus Grysaldus in suis decisionibus fidei; nam in illius operis initio, sub rubr. quot sint propositionum genera, quæ cum fide pugnant §. 1. multa requiri memorat, eaq; subiungit, vt aliquis hæreticus reputetur, nempè quod erret, quod eius error sit fidei contrarius, quod ille Ecclesiæ repugnet certæ veritati, quod ei sit pertinacia adiuncta; quodq; sit post susceptum baptismum, & repetit in decis. 2. sub lit. H, vers. hæresis est; necnon Iul. Clar. in §. hæresis nu. 2. Quas profectò conditiones (si Deus dabit) alibi explicare intendimus, nunc tantum addentes conditionem nouissimè relatam suscepti baptismi non semper requiri, nempè in casu in rigore theologico posito à doctissimo viro illo Francisco Suarez tom. 5. disput. 21. sect. 2. nu. 4. iterumq; & quidem abundantius in defensorio fidei lib. 1. cap. 24. à nu. 4. Alterius verò quæsiti, vt vera scientia habeatur, expedit prænotare differentiam esse inter dogma, errorem, temerarium, impium, scandalosum, malesonans, periculosum, suspectum de hæresi, & hæreticum, quod vi, & energia ipsorum verborum colligi posse, affirmat litteratus in sua Summa summarum par. 4. cap. 25. sub nu. 13. Deindeq; in-

29 telligere sex esse in hac materia propositionum genera; aliam scilicet hæreticam, aliam erroneam, aliam sapientem hæresim, aliam piarum esse aurium offensiuam, aliam temerariam, aliam tandem scandalosam; easq; idem Grysaldus sex coniunctis §§. affatim declarat; ideò lectorem ad eius notata relego, quin ad congesta per Ant. Lazzarium in tract. de blasphemia q. 12. à num. 87. quo loci, & præfatas, & alias similes declarat propositiones, ex dictorum quippè Auctorum verbis perpensè consideratis: poterit quisquam facilè carpere, quæ sit earundem propositionum vis, & nomenclatura, ac tunc ipsum haudquaquam latebit, quæ earum sint hæreticæ, prompteq; iudicabit, si inquisitus hæresis crimine maculatus sit, aut hæreticales euo-

30 muerit propositiones; vtramque verò, & superius relatam conclusionem testium attestationibus probari posse non omitto, ob textum apertè insinuantem in cap. vt officium §. verum in princ. de hæretic. in sexto. Ibiq; Io. Andr. & Archidiac. aduertunt, iuncto cap. accusatus §. licet, & glos. in cap. ad abolendam, vers. depræhensus de hæretic. Oldrad. cons. 171. quæstio est, sub num. 5. & cons. 290. Regularis habet nu. 8.

31 Quinimmo, & duorum testium depositione verificari demonstrant Anan. in cap. excommunicamus §. adijcimus, sub nu. 1. de hæretic. Anchar. Archidiac. Gemin. & Franch. in adducto cap. verum, Iul. Clar. in §. hæresis sub num. 18. & post alios multos, ait eruditissimus Franc. Pegna ad directorium eymerici par. 3. q. 71. comment. 120. vbi communi Doctorum sententia comprobari subnectit, eique tametsi aduersari prima fronte videatur, Hostiens. Io. Monach. Conrad. Brun. Tabiena, & alij, nihilominus re maturius perpensa, non refragantur, cum tantum id sibi videri durum affirment, prout citatus Pegna eo in loco considerat, & Mascard. concl. 855. hæreticum nu. 6. qui iudicio saltem Episcopi, aut Inquisitoris remissum dicunt, vt consideratis testium, & delinquentis qualitatibus arbitretur, vtrumnè sit probata hæresis.

Licet vbi testes integri sint, & irrefutabiles, quia omni exceptione maiores, nulla cadat dubitatio, quin duobus testibus contestibus plenè probetur hæresis, quod præ cæteris Simanch. tradit in tract. de catthol. instit. tit. 51. nu. 9. & tit. 64. nu. 36. atque Arnald. Alber. in tract. de agnoscend. assert. catthol. & hæret. q. 34. nu. 4.

32 Quamobrem ignorare haud licet, quis sit testis, qui

qui omni exceptione maior reputetur; nam eum eſſe, qui nulla exceptione repelli poteſt, docet ſolẽnis Gloſ. in cap. 1. verſ. maiores, quam illic ſequuntur Doctores, de conſang. & affinit. ac Bald. in l. optimam, ſub nu. 8. C. de contract. ſtipul. Arnald. Albert. adducta q. 34. nu. 5. Io. Rojas de hæretic. par. 2. aſſert. 4. verſ. teſtes dicuntur, ſub nu. 88. & Maſcard. indicata concluſ. 855. nu. 10. ideò volens idem Bald. huius teſtis ſubſtantiam amplioribus declarare verbis, ſcripſit eum debere eſſe probatæ vitæ, & bonæ opinionis, ac de inimicitia non ſuſpectum in cap. 1. §. Sacramentum de conſuetud. recti feudi.

33 Sed teſtibus ſingularibus probetur ne, quem eſſe hæreticum non curo diſcutere, propterea, quod Maſcard. concl. 856. per ſeptem columnas copiosè enarrat, ac poſtmodum Farinac. q. 64. à num. 201. quique multas ad inuicem contrarias recenſent opiniones, itaq; lector eorum ſcripta adeat, ſi huius theſis veritatem aſſequi peroptat.

34 Illud autem axioma omnium ore comprobatum, nec te latere volo, quod ad iſtud probandum crimen habiles ſint teſtes ad ferendum teſtimonium; alioquin repellerentur in cęteris criminibus, iuxta text. in cap. in fidei fauorem, & cap. accuſatus §. licet, hoc titulo in ſexto, ideoq; admittuntur excommunicati, periuri, ſocij criminis, Iudæi, infames, criminoſi, & alij ſimiles, edocetq; longa ſerie Maſcard. concluſ. 857. id tamen coarctari, velim etiam ſcias, cum ageretur ad plenam probationem inducendam, atque propterea, vt legitimi teſtes eſſe credantur, aut ſolis duobus habeatur plena fides; verùm ad inquiſitionem tantum, ad indicium, ad præſumptionem ad ſummum, & qualemqualem probationem, aut pœnam extraordinariam infligendam, ita quippe inſinuant aperta verba Simanchæ in eod. tit. 51. nu. 10. ac ſatis clarè deſumi poſſe ex contextu citati cap. in fidei fauorem (ibi & ex numero teſtium) ait Pegna ad directorium eymerici comment. 113. verſ. cæteris tamen, vbi duas illas præſertim ſtatuit reſolutiones; alteram ne duo teſtes ad alia, quàm prædicta ſatis ſint; alteram verò, vt maior numerus duorum ad plenam probationem, pœnamq; ordinariam ſufficiant vbicumque circumſtantiæ, & coniecturæ, ſiuè perſonarum qualitas veriſimilem gignit præſumptionem, quod vera ſaſſi ſint, & depoſuerint.

35 Alijs autem modis citrà teſtes verificari hæreſis crimen non dubitatur, nempè ſcriptura, confeſſione propria, euidentia facti, præſumptionibus, tandemq; detentione librorum hæreſim continentiũ, & vtrumquemque relatum modum, declarat, atque iuribus, & rationibus defendit præfatus Maſcard. concl. 858. iunctis quatuor ſubſequentibus.

36 Et cum antiqua fuerit quæſtio cogi ne, & compelli teſtes poſſint teſtimonium dicere, non eius veritatem inquiram; cum Proſper Farinac. vir eruditiſſimus in q. 78. eam explicet. Primò conſtituendo Regulam, vt cogi poſſint ad ferendum teſtimoniũ in cauſis ciuilibus, tum Cæſareo, tum Pontificio iure actento, à nu. 3. alteram num. 57. adnectit, qua omnes compelli poſſe aſſeuerat, niſi expreſſo priuilegio foueantur, quo immunes ſint à teſtimonio dicendo; Nouiſſimè tertiam ponit num. 115. eamq; negatiuam in criminalibus cauſis, præterquam in multis, ac præſertim actento iure ciuili num. 196.

quinimmò & in criminibus, quæ citrà periculum ſilentio inuolui non poſſent, vt hæreſis blaſphemiæ, & reliquorum huiuſmodi nu. 121.

Iſta tamen coactio qualis erit adiungit nu. 36. & quia hanc rem tanti momenti, tàm ſiccis, vt aiunt, pedibus pertranſire non conuenit, ideò memoria repetendum cenſeo, quod vel agimus de laico Iudice, vel de Eccleſiaſtico, & quidem ſecularis cogit, vel per indictionem mulctæ, iuxta l. 1. in princ. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. vel capiendo pignora l. curent ff. de teſtib. l. Iudices C. de fide inſtrum. & §. fin. inſtit. de ſatiſd. & Doctores ſunt complures id expreſſis verbis affirmantes, quos ipſe Farinac. nu. 37. memorat, & præ cæteris Anchar. notat in cap. 2. nu. 3. Imol. nu. 2. Abb. nu. 2. & 3. de teſtib. cogend. necnon Maſcard. q. 5. num. 47. & 60. vol. 1. Imò licet aliqui dubitent, attamen certò certius eſt licere conſtringere teſtes, mancipando eos carceribus, vbi de cauſis criminalibus agitur, ſecundum Bart. in l. ſi quando nu. 7. C. de teſtibus, inibiq; ſequitur Fulgoſ. verſ. iudicio meo, poſt nu. 4. neque diſſentit Bellapert. in verſ. ſed quæritur, quin & Carauit. in ritu Mag. Cur. Vicar. 87. verſ. ſed hoc verum, ſub nu. 8. teſtatur continuò, & quotidiano vſu comprobari, quod ipſe faciendum eſſe in ciuilibus, etiam non dubito, vbi veritas alioquin haberi nequit, ex Bart. in l. cum eo ff. ad Liul. pecul. torquendum inſuper ad deponendum, quicquid ſit de negotio, ſi veriſimiliter eum ſcire ſuſpicetur in criminalibus, docet Bald. in l. milites C. de quæſt. & decidit Senatus Pedemont. teſte Anton. Theſaur. deciſ. 42. teſtes cogendi, vbi Gaſpar filius in additione id ipſum reſolutum in altera cauſa memorat, quod verò torqueri valeat, etiam in ciuilibus, ſi aliter impoſſibile videatur poſſe carpi veritatem, idem Theſaur. pater affirmat in ead. deciſ. nu. 2.

Iudex autem Eccleſiaſticus, teſtes ſimiliter Eccleſiaſticos compellere iam dictis pœnis non vetatur, & in ſubſidium per cenſuras, idq; omnes ſine vlla controuerſia admittunt.

37 Teſtes verò laicos in reliquis caſibus, vltra hæreticales ſola cenſura conſtringere poteſt ex multis Doctoribus, & textibus adductis per Farinac. citato nu. 36. tù non omittas videre text. in cap. fin. de teſtib. cogend. expreſsè loquentem de teſte laico, dùm vertente controuerſia coram Archiepiſcopo Rauennatenſi inter Ciues Rauennatenſes, & quoſdam Eccleſiaſticos, qui afferentes eorum intentionem probare non poſſe, niſi teſtimonio prædictorum Ciuium illos præmiſſa monitione cogendos eſſe per cenſuras ab ipſo Archiepiſcopo concedit. Itaq; licet alij textus complures generatim loquantur; hic tamen de teſtibus ſecularibus cogendis verba facit, ac propterea inuictiſſimus Philippus II. fœlic. record. Hiſpaniarum, & huius Regni Rex, proprijs literis ad Proregem Neapolitanum datis ſub die 28. Decembris 1561. non eſſe impediendos Eccleſiaſticos, quominus teſtes laicos ad ferendum coram ipſis veritatis teſtimonium cẽnſuris conſtringant; á coactione tamen perſonali, aut reali abſtinendum eſſe non dubito, niſi prius implorato bracchio ſeculari, quod ſicuti concedere tenentur, ita ſcio à religioſiſſimis huius Ciuitatis, & Regni Miniſtris promptè fieri. Cùm verò teſtes ſunt examinandi in cauſa fidei, eos adhùc alijs pœnis coerceri

poſſe

posse ab Ecclesiasticis sanxit textus in cap. vt officium, de hæret. in sexto, & Pius V. recolendæ memoriæ in sua constitut. 83. cuius initium est, si de protegendis.

38 Vlterius alia in prædictis versatur difficultas, si qui testimonium dicturi sunt, inuiti possint extrahi, at quò præmissam quæstionem exactiori calamo absoluamus, altero ex duobus modis intelligi id posse repetendum duximus, scilicet numquid è domo egredi, atque ad Iudicis præsentiam accedere impelli valeant, vel si à propria patria exire, aliamq; ingredi, aliqua coactione induci possint; & priorem, quia digerit citatus Farinacc. q.77. cap.5. à nu.202. Idcircò eius scripta summatim referre censuimus, vt si insignis sit persona, aut etiam infima, sed aliqua iusta causa (ex relatis inibi) impedita, cohiberi nequeat, verùm ipse debeat Iudex adire domum testis, vel Notarium illuc mittere, qui illius recipiat testificationem.

At posteriorem, quia idem Farinac. præterit, recordor in duas ad inuicem contrarias sententias inclinasse Doctores; earum tamen affirmatiuam esse meliorem, & veram quamque amplexatum esse Senatum Pedemontanum, testatur Ant. Thesaur. decis. 39. ferijs Messium num.3. & hoc verum esse fatetur Iacobin. in l. 3. §. testes, sub nu.5. de testibus in causis criminalibus, per glos. in cap. testes, verbo præsentes 3. q. 9. & glos. in cap. constitutus, verbo transmittentes de fideiuss. In causis verò ciuilibus procedere sanctionem dicti §. adiungit præfatus Iacobin. vt remittatur Iudicis arbitrio, qui explorare debeat, quæ nam sit consuetudo in ea Prouincia, in qua iudicat; nam si probabitur sæpe in aliam ciuitatem, testimonij gratia, plerosque euocatos, non esse dubitandum sancitur in eo textu; quod si nulla constaret consuetudo de vna in alteram Prouinciam non essent trahendi, sed de vna in aliam ciuitatem, vtique si Iudex arbitrabitur, sic enim respondet inibi Iacobin. post Abb. in cap. cum causam, quæ inter, de testib.

39 Ad materiam nunc hæreticalem, vt redeamus oportet, & in ea, qui differentiam inuestigari vellet, inter hæresim, & scisma; quam expoposcit á me eruditissimus Franciscus Fagnanus, vnus ex tribus examinatoribus, qui me examinarunt, centum, & triginta propositis interrogatorijs coram Sanctissimo Paulo V. multisq; Cardinalibus die 12. Nouembris anni præteriti 1608. pro mea Ecclesia Laquedonensi, sciat me his verbis proposito quæsitui respondisse, hæresis opponitur fidei, scisma verò, vnitati, & obedientiæ, & nunc addo Eymericum, ita etiam concludentem in suo directorio inquisitorum q. 48. & illibi clarioribus declarat verbis Pegna in comment. 73. par. 2. necnon Gundisal. de Villadieg. tract. de hæretic. q.3. & propterea scisma dicit diuisionem; hæresis verò errorem, ex text. in cap. inter hæresim 24. q. 3. reliqua verò duodecim dubia schismaticos ipsos, & scisma tangentia, silentio inuoluere compellor, quia doctissimus Azorius ea congerit, & accurata serie declarat in 1. par. instruct. moral. lib. 8. cap. 20. Illud tantum vnicum dubium hoc in capite explicaturus, quod ad præsentem rubricam propius spectat, & ille tangit in
40 vers. octauo quæritur; nempè sit ne quis irregularis, eo ipso, quod schismaticus est? cuius quæsiti vis præportat, an schismaticus, postquam abiurauit, ipsumque pœnituit, & absolutionem criminis assequutus est, fiat habilis ad beneficia, ordines, Ecclesiasticasque dignitates? cui quidem dubio respondisse Crauettam reperi consil. 293. num. 10. & annuentem, ac si nunquam schismaticus ille fuisset, verum contrariam, & negatiuam insectati sunt, Hostiens. Io. Andr. Abb. & Butr. in cap. quia diligentia, per illum textum, de elect. & cap. nos cõsuetudinem 12. dist. atque cap. conuenientibus 1. q. 7. alij distinguunt, & affirmatiuam collaudant, si schismaticus occultus fuerit, namq; excommunicationem licet incurrerit, non tamen irregularitatem, eaq; propter ab excommunicatione absolutus, valeat beneficia acquirere, ordinesq; assumere; quod si schisma fuerit manifestum, euidentia facti, vel confessione propria in iuditio, aut sententia Iudicis, cum sit crimen depositione dignum, infamiaque notatum, gignat irregularitatem, & consequẽter impedimentum ad ordines, beneficia, dignitatesq; Ecclesiasticas, quorum distinctionem fortasse non improbandam reor, licet idem Azor. verius existimet, schismaticum eo ipso, quod schismaticus est irregularitatem contrahere, quia extra Ecclesiam est; per auctoritatem Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta, vers. 14. Raymund. in summ. verb. schisma, vers. vltimo, & Maiol. in tract. de irregul. lib. 5. cap. 46. nu. 2.

41 Horum verò hæreticorum speciem duplicem reperi; alteram peruicacium, item alteram pœnitentium; prior est eorum, qui passim appellantur pertinaces, quique Curiæ tradendi sunt laicali, ac viui comburendi; in ignemq; proijciendi ore obstructo, lignaq; obligata, nè pusillos offendãt, quod apertè docet Simanch. de cathol. instit. tit. 48. maximè nu. 6. & Eymeric. par. 2. q. 40. ibidemq; Pegna comment. 65.

42 Et sunt, qui in errore persistunt, quem omninò, & sub reatu culpæ deserere tenentur, ita Albertin. de assertion. catthol. agnoscend. q.3. & 29. & optimè Alphonsus Castrus lib. 1. cap. 9. de iusta hæretic. punit.

Ex qua definitione suggeritur primo non modo illum dicendum esse pertinacem, qui falsum inquit, verum etiam, qui de veritate vacillat, siquidem ita cum errore lapsum credendum est, qui de certa veritate dubitat, sicut qui aliquid contrarium asserit, vt optimè ex sententia Augustin. ad Laurentium cap. 17. deducit citatus Castrus eodem lib. 1. cap. 7. adeò quod ita quis pertinax esse possit, dubitando in eo, de quo dubitare non licet, sicut asserendo aliquid contra id, quod credere tenetur, si eidem Castro præstanda est fides in adducto cap. 9.

Secundum, quod ex relata definitione colligitur, illud est, non eum censeri pertinacem, qui errorem suum minimè tenetur dimittere; nam qui errans non peccat, non est dicendus pertinax, quia sine peccato esse nequit; quod in multis casibus contingere posse, scribit, & exempla addit præfatus Castrus indicato cap. 9. ibiq; subijcit cognitionem eius, qui errori compellitur renunciare, quem tuetur, & insuper eum dicendum esse in errore persistere, quisquis admonitus contemnit suum reuocare errorem.

43 Sub ista autem pertinacium hæreticorum specie

contineri

contineri impenitentes conuincimur ex Eymerici, & Pegnæ verbis in locis ſupra adductis; tametſi relatus Simanch. in alio prius citato loco videatur aliqualem inueſtigare diſtantiam inter hæreticos ipſos pertinaces, & impenitentes, vt illi, tales iudicentur, qui confitentur errorem, ab eoq; profilire renuunt, quin & perdurare profitentur; Iſti verò qui conuicti, negant iniectam hæreſim patraſſe, at potius catholicè eos ſemper vixiſſe confitentur, & licet hos etiam pertinaces eſſe credendum ſit, quia pertinaciter reſiſtunt ſuperiori, eiuſq; parere mandatis, ex notatis per Nicolaum Arelatan. tract. de hæretic. notab. 19. Felyn. in rubr. de hæret. & gloſ. in extrauagant. Ioan. XXII cùm inter nonnullos, verſ. pertinaciter, de verbor. ſignific. ſed quoniam Franciſc. Pegna in commentar. 48. à verſ. eſt talis par. 3. defendit, & copioſè quidem eiuſmodi conuictum hæreticum impenitentem dicendum eſſe, quamdiù perdurat in negatiua, & Rota pronunciauit deciſ. 875. ſiue vnica, de hæretic. in antiquis, cum alioqui impenitentes, & pertinaces eoſdem indicauerit in comment. 65. par. 2. ideò mihi in præſentia ſat erit impenitentes iſtos, non ſecus, ac pertinaces tradendos eſſe curiæ ſeculari, igneque cremandos, quod omnes relati, ſcilicet Eymeric. & Pegna in vtriſque locis, necnon Simanchas aſſertiuè aſſeuerarunt, quin & Rota pronunciauit in eadem deciſione vnica.

44 Quamobrem ad alteram pœnitentium ſpeciem, deflectendum nunc eſt, quos ita propriè dici recordor; qui errorem mente, aut etiam facto conceperant, ac poſtmodum cognita veritate ad ſe reuerſi à tanto facinore reſipuerunt, illaque effecerunt, quorum meminit text. in cap. ad abolendam, §. præſenti de hæretic. & hi auſugiant, nè pœnam hæreſis, videtur dubium, ob inſignem gloſam in l. qui ea mente, verſ. ſi autem ff. de furtis, quæ ante conſumatum delictum, ſi pœnituit agentem, iuuetur pœnitentia, ne propterea puniatur, non autem poſtea, per text. quem citat in l. qui falſam ff. ad leg. Corneliam de falſis, & notat etiam Bartol. ſuper eadem l. ea mente ſub num. 2. tribus iuribus defendens, in delictis non perfectis, neque conſumatis, ſuffragari pœnitentiam, necnon Hoſtienſ. in cap. pro humani, ſub num. 22. & Franch. ſub num. 7. de homicid. in ſexto, & alij complures, quos citat Farinac. qui hanc conſtituit concluſion. in 4. part. ſuæ praxis tit. de homicid. q. 124. par. 3. num. 150. & multo magis, quod in hoc ſpecifico hæreſis non proſit pœnitentia, ſcribit Alexand. in addition. ad Bartol. indicata l. qui ea mente liter. C, verſ. & ſunt quidam caſus, adducit text. in cap. excommunicamus. §. credentes, de hæretic. Alberic. etiam dicit in ipſamet l. ea mente, ſub num. 5. Hoſtienſ. indicato cap. pro humani, ſub nu. 24. & Ioan. Andr. in 2. fallent. poſt num. 11. Franch. ſub num. 7. tum in verſ. fallit tamen primo, tum verſ. tertio limita in crimine hæreſis, Bald. in l. ſi quis non dicam rapere in 3. oppoſit. ſub num. 1. C. de Epiſcop. & cleric. Henrich. Boich in cap. 1. num. 25. de eo, qui mittit in poſſeſſ. & Capra concluſ. 66. num. 18. mihique videtur, quod licet non omnem, eam tamen ſine dubio auſugiunt aduerſus hæreticos comminatam, & mitiori puniuntur, ex textu in eodem §. præſenti, atque ex l. Manicheos C. de hæretic. & l. qui ſanctam C. de apoſtat. cap. vt commiſſi de hæretic. in ſexto, Ioan. Andr. in cap. cum laici num. 4. in fine, de iurepatronat. dum tamen quatuor expleant, de quibus Abb. in cap. iam dicto ad abolendam num. 6. quod ſcilicet ſponte redeant, quod incontinenti, quod proprium abiurent errorem, quodq; debitam ſatisfactionem præſtent; & ſequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. caſu 373. nu. 3. & Corrad. in practic. rubr. de hæret. nu. 19. cum ſeq.

45 Quare intueri primitus oportet, quando dicantur ſponte redire, & licet Archidiacon. in eodem cap. vt commiſſi, de hæretic. in ſexto crediderit, illum ſponte redire, qui reuerſus eſt antequam perſonaliter fuerit requiſitus; attamen cum Ghirland. contradicat in tract. de hæretic. q. 5. num. 20. Adeò quod etiam ſi poſtea redeat, dicatur ſponte venire, ideò repetendum cenſui, cum qui iuſto præcepto Superioris obtemperat, illiuſque ob mandatum exequitur aliquem actum, dici ſponte facere; & Notarius de tali actu atteſtans, ſi dicat ſponte feciſſe, non cenſeatur falſus, ſiquidem metus cauſa, quod geſtum eſt, licet Prætor ratum non habeat in l. 1. ff. quod metus cauſa, nihilominus ſi Magiſtratus rectè vim intulit alicui ſubdito, locus non erit prædicto edicto, & quod ratum habet; quia non illud factum eſt contra bonos mores, at iure permittente l. 3. § 1. ff. eodem adducto titulo, exinde proficiſcitur reſolutio illa, quod ſi citatus à Iudice compareat, dicatur ſponte comparere, de qua Franciſcus Brunus in tractatu de indic. & tortur. part. 2. quæſt. 5. num. 44. Quin etiam, & altera, quod confeſſus coram tormentis, tametſi Bald. dixerit, eum non videri ſponte confeſſum in rubrica de pace iurament. firmand. §. iniuria, ſub num. 18. verſic. quæro vtrum falſum in vſibus feudorum, ſi poſtmodum aliquo interpoſito interuallo ratificet, dicatur ſpontanea facta confeſſio, in tantum quod ſi Notarius ſcripſerit ſponte confeſſum, non ſit falſus, probat Angel. in l. qui aliena §. Celſus poſt nu. 3. ff. de acquirend. hæredit. & inibi Imol. verſic. & tangit hic Angel. ſub num. etiam 3. necnon Roman. ſub num. 7. Paul. de Caſtr. ſimiliter num. 7. Alexand. ſub num. 11. Aretin. num. 10. Iaſon num. 3. Angel. in tractatu de malefic. verbo comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totum num. 89. Carrer. in practic. crimin. in princip. num. 21. & in titul. de indicijs, & tortur. §. circa ſeptimum num. 9. Alexand. conſil. 52. viſo themate ſub num. 2. volum. 3. Marſil. in l. 1. §. ſi quis vltra num. 112. ff. de quæſtion. & alijs omiſſis, Flamin. Cartar. in practic. interrogat. reorum par. 4. cap. 2. ſub num. 20. Non tamen inficiari audeo aſſumptum illud, quod qui non citati, aut nominatim vocati, aut inquiſiti reuertuntur, promptiorem gratiam aſſequi mereantur, ac longe mitius ſecum agendum eſſe, quàm cum alijs prædictis, cum quibus pauló acrius procedendum eſſe non dubitatur, ex his, quæ longiori ſermone aduertit Pegna indicato comment. 65. verſ. horum redeuntium.

46 Secundo loco perquirere licet, quando dicantur incontinenti, vel continuò redire, vt ait textus in citato §. præſenti. & cum prolixo (ita vt dicam) ſermone verba fecerim de his dictionibus, incontinenti, confeſtim, ſtatim, continuò, & ſimilibus

in rubrica de ordinand. á proprio tantum Episcopo, cap. de familiaribus num. 7. Idcircò hoc in loco repetere nolui, ac tantum recolo Paulum Grillandum in tractatu de hæretic. quæst. 5. in specie ista, de qua noster est sermo, per tresdecim columnas tractasse propositam quæstionem de hæreticis, quando censeantur continuò, siuè incontinenti regredi, ac pro illius vera cognitione, & declaratione multas recensuisse sententias, multasque adduxisse rationes, atque auctoritates, tandemque in eam libentius deflexisse num. 12. qua Iudicis arbitrio relaxatur potestas recipiendi redeuntem hæreticum in quacumque parte iudicij: quamque collaudat maximè Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. cas. 373. num. 5. Idque adeò, quod si contingeret post sententiam, aut insuper postquam comburrendus ad locum peruenit vstionis, quod assereret se velle, & veritatem fateri, & culpam agnoscere, & ipsam hæresim patratam, omnemque aliam abiurare, ac detestari, tamquam hæreticus pœnitens sit recipiendus, non quidem iustitia suadente, sed misericordia impellente scripserit Eymeric. in 3. par. sui Directorij num. 211. rubrica forma tradendi, seu relinquendi, &c. vers. quod si forsan post sententiam, &c. scripseratque antea in decimo modo terminandi processum fidei, sub num. 204. vers. & si forsan, tunc post latam sententiam, & cap. vbi tamen, oculatissimus Franciscus Pegna supremi tribunalis Rotæ Decanus comment. 46. liter. H, recedit omninò ab ista Eymerici sententia, insecutus alios, quos memorat; & Ego addo Ghirlandum indicata quæst. 5. sub nu. 5. Est verum, quod verba ipsius Pegnæ non indicant recipiendum, neque ex misericordia esse, sed tutius esse, ne recipiatur, eò quód non iure cautum, & quod experientia instruit similes veram numquam assecutos bonitatem, & ipse licet credam eius dictum tamquam verius commendandum, non tamen redarguere propterea auderem, qui misericordia motus reciperet pœnitentem istum, quia si iure non est cautum, vt recipiatur, neque est cautum, vt reijciatur; & si Doctorum scripta attendamus, non est paruipendenda Eymerici auctoritas, maximè quod si peccatori irascendum, homini tamen est miserendum; nam quia peccator est corripe, quia homo est, miserere dicit Glos. per auctoritatem Diui Augustini in Psalmo 32. ad versic. diligit misericordiam, & quod nulli homini claudenda sit misericordia; nulli peccatori impunitas relaxanda, dicit textus in cap. duo ista 23. quæst. 4. in tantum, quod qui clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lachrymarum, quamuis spiritalis sit, legem Christi non implet, dicit text. in cap. qui clementiam 8. distinct. & propterea non iniustè sedes Apostolica liberalis appellatur, in cap. sedes de rescript.

47 Tertiò scire expedit, quod abiuratio in hisce terminis, est sollemnis hæresum detestatio, cum assertione catholicæ veritatis, & obligatione iuramento munita, ac pœna in fide christiana permanendi, si Pegnæ verbis standum est in comment. 40. vers. est autem abiuratio par. 3. ob idque Simanch. notat in suo tractatu de cathol. institut. tit. 1. num. 4. quatuor ab eis expetenda esse, qui abiurare statuerunt. Primum namque, vt errores detestentur; secundum, vt fidem catholicam veram (sicuti est) confiteantur; tertium, vt promittant, iuramentoq; confirment se numquam amplius à recta fide discessuros; ac demùm, quod libellum subscribant omnia prædicta continentem. De quibus profectò requisitis sigillatim edisserit in eo loco idem Simanch. à nu. 5.

Istamque abiurationem facere ij tantum obnoxij sunt, qui decimumquartum annum compleuerunt, si masculi sint, duodecim verò si fœminæ, ex Concilio Tholosano cap. 11. & Biterense cap. 31. colligit Petrus Antonius Lazzarius tractatu de blasphem. q. 6. num. 18. & 19. Pegna in comment. 40. mox citando vers. sed qua ætate, Lelius Zecchus in summ. par. 1. rubr. de hæresi cap. 11. num. 18. & Ludouic. á Paramo de origine S. Inquisit. lib. 3. q. 4.

48 rubr. de expedit. process. in causis fidei nu. 15. Eam tamen quadruplicem esse inquit Pegna in comment. 40. vers. abiurationem par. 3. Nam aliam de leui fieri affirmat, aliam de vehementi, aliam de violenta, aliam demum de hæresi formali; quas omnes iuxta morem rectè declarat; tu eius scripta videto, & concinunt, quæ Eymericus scripserat in 2. par. q. 46. & illic idem Pegna, necnon Farinac. q. 194. §. 1. & 2. speciatim verò, quod etiam suspectus de leui abiurat de leui scribit, lateque comprobat q. 187. nu. 31.

49 Nolo tamen te latere differentias inter has abiurationes à Doctoribus consideratas, quarum prima est illa, quod qui de leui abiurat non vetatur secreto, & abdite facere, cum reliqui de cæteris volentibus abiurare, non nisi palam ad eam faciendam admittantur, præterquam si causa rationabilis aliud suadeat, teste Eymerico collaudato à Pegna indicato comment. 40. vers. præterea.

Qui quidem Pegna respectu pœnitentiarum iniungendarum dicit illic, aliam extare differentiam, quoniam abiurantibus de leui non imponatur tam acris pœnitentia, affirmat, quæ alijs de reliquis volentibus abiurare.

Tertiam respectu conceptionis verborum subiungit, eaq; satis apertè liquet ex formula abiurationis de leui, relata per Eymericum par. 3. nu. 163. & altera de violenti rescripta num. 176. eadem parte.

Nouissime quartam, & alijs potiorem addit;

50 eumque ait, qui de leui abiurat, in eandem, aut aliam relabentem hæresim non censeri relapsum, neque relapsorum pœna plectendum esse, & sanxit Alexand. IV. in 1. cap. constitut. 10. exordientis, quod super nonnullis; cum verò (qui de vehementi abiurauit) in vomitum reincidentem mulctandum esse eorumdem relapsorum pœna; Et propterea caueri in Concilio Narbonensi cap. 18. relato ab eodem Pegna comment. 65. vers. illud autem in 2. par. Director. ne qui ab hæresi reuertuntur ad religionem admittatur, si grauiter fuerint culpabiles; quin ex eadem causa prodijsse, vt quod antiquitus sancitū fuerat à Congregatione sanctissimæ Inquisitionis Vrbis, nè ab hæresi reuersus vnquam admitteretur ad audiendas fidelium confessiones, cuius meminit Locatus in calce sui operis iudicialis eiusdem sacræ Cōgregationis literis ad Neapolitanum Archiepiscopū datis, in anno 1596. die 6. Martij declaratum fuisse, nè sacerdos, qui de leui abiurauerat detine-

detineretur ab exercitio ordinum, Sacramentorumque ministerio, & confessionibus audiendis, etiam laicorum; cuius posterioris declarationis vigore, restricta remanet eiusdem Congregationis prior ordinatio, & à locato relata ad eum tantum relapsum, qui de vehementi, aut violenta suspicione abiurauerit; Ex quibus recedendum esse admoneo á decisione Comituli in vna Gondicens. Canonicatus 20. Iulij 1587. relata per Farinac. decis. 51. concludente, suspectum de hæresi, qui publicè pœnitentiatus de vehementi abiurauerat, non esse inhabilem ad beneficia.

52 Quæ verò sit relapsorum pœna non discutio, propterea quod Menoch. de ea re apertè fatur in tractatu de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 374. ac quomodo quis probetur hæreticus relapsus, edisserit Mascard. quæst. 863. qui illam longè grauem proponit (inter aliàs quæstionem) vtrum nè vnam, qui abiurauit hæresim, si in aliam etiam longé distantem incidat, dicatur relapsus; in qua duas recenset sententias, necnon Pegna in comment. 65. ad secundam partem directorij, vers. licet Archidiacon. Ex quorum dictis secernere poteris, negatiuam reputari veriorem, ex proprietate verborum; affirmatiuam autem ex natura hęresum, quę inuicem sunt connexæ, aitque Azzor. in instit. moral. lib. 8. cap. 14. in princip. par. 1. & ipse in eiusdem disputatione quæstionis, longius immorari recuso, cum certum sit, his temporibus non tantum hæresim In quam incidit abiurandum esse, sed aliam quamcumque, consuetudine obtentum attestantur super cap. accusatus §. cum verò, de hæretic. in sexto, Ioan. Andr. sub num. 9. & Gemin. post num. 4. alijque multi, quos idem Farinac. commemorat quæst. 194. num. 13. Ideoque in omni abiuratione clausulam apponi illam, & generaliter omnes, & quascumque hæreses, & errores contrarias, & contrarios Sanctæ Matri Ecclesiæ, quæ non tantum abiuratam, verum omnem aliam hæresim detestatur abiurans, & videre cuiquam licet apud Pegnam in 3. part. commentar. 40. versic. cæterum, & versic. in abiuratione, quæ quidem clausula, licet in abiuratione de leui, etiam inseri soleat, ex nouissimo vsu, cuius testis est idem Pegna in adducto versic. cæterum: Attamen si in eandem labatur hæresim, sicuti relapsus non antea dicebatur, vt probaui in antecedenti versiculo; ita, & his temporibus non obstante clausula memorata, ex notatis per eundem Pegnam adducto in loco, & ex his, quæ abundantius scribit in commentar. 83. vers. vel post constitit, in 3. par. in quo quidem Comment. & Eymeric. quæst. 58. vniuersam ferè de relapsis delibarum tractationem, & postmodum adductus Azor. citato cap. 14. Omnem hanc relapsorum materiam, nouem complectens quæstionibus, ac præsertim vers. secundo quæritur, inuestigatur, vno ne tantum modo relapsus in iure canonico dicatur, & respondet ex text. in cap. accusatus, de hæretic. in sexto. Relapsum quatuor modis dici, omnes illos subnectens, tu videto.

53 Et istam abiurationem fieri posse in die festiuo, scias velim, & docet Marius Antoninus in tractatu variar. resolut. lib. 3. resolut. vltima num. 18. nouissimeque Farinac. quæst. 194. num. 4. non secus ac proferri sententiam in causa hæresis, iuxta notata inferius in rubr. de Regular. cap. 13. nu. 96.

54 Quod denique ab hæreticis pœnitentibus aduerti persoluendum esse, non aliud est, quàm de commisso crimine satisfaciant, licet insignis enasceretur dubitatio, ex text. in cap. ad abolendam §. præsenti, de hæretic. sanciente pœnam eos euitare, qui ab hæresi reuertuntur, & abiurant, etenim vtramque sententiam veritate fulciri nulla prorsus est controuersia; cum re vera hæresis pœnam non patiantur, sed quia non sufficit viro nequam in melius commutare mores, & à præteritis malis recedere, nisi etiam de his, quæ facta sunt satisfaciat cap. non sufficit, de pœn. distinct. 2. ideò, scripsit Rota in decis. vnica de hæretic. in antiquis num. 14. Quod si pœnam aufugiunt corporalem, non tamen spiritualem, & propterea debita pœnitentia ratione præteriti erroris mulctandi sint. In tantum, quod si iniunctam non implent, relapsi dicuntur, vtq; tales puniantur ex sententia Zenzilli Matthesil. & Io. de Imol. in clem. 3. de hæretic. Feder. de Senis cons. 156. tandemq; Io. Nicol. Arelat. tract. de hæret. notab. 30. verum esse fatetur.

Hæresis verò, quia habet annexam excommunicationem tum de iure, per text. in cap. excommunicamus, de hæretic. & Constitut. 3. Gregorius IX. atque ex notatis per Garziam citato cap. 10. §. 1. à nu. 88. tum ex Bulla Cœnæ in cap. 1. atque ideò Papæ reseruata absolutio ab illa; in tantum, quod nullus alius absoluere potest, etiam vigore cuiuscũque priuilegij, aut Iubilei non expresse concedentis talem facultatem, vt post Nauar. in cap. 27. nu. 275. Couarru. & alios multos asseuerat citatus Garzias nu. 109. qui relecta contradicente Soti, & aliorum

55 sententia, hanc comprobat; Ideò dubitatur, possint ne Antistites ab hæresi occulta absoluere, ex auctoritate cap. 6. Concil. Trident. sess. 24. sub rubr. de reformat. & licet attenta excommunicatione in hæreticos prolata, per text. in cap. ad abolendam, & cap. excommunicamus 1. & 2. de hæret. possint, attamen attenta altera Bullæ Cœnæ maximè dubitatur, si id facere queant; cum autem relatus Garsias copiosè super ea scribat, non aliud inquiram, quàm verissimas ab eo statutas conclusiones insequi: concludo itaq; facultatem in eo textu concessam præfatis Episcopis sublatam censeri per Bullam Cœnę Pij V. & Gregorij XIII. vt ille probat nu. 115. quamuis in illis expressa Concilij derogatio non reperiatur, vt ipse ait nu. 118. Hoc enim importare defendit verba illa in eis apposita, (nisi in eis etiam casus pręsentibus literis expressi comprehendantur) per alias verò reliquorum Pontificum Bullas, attẽdendum semper esse tenorem illarum, ita quod si verba iam dicta, aut similia, seu maiora absint, tũc minimè dicatur earum intuitu sublatam Præsulibus ipsis iam dictam auctoritatem à Concilio ipsis impartitam; hanc deinde enodauit quęstionem Alterius de censur tom. 1. disput. 22. lib. 5. cap. 2. aitque per bullam derogatum esse decreto Concilij, maximè in casu hæresis; tãdemq; Steph. Grat. discept. forens. tom. 3. cap. 414. nu. 20.

56 Eiusmodi autem hæreticos damnare, aut absoluere post mortem, vtrum liceat, inquirit Ant. August. in epit. veteris iuris Pontif. lib. 11. tit. 11. cap. 5. non tamen quid dicẽdum sit concludit, nos autem pro affirmatiua in primis, deinde pro negatiua ex-

tare complura Sãctorum Patrum, & Conciliorum testimonia monemus. Siquidem damnari posse, quin, & anathematizari, Cyrillus docet lib. 1. de eo, quod vnus est Christus, & in Epist. ad Marcian. & alios Monach. August. ad Bonifacium loquens de Cocciliano. & in Epist. ad cathol. & lib. 3. cap. 35. & 39. contra Cresconium, quæ omnia, & alia multa sunt apud 5. Synod. C. D. actu 5. in medio, & approbantur à Synodo ibidem; idem confirmat eadem Synod. actu 8. post princ. & deinceps in condemnatione Theodori Hæretici iam mortui, & 6. Synod. C. P. quin & Iustin. in epist. ad Ioan. II. ante fin. hæc scribit verba: Post mortem hæretici anathematizantur, vt Valentinus, Basilides, Marcion, Corinthus, Manicheus, Eunomius, Bonosus; concinunt verba, quæ ex Synod. C. P. 5. & alijs rescripsit citatus Ant. August. in eod. cap. 5. & sunt, Sancti Patres non solum viuentes hæreticos cõdemnauerunt, sed & post mortem, vtpotè in sua impietate mortuos condemnauerunt; absolui autem non posse innuit Gelasius in initio epist. 3. ad Faustum, exordiente, Ego quoque; cuius verba sunt: Acacium hæreticorum fautorem á Romano Pontifice cõdemnatum nó posse iam post mortem absolui. Verum vtrique dicto resistunt inferius ponenda: Priori quippe aduersantur Pontiani verba illa ad Iustinũ: Dicta possumus auctorum damnare. Quod si adhuc viuerẽt, & correpti errorem suum non condemnarent, iustissimè damnarentur. Posteriori verò dicto refragantur verba, quæ subsequuntur alia mox relata ex eadem illa Synodo C. P. per eundem Ant. de Augustino rescripta; nempe sicut eos, qui iniustè condemnati sunt reuocauerunt post mortem, & in sacris diptychis scripserunt: Quod factum est, & in Ioanne, & in Flauiano religiosæ memoriæ Episcopis; has dissentientes auctoritates conciliabit facile quiuis, si verba Suarez perscrutabitur tom. 5. disp. 5. sect. 1. à nu. 3. de excommunicatione loquentis, si ferri possit in mortuum, vsque ad nu. 11. exinde verò de absolutione tractantis, vt scilicet possit declarari incurrisse; vtq; possit absolui quo ad actus, vel effectus per viuos erga mortuos agendos.

57 Sed in spetie ipsa tormentorum, in causa hereticali aliquem cogere quippiam confiteri, necnè, & quando liceat vtile iudicamus adnectere, quamuis Farinac. in tract. de heret. q. 179. à nu. 54. latiusq; integra q. 185. conatus sit, rem hãc extricare; siquidem distinctiorem nobis præscribimus modum loquẽdi, qui non aliorum rescribere tantum assertiones consueuimus, sed casus semper excogitare, qui accidere possent, responsiones, applicando, vel laboriose perquisitas, vel quas veriores, aut generalibus, regulisq; iuris, Doctorum conclusionibus magis conformes censuimus.

58 Certum namq; est, quæstioni locum tantũmodo esse in subsidium, & alijs deficientibus probationibus, quod adeò verum, vt non tantum cum confessio principalis adest qua nulla maior probatio cuulgatis iuribus; at insuper, vbi conuictus est, cauendum esse à cruciatibus, sed properãdum ad punitionem sanxit text. apertus in l. Diuus Pius, in eius initio ff. de quæst. qui quidem text. licet loquatur in seruis, necnon in causa pecuniaria; semper tamen, & in omnibus personis intelligendum esse, affirmãt Angel. in l. fin. post nu. 4. C. de quest. Boer. decis. 163. nu. 7. Emanuel Soarez in comm. opin. liter. Q. nu. 2. Clarus q. 64. à nu. 7. & Mascard. de probat. conclus. 1385. nu. 3. Huic conclusioni sit ne locus in causa hæresis dubitari potest, cum in illa multa concedi, improbata in reliquis scripserimus præsertim sub nu. 75. & 78. & responsionem omninò veram arbitramur, quę distinctione vtitur; quod vel loquimur in casu hæresis formalis, vel suspictionis hæresis.

59 Primó, quippe casu adhùc subdistinguendum putamus inter confitentem cõmisisse, & confitentem dixisse aliquid hæreticale: si namque fassus est aliquid fecisse hæreticum, idq; simpliciter, nulla addita excusatione affirmauerit, intret sanctio memoratæ legis Diuus Pius, nè aliud sit faciendum, quàm condemnare, & punire reum confessum, tãquam hæreticum; præmisso tamen aduersus confessionem ipsam termino, quamuis à reo non petito, iuxta terminos latè de more positos per Farinac. q. 39. à num. 32. & præhabita distinctione de pœnitente, aut impenitente, de quibus ter habuimus sermonem in hoc eodem capite. Quod si cum conditione, negando scilicet credulitatem, intentionem, erroremuè, in intellectu, prætextu alicuius excusationis, vel ignorantiæ, vel inaduertentię, & Farinac. ead. q. 179. à nu. 54. multa congerit ad probandum, eo etiam in casu cessare tormentum, & deueniendum esse ad sententiam condemnatoriam, contradicit tamen Simanch. & reum subijciendum esse rigoroso examini scribit, in tract. institut. cathol. tit. 65. nu. 52. affatimq; defendit Didac. Canteranus in qq. crimin. tit. de hæretic. cap. 1. à nu. 69. Qui verò, (& deflectimus ad secundum caput subdistinctionis) confitetur dixisse aliquid hæreticum, & negaret intentionem, longe magis, torturæ alligandus esset ad eruendam intentionem, eodem Simancha teste indicato num. 52. alijsque multis ex contradicentibus in persona confitentis fecisse quid hæreticum.

Secundam nunc aggredimur partem Principis distinctionis, á nobis propositæ, tangentem conuictum fecisse aliquid hereticum, & supponimus negari factum à conuicto, quia si ille annueret, in terminis prioris partis versaremur, imò maioris: nam vtroque concurrente, confessione, & conuictione, credit Farinac. eadem q. 179. nu. 60. cessare longe magis torturam, & inferendam pœnam, tuncque procedere, quod ipse antea scripserat citato nu. 54.

60 Hoc igitur casu, quo ille persisteret in negatiua, credit non esse locum torturæ, sed punitioni in ead. q. 179. in summario nu. 60. fauentq; ni fallimur verba Locati in verbo hæreticus num. 40. adijcit verò idem Farinac. nu. 61. contradicentes Doctores.

At vbi conuictus esset dixisse aliquid, quod sit hæreticum, ipseq; fateretur cum eadem prædicta
61 qualitate, & sine dubio ad torturam deueniendum esset exploratoriam intentionis, teste Menoch. de præsumpt. lib. 5. q. 6. sub nu. 3. Simanch. instit. catholic. tit. 13. nu. 17. & 19. alijsq; multis, quos idem Farinac. memorat q. 179. sub nu. 57.

Quod si ex defectu probationum non plene constaret de iniecto crimine, intrare torturam ad habendam veritatem, si tamen indicia sint sufficiẽtia, ad instar reliquorum delictorum, docet Locat. in opere iudicial. inquisit. verbo tortura num. 5. & Repertor. inquisit. verbo probationes, vers. & sic

dicen-

dicendum; imò licet, vbi confeſſus, & conuictus
eſt, torqueri vetatur ad veritatem ſciendam, poteſt
nihilominus torqueri ad vlteriorem veritatem,
ſciendumq; complices, vt idem teſtatur Locatus
verbo hæreticus nu. 40. & poſt dictum ſuum opus
Iudic. inquiſit. in decretis Congregat. refert vltimo
loco decretum Pauli IV. & Pij V. quo Iudicis arbi-
trio remittitur tortura reorum conuictorum, &
confeſſorum de hæreſi, pro vlteriori veritate ha-
benda, & ſuper complicibus; ipſeq; Farinac. addo
multa cumulantem q. 185. nu. 133.

In alijs verò quibuſcumque caſibus tum factis,
tum verbis explicatis, qui (ſi de eis pateret per cõ-
feſſionem, aut teſtes, aut valida indicia) nullam hę-
63 reſim formalem inducerent, ſed iuxta commu-
nem illam, & tripartitam diſtinctionem, ſuſpictio-
nem tantum, vel violentam, vel vehementem, vel
tandem leuem operarentur, quid agendum eſſet
ignorare pudet, ſcilicet vtrum nè tortura inferen-
da eſſet, & quæ; iſthæc inueſtigatio, vel procedere
poteſt, vbicumque conſtaret de delicto, operante
aliquam ex prædictis ſuſpictionibus; inquiſitus ve-
rò negaret peruerſa intentione dixiſſe, aut com-
miſiſſe, quo caſu intraret quæſitum, ſi torquendus
veniret ad eruendam intentionem, vel ſi de eo non
plene conſtaret, & intraret alterum, ſi deberet tor-
mentis ſubijci ad eruendam veritatem, & vtroque
caſu exiſtimarem ex hactenus relatis inferendam
64 torturam cum diſtinctione prędicta ad habendam
intentionem, ſeu veritatem, præterquam in caſu
leuis ſuſpitionis, quo nec quidem interrogari poſ-
ſet inquiſitus, ſi probus, & honeſtus eſſet, quamuis
ſi vilis, & improbus procedi poſſit ad interrogan-
dum, approbante Penia ad director. Eymeric. par.
2. comment. 80. lit. F, & multa cumulat Farinac. q.
185. nu. 56.

65 Reliquum pro coronide recordor munus Epiſ-
coporum eſſe adhibere diligentiam in oppugnan-
dis hæreticis, idq; multis veteris iuris Pontificij te-
ſtimonijs, probat memoratus Anton. Auguſt. lib. 4.
cap. 58. & negligens puniatur ex notatis per Fari-
nac. q. 182. nu. 24. Principum etiam eſſe opem fer-
re Eccleſiæ contra hæreticos deinde probat, & lon-
ga ſerie idem Auguſt. lib. 11. tit. 13. quin & iurare
tenerentur ſicuti, & poteſtates locorum, & Magi-
ſtratus Vniuerſitatum de defendenda Eccleſia
contra hæreticos, & recuſantes compelli, iuxta
cap. ad abolendam §. ſtatuimus, & cap. excommu-
nicamus el 1. §. moneantur de hæret. cap. vt officium
§. ſtatuimus eod. tit. in ſexto, lateq; corroborat Fari-
nac. ead. q. 182. à nu. 22.

Sed antequam præſenti capiti modum imponа-
mus, quia blaſphemia ex lata ſaltem ſignificatione
hæreſim ſapit, vt Squillacenſis teſtatum reliquit in
tract. de fide catthol. cap. 16. num. 1. idcircò non in-
congruè hoc loco cenſui ſubnectere pauca quæ-
dam de blaſphemantibus, & blaſphemijs ipſis.

66 Quare præfari opòrtet, quod blaſphemia malo-
dictio eſt, & execratio, & ſacrilega, ac probroſa, &
calumnioſa detractio, eaq; diuerſa eſt, diuerſamq;
pœnam habet pro modo eius, cui infertur; vt erga
Deum maior blaſphemia, quàm in Sanctos veluti
in Principem, quam in eius Magiſtratum maius
crimen maieſtatis conſideratur.

67 Species autem blaſphemiæ decem eſſe, licet ſcri-
pſerit Luc. de Penn. in l. omnes Iudices C. de dela-
torib. lib. 10. ad tres dumtaxat contraxit Petr. Gre-
gor. Tholoſ. in lib. 33. ſyntagm. iur. vniuerſ. cap. 12.
ſub nu. 3. Eas tamen omnes, vel hæreticales eſſe,
vel ab hæreſi alienas compertum eſt, & Eymerici
verba inſinuant in directorio par. 2. q. 41. & aper-
tiora verba locati in ſuo opere iudiciali, verbo blaſ-
phemi, atque Alphonſi Caſtri in lib. 1. de iuſta hæ-
retic. punit. cap. 12. prope finem, verſ. cum igitur
tanta ſit blaſphemiarum varietas, & poſt alios affir-
mauit Franc. Pegna ad Eymericum par. 2. com-
ment. 66. verſ. hæc diſtinctio, & modernus Auctor
Suarez in tract. de religione lib. 1. cap. 6. maxime
à nu. 7.

Et cum de his blaſphemijs præſertim hæretica-
libus frequens ſit abuſus, non ſine maxima Reipu-
blicæ iactura, ideò perſcrutandum cenſeo, quæ nam
68 ſint eiuſmodi blaſphemiæ, quæ cum hæreſi aliqua-
lem habent communionem; & licet Menoch. de
arbitrar. iudic. centur. 4. caſu 375. complura recen-
ſeat exempla, quibus illa cognoſcantur; licet etiam
Ioan. Rojas tract. de hæret. par. 2. aſſert. 12. fateatur
eas eſſe, quæ ſignificationem habent infidelitatis, ſi-
deiq; abnegationem, quæq; fidei confeſſioni dire-
ctè opponuntur; attamen Eymericus indicata
q. 41. nu. 2. ait hæreticales eſſe, quæ contra fidei ar-
ticulos directè proferuntur, & conuenit Pegna in-
dicato comment. 66. verſ. Eymericus, qui præterea
adnectit illum propterea, qui ore impuro, atque
blaſphemo impugnat articulos fidei, hæreticalem
blaſphemum iudicandum; ſemper enim iſthæc
blaſphemia contraria eſt fidei, quia ſemper conti-
net negationem fidei, ex ſententia relati, Suarez in-
dicato nu. 7. addit verò Finellius de caſib. reſeruat.
caſu 3. ſub nu. 16. tradita per Eymeric. potius illic
adduci ad diſtinguendam iuriſdictionem Inquiſi-
torum ab alijs Iudicibus ordinarijs, circa blaſphe-
matores, quam ad declarandam abſolutè, quid ſit
blaſphemia hæreticalis, cum Inquiſitores in hæreti-
cales tantum apponere manus queant, cum re ve-
ra hæreticales blaſphemias eſſe non ſolum, quæ fi-
dei articulis opponuntur, ſed alias plures, quarum
aliqua recenſet exempla, quare abſolutius eſſet, li-
cet fortè minus proprium dicere, credit illas blaſ-
phemias ita eſſe, quas qui pertinaciter crederet, vti
proferentur eſſet hæreticus, ſiue illæ ſint contra
Deum, ſiue contra B. Virginem, ſiue contra San-
ctos, & illic ſubijcit multa exempla, & alia plura
citatus Suares eodem nu. 7. Eſt verum, quod ſicuti
alius quiſpiam in exteriori negans fidem, non au-
tem in interiori non eſt hæreticus, ita qui has euo-
mit blaſphemias; ſed quia interim talis reputatur
ob grauem aduerſus eum enatam ſuſpitionem
69 hæreſis, ideò ipſum ſupponi tantum Eccleſiaſtico-
rum iudicio, inquiunt omnes præcitati Auctores,
vt veritatem inueſtigent, an ne ita in interiori te-
neat, neque propterea ſæculares Principes, eiuſque
Miniſtri controuertunt, quamuis de alijs conten-
dant verius eſſe, vt ab ipſis dumtaxat laicis punian-
tur; cuius rei veritatem ipſe inquiram, ſi Deus da-
bit, in 2. par. huius diuerſ. Interea videto te Clarum
in §. blaſphemia nu. 4. & Tuſcum concl. 96. nu. 4. &
5. verbo blaſphemia.

Ceterum prodere memoriam poſteris cum ve-
70 lim, quanta ſit huius criminis atrocitas, Iuſtiniani

Imperatoris sanctionem repetam; ille siquidem tanti facinoris acerbitatem exprimere intendens, á pęna voluit argumentum sumere, ideoq; scriptum reliquit omnipotentem Deum, hoc non relinquere scelus inultum, immó, & pestem, famem, ac terremotus, aliaq; complura mala hominibus, propterea casura esse prędicit in 9. propterea in authen. vt non luxurient contra naturam, inde suboriri conclusionem alteram à Io. Bapt. Corrado recensitam in suis responsis casuum conscientiæ q. 106. par. 2. ne omnes Angelorum, aut hominum linguæ valeant enodare, quàm horrendum, quamq; immane scelus sit hoc peccatū blasphemiæ; immò, & quam inexcusabile, conuincimur ex eo, quod nullus ad blasphemandum carnalis allicit appetitus, nec auaritiæ sitis vlla incitat, nulla denique instigat astrorum influentia; quare idem Corradus eo in loco, in blasphemos istos excandescens, notandis his vtitur verbis (tacito tamen Diaza, qui in cap. 110. suę pra-
71 xis ea sigillatim scripserat.) Quid enim magis nefarium, quid naturæ ipsi magis aduersum, quàm vt creatura in suum inuehatur Creatorem? quid a brutis ipsis alienius, quorum nullum, quamuis innata feritate vigeant suum offendit benefactorem? qui non modo in non offendendo se gratos ostendere credunt, nisi etiam defendant opportunitate concessa, quin & membris ferè omnibus corporis se debitores fateri conentur, cumq; lingua id fari non dederit natura, eadem saltem benefactoris pedes lambendo fatentur; Itaque præcaueant exoro Christicolæ omnes, atque á tanto facinore retrahātur, tum timore pœnæ, à qua non eos euasuros iam memini, verum etiam, & libentius virtutis amore, ac spe adipiscēdi, propterea gratias nonnullas; cum certò sciamus non eos altoquin consecuturos illas, ac testis de ea re nobis sit commentator Pragmat. sanction. in prohem. vers. excoluerint, ac illius verbis adductus etiam Petr. Gregor. Tholos. capite
72 supra citato, sub nu. 3. Qui Robertum aiunt Regem Galliarum filium Capeti orantem, pro pace Regni, à Crucifixi imagine responsum habuisse, non futuram eam donec notoria crimina, & blasphemias extirpasset.

Sunt & alia permulta exempla recensita per Abbatem in cap. 1. num. 4. de delict. puer. illibiq; Hostiens. & Io. Andr. Sotum in 4. sentent. dist. 27. q. 2. artic. 2. vers. quod si arguas, Ioseph. Ludouic. decis. Lucensi 17. nu. 67. Sebastian. Medic. in summa omnium hæresum par. 1. q. 9. in princ. Auil. in cap. 25. Prætorum nu. 16. quæ silentio inuoluere censui, satius esse illud tantum addens, quòd à Christicolis actentè perlegendum monco, vt contremiscant, & paueant, simulq; obstupescant, facileq; ex eo cognoscant tanti criminis enormitatem, immanitatemq; quod perfidus ille, & Christianis infensissi-
73 mus Mahometus, omne turpitudinis, ac peccati genus permittens in suo Alchorano, istud nimium crudele, & alijs perniciosius existimans solum vetuit; quin & grauem indixit pœnam in patrantes; illam nempè, vt per medium secarentur, quicunque Deum, aut Christum, Beatamuè Virginem blasphemaret, cuius rei nobis fidissimus est testis, Chassan. conf. 1. nu. 69. Decian. lib. 6. cap. 6. num. 6. tom. 2. & Plotus in tract. de blasphem. sub nu. 10.

Huius criminis atrocitas in causa fuit, vt complura prodierint specialia in eius detestationem; quæ retulere Doctores nonnulli, potissimum Fabius à Monteleone in pract. de quatuor literis arbi-
74 trarijs par. 4. á nu. 74 1. qui 6. loco illud recenset, nè repulsa in eo scelere concedatur, nisi ex solo capite inimicitiæ, sequitur Gramm. cons. 15. Ann. singul. 67. & Alex. Romanus mox citandus, & omninò videndus nu. 23. quin & Imbrianus scriptor solertissimus in tract. de repulsa par. 1. confider. 3. à nu. 49. nouissimo autem loco, & sic nu. 750. denegari blasphemantibus, tanquam enorme delinquentibus cō-
75 positiones, guidatica, & gratias, subdit Monteleo ipse, extatq; in Regno pragmat. 3. de sodom. quàm
76 pragmaticam, eiusq; resolutionem, tum in blasphemia Dei, aut B. Virginis, tum Sanctorum vendicare sibi locum non dubito, etiam vigore ipsiusmet pragmaticæ, tametsi Modernus quidam pertransendo tetigerit, & dubitauerit, motus peruulgata assertione illa, in pœnalibus non fieri extensionem; alteraq; foueri potuisset, & fortasse validiori, quàm Io. Bapt. Plotus in tract. de blasphemia, sub nu. 15. profert, de dissimili, ac dispari ratione, quam confirmari posse autumo, quia blasphemias in Deum, aut B. Virginem regulariter enormes dici, atque inter maximas computari, scripsit Pegna in director. Inquisit. par. 2. comment. 66. & Simanch. de cathol. instit. tit. 8. num. 8. Ita quod non immerito aduersus clericos blasphemantes, sanciens Pius V. in sua constitut. 5. cum primum 6. ad abolendum, grauius illos puniri mandat, blasphemias in Deum, aut B. Virginem euomentes; verum his non obstātibus rationibus, quamuis verissimis duabus posterioribus, falsā tamen priori in hoc casu, adhuc veram opinor constitutam à me resolutionem; adducor primum auctoritate Regnicolarum, siquidem in terminis relatæ pragmaticæ loquentiū, hoc ipsum concludit Muscatell. de cognosc. delict. rubr. de blasphem. sub nu. 32. assentiturq; Carrer. in pract. crimin. par. 3. q. 2. incipiens circa secundum, sub nu. 65. dum simpliciter referens dictam pragmat. indefinitè loquitur, his vtens verbis; & extat pragmat. contra blasphemantes, prohibens compositionem, addo Alex. Roman. in suo commentariolo ad pragmat. 1. de blasphem. quì specialibus in tali concessis facinore, sub nu. 19. Istud inferit, in hæc verba, quod & si multis criminibus soleant delinquentes ad compositionem admitti, tamen in hoc non potest componi, demumq; vir ille insignis Rouitus in rubr. de blasphem. in calce nu. primi ac rursus, & apertius nu. 3. per hęc verba: Est tamē notādum, quod in hoc crimine non admittitur compositio, vt in pragmat. 3. in fin. de sodom. Auiles etiā in lib. Prætor. cap. 25. in glos. 1. nu. 13. Isti igitur Regnicolæ nisi absolute procedere hanc conclusionem existimassent, vtique non ita generatim in crimine blasphemię verba fecissent, sed distinctione vsi essent, inter blasphemos Diuini nominis, aut B. Mariæ, & reliquorum; nec dicta pragmat. manauit, vt aliquibus faueret blasphemis, sed vt omnes promptius extirparet, & in detestationem tanti sceleris, quæ ratio in vtrisque militat, nimirum si eadem
77 sanctio; adducor etiam, quod multis antea annis manauerat altera, & Ferdinandi Regis Pragmatica sanctio, in anno 1483. estq; 3. in rubrica de blasphem. quæ implicitè hoc ipsum indixit, cum de

omni-

omnibus blaſphemis loquens, mandat ſemper, & perſonaliter caſtigandos blaſphemos, ſi enim componi quandoq; poſſet, eiuſmodi delictum, aut illius patrator aggratiari, non ſemper, nec perſonaliter puniretur, illiuſq; legis ceſſaret diſpoſitio, addo alia eiuſdem pragmat. ſubſequentia verba, & quidem apertiora, & geminata, ſcilicet irremiſſibiliter, quo etiam aduerbio in his terminis, vtitur quoque pragmat. 2. necnon bannum inſertum pragmat. 5. eod. illo tit. quin ſi attento iure conſtit. Regni pœnam eſſe mutilationis linguæ, tám ſi in Deum, aut B. Virginem, quàm in Sanctos proferantur contumeliæ, probat Arnon. ſingul. 4. necnon tertiæ partis bonorum, & triremium ad quatriennium vigore recenſitarum pragmat. 2. & 5. dictæq; pœnæ ſemper, & irremiſſibiliter in illis, aliaq; prædicta 3. de ſodom. aſſeritur, vt infligi debeant, per neceſſariam ſequelam in vtroque caſu prohibent omnes memoratæ pragmaticæ, non ſolum compoſitionem, aut gratiam, verum aliam quamcumque extra prædictas iniungere pœnas. Immò cum iure communi
78 fulciatur iſthæc concluſio negans in his terminis compoſitionem, præſertim in cap. fin. de maledict. ibi nullam in hoc miſericordiam habiturus, ſubintrat vulgata regula; legem dubiam (quatenus dubia eſſet memorata pragmat. 3. de ſodom.) interpretationem correctoriam iuris communis non
79 admittere. Adducor 3. ratione illa, quod omnes blaſphemiæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſeu eiuſdem qualitatis eſſentialis, non ſecus ac omnia periuria, omneſq; hæreſes, ſunt eiuſdem ſpeciei per auctoritatem Suarez in tract. de religione tit. de irreligioſitate cap. 6. nu. 18. excipientis, tantum blaſphemiam hæreticalem, qui præterea ſubdit, quod quamuis ratione malitiæ diſtingui ſpecie poſſint contumeliæ in Deum, vel Sanctos immediatè prolatæ; nihilominus facilè ſuſtineri poſſe ratiocinatur, malitiam blaſphemiæ, quæ eſt in illo actu, quatenus in Sancto maledicitur Deus, eiuſdem ſpeciei eſſe cum blaſphemia immediatè in Deum prolata, inſequitur Lazzar. de blaſphem. quæſt. 3. ſub num. 51. & Diuus Thomas 2. 2. q. 13. artic. 1. ad 2. hæc ſcribit verba; ſicut Deus in Sanctis ſuis laudatur, in quantum laudantur opera, quæ Deus in Sanctis efficit; ita & blaſphemia, quæ fit in Sanctos, ex conſequenti in Deum redundat; ſequitur Finellius de caſibus reſeruatis caſu 3. ſub num. 5. qui num. 4. dixerat, omnem blaſphemiam in alios quam Deum, ideò eſſe blaſphemiam, quia redundat in blaſphemiam contra Deum; prædictum veró ſancti Thomæ axioma probant Ioannis verba in cap. 13. Apocalypſ. cuius ſunt; & aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum; intendit itaque loqui aduerſus euomentes conuicia in Deum; & tamen ſermo immediatè ſequitur de omnibus, cum ait, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in Cœlo habitant; verba inſuper illa ad Epheſ. 4. Blaſphemia tollatur à vobis, exponit illic Gloſa, & ait, quæ fit in Deum, vel in Sanctos; Lazzarius etiam in quæſt. 2. de blaſphem. ſub num. 17. ita loquitur, Deus enim in ipſis Sanctis hoc pacto inhonoratur, & blaſphematur; vnde ſic dicens, blaſphemus cenſetur, ac ſi contra Deum blaſphemaſſet, ſubſcribunt Montal. de ſentent. Pilati num. 3. Plotus de blaſphem. num. 2. prope finem, ac num. 7. textus etiam in §. hæc omnia, & illic Bart. nu. 4. in authent. vt non luxur. contra natur. quatenus dicunt, blaſphemantem Deum, vel aliquem Sanctorum eadem pœna, ſcilicet mortis plectendos eſſe;
80 Adducor tandem aſſumpto illo, quod nullus blaſphemus, ne dum ad compoſitionem admitti non debet, ſed nec poteſt, cuiuſcumque auctoritatis ſit Superior, excepto Papa, qui cum Deum repræſentet, iniuriam factam Deo ſolus remittere poteſt, teſte Decian. ex Bald. Iaſ. & alijs tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 32. & Bald. conſil. 6. num. 2. & 11. inter conſil. criminal. tom. 2. quo in loco D. Ioanni Galeazzo Mediolani Duci, & Papiæ Principi interroganti reſpondit, pœnam blaſphemo, nec de plenitudine poteſtatis, nec per gratiam, vel compoſitionem, aut remiſſionem, etiam cum cauſa, etiam per Decretum gratioſum (cum ſit crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ) non tantum à Duce, ſed nec á Rege, vel Imperatore remitti poſſe, ſed ſcribendum ad Summum Pontificem; aſſentitur Benedictus Plotus conſil. 6. nouiſſimeque Lazzarius in quæſt. 6. num. 33. Præterea cum Rouitus in rubrica de blaſphem. prope num. 1. aſſeueret adductam pragmat. 3. de ſodom. vetantem compoſitiones inniti poſſe ratione tradita per Auiles in libr. Prætorum cap. 25. gloſ. 1. num. 13. & 14. qui eo in loco cum referat, quam & nos de impotentia conſtituimus in proximo ſuppoſito, dicatque in delictis, in quibus offenditur Deus, haud poſſe iniri concordiam, nullumque ea dimittere valere, conſequitur (quod cum nos concluſerimus contumeliam in Sanctos tendere in Dei iniuriam) Rouitus, & Auiles à militante ratione ſentire ob dictam pragmaticam ceſſare concordiam in blaſphemia Sanctorum; neque pro contraria pugnat text. indicato cap. final. de maledict. permittente commutationem; etenim in caſu prorſus contrario ſatur, non quidem, vt pœna corporalis pecunia redimatur, & ſic componatur, ſed vt pecuniaria in caſu illic expreſſo, ſtatuta propter impotentiam ſoluendi ne ſit punitio procul, commutetur, & iuxta regulam cunctis notam, qui ære caret in corpore luat; ſupereſt nunc reſpondere contrarijs, & primum ad priorem, & contradicentis oppoſitionem
81 de extenſione non facienda in pœnalibus, quam ceſſare multis caſibus, maximè fauore Eccleſiæ, & pietatis, notat Villagut in tractat. de extenſion. leg. præſertim rubr. de extenſione reſpectu meræ pœnæ nu. 42. in quo caſu nos in præſentia verſamur, alteram inſuper refellere oportet Io. Bapt. Ploti rationem, cum ratione cōprobante à me addita, & quidē aſſequemur, ſi duo conſiderauerimus. Primum quod ipſemet Plotus, concludit tandem in gratiam meæ ſententiæ: dum pœnam ſtatuto Papiæ indictam aduerſus blaſphemantem, ſcilicet Gaudentium, & Agabium Epiſcopos Nouariæ. in blaſphemos aliorum Sanctorum procedere fatetur; alterum veró, quod verſamur in diuerſis, quia de pęna illi agunt, quæ & à legibus, & à peculiaribus ſtatutis diuerſa, plerumque ſancita cernitur, quin & maior ſit in Dei, aut Virginis blaſphematores, quam Sanctorū, non videtur iniuſtum, at citius rationi congruum, vt mox probaui; quod veró nulla ſit infligenda, aut quæ lege aliqua ſtatuta fuit, prætio redimatur, hoc ſemper, & omninò indecens reputatur; compoſitio

positio igitur, & gratia est, quid diuersum à pœna; & consequtiuè diuersa considerari ratio ab illa, quam Plotus illic argumentando profert; eò maximè, quod dispositione Iuris communis prohibentis compositionem, & gratiam, adducti sumus, quin, & impotentia componendi, aut aggratiandi; quarum nulla viget in casu proposito à Ploto, adducti etiam sumus altera huiusmet Regni lege implicitè illam vetante; vt propterea nulli sit amplius dubitationi locus, & qui pius est, & conspicuus baro, hæc non aspernabitur; at promptè amplexabitur; sicuti, & ab omnibus hactenus exequutum fuisse scio, dum nusquam ab aliquo factam compositionem, aut gratiam audiui, quamuis diligenti perquisitione inquisiuerim. Dúm verò citatus Muscatell. in repartu suæ praxis, addit in fine, d. nu. 32. verba illa, an dicta Pragmatica extendatur, vide Affl. in constit. blasphemantes, in quæst. 7. num. 9. vbi videtur negare; Non propterea dicendum est, quod virtute dictorum verborũ desciscat ab opinione per ipsum antea probata, cum moneat tantum videndum Afflictum, quin, & illum dubitatiuè loqui dicat; imó cum Afflictus non in isto, sed alio longe dissimili, verba faciat, nobis minimé obstat: loquitur enim in eo casu, in quo lex aliqua imponit pœnam aduersus blaspemantes Sanctos, deuinciat nè blasphemantem vnum Sanctum, & negat; cumque refert Tiraq. super l. si vnquam verbo susceperit liberos, sub nu. 240. præter quod in d. casu contrarium copiosè, & perdoctè loquens,
82 defendit citatus Alex. Roman. à nu. 67. Idque adeó quod in casuum reseruatione, si iste fuerit retentus, blasphemantis Sanctos, complectatur, & vnicum blasphemantem, tutatur Lazzar. q. 10. à num. 18. Graff. lib. 1. cap. 10. nu. 76. opitulatur Franch. in c. 1. de tempor. ordin. in 6. vbi multis restringit modis regulam in superioribus relatam, de lege pœnali non dilatanda, & potissimum lim. 13. sub nu. 9. coarctat in constitutione loquente in singulari, quæ amplianda veniat in plurali, & è conuerso; nec immeritò Bar. scriptum reliquit, statutum castigans producentem falsos testes, deuincire, & producentem, vnum falsum testem, in l. 2. §. sed si vnus ff. de vi, bonor. rapt.

83 Quæ autem sit huius nefarij, & execrabilis facinoris pœna, certò affirmare nequimus cum pro varietate temporum, & locorum, varia fuerit constituta, in antiqua vero lege Deus morte puniri mandauit, quod & Imperialibus, quoque legibus receptum est, at quoniam supra modum inualuit scelus istud, vt si omnes illud patrantes, morte plectendi essent, mille, vt ita dicam retro annis mundus interijsset, in alias pœnas immutatã punitio, quæ tamen illa sit, relego lectorem ad pœnam in director. Eymerici, par. 2. comment. 66. Tuschum, concl. 95. lit. B. Sayr. in claui Regia lib. 6. cap. 13. nu. 21. Lazzar. quæst. 5. & 6. à nu. 20. Vgolin. in tract. de censur. Summ. Pontif. reseruat. par. 2. §. 3. & potissimum, quæ Iure canonico sit statuta legitur in cap. 2. de maledic. eademque Pij V. sanctione 5. post al-
84 teram 11. Leonis X. & 43. Iulij III. & Iure Regni pœna est amputationis linguæ, vigore constit. comprobata, & aucta in amissionem tertiæ partis bonorum per pragm. 2. de blasphem. demumque triremium ad quatuor annos, vigore banni relati in pragmat. 5. cuius pœna non videtur restrictiua aliarum legum prædictarum, alias iam dictas imponentium pœnas, sed cumulatiua per illa verba, *oltre la pena stabilita, per le Regie Pramatiche*, quæ tamen cum restringantur ad alias pœnas ab ipsis Pragmaticis indictas, excluderevidentur illam amputationis linguæ, non á Pragmaticis, sed à constitutione inflictam; cuius pœnæ licet meminerit adducta Pragm. 2. quia tamen, qui confirmat nihil de nouo dat, sed datum corroborat, ideo non videtur comprehensa sub recensitis verbis dicti banni, *oltre la pena stabilita per le Regie Pramatiche*; cum non ab illis, sed diũ antea per ipsam Regni Constitutionem euulgatæ fuerit: qui quidem intellectus, si verus, ergo recessum esse ab illa præfatæ constitutionis pęna, omnino dicendum esset, & sic tantum militet iam dicta pœna triremium; quod tamen, quia contradicit vsui, cum pluries viderim, atque intellexerim perforatam fuisse linguam, etiam in hac Ciuitate Neapolis, decreto magnæ Curiæ; contradicitque alijs eiusdem banni verbis, ac promulgantis intentioni; Nimirũ credimus verius esse, illam cumulatiuè additã esse, etiam respectu pœnæ memoratæ Constitutionis.

85 Sed qui ioco, blasphemias pronunciauerit, non sit prorsus à pœna immunis, quamuis leuius puniatur, scripsit Simanch. in tractat. de Cathol. instit. tit. 17. num. 22. cum sequent. ita, & qui lubrico linguæ, teste Cardin. in Clem. vnica, de vsur. Anan. in cap. 2. vers. & subdit sub num. 12. de maled. Thesaur. decis. 241. num. 5. tandemque ille, qui nimia racundia ad blasphemandum proruperit, teste Petro Gregor. Tholos. adducto cap. 12. nu. 13. per text. in cap. si quis iratus, 2. quæst. 3. innumeros, allegat Cenedus, collect. 126. num. 3. de hac retractantes, sed ita præ cœteris, & post complures alios scripsit Salzed. ad Diaz. citato cap. 110. qui ita respondet in omnibus supra relatis tribus casibus, qui, & illum pœnitus excusari subnectit, qui dormiens, aut demens blasphemauerit, probat Viuius, decis. 275. dicendo, nu. 28. itidem, & ebrius ex omnium consensu, nisi sit semi ebrius, quem mitius puniri affirmat citatus Simanch. n. 50. & Albertin. tract. de, assert. Cathol. quæst. 36. Assuetus autem blasphemare non modo indignus censendus est excusatione aliqua ad minuendam pœnam, verum maius illius delictum reputandum vitium inhabitum conuertendo, & grauius propterea mulctandus veniat teste Lazario, quæst. 8. sub nu. 1. & concinit Barz. decis. Bonon. 135. nu. 7. & sub nu. 9. Thesaur. decis. 241. nu. 5. cum eò grauiora, quò pluries condonata, & iterata sint delicta per Glos. & Abb. in cap. 1. de cleric. percuss.

Quod verò ad forum attinet interius, memini de ebrio tetigisse Rub. 4. nu. 7. & hac rub. 11. cap. 23. num. 108. sed de illo, qui furore correptus, aut consuetudine adductus, si aliquas in Deos contumelias dixerint à peccato eos esse immunes, si inaduertenter, & inconsideratè, arbitrantur Lopez in sud instruct. casuum conscien. c. 51. vers. si blasphemia, p. 1. at ipse Sayri tripartitam amplexor distinctionẽ, quã ille profert in sua claui Regia lib. 6. c. 13. n. 6. eã ne te pigeat perlegere, quia fortasse placebit.

86 Sed si huiusmodi assuetus blasphemate ad pœnitentiæ Sacramentum accesserit, quid confessarium opor-

oporteat facere conſulat eundem Corradum in caſu 15.verſ.dicit,par.1. nam Sacerdotem Auricularium ſuperſedere debere in abſolutione, admonet, ſi per confeſſiones præmiſſas non reſipuerit, quamuis tunc emendam polliceatur, eo quod experiri debet per aliquot dies,necne re ipſa perficiat, & exequi cœperit, quod promiſit. Idem poſtmodum ſentijſſe Azzorium reperi in Inſtit. moralib. p.1.lib.9.cap.28.verſ.penult.quo quidem in capite, decem, & nouem proponit dubia ſuper hac materia blaſphemiæ,& illis affatim reſpondet,& ſatisfacit,in reliquis videto te Petrum Anton.Lazzar. poſtea typis datum in ſuo tractatu de blaſphemia, nec non Martham tract.de Iuriſdict. par.2.cap.13. Illud tamen,ne te exeat memoria, tàm immane, tamque horrendum eſſe,hoc crimen,vt quiuis blaſphemum denunciare teneatur, & accuſare, iuxtà textum, cum gloſ. in cap. ſi quis per capilium 23. quæſt.1.& Ioann.de Anania in cap.2.de maledic.ſi tamen aliorum teſtium aſſertione conuincere blaſphemantem valeat, vt ex Archid. & alijs, ſcribit relatus Marta,citato cap.13.ſub nu.8.

87 Audio ſciſcitari ſi blaſphemia ſit,dicere,*Potta de Dio*, quin, & à quibuſdam Iudicibus reuocatam fuiſſe ſententiam ſupremi cuiuſdam Tribunalis, dictum facinoroſum damnantis iuxta Pragm. ad triremes, audiui ex illa ratione, quod non ſit blaſphemia,ſed maledictum, ac propterea pœna arbitraria puniendum, ſcilicet exilij cenſuerunt; ideò cùm aliàs hoc ipſum accidiſſet,meque vir quidam eximius interrogaſſet,quid ſentirem,reſpondi, citra dubium eſſe blaſphemum; nam ita firmant Boer. deciſ. 301. Preſuppono Catald. de Boncomp.in tract. de ſindic. verſ. ſecus, tamen puto, ſub num. 105. Menoch. de arbitr. centur. 4. caſu 375. num. 17. Viuius deciſ. 388. Ioann.Dominicus, num. 1.Graff. deciſ. aureis, lib. 2. cap. 19. in lib.meo,ſub num.5.tandemque Barzius, ita deciſum atteſtans, in Senatu Bononienſi, deciſ. 135. ſuppetunt rationes multæ á prædictis relatæ, quin, & cum maior pars dictorum auctorum, verba faciat de talia proferente in B. Virginem, multó iuſtius,& cum ita cenſendum illa protulentem verba in Deum: cum enim illa dicuntur de Virgine, blaſphemia quippe eſt, ratione illa, quod nominatur membrum in Virgine, quòd eſſet turpè nominare in homine,quamuis nihil attribuatur, addendo,vel minuendo, nèc aliquid falſi de ea affirmetur, vt illic probat Barz.ſub num.5.& Finell.de caſib.reſeruatis,caſu 3.nu.8.& in Deo non illa tantum, ſed altera quoque vigeat,quod ei falsò attribuitur membrum, quo caret diuina natura, ob idque non immeritò ſcripſit Boſſ.in tit.de Inquiſit. num.130.nemini dubium eſſe, quin vituperosè loqui de Deo, Virgine Maria,& Sanctis,ſit blaſphemare, non ſecus ac,& Hoſt.in Sum.tit. de maledic. §. fin. col. 1. Alex.conſ.233.nu.3.& 11.vol.6.& Iaſ.in l. Prætor, la prima.§.iurari, nu.12. ff. de iure iuran. dixerunt blaſphemiam eſſe, quando turpia, vel ſcelerata verba in Deum, vel Virginem euomuntur, & Finell.loco citato inquit,blaſphemum eſſe nominantem membra Chriſti tanquam ignominioſa, quãuis talia membra nominantes explicitè nondicant illa eſſe ignominioſa in Chriſto, & in Sanctis; nam ex ratione dicendi, quam tenent, deducit ſatis apparere eos huiuſmodi membra nominare, tanquam ignominioſa.

Huc referenda eſt Theſaur.deſtinctio deciſ.memorata, num. 4. dum conſtituit differentiam ſi di-
88 catur ad corpus Dei. vel corpus Chriſti, aitque, quod quamuis vtraque videatur aliquo modo blaſphemia, & irreuerentia, tamen prior magis ſcandaloſa eſt; cum poſſit recipere non tantum ſenſum irreuerentiæ, quatenus intelligatur de Deo, ideſt diuina perſona filij Dei Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri; quam etiam hæreſis, & blaſphæmiæ intelligendo de diuina natura,quæ corpus non habet ſulcitur doctrina Anan.in c.2.ſub nu. 13. de Maledic. ex quibus infero ego, & duas conſtituo aſſertiones, alteram,quod ſi ita eſt,dicendo, *al corpo di Dio*, & tamen corpus Dei non eſt membrum pudibundum, longe magis id ipſum dicendum eſt in propoſito caſu,dicendo *potta di Dio*,tùm quia caret, ſiue intelligeretur de diuina perſona filij, ſiue de diuina natura,tùm quia membrum eſt pudibundum quo caſu ratione ignominię,& quia videtur in contemptum dici; conſentiunt omnes maximè addacti auctores, blaſphemiam eſſe, quamuis diceretur de aliqua ſancta, & ſancto, cui non tribueretur, quo caruiſſent; quinimmo blaſphemiam hæreticalem importare dicta verba, *potta di Dio*, concludit Viu.deciſ.388.propè finem. Alteram,quod per illa verba, *al corpo di Chriſto*, blaſphematur, quamuis,neque membrum ſit pudibundum, neq; illi, quod falſi tribuatur, cum diuina perſona filij, verùm aſſumpſerit corpus humanum, ex quo non licet,ita iurare, & dicere in perſona Chriſti per doctrinam Boer.ead.deciſ.ſub nu.1. Theſaur. eodem loco, præſertim in verſ. Item ſi dicatur ſub num. 3. & Anan.citato, num.13. inhærent Azzor. Gregor. de Valent.diſput. 1. quæſt. 13. punctu 1. in fine penult.verſ. tom. 3. Suarez. tract. de Religion. tit.de Irreligioſitate, cap. 5. nu. 8. quos inſequitur Lazzar.queſt.2.nu.12. verum altera ratione illa, quod veritas de Chriſto enunciata,quamuis non de re,& membro turpi,blaſphemia eſt, ſi per contemptum,& contumelioſè proferatur, prout creditur in hoc caſu, maximè ſi ea concurrant, quæ Theſaur.ead.deciſ.241.ſub nu. 2. præmiſſa diſtinctione ſcribit, & quatenus fateri vellemus hoc eſſe maledictum,quod prorſus inficiatur,quid inde? affirmare forſan nõ eſſe blaſphemiam erroneum; tum ex prædictis,tùm quia blaſphemia,græca vox
89 eſt,latinè autem dicitur maledictum, & quia blaſphemia prout dicitur maledictum, latius eſt nomen, quàm ſi propriè ſumatur, teſte Finell. dicto caſu 3.nu.1.quod idem per diuerſa verba, inſinuat Sebaſt.Medic.in ſumm.peccat.par.1.tit.4.quæſt.67 dum auctoritate Angel. Syluestr. & aliorum fatetur,maledictum largè ſumptum comprehendere blaſphemiam,atque ita ſumi in his terminis,addit, & in cap. 2. de maledic. quamuis theſaur. in verſ. ſed quod etiam, ſub nu. 6. videatur conſtituere differentiam inter blaſphemiam,& maledictum,& in hoc poſteriori caſu minuendam eſſe pœnam.Tandemque ſi quid diſtinctum ab ipſa blaſphemia admitteremus eſſe maledictum,nonné ita illud quoque reperitur vetitum, non ſolum indicato, cap.2.

verùm

verùm à Pragm. Regni, & eadem inflicta pœna,
quæ, & pro blaſphæmia? legantur quæſo verba ci-
tatæ Pragmaticæ 3. de blaſphæm. & hanc citra du-
bium, veram eſſe reſolutionem, etiam attento Iure
Regni, ex illis verbis deducet quiſquam, eaq; ſunt
ſi quis igitur omnipotenti Deo, aut matri Domini
noſtri Ieſu Chriſti, aut alicui Sanctorum, atque
Sanctarum Dei maledixerit, aut in eos blaſphæ-
mans extiterit, &c.
90 Illa etiam verba, *nè rincreſca Dio*, quibus ſenex
quidam, & noſtræ domus antiquus familiaris vti ſo-
lebat, & à me continuè monitus, non continere
blaſphæmiam replicabat, nec illa ex animo profer-
re, ſed inaduertenter; vt igitur amici animæ pro-
deſſem, nolui labori parcere, & Graffium reperi in
deciſ. aureis, lib. 2. cap. 19. in lib. meo, ſub nu. 11. in
hac ſpecie annuentem, blaſphæmiam eſſe, ſufful-
tum doctrina Couar. in cap. quamuis, par, 1. §. 7.
verſ. quinto, ſub nu. 9. de pact. in 6. & Gram. deciſ.
50. qui præterea ita deciſum in Regio Conſilio ad-
iungit: neque excuſationis cauſa tueri poterat, ſtan-
te conſuetudine, proferendi talia verba, & dum ex-
perientia comperiebatur ſe toties reincidere in il-
lam, quoties caſus eueniebat, conſtabat, quod mini-
mè dabat operam, vt præcaueret, & abſtineret in
futurum; quo caſu nullius erit momenti excuſa-
tio illa, idquè patet ex relatis à me ipſo verſ. ſed qui
ioco, euidentiuſque Finelli dicto, caſu 2. verbo bla-
ſphæmia, ſub num. 25. Immò citius aduerſabatur,
ob ſuſpitionem hæreſis, quam deduci, ex aſſidua
conſuetudine blaſphemandi ſcribunt Caſtrus, &
Simanch. relati, & commendati á Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 5. præſump. 6. nu. 29. quorum ſententiam
explicandam reor in blaſphæmia non hæreticali,
cum in hæreticali, ſuaptè natura cadat talis præ-
ſumptio: adhúc nulla concurrente conſuetudine,
& iteratione, ex notatis in verſ. & cum de his blaſ-
phæmiis; Quin ratione talis conſuetudinis blaſphæ-
mans, poſtquam fuerit monitus reputetur hæreti-
cus, ſentiunt Afflict. Nicolaus Arelat. & alij, quos
citat Farinac. quæſt. 181. ſub nu. 38. licet ipſe rece-
dat, & prædictam Menochij admittat ſententiam,
quod ſit ſuſpectus, cum ipſe vtramque arbitrer ve-
ram reſolutionem; Menoch. ſcilicet ſi non fuit
monitus, Affl. verò, & aliorum, cum monitus non
reſipiſcit.

Alia autem perplura exempla, verbaque præ-
portantia blaſphæmiam minutatim recenſet cita-
tus Lazzarius, ead. quæſt. 2. poterit eius dicta per-
currere, qui in occurrentibus caſibus indigebit.

Cum tandem blaſphemum pœnituit, poſſit nè
poſtea in exteriori foro pœna aliqua caſtigari?
examinat copiosè Paulus Raynutius theorem. 5. à
nu. 14. ſcilicet, vbi ſua confeſſus eſt peccata, & abſo-
lutionem conſequtus eſt à Sacerdote auriculario,
poſſit nè amplius moleſtari, & puniri? & quidem
poſt Bar. conſ. 167. extricat Auiles in lib. Prætorum
cap. 25. gloſ. 1. a nu. 10.

Cœterum expediret maximè, ſuperſtitionis tra-
ctatulum adiungere, qui tamen ſerò in memoriam
redit, vt rem ipſam eò, quo deceret Methodo ex-
plicare poſſe non confidam, tùm quia volumen
iſtud in biduo conſignare teneor Bipliopolę, vt im-
primi in promiſſo tempore faciat, tùm quia in
ea tempora in eosq; homines incidimus, qui iſthæc
nefaria, vſu quodammodo frequenti perpetrant;
quare diligentiori examine oporteret inueſtigare,
& minutatim omnia huc ſpectantia perquirere:
91 relego, itaque lectorem ad ſcripta per D. Thom.
2. 2. quæſt. 92. Toletum lib. 4. Inſtruct. Sacerdot.
cap. 14. Vgolin. in tract. de cenſur. Summ. Pontif.
reſeruat, par. 2. §. 2. omneſque Summiſtas in verbo
ſuperſtitio, atque Suarez copioſiſſimè in tract. de
Religione, tract. 3. lib. 2, decem, & nouem capitibus
hanc materiam fuſiſſimè explanantem, & præter
alios in diſcurſu citandos ad eos omnes Doctores
relego, & quidem innumeros, quos Cenedus no-
uiſſimè viſus coacervat collect. 11. ad ſextum.

Aliqua igitur, & quam ſtrictius potero exarabo,
92 at primitus, quod illa non aliud eſt, quam ſenten-
tia contra fidem ratione adinuentionis, quaſi ſu-
perflua inſtitutio, ita Arnald. Albert. in rub. de hæ-
ret. in 6. quæſt. 11. nu. 1. verſ. ſuperſtitio, & nu. 3. eod.
verbo ſuperſtitio, ſic autem teſte Iſidoro, in lib. 8.
orig. cap. 3. dicitur, quia ſuperflua, aut ſuperſtatuta
obſeruatio; alios autem alias, & diſſentientes eti-
mologias ſcribentes, refert Martinus delrius in
lib. 1. diſquiſit. Magic. cap. 1. part. 1. quo in loco ſu-
perſtitionem omnem Chriſtianis in malam ſumi
partem adnectit, quin, & ſuperſtitionem falſi cultus
eſſe, ex Lactantij dicto deducit, eamque tamen fal-
ſitatem non ex vno oriri fonte (vt idem Lactan-
tius putabat) ſed ex duobus probans; nec non
Tolet. memorato, lib. 4. Inſtruct. cap. 14. cum ſcili-
cet, id pro Deo colitur, quod Deus non eſt, ſicquè
verus exhibetur cultus non tamen Deo: & noſtra-
tes ſuperſtitionem falſi cultus nominant. Alter
verò eſt, ſi cui debetur, exhibeatur; verum non eo
modo, quo exhibendus eſt, & Thæologi indebiti
cultus ſuperſtitionem vocant, eo quod non qualis
debetur. Prior generali nomine idololatria voca-
tur, quia quicquid cùm non ſit Deus, vel Deus
adoratur, Idolum nominatur, iuxta illud Paral. 16.
Omnes Dij populorum, Idola, hoc eſt vanitas, &
inania. Poſterior verò nomen ſuum retinet; illa
capitalis omnino eſt, hæc verò ſæpè lethalis, ſem-
perquè noxia, ideoque propoſitionem illam, nè ſu-
perſtitio ſit peccatum, iuſtè reſpuit Griſal. in deciſ.
fidei Cattholicæ, verbo ſuperſtitio, deciſ. 1. & miſſa
pro nunc faciendo, quæ ad poſtremam pertinent
de indebito cultu, ſermo á nobis inſtituitur de
priori, ſcilicet falſi tantum cultus ſuperſtitione,
93 quem in duas findi ſpecies, idem Martinus aſſerit,
expreſſam vnam, tacitam verò alteram, ſiue impli-
citam, eſſe inquiens; noſq; ad inſtar illius priorem
ſilentio inuoluentes, ad ſecundam deflectimus, cu-
ius, & quinque eſſe ſpecies citatus Tolet. edocet
Idololatriam nempé, magiam, diuinationem, va-
nam obſeruantiam, & maleficium.

De quibus omnibus, nec fari in præſentia inten-
dimus, contenti aliqua ad quatuor tantum, nempè
ad magiam, diuinationem, vanam obſeruantiam,
& maleficium ſpectantia congerere; cum Italicæ
94 genti idololatria ferè ignota ſit: magia, itaq; dicitur
cum extraordinarij, & miri effectus cognitio, vel
operatio quæritur, cum verò res futuras quis co-
gnoſcere nititur, vel etiam præteritas, aut præſentes
ſed occultas, & occluſas, diuinatio nominatur, eiuſ-
modi conatus, quod deſiderat inſtrui, & iuua-
ri non vt proſit, ſed noceat alijs, aut vltionem ſu-
mat.

mat, ſcelus iſtud appellatur maleficium; vana autem obſeruatio, cum prædictis aliqua vana additur circumſtantia ex relatis inferius.

Ipſius Magiæ definitionem, diuiſionem, miramque nominum varietatem aſtruit idem Delrius, cap.2.capite autem 3.quæſt.4.an ſolo conatu, afflatu, viſu, voce, oſculo, vel nudi lintei applicatione vulnera, vel morbos ſanari, & alia huiuſmodi mira, perfici naturaliter poſſint, inquirit, longoque themate extricat, negatque; & cap.4. quæſt. 1. excogitat ſi characterum vis, anulorum ſigillorum, & imaginum ſit, qualem magi contendunt, & varias poſt recenſitas ſententias, nullam his omnibus vim ineſſe probat, quæſt.vero 2. an numeris magicis vis vlla inſit? & quæſt. 3. An verbis, & incantationibus vis inſit aliqua ſanandi morbos, aut alia mirifica perficiendi, & nullam, tum naturalem, tùm ſupernaturalem vim operandi continere numerum, qua numerus eſt; At nulla quoque vocabula vim habere naturalem vulnera, vel morbos ſanandi, aut noxias alias depellendi affirmat, optimeque tutatur, vulpiani inſuper fauet auctoritas negantis incantationes, medicinis annumerandas in l.1.in princ.ff.de var.& extraord.cognit.Prædictorum autem multa ſcripſerat Tolet. indicato, cap. 14.verſ.Altera ſpecies eſt Magia, Suarez dicto lib. 2.cap.15.tract. 3. de Religion. ex quorum aſſertionibus conſequitur, rectè me reſpondiſſe hoc manè, quòd qui ferro aliquo vteretur, enſe ſcilicet, pugione, aut ſimili, alterius ſanguine intincto, quia hominem interfeciſſet, illudque ſubtus puluinar, ceruical, aut aliud quodpiam, quo dormientium capita, ſiue vir, & vxor ij ſint, ſiue alij, innituntur, poſſuiſſet ad repellendum odium, antea enatum, captandumque amorem, conciliandamque beneuolentiam, non effugeret eiuſmodi criminis, maculam, pœnamque.

Alterius ſcilicet diuinatiuæ ſuperſtitionis meminiſſe ſit ſatis, eo quod de ea re copiosè ſcripſit memoratus Suarez, eod.lib.2.cap.7. cum alijs multis poſtmodum adiunctis, atque Gregor.de Valentia, diſput.6.q.12.punctu 1.iunctis tribus, ſeq. tom. 3.necnon Azzor.lib.9.inſtit.moral.cap.22.Quo in loco potiſſimum enarrat complura exempla, quibus fortuitorum dictorum, factorumque hominum obſeruatione contigiſſe oſtendit, vt aliqua futura diuinauerint; iſtud quippe, eſt crimen illud,
95 quod noſtrates appellant ſortilegium; patrantes verò ſortilegos, quo vocabulo propriè accepto, qui per ſortes diuinationis ſcientiam profitentur, ſortilegi dicuntur, cap.ſortilegi, 26.quæſt.1. ſi tamen communi eorum nomine, veniant, quæcumque diuinationes, ex tit. de ſortileg. deducit, & monet Finell.de caſib.reſeruat.caſu 2. ſub nu. 1. maximè verò ex text.in cap.1.& apertius per Hoſtienſem in ſum.illo tit.§. Quot ſint ſpecies, vbi ſortium, & diuinationis ſpecies miſcuit, nec non Angel.in verbo ſors, nu.3.pro eodem accipit ſortilegium, & diuinationem, vt propterea ſortilegos dici affirmare debeamus, non ſolum, qui per ſortes, ſed quocumque modo futura diuinant.

96 Omnis autem diuinatio, abſq; dæmonum operatione non fit, ex D.Thom.2.2.quæſt. 95. artic.2. ſcilicet, vel quia expreſsè, vel tacitè inuocatur, vt ille ſubdit, eiuſq; veſtigia inſectatur, & vtiliter, quippè, complurá in hac materia declarando, citatus Finell. quorum notitiam haberi expediet plurimum ad coercendos eiuſmodi facinoroſos, qui præterea. nu. 8. dubium illud in medium profert,
97 ſatis euidens, cur aliqui ordinarij ſortilegium ſibi retineant cum expreſſa dæmonis inuocatione, ſi talia manifeſtam ſapiant hæreſim, & huiuſmodi agentes, tanquam hæretici ſint puniendi; Hæreſis autem ſit Papæ reſeruata in 1.capite Bullæ. Verùm reſpondit ſupponens axioma illud, quod hæreſis eſt error in intellectu, qui ſi abſit, quantumuis opus ſit prohibitum, non erit hæreſis Alphonſ. à Caſtro de hæret. lib. 1. cap. 1. Canus in ſuis locis Thæologiæ, lib.12.cap.9.verſ.illud porro teſtimonium, tametſi (quia factum ſuaptè natura malum, præſumitur mala intentione factum l.1.C.ad leg. Cornel. de Siccar, l.ſi non conuicij, C. de iniur. & cap. 1. de præſumpt. & illic gloſ. final.) præſumptione iuris hæreſis dicatur, & conſequtiuè, iſthæc manifeſtam hæreſim ſapiant præſumptione Iuris, quamuis re vera non ſapiant, & conſequitur non compræhendi ſub capite bullæ, quia abeſt hæreſis, quamuis ſapiat hæreſim, & tunc contineatur ſub caſu reſeruato, quod præſertim dilucidius ſcribit ipſe Finell.verſ.quicunque ſub nu.16.quare dubito à veritate nitatur diſtinctio Farinacc. quæſt. 20.nu. 79.latius explicata, quæſt. 181. quod ſortilegia alia ſunt hæreticalia, alia verò non hæreticalia, potiſſimum, quia, nu.50.volens non hæreticalia declarare, ſupponit eſſe illa, in quibus Demon quidem inuocatur, ſed ad faciendum, & cognoſcendum ea, quæ ipſe facere, & cognoſcere; poteſt diuina virtute non reprimente, prout eſt illud, homines ad peccata, & libidines tentare. Hoc (ni fallimur) nihil ad diuinatiuam (de qua agimus) ſpectat, & conſequenter ad ſortilegium, illud idem ſignificans, quod diuinatio; tanto magis, quod D. Thom. citata, quæſt.95.artic.2.verſ.ſed contra, & Caet.art.4.
98 verſ.Amplius, inquiunt, quod exquirere cognitionem futurorum á demonibus, non ſolum eſt peccatum propter hoc, quod ipſi futura non cognoſcunt, ſed propter ſocietatem, cum eis initam, expreſſe quidem per inuocationem, tacitè veró per opus, cui merito demon ſe immiſcet; ſupponere itaque actum continentem ſocietatem initam cum demone, & abſtrahere illum ab hæreſi, ita quod non ſit hæreticalis, abſurdum mihi videtur, maximé quod vno tantum ex tribus modis contingere poteſt, inuocatio demonum, quos Eymer.ſcribit in 2.part.q.43.& illic Pegna comment.68.verſ. inuocantes; qui in omnibus illis caſibus inuocantem ſupponit hæreticum, quin, & in ſpecie poſita per Farinacc.de incitando ad peccatum, & hunc à manifeſta hæreſi excludunt illic Pegna, verſ.dæmones, & Lucern.inquiſit.verbo dæmones, num. 2. Quòd verò tacitam non præferant, non negat, etiam eo in caſu Farinacc.non igitur mirum, ſi illorum aliqua ſapere manifeſtam hæreſim, alia verò non manifeſtam ſcripſerunt Repert. Inquiſ. in verbo Hæreſis, verſ.ſapere hæreſim, & verſ.Item eſt notandum in fine; & ſcuillacen. in tract. de fide Catthol. cap. 12.nu. 2. quæ autem ſint, quæ ſapiant manifeſtam hæreſim, Illemet Farinacc.ead.quæſt.181. enarrat à nu. 94. Admittimus tamen ipſum Farinac.multa complecti ſub ſortilegorum vocabulo, quæ ab illo

ſtrictè

strictè sumpto (vt nos accepimus) prorsus seiungi debere arbitramur.

Ad vanam nunc deflectens obseruationem, omittens illius definitionem, & diuisiones, tanquám validè explicatas ab ipsomet Delrio, lib. 3. par. 2. quæst. 1. illud tantum, & vtilius recolo. Vn-
99 de dignosci queat, quando sit huiusmodi vana obseruantia, & vt ille addit, quæst. 4. sect. 1. dicendum est primo, si constet, quod effectus superest naturæ vires, tunc attendere oporteat, an per sacram scripturam, vel Ecclesiæ definitionem, vel approbatam ab ea traditionem effectus iste Deo tribuatur; siue constet effectum hunc esse diuinum nam si nihil horum reperitur, non nisi pacto cum dæmone inito tribuendus esset huiusmodi effectus: quin, & vbi constat, vel à Deo, vel à natura tribui, quamuis ex parte effectus, nequeat esse vana obseruantia, potest tamen esse talis, ratione alicuius vitiosæ circumstantiæ. Huic rei exempla adiungo, cilicij, disciplinæ, ieiunijque: hæc quia corpus affligunt; & macerant, virtute fulciuntur ad coercendum concupiscentias carnales, ex viribus carnis, & corporis habitu nimis læto, pullulantes, sed si eis addas circumstantias aliquas ridiculas, & ad hoc à natura, Deo, vel Ecclesia, non ordinatas; veluti certam horam, definitum numerum, quem nèc excedere, nèc minuere liceat, vel præsentiam certarum personarum, vel, vt fiant illa, vel illa manu, flagro serico, alijsque huiusmodi, erit sanè vana obseruantia; ex his itaque Regulis dignosci vana obseruantia facilé poterit. Hùc referenda sunt exempla multa, & longo sermone per multas sectiones ab eodem Delrio recensita. Ipse veró ad ea tantum animum appuli meum, quæ sect. 5. & 6. ille enarrat; scilicet superstitionem temporariorum, cum dies, horas, menses, & annos obseruant, aliqui ad directionem negotiorum suorum, non quidem, si ea faciant naturali permoti obseruatione, motus, & influentiæ cœlestis, cum certis temporibus vis maior sit, (nempè in herbis) & efficacior, quin, & in lignis, quæ minus obnoxia sunt corruptioni; imò aptiora ad vsum, sed cum obseruaretur certus, vnus hebdomadæ, vel mensis dies tantum, vel certa diei hora, qua talis hora, vel dies est, vel adderentur circumstantiæ inutiles, aut orationes non approbatæ, tunc namque procedit text. in cap. non obseruetis 36. quæst. 7. dicens non obseruetis dies, quæ dicuntur Aegyptiaci, aut Calendas Ianuarij, in quibus Cantilenæ quædam, & comessationes, & ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni boni fati augurio; aut aliquos menses, aut tempora, aut dies, & annos, aut lunæ, solisque cursum, &c. extat insuper text. in cap. quis æstimaret, ead. causa, & quæst. cuius verba sunt, quis æstimaret, quam magnum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos, & tempora (sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, siue annis volunt, & nolunt aliquid incohare, eò quod secundùm vanas doctrinas hominum, fausta, vel infausta existiment tempora) nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus? Hactenus verba text. imó, & Anathema pronunciantur à Zacharia Papa in Concilio Romano, cap. 9. rescripto in cap. si quis Calendas 26. quæst. 7. Zachar. in Synod. Roman. cap. 9. Burthard. lib. 10. cap. 16. demumque Anton. August. in Epitom. veteris Iuris Pontif. lib. 37. tit. 6. cap. 1. par. 3. vt admirari liceat, Christi colas, calendas Ianuarias, ita colentes, & strenas dantes; nisi dicamus id non eos facere ritu paganorum, improbato in dicto cap. si quis, neque vt omen certum prosperi euentus, quod esset mortale; nequè minus, vt in certum omen, vel augurium, quod esset veniale, sed animi tantum causa, vel amicitiæ conseruandæ, pro eorum consuetudine, quando nullum est peccatum; Imò si facerent in honorem circumcisionis Domini, quam tunc celebrat Ecclesia, mererentur insuper coram Deo, vt ipse Delrius asserit sect. 5. consequitur præterea ex recensitorum textuum dictis, rectè sentijsse Petrum Binsfeldium suffraganeum Treuirensem in tract. de confess. malefic. & sagarum in tertia causa dispositiua ad maleficium; cum dixit huius generis esse obseruantes certas festiuitates; vt conuersioni B. Pauli, Vincentij, Vrbani, vel aliorum, quibus si pluat, vel cœlum serenum sit, sibi spondent serenitatem, vel fertilitatem, vini copiam, aut inopiam, aut continuatam per tot dies pluuiam, vnde, & superstitiosos esse versus illos, quorum Princeps est.

Clara dies, Pauli, bona tempora denotat anni.

Item qui obseruant aliquos dies, vt infaustos, vel vt faustos ad iter, aut ad rem aliquam inchoandum, & consequtiue, quod Hispani dicunt, de martes, non partes.

Hùc spectant consuetudines aliquarum Regionum, in quibus, á precantibus, vel quidpiam desiderantibus, aliquæ adhibentur circumstantiæ; alicubi enim iumentis aperitur vena certo die alicui sancto dedicato, aut herba in die S. Ioann. Baptistæ eligitur, aut ante ortum solis, quod illicitum esse, post Martinum de Arles, in tract. de superst. nu. 8. scribit Nauarr. in Manuali, cap. 11. nu. 36. Item quod circa templum D. Antonij nouies circumducuntur iumenta, aut aliud in Italia (teste Caetano ad D. Thom. 2. 2. quæst. 96. art. 4.) vsitatum, ex primo nummo oblato imagini Crucifixi in Parasceue, facere annulum pro depellendo morbo contractionis membrorum. Has enim consuetudines, improbandas esse, actusque prædictos superstitionem continere, monet Gregor. de Valent. super 2. 2. D. Thom. disput. 6. quæst. 13. punctu 2. vers. ex quo patet, tom. 3. Addit autem, quandoque exercentem excusari, si eiusmodi circumstantias adhiberet tantum, vt se ipse magis excitaret ad intente precandum, propter præsentiam rerum suarum, circa templum Sancti, vel etiam propter diē, Sancto dedicatum, vel propter memoriam Crucifixi, &c. vbi alia non contemnenda adiungit, & ipse insequtus Galetum in sua Margarita casuum consc. verbo superstitio in fine, cauendam semper esse, moneo obseruationem dierum, horarum, & circumstantiarum omnium, quæ se habent impertinenter ad effectum, qui intenditur obtineri quorū perplura recenset exempla Mart. Delrius disquisit. Magic. lib. 3. par. 2. q. 4. sect. 3. qui alibi eas nominat circumstātias ridiculas; eas scilicet, quarum effectū (dixi post initium præsentis, nu. 99) virtutem à Deo vel à natura minime tribui. Et quia de amuletis, quoque subcinit sermonem idem Delrius, lib. 1, par. 1.

par. 1. cap. 3. quæſt. 4. quæque ſunt cuncta remedij genera aduerſus omnia mala medicamenta, præſertim veneficia, alleganturque maximè pueris; & cum ſtatuat concluſionem, nè Amuleta huiuſmodi, quæ collo dependent, vim vllam obtineant naturalem, ratione verborum characterum, vel figuræ, vel conſtellationis, ſed dumtaxat ratione materiæ, ſi qua huic antipathiæ, vel ſimpathiæ vis naturalis inſit; aduertendum tamen non eſſe propterea inferendum ad reliquias Sanctorum, & Agnos illos ad hoc à ſolo Papa quotannis benedictos, & ſic credere, illas, agnoſque de collo ſuſpenſos, non licere deferre, cum, & pium, & ſanctum ſit reuerentiæ cauſa, Sanctorum reliquias, cæreas agni Dei effigies, quin, & Euangelium Sancti Ioannis, Pſalmum Dauidis, & ſimilia Sacræ Scripturæ teſtimonia, ſecum geſtare appenſa: erit tamen, qui inde oritur effectus ſupernaturalis Dei beneficentiæ aſcribendus; iſta autem, quamuis non adductus cauſa, ſed altera reuerentiæ præſtanda reliquijs, quamuis improbet ſacrarum reliquiarum ad collum geſtationem Ceruelus Darocenſis lib. de ſuperſt. cap. 4. par. 3. & dicat reliquias Sanctorum in templis honorificè ſeruari, & honorari debere, non è priuatis appenſas collo geſtari; impugnat profectò antiquam virorum valdè Sanctorum conſuetudinem, quam probare tanquam rem notam, haud opus eſt, maximè quod patens comprobat D. Tho. locus 2. 2. q. 96. art. 4. Maldonat. in cap. 1. ſuper Ioan. tandemque Nauar. cap. 11. ſub nu. 35. niſi adiunctis vanis circumſtantijs, exemplis compluribus declaratis per eundem Delrium lib. 3. part. 2. quæſt. 4. ſect. 3. eumdemque Nauarr. à nu. 34. ligaturis autem vti, aut alijs quibuſuis, quas vel vſus Eccleſiæ Catholicæ, vel probrum medicorum ars non commendat, eſt ſemper, & omnino prohibitum.

100 De maleficio tandem, quia perſunctoriè agunt malleus maleficarum, part. 2. & 3. Petrus Binſeldius ſuffraganeus Treuirenſis in tractat. de confeſſ. malefic. & Sagar. dictuſque Martinus Delrius eodem tractat. diſquiſit. magicarum, tomo 2. ipſe longo interiecto ſermone ſcribere vereor, ſed pauca quædam ex eorum citius ſcaturientia fontibus. Huius maleficij nomen ſumimus non pro damno, ſeu peccato quouis, ſed pro ſigno, effectuuè magico, atque ſuperſtitioſo, quo qui vtitur maleficus dicitur, in Rub. C. de malefic. qui vèro læditur maleficiatus appellatur in rub. decret. de frigid. & malefic. illius deſcriptionem, tradit Delrius in quæſt. primæ initio, atque maleficium eſt magiæ ſpecies, qua quis ope dæmonis alteri damnum parat: ſubdit varias efficientes cauſas, ſeu inſtrumenta maleficij, de puluicribus, de herbis, feſtucis, & ſimilibus; quæ ſubſternunt de vnguentis, de habitu, ſeu afflatu, de verbis, minis, increpatione, laude, rebus ſacris, vt aqua luſtrali, vi aperta, infanticidijs, de ſanguinis ſuctione, de ſtrigibus, & alijs, ipſeque nonnulla experimento comperta de maleficio ligaminis, memini retuliſſe, hac Rubr. cap. 17. à num. 191. & nunc fretus cumulatis à Petro Binſeldio in 2. par. ſui mal lei maleficar. atque Gregor. de Valentia relata q. 13

101 punctu 4. admoneo, quinque eſſe ſtatuenda capita ad cognitionem, & punitionem tanti facinoris pernecesſaria, Primum nempè ad inueſtigandum modos, quibus inſtitui oporteat inquiſitionem circa maleficium; Alterum ad cognoſcendum maleficium, tertium ad ſciendum indicia, & præſumptiones validas, vt ille vinculis mancipetur, ac torturæ ſupponatur, qui eo crimine fuerit innodatus; Quartum ad habendam notitiam, quãdo perſonas maleficas, deferre, deuincire, ac punire liceat; Poſtremum verò ad ſciendum, quis ſit ſeruandus modus in hac ipſa cauſa; Quorum quippe meminit citatus Valentia, quin de eis prolixè agit eodem punctu 4. quinque diſtinctis §§. Quomodo verò, & in quibus diſtinguatur ab incantatione, inſtruit Finellius de caſibus reſeruat. caſu 2. 6. maleficium, qui incantationis vocem generaliorem eſſe altera maleficij, & plura complecti affirmat, nu. 3.

102 Huius ſuperſtitioſi criminis, ita generatim ſumpti, ſi quæratur quis ſit Iudex, diſtinguendum puto vt rectè reſpondeam, vel enim hæſitatur, qui ſit reſpectu inquiſitoris, & Epiſcopi, & non breuiloquo ſermone enodat malleus maleficarum in 3. p. in introductoria enarratione, & Simanch. de Catthol. inſtit. tit. 37. nu. 13, vel reſpectu Eccleſiaſtici, & ſæcularis Iudicis, & præter antedictos auctores ſcribunt Cened. in collect. 21. ad decret. nu. 6. Bouad. in Polit. lib. 2. cap. 17. nu. 74. in tex. & in gloſ. lit. M. tomo 1. Villadieg. etiam in Polit. cap. 5. nu. 37. & 38. Farinacc. q. 8. nu. 133. Suar. in cap. vlt. nu. 23. eiuſd. lib. 2. demumq; Trid. Sinod. in decreto de obſeruand. & euitan. in celebrat. miſſar. ſeſſ. 22. & ipſe explanare vellem, ſpecies ipſas omnes ſuperſtitionis diſtinguendo, ſimbriaſque dilatando, ſi tempora paterentur, vt potius ſilentio inuoluere cenſuerim, non ſecus ac, & alia multa in contingentibus materijs præterij, nè tot incaſſum ſuſos patiar labores, ſi illorum intuitu volumen iſtud prælo ſubdi impediretur, quam ob cauſam occluſa ſcrinia detinent alia plura, & quippè vtillima mea opuſcula.

Pœnam verò retulerunt malleus indicato loco, clarus §. hæreſis in fine, & abundantius Delrius p. 3. lib. 5. ſect. 16.

Quia verò, quas licet erogare, & recipere expenſas in cauſa hæreſis, difficulter apud Doctores repe-

103 riretur, cenſui inſerere decretum Apoſt. videlicet.

Decretum Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis Papæ VIII. In cognoſcendis expediendiſque cauſis, ad Sanctam Inquiſitionem ſpectantibus, obſeruandum.

Sanctiſſimus Dominus noſter, volens, ac intendens prouidere, vt cauſæ, & negocia quouis modo ſpectantia ad ſanctam inquiſitionem, cognoſcantur, & expediantur omni, qua decet integritate, amotis quibuſuis ſordibus, ac pecuniarijs ſolutionibus: Statuit, & decreuit, vt in poſterum omnes Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ac quiuis Eccleſiarum Prælati, ſeu inferiores ordinarij, eorumque Vicarij, & officiales in cauſis, & negocijs ſancti Officij pro examine teſtium, ſeu principalium reorũ, pro ſportulis ſententiarum, pro quouis decreto, ſeu actu, ſeu quacunq; expeditione, nihil omnino exigant, & recipiant, etiam à ſponte dantibus, ſed gratis omnia expediant. Ac eorum Secretarij, Cancellarij, & Notarij pro ſcripturis proceſſiuum informatiuorum, ſeu repetitionis teſtium Fiſci, quas mittunt ad ſanctam, & vniuerſalem Inquiſitionem Romanam, nihil penitus exigant, ſed gratis illas

mittant. Insuper mandauit omnibus supradictis, eorumq; Vicarijs, & officialibus, vt cum aliquid eis significatur, nomine supradictę Inquisitionis, quam primum litteris rescribant, & negotia iniuncta exequutioni demandent, & hoc Decretum, tam ipsi Prælati inuiolabiliter obseruent, quam ab alijs obseruari curent, & eius exemplaria in eorum Cancellarijs affixa retineri (vt omnibus notescat) & in Archiuijs registrari faciant, sub pœna indignationis Sanctissimi Domini Nostri, & alijs arbitrio Sanctitatis suæ infligendis.

Præsens Decretum factum fuit in generali congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico apud Sanctum Petrum, coram supradicto Sanctissimo Domino nostro, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus, nonis Ianuarij Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi milesimo sexcentesimo primo.

In alijs verò causis, maximè in foro Ecclesiastico versantibus, quæ sint á Iure permissæ expensæ,
104 vtile plurimum esset, si minutatim adiungerem; nisi à solita tractatione, huius potissimum capitis, elongarer nimium; quare cauendum duxi, tametsi pauca quædam, eaque coactus, ac subleuandi causa pauperes subditos, referre censuerim. Constituendo Primum genericam conclusionem, præmissa distinctione inter ordinarium, & delegatum, vt ille si in alium locum, migret suæ iurisdictionis, salarium non exigat. vtique verò delegatus, vt probat Antonius de Nigris super clemen. posita post suos commentarios ad cap. Regni verbo Priuilegio, num. 59. & Gratianus, tom. 1. Disceptat. Forens. capit. 57. consuetudine tamen obtentum esse, vt ordinarius etiam recipiat, probat idem Niger, nu. 60. quin, & Iuris quoque sanctione attenta, si Episcopus aliò vadat consecrandæ Ecclesiæ causa, adipiscatur salarium docet Butr. in cap. proposui-
105 sti, de consecrat. Eccles. vel altar. Mandos. consil. 8. sub num. 13. idemque Gratian. num. 15. Itidem ab vniuersitatibus in quas confirmationis Sacramentum administraturus commearet, & punctualem reperi doctrinam quæ postmodum memoria excidit, tandemque visitaturus, idque
106 præter canones multos, Sancta Tridentin. Synod. indulget. in cap. 3. session. 24. de reformat. arbitratui eorum, qui visitantur remittens, vel soluere, quod erat consuetum in pecunia, vel ministrare victualia, quin, & eos omni anno variare posse, docent Ioann. Andr. Gemin. & alij in capit. Fælicis de censib. in 6. Soccin. tractat. de visitat. lib. 11. quæst. 6. nec non Genuens. insigni, tùm doctrina, tùm Religione callens, in sua Praxi, capit. 21. num. 7. cum autem victualia suppeditantur, quæ in ipsorum visitatorum, eorumue famulorum mensa supersunt, non licet proprijs vsibus applicare, atque in proprium portare domum, at pauperibus eiusdem loci eroganda veniunt, ita commonente Soccino eadem quæst. 6. num. 30. eodemque Gratian. num. 19. subijciente, neque licere visitatione durante, munera recipere, etiam esculenta, & poculenta, ad propriam tamen deferenda domum, quamuis annuat pro mensa eiusdem loci, fultus auctoritate Gemin. in cap. 1. §. procurationes, num. 7. de censib. in 6. quod tamen restringendum omnino arbitror, in eo tantum casu procedere, quo alimenta recipit, nam si pecuniam, nullatenus licere esculenta, & poculenta recipere existimo, nam ita, & pecuniam, & alimenta haberet, quod à quibusdam obseruatum memini, hanc ob causam sibi pecuniam suppeditari procurantibus.

Progredior nunc ad executorem dispensationum matrimonialium, cui illis in litteris semper
107 interdicitur quodcumque munus, aut præmium etiam sponte oblatum, namq; prohibitio illa, non modo complectitur salariũ, pro decreto superinde proferendo de contrahendo matrimonio, verùm nè pro labore in capienda informatione, teste Nauarr. consil. 21. de rescript. etiam ex causa percunctandi processum, ex congregationis sententia, dicit citatus Gratian. num. 20. subdens, neque pro accessu ad examinandos testes alibi commorantes præter Notarium, pro actis dumtaxat faciendis, ex eiusdem Congregationis sententia: Quod vellem, vt exequutores ipsi memoria sæpè repeterent, cum nonnunquam his sub figmentis pecuniam extorqueant in propriæ conscientiæ grauè damnum, confiderantes, supremos Præsules animo, tam tenaci prohibere eiusmodi exactiones, vt quisuis vetitus exigere, dicatur etiam prohibitus recipere à sponte danlibus, vt post Riminal. Iunior. consil. 42. versic. adducit doctrinam, sub num. 109. scribit Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 134. nu. 5. Nihilominus, & apertis adiungere verbis non omittunt.

SVMMARIA.

Simonia crimen longè affine est alteri hæreticali, num. 1.

Symonia definitio refertur, nu. 2.

Ipsius distinctio in tres species, nempè mentalem, conuentionalem, & realem, nu. 3.

Symonia mentalis definitio, nu. 4.

Ista quoque tripliciter distinguitur, nu. 5.

In omnibus his mortiferè in primis peccari refertur, non tamen excommunicatione ligari comminata aduersus Symoniacos in extrauaganti cum detestabile de Symonia, num. 6.

Neque ad restitutionem teneri, nu. 7.

Vsurarius mentalis restitutioni obnoxius est, num. 8.

Argumentum à simili, quando subsistat, nu. 9.

Rationes diuersitatis recensentur, quare vsurarius mentalis obligetur restituere, non ita Symoniacus, nu. 10.

Restituere danti tenetur, qui malè recepit à bene dante, nu. 11.

Conuentionalis Symonia ponitur definitio, numero 12.

Eaque duplex, num. 13.

Sit nè conuentionalis, an potius realis, si altera pars, quod promiserat seruauit, nu. 14.

Has species conuentionalis, peiores eſſe Symonia mentali, demonſtratur.nu.15.
Talis Symoniacus impetrans beneficium, ſit nè illo priuandus? nu.16.
Quin incurrat, nè propterea in excommunicationem? nu. 17.
Huius quippe ſpeciei, eſt Symonia confidentialis, nu.18.
Symonia realis definitio, nu.19.
Ipſa in primis requirit implementum ex vtraq; parte, cum declarationibus, nu.20.
Item requirit, vt promiſſio antecedat prouiſionem, ſeu præſentationem, nu.21.
Et quod alteram ob cauſam factam fuiſſe non appareat, nu.22.
Patronus, vt alimenta exigat à beneficiato, qua ægeſtate laborare debeat, numuè excludatur exceptione, quod poteſt, & recuſat miniſteriũ, aliquod exercere, ſub eod. nu.22.
Prædicta ſimonia realis requirit etiam, vt promiſſio non longo tempore anteceſſerit prouiſionem, nu.23.
Quod ſi donatio ſubſequitur prouiſionem, omnis excluditur Symonia, nu.24.
Requiritur præterea, vt prouiſus aliqua polleat inhabilitate, nu.25.
Item quod actus fuerit validus, quia ſi nullus, omnis ceſſaret Symonia, nu.26.
Sub hac ſpecie Realis Symonia, cadit extinctio penſionis non accedente Papa conſenſu, nu.27
Per eam tamen, non incurritur in excommunicationem, nu.28.
Neque in pœnam ſtatutam per Conſtit. Pij V. inhabilitantem acquirentes beneficia per Symoniam, nu.29.
Qui Papa non conſentiente renunciat beneficium, cum retentione penſionis, num incidat in pœnam Conſtit. Pij V. intollerabilis, n.30
Sub hac etiam cadit renunciatio facta beneficij ab vtraque parte præcedente pactione mentionata, ſi vterque renunciauit, tametſi poſſeſſionem, neutra adepta fuerit, nu. 31.
Item illa, quæ per remotionem obſtaculi committitur, nu.32.
Symonia non committitur, vbicumque redimeretur vexatio, nonnullis tamen concurrentibus, nu.33.
Si aliquid perſoluatur alteri compræſentato, vel coelecto, vt renuntiet præſentationi, &c. Symoniam operatur, nu. 34.
Præſentatus renuncians, an compræſentato, proſit, an potius patronis, qui valeant propterea iterum præſentare, nu. 35.
Variatio cumulatiuè conceſſa Patronis, non eſt facienda ſi lis pendeat inter beneficiatos, n.36
Realis etiam Symonia committitur, ſi concurrenti promittitur, nè defectum opponat, quo laborat, nu.37.
Ità ſi alteri pecunia detur, vt concurrenti metum inferat, & deſiſtat, nu.38.
Non autem ſi pro re non pertinente ad rem ſpiritualem, & tria adduntur exempla, nu.39.
Fructuum promiſſio beneficij collati illorumq; præſtatio operatur Symoniam, nu.40.
Renuncians beneficium cum pactione recipiendi fructus pro rata temporis, quo poſſedit, nullam committit Symoniam, nu.41.
Huic portio quouſque debeatur fructuum diſcutitur, multis adiunctis opinionibus, nu.42
Pro ordinibus verò iſthæc committitur Symonia, ſi aliquid detur pro litteris dimiſſorijs obtinendis, etiam ſi mediatori detur, nu.43.
Ita ſi pro alijs actibus, quibus quæritur conſenſus ordinantis ad ordinem inſigniendum, vt pro examine, ſeu approbatione, &c. nu. 44.
Non ſecus ac ſi examinatori daretur, pro approbatione ad beneficium, & nu.45.
Ac ſimiliter pro approbatione ad audiendas confeſſiones, nu.46.
Epiſcopo conferenti beneficium, an liceat annatam recipere. nu.47.
Secretarius verò quid poſſit recipere; maximè ſi extet conſuetudo aliquid certum recipiendi num.48.
Symonia, quot modis probetur inquiritur, n.49.
Ac primum inſtrumentis probari oſtenditur, num. 50.
Item teſtibus, nu.51
Requiratur, nè citatio partis, cum examinandi ſunt in hoc crimine, nu.52.
Vnico teſte, an probetur Symonia nu.53.
Quid ſi vni teſti habili ſaueat dictum alterius inhabilis, nu.54.
Socius criminis, faciat nè indicium ad torturam, nu.55.
Quid ſi duo ſint ſocij criminis, & conteſtes? n.56.
Socius criminis, ſit nè admittendus in hoc crimine Symonia, nu.57.
Socius criminis, quis dicatur, nu.58.
Confeſſione etiam probari Symoniam, certum eſt, nu.59.
Reſignantis confeſſio, noceat nè reſignatario? num.60.
Pœnæ quot ſunt aduerſus Symoniacos conſtitutæ, & quæ, nu.61.
Extrauagantem Pauli II cum deteſtabile, loqui de reali tantum demonſtratur, nu. 62.
Quid verò dicẽdũ ſit vigore Conſt.5. Pij V. n.63
Item quid reſpectu conſtit. Sixti V. exordientis Sanctum, & ſalutare, nu.64.
Declaratoria tamen requiratur, probatur affatim. nu 65.
Simoniacus occultus abſolui an poſſit ab alio, quam Papa, nu 66.
Fructuum reſtitutio facienda vigore extrau. cũ deteſtabile, quos fructus comprehendat, n.67.

Prouisus ob Symoniam ab altero commissam, an easdem pœnas patiatur, & distinctione praecedente respondetur, nu. 68.
Confidētialis Symonia materia incohatur, n. 69
Constitutio Pij V. in quatuor distinguitur partes, & vniuscuiusque earum, quæ sit tractatio nu. 70.
Coniectura, quibus probetur confidentia ex verbis dictæ constitutionis, nu. 71.
Resignatarius constituens procuratorem resignantem siue eius parentes, indueit coniecturam confidentiæ, non autem si prouisus, electus, vel præsentatus, nu. 72.
Neque sufficeit illum Procuratorem constituere nisi præterea fructus illi donauerit, nu. 73.
Præsumptiones duæ in eodem casu improbantur à Iure, nu. 74.
Confidentia, non præsumitur, nu. 75.
Parentum appellatione, qui veniant, nu. 76.
Propinquorum appellatione, qui intelligantur, num. 77.
Fœmina si fiat mandatum procuratorium iam dictū, subintrat adducta Pij V. Constit. n. 78.
Eadem, vsque ad quem gradum propinquorum extendatur, nu. 79.
Proximiorum si lex meminerit, quis intelligatur vocatus? nu. 80.
Et an proximior testatoris, vel vltimi morientis? num. 81.
Mortuo autem primo proximiore, quando ad alios gradatim res illa deferatur, nu. 82.
Satis ne sit vnica coniectura ad probandam confidentiam, an plures requirantur ex dicta Constit. Pij V. nu. 83.
Symoniacus in ordine, illius exequtionem amittit, & ad altiores promoueri nequit, nu 84.
Quid respectu Symoniaci in beneficio? nu. 85.
Confidentiali tamen irretitus, omnibus priuatur ipso iure, nu. 86.
Huius criminis Symoniaci exceptio, impediat nè prouidendum, nu. 87.
Ex deductis absolutus, si ex nouis inditijs molestaretur, non impediretur interea obtinere alia, nu. 88.
Noua autem inditia talia esse oportet, quæ de per se sufficiant, nihilque prosunt antiqua, quæ sunt pœnitus elisa, nu. 89.
Clausula ex deductis, non in omni sententia inferenda venit, sed in ea tantum, quæ subijcitur, nu. 90.
Absolutus ob non probatum delictum, non est amplius molestandus, etiam si noua superueniant indicia, nu. 91.
Duplici modo procedi posse in quolibet crimine ostenditur, ciuili nempe, & criminali, nu. 92.
Articulum in prima instantia non deductum, nequit appellans in altera deducere, nu. 93.
Simonia in prima instantia non opposita præsentato, neq; in 2. obijci potest, ad finem reuocandi decretum latum de instituendo præsentato à maiori parte. nu. 94.
Causa criminalis, est, vbicumq; Symonia opposita fuit, quamuis per viā exceptionis, nu. 95.
Causæ cumulatio in secunda instantia fieri non potest, nu. 96.
Iudex afficitur iniuria, si eius sententia reuocetur, nu. 97.
Articuli in alia instantia admitti non debent, ijdem, vel de directo contrarij alijs in praecedenti productis, nu. 98.
Noui vero, vtiq; depēdentes tamen ab illis, n. 99
Pars, si non protestetur, & probibiti recipiantur, & testes super eis, reijci postmodum nequeunt, nu. 100.
Eiusmodi protestatio, quo tempore fieri debeat, asseritur, nu. 101.
Quæ præterea concurrere debeant, cum ipsa protestatione, additur, nu. 102.

Capitulum XXVII.

1 HAereticali crimini, adeò affine est alterum Symoniacum, vt illud patrans hæreticus censeatur à scribentibus, maximè ab Eymerico in suo repertor. inquisit. par. 2. quæst. 31. nu. 2. desumente ex textu in cap. quisquis 1. q. 1. & optimè declarat Cardin. Iacobat. in tract. de Concil. lib. 4. cap. 4. vers. ex præmissis; quamobrem post caput mox positum de hæretic. incontinenti subnectere istud de Symoniacis conuenit.

Cuius amplissimam materiam, non ita explanabo, vt res ipsa postulat, quoniam ad aliena deflectere nem; sed aliqua iuxta morem notabiliora seligam, ad hunc tractatum potissimum spectantia.

Pernecesse tamen esse arbitror ante omnia præfari eiusmodi Symoniæ vim, & nomenclaturam, quam ex communi Theologorum, & Canonista-
2 rum sententia definiri posse suadeo, vt ea sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum; de qua glos. solemnis in sum. 1. q. 1. & omnes Canonistæ insequuti sunt in Rub. de Symon. & Thæol. in 4. sent. dist. 25. necnon D. ille Thomas Aquinates in 2. 2. q. 100. art. 1. ac Summistæ in verbo Symonia, præsertim Syluester, nu. 1. atq; Nauar. in Manual. cap. 23. nu. 100. Isthæc autem definitio, haud erit māca, & defectiua si in abstracto Symonia consideretur, & quo ad Deum; nam si in concreto, & quo ad Ecclesiam, optimum erit, quinimmo valdè necessarium addere, verba illa, quæ Panor. adiunxit in cap. nemo de Symon. scilicet, opere subsequuto, prout rectè etiam adnotauit Syluest. in loco iam citato.

3 Ipsa autem communiori Doctorum calculo in tres distinguitur species; nempè in mentalem conuentionalem, & realem, & inter illos preeminet sanè Nauar. in citato cap. 23. nu. 103. hanc clarissimè constituens, & declarans distinctionem.

4 Men-

4 Mentalis itaque videtur illa, quam ſupra attuli, ex dicta gloſa 1.quæſt.1. in ſumma, vt ſit voluntas emendi,vel vendendi, aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, ſi Maſcardo credendum eſt, in tract.de prob.in concl.1305.Symoniæ,nu.12.vol.3. ſed verius fatur,ſine dubio Nauar.indicato,nu.102 affirmans,mentalem dici,quæ mente tantum concepta eſt,citra omnem conuentionem expreſſam, vel tacitam,ſiue res tradatur,ſiue non, & fuſius ex-
5 planat in capit. final. de Simon. ſub qua, continentur tres illæ ſpecies Symoniæ mentalis, conſtitutæ à Caietano in ſum.verbo Symonia,ac relatę à Soto,lib.9.de Iuſt.& iure,q.8.artic. 1. verſ. colligit autem Caietanus; quarum prior conſiſtit in ſola intentione, omni carente opere, & effectu; cum ſcilicet mente,quis decreuit vendere ſpirituale, aut emere,& hanc pœnis iuris non ſubijci, ipſamque committentem,non illis puniri,cēſent omnes,aitq; poſt alios Sayr.in ſuo theſaur.caſ.conſc.lib.1.cap.9. nu. 16. & omnes, illa ſuffulciuntur validiſſima ratione, quod de occultis non iudicat Eccleſia probata per text.in cap.cogitationis pœnam de pœnit. diſt. 1. amplioribus declarata verbis per Alfonſ. de Caſtr.in cap.18.lib.2.de iuſta hæret.punit. & lib. 5. cap.vlt.concl.1. de poteſt. legis pœnal. concinitque caput 16. lib. 1. Regum, quo inſtruimur,ſolum Deum eſſe cordium ſcrutatorem,& corda intueri, homines autem ea tantum, quæ foris ſunt conſpicere. Altera, & ſecunda prædictæ mentalis Symoniæ ſpecies eſt, quæ foris munera offert, praua quidem vnius tantum partis,ſed latenti intentione, non ſecus, ac ſuperior, dum corrupta pariter intentione, quam occulit, ſpirituale confert nulla in ambobus accedente conuentione, eò quod celant, qua mente,& voluntate faciant, & iſta ſubijciatur nè,pœnis iuris,diſſentiunt Doctores ad inuicem, ipſeque explicabo inferius,nu.ſeq.Poſtrema autem mentalis Symoniæ ſpecies, & apertis verbis, haud comprehenſa in relata definitione, dicitur, quæ ad expreſſam pollicitationem, licet deuenit, ab altera tamen partium, acceptata non fuit; neque ad effectum producta, ita profectò concludit Rebuff. conſ.63.Magiſter Ioannes,nu.5.& melius, nu. 9.ac nu. 13. & expreſsè determinauit Rota Romana in vna Pampilonen.Rectoriæ,lunæ 20.Octobr.1586. coram Orano, & relata per Farinac. inter deciſ. poſt ſua conſilia poſitas,& eſt deciſ.34.fuit dictum, num.4.& 5.

6 In omnibus his ſpeciebus mortiferè peccari non dubitatur,edocetq; Nauar. indicato nu. 102. & citato cap.fin.ſicuti certum quoque eſt neminem ob illas ligari excommunicatione comminata aduerſus Symoniacos in extrau. cum deteſtabile de Symon.aitque præcitatus Rebuff.in eod.conſ.nu. 12. & rurſus in illius calce,& mouetur illa potiſſimum aſſertione, quod in pœnis benignior eſt admittenda interpretatio, iuxta regulam in pœnis de reg. iur. in 6. cui alteram,fortaſſe non exiliorem ſuſcribo, qua firmatur, vnumquodque nomen in dubio intelligendum fore in potiori ſignificatu, ex l. cum quæritur ff. de ſtat. hom. exemplum paſſim traditur de ſanctione loquente, de excommunicatione, vt illa de maiori propterea intelligatur,iuxta regulam poſitam à doctoribus in ca. penul. de ſent. excom.Couar.in cap.Alma mater.par.1.§.8.verſ. duo ſunt,ſub nu.5.de ſent.excom. & poſt alios Vgol. in ſuo tract.de cenſur.Eccleſiaſt.tab.2. cap.25.§.1.per totum, & maximè ſub nu. 1. ita pariformiter dicendum apparet de his, qui Simoniaci meminerunt,vt de reali, aut etiam conuentionali intelligatur, excluſa mentali, ob quam ſanè rationem de Symonia reali tantùm verba facere præfatam extrauag.dixerunt in ſpecie Doctores citandi,nu. 62. & licet Menoch. conſ. 67. Propoſitæ concluſioni, volumin. 1. aſſerat Symoniacum Realem, vel mentalem priuari ipſo iure beneficio, adductus verbis eiuſdem extrauagan. nec non auctoritate Gomeſij,Parilij, Boerij, ac Rebuffi, tamen quia rectè intuentibus apparebit, citatos Doctores nullum de mentali ponere verbum, in relatis per eum locis, ideoque nullatenus diſcedendum à præfata ſententia, ampliſſimis comprobata verbis inferius.

7 Quin etiam nè vllo iure compellatur in relatis ſpeciebus mentalis Symoniæ ad reſtitutionem faciendam, aſſeuerat præcitatus Nauarr. in adducto cap.fin.num.12.& conſequenter, non ſolum cum iuxta priorem ſpeciem aliquid datum, aut acceptum non eſt, idque communis ſententia probat. Verùm etiam,cum aliquid perſolutum apparet, & ab altera parte receptum, citra tamen pactionem, quamuis in hoc ſecundo caſu cōtradicant Mayor. in 4.ſent.diſt. 25. quæſt. 1. Adrian. Sot. & alij moti per argumentum à ſimili (in iure validiſſimum iuxta l.non poſſunt ff. de legib.) ſcilicet de vſura-
8 rio mentali,quē teneri reſtituere inquiunt, & optime probat text. in cap. conſuluit de vſur. attamen eorum argumento exploſo,in priori perdurat ſententia, Nauarr. iam relatis locis. Nam eorum
9 proſuppoſitum ſubſiſtit, quoties æqualis eſt diſpoſitio in vtroque, vt ait Bald. conſ. 188. verſ. non obſtat argumentum, volum. 1. & quoties nulla probatur diſſimilitudo, quæ ſi probaretur, quamuis primo aſpectu ſimilitudo credatur, nihilominus argumentum minimè admittatur pro ea, quæ notat Soccin.Reg.29. quod profectò in iſtis vſurarijs,& Symoniacis mentalibus,contingit, nullaque ſubſiſtit æqualis diſpoſitio, quinimmo expreſſa extat diſſonantia, ac diſſimilitudo inter eos, & rationes diuerſitatis complures itidem extant,& conſequenter diuerſa in eis eſt tradenda reſolutio iuxta l.Papinianus exuli ff.de min.

10 Complures autem rationes diuerſitatis,inter prenominatos criminoſos, præter Nauarr. ipſum, & alios recenſet Vgolin.in tract.de irregul.tab.2. cap. 2. num. 5. & 6. quarum duas tantum pertingere ſummis, vt aiunt, digitis exiſtimaui, earumque prior deſumpta ex Caietano,erit, quod coactè datur quidquid pro vſura datur, ſponte verò, quod pro Symonia,in tantum quod perſoluenti vſuram reſtitutio facienda indicitur, ad Vrbano Papa in citato cap.conſuluit, & hoc verùm, reiecta impugnatione Soti exiſtimantis à pari procedere, perſoluentem vſuras,& dantem aliquid pro beneficio, tanquàm vterquè mauelit habere gratis, licet aliquid præſtet,vt optatum conſequatur deſiderium, quod alioquin aſſequi non valeret; Huic ſiquidem impugnationi replicatur,non ſufficere illum,ob id ſoluiſſe,quia gratis habere nequiuit,ſi enim hoc ſatis eſſet,teneretur quilibet venditor pretium reſti-

tuere ementi: oportet itaque persoluisse ex consensu præstito in contractu improbato, non autem approbato; cuiusmodi est, quod datur ex causa Symoniæ, nam datur per viam commutationis, quæ de se Iure probatur, ideoque consensus præstitus per viam Symoniæ non compellit ad restitutionem in adducto cap. consuluit; quod minimé operatur consensus præstitus in vsura, eo quia omninó improbatur, & damnatur propterea, vt restituat in cap. fin. de vsur.

Altera insuper ratio, & priori validior ea traditur, quod vsura bene soluitur, ac citra peccatum iuxta cap. debitores de iur. iur. perperam veró recipitur, nec sine peccato iuxta c. quoniam de vsur.
11 ita quod male recipiens à bene dante, tenetur ipsemet danti restituere, cap. non sané iuncta glos. 14. q. 5. quod autem per Symoniam præstatur, malè traditur, & benè recipitur ab ignorante prauam intentionem persoluentis, aut dato, quod malé acciperet, cum à malé dante receperit, haudquaquam teneretur, saltem eidem danti restituere acceptum (nam consilium est, tunc restituere pauperibus) maximé præstando illud, ob quod datum est, per Regulam ab eodem Nauar. constitutam in eodem manuali, cap. 17. nu. 30. quam eamdem rationem diuersitatis scripsit Medina in Codice de restit. q. 20. vers. in oppositum, iuncto vers. seq. & Chosm. filiar. in tract. de off. Sacerd. qui multas, & alijs fusius omnes congerit, & discutit rationes diuersitatis, lib. 6. cap. 16. hac tamen ratione foueri non poterit Symoniacus realis, & excusari á restitutione, dum speciali lege damnatur restituere, præsertim capite de hoc de Symon. nulla tamen id præcipiente in Symonia mentali, immo contrarium sanciente, scilicet, nè teneatur restituere in citato cap. final. stante itaque multiplici ratione diuersitatis, inter vsuram mentalem, & ipsam Symoniam mentalem iusté resellitur opinio Maior. Adriani, & Soti, relata superius contra Nauarr. cuius quidem, immo communis remanet comprobata resolutio, vt Symonia mentali irretitus non constringatur restituere, quicquid citra pactionem recepit.
12 Nunc ad conuentionalem deflectens, illam definiri consentio, vt sit, quæ tacitè, vel expresśe est conuenta; non dum tamen ab vtraque parte executa teste eodem Nauarr. in cap. 23. num. 104. qua fusius declaratur præfatæ Symoniæ vis, quam antea fuerit per Archid. explicata in cap. quicumque quæst. 1. vbi illam definiuit esse pactionem temporalium propter spiritualia danda, aut accipienda; & sequtus est Mascard. de probat. quæst. 1305. nu. 13. volum. 3.
13 Eiusmodi Symonia in duas finditur species, & earum prior est, quæ ex neutra parte fuit executa; posterior vero, quæ ex vna tantum parte fuit executioni demandata ex Nauarr. in adducto loco, & cap. fin. de Symon.

In his quippe speciebus contingit dubitare primo ex cumulatis in tertia specie Symoniæ mentalis, vbi pro comperto habui, mentalem quoque dici illam, quæ deuenit ad promissionem nulla suadente executione, cuius contrarium, nunc scripsisse videor in prima huius conuentionalis specie, ita quod pro clariori declaratione cogor subiungere, & mentalem illam dici posse, & conuentionalé, ex eodem Nauar. in citato nu. 104. existimante esse mentalem, quo ad forum interius; & quia posset in exteriori probari, & consequenter puniri ob graue peccatum, quod propterea patratur, conuentionalis locum subingrediatur, vel dici, & æquè benè poterit, esse mentalis, quoties altera tantum pars deuenit ad promissionem, renuéte, & reluctante altera: quoties veró ambarum partium accederet consensus hæc conuentionalis dicatur: cum conuentio á conuenire prodeat, & conuenire dicantur, qui ex diuersis animi motibus, iu vnum consentiunt l. 1. §. conuentionis, ff. de pactis
14 Præterea dubitationi locus est circa secundam speciem, quam ex Nauarro recensui conuentionalis Symoniæ, cum Sotus, & alij relati, & commendati à Toleto in lib. 5. cap. fin. dicant exire illam terminos cōuentionalis Symonię, & ingredi terminos realis, si altera pars, quod, promiserat seruauit, eorum tamen resolutioni contradicit stylus, quinimmo eiusdem Nauarri sententiam amplexari licere fatetur idem Toletus, ita quod ab illius optimi viri opinione non esse discedendum suadeo, latioribusq; verbis demonstro inferius, nu. 20. cum de reali loquar, quare á supradicta secunda dubitatione, vnusquisque alienus esse poterit ni fallor; & assentiri conclusioni á me firmatæ, vt illa conuentionalis omnino iudicetur.
15 Has modo duas species conuentionalis haud erit dubium peiores esse mentali, nam prior, quia ad externa dilatatur probari poterit in exteriori foro, & puniri tanquam peccatum graue continens, de quo in cap. cum pridem de pactis, & cap. cum esset de Symon. Altera vero adeo est mentali peior
16 quod Rotæ Prætorium consueuit, ita obtinentem beneficium per sententiam priuare illo, si Nauarr. credendum est in adducto num. 104. subdenti ex misericordia nolle, summum illud Prætorium, vt ipso iure intelligatur eodem beneficio spoliatus, & repetit in cons. 10. Patronus nu. 2. de Symon. Nisi verior sit resolutio altera quod Rotæ tribunal, neque per sententiam velit conuentionali Symonia irretitum priuari posse beneficio, sicuti attestatur Caputaq, decis. 201. confidentia, num. 5. & 6. par. 1. fulcitus, decis. Cassador. 5. de constit. in qua, Rota determinauit ad priuationem non satis esse conuentionalem, sed requiri realem, eamque iterum recenset idem Caputaq. decis. 233. seu 3. Symonia part. 3. & post Armillam in verbo Symonia, num. 4. his postremis temporibus etiam pronuntiauit eadem Rota cum censuit conuentionalem ad effectum non productam, non operari pœnam ob Symoniam impositam in vna Tullen. coram Orano eamque citat, & sequitur Prosper Farinacc. consil. 35. num. 16. & iterum in alia Pampilonen. coram eodem Orano relata ad vnguem per eundem Farinacc. inter decisiones positas post sua consilia, & est decis. 34. Ad alia autem beneficia inhabilem minimé faciat Symonia conuentionalis censet idem Nauar. indicato cons. sub nu. 2. Verum alij credunt fieri inhabilem, scilicet, Caputaq. in relatis decisionibus Puteus, decis. 80. in vna S. Andreæ lib. 2. & Peregr. decis. 83. in manuscriptis, & Crescent. decis. 165. seu 3. Symoniam conuentionalem de Symon.
17 Sed incurrat ne excommunicationem nego in-

ferius

ſerius nu. 62. & idem Nauar. in verſ. ad tertium, ſub nu. 206. dicti cap. 23. qui licet antea concluſerit ſatis eſſe ad priuationem, cenſuit nihilominus in eodem mox citato verſiculo, ante priuationem non obligari obtinentem dimittere illud in conſcientia, quod multo magis ſubſiſtere dicendum eſt attenta reſolutione aliorum affirmantium, conuentionalem in cauſa eſſe nequire, vt beneficiarius priuetur beneficio.

18 Huius quidem ſpeciei eſt ſimonia confidentialis, vt ex omnium ſcriptorum verbis deſumitur, ac præſertim ex adducta deciſ. Caputaq. 238. ſimonia conuentionalis par. 1. & probat Vergin. de Boccat. in comment. ad conſtit. Ægidian. gloſ. 9. num. 58. & propterea ſubſiſtit, quod in initio conſtitutionis Pij IV. aſſeritur per hæc verba: cum certam ſimoniacæ prauitatis ſpeciem, quam beneficiorum confidentiam vocant; ex his non mirum, ſi plerúque æquiparetur conuentionali, quamuis in multis appareat illa peior, ſicuti Nauarr. edisſertat in eodem cap. 23. ſub nu. 110. verſ. ſecundo quod ſimonia conuentionalis; huius ſimoniæ confidentialis hic eſſet propterea locus proprius diſſerendi, niſi ſtatuerim cuncta (vtiliora tamen) ad omnem ſpeciem ſimplicis ſimoniæ ſpectantia prius congerere, quam ad ipſam habentem annexam confidentiam pertranſire, de illa ſiquidem habiturus ſermonem in huius capitis calce.

19 Nouiſſima itaq; ſimoniæ ſpecies eſt, realis, quæ eſt receptio, ſiue donatio præcedente pacto promiſſionis conditionis, modi, ſeruitij, vel alicuius temporalitatis ſpiritualium, vel annexorum ſpiritualibus, vt inquit præcitatus Maſcard. in concluſione non ſemel adducta 1305. nu. 14. vel vt breuioribus vſus verbis, dicit Nauar. indicato cap. 23. ſub num. 105. eſt illa, quæ expreſſe, vel tacite conuenta eſt, & ex vtraque parte completa, ſaltem quo ad aliquam partem promiſſorum vtriuſque partis.

20 Ex vna conſtat præ cæteris nulli dubium eſſe, quin implementum ab vtraque parte requiratur, vt iſthæc cōmittatur ſimonia, id enim probat text. in extrauag. cum deteſtabile, de ſimon. quã de reali tantũ verba facere aiunt omnes, & Vgolin. in tract. de ſimon. tabul. 4. cap. 10. nu. 4. licet non omne conuentum debeat neceſſariò eſſe adimpletum, ſed tãtum pars, vel ab vtriſque cõtrahentibus, vel ab vno eorum, totum verò ab altero, ſicuti met Vgolin. explicat in loco iam adducto, & Pariſ. in tract. de confident. q. 1. ſub nu. 142. & ob id rectè dicitur in relata definitione, vt ſaltem cõpleta ſit, quo ad aliquam partem promiſſorum vtriuſque partis, & propterea ſi ab vna tantum parte fuerit, vel totum, vel pars adimpleta, nihil verò ab altera citra dubium, non erit realis, neque illius pęna habebit locum, ex Nauar. in cap. fin. de ſimon. licet contradicant Sot. in lib. 9. de iuſtit. & iure q. 8. §. 1. & Tolet. in lib. 5. Summæ cap. fin. vbi comprobat auctoritatibus, & rationibus, ac communem aſſerit ſententiam, ſed præfatam Nauarr. reſolutionem ſtylus obtinuit tamquam receptiorem, teſte Pariſio loco citato, quinimmo illam ſequi licere, & his temporibus multi ſequantur, adiungit idem Toletus, & latius tractò inferius.

21 Sunt autem complura neceſſaria ad hanc ſimoniam contrahendam; nempè vt promiſſio anteceſſerit collationem, præſentationem, aut aliam ſimilem prouiſionem; idq; obtemptum fuit coram Domino Orano in vna Cuſentina 4. Februar. 1595.

22 & quod altera non appareat cauſa, ob quam promiſſio, aut datio iſta interceſſerit, namq; ſi ipſa diſtincta, & ſeparata eſſet ab ipſa præſentatione, aut ſimili actu: ſine dubio omnis tunc excluderetur ſimonia, teſte Mohedan. deciſ. 245. alias 4. nu. 1. de ſimon. exemplum præ cæteris, ſi quis poſt factam præſentationem de beneficio in ſui gratiam à Patrono, & inſtitutionem dederit, vel etiam intercedente ſtipulatione ſpoponderit patrono vergẽti ad inopiam, certam ſummam ſingulis annis; hic enim nulla ſimoniæ labe, cõmacularetur ex deciſ. reſcripta per Farinac. conſ. 75. nu. 108. quæ tamen requiratur patroni egeſtas, vt alimenta habeat, numuẽ ſi poteſt, exercere teneatur exercitiũ aliquod proprio ſtatui non contradicens, vt ab illis excludatur, Rotæ extricat deciſ. 594. tom. 4. diuerſ.

23 Quinimmo ſi donatio, vel mutuum longo tempore anteceſſerit collationem, aut præſentationem, non inducitur ſimonia, ex his, quæ copioſe ſcribit Pariſ. de confident. benefic. q. 36. num. 23. & dato, quod eſſemus in actibus correſpectiuis, & propterea ſimonia iudicetur, ex multis Rotę deciſionibus, attamen conſideranda attente eſt deciſio eiuſdem Rotæ, de qua Puteus lib. 2. deciſ. 171. in vna Hiſpalenſi, quæ alias priores Rotæ deciſiones optime declarat, & perutilem ſupradictæ regulæ tradit intellectum, ac concinunt, quæ Pariſ. addit indicata quæſtione nu. 53.

24 Et cum ſimilis actus ſubſequitur prouiſionem, excluditur pariter omnis ſimonię, per Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſũpt. 8. nu. 11. & lib. 2. de arbitr. caſu 242. nu. 39. eius tamen verba in dictis locis videntur ad inuicẽ aduerſari, propterea quod in priori loco inquit, ſi poſt collatũ beneficium, à recipiente fuerit aliquid ſponte datũ, & coniecturis conſtet ſpõtaneam fuiſſe dationem, ſeu donationem illam, nulla præſumatur ſimonia; quibus profectò verbis inſinuat, quod prædictis ceſſantibus coniecturis inducentibus ſpontaneã largitionem, præſumatur ſimonia: In alio verò poſteriori loco, ait nullam cõmitti ſimoniæ labem, ſi aliquid detur poſt collatum beneficium; niſi aliqua extaret coniectura, vel ſuſpicio iam præceſſiſſe promiſſionem; quare ſi anterior reſolutio erit vera oportebit aliquid deducere, ac probare ad excludendam ſimoniam; Quod ſi altera tunc neceſſe erit aliquid deducere ad inducendam ſimoniam; & hanc omninò veram exiſtimo, & ipſemet Iacob. Menoch. in hoc poſteriori loco declarat, quamuis adducat alium priorem locũ, alioquin vana, immò falſa prorſus eſſet concluſio paulò ante firmata, ne prouiſus de beneficio, vel promotus ad ordines credatur ſimoniacus ob aliquem actum liberalitatis, ſiue gratitudinis impenſum collatori poſt collatum beneficium, aut ordines, ac potius eſſet talis iudicandus, quouſque probationibus elideretur ſuſpictio ſimoniæ, & nullam anteceſſiſſe ſponſionem verificaretur.

25 Secundum quod requiritur eſt, quod perſona illius, qui fuit de beneficio prouiſus aliqua inhabilitate polluerit, quia ſi idoneus fuiſſet, quamuis aliquid interceſſerit, vt facilius eligeretur, vel præſentaretur non commicteretur ſimonia, vt poſt Abb. in

in cap.nobis fuit num.5.de simon. tuetur Menoch. conf.67.propositæ consultationi nu.13. volum.1.& concinunt, quæ scripsit Hieronym.Gabriel consil. 122.puto sententiam,sub nu.18.vol.2.

26 Tertium requisitum est, quod actus fuerit validus,quia si nullus,aut carens effectu, similiter nulla committeretur simonia,vt post Paris.conf.15.circa dubiorum nu.14.vol.4.scripsit Menoch. præcitato conf.67.nu.14.& in vsura similiter dictum est, in cap. de vsura nu. . vers. vter eorum; neque contradicunt Boer.in tract.de seditiosis nu.42. in septimo prosupposito; & Igneus in l. 1. §. occisorum nu.41.ff.ad syllan.dicentes communi opinione obtemptum esse puniri affectum in crimine isto etiam nullo sequuto effectu; namq; optimè respondet Paris.in tract. de confident.benefic. q.39. num.15. restringens illorum resolutionem ad simoniam mentalem,eo quod in illa satis est mens ipsa, & voluntas sola, per cap.vltimum de simon. glos.& Doctor. in cap. consulere adducto titulo, & quæ copiose adiúgit Rodoan.in tract.de simonia par.1.cap.5.necnon 6. & 7. cum sequentibus, & ab isto tertio requisito non videtur discedere Nauarr. conf.48. exponitur nu.2.vers.tertio hoc titulo, licet in vers.sequenti loquens de resignatione, dicat non requiri ad committendam simoniam,vt renuntiatio valeat,quia cum nulla renuntiatio simoniaca, valeat per Innocent.in cap.cum vniuersorum, de rer.permutat. & Rotæ decisionem septimam de renunt.in antiquis, atque extrauag.2.hoc tit. infert ipse, quod simonia numquam committeretur in aliqua renuntiatione; huic namque considerationi responderi posse suadeo,vt intelligatur valida quò ad effectum, & de facto; cernimus enim complures resignatarios possidere beneficia simoniacæ resignata, & propterea pensate me adiunxisse verba illa admoneo, & carens effectu, tanquam inualidus actus,non solum de iure sit, verum etiam de facto effectu carens; & hic sit alienus à simonia, & ab eius pœna contrahetes,vel responderi alio modo, & meliori potest, requiri, vt actus valeat ex alio capite præter simoniã; quod si ex alio capite nullus, tunc nullam inducere valeat simoniam, & ita loquitur Menoch. in adducto num. 14. & optime Nauar.in alio conf. idest 33.quidam rogauit, sub nu.2. hoc tit. inquiens non requiri ad committendam simoniam realem, vt actus spiritualis,qui promittitur valeat,sed sufficere si valeret, si non esset simonia infectus; ideò extendo ipse,quod si non valeret,dato,quod non esset simonia infectus, tunc nulla contraheretur simonia,quando aliquid temporale datum fuerit.

27 Sub hac specie realis simoniæ, præter alia vulgata exempla cadit extinctio pensionis propter pecuniam, & Supremi Pontificis non accedente auctoritate,iuxta decisionem Marchiæ à Gratiano com-

28 pilatæ 158.cassatio pensionis; est verum, quod per istã simoniam non incurritur in excommunicationem inflictam ipso iure cõtra Simoniacos in extrauag.2.de simon.quæ verba facit de simonia in ordine, siue beneficio, ex his, quæ constitui supra, ideò videtur non extendẽda ad pensionem,quam beneficij appellatione non venire, neque contineri,idem

29 Gratian.illic addit nu.13.ob quam insuper rationẽ Constitutio Pij V. inferius ponenda, & inhabilitans acquirentes beneficia,ac dignitates per simoniam, minime detineat,ita acquirentes pensionem consuluerit,ex Nauar.conf.93. Parmensis, hoc tit. in nouis; prædictum verò, quia improbamus assumptum cap.14.nu.18. ideò negamus hanc esse veram rationem relatæ conclusionis.

30 Ille verò, qui nulla accedente Papæ auctoritate, & consensu renuntiat beneficium cum retentione pensionis non incidat in pœnam alterius Constitutionis Pij V. exordientis intollerabilis pro comperto habeo, tum ex prædictis, tum quia Constitutio illa subsistit,quoties intercedit confidentia, non autem cum citra confidentiam fieret,iuxta casum positum à Nauarro indicato conf. 93. & propterea non admitterem genericum dictum Corradi in suis responsis casuum conscientiæ quæsito 44. in additione par.1.

31 Præterea sub hac reali cadit simonia commissa per promissionem renuntiandi beneficium in fauorem alicuius, dummodò alter renuntiet suum in fauorem alterius nominati; nam si vterque promissa seruauerit renuntiando proprium beneficiũ, iuxta pactionem erit simonia realis, quamuis possessionem neuter adeptus fuerit,vt post Nauar.cõf. 13. hoc tit. firmat expressis verbis Vgolin. in tract. de simon.tab.4.cap.10.sub nu.3.

32 Item illa, quæ per remotionem obstaculi committitur,non quidem redimendo vexationem,nam

33 tunc concurrentibus aliquibus ad excludendam simoniam in hoc casu coaceruatis, per Vgolin. indicato tractatu tabul.1. cap.9. §.8. & Menoch. post alios conf.citato 67.nu.17. sed cum remotio obstaculi conuenta fuit, & obseruata propter solutum prætium: nempè si duorum præsentatorum, vel

34 electorum ad beneficium vnus habuit pecuniam, vt renuntiaret præsentationi, siue electioni, atque ita beneficium consequatur alter præsentatus, teste Maiolo in tract.de irregul.lib.5.cap.45. sub num.3. qua sumpta occasione, & pro dictæ cõclusionis veriori intelligentia, oportet inquirere, si hoc verum

35 esse possit.& inuestigare,si præsentatus renuncians præsentationi, aut decedens faueat alteri præsentato,vel potius patronis,qui rursus valeant alium præsentare,de qua licet scripserim cap.13. nu.456. Hic tamen distinctius eloquar, & quò ad patronos Ecclesiasticos nullum esse dubium, quin præsentare nequeant affirmo, & etiam quò ad laicos, post elapsum quadrimestre; tunc siquidem præsentatus,si cedat,vel decedat, alteri præsentato prosit, & propterea iterum præsentare non valeant, qui antea cedentem ipsum, vel decedentem nominauerant, vt optime declarat eruditus Robertus Lancellottus in suo perutili tractatu de attentatis in præfat.ad 2.par. cap.4. nu.653.cum duob.seqq.

Dubium tamen animos Doctorum angens apparet illud cum cedit,aut decedit infra tempus quadrimestre, tunc siquidem maxime controuertitur an patrono suffragetur, & illi propterea liceat aliũ præsentare, vel alteri præsentato collitiganti, ita quod remoto contradictore, sit ille propterea instituendus, & quamuis multi credant veram sententiam patronis fauorabilem; aliam tamen illis contrariam, & præsentatis amicam amplexor, quam infinitus numerus Doctorum commendat,atque adeò,vt communem dicant aliqui,quamque ipse validioribus fulcitam agnosco rationibus, & Rota

Roma-

Romana tenuit antiquiſſimis ne dum,ſed antiquis, ac modernis his temporibus; vt eſt videre apud eũdem Lancellottum indicato loco à num.656. hanc quæſtionem proponentem, ac Doctores pro vtraque referentem, & cum Rota concludentem num. 675.& poſteà tenuit etiam Borgn.Caualc. deciſ.Fiuizana 10.ſequendo ordinem, ſub nu.62. part.3. & proficiſcitur ex priuilegio enato ex lite pendente, cuius meminit text. in cap. 1. vt lite pendente in ſexto,quem vendicare ſibi locum in præſentationibus, docet Calder. conſ. 1. vt lite pendente, & alij, ad hoc citati per Mandoſ.ad Lapi allegat. 22. an ſufficiat lit. H.

36 In tantum, quod diſpoſitio text. in cap. cum autem de iurepatron. concedens patronis facultatem variandi per viam cumulationis,reſtringitur propterea ad eum tantum caſum,in quo nulla penderet lis inter præſẽtatos,quia ſi extaret, nefas ſit variare, etiam in tempore, quadrimeſtris, vt optime præcitatus Lancellottus poſt Gemin. & alios conſiderat in citato nu.668.atque iterum num. 679. cum ſeq. quod perpetua memoria tenendum eſt, quia pauci aduerterunt,& me proponente in duobus ſucceſſis caſibus, Granchum cæperunt doctiſſimi viri conſulentes variationem,& neſcientes hanc veram doctrinam,& propterea ſuccubuerũt clientes eorum; meiq; obtinuerunt beneficia, dum omnimoda erant ſpe deſtituti.

37 Reliqua nunc ſubijciam exempla, quibus iſtud ſimoniæ crimen patratur per remotionem obſtaculi; cum ſcilicet promittitur aliquid concurrenti ad beneficium,cum repromiſſione defectus,qui opponi poſſent aduerſus ipſum obijciat, vt illorum inſcius ſuperior credens illum dignum, vel cæteris digniorem conferat ſibi beneficium, vel inſtituat, aut confirmet,vt poſt Nauarr.conſ. 40. Ioannes, & conſ.42.beneficio de ſimon. probat multis rationibus Flamin. Pariſ. in tract. de confident.benefic. q. 47. nu.9.

38 Vel ſi alteri pecuniam dederit, vt metum in eum incutiat,qui concurrere vellet,& deſiſtat,probat Vgolin.citato tract.tab.1.cap.48. §.3. ſub nu.5. excipitur tamen,quod datum fuerit pro re non ſpi-

39 rituali, ſiue non pertinente ad rem ſpiritualem niſi per accidens; puta ſi carceribus mancipatus,ne valeat ad concurſum ire,& concurrere,donec aliquid pro relaxatione ſuæ perſonæ, eatq; ad concurſum; vtique non erit ſimoniacus, ex ſententia Soti de iuſtit.& iure lib.9.q.6.art.1. in reſponſione ad 4. & q. 7.art.1. verſ.poſtrema denique dubitatio ſit; aut ſi mancipium ſit,qui velit promoueri, qui non adepta libertate promoueri cum non valeat, ex notatis à me ipſo cap.8. ſi pecuniam pro illa conſequenda ſoluat Domino,vt ea habita ad ordines promoueatur,iuxta gloſam poſt Vgonem in cap.generalis 54. diſt. & citatum Maiolum num. 4. eiuſdem cap. 45. mox adducti.

40 Prædictæ quoque ſimoniæ realis ſpecies eſt illa, quæ ex præſtatione fructuum promiſſorum beneficij ob talem collati promiſſionem enaſcitur;nam dum collatio pura,ac ſimpliciter non fuit, ſimoniæ labe non caret, per Abb.inter alios in cap.1.nu.14. vt eccleſiaſt. benefic. ſine diminut. confer. & cum ab vtraque parte eſt impleta, ideſt à ſuperiore conferente, iuxta pactionem, & ab acceptante fructus iam propterea promiſſos realem eſſe ſimoniam conſuluit Nauar.conſ.4.an committatur, de ſimonia.

41 Sed ille, qui renuntiaret beneficium in gratiam alterius,cum expreſſa pactione conſequendi ratam fructuum pro tempore, quo beneficium poſſedit, etiam quod poſt renuntiationem ſequtam, fructus perciperet iam dictos, omni nihilominus ſuſpictione ſimoniaca careret; ſicut & reſignatarius ex doctrinis,& deciſionibus multis congeſtis, per Pariſiũ in pluries citato tractatu de confidentia beneficiali q.27. nu. 128. ob eam potiſſimum rationem, quod ſimoniæ crimen haud patratur, ſi aliquid iure conceſſum deducitur in expreſſum pactum ex gloſa, & Doctoribus in cap.cum M.Ferrarienſis verſ.perciperet de conſtitut. & poſt alios Crauett. de antiquit.tempor.par.4.§.circa præmiſſa nu.30. itaque licet reſignanti paciſci de fructibus pro rata temporis,quo poſſedit cum ſibi debeatur portio illa, ac iure ita ſanciente ſoluenda ſit, quatenus velit idem reſignans.

42 Eſt tamen maxime controuerſum, vſque ad quod tempus tales fructus debeantur; aliqui ſiquidem opinantur vſque ad diem præſtiti conſenſus, per reſignantem ipſum, alij verò vſque ad diem captæ poſſeſſionis per reſignatarium;pro cuius cõtrouerſiæ reſolutione videndus omninò eſt, idem Pariſ.in tract.de reſignat.benefic.lib.1.q.6.á nu.6.& in eodem tractatu de confident.q.35.nu.14. ac nouiſſimus auctor Hieronym. de Cauaglios in ſuis opinionibus communibus contra cõmunes q. 561. à nu.39.vbi etiam alias ſubnectit opiniones contrarias, eamq; præſertim, vt omnes fructus à renuntiante non percepti competant ſucceſſori,quam videtur inſequi aliorum ſuffultus auctoritatibus Caualc.deciſ.Fiuiz.44.nu.4. par.1. ſed ipſe ſemper defendi ad reſignantem ſpectare fructus vſque ad diem præſtiti cõſenſus, exinde verò vſque ad diem captæ poſſeſſionis ſpectare ad cameram, vbi ius ſpoliorum viget, ab ipſa autem poſſeſſione ad ſucceſſorem, & ita ſeruatum vidi, ac pronunciatum per Nuntium Apoſtolicum á Sacra Congregatione Cardinalium delegatum, pro dirimendis controuerſijs exiſtentibus inter antiquum de Tuſo, & tunc modernum Præſulem Acerrarum reſignantem,& reſignatarium.

43 In ordine autem non ſolum videtur commiſſa per ordinatum dantem aliquid temporale ordinatori pro conferendis ordinibus; verum per illum, qui pro literis dimiſſorialibus habendis perſoluit, ita ſanciente Trident.Synodo in cap.1.ſeſſ.21.contraria ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemorabiles penitus caſſante: quinimmo ſi mediatori datum ſit pro dictis obtinendis literis, vt explicat Nauar. conſ. 67. an qui dat pecunias de ſimonia in nouis; cuius quidem conſilij duo ſunt auctores,ipſe ſcilicet Nauarr. à verſiculo ad ſuperiora, & alter, qui inhians talem caſum habere deciſum ab eodem Nauarro illi tranſmiſit dubium, cum rationibus multis ab ipſo congeſtis pro vtraque parte, & propria ſententia, ideſt negatiua, quam lenibus tamen vſus verbis, idem Nauarr. reſpuit, ac præmiſſa diſtinctione iuris naturalis,& Pontificij, concluſit attento iure communi veriorem eſſe affirmatiuam hanc ſententiam; Quin etiam dum primus illius

conſilij

consilij auctor insinuat, tunc simoniacum censeri
dantem mediatori pro habendis literis prædictis,
cum ille pecunia impetrauit ipsas literas, & sequi-
tur Sayr.in suis decisionibus,ac propriè decis.59.in
tit.de simon.his verbis,quas verè per pecunias me-
diator impetrat; videntur indicare contrarium, si
intercessor non pecunia recepta, impetrauerit lite-
ras; verum propter amicitiam,vel coniunctionem
qua apud Episcopum,siue eius Vicesgerentem va-
leat. Attamen hoc etiam casu fieri simoniacum,
qui illis,vteretur apertè colligitur ex verbis Nauar-
ri in adducto consilio, quæ generatim præportant
simoniam in ordine committi iure Pontificio, non
tantum quando temporarium datur pro pretio or-
44 dinis, sed pro alijs actibus directis ad eius acquisi-
tionem,quales sunt examinatio, approbatio, fauor,
intercessio, siue mediatio, qua quæritur consensus
ordinantis ad ordinem insigniendum, & quales es-
45 se literas præfatas adnectit & insuper dantem exa-
minatori, pro approbatione ad ordines, notari si-
moniaca labe, similiter adiungit sicut pro appro-
batione ad beneficia statuerat antea Cócilium Tri-
dentinũ inferius adducendum hoc eodem numero;
extenditq; Corrad. ad dãtem pro approbatione ad
46 audiendas confessiones, in suis responsis ad casus
conscientiæ quæsito 121.par.1.cæterum multi sunt
casus,in quibus præfati examinatores consueuerunt
delinquere, quos tanquam extra rem præsentem
silentio inuoluo,ac remitto lectorem ad Nauar. il-
los congerentem in miscell. 41. de orat. & Vgol.in
tract.de simon.tab.1.cap.48.§.3.ac præsertim refe-
rentem casum de examinatore examinandum in-
struente in his,de quibus interrogandus erit, & op-
tarem,vt omninò abstineret.

In beneficijs etiam committitur istud crimen, si
quid temporale datum fuerit conferenti, vel præ-
sentanti,eligenti,& alijs memoratis in Concil. Tri-
dent. cap. 14. sess. 24. de reformat. verum etiam si
mediatori, aut examinatori, vt mox conclusimus
de ordinibus loquentes, & explicat in his terminis
Vgolin.in §.3.illic citato; statuta autem,vel consti-
tutiones, siue consuetudines, etiam immemorabi-
les, etiam Apostolica auctoritate confirmatas in
contrarium existentes respuit, & annullat præcita-
tum Concilium in eodem cap.14.& latioribus vsus
verbis Pius V.in sua cóstit.104.exordiente,durum,
& incommodum arbitramur.

47 Supradicti veró capitis Conciliaris vigore re-
spondet Nauar. minime licere Antistiti conferenti
beneficium accipere tertiam illius partem,& rece-
ptam teneri restituere in cons. 1. de Episcopo, hoc
titulo in nouis, non tamen esse reuocatam disposi-
tionem annatæ, seu fructuum dimidiæ primi anni,
de qua in extrauag. communi, suscepti,ne sede va-
cante,adiunxit cons.3.Canonici,num.3.illo eodem
titulo.

48 Et respectu Secretarij ex consuetudine recipien-
tis duo scuta,eorumque alterum pro registratura
Bullæ prouisionis beneficij,alterum pro impressio-
ne, seu appensione sigilli, scripsit ipsemet Nauarr.
non esse permittendum, eiq; nefas esse illa expete-
re in cons.2.quæritur,hoc titul.similiter in nouis,&
verba facit glos.fin.in cap.1.de simon.& Aluar.Pe-
lag.de planctu ecclesiæ lib.2. cap.5. affirmans inter
alia, simoniam esse recipere pro chartis, & sigillo,
cum expediuntur literæ ordinum, maxime si in
magna quantitate,fulcitus verbis cap.nullus Abbas
1.q.2.quem textũ admonet paleam esse, sed grano-
sam,& Prælatis arsuris,fore paleam eorum combu-
stionis ministram; credo tamen non esse á præfatæ
glosæ sententia discedendũ,si nullo antecedente pa-
cto, aut taxatione, & petitione daretur, aliquid pro
scriptura,nam sit tunc procul simonia ab illis,arbi-
tratur,& post Io.Andream,& alios commendat ip-
se Pelag. in eodem loco.

49 His subiungere aliquos modos, quibus simonia
probetur, necessarium videtur, ac post genericam
illam conclusionem, relatam per Rodoan.in tract.
de simon.par.4.cap.6.nu.1.totidem eiusmodi dete-
stãdum crimen probari modis,quibus aliud quod-
cumque; infert Mascard. ad illos explicandos in
conclus. 1305. simoniæ par. 3. quorum aliquos re-
censere statui, ac multa vtilia pro illorum maiori
declaratione addere.

50 Probari itaque instrumentis in primis non du-
bito per cap.placuit 16.q.3.licet credam non esse
homines,tam incautos, vt velint adeò aperte simo-
niam committere,quod etiam instrumentis cóuin-
ci possint, maxime quia istud crimen inter illa nu-
meratur,quæ occulte fieri solent, idq; post Rodoa-
num scripsit Paris.in tract. de confident.benefic. q.
7. nu. 72.

51 Item probari testibus certum est ex omnium
sententia, qui non secus ac in cæteris delictis testifi-
cantibus,vt validum proferant testimonium iurare
debent ex l. iurisiurandi C. de testibus, & cap.tuis,
iuncto cap.in nomine Domini,ac melius in cap.su-
per de testibus, his vtente verbis: Respondemus,
quod nullius testimonio quantumcumque religio-
sum existat, nisi iuratus deposuerit in alterius præ-
iuditium debet credi; quam Regulam copiose
exornat Farinac.q.74.à nu.1. ita si testimonium di-
cant in causa simoniæ, tum quia præfata Regula
non reperitur restricta in eo,qui testis esse vult in
causa ipsa simoniæ; tum quia Doctores expresse
loquentes in hac specie,concludunt iuramentum
fore necessarium, ac præsertim Ant.Gabriel cons.
184.nu.9. vol.2. & Flamin.Paris. in adducto tract.
de confid.benefic.q.65. nu.15.

52 Et sicuti pro regula traditur citandam esse par-
tem aduersam,ad finem, vt testis valide testificetur
per cap.2.de testibus,explicatq; abunde, ac iuxta
morem Farinac.q.72. à nu.1. itidem dicendum est,
si in hoc crimine intendunt testimonium dicere
alioquin nullum sit eorum dictum, probant citati
Gabriel, & Parisius in adductis locis in his proprijs
terminis verba facientibus.

Consentit autem idem Paris. in ea quæst. nu. 20.
non esse necessariam citationem eiusdem testis,at-
que fuisse ita iudicatum meminit, eiusq; dictum
defendit auctoritate illorũ, qui generatim loquen-
tes aiunt,non oportere citare testes,& satis esse, si à
parte fuerunt producti, vt ferant testimonium, ad
quam comprobandam conclusionem videre ex-
pedit, quæ Farinac. congerit q.80. à nu.8. vbi con-
cludit nullius validitatis esse dictum testis,sponte
examinati,quale non esset dictum illius,qui fuit ci-
tatus,vel à parte productus, nam requisitus potius,
quam sponte venisse in vtroque casu dicitur.

53 Et quamuis vnius dictum nulli obesse scripserit

Ale-

Alexand. III. in cap. veniens el primo de teſtibus, qui quidem canon loquitur in caſu probandæ ſimoniæ,& eo ſuffultus Vgolin.in tract.de ſimon. tabul.1.cap.30.§.4.nu.7. affirmauit vnico teſte non probari ſimoniam, etiam quod eius dicto ſit, fama coniuncta ex ſententia communiter recepta, & relata per Soccin.in cap. ſicut nu. 8. de ſimon. eamq; præterea ſequitur, communemq; aſſerit Dec. in conſ.209.viſo puncto,prope finem,& amplexata quoque eſt Rota Romana in vna Firmana cappellaniæ 7. Maij 1582. coram Aldobrandino, relata per Pariſ.in tract.de confident.q.64. nu.20. quamuis teſtes ſingulares recipi debere, eoſq; probare ſimoniam,ſcripſerit Marſil.conſ.1.num.27. Anchar. conſ.278. ex prædicta,Hippolyt.Riminald.conſ.7. nu.50. lib.1. & inter conſil.crimin. diuerſ. conſ.85. nu.9.lib.2.necnon Farinac. q.64.nu.274.

54 Quinimmo cõmunem, & verã ſententiam mox relatã,vſq; adeò ſe extendi arbitramur,vt procedat etiam ſi dicto vnius teſtis habilis faueat dictum alterius inhabilis, iuxta caſum in ſpecie deciſum in preſato cap.veniens; in quo duo teſtes affirmauerãt remiſſionẽ quinque barilorum vini factam vnicuique Parrochianorũ per Presbyterum, & quia alter dictorum teſtium erat particeps criminis, fuit abſolutus Presbyter ob probationes nõ concludentes, & tenuit poſtmodũ Rota coram IlluſtriſſimoMantica in vna Ciuitaten. ſabbati 23. Ianuarij 1593. relata per Pariſ.in eadem citata quæſt. nu.21. ſuccurritq; vulgata, & generica Regula, ne ſit recipiendus in teſtem ſocius criminis,ac receptus nihil probet, quam tradiderunt Speculat.in tit. de teſtibus §. 1.verſ.item, quod eſt ſocius criminis nu. 37. Crottus in tract.de teſtibus par.3. nu.91. Cæppoll.conſ. crimin.32.quidam ruſtici nu.6. Boer. deciſ.319. & videtur,ſub nu.1. Ant.Gomeſ.variar.reſolut.rubr. de probat. delict. cap.12. nu.16. tom.3. ſubnectens communem eam eſſe reſolutionem, ſicuti & Mõticell.etiam aſſeuerat in regul.crim.4.num.2.& alij innumeri Doctores, omneſq; mouentur textibus multis in indiuiduo hoc decidentibus,ſcilicet textu in l.quoniam liberi C.de teſtibus, in cap. perſonas, & cap.veniens el primo,de teſtibus,in cap.1. de cõfeſſ.& cap.nemini 15.q. 2. ita quòd neque interrogari debet ſocius de conſocijs, vt poſt alios ſcripſit Pariſ.conſ.151.paucis agam à nu.8. & interrogatus non tantum minimè probet ad condemnandum,

55 ſed neque ad torturam inferendam inditium faciat,vt reſoluit Salycet.in l.fin. num.12. de accuſat. Grammat.deciſ.28.magnificus Ioannes Antonius, ſub num.17.Angel.in tract.malefic. in verbo quod fama publica nu.31. vbi Auguſt. in addit. poſt Romanum atteſtatur de cõmuni,de qua etiam Marſil. conſ.2.altiſſimum refugium num.38. & in praxi §. diligenter poſt nu.59.& l.is qui cum telo nu. 74. C. ad leg.Cornel. de ſiccarijs, Gramm.conſ.crim.37. viſo proceſſu nu.14. Carrer.in pract.in tract.de indit. & tortura §. 8. exordiente inditium, ſub nu. 1. Boer.adducta deciſ.ſub num.1. Oſaſc.conſ.64. ſub nu.27.& poſt alios,quos prætereo, ſcripſit Peguera deciſ.crimin.5.communi traditione,num.2.& 3. & deciſ.37.ſcribentes,ſub nu.2. & Honded.conſ.200. nu.1.idq; ſubſiſtere etiam in criminalibus exceptis, iuxta veriorem, quam dicit Boer. in eadem mox citata deciſ. ſub nu.1. optimeq; aduertit, ac notandum rogat Gramm.indicata deciſ.28. ſub nu. 20.

56 Et relatam extenſionem adhuc dilatari credo, ſi duo ſint ſocij criminis,ijq; conteſtes,vt nequaquam faciant inditium ad torturam ex ſingulari doctrina Bald.in adducta l.quoniam liberi num.2.& ſubſcribit Grammat.conſ.crimin.21.redemptoris,ſub nu.10.& melius Natta conſ.298. viſo, & diligenter conſiderato nu. 10. volum.2. & alij multi relati, & commendati á Farinac.q.43.à nu.34.vbi ſub nu.36. inquit hãc eſſe opinionem communiter receptam, & ſecundum quam fuiſſe pluries deciſum non ignoro ab integerrimo,ac doctiſſimo, quamuis rigido Iudice,ac dum ſecum miratus ſum,quod hãc licet approbatam ſequutus ſit opinionem, reſpondit in dubijs quæſtionibus non mitiorem, vt iura volunt amplexatum eſſe ſententiam, eo quod animi propenſitate ſemper deflexit in rigidiorem, ſed in hanc propendiſſe, quia certo certius cognouerit non ſine certa labe peccati mortiferi ſeruari contrarium, ex quibus ego ipſe tanquam fiſcus Apoſtolicus inſtare nolui,vt tormentis ſubijceretur clericus à duobus conſocijs confitentibus delictum vocatus in ſocium, & nullum aliud penitus ſuffragabatur inditium.

57 Immò in indiuiduo caſu ſimoniæ, ne ſocius criminis admittatur in teſtem pronuntiauit non ſemel Rota, præſertim coram Illuſtriſſimo Aldobrandino in vna Firmana de anno 1582.& in alia Tullen.Parrochialis coram Decano 28. Maij 1593. probatq; expreſſus textus in cap.1. de teſtib. in ſexto,dummodo procedatur criminaliter,quia ſi ciuiliter, vtique admitteretur ex eodem illo textu, vbi Doctores reſtringunt ad ſimplicem ſocium,quia ſi ne dum criminis, ſed muneris etiam ſocius eſſet repelleretur omninò, dato quod ciuiliter ageretur, iuxta gloſ.1.citati cap.1.& gloſ.penult.adducti cap. veniens, de teſtibus, aitque Dec. in cap. 2. de confeſſ.& Rota in vna Pampilon.coram Fabio, teſte Caputaqu.deciſ.244.ſimonia par.3. quæ præterea Fabij deciſio declarat tunc criminaliter procedi, quoties agitur ad priuationem, quam ipſe perlegi deciſionem,meminitq; Pariſ. de confid. benef. q.66.ſub nu.22.

58 Socij verò criminis ij tantũ dicuntur,qui mediatores fuerunt, aut alio quouis modo idem patrarũt crimen,nihil tamen ob eam cauſam receperunt,vel ſibi promiſſum fuit,ſi etenim aliquid eſſent cõſecuti, nõ ſolum criminis,ſed muneris quoque rectè dicerentur, ſicuti etiam ſi aliquid eiſdem promiſſum fuiſſet,ex eadem deciſione Rotali Pamplionẽſi memorata per Caputaq. adducta deciſ.244. & ſcribit Dec.in cap. 1.nu.9.de teſtibus, comprobatq; ſimile illud de aſſaſſino, qui talis iudicatur, ſi ſola pollicitatione allectus hominem interemit, vt poſt Bald. in l. non ideo minus, in fine C.de accuſat. Curtium Seniorem conſ.20. ſæpe numero, verſ. non omitto poſtremo,ſub nu.43.Grammat.vota 9. Nicol.Anellus nu.2. ſcripſit Ant.Gabriel concluſ.1.de malefic. num. 2.

59 Præterea confeſſione probari ſimoniam nemo eſt,qui dubitet,quin etiam admittit Caputaq.deciſ. 242.par.3. & Roland. á Valla conſ.31. in cauſa inquiſitionis nu.1.vol.3.ſuadetur autẽ,quia nulla maior probatio ipſa confeſſione, quæ propterea cunctas alias ſuperat probationes, teſte Pariſ. conſ.112. ſi origi-

si originem nu.42.conf.115. viso processu,num.12. conf. 121. primo aduertendum nu.30. volum.1. & conf.75.circa testamentum num.52.cum seq.vol.2. glosa, & Doctores in l. cum testa. C. de transact. adeò quod validior non immeritò est probatione facta per testes, vel instrumenta, iuxta l.generaliter C.de reb.credit.cap.Lotharius 30.q.2. notant Grámat.decif.36. Solon. nu.66. Soccin.Iunior conf.39. perspectis his,sub nu.18. lib.2. & post alios Menoch.in tract.de recuper.possess. remed.1. num.217. ideoq; cedentis, ac resignantis confessio quandocumque facta de simonia,vel confidentia,nocet ipsimet resignanti,vt probat Paris.conf.58.obtinere debet nu.8.vol.1.

60 Dubium veró non exiguum versatur quo ad resignatarium,num illi obsit confessio resignantis,& confitentis simoniam inter eos intercessisse, & generatim loquendo videtur regula affirmatiua, vt noceat, quam tradunt Doctores relati per Corneū conf.139.in hac consultatione nu.4. vol.3. & concinit text.in l.factam §.si hæres ff. ad trebell. & illic Castrens.atque communis opinio relata per Caputaq.decif.93.Cardin.nu.4. par.1. sed cum præfatus Corneus citato in loco propendat in contrariam sententiam,eamq; magis communem dicat, quoties commodum cessionarij respicit, ac Puteus decif. 149. in vna Tirasonen. lib. 1. & Paris. adducto conf.58.sub nu.13. ob idque Flamin. Paris. in tract. resignat. benefic. lib. 1. q. 16. complures proponit casus,quibus hanc genericam conclusionem sic diuersis opinionibus,seu distinctionibus fulcitam declarat, dùm verò in tractatu de confident. benefic. q.68. à num.9. hunc in indiuiduo proponit casum,& respondet eamet vsus distinctione,qua in illa q. 16. generatim loquendo vtens responderat nu. 23. vt præiudicet si ante resignationem emissa erat confessio, quod si postea tunc non noceat resignatario, sed ipse admoneo duo esse animaduertenda.

Alterum, quod iam dicta distinctio videtur vana ex eo,quod resignans post expletam resignationem habetur pro mortuo,quò ad illud beneficium resignatum,iuxta glosam in cap.quamuis tibi vers. cedentium, de præbend.in sexto, adde textum peregrinum in cap.in apibus §.ecce 7.q.1.abdicauitq; à se propterea omne ius, teste Crescent. decif. 95. actoris,vel 6.de iudic.omnemq; perdidit possessionem, ita quod in ea perdurando diceretur intrusus ad instar alterius cuiuscumque, qui esset titulo beneficij priuatus, ex cap. cum dilectus de purg. canon.notat Paris.conf.143. quod terminus num. 18. vol.4.Crauetta conf.341. num.3. & Gigas conf.20. nu. 9. itaq; propositum quæsitum, intelligitur de confessione, & alijs ab eodem resignante gestis ante resignationem, non autem postea, nam tunc quemadmodum si morte naturali oppressus nequiret,ita & natura ipsa viuens, sed mortuus respectu beneficij illius.

Alterum, quod dignum consideratione arbitror est,non minimam adesse distantiam inter casus ab ipso Parisio congestos in adducta q.16. & casum præsentem,de quo verba facit in citata q.68.quandoquidem in illis casibus actus permultos gessit idē resignans,non cum resignatario,sed altera tertia persona,& ipse tanquam beneficiatus,ac legitimus possessor executus est pro beneficio ipso,& citra delictum: in hoc verò intendens renuntiare illud, facit actum continentem delictum, atque ad tale beneficium non immediate spectantem, ideoque credo nullo modo aduersus resignatarium probare illius confessionem circa simoniam; ex quibus non mirum si Rota sub die 17. Nouembris 1568. coram Oradino, nihil superinde determinauit, vt idem Paris.attestatur, licet subiungat affirmatiue postmodum decidisse coram Seraphino die 2. Decembris 1569.cuius decisionis tanquam manuscriptæ,quia non perlegi verba, & propterea considerare non valui auctoritates,& rationes,quibus prætenditur mota, non possum ab hac pro nunc rationabiliori mihi visa retrocedere, maximè quod solet nonnumquam, ac fortasse, frequentius dictus Parisius allegare doctrinas ad rem non pertinentes; ac tandem, quod ratio, qua illic nu. 10. suffultus,ad talem constituendam deflexit resolutionem, nullatenus pertingit casum præsentem; nam eamdem tradit rationem,distinctionemq; quam supra, nempè resignātem ante perfectam resignationem minime cessionario præiudicare; & propterea non est amplius mea sententia inuestigandum, si in iudicio, vel extra emisisset præfatam confessionem; Etenim si veritate fulciretur eiusdem Parisij relata distinctio,tunc procederet illius restrictio,vt subsisteret, quoties in iudicio facta esset, quamuis in alio iudicio, & coram alio Iudice, ex congestis per eundem in eo loco,sub nu.13.

Probata itaque simonia, pœnæ pro ea infligendæ locus est, & omnes pro illa comminatas pœnas coaceruare superfluum esset, cum á Summistis omnibus affatim referantur in verbo simonia, maximè à Syluestro à num. 19. ac Tabienna à num.71. cumque aliqua de his incidenter hactenus tetigerim, sed aliquas tantum vtiliora, quo ad breuius potero subiungam, necnon in praxi valde necessaria.

61 Ac primum comminatas fuisse pœnas, aduersus simonia commaculatos in ordine, vel beneficio,tanquam principales,aut mediatores, in extrauag.Pauli II.cum detestabile de simon. quam verba facere de simonia reali tantum,& vera, explicāt Paris.conf.29. contra ipsum nu.12. cum seq. vol.4. Vgolin.in dicto tractatu tabul.4. cap.3. vers.pœna igitur,& cap.10.nu.4.Rota decif.diuers.408. vol.1. Rebuff.in praxi rubrica de simon.in resignat.nu.9. & communem esse opinionem Doctorum affirmat Sayr.in suo thesauro lib.7.cap.12.sub num.17. consentiuntq; decisiones per me adductæ supra nu.16. ad probandum non priuari quem beneficio ob simoniam conuentionalem, ac præsertim Cassad. 5. de constit. in his etiam proprijs terminis loquens,quibus addo Nauar.in manual.cap.27. à nu. 106. Ignatium ad Diazzam in praxi crimin.canon. cap.91.Rodericum Lusitanum in summ.par.2.cap. 58. conclus. 6. Vgolin. in eodem tractatu tabul. 4. cap. 3. optime declarantes præfatam extrauagant. & cumulatius Io.Guttier. in lib.1. canon.quæstion. cap.9.

62 Et insuper in quæstionem ipse duco, cum dicta extrauagans statuerit excommunicationem ipso iure incurrendam per talem simoniacum in ordine, vel beneficio, ita velit incontinenti illum effici irregula-

irregularem, & licet Lambert. generatim loquendo in 1.par.lib.2. artic.10. quæſt.9. & cum ſequens Achillis de Graſſis deciſ.341.ſimoniacus, vel 2. nu. 4.de ſimon.ſcripſerit affirmatiuam partem veram, necnon Maiol. in tractatu de irregular. libr. 5. cap. 45. ſub num. 1. Ipſe nihilominus haud abhorreo à diſtinctione Nauarr.in conſ.97.ſi quæſtionibus,de ſimon. in nouis, quod vel quærimus de ſimoniaco in beneficio,& non ſit irregularis, vt ille ait num.8. & cumulatius antea probauerat conſ.91.exordiente irregularis, vel de eo, qui in ordine illam commiſit, & ſubſiſtat iam dicta affirmatiua reſolutio, idq; ait in adducto conſ.97.nu.10.adiungens nu.11. optimam rationem diuerſitatis,quam perlegas.

63 Quid verò ſit dicendum vigore conſtitutionis 5. Pij V. exordientis cum primum, illaq; num vendicet ſibi locum, etiam in beneficijs ante commiſſam ſimoniam obtentis, prætereo, quia Nauarr. reſolutiuè loquendo negat in conſ.92. an committens, de ſimon. non obſtante contradictione Pariſ. in tract. de confid.beneſ. q.61. nũ.9. Prædictæ veró Conſtitutionis verba tangentia hoc caput ſimoniæ, in §. & vt ſimoniacæ prauitatis,ſubſcribere decreui, ob dictum nedum, ſed alia multa explananda dubia; & ſciam multos carere libro bullarij, ea itaque ſunt: Et vt ſimoniacæ prauitatis,& labes prorſus aboleatur,conſtitutiones anteceſſorum noſtrorum contra ſimoniacos æditas,& præſertim Pauli II. inuiolabiliter obſeruari mandamus, & delinquentes tam in ſacrorum ordinum receptione,quam in beneficiorum aſſecutione,ſtatutis etiam inferius pęnis,noſtra auctoritate affici volumus. Quicumque igitur deteſtabile crimen ſimoniacæ prauitatis commiſiſſe conuictus fuerit in conſequendis ordinibus,eo ipſo ſit ab illorum executione per decennium ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſus, & per annum carceribus mancipetur.Qui dignitates Eccleſiaſticas ſimoniacę acquiſiuerit,illis ſit ipſo iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas,& quaſcumque alias obtinendas.Qui beneficium,aut officium Eccleſiaſticum ſimoniace adeptus fuerit,illis ſimiliter ſit ipſo iure priuatus,& ad fructuum omnium,quos perceperit reſtitutionem teneatur, & perpetuò ſit inhabilis ad ea,& quæcumque alia beneficia Eccleſiaſtica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commiſiſſe conuictus fuerit.præter ſupradictas pęnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Eccleſiaſticis degradatus,á fidelium conſortio eijciatur. Qui verò ordines, & beneficia ſimoniacè contulerint, pœnis à iure ſtatutis puniantur,cuiuſcũque gradus, conditionis,& dignitatis,etiam ſi Epiſcopi,Archiepiſcopi, vel maiores fuerint; caueant præterea quicumque ne in Sacramentorum exhibitiones ſimoniacum aliquid faciant,alioquin grauiſſimè puniãtur per locorum ordinarios, qui huiuſmodi criminis reos, cum maximã ſeueritate coercere procurent,iuxta Concilij Tridentini ſtatuta.

64 Poſt hanc Pij ſanctionem,emanauit Sixti V.Cõſtit.91.aduerſus clericos male promotos ædita,quæ exorditur:Sanctum,& ſalutare,adiunxitq; alias pęnas aduerſus promouentes,& promotos ſimoniacè, etiam eos, qui primam tantum ſuſceperunt tonſuram; ad cuius Conſtitutionis declarationem multa ſcripſit huc tangentia Vgolin.in tract.de ſimon. tabul.4.cap.3.& cap.4.Illudq; potiſſimum,quod eius vigore ſit,non modo ab executione ordinis ſic ſuſcepti,verum etiam ab alijs ſuſpenſus omninò, quiuis aliquo ordine fuit ſimoniace inſignitus,probatq; in d.cap.4.verſ.quid igitur, & poſt Panorm. in cap. tanta,& cap.per tuas,el 2. de ſimon. probat Tabiena in verbo ſimonia nu.66.

Hanc etiam conſtitutionem habere ſimiliter tãtum locum in ſimonia reali cõcludit pręfatus Vgolin.ac multis probat rationibus in adducto cap.3. §. 1.nu.6. non ſecus ac Pauli II. extrauagans mox adducta,vt firmaui nu.62.ex eodem Vgolino,& Rotæ deciſione,atque etiam de ea tantummodo verba facere Concil.Trident.in cap.1. ſeſſ.21. de reform. tuetur idem Vgolin.in eodem cap.3.ſub nu.2.

Eſt tamen verum, quod omnes pœnas diuerſis antea conſtitutionibus, ac legibus in illos latas, non ſolum innouat,ſed ipſo iure incurri mandat; requi-
65 ri autem declaratoriam firmat in indiuiduo Frãc. Marc. q. Delphinali 496. quæritur an in cauſa poſſeſſorij nu.15.vol.1. & ſuppetit generalis concluſio á me ipſo poſita in cap.23.ſub nu.122. Quinimmo abſolutionem Summo tantum Pontifici retinet eadem conſtit. in verſ. vt autem homines.

66 Quid etiam dicendum ſit in caſibus occultis, vigore Concil. Trident. & ideò poſſit ne abſolui ſimoniacus occultus, pro reſponſione actendenda ſunt, quæ ſcripſi cap.23.á num.131.& cap.26.num. 55. & Vgolin. indicato §.1. ſub num.5. concludens negatiuè,per verba eiuſdem cõſtit. expreſsè id probentia; ex quibus remota non videtur quæſtio illa, ſi videatur reſeruata abſolutio ab excommunicatione incurſa, per ſimoniam, in ordine,aut beneficio,vel etiam alio quouis modo,quam Doctores faciebant ſuper extrauag.cum deteſtabile,eo quod illam generatim loqui aiebat Sotus in lib.9. de iuſtit. & iur.q.8.artic.vlt. contradicente Nauar.in cap.23. ſub nu. 111. cumq; amplexante Conrado,quæſito 46.par.1. & Toleto lib.5.cap.93. in fin. Præfata ſiquidem decretalis loquitur de ſimonia in ordine dumtaxat, & beneficio, quare adhuc perſiſtit vetus illa dubietas,in qua libenter ſuſcribo ſententiæ Nauar. & ſequacium, vt pœnæ illæ non afficiant omnem ſimoniacum, ſed eum tantum, qui in ordine, vel beneficio commiſit, itaq; abſolutio ab excommunicatione illic reſeruata, procedat in his ſolummodo non alijs ſimoniacis.

67 Sed cum relata extrauagans Pauli II. inter alias pœnas illam conſtituat, ne inde faciat aliquis fructus ſuos, verum ad illorum omnium,quos percepit reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo ſit aſtrictus, inquirendum eſt, de quibus fructibus intelligatur,& Vgolin.ait ſubſiſtere, & intelligendam eſſe de conſumptis etiam;ad quos teneri reſtituere, probat in citato tractatu de ſimon. tabul. 4. cap. 6. §.2. Item ad fructus non perceptos,qui tamen percipi poterant,& ego adiungo tertiam,& notabilem extenſionem, ſcilicet ad eum, qui vt illos perciperet inſeruiuit Eccleſiæ, per Rebuff. rubr.de ſimon. per reſignat.num.15. & tractatu de pacific. poſſeſſ. nu.189.cumq; ſequitur Menoch.adducto conſ.67. num. 6. Necnon inſequor duas ab eodem Vgolino reſtrictiones, eodem in loco recenſitas ad conſtitutam concluſionem ſub nu. 4. vt ſint reſtituendi exceptis fructibus factis,cauſa illorum querendorum, ac ſecundo exceptis expenſis in vtilitatem eiuſdem

Ecclesiæ erogatis,quas antea posuerat Borgas. in tract.de irregul.par.6.rubr.de simon. nu.85.

Hactenus de simonia ab ipso principali commissa, & beneficijs ab eo simoniace impetratis, ac
68 illorum fructibus disseruimus; nunc locus est de ijs verba facere, qui beneficium adepti sunt per simoniam ab alio commissam; in quo quidem dubio multa occurrunt notatu digna, quæ si magno studio non explanabo, quæso me excusatum lector habeat, siquidem integrum volumen Summa cura elaboratum requireret,quod efficere non est locus, ideò aliquibus tantum contentus ero.

Ac primitus illam præmitto necessariam distinctionem,quod vel sciēte, vel ipso beneficiato ignorante, fuit huiusmodi crimen ab altero patratum. Quippe quod primo casu nullam opinor extare differentiam inter ipsum,atque alium, qui per se ipsum commisit simoniam, ex vulgata regula, qui per alium,& ex alijs hucusque relatis; secundo verò casu,adhuc subdistinguendum fateor, quod scilicet,vel hæsitatur, quid faciendum sit de beneficio ipso,vel de fructibus.

Quó ad primum caput Rota pronuntiauit collationem, seu aliam prouisionem ita factam, nullitati ipso iure subiacere, teste Crescent.decis.231.simonia commissa,vel 4.de simon.sed alij nulla facta mentione præfatæ decis.subsistere iam dictam prouisionem firmarunt,maximè D.Thom.2.2.q.100. artic.6. ad 3.argum. Couarr.in regula peccatum par. .relect.2.§.8.sub nu.7. ac Nauar.cons.95. an collatio de simon. impulsus sex rationibus valde efficacibus;ita quod huic libentius,quam priori suscribo sententiæ, cum ea tamen restrictione, (qua præsertim adducta comprobatur conclusio) vt retinere illud nequeat, sed resignare,statim ac nouit simoniace sibi collatum,per cap.penult. de elect. & cap. ex insinuatione, adiuncta glosa in verbo resignasti,& doctrina Abb.nu.2. de simon. Nauar.in manuali cap.25.sub nu.113.& communem esse resolutionem insinuat Couarr. indicato §.8. sub nu.8. vers. iuxta hunc sensum.

Quod verò ad secundum attinet caput, alia opus est distinctione pro vera responsione, cum maxima fuerit inter Scribentes contentio, potissimum respectu fructuum durante ignorantia perceptorum,dico itaque,vel quęritur de fructibus habitis tempore quo erat inscius simoniæ contractæ, vel postquam sciuit.

Nam primo casu videtur validis quidem rationibus concludendum affirmatiuè, & eas recenset Nauar.cons.97.si quæstionibus,& cons.99. quæstio proposita,de simon.in nouis,sed cum illos optime refellat idem Nauar.in illis locis, & validiores congerat pro contraria sententia negatiua, in eam sine dubio propendo, ac veriorem arbitror, & ille omninò amplexatur, nisi extarent,quia tunc restituere cogeretur,per Vgol.in tab.4.cap.7.§.2.sub nu.4.

At secundo in casu omnes assentiūt teneri restituere omnes fructus,& prænominatus Nauarr.memorat eodem cons.99.sub nu.7. necnon Vgolin.de simon. tabul.4. cap.7.§.2. & ille, qui fuit mediator constringatur ne eosdem illos fructus restituere, tangit idem Nauar.cons.100.eod.tit.

69 Nunc ad eam simoniæ speciem,quam confidentialem vocant deflectens, non eam pertractabo, vt res ipsa postulat,quia extra rem præsentis tractatus esset, & quia Flamin.Paris. opus integrum confecit de confidentijs beneficialibus,vbi vna supra octuagintas quæstiones,vniuersam hāc pertractauit materiam,ita quod lectorem ad eius scripta relegare satius duxerim, licet aliquibus contentus ero hic summatim referre.

Admoneo itaq; lectorem, vt Constit.felic.mem. Pij IV.superinde editam in primis percurrat,innouatam deinde,confirmatam, & extensam per alteram Pij V.constitut.exordientem,intollerabilis; ex his enim colliget apertè omnia vsu quotidiano contingentia.

Et cum prior Constit.Pij IV.sit comprehensa in posteriori Pij V.constitutione,illam referente; eloquar tantum, & aliqua pro istius declaratione sub-
70 iungam: cuius quatuor esse partes affirmāt aliqui, credentes primam recensere quatuor casus,quibus confidentia ipsa contrahatur, vt in §.quare,nos volentes; alteram,coniecturas quatuor similiter inferere,quibus illam probari præcipiatur in §. ad probandum; tertiam, testium qualitates eam conuincentes numerare,scilicet in §.testes autē, ac nouissimam, pœnas contrafacientibus minari in §.sed ne quisquam; sed rectius Menoch.fatur ni fallor in lib. 5. de pręsumpt.ac propriè præsumpt.9.à nu.7.dùm confidentiā multis cōtrahi modis arbitratur vigore
71 præfatæ constitut.eosq; clausos sub illis octo coniecturis relatis, tum in §.quare nos volentes,tum in §.ad probandum; siquidē citati Doctores opinantes in dicto §.ad ad probandum,agi de quatuor illis coniecturis,quibus illa verificetur, implicitè assentire vidētur, illas quatuor coniecturas operari quatuor alios casus, quibus illa committatur, qui admixti prioribus alijs quatuor,subsistit Menochij resolutio, & cōsecutiuè veritate nititur,tres esse dictæ constit.partes; est verum adeò standum esse primis quatuor coniecturis, vt non coniecturæ, sed certitudo, & veritas reputetur in vnaquaque illarum; per illa verba,in quouis horum casuum confidentię prauitas sit contracta; Posteriores autem quatuor, sint re vera pręsumptiones à Papa approbatæ,& satis sufficiant ad condemnationem, si alia contraria minimè diluantur probatione, vt ille inquit post nu. 19. Ipseq; omnes non videntur restringere modos alios,& coniecturas probandi confidentias, cum alias etiam adnectant Nauarr. in manuali cap.23.§ num.109. Maiolus in tract.de irregul. lib.5.cap.45. sub num.5. vers.committitur autem Mascard.de probat.q.1307.nisi dicamus cum eodem Menoch. indicato loco, sub num.7.omnes,& quoscumque modos claudi sub octo illis coniecturis deprompti ex adducta Constitutione.

72 Inter has coniecturas illa numeratur,si recipiens beneficium constituerit dimittentē, vel eius parentes, aut propinquos Procuratores ad percipiēdum, vel locandum fructus beneficij dimissi,& illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit, vt in vers.si recipiens,habetur.

Ex quibus verbis aduertendum primitus est, non nisi resignatarium id in gratiam resignantis agentem; ipsumque, vel eius parentes constituentem Procuratorem complecti, quod si prouisus, electus, vel præsentatus in gratiam conferentis, eligentis, vel præsentantis, non esset cum terminis

eiusdem

eiuſdem ſanctionis damnandus, ad quod firmandum adducor vulgata illa concluſione, ne fiat extenſio in diſpoſitione pœnali, per cap. odia, de regul. iuris, in ſexto, & pro regula ſtatuit Franch. in cap. 1. de tempor. ordin. & Crauett. de antiquit. tempor. quarta parte à num. 149. etiam ſi adeſſet eadem ratio, & ſimilitudo de caſu expreſſo ad non expreſſum, Auctore Ioanne Andrea in eodem cap. odia, & Francho indicato cap. 1. ſub num. 5. verſ. & aduerte; necnon Calderin. conſil. 147. quod alias eſt vnicum, vt lite pendente verſ. per prædicta; maximè ſi lex pœnalis loquatur determinate, (vt eiuſmodi conſtitutio loquitur) per Cuman. conſ. 79. quidam fecit teſtamentum, prope finem; ſuccurritque altera generalior concluſio, ne regulariter fiat extenſio de perſona ad perſonam, vel caſu ad caſum, ex cap. ſanè de priuileg. & cap. tua de præbend. in ſexto, Abb. conſ. 57. attingam, verſ. non obſtant lib. 1. etiam ſi Princeps veriſimiliter diſpoſuiſſet, quia ſufficit, quod non diſpoſuerit, vt idem Abb. adiungit; ac demum accedit, quod eadem Cõſtitutio dum voluit compræhendere prædictos, aut eorum aliquos, ſemper addidit, expreſſiſque verbis nominauit, vt eſt videre, in verſ. & pariter ſi à patrono etiam laico, vbi licet in §. proximo præcedenti, dixerit, verbaque fecerit de ordinario, aut alio collatore, & ſecundum ſcripſerit, ac ſtatuerit modum, quo cenſeatur confidentia, quia tamen ſub illis verbis non comprẹhẽdi præſentatum, electum, aut alias prouiſum agnoſcebat Pontifex, & eius intentionis erat illos in eo caſu cõplecti, ac tunc etiam cenſeri confidentiam expreſsè addidit, ſubiungens illa verba, & pariter; ideò cum poſtea ad probandam confidentiam aliquos ſubnectit modos, ac ſecundo loco, poſuit ſupra relatum de conſtitutione Procuratoris, vbi per expreſſa verba loquitur de reſignatario, & reſignante, neque adiunxit id ipſum de alijs, certè, videtur intentio præfati Pontificis fuiſſe, non ſolum minimè includere præſentatos ipſos, electos, aut alios prouiſos, verum expreſſe excludere à diſpoſitione illius ſanctionis, in ea tamen facti ſpecie: ex quibus ita ſeruatum fuiſſe ſcio, contradicente quamuis parte, & Fiſco, in gratiam cuiuſdam præſentati, qui parentem patroni conſtituerat Procuratorem ad exigendum fructus eiuſdem beneficij, ad quod fuerat ab eodem Patrono præſentatus.

Secundo aduertendum eſt, non ſatis eſſe conſti-
73 tuere dimittentem, vel eius parentem Procuratorem ad exigendum, niſi præterea fructus illos donauerit eidem Procuratori; etenim præfata conſtitutio cum vtatur dictione &; quæ ſui natura eſt copulatiua, coniungitque diuerſa per Calder. conſ. 18. an ſi mandatur de præbend. in fine, & conſ. 20. an Abbas de regular. & propterea omnium copulatorum concurſus requiratur, eorumque aliud intercedere non ſufficiat, per Roman. conſ. 166. viſa diligenter nu. 4. & pro regula ſtatuit, cum ſuis ampliationibus, & reſtrictionibus, Iaſ. in l. 1. nu. 2. ff. de iuſtitia, & iure; neceſſario ſequitur non ſolum requiri mandatum ad exigendum, vel locandos fructus, niſi præterea de eis fuerit ſibi facta donatio, quæ quidem donationis qualitas expreſſe conſtare debet, eaque non apparente, ceſſabit diſpoſitio adductæ conſtitut. atque ideo confidentia inducta, ſeu probata per illam; tum quia donatio eſt facti, & facta non præſumuntur niſi probentur, l. aut facta ff. de pœnis, tum quia alioquin dicta conſtitutio admitteret in eodem caſu duas coniecturas, & præſumptiones, nempè præſumeret confidentiam ex conſtitutione talis Procuratoris, cum donatione,
74 & ſimul præſumeret donationẽ, cum lex minimè ſimilia vnquam inſimul ſuſpicetur, & duas admittat præſumptiones in eodem caſu, teſte Peregrino de fideicommiſſ. artic. 24. ſub nu. 73. per text. in l. 1. C. de dotis promiſſ. Bart. in l. cum propter ff. de legatis præſtandis, tum quia donatio ipſa regulariter non præſumitur, ex l. cum de indebito, in princip. ff. de probat. & Menoch. in tractatu de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 146. num. 13. & lib. 5. præſumpt. 2. num. 23. Tùm demum, quod Pontifex ſi noluiſſet, vt expreſsè conſtaret de donatione, fruſtra adieciſſet illa verba, & illi, vel illis de fructibus perceptis, vel percipiendis donationem fecerit: remota itaque tunc confidentia inducta, ſeu probata per conſtitutionem, remanet in puris ter-
75 minis iuris communis, quo iure cum confidentia ipſa ſit graue crimẽn, non præſumitur, ex l. merito ff. pro ſocio, & concluſione firmata per Menoch. in eadem præſumpt. 2. á num. 1. & in hac ſpecie confidentiali; inquit Verall. deciſ. 202. par. 1. nu. 5.

Et cum in eodem §. velit eadem conſtitutio, vt iam dictum mandatum ſi fiat dimittenti, vel eius parentibus, aut propinquis præſumatur confidentia, accedente donatione, vt ſupra, ideò inquirendum eſt, quæ perſonæ compræhendantur ſub dictis verbis ad effectum non ignorandi, quando reſignatarius conſtituens Procuratorem, aliquem ex illis, cenſeatur confidentiam commiſiſſe.

76 Et cum parentum appellatione ſtrictè loquendo intelligantur aſcendentes vſque ad tritauum, ex eo autem, maiores dicantur, iuxta Pauli reſponſum, in l. Iuriſconſultus, prope principium, §. parentes ff. de grad. affinit. ac recordor annotaſſe in cap. præcedenti verſ. ſed coarctati num. . Felyn. in rubrica de maiorit. & obedient. nu. 13. Alex. conſ. 4. ponderatis vol. 4. Ideoque de his tantum loqui præſentem conſtitutionem, & eos dumtaxat complecti ſub dicto nomine exiſtimo, licet vulgus parentum appellatione, alios coniunctos præter aſcendentes venire admittat, teſte Alexan. conſ. 221. ponderatis num. 4. vol. 6. ſuccurritque text. in cap. conſanguinei, iuncta gloſ. 3. q. 5. Niſi etenim hoc modo ſumeretur, vtiq; latius hoc nomen eſſet alte-
77 ro propinquorum, quod illico ſubnectitur in eadẽ conſtitutione, & tamen credẽdum eſt ampliatiue illud ſubiungi, & á ſtrictiori ex legum more, & vſu, exordium ſumpſiſſe legiſlatorem; Quinimmo ex hoc præſertim capite nimis dura videretur iſthæc ſanctio, ſi ad omnes coniunctos extenderetur. Itaque arbitror de aſcendentibus vſque Tritauum intelligi, compræhenſos ſub hoc nomine; & inſuper de cæteris ſanguine coniunctis, compræhenſos ſub altero nomine propinquorum, quod deinde in ea conſtitutione incontinenti ſequitur; eo quod illi ſunt de numero propinquorum, qui iure ciuili ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur in l. 1. C. vnde vir, & vxor, & l. 1. verſ. & his, iuncta gloſa in verbo propinquitatis C. de imponend. lucr. deſcript. & expreſſis verbis Bald. conſ. 334. in quæſtione, quæ ver-

titur nu. 3. vol. 3. ac propterea ab illorum appellatione excludi affines non dubito, aitque aperte Bart.in d.l.1.sub num.1. C.vnde vir,& vxor,ideò si constituat Procuratorem aliquem ex affinibus resignantis,non astringeretur dispositione præfatæ cõstitut.& non sine distantia rationis, quandoquidem fraudem præsumi ex coniunctione sanguinis, probat mille adductus auctoritatibus Mascard.de probat.q.815. fraus nu. 10. vol.2. & non dicunt ex affinitate,fortasse,quia in affines non præsumitur tantus amor, tantaq; confidentia, ac fiducia, quæ in consanguineos,

78 Nec tantum si aliquem ex parentibus masculis, sed fœminis, constituens Procuratorem deuinciatur verbis bullæ, sicuti & si aliquam fœminam ex consanguineis, nam illam sub nomine propinquorum contineri, edocet Bald.in adducto cons. 334. sub num.5. per adductos text. in l.1. C.vnde vir,& vxor, & l.1. C.de impon.lucr.descript. & suadetur hoc casu, ex eadem militante ratione,

79 Sed vsque ad quem gradum propinquorum extendatur præsens constitutio, non audeo determinatè asserere,cum Gregor. Tholos.lib.26. syntag. iuris vniuersi cap.15. sub nu.3. vsque ad sextum, & septimum dilatari legem de propinquis loquenteon affirmet,ex text.in §.fin. de success. cognat. & mea sententia nimis lata esset interpretatio, quæq; faciliter multorum animos intricaret.

80 Verùm si dispositio aliqua de proximioribus verba faceret, quis intelligeretur vocatus; exemplum esse potest de testatore sanciente in fundatione,siuè dotatione iurispatronatus, vt ad proximiorem pertineat? & licet multa de nomine isto proferre possem, quæ recenset glosa in Consuet. Neapol. siquis, vel siqua nu.163. vers.proximiores,de success.ab intestat.& Alex.cons.4.vol.4.tamen in proposito facti themate, vide quæ post alios cumulauit Franc.Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.8.
81 tit.12. nu.30. & Marc.Anton.Peregrin. tract.de fideicommiss.artic.20.Ex quorum scriptis selectissimam statuas cõclusionem,vocatum intelligi proximiorem eius, qui vltimo loco interijt, si descendens sit primi testatoris, vt ipse Mantica ait in fine dicti num.30. & hoc est,quod voluit dicere citatus Peregrin.in summar.dicti articuli,post nu.14.quod proximitas grauati non attenditur,quando testatori consanguineus non est, Itaque vterque ad eum tendit finem, vt si vltimus moriens, & eius proximior,sit de sanguine testatoris,intelligatur vocatus proximior ipsius vltimi decedentis, exclusis alijs, qui eidem testatori essent proximiores,opitulaturque Ant. Gamma decis. Lusitana 258. vt ex narratione num.4. dicens proximitatem vltimi possessoris, ex ea parte prouenire debere, ex qua successio prætenditur; quare verum esse concludo, quod si proximior vltimi defuncti esset extraneus, respectu primi testatoris, diceretur sine dubio exclusus, sed si de illius parentela, & linea, vtique censeretur vocatus,exclusis alijs ad testatorem magis coniunctis; quin & si plures essent in eodem gradu proximiores; vnus alterum non excluderet, licet ille ex masculo,iste verò ex fœmina descenderet, idem Ant.Gamma decis.294.inter duos nu.3. nisi proximior de familia vocaretur,quia tunc sexus tantum, non gradus attenderetur proximitas, de Franch. decis.157.sub nu.4.Quamuis autem succedere tanquam proximior nemo valeat,nisi purificata conditione,nihilominus oportet vt tempore dispositionis sit proximus, quiq; tunc potuerit succedere,si casus proximioritatis,& conditionis contigisset,non autem, qui tempore tãtum verificatæ conditionis esset talis, per notata affluenter á Menoch. cons. 106. nu.332.vol.2. Quod maximè notandum,siquidem contingere non semel potest,& à multis ignoratur, quin à paucis perpenditur isthæc conclusio,in contingentia facti.

82 Mortuo autem primo proximiore,non extingui vinculum,seu fideicommissum,non modo si apertis verbis, dispositum esset, vt res ipsa deueniret gradatim,& successiuè de vno in alium proximiorem,sed etiam si iam dicta verba, & alia similia deficerent,iuxta cons.Anchar.27.incipiente, non seruato ordine; si tamen iam dictum vinculum respiceret fauorem agnationis, dicit Crauett. cons.161. vers.nec obstat, sub nu.9. Exemplum si vocarentur masculi exclusis fœminis, nam hanc esse coniecturam inter alias, vt bona conseruentur in familia, scribit Mantica de coniectur.vltimar.volunt. lib.6. titul.15. Itidem liqueret de prædicta voluntate disponentis,si non singulari numero vteretur,& proximioris meminerit; sed plurali, scilicet,si illis vtatur verbis, proximioribus, vel proximiores, siue proximiorum, namque tunc apertè ostenderet ad proximiores omnes, gradatim, & successiuè deferendam esse,vt docet Crauett.eodem adducto consil.addens,in his terminis loqui præfatum Anchar, & opitulatur Magon.decis.Florent.37. á nu.34. idque tum præsertim subsistere non ambigo,si alia verba annecterentur, illa nempe, quæ ipse in quodam perlegi instrumento: & in defectu proximiorum in gradu dicto N. ordine tamen infrascripto, &c. etenim videntur nominati ordine illo, sic gradatim, & successiue; & fideicommissum nullatenus cessaret per obitum primi, ad quem tanquam proximiorem peruenerit res illa.

Ad secundam nunc pertransiens eiusdem Constitutionis partem, quæ in §. testes autem, declarat
83 qualitates testium illam probantium; & quæ, (vt ex verbis dicti §.colligitur, & alijs vberioribus positis à Parisio in tractatu de confidentia benefic. q. 67.) sufficienter conuincitur dicto vnici testis, cuius quidem assertione probetur vna quælibet dictarum coniecturarum,quarum tamen non vna satis sit, ad condemnandum, sed plures requirantur,saltem duæ,vt optime demonstrat præfatus Paris.q.72. & 73. màximè post nu.4. & dixerat antea Hieronym.Gabr,cons.184.est dubium, sub nu.10. quod aperta verba eiusdem constitutionis præportant,dum aiunt; Testes autem de quaque re singulares, singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniecturas plenam probationem faciant in prædictis.

Et nouissima eiusdem Constitutionis pars, congerens pœnas à confidentiarijs luendas, optime declaratur á Parisio in eodẽ tract.q.58.ac postremis his temporibus explanat religiosissimus auctor Stephanus Quaranta in sua summa Bullarij, post hæc scripta typis data, cũ eruditissimo Prospero de Augustino additionante ad illam, in verbo simonia.

Et

84 Et quod ad hunc tractatum propius attinet, reminiſcor ſimoniacum in ordine executionem ordinis amittere, prohiberique ad altiores aſſumi, iuxta cap. ſi quis, de ſimon. & cap. ſtatuimus 1. q. 1. qui loquuntur ſimpliciter nihil addentes de ſimonia conuentionali, vel reali, ſed text. in cap. ex tuæ de ſimon. expreſsè loquitur de reali, qua irretitum non tantum ab ordine ſic ſuſcepto, verum etiam ſuſpenſum eſſe ab alijs dixi num. 64. verſ. poſt hanc. Quamobrem ſimoniacum in ordine, dici ipſo iure ſuſpenſum, probat gloſa in cap. accuſatum, de ſimonia.

85 Simoniacum veró in beneficio licet ſuſpenſum credant aliqui, preſertim Tabienna in verbo ſimonia num. 68. attamen Coſmus Filiarchus de offic. Sacerdot. tom. 2. lib. 6. cap. 5. ex Nauarr. & alijs probat, iura quo ad ſuſpenſionem, loqui, non niſi de illis, qui ſimoniacæ ordinem recipiunt, & propterea, negatiuè firmat, reſpectu ſimoniaci in beneficio.

86 Exceptis confidentiali ſimonia irretitis, quos priuari ipſo iure beneficijs omnibus tam his, ſuper quibus illam commiſerunt, quàm obtemptis antea, quinimmo inhabiles eſſe ad alia obtinenda in futurum non eſt dubium, tueturque multis rationibus, ac deciſionibus, Doctorumque auctoritatibus, Flamin. Pariſ. in adducto tractatu de confid. benefic. q. 58.

Alijſque etiam exceptis, contra quos ſimoniæ pendet inquiſitio ob infamiam ex tali accuſatione enatam, & ſcandalum; eos namque ſuſpenſos eſſe, miſſaſque propterea vetitos celebrare non dubitatur, ex his, quæ luculentius ſcribo in cap. final. nu. 3. & Vgolin. tractatu de ſimonia cap. 18. num. 2. tabul. 1.

87 Idque adeò, quod ſi eiuſmodi criminis exceptio opponatur dubitari poteſt impediat ne prouidendum, & ſi ea opponatur, poſtquam de tali ſimonia pendeat lis, quia ſpoliatus non eſt reſtituendus, neque interdicto, recuperandi vti valet, ex gloſa in Summa 3. q. 1. Franciſc. Marco deciſ. Delphin. 496. quæritur an in cauſa poſſeſſorij num. 14. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 17. num. 42. atque Lancellott. poſt alios in tractatu de attentat. par. 2. cap. 4. num. 41. multo minus poterit acquirere, interdictoque adipiſcendi gaudere, quod vt plurimum alterum poſſeſſorem præſupponit, ex Menoch. in præludijs citati tractat. de adipiſcend. num. 13. & quia, vt illic ſubiungit Menoch. dominium ſupponit, vtique longè minus quibit ſimoniacus ipſe, poſt obiectam ſibi ſimoniam, rem, ſeu beneficium aliud adipiſci, in quo nullum poteſt habere dominium, ac ſolum ius ad rem mediante præſentatione, vel electione, atque etiam, né de ſimili crimine diffamatus, nouo beneficij titulo decoretur, per cap. omnipotens, de accuſation. & Rotam in vna Calaguritana mox allegandam, in eius vltimis verbis, ex quibus in vna Salernitana fuit excluſus ſcienter præſentatus à maiori parte patronorum, contra quem pendebat inquiſitio ſimoniaca, & inſtitutus alter à minori parte præſentatus, qui aduerſus illum oppoſuerat exceptionem ſimoniæ, quæ tunc agitabatur, cui decreto ſuffragatur deciſio Rotæ poſtmodum reperta in vna Calaguritana 28. Maij 1590. de conuentione; cuius verba referuntur inter deciſiones relatas per Farinacc. poſt ſua conſilia & eſt deciſ. 7?. & conferunt, quæ adducto cap. final. cumulo, neque obſtant verba Hoied. de incópatib. benefic. cap. 24. nu. 79. & 82. par. 1. atque Nauar. in manuali cap. 27. verſ. ſeptimo, ſub nu. 251. quæ non enormitatem delicti, ſed irregularitatem ex eo prouenientem efficere demonſtrant, vt nullius ſit roboris collatio facta crimino ſo, & propterea oporteat eſſe delictum, ex quo oritur irregularitas, ſiquidem loquuntur de beneficio obtempto, quamuis poſt delictum, nos autem loquimur de obtinendo, & nondum habito.

88 Eſt verum, quod ſi fuerit de tali crimine inquiſitus, & ex deductis abſolutus, ſi ex nouis deinde inditijs rurſus moleſtaretur, non repelleretur interdum ab obtinendo beneficio, cum habeat pro ſe abſolutoriam ſententiam, neque amplius præſumatur talis, quouſque altera ſuperueniat ſententia condemnatoria, tanto magis, quod vbicumque fuit aliquis ſemel abſolutus, (quamuis ex deductis,) multa, & grauiora concurrere debent ad condemnandum; eo quod antiqua inditia ſunt penitus eliſa, & noua oporteat talia eſſe, quæ de per ſe
89 ſufficiant; nihilq; proſint, neque aliquid coadiuuent antiqua, per Farinac. q. 4. ſub nu. 26.

Vidi tamen aliquas ſententias à Sacra Congregatione ſupremæ Inquiſitionis Vrbis prolatas, aut vota ad inferiores Iudices ab eadem Miſſa, continentes, & continentia verba alia poſt dictam clauſulam, ea nempè, firmo remanente proceſſu; ex quibus abſolutoria ſententia cum clauſula ex deductis, non impedit, quin antiqua indicia coniungantur cum nouis, & conſequenter ex hoc ſtylo Sacræ Congregationis conuincimur, quod vbi illa abſunt, certum ſit abſolutum ex deductis, non poſſe amplius illorum vigore moleſtari, etſi noua accedant inditia.

90 Hæc tamen clauſula (ex deductis) aut altera ſimilis, non in omni ſententia inſerenda venit, at in illa tantum, qua abſoluitur inquiſitus, quia non conſtat de delicto, nullaque defenſio, & innocentiæ probatio anteceſſit ſententiam ipſam, ſi etenim de innocentia conſtitiſſet, abſtinendum prorſus eſſet à tali clauſula, ſiue conſimili, prout deſumi poteſt ex verbis Boſſij in titul. de ſentent. num. 72. & Iulij Clari in quæſt. 57. verſ. ſed hic quæro, & quæſt. 60. verſ. fama, expreſſioribuſque verbis ſcribit Marius Anton. variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 36. fuit captus nu. 22. Mancin. conſ. 151. nu. 4. vol. 1. Berthazol. conſil. crimin. 396. nu. 5. Idque notandum moneo, cum non ſemel animaduerterim errore lapſos complures Iudices, dictam clauſulam apponentes in ſententijs prolatis ob probatam innocentiam; quique dicebant eam adiungere, vt cautius agerent, neque animaduertebant ſe propterea grauare inquiſitos ipſos, innoxios repertos.

91 Propterea, quod abſolutio facta etiam ob non probatum delictum, in cauſa eſt, ne ſit ille amplius moleſtandus, dato quod deinde noua ſuperuenerint inditia, & tuetur in eo conſ. Berthazol. multorum Doctorum fretus auctoritatibus, inſequiturque Baiard. ad Clarum præcitata q. 57. nu. 5. namque vllam extare differentiam probant, inter abſolutionem conceſſam á proceſſu, vel ab inquiſitione, ob idque à prudentibus Iudicibus inſeri prædictam,

ctam, aut alteram parem clausulam, aiunt, cum propter non probatum delictum absolutoria sententia profertur, ex his ipse desumo, quod si huius clausulæ vis est, rursus molestari posse inquisitum, ex eodem facinore, quoties alia accederent inditia: ergo Iudex ea vtens in sententia, quæ illa carere deberet ex iuris dispositione, similiter in causa est, vt absolutus, iterum, & iniustè vexetur. In Congregatione verò supremæ Inquisitionis Vrbis vidi, quandoque adiungi verba illa firmo remanente processu, atque ita absolutoria ex deductis non impediat, quin antiqua inditia coniungantur cum nouis, ipseque ad alium finem retuli, in vers. vidi tamen, sub nu. 89.

92 Cæterum ignorare nefas est, duplici via procedi posse in hoc crimine, ac de illo cognosci, non secus ac in alijs certum est. Priori quippe, ciuili; altero item criminali, iuxta notata per Iul. Clar. §. fin. q. 1. sub nu. 1. à vers. Ego tamen, & Beroum in rubr. de iudicijs num. 69. quo loci, ad comprobandam hanc conclusionem, ponderat text. in l. fin. ff. de priuat. delict. in l. fin. ff. de furt. in l. nihil aliud ff. de action. & obligat. in l. 1. C. quand. ciuil. actio crimin. præiud. & l. damus C. ad l. cornel. de fals. Quin, & per viam exceptionis posse opponi delictum ad repellendum tantum, vel testem, vel principalem à iudicio, neque ambigo, ex traditis per ipsummet Clarum quæst. 19. num. 2. & tango inferius sub num. 94. & quoniam duo mihi occurrerunt dubia huc spectâtia, & consequutiuè ad crimen istud simoniacum, cuius est sermo in hoc capite; idcirco adnectere illa constituo, vt si alteri obuiam eant, illeq; Theologum habeat in eis Iudicem, etiam in legali scientia peritum se esse præsumentem, vt ego habui in quadam causa Vici Equensis, possit illius erroneas sophisticationes, his scriptis, in terminis tractantibus prosternare.

93 Primo quippe accidit in ea causa dubium illud, de duobus præsentatis ad beneficium iurispatronatus, & contendentibus, in prima instantia, vter esset instituendus tanquam nominatus à maiori parte patronorum, & cum alter eorum obtinuisset sententiam de instituendo, ab eaq; appellasset aduersarius, qui in ipsa secūda, aut altera veriori instantia,

94 opposuisset caput, simoniacum in priori non deductum, fuit dubitatum si articuli venirent reijciendi, ipseq; dixi reijciēdos esse super ista simonia productos ad finem cognoscēdi ciuiliter vtrum inhabilis propterea iudicaretur, vt ipse exclusus in prima instantia ob minorem partem vocum, instituēdus veniret, in hac secunda, reuocata, & annullata priori sententia propter simoniam prædictam.

Etenim Bart. in primis scripsit in l. 1. in fine C. si aduers. libert. Iudicem appellationis cognoscere nō posse, nisi de eo, quod cognouit Iudex à quo, & super meritis primæ causæ, illiusq; auctoritate idipsum dicit etiam Magon. decis. Lucensi 53. nu. 15.

Puteus decis. 184. lib. 2. nu. 5. volens declarare decis. Rotæ 365. in nouis supponentem, Iudicem appellationis succedere in locum prioris Iudicis; ita quod si quis fortasse diceret, ergo non secus, ac poterant coram illo, omnia deduci, ita & coram isto; sicuti arguit præ cæteris Zabarell. in clem. sæpe §. nō sic, post nu. 10. de verbor. signif. propterea eadem Rota in ipsa Putei decis. dixit, id verum esse, in his, quæ coram primo Iudice sūt deducta, aitq; etiam Roman. cons. 381. sub nu. 2. præter quod declaratur insuper ab eodem Zabarell. vt subsistat, cū appellatum esset ante litis contestationē, & tunc subingrediatur locum Iudicis á quo, & coram ipso proponātur omnia, quæ possunt in prima instantia deduci.

Decis. Marchiana Sebast. Medic. 37. sub nu. 1. ex eodem Puteo, & alijs communiter dicit, non posse cognoscere nisi de causa á prima dependente, & ad illam spectante, proptereaq; fuisse pronunciatum in Rota illa, causam legitimi tituli, & inuestituræ, deductam in secunda instantia, non esse eandem cum causa mota in prima instantia, in qua actum fuit de declaratione, quod ceciderit à comodo locationis, ob non factam inuestituram.

Albericus Oliua in ritu Curiæ Archiepisc. Neapol. 22. qui nu. 12. verba faciens super termino dari solito in causis appellationum; non probatum probabo, ita fatur; & intelligas nouas probationes dependentes ab antiquis, aliás omninò nouę probationes non releuant probantem; & dicuntur omninò nouæ, quę nihil coadiuuant, vel per quas nihil coadiuuatur intentio primarum, & antiquarum probationum; hoc etiam declarat Felyn. in cap. fraternitatis nu. 10. prope finem de testibus inquiens, si articulus varietur in substantia non est admittendus, quod si non varietur in substantia, sed modus facti, tunc liceat admittere, & dixerat antea Butr. post Hostiens. in cap. attestationes de despons. impuber. vbi addit, nota, quia non audisti tale verbum.

Mastrill. decis. 136. par. 2. nu. 2. dicit Iudex dicebatur incompetens, vti in causa noua, qui non nisi de discussis coram primo Iudice determinare, & cognoscere poterat, & sub nu. 8. inquit, impossibile enim esset, cum non sit cognitum de hoc, quod de eo possit Iudex appellationis cognoscere.

Surd. cons. 266. vol. 2. prope nu. 11. ita videmus in appellatione, quæ deuoluit ad superiorem id solum, quod reperitur pendere coram primo Iudice, & voluit Rota in decis. 436.

Bald. in l. ædita nu. 98. C. de edend. quod appellatio non deuoluit nisi se ipsam cum suis annexis ad Iudicem appellationis; quæ autem sint annexa, & connexa explicat Mandos. super Commiss.

Magonius iterum in altera decis. Lucensi 26. sub nu. 36. cæteris luculentius, & copiosius hoc ipsum insinuat; cuius verba, quia prolixa nimis apparent, ideò censui præterire, illa tamen percurrat quæso lector, necnon alia Sebast. Medic. in tract. de compensat. q. 10. nu. 2. Io. Ferrat. de appellat. cap. 8. lib. 3. num. 246. Mieres par. 2. tit. de form. proced. in offic. Iudic. tab. num. 52. Cancer lib. 2. variar. resolut. cap. 13. num. 50.

Ipsemet in lucubrationibus iuuenilibus ad eundem ritum 22. Cur. Archiepisc. nu. 23. per Roman. cons. 381. memoro terminum ad non posita ponendum, dari, dumtamen quod allegatur, & producitur in secunda instantia, non faciat nouam rem, vel diuersam actionem ab intentata in prima, & quidem præcitatus Roman. eo in consil. nu. 4. multa vtilia adnectit, tandemq; dicit adesse expressissimum text. in l. per hanc C. tempor. appellat. cuius verba summatim refert, aitq; omnes alias leges tanquam generaliores declarandas esse per illius verba magis specialia.

Verba, itaque dictæ legis ſunt; Per hanc diuinam ſanctionem decernimus, vt licentia quidem pateat in exercendis conſultationibus,tã appellatori, quam aduerſæ parti, nouis etiam aſſertionibus vtendi, vel exceptionibus, quæ non ad nouum capitulum pertinent, ſed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ ſunt, quæ apud anteriorem Iudicem noſcuntur propoſitæ.

Iſthæc conuincunt quemlibet rectum Iudicem, vt reijciat exceptionem Symoniæ non oppoſitam in anteriori iudicio, cum, & caput ſit diſtinctum à propoſito de maiori numero vocum, neq; illi coniunctum eſt,neque ab illo pendet, maximè quia illud perſonas patronorum intuetur, ſi ſint patroni, & deſcendant à veris patronis, ac quomodo ſit ipſorum facienda computatio, & ſic cognoſceretur vter præſentatorum maiori parte foueretur. Iſtud autem intuetur perſonam præſentati, ſi illa ſit idonea, & ſic valuerit,nec nè nominatio de ipſo facta; quoniam ſi inhabilis iudicetur ſuccumbat maior numerus, qui propterea priuetur illa vice poteſtate præſentandi, & inſtituendus ſit nominatus à minori parte,& licet illatio iſta militet,cum ſcienter patroni indignum præſentarunt,vt dixi in cap. 13. nu. 458. attamen, & eo quoque caſu, non videtur admittenda iſthæc exceptio, propter rationem, & aſſumptum hactenus probatum, ita quòd fatendum eſt,rectè ſcripſiſſe Magonium in deciſ. Lucen. 32. nu.57.per Caſtr.in l.ab exequutore, nu.3.ff. de appell.& Nat.conſ.573.Iudicis appellationis officium verſari in cognoſcendo qualiter primus Iudex, ſe geſſerit ſuper deductis, coram eo, & diſcuſſis iuribus partium.

Reijciendos itaquè eſſe articulos iſtos reſpondi, cui reſponſioni non leuiter fauent geminæ rationes,quas conſideraui; quòd ſcilicet pœna Simoniæ eſt beneficij priuatio per extrauag.cum deteſtabile de Symon.quæ licet inſtingat etiam excommunicationem,& alias cenſuras aduerſus Symoniacum; illæ tamen non ſunt pœnæ. Quare articuli ſi admittantur, & conſtaret poſtmodum de Symonia, quia repelleretur à Iudicio,vt ſcripſi, num.92. vtique effectiuè priuaretur, quia vicerat, & inſtitutus fuerat, & conſequenter ordinaria pœna Sy-
95 moniæ plecteretur,licet per viam exceptionis propoſitæ; ideoque non Ciuilis, at criminalis cauſa eſſet,ex ſententia Butrij,Felini,& aliorum, quos ſequitur Maran.par.4.diſt.1.nu. 33. Vltra quod vbicumque excipitur crimen aduerſus teſtes, vt reijciantur à teſtimonio,quamuis ſit cauſa ciuilis, non tamen ita erit, ſi aduerſus principalem ad repellendum, atque etiam priuandum, iuxta caſum præſentem, ſtante inſtitutione, ideo dicunt doctores omnes, hanc eſſe cauſam criminalem, & ſuccedit reſolutio Surdi in hoc ſpecifico caſu facto, in eodem relato conſilio,quod ſiue criminalis, ſiue ciuilis fuerit mota in prima inſtantia,ſi in ſecunda pro-
96 ponatur altera,non niſi cumulatio eſſet, quæ in ea fieri prohibetur, ex auctoritate multorum doctorum,quos recenſet; ſubiungit tamẽ,eam fieri poſſe coram primo Iudice,ſi velit pars in ea interdum audiri, & coram illo teneatur ſua iura proponere non coram Iudice appellationis, tametſi coram eo pendeat adhuc Iudicium, in ſecunda, aut altera inſtantia; fulcitur auctoritate Purpur. qui ita concluſerat antea in rep.l.ædita,nu.211.C. de eden.

97 Secunda ratio eſt illa,de iniuria,qua afficitur primus Iudex,ſi eius ſententia reuocetur, quoniam appellatio arguit,vel imperitiam, vel iniquitatem pronunciantis Maſtrill.deciſ.158. nu. 7. par. 2. per ſingularem textum in l. 1. in princ. de appellat. & tamen ſi de Symonia agi in altera inſtantia poſſet, non deducta in priori,eaque probata reuocaretur, proculdubio anterioris Iudicis ſententia, illumque propterea, vel iniquum, vel imperitum fuiſſe crederetur, abſque propria culpa, dum id fieret propter rem, & cauſam ſibi ignotam: Ideo non patiendum, vt articuli iſti admittantur conſiderata diſpoſitione iuris communis,cum Iure Regni,quid faciendum ſit in laicalibus tribunalibus ſanxerit Conſtit. Regni exordiens Iuriſperitorum.

Cúm verò fuerit exceptio iſthæc oppoſita in aliqua inſtantia, liceat né iterum ſuper eadem in ſequenti producere teſtes,& eoſdem articulos,ſecun-
98 dum fuit dubium,quod mihi euenit, & dixi,neque eoſdem licere producere articulos,neque ſuper eis, aut de directo contrarijs poſt didicita teſtificata alios, vel eoſdem teſtes in cauſa producere, ob ſuſpictionem ſubornationis, clemen. 2. de teſtib. ex quo textu apparet reſolutio præſentis dubij,nempe quod negandum ſit in tertia,dum in ſecunda,teſtes produxit ſuper articulo iſto Symoniæ.

99 Articuli verò noui admitti, ac ſuper eis recipi teſtes poſſint,ex cap. fraternitatis de teſtibus non quidem articuli omnino noui, ſed dependentes à primis ex gloſ. notab. in eo textu, & Doctoribus multis, quos ad hanc comprobandam reſtrictionem refert Farinacc.quæſt.75.nu.82.& 136.At qui dicantur articuli noui,qui antiqui,qui dependentes, & qui contrarij,eundum eſt ad ipſum Farinac.ead. quæſt. à num. 29. qui autem impertinentes,tractat Oſaſc.in deciſ.14.Pedemont. Bertrand. conſ. 198. nu.4.lib.1.& Grauat.ad praxim Veſtrij, lib. 5. cap. 14.ſub nu. 26. inter eos tamen, & alios de Iure non admittendos, aliqualem extare differentiam videtur,nam illi ad cauſam,neque directé, neque indirectè pertinent, iſti verò pertinent, ſed contradicunt,vel ſunt omnino noui, iuxta notata per Vrſil. ad deciſ. 7. Afflict. & comprobatur continuo vſu procuratorum proteſtantium, & iudicum paſſim vtentium, dum inquiunt, ſaluo iure impertinentium,& de Iure non admittendorum:ſi enim alterum ſub altero compræhenderetur, fruſtra adderentur illa verba,& non admittendorum,quapropter, ea aliquid vltra operari credendum eſt, ſcilicet, vt intelligantur reiecti non ſolum impertinentes, ſed qui ex alia cauſa, quam ratione impertinentiæ non eſſent admittendi, vt firmat inſuper in indiuiduo Corneus, conſ.18.ſub nu.16. vol.3.

100 Partem autem oportere inſtare pro reiectione talium articulorum,alioquin ſibi præiudicet, ſi taceat,ſcripſit Bal.in l.certi conditio, §.quoniam ſub nu.12.ff.ſi certum petat.aitq; Anton.de Alex.relatus per Præſidem de Franchis,deciſ.220.ſub nu.14 ita quod,ſi teſtes dixerint iam teſtimonium,nulla præcedente contradictione, & proteſtatione alterius partis,circa impertinentiam, & non admiſſionem, ſubſiſtat probatio, & examen (niſi fuerint prorſus impertinentes) neque amplius valeat aduerſarius dicere de impertinentibus,concludit poſt alios

alios Affl. in Constitut. Regni Iurisperitorum, nu.3.& Viuius decis.400.num.19.par. 2.inde prodijt,quod Muscatell.in praxi ciuili,par.5. glos.impetrantes,nu.32.& Rouit.super pragm. 12.sub nu. 5.de ordin.iudic. dicunt cautos procuratores in citatione ad testes, ad videndum illorum iuramenta solere protestari de impertinentibus,atque non admittendis,idque ad effectum, vt dicit Dominus de Franch. adducta decis. num. 1. vt secundum adhibeatur requisitum, nempe fiat generale decretum in prima instantia, aut reijciantur in causa appellationis,nisi dubium sit non leue, an articuli sint impertinentes,vel non admittendi.

101 Quinimmo cum Iure canonico hæc protestatio debeat fieri, quando citatur pars ad videndum admitti articulos ex Rota decis.13.nu.2.de testib.in antiq.quæ quidem citatio solet concipi, his verbis, citetur N. ad dicendum contra articulos facto datos,videndum illos admitti, & iurare testes, vt inquit Vestr.in praxi lib.6.cap.2.nu.5.& Farinacc. q. 72.cap.1.nu.75.& consequenter, vna simul fiat citatio super omnibus prædictis, colligo eam decisionem conclusisse idipsum,quod si expressè dixisset faciendam esse talem protestationem,in citatione ad videndum iuramenta testium, cum in partibus, scilicet extra vrbem non fiat citatio ad dicendum contra articulos, & videndum illos admitti, per eandem Rotam decis.10.nu.2.de except.in antiq.ideo necessario sequitur extra vrbem debere fieri talem protestationem; etiam de Iure Canonico in citatione ad videndum iuramenta testium.

102 Nec ipsa tantum protestatio sufficeret pro repellendis testibus,eorumque attestationibus,sed insuper decretum generale,cuius supra memini; tertium vero, quod statim post publicationem instetur pro reali reiectione,ita Præses de Franch. decis. iam citata,ex sententia Antonij de Alex. post num. 14.& ex moderno vsu Regij Consilij post num.15. dicunt insuper Capyc.decis.28.nu.9.Muscatell.indicata glos.nu. 35.& Rouit. super adducta pragm. nu.5.si igitur aliud istorum desit, non reijcerentur testium dicta.

SVMMARIA.

Falsi crimen, quam sit detestabile, & horrendum demonstratur, nu.1.
Falsarios impediri suscipere ordines probatur, cum declarationibus, nu.2.
Ad falsitatis essentiam, tria requiri refertur, & quæ,nu.3.
Si nemini noceat, an saltem pœna extraordinaria sit puniendus committens, nu.4.
Dolus si absit,committi falsitas nequit, nu.5.
Dolus verus quo modo verificetur, quoue præsumptus,nu.6.
Si spes lucri abest, commissa non creditur, numero 7.
De ea inquisitus,non est fideiussoribus relaxandus, nu.8.
Ipsius pœna remissiuè refertur. nu.9.
Falsans acta causæ; cadat à causa, quomodo intelligatur, num. 10.
Text,in l.in fraudem §.quoties ff.de Iure Fisci, an etiam procedat in falsificante testes, numero 11.
Pœna falsi puniatur nè,tantum fabricans falsitatem,an præterea vtens nu.12.
Vter Iudicum cognoscat si in aliquo loco fabricauit,in alio verò vsus est, nu.13.
Remissio petita, an sit facienda cum criminosus vni Iudici subest ratione originis, alteri vero ratione delicti,nu.14.
Falsus coram Iudice vigore remissorialium alterius à quo sit castigandus,nu.15.
Falsam producens scripturam ab ipso fabricatam,sit nè tanquam falsarius puniendus, an etiam requiratur,declaratio quod vti voluerit? num. 16.
Quid verò si non fabricauit, sed tantum exhibuit? nu.17.
Replicans velle vti scripturis, quatenus vera sunt,quid agendum,nu.18.
Falsificans litteras Apostolicas, incurrit excommunicationem,nu.19.
Vtrum vero,qui illis vtitur tantum? nu.20.

Capitulum XXVIII.

1 TAm graue, tamque detestabile apparet falsi crimen, vt, & illud non immerito atrox reputetur à Marsilio singul.163 & inter grauiora delicta numeretur, à Iosepho Ludouico decisione Lucensi 15. exordiente illustres,nu.31.ita quod longe peius homicidio, ac veneficio credatur, ex sententia Angeli in §.mitiores, per illum textum in authen.de nupt.Marsil.in Rub.ff.ad l. Cornel. de falsis nu.12.& l.is qui cum telo,nu.76. ff. ad l. Cornel.de Siccarijs,quin & illud esse crimen adeò abominabile, quam aliud nullum scripsit Io. de Anan. in Rubr.de crimin. falsi, & Cyn. in l. transigere prope nu.9.C.de transact.qui hominem,notat propter maculam falsitatis deuenire ad nihilum inter homines, ac propterea ex tunc dici hominem sine fide, neque aliud lucrari (addit quidam peritus) nisi vt numquam postea sibi credatur, quare, & illud famam,& honorem afficiens, vituperet hominem, dicit sola in Constitut. antiq. Sabaudiæ glosa vltima,super decreto ad maiorem tit.de falsis, nu. 4. ipsumque amittere nobilitatem, qua antea potiebatur, aduertit Lucas de Penna in leg. mulieres vers.vltimo nota,col.5.de dignit.lib.12.

Et si qui infamia notantur á promotione arceantur,ex notatis à me ipso in cap. 18. num. 1. ic-
2 circo, & falsarios omnes impediri ordinibus insigniri fatendum est: Nec tantum qui litteras Apostolicas falsas fecerunt,in quibus terminis loquitur text.in cap.ad falsariorum de crim.falsi, & Maiol. tractat.de irregul.cap.35.lib.5.seu falsum dixerunt testimonium,de quibus verba facit, text. in cap. si

Epiſcopus 50,diſt.idemque Maiol. in cap. 36. eiuſdem lib.5.ſed omnes falſificos, tanquam irregulares ſub hac prohibitione compræhendi reor,ob'rationem ante dictam, qui à ſuſceptis etiam deponantur, eorumq: miniſterio detineantur liquet ex eiſdem iam adductis canonibus;dummodo tamen, & ea publica ſit falſitas,quia ſi occulta, poſtquam ipſos pœnituit, non vetantur miniſtrare, neque promoueri,namque ceſſat, tunc ratio infamiæ, teſte eodem Maiol. adducto cap. 35.ſub nu. 2.

Iſthæc autem, vt euidentius innoteſcant,multa adnectanda eſſe, exiſtimaui, ſuper hac ſpecie falſi-
3 tatis,atque in primis tria requiri ad eſſentiam falſitatis reminiſcor,nempe,vt ſit mutata veritas, quod ex dolo, & alteri nocuerit, Anchar. conſ. mihi 25. viſa inquiſitione ſub nu. 5. Affl. deciſ. 404. fuit per Illuſtrem,nu.8.Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſi 13. egregius ſer.nu.5.Gomeſ.Leo deciſ.21.in deciſ. diuerſ. Franciæ, & Bart. in l. ſi mulier, §. ſi ſeruus ff. de act. rerum amotar. ita quod non deſunt, qui aſſeuerarint, nè ſub aliqua punitione etiam extraordinaria,cadat eiuſmodi falſitas,quæ alteri non
4 obeſt,maximè gloſ.in l.damus, in verbo priuatos, C.de falſis, in cap.quanto de iure iuran.& alij relati per Marſil.in l. 1.§.præterea,num.14.ff.ad l.Cornel. de Sicar. tueturque apertioribus verbis Corneus,conſ.181.lib.4.& Rolan.conſ.38.nu,22.& 44. lib. 1. tametſi probabiliorem, ac veriorem exiſtimet ſententiam Menoch.de arbit.Iudic.lib.2. cent. 4.caſu 306.crimen falſi,ſub nu. 15. probante hunc falſarium non euitare pœnam extraordinariam, quam præterea amplexantur Afflict.deciſ.citata num. 13.& Felyn.conſ.48. nu. 8. quin etiam ſi non ſolum haud nocuit,ſed inſuper nocere, neque potuerit, veniat ille puniendus aliquo modo ſcripſit Hieron.Magon.deciſ.Lucenſi 43.agebatur, nu. 19. & 20.licet Ioſeph.Ludouic.contradicat in deciſ. altera Lucenſi 15.Illuſtres, nu. 47. cum ſeq. & ſi non obfuit, ſed eſt apta nocere;puniretur, tunc ordinaria pœna falſi, ex auctoribus proximè citatis, & Clarius ex deciſ. Rotæ coram Accorambono relata per Caputaq. deciſ 5. verbo falſitas, par. 2. & deciſ.214.ſtatutum par. 3. & melius poſt Iulium Clarum in §.falſitas,nu.35. dicit Anton. Fabrus in ſuo Codice Fabriano lib.9.tit.13.definit.7.in vltim. gloſ.tomo 2.

5 Dolus præterea ſi non intercedat, committi falſitas,nequit, ex hactenus relatis, nec quilibet dolus ſufficit, at ille tantum, qui ſit in lege expreſſus per Aret.in §.appellantur,nu.7.inſtit.de except.& Menoch.conſ.221.nulla certa,ſub num. 15. neq; præſumptus ſatis erit,ſed verus dumtaxat l. nec exemplum C.de falſis Riminal.Iunior.conſ.145.num.21 & euidentioribus verbis Hier.Gabr. conſ. 169. nu. 16.& ſeq.

6 Sed quo modo dolus verus, quouè præſumptus verificetur, recordor vtrumque probari indicijs, & coniecturis, ſed aliqualem conſiderari differentiam in modo probandi, vt ſcilicet verus; non niſi coniecturis,& indicijs manifeſtis,& patentibus dolum omnino concludentibus; ita ſanè poſt alios, quos adducit, ſcribit, adiungens exempla vtriuſq; doli,Hyppol.Riminal.conſ.43.nu.44.& ſeq. prolixiuſque conſ.184.nu.1.Alex.conſ.103.videtur prima conſideratione, num.13.vol.1.reliqua autem multa de dolo vero, & præſumpto recenſet Menoch.in tract.de recuper.poſſeſſ. Remed. 15. num. 135.& nouiſſime Tuſchus concluſ. 572. dolus verus,& concl. 573.vol.2.

9 Falſitas autem ipſa nunquam commiſſa creditur,quando nulla adeſt ſpes lucri,aut commodi,& vtilitatis,vel ex parte eius, qui ſupponitur ſalſum commiſiſſe,vel ex parte alterius, cuius contemplatione, cauſaue, prætenditur patrata, teſte Rubeo, conſ. 15.nu.3.Rol.conſ.38.nu.38. vol. 1. Caſſador. deciſ. 10.vt valida,nu.4.de præb. & Menoch. adducto conſ.221,nu.9.qui ſub nu.16.notat allegantem dolum in his terminis non modo teneri illum,probare, ſed etiam ob lucri cauſam,commiſſam falſitatem.

8 Et qui de hoc crimine moleſtatur, ne dum carceribus mancipandus eſt; verum in illas coniectus, non eſt fideiuſſoribus relaxandus,etiam ob pacem, & publicam lætitiam,Bar. in l. Lucius in fine ff. ad Senat.Conſul.Turpill.Dec.in cap.licet,cauſam, nu. 11.de probat.& poſt alios Menoch.caſu 302.cuſtos carceris,nu.16. niſi tamen Iudici liqueret illum eſſe innocentem,ex Magonio deciſ. Lucenſi 42. ſtatuto nu. 12. vbi quia optimam recenſet praxim in hac ſpecie relaxationis carceratorum; ideo exiſtimaui vtile eſſe eam referre. Ait enim,quod quamuis Iudex valeat, quandoque ſub cautione relaxare inquiſitos de capitali crimine,id faciendum eſſe reſtringit, quando ſibi conſtaret inquiſiti innocentia, eumque propterea abſoluendum eſſe preuidet, quod eueniret, quia nequit, ni formato,& publicato proceſſu, iam antea ſibi patere illius innocentiam, dici non poſſet, (quæ omnia validiſſimis comprobat auctoritatibus) ideo concludit, non niſi tunc licere iudici relaxare prædictos carceratos,ac præſertim falſificos.

9 Sed quæ ſit pœna falſitatis, non explico, etenim quia multis modis illa committitur,multæ etiam fuerunt ſtatutæ pœnæ, quas reſcribunt Doctores, hactenus adducti, præſertim Clar. & Menoch. ſed illa tantum contentus ero concluſione, quod falſans acta cauſæ, cadit á cauſa,per text. in l. in fraudem.§.quoties,ff.de iure Fiſci.

Quam declaro in primis,vt requirat ſententiam ſecutus Bal.in cap. olim de reſcrip.cuius veriorem, & communiorem eſſe opinionem teſtatur, Tiraq. in l.ſi vmquã,nu.188. C.de reuoc.donat licet And. Sicul.in eod.cap.olim col.10.& Boer.deciſ.291.ſcripſerint,ipſo iure cadere in hanc pœnam.

Secundo declaro, quod ſi non ſolum iuris iſta diſpoſitione,at etiam ſi ſtatutaria perderet cauſam, qui falſitatem committeret, non tamen propterea
10 aduerſarius obtineat, niſi prius ſuam intentionem plene probauerit,per verba eiuſdem cap.cum olim in fine,per quem textum,notat Alex.ad Bar.in l.in fraudem §.quoties ff.de Iure Fiſci,Ruin. conſil.15. nu.4.vol. 5.& Ioan.Petr.Surdus deciſ.282.falſos inducens teſtes,nu.23.

Verum cum textus in ipſo §. quoties loquatur de falſante acta,contingit dubitare,ſit nè idem ſen-
11 tiendum,ſi aliquis falſificauit teſtes,aut inſtrumenta? etenim negat Bar. in eodem §. & communem eſſe opinionem ſcribunt Boer.citata deciſ. 291. nu. 3.& ſemel, atque iterum, prope finem,Felyn. in cap.cum venerabilis, nu. 20.ac Decius, num.21.de except.

cept.ſed annuunt Card.qui dicit communem ſententiam indicato cap. cum olim notab. 12. & Menoch.citato caſu 306.nu.4.& videtur ſequi Hieron. de Cauaglios.dum illam vltimo loco ſcribit,quæſt. 19.concluſio iuris eſt, vol.1.concluſ.comm.contra comm.& videtur inhærere Surdus citata deciſ.282

12 Pœnam autem falſi non tantum patitur, qui falſitatem fabricauit,ſed qui ea vtitur,licet maiori viſum fuerit aliquibus plectendum, qui fabricauit,vt eſt videre apud Afflictum deciſ. 21. dubitabatur ſub num.2. & aliqua ponunt Becr. deciſ. 82. exordiente,& dico,Gram.deciſ.27.in fine,& Paponius, lib.Arreſtor.22.tit.12.Arreſto 1.ſed eius,qui vtitur falſis litteris Principis,maior ſit pœna alterius vtentis falſo inſtrumento, probant aperta verba l. maiorem C.de falſis, qui quidem textus, quam patiatur intelligentiam perquirit citatus Afflict. indicata deciſ.21.ſub nu. 3.

13 Et cum dixerim,tam fabricantem, quam vtentem puniri; exquiro, ſi quis in aliquo loco perpetrauit falſitatem, in altero vero, vſus eſt, vter Iudex cognoſcet de crimine,& delinquentem caſtigabit? cum duo ſupponantur delicta,alterum in fabricando, alterum vero in vtendo, ob idque fabricans ſcripturam falſam, eſto non vtatur, debet puniri pœna fabricationis,vt ſcribit Pariſ. conſ. 151. paucis Agam.nu.29.vol.4. Hanc quæſtionem diſcuſſit Senatus Pedemontanus, vt eſt videre in recollectis per erudiſſimum theſaur.qui in deciſ.266.ſubditus cuiuſdam vaſſalli,proponit iſtam dubitationem, & multa deinde pro vtraque parte ſuſcribit, deciſionemque illius Senatus refert, cuius tamen decretatio, maiorem nobis dubium præbet, quandoquidem licet ſit non eſſe faciendam remiſſionem petitam à Iudice fabricatæ falſitatis, ſed eius cognitionem competere Senatui, coram quo fuerat producta ſcriptura falſa, innitiiur tamen præuentione à Senato facta, vt eius verba ſonant in verſ. Senatus poſt nu.13. cœterum multos adducit auctores, qui in hac dubietate reſpondent, & mihi videtur maximæ auctoritatis deciſio text. In l. penult. C. de probat.qua decidiiur puniẽdum eſſe á Iudice met, coram quo eſt productum inſtrumentum, nulla habita ratione de loco commiſſæ falſitatis, & recolo deciſum fuiſſe per magnam Curiam Vicariæ ad fauorem cuiuſdem viri Nicotericẽſis,& confirmatum per Regium Conſilium,quamuis poſtea ad inſtantiam Baronis commiſſa cauſa eidem conſilio ſuper petita remiſſione ſub die 5. Maij anni 1603. receſſnm fuerit á reſolutis,& iudicatum cauſam eſſe remittendã ad Baronem, qui tamen eligat Iudicem in hac Ciuitate Neapolis propter allegatam ſuſpicionẽ;volui inquirere cauſam,qua ſuffulti Iudices illi in hanc propenderint partem, & habui ab altero ipſorum, quod omnes inclinabant ad fauorem Iudicis præſentationis, & vſus, vt ille præferatur quando ambo concurrunt, ſed non concurrente Iudice loci delicti, audiendum alterum originis, ac propterea in eo caſu remiſſionem Baroni originis faciendã decreuerunt,quia non cõcurrebat Iudex loci,in quo ſcriptura vſus eſt inquiſitus,quorum ratio mihi viſa eſt perſuaſiua non autem concludens,ſed ex ea cognoui annuiſſe conſiliarios, vt petente Barone originis,& concurrente altero productæ ſcripturæ falſæ,anteponendum eſſe hunc ſecundum,& reſpuendum priorem iuxta ſententiã quam ipſe tenui,& nunc iudico veriorem, & ab ea nullatenus diſcedendum.

14 Et licet multi, huic quæſtioni miſceant alteram de remiſſione petita, per inquiſitum, ſeu illius ſuperiorem prætextu originis, vel delicti; adducentes pro ratione concluſionem, vt quamuis produxerit ſcripturam in aliquo tribunali, ſit nihilominus remictendus ad Iudicem originis; tamen mihi videtur hanc rationem non intrare, nam cum duo ſint delicta, quæritur vter ſit præferendus ex cauſa delicti, & multo magis cum in caſu petitæ remiſſionis præferatur omnibus iudex delicti Auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oportet, eo, quod potentior,& principalior eſt forum delicti per Rolan.conſ.19. per totum lib. 2. quare ſi hac ratione vti poſſemus in hoc caſu,tanto magis conualidaretur reſolutio, quam reſoluimus puniendum eſſe á Iudice,coram quo vſus eſt falſitate.

Qui vero adductę quæſtionis circa remiſſionem faciendam vellet veritatem excogitare,adeat Gram. deciſ.26.nu.6.de Franch.deciſ.37. fuit dubitatum, & deciſ.88.Hieronymus, nu. 5. atque tandem Antonium Theſaurum,deciſ.Pedemon.90.Iudex originis,an poſſit,nam ex his auctoribus,atque ex alijs ab eis relatis verã reſolutionem carpere vnuſquiſq; poterit, eamque vſu comprobare cum indigebit.

Vbi vero teſtis in alio loco depoſuiſſet, præcedentibus tamen litteris remiſſionalibus expeditis à
15 Iudice alterius territorij, aut Prouinciæ, ſi falſa teſtificatus fuerit, à quo ſit caſtigandus ſi quæratur, non diſcutio, propterea quod reſpondent Anan. in cap.1.verſ.quærit hic sub nu.18. inibique Butrius, verſ.á quo autem puniatur ſub nu.6. de crim. falſi, & inquiunt,ab vtreque,ſicuti,& Salyc. etiam ſentijt in l.nullum,verſ.quod facit ad quæſtionem,ſub num.9.& illic nu.6.ac Ioan.Sicard.nu. 13. de teſtib. Marſ.in l.fin.nu.145.ff.de Iuriſd.omn.iudic. Rolan. conſ.12.nu.4.cum ſeq.lib.2.Bertaz.conſ. crim.72. ad fauorem,nu.19.vol. 1. quam communem eſſe opinionem ſcribit Farinac.q.67.§.2.nu. 33.

16 Is autem, qui falſam exibet ſcripturam, an ex hoc ſolo actu veniat tamquam falſarius caſtigandus, inquirere refert cum ſæpe ſœpius contingere ſoleat, & quidem veram exiſtimo reſponſionem, quod ſi is antea fabricauerat ipſam ſcripturam falſam,ſit ex ſola oblatione puniendus, quamuis deinde proteſtetur nolle vti,ex textu ſingulari in l.ſi falſos C.ad l.Cornel.de falſ. etenim ſi ex ſola fabricatione falſarium dixi puniendum eſſe,nu. 12. longe magis id eſſe debere conuincimur, cum ad alium deuenit actum,& ſic illam coram iudice, vel apud acta præſentauerit maximè ſi veritate nititur,quod fabricans, & producens non teneatur de vſu, eo, quod ambo hi actus tendunt ad eumdem finem; Plot.in l.ſi quando,nu.715.C.vnde vi,Baiard.ad Iul. Clar.§.falſum,num. 29. adducens Boer.deciſ.82.& dico, nu. 10. & propterea Bar. & aliorum verba aclente ſunt perlegenda,quæ recenſet Menoch. de arbitr.caſu 315. nu. 4. vt falſos teſtes producens, ſi deinde eis nolle vti proteſtetur, teneatur nihilominus de falſo, ſi quidem minime intelliguntur de præſentatibus teſtium falſas depoſitiones, quia non eſſet,offerre teſtes, verum teſtificata, ſed de producentibus falſos teſtes ad deponendum, atque ideo fabri-

fabricant tunc falſitatem,eiuſque ſunt cauſa, ideoque oportet,quod ſcienter produxerint teſtes ipſos ad teſtificandum falſitatem,alioqui ſola inductione teſtium non punirentur, quia multi ſunt inducentes teſtes pro bonis,& legalibus,reperiunt tamen iniuſta,& contraria veritati atteſtatos eſſe, poſt didicita teſtificata, ob idque, niſi tunc vtantur haud caſtigandi ſint de falſo, ſcripſit Lazzarinus in ſuo reſponſo inter conſilia Farinac.30.nu.187. & Capyc.deciſ.67.ſub nu.7.

17 Quamobrem omnis verſatur difficultas,cum non fabricauit,ſed ſcripturam falſo ab altero confectam exhibuit,aut falſas teſtium depoſitiones, an ſola productione veniat falſi pœna plectendus? in cuius reſponſione,tametſi aliqui confuſè verba fecerint, omnes tamen concluſiuè in hanc conueniunt reſponſionem,vt non ſint caſtigādi,niſi præterea dixerint velle vti, quod ſi eum pœnituerit produxiſſe,& interrogatus replicauerit nolle vti ab omni ſine dubio,eſt pœna immunis. Ac propterea ignorare nefas eſt,quod continuo vſu ſeruari videmus, interrogari paſſim cauſidicos, & litigantes ſi velint vti ſcripturis,teſtibus,ac depoſitionibus productis,iuxta praxim relatam per Bar. in l. Diuus,la 2.ſub nu.1.ff.de falſis,& tunc ſi replicet affirmatiuè, caſtigetur, ſed ſi neget imputanda ei non ſit productio eaque nihil operetur reſpectu falſitatis, per text. maximè in adducta l. ſi falſos dicunt omnes potiſſimum Menoc.citato caſu 315.nu.28.Capyc. ead.deciſ.67.nu.9.alijque mox adducendi,ita quod ſi nulla præceſſerit interrogatio alterius partis, & conſequenter replicatio producentis circa vſum nulla veniat inſlingenda pęna,alioqui fruſtra fieret talis interrogatio, vt optimè aduertit præcitatus Lazarinus relato loco, poſt Clarum in §.falſum, verſ. producens, & dicit etiam Boſſius, inquiens prodeſſe in hoc caſu abſtinere ab vſu,in tit. de falſis nu. 116. qui propterea, & alij adducti ſcriptores aiunt,requiri expreſſam declarationem voluntatis, quod intendit vti; Idque adeo, quod poſſit in quacunque parte Iudicij declarare nolle vti, & vſque ad diffinitiuam ſententiam Pract.Papienſ.in forma libelli ad reſcindendam ſententiam,in gloſ. verbo doloſe nu.1.ac Boſſ.indicato loco, etiam in cauſa appellationis,ex Bal.in l.alia nu.7.C.de ijs, quibus, vt indig.Alexand. expreſſius conſ.108. nu. 9. lib.6. Crauett.conſ.46. nu. 11. quod verum eſſe reſtringit Menoch.in loco ſuperius citato,vbi nulla interrogatio interceſſit in prima inſtantia; quia tunc ſtaretur eiuſdem replicationi, quam ſi non feciſſet diceretur conſtitutus in mora, aduerſarioque eſſet ius quæſitum.

18 Verum ſi pars aduerſa reſponderet velle vti ſcripturis,aut depoſitionibus, quatenus veræ ſunt, aut alijs verbis,hanc ſuam conciperet intentionem, eſſet, ei præfigendus terminus à Iudice, & compellendus præciſe reſpondere, ſimpliciter affirmando, ſeu abnuendo,per Bar. citato loco, quem ſequitur Lapus allegat. 119. Quæro pone,Fulgoſ. conſ. 177. publicato proceſſu, Butrius in cap. imputari propè finem de fide inſtrum. Felyn. in cap. præſentium, nu. 12. de teſtib. Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis verſ.tollendo tamen,ſub nu.100.de conſtitut.Ioan. Baptiſ. Ferreta conſ. 88. ſuper puncto, Rota deciſ. 282.licet quis,verſ. ſecus vero ſi eſſet, in nouis, & tandem pronunciauit Regium Conſilium Neap. Affl.deciſ.189. facta publicatione, replicante verò inſtrumento,vti velle pro bono, donec fuerit legitimè certioratus de contrario ſatisfeciſſe, neque ad magis præciſè reſpondendum cogi poſſe tenuit Rot.deciſ.783.tom.4. diuerſ.

19 Tandem falſantes litteras Apoſtolicas, excom-
municatione ligantur in cap. ad falſariorum, de
crim.falſi,& bulla Cœnæ,cap.6. illis verò vtentes,
quamuis inflictam in ipſo cap. ad falſariorum in-
currant,ſi laici ſint,ex illius text. verbis, nullus ta-
20 men comminatam in dicta bulla,quod poſt Caet.
verbo excommunicatio,cap.26.tenet Marius Alte-
rius,tomo 1.de cenſur.diſput.7.lib. 5. cap. 4. verſic.
quinta dubitatio.

S V M M A R I A.

Numiſma,quis primus excuderit,nu.1.

Quo tamen genere, quoue metallo vſus quiſque fuerit,nu.2.

In vnoquoque eorum tria principaliter intuemur,nu.3.

Monetam cudere, de regalibus eſſe oſtenditur, num.4.

Qui præter Principem cuderit, tanquam monetæ falſificus puniendus eſt,nu.5.

Etiam ſi in pondere.forma,& materia iuſta ſit, verum irſcio Principe nu. 6.

Multò magis ſi materia peccet,nu.7.

Sub his ſpeciebus comprehenditur adulterans,ſiue tingens,nu.8.

Ioco autem tingens, vt meretricem puta eluderet,an contineatur, nu.9.

Sub altera verò diminuti ponderis comprehenditur tondens,ſiue mutilans,nu.10.

Niſi tamen grauiorie ponderis circumciderit, atque ad iuſtum reduxerit,nu.11.

Qui ex pondere tanti detraxerit,quanti, erogauerit in cudendo, ſit ne puniendus,ſi reliqua concurrant,nu.12.

Delinquens in hac ſpecie delicti,quam mereatur pati pœnam,remiſſiue dicitur,nu.13.

Quamque expendens falſam monetam, nu.14.

Quilibet tenetur ad hoc propalandum crimen, ſcilicet falſantis,nu.15.

Non autem tondentis,nu.16.

Ex eo damnatus non appellat,nu.17.

Dominus domus in qua patrata eſt iſthæc falſificatio punitur,dato quod ignorauerit,nu.18

Ea confiſcatur,niſi vidua,aut pupilli ſit,nu.19

Vbi pecunia non iuſti ponderis expendi conſueuit,teneatur nè creditor illam recipere,nu.20

Verba illa boni, & iuſti ponderis in contractu appoſita,videntur ſuperflua, cum ſubintelligantur, nu.21.

Monetarum mutatio ſi ſuſpicetur poſſit ne debitor anteire tēpus in facienda ſolutione,n.22

Solutio ſit ne facienda de pecunia currente tempore contractus,an ſolutionis, nu.23.

Debitor

Debitor exhibendo massam auri, vel argenti, liberetur nè a debito; nu. 24.

Expendere, an quis valeat tuta conscientia monetam falsam ad ipsius manus ignoranter peruentam, nu. 25.

Moneta alicubi si expendatur iuxta pondus, qui eam emerat, & alio transferret, vbi alienatur ad valorem eunes, vtrum peccet? nu. 26

Qui aliquo modo falsat monetam, nullam incurrit excommunicationem, nu. 27.

Conuictus de tali crimine, an valeat promoueri ad ordines, discutitur, nu. 28.

Capitulum XXIX.

1 NE lectorem tædio afficiam, præterire cogor nonnulla, quæ de numismate fari possem, & qui primus apud varias nationes excusserit; eos namque recensent Aelianus Plutarchus, & alij, quos memorat Petrus Gregor. Tholos. lib. 36. Syntagm. iuris vniuersi, cap. 2. & Camill. Borell. vir apprimè doctus, in addit. ad Belluc. rub. 36. §. grauè damnum, litt. A. & alij, quos Cenedus memorat collect. mox citanda, num. 2. Ipse verò Tholos. meminit etiam omnium, qui ante alios, in
2 suis regionibus cuderunt. Quo tamen genere, quoue metallo vsus quisque fuerit, eruditè explicat Couar. in collatione veterum numismatum, cum his, quæ modo expenduntur; ad quorum scripta lectorem relego, adque alios ab eisdem citatos auctores. Illud tantum memorabile testimonium, Alber. in Dictionario verbo Moneta si mutetur, hic adiungens, ait enim se reperisse in sermone cuiusdam insignis Religiosi Carmelitani de passione Domini, triginta argenteos illos Iudæ persolutos, vt Christum traderet, ante aliud, quodpiam percussum numisma excussos fuisse à Thare Patre Abrahæ optimo fabro in gratiam Nini Regis Niniuæ filij Beli, eosq; successiuis temporibus ad manus multorum, demumque ad Carbonam Pontificum iudæorum peruenisse, cuius Alber. testificatum recensent quoque Guid. Papæus. decis. 495. in fine, & 498. sub nu. 2. nec non Gigas de crim. læsæ Maiest. lib. 1. q. 62. nu. 7. & Cenedus collect. ad Decretales, 80. nu. 3.

Nunc vero ad ea, quæ frequentius accidunt deflecto, vt postmodum ad rem huic tractatui pro-
3 pius tangentem descendam, & quoniam in vnoquoque numismate, tria principaliter intuemur; quantitatem nempè, materiam, & formam publicam; ex insigni glosa in cap. quanto, in verbo Patris de iureiurand. & notat Francisc. Marc. decis. 186. quæritur super facto, num. 4. par. 1. ideo circa tria præcipuè committi falsitatem in moneta, aduertunt omnes, maximè idem Marc. inibi, & decis. 261. quæritur de modo, nu. 1. par. 2.

4 Et cum inter regalia, hoc ius sit monetam cudere, cap. 1. quæ sint Regal. in vsib. feud. nisi priuilegio, vel consuetudine ad aliū deuenerit Guid. Papeus, decis. 498. cui competat per totam; Iccirco, ad illum dumtaxat spectare, soliusque Principis esse ius istud cudendi monetam, eamque mutandi, minuendi, aut eius valorem augendi, rectè scripserunt Faber ad §. t. instit. quib. modis tollit. obligat. & in authentica, hoc si debitor, de solut. Boer. decis. 327. Hæc quæstio, nu. 6. & 7. ac Salyc. in l. 2. C. de falsa monet. suppetitque text. in l. 2. C. de vetere numis. potest. lib. 10. non tamen ignoro complures suspicari, consensum populi etiam requiri, cuius opinionis est Imol. in cap. quanto, supra citato, & Lucas de Penna indic. rub. de veter. numis. potest.

Hæc itaque si vera sunt, prout veritate niti non dubito; depromitur ex eis valida consequentia,
5 vt quicumque præter Principem cuderit, aut in aliquo prædictorum apposuerit manus, inique fecerit, & dicatur propterea falsam impressisse monetam, & tanquam illius falsificus puniatur.

6 Et propterea, qui monetam licet in pondere, forma, & materia cuderit, similem monetæ Principis, attamen si Principe inscio fecerit, quia illius cunæus falsificatur, sine dubio falsarius reputatur, & criminis læsæ maiestatis reus, l. 2. C. de falsa monet. Boer. in tractat. de sedit. §. 6. nu. 2. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 316. nu. 15. & Couar. indicato tractat. cap. 8. sub nu. 1.

7 Ita, & quidem longé magis si materia peccet, nempe si eiusdem non sit qualitatis, & bonitatis, cuius illa Principis, namque si adulterina appareat, eodem crimine commaculatur, ex omnium sententia,

Non secus ac ille, qui minoris ponderis cudit in his namque duobus casibus falsator monetæ dicitur; licet is sit qui huic fabricæ, & muneri à Principe præpositus, & institutus fuerit.

8 Sub his autem speciebus numerari eos, qui monetam publicam adulterant, omnium est consensus, ideoque sub capitæ immutatæ formæ includi illum, qui monetam tingit, (veluti qui monetam æream aut æneam argento, vel auro tegit) non cōtrouertitur, ac expressè fatentur Marsil. in l. qui falsam, nu. 101. ff. de falsis, & Menoc. post alios, eodem
9 relato casu 316. nu. 42. qui tamen ioco tinxerit, & deaurauerit; puta si vt meretricē eluderet, vel nulla afficeretur pœna, vel leui, & pœcuniaria; sicuti respondit Bartholomæus Bertazolus cons. crim. 56. Dominus Ioannes, vol. 1. sequiturque Baiard. ad Iulium Clarum §. falsum, nu. 334. atque ita postmodum iudicatum in facti specie, proposita per adductum Berthazolum, subdit Claudius Berthazolus in annotatione ad citatum consilium Bartholomei sui parentis.

10 Sub altero vero diminuti ponderis comprahendi tondentem, & mutilantem, nemo est, qui dubitet, ex adductis auctoritatibus, necnon Bar. asseuerat in l. quicumque ff. ad l. Corneliam de falsis, &
11 Cyn. in l. 2. C. de falsis, nisi circunciderit monetam grauioris ponderis, & ad iustum reduxerit, per Alciat. cons. 461. siue 14. lib. 7. exordiente trium inquisitorum.

12 Sed is, qui monetam excusserit præcedente authoritate Principis, & eius qualitatis ab eodem Principe, præparatæ, an nè falsam monetam cuderit, si a pondere tanti detraxerit, quanti erogauerit in cudendo, & dubium ex eo oritur, quod iure ciuili moneta in forma publica, debet eius esse ponderis,

deris,cuius eſſet in maſſa,eò quod expenſa in illius fabricatione,de publico fieri debet iuxta l.1. ff. de contrah.empt. vbi notat Bart.& in l. 1. C. de veteri numiſmatis poteſt. lib. 10. necnon Franciſ. Marc. vltra deciſiones adductas,ſcribit in deciſ. 152.nu.2. par.1. At quia expenſis priuatorum imprimi debere,illaſque propterea ſubtrahendas eſſe à pondere monetæ exiſtimat Innoc.in cap.quanto de iure iuran. idque conſuetudine obtentum eſſe addit præcitatus Franciſ.Marcus indicata deciſ. 261. ſub nu. 3.hac de re , videtur hic excluſus ab hoc capite falſantis monetam .

13 Quam verò pœnam in vnoquoq; dictorum caſuum pati quis mereatur,non curo adiungere,nam Couar.eod.c.8. & Menoch. citato caſu 316. minutatim exquirunt,& explicant,atq; Peguera , in qq. crim.cap.46.qui etiam Doctores , nonnullas adnectunt declarationes , & reſtrictiones ad concluſiones à me ſuperius conſtitutas , quas lector percurrere valebit, cum opus erit .

14 Illudque potiſſimum , quód monetam falſam expendens,tenetur pœna l.Corneliæ de falſo ſi Anfrerio credere velimus in addit.ad cappell. Tholoſ. 162.& in alijs citatis per Menoch.indicato caſu 316 nu.51.& in Regno eſt conſtitutio adulterinam,pœnam mortis naturalis inſlingens,quæ in viridi reperitur obſeruantia , iuxta deciſ. Præſid. de Franchis 401.falſa videns.

Cœterum in hoc delicto, tria conſideranda eſſe ſpecialia repeto, ex reſolutione citati Pegueræ in vltimis verbis dicti capitis 46.quæ ſatis clare deducuntur ex l.1.C. de falſa moneta.

15 Quorum primum eſt , vt quilibet deuinciatur, iſtud manifeſtare crimen, eoq; maculatos accuſare alioqui pœna plectatur,& ſit pœna falſi, ex Bar. in l.lege Cornel.nu.2.ff.ad l.Cornel.de falſis.Afflict.in conſtitutione Adulterinam,nu.10.ſub rub. de tondent falſam monetam,atque Alciat.conſ.461. & in libro meo eſt 14.lib. 7. & exorditur trium inquiſitorum, qui quidem in verſ. & ſupraſcripta procedunt,ſub nu. 26. videtur , tametſi non apertiſſimis
16 verbis reſtringere, ad non propalantem falſantem monetam,non autem ad tondentem,& moderniores expreſsè deinde ſcripſerunt,præſertim Iodocus in partic.cap.65.rub.de monet.Adulterat. num. 2. Decian.lib.7.cap.24.num. 8.& c.25.nu. 2. & indicat,ni decipior, Baiard. in annotation. ad Iulium Clarum in §.falſum,nu.324.

17 Secundum ne propter illud damnatus appellet , idque inſuper dicit Auſrer.ad Cappel. Thol. deciſ. 177.ſi aliquis ſit confeſſus,nu.10.reſtringitur tamẽ in eo,qui licet mulctatus ſit pœna falſantis monetam;eo quia pænes ipſum reperta fuit ex ſuperius annotatis , attamen eam cudiſſe minimé conſtat, huic enim appellationem non denegari determinauit Reg.Conſil.Neapol.in deciſ.Præſid.de Franchis 351.Cœſar Staratius,par.2.

18 Vltimum eſt,quod eius pœna plectitur etiam Dominus domus , in qua perpetratum eſt crimen iſtud etiam ſi ignorauerit , dummodo propè illam habitauerit , & veniat domus eadem confiſcanda ,
19 niſi viduæ,aut pupilli ſit,idq; ex adducta l.1. & ibi gloſa verba prodiderit,& verbo inferendum Iacob. Butric.col.2.verſ.tutores Cyn.nu. 4. & ſeq. Alber. nu.1.& 3.Salyc.nu.3.& 4.gloſ.in cap. quanto,verſ. defraudata de iure iurand.inibiq; Hoſt. nu.10. Butrius,nu.15.Imol.ſub nu.5.Alex. de Neuo , ſub nu. 27.Iodoc.in prac.c.65.rub.de monet.adulterat.n.9. pract.verber.p.1.rub.10. de falſa moneta nu. 3. Io. de Platea in l.1.ſub nu. 1.C.de muri leg.lib.11. Vitalin.in tit.de falſæ monetæ pœna,nu.2. & 3. atque Tiber.Decian.tract.crim.lib.7.c.27.nu.8. & c. 28. nu.12.notat etiam Franc.Marc.deciſ.261.nu.7.p.2.

20 Nunc ſubijcere aliquot caſus intendo,qui occurrerunt elapſo anno 1609.qua Veneuenti Gomes vetuit expendi monetam non iuſti ponderis,& in primis excitatum fuit,vtrum ne creditor ante dictum proclama,obligatus fuiſſet recipere monetam á ſuo debitore minoris ponderis? & reperi Menoc. conſ. 258.& ſi nu.12.vol.3.vbi ſolutionem faciendam de pecunia, ſecundum pondus zecchæ concluſit , licet autem innitatur verbis contractus, illis ſcilicet in auro boni,& iuſti ponderis , quam obrem,non videatur eius reſolutio extendenda ad eum contractum in quo ceſſant iſthæc verba,aut ad ſimplicem pactionem tot ſcutorum,ſiue ducatorum;attamen & hoc ipſum ſentire in hoc caſu , fortaſſe non erit erroneum,niſi decipior , tum ex concluſione eiuſdem Menoch. vt ſolutio fiat de moneta ſecundum pondus zecchæ,tum ex pulchra doctrina gloſæ , &
21 Bar.in l.lecta nu.5.ff.ſi cert.petat, quæ ſe habet,ſolutionem ſemper intelligendam de pecunia bona, & iuſta,ac propterea nihil operari, ſi in inſtrumento addantur illa verba boni,& iuſti ponderis .

22 Alterum eſt dubium, ſi monetarum mutationis extet ſuſpictio , & velle debitor anteire tempus in ſolutione facienda,teneatur né creditor recipere ?& reſolutiue reſpondeo negatiuam veram, quam approbauit Regium Conſilium de anno 1557.in gratiam Cœſaris Vrſilli,ſicuti in illius additione reperi,& Afflict.deciſ.90.hoc tempore,nu. 3.

23 Arduam illam, & intricatam quæſtionem agredi non curo,ſi fieri debeat ſolutio de pecunia currente tempore contractus , an potius ſolutionis ? & ſi cum mutata eſt antiqua pecunia ſoluatur ſaltem æſtimatio . Namq; verior de iure videtur reſolutio fouens ſolutionem faciendam eſſe de ea,quæ expẽdebatur tempore initi contractus, & illius ſit danda æſtimatio cum debiti perſolutio ſit cap. cum canonicis de cenſib.tueturque Cened.in collect. 80 .nu. 1.ad decretales,nec non doctores,quos ille memorat , & alij mox ſcribendi , licet conſuetudo admittat , eam poſſe fieri de moneta tanti valente tẽpore ſolutionis,dato quod non ſit eius ponderis,cuius erat altera eiuſdem valoris tempore contractus; exemplum refertur ab Afflict. indicata deciſ. 90. quo tempore expendebantur quintinæ,quarũ quatuor currebat pro vno caroleno,cum reuera non eſſent valoris,& ponderis vnius Caroleni ; quo relato exemplo , pro tuitione concluſionis à me traditæ, remitto lectorem ad ea , quæ ſuperinde ſcribunt Afflict.in ead.deciſ.atq; deciſ.194. filiusfamilias,Puteus deciſ.149.communis concluſio , Petrus Beuinten.deciſ.39.dubitabatur,Rot.Genuen.deciſ. 119.exhibuerunt nu.7.Guid.Papæus,deciſ. 493. ſi fiat monetæ mutatio, Caualcan. deciſ. Fiuizan. 16. Lazarinus,nu.41.p.2.Theſaur.deciſ.174.pecunia credita And.Gayll.obſer.73.præſcriptionem lib.2. Myſing.obſer.1. quod valor monetæ cent. 4. Menoch.conſ.137.lib.2.& Gabriel. concluſ. 1. cum

duab.seq.sub rub.de solut.ac Rosella in sum.verbo restitutio 5.à nu.5.atq; Rota coram Penia decis.683 nu.2.tom.4.diuersorū,& pertrāseo ad tertiū dubiū

24 Illud scilicet, si quis certæ monetæ debitor, vel summæ, satisfaciat exhibendo massam auri, vel argenti eiusdem quantitatis debiti? & affirmat Pinell.negans id subsistere in casu contrario, in rub. C.de rescind.vendit.par.1.cap.3. nu.4. licet videatur reluctari Mozz.de contract. tit. de rebus, quæ mutuari poss.nu.8.cum seq.

25 Item si falsa moneta ad aliquem ignoranter deuenit, queat nè illam, tuta conscientia expendere, aut inter bonas miscere? & non licere arbitramur, & qui auderet alienare, & distrahere non esset immunis à peccato; cuius sententiæ inter alios fuit D. Anton.in sum.p.2.tit.1.cap.18.§.quantum ad vsum in fine, Rosella ex auctoritate Girard. in verbo restitutio 5.nu.15.Borgas.de irregul.par.6. tit. de crimine falsi, nu.15.

26 Et cum de anno præterito 1609.monetarum nō iusti ponderis vetita fuerit distractio ad valorem cunei, sed iuxta pondus, ideo fui interrogatus liceat nè illas, sic emptas alio transferre vbi tanti valeat, quanti, & reliquæ monetæ iusti ponderis, quæ sint eiusdem cunei, & illic expendere pro valore inibi currente, ad instar monetæ integræ, & respondi licere, fretus doctrina eiusdem dicit Antonin. in eodem §. quantum ad vsum, quem sequitur citatus Borgas, adducto tit. num. 14. vtriq; tamen illum non esse tutum aiunt, qui pecuniam tonderet, vt deferat postmodum ad eam prouinciam, in qua etiam diminutæ expenduntur, pro eodem pretio, quo.& integræ, etenim hic non solum grauiter delinquere tondendo, sed præterea expendendo.

27 Sed qui aliquo ex citatis modis falsificauerit monetam, nullam de iure commnni incurrit excommunicationem, nisi forte ab aliqua Synodali constitutione esset adiuncta Rosel. verbo restitutio 5. nu.14. & si monetam Regis Franciæ per extrauag. vnicam Ioan.22.de crimine falsi.

28 His enarrati, deuenire refert ad eam quæstionem quæ huic tractatui propius confert, scilicet vtrum ne, isto crimine intinctus, ordinibus insigniri valeat Quod dubium, nemo quem viderim explicat, neq; Maiolus, aut Vgolinus, qui integros conscripsere tractatus de irregul. & Borgas. licet in adducto tit. omnem congesserit materiam falsitatis, atq; etiam circa monetam, deindeque speciatim tractauerit, si in vnoquoque illorum casuum censeatur irregularis delinquens in hoc tamen capite, quid dicendū sit, non perquirit, quare ipse generalibus adductus auctoritatibus, & rationibus, hāc diffinire quæstionem enitar, itaq; dum falsantem monetam, reū esse crim.læsæ maiestatis reum, notari irregularitate, eo quod est infamis, per l.quisquis C. ad leg. Iul. Maiest.nec dubito omnem censeri infamem apud canones, quem Cœsarum iura, ita existimant, sicut & id probaui in c.de infamia 18.nu.11.vers. Præterea in hac iuris infamia, tanto magis, quod ipsum infamem perpetuo esse sanxit extrau.vnica sub rub.de crimine falsi inter communes, & quia ambæ rationes adductæ, de laicis, verba faciunt, qui, & crim.læsæ maiest.committunt, & verbis tex.citatæ extrau. declarantur infames, propterea si voluerint assumere ordines videntur reijciendi; vbi verò clericus esset, qui tali crimine commacularetur non esset, mea sententia impediendus, cum is priuetur beneficijs habitis, & prorsus redatur inhabilis ad habenda ex ead.extrau.neque altera afficiatur pœna, ideoq; non venit impediendus à susceptione altiorum ordinum, aut ministerio susceptorum, quæ neq; illic, neq; alibi statuta legitur aduersus clericum falsantem monetam, etiam si illam Papæ falsificaret, quia, nec tunc veniret tradendus curiæ sæculari Abb. in c.tua, nu.4.de pœnis; cuius opinionem libenter sequitur Salzed.ad Diaz.in prax.canon.cap.117.falsarij, in vltimis verbis respuens contrariam Didaci Perez.in l.23.tit.19.lib.8.ordinat.vers.quarto.

Postquam hoc opus expleueram prodijt his postremis diebus Praxis crimin.Farinacc. pars quarta typis nunc primum data, vbi vir ille preclarissimus in q.115.inspectione 1. nonaginta octo numeribus edisertat, quot modis falsificari dicatur moneta, ac falsificantis illam, quæ sit pœna, quando habeat locum, & de pluribus specialibus in crimine falsæ monetæ, in inspectione vero 4.à nu.99.vsq; ad 113. ratiocinatur abundè de tondente, seu diminuente monetam, & is quando, & qua pœna puniatur, ac demum inspectione 3.á nu.114.vsq; ad 166. inquirit, si veniat aliqua pœna mulctandus, & qua expendens, aut retinens falsam monetam; tu videre poteris, nam copiosè iuxta morem enarrat, non secus, ac Baiardus ad Iul.Clar.in §.falsum, 335.numeribus hanc eandem explanat materiam.

SVMMARIA.

Crimen læsæ maiestatis committens prohibetur etiam ordinibus insigniri, nu.1.

Etiam si in Principem temporalem, nu.2.

Clericus, dicatur ne illud patrare, si in Principem temporalem committat? nu.3.

Filij quoq; committentium istud crimen ad honores euehi non valent, & clerici fieri, nu.4.

Quod si tunc erant clerici, minimè vetantur ad altiores ascendere, & beneficia adipisci, num.5.

Crimen istud, etiam proditione committitur? num.6.

Capitulum XXX.

TRactatum de crimine læsæ maiestatis Hieronymus Gigas, cum congesserit, & post alios modernus Prosper Farinaccius, vir quidem eruditissimus in 4. part. suæ praxis crimin. quæst. 112. vniuersam hanc materiam explicauerit, sub titul.de crimine læsæ maiestatis. Ideo renui eius tractationem, vt res ipsa postularet, attingere; verum aliqua tantum degustare ad hunc meum tractatum propius spectantia.

1 Quare memoria repetendum duco, eum nō modo prohiberi ordinibus insigniri quicumq; istud tā graue crimen patrauit, at insuper à susceptis, quoq; degra-

degradari, iuxta caput, ſi quis laicus 22. quæſt. 5. & notata per Abb. in cap. at ſi Clerici, de Iudic. atque Maiol. de irregul. cap. 47. num. 1. namque infamis perpetuo eſt, cap. fœlicis, verſ. ſicut Reus, de pœn. in 6. aliaque plura adſtipulantur huic dicto fauentia, quæ ipſe coaceruaui in cap. de hæreticis, num. 1. &
2 2. ob idque ſpoliatur etiam beneficijs, quod inſuper ſubſiſtat, quamuis in Principem temporalem committat Clericus iſtud Facinus (ſicuti ex auctoritate Arnaldi Albertini) ſentit Diaz in praxi crim. canon. cap. 119. ſequitur Maiol. loco citato; verum ipſe ad hanc amplexendam ſententiam adduci nequeo, ob illud axioma, quod clericus inquiſitus prætextu criminis læſæ maieſtatis patrati in Principem temporalem illius territorij, quod idem Clericus incolebat, non niſi à Iudice Eccleſiaſtico punitur, ſi delictum dici poteſt commiſiſſe, vt inquiunt Barbat. conſ. 22. à Ioue Principium, vol. 3. Rol. à Vall. conſ. 4. in cauſa inquiſitionis, nu. 4. vol. 1. Boſſ. tit. de crim. læſæ maieſt. num. 86. Boer. in tract. de ſedit. col. 18. verſ. Præſuppono etiam, & Clarus in §. fin. quæſt. 36. nu. 23. alijque mille, & decidit Regium Conſilium Neapolitanum, teſte integgerrimo viro de Franchis, deciſ. 691. inquiſitis,
3 vol. 4. Imó cum Clericus dici nequeat commiſiſſe crimẽ læſæ maieſtatis in temporalem ſuperiorem, eó quod tale crimen non niſi ſubditus patrat, iccirco non à Clerico, qui Laico Principi minimè ſubeſt, & ab ipſo penitus abdicata eſt iuriſdictio ſuper illum, & de Iure diuino, ex latè deductis à me ipſo in tit. de priuil. cleric. cap. 2. & in ritu (aliqua tetigi) Curiæ Archiep. Neap. 37. num. 13. iccirco aſſentiunt omnes citati, illud à clerico minimè cõmitti, probantque communem eſſe opinionem, præſertim citatus Clarus. §. læſæ maieſtatis, num. 7. & Gomeſ. in §. Rurſus, poſt nu. 24. inſtit. de action. & conſequenter, ſi delictum ceſſat, neque ab Eccleſiaſtico puniri poteſt, ob hanc cauſam; quod licet verum exiſtimem reſpectu ordinariæ pœnæ ſtatutæ pro tali crimine, alia tamen, quia auſus eſt, in ipſum Principem conſpirare, aut aliud ſimile attentare, mulctari omnino debet à proprio ſuperiore, per ea, quæ annotauit Diaz in praxi canonica crimin. citato, cap. 119. ex his apparet nè clericus iſtud comittat, eiuſque pœna puniatur, ſi in laicum Principem machinetur, & propterea, neq; beneficijs priuetur, ſed cum Reus eſt criminis læſæ maieſtatis, quia tunc iura inflingunt eiuſmodi pœnam.

4 Filij verò eorum, qui tale crimen patrarunt; inhabiles ſunt ad honores, l. quiſquis, C. ad legem Iuliam Maieſt. & propterea ad ordines ſuſcipiendos, atque beneficia obtinenda, ſi tunc laici reperiantur; Inhabiles quoq; prorſus iudicantur ab eiſdem Doctoribus, in filijs Clericis contrarium ſentientibus, in tantum, quod ſi poſtea adipiſci audeant clericatum, quia irregulares, impedirentur exequi, & inhabiles quoque ſunt ad impetranda beneficia, & tunc habitis priuantur; Henrich. Boich in c. vergentis ſub nu. 14. de hæret. ſequiturque Gigas tract. de crim. læſæ maieſt. lib. 3. tit. 1. q. 9. nu. 4.

5 Quod ſi tunc erant Clerici, neque ad altiores aſſumi, neque in promotis miniſtrare vetantur, & beneficijs, tunc poſſeſſis priuari, nec poſſunt, neque ad alia obtinenda declarari inhabiles, ex gloſ. originaria in cap. ſatis peruerſum, & inibi Archid. 56. diſtinct. quæ loquitur de obtemtis, quibus non ſpoliari ſtatuit, & inſequuntur alij plures, quos memorat, & amplexatur Farinacc. quæſt. 116. §. 3. á num. 117. quod vero etiam alia impetrare queant, ſcribunt relati Baioch. & Gigas in locis citatis, atque Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 41. num. 11. & procedit doctrina Peregrin. in tract. de iure Fiſci, lib. 3. tit. 9. ſub num. 7. ex quibus reijcienda eſt Maioli diſtinctio. lib. 5. cap. 47. num. 6. quod Clerici, ſi tunc erant, nec ſuſcepto ordine priuentur, nec illum exercere prohibeantur; beneficijs tamen ſpolientur antea obtentis, & altiores retineantur ordines aſſumere.

Et quoniam læſæ maieſtatis crimen, pluribus committi modis, liquet, tum ex legibus congeſtis in lib. ff. tum Codicis, ſub iſto titul. de crimine læſæ Maieſtat. necnon ex notatis per Afflict. in vſib. feud. tit. quæ ſint Regalia, verſ. & bona committentium á num. 53. atque inter alios, proditione
6 fiat ex Bart. in l. quiſquis, in ſummario, C. ad legem Iul. Maieſt. inibique Saliceto, etiam in Summario, eodemque Bar. in extrauag. Qui ſint rebelles, in verbo rebellis, num. 5. dumtaxat aduerſus Principem, aut Rempublicam proditio fiat, iuxta reſtrictionem Ioann. de Platea in §. publica autem, in eius initio inſtit. de public. iudic. ſecus ſi aduerſus alteram perſonam. Ideo explicito generico tractatulo de crimine læſæ maieſt. Ad illius ſpeciem progredi conuenit, ſcilicet ad iam dictam, proditionis, eamque ſequenti capite exarare.

SVMMARIA.

Cautio facilior eſt, vbi manifeſta formido eſt, num. 1.

Inimicus plus metuendus, qui latenter obripit, num. 2.

Hoſti credendum, nemo ſapientum putauit, num. 3.

Proditionis crimen, atrox, & abominabile, nu. 4

Proditores graui notari infamia, probatur, num. 5.

Crimine læſæ maieſtatis irretitos, irregularitatem contrahere probatur, nu. 6.

Proditor quis dicatur, & quid proditio, longo ſermone oſtenditur, nu. 7. & 9.

Inimicus ſi fallaciter ſuum interimere inimicum conetur, an ſit proditor, nu. 8.

Sclopi ictus contineat ne inſidias, & proditionem, vt propterea nõ gaudeat indultu excludente proditorium, nu. 9.

Inſidia nomen, quid ſignificet, & complectatur. num. 10. & 11.

Vſus probandus eſt, nu. 12.

Princeps quando dicatur loqui ſecundum vſum loci ſui, vel potius aliorum, ad quos dirigitur ſermo? nu. 13.

Vſus loquendi, vtrum, & quando legem interpretetur? nu. 14.

Arma adſint nè aliqua proditionis inducentia præſumptionem? nu. 15.

Capitulum XXXI.

1 SI facilior cautio est, vbi manifesta formido est, teste Diuo Cypriano, tractat. 3. de simplicit. Prælatorum, & si ad certamen, animus antea struitur, quando se aduersarium, quis profitetur, vtique plus cauen-
2 dus, & metuendus est inimicus, cum latenter obripit, & cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit; inde fortasse adductus Constantinus, sanciuit, non solum inter extraneas, sed etiam inter coniunctas personas requiri insinuationem donationis excedentis legitimam summam, quoniam clandestinis, ac domesticis fraudibus, facilè quiduis, pro negotij opportunitate confingi potest, vel id, quód verè gestum est, aboleri, in leg. data C. de donat. & legitur in cap. si inimicus, 93. dist. quod nulla nocentior pestis, fa-
3 miliari inimico; & cum nemo vnquam sapiens Hosti credendum putauerit, ex sententia Cicer. in lib. 1. de accus. Ideo tanto perniciosius delictum est proditio, quanto difficilius ab ea latenti, quam manifesta se custodire, tantoque etiam abominabilius, ex verbis Xenoph. lib. 2. rerum græcarum.
4 Ex his, proditionis crimen atrox esse, omnes aiũt, quin, & proditores perpetuo abominabiles, licet proditiones diligantur interdum. Claudij namque exemplo instruimur, dum ratam ante Imperium adeptum. Cassij, cheręæ, & lupi, aliorumque habuit operam, qui meritò Caium ob nimiam crudelitatem perimerant; attamen, & ipse Claudius Imperium adeptus in percussores insæuiendo animaduertit, sicuti ex Diod. lib. 60. & Ioseph. lib. 29. antiq. cap. 3. habemus, & quidem iustè illum egisse patet, quandoquidem si Caius occidi debuit, non tamen à cherea tribuno suo, cui proprij Principis erat commissa salus.
5 Itaq; non ab re proditores istos, graui apud omnes notari infamia circumspicimus, vt merito Cicero in ea proruperit verba, in lib. 3. de finib. nec magis vituperandus est proditor patriæ, quam communis vtilitatis, aut salutis desertor; & Laurent. in lib. 4. alia illa scripserit.

Merces que nefandæ proditionis erit.

Quam vitare concupiens Scilla, Regis, nisi proles dum è muro, Minoem Regem Vrbi assidentem, cultu Regali, bellicis rebus interesse animaduertens, eiusque pulchritudine exarserat, & cum potiundi nullam viam inueniret aliam, victorem hostem facere sibi persuaserat, deque proditione cogitare cœperat, sed perficere anceps, cum lucida Ratio adhuc prædeminaretur, abhorruit citius, speratos concubitus in cubilibus fieri solitos, teste Ouidio lib. 8. Metamorphoseon.

Nam pereant potius sperata cubilia, quã sim Proditione potens.

6 Ex his in vnum aceruum ita collectis eam seligo conclusionem, irregularitatem contrahere, quemcumque maculatum tali crimine læsæ maiestatis, quam Maiol. etiam præscripsit in tract. de irregul. lib. 5. cap. 19. sub num. 7. ideoque incapacem cuiuscumque ordinis, vt ille ait, & videre quoque licet in capite de irregularitate, huius rub. vbi quodpiam à me traditum responsum, respectu irregularis, nunc propterea ad proditorem ipsum extendi reor.

7 Quare opere precium est inquirere, scireque, quis dicatur proditor, vt insimul sciamus, quis veniat ob tale crimen detinendus à promotione, aut alijs afficiendus pœnis, quibus & cœteri irregulares.

In qua re occurrit, præ alijs, glosa in cap. clericus qui, vers. proditoribus 46. dist. quæ omnes proditorum species complecti nitens, hæc summatim respondet, vt ille sit, qui ob metum defendere veritatem omittit, aut illam coelat; qui iussa veritatis contemnit, qui rem sibi reuelatam, aut commissam hostibus prodit; qui malitiosè alium circumuenit, callideque seducit; qui amicitiam simulat, causa facilius percutiendi, vel illum quomodo exponendi periculo salutis, quique secretum pandit, aut alterius facinus propalat; easdem quippe species tradit inibi Turrecrem. in fine, & postmodum Gigas in tract. de crim. læsæ maiest. rub. de proditoribus lib. 3. quæst. 1. & ipse aliqua in primis adnectam, circa quartam speciem, ab ipsa glosa traditam, deindeque alia adiungam, tangentia eam speciem, ab illamet quinto loco relatam.

Prior quippe species est, de cõnfingente amicitiam, vt offendat, quam præterea sub proditione contineri ait, Diuus Thomas. in Sum. 2. 2. quæst. 115 artic. 2. in fine, & nemo improbat, eo quod, tunc verè proditorem appellari, fatentur omnes; At dubium non minimum versatur in eo, qui cum sit
8 inimicus, insidiatus sit suo inimico, eumque interimere, sit fallaciter conatus; quandoquidem negant perplures, quos refert Farinacc. quæst. 18. num. 76. estque originaria doctrina Bar. in leg. respiciendum; §. delinquunt, ff. de pœnis, sed alij in contradicentem deflexere sententiam, quam idem Farinacc. illic quoque insequitur; à qua tamen, ipse prorsus discedo, ex multis in occurenti casu adductis per eximios iuris peritos, huius Ciuitatis, super quo vnita fuerunt gemina illa suprema tribunalia Regij Consilij, Regiæque Cameræ, coram Prorege & visum fuit Iudicibus illis, hanc litem communi consensu, ita dirimere; dictamque Bar. sententiam amplexari; & nè videar, tantorum virorum, in hac re cumulatis adijcere aliquid velle; tantummodo commonebo in primis pro hac parte scripsisse aduocatum pauperum, cuius allegationes rescripsit, vir ille eximij ingenij Aloysius Catalanus, in suo perutili, non secus ac periucundo abolitionis tractatu, & indultus, cap. 31. inibique, alia à Fisco patrono, in contrariam partem proposita iura, illico annexuit, quare, mihi, sat erit locum adduxisse, in quo facile quisque eas reperire valeat, cum indigebit, alias vero ab alijs duobus aduocatis congestas allegationes, nolui præterire pro maiori studiosorum commodo, cum, & ille hactenus non fuerint typis datæ, & insuper existimaui consonum subscribere verba Decreti superinde prolati, exordiuntur, itaque allegationes eruditissimi Decij fauillæ.

In articulo currenti, in corona tot doctissimorum virorum, congregatis quatuor classibus Sacri Consilij paucis agendum est.

9 De-

9 Decreuit Mag. Curia inquiſitos de ictu ſcopicti abſq; proditione, etiam non ſequta percuſſione, non gaudere indultu: vnica ni fallor ratione, quia ictus ſclopi continet in ſe inſidias, & titulum proditionis; vnde ſi ex forma indultus, vulnus proditorium exceptuatur, à fortiori ictus ſclopi prædicti, qui continet ſub ſe, & proditionem, & mortem fictam.

Sed reſpondetur decretum prædictum non poſſe ſubſiſtere, & rationem prædictam, eſſe toto cœlo falſam, & in ſpecie reiectam, ex dicta pragmatica indultus, iungendo textum ipſius in duobus capitibus, ex quibus conſtat requiri; veram proditionem, aliter quam ex qualitate armorum, ac verum vulnus, ſeù mortem naturalem, non fictam.

Indultus prædictus excipit propinationem veneni, ex qua mors ſecuta fuerit; ergo ſi eſt potatum venenum, & non ſecuta mors (quamuis de iure ob atrocitatem criminis habeatur, ac ſi mors eſſet ſequta ſecundum magis communem, de qua per Petrum de Plaza in epitom. delictorum, cap. 20. ſub nu. 1. tamen procedit indultus non obſtante, quod crimen veneni, ſicut crimen aſſaſſinij ſit proditorium, Bal. poſt Butrig. in l. nemo C. de ſumm. Trin. Felyn. cap. 1. de homic. volunt. Grammat. deciſ. 33. num. 2. Farinac. quæſt. 18. nu. 74. & ſic data proditione, non ſufficit mors ficta, ad impediendum indultum.

Et alibi in eadem pragmatica indultus attenditur effectus, verè ſecutus, non fictio, quia in Pragmatica prima de duello habetur, quod prouocans aliquem priuaté ad occidendum, etiam non ſequta pugna, puniatur pœna mortis, ac ſi effectus eſſet ſequutus; & in pragmatica de armis, prohibita eſt ſub pœna mortis aſportatio ſclopi parui, ac ſi delictum eſſet ſecutum, & nihilominus diffidantes non ſecuta pugna, & inſultantes cum armis prohibitis, abſque percuſſione, gaudent indultu, etiam abſque partis remiſſione, ex eadem prag. indultus. Et de iure, noua conſtitutio, vel ſtatutum intelligitur in caſu verò, nō ficto, vulg. l. 3. §. hęc verb. de neg. geſt.

Quod autem qualitas armorum ſclopi non faciat proditionem, eadem pragmatica, ſic decidit, quia inter caſus exceptos dicit, (item vulneris proditoriè, ſclopo rotato, aut aliter illati) illud ergo aduerbium proditoriè, determinat totum periodū, vſq; ad verbum illati, incluſiuè; vt ſit ſenſus, vulneris proditoriè illati, ſclopo rotato, vel aliter ſi ſola qualitas ſclopi faceret proditionem dixiſſet vulneris ſclopo rotato, vel aliter proditoriè illati, alias verbum proditoriè relatum ad ſclopū, eſſet ſuperfluum, vel vna determinatio inæqualiter plura determinabilia, terminaret; quæ eſſent abſurda, nec ferenda in legiſlatore.

Item, dum eadem pragmatica concedit indultum, etiam committentibus duo homicidia appenſatè, ſequeretur, quod ſi ſclopo eſſent commiſſa, delinquens non gauderet, quod ſimiliter eſſet abſurdum, & violaret apertam mentem pragmaticæ, iure ergo dictum decretum non procedit, & contrarium eſt iudicatum per Sacr. Conſil. in aula D. Octouiani Cœſaris, in cauſa Saluatoris Imparati, ad relationem Mag. Cur.

Quod autem (circumſcripta pragmatica indultus) ex ſola qualitate armorum ſclopi, non inducatur proditio; aduerto non reperiri doctorem, qui tale dixerit, ac cogitauerit, tempore enim Bartoli, quamuis non eſſent ſclopi, erant baliſtæ, ad ſagittam, ſciſſent ipſe, vel alij Doctores hoc dicere.

Vnde ergó ſumptum eſt hoc inuentum? dicet Fiſcus, à ſimili illius concluſionis communis, quod ſicut delictum, per nimias, & exquiſitas inſidias commiſſum ab inimico, dicitur proditorium, ſic per immiſſionem ictus ſclopi, quia ſimiliter inſidioſum.

Sed ex abundanti, reſpondeo tribus modis.

Primo, quod illa concluſio, nec eſt communis, nec vera.

Secundo, quod caſus eſt diſſimilis.

Tertio, quod dicta concluſio bene intellecta, non poteſt applicari ad caſum prædictum.

Ad primum, præſuppono, quod nullus ex doctoribus Canoniſtis, qui ſcribunt ſuper cap. 1. de hom. volunt. dicat, vel cogitet, homicidium commiſſum per inſidias contra inimicum incautè manentem eſſe proditorium, Anchar. enim Anania, & Felyn. tantum dicunt homicidium, per inſidias commiſſum, ſi ab amico, ſocio, vel alio confœderato, & ſimulāte amicitiam committatur, eſſe proditorium. Et ſic reincidunt in opinionem, Bar. in l. reſpiciendum, §. delinquunt de pœnis.

Io. Andr. veró in c. 1. de homic. in 6. in verbo diffidatus, dicit, quod Chriſtianus non debet offendere chriſtianum, niſi ipſum diffidauerit, vel authoritate iuris, alias eſt proditio, quia natura inter hos, ius cognationis conſtituit, allegat. l. vt vim de iuſt. & iure; & ſic non loquitur in inimico, ſed de eo, qui confidebat alteri eiuſdem fidei; Bald. vero in cap. 1. ſub nu. 16. quib. mod. feud. amitt. dicit hæc verba. Proditor vulgari nuncupatione eſt ille, qui ſine vlla cauſa, & diffidatione eum, qui de eo confidebat vulnerat, vel offendit, & idem dicit Io. de terra Rubea Vltramontanus magnæ authoritatis, in ſuo tractat. contra rebelles, art. 6. tertij tractatus cap. incip. dicto & oſtenſo, fol. 71. ater. & 72. vbi definit proditionem; Et ſic omnes iſti præſupponunt delictum fieri proditorium, quando fit á perſona confidenti, iure ergo Bar. d. l. reſpiciendum §. delinquunt, dicit, delictum proditorium, eſſe quando fit ab amico, ſocio, domeſtico, conuiua, conſanguineo, confidenti; at quia inimicus debet præcauere ab inimico, ſi retro per inſidias occidatur, non eſſe homicidium proditorium, quam opinionem Bar. ſecuti ſunt Bal. Ang. Anchar. Aret. Gerar. Gomez, Suar. & Vrſill. deciſ. 265. nu. 70. qui tradunt eſſe communem, & Farin. q. 18. ſub nu. 76. ſolus ergo Couarr. var. reſol. c. 20. nu. 7. ſub ver. tandem, his prænotatis, pungit aduerſus prædictam opinionem, per text. in d. c. 1. de hom. qui nihil facit, nec ipſe Couar. figit pedem quia mox tranſit ad legem vltimam lib. 8. Ordin. Hiſpan. quæ in ſpecie decidit contra Bar. per quam legem Hiſpan. ipſe dicit opinionē Bart. reprobari; vnde Petr. Foller. expēdendo Couar. in cap. Regni, item ſtatuimus fol. 103. nu. 15. dicit quod de iure Couarruu. ſentit cum Bar. ſed recedit per dictam legem Hiſpan. Plaza autem in Epitome delict. cap. 21. ſub nu. 2. aduocat contra Bar. Aret. in tract. maleſic. & Affiict. in conſt. priuilegia, & alios, qui clare tenent cum Bart.

Ex quibus non ſolum mirandum, ſed cauendum eſt á Farinaccio viro alioquin docto, & dili-

genti d.q.18.sub nu.76.qui falso aduocat canonistas in d.cap.1.Couar.Plaz. Menoch. prorumpens, hos tenere contra Bart.& contra Bar.esse aliam Doctorum com.opin. cum tamen nemo de Iure in hac re audeat Bartolo contradicere.

Ex his appareat opinionem prædictam contra Bar.nec veram,nec communem, immo omnes tenere cum Bar.& gratia prædicta indulctus in beneficium eius,qui duo homicidio appensate commisit,approbat opin.Bar.quia præsupponit in insidijs, & appensamento non esse proditionem. Imo lex Hispaniarum, ideo condita est, quia de iure erat contrarium.

Item dum pragm. indultus per solos Regentes Consilij Italici,absoluta, & subscripta est, ergo secundum ius,quo Itali vtuntur, & non secundum ius Hispaniarum,Dom.de Franch.decis. 509.nu.2.

Ad secundum, posito ex abundanti, quod esset vera,magna est dissimilitudo,inter eum, qui tendit insidias, aptat se loco, cum armis, & incaute stantem,vel transeuntem, non inimicum aggreditur; propria manu percutit, & occidit; & eum, qui à longè stans,& forsan in tuto immictit ictum sclopi maximè in Ciuitate Surrenti, & extra Neapol. vbi non enses,sed loco eorum, sclopis vtuntur.

Ad tertium dico,quod etiam si esset vera, & similis,adhuc quod vulgo effertur, per exquisitas insidias fieri crimen proditorium, procedit largo modo, & impropriè secundum vsum loquendi vulgarium,non in materia, quæ propriè, & strictè debet intelligi, vt est casus noster, quia gratia ista indultus in inclusis,& comprehensis sub indultu,est fauorabilis,quia motu proprio, & ad publicam vtilitatem,ideo fit latissima interpretatio,cap.si pluribus de preb.in 6.Moder.sing.in verb.indultus,cum alijs ibi additis,sed in exceptuatis ab indultu, vt est casus noster in vulnere,vel homicida proditorio est odiosa,& strictè intelligenda D.de Franc.dec.403. nu.21.& sic in vera,& propria proditione in confidentia.vel simulatione amicitiæ facta,non aliter. In causa Baronis Olïueti,per Bar.fuit iudicatum,dum ibi a vaxallo homicidium fuit commissum sub publica dissimulatione amicitiæ,& confidentiæ, præuio osculo genuorum, & iuramento assecurationis in patrem, & filios.

Subijcio nunc alterius itidem doctissimi viri in eàdem causa allegationes,nec propterea lectoribus me tædium allaturum suadeo.

Nemo ambigit, (vt credo,& audio) verbum proditoriè,in generali Regio indultu, esse intelligendum secundum doctrinam Bar. in vulg.§.deliquunt, quam communissimè receperunt, præsertim Farinacc.cons.76.sub nu.6.& passim transcripserunt omnes alij Doct. vt accuratius, & expressius testantur Ignc.in l.& si certus,§.si vnus, nu.14. ff.ad Syllan.Iul.Clar.in §.homicidium,nu.10. Menoc.de arbit.iud.lib.2.casu 361.nu.24.Eman.Suar. in annot.ad Gomes.var.resol.tom.3.c.3. de homic. nu.5.lit.B.Pet. à Plaza in epitom. delict. lib. 1. cap. 21. num. 2.Farinacc. de delict. & pœn. quæst. 18. num.76.Baiard.ad Iul.Clar.dict. §. Homicidium, vers.proditoriè, nu.21.

Verum quia aliqui Doct. & ipsi quidem admodum pauci, aut verè contradicunt, aut videntur contradicere communi opinioni; desideratur (vt etiam audio) ad eos congrua, & efficax responsio, vt omnis prorsus difficultas, & scrupulus tollatur.

Conabimur, itaque respondere, si tamen prius pauca, non ita vulgata, ad comprobationem ipsius communis adduxerimus.

Ioannes de Gerson (cuius quidem authoritas tanta est, vt non sit dedignata cum frequenter, & quandoque cum commendatione allegare Glos. Paris. quæ tamen aliquando vix credendum dixit Iureconsultis) in part.2.in serm.in cœna Domini, incipien.tradidit Iesum Iudas, propè finem principij;proditionem definiens,inquit,proditio est fraudolenta læsio alicuius, sub amicitiæ, vel officij simulatione. Et ita (subdidit) proditio est duplex iniquitas,quia,& odium est, & simulatio, proditor est,qui simulat officium, & affert detrimentũ, vel proditor est familiaris inimicus, eo perniciosior, quo efficacior est,& ineuitabilior ad nocendum,de tali in prouerb. simulator ore decipit amicum suum. Hæc ille,& alia multa de proditione, omnino videnda.

Syluest.in summ.verb.proditio,sic definiuit,proditio est deceptio contra fidem datam, vel debitam in damnum alicuius.

D. Anton.in sum.par.2.cap.22.de proditione,citauit à principio illud Psal.41.homo pacis meæ, in quo sperabam,qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Et super eo fundauit totam materiam proditionis,& eam,cum explicatione singulorũ verborum latissimè pertractauit

Bal.in cap.vni,num.16. vers. Quid de rebus Ecclesiæ,quib.mod.feud.amit.Proditor,vulgari nuncupatione,est ille,qui sine vlla causa,& sine vlla diffidatione,eum qui de eo confidebat, vulnerat, vel grauiter offendit. Et Baldo subscripsit ad verbum Guid.Pap.decis.191. nu. 5. & subscripserunt etiam alij multi,ex infra citandis.

Ioann. de terra Rub. in 3. tractat. contra rebelles, art.6.cap. incipien. dicto, & ostenso, fol. 71. à ter.& 72.in 7. conclus. dicit, quod omnis fingens, siue simulans se alicuius amicum, tractansque illum,vt inimicum, & sic vnum ostendens exterius, aliud vero ex opposito gerens interius, est proditor formatus, siue manifestus. Tùm paulò inferius, proditionem ita describit. Proditio est actio quædam simulatiua, aut dissimulatiua, per quam exterius vnum simulatur, fingitur,vel dissimulatur,interius verò contrarium mente geritur.

Luc.de Pen.in leg.final.C.de delator.lib.10. post multa,quæ refert de proditoribus,profert hæc verba: Item nota mores proditoris. Insignia fidelitatis ostendit, suauia,& dulcia verba profert, amplexatur, applaudit, blanditur, ridet, maxima pollicetur, obtestatur Deum, sub pacis fœdere osculatur, ad iurandum est pronus, libenter adulatur, quod est esca proditionis 46. distinct. Clericus, qui saporosa vina propinat, & præparat cibaria delicata; O quam crudelia, & mortifera sunt iacula proditorum,vix enim erit,aut numquam, qui sibi possit ab illorum ictibus præcauere hactenus Lucas.

Iustus Lipsius Politicorum, siue ciuilis doctrinæ, lib.4.cap.10.ad finem: Peregi de insidijs, nunc occultum, & insidiosum malum proditio, latebris suis

ſuis extrahenda eſt, tantum incommodi humano generi afferens, quantum ſalutis bona fides; periculoſum quoque iſtud, cum ſcilicet plerumque intra mænia, atque in ſinu Vrbis ſunt hoſtes, in quod inclinant auari maxime, qui famæ, fidei, poſtremò omnibus rebus, commodum ſuum anteferunt, palam honeſti, animo perfidioſi, ac ſubdoli auaritiam, ac libidinem occultantes; denique diſſimulatores, & occulti, qui ad illud Homeri.

Pulchra loquentes ijdem in pectore praua ſtruebant.

Adeò, vt non ante intelligas proditionem, quam proditus ſit: imò fidem præferunt, vel maxime, vt facilius fallant.

Cic. in Verrem. lib. 1. orat. 6. Omnium eſt communis inimicus, qui fuit hoſtis ſuorum, nemo vnquam ſapiens proditori credendum putauit, & poſt paulò, nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam eæ, quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine: nam eum, qui palam eſt aduerſarius, facile, cauendo, vitare poſſis, hoc verò occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum, non modò, non exiſtit, verum etiam opprimit, antequam proſpicere, atque explorare potueris; & in orat. 27. ad Quir. poſt redi. Qui per ſimulationem amicitiæ nefariè prodiderunt. Quæ Cic. verba, nunc, ad hoc ipſum, relata reperio, á Conrad. Brun. in tract. de ſeditioſ. cap. 4. nu. 3. & ab Octau. Vulpell. reſponſ. 59. nu. 1.

Iſiod. Origin. lib. 10. lit. P, docens ethymologiam vocis Proditor, dixit ita, proditor pro eo, quod detegit, quaſi dixiſſet, deriuatur à verbo Prodere, cuius germana, & præcipua ſignificatio eſt detegere, cum & ipſum veniat á Pro, quod ſignificat in publicum, & manifeſtum, & à verbo Do, vt omnes, etiam Græci, fatentur; & ſic, prodere, hoc eſt in publicum, & manifeſtum dare. Bene itaque proditor detector, ſanè detegere pertinet ad arcana, & occulta; Deteguntur autem arcana noſtra ab ijs, qui illa ſciũt: ſciunt, quibus nos manifeſtamus: manifeſtamus quibus confidimus; confidimus amicis, iuxta illud Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque audiui á patre meo, nota feci vobis. Ergo prodere, proprium eſt amicorum, & quoniam ex detectione arcanorum infertur nobis damnum: quid enim prodeſſet ſtudioſè celare, ſi non obeſſet detegere? hinc factum eſt, vt per tranſlationem quandam, omne damnum nobis ab amicis, ſub amicitiæ nomine, dolo illatum, proditio, & ipſi etiam amici, damnum inferentes, proditores nuncupentur. Amici (inquam) nomine, re tamen inimici, iuxta illud: Amicus ſolo nomine amicus. Eccl. 27. in princ.

Text. in l. omne delictum §. exploratores ff. de re milit. Exploratores, qui ſecreta nunciauerunt hoſtibus, proditores ſunt. Propterea Iureconſultus dicit exploratores eſſe proditores, quia nobiſcum degunt, & ſeſe amicos oſtẽdunt, & à nobis amici creduntur, & tamen dolo damnum inferunt, ſecreta per literas nunciando, vt prudenter animaduertit, & declarat Iſern. in cap. vnic. verbo contrahentium incæſtas nuptias, nu. 48. in fin. quæ ſunt Regal.

Text. in l. proditores eod. tit. Proditores transfugæ, plerumque capite puniuntur, & exauctorati torquentur, nam pro hoſte, non pro milite habentur, vbi gloſ. dicit: Quilibet transfuga eſt proditor, ſed non è contra, allegat. §. exploratores, & text. in l. poſtliminium §. transfugæ ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. vbi ſic transfugæ nullum poſtliminium eſt; nam qui malo cõſilio, & proditoris animo, patriam relinquit, hoſtium in numero habendus eſt; & in ead. l. §. transfuga, dicitur; Transfuga autem non is ſolus accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit, ſed & qui, per induciarum tempus, ad eos, quibus cum nulla amicitia eſt, fide ſuſpecta, transfugit. Ecce ex his iuribus, atque alijs, quæ allegantur per gloſ. pro concordantib. probatur apertè, quod ideò quis proditor ſit, quia cũ fingat amicitiam, & habeatur pro amico, damnum inferat: Transfuga enim, priuſquam ad hoſtes tranſeat, amicus eſt, hoc eſt amicum ſe oſtendit, & amicus creditur, vt ex iiſdem iuribus, Grammat. deciſ. 105. nu. 29. quem refert, & ſequitur Baiard. ad Iul. Clar. q. 68. nu. 119. verſ. transfuga.

Text. in l. 2. C. quæ res exper. non deb. dum prohibet venundari arma hoſtibus, ſic habet. Pernicioſum namq; Romano Imperio, & proditioni proximũ eſt, Barbaros inſtruere, proditioni proximum dixit, quia venditores ſunt, & habentur amici, alias nulla proditio, aut proditioni proximitas adeſſet, Ideò autem non dixit, proditio eſt, ſed proximum proditioni, quia loquitur de caſu, quando venditores non intendunt inferre damnum Imperio, ſed tantum bona mente lucriſacere, alias eſſet mera proditio.

Text. denique in d. l. fin. C. de delat. lib. 10. ſeruum Domini delatorem, iubemus: in exemplum omnium proditorum, ſeueriſſimæ ſententiæ ſubiugari, etiam ſi obiecta probauerit, excepto crimine maieſtatis, in exemplum proditorum, hoc eſt, vt ipſe ſeruus, ſeueriſſime caſtigatus ſit exemplo, & terrori, omnibus alijs proditoribus; ita intellexit gloſa in verſ. item nota in exemplum, per iura ab ea citata, & quidem optime probantia; ita etiam Luc. & alij Doctor. ibidem, atque alibi; Ergo ſecundum text. & ipſe ſeruus proditor eſt, ideoq; puniendus: ſed cur proditor? An quia moliatur damnum immerenti? non equidem, cum Dominus hic ſupponatur criminoſus, adeó vt poſſit ab alijs impunè, & citra proditionis labem, denunciari; ſed proditor ob id ſolum, quod Dominum, in eo propter debitam, & ſimulatam fidem, ſperantem, ac ſe tutum ab eo credentem, doloſè ſub fidelitatis nomine deferat.

Ex quibus omnibus, certo certius patet, quod ſiue inſpiciamus definitionem, ſiue ethymologiam, ſiue authoritatem, ſiue legem; forma, eſſentia, & ſubſtantia proditionis, conſiſtat in credita, & ſimulata amicitia, pace, fidelitate, ſpe, ſecuritate, beneficio. Credita (inquam) ex parte læſi, ſimulata veró ex parte lædentis. Ita quidem, vt ipſa amicitia, pax, fides, &c. ſint medium quoddam inſtrumentum, & eſca læſionis, iuxta illud, vnxit faciem ſuam vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitra, accepit ſtolam nouam, ad decipiendum eum, Iudith vlt. & illud: ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Pſalmo 54.

Quod ſi hæc eſſentialis qualitas, nempè creditæ, & ſimulatæ amicitiæ, &c. defuerit, non poterit eſſe proditio, quamuis in lædendo, mille induſtriæ, & inſi-

insidiæ,mille stratagemata,& machinationes intercesserint. Ergo qui est notus inimicus, quantumcumque insidiosè, & occultè offendat, non est proditor, nec proditoriè offendit, vt expressis verbis, etiam figuratis casibus,dixerunt.

Bart.in d.§.delinquunt, & confirmauit in d.l.fin. & C.de delat.lib.10. remittendo se ad eundem §. (quamuis non ita expressè) in tit.qui sint rebelles, verb.rebellis,vers.item nota, quod proditorie.

Iacobin.de S.Georg.de feud.vers.dictiq; vassalli nu.17.vbi optime.

Igne.in d.l.& si certus §.si vnus n.14.ff.ad syllan.

Gerard.singul.14.nu.5. & seq.

Iul.Clar.in d.§.homicidium nu.10.vers.proditoriè verò dicitur,& nu.61. vers.sed an licebit in fin.

Gomes.d.tit.de homicid.nu.5.

Eman.Suar.in addit.ad Gomes.loc.cit. lit.B.

Blanch.de indic.homic. & fur. verb.in ipso actu num.188.

Foller.in cap.item statuimus num.12.& seq. fol. 103. & (quamuis non ita expresse) in pract.crim. vers. item quod commisit crimen læsæ maiestatis num. 81.

Cæphal.cons.57. nu.13. & non ita expresse cons. 696.nu.17.

Menoch.de arbitr.iudic.casu 361.nu.24. vsque ad 30.

Io.Bapt.Baiard. ad Iul. Clar. dicto vers.proditoriè nu.25.& q.68. vers.proditor nu.106.& seq.

Quibus addo etiam hos alios, qui quamuis, non ita expresse,idem tamen, absque dubio voluerunt.

Bald.in d.cap.vnic. nu.16. ibi, qui de eo confidebat,quib.mod.feud.amitt.& cons.361.nu.3. lib.4.

Anan.in cap.1.nu.1. de homicid.

Anchar.dicto cap.1.& in cap.1.nu.285.de cōstit.

Angel. de malefic. in verbo fecit insultum nu. 4. vers.bene nota.

Angel.Aretin.in §.interdum nu.6. instit. de hæredit.quæ ab intest. defer.

Alex.cons.13.nu.8. & seq. vol.6.

Addētes ad Bart. in d.constit.qui sint rebell.verbo rebellis lit.D, ibi, qui de eo confidit.

Guid.Pap.decis.191. nu.5.

Luc.de Penn.d.l.fin.C.de delat.lib.10.

Hippolyt.de Marsill.cons.1. nu.1.

Chassan.in consuetud.Burgund.rubr.1.nu.60.in fin.vers.quis dicatur proditor fol. 68.

Iacob.Rebuff.in d.l.fin.nu.1. & ibi additio C. de delat.lib.10.

Hieronym. Gigas in tract. de crimine læsæ maiestatis lib.2.q.1.nu.8.& seq. & q.9.nu.4.

Gloss.Gregor.Lopez ad ll.partit. Hispan. part.2. tit.19 lib.1.glos.3.& part.7.tit.2.lib.1.in summario ibi, sub spe boni, & in eadem l. 1. glos. 3. vbi refert omnia dicta verba Lucæ de Penna.

Montalu.Foro.ll.lib.4.tit.17. in antiquis l.3. in principio,vbi refert omnia,exempla Bart. quamuis in libro meo corruptè.

Afflict. in §. item si fratrem nu. 2. quibus modis feud.amitt.& in decis.265. nu.64.

Addentes ad eum dicta decis.265.

Cæpoll.consil.crimin.34.nu.6.

Aluar.in cap.vnico nu.3.an ille,qui interfec. fratr.domin.sui.

Ioann. de Terra Rubea loco citato ibi, simulans se esse alicuius amicum.

Berous consil.77.num.4.& seq. volum.1.& consil.165.num.12.volum.3.

Hippol.Rimin.cons.685.nu.23.& seq.lib.6.

Decian.in tract.crim.lib.7. cap.29. de proditor. nu. 19. & melius nu. 24. & cap.30. nu.9. & nu. 12. vbi refert verba Lucæ de Penna, & cons.48. nu.21. volum.3.& cons.82.num.28.lib.5.

Bursat.cons.216.num. 142.& cons.147.num.22. & 29. & 38. volum.2.

Alciat.lib.7.cons.19.num.10.

Decis.Delphin.Francisc.Marc. 708.

Marc.Gribald.in tractatu de homicid.proditor. specie 6.per totum, sed melius num. 29.

Vincent. Ferrarot. in tractatu de inimicit. §. 40. num.11.& sequent.

Conrad.Brun.in tractatu de seditios.cap.3.num. 1.& sequent.

Hippolyt. Bonacossa in quæstion. crimin. in verbo proditor num.

Claud. Cote in tractatu de iure, & priuileg. milit. cap.6. in principio.

Octau.Vulpel.respons.59.nu.1.cui pro eo, quod videtur nobis aduersari,respondebitur inferius.

Addentes ad Campag.in cap.nuper nu.31.

Ioan. de Gerson loco citato.

Syluest. in Summa verbo proditio.

D. Antonin. in Summa dicta par. 2. cap. 22. per totum,& in ead.par.de restitutionib.tit.2.cap.1.§.14.

Summa Armill.in tit. de proditione.

Sunt etiam omninò addendi subscripti quatuor alij: nam quamuis prima fronte, videantur esse contra communem, re tamen vera, sunt pro ea vt mox apertè demonstrabimus.

Hostiens.in d.cap.1.de homicid. volunt.

Ioan.Andr. ibidem.

Felyn. ibidem.

Isern.in cap.vnico §. rursus nu.26. quibus modis feud. amitt. 1. & in cap. vnico vers. sed si fratrem nu.3.an ille,qui interfec.fratr.domin.sui.

Hos videre, & congerere potuimus, quos quidem sufficere putamus; cæterum si quis cupiat alios, videat citatos ab ipsis.

Nunc autem respondeamus omnibus Doctoribus, qui sunt, vel dicuntur esse contrarij, omnibus quidē, quia eos reperimus multo pauciores, quàm putabamus,adeò vt si,qui verè contradicant attendere velimus,ad vnum tantum Couarruuiam,omnem cōtradictionem restringendam existimemus, duo enim alij,quos vidimus,eum sectantes, non faciunt nobis negotium, & ex responsione, quam Couarruuię dabimus,tàm ipse,quàm alijs,si qui sūt eiusdem classis,responsionem accipient.

Io.Andr. in cap.1. de homicid. in sexto in verbo diffidatus,dicit sic, Christianus christianum offendere non debet, nisi prius illum diffidauerit, alias est proditio. Idem ante eum dixerat Hostiens. ibidem, & secutus est Bald. in auth. item nulla Communitas nu.2. C.de episcop. & cleric. & Isern.in cap.vnico vers.sed si fratrem num.3. an ille,qui interfec.fratr.domin. sui, ex hoc dicto Ioan. Andr. & aliorum, inferunt quidam, quod dicti Doctor. generaliter voluerint,vt si prius,quám lædat quis,non denunciauerit,sit proditor.

Sed certissime neque Ioan. Andr. neque alij hoc volue-

voluerunt, & accipiendi ſunt omnes in terminis, in quibus loquuntur: mens enim eorum eſt, quod ſi chriſtianus, nullam ab alio chriſtiano habens particularem cauſam inimicitiæ, & ſuſpitionis, occidatur ab illo, ſine vlla denunciatione, qua præuideat vim, & damnum ſibi inferendum, committat proditionem; Ratio eſt, quia præſumitur durare, inter eos naturalis illa, ac generalis amicitia, fides, concordia, & ſocietas, quæ vniuerſaliter eſt à principio, inter omnes homines, præſertim chriſtianos, argum. text. in l. vt vim ff. de iuſtit. & iure, & iuxta illud: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum, text. optim. in l. 5. §. nam ſi cum gente ff. de captiu. vnde fit, vt cum non adſit particularis cauſa inimicitiæ, & ſuſpitionis, ſi quis præſertim chriſtianus, ſine diffidatione interficiat alterum, dicatur feciſſe proditoriè, quia ex inſtinctu naturali habebatur, vt amicus in vniuerſali, & generali. Secus verò quando adeſſet particularis, & cognita inimicitia, tunc enim non faceret proditoriè, etiam ſi per inſidias, & induſtriã, puta à tergo, vel occultè interficiat ſine aliqua diſſidatione; illa enim inimicitia, quæ adeſt, perpetuã diffidationem, ac denunciationem ſemper inducit, argum. text. in cap. repellatur, & ibi gloſ. & Doctor. de accuſ. Dec. in conſ. 64. nu. 6. verſ. inimicus enim, & fuit de mente Bart. in d. §. delinquũt ibi: quia illud quod facio, in actibus oſtendebam, ſcilicet me tibi deferre velle, alias legitur deſeruire velle; & ita núnc reperio, quod expreſſe declarando ſe ipſos, dicant Io. Andr. Hoſtienſ. Bald. & Iſern. locis citatis, & optimè Marc. Gribald. in dicto tract. de homic. ſpecie 6. de homicid. proditorio nu. 29. & ſine dubio eſt de mente omnium.

Præterea dum dicti Doctor. dicunt, quod præcedere debeat diffidatio, non eſt intelligendum, vt ſemper, & ſingulis vicibus ſit facienda diffidatio; ſed quod ſufficiat ſemel tantum, quod etiam fit ſtatim cum incipit, & inducitur inimicitia, vt dictum eſt; & quod hoc ſit verum, conſtat ex text. in dicto cap. 1. de homic. in ſexto, vbi agitur de diffidatione facta ab Eccleſia; quæ quidem fit ſemel tantum pro ſemper, & Io. Andr. atque Hoſtienſ. & per conſequens Bald. & Iſern. eos ſequentes, ſimiliter loquuntur de diffidatione facta à Principe, quæ pariter non fit pluries, ſed ſemel tantum: nam diffidare non eſt, vt quidam exiſtimant incitare, & prouocare ad rixam, & certamen, vt fit quando (ſecundum verba vulgi) dicitur, metti mano; ſed eſt à fide excludere, ac inimicitiam, & bellum indicere, ita vt diffidatus in fide diffidantis, amplius non confidat, ſed ab eo omne malũ ſemper expectet; quod Hiſpani particulares ſuos mores, & regulas obſeruantes dicunt: Torno vos en l'amiſtad, & reſtituo vobis amicitiam, text. & Gloſ. Gregor. Lopez part. 7. tit. 11. l. 1. & 2. ita etiam omnes Doctores vbique, præſertim Alber. in l. ex hoc iure nu. 9. ff. de iuſtit. & iure, & Guid. Pap. d. deciſ. 191. nu. 2. & ibi etiam adnotatio Matthæi, ex quibus apertè liquet, quod Io. Andr. Hoſtienſ. Bald. & Iſern. & per conſequens omnes alij, qui poſtea illos ſunt ſimpliciter ſecuti, non ſint contra communem, ſed omninò ſint pro ea, vt prædiximus.

Felyn. in d. cap. 1. extra de homicid. dicit hæc verba: Nota ibi per induſtriam, & inſidias, quod exponitur, & proditoriè, puta quando aliquis vnum habet in verbis, & aliud in corde, &c. exiſtimant quidam Felyn. voluiſſe, quod ad hoc, vt quis proditoriè occidere dicatur, ſatis ſit, ſi faciat per induſtriam, & inſidias, iuxta verba illius text. nec oporteat adeſſe amicitiam.

Sed fallũtur, quia (vt expreſſé patet ex eius verbis) vera mens Felyn. fuit dicere, quod pœna illius conſtitutionis compræhendat, etiam proditoriè interficientem, quia militat identitas, imò maioritas rationis, cum in proditione vltra propriam ipſius qualitatem, quæ conſiſtit in credita, & ſimulata amicitia, vt dictum eſt, compræhenditur etiam induſtria, & inſidiæ, de quibus ibi, vt latius mox dicetur; & quod mens Felyn. fuerit hæc, indicant expreſsè omnia exempla, & auctoritates, quas ipſe ibidem adducit; omnes enim ſunt in terminis veræ proditionis, iuxta mentem Bart. & aliorum; & inſuper omnes alij Doctores, ſic illum exaudierunt: nam paſſim citant eum pro communi opinione, prout etiam faciunt de Hoſtienſ. Ioan. Andr. Bald. & Iſern.

Vel etiam dici poteſt, quod mens Felyn. fuerit, quod ad hoc, vt ſit locus diſpoſitioni illius text. non ſolum debeant concurrere ſimplices inſidiæ, ſed etiam debeat concurrere cum eis, qualitas ipſa proditionis, ita vt text. loquatur de induſtria, & inſidijs proditorijs, non autem de alijs non proditorijs, quaſi plus ſit à S.P. dictum, & minus in text. ſcriptum, quod mihi videtur voluiſſe Alex. in conſ. 145. nu. 5. vol. 7. quod conſ. eſt in hac materia celeberrimum. Verum magis placet ſenſus præcedens, tum quia planior, tum quia verior: nam videmus communem opinionem Doctorum, ac praxim eſſe, vt etiã ſi non concurrat qualitas proditionis, ſed tantum conſilium, ac propoſitum occidendi, & diligens, & cauta obſeruatio; (in his enim conſiſtit ſubſtantia induſtriæ, & inſidiarum, vt iam dicemus) illa conſtitutio ſibi locum vendicet, vt teſtantur omnes, ſed enixius Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 20. nu. 7. in fin. Præterea ſatis mancus profectò fuiſſet S.P. cum volens concurrere etiam proditionem, nihil de ea meminerit. Quod ſi quis dicat: non meminit, quia bene ſciebat in induſtria, & inſidijs contineri ſemper proditionem: Ego reſpondebo, hanc ſuppoſitionem eſſe falſam, & verè ab ea pendet omnis error; ſed pro nunc relinquens diſputationem, tutius ac melius reſpondebo, quod ſi vera eſt talis ſuppoſitio, ego habeo intentum: nam certiſſimum eſt ex Bart. & omnibus alijs, frequentius proditionem tũc eſſe, cum adeſt amicitia, & non aliter, & per conſequens idem erit in induſtria, & inſidijs, vt ſcilicet poſtquam in eis, attenta ipſa ſuppoſitione, ſemper continetur proditio, ſemper etiam in eis adſit amicitia, & non aliter.

Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 20. nu. 7. verſ. tandem, in fin. expreſſè tenet contra Bart. & ſequaces, dicens, quod ad hoc, vt homicida dicatur proditorius, ſufficiat commiſſum fuiſſe homicidium, per induſtriam inſidioſam; puta (inquit) ſi quis, etiam inimicus à tergo vulnerauerit; citat pro ſe Felyn. in d. cap. 1. extr. de homicid. citat text. in eodem cap. 1. & (quatenus pertinet ad hiſpanos) citat legem Regiam Hiſpaniæ; ſecuti ſunt (pro eo, quod nos hactenus videre, & obſeruare potuimus) ſolum alij duo, nempe Petr. à Plaza, ſimiliter Hiſpanus in epitom.

epitom.de delict.lib.1.cap.21.nu.2.vers.ipse tamen, & Farinac.in d.q.18.nu.76. in fin.

Quò ad Felyn. iam ostendimus eum esse pro Bart.nec dubium est,ita communiter exaudiri.

Quò ad text.in d.cap.1.intentio ipsius Couar. in eo minimè probatur,dicit enim tãtummodo,quod qui per industriam, & insidias hominem occiderit ab Ecclesia sit auellendus: & sic de proditione nihil; nec ipse Couarr.aliter probat,quod ille text.loquatur de proditione,nisi auctoritate Felyn.qui tamen est contra eum, prout etiam est contra eum exemplum Ioab, quod pro se adduxit in principio dicti nu.7. nam Ioab occiderat Abner,& Amasam non tantum per simplices insidias, vt Couar.refert, sed etiam proditoriè,quia sub pacis,& amicitiæ nomine,vt apertè cantat text.in 2.Reg.3. à nu.20. vsque ad 31.& text.in 3.Reg.20. nu.9. ibi: Dixit itaq; Ioab ad Amasam, salue mi frater, & tenuit manu dextera, mentum Amasæ, quasi osculans eum; & iam reperio, quod aliqui Doctor. citauerint historiam Ioab,pro opinione Bart. vt fecit Gregor. Lopez part.7.tit.2.in princ.glos.6. & etiam ipse Petr.à Plaza loc.cit.nu.5. & Vinc.Ferrarot. d.§.40. nu.11. & 12.qui omnes expressis verbis dicũt, quod Ioab fuerit proditor, quia viros illos sub amicitiæ nomine interfecerat; sanè mirandum est, quod Couarr. vir alioqui oculatissimus in tam manifestum errorem inciderit,vt nũquam oportunius dici queat, Homerum dormitasse: Error autem in eo præcipuè consistit,quod non inuestigato, neque cognito prius, quid sit industria, & insidiæ, dixit, quod vbi est industria,& insidię,ibi semper,& indistinctè adsit proditio,& sic supposuit illud,de quo principaliter dubitabatur; & profectò falsissimum est eiusmodi suppositum: aliud enim industria,& insidiæ, aliud proditio, hæc non potest esse sine illis, sed illæ bene possunt,sine hac,Menoch.loc.cit.nu.24. & sequ. Simile habetur in l.3.§.aliud ff.de incend.ruin. naufr. vbi: aliud esse rapi, aliud amoueri, palam est; siquidem amoueri aliquid, etiam sine vi potest, rapi autem sine vi,non potest: In summa (quatenus huc pertinet) industria, & insidiæ, genus;proditio,species,Alber.Bologn.in tract.de lege, iure,& æquitate cap.18.nu.24. vbi dixit, quod verbum insidiari referatur ad omnia iniuriarum genera.

Industria (quò ad hanc materiam) est data opera,& propositum,Doctor.in d.cap.1.& insidiæ, si etiam ethymologiam attendamus, est dolosa expectatio, ad aliquem aggrediendum; á verbo insidere, hoc est, in & super loco sedere; si veró solum attendamus frequentiorem, in hac materia significatum, ad quem, per translationem, vox ipsa protracta est, insidiæ est dolosa, ac diligens obseruatio ad nocendum, vt sensu ipso voluit Clar.loc.cit.nu. 9.Menoch.loc.cit.nu.27.& 28. & Blanch.loc.citat. num.188.ibi, importantmachinationem: Proditio verò est itidem dolosa obseruatio,ad lædendum; sed cum adiuncto, propter quod distat à genere, scilicet sub nomine,& simulatione amicitiæ, pacis, fidelitatis, &c. Molitur damnum quis in aliquem vtitur dolo, machinatione, diligentia; obseruat loca, tempora, occasionem, insectatur vestigia, quærit opportunitatem; non tamen ad extremum vsque nequitiæ gradum progreditur,vt dum lædere intendit,accipiat pro medio,& instrumẽto,amicitiam,fidem,&c. hic insidiosus tantum est,nõdum proditor: tum verò accipit' pro medio, & instrumento amicitiam: iam progressus est ad eum gradum,iam etiam proditor factus est: Sic hostes, insidiatores tantum sunt, non etiam proditores, quãuis habeant apud nos exploratores, qui eis arcana nostra denunciant: ipsi verò exploratores, præter quam quod sunt insidiatores,sunt etiã proditores.

10 Item insidiæ possunt esse, & occultæ, & manifestæ,text.optim.per quem iudicio meo, tollitur omnis difficultas in l.liberi (ibi insidijsq; eum,vel clãdestinis, vel manifestis appetierit) C.de inoffic. testam.quem text. nunc reperio, (& quidem cum gaudio) ad hoc allegatum etiam fuisse á Blanch. loco iam citato: proditio veró non potest esse, nisi occulta,vt ex prædictis; Item insidiæ non solum in homines, sed etiam in animalia irrationalia §. mitiores ibi, Abigei, quibus est cura alienis insidiari animalibus,& iumentis,auth.de nupt. & Virgil.

Insidias auibus moliri.

Proditio autem solum in ipsos homines, cum in ea sit opus simulatione,amicitiæ,fidei,&c. Item insidiæ in amicos, & in hostes, vel inimicos: proditio tantum in amicos, atque etiam insidiæ tam bonæ, licitæ,honestæ,& laudabiles,text.optim.qui ab omnibus allegatur in canon. Dominus 23. q.2. & in canon.vtilem 22.q.2.& Iosue 8.quam etiam, malæ, illicitæ,turpes,& execrandæ, d.§.mitiores,ibi, si insidias se passam à viro probet,circa ipsam salutem, aut venenis, aut gladio, aut per alium aliquem talem modum; (multæ namq; hominibus ad malitiam viæ sunt,) & in §.aliud quoque capitulum,auth.vt cum de appell.cognos.ibi,vitæ parentum suorum,per venenum,aut alio modo insidiari tentauerit, & in §.iustum eod.tit.ibi, si venenis, aut maleficijs, aut alio modo parentes filiorum vitæ insidiati probabuntur, & in l. necessarios §. fin. ibi, vbi quis incuria necatus est, vel Medici insidijs ff. ad syllan. sed proditio semper est mala,illicita,turpis,execrãda, etiam si in hostes, (si quando cum eis pax, aut fœdus,aut amicitia inita fuerit) canon. noli §.fides 23.q.1.Iosue 9.nu.15. & 19. & 3. Reg.2. nu.9. hinc Petr.Bellin.in tract.de re milit.tit.14.nu.3. ait: Insidijs quæ nihil habent perfidiæ, vti fas est, & decet: tum deinde; Ingenio atque armis pugnetur contra hostes,dolis etiam, si nihil habeant fraudis, neque perfidiæ,cum in ijs nihil esse possit virtutis, & gloriæ; Idem quoque voluit Iul. Ferret. in tract. de re nauali num. 22. & eiusdem mentis fuisse videtur Franc.Arias in tract.de bello,& eius iustitia nu.193. hinc etiam Vlisses apud Ouid.dum contendit cum Aiace,iactat se ipsum,sponte sua,& gloriatur,quod insidias in hostes exercuerit,ait enim.

Hostibus insidior.

Sed obiectum ab Aiace crimen proditionis in Palamedem, adeò tanquam nefarium, & ignominiosum, abominatur, vt cum se aliter defendere non possit,dicat, si crimen fuerit, omnes Græcos in eo partem habuisse.

vobis quoque digna pudore
Obijcit, an falso Palamedem crimine turpe est.
Accusasse mihi? vobis damnasse decorum?

Ergo

Ergo (vt conſtat ex prædictis) inſidiæ, eſt nomen generale, complectens ſub ſe omnem machinationem, ac doloſam obſeruationem ad lædendum; quarum (quatenus ad caſum noſtrum) duæ ſunt præcipuę ſpecies, vna earum, quę fiunt ſub nomine amicitiæ, pacis, &c. & hæc ſpeciali nomine, dicitur proditio (vt probatum eſt) quandoq; tamen appellata eſt nomine generis inſidiæ d. §. mitiores, d. §. aliud quoque capitulum, d.l.neceſſarios §.fin. ſed tunc tãtum, id factum eſſe obſeruauimus, cum ſubiecta materia clarè demonſtrat, quod agatur de proditione, vt in dictis iuribus, in quibus tractatur de poculis venenatis, vel ſimilibus, á parentibus, aut à liberis, aut à Medicis propinatis, quod eſſe non poteſt, niſi ſub ſimulatione amicitiæ, vel officij; altera verò inſidiarum ſpecies eſt earum, quæ non fiunt ſub nomine amicitiæ, fidelitatis, &c. & hæc non habet ſpeciale nomen, ſed vocatur, nomine generis, inſidiæ, d.canon. Dominus, & Ioſue 8. cum alijs ſupra citatis: igitur verbum inſidiæ accipitur, & in genere, & in ſpecie, vt adoptio, cognatio, inſtitutio, iuriſdictio, & alia multa in iure l. 1. ff. de adopt.

Hæc ſi Couarr. animaduertiſſet, vtique nũquam dixiſſet probari in d.cap. 1. de homicid. quod vt homicidium dicatur proditorium, ſufficiat commiſſum eſſe per induſtriam, & inſidias: hic enim vertitur cardo. Quod vt facilius pateat, libet mentem Couarr. per argumentum in hanc formam redactum explicare.

Qui occidit hominem, etiam inimicum clam, & occultè, puta à tergo, occidit per induſtriam, & inſidias.

Qui occidit per induſtriam, & inſidias; occidit proditoriè. Ergo

Qui occidit hominem, etiam inimicum clam, & occultè, puta à tergo, occidit proditoriè.

Maior vera, minor falſa, concluſio falſa, vt ex prædictis: verùm quia ad probandam minorem, citauit Couarr. text. in d. cap. 1. videamus quæſo diligentius, an probet: verba text. ſunt hęc: Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur; vt minor propoſitio Couarr. probetur ex hoc text. neceſſarium eſſet, vt ipſe text. diceret, quod occidens per induſtriam, & inſidias ſit proditor, accedat linceus, quærat & cuncta rimetur, ſi hoc inuenerit in ipſo text. viuat Couar. planè text. non probat aliud, niſi quod qui occiderit per induſtriam, & inſidias, ab altari euelli debeat; Quid autem ſit induſtria, & inſidiæ, & an ſignificent proditionem, & quid ſit ipſa proditio, (his etenim indigebat Couarr. ad probandam ſuam intentionem,) text. ipſe nullo modo declarat: ergo petenda hæc ſunt aliunde; ſed alibi iura, & Doctor. dicunt, quod induſtria ſit data opera, & inſidiæ, doloſa obſeruatio ad nocendum; & ſint nomina generalia, & poſſint eſſe inſidiæ occultæ, & manifeſtæ; proditoriæ, & non proditoriæ; & quod proditio tunc tantum ſit, cum adeſt credita, & ſimulata amicitia, fides, &c. Ergo ſic ſunt intelligenda hæc verba in hoc text. & non aliter: Ponamus enim quod verbum, per inſidias, in hoc text. accipiatur in ſpecie, & ſignificet proditionem, vt in d. §. mitiores, & in alijs ſuperius allegatis, & ſic text. loquatur tantum de homicidijs proditorijs, prout fortè voluit Alex. d. conſ. 145. nu. 5. vol. 7. (quod tamen eſt falſiſſimum, vt clarius mox patebit) nonne intelligendum eſſet. prout alibi Doctor. & iura volunt, hoc eſt, quando intercedit ſimulata amicitia? Ponamus item quod text. non dixiſſet, per inſidias, ſed dixiſſet per proditionem, non tamen declaraſſet, quid per proditionem intelligeret, nonne idem? Quoquò itaque ſe vertat Couarr. intẽtionem ſuam, & minorem argumenti propoſitionem, ex hoc text. non probabit in æternum: ergo concluſio falſa.

Cæterum verus ſenſus huius text. hic eſt, per induſtriam, & inſidias, hoc eſt, data opera, & ex dolo.

Primo probatur ex communi opinione Doctor. de qua præcipuè ipſe Couarr. d.nu. 7. in fin. vbi citat multos,

Secundo ex praxi, vt per eundem ibidem.

Tertio ex text. Numer. 35. nu. 13. & ſeq. & ex text. Deuteron. 19. nu. 14. & ſeq. per quos apertiſſimè declaratur text. Exod. 21. nu. 14. ex quo text. hic ad verbum, tranſcriptus eſt.

Quarto ex gloſ. ordin. Nicol. de Lyra in d. text. Exod. in verbo induſtriam, & in verbo, & per inſidias.

Quinto, & vltimo ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 7. ibi, qui ſua voluntate, & ibi, non ex propoſito, ſed caſu. Quæ loca (rogo) videantur, nam ſedabunt animum.

Ex his quoque reſponſum ſit Petro à Plaza, qui tamen in libro meo mendoſiſſimus eſt, vt parum ſibi conſtare, imò expreſsè contradicere videatur.

Sit etiam reſponſum Farinacc. qui vt multa falſa ſuppoſuit, ſic multos quoque falſo allegauit.

Sit denique reſponſum Decian. qui in d. cap. 19. nu. 19. in fin. inter plurima, quæ attulit pro communi opinione, expuit hæc pauca verba; & pariter dicimus proditoriè quem interficere, quando incautum, & de retro offendit, ſed nihil allegauit, nec expreſſit, vtrum intelligeret de amico, vel inimico; veruntamen vtcunque ſit, ipſemet poſtea paulò inferius, verſ. ad hoc autem nu. 24. ſe correxit, vel potius declarauit ſequendo Bart. & communem.

11 Item ſit ſublata ex his illa oppoſitio; proditio in genere, & in ſpecie; in genere, ſiue ab amico, ſiue ab inimico, & procedat opinio Couarr. in ſpecie, ſi ab inimico tantum, & procedat communis. Nam (vt diximus) proditio ſpecies eſt, genus verò, inſidiæ; & ſi datur proditio in genere, non datur, vt cõpræhendat caſus, in quibus non adeſſet ſimulata amicitia, fides, &c. Hoc enim eſt impoſſibile, & tãtum pertinet hoc ad inſidias: ſed datur, vt tanquam genus ſubalternum compræhendat ſub ſe omnes illas ſpecies, in quibus adeſt læſio ſub nomine amicitiæ; multas namq; ſpecies proditionis conſtituerunt Doctor. præſertim mox citandi, ſed ſemper in eis voluerunt concurrere dictam eſſentialem qualitatem creditæ, & ſimulatæ amicitiæ, quam ipſa proditio, ſic in ſubalterno genere ſumpta, ſemper ſecũ habet, ac ſemper in ſingulas ſuas ſpecies æqualiter transfundit; Præcipuè verò ipſius proditionis ſpecies, ſunt illæ duæ, quas primus omnium conſiderauit Bart. in d. verb. rebellis, dum dixit, quod ſi proditio eſt contra Principem, vel Rempublicam dicitur, vno vocabulo, proditio, ſine adiuncto; ſi verò cõtra priuatos, non dicitur proditio, ſed crimen

aliud

aliud proditoriè factum, puta homicidium proditorium, seu proditoriè perpetratum; ad quod sine dubio respexit, & certe non sine mysterio ipsa sacra maiestas, dum in hoc indultu dixit: vulneris proditoriè illati, constat enim ex hoc, quod locuta sit secundum mentem, & morem Iurisconsultorum, non autem ipsius vulgi: hi sunt Doctor. qui Bart. in hoc expressius subscripserunt, & alias quoque proditionis species considerarunt.

Gregor. Lopez d. part. 7. tit. 2. l. 1. in summario, & in verb. llamado trayzion, vbi optime.

Paris de Puteo de re milit. verb. duo milites nu. 5.
Hieronym. Gigas de crim. læsæ maiestat. par. 2. q. 1. nu. 6. & 7.
Niger ad Campag. loc. cit. nu. 30. & 31.
Blanch. loco citato nu. 193. & 194.
Bursat. d. consil. 147. nu. 38. lib. 2.
Decian. d. cap. 29. nu. 2.
Marc. Gribald. loco citato nu. 16.
Conrad. Brun. d. tract. de seditios. num. 11. & 12. vbi etiam dicit, quod in priuatos appellatur perfidia.
Vinc. Ferrarot. d. §. 40. nu. 11. & 12.

Præterea fit sublata ex his, illa alia oppositio: Proditio propriè, & impropriè, strictè & largè, vt dixerunt Gregor. Lopez, & Conrad. Brun. locis modo citatis; nam hi intellexerunt propriè, & strictè, proditionem illam, quæ est in Principem & Rempublicam, impropriè, & largè, quæ in priuatos; sed semper voluerunt, vt in omnibus adsit essentialis qualitas simulatæ amicitiæ. Quo verò ad Foller. qui in d. cap. item statuimus nu. 14. dixit impropriè, & largè esse, secundum opinionem Couarr. ipse solus est, & errauit cum suo authore; quatenus autem idem Foller. forte voluerit, vt impropriè sit secundum assertam opinionem vulgi, de quo etiam Gerard. d. singul. 14. & Octau. Vulpell. d. respons. 59. nu. 1. respondebimus inferius.

Vnum tamen hic non erit omittendū, quod hæc distinctio de proprio, & improprio, quomodocunque se habeat, nobis minime nocet, cum simus in exceptionibus indultus, in quibus verba sunt propriè, & strictè intelligenda, vt in terminis refert Foller. in commento indultus anni 1554. col. 6. ibi, respectu verò casuum exceptorum, dicetur odiosa, & sic strictè interpretanda, & D. de Franch. decis. 403. nu. 11. vbi ita iudicatum.

Tandem ex his sublata fit, & illa alia oppositio deducta ex his, quæ dicuntur à Doctor. præsertim à Felyn. in d. cap. 1. de homicid. scilicet proditoriè esse, quando sub nomine amicitiæ, & quando sedes in mensa, &c. sunt exempla, quæ non restringunt regulam: nam sunt quidem exempla, sed data super regula Bart. in qua expressè dicitur, quod qui est inimicus, quamuis à tergo, vel aliter occulte percutiat, non fit proditor.

Quò ad legem Regiam, quam ad comprobationem suæ opinionis, citat Couarr. nos ob defectum librorum, nequiuimus videre legem ordinariam à Couar. & alijs, ad id citatam: vidimus tamen legem partitarum, hoc est part. 7. tit. 2. de las trayziones l. 1. & quidem est pro nobis, quia solum dicit, quod vox hispana trayzion, significat proditionem contra Principem, & Rempublicam, vox autem Aleue, (quidam dicunt Aleuosia) cōtra priuatos, quò ad reliqua, dicta lex nihil habet contra ius commune: Interrogauimus tamen de lege ordinaria doctissimos viros hispanos, Iureconsultos fide dignissimos, nunc recens ad nos inde profectos, & generaliter responderunt: hispanam legem esse pro nobis, quod eo libentius credimus, quia Couar. & Plaza dum ipsam allegant, vtuntur his verbis, perpensa lege, &c. vnde licet suspicari, quod lex illa non ita expressè loquatur, sed ab eis per interpretationem ad hūc sensum tracta fuerit. Gomes. tamen, quamuis teneat contra Couarr. videtur velle, quod lex loquatur expressè.

Sed vtcumque sit, quid quæso commune habet lex hispana cum hoc indultu, si illa, condita verbis hispanis tantum ad hispanos, hic verò verbis latinis ad Italos tantum pertinet? ita expressè voluit Gomes. Doctor hispanus loc. citat. & videtur secutus Eman. Suar. similiter hispanus eod. cit. loco.

Adde quod imò ipsa lex nobis faueat, quia cum sit ius singulare, arguit ius commune esse in contrarium.

Nec dicatur hoc argumentum non valere in legibus Hispanis, eo quod totum ferè ius commune sit translatum in eam linguam: nam hoc procederet in illis legibus, quæ verè sunt translatæ; non autem in correctorijs, qualis hæc asserta lex, quæ expressè est contra ius commune, & ideò non potest dici translata, sed lex noua, & correctoria.

Item nec opponatur, quod occasione dictæ legis adsit etiam, apud ipsos Hispanos, communis vsus loquendi, vt quando inimicus à tergo percusserit, proditoriè fecisse dicatur, & propterea indultus ibi conditus, sit ita intelligendus, cum Princeps Hispanus propter consuetudinem, hanc mentem habuisse præsumatur, vulgat. §. asinam, & l. si seruus plurium §. fin. ff. de legat. 1. & l. semper in stipulationibus ff. de regul. iur. cum concord. & verba intelligi debeant secundum mentem proferentis ijsdem iuribus, & cap. intelligentia, & cap. præterea de verbor. signific.

Siquidem ita respondetur: communis vsus non est super verbo latino, proditoriè, de quo in indultu, sed super vulgaribus verbis hispanis, à trayzion, vel aleuosamente, ergo hæc verba hispana debent intelligi secundum ipsam consuetudinem; non autem verbum latinum proditoriè.

Quod si replicetur cōmunem vsum esse, etiam super verbo proditoriè, quia quod hispani soliti sunt dicere vulgari sermone, à trayzion, vel aleuosamēte, id ipsum semper ijdem latinè loquentes dicere consueuerunt proditoriè (neque enim aliter vertere potuerunt,) & sic vsu factum est, vt verbum proditoriè significet idem, quod ipsa vulgaria verba, quod quidem fieri potuit: nam licet priuatus homo non possit mutare significationem verborum à iure traditam Labeo in fin. ff. de suppell. leg. Consuetudo tamen communis, vel ipsius tantum Principis potest, vt ibidem, & in l. 3. ibi hodie propter Imperatorum vsum, vbi glos. & in l. legata, ibi, posterior ætas recepit, vbi etiam glos. eod. tit.

12 Primò respondetur, quod talis vsus super verbo proditoriè est probandus, non enim præsumitur, cū sit facti, vt in terminis dixit Gerard loc. cit. nu. 7. & 8. vbi ad hoc citat Soccin. Sen. in l. Gallus §. & quid si tātum nu. 6. ff. de liber. & posthum. qui verè optime loquitur,

tur,& ſine dubio eſt de mente omnium, vt latè teſtatur Maſcard.concluſ.329. num.2. & per totum tom.1. & tanto minus præſumitur, quia diſpoſitio iuris eſt expreſsè in contrarium: neque enim verum eſt, quod cum in ſermone latino non reperiatur vox,quæ ſignificet id,quod illa verba vulgaria, neceſſe fuerit,vt Doctores Hiſpani latinè loqui volentes, vſurparent verbum proditoriè, nam poterant pluribus verbis,mentem ſuam, & vim vulgarium vocabulorum explicare; potius quám verbum proditoriè,contra iuris diſpoſitionem vſurpare, vel melius poterant licitè vti ijſdem vocabulis vulgaribus, ſic groſſo modo, (vt Doctores dicunt) in latinum conuerſis; ita enim iuſſit Modeſtinus in l.1. vbi text. ad hoc inſignis ff. de excuſat. tutor. Bartol.in l.qui filiabus in fine ff. de teſtament.tutor. & Angel.Aretin. in §. qui filiabus in fine, inſtit.qui teſtam.dar. tut. poſſ. & ita etiam ſæpius obſeruarunt, vel ipſi quidem Iuriſconſulti, & Imperatores,& Summi Pontifices,vt patet in l.1.ff. de var. & extraordin. cog. ibi,ſi (vt vulgari verbo impoſterum vtar) exorcizauerit, & in tit. de Maiuma C.lib.11.& de Salgamo lib.12. & in cap.vnico in princip. quibus modis feud. amitt. titul.1.ibi, Item ſi fidelis cucurbitauerit Dominum,ideſt cum vxore eius concubuerit,& in tit.de tregua, & pace, extr.& in extrauag.commun.eod.tit. & in tit. de torneamentis, extr. & in cap. 1. ibi deteſtabiles illas nundinas, vel ferias, quas vulgó tornamenta vocant, & in extrauagant. Ioannis XXII, eod.tit. de torneamentis,& in cap.2.de conſangu.& affinit. ibi puellam affidauit. Idem probatur in cap. præterea 2. de iurepatronat.& in clement. quoniam §. final. de vita, & honeſtat. clericor. in clement. 1. §. ſtatuimus de ſtatu Monach. & alibi paſſim; ſed quid opus eſt verbis? nonne videmus idem feciſſe ipſoſmet Hiſpanos in ſuis voluminibus, dùm dixerunt Hidalgum, Maioratum, Aleuoſiam, & Aleuoſe, & Reptare, & ſimilia? nonne etiam Tiraquell. & alij Saiſitus, & Saiſire? Denique id iuris præceptum eſt, vt paulò ſuperius probauimus. Nulla ergo ratio, aut neceſſitas cogit, vt dicamus, talem vſum inductum eſſe ſuper verbo proditoriè.

Secundo ſic reſpondetur, eſto quod ſuper verbo proditoriè adſit,ibi talis vſus, non propterea ſequetur, hunc noſtrum Indultum eſſe, ita intelligen-
13 dum: ſiquidem Princeps tunc præſumitur loqui ſecundum conſuetudinem loci ſui,cum dirigit ſermonem ad homines eiuſdem loci, ſecus veró cum ad alias nationes; tunc enim præſumitur loqui ſecundum mentem iuris communis, & ſecundum conſuetudinem, quam idem ius commune apud omnes vniuerſaliter induxit, argument. text. in cap. 1. de reſcript. in ſexto, in cap. Abbate §. hic autem ſenſus de verbor.ſignificat. & in canon. erit autem lex 4. diſtinct. & videtur fuiſſe de mente Anton.de Butr. in prohem. decretal. num.41. verſic.quod intelligo; faciunt ea, quæ habent Doctor. poſt Bartol.in vulgat.§.ex non ſcripto,& in vulgat. l.de quibus, & in l.1. C. quæ ſit long. conſuetud. & in rubr. extr. eodem, dùm in multis quæſtionibus ſemper ſupponunt, atque concludunt, quòd conſuetudo non ſe extendat ad exteros, nec vnquam egrediatur fines loci ſui; & non ineleganter iudicio meo, hic dici poteſt, quod Princeps habeat duplicem conſuetudinem, alteram particularem locis ſui, alteram verò vniuerſalem omnium aliorum locorum,per legem communem, (quæ ſemper loquitur) inductam; & vtramque conſuetudinem ſemper pariter vigere in eius mente; (non enim propter ius municipale obliuiſcitur iuris communis, cum dicatur illud ſemper habere in ſcrinio pectoris,) & ſic in legibus condendis, alijſque rebus gerendis,eum vti in loco quidem ſuo, conſuetudine ſua particulari; in externis verò conſuetudine ſimiliter ſua vniuerſali: quod ſi aliter diceremus, nempè Principem præſumi ſemper loqui indiſtinctè, quò ad omnes ſecundum conſuetudinem loci ſui, vtique ſequerentur multa abſurda; Totum enim ius commune diceretur vniuerſaliter correctum, eius interpretatio dependeret vniuerſaliter à conſuetudine vnius loci; leges quas Princeps pro externis populis conderet eſſent incertæ, & captioſæ,contra text. in d. cap. Abbate, & in dicto canon. erit autem lex; ipſe autem Princeps, aut iniqui,aut imprudentis, & oſcitantis nomen acquireret, & alia eiuſmodi, videndus eſt omninò Romanus in l.1.§.fin.nu.14.ff.de verbor.obligat.& Felyn. in rubr. de conſtit. nu.7. qui decidunt hunc articulum ferè in terminis pro nobis.

Tertio ſic etiam reſpondetur, in re dubia melius eſt verbis edicti ſeruire inquit Iuriſconſult.in l.1.§.ſi is qui nauem ff.de exercit.act.& gloſ.ibi,nota mirabile verbum, in dubijs ſtandum eſſe verbis legis, Bald.autem ibidem ſimiliter adnotauit,quòd vbi non apparet de mente legiſlatoris, inhærendum ſit verbis, nec vnquam ab eis recedendum, & quód id faciat pro ſtatutis, & priuilegijs, vt etiam in cap. porrò de priuileg. Adeoque vera, & egregia viſa eſt omnibus, hæc Bald.doctrina, vt inſerat nunc incedat inter gloſſas Accurſ. Ergo hic indultus eſt omninó intelligendus ſecundum ius commune, non autem ſecundum aſſertum loquendi vſum Hiſpaniæ; quatenus tamen adeſſet, nam ſi non adeſt, vt à principio etiam ex authoritate Hiſpanorum innuimus, ceſſat omnis difficultas.

Sumpta occaſione ex ipſa conſuetudine Hiſpanaſ, erigitur á quamplurimis contra nos alia ſimilis oppoſitio de aſſerta conſuetudine noſtra; dicunt enim adeſſe etiam apud nos eandem conſuetudinem, cum vulgò hic dici ſoleat,vulneraſſe à tradimento, qui à tergo, vel ex occulto loco vulnerauerit, etiam ſi ſit inimicus,& propterea (ſubdunt) verbum proditoriè, in indultu, eſſe intelligendum ſecundum hanc noſtram conſuetudinem,ex regul. text. in dicto §. aſinam, cum mille concord. & ex Bartol. & alijs diuerſis in locis, præſertim in l. omnes pupilli ff. de iuſtitia, & iure, & in rubrica de oper.nou.nunciat.& propius ad hanc materiam,ex gloſ. in cap. nonnulli, verbo vltra duas dietas, de reſcript. extr. & in cap. ſtatutum §. cum autem actor, verbo vnam dietam, eodem titulo in ſexto, & in cap. præſenti §.loca, verbo ſpecialiter,de præbend.in ſexto,& ex Doctor.ijſdem in locis,præſertim in d.cap. nonnulli, vbi longa additio ad Panormit.idq; per text.apertum ſecundum omnes in d.§. loca, & in cap. ex literis 1. de ſponſal. Addo ego alium text. fortè meliorem, cum loquatur in terminis indulgentiæ, ſeu diſpenſationis in cap. quod dilectio de conſangu. & affinit. & in proprijs ter-

 minis

minis proditionis, sic voluisse videtur Gerard. loc. cit. qui non habuit aliud refugium, nisi quòd talis vsus debeat probari, vt ibi per eum; & Octauian. Vulpel. loco citato num. 1. qui nihil respondit, nisi quod casus eius non erat à tergo, sed à fronte; & videtur idem voluisse Foller. in d. cap. item statuimus nu. 15. qui solum distinxit, aut in materia larga, aut in stricta.

14 Primo respondetur: posito quòd verum sit, adesse hic talem loquendi vsum, non tamen propterea dicendum erit, indultum esse, ita intelligendum; quia quod dicitur, verba legis, statuti, priuilegij, beneficij, &c. esse intelligenda iuxta vulgarem vsum loquendi, procedit quando lex concepta est eadem lingua, & iisdem verbis, super quibus adest ipse vulgaris vsus; non autem quando diuersis.

Primò probatur, quia omnes linguæ inter se sunt diuersæ, & significatio vocabulorum non potest mutari, nisi per consuetudinem d. l. labeo, cum concord. consuetudo autem, (vt diximus) suos fines egredi non debet.

Secundo probatur, quia nulla lex, aut Doctor loquitur de diuersa lingua, & tam ratio prædicta, quàm frequens vsus, & experientia probat, præsumendum esse, quod loquantur de eadem.

Tertio probatur, quia Bald. in l. lege duodecim tabularum num. 7. C. de legit. hæredit. docuit, quod verba prolata sermone literali interpretanda sint, secũdum artem literatorum; prolata verò sermone vulgari, secundum sensum vulgarem; & idem voluit in cap. vnic. nu. 6. vers. in contrarium arguitur, de success. feud. & eum fidelissime semper secutus est Alex. vbiq; præsertim in l. stipulatio ista habere licere §. hæc quoque (forte debet allegari §. ij qui) in fin. ff. de verbor. obligat. & in cons. 2. nu. 54. & seq. & cons. 9. nu. 4. & cons. 82. nu. 4. vol. 1. & in cons. 26. nu. 11. vol. 3. & in cons. 37. nu. 18. vol. 6. secutus etiam est Benedict. in vulg. cap. Raynutius verb. eidem impuberi nu. 26. & Cotta in singul. incipiente, verba prolata, & Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 5. nu. 1. si Doctores prædicti nolũt intelligi verba latina secũdum sensum vulgarem, neque è conuerso; vera est igitur nostra conclusio.

Quarto probatur, quia Bart. in l. si quis filiabus ff. de testam. tut. dixit, quod verba testamenti idiotæ in scriptis per Notarium redacti, sint intelligenda secundum interpretationem Iurisconsultorum, & vsum linguæ latinæ, non autem secũdum vsum vulgarem, ita exaudierunt eum, & secuti sunt concordissime omnes Doctores, præcipuè verò Alex. & alij modo citati, & Soccin. Sen. in vulg. l. Gallus §. si eius num. 5. in fin. qui licet subdistinguat, eius tamen distinctio, conclusionem nostram magis confirmat, vt nunc dicetur. Ergo.

Quinto probatur, quia cum contigisset Accursio in §. cum igitur verb. filios, auth. de non elig. secund. nub. vt consideraret differentiam, quam in latino sermone, lex induxit super verbo filij, & verbo liberi, de qua in l. si quis filiabus, & l. seq. ff. de testam. tut. & in §. si quis filiabus, instit. qui testam. dar. tut. poss. statim ipse Accurs. determinauit eam differentiam in vulgari lingua, non esse obseruandam, (intellexit autem vulgarem hanc nostram vernaculam, vt vulgo intelligunt omnes) secutus est Bartol. licet de ipsa glos. non meminerit in d. l. si quis filiabus, vbi de mente glos. in eadem l. posita, atque illam declarando posuit hæc verba: Ista varietas dicendi est in sermone latino, non in vulgari locutione: secuti sunt deinde omnes Doctores post Bart. sine vlla cõtradictione, & Angel. Aret. in d. §. si quis filiabus, expresse ad hoc meminit de ipsa glos. in d. §. igitur. Item cum similiter contigisset Bart. in l. si quid earum in princ. ff. de leg. 3. vt consideraret differentiam, quam in latino sermone facit lex inter emere, & comparare, ita scripsit; Ista differentia inter emere, & comparare in vulgari locutione non cadit, nam emere, non vulgarizatur alio modo, quàm comparare, ideó in dictis testium, & dictis vulgarium non admitterem istam distinctionem, sed in legibus, & statutis cõditis à peritis, istam distinctionem admictimus; simile dicam in differentia, quę fit inter appellationem filiorum, & liberorum l. quod si nepotes supra de testam. tut. nam in vulgari illa differentia nõ admictitur, vt ibi glos. dicit, & ibi dicemus: hanc Bart. doctrinam amplexati sunt postea Doctores omnes sine scrupulo, expressius autem ij, quos pauló ante citauimus; quibus etiam addendus est Alciat. in l. liberorum col. mihi 7. in fin. vbi optime.

Ex quibus clarè constat, quod communis vsus loquendi linguæ latinæ, non sit seruandus in lingua nostra, & sic è conuerso, vt autem rem ipsam propius attingamus, libet exempla Doctor. aptare ad casum nostrum, sed illud animaduertendum, quòd tota vis consistat in dicto verbo liberi, atque in dicto verbo comparare. Igitur quemadmodum nos habemus verbum, figli, quod significat solũ filios, non etiam nepotes, & latini hoc verbum, *figli*, dicunt liberi; sed hoc apud eos denotat etiam nepotes; sic etiam latini habẽt verbum proditoriè, quod apud eos significat illum tantummodo casum, quo quis lædit sub nomine amicitiæ, & nos lingua nostra illud dicimus, *à tradimento*; sed hoc apud nos denotat quoque casum, quo etiam inimicus occulte lædit. Ergo quemadmodum communis linguæ latinæ vsus loquendi super verbo liberi, non seruatur in lingua nostra, super verbo, *figli*, sic etiam communis linguæ nostræ vsus loquendi, super verbo, *à tradimento*, non debet seruari in lingua latina super verbo proditoriè: nec dispar, atque diuersus terminorum, & linguarum vsus quicquam nocere debet, cum par eademq; ratio militet vtrobique. Idem quod de verbo liberi dicatur, & de verbo comparare.

Nec obstat text. in d. cap. quod dilectio de consangu. & affin. dùm dicit, quod indulgentia, seu dispensatio, vt homines cuiusdam loci possint cõtrahere matrimonium in sexto gradu, vt ibi, sit intelligẽda secundum vulgarem vsum illius loci, hoc est, vt vtraque persona sit in sexto gradu, non autem, vt vna in sexto, altera in citeriori; quamuis de iure satis sit vnam esse in sexto gradu, per regulam, quoto gradu quis distat á stipite, &c. vt expresse loquitur ille text. vnde patet, quod verba latina intelliguntur secundum vulgarem vsum linguæ nostræ.

Nam respondetur, quod illa verba, sexto gradu, sunt verba communia, vt est possessio, donatio, persona, & alia quamplurima; ideò communia, quia in vtraque lingua, habent eumdem principalem significatum, eumdemque vocis sonum, licet

licet quò ad vltimas ſyllabas, & inflexiones differant, vt eſt de mente Gloſ. & Doctorũ communiter in d. §. hæc quoque, & alibi paſſim; ſi igitur ea verba, ſexto gradu ſunt cõmmunia, nihil mirum, ſi intelligantur ſecundũ vulgarem vſum linguæ vernaculæ, maximè cum directa fuerint fortaſſe ad noſtrates; faciunt ea, quæ de verbis communibus (licet ad alium ſenſum) docuit Bart. communiter receptus in vulgat. l. centurio. Item amplius dici poſſet, quòd indulgentia, de qua ibi, fuerit concepta lingua noſtra, non latina; & denique in illo textu concurrit etiam alia cauſa, ſcilicet ſcandali vitandi, vt in eodem text. & gloſ.

Neque etiam obſtat text. Gloſ. & Doctor. in d. cap. præſenti §. loca de præbend. in ſexto, cum alijs in contrarium ſuperius adductis, quia verbum dieta, de quo in e's, quò ad ſignificationem, de qua ibi, non eſt latinum, ſed penitus vulgare, aut ſaltem commune, & propterea accipiendum eſt, ſecundum vulgarem vſum.

Item nec obſtat text. in cap. quamuis de verbor. ſignific. quia Præpoſitus, hoc eſt prioratus, curam ſuper alios gerens, vt ibi, eſt nomen commune.

Tandem nec text. in d. cap. ex literis 1. de ſponſal. quia verum eſt, verba contrahentium matrimonium, eſſe accipienda ſecundum communem verborum intelligentiam, vt dicit text. ſed debet accipi de intelligentia eiuſdem linguæ.

Et ſecundum hæc, datur etiam reſponſum omnibus alijs iuribus, & authoritatibus, quæ in contrarium adduci poſſent.

Secundò principaliter reſpondetur, quòd quando dicta regula, de verbis legis, ſecundum vulgarem, & communem vſum loquendi, intelligendis non reciperet aliam declarationem, prout omninò recipere debet hanc, quam in præcedenti reſponſione diximus, tanquam omni iuri, & veritati conſonam; ſaltem recipere debebit hanc aliam declarationem, & limitationem; nempè vt tunc procedat, cum verba non ſunt diſtincta, ſed communia vtrique linguæ, ſecus verò quando verba vnius linguæ ſunt diſtincta, & ſeparata, hoc eſt, diuerſum vocis ſonum habentia, à verbis alterius linguæ, prout ſunt verba hæc, de quibus nos diſceptamus: Proditoriè, & à tradimento. Ita prudenter animaduertit, primus omnium, (vt credo) Soccin. Sen. qui & nobis conceptum præripuit in d. l. Gallus §. ſi eius num. 5. in fine, vbi etiam dixit, quod dicta doctrina Bartol. in d. l. ſi quis filiabus, fortè ſolum procedere debeat, quando eſſet diſtinctus ſermo, non autem quando communis, ex quo Soccin. dicto, multo magis confirmatur præcedens noſtra reſpõſio, & nunc reperio, quòd tacito nomine Soccin. hoc idem tenuerit Felyn. in prohem. decretal. nu. 14. verſ. ſed loquitur in verbis, & videtur fuiſſe de mente Benedict. in d. verb. eidem impuberi nu. 22. & 25.

Tertio principaliter reſpondetur, non eſſe verum, quod adſit apud nos, hic vulgaris vſus loquendi, & profectò eſſet prius de hac re in iudicio diſquirendum, nec induci poſſumus ad credendum, quòd valeat vnquam probari talis vſus, qualis eſſe deberet, vt verè vſus, & conſuetudo dici queat; nam ſi fortè adeſſet, vtique non inter omnes, ſed ſolum inter eos, qui profitentur duellum, quod ſuas habet regulas ſpeciales, vel potius, & veriu[s] inter idiotas, & fortaſſe non ſemper, ſed tunc tantum, (vt probat experientia) cum ſuperati ſunt, ſtatim enim neſcientes imprudentiam, & ignauiam ſuam aliter velare, allegant inimicum veniſſe à tradimento. Quid quod, quando plures ſunt in actu armorum, & aliquis opportuné inter dimicandum percutit alterum ex inimicis à tergo; dicunt etiam eſſe à tradimento? qua quidem re nihil ineptius, quaſi ſemper teneatur inimicus dicere: Defendas te ab hoc ictu: defendas ab hoc alio, caue oculis, caue cruribus; nulla ergo verè dici poteſt conſuetudo, nullus vulgaris loquendi vſus, ſed ſtultitia, & ineptia, & ideò nulla eius ratio habenda eſt, vt optime docuit Felyn. loco citat. vbi vocat eum vſum inſenſatum, & inſenſatam vulgi aſſertionem ab alijs hominibus magis intelligentibus non receptam; ſecutus eſt, quaſi ad verbum, Benedict. eodem loco citato nu. 22. & 23. & ante eos, (quod etiam ipſe Felyn. aduertit) hoc voluit Bald. in l. 1. nu. 3. C. de ſucceſſ. ædict. dum dixit: nec puto, quod per abuſiuum modum loquendi perſonarum illiteratarum, ſiue vulgarium, verbum prolatum inciuiliter, extendatur; dixerunt autem Benedict. & Felyn. hoc probari in l. ita vulneratus §. occidiſſe ff. ad leg. aquil. & in l. item prætor ff. de ſuis, & legitim. & in l. ſi dictum ff. de euiction. & fortè verum eſt, ſed ſine vlla dubitatione expreſsè probatur in l. quid ſit fugitiuus §. illud ff. de ædilit. ædict. vbi hæc verba: Illud enim, quod plerumque ab imprudentibus (inquit) dici ſolet, cum eſſe fugitiuum, qui nocte aliqua ſine voluntate Domini emanſiſſet, non eſſe verum. Quid clarius? & ſecundum hunc text. firmiſſimè tenemus, eſſe intelligendum text. in l. ſi calumnietur §. telum ff. de verbor. ſignific. qui re vera, in hac materia non eſt intelligendus; ſic etiam leges prædictas videntur intellexiſſe omnes ferè Doctores, & repetentes, præſertim nouiores in rubr. ff. de nou. oper. nunc. præcipuè Ruyn. nu. 22. & 24. quicquid ibi dixerit Roman.

Sed nulla melior legum interpres, quám conſuetudo, dicant nobis aduerſarij; quoties & quando in effectum, ac realem vſum, deductus fuerit hic aſſertus vſus? An fortè non occurrerunt hactenus in hoc Regno, & in ipſa Magna Curia, milleni caſus, quòd inimici clam, & à tergo, alijſuè inſidijs vulnerauerint, aut occiderint? Quomodo ergo de proditione, vel eius pœna, tam in Inquiſitionibus, & earum titulis, quám in condemnationibus, verbum nullum? Immò in omnibus Inquiſitionibus, ſtudioſè poſita inimicitiæ clauſula, quæ quidem eſt de directo contraria proditioni, & illius pœnitus excluſiua, vt in ſpecie tradiderunt Decian. in dicto tractatu crimin. libr. 7. cap. 30. num. 9. & Blanch. in tractatu de indicijs num. 194. monentes cauendum ſemper eſſe, ne in Inquiſitione proditionis, fiat mentio de inimicitia, ſed ſemper ſupponatur, & dicatur; quod nulla præceſſerit inimicitia, alias proceſſus non eſſet benè formatus, & ita ſeruari teſtantur in praxi, quod etiam voluit Baiard. dicto verſic. proditoriè num. 25. vbi ait, ſe nunquam vidiſſe formari inquiſitionem de proditione contra eum, qui inimicum á tergo vulnerauerit, vel interfecerit: Proferant nunc nobis aduerſarij proceſſus Magnæ Curiæ; proferant etiam

hos, de quibus nunc agitur, & videamus quomodo cantet titulus, quomodo etiam inquisitio? An omnes causæ, quæ hactenus nunquam per tot secula, habitæ sunt proditoriæ, nunc ictu oculi, efficientur proditoriæ? & per consequens, tot sapientissimi viri, qui in supremis hisce Tribunalibus mille ab hinc annis ius dixerunt, nunc horæ momento imperiti detegentur, vt ne informationem quidem formare sciuerint? Reliquum est igitur, vt concludamus, hunc assertum loquendi vsum, apud nos nequaquam existere; & si fortasse existeret, siue apud rudes, siue etiam apud peritos, (quod tamen pœnitus inficiamur) verbotenus tantum existere, nec vnquam aliquem iuris effectum sortitum esse, vel ipsa quidem teste experientia, & contraria antiquissima consuetudine, quæ non est aliquatenus mutanda vulgat. iurib. Interea verò (quò ad hanc partem) sileat Gerard. sileant etiam Vulpell. & Foller.

Iam itaque clarissimè ostensum est, quod nullum in significatione verbi proditoriè, de quo in indultu locum sibi vendicet, neque Hispanus, neque noster (si quis esset) vulgaris loquendi vsus, quodq; etiam, neque Couar. neque aliorum aduersantium sententia in iure subsistat, sed verissima sit Bart. & sequacium communis opinio, ita vt nullo modo sit ab ea recedendum.

Et quoniam vltra hæc, quæ pertinent ad significationem verbi proditoriè, circunferuntur etiam aduersus nos, quædam aliæ oppositiones ad omnia eiusdem clausulæ verba pertinentes; idcirco ne quid intactum relinquatur, libet ad eas breuissime respondere; quamuis certi simus, non esse necessarium.

Quidam ergo sic opponunt, licet quis non dicatur proditor ex eo, quod non vt amicus, sed vt inimicus offenderit, tamen proditor dicetur, ex eo,
15 quod proditorijs armis offenderit. Sunt enim arma quædam, quæ per se ipsa semper proditionem inducunt, vt sclopus ferreus, balista, & similia, quibus quis, clam, & ignarus lædi potest: & prout conijcere possumus, mouentur ex Bursat. cons. 216. nu. 14. lib. 2. & ex pragm. ad restringendum, sub tit. de ictu scopitti, & ex Foller. ibidem nu. 8. & 9.

Quò ad Bursat. non possumus negare, quod expresse dixerit, præsumi proditionem, ex qualitate armorum: Nos tamen respondemus, quod cum nihil allegauerit, & in contrarium adsint rationes, quæ illius authoritatem exuperant, vt ex ijs, quæ mox dicentur; ad Foller. nihil est, quod ab eius dicto formidemus.

Quò ad pragmat. nihil ad rem, cum de proditione verbum nullum.

Quò ad Foller. is inuestigans rationes propter quas ipsa pragm. edita fuerit, inter aliquas assignat hanc, quia scoppittū, & balista sunt arma proditoria, cum eis offendatur quis sine diffidatione, ex quo (inquit) inducitur proditio secundum Ioan. Andr. &c.

Si volunt intelligere hoc dictum Foller. sunt arma proditoria, hoc est cognoscunt, affectant, machinantur, committunt proditionem, vt faciunt homines, qui pollent sensu, & ratione: non est opus responsione.

Si volunt intelligere arma proditoria, hoc est, valde apta, & commoda homini ad committendam proditionem, & ideò cum illis ad hoc frequētius vti, consentimus, & insuper dicimus veram Foller. mentem hanc fuisse, quamuis verba videantur refragari; sed tamen hic sensus nobis minime nocet.

Si denique volunt intelligere arma proditoria, hoc est, quæ inducunt præsumptionem, quod homo ipsis delinquens, fecerit proditoriè, vt voluit ipse Bursat. hic distinguimus, aut volunt esse præsumptionem iuris, & de iure, aut iuris tantum: Si iuris, & de iure decipiuntur, quia id nulla lege cauetur, prout caueri deberet, Bartol. & alij in l. siue possidetis C. de probation. si iuris tantum æque decipiuntur, tùm quia, nec iure, nec aliqua authoritate probatur; tùm etiam, quia cum regulariter omnia arma apta sint ad vtrumque, scilicet ad proditionem, & non proditionem, & quisque in dubio, præsumatur bonus, vel minus malus, vulgatis iuribus; consequens est, vt si stemus in puris terminis præsumptionis, homo delinquens ipsis armis, potius præsumatur fecisse non proditoriè, quàm proditoriè, & consequenter arma ipsa potius præsumantur non proditoria, quàm proditoria: tùm denique, quia etiam si sic esset, quod scilicet præsumptione iuris tantùm, præsumantur proditoria: admittitur probatio in contrarium, at verò in casu nostro, semper supponitur inimicitia, quæ proditionem prorsus excludit, ergo.

Alij verò, alijs modis, ita contra nos opponunt, vt in summa omnes concludant, sensum verborum ipsius indultus, non esse eum, quem litera prima fronte afferre videtur, quemque omnes communiter amplexantur.

Nos itaque non referemus contrarias rationes, (quippe satis longum esset) sed ipsum communem sensum, qui verissimus est, ita stabilire conabimur, vt aduersariorum ictus, amplius non reformidet.

Verba indultus sunt hæc: vulneris proditoriè, sclopo rotato, aut aliter illati.

Communis sensus est, vt sit exceptum ab indultu delictum vulneris proditorij quomodocumque, & qualitercumque sit illatum; ita vt verbum illud, sclopo rotato, aut gratia exempli, aut dubitationis tollendæ, aut maioris declarationis inducendæ, sit appositum.

Text. in l. 4. ff. ad leg. iul. maiest. prosequens enumerationem delictorum, propter quæ crimen maiestatis incurritur, habet hæc verba: cuiusuè opera, dolo malo, hostes populi Romani, cōmeata, armis, telis, equis, pecunia, aliauè aliqua re adiuti erunt.

Text. in §. mitiores, circa medium, authent. de nupt. recensens causas, propter quas matrimonium dissoluere licet, dicit ita, aut si insidias se passam à viro probet circa ipsam salutē, aut venenis, aut gladio, aut per alium aliquem talem modum; & paulo inferius, ad finem, aut insidias sibi facientem, aut venenis, aut gladio, aut alio factas, modo.

Text. in §. aliud quoque capitulum, authent. vt cum de appellat. cognos. dùm refert causas, ex quibus filius potest exhæredari, ita circa medium dicit, vel vitæ parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentauerit, & text. in §. iustum, cod. tit. dum enumerat causas propter quas, possunt

possunt filij parentes præterire, dicit ita; si venenis, aut maleficijs, aut alio modo parentes filiorum vitæ insidiati probabuntur; deinde post pauló, si contigerit, aut virum vxori suæ ad interitum, aut alienationem mentis dare venenum, aut vxorem marito, vel alio modo, alterum vitæ alterius insidiari.

Text. denique in cap. vnic. §. item qui damnum, quę fu. prim. cauf. benef. amitt. dum recenset causas ingratitudinis, propter quas vassallus feudo priuatur, sic habet, circa medium, vel morti eius veneno, vel gladio, vel alio modo insidiatus fuerit.

Ecce constat ex his Iurisċōsultorum, atque Imperatorum exemplis, casui nostro adeò simillimis, vt forte meliora excogitari, & desiderari nequeant, post principale verbum, in quo I præcipuè confertur dispositio, supponi quandoq; aliqua exempla, & deinde subijci clausulam generalem; quod quidem non esse nouum, nuncupatim tradidit Ioreconsultus in l. si seruus §. inquit lex ff. ad l. aquil. Tantoque magis indiuiduorum enumerationem rectè procedere extimamus, si dubitationem tollat, ac maiorem declarationem inducat, vt in casu nostro factum esse, proculdubio dicendum erit: Poterat enim dubitari an appellatione vulneris, contineatur illud, quod sclopo infertur: nam vulgo frequentius vulnus dicere solemus illud, quod cuspide, vel acie ferri, punctim, aut cæsim infligitur; quod verò infertur sclopo, ictu, & nostra lingua, scopettata, non autem ferita, nuncupamus. Præterea obseruauimus in eiusmodi casibus, legum conditores solitos esse, exprimere grauiora delicta, & frequentiora, vt in exemplis iam relatis, in quibus ferè omnibus primo loco exprimitur casus veneni, qui reliquis est immanior, & frequentior; sic quoque in nostro indultu vulnus sclopo rotato illatum, vti grauius delictum, ac frequētius expressum est. Rotato quidem similiter ad dubitationem auferendam, ne si sclopo tantum, dictum esset, aliquis causa benignioris interpretationis existimaret, non esse intelligendum de rotato, aut potius è conuerso.

Denique Bart. in l. Prætorum §. eritque hæc differentia ff. de vi bon. rapt. prosequens materiam articuli, quando verba alicuius dispositionis intelligantur repetita, concludit sub nu. 1. in vers. aut inferit; non sub eadem oratione, quod quando verba in quibus principaliter consistit dispositio; (de his enim ibi tractatur) compræhenduntur sub eadem oratione, censentur semper in omnibus alijs verbis repetita; idem voluit in l. doli verbum ff. de seru. corrupt. per iura, quæ allegat, & eum secuti sunt omnes, vtroque in loco, atque alibi. Sic ergo verbum hoc indultus, proditoriæ, in quo sine dubio consistit principalis dispositio, vt etiam patet ex ordine, iuxta text. & ibi notat in cap. cum dilecta de rescript. & in cap. mandato de præbend. in sexto, censetur repetitum, & inesse in omnibus alijs verbis eiusdem orationis.

Credimus iam ex his omnibus, bene confirmatum esse communem sensum ipsius indultus, & ex eis posse reijci, & confutari quascumque oppositiones in contrarium á quibuscumque hactenus excogitatas, aut fortè excogitandas.

Quamobrem nemini dubium esse debet, omnia indultus verba in ea clausula, esse intelligenda iuxta doctrinam Bartol. & communem, & per consequens, tot pauperes non esse principali beneficio defraudandos.

Obtinuit sub die 23. Octobris 1600. iunctis tribunalibus Sac. Reg. Conf. & Reg. Cam. Summ. tenor decreti sequitur, & est talis.

Die 23. Octobris 1600. Neapol.

Audita relatione magnific. V. I. D. Ioannis Andreæ Aulettæ Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ iunctis Tribunalibus Sac. Reg. Conf. & Regię Camerę Summariæ, ordine Illustrissimi, & Eccellentissimi Domini Proregis, pro decisione articuli in genere.

Per Sacrum Regium Consilium, & Regiam Cameram Summariæ declaratum est, vulnus proditoriè illatum, in indulgentia, exceptum esse illud, quod est illatum contra amicum, sub colore, vel simulatione amicitiæ, & propterea causam prædictam esse remittendam, prout præsenti decreto remittitur eidem Magnæ Curiæ Vicariæ, quæ prouideat, quod Angelus de Florio, & Sertorius de Maura gaudeant indulgentia prædicta, hoc suum. A. Cæsareus Secretarius.

Quibus addo, quæ postmodum edisertauit Præses de Franch. in 4. tomo suarum decisionum cum istud idem decretum refert, iureq; comprobat in decis. 713. exordiente de mense Maij.

SVMMARIA.

Secretum pandens inter proditores numeratur nu. 1.

Exemplum refertur Papirij, qui mendacio potius illud tegere censuit, quàm propalare, aliorumque adijciuntur nu. 2.

Priscillianista qui sint, nu. 3.

Exemplum aliud refcribitur seruorum Patauinorum, mauolentium in seruitute perdurare, quam patronos prodere nu. 4.

Confessor, dicatur nè proditor si peccata in confessione habita reuelet, nu. 5.

Confessarius etiam iure diuino obstringitur ad sigillum confessionis nu. 6.

Idque arctiori vinculo, quam si iuramento promisisset non reuelare nu. 7.

Neque vlla datur causa, ob quam liceat, nu. 8.

Neque vllus potest superior iubere, vt manifestet, quod in eo actu habuit nu. 9.

Et si iuberet, etiam sub excommunicationis pęna latæ sententiæ, non teneretur parere, idque citra scrupulum censuræ nu. 10.

Potest autem de licentia pęnitentis nu. 11.

Sed credatur Sacerdoti affirmanti reuelasse de licentia illius, discutitur nu. 12.

Quid si dicat rem illam quam propalauit, habuisse alio modo, quam per confessionem sacramentalem, nu. 13.

Sepelienti publicum excommunicatum, & dicenti eum absoluisse in articulo mortis, standum esse probatur, num. 14.

Dictum pęnitentis, sit ne satis contra confessarium, quod reuelauerit confessionem, nu. 15.

Dictum mulieris aduersus eundem, quod ipsam tentauerit de obscenis rebus in eo actu, an etiam sit satis nu. 16.

Inquisitores in eum hodie inseuire probatur, qui in actu pęnitentiæ inhonesta exposcunt à pęnitentibus, nu. 17.

Pęna quæ sit cognoscentis filiam spiritualem interpellatam extra actum confessionis nu. 18.

filia spiritualis, quæ dicatur nu. 19.

Proditores sint ne incapaces ordinum, & beneficiorum? nu. 20.

Quid dicendum de eorum filijs nu. 21.

Quid si Religionem ingredi vellent ijdem filij, num. 22.

An filij naturales tantum prohibeantur etiam ordinari nu. 23.

Proditores si indulgentiam consecuti fuerint à laico Principe, vtrumnè suscipere ordines valeant, vel beneficia consequi absque alia habilitatione ab Ecclesia impetrata? nu. 24.

Quid verò dicēdum sit respectu filiorum? nu. 25.

Capitulum XXXII.

CIrca posteriorem veró proditionis speciem, de qua aliqua fari pollicitus sum nu. 7. capitis antecedentis; nempè de propalante secretum, reminiscor in primis, quod de tali reuelā-
1 te scribens dicit, eo crimine maculatum proditorem esse, D. Thomas, quibusdam tamen exceptis casibus ab eodem relatis in summ. 2. 2. q. 89. & quodl b. 1. art. 15. & 16. necnon Farinac. q. 113. à nu. 213. & Marsil. conf. 1. nu. 1. nam contra ius naturæ est, creditum secretum manifestare, teste Armill. verb. secretum.
2 Quod ius ne fortasse violaret Papirius prætextatus puer, censuit conuenientius esse Senatusconsultum secreto auditum mendacio tegere, quàm illud pādere: cuius historiæ relator est Aulus Gellius lib. 1. noct. ætic. cap. 23. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 6. & mirandum extat aliud de Ciue Tuburbitano Martire exemplum; qui ne amici secreta patefaceret excarnificari passus est: vt scribit Victor Episcopus Vitensis de persecutione Vandalorum lib. 3. quod adeò custodiendum censuerunt Priscillianistæ, vt propterea in illam inciderint hæresim, dicentem.

Iura, periura, secretum pandere noli.

Contra quos iuste D. ille Augustin. & grauissime inuehitur in tract. de hæresi cap. 70. hi autē Priscil-
3 lianistæ à Priscilliano sic vocati sunt, qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manicheorum permistum falsum dogma composuit, iuxta cap. quidam 24. q. 3. & fuit vir ex Gallecia, teste Pegna ad Directorium Eymerici par. 2. q. 2. commēt. 2. §. fuit verò; cuius quippe Priscilliani initia, incrementa, mores, studium, & interitum, copiosius alijs enarrat Sulpitius Seuerus lib. 2. sacræ historiæ prope fin.
4 Hanc igitur proditionis speciem antiquitus metuentes contrahere serui Patauinorum in seruitute maluerunt perdurare, quam patronos eorum prodere: dum Asinius Pollio acerbe Patauinos vrgebat, vt pecuniam, & arma exhiberent, qui renuentes parere, secretissimis in locis delituerunt, tunc Asinius illorum seruis publico edicto libertatem proposuit, si latentes Dominos detegerent, (mira quidē res) nullus extitit seruus, qui propositam libertatem non aspernaretur, teste Io. Bapt. Fulgos. de dictis, factisq; memorab. lib. 6. cap. 8. §. cum Asinius.
5 Verum sacerdos auricularius, dicatur ne proditor si peccata in Sacramētali confessione sibi aperta, reuelet? complures hæsitarūt, ita quod veriorem eam esse responsionem aliqui arbitrati sunt, quę affirmatiuam insectatur partem, ac præ cæteris Maiol, tract. de irregul. lib. 5. cap. 19. prope nu. 6. & profectò, si aliud quodpiam secretum detegens, ita reputatur ex antea resolutis, longè magis ita dicendus est confessarius, peccata manifestans, cum & sigil-
6 lum confessionis sit secretum secretorum, quod & celare, etiam iure diuino compellitur, Henriq. lib. 6. summ. theol. moral. cap. 19. §. 2. & 3 ad quod arctio-
7 ri vinculo ligatur Sacerdos, quam ad secretū aliud sacramentali iuramento, aut voto, vel alia quauis
8 firmitate roboratum; neque vlla datur causa ob quam reuelari possit, adhuc si vniuersi Orbis spera-
9 retur salus, vt ille inquit in §. 5. nec vllus superior, quamuis Papa, illud manifestari iubere queit, etiam sub comminatione latæ sententiæ, quod illemet su-
10 bijcit in §. 6. & si præciperet, aut sub iuramento, vel excommunicatione exigeret; neque teneretur, neque deberet confessor illius iussioni obtemperare, quod ipse late probaui cap. 15. nu. 101. & censura præfata non propterea deuinceretur; at negans ea scire, vidisse, aut audiuisse, etiam in confessione minime diceretur mendax, vel periurus; rectè siquidem asserit nescire, vt homo, ita vt reuelare liceat, iuxta notata per eundem Henriqu. in §. 7. & Pegnam in comment. 25. ad Eymer. par. 2. vers. cōpellere; & non mirum si D. Bernardus dicere consueuerat; nihil minus scio, quam quod per confessionem scio. Imò si Sacerdos reuelasset confessionem nequirent Iudices illius virtute procedere cōtra pœnitentem ad torturam, aut alium actum iudicialem subdit idem Pegna.
11 Licet autem contentio quandoq; fuerit, si illa valeat aperire præcedente licentia pœnitentis, quia tamē annuunt, Butr. & Abb. in cap. omnis vtriusq; sexus de pœnit. & remiss. Hostiens. in Summ. rubr. de teste §. qui possunt vers. sed quomodo, Imola in cap. lectæ de renunciat. Gemin. in cap. ipsi Apostoli 2. q. 7. & D. Thom. in 4. sentent. dist. 21. eamq; communem esse sententiam scribit Felyn. in cap. Matthæus vers. sed tamen post nu. 1. de simon. ideò ipso omninò amplector, & hoc iure sine dubio vtimur.
12 Quod si detegat est de licentia pœnitentis fecisse asserat, sit ne ipsi credendum iam dictam præcessisse licentiam? aliqui abnuunt, nihilominus Lapus affirmatiuam prorsus tutatur in allegat. 94. Quidam Presbyter per totam, & maximè à vers. in contrarium, sub nu. 2. quem sequitur Felyn. indic. cap. Matthæus vers. item ex opinione contraria sub nu. 1. & cap. 1. vers. quia confessor sub nu. 3. de except. ibiq; Dec. nu. 27. Diaz. cap. 109. sub nu. 4. & alij, quos in annot. 5. ad eandem allegat. Lapi, recenset Mandos. & subdit hoc dictum Lapi,

vt

vt verum, & communiter approbatum, ac pluribus rationibus per ipſum Lapum corroboratum, omnino tenendum eſſe, etiam quia in humaniorem,& benigniorem partem tendit,mihi verò citra dubium,iſthæc arridet reſolutio, ſi duo concurrãt primum ſcilicet,quod Sacerdos iſte, ſit bonæ famæ hactenuſque honeſtè vixerit,per tex. in l. non omnes §.à Barbaris,ibi, & ſi bonus miles,ff.de re milit. Bal.in l.1.nu.4.C.de re milit.Dec.conſ.463.in cauſa,num.24.Pariſ.conſ.132.prima facie,num. 21. & conſ.151.paucis,nu.13.& conſ.153.in cauſa, nu.33. & 35.vol.4.Felyn.in cap.cum contingat, nu.1. de reſcript. atque in his proprijs terminis idem Lapus eadem allegat,verſ. quid igitur mirandum ſub nu. 3.Alterum verò eſt, quod alioqui ſuæ conſcientiæ conſulere pœnitens non ita de facili potuiſſet, ex notatis per Felynum, in cap.Matthæus verſ.item ſub num.1.de Symon.

13 Cùm verò ſacerdos conuinceretur de reuelatione ſecreti, & reſponderit ſe alio modo, quám in confeſſione habuiſſe;ſit ne eius aſſertioni ſtandum? Hoc dubium propoſuerunt Hoſt.& Ioan.Andr. in eod.cap.omnis vtriuſque ſexus,necnon Lapus ead. allegat.ſub num.8.affatim explanantes, vt mihi liceat paucis extricare verbis, quid ſentiam; Dico igitur reſpectu pœnæ eiuſdemmet capitis, omnis vtriuſque ſexus, opus eſſe probare, illum habuiſſe in confeſſione rem à pœnitente dictam, quo verò ad alteram extraordinariam cogi Sacerdotem probare ſe alio modo, quám in confeſſionis actu ſciuiſſe,vt illam euitet,ſecutus Hoſtienſem,& Lapum indicatis locis.atque in ipſo cap.omnis, amplexantur Petrus de Anchar.num.17.& Abb.nu.26.Cotta ſing. iuramentum probat, poſt medium Viu. commun.opinion.verb.confeſſio, ſeù ea, quæ fuerunt; Nauar.in cap.ſacerdos, verſ. in calce autem, ſub nu.163.de pœnit.& remiſſ. Henriq. in ſumm. Thæol.moral. lib.6.cap.19.§.10.demumque Felyn.

14 in cap.1.circa nu.4. de except. vbi præterea docet excuſari etiam á pœna,clem.1. de ſepult. ſacerdotem atteſtantem ſe abſoluiſſe publicum excommunicatum, in articulo mortis, cumque in Eccleſia ſepeliuiſſe, namque ſuo credendum iuramento, dicit,quem in ea clem.inſectantur Moderni, atque Cotta dicto ſingul.propè finem.

15 In hac materia Dominus meus Genuenſis, cap. 81. ſupponendo quæſitum; ſi credatur pœnitenti atteſtanti proprium confeſſarium reuelaſſe confeſſionem; reſpondet in ea eſſe ſententia Doctores in ipſo cap. omnis vtriuſque ſexus, vt ei credatur ad puniendum pœna extraordinaria, ac præſertim Abb.& alios,nec non Royas in 3.ſing.fidei,quin & Cardinalē in eomet textu dicere addit, ob id poſſe illum ſubijci quæſtionibus; cuius quidem eruditiſſimi Antiſtitis verba, aut intelligenda ſunt de eo pœnitente,qui conqueritur de proprio confeſſario quod illud audiuerit Titium alloquentem; illiquè detegentem ſuum facinus, habitum in confeſſione & ſic faciat ne ipſe pœnitens fidem aduerſus iam dictum confeſſarium, quod Titio propalauerit confeſſionem? vel quod dum confeſſor conuincitur rem aliquam de ipſo pœnitente dixiſſe, credatur eidem pœnitenti,quod illam prædicto manifeſtauerit ſacerdoti in actu confeſſionis; Primo quippe modo intelligenda eſſe,neque ipſummet eruditiſſimum præſulem ſentijſſe credo, cum ius contradicat, tum regulas genericas ſtatuens ad conuincendum aliquem,tum in altero caſu,in quo aliquis ſupponitur, (ſicuti, & iſte confitens) principalis,& habens propterea intereſſe, ob quod multo magis reijcitur aſſertio ipſius, qui in familiari negotio ad ferendum teſtimonium nō admittitur, l.nullus ff.de teſtib. tum demum, quod Lapus, & alij de hac re verba facientes pro abſoluto habent, probatam rem á ſacerdote renuntiatam, ad illius cenſeri notitiam perueniſſe aliquo alio modo,quam in Sacramento pœnitentiæ.

Quod ſi altero, & ſecundo modo explicentur, recordor,à Doctoribus in eodem cap.omnis,non concludi ſtandum eſſe illius dicto,eiuè credendum ſed præſumendum id habuiſſe in confeſſione,probato tamen prius, quod illi confeſſus fuerit ſua peccata, ita præſertim Henriq. fatur. in adducto §. 4.& fortaſſe Cardin. fauet in ipſomet cap.omnis, qui non ſolum pœnitentis aſſertionem penſitauit, antequam ad illam conſtituendam concluſionem deflexit,ſed adiunctam probationem per teſtes factam, quod viderint illum genuflexum ad pedes ſacerdotis,illi confitendo propria ſcelera; Hiſque geminatis conditionibus exiſtentibus militare relatam præſumptionem inſinuauit, tum demum, quod etiam tunc eius reſpuendam opinionem,quia diſſentit ab altera Hoſt. & ſequacium, admonet Mandoſ.in annot.ad eumdem Lapum.verſ.reuelare,additq; illius opinionem eſſe rigoroſam, ac non ſequendam.

16 Quin eiuſdem præſulis atteſtatio, & ob allatum ſimile de parocho tormentis ſuppoſito præcedente mandato ampliſſimorum patrum ſacræ Congregationis generalis Inquiſitionis Vrbis, eo quod mulieres de rebus obſcenis,in ipſo pœnitentiæ tentauerat Sacramento,noſtræ, (ni fallimur) reſolutioni fauet,dum ſubſequentibus eiuſdem Genuenſis verbis conſtat apertè, aduerſus Parrochum illum protuliſſe teſtimonium complures mulieres, quarum pudicitiam conatus erat labefactari, verbis alteram,nutu veró reliquas; itaque non ſumus in meris terminis depoſitionis vnius principalis,ſed multorum, quo caſu prudentiſſimi illi patres, vel fama innixi contra eundem parochum fortaſſe enata,vel alijs, ac præſertim multitudini in hac re confidentes,id non immeritò demandarunt,idemque nec nè præcepiſſent in caſu, quo vnius tantum principalis extaret affirmatio,dubia mihi mens eſt, vel igitur confeſſorem extraordinariè punire, vel tormentis ſubijcere ſi vnica mulier manifeſtauerit ab illo in ipſomet confeſſionis actu de impudicitia ſe interpellatam fuiſſe,vereor aſſeuerare, cum in hac ſpecie ſacerdotis, tunc periculum facientis de pœnitente,illumque volentis inducere ad turpia perlegerim eruditum conſilium Iacobi Leonis 55. inter conſ.crim.lib.1.& nu.12.reſpondiſſe nihil afficere ſolam mulieris confeſſionem, quod fuerit á Sacerdote de inhoneſtate impetita; ſi tamen illa fuerit inhoneſta, aut etiam ſi malæ famæ, quod ſi honeſta,vel bonæ famæ, non niſi ſolam faciat præſumptionem,ex qua tamen nec damnari,nec purgatio ſibi indici poſſit præter quam, ſi & contra ipſum quoque de hac re vigeat infamia; cuius ſententiam amplexatus eſt Farinac.quæſt.137. nu.32. vbi

vbi præterea alteram propofuit hæfitationem, fi indicium faltem faceret contra Sacerdotem ipfum, illam tamen non extricat, at folis illis refpődet verbis, alibi diximus, & cum accurata diligentia perquifiuerim omnes eius antecedentes quæftiones, id reperire non valui, fortaffe quia cenfuerit tanquam rem longe dubiam præterire, confingendo alibi explanaffe; ea tamen, quæ ipfe congerit ad hanc materiam fpectantia, in ead. quæft. 137. á nu. 28. vtique percurrere expedit, nec ignorare licet, illud
17 potiffimum, quod noftris his temporibus in facerdotes iftos infæuire, ab eifque pœnam fumere inquifitoribus hæreticæ prauitatis licet, tanquam de hærefi fufpectos cum malè de Sacramento pœnitétiæ, eo abutentes, fentire videantur; dixeratq; antea Decianus in praxi crimin. lib. 6. c. 21. nu. 4. & c. 23. a nu. 1. necnon Vinius opin. comm. nu. 7. & Pegna in comment. S 1. verf. ille quaque par. 2. direct.
18 Quod fi non in ipfo actu Sacramentali hæc tentaret verum extra, quin, & fuum affequens defiderium, rem veneream cum filia, aut filio fpirituali exerceret, grauiffimum adhuc, & proculdubio perpetraret facinus, cuiufcumq; officij, ac beneficij dignum depofitione. cap. non debet Epifcopus non quidem cum ea filia fpirituali, quæ in ea-
19 dem Parochia, aut Epifcopatu degat (quæ tametfi Parochi, & Epifcopi fpiritualis filia dicatur tefte, Abb. in cap. fin. nu. 5. de purg. canon. infequitur Decius in cap. At fi clerici, verf. fecundo limitatur de vita, & honeft. cler.) alio tamen fpirituali vinculo fibi non eft coniuncta; ea namq; abuti minus peccatum eft, quod fi altera filia fpirituali, non tantum quia parocchiana at infuper, quia altero vinculo fpirituali fecum colligata abuteretur, vt propterea non illa depofitionis pœna, fed mitiori veniret, tunc plectendus, ex communi fententia, quam probat Bermon. Chouer. in tract. de publ. concub. rubr. de inceft. num. 14. adducta igitur pœna reftringitur tantum ad coeuntem cum ea filia fpirituali, quæ ita fit ex alio etiam capite, quam folius incolatus, nempe fi ex Sacramento baptifmatis, aut confeffionis, vt idem Chouer. fcribit nu. 23. Quamuis autem, nec affinitas contrahatur, abfque feminis emiffione non obftante ingreffu naturalis vafis, ex laté deductis à me ipfo rubr. 1. nu. 78. & rub. 11. cap. 6. nu. 17. nec non cap. 22. nu. 15. neque etiam inceftus ob actum fodomiticum, vt alibi fcripfi, aitque etiam Finell. de caf. referu. caf. 5. verf. quoniam fub nu. 14. facrilegium, tamen in vtroq; cafu committi. Idem Finell. eo in loco addit poft Caet. 2. 2. quæft. 154. artic. 12. verf. Ad primum. Ac propterea intrare iam dictam pœnam depofitionis ambobus in cafibus tutatur Finellius ipfe.

His igitur opportunè, fed incidenter occurrentibus ita explicatis, ad rem retrogredi refert, vnde huc prolapfus fum, & in fpecie illa proditionis ob
20 fecretum reuelatum ænatæ, inquirere fi eo maculati facinore dicantur ordinum, vel beneficiorum incapaces, fique antea habitis beneficijs priuandi veniant, & quidem nihil aliud refpondendum fupereft, quam annuere, tum quia ita conclufimus in prima fpecie proditionis ob læfæ maieftatis crimen loquentes in præcedenti cap. num. 6. tum quia eos profequitur infamia, ex refolutis in eodem præcedenti capite, num. 5. vt propterea fubintret fimilis conclufio à nobis ftatuta, cum de infamibus ageremus in cap. 18. nu. 1. adiunctis duobus fequentibus.
21 Quin, & ad iftorum filios eandem extendendam conclufionem arbitramur, quam & de filijs committentium crimen læfæ maieftatis loquentes ftatuimus in eodem antecedenti capite, folum nunc addentes Henriq. in proditorum filijs fpeciatim ita concludentem in fumm. Theol. moral. lib. 10. cap. 17. in glof. lit. G.
22 Si tamen religionem ingredi vellent in ea profeffuri, nequaquam ob iftud paternum delictum impedirentur intrare, ex his quæ fcribit Abb. fuper cap. in quibufdam, num. 4. de pœn. & ex regula generica, a me tradita, in rub. 12. de reg. cap. 10. nu. 3. quod profeffio omnẽ ferè irregularitatem abolet, licet prælationes inibi habere nequeat, per glof. finalem, in cap. 2. de apoftat. & alibi abundantius me fcripfiffe memini.
23 Sub relata vero prohibitione, non modo comprehendi liberos naturales, & legitimos, verum etiam naturales tantum fcio, & fatis amplè comprobaui in cap. 26. de hæreticis, num. 11. & hic, addo Angel. Aret. in tract. de malefic. in verb. *che hai tradita la tua patria*, num. 14. vbi Auguft. num. 15. adiungit communiter admitti à doctoribus, eamq; magis communem effe opinionem atteftatur Seyffella in l. ex facto §. fi quis Rogatus, num. 11. ff. ad Trebell. fequiturque Iulius Clar. in §. læfæ maieftatis fub num. 11.
24 Verum fi princeps laicus crimen iftud indulferit (tamenfi non credendum) cumque reftituerit famæ ab eo infamiæ notam abftergendo, profit nè ifthæc reftitutio in foro Ecclefiæ, vt illius vigore, & nulla alia ab Ecclefiaftico Principe obtenta, liceat affumere ordines, dignitatefque adipifci Ecclefiafticas? & quidem fi verum dare velimus refponfum, diftinguendum arbitramur, vel reftitutum fuiffe eundem patrantem, & inueftigari fi illa habita infigniri ordinibus poffit, aliaque exercere antea fibi impermiffa: vel fuiffe reftitutum filium, & dubitetur fi eius vigore ad illa conuolare valeat. Primo cafu abnuendum prorfus effe affirmamus, tum ex glof. final. in cap. vnico 10. dift. in confimili cafu legitimati concludentis illum minimè dici lègitimatum ad ordines, illifque propterea infigniri haud poffe, neque alia exercere illegitimo impermiffa de Iure Pontificio, maximè quia in temporalibus dumtaxat legitimare laici Princeps queunt, tametfi Imperator. tefte Cyno in auth. ex complexu. in poftremis verbis, C. de inceft. nupt. Bar. in l. qui in prouincia, §. diuus ff. de ritu nupt. Doctores in cap. per venerabilem, qui filij fint legitimi, opitulantur coaceruata per Alex. conf. 57. confideratis, lib. 1. ipfeque in cap. 13. nu. 162. ac propterea clericum, tametfi in minoribus, legitimare nec valeant, tefte Decio, conf. 150. dubitatur principaliter, verf. fed tamen, poft nu. 3. tum quia in hac fpecie, ita refpondent Gigas, tract. de crim. læfæ maieft. lib. 3. rub. de pœnis, quas filij incurrunt, quæft. 12. nu. 6.
25 & Farinac. quæft. 116. §. 4. fub num. 141. Poftremò veró cafu, fuffragari etiam in foro Ecclefiæ reftitutionem à Laico Principe impetratam, fcribit Archid. in cap. vnico 10. dift. & cap. fi quis poft nu. 2. & 4. caufa 6. quæft. 1. illicque Bellam. fub num. 2. Turrecrem. num. 8. Præpof. fub num. 2. Gigas ead. quæft.

queſt,12.num.3.Maiol.tract.de irregul.lib. 5. cap. 47.num.7. idemque Farinacc. adducto num. 141. ſubnectens declarationes,num. 132. quin, & ratio diſtantiæ viget delibata,per Maiol.eod. nu. 7. quod illemet, qui deliquit tam iuris, quam facti contraxit infamiam; eius verò filij tantum iuris, quia non deliquerunt; Reſtitutio autem, quia nonniſi illam iuris aufert,nec facere valet,nè ſaltem illa facti perduret,quæ in Eccleſia ſatis eſt, ad irregularitatem; nimirum ſi in antecedenti caſu non eſt ſufficiens ad habilitandum in foro Eccleſiæ; vtique veró in ſequenti, in quo ſublata infamia iuris, purgatus omnino remanet, cum numquam illa facti maculatus fuerit; cui tamen obſtat noſtrum aſſumptum, in cap.18.num.13.huius rubrica quo ſola infamia iuris maculatus,& á laico reſtitutus, non dicitur habilis ad Eccleſiaſtica: tamen adducta Mayoli ratio negari non poteſt, quin magnæ ſit virtutis; & efficaciæ, magnamque præſeferat apparentiam veritatis, vt hac quoque ratione contingere, fortaſſe dicere poſſimus, quod illegitimus, nullo propriò delicto, & culpa euenerit, vt ita naſceretur,ſed parentum,cap.cum decorum de filijs, præsbyt.ipſeque dixi,infortunatæ illorum ſorti, id attribuendum,in cap.13.huius rub.ſub num.62.ac propterea ſubintrare potius debeat ratio, qua Farinacc. indicato nu. 141. allectus affirmauit,filium reſtitutum,à Principe intelligi habilitatum ad ordines, quæ non ex proprio delicto notatur irregularitate; Attamen contradicens reſolutio,ſubſiſtat in legitimato,ex gloſa,& alijs,latiuſque cap.18. nu.13. probauimus,nam illi,& iuris,& facti irretuntur infamia,quare altera iuris ſummota per legitimatione m,altera remanente facti, incapaces ſint ordinũ, & Papæ requiratur diſpenſatio. Quod ſi qui crimen leſæ maieſtatis patrauit reſtitutionem ab ipſo laico Principe obtinuit, nulla facta mentione filiorum,intelligantur ne ab infamia taliter liberati, vt non tantum ad temporalia,ſed etiam ad ſpiritualia habiles iudicandi ſint; & affirmatiua ſententia colligitur abundè ex eorumdem Mayoli, Farinaccij, & aliorum verbis,quin explicitè, & cœteris diſtinctius loquens;Gigas indicata queſt.12.num.7. hoc ſpeciatim ſcribit.

SVMMARIA.

Criminoſus omnis, vetatur ad ordines aſſumi, honores;aut beneficia impetrare,nu.1.

Quin,& accuſatus tantum crimine,nu 2.

Imo pendente accuſatione de Symonia,celebrare etiam prohibetur,nu.3.

Iſta carceratus,& habilitatus ob aliud crimen, nequeat interea celebrare ſine licentia, nu.4.

Quin, & pendente iudicio irregularitatis, nequeat ille promoueri oſtenditur, nu.5.

Teſtis etiam pendente accuſatione de crimine repellitur à teſtimonio, nu.6.

Etiamſi per viam exceptionis repulſus ob crimen a teſtimonio fuerit, quin & tunc reijcitur etiam ab ordinibus, num. 7.

Teſtis in vno iudicio repulſus,an in alio propterea ſit repellendus,nu.8.

Crimina per exceptionem in teſtes deducta haud veniunt punienda, nu.9.

Pœnam talionis non patitur, qui propter teſtes productos, ſed ob crimen,deinde reprobatos, non verificauit delictum deductum, nu.10.

Teſtium inbabilitas ad quæ referatur,nu.11.

Cauſidici, quid attendere debeant in deſcribendis articulis ſuper teſtium repulſa, nu.12.

Differentia qua nam ſit inter ſubditos, & vaſſallos,nu.13.

Vicario debeatur ſalarium, etiam non conuentum,neque ſolitum præſtari demonſtrantur, num. 14.

Capitulum ſede vacante ſtatuere poteſt Vicario ſalarium perſoluendum ab Epiſcopo ſucceſſore, nu.15.

Salarium Vicario ſtatutum, quando videatur exorbitans? nu.16.

Subditi Epiſcopi crudelis, pro eo teſtes eſſe nequeunt,nu.17.

Ad quod vſque tempus peti poſſit repulſa, quouè tempore fieri debeat proteſtatio aduerſus teſtes.ſitque ne repulſa odioſa,an fauorabilis, remiſſiuè proponuntùr,nu. 18.

Teſtis ab aliquo productus.aut ſolum deſcriptus in citatione, an reijci deinde ab eodem poſſit; quiduè in alia cauſa, nu. 19.

Repulſa admittenda ſit nè contra teſtes examinatos in prima inſtantia? nu.20.

Reſtitutionis tempus, ſi præterijt. ſit nè denegandus terminus petitus ad repulſam? num.21.

Beneficia non niſi præditis bonis moribus concedenda ſunt,nu.22.

Inhabilitatem ad beneficia conſequenda, an quodlibet delictum gignat, nu.23.

Homicidium propter neceſſitatem commiſſum, operetur nè inbabilitatem ad illa retinenda, vel conſequenda? nu 24.

Sententia an requiratur, vt homicida dicatur priuatus beneficio.nu.25.

Homicidium iſtud ob neceſsitatem commiſſum, on operetur irregularitatem, nu. 26.

Concilio Tridentino derogatum nunquam cenſetur,niſi eius mentio facta fuerit nominatim num.27.

Criminoſus, vt aliquis dicatur, ſit nè ſatis vnicum perpetraſſe facinus? nu.28.

Condemnatus ad triremes, vel carceres, quoad vixerit,an dicatur etiam priuatus beneficijs, num.29.

Iura loquentia de redimendis captiuis,militare in carceratis oſtenditur, nu 30.

Filius ita exhæredatur non liberando patrē à carceribus,ſicuti, & non redimendo ab hoſtibus,nu.31.

Capitulum

Capitulum XXXIII.

1 CRiminosus tandem quisquis est, ordinibus insigniri mini-
2 mè debet, quin & si accusatus de crimine fuerit prohibetur etiam in foro exteriori, tum ad ordines, tum ad honores interdum euchi, tum beneficia obtinere, cap. meminimus de accusat. l. reus delatus ff. de muner. & honor. l. 1. C. de reis postulat. lib. 10. & l. reum criminis, C. de procurat. optimè Barthol. Brixiensis, quæst. venerali 10. quæritur, an accusatus, Calder. cons. 20. pendente inquisitione de præben. & cons. 4. fuit formata inquisitio de Symon. alijque mille quos Farinac. cumulat. quæst. 119. nu. 77. quinimo hoc ipsum de accusatore concludit Brixiensis adducta quæst. 10. cuius verba illa in initio, an accusatus, ex errore typographi apposita fuisse aduerto, cum potius esse deberent, an accusator, idque patet ex rationibus multis, quas deinde subijcit, quæque accusatorem expresè complectuntur. Quod verò de accusato scripsi, militat tunc solum, cum pendet inquisitio, propter accusationem antea propositam, non propter proponendam, ita quippe Doctores aiunt in eodem cap. meminimus; quinimmo nec ob illam antea factam, nisi ex tali accusatione, vel denunciatione creuerit infamia apud graues, & bonos viros, vt inquiunt Host. indicato c. meminimus, vers. distulisti, sub nu. 2. Ioan. And. nu. 6. & Ludouic. Romanus, sing. 443. incipiente, accusatus de crimine omnesque subiungunt, textum in cap. omnipotens Deus, de accusat. procedere in hoc casu, in quo infamia enata est contra accusatum, & vide quæ Decianus distinguendo concludit cons. 8. Grauia sunt nu. 66. vol. 1.

3 Quinimmo Deodatus Papa in Symoniacos inuehens, vetuit ne de tali crimine accusatus missarum sollemnia celebrare posset, donec quid esset verius, constitisset, in cap. accusatum de Symon. ipseque probaui, in cap. 27. sub nu. 86. illius verò capitis decretum subsistere, ac sibi locum vendicare in alio quocumque crimine, graui tamen, & concurrente infamia, non dubitatur, edocetque Abbas super eodem illo textu, sub nu. 3. nec dissentiunt, quæ scribit Ioan. And. in cap. inter, nu. 8. de purgat. canon. & aliud consimile legimus de teste; etenim accusatus de crimine, pendente inquisitione ad ferendum testimonium non admittitur, idque deciditur in cap. fin. de testib. atque in l. testimonium ff. adducto tit. ipseque longioribus verbis notaui in cap. de infamibus hoc tit. vers. infamia veró iuris.

4 Ex his inoleuisse credo, communem illam omnium Curiarum Ecclesiasticarum praxim, nè inquisiti, etiam qui fideiussoribus relaxati fuerunt, quiquè à vulgo dicuntur habilitati, tum si per palatium, tum si per Ciuitatem, & suburbia valeant sacrificium missæ offerre, nisi obtenta prius superinde licentia ab Episcopo, siue eius Vicario, qui considerata qualitate delicti, an scilicet graue, an verò leue sit, denegare, vel concedere solent petitam licentiam, istamque praxim semper vidi obseruantiæ mādari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, eiusque præterea nouissimè testis est Genuensis in sua praxi Archiepisc. cap. 33. nu. 12. illosque propterea non absque arbitraria pœna relaxandos, qui eo tempore non obtempta licentia celebrare auderent, præsertim si delictum appareat non esse leue, quod longe magis crederem subsistere, antequam in carceres coniecti fuerint, inquisitio tamen pendet, ac citatio illis intimata ad comparendum emanauit; his addo videnda, quæ ipse scripsi in cap. de Symonia, hoc eod. tit. vers. eiusmodi autem criminis, quo in loco multa huic tractatui, & quæstioni affinia prodo.

5 Quinimmo pendente oppositione irregularitatis, non debeat promoueri, prætensus irregularis concludit Arnulphus Ruzeus tract. de iure Regal. Franciæ priuil. 12. nu. 9. qui tamen eo loci adducit Doctores nullum verbum addentes de irregulari, sed de accusato ex delicto loquentes, attemen ipsum rectè sentijsse non dubito, ex hactenus relatis, quia si irregularis promoueri nequit, ita & dum controuertitur, si sit irregularis.

6 Et quia ordinum susceptio, accusatio, & testimonium á pari procedunt, si glosæ dicto standum est in cap. fin. de testib. ipseque alibi latius annotaui, inde fit, quod cum pendente accusatione de crimine repellatur à testimonio ferendo, per text. in cap. fin. de testib. & oporteat illum esse de crimine conuictum, siue confessum, aut eius opinionem grauatam iuxta textum In cap. testimonium de testib. ita dicendum est, & requiratur in eo, qui promoueri concupiscit, qui si conuictus, aut confessus fuerit, aut saltem eius oppinio grauata, insigniri ordinibus non possit, vt etiam in huius capitis initio probaui.

7 Atque etiam, cum non tantum si per viam accusationis, ant denuntionis proceditur, nequeat testis esse, verum si per viam exceptionis, nempe si ob delictum repulsus sit à testimonio, iuxta verba citati, cap. testimonium, & dixi capite præcedenti, nu. 92. & 95. iccirco sit etiam tunc remouendus á susceptione ordinum ex glos. citati, cap. testimonium, vers. opinio, & altera penult. & clariori in cap. cum dilectus filius de ordine cognit.

8 Nolo tamen, vt te lateat studiosè lector, ob id, quod in vno iudicio repulsus fuit testis, sit in alio repellendus, eo quod oporteret iterum probare crimen, sed infamia enata ex tali reiectione operetur, vt eumdem in alio iudicio respuat pro teste, ita quippe aduertit glos. indicato vers. opinio, cuius dicto videtur aduersari textus in adducto cap. cum dilectus, cuius vlima verba sunt. Testes etiam quorum testimonium reprobatur inter infames, quasi ex falso testimonio non habentur; si itaque non habentur inter infames, ergo ex tali repulsione nulla oritur infamia, alioquin inter infames connumerarentur, contra sanctionem dicti textus; quare videnda est glosa, & Doctores super eodem cap. cum dilectus, & quæ copiosius notat Iulius Cœsar imbrianus in tractat. de repulsa par. 1. consider. 3. à nu. 98. quorum scripta perstringam cum glos. fin. in eod. cap. testimonium vt ille textus referatur ad ius, quo non sit infamis, quo vero ad factum, & opinionem, non dubitetur esse grauatam, & propterea si testis ex legitima causa in eius opinione grauatus sit, remoueatur á testimonio in alia causa, quamuis non sit infamis, sicuti ex prædictis iuribus, & glosis liquido constat,

vo-

voluitque Marenda in conſ.20.nu.20. & ſi verum eſt quod antea ſcripſi, teſtimonij prolationem, atque ordinis ſuſceptionem a pari procedere, vtique dum ad impediendum aliquem ordinari,non oportet facto irrogari infamiam, at ſatis eſſe illius opinionem eſſe grauatam,vt inquiunt citatæ gloſſæ, ob illud aſſumptum, quod opinio ordinandi in nullo vacillare debet,per cap.laici 33.diſt. certè idipſum habere locum concludendum eſt in eo, qui teſtimonium ferre intendit.

Ex his,ſi modo deflectam, ad aliqua vtiliora notanda circa perutilem illam materiam repulſæ, cuius ſuperius memini, ne me redarguas beneuole lector, quod ad externa conuolauerim, peropto enim,vt hoc opus,tibi in multis ſuccurrat;maximé ſi libris careas.

9 Scias itaque eiuſmodi reprobationes non ad deducendorum criminum punitionem intendi, ſed quo alijs ex eis illatum damnum emendetur, ac propterea crimina per exceptionem in teſtes deducta non eſſe punienda,ſanxit Pontifex in cap. mox citato, cum dilectus in fine; ſcripſitque Rota in decif.36.fuit dubitatum,num.2.vol.1.de accuſat.in nouis,atque decif.39.in actione iniuriarum, ſiue 1. de libell.oblat. ſimiliter in nouis, aduertitque Florian.in l.proinde,§.notandum, nu. 6.ff. ad l. aquil. ipſeque tetigi capite antecedenti,nu.92. & 95.

10 Ita cum pœna talionis, aut altera ſtatuta aduerſus denunciantes,vel aliquem accuſantes de crimine ab eis poſtmodum non probato infligitur,quia plerumque hæſitatum fuit, an pœnam eandem mereatur, qui contenta in denunciatione probauit duobus, vel tribus teſtibus, deinde per infamiam, aliamue illis obiectam notam reprobatis ? ſcias meam eſſe ſententiam negatiuam,ſequtus Hippolitum de Marſilijs, ſing. 444. exordiente ſtatutum in ciuitate,ac relato, & commendato ab Imbriano indicato tract.de repulſa,par.1. conſider.3.nu.104.

Et quia reprobandorum teſtium originem triplici ex fonte manare ſcimus, ideò collaudandum
11 me eſſe, ſi eorumdem, quo ad reprobationes faciendas,triplicem habitudinem ſubiungam, & declarem:quare ſcias velim, habitudinem iſtam, vel referri ad repulſare, ſeu reprobare volentes, vel ad ipſos met teſtes; vel tandem ad eos, in quorum gratiam teſtificati ſunt.

12 Itaque actendant cauſidici, cum articulos ſuper iſta reprobatione facienda dictare volunt, vt aliquam ſaltem prædictarum cauſarum rectè explicent; etenim, quantum ad primam actinet, poterunt articulare,illos eſſe ſuorum principalium inimicos,ex vulgata regula,probata, ampliata, & reſtricta per Farinacc.quæſt.53.à nu.3.

Quo veró ad ſecundam,iuxta quam,ad ipſos teſtes relatio fit,eos infames,excommunicatos, fures, falſarios,adulteros,aut alijs criminibus,ac vitijs notatos dicent. Nam his ob dicta ſcelera deinde probata,nulla feré ex legibus adhibetur fides, vt eſt videre in cap. ſuper eo, & cap. 1. de teſtib. iuncto cap.conſtituimus 3.quæſt.5.& apud Maſcardum quæſt.464.incipiente criminoſum, vol.1.quibus in locis de criminoſo eſt præcipuus ſermo; quamuis aliqua pauca de ſingularibus criminibus enuncientur,nam alij haud deſunt, qui ſpeciatim de certis delictis verba facientes,eandé ſtatuant concluſioné.

Ac tandem, quod ad eos actinet in quorum beneficium dixerunt teſtimonium; deducere poterunt eos producentis domeſticos eſſe, familiares, ſocios,commenſales, naturali, ſpirituali, ac legali vinculo coniunctos,aut etiam ſubditos, atque vaſſallos,ipſe verò in his duobus poſtremis,pauca ſubiungam,eo quod de alijs, ſunt loci communes doctorum.

13 Et recordor ſubditos intelligi, qui ſubijciuntur ratione iuriſdictionis; vaſſallos autem qui ratione feudi ſubſunt, & feudatarij nominantur, ac de vtriſque verba facit citatus Farinacc. duas conſtituens concluſiones,& ambas affirmatiuas in quæſt. 55. alteram de vaſſallo in num. 182. alteram veró de ſubdito in num.202.ipſaſque multis dilatat modis, & coarctat, adductus grauiſſimorum hominū doctrinis, ex quibus defendi clientem à ſuo Epiſcopo petentem ſalarium pro tempore biennali, quo fuit Vicarius capitularis,eo quod fructus erant reſeruati ſucceſſori, iuxta ſolitum Eccleſiarum ad nominationem inuictiſſimi Regis Catholici pertinentium; cum enim Epiſcopus immediate ſucceſſor proſternere voluiſſet non ſolum Iuris com-
14 munis ſanctionem, qua habetur, Vicario perſoluendum ſalarium, etiam ſi non fuerit conuentum, neque ſolitum præſtari in eo tribunali ob deciſionem nouiſſimam Rotæ coram Seraſino in vna Turritana mercedis Die 20. Maij 1569. quam reſcribit Paulus Granutius theorema 12. poſt verſic. contrarium tamen, eamque acerrimè defendit ex-
15 ploſa contraria antiquæ Rotæ ſententia;ſed inſuper expreſſam pactionem,& conſtitutionem ſalarij, ſibi à capitulo validè factam ducatorum centum perſoluendorum ab Epiſcopo ſucceſſore, iuxta Doctrinam Anchar.nu.3. & Imolæ num. 13. ſuper clem.ſtatutum de elect. non obſtante, quod vide-
16 retur exorbitans aſſignata quantitas, cum re vera non eſſet,ob Nauarr.in conſ.4.Ludouicus, ſub nu. 16.de donat.in nouis,conatus fuit præſul ipſe, probare promiſſum fuiſſe ſalarium, non vt illud conſequeretur,ſed honoris cauſa, idq; ex conuentione oretenus inita inter canonicos, & eumdem Vicarium antequam eligeretur, quod teſtimonio Canonicorum verificare non erubuit; nam præter reliquas replicationes datas huic oppoſitioni, conſtanter defendi, illorum dictis ſtandum non eſſe ob
17 hoc præſertim, quod ſubditi erant Epiſcopi, qui ipſos ad ferendum teſtimonium induxerat, quem eſſe tam ſæuę,acriſque naturæ patebat,vt niſi teſtificati eſſent in eius gratiam, præſumi, ac ſuſpicari poſſet illis violentiam illaturum; quo quidem caſu non ſint admittendi ad teſtimonium, reſpondent Bart.Bald. & Salyc. in l.eos C. de teſtib.omnes ſub num.2.atque Felyn.& alij, quos recenſet Farinacc. eadem quæſt.num.210.vel ſaltem, vbi prorſus reijciendi non eſſent,adiungit,num.212.ſemper, & in omni caſu eos carere integra fide, neque eſſe poſſe teſtes omni exceptione maiores, ibique multorum auctoritatibus, ac rationibus fulcitur, illa potiſſimum, quam ad probandam hanc ſententiam ſcripſit Alberic.de Malet.in tract. de teſtibus, part. 2. num.47.quod nnquam ſubditus, euitat ſuſpicionem,amoris,vel timoris.

18 Cœterum ad quod vſque tempus peti poſſit repulſa,eaque concedenda ſit, aut quo tempore fieri

ſoleat

ſoleat,& debeat proteſtatio pro teſtium facienda repulſa, ſitque né illa odioſa, an fauorabilis,& alia cuncta hùc ſpectantia coaceruat Modernus Imbrianus in tractatumet de repulſa,part.1.conſider. 1.á num.90.& ante ipſum monumentis tradiderat Muſcatellus in ſua praxi Regij Conſilij,par.6. gloſa momentum, cum tribus ſequentibus; ipſeque aliqua delibaui poſt Albericum Oliuam in ritu 33. Curiæ Archiepiſ.Neapolit.

19 Inibique præſertim iactatam concluſionem illã ſcripſi, ne quis valeat approbatum á ſe teſtem repellere, aut alias productum teſtem ab eodem producente amplius reprobare, ex leg. ſi quis teſtibus, vbi Bal. C.de teſtib.Afflicto deciſ.25. num.5. Socino Iuniore,conſ.146.num.13.vol.1.& conſ.69 nu.11.eodem vol.Minadoo,conſil.1.nu.36. alijſq; adductis per Ioannem Petrum Surdum,conſ.390. Nè homines,nu.18.volum.3. atque Farinacc.q.45. num.36. ampliaui ad eum teſtem, qui examinatus non fuit,at ſolum, eius nomen deſcriptum in citatione ad teſtes, vt is non amplius poſſit ab eodem reijci,cuius nomine expedita fuit citatio illa,& probaui tum doctorum auctoritatibus iam typis datis, tum multorum conſanguineorum meorum deciſionibus,atque annotationibus ad pennam,tu videto,ne eandem canere videar cantilenam.

20 Sed admittatur nè repulſa contra teſtes examinatos in prima inſtantia,non erit inutile adnectere, & licet theſaurus annuat in deciſ. Pedemontana 259.obiectus,nu.2.id probans de iure, tametſi contrarium ſancitum in eo parlamento referat, ex vi rationis appoſitæ in conſtit.illius loci,candéq; affirmatiuam inſequi videatur Guid.Papa us deciſ.500. ac veriorem fortaſſe eſſe opinionem dicat Menoc. de arbitr.iudic.caſu 239.nu.16. attamen in contrariam libentius deſcendo, quam amplexatur Iſern. in conſtit.iuriſperitorum prope finem,Cumia in ritu 51.nu.10.Affl. deciſ. 266.& adducta conſtitution.nu.24.Marant.in ſuo ſpeculo,par.1.rub.de teſtib.artic.13.nu.13.Suarez communi opinione verbo teſtes,nu.177.Couar. pract. qq. cap. 18. num.5. Anna ſing. 342.& recordor,me dixiſſe ſuper adducto ritu Curiæ Archiep.Neap.ſub nu. 5. quam nouiſſimè approbauit Senatus Siciliæ,vltra farum, teſte Garſia Maſtrillo,deciſ.97.in cauſa Ioannis, per totam;addens concluſiſſe etiam id limitari, quoties ex capite falſitatis proponeretur repulſa,nam tunc admitti cenſuit iuxta doctrinam Gloſ.in cap.1. de except.Andreæ de Iſernia indicata conſtit.& Afflicti citata deciſ. 266. vbi Vrſill. inſequitur, rationemque ſubdit.

21 At quid credendum ſi beneficio (quod Neapolitani vocant reſtitutio autem à iure dicitur) cõceſſo, & elapſo, terminus petatur ad repulſam, vtrum ſit negandus, vel concedendus,quia tractat, Capyc.deciſ.157.exordiente in cauſa; ideo veritatem huius hæſitationis inueſtigare non cura,maximè quod inquirunt etiam ſcribentes ſuper pragm. Regni 11.ſub rub.de ordine iudic.

Et quia de criminoſo ambiente ſuſcipere ordines,aut teſtimonium dicere,ſcripſi hactenus; non inutiliter modo ſubiungam pauca quædam de eo-

22 dem affectante beneficia conſequi. In qua re annotandum duxi, ex crimine oriri inhabilitatem ad beneficia, quæ non niſi præditis bonis moribus danda ſunt,iuxta cap.graue nimis,de præb.& ſuper eo textu aduertunt cuncti ſcribentes, & text.in cap. cum in cunctis de elect. nec non Felyn.in cap.querela,de iure iuran.ideo Alſonſus Hoieda in tract.de incompatib.benefic.cap. 24. ſub num. 78. ſcripſit, indignum cenſeri illum ad beneficiũ Eccleſiaſticum, in quo vniuerſa illa minimé reperiuntur,quorum meminit præcitatum cap. cum in cunctis.

23 Verum inhabilitatem iſtam ad beneficia,vtrum, nè omne delictum operetur,an aliqua tantum,eaq; inſignia? & Lambert.de iurepatron. p.1.lib.2.q.9. artic.23.necnon Suarez,par.5.diſput.43.ſect.5. negant illam proficiſci ex quouis delicto, ſed ex inſignibus tantum; idque verum eſſe recordor, quia in huius capitis initio ſcripſi ceſſare diſpoſitionem, cap.meminimus,& cap.omnipotens Deus de accuſat.vbicumq; ex denunciatione, vel accuſatione criminis aduerſus accuſatum, non creuit infamia apud bonos. & graues viros; ideo ex eo infertur, non omne crimen operari tale impedimentum, potiſſimum quia infamia, non ex quolibet delicto enaſcitur,tum etiam,quod verba citati capitis omnipotens Deus, opitulantur; illa ſcilicet, valde graue eſt, vt vir de quo tanta, & talia denunciantur, &c. aduerbia ſiquidem illa tanta, & talia, præſeferunt enormitatem criminum, quibus maculatus dicebatur, qui promoueri ambiebat, meritó ipſum detinendum eſſe ſanciuit, ne ad ordines, vel honores, ſiue beneficia aſſumeretur; Quinimmo, neq; ipſa criminis magnitudo gignat eiuſmodi inhabilitatem,ſed irregularitas tũm ex crimine illo proueniens, ſcripſere Lambert. Hoieda, & Nauarr. inferius adducendi; quare ipſe in ea ſemper fui ſententia, quam ſummis, vt aiunt labijs delibaui in cap. propè finem, vt irregularitas,dumtaxat cauſa ſit priuationis beneficij antea obtenti; inhabilitandi verò ad impetrandum ſit etiam aliud,quodpiam non leue delictum, quiuis Nauarr. in conſ. 10. Patronus Cathedralis, ſub num.3.de Symon.in nouis, concludat collationem criminoſo factam, ipſo iure valere, niſi crimen ſit tale,quod inducat ipſo iure irregularitatem,& propterea ſupponat ad impediendam impetrationem à criminoſo faciendam, tale debere eſſe facinus, ex quo irregularitas oriatur, hæc enim ſententia mihi videtur nimis larga.

24 Vbi vero ineuitabili neceſſitate impulſus aliquis clericus interemit aduerſarium, quia ex prædictis dubitari poteſt,ac pridie interrogatus fui, ſi tali inhabilitate polleat,tum ab obtinenda alia,tum ad retinenda obtempta; poſſitque ne illis ſpoliari, ideo ſubijcere hoc in loco cenſui, quæ dubitationem iſtam explanant, licet, & in capite de homicidio, eandem proponere hæſitationem potuiſſem.

Reſolutionem affirmantem inſinuant, quæ mox adnectam; ſiquidem, dum quæritur veniat nè per ſententiam homicida priuandus beneficio; An potius ipſo iure ſit, eo priuatus: veram ſcripſi re-

25 ſponſionem,in cap.11. huius rubr. num. 7. ſententia mediante ſpoliandum eſſe: quam tamen licet veriſſimam concluſionem aliqui reſtringunt ad ſimplicem homicidam, & qui non accedente animo deliberato, illud perpetrauit: ita Igneus in l.neceſſarios §.non alias,in lect.num.13.ff.ad Sylan.

Ian.Iulius Clarus in §. homicidium, ſub num. 16. & Salzed.ad Diazam in praxi criminal,canon. cap. 94. in verbo ipſo iure, demumque Farinacc. in 4. part.quæſt. 119.ſub num. 63. iidemque addunt, in homicida, qui deliberato animo commiſit homicidium, à multis contrarium affirmari, credentibus,eumdem priuari ipſo iure: Hæc verba, & præfatorum reſtrictio, (vt antea dixi) inſinuant, pro homicidio ſimplici, cadere priuationem per ſententiam; quare videndum eſt, qnale homicidium dicatur ſimplex,& Iulius Clarus eodem §. homicidium,ante numerum primum, ait eſſe, quod vno ex quatuor modis committitur,ſcilicet neceſſitate, caſu, culpa, & dolo, quam vltimam ſpeciem declarat,num. 5. vbi non ex interuallo præceſſit deliberatio,ſed in rixa,alioquin eſſe qualificatum ſubdit,num.6.Itaque conſequentia deſumitur, in ipſo homicidio neceſſario, ſicuti, & in alijs ſimplicibus venire ſpoliandum per ſententiam eiuſmodi homicidam.

Attamen pro aduerſa parte vrgent complura, illudque in primis,quod in c.23.probaui,nu.121.ne intret priuationis pœna ob homicidium, niſi, vt illic addidi, num. 123. aſſaſſinium fuerit illi adiunctum, aut beneficio ſit ordo annexus: Aliud inſuper vrget, quod ad priuationem beneficij antea habiti,non ſatis ſit crimen:etiam non leue, ſed præterea requiri ob illud contractam fuiſſe irregularitatem,ex notatis copiosè per Lambert. in tractat. de iure patron. part. 1. lib. 2. quæſt. 9. artic. 23.per totum, præcipuè verò,nu.7.quem inſequitur Hoied.de incompatib.benefic.part. 1.cap.24. num. 80. eiſque tacitis, ſcripſit Nauarr.in manuali, cap. 27. verſ.ſeptimo dico,ſub num.251. vbi, his fatur verbis,& ita ratio,cur valet, vel nôn valet, non eſt criminis magnitudo,vel paruitas,ſed quod inducit irregularitatem.

26 Ideo inquirere refert, nec ne hoc delictum, ob neceſſitatem patratum, cauſet irregularitatem, & ſi rationes inueſtigare velimus, citra dubium abnuere oportet; ſiquidem rectè paulo ante probatum eſt,num. 73. non omne delictum huius impedimenti cauſam eſſe, ſed aliqua, & ea quippe grauia, cuius ſpecies non eſt homicidium ob neceſſitatem ſecutum.

Aliud etiam, & huic ſimile adſtipulatur aſſumptum, nuſquam contrahi irregularitatem ex delicto, niſi illud mortiferi peccati labem contineat,ex Soto,lib.5.de iuſt.& iure,quæſt.1.artic.9. ad finem, in vers.difficile enim, & poſt alios Henriq. in ſum. theol.moral,lib.14.cap.3.§.1. & cap. 15.§. 7.in eius calce, ac denique Azzor. in inſtitut. moral. lib. 5. cap.6.part. 1.verſic. quinto quæritur, circa finem; & tamen aperti iuris eſſe, cuncti aiunt, eiuſmodi peccatum abeſſe, ab homicidio neceſſario, quinimmo Petrus Ledeſma in ſumm. Hiſpana part. 2. rubr.de iuſt.commut. cap 18. expreſſe de homicidio ſcribens,& ſupponens illud quandoque veniale peccatum generare, quærit, ac reſpondet non ex omni homicidio enaſci irregularitatem, ſed tantum ex eo, quod mortiferum gignit peccatum, à verſic.la quinta difficultad,ipſeque antea dixerat in verſ.la ſegunda difficultad, interficientem alium ob iuſtam propriæ vitæ tuitionem debito adhibito moderamine, nullam contrahere irregularitatem, aut peccatum,& Gambarupta quoque admittit in tract.de caſib.reſeruat.cap.15.caſu 7. homicid. volunt.num.7.

Inſuper cum iactata regula extet, pœnam nullam mereri, quod iure permittente fit, conuincimur ſanè, atque ad fatendum impellimur,irregularitatem ex tali homicidio haud prodire,cum certo certius ſit, licere cuiquam ſuum perimere inimicum,qui aliter mortem, aut percuſſionem effugere non valet, Alexand.conſ. 76. viſa inquiſitione ſub nu.2. Aret.in §.ius autem gentium,propé nu. 6. inſtit.de iure natur.gent.& ciuil. eamque communem eſſe opinionem, dicit Bertaz. conſil. crim. 1. num. 19. volum. 1. eo quod omnes leges, omniaque iura, vim, vi repellere, cunctiſque ſe ſe defendere permittunt,l. vt vim, ff.de iuſt.& iure, quam eandem, de irregularitate ſpeciatim loquentes, referunt concluſionem, textus, in cap. ſignificaſti el ſecondo,de homic.& cap.dilecto de ſent.excomm. in 6.iureque merito,ſcripſit Bertazzolus, tale delictum impunibile eſſe, ſub eodem nu.19.

Quod ſi iura, & Doctores perquirere intendimus, oportebit tria intueri tempora, Primum veteſti iuris Canonici,alterum Clementinarum,Tertium denique Tridentinæ Synodus.

Perſpecto, itaque tempore iuris antiqui Canonici,apparet ſatis dubia quæſtio,maximeq; controuerſa, dum alij ipſum eſſe irregularem aiebant, quos citat gloſ.in cap.ſicut dignum,verſ.conſilium, in vltimis verbis,de homic.& in l.vt vim,verſ. nam iure,ff.de iuſt.& iure Caietan.2.2.quæſt.64.artic.7. circa reſponſionem ad tertium,& p.3. q. 89. artic. 3.Soto in 4.ſent.diſt.25.q. 1. artic. 1. & alij,ad quorum præterea ſententiam adducitur idem T.Thomas,in eiſdem relatis locis. Verum alij negabant, potiſſimum citata gloſa in d.cap.ſicut dignum,diſtinguens inter euitabilem, atque ineuitabilem neceſſitatem,& concludens in hac ſecunda, & ineuitabilis neceſsitatis ſpecie (de qua noſter, hoc loco eſt ſermo) minimè fieri irregularem; ita quod refert gloſ.in clem.ſi furioſus, mox citanda,Hoſtienſem dixiſſe,quod ſuo ſeculo,Clemens IV. & Curia,ſic tenebant, addo Soccin. ſeniorem, in cap. ad audientiam ſub num.145.de homic.hanc inſequentem partem.

Alterum vero eſt tempus Clementis V.in Concilio Viennenſi, cuius ſanctio habetur in Clem. ſi furioſus de homic, quo nullam tunc contrahi irregularitatem,& eius verba, & gloſa ipſa praportant, & tueri nituntur Caſtro lib.2.de lege pœnali, cap.4.Nauarr.c.27.ſub nu.211. Caiet. art. 8. Sotus de iuſt.& iure lib.5.q.1.artic.8.prope finem,in verſ. ad tertium vero,Henriq.citato lib.14. cap. 10. §. 2. Vgolin.de irregul.c.29.a nu.29.Suarez de cenſuris diſput.45.ſect. 1.nu.2.Io.Guttier. lib.2. canon. qq. c.6.nu.60.& 61.& Steph.de Auila in tract. de cenſ. Eccl.p.7.diſput.5.ſect.3.verſ.ſecunda opinio,eamque communem eſſe ſententiam, teſtatur, collaudatque Couarr.in eadem Clem.p.3.§.vnico,nu. 2. quin,& Vgol.in eodem cap.29.num.2. ait, non eſt igitur,quod hac de re dubitemus,& illic multis præterea rationibus defendit,iuſte fuiſſe ita ſtatutum.

Nouiſsimum verò,eſt tempus Conc. Trid. in c. 7.ſeſſ.14. de reform. qui quidem canon, verba faciens de caſuali homicidio, alteroque patrato re-

KKk pellen-

pellendo vim vi, & consequenter de necessario, his vtitur verbis, cum iure quodammodo dispensatio debeatur. committitur loci ordinario, qui causa cognita, cum hoc dispenset; si itaque requiri dispensationem, statuit, supponit eum fieri irregularem, cum alioqui non opus esset dispensatione; Verum hoc etiam perspecto iure, tenenda est opinio negatiua; namq; eiusdem verbis rectè perpensis à modernioribus doctoribus in hâc eandem illi propendunt; intellectum præfato textui tradentes, vt tantum vendicet sibi locum, cum homicida excessit moderamen inculpatæ tutelæ, aut occidit ob necessitatem non ineuitabilem, ac præ cœteris, ita dictum textum interpretati sunt Nauarr. conf. 36. an occidens, & conf. 40. N. cum multis, de homic. in nouis Henriq. in summ. theol. moral. adducto §. 2. apertioribusq; verbis, in glosa lit. M. Suares citata sect. 1. nu. autem 3. Vgolin. indicato cap. 29. propé finem, vers. postremo ita interpretatur, & tandem Auila in metipsa sect. 3. versic. loquendo de iure nouo.

Et isthæc interpretatio re ipsa non est nuda, sed aliquibus vestitur assertionibus, illa præsertim generica assertione, vitari correctionem legis, item altera magis specifica, numquam præsumi correctionem legis per subauditum intellectum, teste glosa communiter approbata in cap. cupientes, §. quod si per viginti, de elect. lib. 6. & Iasone in auth. quas actiones, num. 21. C. de Sacros. Eccles. maximé, cum alioquin agatur de correctione legis promulgatæ per Concilium Viennense, & numquam dicatur reuocata conciliaris sanctio, nisi expressa verba sequentis constitutionis suadeant, cap. ex parte, & cap. vltimo de Cappell. monach. imo, nec satis est generica derogatio cuiuscumque Concilij, si illud cui derogatum esse prætenditur, sit ex modernis, eaque propter á Concilio Triden-
27 tino, nunquam censeatur recessum, etiam per antedictam generalem derogationem, nisi speciatim, & nominatim eius meminerit sequens sanctio, Henriq. in summ. instit. moral. lib 7. cap. 26. nu. 3. Viual. par. 3. sui candelab. cap. 12. nu. 22. & Thomas Sanchez de matrim. disputat. 26. á nu. 7. vbi mille recolet auctores ad confirmandam conclusionem precedentem, nec non istam ampliationem, posteaque nonnullas adiungit restrictiones; quare decretum Concilij Tridentini requirens dispensationē, supponendum est, eum referre casum, qui attenta prioris iuris dispositione (nempe citati Concilij) exigit dispensationem ipsam, & sic loquatur de homicida, qui moderamen excessit, aut necessitate euitabili adducta, iuxta sanctionem præfatæ clem. vnicæ, & propterea fateri oportet, communem intellectum traditum à citatis doctoribus illi textui, & á me superius relatum, validis inniti etiãm rationibus, vt ab eo discedere, non videatur rationabile.

Tam igitur rationibus, quam iure probatur, nullam oriri irregularitatem ex hoc delicto propter necessariam tuitionem secuto, atque ex hoc supposito, illam nasci sequelam, fatendum est, à nobis prius statutam, ne propterea veniat priuandus beneficijs, qui illud commisit.

Cui conclusioni minimè aduersabitur resolutio relata, & per argumentum deprompta ex verbis Ignei, Clari, & Salzedi, tum quia illi incidenter dicunt, & propterea magis standum doctoribus alijs pensatè hanc rem agitantibus, & discutientibus, tum etiam, quod eiusdem conclusionis verba intelligenda sunt de homicidio simplici, & sic necessario; non quidem ex ineuitabili necessitate, sed euitabili, alioquin tot rationes, iuraque ruerent, totque Doctores a me relati, granchum cœpissent, dum meæ subscripsere sententiæ, quin potius hanc, quá ipse insequor astruxerunt conclusionem.

28 His consideratis, vt vela contractem, materiamque præsentis capitis expleam, inquiro, sit nè satis vnicum, quem perpetrasse facinus, vt criminosus dicatur, an plura oporteat commisisse? & citra dubium, ita reputari affirmo etiam vnico maculatum scelere, potissimum adductus cap. testimoniũ, de testib. crimine in singulari numero vtente, ac propterea á testimonio repellente, Farinac. insuper hanc resolutionem tutatur, & multis quippe iuribus, quæst. 56. nu. 133.

29 Verum perpetuis carceribus, vel triremibus mancipatus, nulla expressè addita priuatione beneficij in sententia, censeatur ne propterea suis priuatus beneficijs? Dubium istud excitauit Rota in decis. 5. accusatus coram ordinario, de sent. & re Iudic. in antiquior, vbi primum rationes, necnon auctoritates coaceruauit multas affirmatiuæ opitulantes sententiæ. Postmodum veró negatiuam insectatur, nec non Arnulphus Ruzeus in tract. de iure regal. Franc. Priuileg. 1. á num. 11. Cardinal. Simonett. tract. de reser. benefic. q. 29. num. 2. Salzedus addit. postrema ad Diazz. cap. 140. Brixiens. in suo dictionario, verbo carcer. glos. immarginea ad cap. cum per bellicam, versic. in coniugiorum, 34. quæst. 2. quam ipse quoque omnino insequor; Augetur autem dubitatio si isthæc resolutio vendicet etiam sibi locum in beneficio seruitium requirente personale, & residentiam exigente, eo enim casu, quia illi inseruire nullo futuro tempore posset, videtur dicẽdum, haud esse erroneum fateri huiusmodi condemnatum, censeri quoque illo priuatum ex eiusdem decis. verbis, vel saltem venire priuandum, ex Abbatis auctoritate, qua adductus, ita concludit Rebuff. decisum adiungens in praxi tit. de mod. amittend. benefic. num. 57. de bannito verba faciens, nec alia fulcitur ratione, quàm in superioribus memorata, quod beneficio nequit incumbere, debitumque præstare ministerium; itaque de beneficio loquitur requirente residentiam, & seruitium; obstat verò exemplum de capto ab hostibus, in cuius beneficio constituendũ esse alium remouendum illo redeunte, dicit glos. final. in cap. pastoralis 7. quæst. 1. alteraque mox adducta, citati cap. cum per bellicam, adnectens illi restituendum beneficium, quantocumque tempore steterit apud hostes; inhæret Gomes. in regul. Cancellar. de triennali possess. quæst. 57. vers. secundus casus. Istud igitur perpetuum est impedimentum, & tamen non alteri est conferendum beneficium, sed alium in eo substituendum durante captiuitate beneficiati. Idipsum videtur faciendum in hoc, carceribus, siue triremibus addicto; Nam hi Principum nonnunquam indulgentia relaxãtur, præcipuè certior, cum sit spes, istos è carceribus, aut triremibus educendos, quàm illos ab

hosti-

hoſtibus reuerſuros; Huiuſmodi enim ſic damnati,
chriſtianos principes ſolent habere gratioſos, capti-
ui autem, perfidos hoſtes, raro, ita vt appareant rari
nantes in gurgite vaſto. Solum reluctatur conſi-
deratio illa, impedimentum iſtud carceris, & trire-
mium ex propria prodire culpa, non illud captiui-
tatis. Verum rectius intuenti patebit, non illam
30 pugnare, quandoquidem iura loquentia de redi-
mendis captiuis apud hoſtes militare adhuc in ipſis
carceratis, ſiue ex delicto, ſiue ex maleficio in car-
ceres coniecti fuerint, ait gloſa in cap. ſacrorum 12.
quæſt. 2. eorum namque cauſam ſemper eſſe piam
dicunt Imol. in l. quamuis, in ſecundo notab. Bald.
Alex. & Iaſ. ff. ſolut. matr. Lupus in rubr. de donat.
inter virum, & vxorem §. 78. num. 30. in fine; quo-
rum opinionem veriorem eſſe altera contradicen-
tium fatetur, Rota deciſ. 63. num. 5. par. 2. diuerſ. &
Gratian. cap. 108. ſub num. 5. tom. 1. diſcept. forenſ.
qua fretus Rotæ aliorumq; auctoritate ad alteram
31 conſtituendam deflexit aſſertionem; Nempè itá fi-
lium exhæredari non liberando genitorem à car-
ceribus, ſicuti, & non redimendo captiuum dixe-
runt gloſ. in cap. quintauallis verbo, exheredaret
prope finem, verſ. ſi parentem captum de iure iu-
ran. illibique Doct. ex qua Gulielm. de Benedic. in
repet. cap. Raynur. verſ. & vxorem nomine Adele-
ſiam, ſub num. mihi 831. de teſtam. argumentatur à
corpore ad animam, affirmatq; quod ſi prædicta
vera ſunt in redimendo corpore, longè magis in
redimenda anima à pœnis purgatorij, cuius recor-
dare quæſo tu fili, qui contrarium feciſti, & non ſi-
ne maximo ſcandalo totius vrbis; de his hactenus,
nam vox faucibus hæſit, & redeamus, vnde aberra-
uit oratio, & concludamus, non obſtante ſuppoſita
culpa damnatorum ad carceres, ſiue triremes, idip-
ſum, quod in captiuis reſolutum fuit, dicendum eſ-
ſe in illis; tum ob relatam aſſertionem de legibus
verba facientibus in captiuis, ſubſiſtere in carceratis
ipſis, tùm quia non cauſa, & culpa in hoc caſu vi-
detur attendenda, ſed impedimentum, quo moti
aliqui ſupra relati arbitrati ſunt vacare beneficiū,
cui cum tenetur inſeruire, & aſſiſtere, non valet;
quod quidèm impedimentum in vtriſque, capti-
uis ſcilicet, & carceratis verſatur, & æq; viget, tùm
demum ob auctoritates deciſioneſq; multas ſpe-
ciatim ita concludentes in condemnatis eiſdem ad
perpetuos carceres, nè ſententia condemnatoria
delicti dicantur priuati beneficijs, quamuis haben-
tibus annexum ſeruitium, reſidentiam, aut curam:
Rota ſiquidem in adducta deciſ. 5. id affirmat, quā
poſtmodum eadem Rota conſueuit ſequi, teſte
Sarnenſi in regul. de Annali, quæſt. 92. Puteo deciſ.
233. lib. 2. nouiſſimeque aſſeuerat, & admittit reſo-
lutionem deciſio in illa Foroliuienſi Canonicatus,
mercurij 21. Maij, nu. 3. proponente Garzia Milli-
no, ita perſpicuo iuriſconſulto, ſicuti, & digniſſimè
purpurato, cuius deciſio apud recollectas à Fari-
naccio poſt ſua conſilia, tenet locum centeſimum
trigeſimum quartum; poſſit autem priuari non
dubito cum ead. deciſ. 134. & alijs ſupra relatis, ip-
ſeque ſcripſi cap. 25. nu. 15. vbi in depoſito dici pro-
pter depoſitionem priuatum concluſi.

S V M M A R I A.

Monaſtica vitæ profeſſores, quibus fuerint nominibus olim appellati refertur cum declarationibus nu. 1.
Monachus interpratatur ſolus, nu. 2.
Canonicos regulares ſub regularium appellatione non venire demonſtratur, nu. 3.
Mendicantes non monachos, ſed regulares dici oſtenditur, nu. 4.
Differentia ſit ne inter fratres, & monachos, num. 5.
Religionis nomen vnde prodierit. nu. 6.
Religioſa vita quando initium fuerit, nu. 7.
Monachos, etiam antiquitus emiſiſſe profeſſionem refertur, nu. 8.

De Regularibus. Rub. XII.

Capitulum primum.

1 QVinque diuerſis nominibus fuiſ-
ſe olim à græcis appellatos eos,
qui monaſticæ vitæ ſunt pro-
feſſores edocet vir ille integer-
rimus, æque ac doctiſsimus, &
Illuſtriſ. Robertus Cardinalis
Bellarmin. in lib. 1. de monach.
in initio, inquiens dictos fuiſſe cultores, pugiles, ſiue
exercitatores, ſupplices, philoſophos, & monachos:
ſubiungitque non ſine ratione ab illis ita dictos,
quandoquidem, cum pure præter cæteros Deum
ipſi colant, rectè cultores nominantur, eorumq; vi-
ta debeat virtutum paleſtra, ac luctatio eſſe, dum
reliqui homines corporis, & mentis agitatione ve-
xati in bello ſe exercent, ſiue mercatura, cœteriſq;
artibus, ſingularibuſque virtutibus, icc irco pugiles,
aut exercitatores iuſtè nuncupantur. Quinimmo
eorum præcipuum munus, cum ſit orare, ſummiſq;
laudibus Deum ipſum venerari, non mirum ſi ſup-
plices quoq; nominantur; & quia phyloſophi apud
ethnicos dicebantur illi homines, qui ſeueri con-
temptores rerum temporalium, totique erant ſa-
pientiæ ſtudio dediti, in quem locum ſuffectos eſ-
ſe Religioſos apparet, ideo Philoſophi vocantur,
2 ac demum monachi conuenienter dicuntur, quia
nomen iſtud homines ſolos, ac ſolitarios exprimit,
quiq; á coniugijs abſtinent, & à parentum ſe con-
ſortio, mundique huius conuerſatione ſecernunt,
eo quidem animo, vt ſoli Deo per contemplatio-
nem inhæreant, quod etiam nobis indicat Caſsian.
in tract. de trib. generib. monac. collat. 18. cap. 15.
ſingularis enim, ac ſolitariæ vitæ eos eſſe decet, iu-
xta text. in cap. placuit 16. quæſt. 1. ob quod illis pro
hibitum eſt vagari, in cap. fin. de regul. itidemque
negotijs ſæcularibus immiſceri, toto tit. ne Clerici,
vel monaci ſæcularib. negot. ſe immiſc. ac præſer-
tim nè potentiū domos frequentent, obſequiumq;

illis exhibeant, reperitur ipsis interdictum á sacris canonibus adductis ab Alfonso Villagut in suo speculo visit.§.5.á num. 23. & suffragantur verba Diui Hieronymi ad Paulinum, si cupis esse, quod diceris monachus, idest solus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habitacula, sed multorum cap. si cupis 16. quæst. 1. idque cum animaduerterit Theophilus Imperator, esse valdè necessarium, interdixit, nè monachi vrbem intrarét, iussitque eos omni modo ab vrbe arceri, in cap. luminoso 18. quæst. 2. & quod grandi est admiratione dignum, Episcopos ipsos fugere debent, teste Ioanne Cassiano in lib. 11. de spiritu cænodoxiæ, cap. 17. quæ omnia rectè pensitantes latini scriptores, ex prædictis quinque vocabulis apud Græcos exprimentibus illorum vim, & nomenclaturam, retinuerunt tantum istud vltimum, & alia duo pratetera addiderunt, scilicet regulares, & religiosos, quæ duo vltima nomina sunt certè alio, (nempè Monachus) generaliora, ex Nauar. in cap. cur portio, num. 8. in fine 12. quæst. 1. non enim omnis regularis, siue religiosus potest ex proprietate vocabuli
3 dici monachus, & tamen omnis monachus rectè dicitur regularis, seu religiosos; Eccine Canonicus regularis nequit monachus appellari, ac propterea sub pœnali de monacis sanctione, haud compræhenditur, ex Nauarr. in cap. nullam 18. quæst. 2. & nihilominus monachos sub religiosorum, aut regularium dispositione contineri certum est, quamuis strictò sumpto vocabulo monachi intelligantur, qui soli vitæ contemplatiuæ operam nauant, neque prædicationi, aut alijs se immiscent, quales sunt Casinenses, Cistercienses, Carthusiani, Camaldulenses, alijque similes; nam illi, qui contemplationi nedum insistunt, verum in actione præterea versantur iuuantes Episcópos, & clericos in concionibus, ac Sacramentis, non vtique ex recto sermone appellantur monachi, sed alijs prædictis nominibus, vel altero speciali, nempè fratres vocantur; ob quod Diuus Thomas, Bona-
4 uentura, & alij posteriores Doctores cauent, Dominicanos, Franciscanos, aliosque mendicantes vocare monachos, sed regulares, aut religiosos, aut etiam fratres, ex peculiari nomine eis attributo á Canonistis, qui mendicantes appellandos esse fra-
5 tres admonuerunt, cœteros verò monachos, attenta stricta eorum significatione, & vsu loquendi, quod Abb. præ cæteris aduertit in cap. causam num. 2. de Iudic. & Felyn. in prohæm. decret. nu. 4. tametsi largo sumpto vocabulo monaci appellentur fratres; teste Abb. & Felyno indicatis locis, comprobatque Barbat. in cap. veniens de Symon. & fratres monaci dicuntur, ex eodem Abbate in citato num. 2. cuius resolutioni opitulatur primitus, quod ipsemet Abbas scripsit in cap. causam, quæ post num. 1. de elect. hæc nomina fratres, & monachos, siue sorores, & moniales Synonima esse, atque ideo eis promiscuè nos vti, item Ioann. Andr. in eodem cap. causam, quæ, num. 2. de elect. inquiens, vulgi dictum esse, quod præfatas differencias admittit; ac demum text. in cap. veniens de Symon. vbi F. præsbyter proposuit Papæ, quod Abb. & fratres S.R. noluerunt eum in monachum recipere, itaque ex eo canone seligitur, quod fratres qui sunt, etiam monaci appellantur.

Regulares autem ita dicuntur á rectitudine viuendi, cui incumbere debent, & quia certæ regulæ addicti sunt, teste Abbate in rubric. de regul. In principio, eoque nomine concilia frequentius alijs vtuntur; fortasse quod vtrumque sexum amplexatur, ob quam profectò rationem Nauar. indicato c. cui ratio, nu. 8. 12. quæst. 1. dicit, se potius eodem nomine vti, quam altero, religiosi.

6 Sed religiosorum nomen, vt cognoscamus vnde prodierit, oportebit prænotare, religionis nomen genericè sumptum in duas distingui species, ex thæologorum sententia, quarum prior significet, eam virtutem moris, qua iustus, & debitus honor, cultusué Deo tribuitur; Altera veró statum significet, vitæque conditionem multorum hominum speciali modo, & regula colentium Deum, teste Azzor. in lib. 9. instit. moral. cap. 5. qui prætera de prima specie copiosè fatur, & ipse de secunda in præsentia agere (Dei suffultus auxilio, constituo.

Hoc igitur religionis nomen à relegendo deducit Cicero in lib. 1. de natura Deorum, inquit enim, sunt dicti Religiosi à relegendo, quam profectò deriuationem commendat, Isydor. in lib. 10. Ethimol. cap. 17. subiungens id euenire, quia religiosi retractant, & quasi relegunt ea, quæ ad cultum diuinum pertinent, verum Lact. lib. 4. & Diu. Augustin. in lib. de cura religion. cap. 55. a relegando religionem dictam asseuerant; quod eius vinculis, diuinis ministerijs sint ipsi religiosi mancipati, & addicti, & veluti Deo religati, & astricti sequiturque Azzor. in cap. 10. citati libri 9. sed alij, præsertim Massuerius Sabinus, putarunt religionem, religiosumq; dictum à relinquendo, eo quod propter sanctitatem aliquam sepositam remotumq; sit à nobis, quod est religiosè consecratum, vnde Virgil. in lib. 8. Aeneidos.

Est ingens gelidum lacus propè coerltis amnem,
Relligione Patrum late sacer, vndique colles,
Inclusere caui, & nigra nemus abieta cingunt.

7 Eiusmodi autem religiosam vitam constat adeò esse antiquam, vt quædam eius adumbratio fuerit in lege naturæ ante diluuium, maior quædam expressio in lege Moysis, perfectio autem Apostolorum tempore, quod rectè iuxta morem explicauit idem Cardinalis Bellarmin. in lib. 2. de monach. cap. 5. à quo fuerunt complures adductæ auctoritates, tum veteris, tum noui testamenti, tum denique patrum, reliquorumque scriptorum, quæ nos instruunt, quam grauiter errauerint Magdeburgenses cent. 4. cap. 6. sæpissime repetentes religiones incepisse demum quarto sæculo, idest post annum Christi CCC. primosque auctores fuisse Antonium, Macharium, & alios, quamobrem rectè fatebimur religiosam vitam diu ante quartum sæculum incæpisse, itidemque contra Philippum, confessionem Augustanam, atque Caluinum asseuerabimus monachos, religiososq; nostri temporis non nouam, recentemque rem esse, sed antiquam essentiamque monastices, eandem esse nostrorum & antiquorum monacorum, sicuti idem Bellarm. defen-

defendit in eodem capitulo á verſ. quo ad tertium, & Concilium Meldenſe canone 9. affirmat, ordinem Monaſticum à Deo inſpiratum, ab ipſis Apoſtolis fundatum, & à nominatiſſimis, ac ſanctiſſimis Patribus excultum; idque confirmat Concil. Colon. 3. cap. 1. par. 10.

8 Quinimmo ſpeciatim conſtat monachos ipſos etiam antiquitus emiſiſſe profeſſionem, Athanaſius namque Alexandrinus proe cœteris probat in vita Antonij hæremitæ, vbi multorum meminit, monachorum, eorumque ſummè miratur inſtitutum propoſitum, & profeſſionis votum; Ioannes etiam Caſſianus antiquiſſimus ſcriptor, Monacorum inſtitutum nobis, quam probatiſſimum reliquit in libris illis de inſtitutis cœnobiorum æditis, etenim votorum omnium, quæ monachi omnes emittunt, rationem inibi reddit. quorum viuendi normam, ità ſcitè depingit, vt illos æſtimem noctuis cæciores, qui huic monaſtico viuendi modo detrahunt, & inuentitium fingunt eorum ſtatum; maximè quod Cœſarius Arelatenſis Monachorum Lyrinenſium vitam, in ſermonibus plurimis deſcribens, illorum omne complectitur ſtudium, quod etiam á præſentibus Monacis habetur in vſu votorum ſcilicet emiſſionem, ieiuniorum obſeruationem; pſallendi diſciplinam, ac viuendi formam.

SVMMARIA.

Aetas quæ ſit neceſſaria in volente ſuſcipere habitum regularem, nu. 1.

Quæ oporteat perſcrutari antequam ad talem habitum admittatur, nu. 2.

Potiſſimum ne parentes habeat in neceſſitate conſtitutos, num. 3.

Quanta ſit filij erga parentem agentem obligatio, nu. 4.

Quæ parentis neceſſitas ſit valida, vt filius detineatur à ſuſceptione habitus, nu. 5.

An tantum neceſſitas victus, vel alia etiam quæuis, nu. 6.

Inueſtigandum etiam eſt, ſi ſpiritu diuino, an leuitate, vel cauſa alia aductus fuerit, numero 7.

Religionem ingreſſurus cogitare diu debet, quid agere velit, nu. 8.

Saductio ad ingrediendum Religionem vetatur, ea tamen non inualidat profeſſionem, num. 9.

Bona adducti blanditijs ad ingrediendum monaſterium, non monaſterio, ſed illius parentibus præſtanda eſſe probatur, nu. 10.

Voluntatis exploratio, quandoque propterea ſit, antequam ſuſcipiat habitum, aut confeſtim illo ſuſcepto, nu. 11.

Nemo eſt admittendus ad habitum, niſi ordinarij loci accedat approbatio, & licentia, n. 12

Capitulum II.

1 Cum quis Religionem ingredi, habitumuè regularem ſuſcipere intendit, duodecim annos expleuiſſe oportet ſi mulier ſit, ita ſanciente Sacro Cōcilio Tridentin. in cap. 17. ſeſſ. 25. de regular. Quod ſi vir, in ea debet eſſe ætate, quam eius ordinis regularis, in quo recipitur etiam ſi mendicantium fuerit, regularia inſtituta, & ordinationes requirunt, ex decreto Clement. VIII. fœlicis memoriæ ſub die 18. Martij 1603. latum, cuius verba reſcripſit Quarant. in ſua ſumma bullar. in verbo Monaſteria Regularia.

2 Vt autem recipiatur, multa prius inueſtiganda ſunt, tum ex diſpoſitione iuris communis, tum peculiarium, cuiuſque Religionis conſtitutionum, tum conſtitutionis 73. Sixti V. tum demum eiuſdem Clemen. decreti, atque alterius æditi 19. Maij 1602. ab eodem Quaranta inibi relati Priores ex iure communi, aut particularibus conſtitutionibus proficiſcentes conditiones, memorat Sorbus ad compendium mendicantium in verbo, nouitius, & Corduba in expoſit. regulæ ordin. minor. cap. 4. reliquas veró perlegere quiſque poterit, in eiſdem conſtitutione, & decreti; conſiderata tamen diuerſitate inter eos, qui minores ſexdecim annis, & alios qui adulti, & maiores ſexdecim ingredi procurant.

3 Et quia citatus Sorbus requiſitis ab ipſo relatis inſerit illud, vt parentes non habeat in ægeſtate conſtitutos, quemque ſuperiores ordinum potius paruipendunt, quam eiuſdem inquitant veritatem, & obſeruent, ideo pauca ſuper eo adnotare conſtitui, vt ſcandala propterea ex hac potiſſimum cauſa enaſci conſueta, vitentur. Hanc igitur conditionem, ſiue requiſitum, & Theologorum, & Canoniſtarum ſententia probat. Nempè D. Thom. 2. 2. quæſt. 101, artic. 4. Syluest. verbo religio 6. num. 9. Roſell. eodem verbo, nu. 7. Tabiena verb. Pietas nu. 1. & alij mox citandi auctores; quin nouiſſimè ſtatuit Clem. VIII. die 19. Martij 1603. in decreto paulo ante recenſito, cum mandat, vt ſuperiores diligenter exquirant, quę illic recenſentur, antequam admittatur aliquis ad religionem, & quod ad hanc rem pertinet ſanxit, vt inueſtigent, an eorum parentes, ope, & ſubſidio ipſorum indigentes deſtituant. Nec quidem incuria ſtatutum, ſed ratione

4 quippe, & auctoritate ſacrarum litterarum. Ratio autem illa eſt præcipua, quod dijs, parentibusq; non poſſunt reddi æqualia, vt ſcripſit Ariſtot. 8. Ethicor. cap. vlt. Idque adeo vt honeſtius ſit ſi filius ſubueniat parenti, quam ſibi ipſi, ſi idem Ariſt. vera fatetur 9. Ethic. cap. 2. quin, & extrema preſſus neceſſitate pater, & filius, teneatur potius ſubuenire patri, quam filio admonuerunt Syluest. verbo filius 9. 26. & Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 26. artic. 9. ad 3. quorum dictum probabilius eſſe altero contradicente, exiſtimat Toletus in Summ. Romæ impreſſa de anno 1602. lib. 5. cap. 1. verſ. rurſus eſt. Auctoritates veró ſacræ ſcripturæ non deſunt, at-

que illa potissimum, ex sententia Gregorij de Valentia loco mox citando, quæ ex Apostoli testimonio ad Philippenses primo, carpitur, cuius verba sunt, coarctor duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo autem magis necessario manere in corpore propter vos; ex quibus verbis, quis dubitat satis colligi posse, (ait Gregor, vt quis teneatur etiam detrimentum spirituale pati, propter vtilitatem aliorum? ipsumque Apostolum voluisse carere ad tempus ipsa beatitudine animæ, propter vtilitatem proximorum, quo pertinere reminiscor Diui Martini verba instante iam morte; Domine si adhùc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem admonetque idem Gregor. super 2.2.D.Thom.par.3.disput.3.quæst.4.punctû 3.versic.probatur autem.

Verùm ne verba tàm genericè relata, alterius animum mordeant amplius, quam res ipsa postulat, aut eius conscientiam vltra fas dilatent. Duo præsertim consideranda aduerti.

5 Alterum, an omnis parentum necessitas consideranda sit antequam proles admittatur ad habitum, an vrgens tantum, & pergrandis? & licet aliqui simpliciter loquentes, vsi sint illis verbis, extremæ necessitatis, quasi voluerint insinuare, cò dumtaxat in casu procedere, cum pater, aut mater, extrema laborat necessitate. Attamen non desunt qui dicant idipsum esse, cum indigentia non est extrema, sed quasi extrema, aut etiam grauis; hæc sunt verba Azorij in 2.par.institution.moral.lib.2. cap. 3. vers. quarto quæritur Nauarr. cap. 14. sub nu. 14. Petri Ledesmæ in sua summa Hispana, p. 2. tractat. 13. vers. sesta conclusion. quin Gregor. de Valent. indicato punctu 3. versic. ex hac assertione, dicit si in magna necessitate, Lopez in 1. part. instruct. confess. cap. 54. vers. peccatque filius, Ac cœteris expressius, & Clarius Toletus in instruct. Sacerd.lib.5. cap. 1. in impressa tamen Romæ de anno 1602. Ait enim rursus quinto tenentur eis in paupertate subuenire, cum possunt, aut in vitæ periculo. In cuius gratiam aduerte; necessitatem posse duplicem esse, aut extremam vitæ, vt si pater, verbi gratia, esset adeo pauper, & impotens, vt nec haberet victum, nec posset conquirere; aut si esset morti obnoxius, nisi summam pecuniæ daret, quam nec habet, nec est, qui det: Altera necessitas non est extrema, sed multum grauis: vtraq; obligat filium, vt si posit succurrat; adeo autem obligat, vt si filius, qui posit iuuare patrem, ipsum relinquat ingrediatùrque Religionem mortaliter peccet, vt tenet Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 101. artic. 4. ad quartum; obligatur enim succurrere, & non intrare. Hæc sunt Toleti verba, quæ tum pręsens elucidant quęsitum, tùm alterum mox proponendum, pro quorum declaratione censui expedire plurimum ea referre. Ab ista insuper mitiori sententia non dissentiunt verba Syluestr. citato loco, si actentè perpendantur, & expressè alij, quos recenset Sayr. in sua claui Regia, lib. 7. cap. 6. vers. cœteri sub num. 3. & ipse pro Conclusione statuit in vers. Primo quidem sub num. 12. Imo præfatam conclusionem subsistere in omni necessitate, in qua filius tenetur subuenire parenti, dicunt ijdem Syluest. & Nauarr. quod si verum; quis negabit filium obligari succurrere patri in extrema non tantum existenti necessitate, sed etiam alia? Immo quod filiusfamilias obligetur in conscientia ad cohabitandum cum patre ex auctoritate Bald. Nouell. & aliorum dicit Pinell. in part. 1. lib. 1. §. de bonis matern. si tamen ille indigeat opera filij, restringit Rebell. de obligat. iust. part. 2. lib. 1. quæst. 8. sect. 3. num. 32. illiquè teneatur operas suas præstare, ac petenti inseruire scribit Angel. cons. 8.

Licet autem quorumdam sit opinio ex relatis auctoribus hoc ipsum obseruandum esse cum post emissam professionem egredi instatur; nec nō Gregor. de Valent. in vers. Accedit, punctu secundo, iamiam citando, nihilominus eo in casu placet distinctio Nauarr. quam Tolet. loco citato sequitur., & Sayr. num. 13. vt tunc detineatur ingredi, vt verò post emissam professionem teneatur egredi, maior requiratur necessitas, nempe extrema, quin, & tunc si euidens esset necessitas, & constaret religiosum posse subuenire parentibus egrediendo, teneretur ex præcepto naturali succurrere illis, ac redire ad sæculum; neque detineri posset proper voluntatem superioris, quæ contradiceret, vt Gregor. de Valent. affirmauit in superius citata part. 3. disputat. 7. quæst. 1. punctu 2. vers. dico secundo. In antecedentibus enim versiculis scripserat requiri licentiam si memoratæ, & aliæ non extarent conditiones. Verum hoc procedere cum parens in extrema constitutus necessitate habitum filius assumpsit religiosum, quo casu peccauit ingrediendo, quod si postmodum superuenisset parentis necessitas non valeat si superior cōtradicat ex Toleto, Nauarr. & alijs, scribit Sayr. in vers. alij verò sub num. citato 13.

6 Alterum assumptum, quod perscrutandum esse admonui, illud est, si tantum necessitas victus id gignat, an etiam alia quæuis, & Doctorum scripta, quæ perlegi ad victus tantum penuriam, non videntur restringi, quamuis aliqui Doctores potius exemplificatiuè eiusmodi meminerint necessitatis. Nam alij, vel indefinitè loquuntur, vel apertis quoque verbis addunt aliam quamlibet necessitatem id operari. Prædictus enim Gregor. de Valent. indefinitè fatur vtrobiq;, scilicet in punctu 2. disput. 3. quæst. 4. in illis verbis, vt si filius parentibus existentibus in magna necessitate, posit subuenire, in punctu etiam 2. disput. 7. in illis verbis, vt eorum grauis necessitatis causa teneatur, neglecta etiam tanta opportunitate adiuuandi Ecclesiam ad seculum redire: Idem aliorum complurium est sermo, & multi latiorem proferunt. Siquidem Nauarr. in Summ. cap. 14. num. 13. hæc scribit notanda verba; decimo peccat filius, qui parentibus magna necessitate oppressis non subuenit, maximè circa victum, & vestitum, vel grauibus morbis detentis. Petrus insuper Ledesma in sum. Hispana, p. 2. tract. 13. vers. sesta conclusion. consimilibus videtur vti verbis, nempe, *In alguna graue necessidad* & Azzor. par. 2. instit. moral. lib. 2. c. 3. vers. secunda opinio, dicit hoc sanè locum habere in omni parentum necessitate extrema, & quauis alia graui. Immo in versicul. quarto quæritur, apertioribus verbis hanc probat sententiam, cum respondet si egestas sit extrema, vel quasi extrema qualis est cum vita parentum periclitatur, vel certe gra-

grauis, vt cum probabiliter timetur, ne de vitæ, ſtatu, honore, & dignitate decidat; verba tandem decreti lati per Clem. VIII. ſub die 19. Martij 1603 ac ſuperius relati, nonne hanc dirimunt quæſtionem? dùm inueſtigandũ eſſe admonẽt an eius ope, & ſubſidio indigeant parentes, ſiuè opis vim inueſtigemus, ſiuè ſubſidij, non tantum generatim loqui decretũ illud affirmare oportebit, verum apertius de altera quauis indigentia quàm victus, vt ſic fortaſſe arguere valeamus à minori ad maius, & inferre, quod ſi ita ſanxit Clemẽs, vbi genitor aliam quamlibet indigentiam habet; longè magis cum victus neceſſitate conſtringitur. Qua ſuppoſita concluſione liceat ne proli ingredi monaſterium, cum patrem habet ſenem, aut diutina inualitudine vexatum, alijs carentem filijs, vel habentem, eos tamen infantulos, & ipſum tantum grandiuſculum, qui tùm perſonæ, tùm bonorum curam gerat, ne alioquin illa decreſcat, relinquo cogitandum, nec ipſe decidere audeo, ne redarguar, quod peregrinas perquiro quæſtiones, amplexorq; ſententias.

7 Conuenit etiam, vt actente inueſtigent Superiores ſi Spiritu Diuino, an alia potius cauſa, nempe inimicitijs, aut iuſtitiæ timore, aut quia ære alieno, grauati inducantur, vel etiam leuitate, &c. iuxta relatam Sixti V. legem, & indicatum Clem. VIII. Decretum ſub die 19. Martij 1603. cuius verba in §. demum, ſubijcere conſulto cenſui, eaque ſunt. Demùm Superiores diligenter exquirant, quo ſpiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint, quem ſibi finem propoſuerint; num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, ac vt Deo, ac D. N. liberius famulari poſſint, an potius leuitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducuntur; cuius quidem Conſtitutionis, & Decreti verba recedere videntur à ſententia Diui Thomæ 2.2.q.189.artic.10.ad primum, quæ ſe habet propoſitum de ingreſſu Religionis non indigere probatione vtrum ſit à Deo, quia ſedes Apoſtolica, & ſupremus Pontifex mandauit in adducto Decreto, & Sixti Conſtitutione perquirendum, ſi ex Deo ſit, etenim licet in abſtracto verum ſit à Deo ſemper procedere propoſitum de ingreſſu Religionis; in concreto tamen reſpectu talis perſonæ poteſt eſſe, quod ex leuitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu proueniat, alioquin ſupremi Pontifices illis in locis non ita præcepiſſent diligenter inueſtigandum vtrum ex Deo, vel leuitate, &c. ducatur, qui ingredi intendit;

8 ex quibus alterum illud deduci aſſumptum facilè poterit, nempè vt ingreſſurus actentè rimari debeat, & præcedenti cum deliberatione ſtatuere, quid agere velit; cui dicto vulgatum quoque ſuppetit adagium illud, diù eſſe cogitandum, quod ſemel eſt faciendum, quin Phyloſophi 6. Ethic. ſententia comprobat, vt homo in perficiendo ſit velox, tardus autem in deliberando; nec propterea arbitror tandiù debere remorari, vt multis, ac multis, nedum menſibus, ſed annis recogitet. Hoc enim non eſſe neceſſarium præſeferunt verba D. Thomæ citato artic. 10. in medio, vbi diuturnam deliberationem præcedere non oportere affirmat, & ſic tot menſium, vt non annum tantum, ſed annos quinque excedat ſi vim illius nominis diuturnæ perquirere velimus, præſertim in l. ſi diuturno tempore, alias ſi diutino ff. de pœn. vbi Modeſtinus reſpondit eum magis puniri, qui de recenti deliquit, quàm qui diuturno tempore in reatu fuerit, quo loci gloſa, & Doctores volentes explicare eiuſmodi reum, qui diuturno tempore ſic ſtetit, aiunt ſi quinque retro elapſis annis commiſit delictum, itaque hoc tempus vltra quinquennium excludit Diuus Thomas non aliud infra quinquennium; ſi vera eſt Regula illa iuris, & omnibus patens, vt vnius incluſio ſit alterius excluſio, & è contra, quamobrem multo minus improbare videtur conſtitutam reſolutionem, vt ſcilicet non ſolum menſibus multis, ſed anno etiam bene recogitet, quid agere velit, vtque regularem vitam, quam profeſſurus eſt interdum experiatur, dùm ſe reſtringit ad diuturnam deliberationem, & ea non opus eſſe affirmat; quam eamdem concluſionem etiam Caietani verba ſuper illomet articulo, & eiuſdem Diui Thomæ verba interpretãtia comprobant: dicit enim Caietan. quod magna inquiſitione, vel multa diſcuſſione ingreſſurus Religionem apud ſe examinare debet, &c. Atque ita intellecta verba Diui Thomæ non contradicunt alijs citatis Auctoribus, & memoratis rationibus; quin & tunc duas admittant reſtrictiones, ſubdit Nauar. in manuali cap. 12. num. 49. Primam nempè ſi ingreſſuro alia, & ſpecialia non obſtant impedimenta; puta morbus, æs alienum, cæteraq; huiuſmodi, quandoquidem ſi aliquod illorum extaret longius tempus antecedere deberet, vt ille ait, at ego neque iſtud prolixius ſufficere atteſtor, cum nec ingredi poſtmodum valeat, niſi termini modernarum Conſtitutionum Pontificiarũ, & Apoſtolicæ ſedis Decretorum adfuerint, & proprioribus locis à me relatis: alteram recenſet, inquiens in eo tantum militare, qui adeò benè ſit ad ingreſſum Religionis diſpoſitus, ita vt in Deo totam ſuam collocarit fiduciam, quod eius auxilio, quodcumque onus Religionis ſuſtinere valebit, ſequutus ſententiam eiuſdem Caietani indicato loco, quem rectè addere cenſet, hoc adeò eſſe neceſſarium, quod qui huiuſmodi fiduciam nõ habet, eam procurare debet multa oratione, ſacra confeſſione, ſacræ Euchariſtiæ aſſidua perceptione, & ſacræ Scripturæ lectione: ex his igitur agnoſcimus, quæ & quanta antecellere debeant ſuſceptioni habitus regularis, & quamdiù elaborare oporteat, vt illa aſſequantur monachandi; ipſe Paſtoris officio fungens, & antea Iudicis plerumque ac ſæpius, & millies Aduocati præ manibus multa habui, vt propterea non mirum, ſi reputauerim ſemper plurimum expedire, ſi non breui, ſed longo tempore præcogitet, qui monachus fieri voluerit, ſcio quippe opus bonum eſſe Religionem ingredi; illudq; appetendum, & ſummis laudibus collaudandum. Sed non ignoro, ex illa poſtmodum exire, nulla tamen vrgenti ex cauſa, peſſimum eſſe: nec ſine Reipublicæ chriſtianæ detrimento contingere.

9 Inſuper percunctandum eſt ſeductus ne fuerit, ac propterea nõ ſemel cum doctis viris ſermonem habui, ſi liceret ſuadere alicui ingreſſum Religionis, ſemperq; omnes exiſtimauimus licere; allicere verò nequaquam, maximè pueros: propter illorum imbecillitatẽ intellectus ſubito appetẽtes quicquid vident, & audiunt. Atque ad hanc ſtatuendam concluſionem

clusionem impulsus sum doctrina Abbatis in cap. ad nostram post nu.3.de regular.probante non esse faciendam seductionem blandis verbis,licet non improbauerim eiusdem,& aliorum dictum,tám indicato loco,quám in cap.cum dilecti sub nu.7.de empt.& vend.nè sit propterea iudicandus inualidus inualidus actus,siuè professio deinde subsequuta, quare optima ratione motus dixi inuestigandum antea esse, an seductus: quandoquidē seductio licet non causet inualiditatē in his casibus, illa nihilominus improbatur ex prædictis, necnō per verba Roderici in suis quæstion.regul.tom.3.q.14. art.3.quæ se habent,quia aliqui sæpe sępius persuasionibus inducti ad Religionem trahũtur,magis coactè quàm voluntariè sacrificant; Caietanus quoque apertis verbis hanc probat sententiam in illis præsertim verbis, vt non coactiué, aut illectus. Quin & Diuus Thomas in eodem articulo in medio, vers.secundo supponit triplicem posse contingere inordinationem circa istam inductionem ad monasterium, & secundo loco eam numerat, si muneribus alius trahatur ad Religionem, idq; confirmat text. in cap. quam pio 1.q.2. & Concil.Trident. in cap.17. sess. 25.de regular.ibi an coacta,an seducta sit, ita quod Suarez licet discedat ab illorum sententia, qui aiũt simoniam tunc contrahi per illud iddem cap.quam pio; attamen munera ipsa etiam sine vllo pacto esse valde periculosa, & vitanda propter cauendum scandalum, fictionem, & inconstantiam, concludit in tract. de religion. lib.4.de simon.cap.17. nu.3.in fine,& dixerat antea in cap.præcedenti, sub num.4. necnon Leonardus Lessius lib.2. cap. 35. dubio 12. verba autem eiusdem Diui Thomæ 2.2. q.100. artic.3.ad 4. quæ videntur contradicere,túm si verba, quæ superius retuli attendamus,tùm si illud iddem cap.quam pio,quod idem Thomas adducit,procedunt respectu simoniæ, & propterea dùm supponunt licitum esse, intelliguntur absque simonia, de qua verba faciunt, non autem subsistant cum generatim loquendo dubitatur sit ne licitum: Non enim de hac re fatur Diuus Thomas, sed vtique præfati Suarez,& Lessius,& hi antedictam, atque á me relatam statuunt sententiam, & alij Auctores, qui contradicenti fauent sententiæ,omnes quidem vtuntur quibusdam verbis insinuantibus id ipsum, quod ipse conclusi: testem adhibeo Philippum Diez in sua Summa prædicantium capite illo,cuius rubr. est monachatus suscipiendus est cum deliberatione; vbi & auctoritate,& pulcherrima similitudine corroborat hanc,quam statuit conclusionem, vt tandem scribat,ad rem tàm arduam, tamq; sanctam,qualis est Religio,deliberationem esse maximè necessariam,sed adiungit illico restrictionem sub his verbis: Non tamen debemus contemnere illos,qui absque plurima deliberatione mundum relinquunt, & se in sacras recipiunt Religiones; ex his verbis duo colligenda esse assumpta arbitror,& ambo meæ opitulantia sententiæ.Plurima siquidem deliberatione non indigere monachandum præportant,nempè longeua, & diuturna, quemadmodum, & Diuus Thomas aiebat: ac prætereà tunc non eos collaudandos demonstrant; verùm non contemnendos, & culpandos, itaq; excusat potius, quàm extollit eos,qui plurima non antecedente cōsideratione Religiosum suscepit habitum.

Tandemq; Patres Moguntini Concilij hoc ipsum insinuant, dúm Abbatem, & alterum quempiam Superiorem redarguunt, suasionibus,vel blā-ditijs trahentem aliquem ad Religionem, licet su-
10 bijciant illectum teneri perseuerare,quin illius bona non Monasterio allicienti, sed ingressi parentibus,vel heredibus deberi mandant.Quorum quippe Patrum Decretum registratum semel, atque iterum fuisse legimus in sacris canonibus. Primò siquidem in cap.penult.16.q.7. iterum verò in cap. vltimo 20.q.4.nec subsisteret replicatio, si opponeretur præcitatos canones loqui in eo casu, quo Superiores circumueniendo turpe lucrum, non animarum fructum inhiantes totonderunt; tùm quia subsequētia verba illa: (Hi verò,qui illecti,comam deposuerunt) declarant vim præcedentium; necnon Patrum intentionem, quod illecti cum aliqui fuerunt subsistat eorumdem canonum dispositio, & consequenter sufficiat illectos fuisse; idque auctoritas etiam Syluestri comprobat in verbo Religio 3.nu.11. dúm quærit,si qui blanditijs adductus intrauerit Monasterium, obligetur ad perseuerandum in eo,sitq; valida professio,& in calce, iam dictis suffultus textibus, respondet obligari; eius tamen bona non sacro illi Cœnobio,sed tonsi parentibus,& hæredibus deberi; intelligit itaque Mogũtini Decreti verba procedere, & locum sibi vendicare, statim ac blanditiæ concurrerunt, fortasse ob præsumptionem, quod auaritiæ causa tunc allexerint.Tùm etiam,quia alioquin nusquam locum habère posset eiusdem Decreti sanctio, quandoquidem impossibile esset probare intentionem Superioris,fuisse inducere monachum auaritiæ causa; quam omninò vitare deberent Religiosi, quorum vita, verba, & conuersatio, licet debeant esse velut retia,quibus capiant, & piscentur; caueant tamen, (vt optime admonet Philippus Diez in Summa prædicantium part. 2. capite illo, cuius rubrica illis concipitur verbis: Monachus alios inuitet ad Religionis statum,) ne eórum retia eiusmodi sint, quæ magnos tantum pisces,nobiles scilicet,ac diuites intromittant. At talia, quæ pisciculos etiam, & sic pauperes admittant, volentes monachos fieri: immò Religiosos omnes haud debere esse contentos se ipsos Regularem suscepisse habitum,nisi & alios inuitent ad eundem statum, quos cognouerint dispositos ad illum capiendum, idem Philippus Diez eodem citato capite admonet; eosq; maximè decere si fideli exhortatione vtantur, & consequenter non fallaces proponant inuentiones, aut blanditias, sed viuas, & efficaces tantum rationes; Asperitates quippe Regulæ illis proponere citra dubium tenentur,eosq; monere,vt considerent,si ad Religionem sint apti. Quamuis adiungere queant, vt illis propositis asperitatibus nè torpescant,& deterreantur ab ingressu, fructum inde colligendum præuidentes, idque facilius imprimere illorum pectoribus quibunt, si scribēdam retegant similitudinem, & dicant:Truncus vitis si exterius consideretur aridus,atque durus sine dubio iudicabitur, & si manu tangatur asperior,& durior apparebit: verum si in illius altitudinem, & cacumen intendantur oculi, virentia folia,fructusq; dulcissimi inde patebunt; sic religiosi vita si foris,& procul consideretur, aspera certe, & dura nimis censebitur, & si interius prætentetur

tentetur aſperior profectò apparebit: finem verò, ac fructum, ſi ipſi præcogitent, non niſi virtutum ſuauiſſimum fructum; ſoliorum ſanctarum conuerſationum ſuauitatem, ac ſapidiſſimum deuotionis vinum guſtabunt: Confert etiam ſi auium, ac piſcium exemplum adijciant,& dicant: quod ſicuti aues,quāuis rationis expertes,cum venti acrius & vehementius ſufflant locum perquirunt apricum,& nulla vi ventorum percuſſum, vt in eum ſe recipiāt,proprijsq; protegant plumis; piſces etiam cum crebris procellis agitatur æquor, ventisq; tolluntur ad ſydera fluctus,ad ſemotas confugiunt latebras; aut tranquillum, & calidiorem petunt locum, in quo ſe ipſos ab hyeme tueantur; ita ipſiā mundi tempeſtatibus, turbinibus, & procellis fugiant, ſe in tutiſſimum Religionis ſinum recipientes; Diui quoque Bernardi ſententia proficiet in ſermone de conuerſ.ad clericos cap.30.ſi adducant, cum ait; fugite de medio Babylonis,& ſaluate animas veſtras conuolantes ad Vrbes refugij, vbi poſitis, & de præteritis agere pœnitentiam, & in præſenti obtinere gratiam, & futuram gloriam feliciter præſtolari. Non vos retardet conſcientia peccatorum, quia vbi illa abundarunt, ſuperabundare gratia conſueuit: non pœnitentiæ auſteritas vos deterreat; nec enim condignæ ſunt paſſiones huius temporis ad præteritam culpam, quæ remittitur, nec ad præſentem conſolationem, quæ inuenitur; nec ad futuram gloriam, quæ promittitur: hæc ſiquidem adducta exempla, & Diui Bernardi verba, aliaque ſimilia ni mea me fallat opinio, conuincent efficaciter omnem iudicio minime carētem, eumque adducent monachalibus ſuperueſtiri veſtibus; blanditiæ verò, & aliæ illecebræ, nec tam validæ erunt,nec ita fideles; & ſi quandoque ad ingrediendum ſufficiant, ad perdurandum poſtmodum non erunt ita potentes; eos denique moneant, vt mutatione veſtium laicalium prauas inſimul conſuetudines, & animi inclinationes, ſi quas in ſæculo habent omninó commutent ſacra intrando cœnobia, ne colubris naturam imitentur, qui tenui licet ſpolietur pellicula, venenum tamen non derelinquit. Hactenus á me congeſta, ſi veritate innituntur, ſicuti, & ea fulciri opinor, niſi vero aberrem; indicant non ab re conſueuiſſe ſupremos Pontifices cōcedere extractiones eiuſmodi, ſcio etiam ex his prodijſſe morem illum Regij Senatus Luſitaniæ, cum adoleſcens aliquis nobilis,aut diues ingreditur Religionem, ac ſuſpictio orta eſt de morali aliqua violentia per importunas præces, aut de fraude ſub ſpecie pietatis, vt detur prouiſio, qua nouitius in alterius domo,ſiue religioſo loco per triduum moretur,deindeq; fiat eius exploratio voluntatis,an liberè velit in religione perdurare,an potius egredi, teſte eodemmet citato Roderico in eodem art. 3. licet autem conſentiam dicto Ferdinandi rebellis in tract.de obligat.iuſtit. 1.par.4.lib.q.15. verſ.quid ſi per poteſtatem, quatenus ſcribit id minime licere temporali Iudici ob defectum iuriſdictionis. Recedo tamen ab altero quatenus credit, neque licere Eccleſiaſtico,niſi prius conſtet ingreſſum non fuiſſe legitimum, vel niſi vehementer talis præſumatur, & à parentibus prius probetur, quod interuenerit vis,vel deceptio,aut aliud impedimentum canonicum; etenim ſi probanda eſſet ſeductio, aut violentia, nuſquam fieret (meo iudicio) eiuſmodi extractio: nam qui eam patrant, neque palam, neque ita patrant, vt probari poſſit, nec vis aliqua fieret,in præſumptione, quæ nullatenus opitulari

11 poſſet,ſi probatio eſſet neceſſaria: imò exploratio tùm de iure communi, tùm Concilij Tridentini facienda, deberet ſimiliter omninò ceſſare: itaque rectè fieri non dubito, quoties á ſupremis Præſulibus conceduntur eiuſmodi extractiones Nouitiorum inſtantibus parentibus ad finem examinandæ vocationis, & faciendi dictam explorationem; iubent enim illum reponi in aliqua domo particulari, aut religioſo loco, ad quem neutra partium commeare valeat, cum illo alloquutura, vt inibi vnius ſaltem menſis curriculo,aut alio longiori tempore, arbitrio Commiſſarij in ſua ſit libertate animi, deindeq; aſcitus ab eodem Commiſſario interrogetur de ſua voluntate, poſtquam illi perlegerit Conſtitutiones Religionis, & alia prudenter monuerit, cuius reſponſioni tunc ſtetur: ſi namque Diuino aſſtante Spiritu ſtatuerat Religioſus fieri,certò credendum eſt ipſum velle perſiſtere reſponſurum; (dicitur enim actuum 5. ſi eſt hoc conſilium ex Deo,non poteritis diſſoluere illud,) quod ſi leuitate, aut alia quauis animi paſſione impulſus fuerat, velle recedere, ſuſpicandum eſt reſponſurum, quo caſu, vtilius quippe erit ſi tunc redeat ad ſæculum, quam emiſſa profeſſione, pœnitentia ductus, & Religioni, & ſibi ipſi infeſtiſſimus ſit, atque omni ſpe deſtitutus in deſperationem etiam adducatur.

Nec ſubſiſteret reſponſio illa,ad hæc euitanda mala introductum eſſe annum nouitiatus: namq; præter multas quas recēſere poſſem replicationes, tantum duas referam: earumq; prima erit propterea me antea dixiſſe multum decere,ſi antequam admittatur ad habitum, diù percunctetur, quid agere intendit. Altera verò eſt,quod finito poſtmodum tempore Nouitiatus à proprijs Superioribus fit exploratio, vt propterea credam rationabiliter fieri, ſi quandoq; concurrentibus præſertim cauſis concedunt ſupremi Pontifices eiuſmodi extractiones,vt ab altero non ſuſpecto Iudice, & coram quo maiori gaudet animi libertate iuuenis ille, interrogetur de voluntate.

12 Quæ præſertim,& alia plura,vt vitentur inconuenientia, multa de Nouitijs recipiendis nouiſſimè edixit felicis memoriæ Clemens VIII. ac potiſſimum,vt Nouitij ad habitum, vel profeſſionem recipi nullatenus poſſint, vel admitti, niſi prius à Sacra Congregatione Regularium,vel ab eorum ordinarijs, & ab illis etiam in quorum Diœceſi Nouitiatus exiſtunt, in quibus Nouitij recipiendi fuerint expreſsè, & nominatim nouitij ipſi recipiendi approbati fuerint, & vt recipi, & admitti poſſint licentiam in ſcriptis obtinuerint, adhibita prius diligentia circa ætatem, conditionem, educationem, ſcientiam, vitam, & mores,cæteraſq; qualitates, in ipſis requiſitas,iuxta Decretum Sanctitatis ſuę prolatum die 19. Maij 1602. & relatum per eundem Quarantam, adducto verbo Monaſteria, & Conuentus Regularium virorum.

SVMMARIA.

Annus datur profeſſionis ei qui Religionem ingreſſus eſt, & quare nu. 1.

Eiuſmodi annus debet eſſe integer, atque continuus nu. 2.

Ad quem perficiendum, computetur ne tempus, quo extra Monaſterium degit cum licentia Superioris? nu. 3.

Qua computatio illum expletum eſſe oſtendat, num. 4.

Infra illum prohibitum eſt nouitio profiteri, num. 5.

Ita etiam aſſumere ordines, ab eorum tamen Superioribus Regularibus, vel eorum tantum cum dimiſſorijs nu. 6.

Nouitiorum beneficia interea non vacant, num 7.

Iure eligendi eorum beneficijs competente, an interea priuentur? nu 8.

Si Curatum poſſideat, Epiſcopus deputabit ſubſtitutum ad exercitium curæ, nu. 9.

Valeant ne beueficia interdum reſignare Nouitij, nu. 10.

Concilium Teidentinum in cap. 16. ſeſſ 25. habeat nè locum in renunciatione beneficij? num. 11.

Item intelligatur ne habere locum in diſpoſitione reuocabili cauſa mortis? vel tantum irreuocabili inter viuos? nu. 12.

Legem de contractibus loquentem non extendi ad vltimas voluntates demonſtratur, nu. 13.

Teſtamentum à nouitijs conditum, rumpatur ne ſubſequenti profeſſione? nu. 14.

Inteſtati ſi decedant, quis ſit eorum hæres, num. 15.

Concilium in adducto cap. 16. loquatur, nè de omnibus actibus inter viuos, vel de renunciatione tantum? nu. 16.

Vtrum comprehendat etiam renunciationem factam in ſæculo? nu. 17.

An loquatur etiam de maiore 25. annis renunciante, vel tantum de minore ſexdecim, num. 18.

An reſcindat donationem factam ei, addito quod valeat etiam ſi profeſſio non ſubſequatur, nu. 19.

Beneficia conferri nouitijs, nec ne poſſint, numer. 20.

Subiaceant ne præceptis, ac cenſuris Religionum, nu. 21.

A cenſuris quas antea incurrerunt, quomodo abſoluantur, nu. 22.

Super irregularitatibus contractis diſpenſare cum eis vtrum valeant Regulares ſuperiores, nu. 23.

Circa vota, quæ ſit eorumdem Superiorum auctoritas, cum ipſis Nouitijs, nu. 24.

Nouitij dicuntur Eccleſiaſticæ perſonæ, numer. 25.

Eos percutiens incurrit excommunicationem, num. 26.

Ipſos potiri fori priuilegio, non dubitatur, num. 27.

Interdicta Ciuitate eius Ciuis non vetatur ingredi Monaſterium, & ordines ſuſcipere, num. 28.

Retinent interea omnia ante ingreſſum habita, nempè beneficia, & feuda, quin & ad feuda ſuccedunt ſi egrediantur, nu. 29.

Capitulum III.

1 CVM quis Religionem ingreſſus eſt, habitumque Regularem ſuſcepit, annum habet, qui probationis dicitur, iuxta cap. Gonſaldus 17. q. 2. infra quem aſperitates Regulæ experiri debebit, vt eas ſufferre aſſueſcat, cognoſcatque ſi propriæ complexioni viribus, & voluntati congruant; ex his, quæ inferius dicam, ob quæ Reuerend. Pater Gregorius Capuccinus in ſua declaratione Regulæ S. Claræ cap. . vehementer redarguit Magiſtros nouitiorum, multa præter Regulam, eiuſq; ſtatuta indulgentes ipſis nouitijs ne retrocedant; Annus verò, quare ſtatutus fuerit, & non aliud tempus non inueſtigabor, propterea quod ſufficit reſpondere ita placuiſſe legiſlatori; & qui alias vellet indagari rationes, adeat Mandoſ. in ſimili quæſito tres adducentem in 10. Regula Cancellariæ q. 4. vbi præſertim num. 4. illam refert, quia annus dicitur tempus congruum, ad omnia peragenda, cuius dicto opitulatur text. in l. fortiſſimi C. de erogat. milit. ann. lib. 12. ibi, aut certo competente tempore, ideſt priuſquam annus labatur, cui alius inſuper concinit textus in l. 1. §. largius ff. de ſucceſſ. edicto, ſed quando dicatur habitum ſuſcepiſſe, vt annus prædictus exordiatur, inquirit Graff. concludens á die, quo in miſſa ſollemni recipit ſcapulare in ſuis deciſionibus aureis lib. 3. cap. 5. num. 17.

2 Eiuſmodi annus debet eſſe integer, atque ideó completus, necnon continuus, teſte Lapo in allegat. 46. factum ita ſe habet nu. 2. Nauar. conſ. 17. N. ingreſſus nu. 2. de Regularibus in nouis, & 52. in antiquis, eſt tamen indubitatum, quod proprij Superioris accedente conſenſu perfici annus iſte poteſt à deferente habitum extra Religionem, ex reſolutione ipſiuſmet Nauar. conſ. 47. per delationem nu. 3. adducto titulo, quem ſequitur Graff. in deciſion. aureis lib. 3. cap. 5. poſt nu. 18. Gonſal. Mendez. Vaſconcell. lib. 2. variar. iur. cap. 15. atteſtans reſolutum à Sacra Congregatione, ſequitur Gratian. in addit. ad deciſ. 35. nu. 2. quamuis vacillet cap. 109. diſcept. forenſ. & alij mox citandi Doctores; quamuis eorum dicto videatur aduerſari, text. in cap. 1. de Regularib. in ſexto, ibi, in Monaſterio permanſerit:

ſerit: quare indicat opus eſſe, vt in Monaſterio eo tempore perduret, & degat, habitumq; deferat: ſiquidem in Monaſterio habitum geſtare dicitur, qui eo indutus alibi commoratur de mandato Superioris, vt optime reſpondet Syluest. verbo Religio 3. q. 29. verſ. ſecundo, & antea Abb. in cap. ex reſcripto nu. 5. de iureiurand. quos ſequitur Nauar. in cap. ſtatuimus num. 74. verſ. aduertendum tertio de regular. quapropter ſi aliqua in Religione extaret Conſtitutio ſanciens, nouitijs, & monaſterio infra prædictum annum egredientibus, & deinde regredientibus non opitulari tempus, quo ante egreſſum in eo Monaſterio permanſerunt, teneriq; propterea annum denuo exordiri, & perficere poſt regreſſum, explicetur locum ſibi vendicare, quoties à Monaſterio abſque Prælati licentia exierunt, ita quippe affirmat Emanuel Rodriquez Luſitan. in Summ. par. 2. cap. 9. poſt nu. 4.

4 Verum eiuſmodi annus probationis quando dicatur expletus non erit labor perquirere, cum omnium conſenſu expletus cenſeatur quando non reuolutione feſtorum mobilium, ſed curſu ſolis, lapſuq; dierum tercentum ſexaginta quinque præterijt, quo quidem caſu computando illum ab vno puncto, & inſtanti, ad iddem punctum, & inſtantem, ſi vltro abijt hora, vel minutum ſaltem, poterit, & validè emitti profeſſio, iuxta concluſionem traditam ab eodem Sorbo in annotat. ad compendium mendicant. verbo nouitius, verſ. ſexto notandum, ex quibus apparet in hoc caſu haud ſibi vendicare locum reſolutionem à me conſtitutam circa anni curſum de vno ad alium ordinem ſacrum, iuxta Concilij Tridentini ſanctionem requiſitum, in quo fieri computationem per curſum quatuor feſtorum mobilium ſcripſi in rubr. de tempor. ordin. cap. 3. nu. 12. & præfatus Sorbus in verbo ordines ſacri verſ. circa id, tametſi reſpectu puncti videatur aſſertio nimis rigida poſt factum, dùm in poſtrema die anni emiſſam profeſſionem non eſſe inualidam affirmat Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 413. nu. 22.

5 Durante hoc anno nequibit nouitius profiteri cap. Gonſaldus 17. q. 2. & Concilium in cap. 15. ſeſſ. 25. de regular. quod ſi profeſſionem eo currente emittere auderet, nihil ageret, ex eodem cap. Gonſaldus, & 15. Concilij Tridentini, tueturq; Gratian. citato loco, & abundantius cap. 591. à nu. 26. quamuis illud copulatiuè videatur requirere ad inualidandam profeſſionem, vt fieret ante annum probationis, & ab eo, qui nondum expleuerat 16. annum, dicat Peguera deciſ. 252. tamen id re vera deſumi ex eo textu nequeat, affirmabit quiuis illius verba perleget, ipſeque probo inferius. Antea verò ſi emittebatur in eo anno valebat vtique, niſi in Religionibus mendicantibus, iuxta cap. ad Apoſtolicam de Regularib. & cap. non ſolum iuncto cap. conſtitutionem de regularib. in ſexto, ſed his temporibus, neque poteſt haberi rata poſt annum, quæ illo durante emiſſa fuit ex Nauarr. conſ. 26. orta ſunt poſt nu. 18. de regular. præterquam ſi Papæ accederet diſpenſatio de conſenſu recipientium, & receptorum, habendo annum nouitiatus pro legitime completo, & profeſſiones habendo pro ratis, ex eodem Nauarr. indicato conſ. num. 20. quem ſequitur Graff. in lib. 3. deciſion. aurear. cap. 5. nu. 23. quibus non vtique contradicit reſolutio illa eiuſdem Nauar. conſ. 4. quidam 17. annos natus poſt nu. 8. de ijs, quæ vi metuſ. cauſa fiunt, vt profeſſio nulla, & inualida non ratificetur, neque cenſeatur ratificata per conſenſum profitētis, & admiſſionem ad actus ſolis profeſſis competentes, & longam poſt annum perſeuerantiam in Religione, niſi ſciuerit ille profeſſionem nullam, & non crediderit eam valere, ac per eam obligari ad perſeuerandum, quod dixerat antea Caietan. ſuper. Diuum Thomam 2. 2. q. 189. artic. 5. idemq; Nauarr. conſ. 34. N. ante 16. ætatis annum num. 4. de regular. & in manuali cap. 12. poſt nu. 71. atque ideó per argumentum à contrario dicatur ratificata, & ea ratificari poſſit ſi illud ſciens faciat, & propterea valeant profitentes, & recipientes conſentire poſt annum, & tacitè, ac multo magis expreſsè validare profeſſionem nulliter emiſſam intra annum probationis; nam iſtud axioma procedit ante Concilium Tridentinum, & attenta diſpoſitione iuris communis, poſtea verò nequaquam ſubſiſtit, ita quippe reſpondit idem Nauarr. indicato conſ. 4. poſt num. 18. ſed medela huic conſentanea morbo illa erit, quod labi faciat annum, eoque lapſo validam emittat profeſſionem, Nauarr. conſ. mihi 28. ad multas quæſtiones nu. 3. de regular. & ſequitur idem Graff. indicato cap. 5. num. 24.

6 Eccleſiaſticis quoque ordinibus initiari interea prohibetur ipſe Nouitius, nec tantum maioribus, verum etiam minoribus, atque inſuper clericali tonſura cap. Monaſterijs 19. q. 3. ex quo text. iam dictam colligit concluſionem eximius ille vir Ioānes Azzorius Lorritanus, & venerandæ admodum ſummiſq; laudibus ſemper extollendæ Societatis Ieſu inſignis Theologus; is inquam in lib. 12. inſtit. moral. cap. 2. verſ. decimotertio quæritur, concludit iure cautum eſſe, ne Nouitius ad ordines aſcendat etiam ad primam tonſuram, & Tabiena in verbo nouitius poſt nu. 15. ſuffulti diſpoſitione præfati canonis, á quo tradita ratio Azzorij, & Tabienæ plurimum opitulari videtur, ex qua ſelegi fortaſſe poteſt hanc fuiſſe intentionem Gregorij Papæ, & illius canonis conditoris; verum ipſe non audeo affirmare hanc deſumi ex eo canone reſolutionem, ſed quod Superioribus Regularibus facultatem retinentibus de iure communi conferendi ordines minores ſuis ſubditis, non liceat illos conferre nouitijs cum eorum ſtatus non ſit certus, ac propriè ſubditi nequeant appellari, eo quod inde egredi poſſunt, ad quod ipſum probandum, eumdem canonem citaui in rubrica de ſacris ordinibus, quia non ordinandos, ſed ordinantes ipſos reſpiciunt illius canonis verba, dùm inquiunt ne ij, qui aliquos ad conuerſionem ſuſceperunt priuſquam biennium in conuerſione compleant, vllo modo audeant tonſurare: quam ſententiam omninò veram exiſtimo, tùm ex adductis verbis, tùm quod Lapus in cap. cum nullus num. 3. & inibi Anchar. itidem num. 3. atque Franch. nu. 5. de tempor. ordin. in ſexto, hanc litem diremerunt, dùm expreſsè affirmarunt nouitios non poſſe ordines ſuſcipere à ſuperiori regulari, quamuis ille poſſit ſuis ſubditis dare minores ordines, ſed vtique ab Epiſcopo in cuius Diœceſi exiſtit Monaſterium, quod incolunt tempore probationis, quod deinde Henrichez

richez etiam dixit in sua summ. theol. moral. lib. 10. cap. 23. §. 3. in glosa liter. gg, satis igitur constat non prohiberi nouitijs ex eo textu promotionem, sed tantum superioribus regularibus, ne illos promoueant, cum nondum sint eorum subditi.

7 Sed beneficia eorumdem Nouitiorum interea non sint dicenda vacare, iuxta cap. beneficium de regular. in sexto, & inibi Gemin. nu. 1. & 3. ac Petr. Gregor. Tholos. in lib. 1. partit. iuris canon. tit. 28.
8 cap. 4. adeò quod si beneficium possideant, habens ius eligendi (cum prædictum ius computetur inter fructus, teste Felyn. in cap. cum olim de maiorit. & obedient. Innocent. in cap. in literis in princip. de restitut. spoliat.) debent vocari (dummodo in loco non admodum longinquo degant) vt eligant, seu Procuratorem constituant ad eligendum, si Archidiacono credendum est in eodem cap. beneficium vers. assensus, quem sequitur inibi Guillelm. col. 2. & Petr. de Anchar. num. 3. ac Philippus Probus num. 1. tùm per rationes ab eodem Archidiac. traditas, tùm præterea per eius auctoritatem; quæ maxima est, præsertim super 6. Decretalium, vt eius dicta in eo libro sint præferenda cunctis resolutionibus ab alijs omnibus in eodem libro traditis, vt inquit Felyn. in cap. 1. post nu. 54. de constitut. & Thomas Ferretta caut. 19. in fin. per auctoritatem Rotæ in decis. 348. in antiquis, & consequenter, videtur non admittenda contraria sententia Pauli super eodem cap. beneficium, & inibi Ioãnis Monaci num. 2. Ioan. Andr. post nu. 2. & glosæ magnæ prope finem, quod nequeant eligere, vel Procuratorem constituere ad eligendum, & sequitur Azzorius indicato lib. 12. cap. 3. subiungens secus esse, quoties electio, siue præsentatio ad ipsos nouitios spectaret non iure collegij, sed ex eorum propria persona per Gemin. & Franch. in eodem cap. beneficium; verum ipse in præfata Doctorum, & grauissimorum controuersia, vel relinquerem cogitandum, quemadmodum Franchus relinquit, in ipsomet cap. num. 2. in fine, vel dicerem esse vocandos, non quidem, vt personaliter eant ad electionem, ne eueniant, quæ Ioan. Andr. & alij pertimescunt, & propterea negant illos vocari debere, sed vt Procuratorem constituant, atque ita omnis abest mali timor, & ipsi eligendi iure non priuantur.

9 Quod si beneficia à Nouitijs possessa retinerent curam animarum, Episcopus alios substitueret, qui illis inseruiant, assignata eis congrua de illorum prouentibus portione, ex eodem cap. beneficium; nec tantum deseruient per annuum tempus in illo cap. statutum, sed quousque fuerit emissa professio, vt inquit Modern. in tract. de resignat. benefic. lib. 3. q. 13. post num. 8. fretus Concil. Trident. can. 16. sess. 25. de regular.

10 Sed valeant Nouitij resignare beneficia, quæ obtinent non inutiliter quæram, propterea quod præcitatum cap. beneficium, videtur annuere, dùm constituit ne beneficium illius, qui Religionem ingreditur sit conferẽdum intra probationis annum, nisi ad id ipsius accedat consensus; hæc quidem verba nouissimè relata indicant, ea posse à Nouitijs resignari, & eius accedente consensu alteri conferri, idque expressis verbis affirmant Angel. & Armill. in verbo nouitius, ille nu. 22. iste autem nu. 18. verùm contradicit Maiol. in tract. de irregular. lib. 3. cap. 6. post nu. 1. negans id fieri posse, & factam renunciationem, nullius esse validitatis adiungens, & Paris. de resignat. benefic. lib. 3. q. 13. nu. 4. amboque mouentur ex cap. 16. Concil. Trident. sess. 25.
11 de regular. cuius decretum vendicare sibi locum, etiam in renunciatione beneficij, idque pluries declarasse Congregationem Concilij, subnectit idem Paris. num. 5. ob quod cum ille canon procedat, etiam in renunciante bona sua ante ingressum religionis, illius tamen intuitu, vt probat Molina in tract. 2. de iustit. & iure disputat. 139. vers. ambigit rursus; & clarius disputat. 149. vers. quod ad Ecclesiam, & dicam infra, vtique rectè censuit præfata Congregatio Concilij in hac renunciationis beneficij specie, ex Parisio citato loco num. 9. vt qui animo ingrediendi Monasterium renunciauit beneficium ante ingressum, nullius sit validitatis renunciatio, dumtamen nihil in bonis habeat renũcians ex quibus viuat, aut ordines susceperit ad illius titulum; quibus quidem in casibus resignatio prohibetur admitti, nisi emissa professione: idque exprimitur in supplicatione cum clausula, aut de consensu Superioris infra duos menses ante professionem emittendam, nec alias intelligitur effectum sortiri, nisi sequuta professione vigore eiusdem canon. 16. Quamobrem beneficium ita resignatum Episcopus alteri conferre nequibit, nisi emissa professione, ex eiusdem Congregationis sententia, cuius est testis idem Paris. inibi nu. 7. ne illum pœniteat profiteri, quod plerumque contingere experimur, & inquit Diuus Thomas 2. 2. q. vltim. artic. 1. & Nauarr. in cap. cui portio 12. q. 1. in princ. post num. 7. quæ veritate nituntur, explosis his, quæ superinde in contrarium resoluit Rodericus in suis quæstion. regular. tom. 1. q. 37. artic. 2. Inquit enim beneficium, neque infra duos menses, ante professionem posse à nouitio renunciari, etiam cum sollemnitate in eodem canone Concilij statuta, & hãc suam sententiam duabus comprobat rationibus; Altera quia esset simoniaca renunciatio, cum præfatæ renunciationi insit tacitum pactum cum recipiente, scilicet quod non sequuta professione deuoluatur beneficium ad ipsummet renunciantem; cuius tamen ratio facilè ea potissimum responsione prosternitur, quod definitionem simoniæ á Doctoribus traditam, atque à Nauarro relatam in manual. cap. 23. nu. 100. si actendamus, constat nullam hic considerari simoniam, quia nulla emendi, vel vendendi voluntas adest; nullaque conuentio, siuè pactio de emendo, aut vendendo, neque præterea simonia confidentialis potest aliquo modo in hoc casu considerari, ex alia eiusdem confidentiæ definitione, relata per Paris. in tract. de confident. q. 1. nu. 49. maximè quod tacitum illud pactum cum recipiente, quod á Roderico præsupponitur inesse; reuera non inest, tùm quia ipse renuncians libere, atque absolute renunciauit, tùm quia licet professionem postea non emittat, non propterea dici potest beneficium regredi, atque iterum deuolui ad ipsum renunciantem, cum ab ipso abdicatum nunquam fuerit, ita disponente Concilio, quod effectum ipsius renunciationis suspendit ad tempus emissæ professionis, ac prohibet renunciationis admissionem, & beneficij collationem; quamobrem idem

Idem Roderic. hanc fortasse præsentiens, & alias complures responsiones, ad alteram deflexit rationem, & inquit præfatam renunciationem ex alio capite non valere, quamuis simoniaca minimè esset; aitque quod qui beneficium recipit non à renunciante, sed à collatore recipit, atque insuper certum esse beneficij collationem debere esse perpetuam, non autem temporalem, neque aliquam expressam addi posse conditionem, aut tacitam subintelligi; est enim beneficij natura, vt perpetuò duret, beneficiati vita durante, iuxta glos. in clem. quia contingit §. vt autem vers. committatur, de religios. dom. & text. in cap. inuentum 19. q. 3. & cap. satis peruersum 56. dist. asseruntq; Nauar. cons. 5. quidam testator post nu. 1. de præbend. & Fuscus in tract. de visitat. lib. 2. cap. 9. post n. 2. Quapropter addit impossibile videri, quod valeat Nouitius infra duos menses ante professionem renunciare, quod expresè indicat Concilium, & insimul appareat eius intentio ne perpetuò duret, sed temporalis sit collatio, & conditionalis si subsequatur professio, ideò subiungit resignationem diù ante professionem ab eo fieri haud posse, etiam infra duos menses, sed tantum infra paucas horas ante professionem, cum scilicet ad ipsam professionem properat, estque ad illam receptus à Monacis, atque omnia sunt parata, ita quod moraliter loquendo, ipsa professio subsequi indubitanter debeat: optimum sanè remedium, quo non ideò apparet satisfactum rationi dubitandi ab ipso adductæ: idcirco aliam ipse profero responsionem, & fortasse veriorem, considerando differentiam inter renunciationem, & collationem; prohibet enim Concilium renunciationem fieri, nisi infra duos menses ante professionem, & huius effectum suspendit, vt dixi vsque quo sit emissa professio; ipsius veró beneficij renunciati collationem vetat, nisi professio antecedat, ex supra adductis, atque ita perpetuò tunc durabit, & cessabit Roderici dubitatio, quomodo possit infra duos menses antea renunciari, & collatio esse temporalis vsque ad professionem, contra iuris dispositionem, namq; ita renunciatio erit valida, & collatio non temporanea, sed perpetua, quia facta tempore quo vacabat beneficium.

12 Præcitati autem cap. 16. Concilij Tridentini dispositio restringitur procedere, dumtaxat in dispositione irreuocabili inter viuos, non autem reuocabili causa mortis, vt in peculiaribus terminis illius cap. conclusit, Borgnin. Caualc. in decis. Fiuizana 87. quamuis siue 11. sub rubr. de vltim. volunt. nu. 113. par. 3. & Molina tract. 2. de iustit. & iure disput. 139. vers. ambiget fortasse, necnó Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitrar. casu 436. nu. 16. Eorumque sententiæ suffragantur duæ validissimæ rationes, ex eodem capite, & Doctoribus depromptæ. Quarum prima, quia verba illius canonis explicitè non compræhendunt vltimas voluntates, eo quod de renunciationibus loquuntur, & obligationibus, neque etiam implicitè, quin illas potius excludunt ob il-
13 lam Doctorum sententiam, ne constitutio loquens de contractibus, seu actibus inter viuos extendatur ad testamenta, & vltimæ voluntatis actus; aut è contra, quod nobis præ cæteris insinuant Castrense cons. 44. videtur volum. 1. Alexand. cons. 90. super eodem nu. 6. vol. 4. Bald. cons. 153. vol. 3. Decius cons. 196. nu. 4. cum seq. Calcan. cons. 75. quod dictis filiabus nu. 11. & 12. Bursat. cons. 32. num. 20. & seq. vol. 1. Brun. cons. 60. nu. 46. vol. 2. Plotus cós. 17. num. 34. & 35. vol. 1. Hippolyt. Riminald. cons. 42. num. 104. vol. 1. Ferdin. Vasqu. in lib. 1. tit. qui testari non possunt nu. 24. Durantes de arte testandi tit. de his, qui non habent testam. factionem caut. 2. nu. 7. & caut. 13. nu. 1. Tiraquell. in 16. lege connub. glos. 5. nu. 93. & seq. Caccher. dec. 49. testator post nu. 11. & Caualc. decis. Fiuizana 28. fuit transmissa causa, sub rubr. de Iudic. num. 28. par. 3. & decis. 31. nu. 44. eadem par. 3. Quamobrem dum prohibentur in eo canone actus inter viuos; idcirco non vltimæ voluntatis, & propterea testandi, in cuius testamentaria materia standum est iuri communi, quo quidem iure cuicumque volenti ingredi Religionem, aut etiam post ingressum intra tempus probationis conceditur testãdi facultas, ex §. si quis autem vers. illud in auth. de Monach. & auth. nunc autem C. de Episcop. & cleric. cap. si quis mulier 19. q. vlt. affirmatque Couar. in cap. 2. á nu. 4. de testam. Iul. Clar. in §. testamentum q. 28. & alij complures; neque refragantur textus in cap. quia ingredientibus 19. quæst. 3. & auth. ingressi C. de sacrosanct. eccles. & alij, quibus deciditur nullam ingredientibus Monasterium, vlterius esse facultatem testandi, quandoquidem illorum verba explicantur de ingressu irreuocabili per emissionem professionis, non autem de reuocabili per solam susceptionem habitus, vt explicat Molina de iustitia, & iure tract. 2. disputat. 139. vers. his ita constitutis, & copiosè Caldas in commentar. ad l. si curatorem vers. in integrum restitutio nu. 27. C. de in integr. restitut. Namque ingressus in Monasterium is propriè dicitur, qui iam professus est, iuxta glos. 1. in dicta auth. ingressi, quam inibi sequuntur Bart. Signorol. & Paul. de Castr. in initio, idemq; Bart. in auth. si qua mulier nu. 20. C. de sacros. eccl. & cons. 13. ex facto nu. 1. lib. 1. Fulgos. in l. si quis hæredem C. de instit. & substit. ibiq; Alex. nu. 10. & l. in substitutione nu. 10. ff. de vulg. & pupill. Bertrand. cons. 135. sub nu. 3. lib. 3. Philipp. Prob. ad Io. Monach. in cap. 1. nu. 20. de schismat. Felyn. in cap. cum deputati nu. 1. de Iudic. Staphil. in tract. de gratijs, & expectatiuis, rubr. de varijs modis vacat. nu. 101. Angel. in Summa verb. Religio nu. 24. & Barbat. cons. 38. difficilè est post nu. 9. vol. 3. Ex quibus remanet Doctorum relatorum auctoritate comprobata ratio, ob quam conclusum est dispositionem præfati cap. 16. non dilatari ad vltimas voluntates, atque ideò ex eo canone haud prohiberi nouitios testari; quod insuper ex alia ratione confirmatur, illa scilicet, quia finis Concilij, ob quem illius capitis emanauit dispositio, non compræhendit testamenti factionem; finis quidem Concilij fuit, ne retardentur nouitij ab egressu, quoties vellent exire, nam si bona repetere minimè posse pertimescerent, minimè egrederentur, atque in Monasterio perdurarét, non spontanea volútate adducti, sed potius hac necessitate compulsi, ne egeãt: hæc igitur ratio à Molina citato loco relata, cessat in testamentis, & alijs dispositionibus causa mortis, quia nullam inducunt obligationem, eo quod reuocari pro libitu possunt; nimirú si eius cessabit dispositio cap. cum cessante de appellat. cui rationi nó refragatur, quod

ea subsistere non videatur, quia si ob causam ingressus fiat donatio, eo non subsequuto, reuocetur per ea, quæ scribit Soccin. cons. 183. eleganter, sub nu.3.vers.postremo, volum.2. & alij, quos congerit Gratian. in decis. Marchiæ 42. quæsitum fuit, sub nu.1. Nam respondetur illos non loqui, si ingressus est subsequutus, & velit exire, & quatenus id ipsum tunc procederet, vt inibi post nu.9. non dubium, quin posset inde lis oriri, & controuerti, maxime si verba donationis essent dubia, ob imperitiam præsertim Notariorum, quare possent multa concurrere, ex quibus in gratiam donatarij libentius iudicarent Iudices, prout in casu ab eodem Gratiano posito decisum fuisse refert in ea decisione, ita quod visum congruentius est Patribus Concilij, tutius agere eam omninò inualidando, quæ dubietas, siuè difficultas, quia prorsus abest in testamentis, non immeritò si eiusdem Concilij dispositio, non extenditur ad dispositionē prædictam in eo factam.

14 Et cum dixerim licere testari cuicumque volēti ingredi Religionem, aut etiam ingresso, dùm annus probationis excucurrit, non exilis inde dubitatio exoritur, testamentum istud rumpatur ne subsequenti professione? in qua re nihil ipse statuere audeo, quia perfunctoriè eius veritatem inquirit Couar. in cap.2.nu.4.de testam. & Iul.Clar. in §. testamentum q. 28. & admittendas arbitrarer distinctiones inibi ab ipso Couar. relatas.

15 Quod si nullo condito testamento præfati nouitij migrarent è vita, vter sit eorum successor non parum controuertitur, scilicet proximior ex sanguine, an Monasterium, & tripartita fuit Doctorū in hac dubitatione sententia. vt enim succedat Monasterium tenuit Cyn. in auth. ingressi post nu.2. & Bart. post nu.56.C.de sacros.eccl. idem Bart. in auth. si qua mulier in fin. eod.tit. ac Butr. in cap. in præsentia, de probat. ibique Dec. num. mihi 284. subiungens hanc esse magis communem opinionem, quam etiam tuetur Iul.Clar. in §.testamētum q.28. post nu. 6. & Surdus alios congerens in decis. 303. Dominus Aemilius nu. 8. ob illam rationem, quod ingressus videtur perseuerasse in eadem voluntate, quam habuit in initio, & quia à principio quis dedicat purè se, & sua Monasterio, licet sit cōditionalis, si non placuerit infra annum, in Religione perdurare ex Riminald.cons.477.num.17. Alij verò distinctione vtuntur an expressè in initio ingressus sua bona dicauerint Monasterio, an tacitè, vt in priori casu succedat Monasterium, secus autem in posteriori, ex Paris. in cap. in præsentia nu. 187.de probat.& sequitur post alios Menoch. cons. 396.respondendum nu.3.vol.4.& in addit. ad 2 lib. de arbitrarijs casu 436.á nu.18. quorum distinctionem refellunt Dec.& Surd. indicatis locis, asserentes quod cum ingrediendo videantur tacitè Monasterio dicare se, & sua, nihil plus operari valeat ipsa expressa, quàm tacita dicatio, quorum responsio videtur alicuius considerationis, non obstante replicatione Menoch. in d.cons.nu.5.& ipse longius immorarer in eius veritate inquirenda, nisi nouissima Sacri Concilij Tridentini dispositione in cap. 16.hic pluries adducto, inualidaretur renūciatio, & omnis obligatio á nouitijs facta: quare pertranseo ad alios, qui tertiam tradiderunt resolutionem, affirmantes proximiorem ex sanguine succedere: illorumq; bona agnatis, non autem Monasterio deferri, præsertim Anchar. in cap. beneficium num.3. vers.item si res, de regul. in sexto, & Bart. in d.auth. ingressi post nu.56.Abb. in cap. in præsentia nu.68. & Paris. num.186. ac Berous nu.553.de probat. Ias. in d.auth. si qua mulier nu.59. Caldas in citato verbo implorare in integr.restit. post nu.27. quam magis rationi consonam, communemq; ex Vbald. de success. affirmat Io. Bapt. Viglialob. in lib. comm. opin.lit.M, nu.174. pro qua vndecim adducit rationes Tappia apud Catholicā Maiestatem Regens in suis commentarijs ad auth. ingressi verbo sua cap.2. à nu.3. cui sententiæ, vt veriori, & magis cōmuni libentius, quàm alijs antea relatis subscribo, & credo rectè, ni fallor, addidisse Caldam in loc.cit. incautè Dec. commonuisse priorem sentētiam cōmunem, quā nouissimam opinionem hodie omninò veram censeo ex dispositione prædicti Concil. Trident. in relato cap.16. vbi verba illa, quocumque prætextu, ostendunt Monasterium nihil posse ex nouitij bonis petere, etiam si fecisset testamentum, & hæredem instituisset Monasterium, vt optime declarat Molina in vers. mox citando, & exordiente ambiget, sequiturq; Menoch. indicata additione sub nu. 31. licet decipiatur in illatione, vt intelligatur in vita, morte autem sequuta acquiratur, cuius explicatio contradicit Concilio sancienti, nihil Monasterio acquiri ex nouitij bonis, qui licet moriatur, est tamen nouitius, & propterea ex eius bonis, tàm in vita, quàm in morte prohibet Monasterio quæri.

Ad rem modo vnde digressi sumus, regrediēdo, scilicet ad dispositionē Conc. Trid. indicato cap.16. de reform. sess.25. quā non extendi ad actus vltimę voluntatis defendi, nunc videndum est, si ad omnes actus inter viuos amplietur, vel de renūciatione tantum, de qua loquitur? & certè ad omnem contractum inter viuos dilatari existimo, tum ex verbis illius canonis, nulla renunciatio, aut obligatio, quod verbum obligatio est generale, ac propterea adaptatur cuicumque contractui inter viuos, tum ex intentione illiusmet canonis, ne ille obligetur, & propterea retrahatur ab egressu, si vellet inde exire, atque ideò rectè Molina censuit, in eo canone comprehendi donationem in cap.2. de iustit. & iur. disputat.139. vers. ambiget preterea.

17 Verum ante susceptum habitum renūciatio, aut altera obligatio facta in sæculo cōtineatur sub prohibitione dicti cap.16. & propterea rescindatur per ingresū religionis, vel sit potius omni iure valida? & distinguēdum est cum Doctoribus, quod vel cogitauit ingredi, eiusq; intuitu fecit renunciationem, seù obligationem; vel non cogitauit, hoc enim vltimo casu, omnes negant comprehendi, & ridiculum esse aliud affirmare, inquit Molin. indicato loco, & procedit declaratio generatim facta in anno 1573. à sacra Congregatione, vt decretum præfati capitis intelligatur de renunciationibus tantum factis post ingressum Religionis, non autem de factis ante ingressum, cuius declarationis testis est Passarell. in suo tract. priuil. fol.209. & Sorbus in suis annotat. ad compend. Mendic. verb. Nouitius, vers. sed hic sunt aliqua aduertenda. Itemq; procedit altera eiusdem Congregationis declaratio super precibus Monasterij S. Agnetis Ciuitatis Mediolanensis in anno 1594. sub his verbis; Congregatio Concilij, censuit

censuit decretum Concilij Tridentini in capit. 16. sess. 25. de regul. & monach. non habere locum in renũciatione facta ante susceptionem habitus, subscripta Hieronym. Cardin, Mattheus, & sigillata, &c. Quod si intuitu Religionis, subdit illic Molina Illustrissimis Patribus Concilij competere id diffinire, sed interea opinatur sub illa dispositione contineri, quod iterum resoluit in disputat. 149. versic. quod ad Ecclesiam attinet, & Nauar. cons. 81. nobilis de regular. in nouis, quibus concinit Sorbus indicato loco, atque Paris. in tract. de resignat. benefic. lib. 3. q. 13. num. 9. & ambo addunt ita declaratum per Congregation. Concilij, quorum sententia prędictis, & maximè primo loco citatis declarationibus suffulta verior videtur altera contraria, Menoch. in suis additionib. ad 2. lib. de arbitr. iudic. casu 436. à num. 3. vbi post dictam declarationem Congregationis in anno 94. cumulat multas rationes, & responsiones ad rationes in contrarium adductas; illis siquidem minimè adducor in suam resolutionem, tum propter multas auctoritates primæuam opinionem commendantes, tum rationes ab eisdem relatas, tum declarationes eiusdem Congregationis, quarum ijdem Sorbus, & Parisius meminerunt, tum denique ne dicamus contradicentes declarationes ab eadem Congregatione prodijsse, nam ita subsistunt genericæ declarationes à Passarello, & Menochio memoratę in gratiam posterioris sententiæ, necnon aliæ á Sorbo, & Parisio commemoratæ, pro tuitione prioris, quod enim adductum caput Concilij non habeat locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus non contradicit nostræ conclusioni, potest enim contingere, vt nulla præcedente cogitatione de ingressu, neque voluntate ingrediendi renunciauerit, quo quidem casu, vt dixi, ridiculum esset prætendere inualiditatem huius renunciationis, & procedunt declarationes factæ in anno 73. & 94. quæ admittunt propterea restrictionem, ne renunciauerit habendo animum ingrediendi, iuxta alias declarationes iam dictas, maximè quod tunc complures, & validissimæ opitulantur rationes, quas præcitatus Molina scripsit, & alij, & illa præsertim, quod alioquin frustratoria, & vana reddi facile posset ipsa Conciliaris dispositio, propterea quod scientes consanguinei, & amici voluntatem alicuius de ingrediendo religionem, illi facile persuadere possent, vt sibi renunciarent, seu donarent eorum bona antequam monasterij claustra ingrederentur, cui non satisfacit responsio Menochij in eodem loco, sub num. 3. Quod ipsi donanti sit prouisum à iure reuocante has renunciationes, vt scribit Tiraquell. in tractatu cessante causa par. 1. nu. 232. tum quod eadem facilitate, qua ingressurus religionem inducitur ad donandum, potest etiam induci ad donandum nulla facta mentione ingressus, certò tunc existimans se è Monasterio non egressurum, tùm quod licet memoret causam ingressus, solet etiam cumulari aliæ, ita quod cessante illa ingressus, non cessarent alteræ, & propterea non reuocaretur donatio, vt contingit in casu posito à Gratiano in decis. 42. & quatenus reuocanda esset indigeret sententia, quam obtinere non valeret dum ob paupertatem, & inopiam prouenientem á renunciatione, & donatione facta ante ingressum, litem prosequi, & processum compilare nequiret, vt propterea cautius ei subueniatur, si dicatur Concilium inualidare, & irritare quamcumque donationem ante ingressum factam á cogitante ingredi, nam sic inualida erit, etiam si eius non sit facta mentio, aut si facta, alię fuerint cumulatæ causæ impulsiuæ.

18 Verum si dispositio præfati capit. 16. procedat etiam in maiore 25. annis renunciante, aut donante, vel tantum in minore sexdecim annorum, controuersum quandoque fuit, & dubitandi ratio oriebatur ex verbis dicti cap. 16. coniunctis cum alijs præcedentis capitis, in quo decernitur inualida professio emissa ante 16. annum perfectum, & ante annum professionis, vt copulatiuè requirere videatur, scilicet, quod prolabuerit annus 16. & annus professionis, quare dum postmodum subiungit caput 16. & ait nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta, &c. propter dictionem illam (quoque) & dictionem (antea) dicatur dispositionem illius canonis, cum qualitatibus positis in canone antecedenti, vt scilicet donatio, vel renunciatio facta à minore 16. annorum, & ante professionem non valeat, nisi infra vltimos duos menses, & consequenter emissa á maiori valeat: sed his minimè refragantibus contrarium decisum fuisse memorat Peguera decis. 252. ac Concilij sanctionem, tum si minor, tum si maior donauerit procedere ait, ipseque adhæreo, nam illa dictio (quoque) ad inualiditatem actus refertur, vt sicut inualida decernitur in cap. 15. professio emissa á non habente sexdecim annos, aut ab eo, qui nondum compleuerat annum professionis, ita donatio facta non seruata forma præscripta in ipso cap. 16. quin dum illic Peguera videtur restringere verba citati cap. 15. vt copulatiuè requirant annum 16. completum, & annum professionis pro validitate professionis ab eius sententia recedendum est; quandoquidem alterum illorum satis est, vt omni careat firmitate professio, nam Concilium vtitur illa dictione (nec) cuius virtus est simplicem dispositionem comprehendere absque vlla copula; ideò potest esse, quod sit maior 16. annis, & non completo anno Nouitiatus emiserit professionem, quia censenda erit nullius roboris, ex deductis in principio capitis, vel quod steterit per annum, sed non completo anno 16. professus fuerit, inualida namq; similiter esset ex notatis in cap.

19 Licet autem prædictum cap. 16. aunullet donationem, etiam cum iuramento factam à volente ingredi Religionem, non tamen addit, si etiam illa inualida sit donatio iurata, quæ contineret expressum pactum, quod valeat etiam si nulla deinde emitteretur professio, propterea disputandum esset quid iuris, at propter doctrinam Peguerę in adducta decis. 252. Non curo veritatem per mendicata suffragia inuestigare, sed eius decisioni consentio; nam isto proposito themate ait decisum esse, non valere donationem ita factam.

20 His explicatis ad alia quædam de Nouitijs opus est descendere, & primo quæram si existentibus in Religione infra annum probationis, beneficia conferri possint, & negatiuè respondendum videtur, si Ioannes Monachus vera fatetur in cap. beneficium num. 1. de regularibus in sexto, & inibi Gulielm. de Monte Lauduno colum. 1. Ancharan.

num.2. & glosa magna, quæ tamen subdit hoc verum in eo beneficio, quod sæcularibus conferri solet, non autem quod regularibus, eo quod istud nouitijs dare non est prohibitum; verum ipse vtriusque dicti contrariam amplexor sententiam, vti veriorem, mihique suffragatur primo, clement. quia Regulares de supplend. negligent. Prælat. & clement. ne in agro §. cæterum de statu monachorum expresse decidentes, non nisi professis conferenda esse beneficia regularia, quod insuper Chassaneus edocet in consil. 20. num. 32. Sed propterea iuste redarguere præfatam glosam haud valeo, quia tunc nondum emanauerant prædictæ clementinæ, alterum distinctionis caput iure merito, refellam, & beneficium seculare Nouitio, propterea concedi posse affirmabo, secutus Franch. id decidentem in eodem cap. beneficium post num. 1. & Philippum Probum in addition. ad Ioannem Monachum inibi num. 4. adducentem pro sua opinione Archidiacon. & Ioan. Andr. super illo cap. beneficium in nouellis, qui tametsi illud explicitè affirmare non videantur, implicitè nihilominus id satis inquiunt, dùm aiunt Nouitium retinere velle, & nolle, suique iuris esse, Azor. autem in libr. 12. instruct. moral. cap. 3. in principio, expressis verbis hanc meam tradit, tueturque resolutionem, quamobrem aliud dictū eiusdem Gulielm. in loco citato, & refert Probus indicato num. 4. ne beneficium, quod obtinet valeat interea cum alio permutare, videtur ex prædictis improbandum cum demonstrauerim non ei interdici impetrationem beneficiorum, neque suum resignare.

21 Præterea subiaceant Nouitij oneribus, siuè præceptis, aut censuris Religionis, dùm hæsitatur sciendum est negatiuam partem esse omninò tenendam, & probat Armill. verbo Nouitius num. 17. Angel. num. 18. & Tabiena num. 14. Syluest. verbo Religio 5. num. 6. & clarius Henrichez in sua Summ. theolog. moral. lib. 7. cap. 22. §. 7. ac præsertim ne teneantur recitare Diuinum Officium, nisi ratione ordinis, vel beneficij, quod haberent dixit Sorbus in suis annotat. ad compendium Mendicantium, verbo Nouitius §. fin. Sunt tamen omni cura ad præcepta ipsa seruanda adducendi, & Regulæ austeritates experiendas, tametsi plerumque sit eis deferendum, ne multis præterriti asperitatibus,
22 tanquam minus radicati retrocedant, iuxta cap. quædam lex §. quod scripsi 35. quæst. 3. à casibus verò reseruatis, necnon à censuris, etiam ante ingressum incursis absoluuntur á Prælatis Religionum Reuerendissimus Pater Claudius in verb. absolutio §. 6. 9. & 10. Henrichez citato loco, Hostiens. in cap. monachi in principio, de sentent. excommunic. & cap. cum illorum post num. 8. eodem illo titulo, Astens. in Summa lib. 7. tit. 13. artic. 5. quæst. 14. Lapus allegat. 47. Magister num. 6. Archidiacon. in cap. Religioso circa finem, de sentent. excommunic. in sexto, Graff. in decis. aureis libr. 3. cap. 5. sub num. 33. Sayr. in Thesauro casuum conscientiæ lib. 3. cap. 28. num. 14. Est verum, quod à censuris absoluuntur cum reincidentia, si infra annum egrederentur à Monasterio, Passarell. de priuileg. minim. cap. 33. Felician. Episcopus Scalens. in titulo de excommunic. cap. 14. & 15. Astens. indicato loco quæst. 11. & Sayr. adducto cap. 28. num. 15. Quin etiam præfata clausula cum reincidentia, si inde exierint subintelligeretur, etiam si non apponeretur, vt illic Astasan. addit, & alij mox citati Doctores; superest modo respōdere Roderico Lusitano, qui in suis quæstionib. regularibus tom. 1. q. 20. artic. 21. proponit hanc quæstionem, si Prælati Regulares valeant Nouitios ipsos à prædictis censuris absoluere, & respondet affirmatiuè innixus priuilegio quodam Clem. IV. Minoribus concesso, alteroq; Pauli III. concesso Congregationi Iesus: quare videatur contrarium innuere de iure in illis Religionibus, vbi consimile non extat priuilegium, & certè facere non valeo, quin dicam, priuilegia ab eo relata vehementer turbasse animum meum, & à priori sententia retraxisse, ob illam præsertim considerationem, quod priuilegia sunt priuata lex, & contrariam insinuant dispositionem de iure communi, & ab eo aliquid alienū continere dicuntur ex l. 3. & inibi Doctor. ff. de bon. liber. & l. 1. §. si plures ff. ad municip. & de incol. alioquin frustra ex speciali gratia indulgeretur alicui, quod ipsum commune ius elargeretur cunctis, iuxta notat. per Menoch. in casu proposito de regul. in consil. 276. dubitationes, sub nu. 21. vol. 3. & propterea animi pendeo, neque dictarum aliquam vti veriorem profiteri audeo, maximè ob auctoritatem Innoc. qui in cap. cum illorum de sent. excomm. negat ab illis posse absolui, poterit itaq; studiosus lector attētius intueri, & eam amplecti, quę deinde animo suo arridebit, dummodo antea perlegat, quæ ipse scribo inferius cap. 10. vers. efficit etiam nu. 8.

23 Itidem dispensare in irregularitatibus contractis valeant eorum Superiores, dixerunt ijdem citati Doctores, maxime Henrichez in adducto lib. 7. cap. 22. §. 7. qui in comprobationem suæ sententiæ citat collectorem compendij Mendicantium in verbo absolutio extraordinaria quò ad fratres §. 3. vbi refert priuilegium ab Eugenio IV. concessum Fratribus Minoribus de Obseruantia, Prouinciarum Regni Castellæ, & propterea eadem mihi occurrit dubitatio, quam paulò ante retuli in absolutionibus á censuris; & tanto magis succreuit dubitatio, quanto quod in illis priuilegijs dicitur, vt absoluere, & dispensare auctoritate Apostolica valeant, misericorditer de gratia speciali concessum esse.

24 Respectu votorum præfatus Henrichez idem dicendum opinatur in eodem §. 7. sed Nauarr. edocet contrarium, & ait Superiores Regulares irritare vota nouitiorum nequire, ex quo eorum voluntas nondum à Superioris voluntate pendet, sicuti illa professorum, quam Nauarr. sententiam in manuali traditam cap. 12. post num. 65. sequitur Azor. in lib. 11. institut. moral. cap. 17. vers. vigesimo quæritur, subiungit tamen eundem Nauarr. illic asserere, & ipse commendat, vt valeant suspendere durante probatione, quod ego nusquam reperi à Nauarr. affirmari in eo loco, neque admittere audeo, quia certum est nouitios excusari á votis personalibus, teneriq; præstare realia, teste Syluest. in Summa verbo votum 4. post num. 7. vers. tertium: idque præterea affirmat Emanuel Sà in lib. Aphorismorum, verbo voti irritatio nu. 6. maximè si vera erit sententia, vt realia teneantur, etiam post professionem adimplere, quam Syluest. Palud. & D. Anton. cōmendarunt, relati à Corrad. in Summ. q. 312.

vers.

verſ. qui habet par. 1. qui ſequutus Petrum de Aragon. & Couar. contra ſentit; ſi igitur nouitij à perſonalibus excuſãtur, à realibus autem nequaquam, ſed perſoluere debent, fruſtra quæritur ſi ab eorum ſuperioribus irritari, aut diſpenſari valeant, quamuis ipſe tutius eſſe credam ſequi conſilium Emanuelis Sá, qui in memorato loco, admonet rectè fieri, ſi perſonalia commutentur á confeſſoribus in onera religionis, id enim, & tunc mihi ſummopere arriſit, & deinde omnem animum huic ſententiæ applicui meum, cum perlegi à Roderico etiam Luſitano eam tradi in ſuis quæſtion. regul. tom. 1. q. 25. artic. 8.

Nouitij autem quamuis dici nequeant Religioſi ex Doctoribus citatis á nu. 20. & Angel. verbo re-
25 ligioſus nu. 24. rectè tamen, & valide nominantur Eccleſiaſticæ perſonæ per gloſ. in cap. religioſo §. quamuis non poſſit de ſentent. excomm. in ſexto, & præportant verba eiuſdem §. quamuis, tu videto, quinimmo licet appellatione veri, & effectualis religioſi non compræhendantur incommutabiliter ipſi nouitij, nihilominus ita dicuntur commutabiliter per Io. Monach. in citato cap. religioſo, & inibi Gemin. in §. quamuis poſt nu. 3. iuxta exemplum de legato ſpecici traditum à Io. Monach. eodem in
26 loco, & propterea non mirandum ſi eos percutiens incurrit excommunicationem, vt inquit Hoſtienſ. in cap. ſtatuimus poſt nu. 4. de regular. & illic Butrius nu. 3. Io. Andr. Anchar. & Zabarell. necnon Gemin. in d. §. quamuis poſt nu. 3. & inibi Io. Monach. & cæteri, atque etiam Bald. in prohem. digeſtorum, ac Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. num. 30. & apertus text. probat in eodem §. quamuis.

27 Priuilegio etiam fori gaudere eoſdem nouitios ſuppetit eadem, & mox adducta ratio, & præfatus Hoſtienſ. edocet citato in loco, & Angel. in l. 1. ff. de pen. Iaſ. in auth. ſi qua mulier ſub n. 59. C. de ſacroſ. eccleſ. Anchar. conſ. 69. contra donationem poſt nu. 7. Federic. de Senis conſ. 32. quæſtio talis eſt quidam de populo poſt nu. 5. verſ. ſubſequenter, & Tiraqu. in dicta gloſa nu. 21. & Brunor. in ſuis propoſit. iuris, verbo nouitius.

Ex quibus illud præcipuum comprobãtur axioma, quod licet interdicta Ciuitate, ſinguli illius vniuerſitatis, interdicti ſint cap. ſi ſententia §. cum verò de ſentent. excommun. in ſexto, nihilominus in ali-
28 quod ingreſſus Monaſterium ſtatim ſit ab eo liberatus, atque etiam ante profeſſionem, quia in clericorum numerum aſcriptus, & propterea valeat ordinibus inſigniri, atque initiatis vti, vt poſt longam diſputationem concluſit Federic. de Senis in citato conſ. 32. & nouiſſimé defendit Vgolin. in tract. de cenſur. tabul. 5. ſub rubr. de interdicto cap. 20. §. 4. nu. 2. vbi tamen pro ſui tuitione adducit Nauarr. in manuali cap. 27. nu. 167. verſ. quamuis interdictum cleri, vbi hæc ſcribit verba: Quamuis interdictum cleri videatur includere religioſos, & religioſas, conuerſos, & conuerſas, nouitios, & nouitias, ergo á contrario interdictum populi non eos amplexatur, validum apparet argumentum quò ad eos, qui tempore interdicti reperiuntur nouitij, non autem ad eos, qui eo tempore erant laici, & poſtea aſſumpſerunt habitum, ad iſtos enim nullatenus extendi poſſe præfata verba Nauarri opinor, quamuis concluſerim reſolutionem ipſam ſubſiſtere, illoſq; per aſſumptionem habitus monachalis iam liberatos ab interdicto, & conſequenter promoueri, ac in promotis miniſtrare non prohiberi.

29 His exceptis caſibus, in quibus ex ſpeciali ratione habentur pro clericis, & Eccleſiaſticæ perſonæ dicuntur, in reliquis omnibus iudicantur quó ad perſonæ conditionem iuxta ſtatum, in quo erant tempore ingreſſus; vt inquit Geminian. in cap. 2. num. 12. de regular. in ſexto, & propterea ſi erant clerici ſæculares, & beneficiati, dixi eos retinere beneficia, & alia conſequi non prohiberi; neque teſtari de ijs, quæ potuiſſent ſi habitum non aſſumpſiſſent; & nunc ſubnecto eos verè vniuerſorum bonorum, etiam feudalium retinere dominium, ſequutus Martinum Laudenſ. & Præpoſit. in cap. 1. §. qui clericus, ſi de feud. fuer. controuerſ. & inibi Afflict. poſtquam multa pro contraria parte congeſſerat à num. 26. concludit inſequens relatam affirmatiuam ſententiam poſt num. 29. atque in ſpecie retineat dignitatem Regiam, inquit Alberic. in authent. ingreſſi num. 31. C. de ſacroſanct. eccleſ. Quinimmo ſi retrocedat à religione in vita patris, aut etiam poſt illius interitum, dumtamen ante profeſſionem ſuccedat in maioratu, multis rationibus, & auctoritatibus defendit Caldas in ſuis commentarijs ad l. ſi curatorem verſ. implorar. in integr. reſtitut. num. 29. C. de in integr. reſtitut. Immò in feudis id ipſum concludit Afflict. in eodem §. qui clericus num. 25. Capyc. deciſ. 115. Americus num. 12. ſed contradicit Andr. de Iſern. in ipſomet §. qui clericus poſt num. 4. cuius opinio reſpectu feudi videtur comprobari, ex textu in hac ſpecie loquente in cap. vnico ſub rubrica de feudo, ſeu beneficio fœminæ, ob quem textum dicit Caldas in loco citato num. 28. ſatis probabile videri, ab Iſerniæ ſententia in materia ſucceſſionis feudalis non eſſe recedendum, ſed maioratum, ſiue primogenium inſtituere non denegatur ipſis nouitijs, vt reſoluit Molina de primog. hiſpan. lib. 2. cap. 9. nu. 52.

SVMMARIA.

Finito tempore nouitiatus, vel profiteantur, vel à monaſterio eijciantur nouitij, nu. 1.

Profeſſio duplex, expreſſa ſcilicet, & tacita, & quomodo emittatur expreſſa, nu. 2.

Ad expreſſam emittendam oportet, vt quinque concurrant requiſita, nu. 3.

Tacita emittatur vno ex tribus modis, nu. 4.

Expreſſa diſtet ne à tacita? & quomodo, aut in quibus, nu. 5. & 11.

Habitus non facit monachum, ſed Regularis profeſſio, nu. 6.

Profeſſio tacita dirimit matrimonium poſtea contractum, & bonorum retentionem, numer. 7.

Lex indiſtinctè loquens in omnibus ſpeciebus ſubſiſtit, nu. 8.

Matrimonium conſummatum non dirimatur ſubſequenti profeſſione, etiam expreſſa apparet, nu. 9.

Inter causas nostrorum malorum est illa, quod viuimus ad exempla, nu. 10.

Capitulum IV.

1 FInito itaque tempore nouitiatus, superiores ad profitendum admittant nouitios, quos habiles inuenerint, aut è Monasterio eos eijciant: (exceptis clericis Societatis Iesu) præcipitur in Concilio Tridentino cap. 16. sess. 25. de regular. Relatione autem deinde super hac dispositione Concilij per Sacram Congregationem Cardinalium illius interpretum facta sanctissimo Pio Papæ V. declarauit Sanctitas sua procedere tantum in illis nouitijs, quos Superiores elapso tempore nouitiatus habiles inuenerint, non autem in his, quos inhabiles; vt sunt illi, qui didicenda adhuc, non bene didicerunt: & ideò quo ad istos attinet Sanctitas sua concessit, vt Superiores possint illorum professionem, (si ipsi nouitij consenserint) prolongare, dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles infra sex menses; ita testatur Gaspar Passarell. in suo tractat. priuileg. fol. 230. & respondisse Illustrissimos Cardinales præfatæ Congregationis, sub die 8. Nouembris 1569. & refert etiam Sorbus adiungens, ita præterea viuæ vocis oraculo concessum fuisse Religioni Cappuccinorum in annotat. ad compend. mendic. verbo nouitius vers. sexto notandum, ipseque vidi Neapol. nonnumquam dilatum fuisse ad multos dies, & hebdomadas post annum, idque ex multis, diuersisque tunc emergentibus causis, atque in facto occurrentibus.

2 Emittitur autem ipsa professio expresè quidem, vel tacitè, iuxta cap. 1. de regular. in sexto, sed expressa verbo, aut scripto, vel nutu, siue alijs signis consensum exprimentibus emittitur, ideoque mutus profiteri potest, nam præter primum modum non prohibetur illam facere aliquo ex subsequentibus, teste Azorio in lib. 12. instit. moral. cap. 4. in principio.

3 Ad hanc verò expressam emittendam professionem quinque necessariò concurrere debent ex sententia Armillæ, Angeli, & Tabienæ in verbo professio; quorum primum est ætas, non ea, quam ipsi aiunt requiri, scilicet quatuordecim annorum completorum, in masculis, & duodecim in fœminis, sed quam post decimum sextum annum idoneam, ac necessariam, dixit Concilium Tridentinum in cap. 15. sess. 25. de regular. Secundum requisitum, vt ea fiat in manibus alicuius Superioris, aut alterius ex Superioris delegatione per text. in cap. porrectum, & ibi Innocent. de regular. Syluest. religio 3. num. 16. quod si in manibus alicuius illa fuerit emissa, qui neque Superior sit in Religione, neque potestatem habuerit à Superiore, certe si credat illum ratum habiturum, valebit cum ratum habuit, & non antea, vt Rodriquez Lusitanus annotauit in Summa cap. 8. num. 3. par. 2. Aliud requisitum, vt illa fiat in aliqua Religione approbata, iuxta cap. vnicum de voto in sexto. Penultimum est requisitum, vt Prælatus in ea adhibeat Consilium Capituli; & vltimum, quod trium votorum, nempè paupertatis, castitatis, & obedientiæ, accedat expressa pollicitatio.

4 Sed tacita professio vno quidem ex tribus modis emittitur, quos Summistæ omnes, maxime Tabiena recenset in verbo nouitius num. 6. & Azorius in libr. 12. institut. moral. cap. 4. & ipse censui silentio inuoluere, propterea quod nouissima Tridentini Concilij sanctione sublati sunt duo priores modi in capit. 15. session. 25. de regularib. Vltimus autem nequaquam, quia etiam num licet tacitè profiteri anno integro gestando habitum nouitijs, & professis communem, aut manifestè non distinctum ex resolutione eiusdem Azzorij in adducto capit. 4. versic. sexto quæritur, & antea dixerat Nauarr. consil. 28. ad multas num. 5. de regularibus, Sorbus in compend. mendicant. verbo nouitius, versic. primo aliquid operetur, Graff. in decision. aureis libr. 3. cap. 5. num. 26. & Roderic. in quæstion. Regular. tom. 3. quæst 17. artic. 1. inibi subnectens quinque illas conditiones, quæ concurrere debent, vt isthæc tacita professio dicatur valide emissa; ibique necnon artic. sequent. respondet dicto cap. 16. Concilij mandanti, nouitios finito anno admittendos ad professionem, vel eijciendos, & consequenter videatur respuere, etiam hanc vltimam speciem; aitque id præcipere, non tamen prohibere tacitam professionem, si non expellantur.

5 Sed quomodo altera ab altera distet, excogitandum erit, & quidem si verbis cuiusdam Moderni standum esset, non alia extaret differentia, quam illa, quæ inter professum, & non professum reperitur; dum in sua Praxi Episcopali verbo monachi §. 5. part. 2. Ait licere cuicumque Regulari post tacitam professionem renunciare bonis, contractusque celebrare, quam conclusionem compluribus nititur probare rationibus consimilibus; verùm attendite beneuoli, studiosique Lectores, quia affirmabitis illud iddem, quod alij peritissimi viri mecum de hac re alloquentes, accurateque illius verba perlegentes asseuerarunt, scilicet ipsum in quolibet verbo aberrasse veritate; ac propterea concludo Religiosum tacitè professum, nihil eorum agere posse, quæ gerere non valeret, si expresè professus esset, etiam his temporibus, in casibus tamen in quibus Concilij Tridentini sanctio approbat professionem istam tacitam; eamque comprobo tum ex regula illa generica; taciti, & expressi eandem esse virtutem, iuxta l. cum quid ff. si certum petatur, & illic tradunt Bartol. num. 2. & 9. atque Iason. num. 5. & Afflict. in cap. 1. num. 21. de success. feud. necnon Andr. Gayll. in libr. 1. obseruat. 16. in interdicto num. 5. & libr. 2. obseruatione 30. controuersiam post num. 3. Tum quod Concilium cum non improbet professionem tacitam, vtique inanis ipsa iudicaretur, nisi eiusdem validitatis esset: cuius & expressa, præterquam in certis quibusdam casibus, in quibus reperitur expresè Sancitum à iure contrarium; tum ex textu in cap. porrectum de regular. dicente, ne monachum faciat habitus, sed regularis pro-

profeſſio, vbi gloſa in verſ. habitus, ſubnectit expreſſam non modo, ſed tacitam, quoque profeſſionem id operari, & monachum facere, & comprobant illic Doctores, maximè Hoſt.nu.13.inibi præterea explicans iam dicta verba, nè habitus faciat monachum, & ait nè habitus probationis id efficiat ille vero profeſſionis, vtique, ſiue expreſſa, ſiue præſumpta fuerit; quibus addo textum in cap. ex parte eiuſdem tit.de regul.quo pręcipitur eos compellendos eſſe Eccleſiaſtica cenſura profiteri regulam ſecundum formam ordinis, & ſeruare qui anno integro geſtarunt habitum monachalem, vbi gloſa ſubdit rationem, quia vltra annum qui perſtitit in habitu monachali, nec reclamauit, neque fuerit antea proteſtatus, intelligitur ipſo facto tacitè vouiſſe ob quod inde egredi non amplius valet, quinimmo illic expreſsè profiteri compellendus eſt ſi renuat, quod etiam inquit textus iuncta gloſa in cap. ſtatuimus eod.tit.& cap.1.§.qui verò conſtitutionem, &c. non ſolum de regul.in 6. neq; aduerſatur textus in citato, §.qui conſtitutionem, quatenus ait tacitè profeſſum non illi religioni in ſpecie deuinctum, in qua illam emiſit, ſed religioni in vniuerſum, non inquam aduerſatur, quia verba facit, dũtaxat de ea ſpecie profeſſionis tacitæ, quæ valide olim fiebat per ſuſceptionem infra annum habitus profeſſorum diſtincti, iuxta gloſam illic verſ. infra probationis, de qua haud ipſe loquor, tanquam ſublata à Concilio Tridentino, ſed de ea quam probat idem Concilium, & fit per delationem habitus indiſtincti per annum, & vltra, in qua limitari diſpoſitionem prefati §.qui cõſtitutionem, inquiunt, eo quod ęos obligari in ſpecie illi religioni ex diſpoſitione clem.eos de regul.in 6.dicit gloſ. in ead.clem.verſ.illam, & inibi Zabar. & Boniſ.de vital, atque Gemin. in cap. 3. num.9. de regul.in 6. quamobrem Franciſ. Marc. deciſ. 1016. quæritur an religioſi, nu.7.par.1.longè aberrauit vero, dum teſtibus paulò ante citatis ſuffultus, reſtringit antedictam regulam, nè habitus faciat monachum, ſed profeſſio, & inquit vendicare ſibi locum in expreſſa tantum profeſſione; quinimmo in peculiari caſu poſito ab ipſo Moderno circa renunciationem bonorum, celebrationemq; contractuum, loquitur Lapus in allegat. 129.factum ſuper quo poſt nu.14

7 vbi in contrariam propendit ſententiam, his verbis Item ſi profeſſio tacita dirimit matrimonium poſtea contractum, vt in cap. vnico de voto in 6.fortius ipſa tacita profeſſio prohibet bonorum retentionem, quia maius ligamen eſt primum, quàm ſecundum, quia quod Deus coniunxit homo non ſeparet; hæc ille, qui in ſubſequentibus verbis alia multa prodit hanc partem comprobantia, & profeſſionem tacitam æquipollere expreſsæ præportantia: quibus accedunt, quæ Menoch. ediſſertauit in tract.de præſumpt.lib.6.præſump.83, dum cunctos modos nititur toto pectore congerere, quibus tacita inducitur profeſſio; cœterum his conſtitutis pro comperto habet eiuſmodi profeſſum ad ſeculum redire non amplius poſſe, itidemque in conſil. 396.reſpondendum, volum. 4. acriter defendit, & ait monaſterio omnium Sanctorum Ciuitatis Venetiarum acquiſita eſſe omnia bona in eo illata per Reuerendam Monialem Thadæam, & defunctam poſt annum probationis, nulla emiſſa profeſſione expreſſa, ſed dumtaxat tacita, Maſcard.etiam in tract. de probat. in concluſ. 1237. profeſſionem vol.3. multa huc ſpectantia profert, illudq; præſertim, vt Abbati repetenti monachum è monaſterio egreſſum incumbat onus probandi illum emiſiſſe profeſſionem, ac deinde ſubiungit complures modos, quibus præſumitur emiſſa, & conſequenter inſinuat, nulli egredi licere è monaſterio poſt profeſſionem ipſam præſumptam, tum demum ex conſtitutione Sixti V. exordiente ad Romanum ſpectat Pontificem, quæ in verſ. ſed cum eadem inquit, ſed cum eadem ratio vigeat in tacita profeſſione emittenda, quæ militat in expreſſa ſtatuimus, &c. ergo apertè inſinuat nõ dari differentiam, ſed a pari procedere tacitam, & expreſſam profeſſionem;

Supereſt modò contrarias diluere inefficaces rationes ab eodem Moderno illic relatas, quarum prima eſt, ſola profeſſione expreſſa dici aliquem mortuum mundo, idque comprobat per extrauagan. Ioannis 22. antiquæ concertationis, ſub rub. de voto, cuius contraria reſolutio omnino vera apparet ex adductis hucuſque, maximè, ex cap. porrectum, & cap. ſtatutum de regular. atque etiam ex eadem extrauag. ab ipſomet citata (ſed perperam) in gratiam ſuæ reſolutionis, cuius verba ſubnectere conſtitui, vt quiſquam agnoſcat, quam clara ſint, dum aiunt; Niſi aliquam de religionibus approbatis ipſum canonicè contingerit ingredi, ac eius regulam expreſsè, vel tacitè profiteri hæc ibi, ex quibus conſtat apertè, quam grauiter ille errauerit, qui præterea adducit Rebuff. in praxi rub. de diſpenſat. cum regular. facta, nu.24. ibi, hodie non admittitur quis in Francia ad beneficia regularia, prioratum, aut aliam adminiſtrationem, niſi is ſit expreſse profeſſus per cap. nullus de elect. in 6. quæ profectò verba haudquaquam illius ſententiæ opitulantur, quia non ſequitur conſequentia, non admittitur ad prioratum, aut aliam adminiſtrationem regularem, qui eſt tacite profeſſus, ergo, non dicitur, neque eſt regularis, ac verè religioſus, experimur, etenim in illegitimis, qui etiam ſi expreſſam emiſerint profeſſionem (& propterea nulla cadat dubitatio, quin religioſi, ac verè regulares appareant) nihilominus ad prioratus cœteroſque honores dignitateſque religionum aſcendere prohibiti fuerunt à Sixto V. in ſua conſtitutione 73.§.quo ad reliquos; decet enim ad gradus religionum non omnes admitti, ſed qui eos peculiaribus, quibuſdam virtutibus, & qualitatibus decorari reperiuntur, ac præſertim qui expreſse profeſsi, ſicuti Bonifacio VIII. viſum eſt conſtituere in d.cap. nullus, cuius præterea canonis verba, ſi accuratè perlegantur, vtique vehementer refragantur intentioni præfati moderni, eo quod ex eis conſtat euidenter, eum verè monachum, & regularem eſſe, qui tacite profeſſus eſt, alioquin incaſſum ea manaſſet conſtitutio; cum ſatis aperte iure probetur, ne valeat dignitates aſſumere regularis, qui non eſt profeſſus, quinimmo ante præfatam conſtitutionem Bonifacij licebat cuicumque tacite profeſſo obtinere dignitates ipſas, & memorata officia in eorum religionibus, id enim eiuſdem cap. nullus, indicant verba illa, nec vllus de cœtero eligatur, prohibet namque de cœtero eligi, quia antea eligebatur

tur

tur, tamquam vere regularis, nec quidem id fieri in posterum vetuit, quasi non esset regularis, sed quoniam ita congruentius sibi visum est statuere ob rationes mox traditas, & si quod Principi placet legis habet vigorem, iuxta §. sed & quod principi, instit. de iure natur. gent. & ciuil. illud præsertim placitum, quod ex æquo, & bono constitutum est animo legis condendæ, nec pugnat cum iure naturali, & honestatis formula, iuxta ea quæ grauiter de hac re disserit Salomonius in l. 1. & l. princeps ff. de constit. princ. & Mysing. indicato §. nu. 4. subiungens summis propterea laudibus extollendum esse Antiochum illum tertium, quem ferunt datis ad singulas Ciuitates literis iussisse, ne sibi parerent, si quid forte præter ius, & fas ediceret; Quare adducta Bonifacij sanctio non exili ratione fulcita, iusta ab omnibus existimata fuit, illique non immeritò hucusque paretur; est tamen verissimum, adeò strictè eam esse intelligendam, vt non nisi expressum inibi casum complectatur, scilicet nè eligatur, nisi expresè professus, eligere verò possit, etiam ille, qui tacite professionem emisit; per glosam inibi in vers. eligitur; ac textum in cap. ex eo, in fine iuncto cap. indemnitatibus, eodem illo tit. de elect. in 6. Alia autem, quam tertio loco adducit rationem prædictus Modern. desumit ex Concil. Trid. & ait, quod cum loquatur de professione, neque addito de expressa, vel tacita, sit intelligendum in potiori significatu, atque ideo in expressa per cap. fin. de sent. excom. Hæc quidem ratio erronea prorsus censenda est, & Concilium in cap. 16. sess. 25. de regul. (quem textum credo, quod voluerit adducere) intelligendum esse de tacita, non secus ac de expressa, probat Nauarr. in cap. statuimus nu. 73. vers. secundo 19. quæst. 3. ea nixus ratione, quod cum de professione indefinitè loquatur, nihil additum de tacita, vel expressa, illaque sit genus, vtique ad expressam, & tacitam extenditur, per cap. correctum, & cap. vidua de regul. & cap. nullus de elect.
8 in 6, iuncta clem. eos de regul. & concinit ratio illa de lege disponente indistinctè de genere, quæ propterea vendicat sibi locum in omni eius specie iuxta l. de precio, ff. de publ. in rem act. & c. solitæ de maior, & obed. etiam si tanta ratio minimè idipsum suadeat, & subsistat in vna, quanta in alia per Decium, cons. 669. viso, nu. 2. & l. 1. §. quod autem ff. de aleat. quamobrem est de vtraque intelligendus Rebuff. (ab illo citatus in sui gratiam) in praxi rub. de modis amitt. benefic. nu. 44. dum inter casus ipsos, quibus beneficia ammittuntur, recenset istud per emissionem professionis in aliqua religione per text. in cap. beneficium de regul. in 6. cōstat enim ex prædictis non solum expressa, sed tacita professione, quem spoliari beneficijs, ac propterea præcitato Rebuffo, ac textui in cap. beneficium non conuenire intelligentiam ipsius Modern. vt procedant in expressa tantum, maximè quod in hoc peculiari casu sufficere tacitam censuerunt, DD. permulti ex adductis supra, Couarr. insuper haudquaquam illi opitulatur in rubr. de sponsal. p.
9 2. cap. 7. §. 4. nu. 6. qui matrimonij vinculum dissolui professione ante copulam tuetur, & certi iuris est per tex. in cap. 2. & c. ex publico de conuers. coniug. & Concil. Trid. in cap. 6. sess. 24. sub rub. de Sacram. matrim. cum enim ad expressam non restringan-

tur, ad vtramque certè eorum dirigitur sermo, atque ideo non est credendum virum illum Doctissimũ Didac. de Couar. de expressa tantum intellexisse, quia si tacitè professum Religionem ingressum, ac vere religiosum dici, non est ambigendum ex hactenus relatis, & Angelo in summa, verb. nouitius, nu. 14. ac Sylvestro in verbo matrimonium 8. post nu. 21. vers. quintum, inde necessario sequitur, coniugem tacitè professum liberari a matrimonio dumtaxat rato, idque non ignorasse præsitum Couar. a quo minime alienum fuisse asseuerandum est, votum sollemne ita induci ex tacita professione sicuti ex expressa, iuxta cap. 1. de voto in 6. & DD omnes generalius loquentes, & hoc ipsum probantes, maxime Nauar. in manuali, cap. 12. nu. 32. vers. decimotertio infertur Syluest. indicato loco, Armill. verbo matrimonium, nu. 8. victor. §. 293. Sot. in 4. sent. dist. 38. quæst. 2. artic. 1. & 2. Viuald. in suo candelab. aur. sub rub. de matrim. nu. 131. Angel. verb. votum 1. nu. 8. idemque Sot. in lib. 5. de iust. & iur. quæst. 2. artic. 5. his verbis, professio tacita, scilicet, cum annus probationis annuente Neophito elabitur, est in virtute, solemne votum, hæc ille, cuius quidem verissima est resolutio, eique non contradicit præfatus Concil. canon, asserens, si quis dixerit matrimonium ratum, non consumatum, per solemnem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit, quasi non tantum requirat votum solemne ex tacita professione inductum, sed ipsam solemnem professionem, atque ideo illam, quæ publice, & solemni more fieri consueuit; Namque contrarium apparebit, cuicumque rectius senuenti, qui propterea fatebitur dictum Concilij canonem, verba facere de professione solemni, tàm expresse, quam tacite emissa, quod nobis aperte indicat etiam Thomas Sanchez in tract. de matrim. lib. 2. disput. 18. post nu. 3. qui postquam retulit illius canonis verba addit subscripta, & quamuis alij textus dicebant per ingressum religionis dirimi, intelligebant de ingressu cum effectu, nempe professione subsequuta, & ita explicuit dicta extrauagans antiquæ, & Tridentinum, hæc ille; quæ verba insinuant Concilij sensum esse declarare antiqua iura, quæ de matrimonio rato loquebantur, & dicebant religionis ingressu illud dissolui, de ingressu post professionem intelligenda, & consequenter de professione expressa, vel tacita, quia earum altera sufficit, vt quis dicatur, cum effectu religiosus, quibus accedit altera æque valida ratio, quod votum solemne religionis, & solemnis religionis professio à pari procedunt, vnumque, & idem sunt, quod verum esse, ne dum certa, & vera ratio suadet. Verum mirum in modum gauisus sum cum aduerti istud satis probari ex verbis Couar. indicato §. 4. post num. 8. qui subscripta tradit verba, ex quibus concludi potest matrimonium carnali, copula consumatum non dissolui per votum solemne, cum in illo matrimonio iam fuerit præmissa realis traditio, cap. cum societas 27. quæst. ante copulam tamen dirimitur fortiori actu, nēpe professione solemni castitatis, & sic traditione reali ad spiritualia subsequuta; Quæ verba conclusionem mox firmatam præseferunt, & comprobant, tum quia votum solemne, quod antea appellauit, deinde professionem solemnem diuit

dixit; tum quia fubiungit verba illa, & fic traditione reali, ad fpiritualia fubfequuta, fed hæc traditio ita fit per tacitã profefsionem, ficuti per expreffam, icirco de vtraque loquitur ipfe Couarr. probatque meam in hac re fententiam? Tandem auctoritatem affero illius viri eximij, ac Regentis meritiffimi Caroli Tappiæ, in fuis elegantibus æque ac vtilibus, ac doctiffimis commentarijs in auth. ingreffi C. de Sacrof. Ecclef. is inquam in verb. ingreffi cap. 11. nu. 2. inquit votum fimplex folemni profefsione diffolui citatque textum in cap. qui poft votum de regul. in 6. cuius quidem verba, funt, priori voto fimplici, per fecundum folemne derogari, atque ideo votum folemne à præfato canone, quod appellatur, folemnis profefsio nuncupatur à prædicto commentatore, & vtrumque fimul confundi, ac promifcuè fumi demonftrant, idque indubitati iuris effe cum fciam non amplius dilatabo fimbrias; fed pro tironibus fufficiat pauca ifta dixiffe, quibus addo videndum Butrium, in c. porrectũ, n. 9. de reg. quin multa huc fpectantia cõgerit, & maximè in verf. tertio modo, vbi hæc fcribit verba; Tertio modo folẽnizatur, & inducitur tacita profefsio; apparet igitur, quod tacita profefsio dicitur folemnis, & folẽnizata; quod etiã exprefsius indicat in principio d. nu. 9. dum ait, quia eft dare votum folemne, & hoc intelligo de profefsione. Ex his omnibus cõftat euidenter ipfum Modernũ errore, quoq; lapfum in cõclufionibus deinde traditis in fubfequentibus verficulis, vbi volens antea dicta cõprobare rationibus, & auctoritatibus fubiungit primo exemplum fub his verbis, & ait, ficuti ad dirimendum matrimonium ratum, & confumatum non fufficit votum fimplex, fed requiritur votum folemne, cap. 1. de voto in 6. ita non fufficit profefsio tacita, fed requiritur expreffa, in diffolutione matrimonij rati, & non confumati per auctoritatèm Couarr. in citato §. 4. nu. 7. & 8. quæ verba præferunt errores complures; tum quia conclufionem ftatuit de matrimonio rato, & confumato, & deinde infert ad matrimonium tantummodo ratum, tum quia adductum, cap. primum loquitur de voto antecedente matrimonium, quod etiam fi fuerit confumatum dirimatur, quare fi illatio, & fimilitudo verificatur in paribus terminis, ergo dum infert ad profeffionem intelligit de ea antecedente matrimonium, & dum fubiungit, vt profefsio non tacita fed expreffa dirimat matrimonium ratum, & non confumatum, fcilicet fubfequens certè non fine pergrandi errore fcripfit: non folum, quia tacita ficuti expreffa profefsio præcedens matrimonium illud dirimit ex difpofitione eiufdem cap. 1. fed quoniam ratum non modo, at confumatum præterea dirimit fubfequens, vt idem cap. 1. edocet; Quod fi eius intentio fuerit (licet non credam) affirmare matrimonium antecedens dirimi fubfequenti voto folemni, adhuc effet errore lapfus, & grauiori quidem, ex eo quod præfatus textus ab ipfo citatus minimè hoc probat, neque de iure fubfiftit, quandoquidem matrimonium confumatum, haud dirimitur fequenti profefsione, quamuis expreffa, fed fieret feparatio quo ad thorum, fi ambo ingrederentur religionem, vel altero etiam remanente in fæculo, & caftitatem promittente, cap. cum fis perditus iuncto cap. vxoratus de conuerf. coniug. ita, quod fi vir expreffe quoque fit profeffus, & cum licentia vxoris non ingreffæ monafterium, neque promittenti seruare caftitatem in fæculo, tunc maritus erit de monafterio ab Epifcopo reuocandus, cap. 1. eod. tit. quinimmo funt, qui cenfent, vt etiam in rato tantum, fi ambo profiteantur, né motrimonij vinculum diffoluatur refert Sanchez in tract. de matrim. lib. 2, difput. 20. corruunt igitur, tum primum eiufdem Moderni dictum, tum illius illatio: Neq; Couar. ab ipfomet citatus pro tuitione fuæ opinionis, quoquo modo ei fuffragatur, etenim ille poft num. 8. in ambobus iam relatis cafibus perpendit realem illam, corporalemq; traditionem, & matrimonium carnali copula confumatum per fubfequens votum folemne, haud dirimi fatetur cum in illo matrimonio iam fuerit præmiffa realis traditio, quæ cum defit in altero dumtaxat rato, inde fit, quod fi ingreffus religionis cum solemni profefsione fubfequatur matrimonium iam dictum ratum dirimatur præcedens matrimonium iftud propter huiufmodi fortiorem actum, fcilicet traditionem realem ad fpiritualia fubfequutam, ita quod arbitror ex his verbis, Couar. ne quidem verbum colligi poffe, quod illi opituletur, fed concludendum effe, atque ex Geminiano in cap. 1. poft nu. 10. de voto in 6. vt quoties agitur de matrimonio confumato, ac de profefsione èmiffa; vtér eorum, quod fubfequitur dicatur ab eorum altero præcedente diréptum, cum veró in matrimonio abeft copula, licet præcedat, dirimatur nihilominus fuperuenienti profefsione etiam tacita; Nec tandem illi opitulatur Nauarr. in cap. ftatuimus, nu. 74. verf. aduertendum quarto 19. quæft. 3. inquiens tacite profeffum, non effe vere profeffum, fed præfumi talem; Namque verba Nauarri, haud perpendit, ille fiquidem vir præclarifsimus, vt differentiam conftitueret inter forum interius, & exterius refpectu tacitæ profefsionis ait, præfumi profeffum in foro exteriori, quamuis minime effet in foro interiori, quia fuerit animo contrario profitendi, feque obligandi ad tria religionis vota, fuo cordis intimo renuerit, & propterea haud fit coram Deo profeffus, fiue regularis, & grauiter peccet, quoties ea facit, quę profefsis competunt, ex quibus verbis non erat ad genericam illam conclufionem deflectendum, ne tacite profeffus dicatur vere profeffus, fed præfumatur talis, nam potius concludendum ex his erat, eum effe vere profeffum, & quatenus in cafu relato contrariæ volũtatis, non ita fit, nihilominus præfumatur talis in foro exteriori, quæ præfumptio non operatur, vt illa fit minoris virtutis altera expreffa, fed quemadmodum illa probationibus alijs oftenditur, ita ifthæc præfumntione conuincitur, exemplum verò de fucceffo cafu in Ciuitate Surrenti, quo idem Modernus fulcitur, non eft tantæ virtutis, quin ipfe meam hanc refolutionem veriorem cenfeam, idque non tantum ex iuris regula, quæ non exemplis, fed rationibus effe iudicandum admonet in l. nemo iudex C. de fent. & interloc. omn. iudic. & Senecæ fapientifsimi viri fententia in
10 epift. 123. dum inter caufas malorum noftrorum effe dicit, quod viuimus ad exempla, nec ratione componimur, fed confuetudine abducimur, & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus

eft;

est; Verum ex alio quod licet negare, haud valeã, aliquando exemplis virorum illustrium multum esse tribuendum, attamen cum obstat aperte ratio quæ mente conuincit, vtique apparet rationi magis quàm exemplo tribuendum esse, magisq; considerandum, quid sit negotio consentaneum, quàm quid alij fecerint; præsertim quod illi certas, & æquas facti sui defensiones habere potuerunt, quarum nobis plerumque ignota est ratio, & quæ alijs non ita congruunt, vnde res plena periculo est, á certa officij sui lege discedere, propter ignotas, aut dubias aliorum rationes discedere, eo magis, quia non semper omnes circumstantiæ concurrunt, ac propterea non est tutum idem sentire, & ex sola imitatione aliquid statuere, atque hæc sanè in enarrato exemplo locum habere conuincimur, quia in illis Monasterijs, habitus Nouitiorum est patenter ab habitu professorum distinctus aliquo ex tribus modis relatis in clement. eos de regular. atque etiam per benedictionem habitus, aliosque modos inibi à glosa constitutos, quamobrem concurrente distinctione habitus non fuit in eo casu emissa professio tacita per delationem habitus Nouitiorum per annum, atque ideò potuerunt retrocedere, & matrimonialem sequi cohabitationem; idque non ex defectu tacitæ professionis, quasi illa non fuerit tantæ virtutis annullandi præcedés matrimonium ratum, sed quia abfuit tacita professio, eamq; factã censeri non est dicendum in eo casu; explosis igitur omnibus in contrarium per eundem Modernum adductis, concludendum arbitror eiusdem esse virtutis professionem tacitam, & expressam, præterquam in casibus quibusdam, in quibus reperitur cótrarium in iure expressè Sancitum, tùm ex Doctorib. multis ita dicẽtibus, tùm ex Nauar. in d. cap. statuimus nu. 73. vers. secundo 19. q. 3. dicente canones loquentes de professione, intelligẽdos non modo de expressa, verum etiam de tacita, tùm demum ex Gemin. in cap. vnico post nu. 8. de voto in sexto, vbi ait professionem tacitam, & expressam, æquiperari in eo textu, quantum ad solemnizandum votum, sed in alijs effectibus non semper, vt in iuribus contrarijs; probat igitur æquiperari regulariter, exceptis quibusdam casibus, atque hi sunt, quos illic memorati textus referunt, & in his contrarium expressè statuunt.

11 Postquam autem hæc scripseram, typis datum fuit volumen consiliorum Iacobi de Graffia, qui cũ vir religiosissimus, valdeq; doctus, certè sit, non leuem mihi attulit admirationem, quod in omnibus prædictis amplexatus sit eiusdem Moderni resolutionem, quamuis illius tacito nomine, eiusq; omnia ferè verba transcripserit per triginta, & plures versus in consil. 6. de regularibus. Quatruplicem verò differentiam inter expressam, & tacitam professionem, quam tradit eruditissimus Regens Carolus Tappia in suo perutili tractatu de religiosis rebus in verbo ingressi capit. 3. num. 8. & alij itidem grauissimi Doctores, non subsistere his temporibus admoneo, præter vltimam; ait enim primo loco expressam professionem obligari religioni in specie, in qua illam emisit; tacitam verò cuicũque per Butr. in cap. vidua nu. 4. & cap. super eo nu. 3. de regular. & nihilominus cessat nouissimis his temporibus, quia præfata differentia restringitur ad illam tacitam professionem, quæ infra probationis annum facta fuit, per susceptionẽ habitus, qui profitentibus solummodo datur, iuxta text. in cap. constitutionem §. in alijs, vbi glos. & Gemin. nu. 4. de regul. in sexto, quę vna cum alijs omnibus speciebus ipsius tacitæ professionis præter enatam á delatione habitus indistincti per annum, fuit à Concilio Tridentino sublata, vt probaui supra; quamobrem si ad illam restringitur, non igitur sibi locum vendicat in alia iam dicta specie inducta per delationẽ habitus indistincti per annum, & scripsit idem Gemin. indicato §. post nu. 9. decreuitq; Clem. V. in clement. eos de regul. iuncta glos. inibi vers. illam, & Zabarell. atque Bonifac. de Vitalin. num. 10. quæ hodie viget, & aliæ abolitæ, ideò rectè concluditur præfatam differentiam in præsentia cessare: Quam profectò ob rationem cessat alia, & secunda differentia, vt expressa illico obliget, tacita verò non nisi post triduum per Hostiens. in cap. statuimus nu. 7. de regular. nam hæc differentia cum intelligatur de tacita emissa infra annum probationis, eo quod in altera post annum non opus esse triduo, & perseuerantiam per illud tempus non requiri, edocet glosa in citato cap. constitutionem, vers. infra probationis, & Geminian. indicato §. in alijs num. 9. Inde fit, quod illa, neque hodie procedit, atque itidem, neque tertia, vt qui expressa ligatus est, ad aliam nequeat transire Religionem sine Superioris licentia; sed vtique alter tacita deuinctus, teste Butrio in cap. non est num. 7. de Regularibus, cuius rei veritatem inquiram alibi, verum interea non omittam, quod cum Butrius fulciatur textu in præfato cap. constitutionem de regularib. in sexto, certè sua resolutio ad casum in eo textu expressum restringenda venit, & consequenter non ad omnem tacitam professionem; verum ad emissam infra annum nouitiatus, quæ cum à Concilio abolita appareat, ergo iam dicta differentia superuacanea censenda nunc est, quamuis rectè vna cum alijs duabus relata, vt nihil antiquitatis penitus ignoretur.

Illa tamen, & quarto loco cõstituta fortasse subsistit, quod tacitè professus non omnibus obseruantijs obligatur, sicuti qui expressè, verum ad tria dumtaxat principalia vota, quę propterea obseruare compellitur, non autem cæteras obseruantias, quod præ alijs probant Ioan. de Friburgo in sua Summ. confess. lib. 1. tit. 8. q. 13. & Alberic. in suo dictionario verbo Religio 4. in 2. addit. vers. an ille, qui fecit professionem, & alij complures, ob quam causam existimo Sancitum fuisse á sacris canonibus, tacitè professum teneri expressam quoque emittere professionem in cap. ex parte iuncto cap. statuimus, cum glosa de regul. & cap. 1. §. qui verò constitutionem, & cap. non solum de regular. in sexto, quæ iura ad illud statuendum inducta esse, hac ratione dixit nouissimè citatus Iacob. Graff. in dicto consil. 6.

SVMMARIA.

Statuta forma si omittatur, an sit declaranda inualida professio, nu. 1.

Religiosus status requirit, vt voto ad pauperta- tem

tem, castitatem, & obedientiam obligetur, num. 2.

Religiosi vtrum ne peccent mortiferè, si in alijs, quàm in his tribus votis offendant, scilicet in concernentibus dispositiones regulares, nu. 3.

Capitulum V.

1 EXpressæ autem professionis emittendæ certa forma præscribitur à Doctoribus multis, qui præterea emissam professionē istam, non seruata illa forma, censuerunt omni robore, & validitate carere, inter quos prę eminent Gemin. in cap. constitutionem, §. in alijs nu. 11. de regul. in 6. Paris. cons. 65. nu. 6. lib. 4. & Lapus alleg. 129. factum super quo, num. 5. sed ipse verius existimo, omnique remoto dubio, opinor, validam eam esse, licet illa prætermissa fuerit, & quibuscumque expressa verbis, secutus Abbatē in cap. porrectum, nu. 13. de regular. & Iason. in l. nemo potest, in prima lectura, ff. de legat. 1. nu. 4. & l. & si inutiliter, nu. 4. de fideicom. necnon leg. post diuisionem de iuris, & facti ignoran. & Angel. in sum. verbo professio post num. 1. Syluest. religio 3. Armill. verbo nouitius, num. 14. Boer. decis. 1. nu. 14. & Gregor. Lopez in l. 3. Tauri verbo vn'anno tit. 7. par. 1. & Paul. de Castr. in auth. ingressi, nu. 3. C. de Sacros. Eccles. subnectuntque rationem illam, quod eiusmodi obligatio, cum in Deum tendat, defectus formæ non vitiat actum, non secus ac de excommunicatione dicimus per text. & inibi notata in cap. sacro, de sent. excom. lateq; scripsimus cap. 15. huius rub. nu. 85.

Quamobrem validam esse dicunt professionem ab eo emissam, qui religionis propositum se inuiolate seruaturum spopondit, iuxta cap. vidua 20. q. 1. vel dixerit, renuncio seculo, cap. 2. vbi Gemin. nu. 3. de regul. in 6. & Bal. in cap. 1. nu. 2. de milite Vassal. qui arma bellica depos. aut genericè monachatus ordinem professus sit, quia approbatum videtur profiteri religionem, iuxta glos. 1. in cap. porrectū, & illic expressius dicunt Ioan. And. post num. 2. & Host. nu. 6. de regular. Zabar. in clem. 1. nu. 7. & illic Bonif. nu. 36. de relig. domib. atque Lapus alleg. superius citata 129. nu. 16. itidem si regulam seruare polliceatur, vel secundum regulam viuere, teste Syluestro in summ. verbo religio 3. q. 1. Ac tandem si vno ex tribus substantialibus regulæ votis expressò, illam emiserit, si grauissimis est adhibenda fides Doctoribus, præsertim Ioanni Andreæ in d. cap. porrectum, post nu. 2. & Butrio post nu. 9. Anan. in cap. consulti sumus nu. 6. de regul. Præpos. in cap. consuluit, qui cleric. vel vouent. Gemin. in cap. quidem, nu. 2. dist. 27. & Abb. in cap. 1. nu. 6. de obligat. ad ratioc. non ordin. quam tamen resolutionem ad eum tantum restrinxerunt aliqui ex præcitatis auctoribus, qui obedientiam promisit; non autē si alterum ex reliquis duobus votis, & ea potissimum opitulatur ratio, quod obedientia est præcipuum votum inter ipsa tria vota religionis, iuxta conclusionem Diui Thomæ 2. 2. quæst. 186. art. 8. Restrinxerunt præterea, vendicare sibi locum, si non renuit expressè reliqua duo vota polliceri, pactusq; non sit ad illa minimè teneri, quando nullius esset validitatis professio, vt optimè concludit Angel. in Summ. verbo professio post nu. 1.

In omni igitur præfatorum casuum valida est ni fallor emissa professio, eamq; faciens omnino obligatur, est tamen verum, quod ita ipse deciderem post factum, antea vero à prædictis cauerem, & curarem, vt illa emitteretur iuxta formā in eo, quod ingreditur monasterio solitam, & cum expressa promissione trium votorum substantialium, scilicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ: namque religionis status requirit, vt voto ad hæc tria oblige-
2 tur religiosus, teste Diuo Thoma in 2. 2. quæst. 186. art. 6. quamuis sectarij, maximè Petrus Martyr in lib. de cœlibatu, & votis monasticis, acriter inuehant contra eiusmodi vota, & somniantes multa euomant; eorum siquidem falsis obiectionibus grandi eloquio, & accurata seriè respondet Greg. de Valent. super D. Thomam disput. 10. quæst. 4. puncto 1. volum. 3. §. At obijciunt: immo (in §. antecedenti, & incipiente, quo ad secundum) probat ex sacra scriptura, ex patribus, rationibus, & exemplis, rectè posse vota emitti à Christianis, atq; adeò a religiosis ipsis, à quibus paupertatem, castitatem, & obedientiam præsertim rectè voueri, prudenter ostendit in §. exordiente, quod attinet, & ea obseruantiæ tradere teneri, alioquin mortiferè peccent,
3 si in aliquo contrafaciant, quamuis non ita, si in alijs capitibus regulæ, & loquentibus de re aliqua, vltra communia vincula omnium christianorum; præter quam si ex contemptu transgrederentur, aut in alio contrafacerent, quod à regula, vel proprio superiore, verbis præceptiuis sanciretur, nisi aliqua tantum, & peculiaris esset propterea statuta pœna aduersus inobedientes, vt concludit Diu. Thom. in 2. 2. quæst. 186. art. 9. in medio, & inibi Caietan. & cœteri, quos sequitur Alex. de Neuo in cap. nam concupiscentiam, nu. 32. de constit. & latius dicam in cap. sequenti, à nu. 2. vbi erit locus magis propius? Aduersus autem præfata vota; eorumque alterum peccare ipsum religiosum multis modis contingere potest, quos subijcere in tribus subsequentibus capitibus enitar, summatim tamen non ex professo materiam explicans.

SVMMARIA.

Obedientia votum maximè elucet inter alia religionis vota, nu. 1.

Sub illius voto non omnium sanctionum regulæ obseruatio venit, sed quæ proprie est obiectum obedientiæ, quæ additur, nu. 2.

Obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, nu. 3.

Inobedientia peccatum non eum semper committere probatur, qui voluntati superioris non obtemperat, nu. 4.

Differentia refertur inter peccatum, inobedientia, contemptus, & intemperantia, nu. 5.

Exempla duo recensentur eorum, qui inobedientes, graues diuina voluntatate luerunt pœnas,

pœnas, nu. 6.
Exemplum speciem esse probationis, eoque sensum magis allici, quam ratione probatur, num. 7.
Inobediens, an dicatur, qui superiori reformanti regulam parere recusat, nu. 8.

Capitulum VI.

1 INter omnia religionis vota elucet maximè, præcipuumq; est illud obedientiæ, quemadmodum nobis insinuat Diuus Thom. in sum. 2.2.q. 186. art. 8. ipsaque obedientia sola virtus est, quæ menti cæteras inserit virtutes, insitasque custodit, teste Gregorio lib. 35. moral. itaque nemini mirum esse debet, si de votis ipsis verba facturus, ab illo obedientiæ exordiri constituerim.

Et quidem obedientia Prælatis, reliquisque omnibus superioribus à proprijs subditis exhibenda est, idque præportant sacræ scripturæ testimonia complura, quæ referre si vellem prolixius, quàm constitui oporteret scribere, & præter necessitatem quia Petrus Crispetius in sua summa Ecclesiast. disciplinæ, in verbo obedientia, permulta testimonia patrum huc spectantia congessit; vbi plura reperiet studiosus lector felicissime digesta; non tamen, hoc in loco præteribo eumdem præmonere lectorem, vt D. Bernardi accurata verba in lib. de præcepto, & dispensat, actenté perlegere curet, eaque præsertim memoriæ mandet, quod verus obediens, mandatum nonprocrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri: manus operi, & se totum intus colligit, vt mandatum peragat operantis; & mox, non attendit verus obediés quale sit, quod præcipitur, hoc solo contentus, quia præcipitur.

Si igitur parere vnusquisque debet suo superiori, multò magis religiosus, ad id præterea voto de-
2 uinctus, sub quo non omnium, & singularum regularum obseruationem venire credendum est, at illud dumtaxat, quod propriæ est obiectum obedientiæ, nempe illud, quod à constitutione, regula, aut superiore fuit pure præceptum in virtute scilicet sanctæ obedientiæ, aut alijs verbis præceptum insinuantibus D. Thom. 2.2. quæst. 186. artic. 9. in medio, & ad secundum argum. & Gregor. de Valent. disput. 10. punctu 3.§.10. cum seq. vol. 3. Azorius lib. 12. instruct. moral. cap. 12.§.2. Alex. de Neuo in cap. nam concupiscentiam, nu. 32. ibique Felyn. nu. 10. de constit. Neque omne á superiore præceptum tenebitur seruare religiosus, nisi quod licité, & secundum regulam, in his tantum, quæ tanquam præcepta constituit, vt Gregor. de Valent. subiungit in loco superius citato, & Tabiena in verbo religio, sub num. 23. & confirmatur ex his, quæ copiosé super hac re tractat Astasan. in summ. lib. 6. tit. 47. artic. 3. illud autem, quod sit ne licitum dubitatur, seu regulæ congruat, etiam compellitur obseruare ex sententia Syluestri in sum. verbo religio 6. nu. 6. & verbo obedientia nu. 2. Ioan. de Friburgo in summ. confessor. lib. 3. tit. 33. quæst. 5. & 8. nec non Alberic. in dictionario verbo obedientia, el primo, & Butrius in cap. ad aures, nu. 4. de tempor. ordin. quinimmo, & in his, qui sunt actus virtutis, parere debet quamuis mortis periculum insit vt contagioso, scilicet peste, aut alijs morbis laboranti seruire iussus, ex Caiet. in opuscul. tractat. 9. tomo 3. & Conrado in suo quæsito 210. par. 1.

3 Verum obedientia, quia non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ ex D. Gregor. lib. 12. moral. propterea regularem admoneo, non omnem exequétem, præceptum, aut aliud quodpiam iniunctum, adimpleuisse votum dici posse, sed eum tantum, qui non trepidè, non tardé, non tristè paruit, neque præcedente aliquo summisso murmure; hilarem namque datorem diligit Deus 2. Corinth. cap. 9. quo fortasse suffultus Diuus Bernard. illa protulit verba, & iustè quidem in sermone de obedientia & patientia, iustitiam oportere concurrere in intentione, hilaritatem in operatione, & humilitatem in reputatione, vt bonus sit obedientiæ cibus.

4 Ex quibus facilè dignoscet quiuis religiosus, quam grauius delinquat, si illius præterea resistit voluntati, mandatisque non obtemperat, est tamen indubitatum, nec tunc inobedientiæ peccatum semper committere, eo quod aliud contemptus, nonnunquam, seu intemperantiæ patrat. Inobedientiam siquidem ab altero prædictorum duorum longe differre non ambigitur, propterea quod istud contemptus committit, qui non tantum his, quæ sub præcepto iniuncta sunt, verum etiam sub consilijs, monitis, aut regula, contrafacit, existimans præceptum illud, siue consilium, monitum, aut regulam, esse rem inutilem, futilem, & vanam, monentemque insipientem, vanumq; iudicans. Aliud autem inobedientiæ patrat, qui imperata violat, eoque animo, & voluntate prætermittit, ne imperanti pareat; contingit tamen vt eiusmodi actus, inobedientia quandoque minimè sit, neque contemptus, sed intemperantia, scilicet, cum cibi, alteriusque rei auiditate allectus, omisit parere, atque illud efficax pro omnibus iam dictis subijciam exemplum; cum aliquis violat ieiunium ab Ecclesia indictum, certe si tanquam vanum, & inutile, erit peccatum contemptus, quod si ex eo, quia Ecclesiæ præceptis obedire non intendit, vtique peccatum inobedientiæ dicetur, sed si ingluuie, aut cibi auiditate adductus non ieiunat, aut carnibus, diebus prohibitis vescitur, intemperantiæ quidem peccatum dicetur, quamuis præterea de hæresi sit vehementer suspectus, ob esum carnium in illis diebus, & præsumptio sumatur ex eo facto, & concludens argumentum frequenter, & in pluribus ipsum esse hæreticum, ex sententia doctissimi Peniæ in comment. ad directorium inquisit. Eymerici p. 2. quæst. 55. comment. 80. vers. & ob hanc præsumptionem. Ad religiosum modo retrogrediens, is non ex contemptu peccaret, si regulæ, vel superioris mandatum violaret, sed illud inobedientiæ admitteret, iuxta notata per Azorium in dicto lib. 12 cap. 12.§.1. quod quidem peccatum, quam sit enorme, instruimur ab exemplis multis relatis à sacris scriptoribus; eoque potissimum, quod de conuer-
5 so quodam inobediente priori suo fertur, is enim

ob

ob inobedientiam à Demonibus primo conticinio noctis raptus, & extra ſepta Monaſterij tranſlatus, inibique deluſus, vexatus, ac demum in quandam paludem deiectus, ſequenti mane à Fratribus, ita pauidus, tremebundus, ac ſemianimis inuentus, ad Monaſterium reuocatus, didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam, cuius memorandi exempli fidiſſimus nobis eſt teſtis, auctor magni Speculi exemplorum diſtinctione tertia exemplo quadrageſimo octauo, qui præterea Auctor in eadem diſtinctione exẽplo quinquageſimo, aliud & terribilius prodit exemplum de altero conuerſo Ciſtercienſi in Vormachia, qui ſubitò vocem cum gemitu doloris valido emittere incipiens, deindeque pallente facie naribus contractis, oculis etiam de ſtatu ſuo euerſis, mortem incontinenti affuturam triſtia ſigna declarabant, quo quidem inopinato euẽtu turbatus alter, qui ſecum de dormitorio deſcenderat, & ſecundarius eiuſdem conſpirationis videbatur, cum iam nutantem cerneret, ne forte repentino lapſu terræ illideretur, ei occurrit, ipſumque medio complexus eſt: at mors tam ſubito illum inuaſit, vt antequam terram peteret, inter manus tenentis, ſe funeſti ſodalis miſeram animam exhalaret;
6 ſed ne aliquis inuidus me redarguat, quod ad exempla recitanda deflexerim, ſciat, multis, & validiſſimis adductum fuiſſe cauſis, eaque potiſſima, quod cum ad inſtar caſtitatis crediderim obedientiam eſſe magis voti, quam præcepti, cenſui haud dedecere, quinimmó ſummopere expedire, ſi poſt relatas Doctorum concluſiones, exempla recenſe-
7 rem prædicta, cum ea optimé nouerim, ſpeciem eſſe probationis, aut argumenti, eoque ſenſus, & affectus magis allici ſolere, quam ratione: iuxta illud vulgo tributum adagium, quod exempla magis mouent, quam verba, relatum à Diuo Thoma in 1.2. quæſt. 34. artic. 1. in corpore, & aliud ſapientiſſimi Senecæ Epiſtol. 6. Homines amplius oculis, quam auribus credere, ac longum eſſe iter per præcepta, ſed breue, & efficax per exempla, idque maximé vendicare ſibi locum exiſtimaui apud vulgares homines, & idiotas, qui rerum cauſas non ratione attingunt; ob idque facilius interdum exemplis, quæ ſenſui ſe obijciunt, quam ſcientiarum argumentis capiuntur: grande igitur, immenſumque deſiderium retrahendi ſubditos, ac præſertim Religioſos ab horrendo illo inobedientiæ crimine, in cauſa fuit, vt iam dicta referrem exempla, animos illorum ſummè mouentia, excellenterque allicientia. Ex quibus ne quæſo me aliquis redarguat, quod mihi metipſi, & traditis cap. 4. num. 10. contradicere videar: etenim aliò tendere illic relata, aliò veró, quæ nunc aſſeruimus, proculdubio affirmabit quiuis, vtrobique ſcripta verba attente penſitabit.

8 Vt autem huic capiti finem imponam, ſupereſt in hac obedientiali materia inquirere ſi Superioribus volentibus reformare Regulam, nouaque, & ſtrictiora edere ſtatuta, dicantur inobedientes, & conſequenter peccent ſubditi, qui reſiſtere auderent? Huius profecto dubij reſolutio, pendet ex altero ſcilicet valeant ne ſubditi regulares cogi, & compelli ad obſeruantiam ſtrictioris Regulæ, etenim ſi compelli nequeunt, validè reſpondetur illos propterea inobedientes haudquaquam cenſeri, neque etiam peccare, quod ſi cogi poſſunt, iuſte quidem dicerentur inobedientes; verum quia huius poſterioris dubij reſolutionem breuibus tamen verbis explicatam conſtituo in ſequenti capite nu. 25. ad inibi notata Lectorem remitto, necnon ad ea, quæ copioſè ſuper eius veritate ſcripſit eruditiſſimus Regens Carolus Tappia in ſuis commentarijs ad authent. ingreſſi, verbo, ipſo ingreſſu cap. 1. à num. 70. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Diuus Bernardus in tractatu de præcepto, & diſpenſatione, colliget namque ex eis veram eiuſmodi quæſiti reſolutionem.

SVMMARIA.

Paupertas eſt ſecundum Regularium votum continens abdicationem rerum, quò ad dominium, nu. 1. & nu. 24.

Dominium iſtud dupliciter exemplificatur, num. 2.

Proprietarius quando minime dicatur Regularis, quamuis aliqua poſſideret bona, num. 3.

Superior poſſit nè concedere licentiam ſubdito Regulari habendi vſum rerum, nu. 4.

Quid reſpectu bonorum ſtabilium? nu. 5.

Opitulatur tamen in rebus vtilibus, ac neceſſarijs non voluptuoſis, nu. 6.

Proprietatis vitium, quem producat effectum? num. 7.

Exempla referuntur in gratiam eius, qui paupertatem amat, nu. 8.

Profiteri liceat ne cuiquam ſub conditione retinendi proprium? nu. 9.

Profeſſio emiſſa ab eo, qui verbis promiſit, corde autem contradixit, vtrum ne valeat? numer. 10.

Quid ſi non abfuit animus profitendi, ſed promiſſa non obſeruandi? nu. 11.

In foro tamen exteriori, etiam in caſibus ſupra dictis iudicaretur valida profeſſio, nu. 12.

Legatum monacho relictum cum conditione, nè quæratur Monaſterio, an ſubſiſtat? nu. 13.

Religioſi aſſequi beneficia quandoque poſſunt, num. 14.

Beneficium eſſe regulare, quomodo probetur, num. 15.

Beneficium regulare conſequi ille tantum Religioſus poterit, qui eſt eiuſdem Religionis monachus, cuius monaci poſſidere conſueuerunt, nu. 16.

Nec plura, ſed vnum vnicuique conferri poteſt, num. 17.

Clericus ſæcularis valeat nè plura aſſequi beneficia, cum vnum minimè ſatis eſt ad honeſte viuendum? nu. 18.

Beneficium curatum ſecundũ adipiſcens, vtrum vacet primum, nu. 19.

Quid si ambo non sint curata, sed alia ex causa incompatibilia? nu.20.

Beneficia regularia sint ne perpetua, an verò manualia? nu. 21.

Administratio regulari concessa, vt perpetuò duret, an nihilominus possit à Superiore reuocari? nu.22.

Allegationes adijciuntur ad fauorem monialium circa votum istud paupertatis, numer.23.

Religiosi recusantes vitam communem à Superiore indictam, quando peccent? num. 25. & 26.

Annui redditus vtrum veniant appellatione mobilium, vel immobilium? nu.27.

Sacramentum Eucharistiæ quos operetur effectus additur, illique referuntur, nu.28.

Capitulum VII.

1 ALiud, & secundum Regularium votum, quod enixè custodire debent, est promissio paupertatis, quæ non aliud, quam abdicationem dominij rerum complectitur, si Doctoribus mox citãdis fides est adhibenda, & insuper deduco ex clem. exiui de Paradiso §.ex præmissis autem de verbor. signific. quæ de Mendicantibus verba facit, quorum status, (vt illic notat Anchar.nu.1.) strictior est omnibus alijs statibus, & nihilominus decidit illos ex professione suæ Regulæ habere abdicationem rerum, quò ad dominium, & propterea Capitulum Generale eorumdem Mendicantium, declarans ius vtendi, dixit illud duplex esse, alterum sit ius vtendi licitè, & obseruantes ita possunt vti; aliud verò ius vtendi, scilicet dominium habendi, vel auctoritatem exigendi immediatè, & hoc careant præfati, neque habere possint, vt refert Collector compendij Mendicantium, verbo paupertas, vers. antepenultimo.

2 Istud autem dominium dupliciter exemplificatur, in acquirendo scilicet, atque in vtendo liberè, & independenter à voluntate alterius, & certè vtroque se se abdicant Religiosi, cum voueant solemniter paupertatem, vt Gregorius de Valentia edocet super Diuum Thomam disput.10. quæst.4. punctu 3. vers. hæc cum ita sint, tom.3. & confirmatur ex verbis Nauar. consi.10. cum Vincentius, post nu.6. de regul. quod vsque adeò verum, vt neque in re quantumuis minima valeant habere dominium, ex sententia Cardin. in clem. ne in agro §.fin. nu.2. de stat. monach.

Ex his liquidò patet, illum Religiosum proprietatis reatu pollere, qui rerum dominium, aut proprietatem habet, siue vsumfructum, vsum, vel administrationem, & possessionem, (quatenus tamen iuris sunt) absque vlla alterius voluntate, ita quod suo arbitratu vtatur, ac de eis nutu suo statuat, quæ præter adductos, insinuat Azorius in lib.12. institut. moral. cap.9. §.4. & propterea ita diceretur, qui rem aliquam detineret sine expresso, vel interpretatiuo consensu Superioris, multoque magis, si contra illius ex pressam voluntatem sibi vsurparet, aut illam in secretiori loco reponeret, ne Superior sciat, & recipiat, aut non eo animo teneret, vt eam ad illius arbitrium relinquere paratus sit, prout cantant verba præfatorum Doctorum, maximè Gregor. de Valentia indicato punctu 3. §. 4. & 5. & Abb. in cap. cum ad Monasterium nu.8. de statu monach. & illic Ioan. Andr. per contrarium sensum nu.32. satis apertè comprobat, atque alij complures innuunt, & præsertim Præposit. in cap. non dicatis nu.14. & 15. & inibi Cardin. à Turrecrem. 12.q.1. Felyn. in cap. cum M. Ferrariensis nu.26. de constitut. Syluest. verbo religio 6. num.7 & Gregor. Lopez in lib.14. tit.7. par.1. vers. proprio.

3 Qui verò vsum rerum haberet præcedente licentia sui Superioris Regularis, cui patefecerit quãtitatem, & qualitatem ipsarum rerum, eaque ad illius nutum, eiusque, & Monasterij nomine retineret, atque in interiori firmauerit, se illas relicturum statim quod Superior præciperet, vel licentiam consensumq; quoquomodo reuocaret, non vtique tanquam proprietarius damnatur, vt concludunt Scribentes omnes, tùm Canonistæ, tùm Theologi, quibus præeminent Ioan. Andr. indicato cap. cum ad Monasterium nu. 22. Zabarell. consi.17. circa primum, post num.9. Ancharan. in clement. ne in agro num.41. de statu monachorum, Diuus Antoninus in Summa 3.par. tit.16. cap.1. §.11. versic. vbi primo noto, Syluest. verbo religio sexto, post num. 7. & Gregorius de Valentia citato punctu 3. Namque Regularis potest vsum rerum, & administrationem reuocabilem habere de licentia proprij Superioris Regularis; illeque prædictam valet impartiri licentiam, & dispensationem, Præposit. in cap. non dicatis, post num. 12. versic. ad rationes 12.quæst.1. & num. etiam 15. Collect. in cap. cum licet, num.3. de condit. apposit. Henrich. Boich in dicto cap. cum ad Monasterium num. 12. inibique Ancharan. num.23. Bald. in cap. edoceri num. 29. de rescript. Alberic. in suo Dictionario verbo Abbas an possit, & Armilla in Summa verbo Religio num.27. Pisanellus eodem verbo §.penultimo, Nauar. in commentar. ad citatum cap. non dicatis, notabil. 3. num. 14. Azorius lib. 12. cap. 12. §.1. in fine, & clare probant verba Diui Augustini registrata in eodem capite non dicatis; illa scilicet, ne aliquid habeant, possideant, vel dent, aut recipiant Religiosi sine Superioris licentia, ergo innuunt contrarium, & licere præportant, si Superioris accedat licentia: quod insuper comprobatur ex Cõcilio Lateranense, relato in cap. monachi in fine, de statu monachorum, ac demum ex Concilio Tridentino in cap. 2. sess. 25. de regularibus, sicuti ex eo canone, id deducunt Nauarr. in dicto notabil.3. num.15. versic. ad quartum, & vers. sequenti; & Molina in tractatu de contractibus disputat. 276. num.6. Dùm probant peculium reuocabile, & administrationem haud prohiberi à Concilio Tridentino in præfato capit. 2. & optimam alij subiungunt rationem, quia voto paupertatis id minimè contradicit, neque resistit, iuxta Rotæ decis.

4

decision. 772. num. 2. part. 1. in decis. diuers. & alteram Bubali 216. num. 12. part. 2. Quin etiam sufficit, quod præfata licentia tacita sit, ex resolut. Nauarr. in apolog. de reddit. Eccles. quæst. 1. monit. 8. & super dicto cap. non dicatis, notab. 3. nu. 20. nec non consil. 13. nu. 9. de regular. atque Azorij in citato cap. 9. §. 4. immo si prædictus contrahat, obligat monasterium in his, in quibus est permissa administratio Molina in tract. 2. de iust. & iure, disput. 110. vers. item ex contractu. Neque præfatæ conclusioni contradicit Calderinus in cons. 1. de regular. & cons. 4. de consuet. & Felyn. illius auctoritate suffultus in cap. cum M. Ferrariensis sub nu. 26. vers. eadem reassumit, de constit. inquiens Calderinum velle, vt possit religiosus de licentia superioris
5 retinere ad vsum vestes, libros, pecuniam, & similia, non autem immobilia, vel alia bona, ex legato, vel proprio artificio sibi obuenientia. Namque primitus sunt expendenda verba Calderini, vt cognoscere valeamus, si Felynus iam dictam conclusionem recté excerpserit; in ambobus igitur citatis consilijs inquirit Calder. si bona religioso intuitu suæ personæ relicta à consanguineo, vel extraneo, siue sint mobilia, siue immobilia, vel annui redditus, possit vigore consuetudinis ad vsum suum libere retinere absque licentia superioris; & respondit negatiuè, & consequenter tam respectu mobilium, quam immobilium, si liberè, & sine licentia superioris, ergo arguendo á contrario, indicat posse cum superioris præcedit licentia, non quidem ad liberum vsum, sed ad vsum reuocabilem ab ipsomet superiore, iuxta conclusionem á me supra constitutam, dum vero in calce præfati consilij primi, idem Calder. scribit aliqua verba, quæ primo aspectu videntur contradicere, aduertatur, quod re vera, neque contradicunt, dicit enim, & ex his patet quod de licentia superioris sui, frater dicti ordinis non potest fructum, vel censum, vel redditum alicuius agri, vel vineæ, domus, vel alterius possessionis annuum possidere, nec vsumfructum alicuius rei mobilis vtendo, & fruendo pro libito voluntatis, quibus verbis summatim recolligit omnia, quæ antea copiosius explicauerat, ideoque á præcedentibus, recipiunt interpretationem, illam scilicet, quam mox retulimus, & eadem finalia verba adhuc præportant, nempè illa, vtendo, & fruendo pro libito voluntatis, negat igitur superiori facultatem concedendi regularibus, vt illis vtantur, & fruantur pro libito voluntatis, quod nos etiam superius detestati sumus.

Quod autem Concilij Trident. verba in citato cap. 2. sess. 25. de regular. videantur potius contradicere, quam suffragari eidem conclusioni constitutæ, dum in[illegible]iunt, nec deinceps licet superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut cõmendam, & propterea existimet lector, iustè me posse redarguere, quod eiusdem Concilij auctoritate, inibi adductus firmauerim contrarium, scilicet licere superioribus iam dictam licentiam impartiri suis subditis regularibus, aduertat me hoc intelligere iuxta intelligentiam dicto capiti conciliari traditam à Nauarr. & Molina, qui in locis illic citatis, post triplicem peculij diuisionem, aiunt, Sacrum Concilium respuere duas priores species non autem postremam, & in ea haudquaquam subtrahere prædictis superioribus facultatem, quá antea iure communi retinebant concedendi subditis administrationem, nempè ab ipsis reuocabilem ad nutum; & eorum voluntatem, & consequenter hoc nostro æuo posse indulgere regularibus, vt peculium ita retineãt, eiusque vsum, & administrationem, quamuis dissentiunt Corduba, quæst. 54. versiculo, *tutto il sudetto*, & vers. sequenti, atque Azorius lib. 12 instit. moral. cap. 9. §. 5. namq; in illam Nauarri, & Molinæ sententiam libentius propendo, ob quotidianum vsum, experimur enim Domenicanos, Carmelitas, Franciscanos, & Augustinienses, viros quidem doctissimos, & religiosissimos percipere annuos introitus, & bona alia administrare; vt propterea credendum sit, vel præfatam sententiam veritate fulciri, vel aliquod aliud in hac re latere, nobis absconditum, quo ipsi tuti sint in conscientia, ne tot prudentissimos viros damnemus.

6 Est tamen verum prædictam facultatem illis tãtum opitulari in rebus vtilibus, ac necessarijs, non autem voluptuosis, aut alijs pro libito voluntatis, quia tunc mortiferè peccarent ex Nauarr. adducto cap. non dicatis, num. 27. versic. concludo; & Villagut in suo speculo visitatorum, §. 6. num. 39. versic. nono ipsi Reuerendi; quin etiam, & Prælatus concedens licentiam in spetie pro re aliqua minus vtili, minusque necessaria, eadem sanè peccati labè commacularetur, quia earum altera existente causa patiuntur canones præfatam elargiri auctoritatem, & Diuus Anton. ait in summ. 3. par. tit. 16. cap. 1. §. 1[illegible]. vers. nota 5. & Præpos. in dicto cap. non dicatis, nu. 11. & cœteri omnes, qui relatas causas expendentes, subdistinguunt, adhùc duplicem esse vnamquamque illarum, priuatam scilicet & communem, atque etiam Isydor. Moscon. in rub. de regular. part. 4. cap. 3. vers. vsus autem, & propterea si neutra illarum adsit causa. nihil prosit eiusmodi licentia rectè præter antedictos concludunt Calder. cons. 2. an professi de regular. Henric. Boich. indicato cap. cum ad monasterium, Syluest. verbo religio 6. num. 7. opitulanturque tradita á me ipso in materia dispensationis absque causa non concedendæ in rubr. 6. cap. 3. nu. 27.

7 Quamobrem aduertant quæso regulares omnes, attenteque rimentur emissi voti paupertatis vim, & efficaciam, vt propterea caueant a pessimo illo proprietatis vitio, ac detestabili crimine, quo quidem si (quod absit) aliquis commaculatus esset, & graui peccato obligatum, & in statu damnationis se esse certo sciat, & Religiosissimus Villagut attestatur, in suo specul. visitat. §. 6. post num. 35. & grauem præterea Dei indignationem in proprio corpore subiturum, iustè pertimescat, exemplo Ananiæ, & Zaphiræ, qui eo quod non omnia ab eis possessa obtulerunt ad pedes Apostolorum, omnia exhibuisse simulantes, morte repentina, Dei iudicio coram Apostolis eisdem, & populo interierunt, vt habetur actuum 5. nec non aliam aduersus eos comminatam pœnam à Diuo Gregorio in lib. 4. Dialog. & registratam in millies allegato, cap. cum ad monasterium, vt si proprietas apud quenquam inuenta fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in-

Mmm 2 ster-

sterquilinio subterretur, quinimmò in vita eos voce actiua, & passiua priuatos denunciat Concil. Trident. in cap. 3. sess. 25. de regular.

8 Sed ne solum pœnis detineantur ab hoc malo, at præmijs paupertatem custodientibus pollicitis, alliciantur ad paupertatem ipsam, admoneo cunctos Religiosos, vt perlegant librum illum omnibus pernecessarium, cui titulus est, Magnum Speculum exemplorum: nam perplura recenset exempla pauperibus ipsis consolationem nimiam afferentia, maximè in lib. 1. cap. 35. & 52. & lib. 2. cap. 123. & lib. 7. cap. 1. & 18. & 40. ac lib. 9. cap. 60. Illud tamen censui haud silentio inuoluere, quod animum vehementer deterruit meum, quia si ita in arido, quid in viridi faciendum sit, consideraui, & expaui: illic enim refertur libr. 7. cap. 4. ex Cronico Gallominorum libr. 2. cap. 17. Beatum Franciscum maximum paupertatis amatorem, quadam die Natiuitatis Domini mensas Fratrum curiosius præparatas cernentem, illos redarguisse: nam venerat ipsum visurus quidam Minister sui Ordinis, & secum celebraturus Festum Natiuitatis Domini in loco Fratrum de Reate; cuius Festi solemnitate, ac Ministri Aduentu, ijdem Fratres mensas pauló honorificentiores in ipso die Natiuitatis parari curarunt, maioresque mappas, nobilioraque mantilia, & albiora, vasaque vitrea apponentes, quas cum ita curiose stratas vidit Beatus Franciscus à refrigeratorio recessit, & baculo accepto, pileoque cuiusdam pauperis illuc pro eleemosyna ingressi aduocauit socium, & è Monasterio exiuit, clausit ianuam propè quam ab intra reliquit socium illum, vt ipsi deinde pulsanti aperiret, & cum Fratres omnes iuissent ad mensam, pulsauit ostium, quod illico socius aperuit, & veniens intro cum cappello super humeros, & baculo in manibus peruenit ad ostium refrigeratorij, vbi peregrinum esse, & mendicum simulans, inquit, amore Domini facite eleemosynam mihi pauperi, & infirmo, quem licet Minister continuo, & Fratres cognouerint, nihilominus respondit Minister, & dixit: Frater nos etiam sumus pauperes, & cum multi simus, pro nobis necessariæ sunt eleemosynæ, quas habemus; attamen amore illius Domini, quem nominasti, ingredere, & dabimus tibi de eleemosynis, quas idem Dominus nobis elargitus est, & cum intrasset, & staret ante mensam Fratrum, Minister subministrauit ei scutellam, in qua commedebat, & panem; illeque humiliter oblata accipiens, sedit prope ignem, & mæstus comedere, postque pusillum suspirare incipiens, & cum Fratribus deinde loqui, inquiens; cum viderem mensam honorifice, & curiose paratam, consideraui non esse mensam pauperum Religiosorum quotidie quæritantium, quibus conuenit, & necesse est paupertatis, & humilitatis Christi exemplum imitari, quia ad hoc vocati sumus, & professi coram Deo, & hominibus, quare modo agnosco me, vt Fratrem minorem sedere, & comedere, neque festiuitas Domini, & aliorum Sanctorum nos impellunt, ad lautiores mensas, quibus elongamur à Cœlo, sed potius ad inopiam ipsam, & paupertatem, qua ijdem Sancti Lucrati sunt Cœlum; ex quibus, & alijs verbis verecundati sunt Fratres, & considerantes ea veritate niti, attendentesque tam demisse, ipsum humi sedere, tamque modestè eos corripere, & docere, cognouerunt ita humiles, & honestas mensas oportere eos habere, quibus instruantur, atque ad deuotionem excitentur sæculares, ac superuenientem pauperem inuitandum, suscipiendumque, à Fratribus, vt sedeat in eadem mensa cum ipsis, non humi, & Fratres in mensa: Huius Beati Francisci insigne exemplum, ne te pigeat Lector perlegere: nam sicuti Fratribus illis summopere profuit, ita & animæ tuæ profuturum confido, vt eo impulsus, & allectus ardentius amplectaris paupertatem, Dominiq; pauperes ames, eisq; libentius, honorificentiusq; succurras.

Post hæc subiungam alia multa scitu digna, circa Religiosorum paupertatem istam, & votum

9 emittendum, vel emissum paupertatis, & primo valeat ne Religiosus profiteri cum conditione retinendi proprium, & bona siue introitus, & aliquarum rerum vsum, cui quæsito respondeo negatiuè per glosam primam in cap. final. de condit. apposit. quam inibi Cardinal. & Abb. post num. 7. indistinctè sequuntur, & ita concludit etiam Ioannes de Friburgo in sua Summ. confessor. lib. 1. tit. 8. de voto quæst. 18. in fine, (quamuis alij multi contradicunt, existimantes vitiari conditionem, non autem professionem,) namque debet illa purè emitti, nullaque adiecta conditione contradicente alicui ex substantialibus votis Religionis, teste Isidoro Moscon. in tract. de maiest. militant. Ecclesi. libr. 1. de regular. par. 4. cap. 2. vers. notandum est autem.

10 Sed qui profiteri confingens, ore proferret verba professionis, corde autem procul esset ab ea, ita quod profiteri renuerit, certé inualida quoque est eiusmodi professio, Diu. Antonin. in Summa 3. part. titul. 16. cap. 3. vers. professio, Syluest. verbo Religio 3. num. 6. & 7. Tabienna eodem verbo, sub num. 21. & Graff. in decisionibus aureis lib. 3. cap. 5. num. 28. Est tamen dubium non exiguum, si valeat professio emissa ab habente animum promittendi, seu profitendi, non autem se obligandi, vel explendi promissa, licet verior appareat in eo casu resolutio inualidam esse professionem, vt Anton. Tabiena, & Moscon. indicatis locis insinuant, atque Nauarr. in manuali cap. 12. sub num. 26. versic. secundo, & num. 27. atque etiam post num. 38. & Syluest. verbo metus, post num. 8. ea quidem ratione suffulti, quod obligatio in voto, haudquaquam à verbis descendit, vel proficiscitur, sed à corde, vel intentione se obligandi, sine qua votum, non est votum, qua propter idem Moscon. ait animum se obligandi esse de essentia Religionis, & voti, quod idem dixerat antea Tabiena in loco citato, subiungens non propterea deobligari ab obseruantia Regulari in foro exteriori, namque coget Ecclesia, eiusmodi profitentem seruare promissa, non obstante contraria intentione; nisi expresserit, cuius dicto concinit vulgata illa ratio, quod Ecclesia, hominum corda non intuetur, & de occultis non iudicat, cap. sicut tuis, & cap. tua nos, de simonia, Concilium Tridentinum capit. 1. de reformat. matrimon. sess. 24. Cavagl. quæstion. commun. contr. commun. 698. num. 1.

Quod

11 Quod ſi animus tantum deſit explendi, intendatque promiſſa non perſoluere, haud dubium ſubſiſtere profeſſionem, ex Diuo Antonino, Tabienna, Nauarro, & alijs, in locis mox citatis, & Caietan. ſuper Diuum Thomam 2.2. quæſt. 88. artic. 1. ex ea potiſſimum ratione, quod perſoluere licet nolit, nihilominus conſentit in promittendo, dum intendit obligari, & profiteri, nec quidem impletio voti eſt de eſſentia religionis, ſed obligatio ad vota, vt ipſi aiunt, & ſuffragantur, quæ in ſimili de matrimonio carnali ediſſeruit Thomas Sanchez in tractatu de matrimonio, lib. 1. diſput. 9. num. 5. exploſa ratione differentiæ à quibuſdam tradita inter matrimonium, & votum, nam optimè quippè reſpondet Abbas, nullamque iuſtè poſſe dari rationem diſtantiæ in hac ipſa ſpecie, de qua agitur, fatetur in capit. final. poſt num. 7. de condit. appoſit.

12 Immò, vt pauló ante ſummatim dixi, in omnibus prædictis caſibus, in qubus eſſet propterea irrita profeſſio, non ita iudicaretur in foro exteriori, niſi quæ profeſſionem inualidant, in illius emiſſione fuerint expreſſa, quamuis inualidæ omnino eſſent in foro interiori, ex omnium ſententia, præſertim Diui Antonini, & Tabiennæ indicatis locis, atque Graffij in adducto cap. 5. num. 28. tum ex ratione ſuperius delibata, quod Eccleſia extrinſecas actiones, operationesque, non intimum cordis intuetur, tum ex alia itidem validiſſima, quod promiſſio, ſeu iuramentum promiſſorium, licet explicetur in foro animæ ex intentione iurantis, teſte Innoc. in capitulo veniens in fine, & inibi Butrio ſub num. 17. & Abb. num. 4. de iureiurand. & eodem Abb. in cap. ex litteris, el primo, num. 6. de ſponſ. tamen quando iuratur alteri, & iurantis intentio abhorret ab intentione eius, cui iuratur, interpretatio ſumitur in foro exteriori, contra dolo iurantem Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 89. articul. 7. ad 4. Gratian. in cap. hoc videtur §. quæritur, & cap. qui peierare §. ex his omnibus 22. quæſt. 5. Angel. in ſumm. verbo iuramentum poſt numer. 13. Syluestr. verbo iuramentum 3. Armilla verbo iurare num. 16. & Seraſ. tractat. de priuileg. iurament. priuileg. 141. num. 4. Apertiusq; Vincentius Mancinus, (concilians diſſentientes illos textus in cap. humanæ 22. quæſt. 1. fauente parti iurantis, & cap. peierat eadem cauſa, & quæſt. opitulante deferenti iuramentum) in ſuo tractatu de iurament. part. 2. quæſt. 9. ex quibus perperam agere Prælatos annuentes ſubditis iurantibus, nullam cum profeſſi ſunt habuiſſe intentionem profitendi, vel ſe obligandi, inquit Nauarr. in Summa capit. 12. numer. 27.

13 Ex his videtur inſuper corroborata illa complurium doctorum concluſio, inualidam cenſeri donationem, ſiue legatum vſufructus relictum alicui religioſo ſub ea conditione, vt ipſe de eo diſponat, neque valeat aliquam in eo moleſtiam ſibi inferre ſuus ſuperior, neque monaſterio dicatur acquiſitum, quam Bar. tradit in auth. excipitur num. 2. C. de bonis, quæ liber. ſequitur Abb. in cap. 2. poſt nu. 8. de ſtat. monach. & conſ. 44. ad deciſionem ſub nu. 3. volum. 2. & ne propterea legatum vitietur adiungunt explicari poſſe, ne quid monaſterio quæratur, quo ad vtilitatem, non autem, quo ad ius, quod illi omnino acquiratur exiſtimât, & conſequenter legatum iſtud ſubſiſtat, nec vitietur, & ipſe religioſus illo vti non impediatur in caſibus licitis, nempe veſtimentis, pijſque vſibus, & ſequitur Graff. in ſuis deciſ. aureis, lib. 3. rub. de regular. cap. 5. poſt num. 41. ſcilicet non patiendo ſuperior ipſum habere proprium, ſed conniuendo, & ſinendo adminiſtrationem habere legati prædicti, quod ſi renuat ſuperior, nolitque pati eiuſmodi adminiſtrationem ab eodem regulari legatario retineri, inquiunt Doctores memorati, prædictum legatum ſpectare ad grauatum, vel ſubſtitutum in eo, quem teſtator adiecíſſet, & Archid. in cap. quia ingredientibus, num. 2. caſu 19. quæſt. 3. Verùm ipſe libentius in eam deflecto ſententiam, vt legatum iſtud Monaſterio in dictis caſibus quæratur, nec ſit implenda conditio, tamquam interdicta á legibus (vt monachus habeat propriũ) iuxta leg. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine, vbi Bald. poſt num. 44. ad hoc ipſum in ſpecie concludendum deflexit, & Bart. in leg. Lucius §. tres hæredes, nu. 3. ff. ad Senatusconſ. Trebell. itemq; Nauarr. conſil. 3. agnoſco, num. 49. de ſtat. monach. eſt verum, quod idem Bald. illud reſtringit ad eum caſum, vbi teſtator loquutus eſt pœnaliter; ſecus ſi temporaliter, puta dixerit, relinquo N. religioſo, quamdiu Abbas, ſiue alius eius ſuperior ipſum in hac re, ex legati vſufructu non moleſtauerit; At ipſe in hoc quoque caſu, cum idem videatur, conſentio, valere legatum, illudque monaſterio acquiri reiecta conditione, ſecutus Tappiam in auth. ingreſſi, verbo ipſo ingreſſu, cap. 3. nu. 74.

14 Sed beneficia conſequi religioſi nec ne valeant, inueſtigandum ſupereſt, & pro vera reſolutione prænotandum eſſe duxi, beneficia regularia regularibus, & ſecularia ſecularibus concedenda eſſe, ita ſanciente Tridentina Synodo in cap. 10. & 11. ſeſſ. 14. ſub rub. de reform. poſt canones in cap. cum nullus, de elect. & alios; probatque Mileus in ſuo repert. verbo beneficia conſueta dari clericis; qui in ſubſequenti, verſic. ſubnectit beneficia omnia cenſeri ſecularia, niſi regularia eſſe appareat, quod inſuper Franch. admonet poſt alios in cap. cum de beneficio, num. 5. de præb. in 6. & inibi Philipp. probus ad Ioannem Monach. num. 5. & cap. ſuper eo, num. etiam 5. eodem titul. & lib. ac Ioannes Staphileus in tract. de litteris gratiæ in 10. forma expectatiuarum, nu. 3. Rebuff. in praxi titul. quotuplex ſit beneficium, nu. 4. atque Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 172. num. 1. cum ſeqq. & tentum fuit in Rota coram R.P.D. Pamphilo, tunc meritiſſimo Auditore, & Decano, deindeque ampliſſimo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, in vna Pampilon. Prioratus 21. Iunij 1599. cuius teſtis nobis eſt fidiſſimus Hieronymus Gonzales in ſuis doctiſſimis (& à me ſummopere commendatis ſæpiuſque citatis in hoc opere) commentarijs ſuper 8. Reg. Cancell. gloſ. 7. nu. 1.

Nec ſolum plura, ſed vnicum tantum ſeculare beneficium adipiſci nequeunt religioſi, ex cap. monachi in princ. de ſtat. monach. & propterea collatio, aut præſentatio facta à patrono laico ad fauorem monaci, ſeu alterius cuiuſpiam Religioſi non precedente diſpenſatione, iuſtè decernitur nulla per

Rotam in decis. 262. in religioso, siue 5. de iure patron. in nouis, & decis. 483. facta collatio, seu 28. de præb. in nouis, neque ob collationem factam regulari de beneficio sæculari dispensatum cum ipso censetur, nisi mentio expresse fiat de commenda, vt ex Regula Cancellar. Pauli III. concludit Roderic. in suis quæst. regular. quæst. 34. artic. 3. tomo 1. est verum, quod Episcopus posset de consensu Abbatis dispensare cum religioso ad obtinendam vnicam Parochialem, & solitam secularibus clericis conferri, iuxta præfatam Rotæ decis. 5. quamuis tutius esset à Summo Pontifice, tunc impetrare dispensationem, quod rectè ex eadem decis. colligitur, quoties autem superior regularis renueret assentiri, cogeretur per superiorem, si idonei clerici deessent, & monachus vita, & moribus, atque doctrina fulgens, animabus prodesse posset, per Hostiens. in Summ. rubr. de stat. monach. §. vtrum, & Emanuel Roder. in quæst. regular. q. 34. artic. 5. tomo 1.

Regularia verò obtinere posse demonstrant textus paulo ante citati, ea tamen regularia esse apparere debet, stante contraria præsumptione superius tradita.
15 Id autem costabit altero ex duobus modis, vt præfatus mileus subiungit in versic. beneficia, & Gonzales in glosa 8. num. 30. nempe si ex fundatione appareat, vel iuxta textum in dicto cap. cum de beneficio, de præb. in 6. si per regulares fuit spatio tanti temporis conitnue, ac pacificè gubernatum, quod præscriptio legitima sit completa, etiam si antea, vel postea in eodem quādoque ministrauerint clerici; Istud autem tempus in eo capite requisitum non semel sacræ Rotæ Auditorium inuestigatum est, quod iuxta morem non semel ac pluries definiuit, præfatiq; capitis resolutionem enucleauit, maximè in decis. 32. fuit dubitatum, siue 2. de præb. in nouis, & decis. 487. nota quod impetranti, siue 22. de probat. in antiq. quæ præfatum tempus de quatragenario interpretantur, sequiturque Gonzales in citata glosa 8. nu. 31. dumtamen aliqua concurrant requisita illic ab eodem Gonzales relata, quorum primum est, vt illius beneficij possessor fuerit de eo prouisus tamquam de beneficio regulari, ad id ductus auctoritate Lapi in eodem cap. cum de beneficio, num. 1. Gemin. num. 9. Probi num. 7. & Felyn. in cap. in nostra, sub num. 41. de rescript. qui istud requisitum in eo saltem, qui omnium primus obtinuit necessarium esse contendit. Aliud quod ille ait concurrere oportere, est bona fides, per Rebuff. post alios in concord. Franciæ, rubr. de collat. §. volumus, verbo regularia, vers. secundo, requiritur bona fides, & Petr. Gregor. Tholos. in instit. rei benef. cap. 10. sub num. 12. tertium denique, vt à principali, ac vero titulari possessum fuerit, non autem commendatario per Rebuff. in eodem verbo, vers. tertio requiritur, confirmatque Alfons. Hoyeda de incompat. benef. par. 2. cap. 24. nu. 92. nec sufficit beneficium conferri á regularibus, vel illud ab eisdem præsentari, quoties à secularibus gubernatur, & possidetur, ex Rotali decis. 46. num. 1. de rescrip. in antiq. & decis. 12. nu. etiam primo, eodem tit. in antiquior, quamobrem Abbates, alijque superiores regulares nequeunt ad eiusmodi beneficia præsentare suos regulares, eisque conferre, clem. vnica, §. 1. iuncta glosa, vers. secularibus, de supplen. neglig. Prælat. Felyn. in cap. in nostra, num. 45. de rescript. & Rota decis. 262. in religioso, siue 5. num. 2. & 3. de iure patr. in nouis, ita quod illos conferendo, est ipso iure nulla collatio, eaque ad superiorem deuoluitur, teste Bellam. decis. 172. collatio facta canonico.

16 Ista tamen beneficia non omnibus regularibus indifferenter, sed illis dumtaxat conferri possunt, qui illius tantum ordinis sunt religiosi, per quos hactenus possideri solitum est, eosque expressam emisisse professionem, vel habitum omnino suscepturos, & professionem emissuros certum sit, iuxta dispositionem Sacri Concilij Trid. in cap. 10. sess. 14. de reform. quare etiam clericis sæcularibus cōferri possunt, sed ipsi habitum assumere illius religionis, & in ea profiteri tenentur, quanquam Senatusconsulto Parisiensi 21. Februarij anni 1534. Iudicatum sit eiusmodi expressam professionem antecedere oportere ipsam collationem, nec sufficere tacitam, vel expressam sine die; idque attestatur Papon. lib. 2. arrest. tit. 4. arrestu 6. & Petr. Gregor. Tholos. in lib. 17. syntagm. iuris vniuersi, cap. 6. nu. 27. nec tantum supremus Pontifex, at insuper ipsi ordinarij collatores valebunt nondum professis, sed professionem emissuris conferre beneficia, iuxta declarationem congregat. Concilij, quam refert Hieronym. Gonzales indicata glosa 8. nu. 78. his verbis, an præter Papam, ordinarij collatores possint regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, conferre etiam secularibns? qui illius ordinis habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur iuxta hoc capitulum? Sacra Congregatio die 12. Decembris 1585. censuit posse etiam ordinarios collatores portiones monacales, & canonicales prouideri consuetas conferre, ne dum eius ordinis professis, sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur Abbatias tamen, & beneficia administrationem habentia, non nisi professis, iuxta canones per ordinarios inferiores conferri posse; hactenus verba congregationis, cuius profecto declaratio, & Concilii canon a iure ipso communi prodiere, illique sunt certè conformes, præsertim cap. officij, & cap. cum in magistrum de elect. clem. 1. de elect. & clem. 1. §. ad prioratus de regular. atque Puteo decis. 261. fuit resolutum lib. 2. ex quibus iuribus colligitur, neminem assumendum ad Abbatias, & alia beneficia regularia habētia administrationem, nisi prius in ea religione emissa professione, quare dum id statuunt in habentibus administrationem, vtiq; licere insinuant, & relaxant in alijs administratione carentibus, eisque propterea adhærent præfati concilij textus, & congregationis declaratio.

17 Nulli autem prædictorum professorum, aut professionem emittendorum plura conferre beneficia isthæc regularia permissum est, eo quod vnum tantum cuilibet dari posse indulsit Pontifex in cap. cum singula officia, de præb. in 6. quem textum nō modo explicandum de monacho, sed de religioso quocumq;, notat inibi Butrius fretus eiusdem canonis verbis illis, ne aliqui Monaci, vel Religiosi alij, quod idem sequitur Alphonsus Hoyeda de incompat. benef. par. 1. cap. 22. num. 3. qui præterea exten-

extendit ad beneficia in quibus, vel eorum altero non exercetur cura per ipſoſmet beneficiarios, ſed per Presbyteros ab eiſdem nominatos, & præſentatos; cuius extenſio fulcitur verbis eiuſdem Canonis, vt inibi gloſa aduertit: ex quibus licet videatur primo aſpectu concludendum contrarium, cum ſimplicia ſunt beneficia, nihilominus in illis quoque id ipſum dicendum aſſeuerat illic gloſa, quam ſuper eodem capite amplexantur Ioan. Monach. num. 1. Archidiacon. & Butrius, maximè ob poſteriorem ſanctionem Clem. V. in clement. vnica de ſupplend. negligent. Prælat. ibi licet etiam eiſdem Prioratibus cura non immineat animarum: quinimmo beneficium, & penſionem, vel portionem Monachalem, eos neque poſſe obtinere, probat Rebuff. in praxi rubr. de diſpenſat. cum regul. facta nu. 8. quod ſi eorum aliquis adipiſceretur ſecundum, tunc primum, quod ipſo iure vacat, dimittere illico deberet coram Superiore, alioquin veniret vtroque priuandus, iuxta verba præfati ca-

18 pit. cum ſingula; quod in clericis ipſis ſæcularibus minime contingit, ſiquidem illorum aliquis ſi ſecundum conſequitur beneficium, inueſtigandum primitus eſt, ſi merè ſimplicia ambo ſint, vel curata, aut reſidentiam requirentia: etenim ſi merè ſimplicia ſunt, eorum plura obtinere, vnicuique licet ex veriori, & communiori reſolutione, quam defendit Alphonſus Hojeda de incompat. benefic. par. 2. cap. 1. dumtamen priora non ſufficiant ad honeſtum victum, quia tunc non modo ſecundum at tertium, & plura conſequi valet, vſquequo honeſtè, & ſufficienter alimentetur, etiam poſt Concilium Tridentinum in cap. 17. ſeſſ. 24. de reformat. ex cuius verbis id deſumit Hojeda indicato cap. 17. á nu. 24. contradicit autem Illuſtriſſimorum Cardinalium eiuſdem Concilij interpretum declaratio, volens ne amplius quam duo, licet inſufficientia valeat conſequi ſingularis perſona abſque Pontificia diſpenſatione, atque Romæ ſeruari expertus ſum; quamuis indubitatum ſit, quod ſi hoc non obſtante, auderet aliquis plura conſequi, non propterea vacaret primum ipſo iure, vt defendit Nauar. conſ. 13. an habens beneficium à nu. 3. de præbend. & Rota in vna Calaguritana beneficij de ſibiana 30. menſis Octobris 1577. quam refert, & ſequitur Hieronym. Gonzales, ſubiungens vniuerſali praxi, & communi obſeruantia comprobari ſuper octaua Regula Cancellariæ gloſ. 15. num. 26. ideoque ordinarij ſententia priuandus veniret, ex reſolutione omnium citatorum, atque Putei deciſ. 230. libr. 3. niſi Papæ diſpenſatio intercederet; nec ſatis eſſet ſimplex narratio obtentorum facta in poſtrema Apoſtolica prouiſione, quandoquidem diſpenſatio propterea non induceretur ad plura retinenda beneficia, ſed excuſatio tantum ſubreptionis, quæ ex non expreſſione prodiret, idque expreſſus textus explanat in cap. non poteſt §. fin. de præb. in ſexto, cuius canonis vigore iſtud axioma defendit Nauar. in tract. de orat. cap. 22. miſcellan. 16. nu. 64. & 65. Salſed. ad Diazam cap. 48. verſ. quamuis, & Roderic. Luſitan. in Summa cap. 31. num. 2. par. 1. Hojeda de imcompatib. benefic. par. 2. cap. vlt. nu. 72. Mileus verbo diſpenſatio, verſ. diſpenſare non intelligitur, & Gonzales multis comprobans auctoritatibus, & rationibus in gloſa iam citata 15. num. 27. quamuis Mandoſ. addit. 2. ad deciſ. Lap. 117. exiſtimet cum tutum eſſe, qui obtemptorum meminerit in ſupplicatione Papæ porrecta, diſpenſationemque requiri, in prouiſione facta ab Ordinario, qui diſpenſare in eo caſu valeat.

19 Quod ſi merè ſimplicia non ſunt, rurſus inueſtigandum eſt, ſi ambo curata ſint, vel ſimplicia cum reſidentia, eo quod ſi curata, & ius commune intueamur, temporum omiſſa diſtinctione relata per Cardin. conſ. 3. nu. 3. Abb. in cap. quia nonnulli nu. 4. de cleric. non reſident. & Caſſador. deciſ. 1. nu. 1. de conſtitut. reſpondendum apparet, ipſo iure vacare primum obtinendo ſecundum, iuxta cap. de multa de præbend. & clement. gratiæ de reſcript. atque extrauagant. execrabilis Ioannis XXII. iunctis notatis per Hojed. de imcompatib. benefic. par.

20 1. cap. 13. num. 13. At ſi curata minime ſint, verum ſimplicia, reſidentiam tamen requirentia, licet aliqui crediderint primum ipſo iure vacare, ex Innocent. in cap. ex tuæ, de cleric. non reſident. & apertè contendit Duena regul. 71. num. 6. par. 1. verior tamen, & communior eſt ſententia negatiua, quam tenet Ioan. Andr. in addition. ad Speculat. in tit. de cleric. non reſident. & Oldrad. conſ. 185. incipiente, & alij complures relati, & commendati ab eodem Alphonſo Hojeda in adducto cap. 17. ſub num. 40. reprobata nihilominus à Concilio Tridétino, quod ipſo iure vacare primum, non ſolum Curatum per adeptionem alterius ſimilis, at inſuper aliud, quodcumque incompatibile cum ſecundo, inſinuat in cap. 4. ſeſſ. 7. & opinio exiſtimantium præfato conciliari canone non dilatari diſpoſitionem iuris communis, ſed innouari dumtaxat, (quibus præeminet Rota dubitatiuè quidem in deciſ. 483. num. 4. & 5. affirmatiuè autem deciſ. ſeq. 484. num. 4. par. 1. diuerſor. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. q. 3. num. 132. Nauar. conſ. 17. an per adeptionem, in eius calce de præbend. & conſ. 13. an habens, ſub num. 4. eodem illo titulo,) certè refellitur ex declaratione Sacræ Congregationis, qua diffinitum eſt, etiam in beneficijs ſimplicibus perſonalem reſidentiam exigentibus locum habere diſpoſitionem præfati cap. 4. cuius declarationis teſtis eſt idem Nauarr. indicato conſil. 17. & apertius Hieronym. Gonzales ſubnectens duas ſuperinde factas declarationes, & earum verba deſcribens in præfata gloſ. 15. ſub nu. 16.

21 Verum beneficia iſthæc regularia ſint ne perpetua, vel manualia, non inutiliter ſubnectam, & ea manualia eſſe, atque ad nutum Abbatis reuocabilia indicat text. in cap. cùm ad Monaſterium, de ſtatu monachor. & citata clement. vnica §. præmiſſa, de ſupplend. negligent. Prælat. necnon gloſ. penult. in cap. porrecta, de confirmat. vtili, vel inutili, Ioan. de Selua in tract. de benefic. par. 3. q. 68. Mileus in repertorio verbo beneficia regularia; Gonzales ſuper 8. Regul. Cancellar. gloſ. 5. §. 6. num. 6. & gloſ. 8. num. 7. Caſſador. deciſ. 4. nu. 3. de præbend. & Mandoſ. in 3. Regul. Cancellar. q. 11. nu. 13. quare etiam nulla præcedente cauſa, licere Superiori illud ſuo ſubdito auferre, affirmant communiter Doctores Itali, renuentibus tamen Vltramontanis, teſte Ioan. Andrea, Butrio, & alijs, in cap. cum ſingula de præbend. in ſexto, vel ſaltem credunt amotionem ab illo factam ſi dolus, & malitia fuit in cauſa.

causa, reuocandam esse per viam recursus habiti ab eodem spoliato ad supremum Abbatem, quem adire phas sit, vt inferioris Abbatis voluntatem cohibeat, impellatque ad id, quod ratio suadet, vt idem Ioan. de Selua, & reliqui Doctores in locis mox citatis, maxime Butrius in eo textu, sub num. 4. & originaria fuit Innocent. sententia in cap. insinuante, sub num. 2. qui cleric. vel vouent. improbata tamen à Rota Romana, quę hoc etiam casu, non competere restitutionem, neque aliud quodpiam remedium aduersus suum Superiorem spoliantem ipsum suo Prioratu, aut alijs memoratis, nisi pendente inquisitione spoliatus fuisset, quam idem Monachus prosequebatur contra præfatum Abbatem, iuxta decisionem primam exordientem. Primò, quod Monacho, & decis. 359. nota, quod monachus, seu 23. de restitut. spoliat. in antiquis, per doctrinam eiusdem Innocent. in cap. olim in principio de accusat. quibus adstipulatur Nauarr. in cap. non dicatis nu. 65. vers. addo octauo 12. q. 1. qui restitutionem hoc casu competere arbitratur, si pendente inquisitione prædicta spoliatus esset, & quidem rectè ex prædictis; dùm verò id ipsum ex Innocent. in citato cap. insinuante, subiungit procedere, quoties malo animo constat, vel præsumitur inductas, reijciendus videtur ex præfata decisione Rotali, tantum in priori casu iam dictam admittentem conclusionem.

22 Quod si Abbas indulserit monacho administrationem alicuius loci quò ad vixerit, eique concessam facultatem addiderit nō reuocare, sibi ipsi propterea legem præscripsisse non est dicendum, sed prædictis non obstantibus valeat impartitam gratiam irritare, illeque parere teneatur, ex resolutione Abbatis in citato cap. cum ad Monasterium §. tales num. 12. & cap. præterea in fine de transact. quem sequuntur Ioan. de Selua q. 69. eiusdem 3. par. Alphons. Hojed. in tract. de incompatib. benefic. par. 1. cap. 22. in fine, & Mandos. cons. 56. tribus dubijs, sub num. 10. ac post rationes pro vtraque parte adductas, ita concludit Nauarr. cons. 14. generalis nu. 15. de statu monachor. & post alios Gambar. de offic. legati in reseruat. benefic. num. 12. Rebuff. in tract. de pacific. possess. nu. 274. vers. imò si Abb. & Hieronym. Gonzales indicata glos. 5. §. 6. nu. 4. Ratioque suppetit, quod nisi posset eiusmodi inualidare concessionem, maximum inde prodiret absurdum, nam superior Regularis suum Regularem subditum proprietarium facere valeret, (vt esset hoc casu, in quo ipso inuito retineret administrationem, seu beneficium prædictum,) quod omni iuri contradicit, & notant omnes, maximè Henrich. Boich indicato cap. cum ad Monasterium num. 12. & nisi ille teneretur parere, in dubium reuocaretur obedientia, quam vniuersi Regulares proprijs Superioribus vouerunt. Ex quibus, & alijs multis cōsulto omissis, constat apertè veritas prædictæ sententiæ, quæ vsque adeò protenditur, vt citationem præcedere neque oporteat, cum aliquo beneficio regulari spoliatur monachus, vt concludit Mandos. in adducto cons. 56. defenditque à num. 7. multis suffultus rationibus, quibus illa preeminet, quod nullus citandus est, qui actui contradicere nequit, quam resolutionem præter Doctores ab eodem Mandosio citatos, commendat Dec. alios cumulans in l. qui potest inuitis num. 2. ff. de regul. iur. & Ludouic. Roman. cons. 212. quò ad primum, sub num. 2. vbi Horat. Mandos. mille coaceruat Doctores id ipsum affirmantes, & Grammat. decis. 36. Salon ex septem sapientibus num. 73. cui altera similis concinit Doctorum conclusio, neminem citandum esse, cui nullam competere defensionem certum sit, quam Doctores alij tradunt, ac præ cæteris glos. in cap. cum olim vers. absenti, & illic Abb. num. 20. & Felyn. de sent. & re iudicat. atque Paris. cons. 101. bona de quibus in præsenti agitur num. 123. volum. 1. sed monacho nulla conceditur licentia contradicendi voluntati sui Superioris, à cuius velle, & nolle pendet; idcirco nulla præmissa citatione potest ab eodem reuocari à Prioratu, & alijs officijs, dignitatibus, & beneficijs regularibus. Est verum, quod si Regularis deputatus ad curam animarum aduocaretur ab illius Regulari Superiore, & recusaret Episcopus, tunc Episcopo potius, quam Superiori Regulari parere deberet, & illi quoque subesset, ac puniendus veniret, si in exercitio curæ delinqueret, nisi tamen Parrochialis ipsa Regularis esset, vel Regulari exemptę annexa, quia tunc licet in ministerio, & exercitio curæ delinqueret, non ab Episcopo, verum à proprio Religionis Præfecto castigaretur, condignaque pœna plecteretur, etiam post Concilium Tridentinum, prout Roderic. Lusitan. ait in suis quæstion. regularib. tom. 1. quæst. 36. artic. 4. Beneficio autem perpetuò, scilicet concesso, & impetrato à supremo Pontifice spoliari nequiret Religiosus sola voluntate Abbatis, teste Nauarr. indicato loco, & procedit decis. Rotæ 6. monacho habenti, de restit. spol. in nouis.

His quam breuius potui explicatis circa paupertatem Religiosorum, subnectere duxi allegationes quasdam à me præteritis mensibus in hac re factas in gratiam Religiosissimarum Monialium Religiosissimi quidem Monasterij S. Ligorij huius Ciuitatis Neapolis, quæ vitæ meritis, sanctitate, ac nobilitate adeò fulgent, vt propterea rectè ab omnibus earum Monasterium existimetur nulli alteri secundum, si modestiæ causa, (& ne alia conquerantur) Princeps, cunctisque alijs antecedere, nolimus asseuerare.

23 Clamitant vniuersa iura, neque dubitationi locus est, quin Religiosus retinere proprium nequeat, at potius in communi viuere obnoxius omninò sit; verum inquirendum primitus est, quando dicatur aliquis Religiosus possidere proprium, vt deinde cognoscatur, vtrum ne Moniales in Monasterijs Neapolitanis existentes, ac præsertim Religiosissimæ mulieres venerabilis Monasterij S. Ligorij dicantur proprietariæ, an potius, (vt credo in communi viuere, votumq; paupertatis adimpleant, tametsi aliqua administrent?

Id autem facilè patebit cuiquam, si prius animaduerterimus, quid sit illud, quod promittunt cum paupertatem deuouent; & non dubium, quin istud votum aliud non contineat, quam abdicationem dominij rerum, quod præter Doctores mox citandos, deduco ex clement. exiui §. ex præmissis autem, de verbor. significat. quæ tametsi loquatur de Mendicantibus, quorum status, (vt ibi Anchar. num. 1. affirmat,) strictior est omnibus

alijs

alijs ſtatibus, nihilominus ait ex profeſſione ſuæ regulę eos habere ex voto abdicationem arctiſſimam rerum, quò ad dominium; quodque exemplificatur dupliciter, in acquirendo ſcilicet, atque in vtendo liberè, & independenter à voluntate alterius; & certè vtroque ſe ſe abdicant Religioſi cum vouent ſolemniter paupertatem, vt inquit Gregor. de Valent. ſuper Diuum Thomam diſput. 10. q. 4. punctu 3. verſ. hæc cum ita ſunt, tom. 3. & confirmatur ex verbis Nauar. conſ. 10. cum Vincentius poſt nu. 6. de regular.

24 Ex quibus facilè diſtinguetur, quibus in caſibus á Religioſis ipſis violetur votum paupertatis, necnon dijudicabitur illum cēſeri retinere proprium, qui aliquid poſſidet, ſibique vſurpat inſcio Abbate, ſeu Abbatiſſa, & contra illius voluntatem; Qui veró illud retineret cum illius facultate, eidemque patefecerit quantitatem ipſius rei, & qualitatem, eamque non conſumit ſine illius conſenſu, ac voluntate, retinetque animo reſtituendi, & relaxandi ad nutum ipſiuſmet Superioris: non vtique iudicatur proprietarius, vt explicat, & optime quidem Ioannes Andreas in cap. cum ad Monaſterium nu. 22. de ſtatu monachor. & inibi complures alij Doctores, necnon Diuus Antoninus in Summa 3. par. tit. 16. cap. 1. §. 11. verſ. vbi primo noto, & Syluest. verbo religio 6. poſt num. 7. Cardin. Zabarell. conſ. 17. circa primum, poſt num. 9. Gomeſ. in tract. breuium num. 18. Gregor. de Valent. in loco mox citato, & Abb. conſ. 88. videtur num. 3. volum. 1. atque Riccard. Haill. in tract. de propriet. cap. 15. & communem ſententiam eſſe atteſtatur præfatus Abb. indicato cap. cum ad Monaſterium num. 8. Namque poteſt Regularis citra vitium proprietatis vſum rerum, & adminiſtrationem habere de licentia ſui Superioris, vt inquit Præpoſit. in cap. nō dicatis, poſt num. 12. verſ. ad rationes 12. q. 1. & num. 15. inibique Nauarr. num. 14. Collect. in cap. cum ſicut num. 3. de condit. appoſit. Armilla verbo Religio num. 27. Piſanell. eodem verbo §. penultimo, Ancharan. in dicto cap. cum ad Monaſterium nu. 23. Magiſter Raphael de Parnaſio Ordin. Prædicator. in ſuo tractatu de proprio non habend. cap. 1. cum duob. ſequentib. & Riccard. Haill. in tract. de proprietat. cap. 15. atque Azor. in lib. 12. cap. 12. §. 1. in fine, & apertè comprobant verba Diui Auguſtini in dicto cap. non dicatis, ſcilicet, ne aliquid habeant, poſſideant, dent, aut accipiant Religioſi ſine Superioris licentia, ergo per argumentum à contrario, ſignificant poſſe quoties Superioris accedit licentia; quod præterea comprobatur ex Cōcilio Lateranenſi, relato in cap. monachi in fine de ſtatu monachorum, & demum ex Concilio Tridentino cap. 2. ſeſſ. 25. de regularib. iuxta tamen explicationem illi textui traditam á Nauar. indicato cap. non dicatis. num. 15. verſ. ad quartum, cum verſ. ſequ. & conſ. 14. generalis num. 6. de ſtat. monachor. atque Molina in tract. de contract. diſput. 276. num. 6. id enim voto paupertatis minimè contradicit, vt inquit Rotæ deciſ. 772. num. 2. par. 1. in deciſ. diuerſ. & altera Bubali 216. num. 12. par. 2. & opitulatur inſignis gloſa in cap. inſinuante verſ. in domo, qui cleric. vel monaci, quam inibi Scribentes omnes commendant, præſertim Innocent. ſub num. 1. Hoſtienſ. ante num. 1. Ioannes Andreas, & Ancharan. num. 1. Butrius num. 9. Abb. num. 5. & Præpoſit. num. etiam 5. necnon Bart. in authent. ingreſſi num. 10. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Nauarr. qui propterea Bart. concluſionem in dicta authent. communiter amplexari inquit, in citato num. 14. ac de prædictis omnibus, nemo eſt, qui dubitet; verum omnes id ipſum, quamuis diuerſis verbis defendunt, & in effectu idem inſinuant. Quinimmo ſatis eſt eiuſmodi licentiam conniuentibus oculis cōcedi, tacitamque eſſe, prout Abb. comprobat in dicto cap. monachi num. 8. Ancharan. in regul. nemo poteſt q. 7. de regul. iuris in ſexto, & citato conſil. 44. num. 3. Bart. in l. Lutius §. tres hæredes ff. ad trebellian. & authent. excipitur num. 2. ibique Angel. C. de bonis, quæ liberis, Bald. in l. 1. num. 44. C. de his, quæ pœnæ nomin. & expreſſius Nauarr. in apolog. de redditib. Eccleſ. q. 1. monit. 8. & ſuper dicto cap. non dicatis notab. 3. num. 20. atque conſ. 13. Titio num. 9. de regular. nec quidem Doctorès vim aliquam faciunt in eo, ſi per Officiales publicos Monaſterij, aut per Religioſos ipſos expendantur pecuniæ illis aſſignatæ, & diſtrahantur bona conceſſa in adminiſtrationem; quin potius per ſe ipſos poſſe id facere, vt certum ſupponunt, alioquin fruſtra quærerent, ſi Regulari aliquid nomine peculij dare liceat, & bonorum adminiſtrationem iuxta cap. 2. de ſtatu monachor. in tantum, quod in ordine S. Benedicti vſu repertum eſt, per ſe, vel alios, quamuis non Officiales adminiſtrentur, & expendantur.

His igitur veriſſimis conſtitutis concluſionibus, dicendum omninò eſt, præfatas Deo dicatas virgines proprietatis vitio minime pollere, at votum paupertatis prorſus cuſtodire, cum nil recipiant, quod Abbatiſſæ non prodant, exhibeantque; quinimmo pecuniam non conſignent depoſitariæ, à qua licet, quandoque portionem aliquam repetant, iuxta indigentiam Abbatiſſæ explicatam, & expendant, actum tamen licitum tunc exercent, & permiſſum ex antea dictis.

Sed Illuſtriſſimus Cardinalis Geſualdus, ne poſt hac valeant Moniales iſtæ prædicta reſponſione ſe tueri, conſtituit reuocare in poſterum præfatam licentiam, aſſenſum, facultatemque hactenus illis conceſſum circa vſum rerum, ita exiſtimans illas compellere ad vitam omninò communem.

Cuius quidem prætenſioni reſpondere poſſem multis, & vrgentiſſimis replicationibus, quarum aliquas non ab re cogor præterire, & paucas tantum vti modeſtiores in medium afferre; ac primum apparet eius eſſe onus probare, ſi id facere valeat, dūm moniales innixæ canonum diſpoſitionibus, atque propriarum regularum Conſtitutionibus, inquiunt de licentia Abbatiſſæ vſum rerum habere eas poſſe, iuxta formam paulò ante præſcriptam; quibus contradicere non valeat Epiſcopus, nec quid minimum attentare aduerſus ius ipſum canonicum, ex Gomeſ. in cap. 2. §. ſtatuto nu. 1. de conſtit. in ſexto.

25 Et quatenus poſſet, certè inquirendum antea eſſet, vtrum ne id expediret, dūm moniales iſtæ acriter inſiſtentes renuunt obedire, non quidem proteruitate adductæ, non temeritate, aut petulantia, non demum peruerſo animo contradicendi; ſed multis validiſſimis ſanè, & rationabilibus cauſis eidem

dem Illustrissimo oretenus enarratis.

Quibus conferunt plurimum (licet prima fronte videantur contradicere) verba Archidiacon.relata per Syluest.in verbo Religio 6.nu.7.vers.quarto, vbi asserit, quod si Prælatus non facit quantum potest sine magno scandalo, vt viuatur in communi, non est in statu tuto; subditi verò dictæ Cõmunitati resistentes, non quia non possent sufficienter viuere, sed quia volunt abundare, & de suis, suo modo facere, videntur in malo statu; cuius verba præter quod intelliguntur de illa Communitate, quam antea idem Syluest. permiserat, scilicet habendo vsum rerum de licentia Superioris, atque ideò teneatur Superior, qui Neapoli est Illustrissimus Cardinalis pro posse adducere moniales omnes ad hûc communem viuendi modum, vt tutus sit in conscientia, sicuti & moniales id exequentes: attamen dato, quod intelligerentur de vita omninó communi, adhuc colligo duo ex eis attentè notanda: Alterum ex parte ipsius Superioris; alterum ex parte monialium; ex parte enim Superioris, qui nunc est præfatus Amplissimus Cardinalis, vt teneatur Cõmunitatem procurare, subsistit, ac locum sibi vendicat in eo casu, quo sine scandalo fieri posset, ita quod si scandalum timeatur, immineatque, cauere potius debeat, neque id amplius quærere; & nunc an extet scandalum, relinquo cogitandum, dum non tantum per Ciuitatem istam, sed vniuersum Orbem circumfertur, quod moniales huius Ciuitatis, inobediunt proprio Pastori, nec perpenditur si voluntate, an necessitate faciant; quid præterea maius scandalum, quam illud enatum, ex murmuratione vniuersali earumdemmet monialium? & quæ per ora virum, & earumdem monialium quotidie ferantur, vtinam ad exteras gentes, ac laicorum aures non peruenirent, & tamen indubitatum est, propter vitandam murmurationem, quæ maximè in Religiosis personis vitanda est, quas decet viuere quietas; ne dum permitti potest, sed statuto generali concedi, vt Religiosis annuatim aliquid detur pro victu, & vestitu, vt inquit Ioannes Andreas in Regula non est obligatorium nu. 10. in nouellis in sexto, commendatq; Nauarr. in comment, 3. de regular. nu. 29.

26 Præterea inquirendum est vtrum peccatum illæ committant, dùm respuunt obedire, & non eas peccare demonstrant verba Archidiaconi, & Syluestri indicatis locis; idque est aliud, quod inibi aduertendum esse monui, nempè ex parte ipsarum monialium, quod earum renitentia tunc mala, cum parere renuunt, vt bonis abundent, aut de illis ad libitum disponant, secus autem si vt commodius viuant, atque necessarijs ad victum non careant; quinimmò hoc casu iure naturali licebit vnicuique, sibi prouidere, procurando proprium, teste Gregor. de Valentia disputat. 10. quæst. 4. puncto 3. vers. quarto sequitur tom. 3. subnectens Concil. Tridentin. in cap. 2. sess 25. de regular. prohibens ne res immobiles habeát ad proprium vsum, intelligendum esse supposito, quod possit illis ex communibus prouideri sufficienter; quæ profectò causa non adduxit, sed impulit, præterea has religiosissimas mulieres, ne (idque præter solitum) voluntati Illustrissimi Pastoris obtemperarēt, quæque etiam iustissima reputatur, vt quatenus id illis minime fuerit hactenus concessum, nihilominus concederetur in posterum: duplicem namque referunt causam Doctores ad hoc concedendum; vtilitatem scilicet, & necessitatem, vt Diuus Antoninus allegato §. 11. vers. nota 5. & Preposit. in illo cap. non dicatis nu. 15. alijque omnes, qui dum causam necessitatis explicant, subdistinguunt duplicem esse, nempè priuatam, & cõmunem; atque illam dici priuatam necessitatem adiungunt, quoties è Monasterij bonis nequeunt moniales habere omnia ad victum necessaria, vt tunc licitè permittatur eis aliquid retinere pro vsu propriæ necessitatis, quæ ratio an vrgeat moniales istas, annuè militet in sacris cœnobijs Neapolitanis, perquirendum exoro; idque prius faciendum arbitror, siquidem huius rei veritate comperta, nedum pijssimi Superiores tàm rigide non incedent, at earum miserebuntur, quæ non aliena, sed propria conqueruntur incommoda extremamque non semel deplorant necessitatem.

Præterea à peccato videtur eas eximere immemorabilis consuetudo, qua obtemptum est in hac Ciuitate, vt moniales earum rerum vsum ita retineant, quod si proprij Superioris, & Abbatissæ consensus efficere potest, vt probaui, si præterea statutum, vt dixi, & probat Ioan. Andr. in adducta regula, non est obligatorium, equidem, & consuetudo id ipsum operari quibit, (quæ & Principis auctoritatem obtinet ex Bald. in l. 3. post nu. 18. C. de naut. fenore, & legis habet vigorem, ex Bart. in l. 1. §. denique nu. 1. ff. de aqua pluuia arcenda, imò ipsa est ius, vt probat Petrus de Rauenna in suis allegationibus in materia consuetud. in princip.) præsertim isthæc, quæ nisi voto paupertatis obuersatur, ab illo saltem non abhorret, quæque irrationabilis non est vtique censenda, imò licita ex prædictis, atque ex parte causæ, tùm efficientis, tùm materialis, tùm impulsiuæ, tùm denique finalis, sicuti probat Ioan. Andr. in adducta regula á nu. 7. Quinimmo non desunt, qui opinantur illos Religiosos, qui consueuerunt viuere sine regula, non posse astringi ad regulam, maximè Collectar. cap. 1. nu. 1. de testamen. Imò Religiosi ingressi Monasteria cogi, & compelli nequeant, & consequenter haud peccent, si deinde nolint subijci nouis reformationibus strictioribus, tenet glos. finalis in cap. gesta 74. distinct. & glos. 1. in cap. integritas 32. q. 1. Oldrad. cons. 1. nunquid monachum, & Angel. verbo obedientia, post nu. 2. Syluest. nu. 5. Armill. nu. 6. idemque Syluest. in verbo Religio 6. nu. 6. & Dec. qui hanc opinionem de iure veriorem existimat, in cap. ad nostram post nu. 19. de appellat. & communiorem attestatur Graff. lib. 3. cap. 15. nu. 47. & sequi videtur Nauarr. cons. 16. nu. 6. de regular. dùm commendat scripta per Dec. super hac re in adducto capite, deinde que expressius tradit in consil. 43. num. 2. eodem illo titulo.

Quod etiam verum esse alij opinantur, si durior ipsa obseruantia alias fuerit in regula tempore institutionis, & progressu temporis relaxata, dum tamen ita fuerit obseruatum spatio tanti temporis, quod eius initij memoria non extet, vt Abb. in cap. super eo num. 5. de regular. & cap. Deus qui, de vita, & honestat. clericor. Felyn. in cap. ad nostram nu. 5. ibique Dec. nu. 22. de appellat. Nauarr. adducto cons. 43. & manuali cap. 12. nu. 50. Cardin. Zabarell.

barell. in cap. cum ad Monaſterium de ſtat. monachor. Diuus Anton. in 3. par. tit. 16. cap. 1. §. 11. & 12. atque Felyn. in cap. nam concupiſcentiam num. 12. Id tamen conſtituunt, quoties reformatio reſpicit accidentalia Religionis, & ſubſtantialia fuerint ſemper ſeruata, vt præ cæteris declarat Didac. Spino in ſuo Specul. teſtament. gloſ. 12. poſt nu. 10. & conſequenter cum in præſenti caſu reformatio minimè pertineat ad ſubſtantiam voti paupertatis, eiuſque eſſentiam, at tantum ad illius accidentalia; ſiquidem adimplent ſubſtantiam huiuſmodi voti, eamque ſeruant, cum ab eis rerum dominium abſit, tametſi quarūdam retineant vſum ex conſenſu Abbatiſſæ, certè apparet dicendum, eas haud teneri parere voluntati Illuſtriſſimi Paſtoris, prohibentis illarum vſum, etiam cum accedit licentia Abbatiſſæ.

Quod tùm magis videtur admittendum ex quatuordecim rationibus adductis per Nauar. in commentar. 3. de regular. á nu. 29. quibus defendit hunc viuendi modum, illaſque commendat Modern. in ſua praxi, verbo moniales §. 4. par. 2. tùm etiam ex verbis Molinæ tract. 2. de iuſtit. & iure, diſputat. 81. verſ. eſt veró rigida; vbi loquens de Commendatarijs Calatrauæ, Alcantaræ, aliarumque Religionum, ſubſcripta ponit verba: Neque verò ita cum Commendatarijs, qui hodie viuunt eſt in voto caſtitatis, & in cæteris diſpenſatum, quaſi prius ſe aſtringant ad integram caſtitatem, paupertatem, & obedientiam; qualem, qui erant à principio inſtitutionis eiuſmodi ordinum profitebantur, & per diſpenſationem liceat eis, quæ illis alijs tunc non licebant: ſed quia conceſſum eſt eiuſmodi ordinibus non aliam caſtitatem, paupertatem, & obedientiam in eis profiteri, quam conſuetam hodie ab eiſdem ſeruari; & quamuis, quò ad obedientiam, & paupertatem, forma profeſſionis nonnullorum horum ordinum aliquid plus præſeferant, quam à multis annis ſeruetur, non plus tamen à Superioribus hodie exigitur, quam quod ſeruari eſt conſuetum, vſuſque, & conſuetudo tot annorum obtinuiſſe, præſcripſiſſeque videtur, vt non aliter illa obligent, promittique intelligantur, quam conſuetudine, á tot annis ſeruari conſueuerunt, præſertim cum multi eorum, aut ferè omnes nequaquam profiterentur, ſi ad aliam vitę rationem, quam hodie ſeruari conſuetam: hactenus ille: ex cuius verbis conſtat; hoc multo magis in monialibus iſtis concludendum eſſe; quandoquidem ex illis verbis intelligitur à principio inſtitutionis eiuſmodi ordinum, & ex eorum profeſſionibus plus teneri, obligarique, quam vſus hodie exigit, & nihilominus dicitur modernum vſum ſeruandum, neque ad aliud teneri, neu peccare, ſi non conſentiant reformationi, multo cóuenientius id ipſum affeuerandum erit, reſpectu harum monialium, maximè ex infraſcriptis, quæ rogo, vt conſiderētur; nempè dùm quęritur vtrum ne poſſint compelli Religioſi ad obſeruantiam Regulæ duriorem illa, quam inuenerunt tempore emiſſæ profeſſionis, duos diſtinguunt Doctores principales caſus: quorum prior eſt, ſi durior illa conſtitutio alias fuerit in Regula, & curſu temporis abolita: Alius verò, ſi illa nuſquam in Regula fuit: hoc enim caſu reſpondent negatiuè, primo veró affirmatiuè, niſi longa, & immemorialis conſuetudo faueat; Quod autem ſi Regula aliquid permittat, & illud poſtea reuocetur, & reſtringatur, non quærunt allegati Doctores, neque ſcire procurant, necne poſſint ad illius obſeruantiam cogi profeſſi eiuſmodi; namque ſi negatiuè concluſerunt, cum reſtrictio reſpicit caſum non tactum à Regula, pro certo ſupponunt id ipſum, quoties reſtrictio contradicit Regulæ, & caput aliquo in ea cōſtitutum improbatur, & reuocatur: quamobrem cum Regula S. Benedicti in cap. 33. permittat Religioſis ipſis immobilia retinere ad vſum de licentia Abbatis, non equidem petulantia erit dicere, ne propterea liceat coſtringere profeſſas iſtas, ne in poſterum valeant illa retinere, quamuis Abbatiſſæ licentia præcedat; præſertim, cum Conſtitutiones illius Regulæ á tam ſancto viro Benedicto conditæ fuerint, atque á tot Summis Pontificibus, tùm expreſſè, tùm tacitè approbatæ, ſemperque ſeruatæ, vt meritò cogi haud debeant contrarium obſeruare, quæ iſtam Regulam, & ante reformationem ſunt profeſſæ, ſicut cæteris expreſſius firmat Butrius, qui hunc caſum videtur explicitè decidere in cap. relatum nu. 6. ne clerici, vel monaci; inquit enim, quod vbi profeſſi non delinquunt, & ſeruatur Regula, non poſſunt arctari ad arctiorem ſtatum, ſed vbi delinquunt non ſeruando Regulam: hæc ſunt Butrij verba, ex quibus liquido patet, quod cum præſentes Moniales non committant in Regulam, ſed eius indulgentia rem licitam exerceant, certè non proprietariæ dicendæ ſunt, neque inobedientes; maximè quod nullum extat nouæ reformationis caput reuocans, aut prohibens Superioribus Regularibus prædictam poſt hac concedere facultatem.

Hiſque concinit aliud itidem aduertendum, quod ex inſtrumentis emiſſæ profeſſionis ab vnaquaque iſtarum Monialium fuit ſeruatum; ſiquidem dicitur in illis, & ſubſcripta referuntur verba: Ego ſoror N. promitto ſtabilitatem, & conuerſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam S. Patris noſtri Benedicti. & ſecundum conſuetudinem Monialium ſub illius Regula conſtitutarum, &c. Quare dúm profeſſio limitata fuit ad Regulam obſeruatam tempore profeſſionis ipſius; eſt quippe valida ratio, qua præter alias conſtringi minime debeant, vt reſoluit Dec. in adducto cap. ad noſtram nu. 21. Hoſtienſ. in Summa de voto, poſt nu. 17. & expreſsè defendunt verba Molinæ pauló ante relata; quibus ſuccurrit vulgata illa regula iuris, quod limitata cauſa, limitatum producit effectum, Dec. poſt alios in conſ. 357. num. 6. vol. 2. & communis eſt Doctorum aſſertio, præſertim quod illa tantum, quæ ſecundum Regulam ſunt, præſtare debeat Religioſus, probat Gregor. de Valentia diſput. 10. q. 4. punctu 3. §. neque, dùm ait hoc patere ex ipſamet forma voti, cum vouent regulam in tali, vel tali genere vitæ; & confirmatur ex verbis Diui Bernardi in lib. de diſpenſat. & præcepto, aſſerentis non præcipiat mihi Prælatus, quod non promiſi.

Preterea cum pateat eiuſmodi Moniales ſtrictiorem viuere vitam, quam vouendo promiſerunt, aut quæ tunc vigebat, quin etiam, vt Superioribus parerent ſtrictiorem modum viuendi communem ſuſcepiſſe, illum ſcilicet, quem poſſe, tametſi difficulter

cultes seruare cognouerunt, ab omni sanè erunt labe immunes, si alium longè strictiorem, quemque nullatenus posse exequi agnoscunt, promittere renuunt, ne se exponant euidenti periculo peccati mortalis, & suffultæ rationibus, auctoritatibusque superius relatis, quibus tutè eas posse resistere demonstratum est, & probat insuper Corduba in suis quæstionibus, & propriè q. 54. vers. *per tanto mi pare*, vbi hæc scribit verba: *La seconda dico, che licitamente senza contrafare al Concilio di Trento, si può fare quello si vsa nelli Monasterij delle Monache, come di sopra si è detto; che quella Monacha designata dalla Badessa tenga tutti gli denari delli lauorieri, & elemosine particulare delle Monache per dargliele da spendere nelle loro necessità, perche stando nelle mani della Cassiera del Monasterio, sono ancho in potestà della Badessa, & della sua administratice, & incorporati nel Monasterio secondo il Concilio di Trento, anchora che siano reseruati, & custodite per le necessità sole delle Monache particulare, che iui le depositarono*: Sed præfatæ Moniales istud executioni mandant, ergo licitè faciunt, quod etiam dicendum arbitror omninò in redditibus, seù potius subuentionibus annuis sibi á parentibus assignatis ad vitam ipsarum; tùm ex rationibus antea relatis, tùm ex verbis eiusdem Cordubæ, ibi & *elemosine*, namque sub eleemosynarum nomine pollicentur consanguinei, præfatasque præstant subuentiones, ita quod comprobata remanet ampliatio mox constituta, & vera propterea censenda; tametsi Azorius contra sentiat, & perperam sanè in lib. 12. suæ Summæ cap. 9. §. 2. aduersus quem, acriter quoque vrget Nauar. duobus illis in locis ab ipsomet citatis, atque Molina in tract. de contract. disput. 276. nu. 6. qui hoc expresè firmant, & tuentur, eorumque resolutioni haud refragatur Tridentina Synodus ab ipso citata pro tuitione suæ opinionis in cap. 2. sess. 25. de regular. propterea quod canon ille, tantum duo huc spectantia constituit; alterum ne liceat superioribus bona immobilia alicui regulari concedere etiam ad vsumfructum, vel vsum; alterum verò, quod mobilium vsum ita permittant, vt eorum statui conueniat: ergo nihil ex his verbis colligi expresè potest de redditibus annuis; quod ille præsentiens, id desumere ex implicita verborum
27 significatione nititur, inquiens; redditus annuos inter immobilia numerare Doctores, & iura, maximè text. in clem. exiui §. cumque annui redditus de verbor. signific. Ergo redditus assignati Monialibus à parentibus, quousque superstitæ illæ sint, tanquam immobilia bona, videatur Concilium prohibere Superioribus, ne illos census concedant monialibus, quamuis ad vsum: nam præter responsionem, & intelligentiam illi textui traditam ab eisdem Nauarro, & Molina indicatis locis, vt loquatur de peculio, & administratione irreuocabili, non autem de reuocabili, de qua noster est sermo; addo aliam, & dico, quod maior ab Azorio relata est vera, sed minor falsa, nec mirum cum inscius ipse fuerit iuris ciuilis, quo quidem iure annuorum redditurum distinctio notatur, quorum aliqui perpetui sunt, aliqui verò temporales, & cum vita extinguibiles, illos inter immobilia numerant Doctores, istos verò inter mobilia scribunt, maximè Gomes in Regula Cancellariæ de trien. possess. q. 1. vers.

nec immeritò, Ioan. de Anan. in cap. in ciuitate, post nu. 25. de vsuris, Franc. Sarmiento lib. 3. select. sententi. cap. 10. nu. 5. & copiosius multorum adductus auctoritatibus Tiraquell. in tract. de retractu tit. 1. §. 1. glos. 6. nu. 7. atque ideò, vetuerit eo in canone Concilium, sub appellatione immobilium, illos & perpetuos redditus concedi Religiosis, etiam quò ad vsum, istos verò temporales permiserit, qui illorum statui conueniant, sub illa appellatione mobilium bonorum: quod profectò apertis verbis probat Cōcilium Prouinciale Neapolitanum, sub Mario Carrafa in cap. 52. cuius verba sunt: Ordinarij Monialium Monasteria visitent, curentque in primis, vt sanctæ paupertatis votum, Religionis murus, & antemurale inuiolabiliter seruetur, ac proinde propria cuiusque Monialis bona, census, legata, cæteraque iura, sint Monasterio omninò communia, & ad communem illius vtilitatem conuertantur, soluto prius omni ære alieno, quod Moniales, ante legitime sibi conflauerant. Eleemosynæ verò, aut suis cuiusque parta laboribus, aut redditus, à parentibus, vel consanguineis promissi, aut dari consueti, non in proprios cuiusque conuertantur vsus, sed in communi quadam reponantur arca, ex qua Moniales nihil sine Abbatissæ licentia possint accipere: ex cuius quidem Concilij verbis, tria præcipuè notanda aduerti pro Monialibus istis; primò siquidem noto hanc distinctionem redditum perpetuorum, & temporalium confirmari, ex illo capite; secundò, quod propterea opinio supra relata Azorij infirmatur, à tot prudentissimis Patribus in illo sacro consessu congregatis; qui si cognouissent Concilium Tridentinum aduersari, non vtique id permittere ausi essent; ac tertiò, quod sanctimoniales istæ adducendo præfati Concilij decretum, dicunt habere legem expressam fauentem earum parti, Concilium namque Prouinciale est lex in Prouincia, quinimmò dici iustè potest istud Cōcilium esse legem Pontificiam, cum Gregorij XIII. auctoritate confirmatum fuerit, prout in illius initio recensetur, nam licet confirmans, nihil de nouo det, non tamen dubitatur, quin dato maiorem præbeat auctoritatem.

Ac tandem adducuntur decreta eiusdem reformationis edita ab Illustrissimis Cardinalibus supra Regulares, quæ non modo ipsis Monialibus haud aduersantur, at insuper maximopere opitulantur; siquidem cap. 45. præcipit, vt vitam omninò communem illæ profiteantur, quæ post Constitutiones ipsas professuræ erant; quò verò ad antea professas, mandat Superioribus, & Confessarijs Monialium, vt diligenter quærant illas ad hanc vitam inducere exhortationibus, monitionibusque: quare in eo capite minime constituit illas compellendas esse, prout neque in cap. 46. vbi complura etiam rescribuntur verba, expressius eisdem Monialibus fauentia, cum loquantur de professis post reformationem; itaque non complectuntur istas antea professas, cuius capitis verba censui propterea subscribere: *In quei Monasteri, ne quali parimente si conseruano fin qui le prouisioni, & le souuentioni, è non sia posto ogni cosa in Communità, si conceda licenza di pigliare alcuno soccorso, ma per mano dell'Abbadessa, ò Prefetta del Monastero, ò Depositaria, & mentre vorrà la predetta Badessa, ò Prefetta per le sue necessità,*

ſità, che occorreno nella Religione: ma quel che ſouerchia, la Badeſſa ſia tenuta diſtribuirlo per vſo commune del Monaſterio. Ex quibus verbis non modo haud prohibetur antea profeſſis hic modus viuendi, at etiam permittitur profeſſis poſtmodum; illis tamen in locis exiſtentibus, in quibus nondum eſt recepta vita omninó communis: cognouerunt namque prudentiſſimi illi, atque Illuſtriſſimi Patres, non eſſe cogendas moniales antea profeſſas; & quatenus compelli poſſent, cognóuerunt, maximopere expedire, monitionibus potius, aut exhortationibus, quam coactionibus eas inducere.

Sed fremunt Illuſtriſſimus Paſtor, eiuſque Miniſtri aduerſus deſtitutas moniales iſtas, vociferantque ſemper, illis aduerſari nouiſſimum Decretum editum ab Illuſtriſſimis Cardinalibus Congregationis ſupra Regulares, ſub die ſexta Maij tranſacti anni 1600. quod ſtatuit, ad primum, & ſecundum, vt curet Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Archiepiſcopus, Decreta reformationis Apoſtolicæ inuiolabiliter ſeruari, & executioni mandari, præſertim quæ de duplicibus cratis ferreis in cap. 3. & quæ de vita communi in 45. & 46. diſponuntur. Ex quo Decreto tantus nè enatus eſt rumor? miror quidem, nam ſi illud contradiceret voluntati monialium, reſponderem illis cum rationibus, quibus hactenus vſus ſum: At quoniam monialibus iſtis minime aduerſatur, quin etiam opitulatur plurimum, atque adeò, quod ſi meam ipſæ vellent proſequi ſententiam, ſummis præcibus ab Ampliſſimo contenderent, ac genua ſubmittentes enixe ſupplicarent eidem, vt illud executioni demandaret, iuxta tamen eius ſeriem, & tenorem, eique nihil penitus addito; Inquit enim, & quæ de vita communi in 45. & 46. diſponuntur; ſed illis in capitibus ſancitur, vt profeſſuræ promitterent, atque ſeruarent vitam omninó communem, quæ verò antea profeſſæ ſunt, ad hanc vitam exhortationibus adducantur, & excitentur: inde fit, quod ſi relatum eſt in referente, idque verè ac propriè, teſte Mantic. deciſ. 137. nu. 6. illiusq; tenor ſit attendédus, dumtamen producatur ex Magon. deciſ. Lucéſi 96. & Romaq. conſ. 305. nu. 7. vtique cum prędictorum capitum tenor dicatur repetitus, & illud idédeciſum in hoc Decreto; certè iſtud própterea executioni demádari deberet, ſeruato modo, & ordine in illis conſtituto, idq; confirmatur verbis huiuſmet Decreti, iſtud apertè demonſtrantibus, dùm inquit; curet Illuſtriſſimus Paſtor, ergo curet non compellat, curet non cogat, curet non exaſperet; curet enim monitionibus, exhortationibus, atque ſuaſionibus eas inducere; ſcilicet monitionibus eiuſmet Paſtoris, exhortationibus confeſſariorum, ac ſuaſionibus Prædicatorum, aliorumque Religione fulgentium: & quatenus illud Decretum pateretur aliquam dubietatem, eſſet nihilominus in hunc ſenſum potius explicandum, quam in alium, ne contradicat Regulæ, profeſſioni, conſuetudini, ſacris Canonibus, ac demum præfatis capitulis eiuſdem reformationis, matura præhabita conſideratione conſtitutis, à prudentiſſimis illis Cardinalibus, qui tunc in ipſa Congregatione ſupra Regulares ſubſidebant, & quibus probatur, non expedire eas compellere, ſed tantum adducere conuenire.

Vt meritò dolendum vehementer ſit de Decreto, quod pridem edidit Illuſtriſſimus Paſtor, ne monialibus conferantur, ac miniſtrentur Sacramenta, niſi promittentibus obtemperare reformationi quo ad vitam omninò communem, namque ex prohibitione iſta, dum medelam conſequi exiſtimat, non exile, exiguumque præſtat huic operi
28 impedimentum. Etenim Sacramentum Euchariſtiæ, multos quidem, & optimos operatur effectus in illud ſumentibus, quorum contrarios parit illius carentia; quos namque effectus producat ſanctiſſimum iſtud Sacramentum, referunt Diuus Thomas in Summa 3. part. q. 79. Syluester verbo Euchariſtiæ 4. nu. 3. Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 11. q. 2. artic. 1. atque alij complures; ex quorum accuratè ſcriptis, conſtat euidenter, eos qui eiuſmodi reuerenter ſuſcipiunt Sacramentum, præſertim ſi frequenter, humiliores eſſe præ cæteris, obedientiores, caſtiores, ſanctiores, atque procliuiores ad audiendum verbum Dei, mandatiſque, conſilijs, monitionibuſque parendum, quod præcipuè demoſtrant D. Bernardi verba, relata per Caniſium in lib. de Euchariſtia §. 9. Hoc corpus Chriſti (inquit) ægris eſt medicina, peregrinantibus via; debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat; per hoc homo manſuetior fit ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior; hæc ille: Ex quibus certiori modo, ſecuriorique via Illuſtriſſimum Cardinalem proficiſci, atque incedere puto, ſi prohibitio iſta confitendi, & communicandi, nè dum remoueretur, verum etiam conſtitueretur, vt ſæpè, ac ſæpius monerentur ſanctiſſimum hoc Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipere; atque etiam quotidie, ſi fieri poſſet; vt illius efficacia, & virtute adduci poſſint ad optatam vitam omninò communem; ſiquidem ſacratiſſimum iſtud Sacramentum, eſt de per ſe efficax ad excitandam animi deuotionem, & charitatis feruorem, cum ſpeciali ſpiritus ſuauitate, & dulcedine, vt inquit Suarez ſuper Diuum Thomam quæſt. 79. artic. 7. diſputat. 63. ſection. 9. in principio tomo 3. Quod prorſus deſperandum eſt, dúm prohibitione iſta durante, ab hoc ſanctiſſimo procul ſunt Sacramento; tùm quia ceſſat cauſa eas interius commouens, & inducens ad obediendum; tùm quia alia, & nequiſſima ſuperadditur, quod Demon magis audet, magis inſtigat, magiſque pollet ſuper animam, raro propria crimina confitentem, rariuſque communicantem; ſicuti omnes teſtantur, & continua fulcitur experientia; quinimmo (cum hoc Sacramentum ex opere operato conferat, etiam actuale Dei auxilium, & fauorem ad peccata vitanda, tentationeſque ſuperandas, teſte Diuo Thoma q. 79. artic. 3. ad primum, & Suarez adducta ſectione, verſ. dico ſecundo, vehementerq; fauet capit. 2. Concilij Tridentini ſeſſ. 13. inquiens, hoc Sacramentum eſſe inſtitutum, vt antidotum, quo à mortalibus præſeruemur, & á venialibus liberemur; dicitur enim Ioannis 6. Niſi manducaueritis carnem filij Hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis; atque multa congerit Cyprian. in expoſitione Oration. Dominic. Non igitur mirum ſi hoc Sacramentum,

adeò efficax est ad vitam gratiæ conseruandam, vt qui ab illo abstinent in maximo periculo illam amittendi versentur) existimo expedire plurimum si prohibitio isthæc reuocetur, penitusque tollatur, & concedatur eis accessus ad Sacramentum Pœnitentiæ; & Eucharistiæ, tametsi nondum consenserint viuere in vita omninò communi; præsertim cum ex hactenus enarratis, non appetant rerum vsum, vt bonis abundent, non vt diuitijs affluant, non vt eas dilapident, & opulenter viuant; verum, vt necessaria, iuxta pauperes, & arctissimos vsus, aut ad summum sufficienter habeant, accedente specifico Abbatissæ consensu, & sacris Canonibus id permittentibus, necnon Regula, professione, & consuetudine, quę vt antea demonstraui, illas á peccato eximunt, dùm peragere procurant, quod iam diù cæptum est, continuatisque præfatis temporibus opitulantibus obseruatum, & ex quibus posset vtique pati Illustrissimus Pastor, vt ita posthac viuatur, nec amplius quærere, vt vnico actu, vnaque vice eradicetur mos iste diuturnus, quamuis optimum sit curare, vt perfectus iste modus viuendi recipiatur; non quidem coactionibus, at suasionibus, & exhortationibus, indicatque sapientissimi, prudentissimique Cardinalis Caietani Responsum ad Prouincialem Lusitaniæ, super reformatione Dominicanorum illius Regni, scilicet coge intrare Mare per fluuium; significans paulatim ac suauiter si fieri posset, non illicò, vnoque impetu vltimam reformationem esse inducendam, iuxta explicationem Nauarri commentar. 3. de regularibus num. 34. vers. sexto; etenim, qui nimis emungit elicit sanguinem, Prouerbiorum 30. & cap. denique distinct. 4. atque vt catui canam, hisquę tumultuarijs scriptis finem imponam; eiusdem Nauar. verba referre duxi, quæ scripsit in eodem commentario num. 36. in fine; eaque sunt, equidem quicquid commentatus fuerim in rubric. de statu monachorum, in ea opinione sum, vt putem gratum fore Deo Optimo Maximo, in locis, in quibus à tempore immemoriali seruatus est modus viuendi in quæst. 7. defensus, seruaretur in futurum, occurrentibus aliquot causis in his sufficientibus, quæ in octaua quæstione sunt tractatæ: hæc ille; qui autem sit mos viuendi ab ipso defensatus in q. 7. vtique si eius verba percurrantur, latior apparebit illo, quem nos in præsentia tuemur, vt meritò sit hoc idem asseuerandum in casu nunc currenti in gratiam istarum sanctimonialium.

Hæc tamen pro posse congessi exoratus, & impulsus à meis materteris in eo Monasterio degentibus, nec quidem animo retardandi Illustrissimum Cardinalem Archiepiscopum ab incæpto, & sancto opere adducendi Moniales omnes ad perfectam viuendi vitam omninò communem; Hoc enim, & ipse quoque ab illis consequi, hæsitaui plurimum; nec semel eas alloquendo consului, & monui, totoque pectore, omnique conatu, ac sæpe sæpius adhortatus sum; verum ipsa coaceruaui, vt illis adductus amplissimus Dominus reuocaretur à coactione, ac præsertim à subtractione Sacramentorum. Quod propterea ipsum facturum suadeo.

Subsequenti verò tempore ad meas peruenit manus optica Regularium ad Regulam Sancti Augustini, Auctore D. Seruatio de Lairuelz, qui in præludijs posterioribus specul. 13. inuestigat si Religiosi teneantur acceptare reformationem; deindeque longa serie dicto respondet quæsitui.

SVMMARIA.

Castitas inter vota Religionis numeratur, numer. 1.

Illa quos effectus pariat, nu. 2.

Tres habet gradus, nu. 3.

Qui illorum sub castitatis voto comprehendatur, nu. 4.

Religiosus non seruans castitatem, vtrum sufficienter confessus sit, si non exprimendo se esse Regularem, sed ex voto se teneri ad castitatem dixerit? nu. 5.

Quæ sint, ob quæ facilius quis custodiat castitatem recensentur, nu. 6.

Otium vitandum, ostenditur exemplis multis, num. 7.

Malum nascens facilè opprimitur, inueteratum fit plerumque robustius, & exempla adijciuntur aliqua, nu. 8.

Capitulum VIII.

1 TErtium eorum, quæ pollicentur Regulares omnes, est castitas; cuius promissionem deducunt aliqui Doctores, ex verbis Domini Nostri, relatis in cap. 19. Matthæi, sunt enim Eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum Dei; ea siquidem de voto continentiæ intelligunt Epiphan. hæresi 58. D. Hieronymus omninò videndus in suis commentarijs ad hunc locum, August. de virginit. cap. 30. Fulgent. de fide ad Petrum cap. 3. quare D. Chrysostomus in hæc prorupit verba: Cum autem dicit, qui se castrauerunt, non membrorum dicit abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem. Maledictioni est obnoxius, qui membrum abscidit: abscindere enim membrum Demoniacæ tentationis est, nec ita abscissio membri comprimit tentationes, & tranquillitatem facit, vt cogitationis frænum: Deducitur etiam ex verbis Apostoli 1. ad Timoth. 5. Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt; quo loci, prima fides intelligitur continentiæ votum, ex omnium veterũ sententia, quos sequitur Amplissimus Cardin. Bellarm. lib. 2. de monach. cap. 24. qui in capitibus subsequentibus, istud idem asserit, fretus auctoritate Conciliorum, responsorum Summorum Pōtificum, testimoniorumq; Patrum, frætusq; rationibus, quibus insuper cōuincuntur, quam congruat Religiosis ipsis continentia; quam quidem tanto actentius custodire debent, quanto certius
2 sciunt fructus egregios, quos castitas ipsa gignit, eos præsertim, quos refert Cyprianus in libell. de singularit. cleric. atque præterea non ignorant, quod

quod ſtrages omnes calamitatis, ſtrageſque peſſimæ conuerſationis nemo proſternit (eodem Cypriano teſte) nemo calcat, nemo funeſtat, niſi ſingularis, & ſola caſtitas.

3 Quæ cum tres habeat gradus, Auctore Lyrenſi in ſua gloſa ſuper cap.13. Matthæi, verſ. & dabant fructum, & Diuo Ambroſio in lib.de viduis, eumque ſequitur Petr. Gregor. Tholoſan. in ſua Syntaxi artis mirabilis lib. 11. cap.7. non vtique ignorabimus, qui ex ipſis gradibus, ſit ille, qui ſub hoc

4 voto cadat: nam dum inquiunt præfati Ambroſius, & Lyrenſis, primum gradum eſſe caſtitatis coniugalis, eaque vetari illicitum concubitum, retento licito in matrimoniali actu; ſecundũ verò, eſſe caſtitatis vidualis, eaque prohiberi concubitum, quouſque aliud contrahatur matrimonium, quod viduis celebrare haud ſit vetitum; tertium denique, & prædictis altiorem, excellentioremque eſſe caſtitatis virginalis, eaque omnem concubitum ſimpliciter prohiberi, etiam matrimonialem, ita quod matrimonium celebrare non valeat, qui iſthac caſtitate virginali exornari peroptat, certe hunc poſtremum gradum cadere, ſub prædicto voto caſtitatis à Religioſis emiſſum edocemur, inſinuatque Petrus Gregorius Tholoſanus indicato lib.11. cap.9. Quorum propterea gradus caſtitatis non mirandum, ſi alijs Superioribus perfectior, & Deo gratior appareat, præſtatque virgines fructum faciant centeſimum; coniugati verò tantum trigeſimum, atque viduati ſexageſimum, iuxta cap. 13. Matthæi: quapropter abſtinentia non tantum profeſſis ipſis ſtatuta eſt ab vſu matrimoniali, quod ſtrictius eis indicitur, verum etiam ab omni vſu venereo ſecundum ſe prohibito, per legem Dei; atque ideò quocumque peccato luxuriæ votum caſtitatis violari dicunt, Syluest. verbo Religio 6.nu.8.& Gregor. de Valent. ad Diuum Thomam diſput. 10.q.4.punctu 3.§.9.tom.3. & conſtat apertè ex cap.cum ad Monaſterium in fine, de ſtat.monachor. & conſequenter vnaquæuis ſpecies luxuriæ, monachis ſacrilegium eſſe probat Diuus Thomas 2.2.q.154.artic.10. idemque Syluest. verbo luxuria num. 8. & verbo ſacrilegium, necnon Tolet.in lib.4.inſtruct.Sacerdot.cap.12.num.9. quamuis mente tantum luxurientur, quod ipſemet ſcripſi, & fortaſſe non illepide in rubrica ſeptima cap.3.nu.19. idemque Syluest. indicato verbo Religio 6. num.8. Quinimmò & is, qui non vouit expreſsè caſtitatem, eo quod tacitè dumtaxat profeſſus eſt, ſacrilegium incurrat, ſi caſtitatem violet, certius eſt, cum aliquid vltro fecerit, quod vou t eum voto caſtitatis eſſe coniunctum, ob quod rectè iudicetur ſimpliciter vouiſſe caſtitatem ipſam; Azorij quippe hæc eſt reſolutio in lib. 12.inſtit.moral.cap.11.§.final. Qui æquè vtiliter ſubiungit quæ-

5 ſitum illud, vtrum Religioſus caſtitatem non ſeruans ex toto ſuum confiteatur peccatum, ſi ipſum ex voto teneri ad caſtitatem dixerit, non addito ſe Religioſum eſſe? in qua dubietate cenſuerunt aliqui ſatis eſſe ſi primum tantum patefecerit, tamquam non differant inter ſe caſtitatis vota ſimplicia, & ſolemnia; ipſi autem arridet opinio aliorum contra ſententium, vt illud haudquaquam ſufficiat, ita quod oporteat exprimere ſe Religionis voto obſtrictum, quod præ cæteris tradit Nauar. in Summa cap. 6. num. 13. Quinimmò exploſa reſolutione opinantium Religioſum ſacris ordinibus inſignitum, & inſinuantem ſe Religioſum, tacito altero de ſacris ordinibus, quos ſuſcepit, validam feciſſe confeſſionem, atque alteram aliorum exiſtimantium, illi confeſſum non eſſe niſi vtrumque patefecerit, propendet idem Azorius eo loci in alteram defendentem ſatis eſſe ſi præfatorum alterutrum indicauerit, atque ideò non ſolum, ſi expreſſo capite regularis profeſſionis ſubticuerit aliud ſacrorum ordinum, iuxta priorem mox relatam ſententiam: verum etiam ſi illud tantum de ſacris ordinibus enarrauerit, & aliud Religionis ſiluerit, hanc enim tanquam nouiſſimo loco relatam videtur inſequi partem, ſi vulgatæ ſuperinde Scribentium Regulæ ſtandum eſt: maximè quod ſupradictam ſententiam amplexati ſunt Corduba quæſt.3. Lopez in ſuo inſtruct.par.1.cap.29.§.prætetea, & Corrad.in ſuis reſponſis caſuum conſcientiæ reſponſo 170. part. 1. cui tamen ipſe non adeò libenter ſubſcribo, ob differentiam non ſine ratione conſiderandam inter Regularem, & Clericum ſecularem inſignitum ſacris ordinibus, ſecutus Sotum à prædictis citatum, & credentem diſtinctæ ſpeciei eſſe votum ſolemne Religioſi vouentis caſtitatem, ab altero Sacerdotis in ordine ſuſcepto, maximè quod ille explicitè, iſte autem implicitè caſtitatem pollicetur.

6 Seruabunt tamen, & facilius quidem cuſtodient, (vt tenentur) hanc caſtitatem, ſi multis eorum ſtatum decentibus, & fouentibus, vacabunt, quorum primum eſſe apparet abſtinentiam à cibo, & potu, quæ propterea commendatur permaximè, & aſſumitur in Religionibus, eaque neceſſaria ad carnis macerationem à Regularibus venit amplectenda, vt admonet Diuus Thomas 2. 2. quæſt.188. artic.6. ad tertium, ex textu in cap.peruenit 18.q.2. Soto lib.7.de iuſtitia, & iure q.5. artic. 3. & Concilio Altiſidiorenſi cap. 26. in tantum, quod illa ſit remedium cæteris alijs efficacius, etiam laboribus indicibilibus, & nuditate, idem Diuus Thomas indicato loco, & Caietanus aſſeuerant, quippe quod laborantes ipſos, atque nudos, generationi incumbere conſpicimus, non autem famelicos, & in theorica tuetur illic Caietan. & propterea 1.Petr.5. legimus verba illa: Fratres ſobrij eſtote, & vigilate, & alia in ſacris literis, quæ his non parum conſerunt, & congeſſi in rubrica de vita, & honeſtate clericorum num.3. nec propterea exceſſiua tantum quantitas eſus, vel potus inhibetur illis, at inſuper qualitas, nam veſci cibis delicatioribus, & prætioſa vina potare, non vtique conuenit eis, ſicuti probat multis quidem adductis auctoritatibus Alphonſ. Villagut in ſuo Speculo viſitat. in cauſis criminalibus par. 1. cap.6. §.8. quin etiam in alijs quoque multis Petr.Gregor.Tholoſ. reprehendit eoſdem Regulares, in ſua Syntaxi artis mirabil.lib.11.cap.18.

Conſtat præterea ex eodem Diuo Thoma in loco mox citato, plurimum eidem continentiæ opitulari laborem manuum, (quamuis validius remedium ſit abſtinentia,) ideò commonentur

7 Religioſi omnes vitam aufugere otioſam in cap. 1. Prouerbiorum, eos præſertim alloquente his verbis: Deſideria occidunt pigrum; noluerunt enim

quicquam manus eius operari, tota die concupiscit, & desiderat; Diuus etiam Hieronymus in cap. nunquam de consecrat. distinct. 5. cunctos admonens ait, semper aliquid facito, vt te Diabolus inueniat occupatum, & Ioannes Pontanus in lib. 6. de prudentia, omnis cessatio inquit, ab agendo turpis, nisi quæ relaxationis, & quæ reparandorum virium gratia, vt propterea serui Dei perpendentes quam grandem illud afferat hominibus langorem, vt pestem abhorruerunt, & non obliti Plauti sententiam in Theat. corporis habitum ocio, ac torpore corrumpi, exercitatione verò, ac motu non parum conseruari, exercitio ac labori se plurimum dedere. Eccine exempla multa, quæ Aluarus Pelagius contexuit in tractatu de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 51. á fol. 107. inter quæ illud Abbatis Pauli probatissimi Patrum præeminet ex Cassiano desumptum in libr. 11. qui est de accidia cap. 24. qui in vltimis Eremis degens remotus ab hominibus fructum suarum manuum alijs vendere non valens, assiduo nihilominus opere non carebat, nam collectis palmarum folijs quotidianum pensum velut exinde sustentandus à semetipso iugiter exigebat; cumque opere totius anni suisset eius antrum impletum, id quod sollicita cura laborauerat singulis annis igne supposito concremabat, indicans monachum sine opere in solitudine permanere non posse; id verò, vt malis omnibus ex ipso otio proficiscentibus liberetur Religiosus, non autem, vt propterea conuincatur teneri manibus laborare, cum re vera principaliter non ipse sit propter Prælati, aut Religionis temporale commodum, sed ob suum bonum spirituale; propter hoc enim se Religioni sponte mancipauit, vnde non possidetur à Prælato tanquam seruus, sed subest tanquam filius in suum commodum, vt ad suam salutem rectè dirigatur; ideò abstinendo à labore, vel aufugiendo, neque furtum committeret, neque ad restitutionem teneretur omissi laboris, quod optimè Lessius probat de iustitia, & iure lib. 2. cap. 8. num. 20. Quare nolentes in ea, quæ otium gignit incidere incommoda, si manibus, aut nequeunt, aut nesciunt operari, studijs saltem nauare operam non omittant, sacrarum potissimum scripturarum; siquidem ama studia scripturarum (legitur,) & vitia carnis peribunt, vel saltem proborum virorum societatem inquirant, secuti tum Platonis præceptum in Menone, bonorum consuetudine vtere, & ab eis nunquam discede, tum & Diui Ambrosij peruttile consilium in libro secundo de officijs asserentis, pulchra est societas seniorum, & adolescentium, alij testimonio, alij solatio sunt, alij magisterio, alij delectatione; cum his enim conuersari ob illud quoque expedit, quia subterfugitur turpiloquium, quod eidem continentiæ maximopere aduersatur, dicente Apostolo 1. Corinthiorum 15. corrumpunt bonos mores colloquia mala; & consequenter enixè procurare debent pessimorum hominum conuersatione carere, illud certo scientes, quod qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea, iuxta cap. 13. Ecclesiast. & potissimum mulierum aspectus, colloquia, atque etiam munera aufugiant, quandoquidem mentem persæpe pudicam turbant, variasque Diaboli tentationes, animumque ad molliciem, delectationemque peccati inducunt, teste Diuo Augustino in libr. de singul. cleric. & Diuo Antonino in Summa par. 3. tit. 16. cap. 1. §. 10. conueniunt, quæ scribo in rubr. de vita, & honestate clericorum, vers. ad hanc etiam, necnon quæ Aluarus Pelagius inserit in tractatu de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 51. & 73. nec proprijs confidant viribus, etenim nemo de viribus suis tantum arroget, vt mulierem fugere nolit, si enim illius familiaritatem vitare negligit, cito eum in ruinam lapsurum, docet idem Augustinum in libro de honestate mulierum, & multa, eaque vtillima prodit exempla indicatis in locis citatus Pelagius: Isthæc insuper omnia facilè aspernabuntur, & pericula minime subibunt, si remoti in eorum Monasterijs sedebũt, vagarique extra claustra sinent, quod faciendo etiam exequentur, & executioni demandabunt quicquid eis superinde iniunctum est, atq; præceptum à sacris canonibus, quos recensebo in sequenti capite, ibidemque apertius explanabo, nunc tantum adiungens id reperiri expressè cautum in Regula Sancti Benedicti his verbis; caueant autem Superiores ne permittant monachos vagari per ciuitatem, ita siquidem habetur in declaratorio Regulæ cap. 6. num. 7. quod præsertim seruandum est à Religiosis fœminis, quia hominum frequentiam, iuuenumque maximè consuetudinem præcauere debent, exemplo mulierum Hebræarum, quæ vt castitatem melius custodirent, inclusæ remanebant, & inuisæ 2. Machabeorum 7. qua profectò ratione includi virgines Deo deuotas, neque à viris conspici debere, alioquin sacrilegium esse, docet Tertullian. in lib. de virginit. votiua, & multis comprobat Basilius in lib. de vera virginit. congeritque alia complura Tertullian. in lib. de veland. virginit. subiungens ideò velari sacras virgines, omnemque publicationem virginis bonæ, esse stupri passionem.

Hæc itaque velim attendas, qui studes Religiosam profiteri vitam; hæc ne contemnas si malorum omnium deterrimum vitare cupis, & Ciceronis illius memor etiam esto sententiæ: omne ma-
8 lum nascens facile opprimitur, inueteratum fit plerumque robustius, cuius rei rogo mediteris primum naturale exemplum. Planta siquidem tenuis, molliter, radicitus velut herba vellitur, dura autem, atque longeua non nisi ligonis industria eradicatur: alia deinceps ex veteri, nouoque Testamento deprompta. Eccine illa Esaiæ, & Hieremiæ, amborum profectò vnicum morbi genus, defectus nempè linguæ, & ad loquendum inhabilitas, & tamen vtriusque volens Deus ipse auferre impedimentum, & sanare infirmitatem diuersa inter se, & dissimilia applicuit medicamina: etenim Esaias sibi datum enarrans cap. 6. inquit, & volauit ad me vnus de Seraphinis, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum; Hieremias autem propriæ personæ applicatum rescribens cap. 1. ait, & misit Dominus manum suam, & tetigit os meum; cur igitur tàm dispari medicamento, nec eodem ad curandum eandem inualetudinem vsus fuerit, si metiri velimus, inueniemus id ratione contigisse, nam Esaias se labijs pollutum accusabat, cum virilitatem attinxit. Hieremias autem se nescientem loqui aiebat, cum pueritiam

ritiam non excessisset: & consecutiuè ille, vetusto, hic verò iam penè cæpto errore se commaculatos asserebant; Saluatorem item nostrum volentem, & adolescentem, & Lazarum resuscitare, impares modos obseruasse comperimus: nam Lucæ 7. paucissimis, ac simplicibus demandasse verbis legimus; illis nempè, adolescens tibi dico surge, Ioannis autem XI. multas adhibuisse cæremonias, permulta dixisse verba, multaque ostendisse difficultatis signa, dùm infremuit spiritu, ac turbauit se ipsum, dùm lachrymatus est, dùm iterum fremens in semetipso, venit ad monumentum, dùm ait Tollite lapidem, dùm eleuatis oculis sursum, inquit Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me; Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi, vt credant, quia tu me misisti; Dumque tandem voce magna clamauit Lazare veni foras; isti igitur inter se multum distantes, quos Saluator constituit, apposuitque modos, præportant, quid in his omnibus difficulter, quiduè facile fieri possit, necnon inueteratum morbum curari, sine summa difficultate non posse, recentem veró modica tantum adhibita diligentia, & medela; quin plerunque præcauendo dumtaxat, quamobrem nisi meis renueris obtemperare consilijs, principijs obsta, nè seró medicina paretur.

SVMMARIA.

Regulares è Monasterio non nisi vrgenti ex causa exire permittantur, nu. 1.

Si legem, vel medicinam audire voluerint excommunicationem incurrunt, si tria concurrant, nu. 2.

Causa sit ne sufficiens ministrandi alimenta parentibus extrema laborantibus paupertate, num. 3.

Vagari per Ciuitatem, ac Principum Palatia, & laicorum domos frequentare, vetantur, num. 4.

Apostata à Religione quis dicatur, & quibus concurrentibus, nu 5.

An ita censendus sit è Monasterio egressus, retinendo babitum, nu. 6.

Religioso quando liceat propriam dimittere Religionem, & in aliam transire, nu. 7.

Qui non petita licentia in aliam quamuis striċtiorem migrauit, reuocari potest ad priorem Religionem. nu. 8,

In parem verò si non tantum petÿt, sed obtinuit, num. 9.

Religiosi bona intrantis alteram religionem, cui competant, priori an veró posteriori, nu. 10.

Professus quamuis sit in prima, nihilominus in secunda iterum profiteri debet, nu. 11.

Capitulum IX.

PRæter illa tria hactenus recensita, quorum vinculis pro essentia monasticæ vitæ deuinciuntur, quotquot sunt Religiosi: alia quoque multa exequi, & obseruare coguntur, ex cuiusque ordinis institutis, quorum lectura cunctis illa omnia insinuabit legentibus, nimirum si præterire censui, & alia quædam subscribere, quę sacri Canones, Doctoresq; omnes, quamuis sparsim tradidere.

Eorumque primum sit, quod in calce pręceden-
1 tis capitis fortuitu delibaui, vt scilicet intra Monasterij claustra secedant, iuxta text. in cap. placuit 16. q. 1. neque inde vnquam exeant, nisi ex permissu superiorum, cum vrget necessitas, quamuis prætextu accedendi ad Superiores suos, Concil. Trident. sess. 25. cap. 4. de Regularib. vel alijs vtcumque decentibus causis adducerentur; nempè si prædicationis, vel lectionis, aut cuiusuis pij operis vellent se subiacere seruitio alicuius Prælati, Principis, Vniuersitatis, vel Communitatis, siuè alterius cuiuscũque personæ, nam & tunc quoque prohibet citatus
2 Concilij canon. Quin & si causa audiendi legem, vel physicam, cum cap. super specula, & cap. non magnopere, ne clerici, vel monaci apertè reprobent infligentes sent étiam excommunicationis aduersus contrafacientes, si tria illa concurrant. Primum scilicet si audiant legem, vel physicam, idest medicinam. Secundum si è claustris ad hunc finem exeant, tùm si extra habitent, tùm si in Monasterijs, sed hora consueta ex eis egrediantur accessuri ad locum publicum causa illas audiendi, etiam quod in hoc vltimo capite contradicat Nauar. in manuali cap. 27. post nu. 116. Vltimum verò si spatio duorum mensium perseuerauerint, illo siquidem tempore elapso incurrunt, & non antea, vt optimè tradit has tres conditiones ita explicans, & alia multa ad hanc rem spectantia Suarez ad Diuum Thomam in disput. 23. sect. 3. à nu. 9. vol. 5. & præsertim non eam incurrant censuram, si intra claustra eiusmodi scientijs nauent, fatetur nu. 12. neque si alibi, & priuatim audiant, scribit Lessius de iustit. & iure lib. 4. cap. 4. dubitat. 11. sub nu. 83. verùm etiam si in Monasterio audiant, prędicta ligentur censura post Innocent. Butr. & alios concludit Franc. de Platea in suo tract. de excommun. rubr. declaratio excommunicationum §. 8. nu. 2. Reliqua autem multa super hac re scribunt Rebuff. in tract. de nominat. q. 5. á nu. 14. & Mandos. in praxi signaturæ gratiæ, rubr. licentia audiendi legem, vel physicam.

3 Quinimmò si eorum parentes extrema laborarent paupertate, non eis licere è Monasterijs egredi post professionem, prætextu illis ministrandi alimenta insinuat D. Thom. 2. 2. q. 101. artic. 4. ad 4. Syluest. verbo Religio 2. q. 7. Graff. in decision. aureis lib. 3. cap. 5. post num. 37. quibus tamen acriter resistit Nauar. alios secutus in manuali cap. 14. nu. 14. existimans eos peccare, si nolint egredi dumtamen credant illis posse subuenire si exeant; ante tamen ingressum quoties agnoscunt illos ita indigere, vel sibi victum quærere sine magna indecentia

non posse; certè dubium non est, quin mortiferè peccent, ingrediendo, vel non redeundo ante professionem, ex vnanimi Scribentium sententia, quam præ cæteris cōmendant Doctores mox citati, ipseq; latissimè edissero in cap. 2. huiusmet rubr. à nu. 3.

4 Ex quibus conuincuntur apertè quam grauius eis inhibeatur extra Monasteria vagari ob aliam non ita honestam causam, & consequenter si Curiales esse, & laicorum tribunalia, Principumue palatia frequentare affectent; namq; id prohibet citatum cap. placuit, ibi, neque alijs quibuscumque negotijs se se implicare, & apertius in cap. de præsentium, eadem causa 16. q. 1. ibi redarguuntur Regulares volentes curiales esse, & in cap. quanto deuotio, de offic. ordin. reprehenduntur ambientes palatia frequentare; adstipulaturque textus in cap. Sacerdotibus, ne clerici, vel monaci, immò eijci eos à Regijs Ciuitatibus sancitur, in cap. quidam monachi 16. q. 1. vtinam hæc obseruantiæ demandarentur, nec contrarium quotidiè fieri videremus.

Atque insuper conuincuntur, quin fateri cogun tur pergrandem esse, & grauissimum excessum apostatare á Religione, vt Summistæ quoque omnes insinuant, eius materiam explicantes in verbo apostasia, necnon Isidor. Moscon. in suo tract. de maiestat. militan. Ecclesiæ lib. 1. de regularib. cap. 2. vers. apostasia; in qua re illud potissimum adnota-

5 re duxi, & contemplari, qui dici, & iudicari apostatæ debeant: & eos omnes in primis ita dici admittò, qui dimisso habitu regulari, vitam assumpserunt sæcularem, ipsosque propterea excommunicationis mucrone ligari sanxit Pontifex, in cap. vt periculosa, ne clerici, vel monaci in sexto; si tamen tres illæ adhæreant conditiones, quas Caietan. memorat in sua Summa verbo excōmunicatio §. 61. & Gregor. de Valent. super Diuum Thomam disput. 1. q. 12. punctu 1. vers. vbi tamen tom. 2. earumque prior est, vt verè quis censeatur dimittere habitum propriæ Religionis, vel in perpetuum, vel ad tempus, ita scilicet, vt versetur in alio habitu, ex quo non cognoscatur esse Religiosus talis ordinis. Posterior est, vt temerè dimittat, scilicet absque causa rationabili; postrema verò est, vt talis sit dimissio, quæ attentis circumstantijs sit apta ad periculose vagandum: hoc enim voluit supremus Antistes impedire, per excommunicationem in adducto cap. vt periculosa, inflictam; à veritate tamen procul non est

6 extensio illa, quod si habitum gestarent occultum, adhuc reputarentur apostatæ, vt idem Gregor. in vers. seq. adnectit, & concludit Franc. de Platea in tract. de excommun. rubr. declaratio excommunicationum §. 9. nu. 1. Azor. quoque probat in cap. 17. inferius adducendo in vers. decimo quæritur, atque decisum fuisse Venetijs meminit Triuisan. decis. 19. lib. 2. Quin & illos etiam dici Apostatas, qui habitu palam retento Monasterium dimiserunt absq; Prælati venia, & alterius obedientiæ se minimè subiecerunt, attestor per doctrinam Innocent. in cap. fin. nu 1. de renunciat. & cap. intelleximus in fine, de ætat. & qualit. Abb. in cap. fin. in fine, de apostat. Diui Antonini in Summa 3. par. tit. 16. cap. 5. in principio, Armill. verbo apostata nu. 11. Isidor. indicato loco vers. exiens extra Monasterium; namque vt apostasiam euitet, qui animo non redeundi, è proprio egreditur Monasterio, habitum, & tonsuram retinens, in aliam intrare eum oporteat Religionem, etiam si laxiorem, etiamque si nulla petita à suo Prælato licentia, ijdem scripserunt, & Rodoric. in quæstionib. regular. q. 30. artic. 1. tomo 1. Quamuis autem, & illum, qui animum habet redeundi ad Monasterium, vel aliud ingredeundi haud reputandum apostatam (dato quod aliquo tempore profugus sit, & extra claustra ita moretur,) sed fugitiuum tantum censent Rodoric. & Gregor. de Valent. eo quod ad essentiam apostasiæ, requiri animum non reuertendi ad propriam Religionem, sed excutiendi obedientiæ iugum, illimet asserunt, & Syluest. in verbo apostasia, sub num. 9. necnon Azor. & Lessius in locis mox citandis, attamen veré, ac propriè eum esse apostatam, qui extra Monasterium viuit, adhuc retento habitu, scribit tandem, & nulla addita altera conditione, idem Syluest. in fine adducti nu. 9. per Innocent. indicatis in locis, eandemque sententiam probat Caietan. in Summa, verbo apostata, Azor. lib. 12. instit. moral. cap. 17. vers. sexto quæritur, & Lessius de iustit. & iure lib. 2. cap. 41. dubit. 15. vers. qui verò pegit, sub nu. 109. quod etiam constitut. 10. Pauli III. insinuat, dùm postquam de regularib. extra claustra eorum habitu regulari, siue retento, siue abiecto degentibus verba fecerat in præfatione, adiungere volens decretum, his vtitur verbis: Nos enim pro frenanda personarum huiusmodi apostatarum pertinacia, &c. Apostatas itaque censet eos tùm retinentes, tùm abijcientes habitum, vt propterea affirmare liceat, eos non immeritò easdem mereri pati pœnas, quas & cæteri apostatæ á Religione sustinent, ex frequentiori Scribentium sententia, excepta excommunicatione; respectu cuius dissentiunt complures, præsertim citatus Lessius, qui nec tunc irretiri excōmunicatione arbitratur, cum animo exijt apostatandi, & si non dimiserit habitum, attamen si vera est ratio ipsiusmet Lessij, vt apostatam faciat desertio instituti Religionis, non autem habitus depositio, quam & præfatus Azor. antea quoque scripserat, vtique tanquam apostata eisdem venit puniendus pœnis, quibus & reliqui, & consecutiuè etiam excommunicatione, & latæ sententiæ, vt concludit Consectius in summar. priuil. tit. 13. cap. 17. citatusque Azor. maximè per text. in cap. fin. de apostat. ex quo quidem text. id colligi posse, non videtur, nam & alij sunt, qui excommunicatione ligati minimè reperiuntur, & tamen in ordinibus malè susceptis ministrare nequeunt, vt propterea ob illam prohibitionem suspensi dicantur ab executione ordinum, & si ministrent irregulares fiant, quod multis in capitibus huius diuersorij scripsi, affatimque declaraui, subscribendum itaque negatiuæ sententiæ videtur, non quia non sit apostata, sed quia, nec alios apostatas ligari prædicta censura reperimus, nisi in casu quo exuerint habitu in cap. 2. ne clerici, vel monaci in sexto, quod præterea confirmari posset verbis Clem. VII. in constit. 43. sedis Apostolicæ, quibus excommunicationem infligit aduersus eos Fratres, & Moniales Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia, qui retento habitu extra obedientiam Superiorum dicti Ordinis viuere malint, vt alium deferant prorsus á dicto Ordine distinctum habitum diuersorum similiter colorum, censuræ longitudinis, & latitudinis: nam

in

in eos, & ipsorum singulos, tanquam in Apostatas ab habitu si contrafecerint excommunicationis latæ sententiæ pœnam emulgat: notanda itaque sunt verba illa, tanquam in Apostatas ab habitu, nam ostendunt excommunicationem prolatam esse in Apostatas dimittentes habitum, eamque extendunt in retinentes distinctum, ac diuersorum colorum, diuersæque censuræ longitudinis, aut latitudinis; & consequenter ex eis desumitur primum non extendi ad retinentem eundem habitum; ac præterea ita Sancitum inibi fuisse, quia censentur dimisisse habitum, & sic incurrisse censuram constringentem eos, qui habitum reliquerunt: verumtamen ab ea discedendum esse, & affirmatiuæ assentiendum videtur ob alteram Iulij III. sanctionem 60. Nó quidem, quod ita illa statuat, sed quod ita de iure esse insinuat, cum in eius initio his vtitur verbis: Immó temeritate propria, vt Apostatę partim in suo habitu, & partim illo dimisso commorantur, & Diuinorum officiorum celebrationi, & curæ animarum exercitio licet Apostatę, & aliàs ad id inhabiles se immisceant, excommunicationis, aliàsque censuras, & pęnas in tales promulgatas incurrendo; supponunt nimirum Apostatas esse viuentes ob temeritatem extra claustra, tùm retinentes, tùm dimittentes habitum, eosque incurrere ob id excommunicationem ipso iure; quod euidentius probat cum deinde præscribendo modum coerctionis, mandat post monitionem non comparentes, aut non parentes, censuras, & pœnas huiusmodi incidisse, & incurrisse, etiam summariè, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij procedendo declarari, aggrauari, & reaggrauari. Cuius decretum nulla vnquam posteriori lege abrogatum fuisse admoneo, quamuis & posterior Pauli IV. constitut. 29. abolita fuerit per alteram Pij IV. constitut. 8. Quandoquidem licet illa Pauli subsequatur hanc Iulij III. dispositionem, ac propterea dùm Pius IV. deleuit illam Pauli, dicatur itidem, & hanc Iulij submouisse legem; tamen re vera non submouit, tùm quia adducta Iulij III. cóstitut. generatim loquitur, omnes comprehendens Regulas; illa verò Pauli IV. speciatim verba facit de professis Fratrum Minorum; tùm etiam, quod Paulus IV. non legibus prædecessorum innititur, non ab illis inflictas pœnas approbat, non eosdem, quos illi recenset modos apostasiæ; immò vt ille ait, licet Romani Pontifices prædecessores per eorum Constitutiones complura contra Apostasiam huiusmodi ediderint statuta, & ordinationes, nondum tamen est plenum contra eam adinuentum remedium, ergo ideò illam edixit legem, vt alia inuestigaretur, & pleniora ediceret remedia, cum postea superuenit Pius IV. & eam abrogauit, neque aliarum Constitutionem meminit, tantum ab illo adinuenta remedia, atque in dicta Constitutione sancita circa Apostatam, & Apostasiam aboleuit, non quæ in alijs antecessorum Pontificum, vt propterea concludamus relatam Iulij sanctionem, his quoque temporibus vigere, & quando (quod prorsus negatur) cessaret, ob id non prosterneretur argumentum, quod ex illa desumpsi; quia non ex illius depromi decreto, verùm ex ratione, & suppositis quibus vtitur, quæ etiam antea militabant, & subsistebant; vt quatenus cessaret lex, non ideò deficerent per prius militantia, & quibus innixa manauit ipsa: hæc profectó pro vtraque parte vrgent, verùm quia Sacræ Rotæ auditorium tenuit, neque illum, (qui dimisso habitu Religionis recedit absque animo excutiendi obedientiæ iugum) dici verè Apostatam, & propterea non incurrere Apostatarum pœnas, nisi excommunicationem contra illos inflictam in adducto cap. 2. ne clerici, vel monaci in sexto, vt est videre in decis. vnica Achill. de Grassis sub rubr. de Apostat. (cui sententiæ nedum relati in ea, sed Gregorius etiam de Valentia inhæret, & alij supra citati non contradicunt, cum prædictum specificum casum non pertingant:) ideò mihi persuadeo, semper vltra alia memorata actendendum esse animum, vt quis reputetur verè Apostata, ac propterea, nisi illum habuerit non redeundi, vel saltem desierit habere redeundi, vt illa decis. fatur nu. 6. non ita iudicetur, quamuis excommunicatione citati cap. 2. ligetur; respectu verò aliarum pœnarum oporteat constare de animo non deferendi, vel saltem coniecturis probari, scilicet ex longa illius dimissione, iuxta verba illiusmet decis. nu. 15. quin & in foro exteriori tàm respectu censuræ, quàm aliarum pœnarum concluderem, quod si vel expressa, vel ex aliqua coniectura deduceretur hic animus, nempè ex diuturna mora extra Religionem, sit iudicandus, & declarandus excommunicatus, atque alijs innodatus pœnis, etiam qui habitu retento steterit: alioqui tanquam fugitiuus castigetur, quia si fugitiuus existimetur à Doctoribus cum eo indutus vagatur intentione reuertẽdi, præsertim Lessio nu. 109. adducti cap. 41. cum intentio isthæc coniecturis quoque probetur, ex notatis in Superioribus, certè si non longo tempore in eo statu vixerit, deerit quidem probatio, aut coniectura eiusmodi voluntatis, & consequutio cessabit Apostasiæ, illiusque non ideò patietur pœnas, sed fugitiuorum.

7 Sed proprium deserens Monasterium, habitumque, vt alterum dissimilis ordinis ingrediatur, non vtique pœna aliqua, seu censura venit plectendus, siquidem vnicuique Regulari, ex vna in aliam conuolare Religionem permissum videtur in cap. mãdamus 19. q. 3. & cap. licet cap. significatum cap. nõ est vobis, iuncto cap. sané de regular. nec requiritur, vt Religio ad quam voluerit transire sit perfectior, altior, fructuosior, vel sanctior, prout Theologi, maximè Diuus Thomas requiri opinabatur, eumque sequuntur Palud. in 3. lib. sentent. distinct. 38. q. 3. artic. 1. Syluest. verbo Religio 4. q. 3. & 6. cum seq. necnon Tabiena eodem verbo q. 23. cum satis sit ex sententia Canonistarum, vt in ea sit arctiór, strictior, durior, ac seuerior modus viuendi; ita siquidem in hac specie concludit Io. Andr. in cap. sanè nu. 8. vers. sed nos Canonistæ, de regularib. eiusque dictum amplexantur cæteri Canonistæ, & complures Theologi, præsertim Angel. in Summa verbo Religiosus nu. 35. & Rosella Religio 4. nu. 1. atque Azor. illud comprobans in lib. 12. instit. moral. cap. 14. vers. at verò; demúmque Lessius de iust. & iure lib. 2. cap. 47. dubit. 13. vers. dico arctiorem, sub nu. 100. Quare clamitant omnes Pontificij, Cæsareique Iurisperiti, licere Religioso ad strictiorem transire Religionem, dumtamen leuitate, tenuitate, animique inconstantia in eam migrare

non

non velit, ex glosa in cap. mandamus vers. monachus 19. q. 3. & licentiam à proprijs Superioribus petat, licet non obtineat, ex cap. licet de regular. Ex quo quidem canone id claré colligitur, & notant omnes, cum glosa in vers. licentiam, & glosa in cap. cum singula §. prohibemus vers. canonice, de præbend. in sexto, & inibi Franch. post nu. 3. Anton. de Butr. in cap. fin. post num. 13. de renunciat. Soccin. cons. 222. præsens in principio vol. 2. & Roman. singul. mihi 458. Domini mei, qui addit extare casum in l. qui sub prætextu, iuncta glosa C. de sacrosanct. eccles. comprobatque Lapus allegat. 130. pro dubij nu. 2. in fine, vbi tamen Mandos. in suis annotation. arguit contra præfatam resolutionem, aitque longe peius esse petere, & non impetrare, quam non petere. Verùm eius oppositiones facilè diluuntur, si aduertamus, licentiam à subditis petendam ob rationem à Scribentibus traditam, & relatam á Panormitan. cons. 95. in præsenti, post nu. 2. vol. 1. ne obedientiæ bonum contemnere videantur, sed humilitatem, puritatemque experiantur, idque petendo adimplent, & Superiores cum licentiam ipsam denegare minime debeant, rem agunt sibi vetitam à iure, teste Io. Andr. in cap. licet nu. 5. de regularib. Ideò debet censeri concessa statim quod petita apparet: quin ab ipsomet iure in dicto cap. licet, vt optimè notat citatus Lessius indicato cap. 41. num. 101. tùm maximè Mandosij principale assumptum prosternitur, ex text. in cap. illud in princ. de cleric. excomm. ministr. insinuante, in hac facti specie peius esse non petere, quam petere, & non obtinere, dùm ait Kildesemensem Episcopum licentia non solùm, non obtempta, sed neque postulata Ecclesia Kildesemensi relicta Herbipolensem Ecclesiam occupasse.

8 Cæterum Religiosos si eiusmodi non petita licentia constet ad aliam migrasse Religionem, quamuis strictiorem á Superioribus prioris Religionis ad eam quam antea professi erant Religionem posse reuocari scripserunt in cap. licet de regular. Hostiens. & Io. Andr. post nu. 21. ibique Abb. itemq; glos. fin. in cap. intelleximus, de ætat. & qualit. & cap. mandamus vers. monachos 19. q. 3. Rosella verbo religio 4. num. 4. Lapus adducta allegat. 130. Gaspar Calderin. cons. 25. quidam professus, de regularib. quam sequitur, & communem esse opinionem attestatur Abb. cons. 95. in præsenti, post nu. 2. vol. 1. Nauar. cons. mihi 52. Monachus Cassinensis nu. 2. de regularib. Roman. cons. 341. circa primum nu. 4. Staphil. super signat. colum. antepenult. vers. Regulari professo, & Mandos. qui præterea asseuerat veriorem in additione decima ad citatam Lapi allegationem, atque Azor. eam quoque veriorem fatetur, indicato cap. 14. vers. sexto quæritur, cui libentius subscribo, quam alijs affirmantibus, nec posse, nec debere reuocari, inter quos præeminent Goffred. Ioan. Calder. & Patrus Anchar. in d. cap. licet, iuncta glosa vers. licentiam, atque Syluest. verbo Religio 4. vers. aduerto quarto, & Barbat. cons. 9. viso facto, nu. 29. vol. 2.

9 Quod si ad parem voluerit transire religionem, ne dum licentiam petere, at impetrare eum oportet, vt optimè probat Lapus in pluries citata allegat. 130. nu. 2. in fine, nec tantum á proximo Superiore sufficiet illam habere, scilicet à Priore, seu Abbate proprij Monasterij, sed à Priore generali, vel (vt alibi vocatur) á Ministro, siue Abbate generali, aut etiam toto Conuentu impetrare opus erit, vt concludit Roman. singul. mihi 458. Domini mei. Ad laxiorem veró Religionem omninó prohibetur transire, eique propterea non suffragetur, quæcumque facultas, disponitur in Concilio Tridentino cap. 19. sess. 25. de regularib. nisi Pontifex Maximus eam sibi in specie largiatur, prout affirmant Ioan. Monach. in cap. cum singula nu. 6. de præbend. in sexto, Imol. in cap. final. nu. 5. de renunciat. Bonifac. de Vitalin. in clem. 1. num. 18. de regularib. & Roman. indicato singul. 458. vel nisi iusta suppetat causa, nam tunc illa probata à Superiore generali, poterit etiam concedi his quoque temporibus, quibus viget dispositio Oecumenici Concilij Tridentini ex sententia Nauar. cons. mihi 56. an generalis nu. 2. & cons. 57. vtrum licentia nu. 2. de regularib. quem sequitur relatus Lessius, sub num. 103. quod autem disponitur in constitut. Pij V. quæ est 29. & exorditur; postquam Diuina bonitas, vt translationes omnes per ipsummet Pontificem, suosque Prædecessores factæ, & in posterum faciendæ, nisi ad arctiorem, vel parem ordinem, etiam si in ordine ad quem translati fuerint professionem in eo emitti solitam, emiserint, redire teneantur; procedit in Apostatis, si illius Constitutionis verba actente intueantur, atque ideò si Apostata impetret licentiam á Papa, non valeat nisi ad arctiorem, vel parem concedat facultatem.

10 Sed bona huius transeuntis ad aliam Religionem sint ne prioris Monasterij, vel ad illud spectent, quod postea ingressus est, discutitur à Doctoribus, hanc siquidem quæstionem pertractat Couar. in cap. 1. de testament. nu. 20. Lapus allegat. 61. nu. Molina de iustit. & iure tract. 2. disput. 130. á vers. quando Religiosus in pœnitentiam recluditur, Gaspar de Calder. cons. 23. quidam de regular. Syluest. in Summa verbo religio 4. in quæst. 10. Rosella itidem religio 4. num. 11. Angel. verbo Monasterium q. 6. Philippus Probus ad Ioan. Monach. in cap. cum singuli nu. 5. de præbend. in sexto, Carolus Tappia meritissimus Regens in authent. ingressi, verbo sua cap. 6. de sacrosanct. eccles. & demum Azorius in lib. 12. instit. moral. cap. 15. vers. tertio quæritur, & Menoch. in addition. ad secundum librum de arbitr, Iudic. casu 436. à nu. 32. & quod ad nostram præsentem rem peculiarius attinet, quò ad illum, qui studio arctioris vitæ cum legitima facultate ad aliam migrat Religionem, non minima inter præfatos, aliosque Doctores existit contradictio, namque plerique ipsorum crediderunt vniuersa bona, etiam quæ ad primum Monasterium transierunt, vna cum monacho ad aliud se conferente transferri: alij verò censuerunt omnia bona iam à primo Monasterio habita, penes illud remanere, & secundo Monasterio acquiri totum id, quod post emissam in eo professionem monacho obueniret: Reliqui autem proprietatem bonorum acquisitorum à priori Monasterio, ad illud iddem pertinere, vsumfructum veró ad secũdum, quò ad vixerit monachus, & licet prima quotidiano vsu, & consuetudine obtẽpta fuerit, & receptior sit opinio. Secunda nihilominus videtur magis congruere iuris sanctioni, non obstante argumentatione Abb. ad primam

primam comprobãdam reſolutionem in cap.quod á te nu.8.de cleric.coniug. ſcilicet quod text.in cap. ſtatutum 18.q.1. diſponens ſpem ſuccedendi parẽtibus competentem monacho, dùm primum incolat Monaſterium, tranſire cum monacho ad ſecundum,apertè demonſtrat,rem antea quæſitam primo Monaſterio, vna cum monacho transferri ad aliud; huic ſiquidem argumento non ſolum contradicit intellectus,ſi verus eſt Syluestri in verbo Apoſtaſia propè n.13.vt ille text.ſubſiſtat in acquiſitis ex induſtria monachi,quæ ſint Prioris Monaſterij,in quo degebat,cum acquiſiuit,non autem in patrimonialibus; verum inſuper reſpondet Corneus conſ.88.placèt mihi nu.2, & inquit præfatum textum non aperire,vtrum ne hæreditas paterna fuerit delata poſtquam monachus aſſumptus fuit ad Epiſcopatum, vel aliud ingreſſus eſt Monaſterium; ideoque non aduerſari; iſtud idem inſinuat, quod alij expreſſius explicant, dum aſſerunt prædictum canonem,ideò ita diſponere, quia monachi genitor non eo tempore mortem obijt, quo ipſe monachus primum incolebat Monaſterium, ſed poſtquam ad ſecundum conuolauit cenobium; ita quod mirari non licet, ſi ipſo tranſlato in aliud, ſpes illa ante veram, & realem acquiſitionem, primo Monaſterio ita quæſitam, ab eó iuſtè, & facilè abdicetur,ac perſonam monachi ex eo egreſſam ſequatur;illique competat, in quo degit cum realis ſucceſſio proueniens ex parentis interitu vendicat ſibi locum: cuius contrarium propterea certè ſubſiſteret,ſi patre mortuo in aliud ſe transferret Monaſterium, quia primo eſſet valide acquiſita genitoris hæreditas,à quo minime tunc poſſet rationabiliter auferri,prout explicant, & defendunt Aluarodo de coniecturata mente lib.2. cap.3. num.7. & Didacus Spino in ſuo ſpeculo teſtam. gloſ.12. princip.poſt nu.24. Quod etiam dicendum eſt,ſi è Religione educeretur à Summo Pontifice illum promouente ad Epiſcopatum, aut alia iuſta, & legitima cauſa,quia bona ad Monaſterium acquiſita non reuertuntur ad ipſum Epiſcopum, teſte Ioanne Andrea,Abbate, & alijs in cap.1.de teſtamẽt.vbi Couar.eos ſequitur ſub nu.19.& Menoch.in citata addition. nu.45. Horum itaque ſententiam lubentius inſequerer de rigore iuris,niſi prior maioribus auctoritatibus, & deciſionibus fulciretur, aiunt enim cum religioſo in aliam licitè tranſlato Religionem,in eam tranſire omnia bona in primam inuecta, ita gloſ.in cap.quod á te,de cleric. coniugat. inibique ſcribunt Hoſtienſ. nu.4. Ioan.Andr. nu.7. Butr. ſub nu.9. Boich ſub nu.2. Anchar.num.9. & communem eſſe ſententiam, eamque ſequendam in iudicando,& conſulendo, ſcripſit Soccin. conſil. 222.verſ.quibus tamen, ſub nu. 3. vol.2. & Rota firmauit in vna Abulenſ.Cappellaniæ Mercurij 17. Maij 1600. & eſt deciſ.Seraphin.1361. Domini cẽſuerunt par. 2. Regulam namque illam, vt monachus quicquid acquirit, ſuo acquirat Monaſterio, intelligi addit ſi in eo perdurauerit,per Abb.in cap. cum olim el ſecondo,ſub nu.6.de priuileg. idque adeó, vt non tantum reſpectu Monaſterij alterius Religionis, verum etiam eiuſdem ordinis vendicare ſibi locum cenſuerit Cardin. Zabarell. conſil. 6. num. 6. attenta cuius ſententia, decidiſſe affirmat Triuiſan.deciſ.30. par.1. huic veró extenſioni cõtradicit adducta Seraphini deciſ.1361. eique aſſentior, & Regulam reſtringi opinor, in tranſlato ad Monaſterium diuerſi ordinis, ſecus ſi ad Monaſterium eiuſdem ordinis.

11 Tandem ſilentio haud inuoluam, quod in hac re exiſtimo ſummè notandum, vt quiuis tranſlatus de vna in aliam Religionem teneatur ſecundò in ea profiteri, quamuis in prima validam antea emiſerit profeſſionem, Nauar. conſ.60. an monachus,de regularib. Sorbus in compendio Mendicantium verbo nouitius, verſ. ſed aduertendum, & apertè probat conſtitut.Pij V. quæ eſt 29. exordiens,poſtquam Diuina bonitas, verſ.quodque omnes, atque ideò non amplius licebit demirari, dùm Molina in tract.2.de iuſtit. & iure diſput.140. verſ.quando religioſus, alloquitur his verbis, quando religioſus poſt emiſſam profeſſionem in vno Monaſterio, emittit profeſſionem in alio, comparante ſimiliter ius in bona ſuorum Religioſorum, &c. Neque alia ſimilia ab alijs multis Auctoribus tradita, cum ita debeant intelligi,eo quod ſentiunt illum oportere, iterum profiteri in alia ob rationem,quam illic Nauar.ſcribit, quod ſecundum Monaſterium apparet frequẽtius arctioris eſſe obſeruantiæ,ad quam profecto non extenditur profeſſio prioris Monaſterij, nulloque iure ad illam ſeruandum cogeretur, niſi profeſſionem rurſus emitteret, & quidem illud præcipuum oriretur abſurdum, niſi profiteretur ſecundo, quod non omnis eiuſdem Monaſterij eadem obligarentur diſciplina, & contradiceret diſpoſitioni cap.recolentes,de ſtatu monachorum,& cap. in noua 16. q.7. Huic autem reſolutioni minimè aduerſatur conſ.5.Federic.de Senis contrarium aſſeuerans, tùm quod loquitur de religioſo tranſlato ad Abbatiam, vel aliam Præfecturam alterius Monaſterij; qui cum enixè curare debeat, vt ab illius cœnobij ſubditis omninò ſeruetur, vtique videtur ipſe quoque tacitè profiteri ſe illam cuſtoditurum,tùm quod poſſumus rectius ſentiendò fateri præfatam Federici ſententiam improbandam eſſe,ſicuti idem Nauar.cẽſuit; quin etiam,& illud ſatis nouum adiungam, eum oportere agere nouitium anno integro, in hoc ſecundo Monaſterio, vt ſubſequens in eo profeſſio ſubſiſtat, prout opinatur, & rectè quidem præfatus Nauar. in conſ. 61. quidam Abbas nu. 4. Quamuis enim ſit religioſus profeſſus,atq; ideò nouitius eſſe nequeat,aut nouus religioſus, cum iam ſit antiquus; poteſt nihilominus eſſe nouus huius, aut alterius Religionis, atque ita poteſt eſſe nouus illius,licet ſit antiquus alterius, quare comprehenditur ſub decreto Concilij Tridentini in cap.15. ſeſſ.25. de regularib. niſi Papa diſpenſaret ſuper obligatione perficiendi annum nouitiatus, quod facile obtineri ſi peteretur, exiſtimo cum eodem Nauarro,ac niſi tranſeat,vt ſit Prçlatus,quod poſt Fredericum apud Nauarr. conſ.3. tenet adductus Leſſius eodem nu.101.

SVMMARIA.

Profeſſio validè emiſſa,quos operetur effectus,& primo plenariam indulgentiam, nu. 1.

Item diſſoluit quodcumque votum perſonale, vel reale,nu. 2.

Item

Item aufert irregularitatem, nu. 3.
Similiter nobilitatem, nu. 4.
Non autem iura suitatis sub eod. nu. 4.
Vitium omne purgat ingratitudinis, nu. 5.
A iurisdictione laicali remouet, nu. 6.
Matrimonium antea ratum dissoluit, nu. 7.
Vt Superior regularis absoluat ab excommunicatione, quam prius contraxerat professus, facultatem concedit, nu. 8.
Excommunicatus possit ne profiteri, & emissa ab eo professio, vtrum valeat discutitur, numer. 9.

Capitulum X.

PRofessio, si legitimè, & validè emissa fuerit, complures operatur effectus, quorum præcipuus est, vt sub peccati labe debeat opere cõplere, quod profitendo promisit circa tria vota Religionis; nempè circa Statuta, & Constitutiones Regulæ, quam professus est, iuxta ea, quæ plena manu scripsi in quatuor capitibus proxime præcedentibus, præter quem quidem effectum, alios multos, eosque notabiles gignit, quorum prior sit ille, quod
1 plenariam in ipso profitente, & debite contrito, atque confesso operatur indulgentiam, idque edocet Diuus Thom. 2. 2. q. 189. artic. 3. ad 3. argum. Diuus Antoninus in Summa 3. par. tit. 16. cap 3. §. 3. Felyn. in cap. cum deputati nu. 4. de iudicijs, Nauarr. in commentar. 2. de regularib. sub nu. 60. & Paul. de Castro in authent. ingressi C. de sacrosanct. eccles. Quamobrem si peccato mortifero commaculatus esset, qui profiteretur, nec tunc consequeretur remissionem prædictam, nec postmodum si superueniret pœnitentia, & contritio, vt concludit post rationes pro vtraque parte adductas, Caietan. in suis commentarijs ad citatum artic. 3. D. Thomæ, vers. ad hoc dicitur, quod cum professio.
2 Alius, est dissolutio cuiuscumque voti personalis, vel realis, eo quod in illud Religionis commutatur ipso iure, & absque Superioris auctoritate, per cap. scripturæ de voto, & affirmat Nauar. generatim in hac peculiari materia verba faciens, in manuali cap. 12. nu. 65. vers. item quod religiosus, & antea Caietan. ad Diuum Thomam citato artic. 3. vers. ad hoc dicitur quod secundum Auctoris doctrinam; & expressius probant Couar. in rubr. de pactis par. 1. cap. 3. nu. 4. vers. sexto, Graff. in suis decisionibus aureis lib. 2. cap. 30. nu. 3. & Emanuel Sà in lib. Aphorism. verbo voti irritatio nu. 6. idque adeò fatentur, vt etiam intra annum probationis, contingat liberatio à votis omnibus, vt prædicti Couar. & Graff. illic cæteris expressius inquiunt, & reliqui citati, ob quod ipse non immeritò dixi commutationem fieri ipso iure, nam illico post ingressum liberatur à votorum obseruantia; est verum, quod si propria culpa rediret ad sæculum, tunc teneretur implere votum in sæculo emissum, vt post D. Thomam concludit idem Couar. in loco citato, & Graff. in eodem cap. 30. num. 3.
3 Tertius professionis effectus, est irregularitatem abolere ex auth. de monach. in princ. & probaui latius in rubr. de person. prohib. prom. cap. de illegitimis, vers. alia species; non quidem omnem auferat irregularitatem, vt aliqui, & perperam existimauerunt, verum vt alij rectius sentientes dixerunt, eam amoueat, quæ non enascitur ex propria culpa, proprioue delicto, sicuti eo in loco efficaciter defendi, atque Suarez in tract. de censur. disput. 41. sect. 1. num. 3. tandemq; Sayrus in suo thesauro casuum conscientiæ lib. 7. cap. 13. nu. 8. aliam præterea in hac re constituens conclusionem, vt illam tantum submoueat, quam per huiusmodi professionem Religionis auferri sancitum reperitur expresso iure, & antea tradiderant Abb. in cap. 2. nu. 6. de Apostat. Angel. de Clauas in Summa verbo irregularitas 2. nu. 1. Syluest. eodem verbo. Maiol. in tract. de irregular. lib. 5. cap. 51. nu. 11. & Henrich. in sua Summ. theol. moral. lib. 14. cap. 17. §. 2.
4 Quartus effectus est, vt nobilitatem auferat, quam propterea monachus amittit ex glosa in cap. ea quæ, vers. Abbas, de statu monachor. & cap. 1. vers. ingenuus de purgat. canon. & alij multi, quos citat Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 26. vbi veritatem huius dicti inquirit, tu eum adeas, illud certo sciens, monachum non amittere iura suitatis, teste Bart. in authent. si qua mulier nu. 5. C. de sacrosanct. eccles. Roman. in singular. 37. vtrum nobilis, præfato Tiraquel. in eo tract. cap. 6. post nu. 50. & citato cap. 26. nu. 5. nec non Molina de primog. hispan. lib. 1. cap. 13. nu. 75. Quid verò sit suitas elaborant valde Scribentes aliqui in l. qui se patris C. vnde liberi, tametsi ex coniugato vocabulo hoc est sui, satis eius significatio liqueat, teste Misinger. in §. sui autem nu. 4. instit. de hæred. qualit. & different. quinimmò Alciat. in l. 4. ff. de verbor. signific. refert Soccin. rogatum Politianum, quis suus hæres diceretur, & obmutuisse; verùm quia prædicta dictio clarissime exponitur in adducto §. vt significet domesticos hæredes, vbi etiam Doctores adiungunt ex lingua græca significantius patere, & proprium eiusmodi dictio præseferat; ideoque suus hæres quasi proprius, & domi natus non aliunde accitus, quasique sui ipsius hæres, eo quod morte parentis nouum sibi non acquiritur dominium, (cum etiam illo viuente paternorum bonorum, quasi Dominus existimetur, fictumque propterea habeat dominium, siue improprium, vel potius in spe, ita commonente Alciato in lib. 2. parerg. cap. 15.) sed in illum cõtinuatur, & ex fictitio fit verum, ac effectuale, quamobrem isthæc dictio suus ad dominium refertur à Viglio, & Misinger. indicato §. & hæc sui hæredis qualitas est illa, quam nostri, vulgó suitatem vocat, nouo quidem, & inusitato veteribus vocabulo, sed vsu paulatim recepto, & ad docendum apto, idoneoque, in quibus vocibus nimis superstitiose Grammaticorum canonibus obstrictos nos esse nullus probat: Iura itidem sanguinis Religiosus ipse neque amittit, vt Abb. probat in cap. quia nos num. 2. de testam. Lapus in allegatione 101. in Ciuitate Florentina nu. 7. præfatusq; Tiraquell. indicato cap. 26. num. 8. Molina citato cap. 13. num. 74. & Bald. in cap. cum in magistrum de electión. num. 3.

Præ-

5 Præterea maculam abſtergit,omneque vitium purgat ingratitudinis ante ingreſſum contractæ, iuxta gloſam in §.nullam verò, verſ.ingratos,in authent.de ſanctiſſ.Epiſcop.& gloſ.in l.final. §.non liceat, verſ.quaſi ingratum C.de Epiſcop. & cleric. indiſtinctéque firmat Abbas conſil.27. pro clara nu.2. vol.2. ita quod non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hæreditate repellere, monachos factos, quamuis dum laici fuerant in cauſam ingratitudinis inciderint,ad text.in cap.fin.19.q.3.

6 Item in cauſa eſt, vt forum, quod antea erat laicale mutetur in eccleſiaſticum, cum iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici ex tunc ſubijciatur, Nauarr.in commentar. 2. de regularib. ſub nu. 60. etiam poſt delictum commiſſum, iuxta notata à me ipſo in rubr. de priuileg. cleric. cap. 2. verſ. ampliatur 11. quod ſi negotium ſit ciuile,& iudicium tempore laicatus cœptum fuerit contra eundem,vel alium laicum,cuius ipſe ſit hæres,obſeruanda meo iudicio ſunt, quæ in eodem capite diſſerui, verſic.decimoquinto ampliatur, cum duobus verſiculis ſequentibus.

7 Alius quoque eſt profeſſionis effectus, vt matrimonium ratum diſſoluatur per profeſſionem ipſam ſubſequentem cap. verum, cum cap.ex publico,de conuerſ.coniug. & Sacrum Concilium Tridentinum in cap. 24. ſeſſ. 6. de Sacrament. matrimon.ipſeque ſcripſi cum declarationibus, ampliationibus, & reſtrictionibus in rubr. de Sacrament. in genere,verſ.ſoluitur quoque,cum ſequentibus.

8 Efficit etiam, vt ſi ingrediens Religionem, & profeſſionem emittens reperiatur excommunicatione ligatus ab eiuſmodi cenſuræ nexu liberari, & abſolui poſſit per Priorem, ſiuè alium Superiorem eiuſdem Religionis,quin etiam id efficiat ſolus ingreſſus,& conſequenter ſuſceptio habitus, quamuis nondum emiſſa profeſſio, aſſeuerant, Innoc. in cap. monachi, de ſentent. excommunic. & Rayn. Hoſtienſ.& alij,quos ſequitur Archidiacon.in cap. Religioſo in fine, de ſentent. excommunic. in ſexto,idque tùm à ſententia lata à iure, tùm ab homine, defendit Lapus allegat. 37. Magiſter num. 6. & cumulatius ſcripſi in hac rubr.cap.2.verſ.præterea; Verum à prędictorum ſententia diſcedit Vgolin.in tract.de cenſur. tabul.1. cap.4.nu.10. & fortaſſe innititur veritate, conſideratis præſertim rationibus in citato verſiculo demùm relatis á me ipſo,vel ſaltem fatendum eſt nos debere diſtinctione illa vti, de abſolutione ab excommunicatione lata á iure,& homine,qua vtitur in hac ſpecie Suarez in tract.de cenſur.diſput.7.ſect.2.nu.28.

9 Sed poſſit propterea excommunicatus ingredi Religionem, & profiteri, valeatque ingreſſus, & profeſſio, annuunt Io.Andr.in cap.dolo facir, de re iudic.in ſexto,Ioan.Firman.in tract. de Epiſcop.lib.2.q.2.ante num.5. Abb.in cap.cum illorum,ſub nu.4. & Felyn. ſub nu.2. de ſentent.excommunic. Rocch.de Curte in tract. de iurepatron. verſ.competente, ſub nu.20. & quidem aſſertum in ſecundo capite exiſtimo omninò verum; ſcilicet ſubſiſtat ingreſſio,& profeſſio,præterquam ſi vigore reſcripti Apoſtolici principaliter ingrederetur, quia reſcriptum redditur nullum propter excommunicationem, & conſequenter etiam profeſſio illius virtute emiſſa, iuxta ſententiam Calderin. quam ſequitur Geminian. in cap. 1. nu.18. de reſcript. in ſexto, Felyn.indicato nu.2. & Marian.Soccin.in cap.ſacris nu.174.de ſentent. excommun. cuius reſtrictionis vehementer dubito his temporibus ob clauſulam teque abſoluentes, paſſim apponi ſolitam in reſcriptis Apoſtolicis, ob quam beneficio reſcripti omninò gaudet,quamuis ſit cenſura iſta ligatus,ex his,quæ ſcripſi cap.15.huius rubr.à n.22. Quo verò ad aſſertum in primo capite diſſentio, propterea quod ſine labe peccati non emittitur profeſſio ſi excommunicationem ſciat ipſe idem, qui emittit profeſſioné, vel eius ſuperior admittés, aut recipiens, iuxta notata per Vgolin. in eodem tract.de cenſur.tabul.2.cap.20.nu.5.

SVMMARIA.

Annullatur plerumque profeſſio, ac primum, quia ante expletum 16. annum emiſſa fuit, num.1.

Allegantis ante ætatem emiſſam, onus eſt probare,tunc emiſſam,nu.2.

Profeſſo petenti declarari nullam ob dictum caput, ſit ne dandus curator ad lites ſi ſit minor, nu.3.

Aetas quomodo probetur remiſſiuè tangitur, num.4.

Nulla etiam declaratur ſi furore tunc erat correptus, nu.5.

Ita ſi alio nomine appellatus morbus,quo mente erat alienatus,nu.6.

Itidem ſi ebrius tunc erat, addita tamen declaratione,quæ refertur,nu.7.

Quin & ſi propter metum profeſſus fuerit, num.8.

Omnis actus metu factus, non eſt ipſo iure nullus, præter votum, & matrimonium, num.9.

Metus quid ſit, nu 10.

Qualis requiratur ad annullandum actum, &c. nu.11.

Quis dicatur metus cadens in conſtantem virum, nu,12.

Votum non omni metu cadente in conſtantem virum erit nullum; ſed quod explicatur, num.13.

Metus reuerentialis an inualidet votum, ac matrimonium propterea celebratum, num.14.

Quid præterea ſi ob blanditias maximè Principum fuerit contractum matrimonium, aut emiſſum votum, & profeſſio, multis additis conſimilibus explicatur,nu.15.

Cauſa verò inualidantes profeſſionem vigore Conſtitutionum Sixti V. nu 16.

Itē vigore Regularum cuiuſq; Religionis, nu.17.

Requiſita per Concilium ad inualidandam profeſſionem recenſentur, cum ampliationibus, reſtrictionibus, & declarationibus, nu.18.

Capi-

Capitulum XI.

Qvamuis autem vnamquamlibet professionem in dubio præsumi validam, certum sit, probatque Rota in decis. 1361. Seraphini num. 7. tamen multis in casibus inualidam esse constat, probata tamen causa annullante ipsam professionem, ideo impetitur quandoque emissa professio ab ipsismet profitentibus, aut alijs prætendentibus illius inualiditatem, ac verificatis verificandis persæpe annuunt Iudices, illam decernendo carere omni prorsus firmitate; idque iuris suffulti dispositione, statuente in multis casibus frustra emitti, & emissam irritam esse.

1 Quorum primus sit ille, cum ante decimumsextum annum expletum facta dignoscitur à quocunque siuè masculo, siuè fœmina, ita nouissimè disponente Concilio Tridentino in cap. 15. sess. 25. de regularib. & concinit 73. constitutio Sixti V. postmodum edita, & hoc attendendum, quamuis antea minorem habenti ætatem licuisset profiteri, nempè si 14. tetigisset masculus, & 12. fœmina, per cap. 1. iuncta glosa, & cap. nostram, cap. significatum, cap. cum virum, & cap. cum simus, de regularib. & cap. 1. adducto tit. in sexto, atque clement. eos, de regularib. est verùm, quod illa si fuerit emissa in suprema, & vltima die anni 16. valeat etiam his téporibus post dictum Concil. Tridentin. firmaui in rubr. 7. de ætat. ordinan. cap. 6. vers. professio autem num. 129. ad quam sententiam adductus sum doctrina Thomæ Sanchez ita concludentis, & multis rationibus eam probantis in tract. de sacram. matrim. lib. 2. disput. 24. nu. 22. & concinunt, quæ ipsemet in eodem capite scripsi de ætate ad sponsalia loquens, in vers. sed si aliquis.

2 Quod si de veritate huius ætatis dubitare contingat, quia factum præsumitur ætate habili, vt inquit Abb. in citato cap. cum virum nu. 4. & Surdus decis. 75. præter nu. 15. Ideó onus probandi contrarium incumberet actori ita dicenti, & alleganti ex Io. Andr. in cap. 1. nu. 1. Butr. nu. 13. & Abb. nu. 5. de regularib. & Surd. in loco citato, qui generica Bart. sententia mouentur, dùm in l. de ætate nu. 12. ff. de minorib. conclusionem firmat, vt allegantem ætatem, illaque innixum oporteat eam probare, & plenè, Felyn. in cap. in præsentia nu. 28. subiungens de communi, sub rubr. de probat. & amplissimus Cardinalis Tuscus in conclus. 344. liter. A, nu. 34. conclusionem præterea constituit, quod probatio incumbat asserenti, & est conclus. 768. liter. P, non tamen prohibitum est vtriusque partis probationes recipere in hac re, quin etiam recipi poterunt, iuxta sententiam Ioan. Andr. in citato cap. 1. nu. 1. de regularib. per textum in cap. super hoc, de renunciat.

3 Huic autem professo, & instanti pro nullitate professionis emissæ in minori ætate, sit ne dandus curator ad lites, annuunt Speculat. in tit. de stat. monachor. nu. 36. q. 30. Archidiacon. in cap. puella num. 2. causa 20. quęst. 2. & inibi Bellamer. sed contradicit Io. Andr. in sua addit. ad Speculat. in dicto loco, fretus decis. cap. si annum in princ. de iudic. in sexto, qui textus in eius prima parte loquitur, ni fallor, in eo, qui maior esse non dubitatur 14. annis, quia tunc in spiritualibus, & beneficialibus sine curatore iudicium exorditur, & prosequitur; casus autem noster vendicat sibi locum, cum dubitatur si sit maior, & negatur ab ipso prætendente se minorem, & propterea rectè existimauerunt Speculat. Archidiac. & Bellamer. dándum esse curatorem, vel dicamus opinionem Ioánis Andreę subsistere, cum nullitatem professionis tanquam emissæ ante ætatem petit postquam maiorem attinxit ætatem.

4 Sed quomodo, quibusque modis probetur ætas non discutiam in hoc loco, propterea quod extrarem esset, ac longius, quam statui oporteret immorari, itaque remitto lectorem ad ea, quæ superinde, summis, vt aiunt labijs delibaui in rubr. 7. cap. 6. nu. 162. & rubr. 11. de person. prohib. promou. cap. 4. vers. sed quomodo num. 6. necnon Mascard. in 2. vol. de probationib. conclus. 667. vsque ad conclus. 677.

5 Alij eandem inuadunt professionem, tanquam emissam ab eo, qui erat furore correptus, quæ inualida sanè pronunciatur, prout & aliud quodpiam votum, iuxta cap. sicut tenor, de regularib. cap. Gósaldus 17. q. 2. cum alijs multis concordantibus, & præ cæteris Diuus Thomas 2. 2. q. 88. artic. 4. & q. 189. artic. 5. nulla siquidem est ipsius voluntas, teste Iureconsulto in l. furiosi ff. de regul. iur. & Imperatore Iustiniano in §. præterea, institut. quib. non est permiss. facer. testam. Ideoque nihil eorum, quæ agit, intelligit iuxta §. furiosus, instit. de inutil. stipulat. vt propterea neque Diabolo obligetur si peccet, prout docet Alexan. Alensis in par. 1. Summæ q. 182. artic. 1. & 7. comprobatque vniuersa Schola Theologorum in 2. lib. sententiar. distinct. 22. Ex quibus, & alijs multis firmaui ipsum irregularitatem non contrahere si alium exanimet in rubr. 11. de person. prohib. promou. cap. 23. vers. furiosum insuper nu. 101. vbi, necnon cap. 17. num. 179. de furiosis, & alijs carentibus sensu, quamuis diuersis nominibus appellatis, complura necessaria, & scitu digna coaceruaui, quæ huic emissæ professioni maxime conferunt: quare ne illic scripta repetá, hic contentus ero tantum adiungere, neque sponsalia, aut matrimonia validè posse ab illis contrahi, vt probat Sanchez, (quem solum in præsenti citare sufficiat, quia omnem hanc materiam multis præmissis quæstionibus explicat) in tractat. de sacram. matrim. par. 1. lib. 1. disput. 8. á nu. 15.

6 Quod hactenus in furiosis scripsi ad alios itidem mente alienatos, & varijs nominibus nuncupatos extendo, scilicet ad amentem, dementem, stultum, mente captum, insanum, freneticum, atque melancolicum; ipsi enim æquiparantur in iure, quó ad hoc, vt vnus æquè alter lumine, & sensu bono careat, quamuis vnus eórum plus altero, eo animi morbo laboret, vt concludit, & rectè quidem Boer. decis. 23. & quo ad primam quæstionem nu. 42. Menoch. cons. 82. iuslistis nu. 191. volum. 1. & satis erit si professionem emiserint eo tem pore, quo morbo ipso laborabant, quia inualidum apparet, quicquid tunc agunt, ex deductis à me in citato vers. furiosum insuper.

7 Quinimmò ad ebrium iustè quoque amplio per ea, quæ in eodem cap. 23. scribo nu. 108. neque contingit

tingit de hac reſolutione quoquomodo dubitare, cum ipſum libero conſenſu,& deliberatione debita certum ſit carere, omneſq; affirment, quos ſequitur Thom. Sãchez in tract. de matrim. lib. 1. diſput. 8. nu. 19. itaq; promiſſio ebrij non teneat, dicit gloſ. 1. in cap. vnuſquiſque 22. q. 4. quam ſequitur Dec. conſ. 112. in præſenti, ante nu. 1. defendẽs propterea matrimonium ab eo celebratum, aut teſtamentum conditum, eſſe irritum; idq; commendat ampliſſimus Cardin. Tuſchus in concluſ. 1. lit. E, nu. 1. vol. 3. Non tamen diſplicet reſtrictio Decij, & Tuſchi indicatis locis,& ambo num. 2. vt procedat quando talis ebrius non intelligit, quod agit, non autem, ſi tantum eſſet hebetis ſenſus, aut non haberet illum vigorem mentis, quem ætas poſtularet, & ſequitur Maſcard. in concluſ. 579. verbo ebrius num. 8. vol. 2. adiungens propterea eſſe conſiderandum, & attendendum genus ebrietatis per Bald. in cap. 1. de teſtibus, & inibi Dec. nu. 6. vt propterea modica non ſufficiat, quinimmo probandũ eſt ipſum verè fuiſſe ebrium tempore celebrati actus, alioquin ſi antea fuerat, & iam inceperat euaneſcere, quamuis tunc non eſſet perfecta digeſtio, nihilominus validè faciat, vt idem Maſcard. præ cæteris adductis, ait in ead. concluſ. num. 4. præterquam in celebratione miſſæ, quam ſi ebrius non præmiſſa digeſtione celebrat, licet validè celebret, quin etiam, & corpus Chriſti conficiat iuxta communem ſententiam, ſequam tradit Abb. in cap. ſi conſtiterit nu. 4. de accuſat. perperam tamen facit, ita quod beneficijs priuandus venit, iuxta text. in adducto cap. ſi conſtiterit,& inibi Abb. nu. 1. atque nouiſſime tuetur Ioan. Franc. Leo in ſuo theſauro fori Eccleſiaſtici par. 3. cap. 35. num. 60.

8 Sunt qui tertio eandem adoriuntur profeſſionẽ, eo quod metu facta apparet, quo caſu nullitatẽ pollere certum eſt, per cap. 1. de his, quæ vi metus cauſa fiunt, cap. ſicut 20. q. 1. cap. 3. de regularib. in ſexto, ſponte ſiquidem ingredi debet, cap. procliuis 20. q. 3. adeò quod excõmunicationis vinculo innodantũr à Concil. Trid. qui mulierem Monaſterium ingredi coegerit, quiq; conſiliũ, auxilium, vel fauorem dederit in cap. 18. ſeſſ. 25. de regul. ipſeq; dilato inferius cap. 16. nu. 9. verũm ſit ne ipſo iure nulla, vel potius irritãda profeſſio emiſſa ob metũ cadentem

9 in conſtantẽ virum? pro reſponſione breuibus vtar verbis: concludens omnem actum, ſiuè contractum ita celebratum, regulariter ſubſiſtere quouſque reuocatũ fuerit à ſuperiore, & reſcindendũ eſſe actione, quod met. cauſ. probat Thom. Sanchez in tract. de ſacram. matrim. lib. 4. diſput. 8. nu. 4. Zabar. clem. 2. §. ſanè ſub nu. 2. de pœn. Signorol. conſ. 75. nu. 21. & eſt communis opinio teſte Soccin. Iun. conſ. 77. licet in præſenti conſultatione nu. 26. vol. 1. atque Pariſ. in tract. de reſignat. lib. 13. q. 2. ſub nu. 9. & gloſ. 1. & ſollemni in cap. Abbas, de his, quæ vi metus cauſa fiunt, ſubiungẽte ipſam cõcluſionem reſtringi in voto, & matrimonio, quod ipſe latius probo cap. 5. nu. 6. & cap. 19. nu. 19. & in vtraque reſolutione militare admoneo, nempè regula, & limitatione, quæ ab omnibus ferè recepta eſt, teſte Nauar. qui eã omninò ſequitur in conſ. 4. quidam 17. annos natus nu. 6. de ijs, quæ vi metus cauſa fiunt, & in manual. prælud. 6. nu. 5. Syluest. verbo metus nu. 8. & verbo votum 1. nu. 12. Suarez tom. 2. diſput. 2. q. 1. punctu 4. verſ. penult. in fin. Nec quidem ratione caret; Philoſophi ſiquidem in lib. 3. Ethicor. ac Gregor. Niſſeni, D. Thomæ, & aliorum ſententia edocemur, & in communem illam adducimur reſolutionem à Gregor. de Valent. traditam in 2. tom. diſput. 2. q. 1. punct. 4. & à me ipſo commendatam, & comprobatam hac rubr. de perſon. prohib. promou. d. cap. 5. ſub nu. 3. vt ea, quæ fiunt ex metu, ſimpliciter ſint voluntaria, inuoluntaria verò ſecundum quid, ex qua aliam prodire ſubiungit idem Valentia in verſ. porrò; inquiens, vniuerſa, quæ ex metu fiunt mixta eſſe, hoc eſt, partim voluntaria, & partim inuoluntaria, magis tamen voluntaria, quibus ita conſtitutis concluſionibus, ſequitur cuncta ſubſiſtere, quæ ex metu geſta ſunt; Iure autem poſitiuo irritanda eſſe, atque interea adimplenda, exceptis voto, & matrimonio, vt antea ſcripſi, idque ex peculiaribus rationibus, matrimonia ſiquidem non tantum voluntaria eſſe requirit, exigitque Eccleſia; verùm inſuper ad plenum voluntaria, teſte Caietano ad D. Thomam 1. 2. q. 6. artic. 3. & Sayro in 2. tom. inſcripto, Clauis Regia lib. 2. cap. 2. ſub nu. 11. itidem in votis, quæ cum fiant Deo, ille militem ſpontaneum, & voluntarium eligit, iuxta cap. non eſt 11. q. 3. Quare profeſſionem ita emiſſam ipſo iure inualidam dicunt omnes, ita quod communem eſſe atteſtetur Vaſquius in ſuis controuerſijs illuſtribus cap. 35. nu. 17. Burſat. conſ. 72. nu. 21. vol. 1. & Pariſ. in tract. de reſignat. benefic. lib. 13. q. 2. nu. 7. ſit autem irritum votum ex diſpoſitione iuris naturalis, an poſitiui, explanat Sayrus eodem tom. 2. lib. 6. cap. 5. nu. 19.

10 Cæterum antequam vltro progrediar, non vanè prænotabo, quod metus dicitur, quaſi tenens mentem, auctore Zabarel. in clem. cauſam §. verum ſub nu. 1. de elect. quique à Cicerone in 4. Tuſculan. definitur, vt ſit opinio impendentis mali, ſitque ægritudini finitimus; ſicut enim metus eſt ægritudo præſentis, ſic ille futuri mali, à qua definitione non longè differt altera Vulpiani in l. 1. ff. de eo, quod metus cauſa, vt ille ſit de inſtanti, vel futuro periculo, mentis trepidatio, in qua definitione rectè dicitur mentis trepidatio, propterea quod metus ortum habet ex forti imaginatione futuri periculi propè iam imminentis, additur inſtantis, quandoquidem pericula multum remota, neque timentur, neque mentem perturbant, teſte Diuo Auguſtino in ſermon. 1. Dominicæ ſecundæ poſt octauam Paſchatis; Eccine exemplum patẽs, quod omnes certo certius noſcimus nos morituros, mortem nihilominus tanquam longè diſtantem non timemus: præterea coniunctim in eadem definitione dicitur, de inſtanti, vel futuro, cum periculum nondum euenerit, quas omnes definitionis declarationes perdoctè more ſolito, tradit Thom. Sanchez in tract. de ſacram. matrim. lib. 4. diſput. 1. nu. 7.

11 His ſuppoſitis non omnem metum prædicta operari, ſed in primis, qui iuſtus ſit per cap. final. de appellationib. Non quidem, vt iuſtè inferatur, de eo enim iuſtè illato conqueri nemo poteſt, ad text. in l. ſi mulier in principio, & illic Bart. ff. quod metus cauſa, Alex. poſt Caſtrenſ. in l. cum aliquis nu. 4. C. de iure deliber. & Dec. in dicto cap. fin. nu. 1. ac Ioan. Andr. num. 1. Vani ſiquidem timoris non ſit iuſta excuſatio, probatur Regula iuris relata in

l. vani timoris ff. de regul. iur. sed iustus dicitur, qui validus sit, & efficax, scilicet, qui cadat in constantem virum, iuxta glosam vnicam in summ. 20. q. 3. comprobatque textus in cap. cum dilectus, de ijs, quæ vi metus causa fiunt; necnon Calder. in cons. 1. citato titulo de ijs, quæ vi metus causa fiunt, & Tappia in authent. ingressi verbo ingressi cap. 12. num. 8. & Sayr. in suo thesauro volum. 2. lib. 6. cap. 5. nu. 15. vers. primo; quin etiam si verba Iurisconsulti sunt ad literam, actendenda in l. metum la 2. ff. quod met. caus. ille deberet esse talis, qui caderet in virum constantissimum, nisi cum Abbate dicamus in cap. cum dilectus nu. 3. de his, quæ vi, vt quamuis Iurisconsultus censuerit in ea l. metum requiri, qui cadat in constantissimum, communi tamen sententia receptum esse sufficere cadentem in constantem, vel potius superlatiuum in ea l. positum accipiendum pro positiuo, & consequenter sensus sit in virum constantem, prout scribunt Dec. in cap. fin. nu. 2. & cap. causam matrimonij nu. 4. de offic. deleg. Ias. in §. quadrupli nu. 55. instit. de action. & post alios Paris. in tract. de resignat. benefic. lib. 13. q. 1. num. 55. atque ita adstipuletur sanctioni Pontificiæ admittenti metum cadentem in constantem virum in cap. cum dilectus, cap. veniens, & cap. consultationi, quod met. caus.

12 Quoniam verò dignosci difficulter potest, quis propriè dici possit metus in constantem virum cadens, Iudicis arbitrium explicabit, per l. metus autem causa ff. ex quib. caus. maior. qua lege freti scribentes, ita inquiunt, maximè glos. in l. interpositas, vers. cruciatum C. de transactionibus, & illic Bald. Paris. consil. 53. quamuis canones num. 60. consil. 60. agitur in præsenti num. 17. cons. 139. stante facti narratione num. 10. & cons. 170. detestabilis nu. 19. vol. 4. Corn. cons. 41. videtur num. 13. vol. 2. & post alios Menoch. in tractat. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 135. num. 3. Surd. decis. 194. amplissimis verbis nu. 30. ac de communi testantur Couarru. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 8. Suarez in commun. opin. verbo metus, num. 147. & alij relati à Parisio de resignat. benefic. lib. 13. q. 1. sub num. 59. qui Iudex metum extare, aut abesse multis pensatis, & actentè præcognitis dijudicabit, ac potissimùm animaduertet, si ille quinque concurrant conditiones, quas refert, & eleganti methodo explicat Thomas Sanchez in tractatu de sacrament. matrimon. lib. 4. disputat. 1. à num. 10. cuius scripta poterit curiosus lector percurrere, illa siquidem censui hoc in loco subticere, ne vel omnia transcribam, vel breuitati studens aliquid prætercam, quod necessarium ab alijs iudicetur, labori namque haud parcerem in congerendo, si Doctores sparsim de hac re agerent. Vnum tamen silentio non inuoluam tanquam præcipuum in hac re axioma, quod cum non omnes vnius conditionis simus, dùm aliqui constantissimi sunt, quos nullum periculi, nullumque tormenti genus terret; aliqui verò mustella ipsa timidiores, vt leues etiam flatus, & austros vereantur, reliqui autem ob sexus diuersitatem fragiliores, vt fœminæ ipsæ sunt, nimirum si iam dicta verba in constantem virum, explicanda veniunt secundum qualitatem, & constantiam personæ metum passæ, atque ita nomine viri intelligatur animi robur pro cuiusque conditione, vt ait Sot. in tractatu de iustitia, & iure lib. 7. q. 2. artic. 1. vers. secundum argumentum est, prope finem, & deducitur ex l. 3. ff. ex quibus caus. maior. ibi, & hoc ex affectu eius intelligitur, nam ex affectu (subdit inibi Alberic. sequutus Riccardum de Malumbre) idest ex animo eius, cui metus infertur; nam maior metus exigitur in milite, & constanti, quam in pusillanimi, & vili, vt explicat Thomas Sanchez in eodem lib. 4. disputat. 3. num. 4. qui antea num. 2. rectè quoque dixerat, metum cadentem in virum constantem dici respectiuè, vt metus, qui respectu vnius est cadens in constantem virum, non dicatur talis respectu alterius, qui fortior est, & robustior, atque ita non sit differentia in modo, & timoris probabilitate, vt Palazius perperam opinabatur, sed in grauitate mali, quod est obiectum timoris; ac propterea sufficiat in eo, qui leuis est corde, & pusillanimis, minoris mali comminati timor, non tamen, vt etiam leuis si impulit personam, ita sit dicendum respectu eius qualitatis, per argumentum à militante ratione, quo fretus ita conclusit Dec. in l. in omnibus causis la prima, sub num. 3. de regulis iuris, sed grauis metus semper requiratur, & quod in se graue sit malum, quamuis respectu personæ, quandoque non sit ita, eo quod grauitas ista consideranda venit respectu personæ patientis metum, vt idem Thomas Sanchez optimè declarat in adducta distinctione prima, sub num. 14. & procedit doctrina Nauar. in manuali cap. 22. num. 51. vers. sextum, Soti in adducto vers. secundum argumentum, propè finem; considerantur enim circumstantiæ fortitudinis, vel debilitatis, non solum sexus, vt propterea minor metus in fœmina desideretur, quàm in masculo, ex Doctoribus omnibus, & illis præsertim, quos sequitur Menoch. citato casu 135. num. 5. Ludouic. Lopez in secunda parte sui instruct. sub rubrica de matrimon. cap. 40. Roman. singul. 226. tu scis, & glosa insignis probat in cap. de muliere, versic. inter vim, de sponsalibus, atque Paris. consil. 26. pactum num. 64. volum. 3. alterq; Paris. de resignat. benefic. libr. 13. quæst. 1. num. 61. necnon Sayrus in libr. 6. capit. 5. num. 18. tomo 2. verum etiam consideratur circumstantia, & differentia ætatis, innatæ magnitudinis, vel paruitatis animi, aliorumque accidentium metum passi, vt Nauar. profitetur in loco mox citato, & reliqui adducti Auctores.

13 Quibus iure meritò subiungam non semper adductum axioma subsistere, vt votum proficiscens ex metu cadente in constantem virum censeatur irritum, quandoquidem non illud, quod ex metu intrinseco, vel extrinseco, sed diuinitus illato, & procedẽte ex causis naturalibus, cuiusmodi est votũ emissum ex metu grauis infirmitatis, quod valere, & in conscientia obligare inquiunt omnes, suffulti communi Theologorum, & Canonistarũ sententia, relata, & commendata à Sayro indicato cap. 5. sub num. 15. Aut si tempore tempestatis maris, incendij, pestis, belli, aut alterius morbi, seu causæ similis iustum inferentis terrorem, vt præter Syluestrum, & Sayrum adductis in locis, explicant Nauarr. in manuali cap. 12. num. 52. Lopez in suo Instructorio casuum conscientiæ par. 1. cap. 45. versic. non impedit, illud autem, quod est emissum ob

metum

metum non ſolum prouenientem ex cauſa extrinſeca, ſed ab Auctore extrinſecè illum inferente, ſcilicet homine, non dubium quin inualidum ſit, modo fuerit incuſſus metus ad extorquendum votum ex veriori doctrina, quam aduerſus Syluest. in locis relatis, conſtituunt cæteri mox adducti Auctores, & inſuper Sotus in lib.7.de iuſtitia, & iure quæſt.2. artic.1. verſic.quæſtionis ſolutio, prope finem, & in 4.ſententiar. diſtinct.29.q.1.artic.3. verſic.regula eſt, Gregorius de Valentia tom.3.diſputat. 6. quæſt. 6. punctu 4. verſic. ſecundo, Coſmus Philiarcus de offic. Sacerdot. par. 2. lib. 3. cap. 18. Tolet.lib.4.cap.17.ſub num.5.Rodriquez Luſitan. in Summa par.2. cap.93. concluſ.3. Ioſeph. Angles in 4. ſententiar. in quæſtione de voto artic.2. difficultate 18. concluſ. 1. Graff. lib. 2. cap.25. num.1. Summa Corona par.3.tractatu de voto num.4.Petrus de Aragona 2.2.q.88.artic.3.dub.2. concluſ.1. Palud.in 4.ſententiar.diſtinct.38.q.1. §.prima definitio, verſic.ſecunda concluſio, quibus concinunt, quæ Roſella ſcribit in verbo votum primo,ſub nu. 4. Ex his deſumitur reſtrictio,quod metus,quamuis ab homine illatus, non tamen ad hunc finem cogendi ad votum,non illud efficiat irritum, ac ſpeciatim aiunt præcitati omnes exemplificantes in eo, qui ad vincula ob delictum, aliamuè cauſam coniectus, ſiuè ad mortem damnatus voueret, ab altiſſimo impetraturus liberationem à tanto periculo.

14 Sed metus reuerentialis eundem vtrum ne operetur effectum inualidantem actum, ſi quæratur reſponſio, non videtur certa quandoquidem varia varij proferunt, maximè Doctores hactenus citati, & Caldas in commentar. ad l. ſi curatorem verbo læſis num.40.verſ.alia eſt cauſa minoris C.de in integr. reſtitut. Verùm quod ad matrimonium, vel profeſſionem attinet,dicunt aliqui,vt ſolo metu reuerentiali nòn irritetur matrimonium, vtique verò profeſſio, cuius ſententiæ fuit gloſ. in cap. præſens clericus verſ.patrem 20.q.3. Graff. in deciſionibus aureis lib.2.cap.56.à num.17. Tu autem,quo ad matrimonium ſequere doctrinam Sanchez adamuſſim,& copioſe Scribentis in dicto lib.4. diſput. 6. à nu. 4. & quò ad profeſſionem amplexare, quæ illemet ſubiungit eadem diſput.6.à nu.17.necnon Lelius Zecca in caſu 20. ipſeque attingo inferius cap.final.

15 Suaſionibus autem inductum nihil prætendere poſſe, ex eodem cap.præſens, verſ. quapropter deduci videtur,etiam ſi blanditijs Principum, & aliorum Superiorum allectus,teſte Sanchez diſputat.7. nu.1. ſubdente rationem, quod blanditiæ non minuunt, imò augent voluntarium ex ſententia Diui Thomæ 1.2.q.6. artic.6.

Contradicunt verò complura, illud præmaximè,de legato facto ob importunas preces, ac blanditias mariti,quod minime ſubſiſtere,ſed omni carere firmitate, ſicuti & alterum ob minas, metumuè,ſcribit Afflict.deciſ.69.ſub nu.4. vt propterea extortum dicatur, quod importunitate, aut multis præcibus impetratum eſt, dixerit gloſ. ſingul. in cap.1.verſ.extorſit de relig.domib.commendatque Iaſ.in l.eius,qui in Prouincia nu.4. ff.ſi cert.petat. & Carocc. ſingul. 505. exordiente extorqueri, nimirum Bald.in l.1.nu.1.C.ne filius pro patre,admonet eſſe menti tenendam gloſ. in ead. l. verſ. extortam dicentem ad ſoluendum ſeductum habere conditionem indebiti; text.etiam in l.3. §.ſi quis volētem ff.de liber.hom.exhib.& l.1. §.perſuadere ff.de ſeruo corrupto,probant doloſam perſuaſionem habere maiorem efficaciam, ipſa violenta coactione, ſuppetitque Maſcard.concl.1409.violentia nu.31.vt propterea non ſecus ac exeuntem ab Eccleſia ob incuſſum metum reſtituendum illi eſſe probaui in meo reſponſo pro imm.eccl. cap. 7. nu.14.ita & illum, qui blandis verbis adductus exierit probaui cap.11.nu.1.aſſentiturque Remig. de Gonni in tractat.de immun.eccleſ.fallent.26.verſ.credo quo ad caſum,necnon Bouadigl.in Politic.lib.2.cap.14.nu. 79.Maſtrill.deciſ.169.nu.13. par.2. & Vigliad.in ſua Politic.cap.3.§.3.ſub nu.221.ſed metu emiſſam profeſſionem inualidam diximus in ſuperioribus num.8.itidem & præcibus,blanditijſque interpoſitam, dicendum videtur: cum verò blanditiæ tacitas continent minas, idem Sanchez conſentit operari metum cadentem in conſtantem virum diſputat.7.ſub nu.1. quoties ſcilicet Princeps ſolet in ſuis blanditijs reſiſtentes ſæuire per Roman. in l. interpoſitas nu.3. & 4. C.de tranſact. Nauar.cap.17.ſub nu.16.Alex.conſ.16.ponderatis, ſub num.9. vol.3. Maſcard.concl.193.blanditias, ſub nu.8. At ſecluſa omni ratione timendi, quid dicendum ſit, cum præces ſunt importunæ, attende quod idem Sāchez aſſeuerat in relata diſput.7.à num.4.& diſput.10.& 11.atque Salon in tract.de iuſtit.& iur.q.62.artic.2. concl.2.Eiuſmodi autem reuerentialis metus ſufficiat ne præſumptus,an præter ſolam reuerentiam oporteat probare interceſſiſſe, extricat Gratian.diſcept.forenſ.tom.1.cap.103.liberatio,à nu.51.

16 Alias item cauſas, quarum aliqua valeat profeſſus irritam dicere profeſſionem conſtituit, Sixtus V. in conſtitution.exordiente.cum de omnibus, & conſtitution. exordiente, ad Romanum ſpectat Pontificem; verùm quia vſu longeuo, & continua experientia compertum eſt, ex nimia facilitate, cauſarumque multitudine, in quibus emiſſa profeſſio declaratur nulla ab ipſo Sixto, maxima incommoda,& ſcandala exorta eſſe; ideò fęlicis memoriæ Clem.VIII. illas quo ad eam partem,in qua propter formam in eiſdem Conſtitutionibus præſcriptam non ſeruatam,& alijs in caſibus,in quibus receptorum profeſſio irritatur ad terminos iuris communis,& ſacrorum canonum reduxit,perinde ac ſi præfatæ Conſtitutiones in hac parte editę non fuiſſent, idq; videre licet in eius conſtit. edita die 2. Aprilis 1602.exordiente in ſuprema Eccleſia.

17 Tandem complures aliæ,& itidem validæ cauſæ eſſe poſſunt virtute Conſtitutionum Religionis, in qua illa emittitur, quarum vigore forma præſcribatur emittendi illam, cum clauſula, vel expreſſa, vel implicitè irritante, quod deduci apertè poterit ex verbis Gratian. tom. 3. earumdem diſceptationum forenſium cap.440.á nu.10. vbi verba faciens in propoſito ſibi caſu, complures modos ex illius Regulæ ſtatutis deducit,ex quibus nullitate pollere emiſſam ab illo monacho profeſſionem concludit.

18 Verùm quando,& quibus concurrentibus liceat nulliter profeſſo, illius annullationem petere, vtile continuis ſuperinde oriri ſolitis controuerſijs proculdubio erit, & prætermiſſis, quæ attento iure commu-

communi affirmare possem, tantum quæ nouissimum ius Concilij sanxit recensebo: Illud enim in cap.19. sess.25. de regular. tria coniunctim requiri mandat. Primum quippe, vt intra quinquennium petat á die emissæ professionis numerandum. Secundum verò, vt causas deducat coram Superiore suo,& Ordinario. Tertium denique, vt non dimiserit antea habitum; quorum si aliud desit, non esse audiendum ex eodem Concilio, deduxit Lessius de iustit.& iure lib.2.cap.41. disput.7. nu.64. sequitur Gratian.discept.forens.tom.3.cap.413. sub num.1. quin & illa in expressam, aut tacitam volente inualidare professionem, subsistere addit, probatq; nu.2.

At primum requisitum coarctãdum esse aduerto quotiescunque in quinquennio valuit causas allegare, illiusq; nullitatem petere, non autem si nequiuisset,& perdurassent impedimenta ex resolut. Azor.lib.12. institut.moral. cap.4. vers.decimo, & eiusdem Gratian.cap.440.nu.25.eiusdem tomi, cumulatius per eundem comprobata indic. cap.413. nu.9. & Lessius vers.notandum secundo, sub dicto num. 64. aitq; verbum illud reclamauerit, intelligi cum potuit, nec curauit reclamare, quin intelligit, vbi integro quinquennio durauit impedimentum, per glos.in simili loquentem in cap.2.de regular. In casibus verò nullitatis ob non seruatam formam præscriptam in memorata Sixti V. lege, in quibus illius vigore licebat, etiam quinquennio elapso petere, & magnifaciebat Roderic. in quæstion.regul. tom.3.q.17.art.16.& 17.in fin. his nostris temporibus, haud conceditur ob alteram prędictam Clem. VIII. illius reuocatoriam.

Item restringitur ad eum tantum, qui sciuit inualiditatem professionis,& quinquẽnio tacuit, nam qui ignorauit, nunquam dicitur ratificasse, tuncq; post eos annos posse reclamare certum esse, dicit idem Lessius nu.63.& 66.necnon Azor.eodem capit.4.vers.septimo, concinunt quæ scribit Menoch. cons.439.á nu.56.& cons.822.à nu. 75.

Tertium quoque requisitum non habere locum adiũgo, vbi non temerario impulsu dimisit, verum iusta causa adductus, scilicet cum impeditus reclamare dimisit, vt aufugeret, superioresq; vel ordinarium adiret, quod eod.cap.413. nu.4. fatetur ipse Gratian.dixeratq; antea Nauar.comment.4. de regul.vers.secundo quod etiam sub nu.78.Azor.memorato cap.4.in calce,& Sanchez de matrim.lib.7. disput.37.nu.3.Item restringitur, vbi relaxauerit ne amplius reciperet, aut durante relaxatione vellet audiri, tuncq; intrent subsequentia Concilij verba: quod si antea habitum spontè dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur,& ratione quippe illa audientiæ à iure negatæ spoliante, antequam spoliatus, fuerit ad pristinam restitutus possessionem, iuxta cap.1.& 2. de restit. spol. vbi verò reassumpsisset habitum, & reintegratum esset monasterium in possessione detinendi monachum habitu indutum non procedere Concilij sanctionem scripserunt, illumq; audiendum, tunc esse affirmarunt ijdem Nauar.Sanch. & Gratian. eisdem in locis, tametsi Sanchez scripserit num.4.& Gratian.num.6. cum duob.seqq. necnon Lessius de iustit. & iure lib.2. cap.41. dubit.7. vers. notandum secundo nu.63.

Eiusmodi autem impotentia, quia non semper à Regularibus probari potest, vel difficulter, tutius agunt petentes restitutionem in integrum, vt ijdem Less.& Gratian.scribunt, qui cum adijciant concedendam esse, idq; abundantius probet idem Lessius nu.64.& 65. inde sequitur peti posse coram eisdem Iudicibus, (suo nempè Superiore, & Ordinario,) qui vigore Concilij sunt Iudices inualiditatis professionis.

Sed in foro interiori haud vendicare sibi locum iam dictam Concilij sanctionem, eamq; in eo foro non obligare cõcors DD.probat sententia, qui propterea affirmant professum posse quouis tempore, (si tamen professionem non habuerit ratam) etiam nulla proposita reclamatione, causisq; coram Iudicibus minimè deductis recedere à religione, & aufugere, eumq; non teneri ad Monasterium regredi, atque omninò á vitio Apostasiæ alienum: & quod mirabilius videtur, teneri ipsum cum cõmodè potest, vel inde discedere, vel professionem ratificare, eo quod commodis Religionis,& sustẽtatione frui prohibetur, qui non vult religiosus esse, nisi tamen absque scandalo se á iugo Religionis subducere nõ possit, quia tunc ratam habere professionem, non tenetur quousque id facere quibit sine scãdalo: imò & istud militabit adhuc in casu, quo professio inualida prætendatur, ob culpam eiusdemmet professi, nempè si fictè emisisset illam: hæc omnia post Lessium ead.dubit.7. nu.64. & 65. commendat citatus Gratian.eod.cap.413. á nu.12. & ante omnes Sancius citata disput.37. nu.11. adiungens illi præterea licere tuta conscientia, matrimonium eo casu celebrare, quod antea docuerat Nauar.cons.89.nu. 6.& 7.de regular.Lessius eod.nu.64.& Emanuel Sà lib.aphorism.in verbo Religio nu. 71.

SVMMARIA.

Superiores inferioribus antecellere conuenit, numer.1.

Ordo praecedendi laudabile reputatur in iure, num.2.

Antiquior in Religioue dicitur, qui professionem antea emisit, nu.3.

Religiosus non potest consentire, vt in loco sedeat inferiori, quàm sibi competente attenta professione, nu.4.

Consuetudo Religionis seruanda est, nu.5.

Consuetudo assignãs loca sedendi non debet pręposterari, nu.6.& 9.

Superior generalis permittere nequit aliquid fieri contra statuta Religionis, nu.7.

Qui non in suo sedet loco potest duplici remedio vti aduersus occupantem proprium locum, num.8.

Praecedentia materia tangitur, nu.10.

Episcopũ Senatorem decretum praecedere, etiam antiquiores Magistratus, necnon Titularios probatur, nu.11.

Pręcedentia cum controuertitur in processionibus, quis obtinere debeat? nu.12.

Clau-

Clauſula reclamationibus, appellationibus, &c. in conſtitut.84.Gregor.XIII.appoſita, cuius ſit virtutis, nu.13.

Controuerſia de præcedentia in proceſſionibus Iudex eſt Epiſcopus, nu.14.

Capitulum XII.

CVM verò nulla ex cauſa infringi iuſtè poteſt emiſſa profeſſio, ex tunc ſedendi, & præcedentiæ locus inter Religioſos ipſos actēdendus eſt, ita tùm ſacris canonibus, tùm omnium Religionum Cōſtitutionibus ad confuſionem vitandam ſancientibus, vt videre licebit, ex his, quę ſubijciam, quæq; ipſe in currenti caſu ſcripſi tranſacto anno 1610. pro amico.

Et ſumma ratio, quæ in omnium natura inſita eſt, inferiora nimirum ſuperioribus obtemperare debere, & in terra maximè oportuiſſe ad maiorem concordiam, vt varietas, ac diſſimilitudo ineſſet, &
1 excellentia quædam; effecerunt, vt ſuperiores inferioribus antecellerent, ex omnium conſenſu in l.honor §.gerendorum ff.de muner.& honor. gloſ. in l.quiſquis C.de poſtul. & hanc profectò ob cauſam Leo Papa epiſt.82.non immeritò ſcripſit, id ad concordiam prouiſum eſſe, quod refertur in cap.licet el 2. diſtinct.45. Etenim ſchiſma fieret, niſi alter alteri preeſſet, dicit inibi gloſ.fin.cum graduum ordinumq; diſtinctio, Eccleſiæ vnitatem conſeruet, cap.ad hoc 89.diſtinct.

Hac quippe ex cauſa, tot canones, tot Concilia, tot denique Pontificiæ Conſtitutiones emanarunt ad hunc differentiæ ordinem ſtatuendum, præcipuè verò inter Religiones præcedentias diſtinxe-
2 runt, exiſtimantes in eis licitas eſſe, ordinemque præcedendi laudabilem, teſte Emanuele Roderico in ſuis quæſtion.Regular.q.37.artic.2.tom.3. Quinimmo, & inter illos, qui ſunt eiuſdem ordinis, antecellant dignitate maiores, & inter reliquos paris gradus, antiquiores, non quidem ætate, ſed receptione in loco, ac Monaſterio, ex text.in cap. ſtatuimus de maiorit. & obedient. carpit idem Roderic. eadem quæſt.artic.1.opitulaturque Dec.in l.cum
3 quid, ſub nu.7. ff.ſi cert.petat. Idque intelligitur de receptione per profeſſionem emiſſam, quod inſuper cunctarum Religionum declarauit vſus; quin & ſanxerunt, ſicuti, & in Religione in qua degit religioſus iſte, in cuius gratiam hæc ſcripſi, adeſt; idq; videre licet in cap.4. part. 4. expreſsè ac latiſſimè ſtatuente, & declarante.

Hæc autem præcedentia, & in loquendo, incedendo, necnon in ſedendo (de qua re præcipuè ſermo noſter inſtituitur) verſatur, cum in priori eum debere ſedere loco, & eminentiori, qui prioritate temporis callet, dicat text.in cap. cum olim, iuncta gloſ. in verſ. in ſeſſionibus de conſuet. itemque text.indicato cap.ſtatuimus, ibidemque gloſ.in verſ. primum locum, atque altera in §. aliam verſ. altiori, inſtit.de bonor.poſſeſſ. & Iaſ.in l.ſi non fortem §.libertus poſt num.23.ff.de condit.indeb. Gerardus de Petra Sancta ſingul. 33. atque Ioan. Faber in eodem §.aliam, vbi ponit exemplum in vxoribus duorum nobilium; quarum altera tanquam nobilior velit primo ſedere.

Quare dum religioſus iſte petit ad eum admitti locum in ſedendo, qui ſibi ex prænarratis debetur, perſpecto tempore profeſſionis, eſt omninò audiendus, nec patiendum ſedere poſt aliquos, qui tunc erant nouitij, tametſi nunc etiam profeſſi; etenim illud alioqui eueniret abſurdum, quod recenſiores antiquis præferrentur. Ego verò non ignoro in alterius perſona, quam Chriſti Domini contingere id, dictuē nequire, qui poſt me venit ante me factus eſt, Ioann.1. & tamen nouitij illi, qui poſt venerunt ad profeſſionem, tanquam prius emiſiſſent dicerentur ante profeſſi, ſi hunc antecederent.

4 Quod verò hic religioſus tunc acquieuerit, atque paſſus ſit dictum tenere locum, ac ſedere poſt omnes nouitios illius temporis, deindeque profeſſos; non reluctatur ex multis, & primo ex adductis in facti ſerie, quæ præterire exiſtimaui ſatius eſſe.

5 Secundo ex eo, quod conſuetudo ſedendi cum alibi viget, (vt in hac Religione iam viget, & quod magis vrget, ea proficiſcitur ex conſtitutione iam dicta, id expreſſis verbis ſanciente) ſeruanda quidem omninò eſt, prout hac ipſa fermè de re loquens dicit Bald.in l.obſeruare §. antequam nu.3. ff.de offic. Proconſ. ſequiturque additio ad Abb.in cap. cum olim verſ. tam in ſeſſionibus de conſuet. adeò vt citatus Bald.in adducto cap.cum olim, hęc
6 ſcripſerit notanda verba, ſub num. 1. Conſuetudo (adde, & multo magis ſi ſtatutum, & conſtitutio qualis eſt in hoc, de quo agimus caſu) aſſignat loca ſedendi, non debet præpoſterari, hæc itaque doctrina eſt in proprijs terminis, & melior, atque clarior eſſe non poteſt, qua inſtruimur, neque illum potuiſſe aſſentiri, vt locus ſibi debitus peruertatur, neque à ſuperioribus aliter permitti, ac deinceps reuocandum, quod perperam huc vſque factum eſt.

Tertiò, quod ſi id facere potuiſſet religioſus iſte, ruerent ac de medio penitus tollerentur tot rationes adductæ, quibus ſacri canones demandarunt, antiquiorem præferendum, ac inſuper incommoda illa, atque abſurda orirentur, ad quæ vitanda diſpoſitus eſt eiuſmodi ordo præcedentiæ.

Quarto, quia ſtatutis eiuſdem Religionis, tùm explicitè in relato cap.4.tùm implicitè nonnunquā illemet ordo ſtatuitur præcedentiæ, maximè verò in cap.3.& 7.par.3. in quibus aliqua præcipiuntur, quæ expleri tantum debent ab antiquiori in profeſſione, & cum nemo poſſit ſtatutis, & conſtitutioni-
7 bus Religionis repugnare, ac niti; nec aliquis ex ſuperioribus illud permittere, quamuis Superior generalis ſit, licet valeat ea reuocare, vt dicit Rodericin quæſt.regul.tom.1.q.68.artic.3. Imò ſi tales conſtitutiones confirmatæ fuerint à ſupremo Præſule (ſicuti iſtas fuiſſe mihi notum eſt) neque ab eodem generali abrogari poſſunt, ſed tantum à Religione ipſa capitulariter congregata, atque ita à generali capitulo, ex traditis per eundem Roderic.artic.5. & apertis verbis Sancitum cernimus in conſtitutionibus eiuſdem Religionis cap. 4. par. 4. Idcircò neque iſte renunciare quiuiſſet, multoque minus ſibi præiudicium afferre ex ſolo tacito conſenſu, neque ſuperior approbare; potiſſimum cum nec fuerit ſuperior generalis, qui id præceperit, ſed

Ooo 3 aliqui

aliqui ex capitularibus, quare exarsit dolor, vrgere illi, vt ipsum loco mouerent.

Quinto ad ita cõcludendum impellor, quod hoc patiendo fieri, subuerteretur status Religionis, & multa contingere possent, quæ irrita prorsus, atque inania redderentur, exemplum proditur in citatis cap. 3. & 4. quibus aliqua expleri per capitularem antiquiorem in professione statuitur, quare vel hic religiosus ea exequi debebit, tametsi alij adsint, qui eidem in sedendo præcellant, & videtur absurdum, vt dicatur antiquior, quem alij antecedunt; aut non iste, sed illi explebunt, & inualidus sine dubio esset actus, dùm illi antiquiores in professione re vera non sunt, atque inde scrupulus oriretur, qui Religiosos ipsos stimularet, simulque cor ipsum vreret; illumque volentes euellere, vetustiores Patres hæc præsentientes, & præuidentes, decreto 27. capituli generalis de mense Decembris anni 1607. coacti statuerunt; ne vlla renunciatio officij recipiatur ab alio, quam generali cum assistentibus; vocis autem á solo capitulo generali, & alioqui admissa subiaceat nullitati isthæc admissio.

Tandemque illa non exilis est ratio, quod religiosus iste iniuria afficitur, dùm sibi denegatur cõpetens locus; quare valeat ille propterea actione iniuriarum agere scripserunt, Bald. in eodem §. anteaquam, sub nu. 3. & Gerard. singul. 33.

Ob has quippe rationes, & alias multas à me cõsulto omissas, ne Reuerendos Patres tædio afficiam, existimo Diuum Hieronymum epistol. 85. tom. 2. In ea prorupisse verba, legimus in Esaia, (fatuus fatua loquetur.) Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, vt Diaconos Presbyteris, id est Episcopis anteferret; voluit fortasse dicere, vt isti tunc nouitij, & nullo forsan eo tempore insigniti, ordine præcederent hunc professum, & Sacerdotem, quod Hieronymi dictum registratum videmus, in cap. legimus 93. dist.

Conuincuntur itaque Patres, ad quos huius dubij resolutio spectat, locum quem hactenus occupauit iste supplicans, nulla ex ratione sibi competere, sed illum, qui à die professionis ante alios postmodum professos debetur.

8 Ad quem recuperandum locum, licet duobus remedijs vti ille possit, altero nempè re ipsa, & de facto resistendo, illumque expellendo, qui eum iniusté tenet, & possidet, iuxta doctrinam Bald. in eodem citato §. anteaquam, & sequitur Ias. indicato §. libertus sub nu. 23. altero verò Iudicis officium implorando, & petendo inhiberi ne primo sedeat in loco, qui subsidere debet, Io. Faber in §. aliam nu. 1. instit. de bonor. possess. Religiosus iste omittendo prius, vt modeste iuxta morem ageret; ad postremũ confugit, & capituli generalis nunc expetit, imploratque auxilium; à quo sibi subministrandum esse non dubito, ac statuendum, vt vnusquisque in sella sedeat sua, quæ vnicuique assignetur actento ordine, & prioritate professionis; atque ita in ea sedeat religiosus iste, quæ reliquas antecellat, quas ijdem postea professi teneant; in quam profectò resolutionem omninò inflector.

Reliqua supplcant prudentissimi Patres, quibus complura perspicua esse intelligo, huic sententiæ fauentia, ob quæ multo magis id ipsum decidere tenebuntur in conscientia.

9 Hæc scripsi in gratiam cuiusdam religiosissimi amici, quibus adiungo, me non latere aliquibus in Religionibus locum sedendi, & præcedentiæ considerari à susceptione habitus, sicuti in Religione Minorum Obseruantiæ Sancti Francisci compertum habeo; nam in primis actendenda est consuetudo loci, cum de præcedentia in sedendo controuertitur, vt probaui in antecedentibus, scilicet nu. 6. & nunc addo Ann. cons. 40. nu. 1. vol. 1. & cons. 122. nu. etiam 1. vol. 2. Surd. in tract. de aliment. tit. 2. q. 15. num. 86. & aliorum suffultum auctoritatibus Molfet. in comment. ad consuet. Neapol. par. 1. cap. 5. sub num. 21. Ideoque aduertendum esse moneo, non temporis professionis, sed suscepti habitus meminisse Rodoric. in quæst. regular. nempè in adducta q. 37. artic. 1. Loquitur enim actento vsu suæ Religionis, cum dicit sedendi locum considerandum esse, & concedendum habito respectu ad præcedentiam, iuxta tempus suscepti habitus; cuius propterea dictum ad eius tantum Religionem restringo, alteramuè prædicto vsu, aut constitutione fulcitam. In reliquis veró dumtaxat professionis tempus actendendum esse, si non aliud in ea admiserit consuetudo, aut regula.

10 Quod si contentio sit de præcedentia inter alias personas, distinctione vti oportet, quandoquidem si inter canonicos obseruanda sunt, quæ ipse scripsi in decis. 57. si verò inter alios conducit plurimum percurrere, quæ Chassan. congerit in tract. gloriæ mundi, & alij citandi in vers. cæterum.

11 Senator verò ad Episcopalem dignitatem euectus si continuare posse Magisterium obtinuerit, sedere debeat in eodem, quem ante Episcopatum tenebat locum, tutatur, & copiosé quidem Anton. Fabrus ita decisum adiungens in suo Codice Fabriano lib. 1. tit. 3. definit. 13. Quod insuper, si cum Episcopus esset, ad aliquod eligeretur laicale officium, nam & tunc sedere, & alijs antea adhuc assumptis ad eundem ordinem Magisterij antecellere debeat dicendum est, probantque citatus Anna eisdem cons. 40. nu. 39. & cons. 122. nu. 19. de Ponte decis. 8. nu. 7. memoratusq; Molfet. indicato cap. 15. nu. 41. demumq; Anellus Amatus cons. 30. sub nu. 8. quin latius probasse memini super rit. 101. nu. 16. Magnæ Curiæ Vicariæ, omnes addentes decisum quoque esse. Proceribus autem, ac Baronibus quibuscunque etiam Titulatis præcellere debeat, certò certius est, tùm quia Ecclesiastica dignitas tanquam luminare maius antecedit temporalem, tanquam luminare minus, ex textu cum ibi notatis in cap. solitæ de maiorit. & obedient. túm quia Doctores etiam, & alijs quoque adducti rationibus, id speciatim asserunt, idque tùm si propriam incolat Diœcesim, & in propria sit Ecclesia, in qua teneri propterea etiam Regem ipsum, & Imperatorem assurgere Præsuli aduenienti reuerenter, eumque salutare dicit text. in eodem cap. solitæ, secumque á dextris cõsedere facere scripserunt in eod. cap. solitæ, Abb. nu. 7. & Io. Andr. sub num. 18. deindeque Chassan. in cathal. glor. mund. par. 4. cõsid. 25. quin & Tussello vti etiam coram Prorege, Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. nu. 183. tum si extra illam degat, quod non solum vsu Vrbis, & Orbis cõprobatur, quin literis Regis Ferdinãdi Primi, rescriptis per Io. Frãc. de Ponte in suo tract. de potest. Proreg. tit. 3.

tit.3.§.8.nu.34. verùm etiam aſſertione multorum Doctorum generatim loquentium de Epiſcoporum præcedentia, atque in hac re ſpeciatim concludentium, Epiſcopum eſſe maiorem Præſide Ciuitatis, Angel.conſ.176.punctus nu.2. quin debere præcedere omnes Titularios, ſiuè Principes, ſiuè Duces, ſiuè inferioris ordinis ij ſint; nempè Freccia in ſuo perutili tract. de ſubfeud.lib.1. rubr. de origin.Baron.§.alia etiam fuit, ſub nu.24.& Marc.Anton.Surgens in ſuo periucundo tract.de Neapol.Illuſtrata cap.27.nu.31. etenim Epiſcopatus, culmen eſt dignitatum, teſte Panormiten.in cap. cum vinctonienſis, ſub nu.8.de elect. & cap.venerabilis, ſub nu.5.de præbend.& dignit. ac propterea ſit ſupra omnes Illuſtres, etiam ſuper Imperatorem cap. Valentinianus 63.diſtinct.atque inſuper Specul.in tit. de legat.verſ.17. ipſeq; plura cumulo cum de Epiſcopi dignitate, prærogatiua, ac titulo loquor in rubr.11.cap.10.nu.22.& 28.

Cæterùm illi plurimum expediet percurrere à citatis Freccia, & Chaſſaneo congeſta, qui aliјs ad inuicem de præcedentia contendentibus, ſcire voluerit, quis eorum diceretur eſſe maior, & præferendus veniret, ille ſcilicet in tract.de ſubfeud. lib. 2.in verbo, quis dicatur Dux, à nu.47.iſte verò in cathalogo gloriæ mundi in 7. par. In pluribus autem illius conſiderationibus, præſertim 14.26.33.& ſeq. 38.40. & aliјs omnibus ſequentibus, necnon
12 par.9.conſider.1.addo Surgentem in loco mox relato, vbi affatim, & multa ſcribit ad præcedentiam ſpectantia, potiſſimumque de ea ſatur, de qua inter Magiſtratus, & Titularios plerumque diſcutitur.

Sed cum in proceſſionibus contentio eſt; inter Eccleſiaſticas perſonas, Fratres ſcilicet Mendicantes, & confraternitates laicorum, quis obtinere debeat, & aliјs antecellere ſanxit Gregor.XIII. in ſua conſtit.84. exordiète expoſcit Paſtoralis officij, vbi conſuetudinem in primis, deinde antiquitatem erectionis Monaſterij in loco, in quo controuerſia agitur; inter Confratres verò inter ſe litigantes ſaceorū vſum, eiusq; tempus attendendum eſſe mandat.

13 Illa verò, quia vtitur clauſula, quibuſcunque reclamationibus, proteſtationibus, appellationibus, & aliјs ſubterfugijs prorſus remotis, & ceſſantibus, & poſtpoſitis, dubitatum fuit in Curia Nuntiaturæ tempore Gulielmi Baſtoni, ad cuius Tribunal appellatum fuerat per Confraternitatem S. Andreæ Cauenſis Ciuitatis, à Decreto interpoſito per Vicarium dictæ Ciuitatis, ſtante breui Apoſtolico conſtituente Nuntium Regni Iudicem generalem appellationum à Decretis illius Curiæ Epiſcopalis; vtrum reſpiciat tantum primum, & antecedens caput Conſtitutionis, nempè cum quis eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi præcedentiæ, ac iuris præcedendi, an etiam ſubſequens, cum ceſſante probatione poſſeſſionis antecedere debent, qui antiquiores in loco fuerunt, aut reſpectu confratrum prius ſaccis vſi ſunt; in qua controuerſia, Ego tanquam Aduocatus dictæ Confraternitatis, vt admitti deberet appellatio copioſè ſcripſi, & obtinui, non obſtante text.in cap.ſecundo requiris de appellat. nam multa congeſſi ad fauorem interpoſitæ appellationis, ac præſertim Bart.in l.1.nu.4. C.de liber.præter. & Abb.in eodem cap. ſecũdo requiris nu.1.& 4.quorum reſolutionem nemo eſt, qui reſpuat, dùm aiũt clauſulam in medio poſitam referri ad antecedens & ſequens caput, cum illa apponitur in fine vnius capitis, non autem ſi in medio capitis, & antequam illius perficiatur oratio, quod perpetuò notandum addit ipſe Bart. qui agnoſcens hanc eſſe notabilem doctrinam, eam repetit in l. talis ſcriptura §. hanc autem, ſub nu.3. ff.de legat.1. ſequiturque Marant. in ſuo ſpeculo aureo par.3. ſub nu. 110. quare cum in relata conſtitut. iſthæc clauſula non ſubſequatur primum caput, ſed inſeratur in medio illius, adeò quod parenteſi circumdatur, & coſtringitur, ergo nullo pacto prætendi poteſt, vt referatur etiam ad ſequens, ſed illud tantum reſpiciat, in quo inſeritur; alia præterea adiunxi, tùm à iure ipſo prodeuntia, tùm ex facto tunc currenti, ob quæ obtinui terminum ad non poſita ponendum in cauſa ipſa appellationis, ac deinde ſententiam fauorabilem in cauſa principali, & reuocantem Priorem ab Ordinario prolatam, vt copioſius cuiquam patebit cum Allegationes, ſiuè Conſilia mea typis dabuntur ſi Deus dabit.

14 Controuerſias autem omnes de præcedentia, quæ perſæpe maximo cum ſcandalo oriuntur inter Eccleſiaſticas perſonas, tàm ſeculares, quàm regulares cum in proceſſionibus publicis, tùm in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda vmbella, & aliјs ſimilibus, Epiſcopus amota omni appellatione, & non obſtantibus quibuſcumque componit, auctoritate Concilij Tridentini in cap.13.ſeſſ.25. de regularib. & latiori themate ſcribo in cap.ſeq.nu.120.

SVMMARIA.

Regulares omnes ſubeſſe Epiſcopis omni iure probatur, nu 1.

Niſi priuilegium habeant exemptionis, nu.2.

Quin & tunc vigintiquinque in caſibus ceſſaret priuilegium, qui gradatim recenſentur, ac declarantur, nu.3.

Primus, eſt reſpectu editionis librorum, nu.4.

Secundus, intuctur lectionem habendam ſacræ ſcripturæ, nu.5.

Tertius, reſpectu regularis volentis prædicare, vt habeat benedictionem, ſi in propria Eccleſia ſui ordinis, atque etiam licentiam ſi in aliena. & tota hac materia explicatur, nu.6.

Epiſcopus etiam ſi velit in alterius Diœceſi prædicare, non niſi de licentia Ordinarij loci faciet, nu.7.

Ordinarius ſi nolit pati, vt aliquis regularis prædicet, etiam in Eccleſia ſui ordinis id facere non prohibetur, nu.8.

Examinari ab Ordinario poterit regularis volens prædicare, nu.9.

Et ſi non obtenta Epiſcopi licentia, à quo ſit caſtigandus inquiritur, nu.10.

Parochus licentiam concedere poteſt prædicandi in ſua parochia, nu.11.

Sacerdotio carens vtrum admitti poſſit ad munus prædicationis, nu.12.

Qui

Qui teneantur hoc munus subire.nu. 13.
Pradicatores deputare ad quem spectet,nu. 14.
Illi exigere pretium locando libertatem queunt, licetque loca quarere, in quibus pinguiores fiant eleemosyna.nu. 15.
Expensas autem quis subministrabit illis, cum declarationibus multis,nu. 16.
Parocho tenues habenti fructus coguntur Parochiani subministrare alimenta, idque multipliciter probatur,nu. 17.
Contribuere Parochiani tenentur pro alijs oneribus Parochia, scilicet reconciliatione, aut reparatione,nu. 18.
Reparare Ecclesiam, & paramenta facere tenetur Beneficiatus cum duabus restrictionibus,nu. 19.
Parochia cum est de iurepatronatus laicorum, an teneantur contribuere Parochiani, numer. 20.
Pradicatores, vt eorum munus pro debito exequantur, qua attendere debeant,nu. 21.
Quartus casus deuincit Regulares degentes extra Monasterium, & inibi delinquentes, numer. 22.
Tunc etiam in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum subyciuntur Episcopo,nu. 23.
Conseruatores non nisi in dignitate constituti esse possunt, nu. 24.
Quanto tempore duret eorum potestas, nu. 25.
Non nisi in casu manifesta iniuria manus apponere queunt, non ad iudiciariam requirentia cognitionem,nu. 26.
Decretum subycitur Congregationis circa electionem & requisita in illis, nu. 27.
Deinde alterum Clem. VIII. nu. 28.
Si verò in Monasterio habitent Regulares, & extra illud delinquant, an Episcopo subsint, adycitur,nu. 29.
Text. concil. in cap. 14. sess. 25. & cap. 14. sess. 7. conciliantur,nu. 30.
Si reperiantur sine licentia suorum superiorum extra locum Monasterij, puniuntur ab Episcopis,nu. 31.
Quintus casus versatur circa ordines suscipiendos à regularibus,nu. 32.
Ab illo Prasule erit promouendus, qui praest loco in quo extat Monasterium, cuius familia fuerit ordinandus à suo Superiore,nu. 33.
Oportet autem, vt licentia proprij Superioris Regularis concurrat, vt proprius Antistes promoueat Religiosum,nu. 34.
Episcopus promouens stare debet fidei superioris regularis attestantis de vita, atate, moribus, & alijs requisitis prater doctrinam, super qua ipse examinet Regularem ordinandum, nu. 35.
Dimissorias quis concedet religioso ordinando ab alieno Antistite, latè discutitur, & concluditur à Superiori Regulari concedendas esse, num. 36.
Sed qua continere debeant pradicta litera dimissoria, vt ab alieno Antistite ordinetur, adycitur, nu. 37.
Regulares nec in minori atate, nec sine diligenti Episcopi examine assumi possunt ad ordines, nu. 38.
Interstitia sunt etiam ab ipsis regularibus obseruanda,nu. 39.
Super eis tamen Episcopi tantum dispensant, cum illis,nu. 40.
Sed qua concurrere debeāt, vt validè ißhęc concedatur dispensatio,nu. 41.
Cum verò superiores ius retinent conferendi minores, ijdem dispensabunt in interstitijs pro illis assumendis,nu. 42.
Nouitij vtrum dicantur subditi Superiorum regularium, & illorum appellatione comprehendantur,nu. 43.
Illis dare ordines, vel concedere dimissorias, vtrum possint Regulares superiores,nu. 44.
Sextus casus respicit visitationem Monasteriorum commendatorum,nu. 45.
Qua sint inuestiganda in visitatione Ecclesiarum tanguntur, nu. 46.
Beneficia quando, & à quo commendentur, num. 47.
Commendata beneficia quomodo vacent, numer. 48.
Episcopi visitare debent etiam beneficia non regularia, sed eis vnita, nu. 49.
Prouidere etiam possunt in Monasterijs commendatis, in quibus viget regularis obseruantia, vt debitam viuendi normam obseruent, num. 50.
Qua verò non sunt commendata subsunt, si curam exerceant, in his tamen, qua ad curam pertinent,nu. 51.
Episcopi volentes Monasteria exempta in casibus sibi permissis visitare, & monachi renuāt, possunt, & illos excommunicare, & etiam via facti procedere frangendo ostia, nu. 52.
Nec tunc tenentur admittere appellationem, num. 53.
Neque monitiones pramittere si velint excommunicare,nu. 54.
Septima auctoritas in Regulares versatur circa confessiones audiendas,nu. 55.
Confessiones audire, qui valeant, nu. 56.
Potestas audiendi confessiones duplex est ordinaria, & delegata, & amba explicantur, num. 57.
Regularis non indiget Antistitis approbatione si alterius regularis voluerit audire peccata,

ſed Superioris tantum Regularis, nu. 58.

Approbatio prҽterea ſi adſit proprij Superioris, vltra illam, Epiſcopi pro audiendis confeſſionibus laicorum, non erit inutilis, nu. 59.

Quare ſi ille diſſentiat nequeat profeſſus confeſſoris officio fungi, cum ſola approbatione Epiſcopi, nu. 60.

Parocho liceat nè delegare cuicumque ſimplici Sacerdoti, neque approbato facultatem audiendi confeſſiones ſuorum Parochianorum? latè explicatur, nu. 61.

Approbatus ſi fuerit Regularis, poſſit ne iterum, ac pluries examinari, & quouſque protendatur approbatio facta: inquiritur, & cum diſtinctione reſpondetur, nu. 62.

A caſibus reſeruatis Epiſcopo abſoluere nequeũt niſi expreſſam ad id obtinuerint poteſtatem, num. 63.

Approbatio facta ad beneplacitum reuocari poteſt pro voluntate, nu. 64.

Officialis deputatus ad beneplacitum, dicitur perpetuus, nu. 65.

Simpliciter, & abſque reſtrictione temporis admiſſi impediri nequeunt, quin audiant confeſſiones, nu. 66.

Tunc neque ſuperuenienti excommunicatione dicitur reuocata, tametſi quandoque ſuſpenſa, nu. 67.

Neque ſi è Diœceſi ſemel, atque iterum exiret, num. 68.

Neque interitu Epiſcopi concedentis, nu. 69.

Tunc verò poſſit ſucceſſor reuocare, & omnes aduocare ad examen, nu. 70.

Regulares in vna Diœceſi admiſſi, nequeunt in alia audire confeſſiones, nu 71.

Approbatio iſthac fieri an poſſit ab alio non Epiſcopo, nu. 72.

Vicarius tamen Epiſcopi validè approbat, numer. 73.

Illius, & Epiſcopi ſimilitudo, & facultas ſub eodem nu. 73.

Item Vicarius Capituli ſede vacante approbare confeſſarios poteſt, nu. 74.

Capitulum in quibus ſubrogetur Epiſcopo defuncto? nu. 75.

Sed Abbates exercentes Epiſcopalem iuriſdictionem, vtrum valeant, nu. 76.

Cuius Epiſcopi requiratur approbatio, quaritur, ſcilicet loci, vbi confeſſio fit, an pęnitentis, an verò confeſſoris, nu. 77.

Sacramenta vt miniſtrentur requiritur, vt miniſter iuriſdictionem habeat in eum, cui miniſtrantur, nu. 78.

Clement. 1. de priuileg. declaratur, nu. 79.

Octauus caſus inſpicit conſtructionem faciẽdam Monaſteriorum, nu. 80.

Illa de nouo erigenda, quot paſſibus diſtare debeant ab antiquis, & quæ ſint præterea attendenda, nu 81.

In erectis etiam quandoque manus apponunt, vt videant ſi in apto loco ſint poſita, nu. 82.

Nonus caſus reſpicit clauſuram ſanctimonialium, nu. 83.

Brachium ſeculare ad concedendum cogi poteſt ſecularis Iudex ab Eccleſiaſtico, etiam excommunicando denegantem impartiri, numer. 84.

Quin & carcerem propterea ſuominiſtrare quoque tenetur, nu. 85.

Eccleſiaſticus etiam tenetur illud laico impartiri, ab illo tamen non cogi ſicut laicus ab Eccleſiaſtico poteſt, nu. 86.

Iudex laicus teneatur ne ſtatim exequi ſententiam Eccleſiaſtici Iudicis, nu. 87.

Epiſcopus tenere poteſt familiam armatam, num. 88.

Clauſura Monialium duobus modis cuſtoditur, & declarantur, nu. 89.

Mœnia Monaſterij monialium ſi confracta eſſent, cuius expenſis refici deberent, nu. 90.

Decima Epiſcopalis poteſtas ſuper Regularibus, eſt in colendis feſtis, nu. 91.

Feſta indicit Epiſcopus cum Clero, & Populo, num. 92.

Feſtiuos dies Parrochus prænunciabit populo quolibet die Dominico, nu. 93.

Hi dies quando, & qua hora recipiant initium, reſpondetur cum triplici diſtinctione, nu. 94.

A quibus abſtinere his diebus debeant Chriſticolæ? & longo methodo datur reſponſio, numer. 95.

Molare an tunc liceat molitori, nu. 96 & 107.

Nundinæ ſint ne tunc permiſſæ, nu 97.

Agaſones, & alij iumentorum vectores, vtrum poſſint inceptũ iter perficere, aut illud etiam incipere his diebus, nu. 98.

Sententia tunc proferri nequit, nu. 99.

Capi neque poteſt pro cauſa ciuili, neenon executio in bonis, aut intimatio, nu. 100.

Sententia verò in cauſa hæreſis vtique proferri poteſt, nu. 101.

Monitiones fieri, aut cenſuræ prolatio, ſiuè denunciatio an poſſit, nu. 102.

Abſolutio à iuramento concedi vtrum poſſit, num. 103.

Sententiam neque in cauſa criminali tunc executioni demandare licet, nu. 104.

Iuramentum tunc præſtare vtrum liceat inquiritur, nu 105.

Caſus in quibus excuſantur, qui contrafacerent attinguntur, nu. 106.

In his ſi fas eſt operari, cur introductus fuerit vſus obtinendi licentiam ab Epiſcopo operandi, num. 108.

Licen-

Licentiam concedendo, valeant ne Ordinarij commutare in eleemosynam,nu.109.
Parochiani cogi ne possint offerre aliquid in templo bis diebus,nu.110.
Episcopus punit etiam laicos facientes tunc opus vetitum,nu.111.
Quibus pœnis illos ferire queat,nu.112.
Vtrum sententiam excommunicationis addere possit contra præfatos,nu.113.
Vndecimus casus obligat Regulares ad publicandum,& seruandum interdicta, & censuras ab Episcopo promulgatas, nu.114.
Duodecimus casus deuincit Regulares exercentes curam animarum,nu.115.
Tertiusdecimus casus si Monasterium incolant Episcopo suppositum, illius iurisdictioni omnes subsunt,nu.116.
Decimusquartus casus versatur circa processiones, ratione quarum subsunt Episcopis mandantibus illas fieri, vt ad eas accedant, numer 117.
Processiones,quæ sint,& quotuplices, nu.118.
In eis solent gestari reliquia, præterquam in illa Corporis Christi,nu.119.
Episcopus componit differentias contingentes in processionibus,nu.120.
Canonici Regulares præcedunt alijs, etiam monachis nigris, nu.121.
Inter Confraternitates si lis oriatur de præcedentia, quid faciendum sit respondetur, numer.122.
Confraternitates subsint ne Episcopis quæritur, num.123.
Decimusquintus casus est,vt Regulares subsint Episcopis,quo ad renunciationes per illos faciendas,nu.124.
Nouitijs volentibus recedere sunt restituenda omnia bona,quæ in Monasterium detulerunt num.125.
Decimussextus casus, Regularis præponendus religiosis fœminis ab Episcopo loci examinari debet,nu.126.
Iuuenibus gubernantibus, mala complura oriri solent,nu.127.
Iuuenum exempla veluti rarò contingentia amplecti non debemus,nu.128.
Decimusseptimus casus respicit Regulares volentes impetere quacumque ex causa professionem,nu.129.
Decimusoctauus obligat Regulares exequutores vltimarum voluntatum, vt rationes Episcopis reddant,nu.130.
Consilium alterius petere tenetur,quamuis non sequi, qui actum explicare debet cum illius consilio, nu 131.
Opinio, vt dicatur communis, an numerus Doctorum,an opinio maioribus, & validioribus rationibus fulcita attendenda sit? nu.132.
Exequutor testamentarius deputatus,vtrum præstare debeat cautionem,nu.133.
Decimusnonus casus versatur circa Regulares volentes quæritare,nu.134.
Vigesimus casus est in absoluendo Regulares excommunicatos ob percussionem Clericorum, num.135.
Laicus verò percussor alicuius Religiosi, absolui vtrum possit à Superiore Regulari illius percussi,nu.136.
Vigesimusprimus casus subijcit Regulares in causa hæresis,nu.137.
Episcopi dicuntur ordinarij Inquisitores, alij verò delegati Inquisitores,nu.138.
Quique propterea in Regulares transgressores constitut.Sixti IV.& Pij V. de Conceptione loquentium procedere possunt, nu.139.
Quando ob dictam causam procedere quibunt contra Regulares,nu.140.
Pœna in hæreticos statuta,nu.141.
Sētentiæ absolutoria in causa hæresis ne faciant transitū in rem iudicatam ostēditur,nu.142.
Beneficia vacantia ob crimen hæresis collationi Papæ tantum competere cum declaratione, num.143.
Compilato processu ne procedant Episcopi ad expeditionem causæ, aut etiam torturam inferendam, si prius non consuluerint Sacram Congregationē Vniuersalis Inquisitionis Vrbis,nu.144.
Inquisitum ob causam hæresis relaxare sub fideiussoribus an liceat, maximè tempore feriarum in honorem Domini latè discutitur, numer.145.
Expensæ quando sint licitæ in hac materia hæreticali, & qui propterea incidant in excommunicationem, nu.146.
Denunciandi sunt Hæretici,atque Idolatræ, & quò modo, quoque remedio vtendum, numer.147.
Vigesimussecundus casus consistit in causa reconuentionis,nu.148.
Decimarum solutio est tributum animarum egentium,nu.149.
Libertas in totum non soluendi decimas præscribi non potest,nu.150.
Exempti non sunt immunes à solutione decimarum,nu.151.
Vigesimustertius casus est,vt persoluere teneantur decimas, nisi specifico fruantur priuilegio,nu.152.
Priuilegium concessum alicui non soluendi decimas,non prodest, si aliena locauerint territoria, aut propriorum conductoribus, numer.153.
Quin neque pro possessionibus deinde acquisitis

nisi

niſi adſit expreſſa derogatio, ad text. in cap. nuper, de decim. nu. 154.
Qui conſuetas non perſolueret decimas peccaret, num. 155.
Eique poſſent Sacramenta denegari à Superiore, & abſolutio à confeſſore, nu. 156.
Item excommunicari, nu. 157.
Quibus ex rationibus introducta fuerit ſolutio decimarum, nu. 158.
Decima ſolui, de quibus debeat, nu. 159.
Quouè tempore, nu. 160.
Vigeſimuſquartus caſus eſt, vt Regulares venerentur Epiſcopos, nu. 161.
Vigeſimuſquintus ne in Sabbato maioris hebdomada cāpanas ante matricem pulſare queant num. 162.
Neque baldachinum in propria Eccleſia erigere, & alia facere, qua recenſentur, nu. 163.
Tertiaria cui ſubſint, Epiſcopo, an Superioribus Regularibus, nu. 164.
Illeque quo habitu indui, & quando ad illum admitti poſſint, nu. 165.
Epiſcopi vtrum valeant excommunicare Regulares, nu. 166.
An punire in ſupradictis caſibus, in quibus illis ſubſunt, nu. 167.

Capitulum XIII.

1 SI iuris communis ſanctionem actendamus; Regulares omnes ſubeſſe Epiſcopis, concludendum apparet citra vllam dubietatem, ita ſanciente Concilio Calcedonenſi cap. 4. relato per Gratian. in cap. qui verè 16. q. 1. Concilio etiam Aurelianẽſe Primo cap. 21. regiſtrato ab eodem Gratiano in cap. Abbates 18. q. 2. & per Burcardum lib. 8. de hominibus Deo dicatis, ſubſcripſerunt Concilium Aurelianenſe ſecundum cap. 21. & Concilium Parisienſe tertium cap. 27. lib. 1. & Biterrenſe cap. 15. quod in Regno Francorum approbarunt Franciſcus, & Carolus IX. eius frater, in Conſtitutionibus Aureliæ editis artic. 11. & è Doctoribus defendunt Abb. in cap. nimis praua num. 4. de exceſſib. Prælat. Hugo in gloſ. ſuper cap. quanto verſ. ſi Prælati de offic. ordin. quorum dictum omninò tenendum, probat inibi Henrich. Boich, quin habeant propterea Epiſcopi de iure communi intentionem fundatam, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus contra Abbates, & Regulares, in eomet textu ſcripſere Io. Andr. Butr. Anchar. & alij, atque Dec. in cap. ſua nobis nu. 16. de confirm. vtili, vel mutili, necnon Hieronym Gonzal. in ſuis commentarijs ad 8. Regul. Cancell. gloſ. 23. nu. 24. idque adeò, quod Rota Romana in vna Auguſtin. iuriſdictionis die Mercurij 27. Maij 1573. coram Robuſterio, licet mentionem faciat Concilij Tridentini, hanc eandem ſtatuit concluſionem num. 1. ac reſpondit Concilio nu. 2. vt eſt videre in deciſ. 78. fuit reſolutum par. 1 diuerſor. & Ego etiam nunc militare eiuſmodi reſolutionem opinor, non quidem in his, quæ ad Regulam ſpectant monachalem, ſed vbi agitur in forma iudicij, iuxta diſtinctionem eorumdem Doctorum in adducto cap. quanto, & maximè Henrich. Boich, ac deciſionis Tholoſanæ 309. item an correctio; alteriuſque Guidonis Papæ 559. ad quem pertineat, & poſt Concilium tuetur adducta deciſ. Robuſterij 78.

2 Eſt tamen verum, illam reſtringi quoties priuilegio exemptionis potiuntur; nam tunc illius verba actendenda eſſent, quo licet omnes ferè Regulares his temporibus gaudeant, teſte Nauarr. in cap. non dicatis num. 63. verſ. addo ſecundo 12. q. 1. & Ant. Corneo in tract. de abſolut. iuram. par. 2. q. 4. nu. 28. attamen non omnes eo frui aſſerunt, ſed ferè omnes. Qui itaque ſint, qui gaudeant tali priuilegio, ex illius lectura clareſcit, ac propterea nemo præſumatur illo potiri; vt meritò illud teneatur

3 vnuſquiſque, & allegare, & probare; Quod neque ſuffragaretur in multis caſibus, in quibus exemptionem prædictam reſtrinxit Tridentina Synodus, & multis in locis, teſte Rota deciſ. Seraph. 960. dubitatum fuit par. 1. quos quidem caſus gradatim referre conſtitui, cum declarationibus, ampliationibus, reſtrictionibus, & explicationibus ad illorum veram cognitionem neceſſarijs.

4 Et in primis ſe ſe offert caſus editionis librorum: in qua re, ſicuti nulli licet imprimere, vel imprimi facere quoſuis libros, niſi primum examinati, probatique fuerint ab Ordinario, ſub pœna anathematis, & pecuniæ appoſita in canone Concilij Lateranenſis ſeſſ. 10. de impreſſ. libror. ita neque Regularibus, qui vltra examinationem, & probationem, huiuſmodi licentiam quoque impetrare debent à ſuis Superioribus, recognitis per eos libris, iuxta formam ſuarum ordinationum. Hæc quippe eſt ſanctio Concilij Tridentini in ſeſſ. 4. in Decreto de editione, & vſu ſacrorum librorum, ac rurſus in Indice librorum prohibitorum, atque in Regulis ſuperinde ſtatutis clarius exprimitur in rubrica de impreſſione librorum §. 2. ſub his verbis: Regulares præter Epiſcopi, & Inquiſitoris licentiam, (de qua regula decima dictum eſt,) meminerint teneri ſe, Sacri Concilij Tridentini Decreto, operis in lucem edendi, facultatem à Prælato cui ſubiacent, obtinere.

5 Secundus intuetur lectionem habendam ſacræ Scripturę in Monaſterijs monachorum, & aliorum Regularium conuentibus, ſi commodè fieri poteſt; ideò Superioribus Regularium negligentibus id præcipere. Epiſcopi locorum in hoc, vt ſedis Apoſtolicæ delegati, eos ad id oportunis remedijs compellere queunt, vigore diſpoſitionis eiuſdem Concilij in cap. 1. ſeſſ. 5. de reformat.

6 Tertius reſpicit Regularem prædicare volẽtem, qui à ſuperiori de vita, moribus, & ſcientia examinatus, & approbatus obtempta ab eo licentia, cum ea perſonaliter ſe coram Epiſcopo præſentare, & ab eo benedictionem petere, ſi in Eccleſia ſui ordinis prædicare velit; nec alioquin etiam inibi prædicare incipiat ex Concilio in cap. 2. ſeſſ. 5. de reformat. Quo ſublatum apparet priuilegium conceſſum aliquibus Regularibus, maximè Franciſcanis conci-

concionandi in propria Ecclesia sine benedictione Episcopi; vt testatur Sorbus ad compend. mendicantium, verbo prædicator, fretus præsertim constit. 119. Pij IV. annullante vniuersa priuilegia aduersantia decretis Concilij Tridentini.

Quod si in Ecclesia, quæ sui ordinis non sit, velit dictum munus exhibere, vltra licentiam sui Superioris, etiam Episcopi licentiam impetrare cogitur, sine qua nullo modo valeat prædicare in ipsa Ecclesia non sui ordinis, ex dispositione Concilij in eodem cap. 2. idque etiam obseruandum si Episco-
7 pus esset, qui tali fungi officio velit in aliena Diœcesi, certissimum est, atque reseruatum Neapoli in anno 1600. dùm vir insignis Alifanus Antistes ambiebat in venerabili Ecclesia, sanctissimæ Annuntiationis Ciuitatis Neapolis prædicare, quem teneri habere dictam licentiam ab Archiepiscopo Neapolitano declarauit Clem. VIII.

Quod etiam fortasse veritate nititur attenta dispositione iuris communis; siquidem Zabarell. qui multis annis antecessit Concilium cõcluserat Episcopum semper, & vbique admitti ad prædicãdum nisi eo prohibente, cuius est Diœcesis, in clem. dudum vers. ab olim post num. 7. de sepult. & antea Hostiens. in cap. final. nu. 2. de auctor. & vsu pallij, glosa in clem. Archiepiscopo, vers. etiam celebrare de priuileg. & in cap. scriptum 6. q. 3. dùm inquit, ei non licere in aliena Diœcesi prædicare publicè cõuocando populum, ac pulpitum ascendẽdo, quamuis illic Cardin. á Turrecrem. Præposit. & Archidiac. tueantur affirmatiuam partem, dato quod velint populum conuocare, & pulpitum ascendere, quam pręterea Felyn. insequitur in cap. excommunicamus el 1. post nu. 3. de hæretic.

Sed ipse eorumdem Doctorum dissentiẽtes sententias Conciliari posse crederem, si ea vtamur distinctione tacitè deprompta ex verbis Zabarellæ in loco mox citato, & expresśé ex verbis Hostiens. indicato loco: necnon glos. in eodem relato versic. etiam celebrare, & sit, quod ex sua spontanea voluntate Episcopum adire non debeat ab ipso petiturus licentiam, sed absque illa prædicare valeat, nisi Episcopus loci hoc præsentiens interdixerit, & tunc nequeat, nisi illius præcedat consensus, & facultas: verba siquidem Hostiens. & glosæ ea sunt. Quod sine licentia possunt sollemniter celebrare, & etiam prædicare nisi specialiter prohibeantur: ex quibus sanè verbis depromitur veritas citatæ distinctionis, quam etiam nouissimo iure Concilij subsistere si dicam, fortasse non erit erroneum, propter textum in cap. 4. de reformat. sess. 24. dicentem nullus sæcularis, vel regularis, etiam in Ecclesijs sui ordinis prædicet contradicente Episcopo; eam tamen ex eo textu carpere illationem, & resolutionem à contrario sensu non licet, ergo nisi prohibeantur queant Regulares, & non Episcopi istud obire munus non obtempta licentia; quandoquidem argumentum á contrario sensu non est sumẽdum, si alteri iuri expresśè loquenti contradicat, vt modo esset, quia aduersaretur præfato cap. 2. sess. 5. qui quidem canon cum nullum verbum inserat de Episcopo volente prædicare, certè videtur desumi posse conclusionem ex altero citato textu in cap. 4. per argumentum á contrario, & affirmare, posse Episcopum exequi munus prædicationis in aliena Diœcesi, sine illius Ordinarij licentia, si ille non contradixit, & ita respondisset, ni fallor, idem Clemens si postquam Antistes ille prædicasset interrogatus fuisset, necne perperam rem, ac vetitam egisset.

8 Nulli tamen dubium esse reor, posse Episcopum regulari in eiusdem ordinis Ecclesia, aut altera non sui ordinis volenti prædicare, aut etiam sæculari inhibere nè prædicet, ex altera eiusmet Concilij sanctione in cap. 4. sess. 24. de reformat. vbi dicitur ne vllus sæcularis, siue regularis, etiam in Ecclesijs suorum ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat: cuius quidem decreti vigore declaratum fuit in vna Mediolan. per sacram Congregationem Concilij, nec teneri Episcopum causam exprimere; quare ad hoc prohibendum moueatur, quam declarationem refert Io. Franc. Leo in suo thesauro fori ecclesiastici par. 1. cap. 8. nu. 9. subijciens alteram eiusdem Congregationis declarationem, quæ per illa verba, contradicente Episcopo, censuit & declarauit in altera itidem Mediolanensi, Ordinarijs esse concessum, vt à Regularibus antequam officium prædicandi assumant, professionem quoque fidei exigant.

9 Verum Concionatores ipsi Regulares, possint nè ab Episcopis examinari de doctrina, si quæratur annuit Henrichez in summa theolog. moral. lib. 10. cap. 23. in glosa liter. L, inquiens, Episcopos examinare Regulares ad ordines, confessiones, & conciones, & adstipulatur Roderic. in suis quæstionibus regularibus q. 32. artic. 6. tom. 3. dúm vult Regulares semel ab vno Ordinario approbatos, fore iterum approbandos si rursus prædicare velint; ex quibus verbis ostendit non modo illos esse approbandos, idest examinandos circa doctrinam; verum insuper denuo examinandos, cui tamen sententiæ resistit constitut. 15. Leonis X. in Concilio Lateranẽsi edita, & exordiens supernæ Maiestatis præsidio, dùm inquit: sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, vt nullus tàm clericus sæcularis, quàm cuiuscumque etiam mendicantium ordinis regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi, tám de iure, quàm de consuetudine, vel priuilegio, aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per Superiorem suum respectiuè diligẽter examinatus, &c. Illa igitur verba per Superiorem suum respectiuè, insinuant vt Regularis à regularibus, sæcularis á sęcularibus, & consequenter illi non ab Episcopo sunt examinandi, quæ constitutio quatenus aliquas admitteret replicationes posteriori Tridentini Cõcilij dispositione expressius diffinitum apparet in cap. 2. sess. 5. sub rubr. de reformat. volente vt Regularis prædicare intendens á Superiori de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus obtempta ab eo licentia, cum ea personaliter se coram Episcopo præsentare debeat, & ab eo benedictionem petere si in Ecclesia sui ordinis, quod si in aliena, quæ sui ordinis non sit, vltra licentiam sui Superioris, etiam Episcopi licentiam habere teneatur; vult igitur, vt examen fiat á Superiori Regulari, quo expleto si approbatus fuerit recurrat ad Episcopum pro benedictione, & licentia: Quo loci, quia Concilium non inficiat consuetudinem in contrarium fortè existentem, ideò, si alicubi taceat

taret ſubſiſteret, ex his, quæ alibi ſcripſi, quamobrem quod in curia Archiepiſcopali Neapolitana longo vſu obtemptum eſt examinari circa doctrinam Prædicatores omnes, etiam Regulares, præter inſigniſſimos, & notos, his quoque temporibus ſeruandum videtur, & Romæ comprobatum fuit auditis Regularibus, qui contradicebant.

10 Regularis autem, qui in Eccleſia non ſui ordinis prædicare auderet, non obtempta licentia Epiſcopi, controuerſum fuit à quo eſſet pœna plectendus, & fertur reſolutum fuiſſe in congregatione Concilij á Superiori Regulari puniendum, his verbis: Congregatio item cenſuit Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſijs, quæ ſuorum ordinum non ſunt, tametſi Decreto eiuſdem Concilij cap.2.ſeſſ.5. contrafecerint non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantum à ſuis Superioribus Regularibus, quæ quidem declaratio ſi verè à congregatione manauit, non aliud inueſtigandum, niſi parere, cum alioqui apertè contradicat, & ab Epiſcopo excommunicandum, ſcripſerit Auctor Praxis Epiſcopalis, verbo excommunicatio cauſæ materialis §. 4. & quæ ipſe in omnibus alijs caſibus, in quibus ſubſunt Epiſcopis, ſi delinquant, ne ſint á Superioribus Regularibus puniendi, ſed Epiſcopis ſcribo inferius, verſ. hic tamen explicabo.

11 Sed ſi á Parocho dumtaxat licentiam impetraret, concionandi in eccleſijs exiſtentibus in Parochia, fortaſſe non delinqueret prædicando, neque peccatum committeret mortiferum, quod iuxta cap.excommunicamus §. quia verò de hæretic. patraret, qui ſine legitima facultate concionaretur: nam Parochus facultatem in ſua Parochia prædicandi concedere valet cuicumque noto, aut alias probato, teſte Nauar. in Summa cap.25. nu.131. atque Henrich.in ſumm.theol.moral.lib.7. cap.28.§. 8. verſ.Parochus.

12 Verùm, qui Sacerdotio, aut alijs duobus ſacris ordinibus inſignitus non eſſet, aſſumi vt prædicet nec ne poſſit dubitatum fuit, & Nauar.in conſil. 7. an prædicare, de offic. Iudic. delegat. in nouis, tuetur affirmatiuam partem, reſpondens textui dicenti, ne aliquis præter Sacerdotes Domini audeat prædicare in cap.adijcimus 16.q.1. vt procedat in eo, qui propria, & ordinaria auctoritate prædicare præſumit, qualem quidem auctoritatem habent curati; mihi tamen non exilis de hac Nauarri ſententia videtur dubitatio, ſi veritate fulcitur, quod tradit Henriche z in adducto §.8. in textu, & gloſſa, quod Paulus III. Societati Ieſu indulſerit, vt ipſius Regulares valeant prædicare, licet ſacris initiati non ſint; niſi enim ius contradiceret, incaſſum particulari priuilegio Paulus III. Ieſuitis conceſſiſſet munus prædicationis, quod in Eccleſia Dei præcipuum, ac perneceſſarium apparet, magnique fructus, atque vtilitatis, dummodò rectè, & ex ſincera charitate erga Deum, & proximum, præceptiſq; & exemplis Sanctorum Patrum, qui hæc profitentes [illegible]m fidei fundatione, & propagatione plurimum Eccleſiæ contulerunt, exerceatur, vt habetur in conſtit.15. Leonis X. ideò Epiſcopi actentè curare debent, vt quam ſæpius fieri poteſt, anima

13 hoc ſpirituali cibo nutriatur: Quinimmo per ſe ipſos teneantur hoc munus exercere ijdem Epiſcopi, Archiepiſcopi, aut Primates, niſi legitimo detenti fuerint impedimento; tunc enim viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum, potentes in opere, & ſermone aſſumere debent; qui plebes ſibi commiſſas verbo ædificent, & exéplo, iuxta cap. Epiſcopus nullam 88. diſtinct. cap. inter cætera, de offic. ordin. & cap. 2. Concil. Trid.ſeſſ.5. de reformat. iũcto cap.4. ſeſſ.24. eadem rubr. de reformat. ex quibus duobus Concil. Trid. capitibus, teneri etiam hoc munus exequi Archipresbyteros, Plebanos, & quoſcunque alios Parochiales, vel aliàs curam animarum habentes Eccleſias, quouis modo obtinentes, edocemur; quinimò & in eos contemnentes hoc adimplere, etiam in exemptos excandeſcere valeant ſupradicti Epiſcopi, tanquam delegati Apoſtolici, in eiſdem capitibus ſtatuitur, ideò eorum verba; atque tenor erit non ſemel perlegẽdus, & exequutioni mandandus.

Cùm igitur præfati teneantur per ſe ipſos hoc munus ſubire, niſi impediti aliqua cauſa ex delibatis in citato cap. inter cætera; ſupereſt dubitare,

14 cuius ſit munus illos deputandi, cum quotidie iurgia, & lites agnoſcamus inter aliquem præfatorum, ex vna, & communitates ex altera, aut capitula prætendẽtia ſibi, & non Epiſcopis competere ius iſtud nominandi, & eligendi Prædicatores: & quidem aſſentiendum eſt prætenſioni Epiſcoporum: nam certum eſt, quod dicitur ad Roman. 10. quomodo prædicabunt niſi mittantur? & quod veritas ipſa præcepit Apoſtolis, inquiens, rogate Dominũ meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam, Matthæi 9. & Lucæ 10. Itaq; mittendi ſunt á Superioribus Eccleſiaſticis, qui ſunt Domini meſſis, iuxta text. in cap.cum ex iniuncto, de hæret. cui ſententiæ in individuo fauet Concil. indic. cap. 4. ibi per alios ab Epiſcopo deputandos in ciuitate, aut in quacũque parte Diœceſis: idq; poſtmodum millies fuit auditis partibus reſponſum per ſacram congregationem Concilij, quæ animaduertens præfati Cõcilij caput non abrogare conſuetudinem contrariam; nimirum ſi ea alicubi exiſtente, adiunxit reſtrictionem illam, niſi in contrarium ſit conſuetudo ab immemorabili tempore citra, idq; præſertim in vna Sipontina, & alia Neapolitana declarauit; quarum teſtis eſt Io. Franc. Leo in ſuo Theſauro fori eccleſiaſtici par. 1. cap.8. ſub nu.4. & alia inferius reſcribenda præportat.

15 Et cum concionator poſſit pro ſola obligatione exigere pretium locando libertatẽ ſuam, teſte Caietan. verb. ſimonia, verſ. ſecundum eſt, & gloſ. 1. in fin. in cap. ſignificatũ de præbend. expreſſioribusq; verbis tradunt Vgolin. in tract. de ſimon. tab. 1. cap. 9. §. 1. nu. 6. & §. 2. nu. 3. & cap. 44. §. 2. nu. 19. in fin. atque Tolet. in lib. 5. cap. 88. nu. 6. quamuis ſimoniam eſſe crediderit Ripa conſ. 26. ſub nu. 44. adeò quod liceret ei quærere loca, in quibus pinguiores fiunt eleemoſynæ, ex ſententia eiuſdem Tolet. cap. 89. nu. 7. eod. lib. 5. propterea cum alij ob impedimen-

16 tum ordinariorum ſint deputandi, videndum eſt, quis debeat ſubminiſtrare expenſas, & quidem in Eccleſijs non cathedralibus aperte fatur Trident. Synod. indic. cap 4. deputandos Prædicatores: impenſis eorum, qui eos præſtare, vel tenentur, vel ſolent: In cathedralibus autem dixerat quippè ad quẽ ſpectaret deputare, ad quẽ verò ſubminiſtrare ex-

pensas non adiecerat, nisi dicamus verba illa Concilij, vel tenentur, vel solent, non tantum ad proxima præcedentia verba referri de alijs Ecclesijs; verùm ad alia quoque de cathedralibus, & quidem rationabile videtur, nam cum primum de eligendo Prædicatore in cathedrali egerit, deinde verò in alijs; vtiq; altera de impensis dispositio complecti debeat vtrúque casum antea expressum, de cathedrali, & alijs ecclesijs; idq; resolutione eiusdem cógregationis declaratum quoque fuisse perlegi, verum vt omnis prorsus à cordibus hominū summoueatur in hac re dubitatio, verba referre statui cuiusdā declarationis longè insignis, quibus tota isthæc extricatur materia, cōgregationis roboratam manu, & impressam quoque perlegi, cuius verba sunt: Cōgregatio censuit electionem, & deputationem Prędicatoris ad solos Episcopos in corū cathedralibus ecclesijs spectare, nulla habita cōsideratione cuiuscunque consuetudinis, etiam immemorabilis, qua talis deputatio Capitulo, vel Episcopo, vna cum capitulo, siuè de eius consilio, aut cuius alteri competeret. Est tamen in optione Episcopi vtrū ipse malit prędicatorem in sua cathedrali eligere, aut deputare, quādo populus illum, etiam ab immemorabili tempore eligere, & nominare consueuisset, vel prędictam nominationem ex immemorabili consuetudine relinquere; ita tamen, vt si Episcopus electionem, deputationemq; Prædicatoris facere voluerit, populum ad erogandas eleemosynas non compellat; sin verò populum prædicta facultate eligendi Prædicatorem, Episcopus vti sinat, eundē populum cogere possit ad eas impensas, & eleemosynas Prædicatori præstandas; quas ipse populus in hanc causam præstare solitus est; In alijs ecclesijs ad Episcopum similiter pertinet electio, & deputatio Prędicatoris impensis eorum, qui illas pręstare, vel tenētur, vel solent: Concilium tamen non sustulit immemorabilem consuetudinem, qua facultas nominandi Prædicatorem in ecclesijs non cathedralibus alteri, quam Episcopo competeret in sua Diœcesi.

Constat itaq; ex hac decisione, vt etiam in casu, quo alius ex immemorabili possessione cōsueuerit deputare, & erogare impensas, queat Antistes, si velit, deputare in cathedrali Prædicatorem, tunc verò non sit ille, qui cōsueuerat cogendus ad onera; quod si patiatur, vt ille eligat, sit ille obnoxius ad alimēta, & eleemosynam; euenit in Ciuitate Campaniæ, vt defunctus Episcopus huius decisionis vigore auocauerit ab Vniuersitate antiquum ius nominādi, simulq; abdicauerit onus largiēdi expensas; Successor verò ab illius resolutione discedendo relaxauit eidem vniuersitati facultatē eligendi, onusq; propterea præstandi necessaria; recusauit vniuersitas, & credens ad id non amplius teneri, stante electione defuncti Episcopi, cuius causa solitū apparet interruptum, ipsaq; à sua possessione spoliata; Administratores me consuluerunt quid sentirem; Respondi posse Episcopum id facere, tùm quia variatio passim licita est, si fiat sine dāno alterius, Rol. conf. 22. nu. 1. Menoch. conf. 62. nu. 11. lib. 1. Affl. in constit. Regn. Comitib. sub nu. 25. adstipulatur text. in l. si sterilis §. vlt. de act. empt. & loquuntur de domo assignata per debitorem ei, cui tenetur subministrare alimēta, & licere sibi alteram subrogare probat, latiusq; Petr. Surd. multis consimilibus defendens in tract. de alim. tit. 4. nu. 7. & 11. post Tiraq. in l. boues §. hoc sermone, limit. 13. de verb. signif. multò magis in hoc casu, vbi reponitur vniuersitas in sua possessione nominandi, & damnum euidētius abest, quam in antedicto casu assignatę domus, quam auferēdo, & subrogando alteram, multa pati incommoda, & damna facilè potest; tùm etiam si declarationis iam relatæ verba actentè rimētur, quæ arbitrio Episcopi relinquunt ius nominandi, vel consentiendi, vt ab existente in possessione fiat electio, nec aliud inde eueniat, quàm si, vbi ipse velit eligere, ipse quoque suppeditet alimoniam; itaq; satis videtur si vniuersitas pro ea vice, qua non elegit, sit ab onere immunis, tùm demū propter illud simile de procuratione soluenda visitantibus, quo in casu idē Concil. Trid. in cap. immediatè antecedenti adductum cap. 4. & sic in cap. 3. sess. 24. de reform. concessit in optione eorum, qui visitantur esse, vel soluere, quod erat ipsis antea solui certa taxata pécunia consuetum, vel subministrare victualia, & tamen omni anno licere illis variare defendi rubr. 11. cap. 26. nu. 106. Existēte autem controuersia, quorum sumptibus conducendus sit cōcionator pro quadragesima, debet Episcopus interim proprio sumptu eum conducere, ex eiusdem congregationis sententia; cum verò consueuit Antistes eligere, communitas autem erogare necessaria, tunc vendicat sibi locum declaratio ipsiusmet congregationis, si communitas alicuius loci solet ex immemoriali consuetudine de mercede Prædicatoris prouidere, ad eam de cætero tribuendam cogēda est; & ita antiquo more in ciuitate Laquedonię, eiusq; Diœcesi obseruatum fuisse reperi, quin & toto ferè in Regno non dubitamus; quibus in casibus cogi, & cōpelli posse ad expensas, & eleemosynas communitatem, aut alium hactenus consuetum illas facere, nemini dubium est, quinimmò ex antedicta declaratione, & alijs multis facilè deducitur; & quidem ab Episcopo ex eiusmet congregationis permultis decretis, potissimū in vna Troianensi, alteraq; Nuscana, ordinaria scilicet via, si ille Ecclesiasticus sit, censurarum verò si laicus, puta si Vniuersitatis, aut alterius loci, etiam Ecclesiastici administratores laici. Exemplum recolo cum paucis ab hinc annis Card. Alphonsus Gesualdus magistros venerabilis Ecclesię Spiritus sancti, D. Ioāni Gurrea canonico Neap. in ea per ipsummet Cardinalem Prædicatori deputato, de mercede prouidere renuentes, censura excommunicationis ligauit; verùm iam dicto vigente vsu à communitate ipsa, aut alio quouis suppeditandi victum, & mercedem Prædicatori, sint ne illa subministranda Episcopo eiusdē ciuitatis in propria cathedrali, aut alijs eiusdem ciuitatis, vel diœcesis ecclesijs prædicanti? Audiui quod Iacobus Candidus meus præcessor, Antistes Laquedonensis, & victualia, & salarium exegit á ciuitate Laquedonēsi, nec non oppido Rocchettę, cum primum in cathedrali, deinde matrici illius castri prædicationis munus subijt; quin & non eam quantitatem alijs concionatoribus præstari antea solitam, sed duplicatam, dignitatiq; Episcopali congruentiorē; souebatur ni fallor assumpto illo, quod si cum Episcopus vtrunque præstat, si per seipsum prædicet lucratur eā summam, ad quam teneretur si alium conduxisset, cum verò alius tenetur nihil perciperet, maius commodum sentiret, cum ipsius

esset

eſſet onus,quam ſi alterius; necnon quæ ratio excogitari poteſt diſtantiæ, vt qui tenetur ad onera, ille perſoluat códucto,& ſubſtituto, non autem ſubſtituenti? dicit aliquis,id euenire,quia ſubſtitutus non tenetur ad prædicandum, vtique verò ſubſtituens, cuius eſt proprium munus id exequi, ſed refellitur obiectio,quod licet Epiſcoporum proprium ſit munus prædicare, ad id tamen non ita tenentur, vt poſſint compelli illud ſubire; Immò ſi aliquis obnoxius eſt aliquid facere, & per ſe ipſum nequit, per alium ſine dubio, & ſuis ſumptibus exequi tenebitur, quod in caſu prædicationis non contingit, vbi extat memorata conſuetudo faciendi alterius impenſis,itaq; non eſt onus (ſcilicet peſo) Epiſcoporum prædicandi,vt per ſe,vel alium exhibere teneantur ſuis impenſis,ſed munus (ſcilicet officio) explendum quippe expenſis illius,qui hactenus cóſueuit illas erogare, alioquin Præſul ſufferret onus, alius verò ſentiret vtilitatem contra iuris regulam in l.ſecundum naturam ff.de regul.iur.Hanc igitur ſententiam amplexor libenter:quin & omninò veram exiſtimo,cum in alijs ciuitatis,ſiue diœceſis Eccleſijs prædicat,quãuis cum in mea cathedrali iſtud munus (tametſi iuri canonico, & cæſareo ſemper nauarim operã) ſubij in quadrageſima anni 1611. neutrum accipere voluerim, & accepiſſem profectò ſi in alijs Eccleſijs prædicaſſem.

Cùm verò dixerimus in caſu quo abſit, qui ſoleat Concionatori Eccleſiæ cathedralis alimenta, & eleemoſynã perſoluere ad illa teneri Epiſcopum, hoc ipſum reſpondendum eſſe in aliarum Eccleſiarum Superioribus monemus; cum eorum quoque ſit munus prædicare,& nequeuntes, aut nolentes,alterius perſona id efficere deuinciantur eorum expenſis, ſi alius deſit, qui ſupplere teneatur, idque ſpeciatim ſcriptum reliquit memoratus Franciſcus Leo indicato ſuo Theſauro fori Eccleſiaſtici cap.8.verſ.ſi verò nullum,ſub num.6.Quin & tunc penſionarij contribuere haud teneantur,eiuſdem Congregationis eſt ſententia; quod ſi eorumdem Superiorum, vel Parochorum fructus tenues ſint, minime ipſos teneri illas erogare adnectit idem Franciſcus Leo, ipſeque rationem adiungo, quod
17 tunc Parochiani coguntur congruam illi ſubminiſtrare ſuſtentationem, idque verum cum ſit,quomodo, & illud alterum verum eſſe poterit, vt ille Prædicatori eleemoſynam erogẽt? Quod autem compellantur Parochiani ad congruam ſuppeditandam Parocho indigẽti,affirmat gloſ.in cap. ſtatuimus 16.q.1. Abb.in rubr.de Paroch.Roman. conſ.344.nu.4. Couar.lib.1.variar.reſol. cap.17. nu. 2.verſ.quarta ratio,& cumulatius nu.3. Franc.Sarmiento in tract.de reddit.eccleſ.par.3.cap.14.num. 17.& Didac.Spino in ſuo ſpecul. teſtam. gloſ.3.nu.
18 62. Accedit quod ijdem Parochiani contribuere tenẽtur,etiam oneribus Eccleſiæ Parochialis,ſi ſcilicet reconciliatione, aut inſuper reparatione indigeat,teſte Lambert.tract.de iurepatron.art.13.q.2. princip. lib.3. nu.8. non obſtante text.in cap. de ijs de eccleſ.ædific.vel reparand.ſanciẽte vnumquem-
19 que beneficiatum deuinciri beneficij Eccleſiam reparare,& reſtaurare; quin & cum ornamenta æquipararentur fabricæ,ex textu in cap. fin. de teſtament.vbi diſpoſitum in vno habere locum,& in altero ſtatuitur; ac propterea ita teneri beneficiatum ad ornamenta, ſicut ad fabricam ſcripſerit Barbat. in ſuo ſollemni conſ.26.lib.3.Surdus conſ.62. nu.5. & Caualcan.deciſ.Fiuizana 22.ſub num. 24. par.2. & conſequenter ad emendum calices, pluuialia, & alia quæcumque paramenta, ea non tantum ſine quibus Diuina celebrari nequeunt,at illa quoque neceſſaria ad cultum Diuinum ſecundum ſolemnitatem,& varietatem dierum, etiam requirẽtium ornamẽta pulchra,vt ijdem Barbat.& Surd.eiſdem in locis affirmarunt, ipſeque abundantius probo in deciſ.84.nam iſthęc omnia procedere in primis reſtringimus, ſi contradicat obſeruantia, qua appareat ad alterum ſpectare, Innoc.in cap.final. de his, quæ fiunt à maior.part.capit.Paul.de Cittad.in tractat. de iurepatron. art.princip.5. verſ. ſecundo intelligo, ſub nu.173. & Regula ſit propterea omninò vera, ad cognoſcẽdum quis teneatur Eccleſiam reparare, vel in illius reparatione contribuere, primitus inquirẽnda ſit obſeruantia, & quis hactenus facere conſueuerit,vt defendit Abb.indicato cap.1. nu.3. Berous conſ.3. nu.1. lib.1. Archidiac. in cap. quatuor 12.q.2.& illic Prępoſit.nu.3.atque Ioſeph. Ludouic.concl.38.illat.135.Secundo reſtringimus, vbi beneficiatus congrua portione careret, tùm quia erogare in fabricam Eccleſiæ beneficiatum, tunc tantum teneri cautum eſt, cum fructus ſufficiunt vltra alimenta, & non niſi illis deductis, ex aperto,& peregrino text.in cap.de his, de eccl.ædific.vbi notat Abb.nu.2. & inquit eſſe perpetuó notandum, ex quo ignorat alium extare textũ id ſancientem; approbant inſuper citatus Abb.in eodem cap.1. Paul.de Cittad. memorato verſ. Berous eod. conſ.3.nu.22.Ripa conſ.68.nu.3. & Cappell.Tholoſ. deciſ.499. tùm etiam, quod ſi tunc illi ſuppeditandum á Parochianis totum id ſupra probauimus, quod congruam ipſam pertingat, abundantiuſque ſcripſimus rubr.8.ſub nu.19.& rubr.7. cap.6. à nu. 116. cuius appellatione intelligitur ſuſtentatio ſufficiens Curato,& ſuis,per cap.ſtudeat in fine, & ibi gloſ.50.diſtinct.repetitq; Regens Valenzuela conſ. 54. nu. 39. quin & alijs oneribus cap.1. iuncta gloſ. verbo onere,de præbend.in ſexto,vtique dicẽdum eſt,carentem congrua ipſa ad victum, & reliqua onera valida, deobligari non modo ab oneribus ipſis,verùm ad illa cogendos Parochianos,ipſoſque præterea compellendos eſſe ad cõgruam ipſam deputandam pro victu, & oneribus eiſdem neceſſa-
20 riam, niſi tamen Eccleſia ſit iuriſpatronatus, quando vna ſimul cum Patronis ad illa teneantur, per ea quæ cumulauimus dicto num. 19. Tametſi, vt illic concluſimus, & nunc repetimus, lenius procedendum eſſet cum Patronis, quàm cum Parochianis, tùm quia controuerſia eſt, ſi patroni tenẽatur,quæ ceſſat in Parochianis, tùm quia ipſi Parochiani maiorem proculdubio ſentiũt vtilitatem, & commodum:tùm demum,quod eorum ſolet eſſe maior numerus,ac propterea onus facilius,ac libentius ſufferre poſſunt, per diuiſionem inter eos: conſulerem tamen,neque cum iſtis fore nimis rigidè procedendum, ſed lentè præmittendo complures monitiones,ac pro competenti ſumma,neque interea eis ſubtrahi Sacramenta, eorumq; adminiſtrationem ab ipſo Parocho,ſed ea omni vigilantia miniſtranda ex reſolutione omnium,quam Couar. in loco citato commendat; licet gloſa in cap. omnis chriſtianus, de conſecrat. diſt.1. concedat, ſubtrahenda eſſe Sacramenta.

Vt demùm redeam ad rem ipsam, vnde digressus sum, admoneo Prædicatores omnes, eosq; enixè exorabo, vt eorum munus pro debito exequi procurent; atque ideò attentè aduertāt, quomodo sit ab eis inchoanda prædicatio, quomodo prosequenda, & quomodo finienda; quæ omnia si noluerint ignorare adeant Petr.Crispet. in Summa fidei, verb.prædicatio, & Enchirid.Christ.instit.in Concil. Coloniensi, sub rubr.de pęnit. vers.hæc eo dicta sunt; vbi inter alia id præsertim traditur, tunc rectissimè eos fungi officio, si primū animos ad plangenda peccata commoneant, si spiritualibus increpationibus ex lege diuina desumptis, populum peccātem arguant, vitam futuram, ac æterna supplicia in memoriam reducant. Hoc vnū verò quammaximè cauebunt, ne peccātes statim securos reddant ne indulgētius, & citra omnem obiurgationem absoluant, alioqui aliorū criminum participes futuri.

21 Ceterum si prædicator, errores, (quod absit) aut scandala disseminauerit in populum, etiam si in Monasterio sui, vel alterius ordinis prædicet: Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicauerit contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat, etiam si Prædicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet; quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, & tanquam sedis Apostolicæ delegatus procedat; curent autem Episcopi ne quis Prędicator, vel ex falsis informationibus, vel aliàs calumniosè vexetur, iustamuè de eis conquerendi occasionem habeat, ita quippe admonet Concil.Trid.in cap.2.sess.5.de reformat.eos tamen errore labi non credo, si in loco interdicto, etiam publicè prædicauerint cap.respōso de sent.excom. Tolet.lib.1.cap.20.sub nu.2.neque si excōmunicatum audientem non expellant, cum ille concionem audire non prohibeatur, neque etiam per templum transire, dummodo illic, cum alijs auditurus diuina officia non moretur, idē Tolet.lib.1.cap.9.sub n.4.

22 Quartus casus est, vt Regularis extra Monasteriū degens sui ordinis priuilegijs prætextu, haud sit tutus, quominus si deliquerit ab Ordinario loci, tanquam super hoc à sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi possit, iuxta decretum Concil.Trid.in cap.3.sess.6. sub rubr.de reform. & complectitur etiam milites S.Ioannis Hierosolymitani, Nauar.cons.21.an milites S.Ioannis de regularib.in antiq. & 12.in nouis, sequiturq; Sayr.in decis.26. cum milites eod.tit. de regular.neque prædicto text.Concilij obstat, constit.Sixti V.exordiens, cum primum, & est 12.in numero, qua aliquibus inibi nominatis Cardinalibus committit causas Religiosorum degentium extra claustra; tùm quod delegatio illa fuit temporalis, tùm quod loquitur de Religiosis ipsis vagantibus tantum, Concilium verò de ijs præsertim, qui licitè inibi commorantur, vel constitutio loquitur de delicto commisso egrediendo, & consequenter de apostasia, Cōcilium verò de delictis post egressum; quin & illos complectitur, qui in aliqua habitarent domo ad erectionem Monasterij destinatam, si Superiore careat, Riccius decis.223. nu.5.

23 Quinimmo etiam in ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, quamuis certum Iudicem á sede Apostolica deputatum in partibus habeant, & in alijs quoque si ipsum Iudicem non habuerint coram locorum Ordinario, tāquam in hoc ab ipsa sede delegato conueniri, & iure merito ad soluendum debitum cogi, & compelli possint, decreuit idem Concil.Trid.in cap.14.sess.7.de reformat.cuius intellectum pertransendo tradit Paris.de resign.benef. q.11. sub nu.9. persunctoriè verò inquirit, Guttier.pract.qq.lib.3.q.10.& Cauagl.concl.comm.897.tom.4.sub nu.813.Bona autem istorum Regularium degentium, & morientium extra claustra, quorum in Superioribus loquuti sumus, venire sub nomine spoliorum, & spectare ad Reuerendam Cameram Apostolicam, sanxit Gregor. XIII. in sua constit.44. officij nostri, confirmata postmodū, & innouata per alteram eiusdem Gregor.constit.72.exordientem, cum sicut.

Ex his occasionem nactus, quia expertus plerūque sum, & contentiones, & iurgia, non sine scandalo euenisse, eam ob causam, quod Episcopis conseruatorum potestas, non plene innotuerat, quin vt coepiscopo mihi amicitia cōiuncto morem geram, pauca quædam, & quam breuius potero adijcere non tedebit de conseruatoribus ipsis.

24 Conseruatores igitur non nisi dignitate aliqua fulgētes eligi posse, in primis moneo ex text.in cap. fin.de offic.deleg.in sexto, Balb.decis.122.lib. & quia tali decorantur canonici cathedralis Ecclesiæ, quibus propterea causæ delegandæ constitutis in dignitate, committi possunt, cap.statuimus de rescript.in sexto, ita & conseruatores deputari, expressimq; legitur permissum in compendio priuilegiorum mendicantium, verbo conseruator, contradicit tamen apertus text. in eod.cap.final. vt illic glos.in vers.obtinentes bene aduertit, necnon Māos.in tract.signat. grat. tit. de conseruatoria vers. sed quó ad canonicos, Cappuccin.autem in sua annotat. ad compend. mendic. eodem verbo conseruatores, vers.item conseruator el 1. quamuis dicat veram esse negatiuam cōclusionem de iure, ex priuilegio tamen Iulij II. & Clem. VII. licere ait, sed minus considerauit Gregor.XIII.in sua constit.15. reduxisse ad terminos iuris omnia, de quibus disposuerat Pius V. in suis constitutionibus ad fauorem Regularium; & quia tractauerat inter alia de conseruatoribus in constit. 140. vers. neque Superiores, cum seq. Itaq; conseruatorum materiam ad iuris, & Concilij terminos reduxit, & consecutiuè licet non meminerit priuilegiorum ab alijs Pontificibus in hac specie concessorum; illa tamen ad eosdem terminos restrinxisse dicendum est, ad quos ipsorum conseruatorum materiam reduxerat; eo maxime quod adducta Gregor. sanctio, ita obseruari mandat, non obstantibus prædictis, alijsq; constitutionibus, ordinationibus, & priuilegijs Apostolicis, etiam mare magnum, & bulla aurea nuncupatis; itaq; firmiter teneo priuilegijs superinde cōcessis standum esse in his tantum, super quibus neque Concilium, neque ius commune aliquid speciatim disponunt; ipsi verò non nisi per se ipsos, nō autem substitutam personam, illud queunt exercere officium, eod.cap.fin.cum glosa vers.nullii, Marius Anton.resolut.Papiæ 16. nu.5. par.1. Fusch.de visitat. lib.2. cap. 23. nu.8. nullam retinent iurisdictionem ordinariam, sed delegatam, Sayr.decis.1. de offic.delegat.verùm hoc etiam casu contrarium vigere ex priuilegijs, monet idē Capucc. vers.item
25 conseruator el 3. Item non nisi in expressis casibus

à iure

à iure manus apponunt, Rota deciſ. 171. par. 2. diuerſor. & qui ad certum tempus deputati ſunt, expirat eorum poteſtas elapſo tempore, Rota deciſ. 5. de offic. deleg. in antiq. Quin ſi nullo addito tempore, nihilominus poſt quinquennium extincta eſt, ex Concil. cap. 5. ſeſſ. 14. de reformat. quod obſeruandum arbitror, non obſtante cõtrario priuilegio per eund. Capuccin. relato, tanquam reuocato per conſtitut. 15. Gregor. XIII. ex his, quæ in Superioribus retuli, eademq; ex ratione viget eiuſd. cap. fin. diſpoſitio, vt vltra dietam à fine Diœceſis, in qua fuerunt conſtituti, nequeant alium trahere, quam reſolutionem non immeritò, inſequuntur præcitatus Marius Anton. eadem reſolut. 16. nu. 6. & Hieron. de Cauaglos quæſt. comm. contra comm. 797. nu. 730. ſed poſſint ne recuſari, quamuis neget Azzor. par. 2. lib. 5. q. 35. verſ. vndecimo, eo quod cauſæ cognitionem non habent. Concil. tamen Trident. permittit in eodem cap. 5. qua pendente allegata ſuſpictione ſi vltro procederet, id totum nullitati ſubiacere affirmat, idem Cauagl. nu. 780. fretus illa generica regula, quod acta omnia facta poſt recuſationem, prorſus nulla ſunt, quam decidendo approbauit Rota in anno 1552. & 1558. teſte Burſato, addente communi Doctorum calculo approbari, conſ. 21. nu. 21. lib. 1. Roman. conſ. 220. nu. 3. & inibi inſequitur Mandoſ. necnon Cappell. Tholoſ. deciſ. 458. Immò ſi contentio ſit inter Conſeruatores ipſos, & locorum ordinarios, ſuper competentia iuriſdictionis, nequaquam liceat illis vltro progredi ſanxit adductum cap. 5. Concilij, addens vtroque in caſu tàm ſuſpictionis, quàm controuerſiæ ſuperſedendum, donec per arbitros in forma iuris electos ſuper ſuſpictione, aut iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum: verum ſint Iudices cauſarum omnium, etiam criminalium, aut ciuilium; an violentiarum tantum regularibus ipſis, aut eorum bonis illatarum, non exigua inter Scribentes
26 cernitur contentio, ſed in cauſis tantum manifeſtæ violentiæ probat text. in cap. 1. de offic. delegat. in ſexto, ibi ſtatuimus, & cap. final. eod. tit. & lib. ibi, vt manifeſtis iniurijs, & iterum, ibi, decernimus, text. etiam Concil. in cap. 14. ſeſſ. 7. de reformat. ibi, in alijs veró; rurſus autem, & euidentius in adducto cap. 5. approbatque Mandoſ. memorato titulo, verſic. conſeruatores dantur, ita quod ad dubia iudicialem imaginem requirentia non extendi conſeruatorum poteſtatem, dicit Butr. cap. 1. ſub nu. 1. de offic. deleg. in ſexto, Valaſc. conſult. 152. nu. 2. Franc. de Platea tract. de excõm. §. 57. ſub nu. 1. & poſt alios integerrimus RegẽsValanzuela conſ. 84. à n. 1. quin & Conſeruatores dici contra notorias iniurias ſeruatores, affirmat Ioan. Monach. indicato cap. ſtatutum nu. 1. ſubdens nu. 4. neque omnem iniuriam habere poteſtatem defendendi, ſed qualificatam tantum, idemque Franciſc. ſub nu. 3. & hac profectò concluſione conuincitur veritas alterius, ne Regulares queant, coram proprijs Conſeruatoribus trahere eorum debitores; quam ex aperto textu Concilij in cap. 5. ſeſſ. 14. de reformat. optime deducunt Fuſchus in tractat. de viſitat. lib. 2. cap. 23. nu. 5. Franc. Leo in ſuo Theſauro fori eccleſiaſtici cap. 18. ſub nu. 101. immò Sbrott. in tract. de offic. Vicar. lib. 2. cap. 27. nu. 3. adducendo iam dictum cap. 5. Concilij, non immeritò dicit, illud iŭcto cap. 14. reſecaſſe in aliquibus caſibus poteſtatem Conſeruatorum, & fauet Regula, quod Actor ſequitur forum rei, qui verò in cauſis non permiſſis apud Conſeruatores agitari, coſdem adiret Conſeruatores, excommunicationis pœna plecteretur, inflicta indicato cap. final. ibi, pars veró, de offic. delegat. in ſexto. Conſeruatores autem in illis apponentes manus, non ſine pęna quoque pertranſirent, ſed à Mãdoſio relatam paterentur in tractatu Annalium ca-
27 ſuum in 181. caſu, ſub num. 52. Decretum tandem pro coronide addam Congregationis ampliſſimorum Cardinalium Concilij interpretum, relatum ab eodem Capuccino indicato verſ. Conſeruatores, repetitum á Confectio cap. 9. tit. 4. inferius adducẽdo, quod Gregorius XIII. omnibus Regularibus conceſſit, vt in Ciuitatibus Italiæ ſibi Conſeruatores eligerent, coram quibus conuenirentur, ſemelque Electos non mutarent, eorumdemque nomĩna intra menſem Epiſcopis, locorum ordinarijs indicarent, alioquin coram ipſis Ordinarijs conueniri poſſint: Iſthæc verba præſeferunt vnumquodlibet Monaſterium teneri eligere ſuum Conſeruatorem ad finem procedendi coram illo, cum caſus eueniat; neque expectare occaſionem, alioqui ne actor ſuum conſequi ius detineatur, comparere valeat coram Ordinario; vſus tamen contradicit, imó pro cautela ſtatuunt Guttierez, & Cauaglios in antecedenti verſiculo citati, vt Epiſcopi manus apponant, exemptique eo ſtimulo impulſi, Conſeruatores nominent, vel productum libellum coram Ordinario notificari faciat aduerſarijs, cum termino ad eligendum Conſeruatorem; eoque elapſo, Iudex ſit ordinarius ipſe; cæterum perlegi demum cumulata per Confectium in ſuo mendicantium ſummario priuileg. tit. 4. notabiliora ſuper ea re coaceruantem, potiſſimumque cap. 2. alios eſſe Conſeruatores de iure, alios veró ſecundum priuilegia diſtinguentem, & quia mendicantes tantum Conſeruatores ſibi eligunt ex priuilegijs, vt ille ſubdit cap. 4. Ideoque aliorum Regularium dici Conſeruatores de iure, & in illis attendi, quod ius commune ſanxit, ex illius deducitur verbis; tùm in ipſo cap. 4. tùm 3. cuius concluſionis prior pars ſit ne vera, vehementer contendo, ob conſtit. prædictam 15. Gregor. XIII. reuocantem priuilegia iſta ad terminos iuris communis, & Concilij; illud itaque obſeruandum eſſe dicendum videtur, etiam in conſeruatoribus vigore priuilegiorum nominatis; placet tamen ſubijcere, quod idem Confectius cap. 6. ſcribit, plurimumque confert non ignorare, ait enim illorum electionem ad eoſdem ſpectare Regulares, vel capitulariter, & vniuerſaliter, vel priuatè, vniuerſaliter quidem in eorum Generalibus, Prouincialibus, ſeu priuatis domorum Capitulis, & Congregationibus, priuatè veró per totius ordinis, aut Prouinciarum, ſeu domorum Superiores, vel eorum delegatos Vicarios, & Commiſſarios, ſeu eorum Procuratores, & Syndicos, aut per cuiuſlibet Fratrum requiſitionem; á quibus quidem reſpectiuè, vel per publicum inſtrumentum, vel per eorumdem Superiorum patentes literas eligi debent, & tunc ſic electi à ſede Apoſtolica, & à Summo Pontifice, cum omnimoda facultate ſpecialiter deputati intelligantur ex Iulij II. & Clem. VII. conſtitutionibus, relatis per eundem Confectium in

Ppp 3 colle-

collectan.priuileg.fol. mihi 138. His omnibus adijcere censui, constitutiones aliquas summorum quorundam Pontificum, particularia quædam loca, seu Religiones tangentes, illarum Conseruatorum specificam referentes potestatem, & facultatem; Conseruatores enim cum amplissima auctoritate habent Monachi S. Iustinæ, Eugen. IV. constitut. 10. qui præterea esse possunt illi, quibus de iure causæ delegari possunt per constitut. 8. Innocent. VIII. Canonici etiam Regulares Lateranenses eligunt sibi Conseruatores, cum amplissima iurisdictione, iuxta constitut. 10. Sixti IV. Monachi insuper Montis Oliueti ordinis S. Benedicti, pro ipsorum defensione Conseruatores habent ex Iulij II. constitut. 5. Item Fratres ordinis minorum Sancti Francisci de Paula multis cum facultatibus per constitut. 8. Clem. VII. Quin & Hierosolymitani quoque Equites, Conseruatores sibi eligunt, atque Electi recusare nequeant, sancitur constitut. 9. Pij IV. necnon Patres Societatis Iesu, vigore constitut. primæ Gregorij XIII. item Clerici Regulares Sancti Pauli Decollati Iulius III. constitut. 10. Camaldulenses quoque per Leonis X. constitut. 2. Necnon & alij Religiosi, vt videre est in eorum Bullis, quas omnes perquirere non curaui, cum non tantum ob causam, quod Leo X. in sua constitut. 22. §. 17. de conseruatoribus, multa generatim sanxit; verum ob postremam constitutionem superinde editam anno 1592. à felicis memoriæ Clemente VIII. estque tertia in ordine; cuius tenori, quia nostris his temporibus standum est, & omninò parendum, quæque multis ex memoratis in Superioribus, atque alijs omnibus contradicit in aliqua parte; ideò verbatim rescribere censui, vt quid hodie in rè tàm frequenti obseruandum sit, non ignoret studiosus lector, aut alius quiuis huius rei expers.

28 Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Clemens, Diuina prouidentia Papa VIII. ne ob malitiosam petentium suggestionem, & ex eo, quod ob locorum distantiam personarum, quibus causæ mandantur, certa notitia haud ita facile haberi potest, per Iudices aliquos, minus interdum idoneos in conseruatores deputatos; causas ipsas cognosci contingat, cupiens salubriter prouidere.

§. 1. Reuocauit, ac declarauit nullas, inualidas, & subreptitias, omnes & quascumque Iudicum deputationes in literis conseruatorijs, iuxta formam in quinterno Cācellariæ descriptam, seu alias quomodolibet expeditis hactenus per sedem Apostolicam perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum concessas, & directas ijs Conseruatoribus, & Iudicibus, qui qualitates non habent requisitas, & descriptas in cōstitut. fel. record. Bonifacij Papę VIII. prædecessoris sui, quæ incipit statutum.

§. 2. Quique etiam in Concilijs Prouincialibus, aut Diœcesanis, iuxta decretum Concilij Tridentini electi, & designati non sunt, ad instantiam quorumcumque Conuentuum, Capitulorum, Militiarum, Vniuersitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in fauorem quorumuis Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum quorumuis piorum, tám sæcularium, quàm cuiusuis Ordinis, aut instituti Regularium locorum, quantumuis exemptorum obtemptas, cum quibusuis præseruatiuis, restitutiuis, mentis attestatiuis, derogatoriarum derogatorijs, efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, quorum omnium tenores Sanctitas Sua haberi voluit pro expressis.

§. 3. Non tamen quò ad negotia iam cæpta, vel quò ad ea, in quibus illæ suum sortitæ effectum, seu executionem habuerunt.

§. 4. Ac etiam insuper voluit, & ordinauit, quod omnes deinceps litteræ conseruatoriæ huiusmodi per sedem Apostolicam concedendæ ad Conseruatores, & Iudices dumtaxat dirigantur, qui qualitates iuxta dicti Bonifacij constitutionem habeant, quique in præfatis Concilijs electi, & designati sint, & non alijs; aliter verò expeditæ literæ præfatæ nullius sint roboris, vel momenti.

§. 5. Decernens, &c. Hactenus de Conseruatoribus, nunc ad Regulares redeundo, repeto.

29 Quod si intra Monasterium degant, fori priuilegio sine dubio gaudent, ita quod neque eos complectatur text. in cap. volentes, de priuileg. in sexto, innouatus à Concilio Tridentino in cap. 14. sess. 7. de reformat. loquens de exemptis omnibus conueniendis coram Ordinarijs in certis illic mentionatis casibus; neque text. eiusdem Concilij in cap. 20. sess. 24. de reformat. sanciens, causas omnes non obstantibus quibuscumque priuilegijs, agitandas esse coram Ordinario in prima instantia; nam ita periucunde declarauit sacra Cōgregatio, & approbauit constitut. 34. quæ superinde manauit à Sanctissimo Domino Nostro Paulo V. Quinimmo si extra illud deliquerit Regularis aliquis, & capi quamuis possit ab Episcopo, ab eo tamen consignari debet proprio Superiori Regulari, cum termino ab eodem Episcopo præfixo, intra quem delinquentem ipsum punire habeat, & de punitione eundem Episcopum deinde certiorem facere; alioquin præfatus Superior sit officio priuandus á suo Superiore; & delinquens ab Episcopo puniendus, ex eodem Concilio in cap. 14. sess. 25. de regularib. & suppetit ius antiquum in cap. vltim. §. si verò Abbates, iuncta glosa in vers. per Abbatem, de statu monachorum, & illic Abb. nu. 1. prædicto autem Concilij textui aduersari videtur alter eiusdem Concilij in adducto cap. 14. sess. 7. de reformat. quo in exemptorum causis constitutio Innocentij IV. quæ incipit volentes, in generali Concilio Lugdunensi edita, & relata in proxime citato cap. 1. de priuileg. in sexto, seruari mandatur; quam Sacrosancta Synodus innouandam censuit, & innouat; in qua quippe constitutione sanxit Innocentius Papa, ne exempti, vel priuilegiati teneantur, nisi sub certo Iudice respondere; nihilominus ratione delicti, contractus, aut rei sitæ in loco non exempto, conueniantur coram Ordinario loci, semota om-

30 ni exemptione; vt autem horum canonum contradictio eneruetur, præter replicationem, quæ ex mētionata constitut. 34. Pauli V. deduci posset; aliás duas adaptari posse responsiones suadeo, earumque prima sit, procedere iam dictum cap. 14. sess. 7. Concilij in eo tantum casu, in quo loquitur Innocentiana sanctio: nempe cum in locis non exemptis delinquunt Regulares; alterum veró iam dictum caput, itidem 14. sess. 25. de regularib. subsistere vbicumque extra Monasterium delinquit, sed in loco exempto. Secundam nunc subijcio,

quam

quam ex verbis, ſiue potius intentione Nauarri ſelegi, dum in cap. non dicatis 12. q. 1. verſ. addo ſecundo, ſub nu. 63. (quamuis aliò tendens) ait, raro habere locum his temporibus in Religioſis adductum cap. volentes, propter conceſſionem aliquibus eorum directè factam, & alijs per communicationem, vt non poſſint conueniri etiam de factis, & ſitis extra loca exempta, cum derogatione prædicti cap. volentes, deinde poſt pauca verba adducit ſanctionem in adducto cap. 14. ſeſſ. 25. quaſi velit, quod dicto priuilegio exiſtente, militet huius cap. 14. ſeſſ. 25. Decretum, & ſic puniantur ab Ordinarijs locorum, pro delictis patratis extra loca exempta, iuxta primo loco citatum cap. 14. niſi priuilegium derogatorium extet, quia tunc ſeruaretur forma tradita in ſecundò, adducto cap. 14. ſeſſ. 25. recedo tamen ab alio aſſumpto, quod inſinuat idem Nauarr. inibi, raró habere locum præfatum capit. quia illi paſſim derogatur, ex ſola enim derogatione ad dictum cap. volentes, abnuo, Regulares propterea delinquentes extra loca exempta, non ſubijci iudicio Epiſcoporum, cum præterea requiratur derogatio ad proximè adductum cap. 14. Concilij Tridentini, cuius niſi ſpeciatim meminerit priuilegium, non ſufficiat derogatio quibuſcumque concepta verbis, ex Doctoribus, & deciſionibus relatis inferius à verſ. quin dum poſſeſſiones.

Et quoniam longa experientia compertum eſt, præfatos Superiores parum hactenus, aut etiam nihil curaſſe iam dicto præcepto Epiſcopi obtemperare; quin etiam Epiſcopum non propterea potuiſſe citatum Concilij decretum exequendo caſtigare criminoſum, quia ſuus Superior ad alia ſuorum ordinum loca extra Epiſcopi Diœceſim ex induſtria impunitum tranſmittebat; necnon ipſe, quandoque ad alias Prouincias ſe conferebat, neque vlterius ſuper delinquẽtis exceſſibus inquirere, neque de eius punitione Epiſcopũ certiorem reddere curabat, vnde nec criminoſus poterat, tũc ab Epiſcopo puniri, cũ extra ipſius Diœceſim exiſteret, nec ſuperior, qui delinquẽtem corrigere negligebat officio priuari; ideò Clem. VIII. ſua conſtitut. 39. præcepit, & mandauit omnibus, & ſingulis cuiuſcumque ordinis, & inſtituti Regularium, etiam Mendicantium Superioribus, vt iuxta prædictum Sacri Concilij decretum procedant, & exequantur, & ſi Superior in Regularem delinquentẽ non animaduerterit; quinimmo ſi illum impunitum ad alia ſuorum ordinum loca extra Epiſcopi Diœceſim tranſmiſerit, decreuit, vt inſtante Epiſcopo intra terminum ab Epiſcopo præfigendum, & ſub eiſdem priuationis dignitatum, & officiorum obtemptorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda priuationis actiuæ, & paſſiuę vocis, ad quas à nemine preter quam à Romano Pontifice pro tempore exiſtente reſtitui poſſit, ipſo facto ſimiliter incurrendis pœnis, ipſum Regularem delinquentem à loco, ad quem tranſmiſſus fuit reuocare, & ad illum, in quo deliquit reſtituere, ſeu ſiſtere teneri voluit, qui ſi hoc etiam facere prætermiſerit Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens tranſmiſſus fuerit, ſuper præmiſſis ab ipſo Ordinario loci, in quo deliquit ſimiliter requiſitus, vel aliàs de illius delicto informatus, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, prædicti Concilij decretum omninò exequi, & in Regularem delinquentem ſeuerè animaduertere poteſt, & debet.

31 Quinimmò cum nec liceat Regularibus à ſuis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint; ideò ſi quis eorum ſine prædicto mandato in ſcriptis obtempto, repertus fuerit ab Ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur, & illi, qui ſtudiorum cauſa ad Vniuerſitates mittuntur, in conuentibus tantum habitent, alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur authoritate ſibi tradita à Concilio Tridentino in cap. 4. ſeſſ. 25. de regularib. Quin aſſumptum illud veriſſimum, quod Regulares de vna in alteram migrantes Prouinciam, in proprijs Conuentibus ſunt recipiendi, reſtringitur ad eos tantum, qui literas commendatitias ſuorum Superiorum deferunt, quibus ſi careant, vetuit Sixtus V. recipi in conſtitut. 71. & nouiſſime decretum extat Sacræ Congregationis ſupra Regulares, aduerſus illos temerè, leuiuè ex cauſa accedentes ad Vrbem, ſine licentia Superiorum, cuius tenor ſubijcitur.

Quoniam nonnulli Regulares vagandi ſtudio, ſiue dum imminentem admiſſorum criminum pœnam ex ſuis conſtitutionibus, aut aliàs debitam ſibi metuunt, falſa & commentitia grauamina cauſati, non ad immediatè ſui ordinis ſuperiores, ſcilicet á grauamine Prioris ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, á Generali ad Protectorem, prout cuiuſque Religionis conſtitutionibus diſponitur; ſed ad hanc Romanam Curiam abſque licentia ſæpius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo ordinum diſciplina relaxatur. Prælati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores euadunt. Placuit Sacræ Regularium Congregationi, ex ordine Sanctiſſimi ſtatuere, vt ſi quis Regularium in poſterum temerè, leuiuè ex cauſa hanc almam Vrbem, ſeu Curiam abſque ſui Superioris licentia, & ſupradicta forma prætermiſſa adire præſumpſerit, ad ſuos eoſdem Superiores, ſeueriori pœna plectendus remittatur.

Quod ſi in Monaſterio ordinario ſubiecto inhabitet Regularis, quouis modo exemptus, eidem ſubeſt ordinario, ab eo omninò puniendus ſi delinquat, vt explico, & latè comprobo inferius verſ. cum etiam.

32 Quintum nunc ſubijcio caſum, in quo vigore Concilij Regularis, quamuis exemptus ſubijcitur Epiſcopo; qui perutilis ſanè eſt, & verſatur circa ordines ab eiſdem Regularibus ſuſcipiendos; in qua materia cum Concilium generatim de ſuſceptione ordinum, & eorum collatione verba faciens, dixerit in cap. 8. ſeſſ. 23. de reformat. vnumquemquam á proprio Epiſcopo ordinandum, nimirum ſi omnium ſententia concluditur præfatam ſic indefinitam, & genericam ſanctionem neminem excludere; verùm homines ſine aliqua diſtinctione complecti, atque ideò amplexari etiam Regulares omnes, tùm maximè, quod verba aliqua ſubſequũtur in eodem capite admittentia prædictam explicationem, & ſunt; quod ſi quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiuſuis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegij prætextu, etiam ſtatutis temporibus permittatur; & alia in cap. 12. eiuſdem

eiusdem sessionis, & rubricæ, nempè Regulares quoque, nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, priuilegijs quibuscumque quò ad hoc pęnitus exclusis: ex quibus licet aperte constet, de veritate supradictæ resolutionis, ita tamen fuisse apertius declaratum fertur, à fœlicissimæ memoriæ Gregorio XIII. scilicet, vt Regulares, ordines suscipiant ab Episcopis in quorum Diœcesibus sunt Monasteria, in quibus degunt, & sunt assignati, vel dimissorias ab eis obtineant; eique concinit quædam constitut. Leonis X. exordiens, Sacro approbante Concilio; ac demùm Congregatio Concilij expressissime declarauit, cum decreto Sanctissimi Domini Clementis VIII. cuius verba rescribam inferius, sub num. 36.

33 Interea animaduertens proprium Regularium Episcopum ad finem ordinis suscipiendi, aut dimissorias obtinendi dici illũ, qui illi præsidet Diœcesi in qua extat Monasterium Regulari assignatum à suis Superioribus Regularibus pro incolatu; cui resolutioni adstipulatur etiam Gemin. qui iure defendit, eo in loco dici Regulares degere, cui addicti sunt, vt inhabitent in cap. cum nullus §. religiosi nu. 2. de tempor. ordin. in sexto, & Bald. subdens fore in eo citandos, cum in eo larem foueant, & domicilium teneant in L. omnes per illum textum, sub nu. 2. C. de episcop. & cleric. & Nauar. in cap. non dicatis 12. q. 1. sub nu. 63. el primo, illibi prætereà subijciens ex doctrina Bart. communiter recepti in l. 1. ff. ad municip. omnem monachum, & Abbatem Regularem fieri ciuem illius ciuitatis, in qua sistit eorum Monasterium.

34 Præfatus autem Episcopus prohibetur dare ordines Regulari, ita sibi subiecto nisi præcedat consensus, & licentia Superioris Regularis illius, iuxta cap. 1. cum glosa vnica 58. distinct. atque Syluester verbo Religio 7. & Maiol. in tractatu de irregular. lib. 4. cap. 20. nu. 2. constatque euidenter ex Cõcilio Tridentino in cap. 1. sess. 14. de reformat. traditque Nauarr. cons. mihi 35. quidam monachus, post nu. 1. de tempor. ordin. sed cum licentia ad manus Episcopi peruenit, suum non erit inquirere, si nomina eiusdem Religiosi ordinari volentis, & desiderium fuerit propositum in Ecclesia, testimoniumque extet de illius natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis, quæ in ordinandis omnibus inquirenda esse decernit Trident. Synod. in cap. 5. sess. 23. de reformat. Siquidem Congregatio Concilij censuit ad Regulares minime extendi dispositio-
35 nem præfatam, in quibus satis sit Episcopo testimonium habere ab ordinandorum Superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus prædictos nullo requisitorum indigere, eiusque fidei stãdum esse, præter quam circa doctrinam, pro qua subijciuntur Episcoporum examini, quod etiam Henrichez attestatur in sua summ. theolog. moral. lib. 10. cap. 23. §. 4. in glosa liter. L, idque verum esse probat etiam Roderic. Lusitan. quæst. regular. tom. 3. q. 24. artic. 1.

36 Sed dimissorias vter concedet Regularibus ordinandis ab alijs Episcopis, aliqui dubitarunt, dũm eorum alij, tantum Episcopo licere scripserunt, nõ autem eorum Superioribus Regularibus, nempe Henrichez citato §. 4. in textu, & glosa, dicitque comprobare Concilium Toletanum anni 1583. actio. 3. cap. 47. atque Tridentinum, eiusque dicto concinit Gregor. XIII. in locis citatis in initio huius quinti casus, necnon priuilegium Iesuitis ab eodem Gregorio per suum diploma concessum in anno 1584. cum expressa derogatione Concilij; cuius testis est, idem Henrichez indicato §. 23. in glosa liter. M, & illud refert, eiusque tenorem rescribit Rodericus Lusitanus in quæst. regular. tom. 1. q. 18. artic. 6. Quod quidem priuilegium cum derogatione Concilij insinuat contrarium determinari, & disponi per ipsum Concilium; nisi dicamus tale priuilegium continere facultatem concessam Superioribus illius Religionis dispensandi in interstitijs, ac temporibus à iure statutis, & alijs requisitis per Concilium; ideoque necessariò appositam fuisse dictam derogationem; verùm alij contradicunt, nempe Mandosius inquiens, Superioribus Regularibus competere facultatem concedendi dimissorias suis subditis in Regul. Cancellar. 24. q. 2. nu. 6. atque etiam Nauarrus, defendens id quoque habere locum his temporibus post Concilium, vt asserit duobus in locis, scilicet in cons. mihi 26. quidam clericus, post num. 1. de tempor. ordin. inquiens Superioribus Regularibus competere dimissorias dare suis subditis ad ordines recipiendos, & consil. 36. eod. tit. asserens ordinarium religiosorum, quò ad concedendas reuerendas pro suscipiendis ordinibus, de quibus loquitur Concil. Trident. in citato cap. 8. sess. 23. de reformat. eum esse, qui illius est Prælatus, & Superior Regularis, idque etiam tuetur supradictus Rodèricus indicata q. 18. artic. tamen 5. quorum sententia verior credenda est, ex eo pręsertim, quod nulla videtur subsistere ratio distantię inter hunc, & antecedentem casum, vt propterea cum in eo requiratur Superioris Regularis licentia, si à proprio Episcopo sit ordinandus, itidem si ab alio, tanto magis ob decretum felicis recordationis Clement. VIII. cuius verba confirmant, ni fallor, generatim Regularibus omnibus facultatem concedendi dimissorias suis subditis Regularibus pro suscipiendis ordinibus ab Episcopo alieno, dummodo proprius absit, vel nolit ordinationes facere, de quo impedimento attestatio fiat in dimissorijs ipsis, prout hæc & alia, constant ex declaratione, & decreto prædictis: quorum tenorem rescribit Sorbus ad compendium Mendicantium, verbo ordines sacri, & ipse hoc in loco subijcere decreui.

De mandato D.N. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, vt de cætero obseruent, & obseruari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilij Tridentini continentur, cuius tenor est talis. Congregatio Concilij censuit Superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterij, in cuius familia ab ijs ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit; & si Diœcesanus absuerit, vel
37 non esset habiturus ordinationes ad quemcumque alium Episcopum, dumtamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit examinetur quó ad doctrinam,

&

& dum ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria conceſſionem dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus, vel abſuturus, vel nullas habiturus eſſet ordinationes; verùm cum à Superioribus Regularibus Epiſcopo Diœceſano abſente, vel ordinationes non habente literæ dimiſſoriæ dabuntur, in eis vtique huiuſmodi cauſam abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam eſſe, quod qui non fecerint officij, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiuſdem S.D.N. Papæ reſeruatas pœnas incurrent. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 15. menſis Martij 1596.

Hac ſumpta occaſione cenſui neceſſarium eſſe reliqua ſpectantia ad Regulares ambientes ordinibus inſigniri ſummatim recenſere, ac primum, quòd reſpectu ętatis diſponitur requiri in ordinan-
38 do, ac reſpectu examinis de eo faciendi ad Regulares ipſos extenditur; qui nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinari poſſunt, priuilegijs quibuſcumque quó ad hoc pęnitus excluſis per Concilium Tridentinum in cap. 12. ſeſſ. 23. de reformat.

39 Quo veró ad interſtitia occurrit primum dubitatio, ſi quod de interſtitijs dicitur in Concilio Tridentino cap. 13. & 14. ſeſſ. 23. de reformat. debeat ita de Religioſis intelligi ſicut de clericis ſæcularibus, & quidem tuta eſt reſponſio affirmatiua, vt ipſa interſtitia ſint à Regularibus obſeruanda, tùm ex prædictis Concilij capitibus generatim loquentibus, & annuum tempus conſtituentibus pro interſtitijs, tùm ex auctoritate Sorbi in annotat. ad compendium mendicantium, verbo ordines ſacri, verſ. & quod interſtitia; tùm demùm ex conſtitut. Sixti V. contra clericos malè promotos, ibi quemcumque ſæcularem, aut cuiuſuis ordinis, aut militiæ Regularem; excipiuntur tamen, qui ſpeciali in hoc foucerentur priuilegio, illis namque opitularetur, præterquam ad ſuſcipiendos duos ſacros eodem die; quippe quod Concilium in relato cap. 13. poſt decretum, & prohibitionem factam, ne vna die concedantur duo ſacri coniunctim, & eidem perſonæ ſubnectit derogationem priuilegiorum in contrarium fortè exiſtentium, & propterea non extendenda præfata derogatio ad priuilegia, ſi quæ extarent in alijs caſibus antea in eodem, aut alijs præcedentibus capitibus pro interſtitijs enarratis; cui ſententiæ videtur inherere Henrichez in ſua Summ. theolog. moral. lib. 10. cap. 11. §. 4. & cap. 12. §. 3.

40 Ex hac igitur concluſione ita conſtituta, altera enaſcitur dubitatio, ſi quandoque liceat in interſtitijs iſtis diſpenſare, & cui liceat, & verior apparet reſponſio fouens auctoritatem Epiſcopalem, ita quod nefas ſit Præpoſitis Regularibus in hoc caſu diſpenſare, ſed Epiſcopis, Henrich. lib. 10. cap. 23. §. 4. in gloſa liter. L, Rodriquez Luſitanus in explicatione Bullæ cruciatæ in fine, Hieronymus à Sorbo, vbi ſupra, verſ. quò ad ſecundum, & Ledeſma in Summ. Hiſpana rubr. de Sacram. ordin. cap. 8. verſ. *la difficultad*, vbi hanc probabiliorem dicit, ſed eam teneas, quia ita declarauit Sacra Congregatio ſub die 7. Septembris 1593. cuius teſtis eſt Ioan. Baptiſta Confectius in collectan. priuileg. ſacri ordin. fol. 136. ſed reſtringitur in Abbatibus habentibus facultatem ordinandi ſubditos Regulares ad mi-
41 nores, prout inferius adnotabo num. ſeq. Epiſcopi veró cum diſpenſatio petitur caueant concedere illam niſi iuſta adſit cauſa, & ordinandi Superior Regularis in ſuis literis dimiſſorialibus ab eo id ſummis præcibus contendat, cauſamque vtilitatis, vel neceſſitatis extare atteſtetur, etiam quod ſpecificam non exprimat, illiuſque inſtantia Epiſcopo ſatis eſſe debet abſque, quod inquirat ſi verè altera illarum ſubſiſtat: quod ſi neque generatim, de altera dictarum cauſarum fidem faciat, Epiſcopi partes erunt denegare diſpenſationem, vt idem Sorbus illic fatetur, atque ita in vtroque caſu cenſuiſſe Sacram Cõgregationem Concilij certum eſt, idemq; Sorbus ſubiungit. Ex quibus illud præſertim maximé notandum aduerto, derogatum propterea eſſe priuilegio mẽdicantibus conceſſo recipiendi duos ſacros eodem die, cuius meminere compendium mendicantium in loco citato, & Henrichez indicato cap. 11. §. fin. qui præterea in gloſa liter. L, adnectit fœliciſſimæ memoriæ Pium V. conceſſiſſe minoribus Regularibus, vt gratiæ per Trident. Synod. derogatæ, proſint in foro exteriori ſupplicantibus Miniſtro Generali Aloyſio de Puteo, & Cardinali Aracœli anno 1560. quod inſuper refert, atteſtaturq; ſummæ auctoritatis vir Pater Claudius, ne dum familiæ ante æuum nobiliſſimæ de Acquauiua, at ciuitatis Neapolitanæ, vniuerſiq; Orbis decus, inſignisq; congregationis Ieſus Præpoſitus Generalis in verbo concilium §. 3.

Primam verò clericalem tonſuram, minoreſque ordines, quia Abbates complures conferre poſſunt ſuis ſubditis per cap. Abbates de priuileg. in ſexto; dummodò ſubditi ſint Regulares ex reſtrictione Concilij Tridentini in cap. Abbatibus ſeſſ. 23. de reformat. ita quod ſi ſubditis ſæcularibus auderent his temporibus conferre, aut dimiſſorias concedere, ſuſpenſionem annalem ab officio, & beneficio incurrerent ex eodem Concilij canone, atque ex his, quæ profuſis verbis enarro in rubric. 9. cap. 1. à
42 num. 17. cum ſeq. Ideò alia inſurgit difficultas, cui tunc liceat diſpenſare in interſtitijs, an ſcilicet Epiſcopo, vt ſupra concluſimus, cum ab illo ordinandus eſt, an verò ipſi Abbati ordinanti? & rectè me opinari exiſtimo, ſi credam, Abbati hoc caſu fas eſſe eiuſmodi impartiri diſpenſationem, ſequutus Sorbum in loco mox relato, verſ. quando veró Abbates, neque tunc examinandi erunt, ab Epiſcopis, ſed ab Abbatibus, non obſtante Concilio, prout Nauar. optimé probat in conſ. 13. Abbas cuiuſdam nu. 5. in antiquis de priuileg. Neque dimiſſorias illi pro minoribus ſuſcipiendis ab alienis Epiſcopis, aut Abbatibus dabunt, ſed ijdem Abbates, qui iure ordinario poſſent illis conferre ordines ipſos minores, vt idem Henrichez, qui contrarium licet ſcripſerat reſpectu eorum Superiorum, qui ius conferendi ordines non retinent notat, annuitque tamen in hoc caſu in lib. 10. cap. 23. §. 4. præter Sorbum in loco citato, atteſtantem declaratione congregatio-
43 nis Concilij definitum fuiſſe; Nouitij autem ne veniant ſub appellatione ſubditorum Regularium, de quibus in præfato cap. Abbatibus dicendum eſt, quia ſubditi Regulares nondum cenſentur, vt probaui in cap. 3. hac rubr. ſub nu. 6. & tuetur Tiraqu. de

de vtroque retract. tract. 1. cap. 1. glosa 8. num. 29. Imò valeant retrogredi, & illorum aufugere supe-
44 rioritatem, & propterea nequeant præfati Abbates concedere eisdem nouitijs minores ordines, aut dimissorias, pro minoribus suscipiendis affirmo, alioquin ordinantes incurrant suspensionem comminatam in adducto canone Concilij, quam tutiorem semper existimaui resolutionem, quamque videtur tenere Maiol. in tract. de irregul. lib. 4. cap. 2. sub nu. 11. quamuis promouentes nouitios non incurrere præfatam suspensionem crediderit Henrichez lib. 10. cap. 23. §. 4. & Sayrus lib. 4. cap. 13. num. 5. alia multa de nouitijs congerit Carol. de Graffis de effect. cleric. effect. 4.

45 Præterea, & sexto loco commendata Monasteria, etiam Abbatiæ Prioratus, & Præposituræ nuncupatæ, in quibus non viget Regularis obseruantia, necnon beneficia tam curata, quàm non curata, sæcularia, & regularia, qualitercumque commendata, etiam exempta ab Episcopis, etiam tanquam Apostolicę sedis delegatis annis singulis visitentur, curétque ijdem Episcopi congruentibus remedijs, etiam per sequestrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut restauratione reficiantur; & cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia rectè exerceantur appellationibus quibuscunque priuilegijs, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis conseruatorijs Iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus, iuxta Concilij Tridentini decretum in cap. 8. sess. 21. de reformat. & cap. 20. sess. 25. de Regularib. quin & in illis, quæ non sunt commendata iddem Sanxit idem Concil. cap. 11. sess. 25. de Regularib. quod excipit aliquos casus nu. 115. latius declarandos; facilè au-
46 tem colliget Antistes, quæ debeat in hac visitatione inquirere, namque inuestigare debebit, si cura animarum fideliter exerceatur, sique alia debita obsequia rectè adimpleantur, & si aliquid sit, quod restauratione, vel reparatione indigeat, & cætera, quæ in visitatione Parochialium, (si curata sit) inquirenda esse, scripsit Fuscus in tract. de visitat. lib. 2. cap. 2. nu. 31. quod si collegiata tunc ea animaduertet, quæ in visitatione collegiatæ perquirenda, dixit idem Fuscus lib. 2. cap. 1. num. 19. si vero simplex sit Ecclesia commendata inuestigabit, quæ ille admonuit in cap. 7. nu. 11.

47 Verùm quando commendetur beneficium explicat Hoieda de incompatib. benefic. par. 2. cap. 4. nu. 1. & quis valeat beneficia commendare, ac præsertim an Episcopus commendare possit beneficia suæ Diœcesis, explicat Illustrissimus Tuschus conclus. 270. Episcopus tom. 3. atque commendatarius sit ne Prelatus, & quid possit discutit idem Tuschus conclus. 475. commendatarius volum. 1. vbi præmaximè tuetur commendatarium non dici, neque esse Prælatum Ecclesiæ commendatæ, neque illius habere proprietatem, seu possessionem, sed detentionem tantum tanquam depositarium, per Oldrad. cons. 179. quæritur, & Roman. consil. 350. in casu proposito, sub num. 1. vbi Mandos. alios coaceruat in addit. 1. quorum dicta restringenda sunt non procedere in commenda perpetua, quam assimilari beneficijs, & instar eorum esse, post Mandos. in addit. 2. demonstrat Hieronym. Gonzales fretus aliorum auctoritatibus super Regul. 8. glos. 5. §. 8. nu. 1. maximè his nostris tempor. bus, in quibus prægnantia verba, & clausulæ ponuntur in literis prouisionis, quæ post Rebuffum refert præfatus Gonzales num. 4. ex quibus haud dubitatur commendam perpetuam parum, aut nihil distare ab alijs prouisionibus beneficiorum, præterquam in modo vacationis cum certum sit commendam,
48 non vacare, vt per præsens, sed vt per prius, atque ita non per mortem commendatarij, sed prout antea, & eo modo, quo vacauit cum primo fuit beneficium illud commendatum, vt post Cassador. Simonett. Gambar. Puteum, Gomez. Rebuff. Mohedan. Caputaqu. Nauar. & alios, concludit supracitatus Gonzales á num. 48. atque Paris. cons. 40. ex his, quæ in facto num. 7. vol. 4. Chassan. cons. 20. pro inspectione tituli nu. 8. Gemin. cons. 8. super præmissorum, sub nu. 8. Petr. Gregor. Tholos. in suis instit. beneficial. cap. 24. sub nu. 8. ac nouissime Tuschus indicata conclus. 475. nu. 10. qui nu. 25. subdit finita commenda, vel mortuo commendatario, siue temporali, siue perpetuo Ecclesiam nō vacare per eius obitum, sed tantum commendam cessare, & consequēter vacare eo modo, quo prius tempore commendæ id est de iure, non autem de facto; quæ vacatio de iure importat, vt vacet ex quo Ecclesia non habet Prælatum, quia commendatarius non est vere Prælatus; non tamen vacet de facto cum satis sit commendatarium habere canonicum titulum, ex quo resultat detentatio, prout dixerat antea Roman. adducto consil. nu. 7. & alij, quos citat illic Mandos. in addit. 8. Reliqua verò ad commendam spectantia præterire censui, eo quod multi peculiares superinde tractatus scripsere præsertim, Aeneas de Falcon. & Ruz. & multa congerit Gomes. in Regula Cancellariæ de infirm. resignan. q. 13. in alia de idiomate q. 5. & de trienn. possess. q. etiam 5. Mandos. in Regul. Cancell. 32. Rebuff. in praxi benefic. rubr. de commend. & Petr. Andr. Gambar. de offic. & potest. Legati lib. 4. tit. de potest. Legati in commendando beneficia per numeros 291.

49 Præter commendata beneficia Regularia, de quibus hactenus fuit noster sermo, alia etiam quādoque visitare possunt, & debent; nempè beneficia Ecclesiastica curata, quæ cathedralibus collegiatis, seu alijs Ecclesijs, vel Monasterijs, beneficijs, aut pijs locis quibuscumque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, seruata forma Concilij in cap. 7. & 8. sess. 7. sub rubr. de reformat. & cap. 11. sess. 25. de Regularib. & quia primum inquirere habent, si aliqua reparatione indigent, & tunc opportunis iuris remedijs prouidere, vt reparentur, atque ita parere dispositioni præfati cap. 8. aduertendum est, quod poterunt id efficere, etiam per sequestrationem fructuum, tùm ex his, quæ dixi nu. 45. per alium Concilij textum in cap. 8. sess. 21. de reformat. & cap. 20. sess. 25. de Regularib. tùm ex declaratione Congregationis in vna Polen. relata per Ioan. Franciscum Leonem in suo Thesauro fori Ecclesiastici cap. 31. num. 3. par. 2. non quidem, vt Ecclesia, vel Sacristia reficiatur, sed in his, in quibus dumtaxat habent iurisdictionem respectu curæ animarum, & Sacramentorum administrationis, vt calices, & decentia paramenta ad decorem administrationis Sacramentorum prouideantur, vt in alia Tranens.

& Cæſaraguſt.declaratum meminit idem Io.Franciſc.Leo.

50 Quod ſi in eiſdem Monaſterijs, ſcilicet commẽdatis vigeret Regularis obſeruantia, prouidere debent Epiſcopi paternis admonitionibus, vt eorum Regularium Superiores, iuxta eorum Regularia instituta debitam viuendi rationem obſeruent, & obſeruari faciant, & ſibi ſubditos in officio contineant, ac moderentur; illique ſi admoniti intra ſex menſes eos non viſitauerint, vel correxerint, tunc ijdem Epiſcopi, etiam vt delegati ſedis Apoſtolicæ eos viſitare poſſint, & corrigere, prout ipſi Superiores poſſent, iuxta eorum inſtituta, quibuſcumque appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus penitus remot✱, & non obſtantibus, ex eodem cap.8. Concil.Trid.ſeſſ.21.dè reformat.

51 Ita & in alijs non commendatis, tám Regulares, quám ſæculares curam exercentes ſubſint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni, Epiſcopi in cuius Diœceſi ſunt ſita Monaſteria, iuxta citatum cap.11. ſeſſ. 25. de Regularib.& cap.1.§.fin.de priuileg.in ſexto, ex quibus Concilij verbis, vana reputanda videtur quæſtio propoſita per Emanuel.Roderic.quæſt.regul.36.art.4.tom.1. ſcilicet, vtrum Epiſcopus poſſit corrigere fratrem beneficiatum ſeruientem curato beneficio, in eo quod deliquerit circa miniſterium curæ; & inſuper erronea videtur eius reſponſio negatiua, præſertim quia innititur eodem canone 11. Concilij; attamen in terminis illis, in quibus ipſe verba facit, rectè fortaſſe ſenſit, ſi Magiſter ordinis de Alcãtera, & aliorum ordinum militiarum iuriſdictionem habent, quam ipſe aſſerit, quandoquidem ſuppetunt alia eiuſdem capitis verba propè finem, exceptionem tradentia ad Regulam, quæ propterea accurata diligentia ſunt legenda, reſpectu illorum locorum, in quibus Abbates Generales, principalem & ordinariam ſedem non habent; namque eos oporteat tũc Epiſcopalem iuriſdictionem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercere: In dependentibus verò à cura animarum habeant ijdem Epiſcopi auctoritatem ſuper Regulares, ait Marius Anton.variar.reſolut.lib.1.reſolut.112.caſ.50.propé finem.

Quo verò ad viſitationem Monaſteriorum, & Regularium exemptorum, idem Emanuel eadem quæſtione, artic. 3. per ſex columnas, negat in alijs habere Epiſcopos auctoritatem viſitandi, ac multis eiuſdem Concilij textibus, qui primo aſpectu aduerſari videntur, reſpondet longa ſerie, & conſequenter neque tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati valeant facere, defendit.

Sed cætera quæcumque loca exempta, quin viſitent tanquam delegati Apoſtolici, impediri nequeunt, cum Concil.in cap.4.ſeſſ.6.de reform. cap. 8.ſeſſ.7.eadem rubr.cap.9.ſeſſ.24.& alijs multis locis, id eis concedat.

52 Quotieſcumque veró licet Epiſcopis viſitare Monaſteria Regularium, aut alia exempta, ſi dùm ipſi ingredi volunt Monaſteria ipſa ob cauſam viſitationis prædictæ, renuant Regulares illos intromittere, quinimmo hoſtia claudant, quæſitum fuit, ſi tantum valeant impedientes terrere cenſuris, atque ita eos inducere ad obediendum, vel etiam vim facere, hoſtiaque ipſa, & muros frangere, & humi proſternere? & libenter eorum ſubſcribo ſententiæ, qui exiſtimarunt illis fas eſſe vim inferre, & hoſtia frangere, inter quos præeminent Innocent.in cap.1.verſ.item alia ratione, ibique Abb.nu.5. verſ. ad ſecundum verò, de immunit.eccleſ. idem Innocent. in cap.venerabili nu.4. de cenſib. Abb.in cap. cum vinctonienſis in fin.de elect. & tuetur Monteleon in commentarijs ſuper quatuor literis arbitrarijs num.84. cumque ſequitur Fuſchus de viſitat.& regimin.eccleſ.lib.2. cap.19. poſt nu.1. namque licet Epiſcopis iuriſdictionem propriam armis tueri, & cum enſe, ac bello, vt ait Alphonſus Aluarez in ſuo Speculo Summ.Pontific.cap.26.ob quod dicendum eſt multo magis ſe gladio ſpirituali defendere poſſe, & reſiſtentes excommunicationis vinculo deuincire, ex præcitatis Auctoribus, maximè Monteleone; & hoc verùm, quamuis dixerim poſſe via facti procedere; nihilominus iſto etiam modo poterit ſe defendere, quandoquidem nullus pluribus defenſionibus, etiam ad inuicem contrarijs vti prohibetur, cap. nullus de regul. iur. in ſexto, quia præſtant ſibi ad inuicem mutuum auxilium, Io.Monach.in cap.dilecto nu.2. de ſentent.excommun. in ſexto, de qua reſolutione dubitare non licet, quanquam aliqualis dubitatio adſit circa modum quo procedendum eſt, & deueniendum ad præfata remedia; nempè ſi non præmiſſis monitionibus, vel non obſtante libello appellationis producto, ita quod liceat illum reijcere.

53 Et quod attinet ad appellationem, Abb. in cap. venerabili nu.3. de cenſibus, Butr. poſt num.10. & Soccin.in tract.de viſitat.nu.15.& alij multi, triplici vtuntur diſtinctione, ex qua illam ſeligo concluſionem ne teneantur admittere libellum exemptionis, aut illius probationem, vel aliquam appellationem, ſed procedere ad ſententiæ excommunicationis prolationem valeant, ſi reperiantur in poſſeſſione viſitandi, ſeu quaſi; quin etiam ſi dubium ſit, quandoquidem procedere poſſunt, vt pars pro ſuo iure conſeruando, & tunc cauſæ cognitionem aſſumere haud compelluntur; ex quibus deflexerunt ad reſolutionem alterius quæſiti, & inquiunt licere
54 præfatis Epiſcopis nullis præmiſſis monitionibus excòmmunicare illos tanquam ſibi ſubditos grauiter peccantes reſiſtendo, contra quos fundatam de iure communi intentionem habent, & extraiuditialiter procedere; quæ omnia præter antedictos affirmat Soccin.in cap. perpendimus nu.124. de ſentent.excommun.& ſuffragatur Vgolin.in tract. de cenſur.tabul.1.cap.18. poſt nu.2. necnon concluſio altera, quod admonitio minimè requiritur cum ferenda eſt excommunicatio pro conſeruatione iurium, quam vltra relatos ſtatuunt Felyn. in cap. cum ſit Romana num.16.de appellat. & cap. ſacro nu.6. de ſentent.excommun. Gemin.in cap.dilecto poſt nu.7.de ſentent.excommun.in ſexto, inibique Franch.poſt nu.2. & iterum poſt nu. 7. atque Soccin.indicato cap.perpendimus nu.122.& Lapus allegat.73. Prælatus num. 3. Mileus in verbo citatio partis, & Dec.in cap.reprehenſibilis nu.4.de appellat.quibus & alijs multis, id ipſum, atque alia in hac ſpecie relata concludentibus aduerſatur, Couar.in cap.alma mater par.1.§.9.poſt nu.6. de ſentent. excommun. cuius dictum inſequuntur Sayrus in

thesauro

Thesauro casuum conscientiæ vol. 1. lib. 1. cap. 12. num. 20. & Suarez in suo tract. de censur. eccles. disputat. 3. sect. 8. á num. 9. & fortasse non dissentit Vgolin. in loco mox citato, saltem quò ad vnicam monitionem, & quidem huic posteriori sententiæ libentius subscriberem, veluti tutiori, quamuis neque arbitrer à priori omninò discedendum esse, cum certo aduertit Præsul periculum maximum imminere, propriæque iurisdictioni obfuturum si monitiones præmitteret; maxime si antequam illuc iret præuidere, & præcogitare non valuit illos restitutos, in quibus profectò casibus restringerem sententiam primo relatam; cui quotidianus sanè opitulatur vsus, & ipse vidi multoties obseruatum, ac præsertim à quodam religiosissimo, & doctissimo Antistite, qui curauit, vt Actuarius subscriptis vteretur verbis in cedulonibus affigendis. Die N. cum Reuerédissimus Episcopus N. exerceret suam iurisdictionem visitando N. & N. ausi sunt de facto resistere, sibique volenti Ecclesiam N. visitare, opposuerunt; quare præfatus Reuerendissimus in ipso actu manifestæ violentiæ sibi illatæ pro defensione suorum iurium, vim vi repellendo, ipsum prænominatum N. & N. excommunicauit, & contra eundem mandauit cedulones affigi, vt ab omnibus Christi fidelibus euitaretur: quæ verba postmodum reperi scripta, & relata fuisse á meo affine Marco Antonio Genuense nunc meritissimo Præsule Iserniensi in sua Praxi Archiepiscopali Neapolitana nouissime edita cap. 18. qui cum innitatur praxi, & vsu illius Curiæ non est mirandum cur materiam istam valde amplam, & nimis dubiam tàm breuibus perstrinxerit verbis: Perpendit enim cósuetudinis vim, & cognouit illam ad instar Principis, & legis tribuere iurisdictionem, prout scripsit Io. Franc. Leo in suo thesauro fori ecclesiastici cap. 16. nu. 4. par. 2. & Gratian. decis. Marchiæ 1. nu. 20. estq; text. in cap. fin. de consuet.

55 Septima Episcopalis auctoritas in Regulares versatur circa confessiones audiendas, cum nullus etiã Regularis possit confessiones audire nisi Parochiale retineat beneficium, aut ab Episcopo per examen idoneus iudicatus approbationem obtineat, iuxta Concilium Tridentinum in cap. 15. sess. 23. de reformat. & ratio opitulatur à iure communi desumpta, quod absolutio sacramentalis Sacerdotis est actus iudicialis, vt probant sacri canones, & idem Concilium in cap. 6. sess. 14. & cap. 9. de Sacram. pœnit. eadem sessione, & cum Iudicis officio fungi nemo valeat, qui iurisdictione caret, iuxta

56 clement. 1. adiuncta glos. 1. de offic. Iudic. delegat. Ideò statutum iustè reperitur, ne quis alterius peccata absoluere queat, nisi aliquam iurisdictionem in eum habeat, ex Palud. in quarto sentẽtiarum distinct. 17. quæst. 3. & Dionysius Parochias diuidens vnicuique Parocho suam plebem commisit, vltroque procedens, ne quis alterius Parochiæ terminos, aut ius inuaderet in capit. 1. quæst. 1. & primus omnium propterea statuit confessionem alieno Sacerdoti sine proprij licentia factam nullam esse, teste Sayro in Summa de pœnit. cap. 17. nu. 1. neque eis satis est illam habere, quam Presbyteri omnes, etiam Monachi in sua ordinatione recipiunt absoluendi, iuxta cap. adijcimus §. ecce, & cap. generaliter §. ecce 16. q. 1. nam alterum habere in actu opus est, quæ altero ex duobus subsequenti-

57 bus modis contingit, scilicet per viam ordinariæ, vel delegatæ iurisdictionis, teste Francisco Toleto in lib. 3. instruct. cap. 13. nu. 4. & concinit Suarez in disput. 24. sect. 2. post nu. 6. vol. 4. Ordinaria autem ex præfatorum sententia residet penes eum, cui ex officio incumbit animarum cura, scilicet Parocho in sua Parochia, Episcopo in propria Diœcesi, & Papæ vbique, præter igitur Episcopos, aliosque Prælatos superiores, quorum hic nullus est sermo, si Regularis vult fieri Parochus ab Episcopo, vel eius Vicario per examen approbandus est, etiam si ad nutum amouibilis, ex cap. 11. Concil. Trident. sess. 25. de Regularib. non quidem per examen faciendum per viam concursus, qui in beneficijs Regularibus concedendis Regularibus non adhibetur, teste Hieronymo Gonzales super 8. Regul. Cancellar. glos. 6. sub num. 162. affirmans ita per Sacram Congregationem Concilij declaratum his verbis: Hoc decretum de concursu non habet locum in beneficijs Regularibus, quæ Regularibus conferri consueuerunt.

Quoties igitur supradicta deest iurisdictio ordinaria pernecesse est, vt delegata adsit, vt scilicet idoneus ab Episcopo repertus, admissus fuerit ad confessiones audiendas, ex eodem Concilio; atque ideò quicumque licet Regularis auditurus confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum approbandus est, ab Episcopo alioquin nequeat, & præsumens contrafacere nulliter audiat, & absoluat, modo ordinaria quoque careat.

Ex quibus remanet iam apertè comprobata nostra assertio, quod Regulares subsunt Episcopo in hac causa, pro cuius maiori intelligentia; subnectere statui aliqua notatu digna, & quæ quotidie euenire experimur; eorumque primum sit, quod supradicta approbatione indigent Regulares, cum sæcularium tantum, quamuis Sacerdotum peccata audire cupiunt, iuxta verba eiusdem Concilij, non

58 autem si eorumdem Regularium, quia tunc dispositio præfati Concilij cessat, cum satis sit proprij Superioris Regularis approbatio, vt Suarez scripsit in disputat. 28. sect. 4. num. 4. volum. 4. & decreto nouissime prolato á Sãctissimo Clemente VIII. com-

59 probatur, relato à Quaranta in verbo confessor sol. 577. quæ Regularis Superioris approbatio, adhuc requiritur vltra aliam Episcopi, pro confessionibus aliorum non Regularium audiendis, quamuis sola non sufficiat cum Episcopalis abest, nec dubitare licet, sed pergrandis extat difficultas, cum Regularis fuit expositus ab Episcopo, renuente Superiore ordinis, vel saltem nullo accedente expresso illius consensu, & postquam aliquantisper immoratus fuit, cognouit ab omni me errore alienum esse, si consentiam eos valide audire pœnitentes, & absoluere cum expressus consensus à Superiore Regulari non apparet præstitus, adductus auctoritate Conradi in resolutione casuum conscientiæ

60 par. 1. cap. 66. & par. 2. cap. 168. cum verò illius expressus adest dissensus reuocando approbationem Episcopi, & prohibendo audire confessiones, tunc inualide, & nulliter agere, quod in contrarium attentare auderet, secutus Nauar. in manuali cap. 4. num. 6. & Ioan. Baptistam Confectum, quem citat, & ad literam refert, ac sequitur præfatus Conrad.

rad.in 2.par.in fine, vbi ponit rubr.de Regularib.& propriè in cap.5.vltra quorum dicta videto,quæ super hac re congerit Ludouic.Lopez in 1.par.sui instruct. cap. 26. versic. rursus, post Syluestrum, & alios.

61 Alterum, quod adnotandum duxi est licuisse antiquitus Parochis delegare cuicumque Sacerdoti potestatem absoluendi suos subditos,aut coadiutores sibi assumere, sed posteriori Concilij sanctione restrictam esse hanc facultatem,& propterea non amplius ita generatim delegent, sed dumtaxat Parochis,aut expositis ab Episcopis, vt defendit Suarez indicata sectione 4. num. 11. sed Petrus Ledesma in sua Summa Hispanico sermone conscripta in rubrica de Sacrament. pœnitent. cap.12. versic. *Acerça desta conclusion*, dubitationem istam proponit,deindeque prolixis verbis eandem explicat, adducitque in vtramque partem auctoritates, rationesque,& postremo loco affirmat,etiam perspecto iure nouissimo præfati Concilij Tridentini licere Parocho concedere simplici Sacerdoti, neque admisso ad audiendas confessiones ab Episcopo, vt suorum Parochianorum confessiones audiat,hancque tenuisse præterea doctissimos ab eo memoratos viros, qui interfuerunt Concilio Tridentino; eius verba si perlegantur, citra dubium proderunt resolutioni faciendæ in hac controuersa quæstione; verùm contradicentium sententiarum præfatarum vter verior sit subsisto, & ad alteram ex hac proficiscentem dubietatem deflecto, concludens nec semper posse Parochum alterum substituere, etiam approbatum, quippe quia declaratum fuisse memini ab amplissimis Patribus Congregationi Concilij Præsidentibus in vna nullius 30. Iulij 1591. cogendos esse Curatos ad subeunda per se ipsos,& non per substitutum ea munia, ad quæ tenentur, tolerandos autem,vt per substitutum suppleant, in illis tantum casibus, quibus expressis verbis Canonum, Decretorumuè Concilij permissum eis est per Vicarios coadiutores,vel substitutos,posse officio suo fungi.

62 Tertium est inquirere quousque protendatur similis approbatio ab Episcopo facta Regulari,cum varij varia in hac re proferant, ex quorum dictis aliquas communiores excerpsi conclusiones, quarum illam vti potiorem proponam,scilicet improbandum omninò esse dictum Roderici in quęstionibus regularibus,& propriè q.59.artic.4.tom.1.& quæst.32.artic.6.tom.3.& aliorum,vt semel approbatus ab aliquo Episcopo, minime sit ab eodem rursus examinandus; verùm antequam vltrò procedam, rescribere censui declarationem factam ab Amplissimis Cardinalibus Congregationis Regularium, sub die 2. Iulij 1587. in hæc verba: Regulares,qui ad confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs,eorumuè Examinatoribus reperti, & probati fuerint,generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis,certorumuè locorum, aut generis personarum admittantur in Diœcesi propria. De cæteris verò,qui non adeò idonei reperientur,si petierint se admitti arbitrio Ordinariorum relinquitur ipsos cum limitata facultate prout eisdem Ordinarijs magis expedire videbitur probare,& admittere. Qui autem in domibus laicorum cófessiones, ex causa audierint statim Parochum admonere teneantur,& fidem auditæ confessionis pro medico aduenìente relinquere.

Fr.Michael Bonellus Cardin.Alexandrinus.

Georgius Palearius Secretarius.

Ex qua declaratione complures selegit conclusiones Ioannes Baptista Confectius, relatus á Conrado in 2.par.sui resolutorij, rubr.de regular.cap.5. sed ipse alio, & fortasse non exiliori methodo circa illam eloquar, non tamen silentio inuoluens, quod idem illic prænotauit inquiens, Regularium iurisdictionem à iure, vel à Papa eis tributam, restringi seu dilatari per ipsam approbationem Ordinarij, qui non eius arbitratu faciat, sed maiori illorum sufficientia,& idoneitate impulsus; quamobrem si per examen reperiantur, non plenè idonei, poterunt cum aliqua conditione approbari, & limitatione loci, temporis, personæ, vel peccatorum, seù ad eiusdem Ordinarij arbitrium, & beneplacitum, teste Antonuccio Eugubino in sua Cathechesi Neapolitana libro quarto cap.decimooctauo, ita quod si contrarium exequi audeant, excedendo qualitates, & restrictiones supradictas, & expressas in licentia,perperam & nulliter faciant,vt illic subdit Antonuccius, & quidem non sine ratione; propterea quod sunt complures in aliquo loco idonei, qui alibi inhabiles omninò reputantur, vel necessitas quandoque patitur, & permictit habilitari minus idoneum, quod in alio loco prædicta carente necessitate non sit permictendum, quinimmo expositus pro confessionibus audiendis in aliquo expresso loco,non addita prohibitione, respectu aliorum existentium in eadem concedentis Diœcesi, nihilominus confessiones audire in alijs, quam expressis locis dicuntur vetiti, ob Regulam illam, quod loci qualitas adiecta restringit actum, & dispositionem ad ea, quæ sunt localia;quam Regulam probat, exornatque Ioan.Petrus Surdus decis.241.bona fideicommisso subiecta, per totam, ac præsertim nu. 1. & 3. & antea Mantica de coniectur.vltimar.volunt.lib.9. tit.3. num.13. Gozzadin.cons.82.nu.10.& copiosius Couar.lib.2. variar. resolut.cap.5.num.5.Ias.in repetit.l.1.nu.7.C.de sacrosf.eccles.atque Corn.cons.49. nu. 10. vol.3. ita quoque si ad aliquod expressum tépus admissi fuerint, (quod licere Episcopis præter declarationem antedictam, insinuauit Congregatio Concilij per suam declarationem directam Archiepiscopo Neapolitano) siquidem lapso tempore in ea statuto, dicatur facultas ipsa denegata,ex Regula, quam tradit Caualc.decis.Fiuizana 1. post nu.34. par.5. non secus ac reseruatio restricta ad tempus, non durat post transactum tempus,vt ait Gemin.cons.93.nu. 14. & conferunt, quæ scribunt Castrens. cons.288. ad primum, post nu.2.lib.1. Alex.cons.101.ponderatis post num.7. vol.5. Cæphal.cons.201. existimo nu.8.cons.202.Monialis num.18.& cons.263. Dominus Marcus nu.36.vol.2.& Lancellott.de attentat.par.2.cap.17.nu.138. Præterea id ipsum dicendum est, cum sub aliqua conditione fuit licentia data, quia illa non impleta cessat facultas sub tali conditione concessa, Geminian.consil.106. versic. secundo ad idem, & suppetit conclusio illa omnium ore probata, qua dicitur conditionem nihil ponere in esse,ita quod actus conditionalis non valeat nisi existente conditione per l.si quis fundum

ff. de contrahend. emption. quam conclusionem cum suis declarationibus, & extensionibus constituit Amplissimus Cardinalis Tuschus in conclus. 593. liter. C, volum. 2. supradictis quoque ex rationibus in eandem conclusionem deflectendum est, quoties expositus fuit ad confessiones audiendas aliquarum personarum, scilicet virorum, vel mulierum, siue vt Napoli quotidie fit, pro sæcularibus vtriusque sexus, non autem Monialibus; quinimmo sine prædicta exceptione expositi, neque possunt illarum peccata audire, tùm quia vnius inclusio est alterius exclusio, tùm demùm ob generale edictum desuper emanatum, quo interdicitur omnibus Sacerdotibus auricularijs, ne Monialium confessiones audiant, vigore genericæ approbationis, nisi expressam habuerint facultatem eas au-
63 diendi; prout neque extenditur ad casus reseruatos, licet enim Syluester verbo confessor primo §. 5. & Gabriel in quarto sententiarum distinct. 17. quæst. 2. articul. 3. Atque alij crediderint, Regulares expositos, posse ab omnibus casibus absoluere, etiam reseruatis Episcopo, eò quod priuilegium illis concessum in Concilio Viennensi, & relatum in clement. dudum, de sepult. ab inferioribus á Papa, scilicet ab Episcopis, reuocari haud valeat: Eorum tamen opinio, neque tuta est, neque vsu recepta, vt inquit Sot. in 4. sententiar. distinct. 18. q. 4. articul. 3. vers. quo ergo; adductus verbis eiusdem clement. ibi, per huiusmodi concessionem nequaquam intendimus ampliorem potestatem fratribus impendere, quam est curatis, & Parochialibus Sacerdotibus à iure concessa, nisi fortè Ecclesiarum Prælati vberiorem illis in hac parte gratiam specialem duxerent faciendam; & præter alias rationes, ac iura hoc comprobantes, præportat clement. Religiosi, de priuileg. qua excommunicantur Religiosi, si tentauerint absoluere á casibus reseruatis Apostolicæ sedi, vel locorum Ordinarijs; idque deinde expresse declaratum à Congregatione Concilij his verbis: Illustrissime, & Reuerendissime Domine, cum à Sacra Congregatione Cardinalium, qui Præpositi sunt decretis Tridentini Cōcilij interpretandis illustrissima Amplitudo tua quæsiuerit an Regulares ex priuilegio à sede Apostolica impetratis, præsertim autem ex eo, quod nominant mare magnum possint in ijs casibus, quos sibi Episcopus reseruauit absoluere confitentes: hac de re, vbi Congregatio accuratè egisset, deinde ad sanctissimum Dominum N. retulisset illius Sanctitas, etiam de sententia Congregationis censuit ex facultatibus per hoc mare magnum, aliaué priuilegia, Regularibus concessis factam eis non esse potestatem absoluendi in casibus ab Episcopo sibi reseruatis, Deus Illustrissimæ amplitudini tuæ perpetuam vitæ tranquillitatem, & incolumitatem largiatur. Romæ die 10. Septembris 1572.

Illustrissimæ, & Reuerendissimæ Amplitudinis tuæ, &c. Quæ declaratio refertur ab Antonuccio in Catechesi Neapolitana libr. 4. cap. 19. cuiusque vis, & robur, adhuc vsque tempora durat, non obstantibus priuilegijs alijs, & postea concessis Mendicantibus á Pio V. felicissimæ memoriæ, quandoquidem subdit in cap. 20. præfatus Antonuccius, & testatur ad hunc effectum reuocata fuisse á successore Pontifice Gregorio XIII. in constitut. 15. in
64 tanta negotiorum mole: Tandemque facultatem concessam ad arbitrium, & beneplacitum reuocari posse à concedente non est ambigendum, etenim beneplacitum reuocare, proculdubio valet ipse reseruans, cum denotet voluntatem, vt inquit Corn. conf. 92. placet, sub num. 31. volum. 2. quamuis, sub num. 11. subijciat non liberam, sed iustificatam complecti voluntatem, & propterea intelligatur, modo reuocatio haud intempestiuè fiat ad L. actione §. labeo, vbi glos. vers. de hoc ff. pro socio;
65 quin exemplum de Officiali constituto ad beneplacitum hoc ipsum insinuat, licet enim perpetuus iudicetur, ex Bartol. in l. de pupillo §. si Principi num. 12. Ias. sub num. 5. de nou. oper. nuntiat. idem Ias. in l. Stychum, aut Pamphilum §. stipulatio num. 6. de verbor. obligat. Aluar. in cap. 1. de feud. guard. Sarnens. in Regn. de non tollend. iure quæsito, quæstio. 4. vers. hinc est, quod Officialis, & tamen potest quandocumque reuocari, Geminian. in cap. si gratiosè vers. expirat, de rescript. in sexto, Bald. in dicto cap. 1. de feud. guard. & Franciscus Marcus decis. 796. nu. 2. ad finem par. 1. Ex quibus respondi diebus præteritis licentiam ita ab Episcopo concessam cuidam Canonico degendi extra Ciuitatem, & Diœcesim potuisse reuocari, licet aliqui prima rudimenta ignorantes in contrariam iuerint sententiam: quod si licentiæ prędictæ audiendi confessiones ad beneplacitum non superuenerit expressa reuocatio, tacitam nihilominus ex subsequenti morte concedentis euenturam certum est, cum morte extingui beneplacitum, probet citatum cap. si gratiosè, Speculat. in tit. de locato §. nunc aliqua num. 178. Angel. cons. 217. in causa accusationis num. 9. & Dec. in l. contractus num. 10. ff. de regul. iur. ac propterea in hoc specifico casu dixerunt Doctores præfatam approbationem tunc expirare, præsertim Zabarella in citata clementina dudum §. ac deinde, num. 2. vers. quinto notabile, & §. & si ijdem num. 1. Angel. verbo confessor 3. num. 25. & Henrichez in summ. theolog. moral. libr. 6. cap. 6. §. 7. cùm igitur ex his probauerim licere Episcopis exponere Regulares, cum præfatis conditionibus, seù restrictionibus, illisque standum, necessariò inde sequitur, quod vbicumque ob aliquam causam ex prędictis cessat approbatio, fit denuò examinandus Regularis, si amplius huic muneri velit operam dare, vt iam conclusi.

66 Quod si absque vlla restrictione, maximè temporis admissi fuerunt, equidem impediri ne confessiones in posterum audiant, minimè debent, neque possunt, & tunc vēdicat sibi locum motus proprius 135. Pij V. prout insinuat Antonuccius indic. lib. 4. cap. 18. in quem modum intelligenda est doctrina Nauar. in manuali cap. 27. nu. 266. & vera omninò est resolutio, nisi iusta reuocandi superueniret causa, nam tunc eiusmodi facultas ita simpliciter concessa, poterit sine dubio ab eodem concedente suspendi, aut retractari, vt inquiunt Syluest. verb. confessor 2. nu. 11. Henrich. adducto §. 6. & Suar. disput. 28. sect. 8. nu. 3. vol. 4. Quinimmò & cum iusta non apparet causa, fit nihilominus pertimescenda reuocatio, eique parendum, existimat nec perperam citatus Suarez in eadem section. 8. num. 8. in finalibus verbis, & suppetunt verba Antonuccij, vbi supra, quæ sunt posse Episcopos hodie suspēdere Regulares

gulares

gulares ab audientia confessionum, quamuis non nisi ex vera causa, & illis legitimè notificanda, debeant facere, cum potestas in ædificationem, non in destructionem eis tradita sit: vult igitur, vt possint, quamuis admoneat cum causa debere facere, neque inficiat actum si illa abest.

67 Quinimmò superueniente excommunicatione, neque reuocari iam dictam licentiam certum est, tùm si delegans eiusmodi censura illaqueatus decerneretur; vt optimè notat Henrichez indicato cap.6. §.7. in glosa liter.E, tùm si expositus, quandoquidem prohibitus tunc audire licet dicatur; quin etiam in certis casibus suspensus intantum, quod si audeat pœnitentes audire, & absoluere, sit inualida absolutio ab eo impensa, vt est videre apud Medinam, multis præmissis distinctionibus explicantem in Codice de confess.tract.2.q.22.cum seq. Azorium in suis institut.moral.lib.10. cap.31. vers. septimo quæritur, Victoriam in rubr. de clauibus conclus.13. & 14. & quæ ipsemet scripsi in rubr.1. huius libri nu.108.nihilominus reuocatam propterea facultatem audiendi, non est dicendum, cum impetrata deinde absolutione à censura, validè, & iustè prædicta facultate vti valeat.

68 Non etiam censetur reuocata, & extincta, si præfatus expositus semel, aut pluries deinde exierit Diœcesim admittentis, quia rediens non impeditur illa vti, atque ideò minimè teneatur examini rursus præsentari, Nauar.in manual. cap.27. num. 266.Henrich.in mox relato §.7.& Conrad.in 2.par. sui resolutor. casuum conscientiæ, sub rubr.de Regular.cap.5.

69 Demùm neque morte concedétis extingui edocent Angel.& Sotus in locis supra relatis, ac reliqui omnes, maximè Graff. in decisionibus aureis lib.1. cap.13. nu.50. & concinunt, quæ ipse congero in rubr.9.cap.8.à nu.36. Quinimmò ab ipsius successore, neque valeat reuocari nisi causa suppetat, eaque cognita, & probata, ac nominatim facta, in tantum quod neque generalis sufficiat reuocatio, dicit

70 Henrichez in citato §.6. verùm contradicit Suarez adducta sect.8.nu.4.& vsus, atque declaratio Pij V. in suo motu proprio 135. exordiente Romani Pótificis; quamobrem valeat successor aduocare etiam generatim ad examen approbatos omnes quamuis simpliciter, & quos idoneos minimè inuenerit, reijcere, vt præfatus Suarez optimè adnotauit, & demum Sacra Concilij Congregatio declarauit his verbis: Congregatio Concilij censuit Regulares ad audiendas in Ciuitate, & Diœcesi secularium confessiones semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos: cæterùm à successore posse vtique examinari, iuxta Constitut.sanctæ memoriæ Pij V. datam 8.idus Augusti, Pontificatus sui anno sexto, quæ à fel.record.Gregor.XIII.non est reuocata per reductionem priuilegij Regularium ad terminos Concil. Trid. A.Card.Carrafa.

71 Supradictæ autem facultatis vis non egreditur Diœcesim concedentis, nam licet aliqui grauissimi & docti viri crediderint Regulares semel ab aliquo Antistite approbatos, vbiq; posse, & extra Diœcesim operam dare auditioni confessionum, cótrariam nihilominus existimo veriorem, quamque tuetur Syluest.verbo confessor 1. §.14. & confessor 2. §.4. Nauar.in Summa cap.27.post nu.266. vers. sextum, & Viuald. in suo Candelabro aureo par.1.rubr.de absolut.nu.50.adiungens ita declaratum Romæ in anno 1587. & adstipulatur Sot. in 4. sententiar. distinct.18. q.4. artic.3. vers. aliud veró dubium; quanquam restringat ad subditos alterius Diœcesis, non eius, qui habilitauit, quos valeat Regularis absoluere extra illam Diœcesim, ad id dicendum ductus, quia Syluest. præfatis in locis scripsit, licere Parocho vbique locorum audire confessiones subditorum suorum, quod insuper tradunt Capyc.decis.203.in causa num.15.Henrichez lib.6. cap.7. §.1. & Tolet. lib.3. instruct.Sacerdot. cap. 13. in fine; ex quibus infert ipse Sot. ad Religiosos, & cum his idem concludendum asseuerat, quia clementina dudum vers. per huiusmodi, de sepultur. eiusmodi Regulares ita expositos æquat Plebanis ipsis; sed hac ratione non propterea impellor suæ restrictioni assentiri; tùm quia adducti Doctores generatim loquentes insinuant contrariam, tùm quia Syluest.in hac specie ita concludit, & amplius constituit differentiam inter ipsos Regulares, & Parochos: præter quod si attente intueantur verba præfatæ clementinæ, apparebit non eos æquare ad inuicem, vel saltem non in omnibus, quare arbitror nullo modo à præfata resolutione discedendum, confirmata præsertim per declarationem, cuius antea memini, & testis est Viuald.quinimmo comprobatur apertè ex priuilegio venerabilibus Presbyteris Congregationis Oratorij concesso à Sixto V. quo indulgetur illis, vt cum fuerint Romæ approbati ad confessiones audiendas, non debeant amplius extra Vrbem examinari à locorum ordinarijs, sed illis sufficiat præsentare eorum licentias Romæ habitas; cuius quidem priuilegij tenorem, cum declaratione desuper postmodum facta à Congregatione Concilij, rescribit Religiosissimus, æque ac doctissimus Stephanus Quaranta Neapolitanæ Ecclesiæ túc Canonicus in sua Summa verbo confessor, nisi enim iure communi sanciretur cótrarium, frustra priuilegio concederetur illis facultas audiendi confessiones.

His subnectere alia vtiliora dubia censeo pernecessarium, quo ad eiusmodi approbationem, inter quæ præeminet illud, quod ex verbis Concilij desumitur in adducto cap.15.sess.23.de reform. dùm

72 statuit Regulares approbandos esse ab Episcopo; nùm extendatur ad alios Superiores Ecclesiasticos non fulgentes Episcopali dignitate, qui possint ne habilitare confessarium? si enim diceret approbari debere ab Ordinarijs, sub quo nomine comprehendi quemcumque habentem auctoritatem ordinariam, ait Paris. de resignat. benefic. lib.3. q. 11.num.20. vtique nulla extaret difficultas; verùm cum Episcopi nomine vtatur, non sine aliqua dubietate res ipsa pertransit, eò quod vnius inclusio est alterius exclusio, & consequenter exprimendo Episcopum videtur excipere alium non Episcopú; & quidem huic resolutioni consentio, cum vnica

73 extensione, seù potius declaratione ad alium, qui licet non sit Episcopus ipsum tamen repræsentat, qualis est eius Vicarius, namque inter ipsum, & Episcopum tanta est connexitas, vt nullum detur medium, prout scribit Abb. cons. 21. num.2. volum. 1. Quinimmo vtriusque idem est Tribunal,

& potestas, ex his, quæ congerit Lopez ad Diazam in praxi cap.73. prope finem, opitulaturque textus in cap.2. de consuetud. in sexto, & cap. Romana in princip. de appellat. eodem libro, ac nouissime scribit, alios plures coaceruans Doctores, Iacob. Sbrott. in tract. de Vicario Episcopi lib.2.q.25. nu.3. & q.57. nu.1. ac præter adductos, multa prodit, vt Episcopi, & Vicarij vnitatem comprobet Anton. de Put. in tract. de iurisdiction. Episcop. capit.7. Supradictam veró sententiam tùm maximè tueor, propter Concil. quod in præsenti casu non adiunxit verba illa, per se ipsum, quæ alibi addidit, cum voluit excipere Vicarium, & præsertim in cap. liceat sess. 24. de reformat. quo loci Episcopum dumtaxat dispensare posse in irregularitate occulta statuit non eius Vicarium, nisi ad id specialiter deputatum, quamobrem in præsenti capite, dùm id subticuit videtur remisisse eiusmodi potestatem Episcopo, non modo, sed etiam ipsius Vicario, qui vnus cum Episcopo censetur, maximè in hac facultate cópetente Episcopo, non iure speciali, sed ordinario ad instar capituli, iuxta doctr. Abb. in cap. cum olim, de maior. & obed. eumque sequitur Sbrott. in tract. de Vicar. lib.2.q.30. nu.12. & q.57. num.7. quibus addo singulare dictum Felyni, quod verbum Episcopus non excludit Vicarium in cap. si quis contra nu.5. vers. potest etiam dici, de for. compet. ad id ducti auctoritate glosæ, & Doctorum in eodem textu, atque alijs multis Doctorum auctoritatibus, quæ præmaxime conserunt sententiæ à me constitutæ, & lector poterit percurrere si lubet, recenseto; Sbrott. in tract. de Vicario Episcop. lib.3.q.6.nu.12. & lib.2.q.209. nu.2. subdens nu.3. hoc comprobari ex Concil. Trid. in cap. 16. sess.25. de Regular. qui textus primo aspectu videtur contradicere, dùm in eo dicitur, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat; ex quibus videtur colligi, quod si appellatione Episcopi cóprehenderetur Vicarius, non opus fuisset adiungere illa verba, siue eius Vicarij: verùm rectius sentienti patebit contrarium, quia dictio illa, siue, est declaratiua, & in eo textu posita expositiuè, iuxta doctrinam Bart. in authent. vt omnes obed. iudic. prouinc. in princ. nu.12. atque ita videantur addita illa verba potius declaratiuè, & expositiuè, quam quod oportuisset, maximè quod aliorum concinit resolutio, qua probatur præfatam dictionem, siue, coniungere sensum, quamuis disiungat verba, iuxta glos.1. & Doctores in l. ad protegendam C. de in litem tutor. dand. & sequitur Borgnin. Caualc. decis. Fiuiz. 29. de anno 1448. nu.62. par.2. & propterea insinuet Vicarium, & Episcopum idem esse, & consequenter idem posse, quod Episcopum in eo casu posse, disponit ibi Concilium.

74 His explicatis quærendum est, si valeat hoc ipsum exequi Vicarius á capitulo sede vacante constitutus, & pro negatiua suppetunt complures rationes, atque etiam nouissimum Illustrissimorum Cardinalium Concilij interpretum responsum, sub his verbis: Cum exponere confessores sit proprium munus Episcoporum nullus alius potest in hoc se intromittere; verùm his non obstantibus certum est, ac consuetudine, quotidianoq; vsu obtemptum Vicarium capitularem posse supradictam elargiri facultatem, dum sedes vacat, quam prætera conclusionem tuetur Suarez disput.28. sect.5. nu.2. aliquibus, nec paruipendendis rationibus adductus, & Roderic. in suis quæst. regul. tom.1.q.61. art.9. vers. nec simile est, quorum sententiam omninò veram existimo, & rationem decidendi censeo eam esse

75 propriorem; quod Episcopo, quæ competunt, eadem & capitulo sede vacante competunt, eo quod illud in spiritualibus, & temporalibus omninó succedat Episcopo in his, quæ ordinariæ sunt iurisdictionis, per tex. in cap. si Episcopus, ibiq; notát omnes de supplend. neglig. Prælat. in sexto, & cap.1. de instit. eod. lib. ac Pauin. in tract. de auctor. cap. sede vacante par.1.q.2. Feder. de Senis cons.30. an capitulum, Nauar. cons.7. similiter exordiente, an capitulum, de filijs Presbyter. Quinimmo in ordinaria iurisdictione non tantum iure communi generali, ad Episcopum spectante succedit, verum insuper in pertinente iure communi speciali ad eundem Episcopum, iuxta doctrinam Abb. in cap. at si clerici §. de adulterijs num.17. & illic Dec. num.150. de iudic. Si igitur capitulo, necessariò competunt Vicario ab eodem Capitulo deputato, per Felyn. in cap. eam te num.17. vers. & intellige, de rescript. neque aduersatur Federic. de Senis cons.40. tùm quia præfatam non improbat illationem, quamuis restringit in grauioribus, quoties simpliciter esset constitutus, tum quod potius referendo, & dubitando, quam affirmando loquitur, ita quod recte dicitur Vicarium Capitularem esse Vicarium iurisdictionis Episcopalis, & testis est nobis glosa in clem. & si principalis, vers. Episcopi de rescriptis, quam inibi sequuntur Zabarell. nu.15. Imol. num.20. necnon Felyn. in citato cap. eam te, sub num.17. prope finem, & Iacob. Sbrott. in tract. de Vicario lib.1.q.16. nu.3.

76 Illud autem, quod Suarez indicata sect.5. num.3. annectit, vt hanc eandem facultatem habeant Abbates exercentes Episcopalem iurisdictionem, & in ea exempti ab Episcopis, licet in præsentia approbare minime audeam, improbare nihilominus, nullatenus præsumo, cum attestetur ita seruari in pluribus Hispaniæ locis, & vidisse subiungat; quod maximum operatur argumentum pro parte affirmatiua, alioquin neque facere auderet aliquis, neque Superiores paterentur, quin etiam de iure eandem concludit resolutionem Henrichez in Summa Theolog. moralis libr.6. capit.6. §. primo, & suffragantur, quæ in similibus vidi fuisse declarata per Congregationem Concilij in gratiam istorum Abbatum, eorumque auctoritatis.

77 Sed cuius Episcopi, vel Abbatis, siue Capituli approbatio sit necessaria, vt Sacerdos idoneus reputetur pro confessionibus audiendis, est diligenter inquirendum, propterea quod aliqui arbitrantur nullius Episcopi approbationem determinatè requiri, sed confusè, & generatim, ita quod à quouis facta sufficiat, siue ille sit Episcopus loci, vbi confessio fit, siue pœnitentis; alij verò contendunt requiri, vt ea fiat ab Episcopo confessoris, alij autem pœnitentis; reliqui verò loci, in quo contingat confiteri, quas omnes opiniones congerit Suarez disputat.28. section.6. volum.4. & propendet in eam sententiam, quæ fouet requiri approbationem Episcopi ipsius pœnitentis; verum ipse credo

credo veriorem, quæ illius Epiſcopi approbationem exigit, qui Antiſtes eſt loci, vbi fit confeſſio, quamque tuetur Ioann. Guttierez in lib. 1. canon. quæſtion.cap.27.num.6. & Nauar.in manuali cap. 27. num.266. verſ. ſextum, & ipſe hanc concluſionem amplexari impellor, quia pœnitentes eorum valent confiteri peccata Sacerdoti exiſtenti in eo territorio, in quo reperiuntur cum confiteri volunt,etiam ſi vagabundi, peregrini,viatores, aut incolæ ſint,teſte Armill.verbo abſolutio num. 17.Caietan. & Tolet. in locis mox citandis, & Graff. in decisionibus aureis lib. 1. cap. 13. poſt num. 48. á quo prætèrea abſolui poterunt à peccatis etiam reſeruatis proprijs pœnitentium Epiſcopis, niſi quoque illa ſibi reſeruauerint Epiſcopi eius loci, vbi confitentur,Caietan.verbo abſolutio cap.3.& Tolet.in lib.3. inſtruct.Sacerdot. cap.13. poſt num.12. licet Graff. quò ad reſeruata reſiſtat in dicto cap. 13. num. 46. præterquam ſi ab Epiſcopo ſuo retineat facultatem abſoluendi à prædictis reſeruatis, vt ille inquit num.48.cum itaque confeſſor loci audire valeat, & inibi nemo audeat niſi expoſitus ab Epiſcopo illius loci; igitur fatendum eſt, me optime ſupra concluſiſſe, neque refragatur conſideratio,Suarez indicata ſect.6. poſt num. 5. quod in ſupra relatis caſibus ſuſtineri valeat præfatum confeſſarium dici proprium Sacerdotem, tanquam illi,eiuſque Antiſtiti demandata ſit cura,non tantum illorum, qui firmùm domicilium illic habent, ſed eorum, qui ad aliquod etiam breue tempus pro eo ſaltem tempore, quo ſunt inibi Sacramenta recepturi, & propterea, videatur expoſitus ab Epiſcopo pœnitentium: nam reſpondetur nullum poſſe audire confeſſiones,qui ſaltem largo ſumpto vocabulo non ſit proprius pœnitentis Sacerdos, iuxta notata per Tolet.in lib.3.cap.13.ſub num.6. licet ſtrictè dum ſumitur vocabulum, complures ſint confeſſarij, qui minimè ſunt proprij Sacerdotes, at legitimi dumtaxat,& propterea validè audiant, cuiuſmodi ſunt præfati,qui eo ipſo,quod ſunt admiſſi ab aliquo Epiſcopo ad audiendas confeſſiones in ſua Diœceſi; Ius ſupplet facultatem validè audiendi, etiam exteros illic degentes tempore confeſſionis, quare non erit vera illatio ipſius Suares, quod tunc videantur approbati ab Antiſtite confitentium, ſed potius ab Antiſtite confeſſariorum, & propterea ſubſiſtit concluſio à me paulò ante tradita, quæ confirmantur reſponſione Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij interpretum facta Reuerendiſſimo Ioanni Ribera Archiepiſcopo Valentino; qui ob dictam opinionum varietatem, diù anceps in reſolutione ſupradictæ quæſtionis; tandem quæſiuit à prædictis ampliſſimis Patribus,quis diceretur approbatus ab Ordinario, ſcilicet ille, qui ab Epiſcopo eius loci approbatus eſt, in quo exercenda eſt adminiſtratio Sacramenti pœnitentiæ,vel expoſitus ab Epiſcopo pœnitentis, aut altero quocumque, & reſponderunt Patres illi præſtantiſſimi, Congregatio Concilij reſpondet approbatum ab alio,quàm à Valentino Archiepiſcopo in Diœceſi Valentina non cenſeri approbatum ab Ordinario, quam quidem declarationem refert Emanuel Roderic. in explicatione Bullæ Cruciatæ §.9.nu.5.

78 Cætera inſuper Sacramenta, vt ritè miniſtrentur, requiritur, vt miniſter iuriſdictionem habeat ſuper eo, cui miniſtranda ſunt, probatque Suares ſuper Diuum Thomam q.82. artic.3. diſputat.72. ſect.2.tom.3. ex qua generica concluſione deflexit ad ita conſulendum in ſpecie, quò ad volentem miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ; ſubiungens nō ſine peccato adminiſtrari,cum iuriſdictio abeſt, annexam verò non habere cenſuram addit niſi Regulares ſint,quæ Euchariſtiam,vel extremam Vnctionem adminiſtrant, ſeu matrimonia celebrant, quia excommunicatione Papæ reſeruata ligantur,
79 in clem.1.de priuileg.declarata,ampliata, & reſtricta per Nauar.in manuali cap.27.nu.101.& cap.21. num.52. Caietan.in Summa verbo excommunicatio cap.64.Syluеſt.verbo excommunicatio 7. num. 31. Gomeſ.in cap.2. num.50. notab.3. de conſtit.in ſexto, & cæteris copioſius edifferit Roderic. in quæſtion.regular.tom.1.q.56.artic.1. cum omnibus ſequentibus, ac præſertim artic. 2. defendit præfatam clementinam non obſtare ſi priuilegium habeant, non tantum conceſſum poſt dictam clementinam á ſucceſſoribus Pōtificibus,qui poſſunt prædeceſſorum Pontificum immutare voluntatem; verùm etiam, ſi anteceſſerit dictam clementinam, qua non vtique apparet facta reuocatio priuilegiorum antea conceſſorum:quinimmò verba multa adſunt expreſsè demonſtrantia illius diſpoſitionem intelligendam citrà præiudicium priuilegiorum, ibi, præterquam in caſibus à iure conceſſis, vel per priuilegia ſedis Apoſtolicæ cōceſſa eiſdem, & rurſus in §.fin. verſ. ſanè Religioſis illis; cui quidem ſententiæ ſuſcribit Imola in dicta clementina num. 15. neque aduerſantur verba illa in eadem clementina poſita, ideſt nullo Religioſis eiſdem ſuper hoc exceptionis, vel alio priuilegio ſuffragante; nam dictis verbis facilis datur reſponſio,ſi cōtextus eiuſdem clementinæ actendatur, quia prædicta non huc tendere patebit,ſed eò,ne ſuffragentur quominus citari valeant coram Epiſcopo, aut eius Officiali ad videndum declarari incurriſſe cenſuram illic inflictam, ſi aliud illorum Sacramentorum miniſtrauerint, non præcedente Parochi licentia, vel priuilegio; ita quidem illic gloſa explicat verſic. ſuffragante,& reliqui ſequuntur,ſed cum textus ille expreſſerit Presbyterum Parochiæ circa licentiam concedendam; videtur abnegaſſe Diœceſanis facultatem illam impertiendi, ita quod gloſa in verſ.Presbyteri, conſulit Religioſis abſtinere debere ab illorum miniſterio, quamuis præfati Diœceſani præcedat facultas; ſed rectius intuenti apparebit verior contraria reſolutio, & tenenda; propterea quod non expreſſit Presbyterum, vt excluderet Diœceſanum,qui non prohibetur illam elargiri, vt inquit, defenditque Boniſac. de Vital. in eadem clementina num. 32. & 94. quo verò ad Epiſcopi Vicarium,negat,Panormit.in eadem clementina num.11. eumque ſequitur Sbrott.in tract.de Vicario lib.1. q.16. & conſuluit Religioſis, vt abſtineant, quamuis addat eos à pœna immunes, ſi illius freti licentia miniſtrauerint aliquod prædictorum ſacramentorum,cæteri verò Sacerdotes,etiam his temporibus valeant prædicta Sacramenta adminiſtrare cum ſola licentia Parochi, & præſertim matrimonia ſolemnizare, iuxta Concil. Trident. cap.1.in rubr.de reformat. ſeſſ.24. niſi Synodalibus

Constitutionibus aliud sanciatur, eo quod illarum tenor attendendus esset, adhuc respectu pœnę, quæ illic fortasse comminaretur contrafacienti.

80 Octauus casus inspicit constructionem Ecclesiarum, & Monasteriorum, in qua profectò re, considerandum esse admoneo, aliud esse ædificare Ecclesiam, templumque sacrum, aliud verò ædem propriam cōsecrare, siuè sacram facere, idque colligitur ex verbis Ioannis Beltranni Beguara in suo propugnaculo ecclesiast. libert. §. 6. sub nu. 17. malè autem desumit ex verbis Bellugæ in suo Specul. Princip. rubr. 14. §. veniamus num. 2. & 3. quo loci vir ille eruditus attestatur, aliud esse rem effici sacram, aut religiosam, aliud verò effici Ecclesiæ, vel Templi, scilicet in illius transire dominium, aut possessionem, virtute alicuius contractus; hæc tamen missa faciamus, cum credam priorem ex Beltranno á me relatam differentiam, veritate fulciri, atque ex ea enasci, quod etiam antiquis temporibus apud Ethnicos sancitum erat iure digestorum, ne loca, aut ædes fierent religiosa, & sacra absque Principis, aut Pontificis Maximi licentia l. sacra §. 1. ff. de rerum diuisione l. ossa ff. de relig. & sumpt. funer. l. si in eo ff. de mortuo inferen. & l. fin. vt possess. legat. Quin Imperatores Valentinus, Theodosius, & Archadius, propterea sanxerunt, ne quis humanum corpus ad alium locum sine Augusti affatibus transferret, in l. nemo C. de relig. & sumpt. funer. dumtamen, addit glos. perpetuæ sepulturæ traditum fuerit, quia si tantū loco depositi, nemo prohibetur transferre l. nec dum, eodem illo tit. Immó & tempore antecedente ius disgestorum vetitum quoque erat, lege scilicet Papiria, ne ædes consecrarentur sine iussu plebis, teste Cicerone in orat. pro domo sua ad Pontific. Vlderic. Zasius etiam refert in cathalogo ll. antiquarum tit. de lege Papyria, de sacrand. agris, & vir illæ variæ lectionis, Borrellus ad Bellug. indicato §. 6. addit. 2. quod tempore etiam consulum, duumuiri sacras ædes dedicabant, & obsecrationes, expiationesque ad placandas, auertendasque Deorum iras procurabant, teste Alex. ab Alex. lib. 3. genial. dier. cap. 16.

Vt autem absque alicuius assensu minimè construerentur sacra templa, nunquam lege aliqua statutum fuisse, admonet illic Beltrānus solum Religiosissimus Iustinianus Imperator, qui hoc totum iudicio Episcopi remisit, cum iussit, non nisi illius accedente beneplacito ædificari posse, in rubrica auth. vt nullus fabricet Oratorij domos præter voluntatem Episcopi; vbi Cuyacius aduertit, & Iulianus Patritius in constitut. 61. quod postmodum apertius in nigro, nempè in cap. 1. asseritur, his verbis: Sancimus igitur præ omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam esse, neque Monasterium, neque Ecclesiam, neque orationis domum incipere ædificare, antequam Ciuitatis Episcopus orationem in loco faciat, & crucem figat, publicum processum ibi faciens, & causam manifestam omnibus statuens; adstipulaturque Concilium Agathense canon. 27. registratum in cap. de Monachis 18. q. 2. & Concilium Calcedonense action. 11. canon. 4. registratum in cap. verè 16. q. 1. & cap. quidam 18. q. 2. ac nouissime Trident. Synod. in cap. 3. in fin. sess. 25. de Regularibus, & scribo in rubr. de person. prohib. promou. cap. 13. nu. . Verùm cum dispositione cap. 1. de excessib. Prælat. in sexto, & cap. vnic. de religios. domib. in sexto, statutum fuerit, ne Prælati Religionum recipere valeant Conuentum aliquem, seu locum absque sedis Apostolicæ speciali indulgentia; vtile est inquirere, num hodie ob dispositionem Concilij requiratur licentia Apostolica, vel tantum Episcopalis, & vtriusque auctoritatem concurrere debere, scribit Rodriqu. in suis quæstion. Regularib. tom. 1. q. 35. artic. 7. tantum verò Episcopi, scribit Sorbus ad compendium mendicantium, verbo ædificate in sua Annotation. vers. circa §. 20. qui quidem citra dubium fallitur, non modo ob rationem positam ab ipso Rodriqu. quod Concilium in adducto capite non abrogauit dispositionem iuris communis, cuius vigore Papæ licentia requiritur, sed præterea indixit, vt altera quoque adhibeatur Episcopi loci, ac propterea prudenter, iuxta morem ita declararunt Patres Cōcilij interpretes, sub his verbis: Monachi non possunt ædificare Monasteria in Parochia, in qua ea non habent, sine cognitione, & licentia Papæ; verùm alteram ob rationem, eamque inuincibilem: quia ex hactenus relatis probauimus, etiam ante Concilium necessariam fuisse Antistitis facultatem, attenta dispositione iuris, tùm ciuilis; tùm Canonici, & tamen illa supremi Præsulis necessaria erat.

81 Sed prædictam licentiam elargiri haud debet Antistes, nisi prius sibi constiterit adesse, quæ necessario requiruntur, atque in primis pro luminaribus, & sacrorum ministerio, domusque custodia, & obseruantium alimentis, vt idem pijssimus Iustinianus Imperator sanciuit in adducto titulo authenticorum cap. 1. Insuper attenté intueri debet si Monasteriorum, aut alterius cuiuscumque erectio præiudicet quoquomodo Ecclesiæ parochiali; quandoquidem assentiri eo casu minimè deberet, & Curato liceret contradicere, essetque audiendus in sua prætēsione, iuxta decisionem Guidon. Papæ. 360. exordientem vtrum Ecclesia; cuius resolutio restringitur quoties causa subesset, vt Abb tradit in cap. ad audientiam num. . de ecclesi. ædific. & satis est vna illarum trium, quas recenset Goffred. in Summa rubr. de eccles. ædific. §. est autem sciēdum. Ac tertius si locus erigendus, & construendus vicinus sit, & propinquus alteri, attenta temporum, ac constitutionum varietate circa distantiam; quandoquidem antiquis temporibus, ob Clementis IV. sanctionem secundam, inter relatas à Confectio in libro priuilegiorum mendicantium, mandantem nè cuiquam mendicanti erigere liceat locum, & ædificare Monasterium intra cannas tercentum ab alio ordinis Minorum de Obseruantia; successiuo autem tempore ipsiusmet Papæ Clementis in constitut. 3. ab eodem Confectio relata, arctatum fuit spatium iam dictum ad cannas cētum quadraginta per aerem mensurandas, cuius restrictionem postmodum Iulius II. in sua constitut. 2. inter relatas ab eodem Confectio, declarauit non debere nocere eisdem Fratribus Minoribus, sed in odium aliorum introductam fuisse, ac propterea respectu eorumdem Minorum de Obseruantia vigeat prior Clementis sanctio, vt ab eorum locis tercentum cannarum spatio distare, etiam hodie debeat alter locus á Regularibus alterius Ordinis Mendicantis erigendus, quamuis & prædicti Minores de Ob-

seruantia

ſeruantia poſſint, dummodo centum tantum quadraginta diſtent ab altero Mendicantis Ordinis Monaſterio: & quia ob communicationem priuilegiorum, complures Regulares eiſdem Mendicantium priuilegijs, potiuntur; aut etiam ſpecificum obtinent ſuperinde priuilegium, tunc conquaſſatis priuilegijs, Prælatio dabitur loco prius erecto, vt qui de recenti conſtruendus eſt, ſemper diſtare debeat ab antiquiori tercentum cannarum ſpatio, vt optimè admonuit præcitatus Confectius in ſuo ſūmario priuilegiorum poſito in eodem libro priuilegiorum, ac propriè tit. 18. cap. 1. vide præterea Rodriqu. de hac re tractantem in 1. tom. quæſtion. Regular. q. 49. artic. 5. Sorbus autem in compendio priuileg. mendicant. in annotat. ſuper verbo ædificare, verſ. quò ad diſpoſitionem §. 1. &c. atteſtatur conſuetudinem nunc extare, maximè Neapoli, ne relata diſtantia obſeruetur, cum vſu obtemptum ſit paſſim erigi loca intra vetitas cannas, quinimmò & alijs multum contigua; attamen conſentio reſolutioni Confectij indicato libro tit. 3. cap. 3. defendentis minimè abrogatum dici priuilegium Regularibus conceſſum, per eius non vſum, vel contrarium vſum, tanquam conceſſum ordini, addo textum in cap. ſi diligenti de foro competenti; dùm verò Rodriquez in quæſtion. regular. tom. 1. q. 8. artic. 3. hanc meam ſententiam reſtrinxit niſi 30. annorum tempore fuerit contrarium obſeruatum, ex textu in cap. de cætero de priuileg. vel potius annorum 40. attenta poſteriori diſpoſitione Innocent. III. in cap. accedenti, eodem titulo de priuileg. aduertendum eſt, non loqui in caſu præſenti, ſed de priuilegio alicui Monaſterio, vel Religioni conceſſo, exemplum in illis textibus de priuilegio exemptionis non ſoluendi decimas conceſſo Monachis Ciſtercienſibus, & alio Templarijs; ita quod tùm Ciſtercienſes, túm Templarij, ſi infra hoc tempus ſoluerint, priuilegio renunciaſſe dicantur; Iſtud autem de quo in præſenti agimus, priuilegium non eſt eiuſmodi, ſed toti ſtatui Regulari indultum, vt propterea ſubintret diſpoſitio textus in adducto cap. ſi diligenti, de foro competenti, vt quorumdam, ſeu etiam plurimorum contrarius vſus non obſit ordini Regulari, maxime vigente nunc decreto fœlicis memoriæ Clementis Octaui normam præſcribente, poſthac vtendam cum Pręſules licentiam impartiri volunt ædificandi noua Monaſteria; quo non tantum vicini loci ſuperior vocandus eſt, ſed etiam longinqui, & omnium exiſtentium in tota Ciuitate, vt ſeruatis ſeruandis conſtet, ſi in eadem Ciuitate, ſeu loco nouus erigendus Conuentus ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſit; cuius decreti, ſeu motus proprij tenorem inferius recenſebo. Immò nulla etiam poteſt, adhùc attento iure communi, conſtrui Eccleſia in aliquo loco, ſi præiudicium iam conſtructis locis afferret, iuxta deciſ. Seraph. 487. quæ etiá complura inſerit, ex quibus coniectura ſumitur, quod recentis Eccleſiæ erectio alias lædat, & præiudicet: tenor autem motus proprij Pontificij, eſt, qui ſequitur.

Quoniam ad inſtitutam Regularium locorum, & perſonarum reformationem promouendam, & conſeruandam, maxime pertinet, vt in quibuſcunque domibus, & Monaſterijs is tantum numerus Religioſorum, qui commodè ibidem ali poſſit cōtineatur, ac eo pariter ſpectat, vt in quibuſque Ciuitatibus, & locis nouæ domus, & Monaſteria, præſertim Mendicantium non erigantur, niſi in eiſdem Ciuitatibus, & locis aliorum Domorum, & Monaſteriorum in eis exiſtentium, habita ratione commodè ſuſtentari poſſe dignoſcatur: Hac igitur nos conſideratione ducti, & in præmiſſis pro noſtro Paſtorali munere opportere prouidere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ex voto etiam venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſuper conſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, ac Regularium Præpoſitorum, harum ſerie declaramus locorum ordinarios non poſſe licentiam ad nouos Conuentus, cuiuſque etiam Mendicantium Ordinis in Ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis erigendis impertiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Ciuitatibus, & locis exiſtentium Conuentuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, & cauſa, ſeruatis ſeruandis cognita, conſtiterit in eiſdem Ciuitatibus, & locis nouos huiuſmodi erigendos Conuentus ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſe; ſi veró ab eorum in huiuſmodi cauſis ſententijs, ad Nos, & Apoſtolicam ſedem prouocari, & appellari contigerit ipſos ordinarios tandiù erectionem nouorum Conuentuum ſuſpendere debere, quouſque à nobis, & Apoſtolica ſede in eadem cauſa pronunciatum extiterit; irritum nihilominus, & inane decernentes, quicquid ſecus ſuper his á quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, quocirca vniuerſis venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum ordinarijs per præſentes in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, vt præſentes noſtras literas obſeruent, & obſeruari curent, & faciant ſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub anulo piſcatoris die 23. Iulij 1613. Pontificatus noſtri, &c.

Supradicta attendenda ſunt quoties de erigendis
dis nouis Conuentibus ageretur, neque hic finit
82 Antiſtitum facultas, propterea quod nonnum-
quam in erectis manus apponunt; illos ſiquidem visitando, & inquirendo, ſi in apto loco ſint poſiti, iuxta diſpoſitionem Concilij Maguntini Primi canon. 20. Quinimmo, & hoſpitalia conſtrui debent cum licentia Præſulis, ſi velint priuilegijs gaudere Eccleſiaſticis cap. ad hæc de relig. domib.

83 Nonus caſus eſt, vt omnibus in Monaſterijs eiſ-
dem Epiſcopis ſubiectis, ordinaria in alijs verò ſedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram ſanctimonialium, vbi violata fuerit diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt conſeruari, maximè procurent, ex Cōcil. Trident. in cap. 5. ſeſſ. 25. de Regularib. in quo capite multa explicantur. Quæ ab Epiſcopis ipſis agenda tunc ſunt, & præſertim illud, quod inobedientes, atque contradicentes compeſcendi ab eiſdem ſunt per cenſuras eccleſiaſticas, aliaſque pœnas omni, & quacumque appellatione poſtpoſita, & ſi opus fuerit inuocando auxilium brachij ſæcularis, quod etiam ante præfatum Concilium ſtatutum erat, in cap. vnico, prope finem, de ſtatu Regular.

84 lar. in sexto, quod auxilium præstare tenetur potestas ipsa sæcularis, & denegans ad illud concedendum compellitur ab eodem Ecclesiastico, iuxta glos. notab. & penult. in cap. vnico de statu Regular. in sexto, Innocent. communiter receptum in cap. 1. nu. 1. de offic. ordin. & Nauar. in cap. cum contingat remed. 1. nu. 6. de rescript. Redin. in tractat. de Maiestat. Princip. verbo, sed etiam per legitimos tramites, num. 141. & Seguram in suo Directorio Iudicum par. 2. cap. 13. sub num. 47. nosque apertè edocet supradictum cap. 5. Concilij Tridentini, dùm omnes sęculares Principes in eo casu hortatur istud præstare auxilium, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda omnibus Magistratibus sæcularibus iniungit; quinimmo Iudicis arbitrio puniendos esse Iudices temporales prędictum brachium Iudici ecclesiastico præstare negligentes, arbitratur Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. centur. 5. casu 452. num. 3. demumque Martha in suo perutili tractatu de iurisdict. inter ecclesiasticas, & laicas personas par. 1. cap. 49. cum tribus subsequentibus, quibus in capitibus omnem hanc materiam fusissime explanat, Auiles etiam in libro Prætorum glos. vsurpant, num. 21. & num. 22. addit ab illo ordinario compellendum, qui eius loci est superior, in quo ipse laicus est Iudex; eiusdem insuper Marthæ verba in cap. 50. nu. 24. insinuant, illud quandoque implorari ad adiuuandum, quandoque

85 ad puniendum; ideò respectu primi capitis, non solum concedendum erit respectu familiæ, vt associet alteram ecclesiasticam, sed respectu carceris, vt captus detineatur in carceribus laicalibus, si illis Episcopus careat; idque præsertim comprobatur l. sanctissimorum C. de episcop. & cleric. vbi Iustinianus Imperator mādat omnibus ministris, quod si opus sit omne ferant auxilium pijssimis Ciuitatum Episcopis; nam qui omne exprimit nihil excludit.

86 Addo etiam, quod cum vna iurisdictio alteri adiuuare debeat, inde prodire conclusionem alteram, quod sicuti temporalis Magistratus tenetur brachium impartiri sæculare, quotiescumque Ecclesiasticus illud implorat, ita Ecclesiasticus temporali, Arnald. siquidem Albert. id inquit in suo perutili tractatu de agnosc. assert. cathol. q. 25. nu. 27. Martin. de Fano in tract. de auxil. per Iudic. implor. par. 2. num. 17. Gondisal. á Villadiego in tract. de hæretic. q. 11. & copiosius Gallesi. in forma Cameral. obligat. vers. reliqua super processu, ac tandem Ioan. Staphil. in tractatu de commiss. & literis iustitiæ.

Est verum, quod aliqua considerata differentia procedit iam dictum axioma, ea nempè, quam tradunt præcitati Innocent. & Nauar. adductis in lòcis, vt quamuis teneatur alter alteri, illud ad inuicem præstare, compelli autem, sæcularis potest ab Ecclesiastico, nō Ecclesiasticus à temporali; quam præterea differentiam commendat Ias. in l. à Diuo Pio §. sententiam num. 16. ff. de re iudic. & communem attestatur Alciat. in citato cap. 1. num. 26. & 123. de offic. ordin. Couar. lib. practic. quęstion. cap. 10. nu. 1. & Diaza in sua praxi crimin. canon. cap. 154. sub nu. 10.

87 Aliud insuper, & á multis Doctoribus probatum axioma, vt prædictum auxilium minimè sit præstandum ab ipso laico, nisi causæ cognitio antecellat; equidem in illis terminis subsistere posset in quibus, & Doctores ipsi loquuntur, cum scilicet, Iudex Ecclesiasticus damnauit aliquem, eumque deinde tradidit Curiæ sæculari puniendum; eo siquidem casu opinati sunt, non semper teneri laicum Magistratum exequi sententiam Ecclesiastici Iudicis, sed posse de nouo cognoscere; cuius quidem sententiæ fuerunt Felyn. Afflict. Curt. Iunior, & alij, quos refert, & sequitur Clarus, subijciens communem esse opinionem in praxi crimin. §. fin. q. 96. num. 7. & post Alciat. in dicto cap. 1. nu. 120. de offic. ordin. distinguit citatus Diaza indicato capit. 154. num. 11. pręter quod, in illo etiam casu, censent teneri laicum sententiam Ecclesiastici Iudicis confestim exequi aduersus reum de crimine hæresis condemnatum; ita quippe, ac rectè quidem fatentur Abb. Butr. & Imola in cap. 1. de offic. ordin. Pet. Garsia in suis decision. fidei, & propriè decis. 2. eamque communem esse asseuerat Berous in cap. at si clerici num. 79. de Iudic. Boss. in tit. de hæretic. num. 35. Simanch. de cathol. instit. cap. 36. num. 3. & seruatum Mediolani, refert Clarus indicato nu. 7. propè finem; extatque Bonifacij VIII. constitutio rescripta in calce Director. Inquisit. & exorditur, dilectus filius: Perlegi tamen complures Doctores affirmantes, non posse Ecclesiasticos Iudices capi facere delinquentes in casibus ad punitionem Ecclesiæ spectantibus, sed tantum excommunicare, atque alijs spiritualibus vti remedijs, nempè Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. rubr. de maiorit. & obedient. Albericum in tract. statut. par. 3. Ancharan. in cap. cum Episcopus num. 3. de offic ordin. in sexto, & apertis verbis in Regula ea; quæ num. 17. de regul. iuris eodem libro, Palatium Rubeum in repetit. cap. per vestras num. 18. de donat. Franciscum Marcum decis. 448. quæritur an Episcopus num. 2. volum. 1. Nicolaum Euerardum in suis locis topicis loco 125. Boer. in commentar. ad consuetud. Bituricens. in tit. de iurisdictione, Michaelem Crassum in lib. commun. opinion. cap. 8. q. 8. Tyber. Decian. lib. 4. cap. 27. num. 15. Ferdinand. Mench. de testament. §. 22. num. 17. Clarum in §. fin. q. 37. num. 8. & Auendag. lib. 1. de mandatis Regijs cap. 1. num. 22. sed perlegi etiam alios multos contradicentem tutantes sententiam; ita quod præcitatus Mench. eodem in loco fatetur, à totidem ferè Doctoribus illam defendi, quot sunt priorem insequentes, nempè Oldrad. cons. 86. quæritur an Ecclesia, Soccin. Senior in cap. cum sit generale, in fine, de foro competenti, Geminian. in cap. cum Episcopus, sub num. 9. vers. mihi nunquam placuit ista opinio, de offic. ordin. in sexto, inibique Franch. post num. 2. qui multis, & validissimis vtuntur rationibus, necnon Felyn. eandem probat in cap. cum sit num. 20. de foro competenti, Aufrer. in clement. 1. q. 5. maximè conclus. 10. sub num. 107. de offic. ordin. & expressius in tractatu de potestat. eccles. super laicos num. 1. & hanc existimat in puncto iuris veriorem Diaza, quamuis Doctor Hispanus in dicto cap. 154. sub num. 6. vers. contraria tamen sententia; & sequitur ni fallor Couar. indicato cap. 10. num. 2. vers. contrarium planè verius esse censet; Tuschus conclus. 256. liter. E, num. 3. vol. 3. & Segur. in suo Directorio Iudicum par. 2. cap. 13. nu. 41.

41. comprobatque apertus textus, iuncta glosa in cap. contra idolorum 26. q.5. alterque Concil. Trident. in cap.3. sess.25. de reformat. neque subsistere sequelam illam, potest remedijs vti spiritualibus, ergo non ideò personam deuincire, docet Aufrer. indicata q.5. vers. nec videtur bona responsio, sub nu. 107. & relatus Lelius Iordanus indicato cap. 8. præsertim sub nu. 27. Quinimmo consuetudinem alicubi vigentem capiendi, subsistere, atque ab omnibus approbari insinuat, idem Ancharan. (in Principe conclusione sectator contradicentis sen-
88 tentiæ) in eadem Regula, ea quæ, sub nu. 17. Rationem veró, qua priores Doctores suffulciuntur, quia Episcopus detinere nequit familiam armatã, impugnãt contradicentem insequentes, nèpè Bald. in l.3.§.final.ff.de offic.Præfect.vigil. Dec. in cap. significasti num.5. de offic. ordin. in cap. cum non ab homine nu.29. & 30. de iudic. & cap. postulasti nu. 21. de offic. delegat. Villadieg. in tract. de irregularit. q.11. nu.16. Repert. inquisit. verbo arma §. sed nunc quæritur, Barbat. in tract. de præstant. card. q. 5. num.17. & 18. Tuschus conclus. 253. Episcopus num.12. eamque veriorem asseuerat Diaza in praxi cap.154. nu.23. & Pegna in suo commentar. 216. Ioan. Franc. Leo in suo Thesauro fori Ecclesiastici par.1. cap.9. sub num.18. & melius num. 22. Quinimmo eam vti veriorem, & melioribus rationibus munitam præualere, & seruari, inquit Lelius Iordanus in tractatu de Romanæ sedis origine par. 2. cap. 8. vbi omnes tùm istam, tùm contrariam partem amplexantes, congerit, & latiori disputatione, quàm alius hactenus fecerit, refellit contraria, & postmodum pauca quædam scripsit hanc nutantia resolutionem; eamque vsu comprobari adiungit, nec non Segura indic. cap.13. nu.42. cæterum alia multa super hac re, tradit Nauar. in cap. cum contingat remed.1. de rescript.

89 Ad auctoritatem modo Episcoporum in custodienda Monialium clausura, vnde digressus sum, vt redeam, commemoro præfatam custodiri clausuram altero ex duobus modis; quorum primus est impediendo accessum ad ipsas Moniales, & colloqui a cum eisdem, necnon ingressum intra septa Monasterij, & illarum egressum à Monasterijs: alter veró, ac secundus est modus, operando, vt clausura ipsa circumsepta sit, & munita altis menijs, excelsisque vndique partibus, ita quod accessus per ea reddatur impossibilis, claudaturque vna tantum si fieri potest ianua, eaque claue, & ferro munita sit; Quia veró plerumque expedit, ac necessarium est, vt aliqui illuc adeant, ne dum Moniales extra septa alloquendi causa; verùm intra earumdem Monasteriorum septa ingrediendi; idcirco cautos debere esse Præsules in concedendis eiusmodi licentijs; ne scilicet faciles nimis, aut valdè rigidi sint: etenim necessarias prohibere, voluptuosas verò permittere minime debent, & in vtraque clausuræ specie, intueri, quæ sanctiss. Clem. VIII. constituit, & rescribam inferius cap.16. à nu.18. & præterea consulere possunt Salernitanam Synodum, sub Marsilio Columna par.2. rubr. de his, quæ ad Monialium clausuram pertinent, nam multa huic rei pernecessaria congerit, quibus facilè admoneri poterunt Episcopi, quomodo in his debeant se gerere; eosque præterea scire oportet, quod si menia clausuræ confracta sint, & Monasterij facultates non suppeterent, fidelium eleemosynis restauranda essent, aut Monialium consanguinei ad id cogerentur; perdurat enim consanguinitatis vinculum, remanetque obligatio illas conseruandi in debita honestate, vt inquit in his peculiaribus terminis Isydor. Moscon. in suo tract. milit. eccles. par.4. lib.1. cap.4. vers. primo itaque considerandum; & textus opitulatur in cap. si quis dereliquerit 30. distinct. quod si inopia laborarent consanguinei præfati, illum compellendum esse, subiungit illic Moscon. cuius auctoritate, vel potius voluntate fuit erectum Monasterium, quoniam præuidere debebat huiusmodi necessitates futuras, cui resolutioni opitulatur Petr. Gregor. Tholos. in tract. de benefic. cap.15. nu. 2. & 3. vbi multa vtillima congerit: reliqua autem circa istam clausuram præterire hoc in loco duxi, propterea quod propriori congero, nempè in dicto cap. 16. vbi particularis de Monialibus erit sermo; nolo igitur eandem pluries canere cantilenam.

91 Decimo Regulares omnes, etiam exempti subiacent Episcopis in colendis festis, nam dies festi, quos in Diœcesi sua seruandos Episcopus præceperit, ab illis seruari debere sanxit Concilium Tridentinum cap.12. sess.25. de Regularib. quo textu suffultus Frater Emanuel Rodoricus Lusitanus Ordinis Sancti Francisci in suis quæstion. Regularib. tom.2. q.70. artic.1. hæc inter alia scribit verba: Quod iuri consonum esse patet; regimen enim Monasteriorum quò ad celebrationem festorum ad Episcopum pertinere videtur, argumento cap. de his 23. distinct. & cap. per singulos 9. q.3. cap. qui verè 16. q. 1. & cap. obitum 61. distinct. ac rursus alia scribit clariora verba in artic. 2. eiusdem quæstionis scilicet; & peccant contra præceptum obseruationis festorum, à qua obligatione non eximuntur Regulares, cum (nullum quod viderim) illis sit priuilegium concessum, quo in diebus festiuis possint in opere suorum Monasteriorum operibus seruilibus sæculares, & ipsi Religiosi occupari, quapropter vt iam licitè facere, aut permittere possint, petere licentiam ab Episcopis tenentur, qui ad hæc, & alia minimè dispensanda habent consuetudine auctoritatem, sine dicta enim licentia laborantes, & Prælati permictentes laborare in dictis diebus, peccato sunt irretiti.

92 Isthæc autem cõciliaris dispositio, antiquis etiam canonibus roboratur, quibus Episcopis cum Clero, & populo imperandi festa sacra in proprijs Diœcesibus relicta est facultas, iuxta cap.1. de consecrat. distinct.3. & cap. conquestus de ferijs; idque semper ab initio Ecclesiæ fuisse, profitetur Couar. in lib.4. variar. resolut. cap.19. nu.9. vers. præter hos festorum dierum; adhibetur autem populus, non quidem, vt cum Episcopo statuat venerandos dies, at potius, vt ab eo audiat Præsul si multiplicitate festorum oneretur, quæuè sint, quæ ex consuetudine coli omissum est, aut si patronorum Ecclesiarum festa venerari præcipiatur, necnè: nam his, atque alijs auditis solus Episcopus statuet, vt inquit Petr. Gregor. Tholosan. lib.1. partit. iuris canonici tit.19. cap.4. scholia 3. Quinimmo abrogabit aliquas, vel subrogabit, prout sibi videbitur magis expedire, sicuti & Anibal de Capua Archiepiscopus Neapolitanus

litanus complures meo tempore expunxit, & apud Dionem Cassium lib. 60. Historiæ Romanæ legitur Claudium Cæsarem IV. consulatu multas ferias deleuisse, quod maior anni pars his absumebatur, non sine magno Reipublicæ detrimento; ob quam eandem rationem præcauent Episcopi, ne prodigi sint in institutione festorum, sed parcissimi, & auari, in tantum, quod eos admonet Sayrus, debere promptiores esse ad abrogandos, quam indicendos alios dies festiuos in 2. volum. sui Thesauri, intitulato Clauis Regia lib. 7. cap. 3. nu. 16. propè
93 finem. Incumbit autem onus Parochis prænuntiandi populo singulis diebus Dominicis, quæ feriæ hebdomadæ sint festiuandæ, vt Petr. Gregor. Tholosan. nos edocet in cap. 5. eiusdem tituli 19. per textum in cap. 1. in initio de consecrat. distinct. 3. Ip-
94 seque si á proprijs interrogaretur Parochianis, quo tempore, & hora exordiri hi dies incipiant, quouè desinant, ita esse; respondeant cum conclusione continente alias tres, & affirment, illas quò ad officium recitandum incipere á vesperis, quo veró ad esum carnium á media nocte ad mediam noctem, ac demùm, quò ad festi celebrationem, attendendam esse loci consuetudinem; ipsa tamen vbique inuexit, vt à media nocte, ad mediam noctem, festa seruentur; ita siquidem edissertauit Couarr. in eodem lib. 4. variar. resolut. cap. 19. nu. 9. prope finem,
95 & Sayr. indicato cap. 3. sub num. 13. & tunc si rursus instent expetendo, à quibus abstinere debeant, in his diebus; certè nullo eos labi errore crederem si dicerent abstinere debere, ab operibus seruilibus attenta dispositione iuris diuini; ita siquidem aiunt omnes, maximè Doctores mox citandi; comprobatque text. Leuit. 23. vbi dicitur, omne opus seruile non facietis in eo: sunt autem seruilia opera, & ita dicuntur, quæ ex se famulatum quemdam habent, & ab illis communiter solum fiunt, qui alijs inseruiunt Tolet. in lib. 5. cap. 24. num. 11. Sayr. adducto libr. 7. cap. 2. à num. 2. & pro declaratione prænotat idem Tolet. indicato cap. 24. sub num. 8. & inquit; tria esse operum genera. Alia enim esse testatur, quæ dicuntur opera animæ, & talia minimè prohiberi fatetur, & propterea licere cuiquam his diebus studere, scribere, legere, aduocareque, etiam si pretium, & merces intercedat, dixeratque antea Nauarr. cap. 13. sub num. 12. vers. octauo, & concinit conclusio altera, quam idem Nauar. in eodem capite constituerat num. 5. quod festis quicquid licet gratis, licet etiam ob mercedem, quæ nō vtique efficit, vt opus, quod alias ex suo genere non est seruile, fiat tale formaliter, vel materialiter ob pretium, seu mercedem; idque post Caietan. & alios, comprobauit multis rationibus, Sot. lib. 2. de iustit. & iure q. 4. artic. 4. in fine, & nouissime Sayr. fretus auctoritatibus Medinæ, Lopez, & Philiarci in lib. 7. cap. 2. sub num. 3. vol. 2. Rescribere autem, videtur quidem opus seruile; quandoquidem animus nihil in eo operatur, sed labor personæ, ac propterea dicatur res vetita diebus festiuis, si lucrum interueniat, probant Rosella verbo feriæ nu. 12. & Angel. num. 31. eosque sequitur Nauar. illorum tamen improbans rationem decidendi, alteramque adducens in citato cap. 13. nu. 14.

Alia item sunt opera, quæ corporis sunt, & ea communia omnibus, scilicet Dominis, & famulis, nobilibus, & ignobilibus, cuiusmodi sunt iter facere, venari, & similia; quæ audita re sacra exercere in die festo non esse vetitum, etiam ob pecuniam dicit Tolet. indicato cap. 24. sub num. 9. vers. alia sunt opera, Sayr. post complures Doctores, quos adducit, in dicto cap. 2. num. 5. & Ludouic. Lopez in 1. par. sui instruct. cap. 52. vers. qui venatur; verùm Suarez mordicus tenet, & indistinctè quidem, venationem ex se, opus esse seruile, & consecutiue prohibitam his diebus in tract. de Relig. lib. 2. cap. 28. præsertim nu. 3. & 5.

Omnia tamen opera seruilia, ex aliqua iusta causa licitè fieri admitto, secutus Lopez, cæterosque
96 memoratos Auctores, ac præsertim excusari tunc molitores, & molendinarios, siue cum iumentis, siue ad aquam, siue ad ventum, subdit citatus Sayr. in ipso cap. 2. num. 6. qui dùm restrinxit ad eum casum, vbi faciant propter necessitatem, innuit à contrario, quod si causa prædicta absit, non eis liceat, neque ad aquam, neque ad ventum, neque cum iumentis; Lopez etiam eodem cap. 52. versic. licet molere, hanc tuetur resolutionem, dùm contrariam admittit, vbi adest consuetudo, aut si nulla existit prohibitio Prælati; huius autem dubij veritatem latioribus verbis, & versiculis inquiro inferius nu. 107.

Reliqua tandem opera sunt merè seruilia, & mechanica; ob idq; vetita exerceri illis temporibus, vt iam conclusi in initio huius nu. tametsi alia quatuor (vt inquit Sayr. citato cap. 2. nu. 14. & quinque, vt ait, Nauar. in præfato cap. 13. præsertim nu. 6. & 13.) sint à iure canonico prohibita illis diebus fieri in cap. 1. de ferijs, quamuis mechanica omninò non sint; optima tamen ratione, vetita, quia auocant, detinentque homines à cultu diuino, quem præmaxime tunc exhibere debent; eique operam dare omni conatu; supradicta autem quatuor, seu quinque, sub his verbis illius canonis, continentur, vt in eis minime mercatus fiat, neque placitum, neque aliquis ad mortem, vel ad pœnam iudicetur, nec Sacramenta, nisi pro pace, vel alia necessitate præstentur.

97 Prohibentur primo loco fieri mercatus, sub quo nomine haud comprehendi illos mercatus, dicendum videtur, qui bis, aut ter in anno fieri consueuerunt, iuxta diuersarum Regionum, & Prouinciarum consuetudines, alio & propriori nomine nundinas appellatas, de quibus loquitur Thesaur. decis. 264. nundinæ num. 1. cum seq. Etenim aliquę particulares, aliquæ generales nundinæ dicuntur; quæ inter se longè distant: generales namque affidatæ sunt, & in priuilegium concessæ, ac nullibi propria auctoritate, sed ex Principis tantum permissu celebrantur, iuxta notata per Foller. ad praxim Marant. par. 4. distinct. 9. num. 50. Franc. Marcum decis. 53. quæritur an Dominus nu. 2. par. 1. & Thesaur. indicata decis. 264. nu. 2. quin illius Principis tantum concessione, qui iura Regalia habet, inquit Hothoman. in cap. 1. quæ sint regal. & Menoch. conf. 302. qui honoris, num. 31. ideò non Baronis, nisi indiceret absque immunitate, de Ponte in tract. de potestat. Proreg. tit. 10. §. de mercatis nu. 1. eiusmodi verò generales nundinæ hodie dicuntur stati dies, in locis, siue Ciuitatibus certis, mercandi causa liberè cōcessi, cum immunitate à Prin-

cipe

cipe donata vectigalium, ſeú gabellarum, & pedagiorum, teſte Gregor. Tholoſ. lib. 25. cap. 3. nu. 5. vt proptcrea ad eas accedentes arreſtare, prætextu debiti, eorumque merces ſequeſtrare prohibeat l. vnica C. de nundin. licet autem Theſaur. eadem deciſ. nu. 3. crediderit, licere Principi nundinas ex priuilegio conceſſas, aut longa præſcriptione quæſitas tollere, & auferre, contradicunt tamen Alciat. conſ. 24 tom. 2. lib. 5. Cæphal. conſ. 342. lib. 3. & Crauett. conſ. 630. quæſtio, vol. 4. eas licitas eſſe aſſeuerant Tolet. indicato cap. 24. nu. 12. Sayr. poſt nu. 18. Nauar. cap. 13. num. 8. verſ. tertio peccat, & ſuccurrit Bald. in l. vnica nu. 1. C. de nundin. dúm teſtatur Peruſij fieri eiuſmodi nundinas in feſto omnium Sanctorum; demumque opitulatur Sot. de iuſtit. & iure lib. 2. q. 4. artic. 4. propè finem, atteſtans conſuetudinem eſſe creberrimam, quod fiant nundinæ in diebus feſtiuis; verùm his minimè refragantibus, poſſe Præſules prohibere quaſcumque nundinas, eorumque prohibitionibus parendum eſſe ſuadeo; cum & illas fieri non poſſe quauis non obſtante conſuetudine, dicat Suarez de Religion. lib. 2. cap. 29. ſub num. 2. cumque ita deciſum, & reſolutum pluries fuiſſe in Rota Prouinciæ Marchiæ, aſſeueret Gratian. deciſ. 21. prohibitiones in princ. Ipſeq; ſcio declaratum per Congregationē Concilij, quæ ita reſcripſit ampliſſimo Cardinali Geſualdo Archiepiſcopo Neapolitano, & declarauit licuiſſe eidem Archiepiſcopo prohibere nundinas, & mercatus, ex antiquato vſu fieri conſuetas, circum Eccleſias S. Mariæ Annuntiatæ, & Spiritus ſancti, in diebus, in quibus ab Eccleſia celebrantur ſollemnia Annunciationis, & Penthecoſtes; ab iſta ſiquidem prohibitione facta à prædicto Cardinali Archiepiſcopo appellarunt, ſeù potiùs recurſum habuerunt earumdem Eccleſiarum Magiſtri ad Sacram Congregationem iam dictam, quæ tunc ita auditis partibus decreuit; cuius decreti teſtis, etiam eſt præfatus Gratian. inibi nu. 17. atque de Ponte indicato §. de mercatis, ſub num. 10. Iſthæc itaque decreta complectuntur, tùm generales, tùm particulares nundinas, atque ideó non vigere concludendum eſt declarationem contradicentem, reſpectu particularium, relatam ab Vgolino in tract. de poteſtat. Epiſcop. cap. 8. ſub num. 10. prædictis autem decretis fauet primo ius commune in præſato cap. 1. generatim prohibens mercatus: inſuper ſuffragatur conſtitut. Pij V. cum primum Apoſtolatus officiū §. cum veró, dùm præcipit, vt omnes Chriſti fideles abſtineant in prædictis diebus ab omni illicito, & ſeruili opere; mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & iudiciorum ſtrepitus conquieſcant, atque adeò, vt etiam Carolus Magnus Imperator prohibuerit mercatum, & nundinas haberi diebus Dominicis, & feriatis ſollemnibus lib. 2. legum Longobard. l. 1. de ferijs, & Reges Galliæ in eo Regno repetitis cōſtitutionibus vetuerunt, prout nobis teſtis eſt, Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 25. ſyntagmat. iuris vniuerſi cap. 3. nu. 8. & ſæpius determinatum in Senatu, inquit Rebuff. in commentar. ſuper Conſtitut. Gallican. tit. de mercator. artic. vlt. gloſ. vnica num. 16. vol. 2. & in omni reformata Eccleſia, atque Ciuitate, prohiberi cernimus, & præſertim in Diœceſi Mediolanenſi, ita ſanciente conſtitutione Prouinciali lib. 1. tit. de feſtorum dierum cultu §. 3. idque planum eſſe, his temporibus cōſtat ob decretum occaſione nundinarum, quæ in Ciuitate Recanatenſi fiebant auctoritate ſummorum Pontificum, prolatum à Congregatione Concilij; cuius tenorem idem Gratianus, & Vgolinus referunt, ipſeque reſcribere cenſui, eiuſque verba ſunt.

Præceptum de Dominicis, & feſtiuis diebus ſan-
ctificandis, & obſeruandis ſub prætextu merca-
tuum, nundinarum, & feriarum nullatenus eſſe
98 violandum, cæterum his diebus licere agaſonibus,
ac alijs iumentorum vectoribus, ſeù mercium con-
ductoribus, baiulis, & alijs huiuſmodi ſeruientibus,
ac miniſtris, ſarcinas, & onera nundinarum cauſa
exonerare, & deponere, inceptumque iter, miſſa
tamen audita, tranſeundo proſequi, & continuare,
non autem debere ſarcinas componere, & iumen-
ta onerare ad iter de nouo incipiendum: neque
mercatoribus, aut alijs ciuibus, & viatoribus ijs die-
bus, etiam clauſis apothecis merces vendere, emere,
aut aſportare licere, niſi tantum ad victum neceſſa-
ria, aut alia minuſcula, & modici momenti, opera
iam conflata, & elaborata, pro tranſeuntium hoſpi-
tum aduenarum, & exterorum vrgenti, & præſen-
tanea neceſſitate, & opportunitate; In quo partes
erunt Epiſcopi propoſitis ædictis prouidere, vt in
primis hi feſti dies, debita obſeruatione colantur;
ſimulque populorum eo confluentium neceſſitati-
bus, quantum ſine diuina offenſione fieri poteſt cō-
ſulatur. Quo ad iudicia autem, quæ Dominicis, &
feſtis diebus ſilere debēt, id obſeruari poterit, quod
iure communi permittitur in quibuſdam vrgenti-
bus caſibus, qui moram, & dilationem non patiun-
tur: in quibus, & alijs iuriſdictionem Conſulum
nundinis Præpoſitorum concernentibus conſtitu-
tiones, & Summorum Pontificum, ſi quæ habent
priuilegia, & allegatum breue fel. mem. Pij V. ſer-
uanda eſſe ſtatuit, quæ autem de Agaſonibus cen-
ſuit adducta declaratio, probat etiam ex ſententia
Caietani, Lopez in ſuo inſtruct. citato cap. 52. verſ.
ſecundum Caietanum, & latioribus verbis Suarez
adducto lib. 2. cap. 27. nu. 3.
99 Placitum præterea prohibetur in dicto cap. 1. de
ferijs, cuius quidem placiti nomine intelligitur ſen-
tentia ciuilis, & ſtrepitus iudicialis, Iudicum ac No-
tariorum, & aliorum ad iudicium ipſum concur-
rentium, quod omninò inhibitum eſt, ita quod, ſi
fiat minime caret nullitate, præterquam in duobus
caſibus, nempè ſi vrget neceſſitas, aut ſuadeat pie-
tas; quod multis Doctorum auctoritatibus com-
probant Sayr. in dicto lib. 7. cap. 2. à num. 6. & ſub
100 nu. 12. Eſtque textus in cap. fin. de ferijs, ac pro-
pterea ne poſſit quis capi pro cauſa ciuili, ſententia
eſt omninò vera, niſi fuerit ſuſpectus de fuga de-
bitor, & ſcribit Bald. in §. 1. num. 15. inſtit. de action.
Bart. in l. ait Prætor §. ſi debitorem num. 3. ff. de his,
qui in fraud. credit. Abb. in cap. fin. nu. 22. de iudi-
cijs, Aufrer. ad deciſ. Cappell. Tholoſ. 158. addit. ad
Guidon. Papam deciſ. 215. & Ancharan. conſ. 123.
vnus ex Procuratoribus num. 8. Quid veró dicen-
dum ſit pro capiendis pignoribus, ſcilicet exequu-
tione facienda, & alijs conſimilibus, vide Guid. Pa-
pam indicata deciſ. 215. & Boer. deciſ. 259. & vide-
tur nu. 8. & negat in his ferijs ad honorem Dei in-
troductis, Abb. eodem cap. fin. ſub nu. 21. de iudic.

quin

quin facta vtrum irrita sit, tractat Suarez in tractat. de Religion. lib. 2. cap. 30. num. 11. vide Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 158. Citatio autem, siue præceptum de citando decerni neque potest, neque illius intimatio fieri, vt probat multis auctoritatibus Abb. in cap. conquæstus, sub nu. 19. de ferijs, Azzor. in institut. moral. par. 2. lib. 1. cap. 27. vers. decimoquinto quæritur, & Suarez indicato cap. 30. nu. 5. & 6. neque propterea contradicere dicar dissentienti respectu intimationis á me ipso constabilitæ sententiæ, super ritu primo Curiæ Archiepiscop. Neapol. nu. 18. tunc namque meam intentionem fuisse protestor de ferijs in gentium commodum indictis verba facere; hoc nimirum in casu, tùm Abb. in cap. fin. nu. 20. de iudic. tùm Rotæ decis. 1. de ferijs, quibus illic suffulcior, loquuntur, necnon Andr. Gayll. obseru. 111. nu. 5. & 7. lib. 1. quin crescente ætate, & aucta mole negotiorum, expertus sum, hoc iure passim vti, tùm laicalia, tùm ecclesiastica tribunalia.

101 Sententiam verò in causa hæresis ferre his diebus, an liceat, tanta est dissentio inter Doctores, vt cui partium inhærendum sit, ignoretur, & nisi amplissimi Patres supremi tribunalis sanctissimæ Inquisitionis Vrbis, sub die 26. Iulij 1605. respondissent, eiusmodi sententias in festiuis diebus, etiam Dominicis proferri posse, titubaret cuiusque animus in responsione huius quæsiti: dictæ verò declarationis, nobis idoneus est testis vir summæ integritatis, & doctrinæ Marius Anton. in resolut. vlt. sui perutilis tract. variar. resolut. vbi post recensitas rationes, pro vtraque parte anceps, quid de iure esset verius, innititur (vt debebat) huic declarationi Patrum.

Curatorem quoque dari minoribus posse his diebus, probat Picus in tract. de contract. glos. 20. nu. 19. qui & decretum super contractibus minorum, & mulierum interponi etiam tunc posse addit in glos. 21. nu. 6.

102 Monitiones autem pro excommunicationibus ferendis concedi, & publicari his diebus possunt, quin excommunicatio proferri, præterquam in certis insignioribus diebus, scilicet Natiuitatis Domini, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, & sanctissimi Corporis Christi; his enim teste Lazzario de monit. sect. 1. q. 19. num. 4. neque monitiones ipsæ fieri, neque excommunicatio promulgari debet; verùm Sayr. in thesaur. casuum conscientiæ lib. 1. cap. 14. nu. 10. opinatur excommunicationem: quin & denunciationem illis diebus fieri posse, vbi causæ cognitio non est necessaria.

103 Absolutio præterea á iuramento, tum ad formã agendi, tùm ad penitus tollendam obligationem, nec nè fieri valeat his diebus, discutit copiosè Corneus in tract. de absolut. à iurament. par. 3. q. 20. per totam, illum adeas, siquidem multa, nec inutilia coaceruat; Remissoriam verò (quam nos appellamus in Regno audientiam testium) concedere non licet, teste Crescentio decis. vnica in fine de ferijs.

104 Tertium in eo capite vetitum est, ne aliquis ad mortem, vel ad pœnam iudicetur, quibus verbis interdicitur non solum sententiæ prolatio in causa capitali, (quam criminalem vulgus appellat,) sed insuper illius, aut alterius cuiuscumque pœnæ exequutio, nisi necessitas instet, puta criminis immanitas, ob quam deceret criminosum subito decapitare, vel suspendere, quandoquidem in his casibus indulgent iura, etiam canonica, aduersus illum procedi, & exequi festiuis diebus, teste Hostiens. & Abbate in pluries citat. cap. 1. nu. 6. de ferijs, & Bouadil. in Polit. lib. 2. cap. 21. nu. 213.

105 Nouissimum, quod prohibet ille canon est Sacramenta, id est iuramenta præstare, ita quod, ne quis teneatur ad obseruantiam promissorum, quoties iurauit die festo, scripsit Ferrat. cautel. 3. adiungens, hanc esse cautelam optimam, vt quicumque obligari nolit ad obseruantiam iuraměti, illud præstet in die festo, & antea adnotauerat Lanfranch. de Oriano in repetit. cap. quoniam contra nu. 50. de probat. Plotus in repetit. l. si quando nu. 755. C. vnde vi, & eam extollit Borgnin. Caualc. in decis. Fiuiz. 9. mota fuit num. 31. par. 1. verùm alij, rectius sentientes opinati sunt, relatam cautelam esse omninó reijciendam, quippe quod regula illa, ne iuramenta præstentur diebus festiuis, restringitur ad solum iuramentum iudiciale, atque ita in eo, quod in contentioso dumtaxat iudicio datur, cuiusmodi est decisiuum, suppletiuum, & similia, illud præsertim, quod á testibus exhibetur, prout Felyn. restringit in dicto cap. 1. atque & Butrius nu. 10. omnes namque actus contentiosæ iurisdictionis, silere debent festis diebus per l. actus, cum l. final. C. de ferijs, & propterea in cap. final. de ferijs, prohibetur omnis actus, & strepitus iudicialis, ita vt nihil ad iudicium pertinens fieri possit; nec minimum quidem verbum in his locis traditur de actibus spectantibus ad voluntariam iurisdictionem, qui absque contentione aliqua, & Iudicis strepitu exercentur; vt ex adductis iuribus colligi facilè potest, & aduertit Guid. Papeus decis. 215. an exequutio. Maranta in praxi Iudic. par. 4. distinct. 16. nu. 86. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 30. nu. 14. Speculat. in tit. de ferijs §. sequitur videre nu. 7. ac tandem Vinc. Mancin. in tract. de iuram. par. 2. art. 17. nu. 10. & concinunt, quæ Corn. notat in tract. de absolut. á iuram. par. 3. q. 20. nu. 27. & 36.

Cùm hactenus explicauerim, quæ sint opera, tùm diuina, tùm positiua lege vetita diebus festiuis
106 superest modo adiungere casus, in quibus fideles excusantur, si illa quandoque exerceant in prædictis diebus: verùm quia eleganti, & compendioso stylo congerit Tolet. in libr. 4. cap. 25. Sayr. citato lib. 7. cap. 2. à nu. 6. & Suarez tract. de Religione lib. 2. cap. 32. Ideò censui satius esse, lectorem ad illum remittere, vnicum tantum hic explanans casum delibatum nu. 96. semperque maximè vetilatum, si
107 liceat molitoribus in his diebus molere in molino ad aquam, siue ad ventum; & respondeo minime licere, non secus ac neque in illo cum iuramento, Sayr. enim in lib. 7. cap. 2. suæ Clauis Regiæ, sub nu. 6. inquit posse, cum restrictione tamen his verbis: dummodò id faciant propter necessitatem, & superuenientem multitudinem hominum ad molendum, & rursus num. 9. inquit non tamen licitum est molere in molendino, nisi vrgeret necessitas, vt supra dictum est. Alij verò generalius loquentes, inquiunt licere si consuetudo faueat, nec Episcopus prohibuerit, præsertim Diuus Antonin. par. 2. tit. 9. cap. 7. prope finem, Rodriqu. par. 1. Summæ cap.

cap.122.concluſ.4. & Nauar.cap.13.ſub num.9. & hæc ſaltem tenenda prorſus eſt reſolutio; idque adeò, quod ſi conſuetudo non ſuppetat, vel ſi opituletur, Epiſcopus tamen prohibuerit, nullatenus videatur permiſſum, licet neque prior videatur improbanda opinio, vt prohibitum ſemper dicatur excepto caſu neceſſitatis, eoq; declarãdo ab eodem Præſule, vt in alijs caſibus in quibus diximus licere diebus feſti laborare.

Sed cum verſamur in his, in quibus iuxta notata á præcitatis auctoribus ſupra excuſantur, qui ex aliqua cauſarum ab illis relata, facerent aliquod opus
108 in diebus feſtiuis, dubium exoritur, cur vſitatus mos vniuerſalis viget, quo introductum eſt, vt Epiſcopi concedant licentias laborandi in his diebus; probantq; Doctores mox citandi, & Emanuel Sá lib. Aphoriſm.verb.feſtum nu.6.& Roderic.Luſit. in ſuis quæſtion.regular.tom.2. q.70.art.1. & art.2. Qua facultate non accedente, exigunt paſſim Antiſtites pęnam á contrafacientibus. Hoc ſanè dubium ſemper anxit animum meum, maximè poſtquam in Epiſcoporum numerum cooptatus fui, ob illud præſertim aſſumptum, quod ſi cauſa nulla ſuppetit, nequeunt Præſules eiuſmodi elargiri licentias: ergo neque debeant, ſi cauſa extet, quia tunc ius impartitur.

At multum poſt tempus quieuit animus meus: nam Diuus Antoninus poſtquam aliquas recenſuerat cauſas, ob quas excuſari eos dixerat, qui operibus tunc vetitis incumbunt in 2.par.tit.9.cap.7.hæc ſcribit poſtrema verba; & erit bona cauthela, vt hæc fiant cum diſpenſatione Epiſcopi; ex his verbis depromi reſolutionem propoſitæ dubitationis: eam ſcilicet, quod pro tutiori cautela concurrere debet Epiſcopi diſpenſatio; etenim excuſatio dupliciter accidere poteſt. Primo abſque diſpenſatione, vel cum illa, ſed ad vtrumque modum neceſſaria eſt aliqua cauſa, ſaltem vt iuſtè fiat; tamen in priori modo, tam grauem oportet eſſe cauſam, vt per ſe faciat obligationem ceſſare, eò quod intelligatur, non fuiſſe mentem Eccleſiæ obligare pro tali caſu; in poſteriori autem modo cauſa non tollit per ſe obligationem, ſed adiuncta voluntate, & licentia Prælati; quæ ex tali cauſa iuſta, & rationabilis redditur, hæc ſunt verba Suares in tractatu de Religione lib.2. cap.32. prope num.2. qui apertioribus verbis, propoſito quæſitui reſpondet, eodem libr.2. cap.33. ſub num.3. dùm ait, non omnem cauſam ſufficientem ad diſpenſationem iuſtam, & validam, ſufficere ad tollendam per ſe obligationem: quando ergò neceſſitas tanta eſt, vt conſtet clarè; tunc legem non obligare, non erit neceſſaria diſpenſatio per ſe loquendo, tamen quia ſæpe neceſſitas non eſt tanta, vel non eſt tám clara, ideò tunc eſt vtilis diſpenſatio: item licet cauſa ſit certa, & ſufficiens per ſe; tamen ſi non ſit publica, nec euidens omnibus; opus autem ſeruile, vel prohibitum ſit in feſto publicè faciendum; tunc ad tollendam ſcandali occaſionem, & ad publicam ſatisfactionem, neceſſaria eſt diſpenſatio: hæc itaque verba Suarez vtrobique ſcripta omnem prorſus amouerunt ex animo meo, abegeruntque perplexitatem: qui & neceſſariam propterea exiſtimo Epiſcopalem diſpenſationem, ſi his diebus velimus alicui operi non permiſſo incumbere, idquè Caietan. etiam antea licet breuibus concluſerat verbis, ad Diuum Thomam 2.2.quæſt.122. artic.4. §.in ſeptimo caſu, vbi ſic fatur; quoties quoque repentinus aliquis caſus occurrit, aut neceſſitas aliqua, ita quod clarum non ſit an liceat laborare in illo feſto, ad Epiſcopum, & ipſo abſente ad Parochum recurrendum eſt, qui etiam ſi minus perſpicaciter licentiam concedendo erraret, excuſantur à crimine, qui in feſto laborarent; quoniam in noua lege diſpenſatio circa hoc non eſt difficilis, ſicut erat in antiqua, ac per hoc non tanta opus eſt ſubtilitate. Sotus præterea his vtitur verbis: Quamuis in his caſibus vbi ambigitur, an neceſſitas vrgeat, conſultius eſt Antiſtitem adire, vel ſaltem Parochianum, per quem hæc liceant in libr.2. de iuſtitia, & iure quæſt.4. artic.4.colum.3. in quarta cauſa, verſ. imò verò, vbi illud præſertim notandum memorat, quod ſi aeris inclementia timetur, poſſunt & aræ teri, atque etiam, (licet & hoc non tàm facile permittendum,) & ſegetes meti. Tandemque Nauar. memoro, eadem ferè Scribentem verba, in Summa cap.13.num.16. Alexand.de Ales par.3. q.32.membr.5.artic.2.Angel.verbo feriæ num.35. & Tabienam nu.44. Syluest. verbo Dominica q.5. ſub nu.7. verſ.tertia ſimiliter in fine, Coſmum Philiarchum de offic. Sacerdot. par.2. lib.3. cap.23. & Ludouic.Lopez in ſuo inſtruct.caſuum conſcientię par.1.cap.52.verſ.non peccat.

109 Cùm verò Ordinarij concedunt iſtam licentiam, poſſint nè petenti imponere commutationem eleemoſynæ, etiam ſub certa, & expreſſa quantitate? huius dubitationis reſolutio, pendet ex textu in cap.licet, de ferijs, quo licentia piſcandi Halecia datur, & extendunt omnes Doctores ad tunnos, ſardas, & conſimiles piſces, qui ſolo vno anni tempore, eodemque breui capiuntur, quam profectò diſpenſationem non fuiſſe abſolutam, ſed cum onere, & commutatione faciendi eleemoſynam ex lucro, apparet ex illius textus verbis, quod licet aliqui dixerint eſſe de conſilio, tamen ad eam perſoluendam eleemoſynam teneri certius eſt, ita ſentit Nauar.citato cap.ſub num.9. dum inquit aliquam tamen eleemoſynam deberet erogare, & expreſſis verbis defendit Suarez adducto capit. 33. nu.7.& Angel.verb.feriæ, ſub num.36. quam ipſe omninò amplexor ſententiam.

Ex hoc textu, & alijs relatis exoritur reſolutio propoſitæ quæſtionis, ſi commutatio iſta, & eleemoſyna apponi poſſit, cum Epiſcopus diſpenſat, vt in die feſti liceat laborare, namque licere reſpondeo; hoc enim inſinuat Abb.in citato cap.licet, ſub num.4. ibi & facit, vt is cum quo diſpenſatur; opitulatur etiam Tabiena ni fallor in verbo feriæ, ſub num. 46. vbi poſtquam dixerat bonum eſſe, quod quando aliqua neceſſitas imminet, in qua non eſt notum, quod excuſet, vt haberetur licentia ab Epiſcopo, incontinenti adnectit; datur etiam optimum conſilium in dicto capite licet, quod de lucro faciat participes Religioſos, vel pauperes Chriſti; ergo indicat conferre ſi accedat licentia Præſulis, & fiat iam dicta erogatio; & hanc partem apertè defendere nititur præcitatus Suarez indicato cap. 33. ſub num.7. ac rurſus ſub num.10. in hæc verba: Poteſt tamen Prælatus ſi iudicet expedire, illud onus apponere, vt ſupra dixi, quia nullo iure prohibetur, &

Rrr eſt

est consentaneum iuri, & tunc inducet obligationem propter rationes superius factas.

His diebus singuli Parochiani debeant ne aliquid deferre, quod in Templo offerant inter audiendam Missam, & fuit multorum sententia affirmatiua, eamque desumunt ex cap. omnis christianus de consecrat. distinct. 1. cap. statuimus 16. quæst.1. & cap. præter hoc 32. distinct. Ex quibus
110 Parochianos cogi posse, vt aliquid tunc offerant, colligit glos. 1. in dicto cap. omnis christianus, Hostiens. rubr. de Parroch. §.2. Lapus allegat. 57. ad seruandam conscientiam, sub nu. 2. Roman. cons. 344. in casu nu. 3. & Lopez d. cap. 52. vers. pen. nihilominus communior contradicit sententia, quam probat Gabriel super canon. Missæ lect. 6. & D. Anton. par. 3. tit. 12. cap. 11. Fateor tamen verùm esse, cogi eos posse, vbi consuetudo fuerit dandi, vt eandem continuent consuetudinem, teste Syluestro in verb. decimæ q. 2. Roman. cit. cons. nu. 5. & sequitur Azzor. lib. 7. instit. moral. cap. 7. vers. verum, par. 1. fauentq; Abb. in cap. abolendæ, de sepult. & Bart. in l. priuilegia C. de sacros. eccles. quod Ciuitas solita certum aliquid Ecclesiæ, vel eius Ministris dare, nequit illud statuto mutare, nisi constet oblationem introductam ad tempus, & ex causa, scilicet templi extruendi, &c.

111 Vt tandem hanc materiam expleam repeto, quod si aliquis deprehensus fuerit, opus aliquod illicitum fecisse his diebus, etiam si laicus esset, veniret pœna plectendus ab Episcopo, vt nos edocet Fuschus Episcopus Sarnens. in suo opere de visitat. lib. 2. cap. 21. num. 41. assentitur Bouadill. in Politic. lib. 2. cap. 17. num. 44. & Villadieg. etiam in Politic. cap. 5. §. 23. sub nu. 28. neque contradicit resolutio Ioan. Francisci Leonis in suo Thesauro fori Ecclesiastici par. 2. cap. 16. num. 29. quod operibus seruilibus, seù alijs vetitis violantes festiuos dies sunt pęnis afficiendi ab Ecclesiastico, siue laico Iudice pręueniente, atque propterea arbitratur eiusmodi delictum esse mixti fori, adductus supradicta constitut. Pij V. dùm in §. cæterum his vtitur verbis: Qui
112 verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, præter Diuinam vltionem & amissionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio nostro, seù Vicarij nostri in Vrbe; in alijs autem locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratuū, ita vt præuentioni locus sit; nam ex his verbis nullo pacto colligi mea sententia potest hoc crimen esse mixti fori, neque illic exprimitur: Non insuper illa verba, ita vt pręuentioni locus sit intelliguntur respectu Ecclesiastici Superioris, vel sæcularis Magistratus, sed respectu ipsorum Ecclesiasticorum, si alicubi vltra Episcopum extaret Ordinarius inferior, & sic alter Ecclesiasticus Magistratus, & ita militet, subsistatque præuentio inter eos-
113 dem Ecclesiasticos, sed queat ne Præsul sub excommunicationis etiam latæ sententiæ pœna iubere, vt festi dies seruentur, si aliquis quærat, sciat posse ex his, quæ scribunt Nauarr. in manuali cap. 13. num. 15. Lopez in 1. par. sui instruct. cap. 52. vers. ex necessitate operans, & Sayr. in sua Claui Regia lib. 7. cap. 2. nu. 17.

114 Alium nunc subijcio casum, in quo Regulares subsunt Episcopo, nam interdicta, & censuras ab ipso promulgatas ijdem Regulares in eorum Ecclesijs publicare, si Episcopus præcipiat, & seruare tenentur, ex cap. 12. Sac. Trid. Concil. sess. 25. de regular. iureq; communi Sancitum antea erat in cap. cum & plantare §. excōmunicatos de priuileg. iuncto cap. Episcoporum, dicto tit. in sexto, cap. is qui §. is verò, de sent. excom. in sexto, & Abb. in clem. 1. nu. 5. & 13. de sent. excomm. quibus textibus non modo seruare interdicta Episcoporum præcipiuntur, ita quod nequeant celebrare in locis ita interdictis, sed ne faciant celebrare, quin etiam excommunicatos ab illis, ad diuina, aut ecclesiasticam sepulturam ne admittant, & contrafacientes ab eisdē Episcopis puniantur, scribit Anchar. in d. cap. Episcoporum nu. 3. & Abb. in cap. sacris nu. 7. de sepultur. Materiam verò excommunicationis hoc in loco attingere nolo, cum aliqua quamuis non vt res ipsa postulabat, at breuibus verbis scripserim in rubric. 11. de person. prohib. prom. cap. 15. Aliam autem de interdicto explicant Summistę omnes, in verbo interdictum, quod appellatione censuræ venire certū est, sicuti excommunicatio, & suspensio, cap. quærenti, & illic Abb. num. 1. de verb. signif. cap. is cui, de sent. excom. in sexto, Abb. in cap. cum ab ecclesiarum nu. 2. in fin. de offic. ordin. & cap. pastoralis §. præterea, sub nu. 10. eod. tit. Couar. in cap. alma mater par. 2. du. 7. de sent. excom. Nauar. in Summa cap. 27 nu. 164. & alij multi: est verùm, quod censura huiusmodi procedens ex interdicto minor est, non solùm altera excommunicationis, sed etiam suspensionis, scilicet ab officio, ita quippe concludit Diaza in pract. crim. canon. cap. 21. in princ. eumq; sequitur Iacob. Sbrott. in tract. de Vicario Episcopi lib. 2. q. 185. num. 3. & cessatio à Diuinis, quamuis sit quædam interdicti species, vt scribit Maiol. in tract. de irregul. lib. 3. cap. 20. sub nu. 11. Nihilominus in multis ab interdicto differt, quos recenset Tolet. in lib. 1. cap. 23. ac præsertim, quamuis violans interdictum contrahat irregularitatem, eam tamen non incurrat, qui eo tempore celebrat, & in Ecclesia in qua cessatio obseruatur, sequiturq; præfatus Maiol. in loco relato, vbi tamen in vnica particula contradicit Toleto; quandoquidem ille probat iam dictum axioma, tùm si generalis, tùm si specialis sit cessatio, ipse autem Maiol. restringit ad cessationem generalem inductam ab eo, qui potest interdicere, nam eo casu existimat cōparari interdicto, & propterea contrauenientes fieri irregulares, fretus auctoritate D. Anton. in lib. de censur. & irregul. cap. 89. sed tu perlege, quæ superinde tractat Suarez disput. 39. sect. 1. nu. 10. vbi sequitur opinionē Toleti, in qua sectione vniuersam hanc materiam cessationis enarrat, & accuratè quidem, more solito.

115 Item cum in Monasterijs, siuè Domibus virorum, vel mulierum imminet animarum cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seù Locorum familia personæ, tàm Regulares, quàm sæculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita, iuxta Decretum Concilij Tridentini in cap. 11. sess. 25. de Regularib. alijsque in textibus, quos retuli num. 45. quod si alij Episcopi maiorem in pręsaid

dicta

dicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercerent, eorum iura præſeruat, eaque ſalua eſſe mandant poſtrema verba relati capit. 11. Immò iure adhùc communi actento, Monachi in Parochialibus Eccleſijs, quas tenent abſque Epiſcoporum conſilio Presbyteros collocare nequeunt; ſed Epiſcopi Parochiæ curam cum Abbatum conſenſu Sacerdoti committant, vt eiuſmodi Sacerdotes, de populi quidem cura Epiſcopis rationem reddant; Abbati verò pro rebus temporalibus ad Monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant, & ſic ſua cuique iura ſeruentur ex Vrbani II. Decreto in cap. ſanè 16. quæſt. 5. apertius autem ſancitur in eodem capite vndecimo Concilij, mandante in Eccleſijs Regularium, etiam ad nutum amouibiles, nè aliqui deputentur niſi de Epiſcopi conſenſu, ac præuio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto Monaſterio Cloniacenſi, cum ſuis limitibus, & exceptis etiam alijs Monaſterijs, ſeù locis, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum, ſedem ordinariam principalem habent, aut alijs Regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem, & Temporalem in Parochos, & Parochianos exercent; quod quippe illa ratione contingit, quod ſacri canones animarum curam in Epiſcopi iudicio, & poteſtate permanere voluerunt, & Calixti Papæ teſtimonium legimus in cap. nullus 16. quæſt. 7. Excipit itaque Concilium aliquos Regulares, eoſque tametſi curam exercentes, non ſubijci Epiſcopis, ab eiſque non viſitandos, neque caſtigandos in illius cura delinquentes oſtendit, idque ex eo canone deducit Rodericus in primo tomo quæſtion. Regular. q. 36. articul. 4.

116 Inſuper Regulares ipſi ſubſunt Epiſcopis locorum in omnibus, dùm incolunt Monaſterium aliquod illis ſubiectum, iuxta textum in cap. 1. §. in eos verſ. niſi forſan, de priuileg. in ſexto, confirmatum per Concilium Tridentinum in cap. 4. ſeſſ. 7. de reformat. & cap. 5. ſeſſ. 14. de reformat. dumtamen illuc iuerint animo permanendi, quia ſi cauſa viſitationis, vel recreationis, aut peregrinationis, & crimen inibi patrarent, aut contraherent, certè minimè ſubeſſent Epiſcopis, iuxta gloſ. in eodem §. verſ. reſederint, & fauet aliud ſimile de cadauere tumulando, ſi enim non facta electione ſepulturæ quis mortem obiret, quia ſepelliendus profectò eſſet in ea Eccleſia, in qua maiorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit; qua non exiſtente in Parochiali, dubitari contigit, eſſet ne id ipſum faciendum ſi in villa deceſſit, ad quam recreationis cauſa, vel vt ruralia exerceret, ſe tranſtulit, & diffiniuit Pontifex, non in Eccleſia dictæ villæ, ſed in qua maiores ſepulti fuerunt, vel in Parochiali, debere ſepelliri, in cap. is qui habet, de ſepultur. in ſexto.

117 Præterea exempti omnes tàm Clerici Regulares, quàm ſæculares, quicumque etiam Monachi ad publicas proceſſiones vocati accedere compelluntur, ijs tantum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt, iuxta Concilij Tridentini ſanctionem in capit. 13. ſeſſ. 25. de Regularibus, atque ita ſummota eſt antiqua illa Doctorum controuerſia in cap. nimis el ſecundo, de exceſſib. Prælator. & Felyn. in cap. dilectum num. 7. de offic. ordin. potuiſſet nè Epiſcopus vocare Regulares ad proceſſiones, & quando; & inſuper valuiſſet ne compellere renuentes, namque præfata Concilij diſpoſitione cauetur, licere illi non modo eos aſciſcere, ſed cogere non curantes accedere, præterquam ſi Monachi ſint, vel Regulares, qui verè vltra dimidium milliare, à Ciuitate diſtarent, quia tunc compellendi minime eſſent, vt Sacra Congregatio Concilij cenſuit, prout neque exempti, qui ſunt nullius Diœceſis, vel extra Ciuitatem in locis, in quibus habent plebem, quia cum illa plebe debent facere proceſſionem, iuxta alteram eiuſdem Concilij declarationem, relatam à Io. Franc. Leone in ſuo Theſauro fori eccleſiaſtici par. 1. cap. 8. num. 18.

118 Dicuntur autem proceſſiones á procedendo, & eundo; namque conuocato, & procedente Clero cum vexillis, crucibus, & cæreis, ac ſequente populo fiunt, vt nos inſtruit Petrus Gregorius Tholoſanus in libro primo partit. iuris canon. titul. 20. cap. 4. & propriori nomine ſupplicationes publicæ (eodem Petro Gregorio teſte) appellantur, quæ vel ſtatæ, vel impetratæ dicuntur, & ſtata ſupplicatio annua, dupliciter adhuc conſideratur, maior quippe, & minor, maior fit in feſto Sancti Marci, minor autem in triduo antecedente Aſcenſionem Domini, cuius orationes appellantur ab Eccleſia rogationes; impetratæ verò ſunt ſupplicationes illæ, quæ ratione occurrentis neceſſitatis ad placandum Deum indicuntur, ex Prælatorum iuſſu, & ad has ſupplicationes, ſiuè proceſſiones, non tamen ex leui cauſa indictas accedere tenentur exempti, ſi ab Epiſcopis vocati fuerint, cap. nimis graue, de exceſſibus Prælatorum, dumtamen illæ publicæ ſint, Calderin. conſ. 8. de Regularibus in fine, Gratian. deciſ. Marchiæ 383. nouiſſimeque apertiſſimis verbis ſanxit Tridentina Synodus in dicto capit. 13. Quare inueſtigandum eſſet, quæ publicæ ſint proceſſiones, vt illi obnoxij dicantur accedere ad illas? Epiſcopiſque vocantibus parere, & multa poſſem pro certa reſponſione in medium afferre, quæ pluribi congerunt Doctores, maximè Abbas in dicto capite nimis graue num. 3. Illa tamen præterire cogor, propterea quod Sacra Congregatio Concilij interpretata eſt, eas publicas dici proceſſiones, quæ pro bono publico indictæ ſunt, aut alias conſuetæ, & publicæ: concinunt exempla adducta per Cappellam Tholoſan. deciſ. 485. nouiſſimeque per Auctorem Praxis Epiſcopalis, verbo proceſſiones §. 1. part. 1. quo in loco proceſſiones fieri conſuetas in diebus Rogationum, eſſe huiuſmodi ſcribit, quaſque vbique terrarum fieri, & vniuerſalis probat Eccleſiæ vſus, & canon præcipit in capit. Rogationes, de conſecratione diſtinct. 3. verùm ad illas accedere Regulares cogi non poſſe eo in loco, in quo conſuetudine fruerentur non accedendi; declaratum vidi á Sacra Congregatione Rituum; eiuſmodi autem proceſſiones indicere nemo valet, niſi Ordinarius ſit, cum illas eſſe de iuribus Epiſcopalibus dicat Innocent. in cap. cum inter num. 2. de ſententia, & re iudicata; quin, & Regulares neque facere poſſint, abſque illius licentia, vſus probat, præterquam intus Eccleſiam, eiuſque, & Monaſterij ambitum, quod fuiſſe etiam non ſemel reſolutum, teſtatur

citatus Auctor Praxis Episcopalis dicto loco num. 4. quod verum esse non dubito, semperque obseruatum vidi explosa sententia Graffij conf. 20. de Regularibus, opinantis illis licere per triginta passus extra ambitum, per text. in cap. sicut antiquitus 17. quæst. 1. Etenim quod Ecclesia de iure, priuilegio potiatur immunitatis per triginta passus extra menia, non inducit, vt terminus illorum passuum sit iurisdictio illius Ecclesiæ, vel Monasterij, & consequenter Superioris illius; exemplum memoramus in Abbate Monasterij, cuius territorium dicitur tantum eius Monasterium, Zabarel. in clement. 2. num. 1. de statu monachorum, additioque Sapiæ ad Abb. in cap. ad Monasteria, de vita, & honestate clericorum.

119 In his processionibus pulsantur campanæ ad excitandam populi deuotionem, & solent gestari aliquæ Sanctorum reliquiæ, præter quàm in processione Corporis Christi, vt refert Emanuel Sà in lib. aphorism. verb. processio.

120 Controuersias quoque omnes de præcedentia inter Ecclesiasticas personas, tàm sæculares, quàm Regulares in processionibus publicis, aut ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus contingentes, Episcopus amota omni appellatione componit, ex eodem capit. 13. Concilij Tridentini session. 25. de Regularibus, & eiusmodi compositio breui manu summariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij debet expediri, iuxta declarationem Congregationis Concilij, perpendet tamen Episcopus cum vult componere antiquiorem fundationem, vt ij veluti iure potiores præferantur,

121 dumtamen Canonici Regulares præcedant Monachis etiam nigris, vt post longam discussionem, multosque processus superinde compilatos diffiniuit Pius Quartus, vt fidissimus nobis testis est Philippus Portius conf. 164. cum in supremo lib. 4. & Paulus Fuschus in suo opere de visitat. cap. 15. num. 66. licet Chassaneus in Cathalogo gloriæ mundi par. 4. considerat. 54. & 73. defendat Monachos nigros debere antecedere Regulares ipsos Canonicos, respectu verò Mendicantium Pius Quintus indulsit Fratribus Prædicatoribus, vt cæteros præcederent, etiam in locis, vt antiquiores habuerint Conuentus, vt in sua constitut. 69. Diuina disponente Clementia; quæ tamen, vt inibi asseritur in summario, reuocata videtur à Gregorio XIII. in sua constitut. 86. exordiente exposcit, dùm præcipit, vt inter Mendicantes antecedat, qui in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præcedentiæ extat, quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & alijs subterfugijs prorsus remotis, & cessantibus, ac postpositis, in processionibus tàm publicis, quàm priuatis, præcedere debeat; & in casu in quo non prohibetur, aut non constet de huiusmodi quasi possessione præcedentiæ, is qui antiquior in loco controuersiæ fuerit, præcedere debeat.

Et quoniam post dictam constitutionem aliæ complures ortæ fuerunt lites circa præcedentiam istam, ideò die 26. Augusti 1593. Sacra Congregatio Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præfecta, ad tollendas omnes lites, & controuersias, quæ inter Regulares plerumque solent oriri super eorum præcedentia in processionibus, cæterisque actibus tùm publicis, tùm priuatis, illud in futurum obseruandum censuit, quod in hac alma Vrbe omnium magistra seruatur, & die 30. Augusti eiusdem anni 1593. Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Alexandrinus retulit suprascriptam Congregationis sententiam Sanctissimo, eique placuisse, & iuxta eam in casibus occurrentibus semper rescribi, & si opportunum sibi videbitur generalem constitutionem desuper fieri mandasse, alia Gregorij XIII. quæ incipit, exposcit, alijsque contrarijs quibuscumque non obstantibus, quarum declarationum meminerunt, atque eas ad verbum referunt compendium Camaldulensium, & alterum priuilegiorum Mendicantium, & non Mendicantium à Confectio congestum fol. 318. in prima, & 188. in secunda impressione Florentiæ.

122 Quid modo seruandum sit cum Confraternitatibus, dùm inter eas contenditur de præcedentia, scribit Ioannes Guttierez in libr. 1. Caoonic. quæstion. cap. 35. at præfata constitut. Gregorij XIII. statuit, vt præferantur, quæ prius saccis vsæ sunt, sed cogi, nec ne valeant ab Episcopis accedere ad processiones, dubitatum pluries fuit, & semper declaratum à Congregatione Concilij, & diffinitum, eas posse inuitari, non autem compelli, vt vadant, quæ Congregatio ita præsertim rescripsit Episcopo Scalensi, sub his verbis: Reuerendissime Domine vti frater. Quamuis Thesaurarij, Magistri, & Confratres Confraternitatis Sanctæ Mariæ Annunciatæ conscientiæ suæ, ac pietati satisfecissent, si Amplitudini tuæ ad processionem vocanti morem gessissent, cum tamen ad eas accedere detestauerint, neque ab Amplitudine tua compelli, neque vllis propterea censuris distringi, atque innodari debuerunt, quod sæpius alias consulti responderunt Illustrissimi Patres Sacri Concilij Tridentini interpretes, itaque interdictum, hac de causa latum protinus tollas oportet, ac de cætero à similibus compulsionibus omninò abstineas; Deus Amplitudinem tuam incolumem seruet, Romæ die 6. Maij 1597.

Amplitudinis tuæ vti frater
Cardinalis Matthæus.

123 In reliquis verò laico Iudici, vel Episcopo subsint præfatæ Confraternitates, non est hic locus inquirere, propterea quod proprior est in tractatulo de priuileg. cleric. cap. 2. vbi hanc rem copiosè explico, & illuc lectorem remitto, si fata dabunt, vt in lucem prodire valeat.

124 Insuper Regulares omnes subijciuntur Episcopo quò ad renunciationes faciendas; quandoquidem nulla renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento in fauorem cuiuscumque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, constat ex dispositione Concil. Tridentin. in cap. 16. sess. 25. de Regularib. circa quam profectò renunciationem multa occurrunt, quæ hoc in loco prætereo, quia delibaui in cap. 2. huius rubr. vers. sed possit.

125 Nouitijs autem nolentibus profiteri, sed à Religione volentibus egredi, sunt restituenda omnia bona,

bona, quæ tempore ingreſſus detulerunt in Monaſterium; nec quid minimum ex eis retinere valent Religioſi, quod vt rectè fiat Epiſcopus etiam per cenſuras eccleſiaſticas, ſi opus fuerit compellere poterit Superiores Regulares, prout idem Concilium ſtatuit in eodem cap. 16. in finalibus verbis: Egrediendo autem recuperent omnia bona etiam feudalia, reiecta contradicente ſententia probat Tappia in repetit.auth.ingreſſi,in verb.ſua cap.14. nu.16. Caldas in l.ſi curatorem verſ.implorare in integr.reſtitũ nu.27. C.de in integr. reſtit. Thom. de Marin.in tractat.de feudis lib.1.tit.2. de feud.ex pact.& prouid.nu.139. & Bãbacar.inter præcipuos huius Ciuitatis Aduocatos non immeritò cooptandus,in cap.1.§.qui clericus num.53.& 60.ſi de feud. defunct. content. fuerit inter Domin. ſubiungens hanc opinionem æquiorem eſſe, atque in puncto iuris veriorem; quin contrariam perduram eſſe exiſtimat Capyc.deciſ.115.ſub nu.12.Carol.etiam de Graſſ.in tract.de effect.cleric.effect.4.poſtquam multorum meminerat authorum aduerſantium, in hanc propèdet,in quam ſtare veritatem adnectit ſub nu.25.Imo citati Bambacarij verbis,& rationibus in eod.§.qui clericus nu.61.ſuffultus ipſe Carolus aſſeuerat nu.29.nunquam illum perdidiſſe feudum infra annum Nouitiatus à Religione egredientem: quin & aliam ſuo marte ſubijcit, tu videto, hancque amplexare concluſionem.

126 Qui præterea Religioſis fœminis præponendus eſt, ab Epiſcopo loci examinari debet, cap.qui Re-

127 ligioſis 15.q.2. nè præſertim ſit valde iuuenis Alphonſ. Aluarez in ſuo Speculo Summ. Pontif. cap. 13. §. ſed non poteſt, nam damna complura, & mala prodeunt à iuuenibus gubernantibus, illaque recenſet Petr.Gregor.Tholoſ.lib.47. ſyntagm.iuris vniuerſi cap.9. num.17. Quamuis enim illorum prudentia, quandoque ſenum vincat peritiam,

128 eorum tamen exempla, veluti raro contingentia non ſunt ſequenda, vt idem Petr. Gregor. admonet in lib.17.cap.6.ſub nu.18.

129 Alius inſuper Regularis quicumque prætendens per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicens ante ætatem debitam profeſſionem emiſiſſe,aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacumque ex cauſa, aut cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non erit audiendus, niſi intra quinquennium tantum,á die profeſſionis, & tunc non aliter niſi cauſas quas prætenderit deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario, per Concil.Trident.in cap.19.ſeſſ.25.de Regularibus,quibus autem, quibuſque ex cauſis liceat profeſſionem impetere explicaui ſupra cap.11. hic tãtum ſubiungens,quod ſi antea ſponte dimiſerit habitum, nullatenus ad allegandum quancumque cauſam admittatur, ſed ad Monaſterium redire cogatur,& tanquam Apoſtata puniatur,ex eodem cap.19.Concilij Tridentini, atque ita videatur non amplius poſſe,etiam poſtquam reuerſus eſt ad Religionem,proponere ſua iura contra profeſſionem, ob clauſulam nullatenus in eo textu poſitam, per ea quæ latius congeſſi in rubric.8. de tit. ordinand. cap.5.ſub num.32.verſ.renunciatio autem facta, opitulaturque Fuſchus meus affinis in tract. de viſitat.lib.2.cap.15.nu.68.dũm ſatur,quod ſi ex ſe dimiſerit habitum, etiam ſtatibus cauſis, penitus non audietur, ſed potius, vt Apoſtata punietur per adductum caput Concilij; id tamen ſit nè verũm,aut quomodo explicetur,memini ediſſertaſſe in eodem cap.11.ſub nu.18.

130 Item Religioſi quoque omnes, etiam exempti conſtituti exequutores vltimarum voluntatum nequeunt iniunctum ſuſcipere munus,niſi proprij ſuperioris præcedat licentia, cap. Religioſus de teſtament. in ſexto, ſuſcepti tamen muneris prædicti rationem reddere compelluntur Ordinarijs locorum, à quibus erunt puniendi, ſi in eo munere eos deliquiſſe compererint, iuxta clemẽtinam vnicam de teſtament. Pauin. in tract.de offic.& poteſt.cap. ſede vacante par.1.princip.q.8.nu.5. & par.2. princip.q.7. num.6. vbi extendit ad capitulum ſede vacante,vt exigat rationes,& puniat illos,ſi deliquiſſe cognouerit,ſequiturque Iacob.Sbrott.in tract.de Vicario Epiſcopi lib.2.q.52.niſi tamen deputentur, qui Regulares ex Fratribus Minoribus ſint,quia omninò eis interdicitur exequutionis munus,iuxta clement. exiui de Paradiſo §. verum etiam, de verbor.ſignific. quamuis Prælatorum ſuorum accedat licentia Dec.conſ.499. in cauſa n.2.iuncta gloſa, Zabarell.& alijs in dicta clementina, non inquam exequutores immediatè eſſe poſſunt, ſed mediatè, cum ſcilicet alij conſtituuntur exequutores,qui habeant exercere, & exequi munus cum conſilio Fratrum Minorum, namque tenentur illi petere conſilium ab ipſis Religioſis, quamuis Ordinis Minorum,& hi præſtare eiuſmodi conſilium non prohibentur, Couar.in cap.tua nobis,nu.1. de teſtament. licet contradicat Zabarell.in adducto §. verum, vt inibi Ancharan.num.23. nam conſilium nunquam præſumitur de ſubſtantia actus, vt inquit Archidiacon.in cap.nullum 18. q.2. & Bald.in l.vltima §. neceſſitate C. de bonis, quæ liber. ſcilicet quò ad exequutionem, quò verò ad petitionem neceſſa-

131 rius iudicatur, quãdoquidem explicaturus actum cum conſilio alterius, tenetur illud petere, non tamen exequi,vt probat Menoch.de præſumpt.lib.6. præſumpt.34.nu.23.ita quod ſi non fuerit petitum, nullitati ſubiaceat actus ſine eo geſtus; tradit Bart. in l.1. §.ſi pluries, ſub num.2. ff. de exercit. action. Abb.in cap. ad Apoſtolicam in fine, de Regularib. & Felyn.in cap.ex parte,in princ.de cõſtitut. Quare videtur impermiſſum conſtituere aliquem exequutorem, cum conſilio Fratris Minoris, eo addito, vt teneatur illius conſilium exequi, vel vt exequatur ſecundum conſilium illius; etenim his caſibus non ſatis eſſet petere,ſed petitum exequi,vt Alberic.edocet in l.nulli C.de Epiſcop.& cleric.commendatque Syluest. in Summa verbo conſilium §. 4. aut alijs vteretur verbis,quibus conſtaret intelligendũm eſſe de conſilio,ſine quo non,id eſt de cõſilio neceſſario, ſiquidem concludit, ac rectè quidem Syluest. in verbo teſtamentum 2. verſ. ſeptimum poſt num. 2. præfatum conſulentem verè, & realiter eſſe executorem, licet miniſterio alterius, & propterea contradicit ſupradictæ clementinæ, eiuſque intentioni, eſſetque in fraudem ipſius, ob quod minimè licere Fratribus ordinis Minorum, fatetur,eiuſmodi Conſultoris officium gerere,tuetur que Molin.in tract. 2. de iuſtit.& iur.diſput.247. verſ.illud eſt obſeruandum, & adduci præterea rectè poſſunt Zabarell.& Ancharan.qui dũm in cita-

tis locis negatiuè firmant in simplici, & voluntario consilio, multo magis videntur negare in hoc casu necessarij consilij.

Reliqui verò Regulares, qui non sunt ex Minorum ordine, si licentia non præcedente exequutoris munus susciperent, vtique perperam facerent, & inualidum gererent actum, quem exequi auderent, Dec. conf. 494. quod supra nu. 14. & conf. 499. in causa nu. 9. Couar. in cap. tua nobis nu. 2. de testam. & dixi in rubrica de priuileg. cleric. cap. 1. vers. sed quomodo, quamuis contradicat Federic. de Senis conf. 203. factum tale est, propè finem, eumque sequitur Roman. conf. 409. quò ad primum, post nu. 6. & alij, quorum opinio attento numero Doctorum, apparet communis, vt indicatis in locis adiunxit Dec. qui tamen post nu. 15. adducti conf. 494. & nu. 12. citati conf. 499. non numerum Doctorum

132 attendendum esse, scripsit, sed resolutionem maioribus, & validioribus fulcitam rationibus: sit tamen expressa tantum adhibenda licētia, nego, propterea quòd valida censenda est, etiam tacita, vt executor Regularis suum ritè exerceat munus, per auctoritatem Syluestri indicato verbo testamentum 2. vers. tertium si Religiosus, post nu. 2. eique suffragantur, quæ scripsi in Allegationibus meis, & relatis cap. 7. à nu. 23. Neque illi aduersantur verba clementinæ vnicæ de testament. dicentis licere præfatis Regularibus exequutoris testamentorum officio fungi, si petita, & obtempta licentia fuerit, quasi petenda sit, & impetranda expressè; quandoquidem optima erit responsio, quod aliquid, vel explicitè, vel tacitè obtinetur, vt illic probat Syluestr. itaque nulla valida ratione communitur glosa in eadem clementina vnica, existimans tacitam licentiam haud sufficere.

133 Cùm igitur præfati, aut alij fuerunt constituti executores testamentarij, antequam munus istud suscipiant, cautionem præstare tenentur, si Bartol. credendum erit in conf. 137. sub nu. 3. lib. 1. per textum in §. si quis autem, vers. si verò nullus in auth. de hæred. & falcid. ac conclusionem ita constituit Amplissimus Cardinalis Tuschus in 3. volum. conclus. 543. liter. E, quod si dicto eiusdem Bart. standum erit in singul. 89. minister electus, & Petri de Rauenna singul. 10. incipiente, etiam minister electus, vtique oportebit fateri ipsos minimè teneri satisdare, cui resolutioni opitulatur Diui Pij decretum, quod ab eo, qui annua legata ad distribuēdum iussus, erat vetuit cautionem exigi in l. Diuus ff. si cui plus quam per leg. falcid. nisi dicamus vtrumque dictum subsistere, scilicet primum procedere in exequutoribus subingredientibus locum hæredum, & fideicommissariorum, de quibus loquitur adductus textus in §. si quis autem. Alterum verò dictum vendicare sibi locum in alijs exequutoribus, itaque exequutores quando subintrent locum hæredum, discutit copiosè Valascus decis. Lusitan. 68. quædam nobilis, & Tuschus conclus. 544. liter. E, volum. 3. quorum scripta poterit auidus Lector percurrere, quoniam multa notatu digna recensent, eos autem omnes teneri conficere inuentarium, probat glos. in l. nulli vers. debebit C. de episcop. & cleric. & illa fretus clarioribus asserit verbis Amanell. de claris aquis, singul. 6. incipiente glosa est: ita etiam teneri eos reddere rationem administrationis. ait Petr. Gerard. singul. 84. exequutor vltimæ voluntatis, & adstipulatur textus, vbi Doctores tradunt in l. hæres ff. de condit. ob causam, & interrogatus diebus preteritis, num prædicti exequutores iussi bona distribuere in pios vsus, valeant illa distribuere inter pauperes, respondi affirmatiue fretus Bald. Nouelli solummodo doctrina in tract. de dote par. 5. num. 10. nunc addo Sebastian. Medic. nouiter inuentum in tract. de sepultur. part. 2. q. 5. nu. 4. & Io. Petr. Surdum in decis. 255. ea, nu. 10. Ipsi autem si expressè fuerunt constituti ad erogandum pauperibus, non vtique poterunt sibi ipsi adscribere, & appropriare, nisi in euidenti essent necessitate, vt inquiunt Felyn. in cap. irrefragabili §. cæterum num. 9. de offic. ordin. Henrich. in tract. de Synodo Episcopi conclus. 13. nu. 126. & Menoch. conf. 296. cum interrogatus sim nu. 21. vol. 3.

Cætera verò omnia de exequutoribus testamentarijs præterire hoc in loco duxi, eo quod congerunt Couarru. indicato cap. tua nobis, Roman. consil. 228. pro plena num. 6. & conf. 69. viso quæstionis themate nu. 4. Illustrissimus Cardinalis Tuscus in 3. vol. suarum conclusionum á concl. 537. liter. E, & alij multi, quos citat Valasc. adducta decis. 68. nu. 9. fusissimeq; explanat Mazziengus in lib. 5. recopil. tit. 4. l. 14. glos. 1. illudq; præsertim, quod Episcopus sit executor testamentorum scribit nu. 46. immò & cap. sede vacāte nu. 47. atque Couar. in cap. Ioannes nu. 2. de testam. aliosq; mille congerit citatus Mazziengus, subdens nù. 48. si testator prohibere valeat, nè Episcopus sit executor.

134 Sed Regulares volētes quæritare per Ciuitatem, núm illius subsint Episcopo, ita quod nequeant sine eius licentia eleemosynas petere, vel potius nulla eiusdem Antistitis præcedente licentia exequi valeant? & quò ad Fratres ipsos Minores clara videtur responsio per Constitutionē Leonis X. mentionatam in Compendio mendicantium; verbo eleemosynæ num. 13. qua præcipitur Ordinarijs locorum, ne illos volentes sine eorum licentia mendicare, prohibeant, ex qua videtur id ipsum concludendum in gratiam aliorum Regularium: verùm quia ipsi Religiosi plerumque simulant se pauperes, cum verè non ita sint, & quandoque ob paucitatem Religiosorum in Conuentu existentium plures quam deceret, & necesse esset constituunt quæritantes, ita quod persæpè à verè indigentibus subtraherentur eleemosynæ, quæ sibi à fidelibus exhiberentur, & debeant Præsules pro eorum posse pauperum succurrere necessitatibus, iuxta text. in cap. 1. distinct. 82. ideoque licet Episcopis inquirere, nec nè aliqua eiusmodi fraude vtantur, & propterea mandare ne quis Religiosus audeat per eius Ciuitatem, & Diœcesim petere eleemosynam, nisi prius ab ipso impetrauerit licentiam, atque ita passim, & quotidiè fieri in hac Ciuitate Neapolis mihi certum est, intantum quod dùm reclamarunt Regulares ad Romanam Curiam fuerunt reiecti, & rescriptum Vicario Neapolitano ipsum rectè facere, dummodo non nimis rigidè, sed cum benignitate se in his gereret, & constito sibi de necessitate, & eiusdem indigentiæ qualitate, & non vltra, quia grauiter delinquerent, si præter necessitatem mendicarent, eo quod panem verè indigentibus auferrent cap. 2. q. 1. & Ripa in tract. de pest. remed. præ-

seru.

ſeru. num. 169. quinimmo veniant pœna falſi puniendi, exiſtimat Lapus allegat. 18. exordiente, qua pęna, ſuper qua multa addit Mandoſ. De quæſtoribus autem hic loqui non intendo, propterea quod Trident. Concil. multa prodit in cap. 9. ſeſſ. 21. de reformat. & alia Fuſchus omninò videndus in tractat. de viſitat. lib. 1. cap. 30. á nu. 34.

135 Alius nobis ſe offert caſus à iure communi proficiſcens, abſoluendi ſcilicet Regulares percuſſores clericorum, iuxta terminos cap. Religioſo, de ſentent. excommun. in ſexto; cuius cognitio difficulter haberi poterit, niſi multa ad hanc materiam ſpectantia in legentium memoriam veniant, reminiſcor ideò quod Regularis ſi manus violentas, ſuadenteque diabolo iniecerit in alterum Regularem, conſequi à proprio Superiore abſolutionem non prohibetur, idque affirmant vnanimes Doctores ſuffulti verbis complurium canonum inferius citandorum, diſſentiunt tamen in ea parte, ſi ab excommunicatione, qua innodatus eſſet ob quamcumque percuſſionem, vel ob aliquam dumtaxat: etenim plures ſentierunt ſubſiſtere præfatam conclusionem indiſtinctè, ac generatim; puta in excommunicatione proueniente ex quauis offenſione per text. in cap. Monachi, de ſentent. excommunic. vtentem illis verbis: Quocumque modo ſe ſe clauſtro percuſſerint; atque ideò comprehendentem omne genus læſionis, enormem ſcilicet, mediocrem, & leuem: nam hæc eſt vis illius particulæ, quocumque modo. Horum ſententiam nullatenus admittimus, cum verior ſit aliorum concluſio ne obtinere audeat, & queat, vbicumque enormis eſt percuſſio, quam tradunt gloſ. 1. in eodem cap. Monachi, alijque Doctores inibi, & Suarez de cenſur. diſputat. 22. ſect. 1. ſub num. 73. per aperta verba cap. cum illorum §. nos tamen, eiuſdem tituli, de ſentent. excomm. Nihil in contrarium reluctante diſpoſitione mentionati cap. Monachi, quia adductus poſterior textus in dicto cap. cum illorum, licet ſit ampliatiuus reſpectu clauſtralium, qui antequam Religionis habitum aſſumpſiſſent, excommunicationis labem incurrerunt, vt poſſent abſolutionis beneficium adipiſci à proprijs Superioribus, quemadmodum & Alexand. III. in ipſo capit. Monachi permiſerat excommunicatis ob dictam cauſam poſt receptum habitum Regularem; hoc enim præſeferunt verba illa Monachi, & Canonici regulares, ſi ſe in clauſtro percuſſerint: tamen eſt reſtrictiuus reſpectu vtriuſque generis Religioſorum, in eo tantum caſu, vbi non iudicatur enormis percuſſio. Accedit quod ipſammet Alexand. III. legem ad verbum recenſet Honorius III. in cap. canonica, eodem illo titulo, eique addit eandem ab Innocentio III. in eodem cap. cum illorum, poſitam reſtrictionem, niſi exceſſus difficilis fuerit, & enormis, propter quem merito ad Eccleſiam Romanam ſit recurſus habendus, quando & priuilegio gaudent, non ſolum quia eorum Superior abſoluit, qui alioquin nequiret, ſi priuilegium abeſſet, at prætcrea, quia & reliqui percutientes Eccleſiaſticas perſonas, non niſi in caſu leuis offenſionis abſolucrentur ab Epiſcopo, ex priuilegio conceſſo in cap. peruenit, de ſentent. excommunic. & in certis caſibus à mediocri, atque etiam enormi, vt ea omnia probat Sayr. in theſaur. caſuum conſcientię lib. 3 cap. 28. ſub nu. 4. & nu. 31. atque nu. 34. ipſi verò Regulares non tantum ſi leuis, ſed mediocris ſit percuſſio ex adductis excludētibus damtaxat enormem: quin & in enormi quoque poterunt á prædictis Superioribus abſolui illis in caſibus, in quibus clerici, & alij omnes ab eorum Præſulibus poſſent. His tamen temporibus potiri omnes Religiones auctoritate eiſdem Superioribus conceſſa, abſoluēdi Religioſos ſubditos, etiam ob percuſſionem enormem, atteſtatur citatus Sayr. eodem cap. 28. propè num. 13. cuius aſſertio vtrum ne ſubſiſtat à facto pendet, atque ex lectura priuilegiorum, ſi ea exiſtant; quibus ceſſantibus obſeruanda eſſent, quę hactenus recenſuimus: excipientes percuſſionem grauem, & nunc ſubijcimus alios caſus, in quibus eſt etiam vetitum concedi illis abſolutionem ab eorum Superioribus: eorumque primus ſit, vbi Epiſcopum læderent. Alter verò ſi Abbatem, quia á ſummo tantum Pontifice conſequerentur abſolutionis beneficium, cap. cum illorum, de ſentent. excommun. ac propterea is etiam, qui Priorem, iuxta gloſ. in eodem cap. cum illorum, verſ. Abbatem, dummodo offendentis ſit proprius Superior, Suarez de cenſur. diſputat. 22. ſect. 1. ſub nu. 90. Quod ſi Regularem extra clauſtra percuteret, ab eodem nihilominus Superiori Regulari iuſtè impetraret, Roderic. in quæſt. regul. q. 20. artic. 12. tom. 1. non reluctante adducto cap. Monachi, vtente verbis illis, ſi in clauſtro ſe percuſſerint; quaſi voluerit inſinuare contrarium ſi extra, quandoquidem Papa in eo textu perſpiciens ea, quę frequentius accidunt exemplificauerit in Regularibus ad inuicem ſe percutientibus intra clauſtrum, in quo id crebrius accidit, vt ſuper eodem cap. ſcripſit Abb. nu. . nam ſi clauſtrum maiori quadam obſeruantia cuſtoditur, & tamen cum in eo patratur huiuſmodi exceſſus, datur facultas abſoluendi illius Superiori; itidem & multo magis ſi extra, vt inquit citatus Suarez eadem ſect. 1. nu. 76. ſi tamen Regularem alterius ordinis offenderet, tùm à ſuo, tùm ab illius Superiore deberet conſequi abſolutionem, ex eodem cap. cum illorum §. ſi veró, atque ex his, quæ mox ſubijciam, idque etiam ſi alterius Monaſterij eiuſdem ordinis, niſi Superior eſſet vtriuſque Monaſterij, qualis eſt Prouincialis, aut alter ſimilis, aut maior, Suarez eadem ſect. 1. num. 75. Quin & ſi clericum ſæcularem á ſede tantum Apoſtolica §. quod ſi clericum eiuſdem capitis, præter quam in caſibus de iure conceſſis Epiſcopis abſoluendi clericum percuſſorem alterius clerici, nam in his Pręſul concederet cap. Religioſo, de ſentent. excommun. in ſexto, quorum quippe canonum (ſcilicet cum illorum, & Religioſo) decreta ceſſare hodie in Religione Cappuccinorum, vigore priuilegiorum, quæ habet concedentia facultatem proprijs Superioribus eiuſdem Religionis abſoluendi, atteſtatur Sorbus in annotat. ad compendium mendicantium verbo abſolutio ordinaria, quò ad Fratres, ſuper §. 8. in verſ. quo ad diſpoſitionem, addit poſtmodum in verſ. vnde excludendo in fine, & ait, quo ad perſonas religioſas, non ſolùm ex priuilegio, ſed etiam de iure communi ſpectare ius abſoluendi ad eorum Superiores; fulcitur eiſdem capitibus ſupra memoratis, nempé cap. Monachi, & cap. cum illorum. At nos veritate abhorrere eius dictum opinamur, non

quidem

quidem in ea parte, in qua de priuilegijs fatur; nam si illa adsint remittimus veritati, eorumque tenoribus; verùm in altera id ipsum procedere affirmante de iure communi in adductis capitibus; quandoquidem cap. Monachi, non militare semper, & generatim ostendimus in præcedentibus, ac præsertim, vbi enormis fuerit percussio, alijsque in casibus illic recensitis, quod aliorum fretus auctoritatibus, defendit citatus Suarez nu. 72. & 73. adductum verò cap. cum illorum, apertis verbis docet verùm esse si alterum Regularem percusserit eiusdem Monasterij, & ordinis; quod si alterius, non ipsius tantum Superioris sufficere, sed illius quoque Superioris concurrere debere absolutionem, eius nempè, qui offensus est Prælatus; loquitur enim coniunctim, cum sui, & illius Superioris requirit absolutionem, & admonet Auil. de censur. par. 2. cap. 7. disputat. 1. dub. 6. in fin. quod si clericum, iam probauimus à sede Apostolica præstandam, quibusdam tamen exceptis casibus, in quibus, & Antistiti liceret impartiri absolutionem ipsam; puta in illis octo recensitis, per Diuum Thomam q. 24. art. 1. & Auil. de censur. par. 2. disputat. 1. dub. 6. vers. non nulli disputant; itaq; præfati canones, non probant Sorbi intentionem, vel saltem, eam sic generatim concludentem improbant.

136 Cùm verò clericus sæcularis, aut alter quiuis laicus manus iam dictas injiceret in Religiosum, vtrum possit consequi beneficium absolutionis à Superiore Regulari eiusdem percussi, audiui fuisse hoc anno 1616. controuersum in contingentia facti, præfatamque absolutionem obtinuisse à quodam Prouinciali cuiusdam Religionis Sancti Fràcisci, illumque propterea vigore dictæ absolutionis comparuisse coram Episcopo Triuicano, cui suberat, tùm ratione natiuitatis, tùm domicilij, & delicti; petijsseque amouendos esse cedulones contra ipsos ob dictam causam inibi affixos; super qua re consultus ipse, respondi: quod si iam dictus Prouincialis innixus aliquo priuilegio absoluit, eo producto coram ipso Præsule, ab eoque viso, quod præfatam elargitur facultatem, tanquam iuste absoluto, assentiat petenti amotionem cedulonum, cum alioquin non nisi à summo Præsule, vel ab eodem Episcopo in certis illis, atque in supra additatis casibus: nam & complures canones perlegi, multosque Doctores de hac re fuse tractantes, neque vllum inueniri potui, qui insinuaret hanc illos de iure haberc potestatem, aut saltem vigore priuilegiorum; & tamen multorum scripta perlegi de priuilegijs Regularium (etiam in hac specie percussionis) tractantia: quinimmò aliquas perscrutatus sum rationes eiusmodi excommunicato refragantes. Quarum prima est illa, qua vtuntur supremi Pontifices in cap. cum illorum §. nos autem, de sentent. excommun. & cap. Religioso, eodem titulo in sexto, ob quam eisdem Superioribus Regularibus impertiuntur facultatem absoluendi suos subditos percussores, vt illis occasio euagandi tollatur, quæ cessat in alijs non Regularibus; imò dùm expressè concedunt absolutionem Regularium, implicitè negant, aliorum non Regularium. Altera, itidem efficax videtur illa, quæ desumitur ex textu in cap. peruenit, de sentent. excommun. concedente potestatem Episcopis absoluendi leuiter percutientes clericos, nempè sæculares, & regulares, cap. duo sūt genera 12. q. 1. latiusque alibi probaui: quod hæc fuerit Clement. III. voluntas in ipso cap. peruenit; ex eo potissimùm deducitur, quod alioquin si offendentes Regulares excipere voluisset, non clericorum simpliciter meminisset, sed exemplo Bonifacij VIII. in cap. Religioso, de sentent. excommun. in sexto, addidisset particulam illam, sæcularium; nam inibi intendens Papa excludere percutientes Regulares, dixit, quia manus violentas in clericum sæcularem iniecit; Nouerat enim, quod si de clericis loquutus simpliciter esset, tam sæculares, quàm Regulares complexus esset, ex propria virtute illius nominis clericus; non obstat originarius canon in hac materia, scilicet cap. si quis suadente 17. q. 4. in quo Innocent. II. excommunicationem promulgat in eos, qui in clericos, vel monachos violentas manus miccerint, ac sibi eorum absolutionem reseruat, quandoquidem ad maiorem declarationem addidit: Eccine exempla multa habemus, quippe titulum de cleric. excommun. ministrantib. de cleric. non ordinat. ministrant. & consimiles, & tamen quis erit tam rationis expers, vt in illis non loqui de Regularibus asseuerare velit? Isthæc non opus erat adiungere ob rem sua natura euidentem, ob quam & doctissimi viri dedignati sunt ad hunc specificum casum deflectere; ipse autem ad instructionem saltem Tironum adiunxi, vt amico satisfacerem, & quia non ignoro omnia dubia eo minus clara, quo plus clara: postea tamen reperi decisum ita fuisse in Congregat. Archiepisc. Neapol. apud Riccium in praxi cap. 465.

137 In causis verò hæresis Regulares omnes, etiam exemptos subiacere Episcopi iudicio non dubitatur, & decernitur in cap. ad abolendam §. fin. de hæretic. & cap. vt officij §. denique de hæretic. in sexto, qui quidem textus, quamuis dirigatur Inquisitoribus, non propterea credendum est contrarium in Episcopis, tùm ex textu in præfato §. fin. expressè id concedente Episcopis, tùm ex verbis in hac specie traditis à Pegna ad Directorium Inquisitorum par. 3. q. 28. comment. 78. vers. iustissimè verò, dùm ait, iustissimè verò, atque rectissimè huius causæ cognitio contra quoscumque à cæteris abdicata, & ad solos Inquisitores, siue delegatos, siue ordinarios delata; ex quibus verbis apparet præ cæteris exemptorum causas huiusmodi ad Episcopos pertine-

138 re, nec non, quod Episcopi dicuntur ordinarij Inquisitores, alij verò Delegati, siquidem Episcopi, vltra quod sunt Episcopi, habent modo titulum Inquisitorum, imò sunt Inquisitores hæreticæ prauitatis, vt inquit Roderiqu. in quæstion. regular. q. 20. artic. 10. vers. hoc tamen volum. 1. quapropter textus de Inquisitoribus verba facientes complectuntur vtrosque, tametsi priuilegia, quandoque non ita, nisi in locis, in quibus nusquam fuerunt delegati Inquisitores, vel delegati, sed mortui, nec alij suffecti, iuxta notata per Pegnam in eadem part. 3. comment. 105. vers. num autem, cum seq. Imò textus est insignis in cap. per hoc, de hæretic. in sexto, qui constitutionem inquisitorum, non esse priuatiuè ab Ordinarijs intelligendam explicat: Etenim negotium hæreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apostolica sede generaliter in aliqua Prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi, delegatum si fuerit Diœcesanis

nis Epiſcopis, quin & ipſi auctoritate ordinaria, vel delegata (ſi habent) valeant in eodem procedere non intelligatur derogatum, diſponit; cui non vtique aduerſatur text. in cap. ſane el ſecundo, de offic. delegat. Illi enim optimè reſpondet Fr. Vmbert. Locatus in ſuo opere iudiciali inquiſitorum, verbo Inquiſitor, verſ. & ita etiam temperate procedens, circa medium, vt ſcilicet loquatur ſimpliciter, & delegatum in cauſa delegata eſſe maiorem Ordinario, non autem priuatiuè ab Ordinario, ſed ambo procedere poſſint, iuxta textum in dicto cap. per hoc; ac demùm reſolutio à me conſtituta nu. 137. comprobatur aſſertione illa Pegnæ, Rotæ Romanæ Decani, quod Regulares hodie non iudicant ſuos ſubditos in cauſa hæreſis in adducto ſuo Commentario 77. ad Eymericum, verſ. tametſi, hiſque noſtris temporibus omnis cernitur remota difficultas, nam id ſanxit expreſſa ſuperinde conſtitut. 26. Sanctiſſimi Pauli Papæ Quinti de anno 1606. Kalend. Septembris, cuius verba ſubijcio.

Romanus Pontifex ea interdum, quæ à prædeceſſoribus ſuis temporum, & rerum qualitate id tunc expoſcente prouidè pro hæreſum extirpatione ſancita ſunt, nouis emergentibus rationibus reuocat, & immutat, aliaque deſuper diſponit, & ordinat, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire; dudum ſiquidem felic. record. Pius Papa IV. prædeceſſor noſter, ſua perpetua valitura conſtitutione ſtatuit, ordinauit, & declarauit, quod ex tunc deinceps in omnibus chriſtiani Orbis partibus, Inquiſitores hæreticæ prauitatis, tám generales, quám in quibuſuis Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & locis pro tempore deputati particulares contra omnes quorumcumque ordinum, etiam exemptorum, etiam Mendicantium profeſſores, & Religioſos, ac etiam alios quoſcumque quouis modo priuilegiatos, & exemptos de hæreſis crimine, quomodolibet ſuſpectos, aut culpabiles; dummodò ab eorumdem profeſſorum, & Religioſorum Superioribus, vel Prælatis in cauſis huiuſmodi præuenti non fuiſſent, iuxta facultates officij Inquiſitionis ipſius prauitatis inquirere, & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos ſecundum canonicas ſanctiones caſtigare, atque punire poſſent, & valerent, ac alias, prout in literis ipſius Pij prædeceſſoris latius continetur. Cùm autem rerum vſu compertum ſit, occaſione præuentionum huiuſmodi nonnulla interdum impedimenta orta eſſe, quominus cauſæ huiuſmodi ea, qua decet diligentia cognoſcantur. Nos de conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, contra hæreticam prauitatem generalium Inquiſitorum illa de medio tollere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac matura deliberatione, hac noſtra etiam perpetuò valitura conſtitutione, omnia, & quæcumque priuilegia, indulta, facultates, & conceſſiones, generalibus, ſuperioribus, & Prælatis quorumcumque Ordinum, ſiuè Mendicantium, ſiuè Clericorum Regularium cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, etiam in dicta conſtitutione non expreſſorum, & quantumuis exemptorum, & quocumque nomine nuncupentur per dictum Pium, ac quoſcumque Romanos Pótifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam conceſſa, approbata, & innouata, & quantumuis etiam longiſſimo tempore obſeruata, cauſas ad dictum officium quouis modo ſpectantes cognoſcendi, & terminandi, ſeù in illis quoquomodo ſe intromittendi, quorum omnium, & ſingulorum tenores, etiam ſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio habenda eſſet, præſentibus pro plenè, & ſufficienter inſertis, & expreſſis habentes, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò caſſamus, reuocamus, & aboleмus, ipſiſque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, vt de cætero quouis quæſito colore, vel prætextu præuentionis, vel conſuetudinis, & præſcriptionis immemorabilis, ſeù cognoſcendi, an delationes huiuſmodi calumnioſæ ſint, nec ne, in eiſdem cauſis, tám motis, quàm mouendis, quoquomodo ſe intromittere, ſeu immiſcere, denunciationes recipere, teſtes examinare, proceſſus conficere, cauſas ipſas cognoſcere, definire, vel terminare, minimè audeant, ſeu præſumant; ſimili auctoritate diſtrictius inhibemus, volentes, & expreſsè mandantes, vt ipſi Religioſi poſſint, & debeant omnes, etiam ordinum huiuſmodi profeſſores, de hæreſi ſuſpectos Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus liberè denũciare, abſque eo, quod Superiores prædicti, perſonas denunciandas, & cauſas perquirere, vel quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, ſeù præſumant. Inſuper omnes, & quaſcumque cauſas ad dictum officium quomodolibet ſpectantes, & pertinentes coram Generalibus Superioribus, & Prælatis huiuſmodi in quibuſcumque locis exiſtentibus, ac contra quoſcunque Religioſos, vt præfertur exemptos, motas, & pendentes ad nos harum ſerie auocamus, eaſque omnes in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, ipſius prauitatis Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum viciniotibus, terminandas committimus. Præterea ipſis generalibus Superioribus, & Prælatis pari auctoritate præcipimus, atque mandamus, vt omnes proceſſus, & acta cauſarum huiuſmodi, Inquiſitoribus, ſeu Ordinarijs prædictis reſpectiuè remittant, & conſignent, necnon profeſſores Fratres, & Religioſos ſupradictos, quos hæreſis labe infectos, vel ſuſpectos, etiam in viſitationibus eſſe nouerint abſque alia conſultatione, cùm proprijs Superioribus faciendis, eiſdem Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus, reſpectiuè denuntient, quod ſi Generales, alijq; prædicti præſentibus literis non paruerint, eos omnes priuationis quarumcumque dignitatum, ſeù prælaturarum, vel officiorum ſuorum ordinum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad eaſdem, nec non contra fautores hæreticorum, & impeditores officij ſtatutas, & inflictas pœnas, aliaſque cenſuras Eccleſiaſticas, etiam excommunicationis maioris latæ ſententiæ, à qua non niſi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præter quam in mortis articulo abſolutionis beneficium valeant obtinere eò ipſo incurriſſe, nec non præſentes literas licet generales Superiores, & Prælati prædicti, aut quicumque alij quauis auctoritate, dignitate, vel officio, ſeu honore fulgentes in premiſſis quomodolibet intereſſe habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati non fuerint, ſemper & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri,

&

& obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fulgentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus, nō obstante prædicta, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non ordinum, & institutorum, quorumcumque iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatis eisdem ordinibus, eorumque generalibus Superioribus, & Prælatis, ac personis etiam per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac sedem prædictam, & per nos quouis modo concessis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus ac alijs omnibus, quæ præsentibus quomodolibet obstare possent, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores pro plenè, & sufficienter præsentibus expressis, & totaliter insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæteris quibuscunque contrarijs, vt autem, &c.

139 Quin & contra eosdem Regulares transgressores constitut. Sixti IV. in extrauagant. comm. 2. de reliqu. & venerat. Sanctor. alteriusque 114. Pij V. de Conceptione loquentium procedere posse Episcopos, & Inquisitores, sanxit nouissime sanctissimus, ac zelotypus Pontifex noster Paulus Papa V. in sua constitut. 97. superinde edita, cuius verba à §. 5. cum tribus subsequentibus pro maiori legentium commodo, censui hoc in loco adnectere, eaq; sunt.

§. 5. Verùm licet hæc prouidè statuta sint, nihilominus sicut accepimus, nonnulli in diuersis christiani Orbis partibus, interminatis quæstionibus, nimis intenti dissentionum huiusmodi iampridem Ecclesiæ disciplinæ, vigore recisa germina coalescere procurant, indeque contentiones, & rixæ, non sine Dei offensa, & scandalo plurimorum exhortæ sunt, & grauiores in dies ne exoriantur periculum est, nisi à nobis opportunè prouideatur.

§. 6. Quamobrem motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, constitutionum Sixti, & Pij, prædecessorum huiusmodi, veriores tenores, præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, easdem constitutiones Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & etiam quò ad earum pœnas quascumque etiam absolutionis reseruationem innouamus; & inuiolabiliter ab omnibus etiam Regularibus cuiuscumque ordinis, & instituti, & alijs quibuscumque tàm Ecclesiasticis, quàm sæcularibus personis cuiusuis status, gradus, ordinis, conditionis, aut dignitatis, tám Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, etiam si specialis specifica, & indiuidua earum esset necessaria facienda mentio, obseruari præcipimus, & mandamus, donec à Romana Apostolica sede huiusmodi controuersia fuerit diffinita.

§. 7. Ac præterea si quis quouis modo contrauenerit preter supradictarum constitutionum pœnas respectiuè ipso facto incurrendas, etiam concionandi publicè legenti, seú docendi, & interpretandi facultate, ac voce actiua, & passiua in quibuscumque electionibus, eò ipso absque alia declaratione priuatus existat, necnon ad concionandi, & publicè legendi, docendi, & interpretandi perpetuæ inhabilitatis pœnas similiter ipso facto incurrat, absque alia declaratione, à quibus non nisi á nobis ipsis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus pariter absolui, seú super his dispensari possit, & nihilominus alijs pœnis nostro, & eorumdem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis subijciatur, prout eum subijcimus per præsentes.

§. 8. Et contra huiusmodi transgressores, etiam Regulares cuiusuis ordinis, & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas cuiuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, vt præfertur tàm Episcopi, & Prelati superiores, alijque Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis, vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos seuerè animaduertant: Nos enim ijs, & eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coercendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem, ijsdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, vt præfertur procedere, inquirere, & punire præcipimus, & mandamus.

Post veró sanctionem istam manauit decretum à generali Congregatione sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram eodem S. D. N. Paulo Diuina prouidentia Papa Quinto, feria quinta, die 31. Augusti 1617. & publicatum, affixumque 12. sequentis mensis Septembris, cuius tenor sequitur.

140 Sanctissimus D.N. post longam, & maturam discussionem auditis votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè, ac diligenter perpensa prouide considerans, quod quamuis in Constitutione felic. record. Sixti IV. super conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ, pro submouendis inter christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia constitutione sanctæ memoriæ Pij V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innouauit, cum quibusdam prouisionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obseruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dùm tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur; nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus,

&

& actibus publicis, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo chriſtiano cum magna Dei offenſa, ſcandala, iurgia, & diſſenſiones. Propterea volens huiuſmodi ſcandalis, ex debito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præſentis Decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & ſingulis cuiuſuis ordinis, & inſtituti Regularibus, & alijs quibuſcumque tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus perſonis cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, etiam ſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſario mentio facienda, vt in poſterum donec articulus huiuſmodi à ſancta ſede Apoſtolica fuerit diſſinitus, vel per Sanctitatem ſuam, & ſedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrafacientes autem eadem Sanctitas ſua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum, & ſua ipſo facto incurrendis. Per huiuſmodi tamen prouiſionem Sanctitas ſua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperitur, præterquam quò ad ſupra diſpoſita. Vlterius ſub eiſdem cenſuris, & pœnis mandans, quod negatiuam opinionem videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato originali in prædictis publicis actibus aſſerentes aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeù tractent. Inſuper voluit, & expreſsè mandauit, vt extra hos caſus expreſſos publicorum actuum, in reliquis omnibus ſupradictæ conſtitutiones firmæ, & illeſæ remaneant, & exactè obſeruentur perinde ac ſi præſens Decretum non emanaſſet. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus. Volens & decernens pro obſeruatione, & exequutione præſentis Decreti, & Inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque Eccleſiaſticas, & ſeculares perſonas cuiuſcumque ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, tàm Epiſcopi, & Prælati ſuperiores, alijque Ordinarij locorum, quàm hæreticę prauitatis, vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & in eos ſeuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi. Voluit demùm ne premiſſorum ignorantia á quoquam pretendi poſſit, quod præſens Decretum, ſeù illius exempla ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant, perinde ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent, quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ.

Quamuis autem multa de hæreſi, atque hæreticis coaceruauerim, & quidem iure communi innixus in cap. 26. nunc alia pauca, potiſſimùm Summorum Pontificum conſtitutionibus fretus, adijcere non tedebit.

141 Ac primùm conſtitutio extat 19. Pauli IV. in Bullario nouiſſimè impreſſo, & 42. in antiquo, confirmans, ac renouans omnes pœnas in hæreticos, & ſchiſmaticos antea latas, quin & aduerſus conſtitutos in dignitate quacumque, tùm Eccleſiaſtica, tùm temporali alias adijcit, priuationis præſertim, & ipſo iure incurrendæ dignitatis, quam obtinet, inhabilitatiſque ad eam, & alias obtinendas, renouata per alteram 22. Pij V. §. 3. in nouo, & 27. in antiquo.

142 Item quod ſententiæ omnes, etiam ex capite aſſertæ innocentiæ abſolutoriæ, vel etiam præcedente canonica purgatione, ſub quacumque verborum forma declaratoriæ ſententiæ, etiam diffinitiuę, & decreta in eorumdem reorum Inquiſitorum, & delatorum fauorem, per quoſcumque Iudices ordinarios, ſiue delegatos, ac etiam Romanos Pontifices latæ, ac lata, aut in futurum ferendæ, aut ferenda, nunquam faciant, aut facere poſſint tranſitum in rem iudicatam, vt declarauit Pius V. prædicta ſua conſtitut. 22. §. 1. & iure etiam communi attento ſubſiſtere arbitratur Ioan. à Rojas in tract. de hæret. par. 2. aſſert. 49. nu. 384. & poſt alios Farinac. q. 185. à nu. 197.

143 Tertium eſt, beneficia ob crimen hęreſis vacantia collationi ſupremi tantum Pontificis fuiſſe reſeruata in conſtitut. eiuſdem Pij V. §. 1. in vtroque bullario 29. quæ præterea in §. 2. declarat omnes, & quaſcumque impetrationes de beneficijs quomodocumque qualificatis, certo modo faciendas, & obtinendas, beneficia huiuſmodi propter hæreſim vacantia, & in futurum vacatura non comprehendere, niſi ſpecialiter, & diſpoſitiuè vacationis modus propter crimen hæreſis expreſſus fuerit; & illum nullo modo ſub quibuſuis clauſulis, & decretis comprehendi, quantumcumque generalibus in quibuſuis gratijs, & conceſſionibus per Romanos Pontifices faciendas, etiam per fiat ſignatis, & conceſſis; quin & beneficia illi collata ſi fuerint, irritat prouiſionem Gregor. XIII. eorumque collationem etiam reſeruat Romano Pontifici faciendam, expreſſo tantum dicto modo vacationis, non conditionaliter, aut per æquipollens, ſed diffinitè nominatim, ac diſpoſitiuè, & aliter factam omninò inualidam pronunciat in ſua conſtit. 66. in nouo, & 68. in vetuſto bullario.

144 Compilato verò proceſſu caueant Epiſcopi, ſiuè Inquiſitores, ne ad expeditionem, quinimmo ad torturam properent, niſi prius conſuluerint ampliſſimos Patres Inquiſitionis Vrbis, & ab ipſis receperint reſponſum, vt admonet Nauar. conſ. 1. nu. 3. de hæret. idque licet in cauſis grauibus obſeruandum exiſtimauerit Pegna in comment. 127. ad Eymeric. par. 3. q. 78. & Simanch. de catthol. inſtitut. tit. 34. num. 31. & 35. Tutius tamen, necnon iuſtius fortaſſe agent, ſi in alijs quamuis non arduis cauſis facti ſeriem enarrent Patribus illis, ab eiſq; Iudicium expoſcant.

Formare autem proceſſum illis inconſultis, vtique eis licet, deduciturque ex verbis Simanch. adducto

ducto tit. 34. nu. 36. dùm recenset, quod exequi valent antequam Illustrissimis ipsis Patribus rescripserint, sub ista autem processus compilatione venit sine dubio citatio testium illorum, quin & eiusdem principalis examen; in qua re, quia nònnunquam contingit, vt testes ipsi absint, itidemque ipse principalis à loco iurisdictionis Episcopi inquirentis, & in alterius territorio degant, in illos mandatum citatorium decernere ne omittant, immò exequi faciant, adhùc sine licentia Ordinarij illius loci, quod sibi permitti in causa fidei, notant citatus Simanch. nu. 22. memorato tit. 34. & Pegna comment. 123. dicta par. 3. & comment. 91. per cap. commissi §. compescendi, de hæret. in sexto, fauentq; notata per Isern. rubr. quæ sunt Regal. nu. 47. inibi rationem, & eam non illepidam assignans.

Cumque hodie decima Nouembris 1617. suis ad me existentem Laquedoniæ datis literis expe-
145 tijsset zelotypus quidam ex conuicinis Præsulibus, si occasione sequentium feriarum propter Natiuitatem Domini Nostri Iesu Christi, liceret sibi habilitare inquisitum quendam & carceribus mãcipatum ob aliqua iniecta in illum crimina ad sanctissimam Inquisitionem spectantia? Respõdi subscriptis vtens verbis: Reuerendissime Pater, vbicumque deprehensus in hæresis crimine, & in carceres coniectus petit habilitari, & causa reperiatur in limine expeditionis, nè sit relaxandus aduertit Eymeric. in suo Director. q. 90. par. 2. pendente verò processu, vtique concedi posset, dumtamen de delicto non constet, aut illud sit leue, ex sententia Pegnæ ad prædictum directorium comment. 139. par. 3. Quid verò faciendum ex causa feriarum, neque antedicti, neque alij multi, quos perlegi, maximè Repertorium Inquisitorum in verbo carcer, pertingunt; vt propterea ad genericas regulas, recurrendum esse existimem, nempè ad l. nemo C. de Episcopal. audientia, quæ tametsi intelligatur de indulgentia prorsus absoluente inquisitum: vsus nihilominus totius Orbis restrinxit ad hanc relaxationem sub fideiussoribus, teste Bart. in eadem l. illa: quæ concedit prædictis temporibus illam fieri, nisi in certis inibi mentionatis casibus, potissimumque in crimine læsæ maiestatis humanæ, vt propterea argumentari liceat ad illud læsæ maiestatis diuinæ, in quo multo magis sit concludendum, non esse eo casu procedendum ad relaxationem; quin & in terminis Pegnæ cum delictum est leue, neque videtur intrare posse habilitationem ob assertionem alteram, nè tunc sit carcerandus inquisitus de crimine aliquo hæreticali, quamuis posset in alijs criminibus ita annuentibus Doctorib. multis, quos Farinaccius cumulat, & insequitur tractatu de hæresi quæst. 185. à num. 7. ob rationem illam, quod ex tali crimine carceratus, graui propter solam carcerationem ipsam afficitur infamia: verùm ipse existimaui semper, considerandam profectò esse qualitatem delicti antequam deueniatur ad capturam, conclusionem verò prædictam nunquam admisi, cum Doctores à Farinaccio relati ad qualitatem probationum, & inditiorum potius restringantur, & arbitrentur, non sine probationibus plenis, vel semiplenis, aut similibus properandum esse ad vinciendum reum, & consequutiue optime loquutus est Pegna pendente processu relaxari posse; quin & in casu grauis infirmitatis, si periclitetur vita inquisiti vbicumq; detineretur in vinculis; crederem (atque vidi nonnumquam,) quod posset habilitari, adhuc si delictum grauius esset, non tantum si leue, & plerumque etiam concedi attenta criminis qualitate, vt reus propriam, aut alterius detineat domum pro carcere, aut quoque Ciuitatem cum suburbijs, testatur Simanchas de cattholic. institut. tit. 16. num. 5. dumtamen decretum interponatur, quod idonee caueat, scilicet cum satisdatione, teste Fulgosio in l. sancimus num. 4. C. de verbor. & rer. signif. per l. si mandato Titij §. vltimo ff. mandat.

Postea idem Antistes illismet literis me plurimum excitauit, ac ferè lacessiuit, quod mensibus elapsis, adductus verbis Pontificij decreti (cuius tenorem rescripsi cap. 26. num. 103.) illi responde-
146 rim, non licere quicquam in his causis recipere, dum alios in praxi, & theorica perdoctos viros cõtrarium sibi rescripsisse aiebat; Ne autem dicerer me aliquos de hac re tractantes non perlegisse auctores, allegaui Repertorium Inquisitorum, verbo expensæ §. ex quibus; necnõn Locatum eodem verbo, Simanch. tit. 41. præsertim num. 34. & Pegnam in commentar. 34. 140. & 155. par. 3. director. hanc materiàm extricantes, atque extrauagant. ex eo, de hæret. omnesque abnuere respectu Ordinarij, tametsi respectu Inquisitoris aliqua concedant, & consecutiuè conueniant cum prædicto decreto, meoque responso, & qui aliud sentiret iuris potius, ac praxis ignarus, quám doctus appellari mereretur. Itemque addidi, quod quando de iure constasset contrarium, nihilominus posteriori iam dicto decreto standum esset; & nimirum redargui minime debuissem, potissimum à viris in Tribunalibus contra hæreticam prauitatem non versatis, de quo conuincuntur profectò, eo ipso, quod dicti decreti notitiam nundum habuisse ostendunt. Exemplum sit cunctis volentibus ex tempore respondere; quique memoria quæso repetant Zoilos, & Momos nullo posse procul esse theatro: Qui verò spreto nostro responso si contrafaciant incurrant ne in excommunicationem inflictam per clement. 2. de hæret. ipsi videant, exceptis Episcopis, quos mìnime afficit textus ille, ex cumulatis per Farinacc. q. 186. num. 14. vtique verò alios, si duo concurrant, quod scilicet extorqueant, quodque intuitu officij, sed quando intret extorsio, scripsi super Ritu 137. Magnæ Curiæ Vicariæ, & tangit Rouit. in pragm. 3. num. 39. de milit. quando autem perpetrasse intuitu officij, declarat Bonifac. de Vital. eadem clement. nu. 47.

147 Perutile tandem ac scitu dignum illud esse existimo, quin & in praxi necessarium, indicandos Iudicibus esse idolatras, hæreticosque occultos, iuxta modum affatim enarratum per Simanch. tit. 19. lateque comprobat, extenditque Farinacc. q. 197. à num. 35. potissimumque vt etiam de hæresi suspectum teneatur quis prodere docet in vers. adde eiusdem nu. 35. anteaque dixerat Lelius Zeccha in Summa par. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi cap. 11. nu. 12. subdens id ipsum de retinente libros prohibitos, aut proferente verba hæreticalia; Sortilegos autem indicãdos esse, si eorum sortilegia coniunctam habeant hæresim, dicit Martin. Delrius in disquisition.

tion. magicis lib. 5. ſect. 4. verſ. ſexto tenetur; cum autem adijciat vix contingere poſſe, vt ſortilegi ipſi, aut malefici hæreſim non habeant adiunctam, nimirum ſi generalius loquens idem Zeccha adducto capit. 11. num. 13. vt reuelare quiſque debeat quemque ſortilegum, quamuis eius ſortilegia non videantur continere hæreſim. Qui verò aliquem prædictorum noſcens, prodere recuſaret, hæreticorum fautor diceretur, Repertor. Inquiſitor. in verbo hæreticus, & verbo accuſatio, eſſetque propterea illi á confeſſore neganda abſolutio. Hæretico verò eidem venienti ad pœnitentiam ſuadere debet Sacerdos auricularius, vt iudicialiter confiteatur ſua peccata, & ſcelera, teſte Pegna commentar. 12. verſ. & tunc ſi totaliter, part. 3. aut metipſi confeſſori poteſtatem reuelandi concedat. In quo caſu locum habere videntur verba Gregor. IX. in reſcripto exordiente excommunicamus, poſito in fine Director. fol. 3. verſ. item ſi quis, atque in altero Innoc. IV. exordiente, nouerit vniuerſitas, regiſtrato fol. 17. quin & in altero Nicolai III. cuius initium ſimiliter eſt: Nouerit Vniuerſitas, & relato fol. 52. demùmq; alio Alexand. IV. reſcripto à Pegna, poſt ſuum comment. 23. ad Eymeric. par. 2. quorum vigore conuincitur falſa Alberici opinio in rubric. C. de hæret. verſ. vnum ſpecialiſſimum, ſub nu. 8. dùm Archidiac. fretus doctrina in cap. Sacerdos de pœnit. diſt. 6. aſſeuerat, poſſe Sacerdotē manifeſtare hæreticū, qui in confeſſione, ſua ſcelera propalauit, ſibiq; confeſſus eſt. Quam inſuper prorſus falſam ſcribunt mille Auctores concludentes, neque hoc caſu licere confeſſori detegere, quæ in Sacramento pœnitētiæ habuit; potiſſimùm Simanch. de catthol. inſtit. tit. 42. nu. 14. Ioan. Rojas de hæretic. ſingul. 3. nu. 39. Nauar. eodem cap. Sacerdos nu. 119. Albert. de agnoſcend. aſſert. catthol. q. 25. & lib. de ſecreto nu. 211. necnon Ludou. à Paramo de origin. ſanctæ Inquiſitionis lib. 3. q. 8. nu. 96. fauetque Hoſtienſ. in Summa tit. de pœn. §. in quo tenentur; quin & idem Archid. ab ipſo Alber. relatus in ſui gratiam ſubnectit, tutius eſſe ſi Sacerdos adeat Præſulem, eumq; moneat vigilare in ſuo grege, quia in eo Lupus eſt.

148 Præterea Regulares omnes reconueniri poſſe coram Epiſcopis non dubito, quoties ipſi, aut eorum Monaſteria coram illis conueniunt alios, nam ſi Eccleſiaſticæ perſonæ omninò exemptæ à foro laicali, ſæculares conueniant coram illo; poſſunt ex veriori ſententia reconueniri coram eodem, vt longioribus verbis adnotaui in rubrica, ſiue tractatulo, de priuilegijs clericorum cap. ſecundo, verſ. cauſa igitur feudali excepta, multo quidem conuenientius poterunt reconueniri præfati Regulares coram ipſis Epiſcopis, cum non iure communi, ſed particularibus, potius priuilegijs exempti appareant á iuriſdictione illorū, ex his, quæ ſcripſi in principio huius capitis, & docet Abb. in cap. nimis praua nu. 4. de exceſſib. Prælat.

In decimis autem perſoluendis, quid iuris ſit reſpectu Regularium, non erit labor inquirere cum
149 illarum ſolutio facienda Eccleſiæ, ſit tributum animarum egentium, capit. tua nobis de decimis, ideò eas eſſe ſuper omnia fauorabiles, probat text. in l. ſancimus C. de ſacroſanct. eccleſ. & Mariſcott. refert lib. 2. variar. reſolut. cap. 108. num. 23. Nimirum igitur ſi perſoluenda eſt, prout magis expedit Eccleſiæ, vt tenuit Rota coram Gypſio in Vlixbonenſi foliorum, de anno 1587. cuius meminit altera eiuſdem Gypſij deciſio in Pampilonen. Vicariæ 5. Iulij 1593. eſtque 528. num. 3. tom. 4. diuerſor. non etiam mirum ſi ad illas perſoluendas teneri omnes, conſtat, habeatque propterea fundatam Eccleſia intentionem aduerſus quemlibet, vt dicit Abb. in cap. á nobis, de decimis, eumque inſequitur Tabiena in verbo decimæ num. 8. illo potiſſimùm ſuffulti axiomate, quod Deus neminem excipit à ſolutione decimarum, ex eodem cap. à nobis; iuncto
150 cap. decimas 16. q. 7. Quin propterea libertas in totum non ſoluēdi decimas præſcribi minimè poſſit, etiam á perſonis ipſis Religioſis, ſcripſit Rebuff. in tract. de decimis q. 13. verſ. ſed libertatem, ſub nu. 60. latè Balbus tract. de preſcript. 5. par. princip. q. 7. nu. 3. idemq; Mariſcott. eodem lib. ſecundo cap. 95. num. 28. ob idque Hoſtienſ. in Summa, rubrica de conſuetudin. §. finali, verſic. ergo diſcretus Monachus, ſub num. 14. affirmat non debere monachum allegare præſcriptionem contra Epiſcopum, vel Eccleſiam Parrochialem, ſequiturque Ruyn. conſil. 142. verſic. & per hoc infert num. 11. libr. 5. Nec vlla conſuetudo propterea ſuffragatur, quin eas vnuſquiſque dependat, iuxta concluſionem receptam communiter à Canoniſtis in capite tua nobis, & capit. cum non ſit in homine, de decimis, teſte Campagna in capit. Regni 92. volumus, & mandamus, num. 10. vbi hanc etiam reſolutionem approbat gloſa ordinaria, idque adeò verum, vt qui centum annorum ſpatio ab illarum præſtatione fuerit immunis, nihilominus teneatur, cum non præſcripſerit, vt idem Campagna concludit auctoritate Geminiani capit. 2. de præbendis in ſexto; dicitque Barbat. conſil. 35. ſapienter ſcribitur volum. 2. Immò ſi conſtaret mille annis perſolutas non fuiſſe, etenim nec tunc eſſe ſtandum præſcriptioni colligimus ex capit. cauſam, & ibi notant omnes Doctores de præſcriptionibus, alioſque concordantes recenſet Thomas Triuiſanus in
151 deciſ. ciuili 29. num. 15. Quinimmò qui exemptione fulcirentur, neque à decimis exempti eſſent, tàm de terris, & poſſeſſionibus antiquitus acquiſitis, quàm acquirendis poſtmodum, probat textus in cap. ſtatutum §. cæterum, de decimis in ſexto, nam exemptio perſonarum, non facit locum, & territoria exempta, cap. per exceptionem, de priuileg. in ſexto, & pluries tenuit Rota. non pē in Salamantina iuriſdictionis 10. Aprilis 1581. coram Lauretano, & iterum in vna Calaguritan. iuriſdictionis 5. Maij 1608. coram Artembergo,
152 ſunt enim immunes hi dūtaxat, qui ſpeciali iure, aut priuilegio muniti ſunt, ſpeciatim eos eximente à ſoluendis decimis, ex eodem adducto §. cæterum; itaque nullo producto priuilegio, compelli poterunt iam dictas præſtare decimas.
153 Inſuper, & eo caſu, quo memorato potiuntur priuilegio, ſi aliena conduxerint territoria, perſoluent citra dubium, quamuis proprijs manibus, aut ſumptibus culturæ incubuerint, cap. dilecti, de decimis, Suares tractatu de Religione libr. 1. cap. 18. ſub num. 5. Quin & propria territoria ſi alijs locauerint deberentur decimæ ab ipſis Conductoribus, ita in ſpecie decidente clementina prima de decimis, Rebuff. tract. de decimis q. 14. nu. 47. Adhuc

huc si priuilegium liberaret ipsos religiosos à solutione decimarum de terris, quas per se, vel alios excoli facerent, iuxta decis. Rotæ 876. aliàs quarta, Papa concessit de priuileg. in antiq. alteramque Putei 522. eadem die, libr. 2. Bisignetti primam de decim. & aliam Hieronymi Laurentij in decis. Auinion. 77. petebat Hieronymus, eandemq; clem. 1. Accedunt rationes complures contra habentes eiusmodi priuilegia, quas cumulat Menoch. consil. 36. si iudicantem, versic. tertio, sub num. 26. nempe, quod istud priuilegium est odiosum, itemque ius speciale, ac tertio, quod eo vtens tractat de lucro captando, Ecclesiastici verò petentes decimas sibi de iure debitas, de damno vitando, quamobrem in specie hac responderunt Oldrad. cons. 268. nu. 1. Roman. cons. 180. si admittimus num. 11. Priuilegium istud esse strictissimè interpretandum, & sequitur illic Menoch. num. 30. post Dec. in cap. cum ordinem nu. 1. de rescript. abundantiusque Suarez memorato cap. 18. nu. 6. Restrictio verò Azzor. allegat. libr. 7. vers. 7. ad firmatam conclusionem, vt cesset si priuilegium esset reale, eximēdo territoria à decimis, vel non erit vera ex antedictis militantibus in eo etiam casu, vel procederet in colonis tantum partiarijs, non alijs soluētibus affictum, namq; de illis loquentes, ita putant Glos. Ancharan. & Zabarell. quos ille citat, expressèq; Imol. sub num. 14. d. clem. 1. ibi, & hoc in colonis partiarijs.

154 Quin cum possessiones, & terras, pro quibus soluuntur decimæ alicui Ecclesiæ prohibeantur Regulares emere, nisi pro Monasterijs de nouo erigendis, & tunc illis, aut etiam antea constructis locis relictas, vel fortasse emptas debent alijs locare, vt illi decimas ipsas pendant, aut ipsi si illas excolunt; istaque omnia subsistunt, etiam si priuilegio fruantur non soluendi decimas, iuxta textum insignem in cap. nuper, de decimis, itaque persoluendas esse decimas pro terris ad ipsos peruentis, post Concilium illud Lateranense, certissimum esse constat; neque ab illis excusari prætextu priuilegiorum eximentium ab illarum præstatione, idque canone illo adductus, conclusit etiam Rebuff. in tractatu de decimis quæst. 5. num. 31. Soccin. cons. 268. libr. 2. num. 4. & cons. 297. num. 3. eodem libro, Guttierez cons. 5. num. 17. & lib. 2. canonic. quæst. cap. 21. sub num. 136. & consequutiuè illas præstare teneri, pro rebus ab ipsis quomodocumque habitis ab anno 1215. quo tempore coactum fuit prædictum Concilium, probat Ioan. Andr. eodem cap. nuper, sub nu. 3. Rebuff. memorato tractatu q. 14. num. 56. Ipseque adeò veram esse prædictam conclusionem aduerto, vt etiam si priuilegia continerent derogationes quascumque; expressè autem sanctionem dicti capitis non amplexantur, illique neque derogarent: namque illis spretis cogerentur decimas persoluere, quod multis Rotæ decisionib. manuscriptis resolutum fuisse memini; quarū aliquas vtilitati legentium, & veritatem huius materię perquirentium occurrere intendens, rescribere cēsui, earumq; prior est in vna Oriolen. decimarum 21. Maij 1586. coram Orano, eiusq; verba sunt.

In causa Oriolen. decimarum scribentes pro parte Capituli difficultatem dubij alias propositi restrinxerunt ad primam partem decretalis nuper de decimis. An scilicet Monasterium Sancti Dominici Oriolen. per priuilegium felicis recordationis Pij Papæ Quinti, fundatam suam habeat intentionem, & Domini vnanimiter concluserunt negatiuè, cum enim cōstitutio sit Conciliaris Concilij Lateranensis, vt alias fuit dictum coram Domino Robusterio, in vna Vlisbonen. decimarum de Bolim, & de illa in priuilegio nulla sit facta mentio, non potest dici dictæ parti concessionis fuisse derogatum, quia cum constitutio huiusmodi censeatur habere clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones, requirit specificam derogationem, adeó quod aliter daretur defectus voluntatis in concedente, cap. ex parte de cappel. monach. Felyn. in cap. nonnulli, post Archidiac. de rescript. Iacob. de Concil lib. 5. art. 18.

Non obstat, quod verba priuilegij eximant à decimis, quibuscumque locis pijs, etiam cum generalis Concilij dispositione debitis, quia hæc exēptio, requirit secundam partem constitutionis, in qua ordinatur; quod prædia acquirenda dentur alijs excolenda, vt decimæ alijs debitæ solui possint, non autem primam continentem prohibitionem, tum quia generalis dispositio non extenditur ad ea, quæ in specie prohibentur l. quamquam de rit. nupt. Bartol. in l. si quis sub conditione in fine, ff. de condition. institut. cum similibus, per Aymon. consil. 200. num. 6. Tùm etiam, quia cum priuilegium sit contra ius commune; & ex quo aliás præiudiciū tertio infertur, debet ita interpretari, vt minus, quam potest operetur, adeò quod vbi potest tollère ius respectu vnius, tunc tantum ad id restringatur, Roman. cons. 180. nu. 8. & ibi bona additio.

Nec placuit consideratio facta in verbis priuilegij, vel aliorum Christi fidelium largitionibus, seù alio titulo, quia ille titulus intelligi debet, de alio simili licito, non autem emptionis, qui expresè est prohibitus, vt benè hic per informantes, & fuit resolutum in illa Cæsaraugustana decimarum coram Seraphino, non obstante clausula sublata; quia illa non operatur in his, quæ in priuilegio non sunt comprehensa, cum sit clausula accessoria, non ampliat id quod principaliter est dispositum, Paris. cons. 11. vel 15. nu. 134. lib. 1. cum alijs hic adductis; ex quibus cessante necessaria causa emptionis, pro fundatione Monasterij in illius manutētione; priuilegium nullo modo suffragatur, & ita, &c.

Altera autem decisio manauit in vna Valentina decimarum Veneris 28. Nouembris 1603. coram Amplissimo virtutum omnium Coripheo, meoq; Domino Cardinali Lancellotto Iuniore, tunc Rotæ Auditore; quæque his concepta verbis legitur.

Cōmunicatio priuilegiorum per Sanctissimum Dominum Nostrum concessa ordini Sancti Hieronymi, quamuis sit cum amplissimis verbis concepta, & licet virtus similis communicationis ea sit, vt illi ad fauorem cuius emanauit, tribuat omnia priuilegia, perinde ac si specificè concessa fuissent, vt per Oldrad. consil. 200. cum alijs allegatis, & de simili priuilegio exemptionis, tradit Paris. consil. 22. num. 1. libro quarto, tamen in casu de quo agitur, Domini censuerunt communicationem prædictam non comprehendere exemptionem á solutione decimarum; de qua nulla fuit in ea facta mentio: fundamentum resolutionis fuit, quia huiusmodi communicationes, siuè adæquationes,

non

non extenduntur ad ea, quæ non ſolent concedi, vel ſaltem cum magna difficultate conceduntur, etiam in quibus agitur de præiudicio tertij, iuxta notata per Doctores in l.1.ff.de legat.1. vbi Iaſon num.21. & 22. Soccin.Iun. num.43. & 49. Ripa num.9. Alciat. num.4. Aymon. num.103. Anton. de Butr. conſ. 19. num. 9. Natt. conſ. 4. num.6. & ſenſit Rota in cauſa Caurien. ſeù nullius iuriſdictionis 22.Ianuarij 1577.coram bon.memor.Cantuccio, huiuſmodi autem eſt exemptio ad ſolutionem decimarum, ne dum quia læditur ius tertij, cum præiudicetur illis, qui habent intentionem fundatam de iure communi, vel aliàs, & in Hiſpania ferè omnium Eccleſiarum fructus conſiſtant in decimis debitis, vigore antiquarum donationum, de quibus ſæpè actum fuit in Rota:ſed etiam quia talis exemptio, non ſolet niſi cum magna difficultate, & cauſæ cognitione concedi, Ioannes Andreas in cap. dudum num.5. verſic. ratio diuerſitatis de priuilegijs; Neque veriſimile eſſe Papam ſub inuolucro verborum voluiſſe ita enormiter Eccleſias lædere, prout & iam conſideratum fuit in allegata cauſa Caurien. id quod eo magis dicendum eſt, tùm quia in hac materia exemptionis, in qua cum tractetur de ſubſtractione iuris alterius, priuilegia non ſunt amplificanda, ſed ſtricte interpretanda, Oldrad.conſil.286. Roman. conſil. 180. in fine, Abb. in cap. licet num. 2. de decimis, & fuit dictum in cauſa Cartaginen. decimarum 10.Iunij 1588.coram Reuerendiſſimo Alexandrino, tùm quia priuilegia loquuntur, tam de bonis emptis, quàm de emendis contra capitul. nuper de decimis, quod cum contineat diſpoſitionem Conciliarem, non tollitur niſi fuerit ei ſpecificè derogatum capit. ex parte, de Cappellan.Monach. Oldrad. conſil. 326. Caputaquenſ. deciſ. 176. & 268. par. 1. vt fuit dictum in cauſa Vliſbonen. decimarum 5. Nouembris 1574. coram Orano,& in cauſa Oriolen. decimarum 21.Maij 1536.coram bon. memor. Orano, & alias ſæpe, tùm etiam, quia Papa non habuit notitiam in ſpecie, quod priuilegia communicata continerent exemptionem à decimis, cum gratia fuerit conceſſa ſine cauſæ cognitione, ſicut colligitur ex quo communicantur priuilegia, in quibus fuerint communicata, etiam alia priuilegia concedenda, reſpectu quorum non potuit adhiberi cauſæ cognitio; cum de eis Papa notitiam habere non potuerit. Item ex clauſula illa, quatenus Decretis Sacri Concilij Tridentini, & Regularibus inſtitutis ipſius ordinationis, contraria non exiſtant, quæ non apponitur in gratijs,quæ ex certa ſcientia conceduntur; quia quando Papa habet certam ſcientiam, & adhibet cauſæ cognitionem, ſcit etiam cognoſcere an priuilegia ſint contrà Decreta Concilij, & Regularia inſtituta, vt fuit conſideratum in cauſa Burgen. iuriſdictionis 5.Ianuarij 1589.coram bon.mem.Bubalo,& de ſimili clauſula quatenus licita,& honeſta, quod apponatur confirmationi in forma communi, non autem illi, quæ appellatur ex certa ſcientia,fuit dictum in cauſa Conchen. iuriſdictionis 2. Aprilis 1595. coram Illuſtriſſimo Mantica.

Non obſtat, quod fuerint communicata priuilegia Gregor. XI. & Sixti V. quæ nihil aliud continent, quam exemptionem à decimis, quia mentio iſtorum priuilegiorum non fuit facta ſpecialiter,& ſigillatim, ſed in genere, vna cum alijs priuilegijs conceſſis ab alijs ſummis Pontificibus,& ideò Pontifex potuit credere,quod aliud continerent, quam exemptionem à decimis; nam in Papa præſumitur ignorantia priuilegiorum, iuxta notata communiter per Doctores in cap.2. de conſtitut.

Neque obſtat clauſula,quorum tenores,quæ ſolet operari, perinde ac ſi totus tenor priuilegiorum fuiſſet de verbo ad verbum inſertus ex conſil. Anton.de Butr.2.quia fuit reſponſum pluribus modis, & primo,quia operatur,vt cenſeatur inſertus tenor priuilegiorum, quæ communicantur, eorum tamen,ad quæ ſe extendit communicatio,non autem eorum, quæ in communicatione abſque ſpeciali expreſſione comprehendi non ſolét,cum hæc clauſula non alteret diſpoſitionem, ſed verè operetur ad excludendum ſubreptionem, vt fuit reſolutum in cauſa Abulenſ. iuriſdictionis 22. Ianuarij 1588. coram Orano.

Secundo,iſta clauſula non operatur quotieſcumque ſi concedens notitiam habuiſſet veriſimiliter non cōceſſiſſet,vt fuit reſolutum in cauſa Romana Secretariatus 10. Aprilis 1592. coram Reuerendiſſimo Alexandrino, prout neque ſupplet defectum intentionis,Pariſ.conſ.74.nu.55.lib.4. & conſ.1. nu. 96. lib. 1. & fuit dictum in cauſa Cauen. Penſionis 19.Ianuarij 1571.coram bon.memor.Illuſtriſſimo Lancellotto.

Tertio, talis clauſula de ſui natura, non operatur circa non expreſſa, Dec. conſ. 142. num. 7. verſic. non obſtat, & dicitur in dicta cauſa Cauenſ. neque in his, de quibus non eſt facta aliqua mentio, ita vt de eis ſaltem in genere Papa cogitare potuerit, Caputaqu.deciſ.121.par.1.& licet in communicatione adſint verba exemptionis,immunitatis, &c. tamen non debet intelligi de exemptionibus à ſolutione decimarum,ſed de alijs, quæ ſolent de facili concedi, vt ſupra dictum eſt.

Denique clauſula iſta,non inducit certam ſcientiam concedentis, nec facit, quod cenſeatur, adhibita cauſæ cognitio, Ferrett. conſil. 48. num. 20. & fuit dictum in allegata cauſa Conchen. iuriſdictionis 2. Aprilis 1593. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Mantica; cum enim non fuerit inſertus tenor priuilegiorum, neq; effectualiter narratum, gratia non dicitur ex certa ſcientia,nec conceſſa, cum cauſæ cognitione,niſi conſtet Papam vidiſſe priuilegia, vel per ſuos Officiales fuiſſe diſcuſſa, vt fuit dictum in cauſa Caluaten. iuriſdictionis 26. Ianuarij 1587. coram Domino de Rubeis: & in ſupradicta Romana ſecretariatus coram Reuerendiſſimo Domino Alexandrino;ſed hic certa ſcientia,& cauſæ cognitio,quo ad exemptionem à decimis omninò excluditur,ex atteſtatione duorum Illuſtriſſimorum DominorumCardinalium,ad quorum relationem fuit hæc communicatio per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum expedita, aſſerentium non fuiſſe de ipſorum intentione, quod communicaretur exceptio à decimis, immò ab eis fuiſſe deletam clauſulam, & reſpectu decimarum, quæ fuerat in minuta ſupplicationis appoſita, & ſic ſublata ſunt omnia in contrarium adducta.

Poſtremæ vero coram eodem in eadem cauſa die Veneris 14.Maij 1604. verba ſunt.

Actum fuit in hac propositione de priuilegio communicationis concesso ordini Sancti Hieronymi à felicis recordationis Pio Quarto, quod respectu exemptionis à solutione decimarum, Domini dixerunt minimè suffragari ordini prædicto, cum in eo non fuerit derogatum cap. nuper de decimis; cuius requiritur specialis derogatio, tanquam continentis dispositionem Conciliarem cap. ex parte de Cappell. Monach. Oldrad. consil. 326. Caputaquens. decis. 176. & 268. part. 2. & fuit dictum in causa Vlisbonen. decimarum 5. Nouembris 1574. & in causa Oriolen. decimarum 21. Maij, & 9. Iunij 1586. coram bon. mem. Orano, & in causa Valentina decimarum 9. Iunij 1592. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano, & vltimo loco in decisione in hac eadem causa facta, die 28. Nouembris anni præteriti coram me, & sæpissimè in alijs, &c.

Neque obstare in contrarium deducta, nam quatenus allegata derogatio in priuilegio contenta, tollitur ex illius lectura cum sit instructa solum ad constitutiones speciales, & generales æditas in Concilijs Prouincialibus, & Synodalibus, vt in ea videri potest.

Quod autem dispositio dicto cap. nuper, procedat solum in illis, qui habent intentionem fundatam de iure communi, est contra expressa verba, & mentem textus loquentis indistinctè de Ecclesijs, quibus decimæ debentur, & considerantis rationem, vt Ecclesiarum Prælati promptiores existant ad exhibendum iustitiæ complementum, eorumque priuilegia studeant obseruare, quæ omnia verificantur in Archiepiscopo, & Capitulo, & huiusmodi intellectum habuit perpetuò Rota in decisionibus supra allegatis, & in alijs causis, & eum tenet Hostiens. in dicto cap. nuper in vers. soluebantur, dùm dicit præseruatas esse decimas Ecclesiarum, quibus debebantur de iure, siuè de consuetudine, & infra in versic. est casus, & licet idem Hostiens. & alij exemplificent quandoque in Parrochiali, hoc tamen faciunt gratia exempli, & secundum contingentiam facti, non autem ad restringendam rationem, & verba generalia textus; circa quem non bene infertur de capit. suggestum, eodem titulo, quod procedit solum in Ecclesia Parrochiali, vt fuit dictum in causa Burgens. decimarum 21. Nouembris 1578. coram Lauretano; Nam ibi adest diuersa ratio, ex quo agitur de tollendo iure iam quæsito, & alteri acquirendo, cum concessio sit certa, sed reuocetur si Ecclesiæ sit damnosa, hic autem tractatur de acquirendo vigore priuilegij, quod strictè debet interpretari in præiudicium tertij, Oldrad. cons. 168. cum similibus, vltra quod, hic agitur de decimis donatis Ecclesiæ Cathedrali in fundatione, quo casu dicit Rebuff. de decimis q. 7. num. 13. quod Episcopus de iure communi in illis habet fundatam intentionem, & ita intelligit cap. dudum eod. tit.

Et licet tales decimæ fuerint per Vrbanum II. concessæ Regi Aragonum, á quo deinde retrodonatæ fuerint Ecclesiæ Valentinæ; tamen per hanc donationem Regis assumpserunt suam primæuam naturam, & factæ fuerunt spirituales, Oldrad. cons. 91. nu. 2. Rebuff. de decimis conf. 10. num. 50. & vbi decimæ sunt feudales, & fuit resolutum in causa Valentina decimarum de Cotalua 10. Decembris 1601. coram Reuerendo Patre Domino Litta, & in alia Valentina decimarum de Aioza 9. Decembris 1602. coram Reuerendo Patre Domino meo Pegna.

Quantum ad clausulam sublatam, illa nihil operatur circa ea, quæ in priuilegio non comprehenduntur, vt fuit decisum in causa Calaguritana de Victoria 15. Iunij 1592. & in causa Valentina decimarum 19. Iunij 1597. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano, & aliàs sæpe, &c. hactenus verba decisionis.

Ex his omnibus exegi decimas à forensibus quibusdam, qui conduxerant territoria, & casale sancti Stephani, venerabilis loci sanctæ Mariæ Iunci Carchi, existentis in territorio Rocchettano meæ Diœcesis Laquedonensis, quamuis & locus ille, seù cœnobium Iunci Carchi, annexum sit Monasterio Trinitatis Cauensis, multa & infinita habenti priuilegia, quod propterea obtinuit declarationem Sacræ Congregationis Concilij á me alibi memoratam: etenim legimus in eodem Trident. Concil. exempta esse Monasteria omnia, in quibus capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, non propterea reliqua illis annexa in cap. 11. sess. 25. de regularib. Tanto magis in casu, de quo agimus; quandoquidem Monasterium Cauense antiquitus præerat integræ, ac toti Ciuitati Cauensi, quia Episcopo carebat; superuenit . . . . Pontif. Max. & Antistitem in ea Ciuitate constituere voluit, eamque propterea, & certos ab eo designatos introitus separauit á iurisdictione, & vtilitate Monasterij, atque inter Præsulem, & Monasterium distincta fuerunt loca, & seiuncta, & consecutiuè subsistit validissima illa ratio, qua vtitur adducta Congregationis declaratio, quia nunquam fuit suppositum; idcirco non dicitur exemptum, cuius contrarium apparet in Casali isto, & omnibus alijs locis, in quibus monachi supponunt exemptionem, nam antea subiacebant, & propterea in eis minimè procedit asserta declaratio, quæ eo innititur assumpto, quod nunquam suppositum Episcopo fuit. Accedit conclusio pluries constituta in superioribus, quod exemptione, qui fruitur non propterea immunitate á decimis, in quibus standum est relatis decisionibus.

A die itaque petitionis denegare illas nemo poterit, Archidiac. in cap. quicumque 16. q. 7. Henrich. Boich in cap. peruenit de decim. & alij, quos insequitur adductus Campagn. sub nu. 14. Quota autem bene præscribi potest, atque ideò si legitimè præscripta fuerit quantitas solutionis illarum in aliquo loco, attendenda sit, desumitur ex cap. in aliquibus §. fin. de decimis, & Nauar. in Summa cap. 21. sub num. 30. dumtamen Papa approbauerit talem consuetudinem, dicit gloss. fin. in dicto cap. in aliquibus, quam inibi sequitur Abb. & communiter Doctores, vt inquit Boer. decis. 236. & prosuppono, sub nu. 5.

155 Qui verò consuetas non persolueret, peccaret quidem ex omnium sententia, quam præsertim tutatur Corrad. in par. 1. respons. casuum conscient. q. 194. tùm si tardius daret, teste Marchis. in tract. Commiss. par. 1. cap. 15. sub nu. 17. per text. in cap. decimas vers. sed tardius 16. q. 1. & text. cum gloss. in vers. mandamus cap. cum homines de decimis, tùm

tùm & multo magis,ſi ſoluere recuſat Bellamera
conſ.40.prope nu.30. habetque propterea decima-
rum ſolutio exequutionem paratam, Abb. in eo-
dem cap.tua nobis nu.9.Illis enim ius aſſiſtit, atque
156 euidens eſt debitum; cumque nimirum ſit ille in
notorio crimine, abſolui à confeſſario non debet,
Zabarell.in clem.fin.§.& quia 8.q.de pœnis,gloſa
in dicto cap.Regni volumus, aut à Superiore puni-
ri in primis per ſubtractionem Sacramentorum,
Diuus Thomas 2.2.q.186. art.1. ad tertium, ab eo
verò Sacerdote, cui debentur, denegari haud illi
debent Sacramenta, ne vt illic ait Diuus Thomas,
videatur aliquid exigere pro ſubtractione Sacra-
mentorum,declarat tamen illic Caetan.verſ.fin. id
ſubſiſtere,nè videatur Superioris partes vſurpare,
ſed cum videns illum non paratum recedere á pec
cato, ob non ſolutionem, tanquam deuitans parti-
cipare in peccato mortali cum illo, poteſt ei nega-
157 re Sacramenta. Quin in foro etiam exteriori, ſi
monitus non curat ſoluere, Eccleſiaſtica diſtrictio-
ne cogendus eſt, cap. tua nobis cum mille concor-
dantibus de decim. à qua non abſoluatur niſi plena
reſtitutione ſequutà, Concil. Trident. cap.12. ſeſſ.
25.de reformat. Ad prædictam verò excommuni-
cationem ferendam ſeruandus eſt ordo, cap.ſacro,
de ſent.excom.teſte citato Marchiſano, ſub nu.12.

Poſthæc expediret ſané alia multa genericam
decimarum materiam tangentia congerere, cum
hac tempeſtate adeò creuerit gentium petulantia,
vt decimas ipſas perſoluere,& differant, & aperte
etiam renuant, neſcientes propterea Eccleſiaſtici,
quid agere,ac quomodo ſe gerere cum illis debeat.
Verùm enimuerò tractatulus, quia non ſufficeret,
neque inter Regularium materiam conueniret, de
decimis longum texere ſermonem,ea coacceruare
recuſo; ſed aliqua tantum, & ſummis labijs deli-
bare: ac pro introductione memoro Apoſtoli ver-
ba hanc rem tangentia epiſtola 2.Corinth.9. eaque
158 ſunt: Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis
plantat vineam,& de fructu eius non edit? quis pa-
ſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? &
poſtmodum ſubijcit: Ita & Dominus ordinauit ijs,
qui Euangelium annunciant,de Euangelio viuere;
tranſlatio autem ex ſyriaca apertius fatur, cum ait:
Ita & Dominus noſter præcepit, vt qui Euange-
lium ſuum prædicant, ex ipſius Euangelio viuant,
inde fortaſſe prodijt; quod 1. Regum cap. 2. legi-
mus: & elegi eum ex omnibus tribubus Iſdrael mi-
hi in Sacerdotem, vt aſcenderet ad altare meum, &
adoleret mihi incenſum,& portaret Ephod coram
me,& dedi domui Patris tui omnia de ſacrificijs fi-
liorum Iſdrael. Apertiora veró ſunt verba tranſla-
tionis ſyriacæ; & dedi domui Patris tui, omnes
oblationes filiorum Iſdrael; oblationes itaque illi
conſtituiſſe apparet,vt meritum ei perſolueret præ-
mium pro labore,quod antea impoſuiſſe retulerat;
vt igitur de altari viuat,qui eidem altari ſeruit,non
ſine ratione ſcripſit Apoſtolus, illique propterea
iuſtè fuerunt decimæ conceſſæ, nec tantum vnius
159 rei,ſed vini,frumenti,olei, mellis quoque, & om-
nium,quæ gignit humus, tranſlatio Pagnini eſt; &
omnis fructus agri, & decimam omnium; ſubdit
poſtmodù eadem vulgata editio, decimas bouum,
& ouium in cap.31.Paralipom.2. Canones ideó ni-
mirum de omnibus fructibus perſoluendas eſſe
decimas ſanxerunt,idque liquet primum, ex textu
generatim loquente in cap.ex parte el 2. de decim.
poſtmodum verò ex altero ad ſpecialia deflecten-
te in cap. non eſt in poteſtate hominum eod. tit. ac
propterea etiam ex palea deberi,probat Guid.Pap.
ſingul.703.& de Franch.deciſ.103.magnificus, nec
non de oliuis,caulis,lupinis, & alijs, tradit Anna
allegat.94.itidemque ex zuccaro,eoque iam facto,
non ex cannis determinauit,Mohedan.deciſ.68. lis
erat,ſiuè 2. de decim.ita vt neque ſufficiat illas præ-
ſtare ex prima decoctione zuccari, ex eiuſdem
Mohed.deciſ.69.in eadem cauſa,ſiuè 3.de decimis.
Perſonalis veró ex omni perſonæ lucro,& declarat
Azzor.in inſtit.moral.lib.7.cap.35.verſ.nono.

Quin etiam perſoluere tenetur debitor nullis
deductis expenſis,aut ſemine,Capyc.deciſ.20. in
cauſa,ſub num.1. Franc.Marc.deciſ.198.quæritur,
an ex neceſſitate num.1.par.2. eſt text.apertus in
cap.tua nobis de decim. Immò & illas ſuis expenſis
aſportari facere debent vſque ad horreum Eccle-
ſiaſtici creditoris,& in eo reponere,probat gloſ.in
verſ. in horrea, cap. reuertimini 16. q. 1. in cap. 1.
verſ.in horreum 16.q.7.Cappell.Tholoſ.deciſ.433.
de Franchis deciſ.124.porrectis,ſub nu.1.iuxta va-
ticinium Malach. Prophetæ 3. Infertè omnem de-
cimam in horreum.

160 Tempus autem quo illas pendat, idoneum erit
reſpectu perſonalium, cum expletum eſt negotiū,
ſuper qun debentur,& ſic in fine illius,iuxta gloſ.in
citato cap.1. verſ.annus, vel & melius, ſi in pecunia
perſoluēdæ ſint,in Penthecoſte, aut menſe Septem-
bri perſoluet, iuxta gloſ. in conſtitut. Regni, quan-
to cæteris; quod ſi in victualibus, & conſequenter
prædiales ſint,ambæ gloſæ iam relatæ conueniunt,
vt præſtare debeat eo tempore,quo fructus recolli-
guntur, ſuper quibus perſoluuntur; necnon Nea-
podan.in conſuetud.Neapol. verum nu.48. Molfe-
tius in commentar.ad eaſdem conſuetud.par.5.q.9.
nu.2. textus etiam in cap.cum homines, de decim.
ſtatuit, ſoluendas eſſe ſtatim ac recollecti ſint fru-
ctus, nempè quam citius, & commodius ille tunc
conſignare valet,addit illic gloſa verſic. fructibus,
cum ſcilicet debitor fructus reduxit ad communē
vſum,Mohedan.deciſ.68.lis erat,ſiuè 2. in eius cal-
ce ſub rubr.de decim.quod ſi non curaret illos col-
ligere,aut reducere ad talem vſum, nempè ſegetes
metere,aut demeſſas triturare,tenetur nihilominus
ſoluere,poſtquam tempus aliquod præterijt,in quo
ex communi obſeruantia,& attento communi vſu
hominum infra competentem terminum, potuerit
in eum ſtatum reportare; hęc quippe eſt dictarum
gloſarum,iurium, & deciſionis intentio.

Animalium verò pręſtatio fieri poſt natiuitatem
debet, æquitate tamen concurrente, tùm reſpectu
debitoris, tùm creditoris; ſiquidem nec adeò pro-
trahenda erit illorum ſolutio, vt ad menſes differa-
tur,ac debitor cogatur interdum illa tenere ſuo pe-
riculo,& expenſis; nec tam feſtinanter, vt ſtatim
poſt natiuitatem conſignet, niſi aliquibus interie-
ctis diebus; hæc eſt Oldradi ſententia conſ.236. ex
ea tamen deducunt alij, eiuſmodi decimas non eſſe
perſoluendas de illis lac ſugentibus, ſed paſcenti-
bus; quod re vera haud inſinuant Oldradi verba,
quamuis admittant Rebuff.in tract. de decim. q.6.
nu.30. Andr.Hiſpan.in ſimili ſuo tract. q.14. nu.5.

tom.6. tract.de Franch.decis.114. demumq; Anna conf.65.nu.5.vol.1.quorum illationem,& verâ existimo,& vsu probatâ non ignoro, Azzor.etiam cit. c.35. fatur de hoc tẽpore soluendi decimas verf.16.

161 Tandem Episcopos venerari,eisque omnem exhibere debere reuerentiam cunctos Religiosos, eosque præterea opportere nonnulla agere in signũ eiusmodi Reuerentiæ, edocent Sacri Canones; illa

162 recensentes,ac præsertim,vt in Sabbatho maioris hebdomadæ campanas in eorum Ecclesijs pulsare non audeant,antequam pulsentur in Cathedrali,seù Matrici Ecclesia,alioquin pęnam ducatorum centum incurrant, statuit Lateranense Concilium sub Leone X. in constitut.exordiente,Sacro approban-

163 te Concilio §.& vt debitus;eandem ob causam in proprijs Ipsorum Ecclesijs erigere solium, baldachinum, & alia prohibentur, iuxta sententiam superinde prolatam à Sacra Congregatione rituum instruimur, cuius verba sunt.

Cùm Illustrissimus,& Reuerendissimus Dominus Cardinalis Carrafa Archiepiscopus Neapolitanus Sacræ Rituum Congregationi exposuerit, Monachos Ecclesiæ Sancti Seuerini ordinis Sancti Benedicti in festo eiusdem Sancti, die septimo Ianuarij,præter solitum,& consuetum in plano eiusdem Ecclesiæ extra Chorum in cornu Euangelij erexisse solium cum quinque gradibus,& super illud collocasse sedem pro Abbate eiusdem Monasterij, cum duobus alijs gradibus, ornatam serico villoso cremesino, cum postergali eiusdem serici, cum baldachino desuper tela aurea confecto, & splendide ornato, & cum duobus scabellis eodem serico villoso cremesino coopertis, hinc inde pro assistentibus;in qua sede sedit Abbas dicti Monasterij in dicto festo Sancti Seuerini, & celebrauit vesperas, & die sequenti missam habens vnum ex suis Monachis,qui vicem Magistri cęremoniarum gerebat; deferens manibus virgam de auorio argento contextam, & super altare crucem, & septem candelabra, cum totidem candelis accẽsis collocare fecerunt ad vesperas,& missam; quæ omnia an Abbati prædicto,& Monachis, cæterisque similibus Abbatibus,aliorum Monachorum,qui in dicta Ciuitate, & Diœcesi Neapolitana habent Ecclesias,& Monasterium facere & vti liceat, idem Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Carrafa declarari petijt; & proposito huiusmodi negotio in Congregatione prædicta ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Vrsino, cui hæc causa commissa fuerat hâc die infrascripta, visis & auditis iuribus hinc inde deductis,& audita relatione eiusdem Illustrissimi,& Reuerendissimi Domini Cardinalis Vrsini.

Eadem Sacra Rituum Congregatio á Decreto alias in simili causa facto in vna Firmana sub die 28. Ianuarij 1606. non esse recedendum censuit, nempè vt Abbas prædictus Monasterij Sancti Seuerini ordinis Sancti Benedicti, & cæteri omnes similes Abbates eiusdem, vel alterius ordinis in Ciuitate,& Diœcesi Neapolitana, & vbique, quando sollemniter in proprijs eorum Ecclesijs celebrant, contenti sint,& esse debeant sua propria,& conuenienti sede, quæ locata sit, & esse debeat in cornu Euangelij in plano Presbyterij cum duobus tãtum gradibus paruis, & sine vllo suppedaneo suggestu lapideo,vel ligneo,ac sine baldachino desuper; sed cum postergali tantum ex aliquo panno, vel serico leui fine [...]reo, coloris conuenientis sollemnitati, quæ celebratur. Nec dicti Abbates quando celebrant sollemniter,vt supra,habeant duos Diaconos assistentes,sed contenti sint,& esse debeant Subdiacono,& Diacono,qui in missa cantaturi erunt Epistolam,& Euangelium,& vno Monacho,siuè cappellano cum pluuiali, qui assistat ad librum, nec alios ministros habeant præter prædictos, nisi aliquos monachos,seu clericos,& ministros cum cotta, qui Abbatibus prædictis celebrantibus sollemniter de mitra, & baculo, & alijs necessarijs ministrent, & Altari inseruiant, super quo Altare sex tantum, & non septem candelabra cum totidem candelis, & sua cruce locentur, nec Abbacus alius præter quàm parua mensa in cornu Epistolę parętur,super qua duo possint locari candelabra,mitra, qua Abbas vtetur, calix, missale, thuribulum cum nauicula, & alia necessaria pro actu celebrationis, & vt dicti Abbates sub mitra vtantur paruo bireto nigro,& non alterius coloris,& ita censuit, & declarauit,& tàm à dicto Abbate,& monachis Sancti Seuerini ordinis Sancti Benedicti, quàm alijs omnibus similibus Abbatibus, & monachis Oliuetanis, vel alterius Ordinis, quando sollemniter in eorum Ecclesijs celebrant, tàm in Ciuitate, & Diœcesi Neapolitana,quàm vbiq; Terrarum seruandũ esse censuit, & declarauit, die 18. Martij 1617.

Quia veró in Regularium numero contineri tertiarias,siue mantellatas,vel pizzochas appellatas, non ignoramus; ideò exortæ nonnumquam fue-

164 runt contentiones, si Episcopis, an earum Regularibus superioribus subsint, sique extra claustra viuere possint,illarumque cõfessiones audiri á quibus valeant, & post interitum quomodo sint sepelliendæ, & vbi: Ideò manauit antiquitus constitut.8. á Pio V. felic.memor. deindeque nostris postremis temporibus Decretũ prolatum fuit á Congregatione amplissimorũ Cardinalium super Episcopis, & Regularibus, super statu mulierum tertij ordinis in priuatis domibus degentium,illarumque ad habitum admissione; typis datum Romæ in Typographia Reuer.Camer.Apostol. hoc anno 1617. tenoris sequentis.

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum, ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium,super immunitate,& exemptione Tertiariarum, quæ in priuatis domibus degunt,vulgo Pizzochæ,seu alio quouis nomine nuncupatarum, in primis & ante omnia in memoriam reuocat ea,quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum in eandem sententiam respondit, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum sæpius respondit, minime posse Sacerdotes Regulares,mulierum Tertij ordinis, quas de Pœnitentia, vel Pizzochas vocant, confessiones sacramentales audire,nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones personarum secularium audiendas; quemadmodum nec posse illis sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare in Paschatis Resurrectionis Sanctissimi Domini Nostri Iesu Christi; verùm quo ad sepulturam

ram, atque alia priuilegia Fratres Tertiarios Mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes, ita demùm Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, ſeù cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeù cœlibem, aùt caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint; quemadmodum cauetur Conſtitutione Concilij Lateranenſis ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ.21. in fine. Hoc autem voto mulierum, alia duo, ſcilicet paupertatis, & obedientiæ, nequaquam includi, quinimmo huiuſmodi mulieres ſi vitam virginalem, aut cœlibem ſimpliciter, expreſſeque vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut proprijs domibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis priuilegijs ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iuriſdictione frui debere, vt idem Leo poſtea declarauit conſtitutione ædita die 1. Martij 1508. an autem prædictæ qualitates in huiuſmodi Tertiarijs concurrant Ordinarijs loci eſſe iudicium.

Præterea ſi contingat aliquas ex prædictis Tertiarijs ſine ſepulturæ electione decedere, eas ſic decedentes, ita demùm in Eccleſijs ordinis, cuius habitum aſſumpſerunt, ſi in ipſis earum communis ſepultura reperiatùr, ſin minus in Eccleſijs Parrochialibus ſepeliendas eſſe decernit.

Superioribus autem Regularibus ſufficienti facultate ad id à ſede Apoſtolica ſuffultis (Cappuccinis exceptis) licere mulieres ad huiuſmodi habitum recipere, atque ad ipſos veſtiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe niſi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in ætate ſaltem quadraginta annorum conſtitutas, quæ de proprio habeant vnde ſufficienter viuere poſſint; & non cum alijs viris, quàm cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu, ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis præuio examine diligenti ſibi conſtiterit.

165 Verùm in huiuſmodi habitu concedendo; & reſpectiuè deferendo, omninó à velo ſupra caput, quod ſuperiectum vocant, à pectorali, quod vulgo dicitur ſottogola, & á patientia abſtinendum eſſe; quinimmo eas, quæ ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre deprehenſæ fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras eccleſiaſticas ab Ordinarijs locorum compellendas eſſe decernit.

Supradictis verò decretis mulieres Tertij Ordinis, quæ collegialiter viuunt non comprehendi; quinimmo eas diſpoſitioni conſtitutionis Pij Papæ Quinti editæ Romæ anno 1566. quarto Kalendas Iulij, quæ incipit (circa Paſtoralis) penitus ſubiacere expreſſe declarat: Non obſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus, datum Romæ 20. Decembris anni 1616.

Antonius Cardinalis Saulius.

V. Theatinus Secretarius.

166 Demùm liceat ne Epiſcopis excommunicare præfatos Regulares non eſt hic locus inueſtigandi, propterea quod congruentiori loco ediſſero, nempè inferius cap. vltim. verſ. explicito igitur num. 41. quamobrem ſi opus erit, quibit Lector perlegere, quæ illic tradidi, atque ita me abſoluere ab onere hic repetendi, & inſimul liberare ab imputatione, quam in me iuſtè facere omnes poſſent, ſi idem pluries reſcriberem.

167 Hic tamen explicabo nunquid in caſibus hactenus enarratis, & in quibus demonſtraui Regulares omnes ſubeſſe Epiſcopis, valeant ijdem Præſules punire, aut cenſuris inuoluere illos, ſi contrafaciant, & quò ad pęnas omnes præter cenſuras, queat Antiſtes illos compellere, ac punire exemptos, nemo eſt, qui dubitare videatur non ſolum Doctorum, qui Tridentinum anteceſſerunt Concilium, at qui poſt illud ſcripſere, vt videre licet apud Henrichez in ſumm. theolog. moral. lib. 7. cap. 25. §. 7. Franciſc. Leon in theſauro fori eccleſiaſtici par. 1. cap. 8. prope nu. 19. & melius tractat Marius Anton. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 112. caſu 35. ac Genuenſ. in Praxi Archiepiſcop. cap. 59. verſ. aliud eſt dubium, ſub num. 8. aliaque inferius ſcribenda comprobant, & hoc iure vtimur, omnis tamen difficultas verſatur reſpectu cenſurarum, ſi illis poſſint in his caſibus vti Epiſcopi in exemptos ipſos.

In qua re primum occurrit text. Concil. Trident. in cap. fin. ſeſſ. 25. de Regularib. dùm his vtitur verbis: Et quia ſancta Synodus deſiderat, vt omnia & ſingula ſupradicta quamprimum exequutioni demandentur, præcepit omnibus Epiſcopis in Monaſterijs ſibi ſubiectis, & in omnibus alijs ipſis in ſuperioribus decretis ſpecialiter commiſſis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & alijs Superioribus ordinum ſupradictorum, vt ſtatim prædicta exequantur: vult igitur Concilium, vt Epiſcopi exequutioni demandent vniuerſa Concilij decreta emanata contra Regulares, quoties Monaſteria eis generatim ſubſunt, vel ſpeciatim in caſibus ab eodem Concilio commiſſis, eiuſmodi ſunt omnes á me hucuſque relati caſus, ita quod licet ijdem Præſules eſſent ſimpliciter in illis delegati Iudices, & Exequutores, nihilominus partes compellere valerent, & contumaces ſeueritate eccleſiaſtica coercere, etiam quod literæ commiſſionales id minimè exprimerent, iuxta cap. præterea, & cap. ſanè el 2. de offic. delegat. Multo magis cum in præfatis Concilij capitibus, vel ſaltem in maiori eorum parte apponantur verba aliqua demonſtrantia intentionem eiuſdem Concilij eſſe, vt Epiſcopi compeſcant Regulares, qui in illis caſibus fuerint inobedientes. Accedat quod ſcripſit Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ 232. appellatio, ſub nu. 12. dùm quærit de pœna, qua veniunt plectendi Regulares vocati ab ipſis Præſulibus, vt venirent ad proceſſiones, cum renuunt, & dubium verſari ait circa eos, qui retinent priuilegium, ne poſſint ab Epiſcopis excommunicari, ſuſpendi, aut interdici, quo caſu reſpondet Calderin. conſ. 8. an Epiſcopus de Regularibus; & inquit minime poſſe ligari excommunicatione ab Epiſcopis, & ſequitur Gambar. in tractatu de auctoritate Legati lib. 8. cap. vltim. nu. 76. Verùm quia præfati loquuntur de Regularibus illis, qui non ſolum iam dicto gaudent priuilegio ne excommunicentur, ſed etiam altero, ne vocati teneantur accedere ad proceſſiones, ideó ex illorum dictis inferendum minimè eſt ad Regulares, qui tenentur ad eas accedere cum vocati fuerunt ab Epiſcopis, prout hodie ſunt omnes Regulares quouis

modo

modo exempti, ita disponente Concilio in cap. 13. sess. 25. de Regularibus; & mandante, vt exempti omnes tam Clerici seculares, quàm Regulares quicumque ad publicas processiones vocati accedere compellantur; quamobrem rectè ni fallor, respondet illic Gratian. vt Episcopi valeant censuris illos supponere; eiusque resolutionem ex identitate rationis, credo militare in alijs adductis casibus: in quibus ijdem Regulares subijciuntur Episcopis, maximè quod, alioquin videretur frustra illis concessa auctoritas in eosdem Regulares, nisi illos censuris, aut alijs pœnis plecti valerent, quoties contumaces, & delinquentes essent in relatis casibus, vt in simili tradit Segura in suo Directorio Iudicum par. 2. cap. 13. nu. 32. Tertio opitulatur vulgata illa iuris regula desumpta ex l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. quod cum alicui conceditur aliquid, eidem intelligantur concessa omnia, sine quibus illud explicari nequit, quam illic exornat Iasó num. 2. adiungens sub nu. 11. Intelligi etiam concessa ea, cum quibus commodius, & facilius expeditur actus, ita quod cum credam minimè posse Antistites exequi decreta Concilij, & iurisdictionem, quam habent in certis casibus supra Regulares, nisi, & eos renuentes punirent, certé dicendum arbitror illis censeri expresse demandatam facultatem eosdem puniendi, & excommunicandi; fauet etiam expressa verba Emanuelis Roderici in quæstionib. Regularib. tom. 2. q. 63. de exemptione Regularium artic. 7. qui loquens in terminis Concilij Tridentini cap. 14. sess. 25. de Regularibus prope finem, vers. & in fauorem, postquam retulit verba illius capitis, hæc scribit verba: Non potest autem hoc casu Episcopus commodè ipsum punire Regularem, nisi per censuras contra ipsum procedat, ergo id ipsum dicendum videtur in alijs casibus, in quibus ex dispositione Concilij retinent Præsules auctoritatem in Regulares exemptos, ac tandem suppetunt, quæ relati Fráciscus Leo, Marius Antonin. ac Genuens. annotarunt citatis in locis expressè id affirmantes, tùm in casu de quo illorum est sermo specificus, tùm in alijs ob quod notentur ipsius Genuensis verba illa, vel similibus: textus autem in relato cap. 14. præscribens formam Episcopis, tantum in eo casu illic memorato (cum degit intra claustra Monasterij extra ea delinquit) procedit quia ratione loci non exempti poterat Episcopus prætendere superioritatem, iuxta cap. 1. de priuileg. in sexto, & Conciliummet Tridentinum in cap. 14. sess. 7. de reformat. Nihilominus, & tunc quoque attendendam exemptionem eidem Concilio posterius placuit statuere in eodem cap. 14. sess. 25. attentatis tamen notatis á me ipso supra vers. quartus casus nu. 22. In alijs verò casibus multis non videtur habere locum, in quibus ex dispositione Concilij in omnibus recensitis capitibus, subsunt immediatè Episcopis, qui propterea ex relatis Auctoribus coercent, & puniunt Regulares contrafacientes. Accedit Lateranensis Concilij statutum sub Leone X. relatum à Fuscho de visitat. Episcop. lib. 2. cap. 11. nu. 69. & á nobis in superioribus recensitum, quo præcipitur ne Regulares in die Sabbathi sancti pulsare debeant campanas ante Ecclesiam matricem, idque non exequentes centum ducatorum pœna puniuntur, & tamen continuò vsu probatur, ac fieri cernimus ab eisdē Episcopis ab eisq; constringi ad persoluendum iam dictā pœnam, Petrus etiam Antonius Lazzarius ita concludit, multisque rationibus probat in his, quæ in Concilio Tridètino commissa leguntur Episcopis supra Regulares, cessare eorundem Regularium priuilegia, & licere eisdem Episcopis punire eosdem Regulares contrafacientes, eosque excommunicare in pract. quæstion. canonic. de blasphemia q. 10. à nu. 55. necnon Auctor Praxis Episcopalis nouissime visus in verbo excommunicationis causa materialis §. 4. part. 1. deduciturque per argumentum ex verbis Rodriqu. in quæstion. Regular. tom. 1. q. 36. artic. 4. dùm Fratrem beneficiatum ordinum militarum, seruientem beneficio curato, & delinquentem in ministerio curæ, defendit ne possit ab Episcopo puniri; etenim fouetur dispositione Conciliari in cap. 11. sess. 25. de reformat. non quidem Principe illius cōclusione, sed exceptione, qua casus aliquot excipit à Regula, in quibus illos neque subijcit Præsulibus, neque ab illis puniri in eisdem casibus delinquentes posse statuit; itaque in alijs non exceptis existimat castigari ab illis posse, tandemque text. opitulatur in cap. nimis, de excessib. Prælat. prohibens de cætero Episcopis excommunicare Regulares, in casibus quibusdam quorum meminit, potissimumque si renuant venire ad processiones ex causis leuibus indictas; consequentia nascitur ex eo textu cessare prohibitionem, si non ex causis leuibus, iuxta notata superius nu. 118. colligitque decisio Tholosan. 485. & si clementinam vnicam de testament. allegem, loquentem in casu enarrato num. 130. de Regulari exequutore testamenti, fortasse non erit erroneum, cum illa constituat casum, in quo Regulares subsunt Præsulibus, & addat ab illis puniendos esse, si in eo exercitio Regulares ipsos deliquisse constiterit.

SVMMARIA.

Monachus assumptus ad Episcopatum à iugo professionis absoluitur, nu. 1.

Item à ieiunijs, & prohibitione esus carnium in sua Religione statutis, nu. 2.

A recitatione etiam officij propria Religionis deobligatur, nu. 3.

A votis tamen non absoluitur, nu. 4.

Præfatus Episcopus vtrum valeat ad instar alterius Episcopi, qui antea non fuit Regularis expendere, nu. 5.

Rem emptam de fructibus Episcopatus, valeat ne alienare, & donare, nu. 6.

Donans, & donatarius obligati ne propterea sint ad restituendum, nu. 7.

Monachus Episcopali dignitate decoratus, cui acquirat Monasterio, an Ecclesia ad quam promotus fuit, nu. 8.

Bona empta ex pecunia alicuius, illius propterea non dicuntur, nu. 9.

Ille an succedat hæreditati paternæ, nu. 10.

Vestibus Religionis non spoliatur, nu. 11.

Roche-

Rocchето non vtitur, nu 12.
Renuncians Epiſcopatui non tenetur clauſtrum iterum petere, nu. 13.
Monachus ſi alicui ſæculari Eccleſiæ inferiori præficiatur, vtrum abſoluatur ab his, à quibus ſi Epiſcopatum aſſumpſiſſet, nu. 14.
Dominicani in Epiſcopos conſecrari nequeunt, niſi libros, & alia ſuperiori Monaſterij conſignauerint, nu. 15.

Capitulum XIV.

1 MOnachum, & alium quemcum-
que Religioſum aſſumptum ad
Epiſcopatum à iugo profeſſio-
nis dici omninò immunem,
probat textus in cap. 1. cauſa 18.
q. 1. ideoque reſpectu obligatio-
nis legalis exemptum iudicari
ab omnibus, quibus antea aſtringebatur ex vi Re-
gulæ, & Statutorum, inſinuat Caietan. in opuſculo
27. cap. 22. quem ſequitur Domin. Sot. in tract. de
iuſtit. & iure lib. 10. q. 5. art. 8. verſ. de tertio verò, &
Gregor. de Valent. ſuper Diuum Thomam diſput.
10. q. 3. punctu 8. verſ. finali, atque Couarr. in cap. 1.
poſt nu. 18. de teſtament. & Rodriqu. in quæſtion.
regular. tom. 2. q. 58. artic. 3. ob quod in ſpecie de-
flexerunt ad eam ſtatuendam concluſionem, vt at-
tenta vi coactiua, non autem directiua, cenſeatur
2 deobligatus à ieiunijs, & prohibitione eſus carnium
in quibuſdam Religionibus conſtitutis, quod inſu-
per ſcripſit gloſa in cap. de monachis 16. q. 1. & fa-
tetur Alphonſ. Aluarez in ſuo ſpeculo Summ. Pon-
tific. cap. 12. demumque Nauarr. conſ. 6. N. Frater
ordinis poſt nu. 11. de donation. & conſequenter fa-
cultatem vniuerſis Chriſti fidelibus conceſſam in
cap. explicari, de obſeruat. ieiun. edendi carnes in
die Natalis Domini occurrente ſub die Veneris, vel
Sabbathi, exceptis his, qui ex voto, aut Regulari ob-
ſeruantia carnes comedere nequeunt, extendunt ad
eiuſmodi Epiſcopos; quandoquidem excipiuntur
in eo textu, qui obſtricti ſunt ieiunare ex regulari
obſeruantia, nempè ex regularis obſeruantiæ lega-
lis debito, vt explicat præfatus Sot. in loco mox ci-
tato, quo quidem debito haudquaquam deuin-
ciuntur prædicti Antiſtites, ſed morali, vt omnium
citatorum Doctorum aſſenſus probat, & fortaſſe
concludit etiam Tabiena, ſi eius verba rectè atten-
dantur in verbo Epiſcopus num. 7. verſ. non po-
teſt.

3 A recitatione etiam officij propriæ Religionis li-
beratur, cum illud recitare debeat conforme ritui
Eccleſiæ ad quam promouetur, alioquin non ſatiſ-
faciat reſoluit Turrecrem. in Summa 91. diſtinct.
cap. 22. ſubiungens fuiſſe ſecum diſpenſatum ab
Eugenio Papa, vt poſt Cardinalatum liceret ſibi in
poſterum continuare recitationem officij ſuæ Re-
ligionis prædicatorum, & ſequitur Fuſchus in ſuo
tract. de viſitat. cap. 15. num. 81. ſubnectens hoc ip-
ſum neceſſe eſſe alijs Regularibus, & familiaribus
eorumdem Cardinalium, & Epiſcoporum, qui
propterea ſatisfaciant recitando officium, quod
Domini quotidie recitant per gloſ. & Doctor. in
clem. dignum de celebr. miſſar.

4 Sed ab illis tribus Religionis votis nullatenus di-
cendus eſt liberatus, verùm illa ſub peccati labe
explere tenetur, tàm illud caſtitatis, quàm aliud
obedientiæ, & paupertatis, iuxta doctrinam Diui
Thomæ 2. 2. q. 185. artic. 8. atque ideò ſi carnis pec-
cato cōmaculetur, aut altero inobedientiæ, eo quod
obedientia, quam antea præſtare cogebatur ſupe-
riori regulari, commutata eſt in ſupremum Ponti-
ficem, ita quod ſi illi parere recuſet peccet non tan-
tum, vt cæteri, at inſuper tanquam voti tranſgreſ-
ſor, atque ita ſi poſtremum de paupertate tranſgre-
diatur, nō tamen ita, & taliter cum monachus erat,
quando nihil poterat expendere, niſi concurrenti-
bus his, quę ſcripſi in cap. 7. à nu. 3. cum iam ipſum
factum Epiſcopum oporteat pro ſuo, & familiæ vi-
ctu expendere, quinimmo & pro decenti victu, ita
quod honorifice alatur, & ſi vera erit, prout vera
5 ni fallor videtur concluſio illa à multis, & doctiſſi-
mis probata viris, vt beneficiarius regularis diſpo-
nere, atque expendere de beneficij fructibus per-
inde valeat, ſicuti & clericus ſæcularis de fructibus
ſui beneficij poteſt, quam profectò concluſionem
præ cæteris Nauar. tuetur multis auctoritatibus, &
rationibus adductus in comment. 2. de Regular. nu.
10. & copioſius in tract. de reddit. eccleſ. q. 3. monit.
25. ac Sot. lib. 10. de iuſtit. & iure q. 5. artic. 7. verſic.
omiſſis ergo, necnon Rodriqu in ſuis quæſtion. re-
gular. q. 58. artic. 8. tom. 2. inde fit, quod cum ille
queat non modo pro victu ſuo, & familiæ expen-
6 dere, at inſuper donare, quin & rem emptam de
fructibus beneficiorum alienare, ita & Regularis,
quamuis contradicat Antonij Capycij deciſio du-
centeſima; quod autē ille cum recta vtitur valetu-
dine poſſit pro libitu voluntatis, & quamlibet quā-
titatem de fructibus perceptis ex beneficijs diſpen-
ſare: eo quod Dominus eſt illorum arbitratur Do-
min. Florentinus, relatus ab Imola in cap. final. ſub
nu. 11. de pecul. cleric. Rodoan. in tract. de reb. ec-
cleſ. non alienand. q. 53. cap. 3. nu. 10. ſequiturque
Abb. poſt Butrium in cap. cæterum nu. 3. de donat.
Corneus conſ. 314. videtur poſt num. 2. lib. 3. ac no-
uiſſime defendunt vtrique Molinæ ille in tract. de
primogen. hiſpan. lib. 2. cap. 10. nu. 32. alterque in
tract. 2. de iuſtit. & iure q. 148. verſ. ſecunda con-
cluſio; quorum ſententiæ ſuffragatur concluſio il-
la, quod beneficiarius habens adminiſtrationem ſit
in vita vſufructuarius; in morte verò vſuarius,
quin & alius adminiſtratione carens ſit in vita, & in
morte vſusfructuarius, vt refert gloſ. in cap. pręſen-
ti de offic. ordin. in ſexto, quam communem eſſe,
ac ſingularem, & tenendam, aiunt omnes, præſer-
tim Corneus indicato loco, Bellon. conſ. 3. Curatus
Eccleſiæ num. 6. per Imol. in cap. peruenit de fide-
iuſſ. & alijs omiſſis, qui à præfatis adducuntur, affir-
mat Clarus in §. teſtamentum q. 27. nu. 8. & propte-
rea ſi vſusfructuarij nedum perceptos fructus, &
reconditos faciunt ſuos, iuxta text. in l. ſi vſusfru-
ctuarius ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. ſed fortaſſe
etiam non reconditos more bonæ fidei poſſeſſoris,
iuxta doctrinam Bartol. per illum textum in d. l. ſi
vſusfructuarij, ergo cum vſusfructuarius vtatur, &
fruatur, ſcilicet vtatur ad commoditatem, & frua-
tur ad voluptatem, iuxta textum in §. 1. inſtitut. de
vſufruct.

vsusfruct. ita & beneficiarius; & quatenus opinio isthæc videretur nimis larga,& veniret improbanda tanquam hæretica in iure, prout Archidiacon. fatur in cap. & propterea censeatur verior altera, quàm idem Rodoan. retulit in adducto nu.10. cui ipse libentius subscribo, vt beneficiatus vltra propriam necessitatem, & donationem remuneratoriam, non eroget in alios profanos vsus citra mortiferum peccatum,quam multi probant, quos citat, & sequitur Calderin. cons. 2. de pecul. cleric.& complures Theologi, & Canonistæ relati per Couarr. illorum dictum in hac tantum parte amplexantem in cap. cum in officijs nu.3. de testament.& Nauar.in tract.de reddit.eccles.q.1.monit.
7 19. cum duobus sequentibus; quo verò ad restitutionem eiusmodi quantitatis ita perperam alienatę, quamuis aliqui annuant,inter quos præeminet Nauar.indicato tract. q.2.monit.7. necnon in Summa cap.17.nu.94.& alij ab eodem Couar.relati,ab illorum tamen resolutione idem Couar. illic discedit, & pariter doctissimus Sotus in lib.10.de iustit.& iure q.7.artic.3.maximè post conclusionem sextam, itemque Adrian.de restitut.q.16. Zabarell.in clem. quia contingit post num.10.de religios.domib.alijque multi ad hoc firmandum relati à Molina indicato tract.de iustit.& iure q. 143. vers.contraria; quin etiam & præfatus,alterque Molina in locis relatis paulò ante, quam profectò sententiam præfatus Nauar.quendam colorem habere, sibique non prorsus displicere fatetur in citato tract. de reddit. eccles.q.1.monit.48. nu.8. quinimmò præfati Molinæ cæteris expressius eximunt donatarios ipsos ab hoc onere restituendi,& Sot.in eadem conclus.6. in postrema ratione,vers.quo circa; siue igitur fateamur sæculares ipsos beneficiarios fieri Dominos fructuum perceptorum ex beneficijs, siue negemus,& tantum sibi licere pro honesto, & necessario vsu, seù remuneratione expendere, vltroquè verò peccare si erogent, non tamen restituere teneri; certè idem apparet dicendum in beneficiarijs ipsis Regularibus,quos perinde posse de fructibus suorum beneficiorum impendere, ac beneficiarios sæculares de suis conclusimus iam num.5.& consequenter ex donatione facta nullum committant peccatum, & casu quo illud patrarent, non propterea sint restitutioni obnoxij, neque etiam donatarij. Immò si ad restituendum obligati ambo essent,profectò quò ad forum conscientiæ procederet,non autem in foro exteriori, idque ex Nauar.constat in cons.6.de donat.per totum,maximè nu.5.ibi, (non patietur,quod recipiat,) non igitur ait, vt restituat receptos, & propterea reijcienda prorsus est contraria Capycij decisio supra relata, maximè quod nulla præterea valida fulcitur ratione,siue auctoritate: namque silentio inuoluens auctoritates omnes priores ab eodem adductas, tanquam non facientes ad casum præsentem, vt ipsemet fatetur post nu.4.duæ tantummodo supersunt, quibus fretus ad eam statuendam conclusionem deflexit, earumque prior est, Abb. in cap. fin. post
8 nu. 3. de Regularib. dùm inquit monachum promotum ad Ecclesiam sæcularem non Monasterio, sed Ecclesiæ ad quam promotus est,acquirere omne,& quicquid sibi obueniret, & mouetur ex textu in cap.vnico 18.quæst.1. Altera etiam auctoritas est eiusdem Abbatis in cap.cum olim el 2.in sexto notabili, de priuileg. vbi idem per diuersa verba tradit,quod supra retuli,& fulcitur eodem cap.vnico; & quidem si eodem Capycio teste, priores auctoritates huic minimè congruunt casui, certè multo minùs, & posteriores si verba thematis ab ipsomet in initio decisionis constituti attendamus, dùm ex pensione prouenienté ex fructibus Episcopalis mensæ dicit Episcopum Liparensem emisse quandam possessionem, eamque donasse suo consanguineo. quem post obitum donantis condemnatum fuisse ad eam restituendam præsenti tunc Episcopo, & præfatis Abbatis doctrinis adductum esse Regium Consilium adiungit,quæ vt antea dixi, minimè côferunt suæ decisioni; namque possessio de qua loquitur eius decisio, fuit empta de fructibus beneficij,seù de pensione obueniente ex fructibus, Abbas autem verba facit de rebus aliunde obuentis Antistiti; ergo diuersa, & ex diuersis non fit illatio per textum in l.Papinianus exuli ff.de minor. suadetur verò isthæc diuersitas ex quatruplici distinctione bonorum cuiuslibet clerici relata per Iulium Clarum in §.testamentum q.27. nu.1. vbi præsertim probat,affatimque ostendit nu.4. & 8. pergrandem extare distantiam inter bona Ecclesiæ, & fructus collectos in bonis Ecclesiæ, idque adeò, vt de fructibus facilior sibi concedatur dispositio, quam de bonis Ecclesiæ,quod præterea Rodoanus insinuat, &aliorum suffultus doctrinis tuetur in suo tract.de rebus eccles. non alienand. q.53.cap.1. nu.1. intantum quod nu.8. dictæ q. 27. opinatur præfatus Iulius Clarus posse clericum, siue Prælatum de fructibus collectis ex bonis Ecclesiæ, & extantibus testari, quamuis antea num. 6. dixisset illum testari nequire de bonis emptis ex fructibus Ecclesiæ, cuius vtrumque dictum veritate fulciri existimo attenta dispositione iuris communis, nec quidem alterum illorum refragatur conclusioni principali à me constitutæ supra,non inquam resolutio ab illo tradita nu.8.quia si de fructibus testari potest, multo magis in vita de eis disponere, non item altera relata in num.6.vbi quamuis credat posse clericum habere bona acquisita ex fructibus Ecclesiæ, & de illis non posse clericum, seù Prælatum disponere in testamento, eius nihilominus resolutio cum loquatur in testamento, non procedit inter viuos, quando est vsusfructuarius, vt dixi, non autem vsuarius,vt in morte,& propterea de eis testari nequit,disponere autem per viam donationis inter vi-
9 uos non prohibetur, vt conclusi; præter quod Regula extat generatim loquens, & inquiens bona empta ex pecunia alicuius non dici illius, iuxta l. si ex ea C. de rei vendicat. vbi glos. complures adducit concordantias,& Tiraquell.in tract.de retract.lignag.glos.vnica §.32.nu.16. quæ extenditur etiam ad bona empta ex pecunia Ecclesiæ, si Lapo summo viro credendum est in sua allegat. 72. in quæstione, quamuis contradicat Bald. in l. etiam nu.4. C.de fideicommiss.& alij, quorum sententia quoties præualeret non propterea obstaret, quandoquidem procedit de bonis emptis ex pecunia Ecclesiæ,id est ex substantia, & capitali ipsius Ecclesiæ, non autem si de fructibus, vt in casu nostro.

Ex his altera succreuit responsio,quod doctrinæ Abbatis

Abbatis per Capycium relatæ, ſi eſſent intelligendæ iuxta literam, nempè quod bona monacho beneficiario, ſeù promoto ad Epiſcopatum delata acquirantur Eccleſiæ, cuius eſt Beneficiatus vel Antiſtes, ſicuti Monaſterio, ſi beneficio, aut Præſulatu careret, vtique bona illa ſtatim, & incontinenti dicerentur Eccleſiæ, ſicuti, & Monaſterij, eo ipſo quod monacho obuenerunt; cuius fiunt, nullo concurrente facto eiuſdem Religioſi, quamuis ob illius cauſam; non enim Religioſus quicquam ſibi acquirit, ex quo poſtea transeat in Monaſterium, quia inhabilis ad aliquid ſibi acquirẽdum, ſed Monaſterium omne id acquirit ratione, & nomine ſui profeſſi; quare non ille, ſed Monaſterium immediate, illoque inſcio, aut etiam inuito hæreditatem adit, aut legatum adipiſcitur, per ea, quæ latius deducit Molina indicato tract. 2. de iuſtit. & iure, diſput. 140. verſ. non ſolum bona, & conſequenter ſi confeſtim fierent Eccleſiæ, cuius eſt Epiſcopus, aut Beneficiatus, nullo quidem pacto alienare valeret, tanquam bona Eccleſiæ, & ſubſiſterent, quæ Abbas ſcripſit in locis relatis, ſed cum res non ita ſe habeat in bonis delatis monacho Epiſcopali inſignito dignitate, qualis monacho exiſtenti in Monaſterio cum eidem Antiſtiti non eius Eccleſiæ tunc quæratur, & ipſe poſtmodum in morte relinquat ſuæ Eccleſiæ, vt mox demonſtrabo, vtique poterit interea alienare, maximè fructus, ex eadem Eccleſia quæſitos, quorum eſt Dominus, vel ſaltem adminiſtrator, vt expendat pro neceſſitate propria, & pauperum, & vltro erogans peccet dũtaxat, non autem reſtituere compellatur, ex his, quæ ſub nu. 6. copioſius diſſerui, & propterea illud idem ſubſiſtere in fructibus beneficij, haudquaquam indicant præfatæ Abbatis auctoritates, & multo minus ſi nõ iuxta literam, ſed attenta vulgata iuris Regula erunt intelligẽdæ, iuxta textum quem citant; nempè textum in cap. vnico 18. q. 1. ex cuius verbis (adiunctis his, quæ pro ipſius intelligentia tradit Sot. in lib. 10. de iuſtit. & iure q. 5. artic. 7. verſ. finali) apertè conſtat non determinari bona delata monacho promoto ad Epiſcopatum acquiri Eccleſię eo modo, quo Monaſterio antequam eſſet Epiſcopus acquirerentur, ſed cum canonica electio ipſum abſoluerit á iugo monaſticæ profeſſionis, & ſacra ordinatio de monacho Epiſcopum fecerit, velut legi-
10 timus hæres paternam ſibi hæreditatem poſtea iure vendicandi poteſtatem habet, Eccleſiæque ſuæ cuius eſt Epiſcopus poſt mortem relinquat, atque hic eſt illius canonis ſenſus, quem vſus approbat teſte Soto adducto verſ. fin. ex quo quidem textu ità explicato colliguntur plura aduerſantia deciſioni Capycij, & primò deſumitur eiuſmodi Epiſcopum adire hæreditatem, ſibique acquirere, & propterea fieri Dominum illius, & de illa diſponere poſſe. Alterum item eſt, quod ipſe relinquit Eccleſiæ, vt poſt mortem habeat, quod profectò inſinuat illum in vita eſſe Dominum, & diſponere poſſe, & quod ſupereſt tempore deinde mortis ſuæ Eccleſiæ relinquat, quaſi à ſe ipſo concedat, & aſſignet, & conſequenter ſi in vita alienauit, nullum geſſerit vetitum actum, aut de iure reuocabilem; idque ſi ita concluditur in bonis illi delatis, & aliundè obuentis in quibus (vt dicebat quidam amicus) videtur maius ius habere Eccleſia ipſa Epiſcopalis, multo magis aſſeuerãdum omninò videtur in fructibus, redditibuſque eiuſdem Eccleſiæ, in quibus, quia deputati ad ſuſtentationem, alimoniamque Epiſcopi, tantam non habet actionem; ita quod eruditiſſimus Regens Tappia in auth. ingreſſi verb. ſua cap. 6. nu. 8. C. de ſacroſanct. eccleſ. rectè dubitat de prædicta deciſione Capycij, ſi iuſta ratione fulciatur, & meus ſobrinus Proſper Petra in ſuis periucundis, & eleganti ſtylo congeſtis annotationibus ad omnes Capycij deciſiones, pariter titubat, vtrumne illa veritate innitatur, & videre licet in ſua annotatione ad præfatam deciſionem ducẽteſimam; quin etiam mecum de hac re alloquens apertis verbis improbauit, adiungens typis tradere noluiſſe, vt ſolita vteretur modeſtia, & quia rationes, & doctrinas affatim ſcribendas, & producendas aduerſus deciſionem ipſam nequibat in annotationibus tam breuibus congerere; ipſe veró nolui prætermittere, quid verè in hac re ſentiam, & affirmo, nullo pacto admittendam eſſe iam dictam deciſionem, maximè quod ſupremus Pontifex aſſumendo monachum ad Epiſcopatum videtur ſecum diſpenſare, vt inquit Rebuff. conſ. 14. an monachus, ſub nu. 16. In alia autem parte ſit ne præfata deciſio reijcienda quatenus demonſtrat Iudicem laicum proceſſiſſe in cauſa prædicta non inueſtigo, cum præſentis ſpeculationis non ſit: verùm relego Lectorem ad ea, quæ Lapus ediſſertat in ſua allegat. 58. Prælatus Eccleſiæ in allegat. 65. nunquid Eccleſia, & allegat. 72. in quæſtione.

Ex his omnibus hactenus narratis apparet comprobata reſolutio á me tradita nu. 4. ne monachus in Epiſcoporum numerum cooptatus dicatur ab obſeruantia trium votorum Regularium exemptus, quibus in præſenti ſubijcio, quod ſi tranſgreſſoribus alicuius ex prędictis votis pœnam aliquam, ſiuè cenſuram iniungeret Regula monaſtica, illa minimè ligetur, neque pęnam incurrat ipſe monachus poſt Epiſcopalem adeptam dignitatem, ſi vota ipſa, aut aliquod illorum paruipendat, nec ſeruet, idque præ cæteris tuetur Sot. indicato artic. 8. verſ. verùm eſt tamen, & Gregor. de Valent. ſuper D. Thomam diſput. 10. q. 3. punct. 8. verſ. tertio certum eſt vol. 3.

11 Veſtibus quoque Religionis minimè ſpoliatur, cum ipſum illius habitum geſtare compellat, text. in cap. clerici officia in fine, de vita, & honeſtat. clericor. Archidiacon. & Præpoſit. in cap. ſanctimoniales 23. diſtinct. atque Boer. deciſ. 158. nu. 5. quamuis vſus Italiæ admittat eiuſmodi Epiſcopos haud deferre habitum ſuæ Religionis, aitque in præfato articul. Sot. cuius dictum interpretor reſpectu totalitatis, (vt ita dicam) habitus, id eſt ne veſtitus incedat, vt antea incedebat, cum erat monachus, & in cæteris mundi partibus obſeruatur, præcipitque eius, ſed tantum retento colore veſtium Religionis, & eo modo, quo alius quiuis Epiſcopus, atque ideò
12 cum biretro clericali, & cum mantelletto eiuſdem coloris Religionis, Rocchettum verò portare minimè poteſt, ſed cottam, nempè ſuperpelliceum ſuperimponit in actibus explendis Eccleſiaſticis, iuxta ſanctionem eiuſdem canonis ſupracitati, & exordientis clerici officia, de vit. & honeſtat. clericor. ſicuti & monachus in Cardinalium numerum cooptatus, teſte Boniſac. de Vitalin. in clem. ne in

agr. 5. rursus num.34. de statu monachor. quod si prefatus Antistes alijs quam Religionis vestibus indui audeat, excõmunicationis vinculo subiaceret, ex sententia Syluest. verbo Religio 7. post nu. 11.& Cardin. in dicta clementina ne in agro, nu.9. atque Iason. in auth. ingressi nu.16. de sacrosecclesia quorum sententia recedendum esse credo, sequutus Couar. indicato nu.18. nullibi enim reperitur á iure inflicta excommunicatio aduersus ipsos non deferentes habitum Religionis, sed illis tantum vetitum indui alieno; consentio tamen ipsos graue peccatum committere, vt opinatur Fuscbus meus affinis in suo tractatu de visitat. libr. 2. cap. 15. post num. 11.

13 Quod si alicui ex prædictis Episcopis contingat renunciare Episcopatum, haud sibi necesse esset redire ad claustrum, neque præterea existimandus apostata, ita siquidem affirmat Nauarr. in cons. 6. N. Frater ordinis nu. 11. de donation. & Emanuel Sà in lib. aphorism. verbo Episcopus, & si ex Apostolica concessione redierit, inhabilis profecto esset ad dignitates, & officia Religionis, iuxta constitut. 45. Pauli IV. in sacra, quæ pœnas addit aduersus eos, qui illum eligere non omitterent; quin & cuicunque Episcopo nefas sit in aliquam commeare Religionem, nisi Papæ accedente beneplacito, probat text. in cap. licet, de Regularib. ac D. Thom. 2. 2. q. 85. art. 4.

14 Verùm si monachus alicui sæculari Ecclesiæ preficiatur, an ne à prædictis absoluatur, à quibus esset si ad Episcopatum assumptus esset? huic quæsito satisfacit Astens. in sua Summa lib. 6. tit. 47. artic. 5. tu eum videto, nam ego hoc in loco tantum subijciam Regularem ad sæcularem Ecclesiam transferri non debere, cum regularia beneficia sint regularibus conferenda, & sæcularia sæcularibus, vt alibi copiose demostraui; exceptis tamen Parrochialibus propter curam animarum, vt Astens. illic subiungit q. 6. nam illis præfici posse Regulares omnes, & hoc fieri ab Episcopis cum consensu Abbatis, aut alterius Superioris regularis, probat text. in cap. sanè 16. q. 2. dummodo Ecclesiæ illæ Parrochiales non pertineant ad ipsos Regulares pleno iure, iuxta cap. sicut, de supplend. negligent. Prælat. & cap. de monachis, de præbend. quoniam si ad ipsos Regulares pleno iure spectarent, vtique solius Abbatis, & Superioris regularis consensus sufficeret, & procederet, text. in cap. 1. 16. q. 2. Iure tamen communi isthæc assertio procedit, cum Concilij Tridentini sanctione Episcopi, seu illius Vicarij debeat concurrere assensus, & approbatio in capit. 11. sess. 25. de Regularib. ac propterea videantur rogo notata per Vgolin. qui de hac re multa fatur in tract. de potestat. Episcopi cap. 20. §. 4.

15 Cæterùm Clemens IV. mandat omnibus Regularibus ex Prædicatorum ordine ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & alias Prælaturas Ecclesiasticas assumptis, ne consecrationis munus quoquomodo recipiant antequam libros, & bona omnia, quæ tempore promotionis retinent, contingentia tamen ordinem memoratum Prioribus, & Conuentibus, de quibus assumpti fuerunt, integré resignauerint, nisi forsan ijdem Priores de consensu ipsorum Conuentuum, vsum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum, alioquin eò ipso ab executione Pontificalis ministerij nouerint se suspensos; cuius Decreti tenorem verbatim refert Consectius in collectione priuilegiorum Mendicantium fol. mihi 15. & Roderiq. in quæst. regular. tom. 2. q. 88. art. 6.

SVMMARIA.

Regulares è Monasterio eijciendos non esse, iure probatur, nu. 1.

Incorrigibilis quis censendus inquiritur, numer. 2.

Eijci tamen multoties posse Regulares ipsos, & Pontificum priuilegia, & ordinum constitutiones indulgere, demostratur, nu. 3.

Quæ gerere, & exequi munera valeant, dum in sæculo morantur, latè discutitur, numer. 4.

Ac præsertim si ordinibus insigniri possint, aut beneficia consequi, nu 5.

A votis Religionis an liberentur, nu. 6.

Dispensatione cum indigent, quis Præsul impartietur? nu. 7.

Cui tunc subsint ostenditur, nu. 8.

Item cui acquirant. nu. 9.

Cui etiam si fugitiui sint, nu. 10.

Cui demum si damnati ad triremes; nu. 11.

Si ad Religionem iterum admitterentur, unde expulsi fuerunt, nec iterum vouere tenerentur, nec proprium acquirerent locum, numer. 12.

Inter apostatas an numerari possint, qui eiecti fuerunt, nu, 13.

Capitulum XV.

1 NVllum Regularem ab ordine exauctorari posse, aut debere, si iuris communis dispositionem attendamus, quia existimat Zabarell. in clem. 1. §. quia verò nu. 5. de statu monachor. Ipse quoque amplexor, quin adeò stabile iudico, vt credam, ob id Sancitum fuisse á Gregorio IX. in cap. final. de Regularib. vt Superiores teneantur quotannis sollicité inuestigare fugitiuos, & eiectos, vt eos redire procurent ad Monasteria, & renitentes compellant per censuras; ad quid namque eijcere, si necessario repetendi sunt? nisi dicamus, ideò repetendos esse in eo canone præcipi, quia expelli nequeunt: meminimus tamen vtriusque intellectus eidem traditi per Nauarr. consil. 78. generalis, nu. 3. de Regularib. in nouis, vt intelligatur de iniustè, aut non seruato ordine dimissis, siuè per sententias interloquutorias, vel prolatas sine causæ cognitione, aut de iustè, & ordinatè expulsis, volentibus tamen regredi. Ambo isti intellectus præseferunt aliquos iustè, alios iniustè deijci, & nisi ius commune annueret nullus reperiretur, qui iu-

ſe dici poſſet eiectus. Hic modus argumentandi ſubſiſtit profectò, ſed non conuincit, intellectus ab ipſo Nauar.relatos,veritate fulciri; præſertim quod poſterior expreſſe contradicit literæ illius canonis, quæ Superiores ordinum alloqués,illis mandat ſollicitè,& annuatim perquirere fugitiuos, & eiectos, eosq; renuentes redire,vt compellant per cenſuras: quomodo igitur intendat ille canon de ambiétibus regredi,dùm renuentes cogendos eſſe iubet,non video ſubſiſtentiam rationis:ſunt tamen complures Doctores, qui contradicunt, quos referunt, & ſequuntur Azzor.lib.12.inſtit.moral.cap.16. verſ.ſecundo quæritur, & Leſſius de iuſtit. & iure lib. 2. cap.41.dubitat.13. quorum ſententiam vero aberrare fateor, ob priuilegia inferius memoranda, & concedentia,vel generatim,vel in aliquibus caſibus poteſtatem eijciendi; quæ vana prorſus eſſent,ſi iure communi antea licuiſſet: quinimmò quod Syluest.in verbo Religio 6.nu.27.Armill.eodem etiam verbo nu.28. & alij multi in diſcurſu citandi aiunt, nullum ob facinus eijciendos eſſe, niſi & incorrigibilitas concurrat,ſubſiſtere opinor,vbicumque priuilegiorum intuitu ad eijciédum procederetur, vt neque eo caſu expellatur,qui corrigi paratus eſt, quamuis delictum vtcumque graue patrauerit.

2 Quamobrem pro maiori declaratione præſentis materiæ,quærendum primitus eſt, quis dicatur incorrigibilis,& reſpondet Abb. triplici vtens diſtinctione, in cap. cum non ab homine,de iudic. ſequiturq; Graff.in ſuis deciſ.aureis lib.2.cap.24. ſub nu. 19. verùm quia ad hunc finem expellendi incorrigibilem, D.Bonauent.tractat.quis ita dicatur, ideò prætermiſſis omnibus à præfatis, & alijs Doctoribus relatis ſuper hac re,tantummodo referam,quę ipſe Bonauent.cóſtituit pro declaratione,& cognitione incorrigibilis; maximè quod, non omninò diſſentit ab his,quæ ſuperinde ſcripſerunt præcitati Doctores; inquit igitur ipſe D.Bonauent.ſuper regula Fratrum minorum in q.14. ſequiturq; Roderic.in ſuis quæſt.regul.q.30.art.14.tom.1. quinimmò cuiuſlibet Religionis conſtitutionibus declaratum reperitur,quando dicatur incorrigibilis,vt habitu ſpoliari, & à Religione eijci quis valeat, idque præſertim in conſtitutionibus ordinum Prædicatorum definitum apparet,his verbis:Quod incorrigibilitas fratris, quare ab ordine ſit eijciendus, eſt quando ſcilicet culpas non timet cómittere,& pœnas recuſat ferre, vel ex eorum ſæpius repetita inflictione,iudicio diſcretorum cognoſcitur nó proficere, talis de conſilio diſcretorum ſi expediens iudicatur poteſt Magiſter ordinis, vel Capitulū Prouinciale facere, vt exutus habitu ordinis, de ordine expellatur,ita reperitur in conſtit.Prouinc.Prædic. impreſſis Romæ anno 1566. per Reuerendum Iuſtinianum Priorem Generalem ordinis: ex quibus omnibus apparet nullum eſſe de iure expellendum niſi ſit incorrigibilis,quamuis apoſtata eſſet; idque addit Roderic.adducto loco.

3 Verùm auctoritate priuilegiorum,necnon acténto iure conſtitutionum,etiam quod non ſit incorrigibilis expellitur, & propterea ob homicidium licet expellendus non eſſet, attento iure communi; eijceretur nihiſominus ob particulare priuilegium ex ordine D.Hieronymi in Hiſpania,quale priuilegium elargitus illi eſt Pius V. in anno 1566. ob vitium item nefandum, vtique ex omnibus expelli poſſet ſi conuictus fuerit, vt teſtatur præfatus Roderic.adducta q.30. art.19.

4 Interdum verò quod in ſæculo manent, ſi quæratur, poſſint ne omnia munera exequi eccleſiaſtica, & exercere, reſponſio ſit, perlegenda in primis eſſe priuilegia, quibus ad hunc effectum potiuntur Monaſteria,& Religiones, è quibus pelluntur: quæ continent nonnunquam apertam prohibitionem aliqua exercendi: Eccine exemplum de Fratribus minoribus retinentibus priuilegium Innoc. IV. vt expulſi non præſumant prædicare,confeſſiones audire,vel docere, niſi de licentia ſedis Apoſtolicæ,ita compendium priuilegiorum mendicantium,verbo eijcere §.1.quo gaudent, & aliæ Religiones participes priuilegiorum ordinum Minorum,quin reſpectu muneris prædicandi,& Carmelitas,& Prædicatores eoſdem fungi priuilegio, recenſet Rodoric.q. 32.art.9.tom.3. vbi propterea admonet,licere Præſulibus impedire eiuſmodi eiectos,ne prædicent,& repertos prædicare etiam punire.

Quod ſi nullum ſuper his priuilegium habeant monaſteria; tunc labor erit inueſtigare veritatem: quádoquidem ne tunc impediri poſſint ea exequi, quæ & non eiecti, ſuadetur concluſione illa, quod niſi iure communi poſſent, vtique ſpecificum priuilegium Religionibus quandoque elargitum non expreſſe vitaret; contradicens verò ſententia,vt ſtatim ac habitu exuerunt intelligantur eis interdicta adminiſtratio, & executio prædictorum omnium, probatur aſſertione altera. quod infamia notantur, quam tradit Rodoric.in quæſt.regul.q.30.artic.21, tom.1.per doctrinam Lapi in vltim.annot.ad conſ. Federic. de Senis 38. ſed apertius edocet idem Federic.conſ.5. quidam monachus,verſ.præterea iſta videntur ſub nu.2.& fortaſſe probat Nauar.in cap. ſtatuimus verſ.ſexto infertur,ſub nu.64.cauſ.19. q. 3. ſed infamibus ea omnia inhibita eſſe inſinuauimus rubr.11.cap.18. ergo.

Verùm nos,qui mentem Nauar.in conſ.84. quidam N. de Regul. in nouis, intuiti ſumus, dicimus eo caſu perquirédam eſſe cauſam,ob quam expulſi fuerunt, quia ſi ob inducentem irregularitatem prohibita illis eſſet omnium exequutio,quæ irregularibus vetita eſſe retulimus rubric. 11. cap.11. niſi Papæ obtinuerint diſpenſationem, vel proprij Epiſcopi in caſibus in quibus retineret facultatem diſpenſandi, ac niſi ante egreſſum conſequuti illam fuerint à Prælatis Religionis vigore priuilegiorum ordinis,ex ſententia eiuſdem Nauar.in eod.conſ.84. Itidē ſi ob alteram cauſam gignentem aliud quodcumque impedimentum ad illa gerenda; nempè ſi excommunicationem,exemplum de apoſtatis idoneum erit, namque ter conuictos de apoſtaſia eijci poſſe à Religione S.Franciſci de Obſeruantia concedit priuilegium relatum ab eodem Roderic. indicat. q.30. art.14. & apoſtatam ligari cenſura excommunicationis oſtendimus in antecedentibus.

Quod ſi delicta ob quæ fuerũt expulſi, vllam,nec irregularitatem, nec inhabilitatem induxerunt,ni-
5 hilominus ad ordines, neque euehendi eſſent niſi prius ſubdiaconatu ſaltem inſigniti reperirentur, eo namq; caſu, quia retrocedere nequirent,eos ad altiores extollere expediret, per Nauar.eodem in conſilio, & Rodoric.ead.q.30. art.24. tùm ad titu-

lum Patrimonij si detinent, tùm beneficij, quia ne
mendicent posset originarius Episcopus, cui tan-
tum liceret promouere, itidem, & beneficium ali-
quod eo casu conferre, ex eodem Nauar. Quamo-
brem hoc excepto casu abstinere deberent à con-
ferendis ordinibus eiusmodi eiectis; beneficia etiam
non nisi in eo casu conferre deberent, vt propterea
responderimus, neque admittendos esse ad Eccle-
siam receptitiam loci originis, ad quam omnes con-
ciues statim ac sacros susceperunt ordines, admissi
intelligũtur, tùm pręterea, quia professio repugnat,
& homines diuersæ professionis, ac status sociari in
vna, eademq; Ecclesia haud debent, iuxta notata
in cap in noua actione 16. q. 7. & clem. 1. de elect. at-
que Feder. de Sen. expresse scribentem in cons. 19.
6 quidam monachus, prope nu. 4. tùm denique, quod
á tribus votis Religionis minime eos eximi, affir-
mat Nauar. in cap. non dicatis 12. q. 1. sub num. 35.
idemq; Feder. de Senis cons. 38. quidam professus,
sub num. 1. Azzor. lib. 11. instit. moral. cap. 16. vers.
quarto quæritur, & vers. septimo quæritur, Molina
disput. 140. vers. quando verò tract. 2. & Lessius ad-
ducto cap. 41. num. 115. & antea sub nu. 112. tametsi
cõtradicat Sot. in tract. de iustit. & iur. lib. 7. q. 2. art.
5. respectu tamen obedientiæ, & paupertatis. sequi-
turq; Roderic. indicata q. 30. art. 20. & concludunt
Graff. decis. aureis lib. 2. cap. 24. sub nu. 19. Pet. Ara-
gon. super D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. & Corrad. q.
285. par. 1. Quorum ratio ad probandum eximi á
voto paupertatis non conuincit, quod Monaste-
rium non amplius illis suppeditat victum; etenim
Regulares plerunque viuunt, tùm ad certum tem-
pus, tùm absolutè durante vita extra claustra de li-
centia Superiorum, nec aluntur à Religione, &
propterea non liberantur à voto paupertatis, at il-
lud custodire obnoxij sunt, & quidem custodiunt,
quamuis victum sibi quærant, ac bona propterea
retineant, habẽtes dumtaxat illorum vsum, ex Na-
uar. in tract. de orat. cap. 7. sub nu. 20. & luculentius
scripsi alibi, quod idem faciunt ipsi eiecti, vt optime
declarat relatus Azzor. in eodem citato loco, maxi-
mè si præuia licentia Episcopi originis, cui acqui-
runt ad instar cæterorum Regularium acquiren-
tium Monasterio, vt idem Nauarr. tradit in eodem
cap. non dicatis, vers. sed est dubium, sub nu. 33. fre-
tus doctrina Zabarell. in clem. 1. §. quia verò, de stat.
monach. dùm scripsit, etiam depositum remanere
monachũ, ex auctoritate Innocent. in cap. dilectus
el 1. de simon. poterat etiam adducere eiusdem In-
nocent. alteram, & apertiorem, magisq; in indiui-
duo doctrinam, in cap. cum olim el 2. prope nu. 4.
de priuileg. cuius verba tãgunt specificum, de quo
agimus casum, cum dicunt, eiusmodi eiectos acqui-
rere Episcopo, á cuius iurisdictione non sunt abso-
luti, eumq; commendat, & amplexatur Astens. in
Summa lib. 6. tit. 4. art. 9. q. 8. sed præter hæc men-
dicata suffragia, adduco in primis conclusionem
Nauar. in tract. de horis canon. cap. 7. sub n. 20. quæ
se habet, eiusmodi expulsos, quamuis carẽtes sacris
ordinibus teneri ob solam professionem, ad recitã-
dum diuinum officium, insequiturq; Roderiq. in
art. 20. eiusdem q. 30. Illaq; præsertim ratione ful-
citur citatus Nauar. quod semper remanent mona-
chi, ac matrimonium contrahere nequeunt, quin
ad Monasteriũ redire possunt si velint, per cap. fin.
de Regularib. Addimus postmodum verba Lap. in
2. annotat. ad præfatum cons. 38. Feder. de Sen. quo
in loco postquam Feder. in vers. ad secundum, scri-
pserat eiectum attenta dispositione iuris commu-
nis posse impetrare dispensationem ab Episcopo
ad obtinendum Curatum, negat veram esse sentẽ-
tiam; aitq; quod etiam si aliud non obsisteret im-
pedimentum id solummodo sufficeret, quia est in-
habilis tanquam exauctoratus á Religione ob sua
demerita, cuius dicto concinunt, quæ nuper tradi-
dimus ad probandum, infames esse prædictos ab
ordine dimissos, qui non nisi ob grauissima scelera
consueuerunt expelli, si Roderiq. vera fatetur in ar-
tic. 24. & consequenter affirmamus, ad reliqua quo-
que beneficia censeri inhabiles ob eandem ratio-
nem, & quando vera esset, (quod negamus) opi-
nio Federic. illa loquitur accedente dispensatione
Episcopi, vt propterea dicere valeamus, contradi-
cere ius commune, ideoq; subintret conclusio sta-
bilita à nobis ipsis in rubr. 6. cap. 3. nu. 27. tantum si
causa subsistat concedendam esse dispensationem;
quin & vnam saltem earum in eodem cap. 3. nu. 28.
recensitarum, alioquin denegandam grauiam præ-
dictam, omnemq; habilitationem.

Ad celebrandum præterea, neque admittendos
esse existimo, ad tempus saltem, sicuti & in eo, qui è
triremibus, ad quos fuerat damnatus rediit, post
expletum tempus, conclusi in rubr. 11. cap. 18. nu. 21.
7 Quam quidem dispensationem vbi recensita
concurrant, tantummodo Præsul locorum, vnde
præfati traxerunt originem, scilicet nati sunt, & nõ
alius impartietur, tùm quia, hæc est complurium
8 relatorum Doctorum sentẽtia, tùm ob alteram re-
solutionẽ, qua conuincuntur teneri confestim adi-
re originariũ Antistitem, eiq; insinuare se esse mo-
nachos, atque è Monasterio eiectos, seq; paratos esse
iustis illius iussionibus parere, teste Nauar. in addu-
cto cap. non dicatis, nu. 35. & cap. nullam 18. q. 2. nu.
46. necnon cons. 7. an expulsus nu. 4. de Regulari-
bus in nouis, Vgolino tract. de potest. Episcop. cap.
20. §. 9. in fin. & Martha tract. de iurisdict. par. 4. ca-
su 182. nu. 4. Feder. de Senis cons. 5. vers. secundum
hoc, post num. 2. & cons. 19. sub nu. 4. atque Tuscho
concl. 325. & 328. lit. M, opitulanturq; Innocent. &
Astens. in locis pauló ante relatis, cum dicunt non
liberari á iurisdictione Episcopi, tandemque Ho-
stiens. in cap. quod Dei, de stat. monach. & Io. Andr.
in clem. 1. eodem adducto titulo, cum in simili aiũt,
quod Episcopus erit sibi Abbas; quorum veram
credo sententiam, quamuis Molina super 2. 2. Di-
ui Thomæ tract. 2. disput. 140. vers. antepenultimo,
& eum fortasse sequens Rodoriq. indicato artic. 20.
crediderint, non in aliam obligationem obedientiæ
erga Episcopum incidere, quam in eam, qua reli-
qui clerici deuincti sunt; maximè si eos liberari à
voto obedientiæ rectè scripsisset Sot. de iustitia, &
iure lib. 7. quæst. 2. artic. 1. Alijque in Superioribus
relati, nam vtra sit verior sententia circa obedien-
tiam, si ex voto; satis erit quò ad nostrum proposi-
tum frequentior resolutio illa, quod sicuti antea
suberant Regulari Superiori, tunc Episcopo ori-
ginis: quod adeò verùm esse admonemur, nè
queant sibi domicilium acquirere in alio loco, ni-
si ipsius originarij Præsulis, vel supremi Ponti-
ficis licentia præcedat, & assensus, quod longa se-

rie,

rie,ac multis,& apertis verbis tutatur millies adductus Nauarr.in eodem cap.non dicatis, verſ.quanquam Epiſcopus originis,ſub nu.34.& rurſus propè nu.35.non obſtante contradicente reſolutione Roderici in artic. 25. Azzor. eodem citato cap.16. lib.12.verſ.huic etiam,maximè quia deinde idem Azzor.verſ.duodecimo,ſubdit exeuntes à triremibus ſubijci Epiſcopo originis, ſequutus eiuſdem Nauar.ſententiam.

9 Cæterùm, quia in controuerſiam ducitur, cui acquirat eiectus iſte,tùm bona durante eiectione, tùm antea quæſita, & nùm teneatur retrogredi ad Religionem,idque vt aſſequatur, debeat totis viribus perquirere, & inſtando conſequi, ideò meas in vtroque quæſito proferre ſententias non verebor; etenim in primo capite licet Nauarr. Aſtenſ. Innocent.& alij in hoc caſu ad aliud conuincendum relati in ſuperioribus, verſ.quod ſi delicta nu. 5. necnon Abbas in cap.1.de infant. expoſit. & cap. final. de Regularib. cenſeant, nullatenus Monaſterio acquirere, ſed Epiſcopo, Molin. autem indicata diſputat.140.verſ.penult.& Leſſius eodem cap.41.libr.2.verſ.verius tamen puto,ſub num.112. Monaſterij iuribus indiſtinctè faueant; ipſe tamen medium tenens, libentius ſubſcribo diſtinctioni multorum aſſerentium, vel iniuſtè, vel iuſtè fuiſſe ab ordine exauctoratos, vt primo caſu nullum paret Monaſterio præiudicium eiectio talis. Secundo verò Epiſcopo acquirat monachus ipſe; quam diſtinctionem præ cæteris Azzor. amplexatur citato libro duodecimo cap.16. verſ. nono quæritur, iuncto verſ. duodecimo quæritur; quamuis & his poſtremis temporibus omninò ceſſet iſthæc controuerſia ob Gregor.XIII. conſtitut.44. officij noſtri, ſancientem illud totum Cameræ Apoſtolicæ acquiri; quod verò ad ſecundum attinet quæſitum, memini Leſſium in ea fuiſſe ſententia, vt teneatur reuerti in adducto cap.41.num.111. ſed in contrarium fuiſſe,tùm Nauar.in eodem adducto cap.non dicatis,num.33.& 36.& conſ.51.de Regularib.tùm Azzor.in eodem cap.16.verſ.ſexto quæritur,quam & ipſe citius amplexor ob rationes,quibus fulciuntur ijdem Nauarr. & Azzor. tametſi & ſimile illud de ſeruo, iuſtè improbet Leſſius, alteram verò ingredi,nedum relati Nauarrus,& Azzorius,ſed quoque idem Leſſius ſub dicto num. 111. negat, & ſi antea Religionem vouerat,reiecta contradicente Soti ſententia, cum vouit,lib.7. de iuſtitia, & iure quæſt.2. articul.1. ad tertium; idque etiam ſi proprius Superior in ſententia ipſa expulſionis adieciſſet, vt in alteram ingrederetur Religionem, nam parere haud teneretur ex Nauar. ſententia conſil. 77. de Regularibus, & rationibus defendit citatus Roderic. eadem quæſt. 30. articul. 23. iterumque in Summa cap. 93. part. 2. Siquidem omnium Scribentium concors ſententia probat,ei licere in ſæculo viuere clericalibus induto veſtibus, & Nauar. præſertim ſcribit indicato cap. non dicatis num.36.& cap.nullam 18.q.2.num.96. Roderic.in locis mox relatis,& copioſius artic.21. nec tantum id ſubſiſtere cenſemus,cum inſtetit rurſus recipi,in quibus terminis Federic. loquitur in adducto conſil. 38. verùm cum nondum procurauit denuò admitti,quandoquidem ſi iuris rigorem attendamus, haud obligatur reuerti,etiam ſi ab illius Religionis Superiore auocaretur, vt citatus Nauar.eodem nu. 36.& Rodoric.citato art.21.reſoluunt.

10 Sed fugitiuus cui acquirat in ſæculo viuens, non eſt in controuerſiam ducendum,cum ad inſtar ſerui fugitiui acquirentis Domino, quærat Monaſterio, Azzor. in verſic. octauo quæritur, & poſt Nauar. Abb. Syłueſt. & alios, ſcribit Molina eadem diſputation. 140. verſic. Religioſus,etiam ſi fugitiuus.

11 Vbi verò dubitaretur de eo, qui ad remigandum fuerat damnatus, crederem ea nos vti debere diſtinctione ſi ad tempus, vel ad vitam condemnatus fuerat: vt primo caſu Monaſterij ſint bona omnia per ipſum interdum adepta, quia non animo eximendi illum à poteſtate Regulari, & dimittendi à Religione damnatus fuit, vt propterea teneatur,& ipſe expleto tempore regredi ad religionem, illaque recipere eundem: altero autem caſu,quia prorſus abdicata fuit Regularis iuriſdictio, ſicuti & eiectus, non amplius acquirat Monaſterio, ſed quouſque in triremibus eſt, ſubijciatur, & acquirat Epiſcopo loci,in cuius iuriſdictione viuunt, & cæteri in illis exiſtentes,quod ſi aliqua ex cauſa inde euaſerit, ſubijciatur, pariterque acquirat Epiſcopo originis,vt poſt Nauar.indicato cap.non dicatis,nu. 34.aſſeuerat Azzor. relato verſ.duodecimo quæritur,quorum dictum,quamuis ſimpliciter, & abſolutè prolatum, reſtringo ad hunc ſecundum tãtum caſum,neque primum complecti,in qua ſubſiſtit à me relata ratio, vt diſtantiam nimirum inter eos extare,oporteat fateri.

12 Quod ſi rurſus eandem ingredi admitteretur Religionem, in ea iterum profiteri minimè deberet,idque auctoritates complures,rationeſque probant recenſitæ per eundem Rodoric,artic.29.citatæ q.30.quanquam ad eundem locum,& gradum, quem ante ſententiam detinebat non eſſe recipiendum præfatus Rodoric. adiungat, in quo tamen poſtremo dicto vacillat Nauar.conſ.89.

13 Verùm eiectos iſtos miſcere apoſtatis vtrum poſſimus,illorumque ſub vocabulo complecti,non erit difficile inueſtigare, ſi illud vnum non ignoramus, ad contrahendam apoſtaſiam egredi à Religione non ſufficere,niſi & id ſine Superioris auctoritate, etiam fiat, ex notatis à me ipſo hac eadem rubrica cap. 9. ſub num. 5. Quandoquidem ex veriſſima iſthac aſſertione,conſequentia illa itidem valida enaſcitur,quod cum eiectus non ſua ſponte, ſed proprij Prælati licentia præcedente diſcedat,atque ab illo dimittatur, ceſſet omne ſcrupulum apoſtaſiæ, quamuis ob propriam culpam, & delictum, tùm antecedens, tùm & eomet tempore quandoque concurrens, quia recuſat pati pœnas, quas meretur,aut incorrigibilis eſt; etenim ſi vellet corrigi quantumuis malus fuerit expelli haud deberet, teſte Armilla verbo Religio nu.28. & Syłueſt. verbo Religio 6. §. 17. Huic ſententiæ excludenti præfatos eiectos ab apoſtaſia fauent citati Roderic.verba in eadem q.30.art. 14. agunt ſiquidem de apoſtata ſi expelli poſſit à Religione, & conſequenter inſinuant,alterum ab altero diſtare, & expulſionem non inducere apoſtaſiam, quod prætera comprobari verbis eiuſdem Roderic. in artic. 4. arbitror; tandem expreſſe ait Leſſius in eodem cap.41.poſtea viſus num.109. eadem qua, & ipſe

fulfultus ratione, demumque constat ex verbis fratris Seruantij de Lairuelz in optica Regularium ad Regulam Sancti Augustini specul. 84. cum ait: eiectus est is, qui ob culpam suam expellitur Monasterio, fugitiuus verò, qui renuncians obedientiæ iugo, se subtrahit Abbati suo, & è Monasterio recedit, vt se ei celet, siue habitum deponat, siue non; Apostata denique est, qui à Monasterio recedit animo, & voluntate liberè extra Monasterium viuendi.

Postremò prudentissimos eorumdem Regularium Superiores enixè haud desinam rogare, ne ad eiectionem istam properent, sed cautè, lentoque (vt aiunt) pede incedant, vt deinde omnibus pensatis cognoscant si eam facere expediat, caueantque ne pœnitentem rursum recipi exposcentem, aut non expelli postulantem, surda aure intelligant, demissasque illius supplicationes refugiant, propterea quod Corradi dictum isthæc perpetrantes coarguit, animumq; meum adduxit libenter suæ subscribere sententiæ; quam his scripsit verbis: Ego verò vix credere possum illum non fore recipiendum, si vita, & moribus dignum se exhibeat. Hæc ille scripta reliquit in sua Summa cas. consc. q. 285. propè finem par. 1.

Cæterùm videre confert, quæ memoratus Seruantius Lairuelz postea visus in optica Regularium ad Regulam Diui Augustini congessit, complures tradendo instructiones tùm recensitas extricantes difficultates, tùm alias multas contingentes circa eiectos ipsos in speculo 85. quin circa fugitiuos in speculo 86. necnon circa apostatas in specul. 87.

SVMMARIA.

Masculinū quando concipiat fœmininum, nu. 1.
Monialium stricta appellatio non comprehēdit mendicantes, qua sorores appellantur, nu. 2.
Sororum explicatio, nu. 3.
Franciscana in duplici sunt differentia, nu. 4.
Tertiariæ inter se triplici ex causa distant, nu. 5.
Sorores S. Claræ ex primeua erectione in duplici quoque sunt differentia nu 6.
Monialium numerus is statui debet, qui ex introitibus Monasterij viuere possit, nu. 7.
Moniales non recipiontur nisi annum duodecimum expleuerint, nu. 8.
Cogentes ingredi Monasterium, necnon consulentes, & fauentes, excommunicantur cum ampliationibus, & declarationibus, nu. 9.
Voluntas puellæ semel, atque iterum exploranda est, nempe antequam suscipiat habitum, & antequam profiteatur, nu. 10.
Vtraque ab Episcopo facienda est, etiam si Monasterium sit exemptum, nu. 11.
Exploratio illa facienda ante professionem, quæ continere debeat cum eorum declarationibus, num. 12.
Aliquid exigere pro ingressu Monasterij an liceat, nu. 13.
Supernumerariæ an iu causa sint, vt in locum decedentium aliæ non subrogentur, nu. 14.
Exploratio quo in loco facienda, nu. 15.
Quo tempore sit facienda, nu. 16.
Professio emissa non facta exploratione ab ordinario quid agendum, nu. 17.
Moniales tenentur clausuram custodire, nu. 18.
Clausura, vt custodi dicatur, quę oporteat speculari, nu. 19.
Egredi propterea è Monasterio nusquam poterunt vita durante, nu. 20.
Excipiuntur aliqui casus, nu. 21.
Infirmitas quamuis grauis, non est valida causa exeundi à Monasterio, uu. 22.
Licentiam quis concedit in casibus prędictis exeundi, nu. 23.
Septa monasterij ingredi nemini licet, nu. 24.
Ingredi vt aliquis possit tria requiruntur, numer. 25.
Personæ numerantur complures masculini generis quibus ob necessitatem concedi potest licentia intrandi, nu. 26.
Causa cessante, cessat dispositio, idemque potestas alienandi, nu. 27.
Aliæ adduntur fœminini generis, quibus concedi intrandi facultas potest ob causam necessariam, nu. 28.
Puella educationis causa ingressa post 25. annum exire inde debet, nu. 29.
Nuptis verò, aut viduis concedi quandoque licentia intrandi vtrum liceat? nu. 30.
Licentiam quis concedet ingrediendi in altero casuum permissorum, nu. 31.
Mulieres intrare monasteria virorum prohibitum esse, ostenditur, nu. 32.
Quæ loca sint illis vetita intrare, nu. 33.
Aetas, quæ requiratur, vt sub hac prohibitione comprehendantur, nu. 34.
Mulieres ignoranter ingredientes in excommunicationem vtrum incurrerint, nu. 35.
Admittentes non tantum mulieres, sed alij etiā, qui recensentur propterea excommunicantur, nu. 36.
Præsumere verbum quid significet, nu. 37.
Episcopi vtrum ingredi valeant Monasteria monialium existentia in eorum Diœcesibus, num. 38.
Cardinales insuper vtrum possint, nu. 39.
Loqui cum monialibus etiam vetitum est. nu. 40.
Regulares vtrum excommunicari possint ab Episcopis, nu 41.
Declarari incurrisse an possint Regulares illi, qui priuilegio potirentur ne possint excommunicari, nu. 42.
Regularis irretitus excommunicatione iuris nemini retenta, à quo absolutionem consequatur, nu. 43.

Equi-

Equites Hieroſolymitani comprehendantur ne ſub prohibitione facta Regularibus accedendi ad moniales, eas alloquuturis non obtempta licentia à Sacra Congregatione? nu. 44.

Epiſcopus inſlingens excommunicationem in accedentes ad Monaſteria monialium, & cum illis loquentes, ligat etiam accedentes ad Monaſteria exempta ſi expreſsè addiderit, num.45.

Qui literas mittunt monialibus, in eandem an incidant cenſuram? nu.46.

Bannitis ſcribens quando pœnam edicti mereatur pati, nu.47.

Epiſcopi poſſint ne fœminis etiam probibere, ne ſine licentia, cum illis loqui debeant, numer.48.

Moniales profeſſę obligatæ, necnè ſint officium Diuinum recitare? nu 49.

Confiteri peccata, & ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere quando teneantur, numer.50.

Clem.1. §.ſanè de ſtatu monachor. explicatur, nu.51.

Quæ dicatur prima Dominica menſis, nu.52.

Cui confiteri debeant moniales? nu.53.

Quo veſtitu, & quibus modis incedere debeant, nu.54.

Orationi, & ieiunio incumbere quoque debent, nu.55.

Ieiunium tria requirit, nu.56.

Cibi vetiti qui ſint eo tempore, nu.57.

Refectiunculam vtrum mane ſumere liceat, numer.58.

Hora quę ſit idonea explicatur, nu.59.

Ieiunij lex quandoque non frangitur quamuis non ſeruetur, nu 60.

Ieiunare quibus diebus teneamur, demonſtratur, nu.61.

Vouens ieiunare in feſtiuitate alicuius Sancti, an teneatur ſi incidat in Dominica? numer.62.

Quo tempore incipiat, & quouſque duret ieiunium, nu.63.

Diſpenſatus comedere carnem, dicitur & à ieiunio, non autem, qui eſt diſpenſatus ad lacticinia, nu.64.

Cauſæ introducendi ieiunium, quæ fuerint, numer.65.

Iudici ad eruendam veritatem liceat ne indicere ieiunium inquiſito? nu. 66.

Obedientiæ definitio deſcribitur, nu.67.

Moniales aliquid poſſidere vetantur, nu.68.

Niſi ad vſum, & de licentia Superioris, numer.69.

Licentia exiſtente ſi contrahant, faciant nè validum actum, & obligent Monaſterium, num. 70.

Licentia circa vſum mobilium, qualis eſſe debeat, nu.71.

Donare, aut pro eleemoſynis elargiri vtrum valeant ſi habeant vſum de licentia Superioris, nu.72.

Declarationes multæ Sacræ Congregationis referuntur ad hanc rem ſpectantes, nu 73.

Paupertatis complures laudes referuntur, numer. 74.

Caſtitatem, vt ſeruent duo attendere oportet moniales ipſas, & illa adijciuntur, nu.75.

Conſecrari monialis nemo poteſt, quæ antea fuit corrupta, nu.76.

Profeſſionem tamen emittere non vetatur, numer.77.

Velum monialium quintuplex eſſe oſtenditur, eiuſque ſpecies declarantur, nu. 78.

Velo indutam eſſe an oporteat monialem, vt ſecum rem habens veniat plectendus pęnis comminatis aduerſus cognoſcentes moniales, numer.79.

Quę fuerit contra eiuſmodi violantes, ſtatuta pœna? nu.80.

Quæ verò contra raptores monialium, nu.81.

Mulieris rapientis virum, quę ſit pœna, num.82.

Et quę rapientis Nouitium à Religione, numer. 83.

Rapientis verò mulierem ob pręcedentem tractatum de matrimonio contrahendo, an ſit pęna capitis? nu. 84.

Præfati ſic facinoroſi appellare nequeunt, numer.85.

Vter iudicium ſumet ab illis pęnam, laicalis, an Eccleſiaſticus, nu.86.

Capitulum XVI.

1 CVM ſcripſerim hactenus, & copioſè quidem de Regularibus, certè de Monialibus quoque me verba feciſſe non eſt ambigendum, cum & ipſe Regulares ſint, cumque maſculinum complectatur, comprehendatque fœmininum genus, iuxta text.in l.1. ff.de verbor.ſignif. l. ſi quis id quod, verſ.ſed vtrum ff. de iuriſdict.omn.iudic. l. qui domum, iuncta l. ſi mater ff. ad l. iulian. de adulter. & pro regula tradit Soccin. in regula 255. incipiente, maſculinum regulariter, & plenè explicat Andr. Tiraquell. in tract.de retract. lignag. §.1. gloſ.9.nu.177.cum multis ſequentibus, vbi præ cæteris reſoluit locum habere, etiam in materia pœnali, & odioſa; complures adiungens Doctorum auctoritates id ipſum probantes, tueturque inſuper Gaſpar Baheza in ſuo tract. de non melior. filiab. ratione dotis cap.11. à nu. 17. quamuis multas admittat reſtrictiones, ac præſertim in contractibus,

vt pro regula statuit Diaza regul. 456. & quoties aliqua suppetit coniectura, vt inquit Surd. decis. 84. super testamento, sub nu. 8. sub generico igitur sermone de Regularib. continetur earũdem monialiũ tractatus; attamen nullum me reprehẽsurum suadeo, si aliqua pauca seiunctim scribam, & vnicum nunc constituam caput de monialibus dumtaxat sermonem complectens, illaque in indiuiduo explicans, quæ inter loquendum de Regularibus inferere, nec volui, nec locus erat congruus: nec mireris bone lector, quod dixerim pauca quædam me pollicitum esse in hoc capite explicare; dùm re vera postmodum comperies multa, & non modo longo, at insuper prolixo sermone in eo congessisse; namque multa profectò erunt, si attendamus res ipsas enarratas, pauca veró si intueamur vniuersum de regularibus tractatum; quam meam distinctionem colligo ex textu, & Doctoribus in cap. 1. ne clerici, vel monaci secular. negot. se immisc.

2 Exordiar itaque ab illa conclusione, quod sub hoc nomine monialium strictè sumpto, comprehenduntur omnes cuiuscumque ordinis religiosæ, præter mendicantes, quæ proprio vocabulo appellantur Sorores, ita Abb. in cap. causam nu. 2. de iudic. & cap. causam, post nu. 1. de elect. necnon Collector compendij mendicantium, verbo ingredi Monasteria in 3. notab. vers. sed aduertendum, nec sine ratione adiunxi dictionem illam strictè, quia si largè sumeretur nomen istud monialium, vtique omnes amplexaretur, in tantum quod propterea

3 sorores, rectè dicerentur moniales, quinimmó antiquitus nomen illud monacha, siue monialis, cum impositum fuerit religiosis fœminis, quia aliæ tunc non aderant religiones, quam monialium; successiuis autem temporibus, quibus reliqui ordines præsertim mendicantium instituti fuere, & fœminis etiam illorum regulas placuit profiteri, peculiarique nomine vocari sorores, nõ propterea antiquo, & generico nomini monacharum renunciarunt, at eo appellatæ omnes fuerunt absque differentia aliqua; vt præfatus Collector explicando adiunxit, & bullæ Summorum Pontificum postmodum vsæ sunt plerumque, Sacrique canones, qui prædictas Religiosas illis nominibus promiscuè nuncuparũt, nosque pariter ad hæc vsque tempora ita vocamus, & illis nominibus tanquam Sinonymis vtimur, & aduertit Abb. in d. cap. causam, post num. 1. de elect. qui propterea subnectit vulgi dictum esse distinguens sorores à monialibus, insequens Ioan. Andr. in eodem illo capite num. 2. verùm ipse sentio ex prædictis, moniales dici sorores iuxta cap. quoniam de simon. sicuti & monachos appellari fratres admonui in cap. 1. sub nu. 5. hoc tit. non tamen sorores dici moniales, sicuti nec fratres appellari monachos, illic adiunxi, & confirmat citatus Abb. in cap. causam nu. 2. de iudic.

4 Quinimmò sunt modo Franciscanæ in duplici differentia, eò quod aliquæ Tertiariæ; aliæ verò ex

5 ordine S. Claræ dicuntur; quin etiam tertiarij fratres, & sorores inter se triplici ex causa distant, quas congerit, & declarat præfatus Collector in verbo tertiarij fratres, & sorores §. 24. quos quidem tertiarios fratres, siue sorores ad imitationem Serafici Patris Francisci instituisse in suo ordine, virum illum sanctitate vitæ insignem Dominicum, testatur Diuus Antoninus in 3. par. suæ historiæ tit. 23. cap. 14. §. 2. neque præterea dubitandum, quin Augustinienses etiam habeant suos tertiarios, corregiatos appellatos, idque ex libro, cuius titulus est, monumenta ordinum fol. 249. lib. 2. aperté constat, ac pariter Carmelitæ, vt ex eodem libro instruimur fol. 180. lib. 2. & recenset Corduba in sua declaratione ad præfatum compendium mendicantium versic. tertiarij §. vlt.

6 Sorores insuper S. Claræ ex primæua earum institutione in duplici quoque reperiuntur differentia, quædam enim sunt primæ Regulæ à S. Clara editæ, quæ multis in Regionibus appellantur collectaneæ, & antea Domine pauperes, aut S. Damiani nuncupabantur; & istæ propriæ, ac veræ sunt moniales, seù potius sorores S. Claræ; aliæ item extant secundæ Regulæ, non quidem ab eadem S. Clara ordinatæ: verùm ab Vrbano IV. Pontifice Maximo, ob quod à multis Vrbanistæ appellatæ fuere, teste Collectore præfati compendij, in verbo moniales, in principio, sed postmodum ex eiusdem Vrbani, & aliorum decretis, & sanctionibus, dictæ fuere moniales S. Claræ, sicuti ab omnibus communiter, & absolutæ vocantur, non secus ac aliæ primæ Regulæ, ita commonente illic Collectore, necnon Corduba in sua annotat. 1. super eodem verbo moniales.

Nunc prosequar de monialibus ipsis sermonẽ, & recordor, quod dum erat olim ordinatum Episcopis statuendi certum numerum Clericorum in Ecclesia, vt secundum ipsius facultates viuerent in communi, iuxta text. in cap. quoniam, de vit. & ho-

7 nestat. clericor. deinde Bonifac. VIII. extendit ad moniales ordinum non mendicantium, præcipiens ne in illis reciperentur, nisi quot possint de ipsorum Monasteriorum bonis, siue prouentibus, absque penuria sustentari in cap. 1. §. sanè de stat. regul. in sexto, & sacra Trident. Synod. postmodum extendit ad omnes Regulares tám masculos, quàm fœminas, atque etiam mendicantes, in quibus licet numerus statui non possit pro facultate bonorum, vel introituum, eò quod illis carere debent, nihilominus statuendus est habita consideratione ad consuetas eleemosynas, quibus valeant commodè sustentari, (præter quod his temporibus vniuersi mendicantes retinent introitus, & bona stabilia, exceptis Minoribus, & Capuccinis,) ait enim in cap. 3. sess. 25. de Regularib. in prædictis autem Monasterijs, & Domibus, tám virorum, quám mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis cõmodè possit sustentari; quinimmó id ipsum posterioribus Summorum Pontificum confirmatum, auctumque fuit; siquidem Pius V. in sua constit. 8. exordiente circa Pastoralis officij, districtæ præcipit nè plures in earum Monasterijs reperiantur, & admittantur, siue recipi, & admitti permittantur, quám ij, qui ex proprijs redditibus ipsorum Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè valeant alimentari, & Gregor. XIII. iniunxit ordinarijs, vt præfatum statuant numerum in Monasterijs sibi subiectis, & etiam in exemptis, cum illo-

rum tamen Superioribus interuentu, neque ſupra numerum ipſum recipi poſſint, etiam de conſenſu Superiorum, vt eſt videre in ſua conſtitut. 13. exordiente, Deo ſacris virginibus, ex cuius verbis illud præſertim colligit Nauarr. in cap. ſtatuimus nu. 57. verſ. tertio nota 19. q. 3. ordinarios locorum, ſub pœna peccati mortalis ad id faciendum obligari, fulcitus verbis illis in dicta conſtitut. appoſitis, ſuper quo ordinariorum conſcientiam oneramus, quamobrem id exequi prætermittere minime debent, ob illud potiſſimum ne valeant in poſterum Regulares excuſari, quod vitam omninò communem ſeruare nequeant, quia neceſſarijs ad alimoniam carent, illaque ſibi non ſuppetunt Monaſteria ex communibus redditibus.

Hoc itaque ſtatuto numero in vnoquoque Monaſterio monialium, & locus erit admittere moniales ad habitum, dumtamen primitus inquiratur, ſi
8 annum duodecimum expleuerint, alioquin non recipiantur, iuxta cap. 17. Concil. Trident. ſeſſ. 25. ſub rubr. de Regularib. ita quod Sacra Congregatio Concilij cenſuit, non eſſe diſpenſandũ, vt puellæ, quæ duodecimum annum non compleuerint, poſſint habitum in Monaſterio aliquo ſuſcipere; eſt præterea inquirendum ſi ſpontè, vel coactè, ex præſcripto modo inferius explicato verſ. tertium;
9 ſcituri tam cogentes aliquam virginem, vel viduã, aut aliam quancumque mulierem inuitam, præterquam in caſibus á iure permiſſis, & expreſſis ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque Religionis, vel ad emittendam profeſſionem in eis, quàm qui in aliquo ex prædictis, conſilium, auxilium, vel fauorem dederint; aut qui ſcientes eam non ſpontè ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint, ſententiam ſe incurſuros excommunicationis in eos ſtatutam per Concilium Tridentinum cap. 16. ſeſſ. 25. de reformat. qua ligari etiam eos omnes cogentes virginem, vel viduam ingredi Monaſterium donec nubant, vel ad ætatem nubendi perueniant, aut ad educationem, & mores ornandos, aut ne inciderent in aliquem errorem antequam nuberent, non autem ad finem ſuſcipiendi habitum, aut profeſſionem emittendi, exiſtimant Nauar. conſ. 56. de ſentent. excommun. & Gambarupta de caſibus reſeruatis cap. 13. ſub num. 8. Qui tamen ſint caſus excepti per adductum caput Concilij, in quibus liceat de iure compellere ad ingrediẽdum Monaſterium, congerit Lelius Zeccha in ſuo tractatulo de caſibus reſeruatis poſito poſt reſponſiones Ludouici de Beia ad caſus conſcientiæ, caſu ſcilicet 20. illos recenſet, quorum primus eſt ad pœnitentiam peragendam in §. dolendum de pœnitent. diſtinct. 5. alter de muliere, quæ proprium filium ſpontè occidit, in cap. 1. de his, qui proprium filium occidit, & de vxoricida, idem conſulitur in capit. admonere 23. q. 3. Ipſeque alium addo cum mulier pendente iudicio ſeparationis thori venit ſequeſtranda, vel puella durante lite ſuper matrimonio contrahendo, iuxta terminos à me conſtitutos rubr. 6. cap. 3. verſ. nunc vanum non erit, & verſ. ſed mulierem, ſub nu. 44.

Alia ſunt præterea inquirenda, de quibus verba feci in initio ſecundi capitis huius rubricæ, & alia inferius notanda Præſul inueſtigabit, præuia explo-
10 ratione voluntatis puellæ ingreſſuræ; quare rectè credidit Modernus in ſua Praxi Epiſcopali verbo moniales §. 14. par. 1. ſemel atque iterum eſſe explorandam voluntatem puellæ; nempè cum habitum ſuſcipere intendit, de qua noſter in præſentia eſt ſermo, & poſtea cum profeſſionem emittere procurat, de qua mox tractabimus; oportet inquã voluntatem explorare illius, quæ Monaſterium ingreſſura eſt, & habitum ſuſceptura, in tãtum, quod ex declaratione præfatæ Congregationis, antequam ingrediatur Monaſterium adducenda eſt ad matronas honeſtas, nec ſanguine illi coniunctas, nec aliquo modo ſuſpectas, vbi remotis omnibus eius propinquis examinetur ab Epiſcopo de ipſius voluntate; quinimmò Congregatio eadem, adducta verbis illis in dicto capit. 17. Concilij, (non ante
11 eum ſuſcipiat, nec poſtea) declarauit vtrumque ſpectare ad Epiſcopum, tam ante ſuſceptum habitum, quàm poſtea, ante profeſſionis emiſſionem explorare voluntatem puellæ, non obſtante quod Monaſterium ſit Regularibus ſubiectum, vel alias exemptum à iuriſdictione Epiſcopi; quod ſi prior exploratio ab Epiſcopo non fuerit facta, nihilominus eſt facienda ſecunda, ita declarante eadẽ Congregatione ſub verbis mox ſcribendis, & ſub alijs in præſenti referendis, nempe puella, quæ inconſulto Epiſcopo habitum ſuſcepit Religionis, antequam profiteatur ab Epiſcopo examinanda eſt diligenter.

Cumque habitum ſuſcepit, ad profeſſionem accedere non patiatur, niſi alia multa concurrant à me relata in præfato capite ſecundo; & inſuper, ſecundo exploret Epiſcopus, vel eo abſente, vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum ſumptibus,
12 ab eis deputato virginis voluntatem diligenter, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat; & ſi voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas, iuxta Monaſterij illius, & ordinis regulam, necnon Monaſterium fuerit idoneum, liberè ei profiteri liceat, vt ſonant verba ſupracitati cap. 17. Concilij Tridentini, ſuper quibus verbis declarauit Concilij Congregatio, vt ex puella, cuius declaratio in dubium reuocatur Ordinarius diligentiſſime quærere debeat, an Deo religioſè inſeruire, atque inter moniales apud quas eſt, profeſſionem emittere, an veró nubere velit, & hoc fieri debet neceſſarijs interrogationibus, & quicquid reſpondet deſcribi debet à publico Notario præſentibus teſtibus idoneis, quæ quidem puella ſi ob aliquam cauſam probabilem videatur Ordinario ne ſit examinanda in Monaſterio, tunc examinari debet in Eccleſia eiuſdem Monaſterij, vel alio Religioſo loco, qui aptior, & commodior videbitur.

Ex quo Concilij capite, & declaratione ſubſequenti patet euidenter, teneri Antiſtitem diligenter inquirere vtrum enarrata in illo canone procul ſint ab ipſa puella, ne poſtmodum Monaſterialibus diſciplinis ſe inuitam alleget deuinctam, & propterea retractandam emiſſam profeſſionem, ex eo, quod nullum bonum, niſi voluntarium, iuxta cap. præſens 20. q. 3.

Sunt igitur tria præſertim inueſtiganda vigore præcita-

præcitati capitis Conciliaris, quoties puellæ exploranda est voluntas, primum si optimè noscat, quod actura est, nempè si non ignorat vtilius esse animæ saluti, ac melius bonum, ingredi Religionem, quam extra eam in sæculo manere, prout Diuus Antoninus admonet in sua Summa tit. 16. cap. 2. in principio par. 3. vtrumuè eo animo deliberato accedat, vt statum perfectionis vitæ assumat, & Deo seruiat.

Aliud erit inquirendum si noscens proprias vires, cognoscat se habilem, atque idoneam ad Regulæ austeritatem ferendam, vt cursum deinde feliciter consumet, non autem ob imbecillitatem retrocedens, nequeat inceptum perficere iter, atque ideò speciatim interroganda est, cur illam potius, quàm aliam elegit ingredi Religionem, & quamuis diuinæ magis misericordiæ, quam proprijs viribus confidendum sit, iuxta illud Esaiæ dictum cap. 40. qui sperant in Domino mutabūt fortitudinem, & aliud Ricchardi in 4. sententiar. distinct. 38. q. 1. artic. 6. quemlibet debere reputare votum Religionis proportionatum suæ infirmitati; nihilominus coniecturis, & experientia constare nonnumquam potest contrarium, teste Angelo in Summa verbo Religiosus num. 18. & relatum Esaiæ dictum intelligēdum videtur, honesto, & possibili modo; quippe quod Deo confidendum est; at ille vult nè ex parte ambientis profiteri, adsit inhabilitas, vt optimè præfatus Antonin. explicat in eodem capit. 2. Quarè si aliqua laboraret pergrandi infirmitate, non vtique Præsul deberet pati monialem fieri, nec vllo pacto admittendam ad Religionem, & admissam omninò repellendam, nec patiendum profiteri.

Tertium, quod inuestigandum est, seligitur ex illis verbis Concilij, an coacta, an seducta sit; reijcienda siquidem esset in his casibus, quos omnes sub triplici distinctione complexus antea erat, D. Antoninus in paulo ante citato cap. 2. inquiens, rem sanctam agere, qui alium ad Religionem inducit, magnumque propterea mereri præmium, sequutus Diuum Thomam 2. 2. q. vltima artic. 9. & concinit periucundum illud Iacob. 5. dictum, qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, liberabit animam eius á morte propter multitudinem peccatorum, & tex. iuris canonici præportat, vnam ex tribus generibus eleemosynarum esse, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis, in cap. tria sunt 45. distinct. Triplicem autem inordinationem contingere posse in eiusmodi inductione, subiungit idem Antoninus, earumque priorem ait, si quis alium ad Religionem impelleret, ac vi, metuque cogeret, hoc enim vetitum est, in cap. præsens 20. q. 3. & probaui copiosè in cap. 2. huius rubricæ, sub num. 9. Ratioque illa præ cæteris suppetit, quod cito soluitur, quicquid necessitate fit, perseuerat autem, quod voluntate arripitur, cap. quicquid, de consecrat. distinct. 5. quam sanè ob causam, aliasque permultas rationes, præcipit iam dictum Concilium primitus inquirendum esse, si coacta ingredi, aut profiteri impellitur, quibus verbis adducta Sacra Concilij Congregatio censuit, puellam inclusam per vim in Monasterio, debere inde educi, & si quid damni ob eam causam passa est, curare debet Episcopus, vt indemnitati eius prouideatur eorum impensis, qui talem illuc intulerunt, qui debent etiam seuerè castigari; sed puella si monialis effici velit desiderij eius compos est facienda, licet Pater eius contradicat. Hæc sunt verba declarationis, quibus nunc subijcio tantam, eamque omnimodam requiri libertatem in matrimonio spirituali, vt obtenta fuerit sententia in gratiam cuiusdam nobilis mulieris, annullans eius professionem metu reuerentiali factam, & ita decisum in Rota Romana coram Reuerendo Patre Domino Orano, de mense Februarij anni 1586. quod fortasse minimè dissentit á resolutione à me superinde constituta in cap. 11. sub nu. 14. huius rubricæ, vbi insequor sententiam Thomæ Sanchez in tract. de matrimon. lib. 4. disputat. 6. à nu. 17. subdit postea præfatum Concilium, & inquit, vel seducta: quod verbum nihil aliud indicat, quam decepta, vel in fraudem inducta, ex Terentio in Andria; Me seducere istis verbis postulat, & vendicant sibi locum duo alij relati casus à Diuo Antonino in loco supra citato; quorum primus si muneribus, aut alia re temporali induceret ad Religionem, quoniam vetitam rem ageret, & simoniacam, ad text. in capit. quam pio 1. q. 2. cuius dictum procedere explicatur, si pactum præcedat, alioquin alteri blandiri, vt Religiosus fiat, cumque donis, aut honoribus citra expressam pactionem inducere, haud est prohibitum, ex glosa in eodem cap. quam pio, vers. si verò loquimur, & succurrit Diuus Thomas inquiens licere prouocare aliquem ad deuotionem Monasterij per temporalia beneficia, vt illis allectus inclinetur ad Monasterij ingressum, quamuis nephas sit ex pacto aliquid dare, vel recipere pro ingressu, vt ille ait in Summa 2. 2. q. 100. artic. 3. in responsione ad quartum argumentum. Alter verò, & vltimus est casus à Diuo Antonino traditus in supra citato loco, si mendacijs alliceret, quod fieri prohibitum esse subnectit, non solum ob graue periculum, quod eiusmodi inducto imminet retrocedēdi postquam cōperta veritate ipsum pœniteret, eiusq; propterea nouissima essent peiora prioribus: verum etiam ob solum mendacium, quamuis omne aliud abesset periculum, cum Diuus Augustinus dicat, ne quis ducendus sit ad salutem sempiternam opitulante mendacio, in cap. primum 22. q. 2.

13 Occurrit hoc loci vetus illa, & intricata quæstio, si liceat aliquid recipere pro ingressu Religionis, quam Diuus Thomas indicata q. 100. artic. 3. discutit, & glos. cum Doctoribus in cap. non satis, de simon. & post alios Vgolin. in tract. de simon. tabul. 1. cap. 4. §. 1. ex quorum dictis tenendum esse non dubito, nihil esse à volentibus ingredi Religionem exigendum, causa, & intuitu ingressus, moueor dispositione textus in citato cap. quam pio, iuncto capit. nullus Abbas 1. q. 2. necnon cap. veniens, de simon. quippe quod simoniam committerent dantes, & recipientes, excommunicationemque incurrerent, aduersus eos comminatam ab Vrbano IV. in extrauagant. sanè, de simon. eamque pari, immò validiori ratione incurrunt, si quid datur pro emittenda professione, & illius ob causam, ita in specie commonente Vgolino indicato §. 1. sub nu. 4. in fine: est verum, quod in vtroque casu debet pactio, seu conuentio intercedere per expressos text. in adductis cap. quam pio, & cap. nullus Abbas, colliguntque

guntque præterea Doctores ex præfata extrauaganti, vers. illa dumtaxat: nec dissentit text. in cap. non ita, de simonia; quamobrem nè incurratur per acceptionem, vel dationem absque pacto, sed á spontè dantibus, rectè scripsit Nauar. in Summa cap. 27. num. 106. Abb. in cap. cum M. Ferrariensis num. 26. de constitut. Dec. in l. 2. num. 11. C. de instituт. & substitut. Quinimmò illa neque incurratur, si consuetudo suppetat, vt aliquid detur persoluendum in aliquo pio opere, existimat Nauar. indicato loco, & Abb. citato capite, sub nu. 25. contradicit Vgolin. dùm prædictam consuetudinem vti erroneam respuit, ac potius dissuetudinẽ appellat, post dictum num. 4. vers. item locum habet, & eius dictum credo verius; illud autem, quod Martinum V. declarasse ferunt, Diuus Antonin. in Summa 3. par. tit. 24. cap. 69. Syluest. verbo excommunicatio 7. casu 44. & Felyn. in cap. quoniam, de simonia, qui dicunt audiuisse ex fide dignis præfatum Martinum dixisse, se nolle moniales incurrere in aliquam censuram Ecclesiasticam, & præcipuè excommunicationis ob eiusmodi data pro ingressu Monasterij; non vtique refragatur supradictæ conclusioni, tùm quia dixit non incurrere censuras, non propterea absoluit eas à simonia, & consequẽter à peccato mortifero, quod vnusquisque simoniacus committit: tùm quod Innocent. VIII. diù post ipsum Martinum Pontifex renunciatus, declarauit viuæ vocis oraculo, quod moniales, (quia nesciunt discernere inter intentionem primariam, quæ causat simoniam; & secundariã) nunquam incurrant simoniam, nisi in duobus casibus, id est cum paciscuntur de aliquo dando, vel soluendo pro ingressu, & quando admittunt inhabilem ob spem recipiendi aliquid, vt habetur in lib. monum. ordin. fol. 69. lib. 2. recensetque Auctor compendij mendicantium verbo moniales num. 16. itaque fuit deinde à posteriori Pontifice declaratum expressè contrarium.

Restringitur tamen isthæc conclusio, vt non semper committant simoniam cum paciscuntur, etenim dari iustè potest pro sustentatione, & alimentis ingressuræ Monasterium pauper, & non erit simonia, sed tantum si diues, ita Syluest. verbo simonia, post nu. 15. Angel. verbo simonia 4. & Isidor. Moscon. nunc Vicarius Generalis Neapolitanus in suo perutili tract. de maiest. militant. Ecclesiæ lib. 1. de Regularib. par. 4. cap. 4. vers. at dubium, Rodoan. in tract. de simon. par. 2. cap. 29. num. 10. cum seq. & Menoch. post hæc scripta visus, & multorum adiungens auctoritates cons. 193. vereor nu. 4. vol. 2. Alij resistunt affirmantes, etiam si Monasterium sit inops, & detur aliquid non sub nomine dotis, sed alimentorum, dummodò pactio intercedat, committatur simonia, idque præsertim tuetur Summ. Rosella, verbo simonia 5. sub nu. 1. Alij verò dicunt simoniam non esse, quamuis Monasterio diuiti assignetur, idque in foro conscientiæ restringunt, tametsi in foro exteriori habeatur pro simoniaco, vt refert Syluest. adducto nu. 15. vers. si autem Monasterium esset opulentum; verùm mihi nõ displicet distinctio relata ab Vgol. in eod. §. 1. nu. 6. vt procedat restrictio à me cõstituta in huius nu. initio ne incurratur simonia, quamuis pactum precedat, si tamen pro alimentis promittatur, & detur, est verùm, quod hanc restrictionem dicit vendicare sibi locum de iure diuino, namque de iure positiuo adiungit affirmatiuam opinionem veritate fulciri, cum dispositione extrauagan. sanè de simonia, apertè prohibeatur ne quid quacumque occasione exigatur, petaturuè, ergo neque pro victu (ipse infert) liceat exigere, inibique alias, & valde efficaces subnectit rationes comprobantes suam hanc sententiam; & quamuis dixerim eius dictum animo meo sedere, non tamen in ea figendos esse pedes adiungo, si namque Sacra Congregatio Concilij pluries de hac re interrogata respondit, vt cõsulatur Summus Pontifex, teste Mosconio, vbi supra; equidem multo minus ipse vermiculus potero ad illius quæstionis decisionem deflectere, & tãtam dirimere litem; quare satis sit me illa dumtaxat repetijsse; & cum reperierim aliquas declarationes, quas ferunt esse Sacræ Congregationis Concilij, eas nolui prætcrire, at post hæc subscribere: quarum prior his concipitur verbis, sumptus à monialibus in professione, & velo sumendo faciendi taxentur ab Ordinario, & definiantur pro rebus necessarijs. Pecunia verò reseruata ad earum vestitum in ingressu, detur Abbatissæ. Alteram, & secundam rescripsit præfatus Mosconius, sub his verbis: De dotibus autem nil certi cum eis statuendum erit, sed vt qualitas personatum, & temporum postulabit est faciendum, nec quod datur moniali ingredienti Monasterium dotis nomine vocari debet, sed dicendum est, id quod tribuitur esse pro alimentis ingressæ Monasterium; á qua declaratione non abhorret viuæ vocis oraculum fælicissimæ memoriæ Clem. VII. quod religiosæ nullam incurrant simoniam, ex pactionibus, & conuentionibus, quas faciunt in receptione intrantium ordinem ipsarum super dotibus recipiendarũ pro congruenti, & sufficienti substentatione earum; cuius testis est Auctor compendij mendicantium, verbo moniales nu. 31. & nouissime alia prodijt declaratio Sacræ Congregationis supra Regulares, quam vidi subscriptam manu Illustrissimi Cardinalis Florentiæ, & in aliqua ipsius parte confert huic nostræ dubitationi, eiusque verba adnecto.

Quemadmodum sacri olim canones, & nouissime sacrum generale Concilium Tridentinum sũma ratione decreuit, vt in Monasterijs, & Domibus, tam virorum, quàm mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode possit sustentari; ita quoque Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium, quæ negotijs, ac consultationibus Episcoporum, & Regularium præest, cui antiquius nihil est, quam salutaria huiusmodi decreta debitæ executioni demandari curare; sæpius locorum ordinarijs rescripsit, vt certum numerum in singulis Monasterijs, etiam curæ Regularium, seu militiarum subiectis, iuxta cuiuslibet Monasterij facultates præscriberent, & si quæ supra statutum numerum reciperentur, duplicem eleemosynam adferre, &
14 supranumerariarum locum tenere deberent. Verùm quia in dubium plerumque venit, nùm supranumerariæ prædictæ aliquibus ex numero in quolibet Monasterio definito decedentibus, in earum

locum

locum subrogari possent, aut deberent, eadem Sacra Congregatio, quæ peculiariter super ea re sæpenumero rescripsit proui dere volens, ne quis deinceps dubitationis locus relinquatur, huius generalis decreti tenore statuit, & declarat, moniales quę supra numerum in quolibet Monasterio constitutum recipiūtur in locum monialium decedentium, intra numerum nequaquam subrogari, neque impedimento esse, quin aliæ in locum earumdem ex numero demortuarum recipi commode valeant, quo in singulis Monasterijs moniales intra numerum possunt admitti; quinimmò easdem sic supra numerum receptas supranumerarias, semper quò ad hoc remanere, etiam si in cæteris ab alijs nihil differant, sed illis in omnibus pares, & æquales, iuxta cuiusque Monasterij institutum esse debeant.

Declarat insuper eadem Sacra Congregatio duplicis eleemosynæ nomine intelligi semper debere duplicatam summam, eiusque in receptione cuiusque monialis intra numerum in quolibet Monasterio constitutum erogari pro tempore consueuerit; ita tamen, vt vbi summa, quæ confertur minor est scutis ducentis, ibi saltem ratione duplicatæ eleemosynæ soluenda sint scuta quadrag nta, & non minus.

Eadem quoque Sacra Congregatio districtè prohibet ne loca per obitum monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura cuiquam puellæ ad habitum regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, nisi secuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis disponi, ac in monialis demortuæ locum, promissionem, aut receptionem in capitulo, seù quouis alio modo fieri iubet, dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda, & ætatem habeat idoneam, & cæteras qualitates requisitas, quibus etiam præditas esse debere vult eas puellas, quæ supra numerum recipiendæ sunt; nam tunc cum eis loca, vel promittuntur, vel dantur; si quid verò contra à quoquam fieri contigerit, irritum & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse decernit, ac nihilominus Abbatissas, Priorissas, & alias quascumque Monasteriorum Superiores, qui cuiuslibet puellæ receptioni, vel admissioni; aut locorum vacaturorum promissioni, seù concessioni aduersus præsentis decreti dispositionem consenserint, priuationi vocis actiuæ, & passiuæ, alijsque arbitrio Congregationis infligendis pœnis obstrictos, & obnoxios fore declarat, saluis etiam semper in suo robore permanentibus alijs quibuscumque ipsius Congregationis decretis alias latis præsenti decreto non contrarijs, presertim circa monialium admissionem, & receptionem ad habitum & professionem, & circa eleemosynarum depositionem, solutionem, & erogationem in bona stabilia, quibus nullatenus derogare vult, & intendit. Romę die 6. mensis Septembris 1604.

Alex. Cardinalis Florentiæ

Berlingerius Gypsius Secretarius.

His explicatis conuenit ad explorationem voluntatis, vnde huc digressus sum redire, & pro complemento illius materiæ inuestigare tempus, & locum, vbi & quando est illa facienda; & quod attinet ad locum, reperi declarationem Sacrę Congregationis Concilij, sub his verbis: virgines à quibus
15 facienda est professio si clausura monialium facta sit, examinandæ sunt ab Ordinario intra Monasterium ad cancellos, seù crates ipsarum monialium, nam clausura facta Ordinarius abstinere debet à Monasterij ingressu; item alteram reperi his explicatam verbis: Episcopo N. scribatur ne extra cancellos monialium examinet puellas faciendas professiones, vel si habet causam iustam, vel certam suspicionis examen faciat in Ecclesia Monasterij, vel in alia Ecclesia; item aliam sub his verbis Congregatio censuit, Ordinarium non debere explorare voluntatem puellę, quæ habitum recepit in Monasterio ad petitionem illius, qui vult illam in vxorem ducere, sed expectandum tēpus faciendæ professionis, & tunc si sit suspictio, quod inuestigetur à monialibus pro suo officio, curabit inde duci ad exteriorem Ecclesiam Monasterij, vel aliam propinquiorem, & commodiorem, prout magis expedire iudicabit, vbi voluntatem eius exquirere possit, quod si nulla sit suspictio, & nullam aliam iustam causam subesse, tunc non alio in loco quam ad crates ferreas Monasterij voluntatem puellæ explorabit.

16 Quod verò attinet ad tempus explorationis faciendæ, concludo priorem explorationem esse faciendam paulò ante ingressum; posteriorem verò paulò ante professionem, circa quam secundam explorationem; idem Concilium in eodem cap. 17. sess. 25. de Regularib. inquit, cuius professionis tempus ne Episcopus ignoret, teneatur præfecta Monasterij eum ante mensem certiorem facere; quod si præfecta certiorem Episcopum non fecerit, quādiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit, quibus Concilij verbis adducta Sacra Congregatio eiusdem Concilij declarauit, sub his verbis: Puellis, quæ sumpserunt sacrum habitum in aliquo monialium Monasterio debet ab ordinario certus dierum numerus quindecim, vel viginti præfigi, intra quem deberent vtrum velint professionem emittere, vel non, & si noluerint, remittendæ sunt ad domos consanguineorum, vel affinium; & iterum censuit, quod postquam Episcopus hac de re certior factus fuerit infra vigintiquinque dies examen hoc perficere tenetur, quibus exactis amplius in eo se non intromittat.

17 Quod si alteram prædictarum explorationum non fecerit Antistes, vel neutram illarum, si quæratur quid agendum, respondit Sacra Congregatio præfata, dūm primo censuit, quod si superior monialium alicui puellæ habitum dederit priusquam ab Ordinario examinata fuerit, contra decreta Concilij facit, & rursus censuit, quod si moniales professionem fecerint, antequam iterum ab Ordinario examinentur, contra Concilium Tridentinum faciunt, qui casus si euenerit, tenetur Ordinarius explorare voluntatem earum, quæ habitum tantum susceperunt, antequam in Religione profiteantur; ab illis autem sacris virginibus, à quibus non solum habitus est susceptus, sed iam professio facta, & etiam si examinatæ non fuerint nihil Ordinarius prædictus debeat sciscitari, sed permictat eos in suo statu permanere, prout Concilium Tridentinum statuit. In Abbatissas tamen animaduertere potest, debentque per eundem Ordinarium moniales, earumque Superiores admoneri, nec illis virgini-

virginibus dent ſacrum habitum,& eas non patiantur in Religione profiteri, niſi prius volũtas earum perſpecta ſit,& explorata ab eodem Ordinario; & contrafacientes,poterit idem Ordinarius coercere, non ſolùm pœnis à Concilio Tridentino ſtatutis, & præſcriptis, ſed etiam Eccleſiaſticis cenſuris, & alijs iuris remedijs,non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs.

Quotieſcumque Antiſtes prima vice explorauit voluntatem puellæ ambientis ingredi Religionem,& iudicauerit admittendam eſſe, & re vera admiſſa fuerit ad ingreſſum illius,& habitum, quo caſu nouitia appellatur,oportuit illa attendere, quæ ipſe de nouitijs ſcripſi in cap.2. huius rubricæ à nu. 2. & cum eiuſdem voluntatem ſecundo explorauit, & exiſtimauit admittendam ad profeſſionem, quam re ipſa poſtmodum emiſiſſe conſtiterit, opus fuit alia intueri,quæ ſupra à nu.12. ipſeſcripſi,dùm generatim de Regularib. profeſſis ediſſertaui,& inſuper alia pauca me hoc in loco adnexurum ſpeciatim tangentia moniales ipſas cenſeo neceſſarium.

18 Ac primum cogendas eſſe ſanctimoniales omnes clauſuram enixe cuſtodire; ita præcipiente Bonifac.VIII. in cap. vnico de ſtatu Regular.in ſexto, innouato à Concilio Tridentino in cap.5.ſeſſ.25.de Regularib. & Pio V. in ſua conſtitut.8. cura Paſtoralis,ſubiungente non eſſe recipiẽdas in poſterum, quæ clauſuram cuſtodire renuerent, ceſſatq; propterea his temporibus antiqua illa monialium vana pretenſio,nequiuiſſe ſummum Pontificem tunc profeſſas arctare ad clauſuram ab eis non promiſſam, namque eam expreſſe nunc pollicentur, & quamuis non pollicerentur,quia conſtitutiones extant Pontificiæ iubentes clauſuram, eaque ab alijs ſeruatur, certè dicerentur emiſiſſe profeſſionem ſub conditionibus, legibus, & pactis, à Romana Eccleſia appoſitis,ſeruatiſque ab alijs; præter quod etiam tunc iuſtè potuit, idem Bonifac. compellere moniales antea profeſſas ad illam ſeruandam ob rationes relatas à gloſa in eodem cap. vnico, verſ. præſentes,& Ioan. Monach. nu.1. quorum ſententiam nouiſſime inſequitur Hieronym. Gliamas in Appendice ad ſuam ſummam confeſſ. §. 2. & alij complures,quos citaui in cap.7.huius rubr. à n.23. adductis autem conſtitutionibus, decretoq; Concilij Tridẽtini ligantur, etiam illæ in quarum Monaſterio nunquam fuit ſeruata clauſura,neque violata, quia nunquam fuit cæpta ſeruari, vt optime concludit Nauar.in citato cap.ſtatuimus,poſt num. 45.reſpondens contendentibus contrarium,ex textu præſati Concilij, iubentis eam ſeruari, vbi ſemper ſeruata eſt,& vbi eſt violata reſtitui, quorum neutrum in illis Monaſterijs contingit, quia numquam ſeruata,& conſequenter neque violata, cum violari nequeat,quod non eſt, argum.l.decem ff.de verbor.obligat.& cap. ad diſſoluendum,de deſpõſ. impuber.inquit enim pro reſponſione illic Nauarr. mentem legis potius, quam illius verba attendenda eſſe,iuxta cap.Marchio 1.q.1. & cap.fin. de reg. iur.in ſexto,quinimmo verba deſeruiunt intẽtioni, vt habetur in cap.ſecundo requiris de appell.& nemo ſereno animo rem perpendens negabit, hanc fuiſſe mentem Concilij, idque euidenter conſtat ex ipſa conſtitut.octaua Pij Quinti,verſ.mulieres quoque.

19 Præfata autem clauſura, vt cuſtodiatur, duo attendenda aduerto, quorum primum ipſarum monialium perſonas immediatè,vel mediatè intuetur; immediatè quidem dùm egreſſum ipſarum ab eorum Monaſterijs prohibet: mediatè verò dùm ingreſſum externarum perſonarum ad Monaſteria inhibet; ingreſſum nempè ad interiores nedum eorumdem cœnobiorum partes,ſed etiam exteriores alloquendo eas in Rota,cratis,alijsq;locis,vulgo parlatorijs nũcupatis. Alterum diſtinctionis caput, menia ipſa principaliter reſpicit, quibus eædem moniales circumſepiuntur,cuius diſtinctionis memini delibaſſe ſupra cap.13.nu.89. circa quæ ita conſtituta capita, longius expediet immorari, & complures eis perneceſſarias addere declarationes.

Et quod actinet ad primam partem primi capitis relatæ diſtinctionis, meminere debent, ſe in emiſſione profeſſionis, illa præſertim hilari animo, ſerenaq; fronte ceciniſſe verba: Hæc requies mea, hic habitabo,quoniam elegi eam,eaq;propter dum
20 opere complere intendunt,quod ore promiſerunt, omni tempore vitæ; infra murorum ambitum ad intrinſecam clauſuram Monaſterij deputatum incluſæ permanere debent; in quem profectò modum clauſura indicitur ſororibus ſecundæ Regulæ S. Claræ ab Vrbano IV. in ſua bulla relata in libro monum.ordin.tract.3.fol.284.& tract.2.fol.294.& antea Gregor.IX.in declaratione Regulæ Fratrum minorum, ſuper illud de ingreſſu, atque egreſſu à Monaſterio, vbi appellatione Monaſterij intelligi explicuit clauſtrum,domos, & officinas interiores, vt eſt videre latius in ſua bulla relata in 1.lib. inſcripto, monumenta ordinum 1.tract. fol.11. & lib.2. tract.2.fol.2. Ex quibus rectè deflexi ad præfatam genericam reſolutionem declarantem, pro inſtructione monialium reliquorum Monaſteriorum, modum clauſuræ; tùm maximè, quod conſtitut. 13. Gregor. XIII. generatim loquente id ipſum ſtatutum fuit, ac præterea additum, minimè licere monialibus etiam tertiarijs egredi á ianua Monaſterij,quæ eſt pro clauſura ipſius Monaſterij,etiam ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, qua patere ſolet aditus ſæcularibus venientibus,vel ad Rotam, vel ad crates, ſeù loca colloquijs deſtinata, (quæ vulgus parlatoria vocat,) vel ad pulſandum ipſam ianuam clauſuræ, quæ loca, cum ſaltem pro cauſis prædictis patere ſoleant ſæcularibus extra clauſuram cenſeri debent,etiam quo tempore clauſa ſunt.

21 Excipiuntur tamen aliqui caſus,in quibus exeundi facultas eiſdem monialibus indulgetur, & vnicum præſertim caſum refert iam dictum cap. vnicum, ſcilicet, cum tanto, ac tali morbo euidenter earum aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum alijs abſque graui periculo, ſeu ſcandalo commorari, in quo deinde id ipſum conceſſit Benedictus XII. alium præterea adiungens caſum, nempè ſi cauſa plantandi, vel ædificandi eandem Religionem ad aliquem locum tranſmittantur, vt ex eius bulla in libro Italico ſermone conſcripto, ordinis mendicantium in 3.par.fol.210.qui Bonifacius, & Benedictus,cum longe poſt Vrbanum IV. vixerint, & in præfatis locis verba fecerint de omnibus,& ſingulis monialibus cuiuſcunque ſint Religionis,

ligionis, vel ordinis in quibuslibet mundi partibus existentibus, videntur restrinxisse ad duos tantum enarratos casus facultatem egrediendi è Monasterijs, in alijs quibusdam ab ipso Vrbano IV. concessam Sororibus secundæ Regulæ S. Claræ, scilicet in casu ineuitabilis, & periculosæ necessitatis, sicuti exustionis ignis, vel incursus hostilis, seù alicuius huiusmodi, qui dilationem non pateretur; vt in sua bulla, cuius paulò antea memini: verùm cum locutio Vrbani aliò tendat, quam illa Bonifacij, & Benedicti; non est profectò ad prædictam deflectendum conclusionem, atque restrictionem; siquidem Vrbanus in illis casibus licentiam impartitur exeũdi, alia non petita licẽtia à Superioribus, quin etiam expressè adiungit non esse petendam, sub illis verbis, quæ dilationem nullo caperet modo ad egrediendi licentiam postulandam; Bonifacius verò, & Benedictus loquuntur in duobus illis casibus, in quibus concedunt facultatem exeundi, non tamen addunt verbum aliquod, quod insinuaret aliorum licentiam non requiri, & propterea facultatem illic concessam intelligendam esse, tenendum est, si concurrat licentia Superioris, ita concludente in hoc peculiari casu, Geminian. in dicto cap. vnico §. fin. nu. 9. & sequitur Franch. post nu. 4. nisi tamen superior ille, in partibus tam remotis degeret, quod illius licentia impetrari absque longo temporis interuallo nequiret, aut sine periculo infirmæ, & aliarum monialium: Qui verò aduersus hanc distinctionem à me constitutam insurgeret, & affirmaret, etiam in casibus ab Vrbano enarratis adhibendam esse licentiam Superioris, iuxta resolutionem traditam ab Auctore compendij mendicantium, insequente alterius in hac re dictum in verbo clausura monialium num. 5. vers. circa hunc casum, aduertat ex præcitati Collectoris verbis colligi rectè posse tunc expetendam Superioris licentiam, in casibus relatis in statuto Vrbani, quando commodè posset ille adiri, essetq; in eodem loco, & Ciuitate, in qua situm est Monasterium; cum verò est impetranda à volente egredi ex causis numeratis in dictis constitutionibus Bonifacij, & Benedicti, est adeundus Superior, etiam commorans in remotis partibus, nisi graue immineret periculum, itaque potest ni fallor qualis qualis considerari differentia: post hæc causas omnes ex præcitatis omnibus constitutionibus permittentes egressum è Monasterijs subscribere, atque minutatim explicare censui pernecessariam esse.

Earumque prima, cum periculosa, aut ineuitabilis aliqua superueniat necessitas, sicuti exustionis ignis, vel incursus hostilis, siue alterius consimilis, quo casu ad alium, competentemq; locum, vna simul transferendæ sunt, in quo morentur clausæ, & inclusæ, quousque eis fuerit de Monasterio prouisum: quod si ignis intus ardens potest extingui ipsis monialibus intra Monasterium persistentibus, non excusantur egredi, quamuis licentia accederet Superioris, neque propterea ad alia monasteria transire, si sufficiens remansit habitatio.

Secunda causa valida pro egressu monialium est, si gratia planctandi, vel ædificãdi Monasterium eiusdem Religionis egrederetur, aut aliud eiusdem ordinis reformandi, vel causa regiminis, vt scilicet sit Prȩlata alicuius Monasterij, sub qua causa comprehenditur etiam altera, puta si transferenda esset, vt tantum sit magistra nouitiorum, vel deputetur alicui officio requirenti non paruam integritatem, quale est illud custodis portæ, vel rotæ, prout secutus opinionem alterius expositoris, opinatur Collector compendij mendicantium, verbo clausura monialium nu. 5. vers. tertius casus.

Alia demùm est causa enarrata in præfato cap. vnico, de stat. Regul. in sexto, puta si tali infirmitate infecta esset, quod iustè maximum damnum alijs monialibus timeretur allatura, & illic perdurare non posse absque periculo totius communitatis; exemplum si péste, aut lepra, contagiosis quidem morbis laboraret, aut alijs similibus, contagiosis tamen, Nauar. in cap. statuimus 19. q. 3. sub num. 4. & Roder. in Summ. par. 1. cap. 43. sub nu. 4.

22 Altera verò quamuis grauis infirmitas monialem aliquam aggressa esset, minime pareret, induceretq; sufficientem causam exeundi à Monasterio, dato quod medicorum consilio appareret locum illum, aut aerem infirmitati monialis nocere, vel quod aquæ grossæ, & damnosæ adsint, seù copia absit medicorum, idque multis rationibus defendit Collector in loco citato, vers. quæritur vtrũ Minister generalis, insuperq; tuetur Roderic. in dicto cap. 43. sub nu. 4. Io. Guttier. in quæst. canon. lib. 1. cap. 14. & Petr. Cened. in suis collectan. ad Sextum, collect. 31. nu. 2. quorum sententiæ contradicit Nauar. indicato cap. statuimus, sub num. 49. & Sorbus in suis annotat. ad compend. mendic. verbo ingredi monasteria, vers. & sic etiam, atque Modern. in sua Praxi Episcop. verbo moniales, par. 1. §. 16. neque ipse ab eorum dissentio resolutione, attẽta tamen dispositione Concil. Trid. in cap. 5. sess. 25. de Regularib. latiorem concedente facultatem sub his verbis: Nemini autem sanctimonialium liceat post professioné exire à Monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopis approbanda, indultis quibuscunque, & priuilegijs non obstantibus: quod si intueamur dispositionem constit. 100. Pij V. exor dientis decori, & honestati, videtur mihi, non esse recedendum á priori, quam retuli ex compendio, Roderico, & Guttieres, cuius quidem constitutionis verba in hac parte subijcio; volumus sancimus, & ordinamus nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumuè monialium, etiam Cartusiensium, Cistercientium, S. Benedicti, & Mendicãtium, & quorumcumque aliorum ordinum, etiam militiarum, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentium, etiam à Regia, vel illustri Prosapia ortarum, de cætero, etiam infirmitatis, seú aliorum Monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum, parentum, aliorumq; consanguineorum visitandorum, aliauè occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis, lepræ, aut epidimiæ, quæ tamẽ infirmitas præter alios ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seù alium loci ordinarium, etiam si prædicta Monasteria ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiãtur, cognita & expressè in scriptis approbata sit, á monasterijs præfatis exire: sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere, aliter autem, quam vt præfer-

præfertur egredientes,ſeù licentiam exeundi, quomodocumque concedentes,necnon comitantes,ac illorum receptatrices perſonas,ſiue laicas,aut ſeculares, vel eccleſiaſticas, conſanguineas, vel non, excommunicationis maioris latæ ſententiæ vinculo ſtatim,eo ipſo,abſque aliqua declaratione ſubiacere, à quo præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo abſolui nequeant,& inſuper, tàm egreſſas,quàm Præſidentes,& alios Superiores prędictos eis licentiam huiuſmodi concedentes,dignitatibus,officijs,& adminiſtrationibus per eas,& eos tunc obtemptis priuamus,& illas,& illos ad obtenta, & alia in poſterum obtinenda inhabiles, necnon licentias, & facultates, ſeu indulta, & priuilegia exeundi à Monaſterijs,& extra illa ſtandi à Nobis, ſeu alio Romano Pontifice Prædeceſſore noſtro,ac ſedis Apoſtolicæ Nuntijs,& Legatis,etiam de latere,ac maiore Pœnitentiario,aut ordinum prædictorum Superioribus, alijsq; perſonis ſub quibuſcumque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis reſtitutiuis,præſeruatiuis, mentis attetatiuis, & nouam gratiam,& datam concedentibus, alijsq; efficacioribus,& efficaciſſimis,ac inſolitis clauſulis, irritantibusq; & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, etiã motu proprio,& ex certa ſcientia, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam Imperatoris,Regum, Ducum,& aliorum Principum,necnõ S.R.E.Cardinalium intuitu,&contemplatione,ac inſtantia,vel alias quomodolibet conceſſa, (quæ prorſus abolemus,) ac literas deſuper confectas, & in poſterum cõcedendas,ac conficiendas,nullas & inualidas,nulliusq; roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus,& habituris ſuffragari poſſe, & ita per quoſcũque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata,eis,& eorum cuilibet aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere; irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit attentari decernimus; hactenus verba præfatæ cõſtitutionis, ex quibus liquido patet in expreſſis tantum in ea caſibus,& cauſis licere ex Monaſterijs egredi,& nõ in alijs, ita quod ſi aliqua audeat ob aliam cauſam , quamuis vrgentem exire,incidat in pęnas inibi cõminatas, & ſimiliter permittens illius egreſſum ; quare cum dicta conſtitutio emanauerit poſt Concilium, illius videtur actendenda diſpoſitio, & non altera latior eiuſdem Concilij; eſt tamen verum , quod aliquæ declarationes, quas reperi manuſcriptas à Congregatione Concilij ſuperinde factas , animum rediderunt meum ancipitem, quas poterit ſtudioſus lector perpendere,vt ſeligere deinde valeat illam ſententiam, quæ animo ſuo magis ſedebit,verba declarationis prioris ſunt,cenſuit ſacra Congregatio ob cauſam concedere,vt monialis poſſit exire à Monaſterio in Eccleſiam exteriorem ipſius Monaſterij, vt exorcizari poſſit, vbi ſunt reliquiæ: hac eadẽ de cauſa à ſede Apoſtolica fuit conceſſum,vt in domo parentum accedat per mẽſem; alterius verò declarationis verba ſunt: Monialibus à Monaſterio exire non licet, etiam cum cauſa probabili,niſi adſit communis cõſenſus Superioris Regularis,& Epiſcopi Diœceſani; Item poſterioris declarationis verba ſunt : Moniales ſubiectæ poteſtati Regularium ſi ſine bulla,& licentia Ordinarij egreſſæ fuerint per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris remedia debent ipſæ, & ipſarum Superiores , de quarum licentia è Monaſterio fuerunt egreſſæ , ab eodem Ordinario puniri , non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs,& bulla ſubſcripta: nouiſſimæ autem declarationis verba ſunt: Exeũdi à Monaſterijs iuſtam cauſam moniales non habent , vt curam nepotum ſuorum gerant , & ſi nullum propinquum habeant : eccine lector vides , quod licet cauſa regiminis nepotum nõ ſit iuſta,fuit nihilominus talis, quæ iuſtè impulit ſacram Congregationẽ ita decidere, vt omnẽ euelleret à cordibus virorum dubitationem , & illorum pectoribus fortaſſe inſitam,non ſine aliqua veriſimili,quatenus non vera ratione : ſed perſiſtendo in præſenti in ea ſententia, quæ ex relata ſuboritur cõſtit.Pij V.recordor fuiſſe propterea reuocatam auctoritatem antea cõceſſam Prælatis monialium ſecũdæ Regulæ S.Claræ transferendi ex rationabili cauſa integrũ Monaſterium , ſeu illius moniales omnes ad aliud Monaſterium relicto primo,iuxta conſtit. Vrbani IV.ſuperinde editam,cuius meminit Collector compẽd.mendic. verb.clauſura monialium, verſ.ſextus caſus; credo enim ex præfata, & alijs conſtitutionibus emanatis poſt dictam bullam Vrbani,reſtringentibus egreſſum omnium , & quarumcumque monialium ad caſus in illis tantum expreſſos,reuocatas cenſeri, & dici reliquas alias cauſas,quibus antea erat ſingularibus quibuſdam Monaſterijs,vel Religionibus indultum egredi,& propterea cõſulendum eſſe poſthac Summum Pontificem in tranſlatione Monaſterij de vno in alium locum , quod obſeruatum in hac, & alijs Regni Ciuitatibus expertus ſũ pluries.

23 Verum in caſibus neceſſarijs,& paulo ante relatis, quis impartietur licentiam monialibus volentibus exire à Monaſterijs? &reſpondet Conciliũ,ab Epiſcopo approbãdam eſſe cauſam in cap.5.ſeſſ.25. de Regul.cuius canonis verba intelligenda eſſe,inquit Nauar.vt approbatio requiratur Epiſcopalis,quãdo exire volunt à Monaſterijs Epiſcopo ſubiectis, vel ita exemptis,quod ſoli Papę immediatè ſubſint, non autem de alijs exemptis , & Regularibus ſuppoſitis,in quibus ſatis ſit licentia Superioris ordinis, ita ipſe Nauar. ait in conſ.6. an generalis, ſub nu.6. de ſtat.monach.quod etiam concluſerat,quo ad licentiam in caſibus neceſſarijs concedendam volẽtibus ingredi Monaſteria monialium in comment. 4.de Regular.nu.60. ſuper cap.ſtatuimus 19.q.3. à cuius tamen explicatione diſcedere cogor propter declarationes Congregationis Concil.Trid.à me relatas nu.anteced.& adductam conſtit too. Pij V. in illis verbis: Quæ tamẽ infirmitas præter alios ordinum Superiores, quibus cura Monaſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum , ſeu alium loci Ordinarium,etiam ſi prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum,& ordinariorum iuriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita,& in ſcriptis approbata fuerit,quæ verba nullatenus admittunt interpretationem Gliam.in append.ad ſumm.conſeſſ.§.9.pręſertim noſtris temporibus, quibus viget mos,Papæ requiri licentiam niſi anguſtia temporis prohibeat, quia Epiſcopi ſufficit,teſte Molſet.ad cõſuet.Neap. par.1.cap.5.ſub nu.52.tom.1.ac niſi inſtãtis incendij ob periculum repẽtinum , quia nulla obtenta venia egredi queunt,vt idem Gliam.aduertit §.10.

24 Ad secundam partem distinctionis eiusdem primi capitis nunc pertranseundo aduerto illam in eo consistere, quod externæ personæ haud permittẽdę sunt ingredi illarum Monasteria; qui quidem ingressus altero ex duobus modis contingere potest, nẽpè ingrediendo septa Monasterij, vel colloquendo cum eis extra septa; non igitur est aliquis introducendus intra septa Monasterij, vt adductum cap. vnic. de stat. Regul. in sexto, præcepit, & extenditur ad quemcumque cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, iuxta canon. 5. Concil. Trid. sess. 25. de Regul. quinimmo Pius V. in cõstit. 22. Regulares, deindeq; Gregor. XIII. reuocat omnes, & quascunque licentias à Summis Pontificibus concessas intrandi Monasteria, & loca monialium. & ingredientes vigore præfatarum facultatum, vel habentes licentias ab Ordinarijs in casibus necessarijs, in quibus illi concedere valerent, & eis vltra casus prædictos vtantur, excommunicatos pronũciat, sibiq; & successoribus in Pontificatu reseruat absolutionem, vt latius est videre in sua constit. 36. exordiente, vbi gratiæ: Quam censuram illic comminatam, & reseruatam vtrum nè incurrat, qui sine vlla licẽtia intraret, dubitarunt complures, & certè quidã Modern. in sua Praxi verb. moniales §. 8. respondit prædictum minimè ea deuinciri, etiam si rem venercam cum moniali habuisset, propterea quod cõstitutio loquitur de ingredientibus virtute alicuius licentię, nulla facta mentione de intrantibus sine tali facultate, idcircò non extẽdenda ex regula odia de regul. iur. in 6. sed tantum incurrere comminatam à Concil. Trid. in d. cap. 5. quæ cum non sit reseruata, aboleri valeat ab Antistite, iuxta cap. nuper de sent. excomm. ideò adiungit Neapoli fuisse concessam eiusmodi absolutionem cuidam ita ingresso Monasterium, quam eandem sententiam tuetur Suarez tom. 5. disput. 22. sect. 6. sub nu. 11. & Roder. in suis qq. Regul. q. 48. art. 2. tom. 1. necnon Gliam. in append. ad suam summ. confess. §. 13. & certè si verba pręfatæ constit. actendamus, non dubiũ, quin hæc sit vera resolutio; quæ confirmatur ex his, quæ in simili scribo rubr. de person. proh. prom. cap. de illegitimis, vers. idq; etiam, vbi interpretor constit. 120. Pij V. est verùm, quod Nauar. eam improbat in suo comment. 4. de Regul. super cap. statuimus 19. q. 3. sub n. 62. vers. quarto, & in manuali cap. 27. sub nu. 150. vers. adde his primo, affirmans illum ligari prædicta censura Papæ, reseruata in d. constit. idq; à maioritate rationis arguendo fatetur, atque ab intentione eiusdem Pontificis, á quo emanauit ipsa constitutio, ac demùm ab vsu sacræ pœnitentiariæ, cuius sententiam insequitur Ludouic. de Beia in casu 3. congregat. 10. & nouissimè religiosissimus, & honorandus amicus meus Prosper de Augustino in sua additione ad summam eruditissimi Stephani Quarantæ (post hæc scripta typis datam) in verbo Monasteria monialium fol. 334. & quidem dato pro vero, quod intentio Gregorij Pontificis Maximi, & XIII. hæc fuerit, quodque sacrum pœnitentiariæ Prætorium ita intellexerit, & seruet, omnis prorsus abesse debet difficultas, & dubietas: verùm quia de prædictis non constat indubitanter (quamuis maxima sit eiusdem Nauarr. auctoritas, de illis attestans) ideoq; credo non esse interea discedendum à verbis præfatæ constitutionis, & rationibus multis hanc partem fouentibus, maximè quod scio duobus ab hinc annis rescriptũ esse omnibus Episcopis Regni, vt vnusquisque in sua Diœcesi casus aliquot sibi reseruet, quos sibi videretur expedire pro salute animarum propriæ Diœcesis, eos tamen quam pauciores, & alias per sacros Canones, Concilia, & Constitutiones Apostolicas non retentos, eosq; non publicaret nisi antea superinde cõsuleret Congregationem ipsam Amplissimorum Cardinalium Concil. Trid. interpretum, quamobrem inhians Marius Bologninus (tunc Archiepiscopus Salernitanus, nunc ciuis, vt spero cęlestis aulæ) Superiorum mãdatis parere, postquam diù fuerat anceps, sex tantum sibi reseruauit casus, & nouissimè retinuit absolutionem corruptorum monialium, eosq; transmisit præfatæ Congregationi, quæ sibi respondit optimè egisse reseruando illos casus, præter sextum tanquam retentum in bulla Pij V. de ingredientibus Monasteria monialium, quo impulsu ductus præfatus Archiepiscopus complures asciuit viros, & in vtraque pagina selectos, eosq; in vnum congregatos, grauiter cum eis conquestus est, quod illum casum sibi reseruare consuluerant, qui post maturam discussionem, attentaq; præhabita consideratione, & studio, semper, & vnanimi consensu responderunt, hunc casum non comprehendi in dispositione citatæ bullæ, quod ille rescribere nõ omisit eidem Congregationi, túm vt insinuaret se, non sine aliqua ratione fretum, dùm præfatum casum sibi retinuit, tùm quòd euenire potest, vt monialis legitima ex causa exeat é Monasterio, & inibi corrumpi patiatur, quo casu non intercedit ingressus, de quo verba facit d. constit. tùm demum, vt si omnibus his cõsideratis videretur eisdem Dominis adhuc contineri sub verbis illius, dignarentur eorum sibi significare sententiam, vt deinceps reuerenter venerari pro debito non sineret, qui annuerunt rationibus, & sententiæ ipsius, confirmatę auctoritate, & iudicio tot prudentissimorum virorum, quam ipse in præsenti omninò amplexor nõ modo ex adductis hucusque, at insuper ex auctoritate eiusdem Nauar. quem reperi etiã hanc firmasse sententiam, (quamuis in cõment. 4. de Regul. & in summ. cap. 27. relatis à me supra nu. . aduersam constituerit sententiam) is inquam in cons. 34. Roderic. de sent. excom. hanc meam tuetur opinionẽ, cuius Consilij verba hoc loci referre existimaui, tùm quia illud consiliũ deest in voluminibus nouis, túm quia breuissimis concipitur verbis, tùm demum, vt eorum lectura agnoscat lector si vera fateor; illius inquam verba sunt: Rodericus habens licentiam ingrediẽdi Monasterium quoddam monialium, ingressus habuit rem cum quadam illarum, quæritur an incurrerit aliquam censuram. Respõdeo, quod non propter solum ingressum, nam monacha nõ fuit egressa, quia intus erat, & alter habebat licentiam ingrediendi, secundò quòd iure communi clauso in corpore iuris non sunt excommunicati propter sacrilegam copulam, an autem aliqua constitutione ordinis, vel Synodali, vel alio iure, vel dispositione extra corpus iuris sint excommunicati, non possum respondere, nisi eis visis: hactenus Nauar. cuius verba si quis diceret non opitulari casui à me proposito, errore ni fallor laberetur, cũ loquatur de ingrediente cum licentia, propositus autem casus, de intrante

trante

trãte ſine licentia,ac demũ Nauar.in eo conſ. verba faciat actẽta diſpoſitione iuris communis, caſus verò propoſitus actenta diſpoſitione Pianę cõſtitutionis,nam vtraque refellitur oppoſitio,prima ſiquidẽ ex eo,quod ſi bulla, & Nauarri cõſilium loquuntur de ingrediẽte cum licentia, & tamen opinatur Nauar.in illo conſ.vt cum licentia intrans,& rem cum moniali habẽs non dicatur cõprehenſus ſub verbis dictę conſtitut.multo magis dicendum eſt eiuſdem eſſe ſententiæ,cum ingreditur abſque licentia, de quo caſu nullum aſſeritur verbum in bulla ipſa; reijcitur præterea altera oppoſitio, quia non eſt aſſeuerandum eruditiſſimum Nauar.ita reſpondentem in dicto conſilio neſciuiſſe contenta in eadem conſtit. maximè quod illius verba ſigillatim explicuit in adducto comment.4.de Regularib. atque ideò cum non meminerit dictæ bullæ in eo cõſilio: verùm actenta tantum diſpoſitione iuris communis reſponderit conſulentem non ligari aliqua cenſura, certè non ex alio id conſtituit quam, quod agnouit verbis dictæ bullæ non comprehendi præſentem caſum eſt tamen verùm, quod ex his alia ſuccreuit dubitatio, nempè illa, quod verbis præfatæ conſtit. videtur comprehenſus ſpecificus noſter hic caſus, de ingrediente cum licentia, & illa abutente cognoſcendo ſanctimonialem; verba quippe illius bullæ huc ſpectantia ſunt, & habentes licentias ab Ordinarijs in caſibus neceſſarijs, in quibus retinent facultatem concedendi, & eis vltra caſus prædictos vtuntur,excommunicationem incurrãt, ex his verbis videtur perperam reſpondiſſe Nauar. in illo conſilio,vbi præſupponit licentiam, illiuſque abuſum,quod præſertim contingere poteſt cognoſcendo monialem; qua ratione non refragante exiſtimo eundem Nauar. optimè conſulenti reſpondiſſe,quandoquidem verba bullæ reſpiciũt initium ingreſſus,& conſequenter excommunicatum pronunciant habentem facultatem ingrediendi in certis caſibus, qui nullo illorum fulcitus ingreditur, Nauar.verò de illo fatur,qui permiſſa cauſa impulſus intrat, & poſtmodũ diabolica adductus inſtigatione rem habet cum moniali,ad quem caſum non equidem extenditur conſtitutio relata,&propterea iuſtum,rationabilemq; arbitror Nauar.reſponſum.

Stat itaque Regula vetitum eſſe ingreſſum intra ſepta Monaſteriorum,ipſa tamen (vt reliquæ omnes Regulæ) patitur cõplures exceptiones, & propterea ingreſſus ad illa perſæpè conceditur,iuxta

25 præcitatum cap.vnic.& cap.5. Concil.Trid. dummen tria concurrant,ideſt perſona honeſta,cauſa rationabilis,& Superioris licentia,ex Nauar.in cap. ſtatuimus num.59.verſ.ſecundo reſpondeo 19.q.3. quàm licentiam in ſcriptis eſſe debere, alioqui non opitulari,poſt Nauar. conſ. 13. de cleric. non reſid. ſcribit Gambarupta de caſib. reſeruat. cap.13. ſub nu.7. & apertè Concilium in eodem cap.5. quod ſi Superior longè abſit,Generalem in ſcriptis concedat licentiam,eamq; Pręfectæ Monaſterij cõſignet: ea verò non exiſtente concedat eadem Præfecta in repentinis caſibus, teſte Rodriq.in quæſt.Regular. tom.1.q.46.in calce art.2.cauſa verò neceſſitatis requiritur ad dictam concedendam facultatem, non quidem Logica,& Phyſica,& ſic extrema,ſed moralis tantum,vt probat idem Rodriq.art.4.eiuſdem q.46.& cum caſus perplures recenſeantur á gloſ. in dicto cap.vnico verſ.cauſa; ex illis ſatis manifeſtè deducitur, quæ ſit rationabilis cauſa intrandi ad ea, dùm enim referuntut caſus, cognoſcitur cauſa ob quam in illis permittitur ingreſſus, exemplificat

26 autem citata gloſa in medicis,barbitonſoribus,ſutoribus,carpenterijs,& ſimilibus,cum opus habent, & quidem ſimiles ſunt confeſſores,alijq; ſacerdotes adminiſtraturi Sacramenta, alijq; ſocij, necnon fabricatores,fabri lignarij,molitores,putearij, inſitores,atque putatores: nam pergulas perſæpè illic habent, arboreſq; præſertim in horticulis, ſuntq; alij artifices ad res neceſſarias, Nauar. in manual. cap. 25.nu.124.demumq; Gliamas affatim explicans in Appendice ad ſuam Summam Confeſſ.§.6. Eſt tamen indubitatum non ſemper, neque paſſim dandam his eſſe licentiam,ſed iuxta præfatam gloſam, cum opus habent; tunc enim neceſſitas vrget, & Concilij Tridentini adimpletur intentio, & decretum; opitulaturque concluſio illa indubitabilis, vt conceſſum ob neceſſitatem, dicatur permiſſum

27 quouſque durat neceſſitas,ita quod ceſſante neceſſitate,debeat pariter ceſſare,quod vrgebat,ad text. in cap.quod pro neceſſitate 1.q.1. Hoſtienſ.in cap. cum in cunctis,ſub nu.4.verſ.neceſſitate de elect.& alijs omiſſis,Bart.in indiuiduo ſcripſit in l.1. §.nunciatio num.28.ff.de oper.nou.nunciat.& Dec.conſ. 403.quamuis nu.18.ſub his verbis:Quando aliquid ſtatuitur pro neceſſitate contra Regulas iuris communis, intelligitur habere locum, quatenus durat neceſſitas, & ex externis ſcriptoribus Dionyſ. Halicarnaſſus libr. 8. ait, quicquid neceſſitatem pro tempore, vel priuatis, vel ciuilibus affert,tantiſper duret,donec ceſſet ea neceſſitas,quod poſtmodum probauit, dilatauit, & reſtrinxit, Tiraquell. in ſuo tractatu ceſſante cauſa á num.184. præter quorum dicta,conſtat ex exemplo illo omnium ore relato, alienatione in caſu neceſſitatis facienda non cenſeri vniuerſa bona permiſſa diſtrahi, ſed quæ neceſſitas ipſa requirit, exigitque, & non vltra, ita Bald. conſ. 332. præmittendum eſt ad euidentiam lib. 1. & conſ.20.quid importent iſta verba,in lib.2.& ſequuntur Iaſon. in l. venditor poſt num.3. ff. ſi certum petatur l.qui Romæ §. duo fratres num. 37. ff. de verbor. obligat. Dec. in l. ſi donatione num. 17. C.de collation. & in cap.in præſentia num.68. de probationibus,Crauett.conſ.241.Princeps illuſtriſſimus,ſub num.18. verſ.ſecundo reſpondeo vol. 2. & in reſponſione pro genero num.194. quamuis autem Iudex arbitretur neceſſitatem, vtrum ne illa militet, vrgeatque ex Menoch. de arbitr. iudic. lib.2.centur.2. num.36. nihilominus aliqua ſubnectere circa memoratos caſus, & perſonas, operę prætium eſſe duxi,vt melius pateat,ſi vera, & ſufficiens verſetur neceſſitas, ob quam oporteat, expediatque iam dictam impartiri facultatem, illa tamen excerpſi á Scribẽtibus, & Expoſitoribus quarumdam Regularum; quorum dicta quamuis vẽdicent ſibi locum in terminis particularium ab eis explicatarum Regularum; attamen ad alias Regulas, earumque Decreta, ſeù Conſtitutiones eiuſdem tenoris extendi rectè poſſe ſuadeo.

Et cum in ſecunda Regula monialium Sanctæ Claræ præcipiatur admittendum medicum intra ſepta Monaſterij, id verò non ita ſimpliciter concedatur, eo quod Vrbanus Quartus illius inſtitutor

in rubric. 18. asserit excipi multos à prohibitione ingressus, ac præsertim medicos, causa multum grauis infirmitatis, certè dicendum est non permittere, at persistere in prohibitione, quoties alia non ita grauis inualetudo vexat aliquam sanctimonialem, nempè si quartana, aliauè similis, quod optime aduertit Collector compendij mendicantium, verbo ingredi Monasteria in primo notabili, vers. quintus casus, subdens, quod quando graui impulsus monialis infirmitate, Monasterium ingreditur medicus, secum introire famulus non valet, neque practicus, aut alia persona, sed associatus à duabus monialibus antiquioribus, & senioribus; ob grauem verò illius infirmitatem præter medicum, siué medicos ordinarios eiusdem Monasterij, sit ne ipsi moniali ægrè inhianti alium medicum assentiendum? & certè annuendum existimo, opitulaturque vsus, & ipse in hac præsertim Ciuitate Neapolis vidi non semel obseruatum, illi tamen, seù illis sub proprio nomine, & sigillatim, atque ad statutum tempus, atque ob illam specificam causam concedenda est licentia ab Ordinario, quamuis alijs generatim, qui illuc ire valeant, quoties vocati fuerint de ordine Præfectæ Monasterij.

Minutor insuper, siuè tonsor, ita quoque associatus introducendus est ad emittendum sanguinem, dumtamen antea medicus sanguinis emissionem determinauerit expedire, & necessarium esse, aut si aliqua monialium consueuit se aliquoties minuere, namque permictendum sibi esse cum consilio Præfectæ, & discretarum Monasterij, idem Collector in eodem vers. scriptum reliquit.

Alius præcipuus est casus de Sacereotibus auricularijs, quibus Monasterij septa ingredi non est denegandum si tanta corporis infirmitate detenta fuerit monialis, quod venire ad locutorium nequeat, vel saltem commode accedere non valeat, inhiatque propria peccata confiteri, seu Domini Corpus, aut alia recipere Sacramenta; & tunc exhibiturus talia Sacramenta, alba, & stola, atque manipulo indutus ingrediatur, & solus, vbi ita fieri consueuit, vel cum duobus, aut vno saltem idoneo, & religioso socio, vbi mos est, alba similiter, vel ad minus superpelliceo vestitus, quos ita indutos opportet semper inibi morari, ita quod audita confessione, vel alio ministrato Sacramento inde egrediantur, vt ingressi sunt vestiti, nec moram inibi faciant longiorem, & caueant, ne quamdiù intra Monasterium fuerint aliquo modo ab inuicem separentur, quin semper mutuo possint liberè se videre; sic etiam se habentes in animę commendatione: ita quidem Vrbanus Quartus statuit in Regula, quam fecit pro monialibus sanctæ Claræ, & præsertim rubrica septima, & seruandum sanè esset ab alijs, saluberrima cum sint documenta, quamuis in Monasterijs Benedictinis viderim, non omnia isthæc fieri, maximè cum illuc ingreditur Confessor, qui non superimponit albam, quod fortasse non improbarem in eo tantum casu, dummodo superpelliceo, & stola se induat.

Cùm verò monialis vitam obijt non ingrediatur Sacerdos claustrum, sed exterius in cappella exequatur, quicquid ad officium pertinet, nisi vbi Regula permittit in eo casu ingressum, quando attentè seruandus est illius capitis tenor; qui pariter attendendus est, quoties desideratur aliquis intra septa Monasterij pro aperienda, & deinde operienda sepultura, quod si huius casus Regula non meminerit, certè inter casus necessitatis connumerandus venit, ideoque Superior omnibus pensitatis licentiam elargietur si cognouerit necessarium, scilicet nusquam fuisse à monialibus, & conuersis Monasterij tale ministerium exequutum, vel fuisse hactenus exequutum, & ob earum aduersam valetudinem, vel imbecillitatem, siuè animi exinanitionem, id ipsum tunc expleri non posse.

Et præter nominatos casus, quando res aliqua nimium ponderosa defertur ad Monasterium, nec posset à monialibus introduci, seù conuersis dando illam à foris, neque in partes diuidi, vt sic partita intromittatur, tunc præcedente licentia ingredi posset, qui ad hoc necessarius esset, & cum socio, & socijs, si vnus esset inhabilis, quod idem dicendum non ambigitur si ex Monasterio foret res huiusmodi extrahanda, & colliguntur ex notatis per Collectorem Ordinis Minorum in adducto verbo ingredi Monasteria monialium in primo notabili, vers. septimus casus, quod præterea dicendum est in quocumque opere ædificij, aut resarcimenti, vel plantationis arborum, aut alterius cuiuscumque rei, siue operis intra Monasterium faciendi, quod extra, vel ab extra fieri commode non posset, aut si opus esset industria, seù adiutorio, ita quod moniales ex se, absque tali adiutorio, industria, aut opere nequeant, vel nesciant commodè, & rectè agere, prout optime adnotauit Corduba ad præfatum compendium in sæpe citato verbo, ingredi Monasteria monialium, vers. quò ad primum notabile: illud autem, quod glosa in cap. vnico, de statu Regular. in sexto, opinata est de sartoribus, si intellexit de ijs sartoribus, qui latine ita dicuntur, & à sarciendo prodeunt, alioue nomine fossores appellantur, tunc subsistere illius dictum non dubito, quod si de illis sartoribus intellexit, qui à sarcio ita dicti sunt, alio nomine sutores, vel sarcinatores vocati, non semper esset illius dictum mea sententia admittendum, quandoquidem plerumque mensuram metiri ab extra facile possunt, & recordor vidisse seruatum in venerabili, atque religiosissimo Monasterio Sancti Ligorij huius Ciuitatis Neapolis mensuram sarciendarum vestium captam fuisse, & commode quidem in ianua clausuræ, quæ paululum aperta, & moniali existente à latere, & retro alteram partem clausam ostij, sutore verò ab extra.

Vniuersi autem, qui in aliquo ex prædictis casibus ingressuri illuc sunt, non ignorent incontinenti, omnique postposita mora debere inde exire, postquam eorum ministerium expleuerunt, & imminenti necessitati satisfecerunt, idque recto itinere exequi, eos oportere, ita quod alio non se diuertant, quin etiam illic comedere, aut dormire est illis prorsus inhibitũ, teste Collectore adducto verbo, in vers. idem Vrbanus.

28 Hactenus restrictiones aliquas pro masculis retuli, ad supradictam Regulam, & quia sub illa comprehenduntur ex vi dicti cap. 5. Concil. Trident. & Constitutionum præfatarum, etiam fœminæ, ideó nũc locus erit adiungere restrictiones alias in

In quibus fas erit fœminis ipsis ad illa intrare, eisque propterea licentiam indulgere, & primo volentibus intrare vti famulabus, & causa inseruiendi domesticis seruitijs, Nauar. in comment. 4. de Regul. super cap. statuimus 19. q. 3. nu. 66. vt Sorbus in sua annotat. ad compend. mendic. verbo ingredi monasteria, vers. de illis verò, idq; his temporibus subsistit si Illustrissimorum Cardinalium supra Episcopos, & Regulares præcedat facultas, qui eam solent impartiri, intra statutum numerum, & pro necessitate vniuscuiusque Monasterij deputatum; neque consuetudo contraria suffragaretur, vt declaratum existit per Sacram Congregationẽ Concilij in vna Abulensi die 20. Februarij, cui sub his verbis supplicarunt moniales Abulenses; Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini, Abbatissa & moniales Monasterij S. Annæ ordinis S. Bernardi prope, & extra muros Ciuitatis Abulensis, quæ Episcopo Abulensi immediatè subiectæ sunt, prætendunt quod intra claustra Monasterij pro seruitio monialium possunt habere, & retinere quasdam ancillas in habitu, & vita sæculari degentes, quibus claustra intrare, & exire, etiam quandoque libuerit, & alias de nouo posse recipere testantur, quod sit contra decreta Concil. Trident. & Apostolicas constitutiones; Reuerendissimus Dominus Episcopus Abulensis, monialibus prohibuit, ne intra claustra dicti Monasterij prædictas ancillas sæculares vlterius de nouo reciperent, sed Abbatissa, & moniales prædictæ contra præceptum dicti Episcopi insurgunt, ex eo, quod asserunt habere consuetudinem recipiendi, & retinendi dictas ancillas; quare Reuerẽdissimus Episcopus Abulensis Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominationibus vestris supplicat dignentur illi rescribere, quod in hoc Sacra Congregatio faciendum fore, dignum iudicabit. In Congregatione autem confirmatum, & approbatum fuit, quicquid per Reuerendissimum Dominum Episcopum prouisum fuit, vt supra; ac executioni demandari die 20. Februarij.

Cardinalis Alexandrinus.

Secundus casus, quo fœminis permittitur ingressus Monasteriorum monialium est, si causa educationis illuc velint ingredi, nam Sacra Concilij declaratio censuit nullo Concilij decreto prohiberi, quominus puellæ in Monasterijs monialium educentur, si tamen eadem Monasteria ante Concilium consueuerint huiusmodi puellas recipere, & quæ à Superioribus Monasteriorum scriptam licẽtiam impetrarent, atque Abbatissæ, & reliquarum monialium consensus accesserit, & quod ipsæ puellæ eo vestitu in Monasteria intromittantur, qui virginali pudori, ac modestiæ conueniat, nullamque secum famulam adducant, nec in eis manere possint; nisi vsque ad ætatis suæ annum 25. & quod in eis, dùm exeunt eandem seruent clausuram, quam moniales ipsæ, & si semel exierint nullam habeant ad ea reuertendi facultatem, vt ex literis eiusdem Congregationis ad Episcopum Hieracensem, quas se vidisse testatur Passarellus, & refert Sorbus in suis annotationibus ad prædictum compendium, super dicto verbo, in vers. de puellis autem; quinimmò ipse vidi alias multas superinde declarationes ab eadem Congregatione factas; quarum aliquas hic rescribere, duxi non esse superuacaneum; maximè quod aliqua alia amplexantur capita, quorum veritatem non ignorare vtillimum fore iudicaui; Puellæ sæculares non prohibentur, quin in Monasterijs monialium educari possint, seruanda tamen sunt instituta cuiuslibet Monasterij, nec nisi de cõsensu Superioris eiusdem Monasterij admittendæ. Item puellæ, quæ educationis gratia degunt in monasterijs, debent ibi manere sine ancillis, nec inde exire (nisi non reuersuræ) possint, & obligatæ sunt ad clausuram, & ad cætera sicut ipsæ moniales; idem statutum est de puellis, quæ propter tenues facultates, vel inopiam domi suæ tutè ali nequeunt, ac eisdem de victu à propinquis suppeditato, sunt in Monasterijs collocãdæ; Item puellæ educationis gratia stare possunt in Monasterijs monialium, modo seruent omnia, ad quæ tenentur ipsæ moniales, capitulum tamen 14. & 16. huius sess. 25. locum non habet in dictis puellis. Item puellæ, quæ educationis gratia in Monasterio monialium recipiuntur, recipi debent de consensu Abbatissæ, & monialium, & de consensu, & licentia in scriptis Superioris earumdem, debentque in Monasterio sine ancillis manere, & si semel ab eo exierint, non sunt amplius in eo admittendæ: illis autem licentia dari debet, inde ad balnea curandæ valetudinis causa exeundi, ijsdemque permitti, vt in idem Monasterium redire possint; item Episcopus potestatem facit puellæ redeundi, & commorandi in Monasterio, in quo alias commorabatur causa educationis, & si ex eo exiuit morbi sui curandi causa, modo id fecerit de eius licentia, & quod seruentur omnes conditiones, quæ alias in alijs literis huiusmodi eisdem præscripta fuerunt, ac demùm alijs omissis, illam refero, quæ subscriptis concipitur verbis: Puellæ quæ de licẽtia Superioris Monasterij, de eo exierint curandæ valetudinis causa, rursus in eo admitti debent, modo ab earumdem Superiore licentiam in scriptis impetrent, & Abbatissæ, ac reliquarum monialium accedat consensus, & eo vestitu in Monasterium intromitti debent, qui virginali modestiæ, ac pudori conueniat, nullamque suam famulam ducant, & dùm ibi erunt seruare debent clausuræ eandem legem, quam moniales seruant, neque ibi permanere permitti debent vltra ætatis suæ annum 25. quo ex loco si semel exierint, nullam postea reuertendi habeant facultatem: his tamen tẽporibus non nisi præcedente licentia sacræ Congregationis Regularium licet.

29 Postquam verò præterijt tempus annorum 25. intra quod illic morari conceditur ex causa educationis, si statim puella non egreditur, neque ipsa, neque alia quæuis incidit in excommunicationem, seù censuram, sed potest Episcopus terminum constituere, intra quem eligat puella vtrum velit monialis fieri, aut à Monasterio egredi, iuxta alteram eiusdem Congregationis declarationem, cuius testis est Io. Franc. Leo in suo thesaur. for. eccles. par. 2. cap. 16. nu. 54.

30 Quo verò ad mulieres nuptas, seù viduas, & in aliquo suspectas, non exigua fuit controuersia, nec ne essent admictendæ ad Monasteria, atque adeò, vt ex eademCongregatione pro varietate temporum prodierit diuersa declaratio; antiquitus enim declarauit, quod mulieres, quæ sunt in discordia cum marito, & eius seueritatem timent, si extra culpam

sunt, quamdiù iustam causam timendi habuerint. debent si sunt in Monasterijs tolerari; illæ verò, quę probabili suspitione adulterij laborantes in Monasterijs receptæ fuerunt, ad breue tamen tempus tolerari debent; in posterum verò huiusmodi mulieres in eis recipi non debent; deinde verò permisit illas introduci sub his verbis: Mulier quæ venit in suspitionem marito, & ob id timet ne ab eo vis aliqua inferatur, debet permitti, vt possit Monasterium ingredi monialium, si modo constitutiones Monasterij non repugnant, & accedat consensus Abbatissæ, & monialium, & ministri Prouincialis, aut alterius earum Superioris, & ingrediatur sine ancillis, & seruet clausuram, & reliqua, prout ipsæ moniales, & causa ingressus cessante debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem Monasterium ingredi possit; & iterum, quod si mulier coniugata sit in Monasterio monialium, & constitit, quod si inde exiret, versaretur in periculo mortis, in Monasterio relinqui debet, etiam sine ancillis, & vllo famulatu extraneo, teneturque clausuram, & alia, prout ipsæ moniales seruare.

Et respectu viduarum speciatim declarauit, inquiens. Viduæ, quæ viris mortuis honestatis causa se contulerunt in Monasterium, modo sint bonæ existimationis, & famæ, legibusque monialium pareãt, tolerari debent; de cætero tamen nullæ huiusmodi viduæ recipi debent, nisi moniales fieri velint; & iterum viduæ nobiles, quibus permittitur ingredi Monasterium monialium his conditionibus vti debent, vt nullas secum ducant ancillas, & eo animo ingrediantur, vt nolint inde amplius exire, & dùm apud moniales sunt his clausuræ finibus, & legibus teneantur, quibus ipsæ moniales.

31 In omnibus autem supradictis casibus, in quibus edisseraui concedendam esse facultatem ingrediẽdi Monasteria monialium, inuestigandum est, quis eam ritè, & validè elargietur auctoritatem? cui sanè quæsito, vt rectè respondeam, distinctione vtendum est, namque ingrediendi in casibus necessarijs Concilium Tridentinum expressis verbis tribuit Episcopis, vel alijs Superioribus facultatem concedendi licentiam, non quidem quod alterutrius sufficiat licentia in omnibus ob dictionem illam, vel, in eo textu positã, cuius vigore satis est alteram adesse, & obtineri ex regula in alternatiuis, de reg. iur. in sexto, & consecutiuè Episcopi etiam in Monasterijs exemptis, & Regularis in Episcopo subiectis: verùm sit inibi addita potius ad insinuandam distinctionem, vt Episcopi licentia requiratur, quoties opus est ingredi Monasterium sibi subiectum; alterius verò Superioris, quoties Monasterium est ab Episcopi iurisdictione exemptum, & illi subditum, prout Nauar. optimè arbitratur in comment. 4. de Regularib. super cap. statuimus 19. q. 3. nu. 60. Hieronym. Gliamas in Appendice ad eiusmet. Summ. Confess. §. 5. & 6. & Rodriqu. q. 46. artic. 2. tom. 1. quibus suffragatur declaratio Congregationis Cõcilij Tridentini sub his verbis: Quò ad licentias ingrediendi intra septa obseruandum est hoc decretum, & licentia ingrediendi, obtinenda est à Regularibus, quando Monasteria ipsis Regularibus non tamen Episcopis sunt subiecta: Crederem tamen ego, quod sicuti speciali edicto Episcopi posset expresse prohiberi accessus ad Monasteria exempta, & tunc requiratur eiusdem Episcopi licentia, præter alteram Superioris ordinis, quando aliquis voluerit adire Monasteria ad finem colloquendi moniales extra septa, vt dixi, ita possit prohiberi ingressus intra septa, ad finem obtinendi ab ipso, etiã licentiam in præfatis casibus necessarijs, & procedat, quod quidam Modern. in sua Praxi, verbo moniales §. 8. attestatur vidisse Neapoli, vbi medici volentes exempta Monasteria intrare ad medendum infirmitatibus illarum, impetrabant licentiam ab Archiepiscopo.

Respectu verò mulierum coniugatarum si ius commune attendimus ab Episcopo proculdubio concedenda est, si eas veluti adulteras viri respuerunt, iuxta cap. de benedicto 32. q. 1. & notata per Ioan. de Selua in tract. de benefic. 4. par. q. 7. sub nu. 18. vers. centesimoquarto: quod idem post Concilium existimat Nauar. subnectens satis esse etiam concessam à Superiore Regulari, quoties ageretur de Monasterijs exemptis ab Episcopis. & eisdem Regularibus suppositis in cons. 5. existente, nu. 2. de diuort. vbi additio subiungit á Sacra Congregatione emanasse quandam formulam secũdum quam recipiendæ sunt eiusmodi mulieres in Monasterijs, quare si casus occurreret ad illam traditam formulam recurrendum esset, admoneo tamen prudentissimos Episcopos, à prædictis cauere, nisi in casibus vrgentibus, repentinis, valdeq; periculosis.

Tandemq; sciendum est non posse Episcopum dare licentiam viduæ ingredi volenti, atque in habitu laicali permanere, etiam si toto tempore vitæ suæ illic degere, nec amplius inde exire vellet, quia in istis nulla adest causa necessaria, ita Sacra Congregatio Concilij in sua declaratione, quam proprijs oculis perlegi.

Post hæc aduertendum opinor præfatam clausuram non modo conseruandam esse in Monasterijs
monialium, ne quis tàm masculus, quàm fœmina
ingredi in ea audeat: verùm insuper in Monaste-
rijs ipsis virorum, non tamen, vt ita dicatur prohi-
32 bitus omnis cuiuscumque sexus intrare in illa, sed
mulieres dumtaxat, vt omnis radicitus euellatur oc
casio violandi votum castitatis, cap. peruenit 18. q.
2. confirmata postmodum à Concil. Trident. & ex-
communicatione ipso iure incurrenda roborata
in cap. 5. sess. 25. de Regularib. atque á Summis Põ-
tificibus Pio V. & Gregor. XIII. qui præterea ob id
reuocarunt, & annullarunt omnes licentias, facul-
tates, & indulta, quibuscumque personis sexus fœ-
minini antea concessas intrandi virorum Mona-
steria, vel domos, vt ille ordinauit in suo motu pro-
prio 22. exordiente Regularium personarum, &
iste in motu proprio 36. exordiente, vbi gratiæ, etiã
si ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumq;
Principum contemplationem, vel supplicationem
concessæ, & confirmatæ fuerint, atque etiam itera-
tis vicibus renouatæ, circa quorum ordinationes
complura occurrunt à præfato Sorbo abundè re-
lata in suis annotationibus ad compendium men-
dicantium in verbo ingredi Monasteria monia-
lium, & ne videar aliorum scripta transcribere, ea
censui in summaria redigere, quam breuius po-
tero.

33 Ac primum prohiberi nè dum ingredi claustra, dormitoria, & officinas interiores, iuxta declarationem

nem Gregor. IX. & motum proprium Pij V. ſed ex verbis motus proprij Gregor. XIII. addentibus, & loca ſua certè comprehendi, etiam hortos Monaſterio contiguos, cum ſint Monaſterij loca, & ita comprobat vſus, quinimmo & ſacriſtiam, quæ ab Eccleſia taliter eſſet ſeparata, quod non aliunde quam per ianuam Monaſterij, vel per clauſtrum ad eam itur, quin etiam ſi ita eſſet Eccleſiæ finitima, vt ſolo pariete diuidatur ab ipſa Eccleſia, à qua recto itinere proficiſci ad eam ſolet abſque quod per ſepta, & clauſtrum Monaſterij iter fiat, multi dubitarunt ſi Religioſi illuc introducentes mulieres incurrant pœnas in dictis motis proprijs comminatas aduerſus Regulares permittentes ingredi fœminas ad loca Monaſteriorum inibi vetita, adeò quod aliqui doctiſſimi viri ex ordine mendicantium affirmatiuam concluſerunt ſententiam, iudicantes Sacriſtias non tantum pro officina Eccleſiæ: verùm etiam pro officina interiori Monaſterij, in quam etiam iuerunt ſententiam ob ſcandalum, quod inde poteſt de facili oriri, dùm ſæculares videntes mulieres illuc intrare contra ſolitum, & decentiam, ſcandalum paterentur.

34 Sub nomine autem mulierum in illis motis proprijs memorato comprehendi illas dumtaxat, quæ talis ſunt ætatis, in qua affinitas ob coniunctionem cum hominibus contrahitur, dirimens matrimonium iam conſumatum, iuxta cap. fraternitatis, cap. penult. & cap. fin. ſub rubr. de eo, qui cognou. conſangu. vxor. ſuæ, vel dici, (& fortaſſe melius) poſſe arbitratur Sorbus indicato loco, ætatem requiri illam, & ſufficere, quæ ſit maior annorum ſex, eo quod tunc ætatem relinquerunt infantilem, iudiciumque retinent peccandi, & Nauar. opitulatur in comment. 4. de Regularib. ſuper cap. ſtatuimus 19. q. 3. ſub nu. 59. inquiens non eſſe intelligendum cap. 5. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de puellis diſcretione carentibus.

35 Et mulieres ignorantes prohibitionem hanc, ſi in dicta loca intrarent, excommunicationem in præfatis extrauagantibus, ſeù conſtitutionibus comminatam non incurrunt, idque inſinuant verba illa, poſtquam horum notitiam habuerunt, idcircò notitia ſi abeſt, non incidunt in pœnas illarum, & ratione altera roboratur, quod maiorem excommunicationem nemo incurrit, niſi contumax fuerit, & lethale commiſerit peccatum, ſicuti explicaui in rubr. de perſon. prohib. prom. cap. de excommunicatione num. 2. & alia ſuppetit æque efficax ratio, ignorantiam humani iuris non tamen craſſam, excuſare ab incurſu excommunicationis, vel alterius cenſuræ, teſte Syluest. in Summa verbo excommunicatio 2. notab. 3. & excommunicatio vltimo q. 3. atque Nauar. in manual. cap. 27. nu. 16.

36 Nec tantum illa deuinciuntur excommunicatione, qui mulierem aliquam introducunt, vel intrare patiuntur: verum alij etiam omnes, qui poſt ingreſſum cum eis loquuntur, deambulant, aſſociant, vel commorantur, ita ſiquidem Doctores explicant verbum illud (admittereuè) poſitum in relatis bullis, quod eſſe generalius altero (introducere) affirmant, illudque complecti, tùm inducere, tùm etiam recipere aiunt: quinimmo addunt Prælatos iubentes illas introduci, eandem contrahere cenſuram, ſuffulti præſertim verbis illis in extrauagant. Gregor. XIII. appoſitis, id eſt, ingredi faciant, vel permittant.

Ob illud autem verbum additum in eiſdem extrauagantibus, ſcilicet admittereuè præſumant, eſcludi ab incurſu cenſurarum inibi comminatarum eos omnes, qui bono zelo, aut rationabili cauſa adducti, introducerent mulierem in Monaſterium, ſeù introductam abſconderent, non improbo, & præterea verùm eſſe fateor, auctoritate Nauar. fretus, in hac ſpecie ita concludentis in citato cap. ſta-

37 tuimus nu. 62. comprobatque concluſio generica, quam conſtitui ſupra in rubr. 7. de ætate ordinand. cap. 4. ſub num. 11. & alijs multis in locis, in quibus verbi præſumant, ſeù præſumentes vim inueſtigādo, aſſero dolum requirere, & in malam partem ſumi, temeritatemque inſinuare, quod etiam dicit Ioan. Andr. in cap. 1. nu. 3. de vita, & honeſtate clericorum, & Hoſtienſ. in cap. decernimus nu. 1. de iudic.

Ac demùm iam dictam ſententiam præportant verba cuiuſdam declarationis Pij V. ex quibus patet licere mulieribus ingredi clauſtrum, & alia ſimilia loca præter officinas interiores Monaſteriorum Regularium, ex cauſa proceſſionis, vigiliæ, miſſæ tumulationis defunctorum, vel alterius cuiuſuis officij, cum tale opus celebratur, quod inſuper fas eſſe ait quoties in Eccleſia Fratrum minorum prædicaretur, & præ multitudine intrare aliūde nequirent, quam per clauſtrum, vel alium locum eorumdem Fratrum, dummodò directè ad Eccleſiam pergant; cuius quidem declarationis meminit Auctor expoſitionis bullæ cruciatæ fol. 511. ſubiungens, præfatam declarationem intelligendam eſſe de proceſſione ordinaria, non extraordinaria, & inſolita, quia tunc à peccato, & pœnis inibi taxatis Superior minime excuſaretur, qui talem extraordinariam proceſſionem fieri præciperet, eo animo, vt mulieres illuc intrarent, ſed mulier quæ conceſſo tempore ingrederetur, quamuis peruerſa intentione adducta, aut etiam aliquod inibi perpetraret facinus, prædictam cenſuram non incurrit, quia locus eſt permiſſus pro eo tempore, non autem inhibitus, quamuis ad peccandum vetitus. Alia item multa, quæ Sorbus illic ſubnectit pro declaratione iſtarum extrauagantium præterire duxi, quandoquidem ex generalibus hiſce Regulis aperte comprobantur, & lector poterit illius ſcripta percurrere, tametſi vnicum conſtituerim referre caput, eo quod facti potius, quam iuris eſt, nempe quod petenti Miniſtro generali ordinis S. Franciſci de Paula, ſi præfato motu proprio Pij V. cenſeretur derogatum conceſſioni ſuæ Regulæ, vt ſingulæ Dominæ de ſtirpe Regia procreatæ, atque alijs illius ordinis fundatricibus, quæ locorum eiuſdem ordinis ſepta communiora videre poſtulauerint, eadem honeſtè cum ſua comitiua intrare, ac deuotè viſitare tolerentur; Reſponſum fuit, & declaratum non cenſeri derogatum quo ad Reginas, vel fundatrices dumtaxat, idque refertur in actibus trium capitulorum eorumdem Fratrum à Paſſarello compilatis fol. 226.

38 Ad clauſuram modo, vt redeam Monaſteriorum monialium, inquiro valeant ne Epiſcopi intrare Monaſteria monialium exiſtentium in proprijs Diœceſibus? & negatiua videtur reſponſio, cum

cum restrictione tamen vbi causa necessaria suppeteret, quo casu, quia alios licentiare queunt ad ingrediendum, ita, & seipsos, teste Corduba in citato compendio, verbo accedere ad Monasteria monialium, vers. quò ad illa duo, & copiosius tradit Nauar. cons. 9. an Episcopus, de stat. monach. in nouis, quibus Auctoribus contradicit Collector eiusdem compendij in eo loco, dùm opinatur haud posse se ipsos habilitare: sed harum dissentientium opinionum vtra sit de iure verior inuestigare non elaboro, propterea quod his temporibus habemus constitut. 75. Gregor. XIII. excommunicationem prædictam comminatam aduersus ingredientes Monasteria monialium virtute facultatis sibi concessę, extendentem ad Episcopos, & alios Prælatos, quibus ex officio tributa est facultas ingrediendi, & sancientem ne postea ea vtantur, nisi in casibus necessarijs, & à paucis, ijsdem senioribus, ac Religiosis personis comitati, quod optimè aduertit Nauar. in suo manuali cap. 27. sub nu. 150. vers. adde quarto, & arridet declaratio Concilij à me relata nu. 15. vers. his explicatis, dùm insinuat locum, vbi debeat Ordinarius explorare voluntatem puellæ volentis emittere professionem, & inquit faciendam esse ante crates Monasterij, nempè existente Superiore ab exteriori, puella verò ab interiori parte Monasterij; & subijcit rationem, quia clausura facta Ordinarius debet abstinere à Monasterij ingressu, quę verba præportant abstinere ipsum debere, nisi necessitas vrgeat, vel rationabilis causa impellat, quā tamen ipsemet dijudicabit, quod notat Hieronym. Glimas in sua Appendice ad suam Summam Confess. §. 7. vbi visitationis pręsertim esse validam causam, subiungit, locaq; speciatim memorat, ād quæ tunc accedere potest.

39 Verū si Cardinales vellent aliquod ingredi Monasterium, neque essent illius Religionis Protectores, neque Ciuitatis Episcopi, possint ne eorum exequi voluntatem? nec vnquam reperi aliquod decretum, aut canonem de eis loquentem in hac specie, sed tantum in Regula monialium S. Claræ reperi ita scriptum; si quis de S. R. E. Cardinalibus ad aliquod Monasterium huiusmodi Religionis aliquando venire, & intra clausuram ingredi voluerit: cum reuerentia quidem est suscipiendus; rogandus tamen, vt cum paucis socijs ingrediatur: quę verba refert præfatus Collector in eodem loco, versic. octauus casus, & subdit alia verba inquiēs: istud, secundum aliquos est intelligendum de Cardinalibus Protectoribus solum: nihilominus verior videtur altera sententia, vt de omnibus explicetur, ac verba facere intelligatur, ex quibus id ipsum fortasse dicendum esset respectu aliorum Monasteriorū alterius cuiusque ordinis, nisi posterior Gregor. XIII. constitut. 75. iam relata amplexaretur etiam, & expresse de eis loqueretur, ac disponeret minimè eis licere, nisi in casibus necessarijs, vt supra.

40 Explicito igitur primo capite primæ partis distinctionis á me relatæ circa clausuram, ad aliud eiusdem partis caput pertransire expedit, quod loquitur de volentibus accedere ad Monasteria monialium, secum allocuturis extra septa in Rota, ac parlatorijs. In qua re occurrit in primis Alexād. III. in Concilio Lateranensi sanctio, registrata in cap. Monasteria de vit. & honestat. clericor. quā frequentans Monasteria monialium, & monitus nō desistens, si clericus sit deponitur, si verò laicus excommunicatur: ex quo textu, duo præsertim eliciuntur, alterum quod frequentia requiritur, vt procedatur ad pœnas illic comminatas, istamque frequentiam non in vnico tantum actu exemplificari, sed pluribus, scilicet duobus, iuxta glos. inibi, & Abb. nu. 5. quorum assertio, quia non semper subsistit, at in illis tantum actibus: qui verò plusquam bis iterantur, vt hi si bis fiant, frequenter fieri videantur, vel saltem constituenda sit differentia inter delicta, & negotia merè ciuilia, quippe quod vt citius euitentur consonum est iterata crimina existimari frequentia, in ciuilibus verò negotijs, quo certior sit vsus, ex pluribus vicibus induci frequentiam, vt optime ex glosa probat Turamin. in l. quoniam nu. 7. ff. de legibus, qui præterea edocet frequens, & rarum, vt extrema, & opposita considerari in l. nam ad ea nu. 4. ff. de legib. ipseque addo verbum illud exercere, latius accipiendum videri, ita quod nemo credatur aliquid exercere, nisi ex quasi vsu continuato exerceatur, teste Nauar. in manuali cap. 27. num. 250. Ideò vt euitentur eiusmodi dubia, credo melius dicendum, istius frequentiæ declarationem, si ea intercedat in hoc casu, & quando dicatur remissa Iudicis arbitrio, ex Nauar. in cap. statuimus nu. 61. vers. quibus addo 19. q. 3. Alterum quod ex præfato cap. Monasteria desumitur, illud est, quod glos. penult. illic notauit, ne quis valeat vltra vnicam vicem accedere ad Monasteria monialium secum alloquuturus, nisi manifesta, & rationabili causa impulsus, qua cessante, quia statim præsumitur malum, ideò prohibitum ex eo textu iterare accessum, succurritque Nauar. in manuali cap. 25. num. 110. Nulla tamen reperitur statuta á iure excommunicatio, ob quod Antistites consueuerunt Synodalibus constitutionibus illam infligere aduersus prædictos, prout Syluest. admonet, in verb. Religio 7. in fine, idque quotidie experimur: Isthæc verò censura ligantur omnes, etiam prima vice illuc euntes, atque etiam exempti omnes, & Regulares, Sorbus in compend. mendicant. verbo accedere ad Monasteria monialium, & comprobatur altera Doctorum conclusione in casu difficiliori, & sub quo comprehenditur sanè præsens casus, quandoquidem, si constitutione, vel edicto Episcopali interdicitur accessus ad Monasteria Diœcesis, etiam exempta, sub pœna excommunicationis ipso iure incurrenda à cōtrafacientibus, illa deuinciri exemptos, & Regulares ipsos, adeuntes prædicta Monasteria exempta, inquiunt Lapus in cap. vnico, sub nu. 3. de statu Regular. in sexto, & inibi Geminian. §. fin. num. 8. necnon Franch. Anchar. & alij; ergo multo magis cum ad Monasteria non exempta eunt; nisi tamen priuilegio fouerentur, ne possent excommunicari, eo enim casu, venirent alia pœna á proprijs Superioribus Regularibus puniendi, & qui eo carentes iam dictam propterea incurrerent excommunicationem, non vtique ab illa liberari possent per suos Superiores, sed per ipsosmet Episcopos tantum, qui eam inflixerunt, iuxta declarationem superinde factam à Sacra Congregatione Concilij, sub die 3. Aprilis 1587. cuius testis est Sor-
41 bus in loco supra citato; quod autem Regulares

eiusmo-

eiusmodi non habentes priuilegium, censuris supponi valeant ab Episcopis, præter Sorbum, & declarationem præfatam, comprobant notata per Roderiq. in suis quæstion. Regular. & propriè q. 45. art. 2. in fin. tom. 1. necnon text. in cap. 1. §. in eos, de priuileg. in sexto, vbi Religiosi à locorum ordinarijs excommunicari nequeunt, si eorum Monasterium, aut Religio speciale habeat priuilegium, vt eorum monachi excommunicari non valeant, quæ profectò verba præportant á contrario sensu eos excommunicari posse ab ipsis Episcopis, si prædicto haud potiantur priuilegio; idque reuocatum non censetur posteriori Concilij Tridentini sanctione in cap. 14. sess. 25. de Regularib. præcipiente Religiosum Episcopo non subditum, & intra claustra Monasterij degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem populo scandalo sit, Episcopo instante à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum seuerè puniendum esse, quod verbum punire, non aliud insinuat, quam pœna corporali afficere, ideoque de excommunicatione non loquitur, quæ non pœna, sed medicina est, cap. cum medicinalis, de sentent. excommunic. quarè possint excommunicatione ligari, quamuis puniri corporali pœna non valeant, ex præfato Concilio, idque alia insuper consideratione corroboro, quod Innocent. IV. in dicto cap. 1. in eius initio, vult exemptos omnes, maximè Religiosos gaudere libertate exemptionis, præterquam ratione delicti, siue contractus initi extra locum exemptum, & cognoscés prædicta nihil commune habere cum excommunicationis sententia, neque propterea censeri aliquid dispositum, respectu illius censuræ, subiungit §. in eos, & ait, in eos autem, quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari á quoquam valeant, à sede Apostolica est indultum: sicut sunt Religiosi, quamplures, in quorum priuilegijs continetur, ne quisquam Episcopus, vel Archiepiscopus Monasteriorum suorum monachos, pro vlla causa, vllouè loco interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat; ijdem Ordinarij iurisdictionem suam, quantum ad ista vbicumque illi fuerint, penitus exercere non possunt, vbi glos. in verbo quãtum ad ista, & Abb. in cap. fin. sub num. 11. de foro competenti, subijciunt explicationem restringendo ad prædictam excommunicationem suspensionem, & interdictum, non autem extendatur ad reliqua, in quibus iurisdictio ordinaria illibata permaneat, & consequenter respectu punitionis, itaque si contrariorum eadem debet esse dispositio, dùm priuilegio gaudent, ne possint excommunicari, nihilominus poterunt puniri aliqua pœna, ita cum exempti sunt ratione delicti patrati, etiam in loco non exempto, & propterea corporali pœna plecti non valeant, nihilominus excommunicari possint; ex quibus me rectè arbitrari opinor, necesse esse, priuilegium exemptionis debere expresse complecti, etiam delicta commissa, etiam in loco non exempto, & insuper ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici, alioquin priuilegium non suffragetur in eo capite, quod ex prædictis deficeret, ob quod optimè dixerunt in cap. Episcoporum, de priuileg. in sexto, Ioan. Monach. num. 3. & Ancharan. num. 3. alijq; omnes, semper attendendum esse tenorem priuilegij, atque ideò allegantem exemptionem, teneri Episcopo ostendere priuilegium, alioquin sibi credere non cogatur, affirmat Innocent. in cap. ex parte, de verbor. signific. & Roderiqu. in quæstion. Regular. 56. artic. 12. tom. 1.

42 Sed qui iam dicto priuilegio expresse potirentur, ne valeant censura aliqua deuinciri controuertitur, vtrum ne declarari, nihilominus possint ab Episcopis incurrisse aliquam censuram á iure, aut alijs constitutionibus inflictam, cum illis verbis ipso iure, vel ipso facto incurrendam, quo casu à contrafaciente statim incurritur, iuxta glos. in cap. 1. de sagittar. & respondet text. affirmatiuè in clem. 1. de priuileg. & inibi Zabarell. nu. 24. Abb. nu. 22. Imol. in clem. 1. nu. 8. de sequestrat. possess. & fructuum, Geminian. in cap. si Papa distinct. 40. Felyn. in cap. non potest nu. 3. de sentent. & re iudic. Gambar. in tract. de potestate legati à latere lib. 8. cap. de potestate legati in Regulares exemptos, & post alios Henriquez in Summ. theolog. moral. lib. 7. cap. 25. §. 7. contradicunt Nauar. cons. 2. Regulares, de sentent. excommun. Graff. in decision. aureis lib. 2. cap. 49. num. 68. & Sorbus in sua annotat. ad compend. mendicant. verbo exempti vers. sed an Regulares, & suffulciuntur verbis clem. 2. de pœnis, dum locorum ordinarijs iniungunt, vt postquam eis constiterit aliquos subiectos pęnam, & sententiam incurrisse præmissas, ipsas publicare non differant; & præfatæ clementinæ primæ, respondere conantur altero ex duobus modis, scilicet vt subsistat in casibus tantummodo in ea mentionatis, vel de exemptis simpliciter, & generatim, non autem de illis, qui etiam sunt speciatim exempti pro delictis commissis, etiam in locis non exemptis; ab eorum tamen sententia omninó discedendũ opinor, & priori assentiendum, responsionibus prædictis prorsus explosis, quandoquidem si exempla non restringunt, sed declarant Regulam vulgatis legibus, certè dispositio præfatæ clementinæ non erit restringenda ad casus tantum, & exempla illic relata, ad ea præsertim, quæ in initio, & enarratione referuntur, non in subsequentibus, & dispositiuis verbis, & sanctione superinde facta, quæ attendenda omninó apparent non autem narratiua, ex clem. 1. de prębend. Altera itidem refellitur tanquam diuinatiua; quinimmo tanquam erronea, siquidem frustra dicta clementina ita disposuisset, nisi etiam intelligeretur de exemptis ob delicta patrata in locis, etiam non exemptis, si namque tale priuilegium non haberẽt, nè dum possent denunciari, sed insuper excommunicari, vt supra demonstraui ex textu in cap. 1. §. in eos, de priuileg. in sexto, textui verò in citata clem. 2. ab ipsis in eorum gratiam adducto responderi potest multis quippe modis, ac potissimum duobus, nempè casum in dicta clementina contentum, non excedat, indicantque verba eiusdem clementina, pœnam, & sententiam incurrisse præmissas; respiciunt igitur præmissa, & non alia, atque ita intellecta præfata clementina non receditur ab illius verbis, & conciliatur alteri, & primæ sub rubrica de priuileg. contrarium dicenti in reliquis, & concedenti declarare etiam exemptos. Altero item modo respondetur, quod præfata clem. 2. non dicit aliquos subditos pœnam, & sententiam incurrisse præmissas, sed dicit aliquos subiectos, & maximam

adesse

adesse distantiam inter hæc duo nomina suadeo; subditus enim insinuat essentiam, subiectus verò tanquam latior complectatur omnes, etiam non subditos, sed quoquomodo suppositos, & propterea illos, qui licet exteri subijciuntur, quoties intra iurisdictionem perpetrant, quod in ea clementina vetitum reperitur: Persisto igitur in priori sententia, quam communiorem esse credo, eamque commendatam, & obseruatam in congregatione doctissimorum virorum, Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ, habita coram Amplissimo Cardinali Gesualdo Archiepiscopo, mihi certum est, & rursus ita sentijsse, & determinasse eamdem Curiam, testatur Genuens. cap.59. sub nu.1. atque tertia vice, affirmat Riccius collectan.591. super cap.2. de constitut. in sexto, & si declarare potest, multo magis denunciare, & præfatus Graff. etiam admittit, quamuis Sorbus in adducto loco, postquam formalia illius verba rescripserat, in hac parte illius verbis non vtatur, sed alijs, quibus defendit, neque licere denunciare.

43 Verùm respectu excommunicationis á iure prolatæ, nullique retentæ, quid sentiendum sit, vbi Regularis ea ligaretur, & à quo sit absoluendus; quandoquidem istius quæstionis veritatem perquirere hæsitarunt non semel Doctores; in cuius resolutione aliqui Iurisperiti, quò ad Abbatem, reliquosque Superiores Regulares negatiué responderunt, quorum vera apparet sententia; eamque tradiderunt Abb. in cap. cum illorum nu.3. de sentent. excommun. & cap. monachi num. etiam 3. & illic Felyn. nu.15. eod. tit. idem Felyn. in cap. postulasti, vers. & dixit, sub nu.9. de rescript. ac Petr. Foller. in practic. crimin. canon. cap.37. num.53. & tantum Episcopus absoluat eorumdem est sententia; ob illam rationem, quoniam vbi legislator absolutionem excommunicationis sibi non reseruauit, illam relaxasse videtur habentibus iurisdictionem Episcopalem ex omnium resolutione, per textum in cap. nuper §. in secundo, de sentent. excommun. scripsitque Mileus in suo repert. in verbo excommunicatum potest Episcopus. Quod præterea dicendum est in excommunicatione ob percussionem clerici, quamuis absolutio Papæ sit reseruata, in illis tamen casibus, in quibus possent clericos absoluere, & si offensus sit clericus sæcularis, iuxta text. in cap. Religioso, de sentent. excommun. in sexto, & post multa tuetur Vgolin. tract. de censur. tabul.1. cap.10. §.1. à num.2. qui respectu exemptorum dicit contrarium in cap.2. §.17. à num.5. attamen Federic. de Senis integrum scripsit consilium, quo defendit, neque exemptos absolutionis beneficium consequi posse à suo Regulari Superiore: sed ab Episcopo dumtaxat, suscribit Ioan. de Lignan. in clem. ne in agro, de stat. Regul. & opitulatur expressus textus superius citatus in cap. Religioso, quem textum licet ad non exemptos tantum restringat Tabiena in verbo exemptus, sub nu.7. de vtrisque nihilominus intelligendum esse, opinatur Io. Andr. super ipsomet nu.1. suffultus verbis, & ratione in eo posita: nè hoc prætextu habeat Regularis materiam euagandi, quæ tam exemptos sicuti subiectos amplexatur, & propterea eodem iure vtendum l. illud ff. ad l. aquil. Altera autem ratio, quam idem Tabiena adducit, persuasiua tantum reputanda est, non concludens; quod si canon ille voluisset etiam complecti exemptos, id quippe adiunxisset, sicuti addidit in clem. cum ex eo, de sentent. excommun. quæ dixit, tanquam sedis Apostolicæ delegati; etenim hæc ratio non vrget, quia si expressiora voluit legislator inibi apponere verba, maiori innitens cautela, non sequitur consequentia, ergo illis non additis, haud censeatur data potestas in exemptos; cum satis sit rationem extare, qua legislatoris mens pateat, ambobus opitulari voluisse, & in vtroque casu facultatem concessisse absolutionem impertiendi; præsertim quia in hanc propendent relati præstantissimi Iureconsulti Federic. de Senis, Ioan. de Lignan. & Ioan. Andr. qui nullibi contrarium sentit, quamuis Tabiena eo in loco, citet eumdem Ioan. Andr. in alijs locis aduersari sibi ipsi, namque decipitur, idque rectè intuenti, & percurrenti illius verba in memoratis illis locis euidenter patere potest.

Nemo tamen á me alienum putet, complures Religiosos his etiam temporibus speciali prosecutos fauore, habere in eorum priuilegijs expressam auctoritatem absoluẽdi, in his casibus proprios subditos Regulares, testaturque Rodericus in quæst. Regul. tom.1. q.20. art.1. cum seqq. Illud tamen priuatiuè ab Episcopis intelligendum esse non opinor, ac propterea vtrumque tunc retinere eiusmodi facultatem consentio: nec reluctatur ratio quam Vgolin. cæterique memorant contradictores, quod ad absolutionem dandam iurisdictio requiratur, argumen. cap. pastoralis §. præterea, de offic. ordin. quam non habent Episcopi in exemptos, iuxta cap. graue, de offic. ordinarij, & cap. cum tempore de arbitr. Etenim ius fauet Episcopis iurisdictionem, & auctoritatem concedens absoluendi exemptos à censuris istis, in adducto cap. Religioso, & alijs, in tantum quod idem Tabiena, non sine valida ratione credidit, hanc sentẽtiam esse æquiorem; & quidem monasticæ Religionis professi in quibusdam grancijs viuentes de ordine suorum Abbatum impetrarunt à meo Vicario Laquedonensi, absolutionem à censura incursa propter percussionem cuiusdam Clerici Rocchettani mei Diœcesani, nam si exemptione minimè fruantur omni ratione rectè fecerunt, & si exempti cum sciant quid agant, ac morem eorum Religionis, credendum est, quod à meis ministris non eam expetijssent nisi potuissent, & debuissent.

Hucusque digressus sum ex conclusione illa, quam stabiliui, Regulares incidere in excommunicationem ipso iure comminatam ab Episcopo, cõtra adeuntes Monasteria monialium; his veró temporibus hæc disputatio videtur superflua, cum prohibeantur insuper illuc accedere vigore decreti sacræ Congregationis supra Episcopos, & Regulares, quo aufertur Episcopis, aut alijs Superioribus, omnis potestas cõcedendi illis licentiam illuc eundi, & cum eis alloquendi, sibiq; eam facultatem retinuit ipsa Congregatio, cuius decreti relator est Sorbus in compendio mendicantium, verbo ingredi Monasteria, & subscriptis concipitur verbis.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinales Sacræ Regularium Congregationis Præfecti, ad occurrendum scandalis, quæ cõtingere possunt, alijsq; iustis, & rationabilibus causis animum ipsorum

rum piè mouentibus, de speciali & expresso mandato sanctissimi D. N. Domini Sixti diuina prouidentia Papæ V. viuæ vocis oraculo eis facto decreuerunt, & mādauerunt nulli, posthac Religioso cuiuscumque ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat (Superiore, cui Monasterij, seu domus cura incumbit, visitatore, vel visitatoribus, confessarioq; ordinario, vel extraordinario, cum ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis) licere absque licentia expressa eiusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria, seù domos quarumcumque monialium, vel sororum, siue sui, siue alterius cuiusuis ordinis ad colloquendum, siue tractandum cum eis, quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas missas in ipsarum monialium, seù sororum Ecclesijs, siuè oratorijs exterioribus, siuè extra clausura existentibus mitti contigerit, prohibuerunt ne dicti Religiosi vllo quæsito colore, moniales, sorores, aut quamlibet aliam personam intra clausuram degentes alloqui possint; confessarijs autem similiter interdixerunt, ne in ædibus Monasterij, seù Domus, vel Monasterio seu domui monialium, aut sororum contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel alias secum retineant, neuè extra tempora generalium confessionum, (quibus soli tantum confessario refectionem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet cum sua habitatio, aut virorum domus, vel Monasterium in quo degit à monialium, seu sororum Monasterio, vel domo nimium distat, nisi tamen, & eo casu contrarium specialiter cōstitutum sit) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant: Quæ omnia & singula sub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis, alijsq; eiusdem Congregationis arbitrio præceperunt inuiolabiliter obseruari, iniungentes cunctis Reuerendis Patribus Generalibus, Prouincialibus, & alijs quorumuis Monasticorum, & Mendicantium, ac non mendicantium ordinum, & congregationum Superioribus, ad quos spectat, quatenus infra terminum vnius mēsis à die quo præsens decretum ipsis notificatum fuerit cōputandi, debeant eiusdem decreti copiam, cum huiusmodi præcepto omnibus suorum ordinum, & Religionum, Monasterijs, Domibus, & Conuentibus intimare, & notificare, ac intimasse, & notificasse, ne vllam aliquando desuper ignorantiam in futurum allegare, aut prætendere quoquomodo possint. Romæ 9. Maij 1590.

Fr. Michael Bonellus Cardin. Alexandrinus.
Georgius Palearius Secretarius.

Quod quidem decretum impressum fuit Romę apud Paulum Bladium Impressorem Cameralem
44 anno 1590. ex quo altera succreuit dubitatio, necnè amplexaretur Equites S. Io. Hierosolymitani, & pro negatiua statim occurrit ratio illa, omnium ore circumuoluta: in odiosis haud esse faciendam extensionem, ac pœnalibus, comprobata ex cap. odia dè regul. iur. in sexto: verùm affirmatiuam sententiam comprobant aliæ multæ rationes, & auctoritates, quibus demonstratur hos esse Regulares, & Religiosos, vt tales enim gaudent priuilegio clericali, idest canonis, si quis suadente, & fori, atque immunitatis, vt latè probat Roderic. q. 1. art. 6. tom. 1. suarum quæstionum Regularium, vouent namque tria substantialia vota, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, vt cæteri omnes Regulares, & propterea, atque ex alijs multis esse verè Regulares, vereque Religiosos, defendit Nauar. cons. 12. an milites, sub rubr. de Regularib. Sayr. decis. 26. cum milites de Regularib. idemq; Nauarr. in cap. quoniam quicquid 16. q. 1. & inscribitur commentarius, siuè tractatus de reddit. eccles. vbi q. 1. monit. 55. à nu. 5. & q. 3. monit. 27. hanc assertionem, dùm rationibus tuetur, non tantum de militibus S. Ioannis loquens, sed de alijs omnibus prædicta vota emittentibus, quamuis his temporibus coniugium admittant, à cuius resolutione licet desciscant respectu militum coniugio vtentium, quos ita esse Religiosos aiunt, vt tamen perfectè, & integrè non sint tales; Sot. in lib. 7. de iustit. & iur. q. 5. art. 3. vers. tertium autem argumentum, & Molina de primog. hispan. lib. 2. cap. 9. nu. 69. alterq; Molina in tract. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 141. vers. est verò rigidas nihilominus id non negant, verùm etiam probant, quò ad milites S. Ioannis, præfatus Sotus adducto articulo, vers. ex his ergo, & Molina indicata disput. 141. vers. ad motum proprium Pij V. & propterea eos contineri sub dicto decreto non videbatur ambigendum, non obstante ratione in contrarium adducta, de extensione minimè facienda in odiosis, & pœnalibus, & priuilegio Pontificio, quod habent ne comprehendantur sub iure aliquo de Religiosis loquēte, odium, & rigorem continente, cuius testis est præfatus Roderiq. in citato art. 6. fretus auctoritate Petri de Aragona super D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. ad vltim. nam hoc casu non dicetur dispositio odiosa, sed potius fauorabilis, cum agatur de vitando animarum periculo, & quatenus odium contineret, admitteretur nihilominus extensio ob salutem animarum, ita Abb. in cap. ex tenore num. 6. qui filij sint legitimi, Ias. in auth. quas actiones nu. 25. C. de sacrosc. eccles. & Cantuccius inter decis. diuers. Rotæ Romanæ decis. 29. cum ex vna num. 10. par. 2. potius enim diceretur inclusio similium, quám extensio, idque facilè colligi poterit ex titulo Codicis, inscripto de malefic. & mathemat. & cæteris similibus; sed cur tandiù in his immoror, si eadē Sacra Congregatio Domino Vicario Neapolitano rescribens declarauit sub dicto decreto, complecti ipsos milites S. Ioannis.

Ista autem prohibitio respectu Regularium, non vtique res est omninò noua, antiquitus enim ab ipsarum sanctimonialium habitatione, & collocutione arcebantur, atque adeò, quod si contigisset videre aliquam propinquam, coram Abbatissa permissum erat illi confabulari per modica, & compendiosa verba, breueq; tempus, iuxta cap. diffinimus 18. q. 2. consimileq; decretum prodijt ex Concilio Hispalensi, registrato in cap. in decima, eadem causa, & quæstione, præcipiente respectu monachorum, vt remoti ab illarum familiaritate degerent, nec vsque ad vestibulum haberent accedendi familiare permissum, & neque Abbati, vel ei, qui præficiebatur extra eam, quæ præerat loqui virginibus Christi, aliquid quod ad institutionem earum pertineret licuisse, neque cum ea sola, quæ præerat frequenter eos loqui potuisse, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum, ita vt rara esset accessio,

cessio, & breuis omninò locutio.

Præfata insuper censura per statutum, aut edictum Episcopale comminata ipso iure aduersus adeuntes Monasteria monialium, & cum illis alloquentes, non solum prædicti Regulares, aut laici, & clerici sæculares ligantur, si ad Monasteria monialium accedant, suppositæ iurisdictioni Episcopali,
45 sed etiam exempta, dummodo expressè vetitus fuerit accessus ad Monasteria, etiam exempta, alioquin generica prohibitio non afficiat euntes ad exempta, Syluest. verbo excommunicatio 2. nu. 14. Lapus in cap. vnico, de statu Regular. in sexto, & Gemin. in eodem cap. 6. fin. nu. 8. Summa Rosella verbo excommunicatio 7. sub num. 4. & Roland. à Valla consil. 33. Illustris, sub num. 32. vol. 3. quamobrem licentiam tunc petere opus est ab Episcopo loci, vltra aliam Superioris Regularis, ex præcitatis Auctoribus, quod hodie admittitur si consuetudo suppetat, & propterea standum esse consuetudini in hoc capite declarauit Sacra Congregatio Concilij sub his verbis: censuit Sacra Congregatio facultatem concedendi licentiam adeundi ad colloquium cum monialibus Regularibus subiectis, spectare ad ipsos Superiores Regulares, nisi esset consuetudo legitimè præscripta, vt huiusmodi licentiæ, etiam quo ad Monasteria, quæ Regularibus subsunt ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo, & Superiore Regulari coniunctiuè obtinerentur, tunc enim consuetudinem esse obseruandam voluit.

Quod si constitutio excommunicaret committentem aliquod facinus, aut aliquod inhonestum exequentem in Monasterio quocumque etiam exempto, vel inhonesta proferentem verba monialibus non eum liget, quia illa ageret in Monasterio exempto, si Lapo, & Geminiano credimus in locis relatis, & Grassio in lib. 4. decis. aurear. cap. 2. num. 19.

46 Et qui literas scriberet moniali, & mitteret, incidat né in præfatam cēsuram, dubitatum fuit in hac Ciuitate, & quamuis Bald. neget in auth. habita, sub nu. 36. C. ne filius pro patre, ipse tamen interrogatus respondi affirmatiuè per Roman. in l. 1. in princip. ff. de verbor. obligat. Felyn. in cap. mulieres, post num. 7. de sentent. excommun. Aretin. in l. 2. & inibi Ias. num. 14. ff. de verbor. obligat. Simanch. de cathol. institut. cap. 11. post nu. 8. & textum singularem ad hoc per Aretin. rectè ponderatum in cap. clericus 81. distinct. cui quidem sententiæ complures adstipulantur rationes, decisionesque in casibus similibus, ac præsertim vetitus loqui cum excommunicato, est insuper prohibitus Nuncium, vel literas illi mittere, iuxta glos. 3. in cap. constitutionem, de sentent. excommun. in sexto. & glos. in clement. final. de sentent. excommun. Nauarr. in manuali cap. 27. nu. 20. Syluest. verbo excommunicatio 5. post num. 2. & Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 2. nu. 1. nisi dicamus aliqualem considerari distantiam inter mittentes literas monialibus, & mittentes excommunicatis, quia cum monialibus inhibetur loquutio, cum excommunicatis verò participatio, quod verbum tanquam latius (vt inibi Iason. rimatur) complectitur etiam literas, aut Nuntium mittentes, & Soccin. eadem l. 2. nu. 7.

Et propterea relatum exemplum non videtur adduci posse ad eandem constituendam conclusionem in casu isto longè dissimili, qua præterea responsione vti valemus pro insutatione alterius exē-
47 pli ab eodem Ias. Aretin. & alijs traditi, de scribente bannitis, vt incurrat ex eorum sententia pœnam in ædicto contentam contra scribentē, quatenus ea vera sit, cum alij impugnēt, maximè Soccin. in ead. l. 1. nu. 8. & Alciat. à multis citatus pro opinione ista . . . . . & certè nu. 20. exorditur huius quæstionis disputationem, semperq; propendet in hanc negatiuam partem, præterquam in fine nu. 24. vbi priorem tenet quam communem appellat, quæque rationibus multis fulcitur, & ea quod per epistolas, cum absentibus tanquam præsentibus loquimur, teste Peregrin. consil. 94. ex facto subiecto num. 9. & 14. & Turpilius Comicus differens de vicissitudine literarum, hoc ipsum expressius affirmat, inquiens, sola res est Epistola, quæ homines absentes præsentes facit; cuius verbis fretus Diuus ille Hieronymus in Epistola ad Nitiam, deflexit ad alia verba, scilicet quid est, vt ita dicam tám præsens inter absentes, quàm per epistolas, & alloqui, & audire, quos diligas. Altera item non exilior est ratio, tum scribentem, tùm recipientem complectens: namque certum est, multa literis committi, quæ coram, puderet verbo dicere: idque præportat vulgi dictum, literæ non erubescunt, ex parte verò recipientis, quia literæ sunt verba permanentia, verba prolata sunt transeuntia, & flexibilia, teste Aristotele lib. 1. parermirias, ideoque si prohibetur locutio, multo magis censeri debet vetitum scribere; verum cautius mea sententia ageret Præsul si expressis verbis excommunicaret etiam mittentem ad eas Nuntium, vel epistolas, prout Alphonsum Cardinalem Gesualdum huius Ciuitatis Archipresulem fecisse recordor, ac præterea excommunicationem statuisse aduersus inhonestè loquentem cum moniali, ita quod ille quoque eam incurrat, qui licentiam cum illis loquendi impetrasset: ideoq; excommunicatum opportere in absolutione consequenda manifestare, se non tantum monialem sine licentia, vel cum licentia allocutum esse, at, insuper inhonesta verba cum illa dixisse, vel actus, gestus, signaque vetita fecisse.

48 Sed valeat ne Episcopus suo edicto prohibere etiam fœminis quibuscumque accedere ad Monasteria monialium, & secum alloqui sine ipsius licentia? & dubio procul oportet affirmatiuè respondere, & Romæ factum esse, testatur Nauar. in cap. statuimus nu. 61. vers. tertio 19. q. 3. ipseque non ignorò à multis religiosissimis Episcopis seruatum, propterea quod internuntiæ persæpe sunt, atque ad malum hortatrices, quamuis consulerem mitius cum eis agendum, & consequenter non omnibus prohibere accessum, sed tantum deferentibus literas ex parte virorum, vel ambasiatas, continentes aliquid turpè, & inhonestum, aut quoquo modo hominis cuiuslibet desiderium explicantibus, aut insinuantibus, explicitè, vel implicitè.

Ad aliud modo descendere, & vnicum caput secundæ partis distinctionis à me constitutæ nu. 19. locus est, quod clausuram ex menijs ipsis, & murorum ambitu prouenientem, complectitur; in qua re pauca quædam oporteret referre, & quidem libenti animo referrem, nisi ea scripsissem in cap. 13. nu. 89. huius rubricæ, vers. ad auctoritatem modo Episco-

Epiſcoporum, vbi Lectorem remitto, & hic ſit impoſitus finis tractatui de clauſura monialium, quam cuſtodire cogendæ ſunt ab Epiſcopis, quo explicito ad alia pertranſire conuenit, ad quæ moniales ipſæ vltra clauſuram tenentur poſt emiſſam profeſſionem.

49 Inter quæ nouiſſimum non obtinet locum aſſertio illa, quod teneantur officium Diuinum recitare, poſtquam iam dictam emiſerunt profeſſionem, relata à Tabiena in verbo horæ canonicæ num. 8. ſubiungente id ipſum ſimiliter perſoluendum quoque eſſe à conuerſis, immò ſunt, qui dicunt eaſdem moniales in communi, atque choro teneri illud recitare attenta diſpoſitione iuris communis, cuius quidem ſententiæ fuit Angel. in Summa verbo horæ canonicæ §. 25. & 26. atque Syluest. eodem verbo §. 10. adducti, clementina prima de celebrat. miſſ. Id in Regularibus, & Religioſis ſtatuente, ſub quibus nominibus comprehendi moniales certum eſt, neque ipſe ab eorum reſolutione diſcedo, niſi quatenus vnaquæque Regula, eiuſuè Statuta aliter diſponerent, ſeù conſuetudo in vnaqualibet Religione admitteret, ſequutus Cordubam in ſuis annotationibus ad compendium mendicantium, verbo moniales, verſ. reſpondeo, vbi notabiliter ſubnectit monialibus Regulæ Sanctæ Claræ, haudquaquam illud iniungi, ex præcepto, & obligatione.

Et cum frequentantes Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, humiliores præ cæteris, obedientiores, caſtiores, ſanctiores, atque procliuiores fiant ad audiendum Verbum Dei, mandatiſque Superiorum, conſilijs, exhortationibuſque parendum, iuxta tradita per Diuum Thomam in tertia parte quæſt. 79. Syluest. verbo Euchariſtia 4. num. 3. ac

50 Sot. in quarto ſententiarum diſtinct. 11. quæſt. 2. artic. 1. latioribuſque verbis explicui cap. 7. nu. 28. recte admonentur ſub mortiferi peccati labe moniales, monacique omnes, vt illa frequentent, ſingulis ſaltem menſibus, peccata confitendo, & prima Dominica cuiuſlibet menſis ſumendo ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, in clementina prima §. ſanè, de ſtatu monachorum, quamuis illa de monachis nigris expreſſè loquatur; etenim gloſſa illic, verſic. ſinguli, extendit ad alios reliquos monachos; quinimmo Oldrad. dilatat ad Canonicos Regulares in conſ. 222. & ſequitur Viuald. in ſuo Candelabro Aureo par. 1. ſub rubr. de confeſſione, poſt num. 51. qui propterea deceptus antea erat, dùm negauit extendi ad cæteros monachos, præter nigros: maximè quod concedendo ampliari ad Canonicos Regulares, tanquam comprehenſos ſub verbis rubricæ, quamuis excludantur à proprietate verborum textus, ita ad alios monachos extendi, dicebat fateri; non autem iſtam impugnare extenſionem, cum monachi omnes, ſub verbis eiuſdem rubricæ proculdubio continentur: primo quidem ſub ſpecifico illo nomine monachorum in ea poſito, deinde verò ſub altero Generaliori Regularium; quare diſpoſitionem illius textus de omnibus Religioſis intelligendam exiſtimo.

Quos præterea obnoxios eſſe ſub mortali, quolibet menſe venialia etiam confiteri, ſi mortalia deſint, credidit Caietan. & alij citati à Nauarr. in cap. placuit num. 120. de pœnitent. diſtinct. 6. à quorum tamen reſolutione abhorret inibi præfatus Nauarr. num. 122. Sot. in quarto ſententiarum diſtinct. 18. quæſt. 1. artic. 3. verſic. neutiquam tamen: & Viuald. indicata rubrica de confeſſione num. 22.

51 Adductæ autem clementinæ primæ diſpoſitio, qua confiteri, & Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipi præcipitur monachis ſub mortali peccato, videtur hodie relaxata reſpectu monialium à Concilio Tridentino in cap. 10. ſeſſion. 25. de Regularibus dicente, vt attendant diligenter Epiſcopi, & cæteri Superiores Monaſteriorum ſanctimonialium, vt in Conſtitutionibus earum admoneantur ſanctimoniales, ſemel ſaltem ſingulis menſibus confeſſionem peccatorum facere, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipere. Quibus ſanè verbis inſinuat, ad conſilium, & ad monitionem referri, quod antea ſuperinde conſtitutum erat ſub præſcripto, ita quod mortiferum non amplius committatur à monialibus omittentibus in præſenti ſingulis menſibus confiteri, & communicari, quod aſſeuerant Viuald. indicato num. 21. in fine, Modern. in ſua Praxi Epiſcopali, verbo moniales §. 7. par. prima, Roderic. in quæſtion. Regular. quæſt. 62. artic. 1. tomo primo, & aliqui alij, quibus contradicit Nauarr. in Summa capit. 21. num. 59. affirmans illas etiam nunc mortiferè peccare; cuius quidem ſententiæ, ni fallor, ea poſſet fulciri conſideratione, quod Concilium non mandat Epiſcopis, aliiſque Superioribus id præcipere monialibus, quia erat iam ipſis monialibus in prædicta clementina iniunctum: ſed mandat ab illis admoneri, atq; iteratis præcibus, exhortationibus, & admonitionibus inducantur, & adducantur ad id, quod ſub præcepto ſtatutum antea erat in dicta clementina.

Ex quibus apparet in ſuo robore perdurare præfatæ clementinæ ſanctionem, pro cuius declaratione neceſſarium eſſe duxi adnotare aliqua, quò ad hunc effectum ſuſcipiendi ſanctiſſimum Euchari-

52 ſtiæ Sacramentum, & præſertim illam dici Principem menſis Dominicam, quæ iuxta vulgi interpretationem immediatè, & illico aduenit poſt Kalend. cuiuſlibet menſis, non autem attenditur computatio illa, qua paſſim in officio diuino vtimur, & illa eſt, quæ magis appropinquat Kalend. menſis, ſiue præueniat, ſiue ſequatur, illamque, iſta facta dinumeratione cognoſcimus, ac præſertim in prima Dominica Aduentus, quæ omnia Bonifacius de Vitalinis attingit ſuper §. ſanè, dictæ clement. primæ nu. 5.

53 Cùm igitur confiteri intendunt, Ordinarium coguntur adire confeſſorem, ſibi á Superioribus aſſignatum, non alium; niſi fuerit eiſdem conceſſus extraordinarius, quem bis, aut ter in anno illis offerre debet Superior, qui omnium confeſſiones audire debeat, iuxta Concilij Tridentini Decretum in cap. 10. ſeſſ. 25. de Regularibus, cuius verba ſunt: Matura præhabita conſideratione attendenda; etenim non neceſſitatem, ſed arbitrium relaxant, iuxta declarationem Sacræ Congregationis eiuſdem Concilij interpretis, ſub his verbis: Eſt enim arbitrio cuiuſcumque monialis, ſi extraordinario voluerit confiteri. Is autem conſtitui poterit, qui non fuerit eiuſdem, ſed alterius ordinis, iuxta declarationem præfatæ Congregationis rela-

tam à Sorbo in suis annotationib. ad compendium mendicantium, verbo monialis, versic. quod præter, vbi subiungit confessores ordinarios deputandos ad confessionem monialium, non subiectarum Episcopis, sed alijs non ab ipsis Episcopis approbandos esse, sed à Superiore ordinis, cuius dictum restringo in casu de quo ipse vidi alteram eiusdem Congregationis declarationem, quæ voluit, quod ex facultate Decreti Concilij Tridentini in relato cap. 10. valeat Antistes dare confessorem monialibus subiectis Regularibus, quæ nulla ratione induci possunt, vt suis Regularibus peccata confiteantur. Item scio vltra triennium præfatorum Ordinariorum potestatem non perdurare, vt mandauit Sacra Congregatio supra Regulares, quod antea respectu monialium Sanctæ Claræ statutum erat, à Leone X. vt inquit Collector compend. mendic. verbo moniales §. 28.

54 Eas insuper moniales decet honesto habitu vestitas incedere, velando caput, & vultum ferè totum, oculisque demissis, & præterea virginali modestia semper, & in omnibus vti, aduertentes ita à Beata Clara Oppidi Montis Falchi admonitas fuisse moniales omnes sui Ordinis: quin & earum vitam à virorum consortio, & oculis remotam esse, quia solitudo est optima virginitatis custos, in tantum quod si opus erat, medicum, vel confessorem introducere intra septa Monasterij, ipsa omninò amicta pallio, vultuque demisso præcedebat, vel sequebatur; necnon eisdem iniunxit monialibus, vel ita circumspectè se gererent, vt né earum quidem nomina confessarijs, aut alijs essent aperta, ac ita mutuæ beneuolentiæ tolleretur occasio: in his igitur elaborare eas debere fatebatur, vt aliæ earum vitam, & actiones, tanquam speculum sanctarum virginum intuerentur.

Perlegi etiam sexaginta septem capita, quibus Beata Theresia admonitas voluit suas moniales ordinis Carmelitarum, quæ vellem, vt singulis saltem hebdomadibus vnaquæque Religiosa actentè percurreret; sunt enim vulgari sermone conscripta.

55 Iugi quoque orationi, itemque ieiunio incumbere eas debere prorsus agnosco; Oratio siquidem si pura est, si casta fuit, cœlos penetrans, vacua non reddibit, ex Diui Augustini sententia, qui alibi quoque scribit; Orationis puræ magnam esse virtutem, & velut fidelem Nuncium mandatum peragere, penetrareque, quo caro non peruenit; Ipsaque non nisi quædam petitio est, ex Damasceno, Basilio, Nysseno, & Augustino; non tamen omnis, & sic inutilis petitio sub ratione veræ Orationis continetur, nimirum Diuus Thomas 2. 2. quæst. 83. artic. 1. ex Damasceno deducit definitionem, cum ait; Oratio est petitio dicentium à Deo, quod verò dixi iugi orationi nauandum operam, parabola illius insinuat, ob cuius importunitatem assiduè petendi, quod voluit impetrauit, Lucæ 11. Quod & apertis ostendit verbis eiusdem Lucæ caput 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere; confestim verò adiunxit viduæ parabolam, quæ sola præcum perseuerantia à Iudice feré inexorabili sententiam, iudiciumque extorsit; quin & eiusdem Lucæ capite 21. verba sunt: Vigilate vtique omni tempore orantes, quam præterea sententiam Ecclesiast. 8. perlegimus: Nè impediaris orare semper, & Apostoli Epistola prima ad Thessalon. capite postremo, non ne verba sunt illa? Sine intermissione orate? Id tamen exequi, si possibile sit controuertunt, tùm Patres, tùm Theologi: Re tamen vera annuunt, impossibilitatemque excludunt, cum varias pro eorum arbitratu adducunt responsiones collectas per Fratrem Thomam à Iesu in suo tract. de statu monach. (super cap. non dicatis 12. q. 2.) par. 3. cap. 6. gloss. 6. dub. 2. exordiente, an sit possibile; mihique arridet quam scripsit, versic. tertia expositio, cum ex Augustini, aliorumque dictis, exponit non physico, sed morali modo relatas auctoritates intelligēdas, & consequutiuè illis non aliud commendari, quam perseuerantiam, assiduitatemque orandi, quam maximam habere possumus, occasionem, commoditatemque nacti.

Ieiunium autem, quatruplex cum sit, nempe, Spirituale, Morale, Naturale, & Ecclesiasticum, huiusque postremi fuerit noster sermo in huius numeri exordio; istud certè optimum esse remedium ad honestatem præsertim tuendam Hieronymus Demetriade scribens insinuat, inquiens, ieiuniorum tibi sumenda sunt arma, & canendum cum Dauid Psalmo, humiliaui in ieiunio animam meam, & cinerem tanquam panem manducabam; & Diuus Augustinus in sermone de ieiunio: Illud maximè extollit, & collaudat, ac præ cæteris ait, quod purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit: castitatis verò lumen accendit, circa quod aliqua pauca subscribere statui.

56 Eorumque præcipuum, vt ieiunium ab Ecclesia indictum tria necessariò, vt minimum requirere, hoc est cibum, numerum, & horam, à certo enim ciborum genere abstinendum est, semel in die commedendum, & certo tempore non antea edendum, ita colligitur ex Riccard. in 4. sentent. distinct. 15. art. 3. q. 6. & 7. Rosella verbo ieiunium nu. 11. & alijs Summistis.

57 Cibi quidem vetiti sunt, caro, oua, & lacticinia in ieiunio quadragesimali: in alijs autem temporibus solum caro vetita est iure communi, oua autem, & lacticinia nequaquam, nisi consuetudine patriæ esset illorum esus interdictus, quæ omninò seruanda esset, ita ex Diuo Thoma concludunt, Tabiena verbo ieiunium nu. 7. Nauar. cap. 21. nu. 15. & Caietan. 2. 2. q. 147. art. 7. Medin. lib. 1. cap. 14. §. 10. Enriq. in summ. theol. moral. tom. 1. lib. 7. cap. 10. §. 4. & mox adductus Fr. Thom. à Iesu dicto tractatu par. 3. cap. 11. gloss. 11. dub. 3. vers. huic dubitationi, dubio verò seq. latè extricat, quæ hoc casu veniant appellatione carnis.

Vnica insuper comestio ad essentiam ieiunij sanè spectat, atque adeò ne vespertinam refectiunculam facere liceat citra necessitatem, vt arbitrantur Caietan. Palud. Anton. Tabiena, & Diuus Thomas ad hoc ipsum allegati per Azzor. lib. 7. institut. moral. capit. 8. versic. quarto quæritur; qui assentitur opinioni Rossellæ, Syluestri, Armillæ, & Nauarri, huiusmodi refectiunculam, simpliciter, & absolutè concedenti; nec quidem eo solo, quod modica, & exigua excusationem præbeat à peccato,

sed

ſed quia de more ſumitur. In controuerſiam tamen ducitur, an illa ſicut noctu ſumi ſolita eſt; tu-
58 tè quoque hora prandij ſumatur? Ita vt poſtea prandium ad veſperam, ſiue noctem differatur; etenim alij credunt nullo pacto licere, niſi cauſa neceſſitatis impellat Nauarr. cap. 21. ſub num. 13. & poſt alios probat Tolet. in lib. 6. cap. 2. num. 9. quam tutiorem, verioremque exiſtimat memoratus Azzor. verſ. ſexto quæritur, in calce: Alij veró rectè fieri contendunt, potiſſimùm Ioſeph. Angl. in Flore theolog. quæſtion. rubr. de ieiunio q. 9. artic. 2. difficultate quinta; ipſeque à priori non audeo diſcedere ſententia: cum declaratione tamen per eundem Tolet. addita, quod ſi citra iuſtam cauſam, collatio iam dicta veſpertina, vel ſerotina, in matutinam, & horam prandij mutaretur, non niſi veniale committatur peccatum.

59 Itemque hora ad comedendum obſeruanda eſt: quamuis autem perplura cumulent Doctores volentes iſtud requiſitum exarare, illa omittere exiſtimaui, cum certius eſſe opiner, attendendam eſſe horam à conſuetudine his temporibus communiter probatam; eaque eſt hora ſexta, hoc eſt, meridiana, vel ſub meridianam; quo more vtuntur Monachi, ac Regulares alij, cum ſæculares hyeme ieiunium laxent, vna ante meridiem hora; Eſtate veró duabus ferè horis ante meridiem, teſte Azzor. indicato libr. 7. cap. 22. verſ. porrò: & non diſſentit Tolet. in eodem lib. 6. cap. 2. num. 6. adiungens poſſe ex iuſta cauſa præueniri, citrà veró illam, non licere. Tunc veró committatur ne mortiferum peccatum, diſcutit Azzor. in verſ. quarto quæritur, annuitque ſententiæ exiſtimantium lethaliter illum peccare, qui horam notabiliter anteuertit, tametſi abſque contemptu; notabiliter autem anteuertere credit, cum per horam integram præuenit.

60 Hæc autem ieiunij lex, quamuis non ſeruata in certis quibuſdam caſibus, non tamen frangitur, iuſta nempè quoties adeſt cauſa, quæ à ieiunio excuſat; & omnis quippe cauſa ad vnam redigitur, ex illis tribus relatis, & declaratis per Nauarr. in cap. 21. num. 16. Tolet. indicato libro ſexto cap. 4. eundemque Fratrem Thomam eodem in loco, dubio tamen quarto, & ſequenti, cauſæ veró illæ tres, ſunt: Impotentia, neceſſitas, pietas, ſiuè maius bonum.

61 Verùm quibus diebus ſit ieiunandum ignorare nefas eſt, ad quorum veram co[illegible]tionem prænotare expedit ieiuniorum alia eſſe communia, alia priuata, & propria; priora vocantur ieiunia, quæ tota in Eccleſia ſeruantur; quæque à iure communi, vel conſuetudine totius Eccleſiæ generali ſunt conſtituta: Priuata veró ſunt, quæ vel proprij voti Religione, vel Sacerdotis pœnitentiam iniungentis præcepto, vel peculiari Superioris mandato, vel ſpeciali gentis, Ciuitatis, aut populi ſtatuto, vel conſuetudine ſuſcipiuntur: Inter priora omnium primum, & antiquiſſimum occurrit ieiunium quadragenarium; quod proximè quotannis ante Paſcha celebratur, & colitur; cuius longum texit ſermonem Azzor. lib. 7. inſtitut. moral. cap. 23. præter quę illud recolo, quod poſt Caietan. in Summa verbo ieiunium cap. 3. ſ. ex pietate autem, & Nauarr. in manuali cap. 21. nu. 20. aduertit Sanchez in Summa lib. 1. cap. 19. num. 10. vt impotens ieiunare totam quadrageſimam, teneatur ad partem, quam poteſt: ipſumque tunc obliget præceptum alterum in priuilegijs Sanctorum, quod planè conſtat ex cap. 1. & 2. de obſeruatione ieiuniorum, extricatque affatim idem Azzor. cap. 24. ita quod, & illud perſoluendum eſſe in vigilia Penthecoſtes ſcripſerit, non quidem iure ita diſponente, ſed conſuetudine ita introducente; Tertium in quatuor anni temporibus, vt ille ſubdit, & explicat cap. 25. nosq; latè egimus rubr. 6. cap. 3. à nu. 2. Quartum in Sabbatho, necnon quarta, & ſexta feria contingit; cuius rei veritatem inueſtigabis apud eundem Azzorium cap. 26. ſcilicet iure communi ſit illud Sabbathi ſeruandum, cap. de Sabbatho, de conſecrat. diſtinct. 3. & perfectum quippe explebatur antiquitus, cum ſemel tantum in eo ad horam nonam comedere conſuetum fuerit, nunc verò non eſt ieiunium perfectum, quo ſemel interdiù edimus, ſed imperfectum citius, quò à carnibus abſtinemus, quamuis ſæpius comedamus, deduciturque ni fallimur ex cap. quia dies, de conſecration. diſtinct. 5. ita quod lethali commacularetur peccato, qui Sabbatho carnibus veſceretur, citra iuſtam, & debitam cauſam, & vbi conſuetudo non extaret illas edendi, teſte Syluestro verbo ieiunium num. 28. In quarta veró, & ſexta feria eſt quippe ieiunium, ex conſilio in quarta, præcepto autem in ſexta, ad gloſ. in cap. de eſu carnium, de conſecration. diſtinct. 3. Eſt tamen diſſentio inter Scribentes ſi his diebus celebraretur vetuſtis temporibus ieiunium, ſicuti & in Quadrageſima ſoluebatur, ſemel ſcilicet in die comedendo, competentique hora, á carnibus inſuper, ouis, & lacticinijs abſtinendo; quorum profectò contentio ceſſat noſtro æuo, in quo conſuetudo viget omnibus prædictis cibis, præter ſolam carnem, atque pluries veſcendi, cuius fidiſſimus eſt teſtis inſignis vir, Toletus lib. 6. inſtruction. cap. 3. num. 3. Quin & ſi die veneris occurrat feſtum Natalis Domini, licitè carnes eduntur, niſi ab eis, qui vel voti vinculo, vel regulari inſtituto ab eſu carnium abſtinere coguntur cap. fin. de obſeruat. ieiun. idemque iuris eſt, ſi Natalis Domini inciderit in Sabbathum, Syluest. verbo ieiunium nu. 27. De ieiunio autem temporibus Rogationum, quin & de alio in ſeptuageſima, ſexageſima, & quinquageſima, atque Aduentu Domini ſuſcipi, & coli ſolitum, fari renuo, cùm de priori agat idem Azzor. eodem cap. 26. verſ. quarto quæritur: de reliquis verò in cap. 27. diebus autem Dominicis nunquam indixit Eccleſia, nec tantùm illud mæſtitiæ, ſed neque alterum exultationis: non quidē afflictionis, quod die lætitiæ non conuenit; nō alterum lętitię, quod ſub pręcepto tunc cadere non debet, per gloſ. ad D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. verſ. tertium illatio concluſionis; nimirum ſi vigilia in Dominicam incidat alicuius Sancti, cuius feſtiuitas celebretur ſecunda feria, in Sabbatho proximè antecedente ieiunatur, ex eiſdem citatis cap. 1. & 2. de obſeru. ieiun. Ieiunare enim diebus Dominicis prohibet text. in cap. ieiunium de cōſecr. diſt. 3. & nefas eſſe dicit Tertull. lib. de coron. milit. Diuus inſuper Ambroſius epiſt. 83. inquit Dominica ieiunare non poſſumus, quia manicheos etiam ob iſtius diei ieiunium iure damnamus, aliorumque Patrum auctoritates id ipſum affirmantes, recenſet Fr. Tho-

mas à Iesu in tract. de proprietate ad text. in cap. nô dicatis 12. q. 1. par. 3. cap. 11. dub. 2. vbi primum cõtradicentem D. Thomæ auctoritatem refert in eodem art. 5. dicentis, laudabile esse semper ieiunare, deinde addit Diuum Hieronymum in Epistola ad Lucillum attestari, Paulum cum alijs fidelibus, diebus Penthecostes, & Dominicis ieiunasse, ambas dissentientes sententias conciliare nixus, asseuerat horum omnium eundem esse sensum, si ad intentionem ieiunantis Sanctorum dicta referantur, qua semota intentione superstitiosum videri, immò & culpabile dictis diebus ieiunare, cum sit contra communem Ecclesiæ consuetudinem, idq; deduci ex Diuo Augustino, & Diuo Thoma loco quo supra credit; & ipse non immeritò inuestigasse Syl-
62 uestrum existimo In verbo votum 3. nu. 16. si vouens ieiunare in die alicuius Sancti, teneatur in die Dominico, si in eodem illius festiuitas incidat? & respondet quatruplici vtens distinctione, scilicet negatiuè, si votum fuit de ieiunio afflictionis, puta ad satisfaciendum pro peccatis, aut subiugandum corpus; affirmatiuè autem si fuit de ieiunio exultationis, scilicet, vt fieret aptior ad gaudium, & contemplationem diuinorum; quod si neutrum considerauit In Domenica ieiunet, tanquam ieiunium præsumptum exultationis, sed si ad vtrumque animum intendit, Sabbatho illud tantum seruet, vt cæteris paribus se conformem reddat Ecclesiæ legibus; namq; quatruplicem relatam distinctionẽ, & conclusionem deducit ex Ioan. de Neapoli in quodlibeto, tacito quodlibeti numero; illud tamen ex vetustis membranis manuscripti Codicis, quodlibetorum tresdecim asseruati in insigni bibliotheca S. Dominici de Neapoli, est quodlibetum 8. q. 35. quam eandem distinctionem admittunt D. Anton. Syluest. Tabien. & Armill. quos refert Sanchez in opere moral. lib. 2. cap. 37. sub nu. 17. Ipse verò nu. 18. tutatur, in vtroque tum afflictionis, tùm exultationis vouentem satisfacere, si die Dominica ieiunet, posse tamen illud transferre, & propria auctoritate in Sabbathum præcedens.

63 Istud autem Ecclesiasticum ieiunium exordiri á media nocte antecedente diem ipsum ieiunij, ad mediam vsque sequentem noctem durare, probãt Syluest. verbo ieiunium, sub nu. 28. & Nauar. indicato cap. 21. sub nu. 12. & Azzor. eod. cap. 27. fin.

64 Ab illo verò, qui dispensationem obtinuit, non semper ab omnibus ieiunij partibus deobligatur, etenim qui licentia potitur edendi carnem, vtique ab alijs substantialibus ieiunij absolutus apparet, nempè hora, & vnica comestione, non ille, qui facultatem habuit comedendi lacticinia; nam hic reliqua duo ad ieiunij substantiam recensita, obseruare obnoxius est, cum hora tantum debita, & semel comedere queat, teste Caietan. ad Diuum Thom. memorata q. 147. art. 8. & Tolet. lib. 6. cap. 3. nu. 4. hi namque cibi sunt ieiunio congruentes, Auctore Nauar. eodem cap. 21. sub nu. 23.

65 Ab eo insuper absolutum neque illum censeri, qui carnem suam perfectè domuerit, quamuis sit vir ingenti fulgens integritate, quia repressio carnis non fuit sola causa indicendi ieiunium, cum & aliæ concurrerint; puta eleuatio mentis in Deum, augumentum meriti, & præmij, quæ satis sunt ad illius imponẽdam obligationem, ita Alphons. á Castr. in lib. 1. de lege pœnal. cap. 5. vers. tertium documentum in fin. lib. verb. cumq; insequuntur Andr. ab Exea in repet. cap. 1. nu. 303. de constit. & Sayr. in lib. 3. clauis Regiæ cap. 3. nu. 13.

66 At liceat Iudici cuicumque, aut etiam Inquisitori ad eruendam veritatem, inquisito indicere ieiunia, docet glos. in clem. 1. verbo tormentis de hæret. Repert. Inquisit. verbo tortura, atque Farinac. tract. de hæret. q. 185. §. 8. nu. 138.

Quin & hæreticum pœnitentem nonnunquam posse condemnari ad ieiunandum, Zanchin. ait, de hæret. cap. 21. sub n. 2. eũq; sequens Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 42. nu. 10. & Farinac. q. 193. nu. 89.

His omnibus ita explicatis superest monialem admonere, vt agnoscat, cuius seruitio ascripta sit, & quid insinuent tria professionis substantialia vota ab ea emissa; ad quæ declaranda conuertemus sermonem, & quia obedientiæ votum fundamentum est ad obseruantiam cæterorum votorum, & ipsius Regulæ; ideò Principem locum tenet, alijsq; semper anteponitur, cuius sermonem agredi nũc statui; paucis tamen explicabo versiculis, cũ de ea vtiliora scripserim in cap. 6. huiusmet rubr. dùm generatim de regularibus tractans, huius voti memini.

67 Memoro itaque obediẽtiam nil aliud esse, quàm exequi, quicquid fuerit vtiliter ad salutem suam imperatum, ex Gregor. in cap. fin. 23. q. 1. Ipsaque suos habet gradus, & primo optimo Deo parendũ, ex Augustino in lib. confess. cap. 8. sub his verbis: Cum autem Deus aliquid contra morem, vel contra pactum, quorumlibet iubet fieri, & si nunquam factum est, tamen faciendum est, & si omissum est, restaurandum est, & si statutum non erat, instituendum est. Secundò obtemperandum est Ecclesiæ præceptis, ex cap. præceptis 12. distinct. Tertio Prælatis suis, ex Concilio Aurelianensi cap. 21. monachi autem Abbatibus omni obedientia, & deuotione subiaceant, & multo magis Episcopis, quibus subsunt cap. Abbates cum sequenti 18. quæst. 2. ita quod monachus Episcopo potius, quam Abbati parere cogitur in spectantibus ad disciplinam Ecclesiasticam, vt resoluit Syluest. verb. obedientia sub nu. 10. vers. secundum, in quo §. explicat thesim illam, cui sit obediendum cum plures adsunt Superiores, & ait maiori, idq; dixerunt etiam Abb. in cap. inquisitioni nu. 5. de sent. excomm. & Tolet. de septem peccatis mortalibus cap. 15. nu. 4. cum verò sunt æquales, & opposita iubeant, obediẽdum tunc est ei, qui præcipit in ordine ad nobiliorem finem, si cætera sunt paria, ita præfatus Tolet. indicato cap. nu. 72. ac præsertim in re præsenti de obedientia regularium respectu suorum Prelatorum, aliqua cumulat idem Tolet. in cap. 16. vbi quatuor superinde statuit conclusiones, tu videto, ne tam eruditissimi viri assertionibus videar aliquid addere velle, dùm eius scripta in hoc loco rescribere auderem, cæterum ad reliqua vota nunc deflecto.

Et cum voti paupertatis noster sit futurus sermo peculiaris pro monialibus, lectorem admonebo, vt adeat, perlegatq; á me congesta, cum de voto ipso generatim agerem in cap. 7. huius rubr. ex quibus illud potissimùm colliget, veterem hunc morem, & institutũ de paupertate á regularibus custodienda,
68 (& cõsequutiuè à monialibus ipsis, quarum in præsentia meminimus) operari, nè valeant immobilia,

aut

aut mobilia cuiuscunque qualitatis bona fuerint, & quouis modo ab eis quæsita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradenda esse, conuentuique incorporanda, ex Concil.Trid.Decreto in cap.2.sess. 25. de Regularibus, ac declaratione Congregationis, asserente monialibus non licere possidere proprium, & quod eis legatum, relictum, donatum, datumuè fuerit, vel etiam earum labore, vel industria partum, sed tradi debet Abbatissæ, quæ ex eo primum monialis ipsius, cuius causa id quæsitum est, necessitati prouidebit, reliquum conferens ad vsum monialium; idque adeò verum, vt Zabarell. scripserit conf.17. circa primum dubium nu.6. neque pannorum habere dominium, quos defert, ita quod neque dicere valeat, hæc vestis est mea, sicuti neque seruus cum illa sui Domini fit l. id vestimentum ff. de peculio, quibus opitulantur verba Chrysostomi homil.58.ad populum Antiochenum, de sui sæculi monachis tractantia, sunt enim vna mensa, vnum ministerium suscipientibus, & exhibentibus; eadem fercula, eadem indumenta, habitacula eadem, vita eadem; non est ibi meum, ac tuum, sed hoc verbum penitus eliminatum est, multorum causa malorum. Hactenus ille, cuius sententia ex actis insuper Apostolorum planius colligitur cap. 4. Nemo aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia communia, & distribuebantur vnicuique, sicut cuique opus erat. Quibus autem, á quo, & qualiter sit isthæc distributio facienda, copiose extricat memoratus Frater Thomas eadem par. 3. cap.8. à dubio 3. qui in antecedenti cap.6. dubio 1. in eius calce; summatim coaceruando scripta per ipsum in tractatu de voto paupertatis, vt ostenderet modos omnes, quibus illud violatur votum, sic fatur. Quoties cuiuscumque rei dominium, proprietas, siue possessio, ius, vel administratio, vsusfructus, vel vsus possidetur, siue quilibet alius actus dominij exercetur, sine Prælati tacita, vel expressa licentia, toties peccatum est proprietatis ex suo genere, maius vel minus secundum maiorem grauitatem materiæ, ad quæ reducitur quicquid religiosus sine Prælati auctoritate donat, accipit, retinet, vendit, emit, commutat, vel alienat, aut mutat, vel alio modo administrat.

Verùm isthæc ita constituta, exceptionem admittunt illam iure communi probatam permitten-
69 tem Abbatissæ, aut alteri Regularium Superiori facultatem concedendi moniali, siue alio cuiuis Regulari, vt habeat vsum rerum, vel administrationem; idque primum deducitur ex antedictis Fratris Thomæ verbis illis, sine Prælati tacita, vel expressa licentia; edocetque insuper Præposit.in cap. non dicatis, post num.2. vers.ad rationes 7. q. 1. nu. 15. & alij complures à me relati supra cap. 7. nu.4. Quibus addo Regulam illam prohibentem Regularibus, standi in iudicio nomine proprio, procedere sine licentia Superioris, Ancharan. cap. Nicolao nu.1. de appellat. Turrecrem.in cap. nullus num.1. causa 2.q.6. Iacobin.de S.Georgio in l.seruus nu.6. C.de iudic.illibiq; Addent.in lit. A, alijq; multi, quos Nepos de monte Albano coaceruat in libell.de except.tit.5. vers.item monachus, insequiturq; nouissimè alias adijciens restrictiones Carol. de Graff.in tract.de effectib.cleric.effect.11.nu.6.

Verùm prædicta restrictio cum adest licentia Prælati, multis auctoritatibus roborata, subsistat tantum attento iure communi, an etiam attenta Tridentina Synodo in adducto cap. 2. & si illius verba perpendamus negatiuè respondendum esse existimo, quò ad bona immobilia; Illa nempè sunt: Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam; sed hæc verba complectantur nè bona illa tantum, quæ strictè loquendo dicuntur stabilia, & immobilia, an etiam quæ largè ita dicuntur, veluti annui redditus, siue census, & introitus quicumque, iuxta clementinam primam §.cumque annui redditus, & inibi glos.de verbor.signific.necnon Tiraquell.in tractatu de retract.lignag.glos.6. §.1. nu.4. etiam qui temporales sunt, si verior est sententia, quam idem Tiraquell.veriorem illic credit num.8.& annuendum esse, deduci potest ex eadem Congregationis relata declaratione, alijsque describendis, num. 73.

70 Ex quibus altera, & non exilis suboritur dubitatio, si Abbatissa, aut alter Prælatus permittat administrationem, quam concedere posset attenta dispositione iuris communis, renuente Concilio respectu immobilium, dictusque Regularis illius vigore contrahat cum alijs, necnè faciat actus validos? numque ex ipso contractu oriatur obligatio, vtramque partem deuinciens, eique teneatur Monasterium stare, & quidem l.non dubium C. de legibus, probat apertè actum quemlibet gestum contra prohibitionem iuris, carere omni prorsus validitate, dato quod lex ipsa, vltrò minimè procedat annullando; quod fortiter vrget in hac specie pro negatiua parte, & consequenter licentia præfata contra dispositionem Conciliarem impartita, inualida, nulliusque roboris decernatur; & successiue sint itidem inualidi omnes contractus illius vigore, & auctoritate celebrati. Aliquam tamen dubietatem affert restrictio illa á Doctoribus probata, quod relatæ legis dispositio militat quoties verbis vtitur prohibitiuis, ita siquidem præ cæteris ait Butric.in eadem l. vers.limita tamen, & Ias. nu. 18. atque Salycet. in l.fin. in princ. C.de sentent.ex periculo recit. verba autem huiusmodi videntur esse illa, scilicet: prohibemus, vetamus, interdicimus, ac similia, quorum nullum legitur in citato cap. 2. Concilij Tridentini, ideò ad illius capitis dispositionem, dici posse videtur, nè extendatur sanctio, de qua in eadem l. non dubium, maximè quod Concilium his vtitur verbis: nec deinceps liceat, & cæt.quibus in specie vtitur textus in l. final. C. de sentent. & interloc.omn. Iudic. inquiens, non liceat partibus ad appellationis, vel recusationis venire auxilium, & nihilominus deinde adiungitur, quod appellans, vel recusans, valide facit, si post diffinitiuam appellat, & ante litis contestationem recuset: præterea Sacrum Concilium dum vltrò procedit apponendo pœnam contrafacienti, nihil statuens circa nullitatem actus, videtur noluisse actum nullum, eo quod specificam constituit pœnam, ex Dini sententia, quam sequitur inibi glos.& Bart.num. 22.necnon Alexand. conf.87. volum.3. nu.1. Quibus fortasse rationibus impulsi Doctores complures, qui post Concilium scripserunt, non improba-

 runt

runt huiusmodi licentias, immò validos censuerunt actus, & cõtractus celebratos à Religioso eam obtinente, eiusque propterea contractus obligare Monasterium, inter quos præeminet Molina in tract. 2. de iustit. & iure vol. 1. disput. 140. vers. item ex contractu Religiosi. Hæc ita retulisse sufficiat, nam veritas dependet à declaratione supremi Pontificis, vel Sacræ Congregationis, quibus tùm in hac re, tùm in alijs omnibus assentior, & caput humiliter subijcio.

Ex quibus multo minus obstare videtur decretum Prouincialis Synodus Neapolitanæ cap. 52. sub Mario Carrafa viro integerrimo, & memorando; cuius verba retuli in cap. 7. sub nu. 27. tùm quod nec verbis prohibitiuis, neque negatiuis vtitur, sed affirmatiuis, normam viuendi constituens monialibus, quo casu procedit text. ita loquens in l. fin. C. de sentent. ex pericul. recit. probans actum in contrarium factum haud subiacere nullitati, eo quod non est tunc addita clausula decreti irritantis, tùm quod illius Concilij verba diriguntur monialibus, non autem Abbatissis, tùm demum, quia certum est dispositionem prædictæ l. non dubium, minime locum habere in dispositionibus Synodalibus, & & Episcopalibus, alijsque Prætorijs sanctionibus, ita in specie commonente Butricar. in eadem l. versic. quinto, & vltimo.

Non tamen displicet restrictio Nauarri in cons. 14. generalis ordinis, de statu monachor. in nouis, sub nu. 6. vers. ad tertium, & sequitur Sayr. in suis decisionibus, & propriè decis. 24. Regularis, sub rubrica de Regularibus, vt Concil. Trident. in adducto cap. 2. §. deinceps, loquatur de concessione facta sine iusta causa, non autem si iusta causa, Abbatissa, vel alius Superior impartiatur moniali, aut alteri religioso immobilium vsum, & administrationem habere, quo casu illam omninò validam defendere nituntur prçcitati Auctores, & rectè fortasse.

71 Quod verò attinet ad bona ipsa mobilia, statuit idem Concilium in eodem cap. 2. sub his verbis: Mobilium veró vsum ita Superiores permittant, vt eorum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt conueniat, nihilque superflui in ea sit, nihil etiam, quod sit necessarium eis denegetur, ex quibus possit ne permittere vsum pecuniarum, non inutile quæritur, maximè si illæ ex re immobili, aut ipsius venditione prouenerunt, & quamuis sustineri possit pecuniam ex re immobili obuentam iustè numerari inter bona mobilia, ex sententia Iacob. Raphaelis, Cyni, Alberici, Cornei, & Decij in l. ea demum, C. de collation. & Tiraquell. de vtroque retract. in tract. de retract. lignagier glos. 7. §. 1. nu. 113. & §. 32. glosa vnica nu. 19. subnectens, ita haud dubie obseruari, nihilominus alij multi tuentur inter immobilia debere connumerari, maximè Calderin. in cap. cum causa, prope finem de re iudicat. Fulgos. Alexand. & Francisc. Aretin. in d. l. ea demum, ac Foller. in sua pract. crimin. 1. par. 2. part. nu. 13. Quamobrem propositi quæsiti veritas dubia appareı si eam Doctorum auctoritatibus vellemus inquirere: verùm cessat his temporibus omnis difficultas ob declarationem Sacræ Congregationis Concilij, & Decreta nouæ reformationis, vt monialis nequeat pecuniam, retinere, neque expendere, sed penes depositariam in arca communi illa reponenda sit, vt cum opus habent de licentia Abbatissæ ad certum vsum illi manifestatum valeat quantitatem dumtaxat sibi, tunc permissam impendere.

72 Ex quibus si quæratur num bona mobilia donare valeat, aut de ipsis eleemosynam facere, constat negatiuam partem veram, quó ad pecuniam, cum illam penes se retinere nequeat, sed penes depositariam, à qua repetere non valet nisi præcedente licentia Abbatissæ pro causa illi significata, & cum assentit Abbatissa donationi, vel eleemosynæ, non vtique dicitur monialis ipsa donare, vel eleemosynaliter elargiri, sed Monasterium per interpositam personam ipsius monialis, vt colligi potest ex Gomesio in tractatu breuium nu. 18. Quamobrem superest videre, si de alijs bonis mobilibus possit eleemosynam facere, vel donare, scilicet vestimentis, aut pannis, vel libris, quorum concedi solet vsus ab Abbatissa, permittitque Concilium Tridentinum, & responsio negans est vera, Sot. in lib. 4. de iustitia, & iure q. 1. artic. 1. in fine; eo quod vsus est ius vtendi re aliena ad vsum quotidianum, & propriam tantum vtilitatem §. 1. institut. de vsu, & habitat. quæ verba duo potiora præportant, vt ius, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere nulli alij possit, iuxta verba eiusdem §. 1. & prolixiora Molin. de iustitia, & iure tom. 1. tract. 2. disputat. 5. vers. penultimo, & finali, & cum tantum dicatur ius vtendi non addito fruendi, vt in vsufructu, iuxta §. 1. institut. de vsufruct. ideò colligit Misinger. in citato §. 1. de vsufruct. nu. 4. quod verbum fruendi illic additur ad excludendum vsum nudum, quem habens, tantum vtitur ad necessitatem, quia ius vtendi tantummodo habet; vsufructuarius verò, quia præterea habet ius fruendi, tam ad necessitatem, quàm ad voluptatem vtitur: caueant igitur religiosi bona, quorum vsum habent, vltra necessitatem, sed pro voluntate, siue faustu consumere, quamuis pro seruitio personali, neque alijs elargiri, etiam pietatis intuitu, nisi præterea administrationem habeat, iuxta glos. in clementina quoniam, vers. conuertendum, de vita, & honest. cleric. & sequitur Cardin. Zabarel. cons. 17. circa primum num. 8.

73 Verùm vt prædicta, & alia multa non ignorentur, sed citra omnem dubietatem eorum scientia habeatur, aliquas declarationes Sacræ Congregationis Concilij introclusas in literis datis ad Amplissimum Alphonsum Cardinalem Gesualdum Archiepiscopum Neapolitanum subijcere decreui.

Quæritur primo, an ex dispensatione inferiorum Summo Pontifice, liceat Regularibus possidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque bona immobilia, videlicet, & mobilia superflua, non obstante decreto Concilij Tridentini sess. 25. de Regularib. cap. 2.

An propter talem dispensationem, seu licentiam Superiorum, possidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia superflua, á culpa, vel à pœna excusentur.

An Superioribus asseuerantibus huiusmodi se licentias posse concedere, sit adhibenda fides?

An Superiorum arbitrio, & præfinitioni stare debeant

debeant Regulares, quò ad mobilium ſuperfluitatem, & conuenientiam.

An Superiore quantumuis requiſito neceſſaria ſuis Regularibus negante, vel ſubtrahente, liceat ipſis clam, vel inuito eo illa ſibi comparare, ſeù retinere?

Et quatenus liceat an itidem liceat cum neceſſaria ideò negantur, vel ſubtrahuntur, quia Monaſterij facultates non ſuppetunt.

An dicti Superiores Regulares dictum cap. 2. declarare, & interpretari poſſint?

Sacra Congregatio eidem Cardinali reſpondit ſub his verbis.

Ad primum reſpondit non licere.

Ad ſecundum non excuſari, neque à culpa, neque à pœna ipſo facto incurrenda.

Ad tertium minimè adhibendam fidem.

Ad quartum niſi de exceſſu arbitrij conſtiterit, vtique ſtare debere, habita videlicet ratione perſonæ, officij, & Regulæ, ſtatuſque paupertatis, quàm profeſſi ſunt, & cæterarum itidem qualitatum.

Ad quintum non licere.

Ad ſextum licere ſi præciſa neceſſitas ſit ad indiuidui ſubſtentationem, cæterum communem penuriam ab omnibus perpetiendam vſque adeò, vt ſi quid priuatim alicui delatum, vel ab ipſo partum fuerit, id omne ad Superiorem rectè deferri oporteat, qui ex eo primum ſuccurrat eius neceſſitati, cuius intuitu illud obuenerit, ſi peculiari aliqua neceſſitate vltra communem præmatur; reliquum conuentui incorporetur, & in communem cedat vtilitatem.

Ad ſeptimum non poſſe.

Hieronymus Card. Matthæius.

Item alias itidem vtillimas ſubijcio declarationes eiuſdem Congregationis huc ſpectantes, & his verbis congeſtas.

In aliquibus Monaſterijs monialium reperiuntur nonnullæ moniales, quæ cenſus, & annuos quoſdam redditus, & prouentus, ſeù fructus percipiunt ſub diuerſis contractuum ſpeciebus, nam.

Aliquæ in ipſarum perſona emerunt certos redditus à perſonis laicis.

Aliquæ ab alijs monialibus,

Aliquæ ab ipſis Monaſterijs.

Aliæ verò dederunt pecuniam Monaſterio, vt ex earum pecunijs fieret emptio nomine Monaſterij ad rationem ſeptem; vel octo pro centenario, & Abbatiſſæ dabant dictis monialibus illos redditus, quos ex dictis emptionibus exigebant ſingulis annis.

Aliquæ Monaſterijs, ſeù eorum Superioribus certas pecuniarum ſummas manualiter pro Monaſterijs indigentijs dederunt pacto adiecto, vel etiam tacita conuentione adhibita, vt Monaſterium, ſeù Abbatiſſa certos redditus ad rationem tot pro centenario earum vita durante concedat.

Quæritur an in huiuſmodi caſibus liceat monialibus dictos redditus, fructus, & prouentus percipere abſque incurſu proprietatis, vel potius tanquam proprietariæ incurrant in pœnas per Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 2. de Regularib. in proprietarios inflictas, etiam de licentia Abbatiſſæ, & ad Abbatiſſæ nutum, vel Conuentus, ſeù Monaſterij nomine percipiant.

Congregatio Concilij cenſuit in nullo ſupradictorum caſuum licere monialibus dictos fructus, ſeù redditus percipere, & ſi perceperint incidere in pœnas propoſitas Decreto dicti cap. 2. ſeſſ. 25. de Regularib. neque ab huiuſmodi pœnis excuſari ob licentiam Abbatiſſæ, quæ eam dicti Concilij Decreto in ſupradictis caſibus concedere quidem prohibetur, ſed debet pro ſuo munere ex Monaſterij redditibus, vel eleemoſynis monialium neceſſitatibus in dies ſubuenire.

Hieronymus Cardin. Matthæius.

Scio tamen ab eadem Cõgregatione reſcriptum fuiſſe Epiſcopo Cathaniæ, quod quando moniales victui, & vitæ ſuæ aliter conſulere non poſſent, niſi ſuſtenentur artificio operum, quæ manibus elaborerentur, hoc non prohiberi, modo debita illarum clauſura, & honeſtas ſeruetur, prout illarum inſtituta, & Sacri Concilij Tridentini Decreta poſtulant.

74 Cæterum glorientur ſanctimoniales in earum paupertate, nec vileſcant, ſcientes voluntariam paupertatem ſumme commendari, cum & eam amplexus ſit Chriſtus Saluator noſter, teſte Hieronymo ad Nepotianum, cuius meminit text. in cap. gloria Epiſcopi 12. q. 2. ſuper his verbis: Nunc verò cum paupertatem domus ſuæ pauper Dominus dedicarit, portemus crucem, & diuitias lutum putabimus; ille quippe (dicit Proſper) laudabiliter viuit, qui omnia ſua, aut parentibus reliquit, aut pauperibus diſtribuit, aut Eccleſiæ rebus adiunxit, & ſe in numero pauperum, paupertatis amore conſtituit, ita vt vnde pauperibus ſubminiſtrat, inde & ipſe tanquam pauper voluntarius viuat, regiſtrata in cap. Sacerdos 1. q. 2. cui enim portio Deus eſt, nihil debet curare niſi Deum, ne alterius impediatur neceſſitatis munere; vt admonet Diuus Ambroſius in lib. de fuga ſæculi cap. 2. relatus in cap. cui portio 12. q. 1. quare Diuus Hieronymus Nepotiano ſcribens dixit: Habens victum, & veſtitum his contentus ero, & nudam crucem, nudus ſequar, & referuntur in capite clericus, citata cauſa, & quæſtione.

De excelſo autem caſtitatis voto vtiliora ſcripſi in cap. 8. huius rubricæ; in præſenti verò locus eſt aliqua pauca de hac re moniales ipſas tangentia

75 ſubnectere, nempè duo eſſe conſideranda in eiuſmodi caſtitate, ſeù virginitate monialium, hoc eſt propoſitum materiale, necnon formale: materiale quippe inſinuat integritatem carnis, formale autem propoſitum voto firmatum: quamobrem inuoluntariè etiam violatur virginitas, ſcilicet corporalis, & naturalis, quamuis mentis (vbi ipſa virtus magis reſidet, quam in actu ipſo) non corrumpatur, niſi voluntas conſenſerit: Eccine Luciæ martyris verba præportant, ad Paſchaſium dicta, & relata à Gratiano in §. 1. 32. q. 5. ſi me inuitam feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam, & Diuus Auguſtinus in lib. 1. de Ciuitate Dei cap. 18. ſimiliter indicat, dùm ait, obſtetrix etiam manu virginis integritatem violat, dum explorans inſpicit pudicitiam, ideò non opinor, quemque tam ſtulte ſapere, vt hinc periſſe aliquem exiſtimet, etiam de ipſius corporis ſanctitate; quamuis illius integritas iam perdita ſit; in quem etiam ſenſum explicantur complures auctoritates congeſtæ in multis capitibus

bus Decreti 32. q.5. & maxime illa Augustini in cap. magis timeamus, quod scilicet violentia non violatur pudicitia si mente seruetur, quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis sua turpiter carne non vtitur, sed sine consensione tolerat, quod alius operatur, & altera Isydor. in Synonimis lib. 2. relata in cap. non potest, illa eadem causa, & quæstione, his verbis, non potest corpus corrumpi, nisi prius animus fuerit corruptus, munda à contagione anima, caro non pereat, siquidem, vt antea tetigi, & nunc clarioribus vtens verbis affirmo, subsistunt, locumque sibi vendicant respectu pudicitiæ, vt neque corpus dicatur corruptum ad effectum, vt pudicitia videatur amissa; non autem quod re vera corpus non sit corruptum, & virginitas naturalis desit, quod enim potuerunt animo non amittere, doleant se, vel corpore perdidisse, ait Leo Papa in cap. illæ autem famulæ 32. q. 5. atque adeò, quod illæ famulæ Dei, quæ oppressione barbarica integritatem pudoris perdidere, laudabiliores erunt si se incontaminatis non audeant cóparare virginibus, vt in eodem cap. illæ autem famulæ habetur, nisi dicamus illud euenire, quia Ecclesia, quæ non potest de interioribus iudicare, cum exterius corrupta sit, & sciat valde esse difficile in tali decertatione, aliquem placentiæ motum non insurgere, ideò eas inter virgines in eo textu non velat, vt inquit Diuus Thomas in quarto sententiarum distinct. 38. quæst. 2. artic. 5. vers. ad quartum, innuens, quod si certa esset mater Ecclesia de illius animo, qui fuerit ab omni delectatione exemptus, non illic prohiberet velari; sed de his hactenus, quandoquidem idem Diuus Thomas quæstionem proponit vtrum virginitas consistat in integritate corporis, & veritatem inquirit in sua Summa 2. 2. quæst. 152. artic. 1. vnum non omittens, quod pudicitiæ virtus, est virtus animi, ideoque amitti numquam potest animo incorrupto, adeó quod eadem est in virginibus, coniugatis, & viduis, quamuis in virginibus propriori nomine appelletur virginitas, in coniugatis pudicitia, & in continentibus castitas, ita erudite Aluar. Pelag. de Planctu Ecclesiæ, libr. 2. cap. 82. prope principium, vbi præterea ait virginitatis nomen quatrupliciter sumi, easque omnes acceptiones explicat, nec non quæ sunt virginitatem ipsam conseruantia, ac postmodum sex adnectit, quæ sunt virginibus potissimum cauenda, cuius scripta transcribere non decebat, ideò censui præterire, hic tantum contentus eius citare locum, vt Lector admonitus illuc eat, cum opus de his habet.

76 Tanta item desideratur castitas in moniali, vt consecrari inter sacras virgines non valeat, quæ dùm erat cathecumena, aut si post baptismum, vitiata, & corrupta fuit, per textum in cap. acutius, iuncta glosa vers. de Sacramentis 26. distinct. etiam si vi oppressa tùm ante, túm post baptismum fuerit, secundum Raynal. Hugon. & Canonistas communiter, quos citat, eisque assentitur Pelagius in indicato cap. 82. Quin etiam consecranda neque est, si de vitando scandalo agatur, iuxta resolutionem Diui Thomæ in quarto libro sentétiarum distinct. 38. quæst. 1. artic. 5. vers. ad quintum; arbitratur tamen Pelagius in adducto lib. 2. cap. 83. posse consecrari, si Episcopi accedat dispensatio, cum occulte vitiata, Papæ autem cum palam corrupta.

77 Professionem tamen emittere haud prohibetur ex Nauarr. consil. vltimo an monialis, de Regular. in nouis, & consil. 2. an Abbatissa, sub num. 5. de statu monachor. similiter in nouis, in quibus multa notatu digna, & huc spectantia congerit, ac præsertim aliqua attingit circa velum professionis, & alterum consecrationis, præter quæ, alia quoque extant, quibus ornantur moniales gradatim, & successiuè à die quo induerunt habitum monachalem, eorum quatuor recenset glosa in cap. illud 20. q. 1. Palud. autem in quarto sententiarum distinct.
78 38. Hoc velum quintuplex esse autumat, quem sequuntur Summistæ, & Diuus Antoninus in tertia parte titul. 2. cap. 2. §. 2. vbi ex aliquorum sententia addit sextum, quod ante alia quinque traditur, diciturque velum probationis, propterea quod datur in Monasterio, cum puella recipitur ad habitum ante professionem, estque communiter album, nam alia prædicta sunt passim nigra.

Horum igitur primum est velum professionis, quo distinguitur professa á nouitia, iuxta glosam in clementina eos, de Regularib. & datur illico post professionem, vt inquit Isydor. Moscon. in tractatu militant. Eccles. lib. 1. de Regularib. par. 4. cap. 4. vers. primum velum, & Frater Gregorius Capuccinus in sua expositione Regulæ Fratrum Minorum Sanctæ Claræ fol. mihi 152. quare professio, quia antiquitus emittebatur à fęminis expleto duodecim, vt inquit Tabiena verbo professio num. 2. ideò velum istud suscipiebatur post duodecimum, iuxta cap. puella 20. quæst. 2. hodie veró, quia non emittitur nisi post sexdecim, ex dispositione Concilij Tridentini in cap. 15. sess. 25. de Regular. ideò non nisi post sexdecim datur hac tempestate, velum professionis, & datur tám viduis, quàm virginibus, cap. puella, iuncto cap. sequ. 20. quæst. 2. & Nauar. indicato cons. 2. illudque dari nequit ab Abbatissa, sed ab Episcopo, cap. statuimus eadem causa, & quæstione; secundum est velum consecrationis, quod tantum virginibus datur cum consecrantur cap. placuit 20. quæst. 1. & nulli quidem Religiosæ conceditur, quæ sit ex aliquo ordine Mendicantium, vt ait Syluest. in verbo consecratio virginum num. 2. Maiol. in tractatu de irregular. libr. 1. cap. 29. post num. 3. ac Tabiena in verbo virginum consecratio, neque alius extra Episcopum valet illud dare, ita quod Antistes nequit alteri non Episcopo delegare, vt tale velum concedat, ita ex Pelagio scripsit Diuus Antoninus in citato §. 2. prope finem, omni veró tempore non est imponendum, nisi Epiphaniarum die, aut in albis Paschalibus, aut in Apostolorum natalitijs, nisi forsan graui langore correptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant; Implorantibus illis enim non negetur dicitur in cap. deuotis 20. quæst. 1. omnibus autem virginibus illud expetentibus non est dandum, quandoquidem non eis, qui annum vigintiquinque non attingunt, cap. placuit eadem causa, & quæstione; consuetudo autem permictit in alijs quoque diebus concedi, scilicet Dominicis, & alijs festis solemnibus; quin & ante prædictam ætatem, de qua consuetudine fidissimus nobis est testis Diuus Antoninus in dicato §. 2. & fortasse consuetudo isthæc respectu temporis prodit ex decreto Alexand. III. in cap. 1.

de

de tempor. ordin. vbi cõſecrandi Deo dicatas virgines in diebus Dominicis facultas datur, illicq; gloſ. final. Innocent. & alij inquiunt illum textum haud contradicere præfato cap. placuit, ſed alterum alteri ad inuicem adiuuare, quod etiam in alijs feſtis ſolemnibus credit præfatus Innoc. atque Angel. de Clauas. in Summa verbo conſecratio virginum in initio. Tertium eſt velum ordinationis, quod in anno 40. datur, & vendicat ſibi locum Decretum Concilij Carthaginenſis tertium, regiſtratũ in cap. ſanctimoniales 20. quæſt. 1. quando datur ei benedictio, ex qua accipit officium inchoandi horas in choro, & legẽdi homilias, ob idque ab Epiſcopo in miſſa traditur ei Breuiarium, vt illud tangat, ita quippe dicit idem D. Antoninus in loco ſupra relato, adiungens hoc velum hodie non eſſe in vſu, propterea quod in actu ipſo conſecrationis datur breuiarium, & poteſtas legendi homilias, vt habetur in Pontificali Romano, & fit etiam ante annum vigeſimumquintum, eo quod ſimul, & incontinenti poſt conſecrationem ordinatur, ſcilicet habilitatur ad prædicta, non tamen, vt verè ordines ſuſcipiat, cum illorum ſit mulier incapax, vt apertius demonſtraui in 11. rubr. de perſon. prohib. prom. cap. 2. Quartum eſt velum Prælationis, quod dabatur electis in Abbatiſſas, & propterea in ætate idonea ad tale officium, de quo ſcripſi in rubr. 7. de ætat. ordin. cap. 6. nu. 89. verùm neque iſtud ad præſens datur, ſed tantum benedictio, & alia, vt in Pontificali Romano. Nouiſſimum eſt velum continentiæ, & obſeruationis, & viduis datur, vt iam notaui, neque neceſſario ab Epiſcopo concedi debet cum, & ab ipſo, & ab altero Sacerdote concedi ſoleat, & poſſit, aut ab ipſamet accipi ab altari coram ſua Prælata, idque ſcribunt Diuus Antoninus in adducto loco, & reliqui citati Summiſtæ.

79 Sed oporteat ne aliquod iſtorum ſuſcipere monialem, vt ſecum copulans, (quod Deus auertat,) aut rapiens, incidat in pœnas comminatas, aduerſus habentem rem veneream cum moniali, aut illam rapientem? & pro reſponſione duxi aliqua præfari, ſcilicet monialem ipſam, quæ abiecto propoſito ſanctitatis, illicita, atque ſacrilega contagione ſe viro miſcuit, & in abruptum conſcientiæ deſperatione perductæ de illicitis complexibus libere filios procreauit, à Monaſteriorum cætu, Eccleſiarumque conuentibus eliminandam eſſe, iubet Concilium Triburicenſe, quatenus recluſa in ſuis ergaſtulis tantum facinus lamentatione continua deflens, purificatorio poſſit igne penitudinis decoqui, vt ei, vel ad mortem ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam poſſit ſubueniri cap. impudicas, & cap. ſi qua monacharum 27. q. 1. qui textus vtuntur nomine illo monacharum, quales ſunt omnes poſt profeſſionem, quin præfatum cap. ſi qua monacharum; loquitur inſuper de eo, qui cum huiuſmodi fœminis in aliqua fuerit iniquitate

80 repertus, præcipitque, vt is communione priuetur, ſi laicus eſt, ſi verò clericus à ſuo quoque remotus officio, pro ſuis continuò lugendis exceſſibus in Monaſterium detrudatur, & ita ius canonicum in vtroque ſtatuit; verùm iure ciuili pœnã capitis ſtatutam eſſe credo aduerſus ipſum violantẽ monialẽ, quod primo deſumi ex text. in l. ſi quis in hoc genus C. de epiſc. & cleric. opinatur Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 20. ſub nu. 6. fortaſſe quia grauiſſima hæc ſit iniuria Eccleſiæ, & propterea comprehẽſa in diſpoſitione illius l. præterea cum eiuſmodi facinoris patrator tria committat crimina, inceſtum nempe, adulterium, & ſacrilegium, vt Abb. in cap. fin. nu. 6. de immun. eccleſ. fatetur, & Decius conſ. 338. in caſu nu. 1. conſ. 579. in præſenti nu. 5. & conſ. 611. Magnificus nu. 3. Ioan. de Selua in tract. de benefic. par. 3. q. 3. nu. 6. atque Paulus Grilland. de pœnis omnifar. coitus q. 1. nu. 10. adiungens quartum, ideſt ſtuprum, commendatque præ cæteris Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 389. num. 23. inde fit, quod eodem iure ciuili, quia mortis pœna vindicantur adulterium, ſacrilegium, & inceſtus committentes, iuxta l. ſi adulterium cum inceſtu ff. ad l. Iuliam de adulter. l. quamuis §. 1. C. eodem, idipſum dicendum ſit, quoties vna ſimul tot ſcelera committuntur, vt optimè indicato loco argumentatur Decian. concludens propterea pœna capitis iſtum mulctari de iure ciuili, quodque dixit etiam Grilland. loco citato nu. 18. & Iulius Clarus in §. fornicatio nu. 14. Ipſeque adduco textum apertis verbis hoc ipſum diſponentem (ni fallor) in §. penult. in authent. de ſanctiſſ. Epiſcop. cuius verba ſunt: Si quis rapuerit, aut ſollicitauerit, aut corruperit aſcetriam, aut diaconiſſam, aut monaſtriam, aut quamlibet aliam fœminam, venerabilem habitum habentem, capitale periculum ſuſtineat; qui textus dùm loquitur in primo capite de viris committentibus talia crimina, vtitur dictione, aut, & in ſecundo etiam, dùm memorat fœminas ita corruptas, quæ dictio eſt ſine dubio alternatiua, probatque Roman. conſ. 176. iſtæ ſunt, ſub nu. 7. & ideò ſat eſt, ſi vnum adimpleatur, & concurrat, Soccin. conſ. 113. ſupraſcripti, ſub nu. 7. verſ. ſed clarum vol. 1. Caualcan. deciſ. Fiuizana 24. quamuis ſit controuerſia nu. 14. vol. 4. per text. vulgatum in l. ſi hæredi plures ff. de condit. inſtit. itaque inſinuat textus ille, vt capitali pœnæ ſubiaceat, tám rapiens, quàm ſollicitans, vel corrumpens, & cognoſcens tàm ſi aſcetriam, quàm diaconiſſam, aut monaſtriam, vel quãlibet aliam fœminam venerabilem habitum habentem, ita quod monialem non ſolum complectatur, ſed etiam nouitiam, & propterea eandem debeat pati pœnam, qui nouitiam intra Monaſterium corrupit, vel etiam extra, & ob iuſtam cauſam egreſſam non dimiſſo habitu: cum laicis verò fœminis ſi rem habeat intra Monaſterium, quod incolunt cauſa cuſtodiæ, vel educationis, non vtique veniret iſthac pœna plectendus, ſed maiori altera, qua eſſet puniendus ſi laicam cognoſceret extra Monaſterium, prout Decian. tradit indicato cap. 20. nu. 14.

81 Contra verò raptorem monialium, aut alterius mulieris religioſam vitam, vel habitum habentis, ſtatuitur pœna de iure canonico in cap. ſi quis rapuerit 27. q. 1. Iure autem ciuili, pœna indicitur in adducto §. penult. in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. l. raptores C. de epiſcop. & cleric. & l. 1. C. de raptor. quæ duæ leges Codicis, tanquam conditæ poſt iam dictum §. penult. in lib. authenticorum poſitum, videntur reſtrinxiſſe latiſſimam illam diſpoſitionem in eodem §. factam; etenim pœnam capitis infligunt aduerſus copulantes mulieribus Deo dedicatis, quales eſſe videntur conſecratæ, vt inquit Decian. eod. tract. crim. lib. 8. cap. 11. ſub n. 12. eo quod dedi-

dedicare, propriè fit consecrare, & ita exponitur in cap. 1. iuncta glos. 1. de religios. domib. & consequẽter exclusæ aliæ non consecratæ censendæ sunt; in tantum, quod idem Decian. prorupit ad eam conclusionem, vt puniatur morte, non tanquam rapiens monialem, sed aliam quamcunque virginem, seù viduam in eisdem ll. comprehensas, sed ipse omninò fateor, illum tali pœna castigari tanquam rapientem monialem, licet illa non sit consecrata, sed professa, namque text. in cap. si qua virgo 27. q. 1. his vtitur verbis: Si qua virgo se dedicauerat Deo, similiter monachus, non licet eis nuptijs iungi; loquitur igitur de dedicata Deo, & tamen intelligitur de professa, quæ prohibetur nuptias celebrare, eo quod ex tunc tenetur ad obseruantiam Regularem cap. sicut nobis, de regularib. Item meam sententiam comprobo ex text. in cap. virginibus 27. q. 1. qui virginibus sacris temerè sociatos, & post dicatum Deo propositum priuat sacra communione: Ecce, illud, quod alij canones affirmant de illis, quæ Deo sunt dedicatæ; istæ ait de illa, quæ Deo propositum dicauit, quod fieri in emissione professionis non ambigitur, & fortasse etiam in susceptione habitus, quamuis tunc reuocare valeat eiusmodi propositum; quamobrem citata glos. 1. in adducto cap. 1. volens interpretari illud verbum (dedicanda est) in eo textu positum, dicit Ecclesias dedicari cum consecrantur, Regulares verò cum profitentur; ac propterea eruditè Menoch. in dicto nu. 23. partipendens difficultatem positam à Deciano, eam præterit, & assertiuè loquendo exemplificat in eo, qui monialem professam carnaliter cognoscit, & ita statutis Italiæ communiter dispositum esse, refert Hippolyt. in l. vnica nu. 4. C. de rapt. virgin. ac præsertim in Regno Neapolis, iuxta constitut. exordientem, si quis rapere, cuius verba subijcio: Si quis rapere sacratas Deo virgines, aut nondum velatas occasione, etiam matrimonij iungendi præsumpserit, capitali pœna feriatur; loquitur igitur primo loco de sacratis, deinde de professis sub illis verbis nondum velatas, scilicet velo quo sacratæ velantur, de quibus antea fuerat sermo, prout super ea scribens Afflict. interpretatur nu. 5. ex his responsum apparet quæsito à me proposito nu. 77. scilicet, vt respectu venerei vsus satis sit velum professionis, pro raptu verò nullum opporteat datum esse velum cum, & reliquæ etiam fœminæ si rapiantur, veniat imponenda pœna capitis.

82 Itemque si mulier rapuerit virum, teste Marsilio in eadem l. vnic. num. 223. & Angel. in calce illius l. refert se vidisse Florentiæ igne cremari meretricem quandam, eo quod iuuenem rapuerat, ac spe-

83 ciatim, quod rapiens masculum nouitium à Religione, capite sit plectendus, dixit Bald. in l. data opera nu. 9. in fine, C. qui accusar. non poss. vt autem intret pœna raptus, transportatio de loco ad locum necessaria est libidinis causa, Barbat. cons. 71. nu. 1. lib. 2. & Castrens. cons. 262. vol. 2. Quin & prædicta transportatio non ad effectum commodioris copulæ, si scilicet de vno in alterum cubile puellam ducens super lectulum proiecerit, quo casu non raptus pœna mulctaretur, iuxta cons. Beltrand. 39. lib. 6. & in consimili casu respondit Cuman. cons. 96. sed abducendi tantum, vt ijdem existimarunt; quamobrem ob solum raptum nulla subsequuta defloratione, aut venereo vsu sit pœna capitis infligenda, probat glos. 1. indicatæ constitut. necnon ex solo attentato raptu, iuxta l. si quis non dicam rapere C. de episcop. & cleric. & l. 1. C. de rapt. virgin. sed rapiens volentem, eadem castigetur pęna deducitur ex metipsa l. 1. vers. pœnas, semel atque iterum sanciente, subijciendum pœnæ mortis rapientem, siue volentibus, siue nolentibus mulieribus: contradicere autem videtur text. in cap. cum causam de raptor. sed Hippolyt. de Marsill. adhùc cõsiderata dispositione iuris ciuilis, in eadem l. 1. excipit raptorem volentis à pœna mortis, in cons. 61. à nu. 21. explicans verba illius legis militare in volente non sua spontè, sed quia suasionibus seducta, dolosisque adducta versutijs, eo quod dolosa persuasio, plus est quàm violenta coactio l. 3. §. si quis volentem ff. de liber. homin. exhib. l. 1. §. persuadere ff. de seru. corrupt. ipseq; abundantius defendi in respon. pro immun. eccles. cap. 11. nu. 1. At ille qui prę-

84 cedente tractatu nuptiarum si rapuerit, veniat ne eadem pęna affligendus, carpitur facilè ex adducto Rolãd. cons. 71. ex cuius resolutis, & cumulatis, necnõ per Molin. tract. de iustit. & iur. q. 105. nu. 4. tom. 4. Decidi quoque poterit consimilis, qui nuperrimè euenit Laquedonię de iuuene ingresso domum cuiusdam mulieris, & illã osculante; tractauerat enim cum illius parentibus, multis antea mẽsibus de matrimonio contrahendo cum illa, & auuentibus omnibus, quia matrimonio nondum inito inter milites leuis armaturæ à Ciuitate, licet inuitus cooptatus fuerat, & Curronẽsem adire Vrbem præsidij causa ipsum opportuit; eo inter ipsum, & sponsę consanguineos pacto fœdere, si infra mensem Decembris rediret celebrandi matrimonium, cumq; ille in promisso tempore reuersus esset, & pro seruandis promissis instaret; illi autem protelarent inuestigauit tempus ad suum explẽdum desiderium aptum, cum scilicet nullus virorum esset in domo, illam ipse ingressus, mulieremq; osculatus, prosiliuit; dubitatum fuit si mortis pœna vleiscendus veniret, quam statuit pragmat. vnic. de osculant. mulier. in eos, qui fœminas ipsas per vim oscularentur, estque adhùc lis sub Iudice.

85 Neque remedio appellationis iuuatur maculatus tali crimine, per eandem l. 1. in illis verbis: Quibus & si appellare voluerint, nullam damus licentiam, vulgatamq; l. 2. C. quor. appell. nõ recip. & expresse Hippol. de Marsil. in ead. l. nu. 155. Idq; siuè conuictus tantummodo sit, siuè confessus, vt ex aliorum auctoritate tuetur Farinacc. reprobata contraria Afflicti, requirente vtrumque ad finem denegandi appellationem raptori, vt est videre apud ipsum Farinacc. in pract. crim. q. 101. nu. 48. & Decian. lib. 8. cap. 9. nu. 12. vbi adnectit restrictiones aliquas ad hanc conclusionem.

86 Sed quis erit Iudex istius, qui cũ moniali coiuit? scilicet Ecclesiasticus tantum, an etiam laicus ẽsse possit? & breuibus respondeo, eademq; vtor, qua in rubr. 1. nu. 46. vsus sum, cum de bigamo fuit sermo, vt respectu pęnæ tẽporalis sit ille, qui præuenit, respectu verò ecclesiasticę, quamuis pręuenerit Iudex laicus non propterea impediatur Ecclesiasticus illas infligere, atq; etiam excõmunicare, prout in hoc specifico casu decisum fuit in Rota Pedemont. teste Osasch. decis. 103. quæritur in iure.

Immu-

Immunes Cleri leges Rubrica notabat
Tertia, quæ, decima eſt, pulſa timore, deeſt
Nonuè premeretur dubio, demenda videtur
Tempore namque ſuo commoda multa feret
Nomine tractatus, alibi fortaſſe licebit,
Si hic formam Typi fata ſiniſtra negant.

SVMMARIA.

Inſignis Sacerdotalis ordinis, & conſpicienda demonſtratur auctoritas, nu.1.

Zaccbariæ verba illa, qui vos tangit puppillam oculi mei tangit, de clericis ſubiungitur explicari, nu.2.

Sacerdotes ita debent vita ſanctitate excellere ſicut ordinis dignitate excellunt, nu.3.

Subſtantia panis in Corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuerti, virtute verborum Sacerdotis demonſtratur, nu.4.

Sacerdotes ſi negligant quotidie celebrare, aut ſaltem diebus feſtiuis, curent Epiſcopi, vt efficiant, nu.5.

Epiſcopi quolibet die audire ſaltem debent miſſam, nu.6.

Diebus ieiuniorum, aut quadrageſimalibus audire miſſam non eſt præceptum, nu.7.

Sacerdotes non celebrantes in Dominicis, & diebus Feſti, licet nullo detempti impedimento, an peccent, nu.8.

Quid ſi toto anno omittant celebrare, ſanctiſſimum tamen Eucbariſtiæ Sacramentum ſuſcipiant in tempore debito, nu.9.

Præceptum eſt Eccleſiæ, diebus feſtis de præcepto audire miſſam, nu.10.

Feſtum ſi alicubi celebretur, cõſtringitur audire miſſam, qui eo die inibi reperitur, nu.11.

Etiam qui illinc pertranſirent, nu.12.

Præceptum iſtud non obligat ad audiendum miſſam diei, ſed illi paret quiuis audiens miſſam quamcũque, etiam defunctorum, nu.13.

Agricolam arbor ad fructum perducta delectat, num.14.

Verborum Dauidis Pſalm.49. Quare tu enarras iuſtitias meas, &c. affertur intellectus, nu.15.

Obteſtatio ſubſequitur eorum, quæ hoc in opere perperam ſcripta fuiſſent, nu.16.

Hæreticus non iudicatur, qui non pertinaciter, ſed inaduertenter aliquid protulit, quod ſaperet hæreſim, nu.17.

Proteſtatio, & obteſtatio errorum, quomodo & ad quid proſit, nu.18.

Huius eſt ſæculi labes quędam, & macula virtuti inuidere, nu.19.

Puſilli hominis, & miſeri eſt repetere mordendem, nu.20.

Adhortatio ad Ampliſſimos Dominos Coepiſcopos, reliquoſque ſacris inſignitos ordinibus.

1 INſignis noſtri ordinis dignitas, & conſpicienda auctoritas, ſi perpenſe rimentur (conſacerdotes chariſſimi) ſanè, quæ eiuſdem decent nobilitatem, actentè curabimus exequi, ſicuti & D. Ambroſius nos exoratur in cap.2. de dignit. Sacerd. & dulci quadam coactione impellit, inquit enim, dignum eſt, vt dignitas Sacerdotalis noſcatur à nobis, & ſic deinde ſeruetur á nobis; quare perpendamus verba Malach.2. & Ioan. Apocalyp.2. quibus Angelos nos appellitatos eſſe conſpiciemus, atque etiam Deos in cap.22. Exod. etenim, Sacerdotes propter excellentiam ordinis, officijq; dignitatem Deorum nomine nuncupari, ſubiungit Innoc. in cap. cum ex iniuncto §. licet, de hęret. Quinimmò ſi intelligemus, quo flagranti amore adamemur ab ipſo ſummo Deo ſicuti Zaccha-
2 riæ verbis cap.2. edocemur, ſcilicet, qui vos tangit, pupillam tangit oculi mei, & relatis in cap. accuſatio quoque 2.q.7. atque alijs Pſalm.104. Nolite tangere Chriſtos meos, de clericis explicatis per gloſ. in auth. de non alien. reb. eccleſ. §.1. verſ. degeneri, Bald. in cap. clericus de pac. tenend. Gramm. deciſ. 61. nu.12. & conſ.1. poſt Regias deciſ. nu.30. vtique nil Sacerdote maius, nihil eo mirabilius, nilq; ipſius honore præſtantius excogitari poſſe fatebimur, & conſequenter elaborabimus ita excellere ſanctitate
3 vitæ, ſicuti ordinis excellimus dignitate, atque ita oneri, munerią; noſtro reſpondebimus, nam Lucæ 12. ſcribitur, cui multum datum eſt, multum petent ab eo. Primum igitur intueamur, obſeruantiæque tradamus Dauidicum illud dictum Pſalm.121. Sacerdotes tui induantur iuſtitia, deindeq; memoriæ mandemus perpulchram illam, pariterq; vtillimam Diui Hieronymi ſententiam lib.2. ſuper Ezechielem: Grandis (dum inquit) dignitas Sacerdotum, ſed grandis ruina ſi peccant, letamur ad aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum, non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quãti mæroris de ſublimioribus corruiſſe; nec enim ſolum pro noſtris delictis reddemus rationem, ſed pro omnibus, quorum abutimur donis, & nequaquam ſumus de eorum ſalute ſolliciti, neque alia Diui Auguſtini ſententia in comment.2. ſuper Pſalm.37. Obliuioni eſt aliquatenus tradenda, quod fœlix ille Sacerdos, qui ſacerdotaliter vixerit; Fœlix exercitium, vbi tractat Chriſtum Sacerdos Dei filium, cęleſte myſterium,

quod

quod per ipsum Pater,& Filius, & Spiritus sanctus tám mirabiliter operatur,super tám ineffabili mysterio suo,quod vno,eodemq; momento,idē Deus, qui præsidet in cœlo, in manibus suis est in sacrificio,& quod datum non est Angelis, concessum est homini; Sacerdos hoc sacramentum ineffabile cōficit,Angelus conficienti sibi,quasi famulus assistit; verè veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus Dei filius veluti in vtero Virginis incarnatur, hæc ille; cuius vltimis verbis adstipulantur, quæ tradit Concil. Florent. in materia sacramenti Eucharistiæ: Quod Sacerdos in persona Christi loquens,hoc conficit Sacramentum,& ipsorum verborum virtute, substantia panis in Corpus Christi,
4 & substantia vini in sanguinem conuertuntur, ita tamen,quod totus Christus continetur sub specie panis,& totus sub specie vini; sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ, & vini consecrati separatione facta,totus est Christus:huius autem rei luculentius eloquar congruentiori loco, vbi peculiaris huius Sacramenti erit sermo.

Procuremus idcircò honestè viuere, alterum nō ledere, ac cuiquam ius suum tribuere, sitq; prætere a nostra præcipua exercitatio, vt missæ sacrificiū quotidie offeramus, aut saltem diebus Dominicis,
5 festisq; solemnibus; Sacerdotibus autem negligentibus id exequi curare debēt Episcopi, vt in illis celebrent diebus, & qui curam habebit animarum tàm frequenter,vt suo muneri satisfaciat missas celebret,iuxta canon.Concil.Trid.14. sess.23. de reformat. quod si legitimo detenti simus impedimēto,quominus id valeamus exequi, eam saltem singulis diebus, etiam ferialibus audiamus, maxime nos, qui Episcopali præfulgemus dignitate, sine
6 qua nos dedecet aliqua die pertransire,nisi causa rationabilis vrgeat,iuxta cap.fin.de priuil.in sexto, itidemq; Religiosus quilibet, aut alia Ecclesiastica persona, Angel.verb.missa nu.57.ille autēm canon, quia non inquit Episcopos teneri, sed omittere illius auditionem non decere, ideò rectè concludit Nauar.non eos obligare in Summ.cap.21.nu.2. Armill.verb.missa num. 29. Astasan.lib.6. tit.1. art.6. quæst.7. nimirum si decere eos nullam labi diem, pati debere, qua missam non audiant, fantur Abb. in cap.1.nu.8.de vit.& honest.cler. & Sot.in 4.sent.
7 dist.13. q.2. art.2. præsertim diebus ieiunij, & quadragesimæ, tametsi nec prædictis diebus præcipiatur eisdem, aut cæteris personis illam audire, nec quoquomodo vrget cap.solent,de consecrat.dist.1. innuens hoc eis præcipi: illud etenim,vel contraria consuetudine sublatum esse concluditur, vel hortari ex honestate, iuxta notata à Summa Rosella verb.missa §.13.Syluest.eodem verbo el 2. num.1. vers.dicitur tertio,Armill.nu.29.Tabiena nu.46.& Henrich.summ.theol.moral.lib.9.cap.25. §.3. in textu,& in glosa lit.V.

8 Diebus autem Dominicis, alijsq; festiuis verior est sententia, ne mortale crimen committāt Sacerdotes, si in eis minimè celebrent, tametsi nulla ex causa rationabili detineantur, quemadmodū apertè constat ex relatis per Syluest.verb.missa el 1. nu. 7. vers.quartum,circa fin. Quinimmo pleriq; Do-
9 ctorum probabiliter opinantur, non peccare mortaliter simplices Sacerdotes, qui secluso scandalo, atque contemptu,sed mera incuria nunquam celebrant,dummodo tempore præcepti,sanctissimum sumant Eucharistiæ Sacramentum, tanquam non satis probetur de iure diuino,aut humano præceptum de celebratione imponi certæ personæ,sed ecclesiæ in cōmuni, quemadmodum est præceptum de ordine,eiusq; ministro; quam profectò opinionem,tuentur Alexan.de Ales par.4.q.51. memb.2. Caietan.3.par.q.23.art.10.Ledesma par.1.q.23.art. 10.Petr.Sot.tit.de Eucharistia lect.7.& Victor.in Summa §. 94. hancq; probabilem esse opinionem, ita vt, qui se illi practicæ conforment, à peccato mortali excusari possint, dicit Suarez q. 82. disput. 80. sect.1. vers.hæc res, sed probabilius videtur eos peccare mortaliter,vt nobiliores firmāt,& grauiores Auctores, nempè D.Thom.in 4.sent. dist.13.q. 1.art.2.Durand.ead.dist.q.2.Palud.etiam q.2.art.1. Summ.Pisana verb.missa §.8.Summ.Confess.lib.3. tit.24. q.125. Sot. q.1. art.20. & q.2. art.2. vers.dubium autem,& lib.9.de iustit.& iur.q.3.art.1. idem Thom.in 3.par. q.23. art.10. Graff.lib.2. decis.aurear.cap.39.per tot. præsertim nu.3. Syluest.verbo missa el 1. nu.7. vers.quartum circa fin. & videtur propendere, Armill.verb.cōmunio nu.14.& verbo missa nu.28.Nauar.in manual. cap.25.nu.88. vers. vigesimoprimo, Angel.verb.missa nu. 34. Archid. in cap. sufficit nu.1. de consecr.dist.1. Astens.lib.4. tit.14.art.1.& suffragatur text.in cap.dolentes, de celebr.missar. atque ista est magis pia, seuerior, & consulenda in praxi, vt dicit Suarez adducto loco; ob quod arbitror, quod nisi ter, aut quater saltem in anno celebret in solemnioribus festiuitatibus, peccatum committat, sequutus D.Anton.in 3.par. tit.13.cap.6.§.12. & Sot.indicato art.10. vers.at verò,sed Parrochus omni die festiuo, atque alijs celebrare debet,in quibus, vel ex peculiari institutione, vel consuetudine teneretur ex Nauar.adducto cap. 25.nu.134.& Sot.citata distinct.13. q.2. art.2. vers. dubium autem.

Quoties autem minime celebramus, compellimur sanè missam sub reatu mortali audire præfatis Dominicis diebus, festisq; qui populo colendi proponuntur, non quidem ad id quatenus Sacerdotes sumus tenemur, sed quatenus fideles baptizati, &
10 adulti, idq; ex præcepto Ecclesiæ, innixo iure diuino,sicuti inquiunt Sot.& Henrich.ille in adducta q.2.art.1. vers.in calce; iste verò in summ.theolog. moral.lib.9.cap.25.§.1.extatq; præceptum in Concil. Agath. necnon admonitio in Concil. Carthag. in cap.missas,& cap.qui die,de consecr.dist.1. Qui verò negarent prædicta Cōcilia habuisse vim obligandi cunctos christianos in vniuersali Ecclesia degentes,tāquam non nisi Prouincialia fuerint, atque ideò veritatem huius præcepti nollent admittere, sanè vt suspecti aduersus Ecclesiæ mandata, venirēt pœne acriter plectendi: maximè accedēte canone Apostolorū, & generali in cap. omnes fidelis, de consecr. dist.1. Eaq; potissima ratione,quod canones nouum minimè continent præceptū,at loquuntur de re compertissima, simulq; constitutissima,à temporibus Apostolorum, itidemq; de præcepto, quod quamuis non sit expressum in Euangelio, innititur tamen illo mandato Diuino, scilicet tertio Decalogi, Sabbatha sanctifices; isthæc namq; sanctificatio ad vacandum diuinis officijs præcipue ordinatur, idque consultò interpretata est Ecclesia

Cat-

Catholica de audienda missa, vt optimè respondet Sot. relato vers. in calce.

Qua in re omissis multis, quę Nauar. scripsit cap. 22. nu. 1. duo tantum veluti notabiliora considero, alterum quod dies festiuus dum aliquo in loco particulari celebratur, constringitur vtique huiusmodi præcepto audiendi missam, qui eo die inibi degit, non autem si illinc obiter pertransiret, nec qui hospes pridie eo in loco dormiuit, vt sequenti festo proficisceretur, vt tenet Henrich. summ. theol. moral. cap. 25. §. 2. in fin. tùm in text. tùm in glos. lit. R, ipse autem in casu primo loco relato, assentiam Henricho, aitq; Ortiz Lutius in compend. summar. cap. 16. nu. 72. In vltimo veró de dormiente in loco, vnde sequenti die proficisci intendit, opinor veriorem esse cótrariam sententiam, & vtramque videtur tueri Nauar. si eius verba attentè considerentur in Summ. cap. 13. nu. 5. vers. fin. Cosm. Philiarch. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 23. §. est tertio notandum, eumq; ita explicat Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 18. post nu. 5. maximè si inibi proportionato tempore ad illam audiendam possit persistere, nam dies festus, vbi aliquem deprehendit, inibi eum obligat, Sebast. Medic. in Summa par. 2. tit. 7. q. 33. argum. cap. illa, iūcta glos. 12. dist. quamuis Lopez restringat, nisi ibi se inueniant per modum transitus in 1. par. sui instruct. cap. 52. vers. nec peccant; Siquidem & tunc deuinciri dicto præcepto superius arbitratus sum verius esse, vel saltem, qui dormierit nocte præcedenti in eo loco, inde discessurus sequenti mane, in quo celebratur festum; itaque si veram admittamus doctrinam Lopez interpretemur subsistere in eo, qui eodem mane illac pertransit, vbi festum celebratur.

Alterum est, tale preceptum haudquaquā obligare ad audiendam missam diei, sed illi satisfaciat, qui talibus diebus cum attentione assistit cuilibet missæ, etiam defunctorum, Hērich. in summ. theol. moral. lib. 9. cap. 23. §. 5. & cap. 25. §. 4. Syluest. verbo missa el 2. nu. 4. Sot. in 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 1. vers. quod autem, subdens nulla ratione fulciri, quod aliqui contra arbitrantur, vt teneatur audire missam proprij diei: nam indistinctè præcipitur, vt audiatur missa, atque ideò satis sit quancumque audire, quod præterea commendat D. Anton. 2. par. tit. 9. cap. 10. §. 1. vers. quartum, Rosella verb. missa n. 14. Tabien. nu. 49. Medin. lib. 1. cap. 11. & nouissime Ledesma in Summa Hispana rubr. de Sacram. Eucharist. cap. 27. vers. *septima conclusione*, licet contradicant Astens. lib. 4. tit. 16. quæstiunc. 2. Angel. verbo missa nu. 33. & verb. feriæ nu. 42. Alex. de Ales in Summ. lib. 2. tit. 2. & concinit text. in cap. 2. de celebr. missar. vel dici potest, quemquam debere audire missam proprij diei, non propterea mortiferè peccare, si aliam audiat, sicuti firmat Nauarr. manuali hispano cap. 27. num. 7. nec prædictis obstat cap. & hoc attendēdum, de consecr. dist. 1. quandoquidem præfato canoni, vbique ferè cæptum est derogari, postquam communiter sentiri institutū est, neminē cogi in die festo audire missam eiusdem diei, vt dicit Nauarr. cons. 6. nu. 7. de celebr. missar. ideoque amisit chirotecas quidā meus intimus amicus, dùm alterum peccasse asseuerabat, qui die 9. Februarij anni 97. in Ecclesia S. Augustini de Vrbe, audiuit missam S. Apolloniæ virginis, & martyris, in illius altari, cuius solemnia celebrat Ecclesia eo die, quo-met die prædicto anno occurrit Dominica Sexagesimæ, cuius officium, & missa celebrari debebat, translato quocumque festo duplici, aut semiduplici in eo occurrente; quorum cōtrouersia mihi remissa ex partium consensu, eam sic diremi, quamuis maluissem pro succumbente decidere.

Hic autem diuino adiutus auxilio finem huius operis consequutus sum, portum tetigi, ac tertium genitum iam concepi partum, quem protinus nasciturum, atque impressurum spero; sicuti & alij duo iamdiù est, quod prodierunt, ætate quidem priores, persona verò minores, quare cresco, & exulto quoties ex ijs, quæ hactenus maximo cum labore congessi, vtilitatem sim cunctis allaturus, & si agricolam (teste Seneca epist. 34.) arbor ad fructū perducta delectat, si Pastor ex fœtu gregis sui capit voluptatem, si alumnum suum nemo aliter intuetur, quam vt adolescentiam illius suam iudicet, & si hi, qui ingenia educauerunt, & quæ tenera formauerunt, adulta subito vident, summo gaudio fruuntur: quid mihi euenire credendum est, qui post lōngos labores, & continuas lucubrationes feria quinta infra octauam Resurrectionis, & 10. Aprilis anni 1608. huius operis calcem nactus sum? eidemq; toto tempore subsequentis anni, atque aliquot supra mēsibus vltimam limam imponere nixus sum; idq; perfeci die 8. Septembr. anni 1611. & quidem tanta affectus sum lætitia, vt vix cōsiderare, nedum dicere queam, licet anno ferè integro deinde insudauerim in eius recopilatione, manu accurati scriptoris facta. Huius tamen opusculi descriptio mea sollicita, vel polita non est, nè animū meum pusillis occupatum ostenderem, at quàm remissius loqui mauolui, & quàm securius, vt fiduciæ potius hæc scripta haberent quā curæ: extulit veró me oratio, ac lōgius quàm destinaui nonnūquam traxit, vt alij multi sunt, qui ad id, quod non proposuerāt scribere, alicuius dubij decore placentis vocentur; optassē ego loqui potuisse quantū voluissem, ac plus significare, quam loqui, sed nequiui: quod si aliqua præterij, ne quæso aliquis suspicetur id consultò fecisse, quia piguisset ea describere, at veritus, nè & ipse obiter errarem tibi (amice lector) fastidium afferens ob nimiam prolixitatem; superest modo, vt congratulemini mihi omnes, qui diligitis me, quem etenim adipisci finē præsentis tractatus peroptaham, iam consequutus sum; præterea omnipotēti Deo agere, referreq; gratias iam locus est, quia bonum si quid in eo, vtique ipsius est; Si verò optimum ab ipso, vt inquit Zacchar. cap. 9. Siquidem omne datum optimum, & omne donum perfectū de sursum est, descēdens à Patre luminum Iacob. 1. Enixe autem rogare Dominum cœli, & terræ non desistam, vt mihi facultatem elargiatur alia perficiendi volumina, & perutiles tractatus iam cæptos, vtq; talē vitam agam, quod hæc diligenter scripta, mihi non sint improperio, tanquam minus diligenter exequuta, neq; infringant Caietani verba, in Summa §. Prædicatorum peccata, auctoritate Psalmi 49. dùm inquit: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? existimasti inique, quod ero tui similis, quasi bona iubens, & mala faciens? arguam te, & statuam contra faciem tuam, idest te ipsum tuis proponam oculis,

vt in te cernas, vtrum tua prædicatio, tuis sit moribus congruens; huc spectant alia, hisq; simillima Pauli verba ad Roman.2.Qui prædicas non furandum,furaris,relata à Soto in 4.sent. dist.1.q.5.art.6. vers.alterum.Profiteor tandem omnia,& quicquid hactenus scripsi,habere eum sensum,quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, à cuius vero sensu, catholica fide, atque dogmatibus nullatenus deuiare intẽdo,& Diuino afflante auxilio nequid minimum hactenus me scripsisse credo, neque scripturum posthac confido, quod vti erroneæ additum in suprema die vitæ,conscientiam mordeat meam, aut me vrgeat cogitatio, quod aliorũ animos hisce scriptis deprauauerim, quodq; eos deinde in viam veritatis minimè reduxerim; sicuti & Berẽgarium non leuiter torsit, testantur enim Io.Gerson.serm. 1.de Cœna Domini,& Pegna ad director.Eymer. par.2.comm.31. Ipsum grauiter de commissis sceleribus dolentem,decumbentemq; in cubili, iam iam moribundũ in ipso die Epiphaniæ, ferunt hæc protulisse verba: Hodie apparebit mihi Dominus meus Iesus Christus, vel ad gloriam, sicut spero, propter pęnitentiam meam, vel ad damnationem sicut formido, propter aliorum corruptionem, quos ad viam veritatis reducere non potuit: hactenus ille. Quod si aliquod erroneum verbum etiam minimum (quod Deus auertat) huic operi apposuerim,detestor sanè,atque ex corde respuo,nec illud peruerso animo meo me adiunxisse, sed inscitia potius,ignorantia, leuitate, aut incuria, positum fuisse protestor; non quidem, vt Arrius, Sabellius, & cæteri multi hæresiarchæ obtestati sunt,vt excusarent excusationes in peccatis,at sicuti fidelis quisque, ac timens Deum protestari debet, vt eius verba præportent intimum cordis,mentisq; desideriũ, rectissimamq; opinionem. Potui siquidem (vt inquit August.lib.1.de Trinit.) errare,sed hæreticus propterea nec sum, neque ero. Diuus namq; Cyprianus quam grauiter errauerit,dùm falsam illam protulit sententiam,vt baptizati ab hæreticis denuò essent baptizandi; constat ex his,quę scripsi rubr.1. n.103.ob id tamen hæreticus minime cẽsetur,cum non pertinaciter, sed inaduertenter eam protulisse appareat; vt merito inter Doctores eruditos, ac Sanctos,primus nominetur in cap.Sancta Romana Ecclesia 15. dist. ac plura in eius laudem congerit Sot.in 4.sentent.dist.1.q.5.art.5.& 9. Quid amplius non ne Abbatis Ioachim errores permultos damnauit Ecclesia,eius autem personam non vtique, eo quod suis literis (vt habetur in cap. fin. de Sum. Trinit.& fid.cathol.) omne peruersum damnauit dogma,seq; illam fidem tenere confessus est,quam tenet Romana Ecclesia cunctorum fideliũ mater, & magistra; inde quippe proficiscitur illud aliud, quod Doctores consulunt, vt expediat semper huiusmodi protestationem antecedere, aut subsequi disputationem, aut aliam compositionem, namq; disputantem, aut scribentem illa iuuat, eximitq; ab hæresi, sicuti Arnald. Albert. præ cæteris tuetur in tract.de assert.cathol.q.12. nu.10. & q.29.num.13. Zabarel.clem.1.5.porró nu.5.de Summ.Trin.&fid. cathol.Barth.Veron.caut.155.& Io.Rojas de hæret. par.1.nu.62.Nauar.cons.6.hypotheses nu.14.de hæret.in nouis,Decian.cons.8.grauia sunt nu.128.vol. 1.fulcitur text. in cap. damnamus,siue vltimo de Summ.Trinit.& fide cathol.vbi damnantur scripta Abbatis Ioachim in certis articulis,ipse autem propterea non damnatur.

Cæterùm, quia mecum ipse considero permultos non defuturos maleuolos, inuidosq; vanè per plura,ac maligna alloquuturos, ne dum tristissima ista minimè vexor, aut conficior cura, at summo quidem afficior gaudio, tùm quia huius est sæculi labes,quædam & macula virtuti inuidere:tùm prætera quod non ignoro ab eis tantum mihi inuideri, qui communi assensu, aut beneficij obtrectatores,aut virtutis hostes iudicantur; atque ideó malo mihi alios,quám me alijs inuidere,præstat enim inuidiosum esse potius quam miserabilem, aut indoctum.ipsorumq; libenter miserebor,illisq; ex corde remittam,nec irascar peccantibus, sed peccatis; nam pusilli hominis, & miseri est repetere mordẽtem,vt mures,& formicæ, ad quas si manus admoueris, ora conuertunt; imbecilla siquidem putant se lædi,si tanguntur,teste Seneca cap.33.de ira; curabo tamen,vt eis loquendi ansam subtraham,sicq; viuam tanquam spectet aliquis, sic cogitabo, tanquam possit aliquis in pectus intimum aspicere homo, quemadmodum & Deus inspicit,vt propterea mihi fas sit læta fronte canere Ouidiana illa Carmina lib.4. Fastorum.

Conscia mens recti, famæ mendacia ridet,
Sed nos in vitium credula turba sumus.

Quod igitur ore canto,corde credam, quodque corde credo,operibus comprobare nitar, sequutus verba Concil.Carthagin.cap.10.relata in cap.Psalmista 23. distinct. Tandem te latere nolo, me licet inuitum,multa vel tacuisse, vel mutila scripsisse, vel deleuisse; locaq; poteris inuestigare, causamq; meditari. F I N I S.

Inuidus aut taceat, nostri detractor honoris,
Aut aliud melius (si sciat) edat opus.

Imprimatur, Alex. Bosch. Vicarius Generalis.

Aloysius Riccius Canonicus Deputatus.

M.Cornel.Tirobos.Prædicatorum Ordinis Curiæ Theologus.

NEAPOLI, Ex Typographia Tarquinij Longhi. MDCXIX.

RERVM VERBORVM ATQ. SENTENTIARVM QVAE SINGVLIS RVBRICIS, ac Capitibus huius Diuerſorij continentur, ordine alphabetico digeſtus, & abſolutiſſimus INDEX ſequitur.

A

ABbates conferre poſſunt minores ordines, in probem. nu.9. & rubr.6. cap.2. nu. 4.5. & 8.
Vtrum ſæcularibus de licentia propry Epiſcopi, rubr. 6.cap.2. nu.6.
Ordinandi ab eis, non ſunt ab Epiſcopis examinandi, ibidem nu.7.
Qui ſint eiuſmodi Abbates habentes hanc poteſtatem, ibid nu.9. & rubr.9 cap.1.nu.17.
Qui ab alieno Abbate ſuſcepit minores, ſine licentia propriỹ, an receperit caractherem, eodem cap.1. nu.18.
Eorum nomen in duas findi ſpecies, ſcilicet in Regulares, & ſæculares, rubr.7.cap.6.nu.9.
Abbatia Regularis quam requirat ætatem, rubr.7.cap 6.nu 86.
Eius nomen quando primum frequentari cœperit, ibidem nu.89.
Regularis nomen quid importet, ibid.nu.91.
Ipſa, ſicut, & reliqua beneficia regularia, non niſi regularibus perſonis conferri poteſt, ibidem nu.92.
Niſi conuentu careat, quia tunc ſæculari in Commendam concedi ſolet, ibid.nu.93.
Abbatiſſa cuius ætatis eſſe debeat, rubr.7. cap.6. num.88.
Ab initio quod non valet, tractu temporis, non reconualeſcit, rubr.9.cap.4. nu.2.
Abiuratio quid ſit, rubr.11.cap.26.nu.47.
Ipſam quatruplicem eſſe, probatur, ibidem num 48.
Quæ inter eas ſpecies conſideretur differentia ibidem nu.49.
Eam qui fecit, quando dicatur relapſus, ibidem nu.50.
Eandem ſi de leui fecit Sacerdos, non impeditur ordines exercere, & Sacramenta miniſtrare, ibidem nu.51.
Etiam die feſtiuo fieri poſſe oſtenditur, inibi num 53.
Abſolui inuitus an quis poſſit ab excommunicatione? rubr.1.nu 53.
An pueri ab Epiſcopo poſtquam facti ſunt maiores rubr.9 cap.7.nu.6.
Ab alio quam ab excommunicante an abſolui poſſit, qui generatim fuit ab homine excommunicatus? rubr.11 cap.15.nu.129.
A quo ſit quis abſoluendus generatim quæritur, & cum diſtinctione reſpondetur, ibidem nu.130.
Ab excommunicãte, qui abſolutionem Summo Pontifici reſeruauit, non poteſt abſolui, quamuis alioquin potuiſſet, ibid.nu.131.
Tunc verò vtrum poſſit abſolui à metropolitano ibidem nu.132.
Abſolutio ab excommunicatione ex falſa cauſa, vtrum valida ſit, rubr.11.cap.15.nu.74.
Ad cautelam, vt detur duo concurrere debent, ibidem nu.75.
Illa necnè indigeat, qui impeditus, ad reue-

landum venire non potuit nu.133.
Illius forma vtrum sit præscripta, ibidem num.136.
Ab incursa irregularitate in foro interiori refertur forma, rubr.6.cap.5.nu.48.
Eius siuè potius relaxationis à iuramento materiam, vide in verbo iuramenti.
Absolutus ab excommunicatione ad tempus, cum reincidentia post tempus, possit nè beneficia interea adipisci, ac fructus obtentorum acquirere, rubr.11.cap.15.nu.72.
Quandoque in excommunicationem non reincidit, quamuis interea non paruerit, ibidem num.73.
Vt reintrudatur in excommunicationem, quæ debeant concurrere, ibidem nu. 60.
Qui simpliciter fuit ab aliquo delicto, eò quod non fuit probatum, non est rursus molestandus, etiam si noua superuenerint indicia, rubr.11.cap.27.nu.91. & alia vide in verbo clausula ex deductis.
Accusatio, testimonium, & ordo, à pari procedunt ad effectum, vt prohibitus in vno, sit itidem in alio, rubr.11.cap.19.nu.11.
Eius modus operatur, vt quandoque ciuiliter, quandoque criminaliter procedatur, eadem rubr.11 cap.20.nu.47.
Acta transportanda sunt, eaque integra per appellantem ad Iudicem appellationis, rubr. 11.cap.13. nu.304.
Attentans in delicto sodomiæ an eisdem veniat puniendus pœnis, quibus perficiens, rubr. 11.cap 22. nu.16.
Actuarij, siue Notarij Episcoporum, quibus gaudeant priuilegijs, rubr.9.cap.9 nu. 14.
Actus metu factus nullus est, qui ipso iure sit nullus, nisi votum, & matrimonium, aliaque, vide in verbo metus.
Adagij illius explicatio, dulce bellum inexpertis, rubr.11.cap.14 nu.9.
Administratio à Superiore concessa Regulari, vt perpetuò duret, an possit ab illo reuocari, rubr.12.cap.7. nu.22.
Administratores Vniuersitatum, quam debeant habere ætatem, vide in verbo Syndicus, & Electi.
Admissio Capituli ad optandum, sufficit pro titulo, rubr.11.cap.13.nu.263.
Præsentationis facta à patrono, dupliciter cōtingere solet, rubr.11.cap.13.nu.402.
Adboa successit in locum personalis seruitij, rubr.11.cap.24.nu.5.
Adolescentia quando incipit, rubr.7.cap.6. numer.2.
Aduerbium illud, honestè, quid significet, rubr. 8.cap.2.num.7.
Statim, illicò, confestim, & incontinenti, quale tempus requirant, rubr.9.cap.9.nu.7.
Perpetuò, quam habeat vim, quemque effectum producat, rubr.11.cap.15. nu.5.
Adulatio, maximè vitanda ab Ecclesiasticis, rubr.4.num.40.
Eius potissima causa, est Superiorum conniuentia, & delectatio, ibidem nu.41.
Adulterini, qui dicantur, rubr.11.cap.13. numer.23.
Aduocati munus, vt exerceatur, quæ ætas sit necessaria, rubr.7.cap.6.nu.134.
Qui dicatur Aduocatus, ibidem nu.135.
Honorarium illi debetur, ibidem nu.136.
Iuramentum præstat, & circa quæ, ibidem num.137.
Aduocatorum referuntur errores, & redarguuntur, ibidem nu. 138.
In causa criminali quando sint inhabiles ad ordines, rubr.11.cap.24.nu.7.
Ætas sextuplex consideratur, rubr.6.cap.3. nu. 37. & melius rubr. 7.cap.6.in fine.
Eius defectus an excuset, & quando in delictis, rubr.1.nu.32.
Varia pro suscipiendis ordinibus constituta refertur, rubr.7.cap.1.nu.2.
Ad primam clericalem tonsuram, quæ requiratur, ibidem nu.3.
Quæ obliget ad confitendum peccata, ibidem num.4.
Quæ verò, vt per excommunicationem constringatur quiuis ad peccata confitenda, ibidem num.5.
In qua possit quis peccare, ibid.nu.6.& 10.
In qua incipiat, quis somniari, ibid.nu.9.
Septem annorum completorum requiritur ad contrahenda sponsalia, ibid. nu.11.
Septennalem habens, contrafaciens præcepto negatiuo, peccet tantum, an etiam excommunicationem incurrat aduersus contrafacientes comminatam, ibid.nu.12.
Quæ præsumatur valida ad coeundum, ibidem num.13.
In qua aufugiat pœnam si delinquat, & alia, vide in verbo pœnam.
Ipsa si fuerit municipali constitutione abbreuiata, poterit quis esse tutor, & obligari ante 25. annum, ibidem nu 19.
Quæ requiratur ad minores ordines de iure, rubr.7.cap.2. nu.1.& 3.
Ad Acholytatum requiritur annorum 14. ibidem nu.2.
Eademq; etiam ad cęteros post Conciliū nu.4.
Discretionis in quo anno verificetur, ibid n.5.
Quæ fuerit iure veteri habilis ad recipiēdum sacros ordines, ead.rubr.7.cap.3.nu.1.
Quæ verò de iure Clementinarū, ibid.nu.2.
Ad Episcopatum est 30. annorum completorum, ibidem num.3. & num.5. & rubr.7. cap.6.num.44.

Atten-

Attenta dispositione Concilij, quæ sit ad sacros statuta ætas, ibidem nu. 4.
Legitimam habere credens si insigniri fecit, eum verè non haberet, non incideret in suspensionem, rubr. 7. cap. 4. nu. 11.
Quæ ad beneficia requiratur, rubr. 7. cap. 6. num. 1.
Quæ pro obtinenda pensione Ecclesiastica, ibidem nu. 5.
Quæ ad beneficium, annexum habens ordinem sacrum, ibidem nu. 7.
Quæ verò ad beneficium habens aliquod onus adiunctum, ibidem nu. 8.
Quæ pro obtinenda Cappellania, ibid. nu. 12.
Quæque ad beneficium habens ordinem Diaconalem annexum, Prabendam verò eurata, ibidem nu. 17.
Ad dignitatem cui annexa est Parochialis, quæ requiratur nu. 22.
Quid si in commendam data fuerit, ibidem num. 23.
Quæ olim, quæque hodie sit necessaria ad personatum, ibidem nu. 24.
Ad reliquas verò dignitates carentes animarum cura, quæ sit necessaria, ibid. nu. 25.
Ad canonicatum, quæ requiratur ibidem num. 26.
Quid si habeat onus pœnitentiaria, ibidem num. 27.
Ad portiones quæ requiratur, ibid. nu. 28.
Ad Parrochialem verò, quæ sit necessaria, ibidem nu. 29.
Ad hebdomadam in Ecclesia Collegiata, ibidem num. 30.
Quæ ad vnumquodlibet beneficium requiritur, tempore impetrationis adesse debet, ibidem nu. 31.
Vtrum fuerit certa quandoque statuta ad Cardinalatum, ibidem nu. 47.
Ad Papatum, quæ sit statuta, ibid. nu. 56.
Ad Abbatiam regularem, quæ sit idonea, ibidem nu. 87.
Quæ verò ad Prioratum, ibidem nu. 88.
Quæ ad Abbatissam, ibidem nu. 89.
Pro Inquisitore hæreticæ prauitatis, vide in verbo Inquisitor.
Ad sponsalia, quæ sit habilis, vide in verbo sponsalia.
Ad matrimonia contrahenda, quæ sit idonea, vide in verbo matrimonium.
Ad emittendam professionem, vide in verbo professio.
Pro Procuratore constituendo ad celebrandum matrimonium, & alio quocumque Procuratore, vide in verbo Procurator.
Ad Doctoratum verò, vide in verbo Doctoratus.
Ad Aduocati verò munus exercendum, vide in verbo Aduocatus.
Ad Magistratum gerendam, quæ etiam requiratur, vide in verbo Officialis.
Quæ verò, vt Iudex quis sit compromissarius, vide in verbo Iudex.
Quæ autem in Syndicis, & Electis, vide in verbo Administratores, Syndicus, & Electi.
Quæ in exequutore testamenti, vide in verbo exequutor.
Et quæ in Decurione, vide in verbo Decurio.
Quæ in Milite, vide in verbo miles.
Quæ ad ieiunandum, vide in verbo ieiunare.
Quæ verò, vt senex dicatur deobligatus à ieiunio, vide in verbo senex.
Quæ ad ferendum testimonium, vide in verbo testis.
Quæ vt excommunicari possit, ibid. nu. 156.
In eligendo ad Imperium nu. 157.
In Electore ad Imperium nu. 158.
Intemerata Virginis nu. 159.
Iesu Christi Domini Nostri nu. 160.
In qua resurgemus nu. 161.
Quæ sit necessaria in volente suscipere habitum Regularem rubr. 12. cap. 2. nu. 1.
Et quomodo vnaquæque ætas probetur eod. cap. 6. nu. 162. & rubr. 12. cap. 11. nu 4.
Perfecta, quæ dicatur eodem cap. 6. nu. 165.
Statuta vnicuique ordini carens, ad illum suscipiendum est inhabilis rubr. 11. cap. 4. num. 1.
Ea prudentiores fieri homines, ostenditur ibidem num. 2.
Legitimam habere ordinandum oportet probare, ibidem num. 3.
Quod ea careat ordinatus, probare debet, qui asserit, ibidem num. 4.
Quomodo illa probetur, ibidem num. 6. & rubr. 7, cap. 6. nu. 162.
Ad illam probandam quam oporteat subijcere causam scientiæ eod. cap. 4. num. 7.
Aetates omnes pro suscipiendis ordinibus constitutæ, non nisi de iure positiuo statutæ sunt, rubr. 7. cap. 3. num. 87.
Ideoque si necessaria carenti conferretur, imprimeretur caracter, etiam si puero, ibidem nu. 8.
Affinitas non dicitur contracta cum vir penetrauit claustra, & sponsam violauit, non tamen semen emisit, rubr. 1. num. 78: & rubr. 11. cap. 6. nu. 17.
Eius ignorantia, aut scientia quando præsumatur, rubr. 11. cap. 13. nu. 146.
Illa sit nè speciatim verificanda per gradus, ad effectum impediendi matrimonium num. 177.
Non contrahitur ex coitu in vase non naturali, rubr. 11. cap. 22. nu. 15.

Agasones vtrum possint inceptum perficere iter, aut etiam illud incipere diebus festiuis, rubr. 12. cap 13. nu. 98.
Agricolam arbor ad fructum perducta delectat in Adbortatione nu. 14.
Albuginem deformosam retinens in oculo, irregularis iudicatur, rubr. 11. cap. 17. nu. 74.
Alienatio bonorum iudicatur inualida omnis à die commissi criminis facta, si ob illud incidit in pœnam priuationis bonorum ipso iure, rubr. 11. cap. 15. nu. 39.
Alienus subditus ad celebrandum, vel Sacramenta administranda, admitti nequit sine literis commendatitijs proprij Superioris, rubr. 9. cap. 6. nu. 1 & 3.
Alimentorum appellatione, quæ veniant, rubr. 8 cap. 1. num. 5.
Illa quibus consideratis decernenda sint pro moto absque titulo, rubr. 8. cap. 5. nu 2.
Sint ne danda habenti genitorem diuitem, ibidem nu. 1.
Ea tenetur pater filio præstare, & quæ, cum declarationibus ibidem num. 8.
Illis priuatur filius ob ingratitudinem, ibidem num. 13.
Quæ præstanda sunt ordinato sine titulo, an danda sint ordinato recusanti commorari in domo ordinatoris, ibidem nu. 22.
Mulieri diuertenti à viro, quando sint danda? rubr. 6. cap. 3 sub nu. 44.
Suspenso quando debeantur rubr. 11. cap. 16. num. 20.
Allegationes ad fauorem Monialium circa paupertatem referibuntur, rubr. 12. cap. 7. num. 23.
Alternatiua nemo gaudet ob residentiam indeliberatam, & subijcitur exemplum, rubr. 11. cap. 13. nu. 130.
Anima vna est in corpore humano, rubr. 11. cap. 21. num. 21.
Annatam possit nè Episcopus recipere conferens beneficium, rubr. 11. cap. 27. nu. 47.
Anni dispositio, & innouatio refertur, rubr. 6. cap. 1 nu. 3.
Roma, aut in bullis Apostolicis, quo tempore exordiatur, ibidem num. 4.
Quo verò dum agitur de diuisione facienda pro rata, ibidem nu. 5.
Illorum cursus de vno ordine ad alium, quomodo intelligatur, ibidem nu. 12.
Quinquaginta requisiti per Concilium ad acquirendum ius patronatus, quo tempore initium sumant, & quousque numerentur, rubr. 11. cap. 13. nu. 426.
Antiquior in Religione est, qui antea professionem emisit, rubr. 12. cap. 11. nu. 3.
Annui redditus an veniant appellatione mobilium, rubr. 12. cap. 7. nu. 27.
Annus probationis datur cuicumque ingressi Religionem, & quam ob causam, rubr. 12. cap. 3. num 1.
Debet esse integer, atque continuus nu. 2.
Ad illum perficiendum computetur nè tempus, quo extra Monasterium degisset cum licentia Superioris nu. 3.
Qua actenta computatione expletus dicatur num. 4.
Infra illum prohibetur nouitio profiteri, num. 5.
Ita assumere ordines ab eius Superiore, vel cum eius tantum dimissoria nu. 6.
Apoplexia morbus irregularitatem operatur, rubr. 11. cap. 17. nu. 165.
Ab hoc morbo apopletica paralysis conualuisse Sanctum Eugenium demonstratur, numer. 166.
Apostata à Religione quis, & quibus concurrentibus dicatur, rubr. 12. cap. 9. nu. 5.
An ita censendus sit egressus è Monasterio retinendo habitum? nu. 6.
An eiectus, eadem rubr. cap. 15. nu. 11.
Apostoli vti Ecclesiæ Pastores nonnumquam leges condebant, ideoque non omnem eorum constitutionem procedere de iure diuino dicimus, sed quam, vt Apostoli præcipiebant, rubr. 11. cap. 6. nu. 26.
Apostoli an sint de substantia appellationis, rubr. 11 cap. 13. nu. 308.
Apostolica prouisio non mutat statum beneficij, vide in verbo prouisio Apostolica.
Appellans si intimatis literis inhibitorialibus Iudici à quo, faciat coram illo actum aliquem contrarium appellationi, possit ille decernere appellationem desertam, rubric. 11. cap. 13. nu. 252.
Appellare an liceat à sententia lata in possessorio, rubr. 8. cap. 3. nu. 11.
Ab interloquutoria nisi manifestum sit grauamen non licet, rubr. 11. cap. 13. nu. 315.
Appellatio cum est deserta, quis erit competens Iudex ad declarandam desertionem, rubr. 11. cap. 13. nu. 251. & sub nu. 326. insuperque vide in verbo Iudex.
Illa existente an liceat Iudici suam exequi sententiam nu. 245. 319. & 326.
Quibus modis deseratur, ibidem nu. 320.
Et cum est deserta appellatio, primus Iudex exequi suam sententiam nequit si illa contigit per lapsum termini constituti ab homine, ibidem nu. 247. & 319.
Eius Iudex possit nè eum deserta est appellatio confirmare sententiam, vide in verbo Iudex appellationis.
Ipsa interponenda est coram Iudice à quo, & coram ipso præsentari libellus, rubr. 11. cap. 13. num. 304.

Idest

Idest ipso Iudice vidente, & intelligente, ibidem num. 305.
Vt propterea libellus consignatus Actuario non profit num. 306.
Si tamen Iudicis copia haberi possit, ibidem num. 307.
Et si haberi non potuerit, protestatio præmittenda est antequam fiat coram alio, ibidem num. 319.
Vt recipi à Superiore possit, multa concurrere debent relata nu. 309. 310. & 311.
Interposita ab excommunicatione non suspendit illius effectum, ideoque potuit procedi ad denunciationem, rubr. 11. *cap.* 15. *nu.* 41.
A declaratione verò incursus censurarum suspendit, ibidem nu. 43.
Ratio redditur differentiæ nu. 44.
Si excommunicationem subsequatur deuoluit tantum, non suspendit nu. 51. & 54.
Si verò præcedat, tunc excommunicatio est nulla, num. 52.
Ita quod celebrando non incurrit irregularitatem nu. 53.
Casus in quibus appellatio est interdicta recensentur, rubr. 11. *cap.* 13. *nu.* 317.
Illius terminum coarctare an possit Iudex primæ instantiæ eod. cap. 13. *nu.* 318.
Illa pendente à decreto institutionis ad beneficium, possessio retardatur nu. 476.
Approbatio Superioris Regularis vltra illam Episcopi si concurrat non est inutilis, vt Regularis audiat confessiones laicorum rubr. 12. *cap.* 13. *num.* 59.
Alicui concessa ab Episcopo, sit ne ille rursus ac pluries examinandus nu. 62.
Ad beneplacitum facta reuocari pro voluntate potest nu. 64.
Ab alio non Episcopo fieri an possit num. 72. *alia in verbo confessiones audire.*
Ad beneficium non curatum à quo sit facienda, maximè si ad inferioris prouisionem spectet, rubr. 5. *cap.* 3. *nu.* 7.
Sit ne facienda ab excommunicatoribus de omnibus repertis idoneis ad curam animarum, vel tantum de idonioris, ibid. nu. 12.
Approbatus, qui semel fuit ad beneficium an sit iterum pro alterius consequutione examinandus, rubr. 5. *cap.* 3. *nu.* 8.
Quid si tum dimittens, tum de nouo impetrans sit Curatum, rubr. 8. *cap.* 3. *nu.* 21.
Arbitri sint ne eligendi, tàm si Ordinarius, quàm Delegatus recusetur, rubr. 11. *cap.* 13. *num.* 189.
Archidiaconus interrogatus ab ordinante, si ordinandus dignus sit, & annuat, an peccet si indignus sit, rubr. 3. *nu.* 13.
Archiepiscopus vtrum valeat ordinare subditum suffraganei, rubr. 9. *cap.* 8. *nu.* 37.
Vtrum demandare suffraganeo, vt illum promoueat ibidem.
Arthritis morbus complures continet species, nempè chiragram, podagram, ischium, seu coxendicum morbum, vulgo dictum sciaticam, rubr. 11. *cap.* 17. *nu.* 135.
Argumentum à contrario sensu, cuius sit effectus rubr. 11. *cap.* 13. *nu.* 73.
A simili quando subsistat, rubr. 11. *cap.* 27. *num.* 9.
Arma clerici deferre nequeunt, rubr. 4. *nu.* 16.
Eorum vsus à iure communi vetitus, rubr. 4. *num.* 17.
Ea deferens quas patitur pœnas, ibid. nu. 18.
Ad illas incurrendas an opus sit, quod fuerint reperti cum illis, ibidem nu. 20.
Illorum appellatione, quæ veniant, ibidem num. 22.
Quibus in casibus liceat illa deferre, ibidem num. 23.
Eorum inuentor quis fuerit, ibid. nu. 28.
Eorum nomen large sumptum, quæ complectatur ibidem nu. 29.
Sbirruarijs dicentibus reperijsse aliquem cum armis an credatur ibidem nu. 21.
Illa deferendi potestatem valeat ne Episcopus concedere subditis, ibidem nu. 24.
Adsint ne aliqua proditionis induentia præsumptionem, rubr. 11. *cap.* 31. *nu.* 15.
Arreptitij ordinari vtrum possint, vide in verbo Demoniaci.
Articulus super capite in prima instantia non productus in secunda produci, neque poterit, rubr. 11. *cap.* 27. *nu.* 91.
Articuli in alia instantia admitti non debent ijdem, vel de directo contrarij alijs in præcedenti productis, rubric. 11. *cap.* 27. *numer.* 98.
Noui verò vtique, dependentes tamen à primis nu. 99.
Si verò fuerint admissi, & recepti testes, non præcedente partis protestatione, non amplius reijci possent nu. 100. *alia vide in verbo protestatio.*
In illis describendis super testium repulsa, quid attendendum sit, rubr. 11. *cap.* 31. *num.* 12.
Ascendentes possint ne consequi eadem, quæ descendentes habuerunt beneficia, rubric. 11. *cap.* 13. *num.* 78.
Ascriptitij ordinari vetantur, rubr. 11. *cap.* 8. *num.* 9.
Assassinus amittit beneficium ipso iure, rubr. 11. *cap.* 23. *nu.* 122.
Assecuratorum contractus multorum gentium more probatur, rubr. 11. *cap.* 20. *nu.* 31.
Assensus Episcopi requiritur in alienatione iuris patronatus, cum declarationibus, ampliatio-

pliationibus, & restrictionibus, rubr. 11. cap.13.nu.365. vsque ad nu. 370.
Accedere potest, tùm ante, tùm in ipso actu donationis, tùm denique postea nu 371.
Vtrum verò post mortem donantis nu.372.
Quid in feudo num.373.
Ad illum concedendi effectum, dicatur ne res integra post mortem donantis nu. 374.
Assistentia probata si fuerit præsumatur ne delictum in foro exteriori, an etiam oporteat aliquid amplius probare, rubr.11.cap.23. num.75.
Attestationes testium in actis redacta an probant ius patronatus eorum, in quibus præsumitur vsurpatio, rubric.11.cap.13. numer. 410.
Auricula sit ne membrum, rubr.11.cap.17.numer.40.
Ea carens possit ne admitti ad ordines? ibidem num.41.
Aurium defectus, vel interior, vel exterior est, rubr.11.cap.17. nu.37.
Auocatoria commissio quando liget ignorantes, rubr.11.cap.13.nu.177.
Alia verò vide in verbo rescripta Auocatoria.

B

BAlbus quis est, rubr.11.cap.17.nu.92.
Balbutire quid sit, rubr.11.cap.17.nu.94.
Baldachinum erigere, & alia quædam mentionata nequeant Monachi in propria Ecclesia, rubr.12.cap.13.nu.263.
Bannitum zelo iustitiæ, qui occidit, euitat peccatum non irregularitatem, rubr. 11. cap. 23.num 8.
Qualis debeat ille esse, vt possit impunè occidi? ibidem nu.9.
Illum occidere non permittit ius commune ibidem nu. 14.
Eundem receptans quando castigetur vide in verbo receptans.
Baptismus est ianua omnium Sacramentorum, rubr.1.nu.15.
Eoque qui caret, neque ordinem, neque aliud suscipit Sacramentum, rubr.11.cap.1. numer. 3.
Ipse solus est Sacramentum simpliciter necessarium eadem rubr.1.nu.12.
In eo plena fit remissio peccatorum, ibidem num.16.
Circumcisioni successit, ibidem nu.26.
Ioannis non erat Sacramentum, sed quasi quoddam sacramentale disponens ad Sacramentum Christi, ibidem nu.28.
Christus quare voluerit baptismo Ioannis baptizari, ibidem num.29.
Pœna quæ sit iterantis baptismum, ibidem num.30.
Quando sit dandus sub illa conditione, si non es baptizatus, ibidem nu.31.
Illum conferre simulans, vtrum conferat ibidem num.97.
Conferri an possit puero, in matris vtero existenti, ibidem nu.98.
An illi cuius non integrum corpus natum est, sed pars aliqua, ibidem nu.99.
Illud licitè conferunt laici in casu necessitatis, ibidem nu.112.
Inter illum, & Circumcisionem, quæ sit differentia ibidem nu.116.
Eo carens nullum recipit ordinem, rubr. 2. num.23.
Et si fuerit creatus Episcopus, an alijs valeat conferre ordines, ibid.nu.24.
Barbam tingens vtrum sit irregularis, rubr.11. cap.17.num.100.
Baro an possit facere gratiam, rubr.11. cap.10. num.26.
Si receptet bannitum, qua pœna puniatur, rubr.11.cap.25.nu 25.
Bastardi vox barbara est, habetque duplicem significatum, rubr.11.cap.13.nu.9.
Bellum iustum, vt dicatur tria concurrere debent, rubr.11.cap.24.nu.11.
Benedictio nuptialis prohibetur secundo fieri, rubr.1.num.90.
Eam iterans Sacerdos, qua pœna puniatur, ibidem num.91.
Ante eam consumantes matrimonium non peccant mortaliter, ibidem nu.92.
Benedictio Episcopalis quæ requirat, vt illam facere nequeat Episcopus in aliena Diœcesi, rubr.9.cap.5.nu.2.
Beneficia, quæ descendentes habuerunt, consequi an possint ascendentes, vide in verbo ascendentes.
Quid è contra vide in verbo filius, & verbo illegitimi.
Vacantia in Curia solus Papa confert, rubr. 11.cap.13.nu.493.
Tunc verò in quibus casibus confert Ordinarius, ibidem nu 494.
Reseruata per Regulas Cancellariæ, Episcopus defuncto Papa confert, rubr.11.cap.15. num.27.
Quando, & à quo commendentur, rubr. 12. cap.13.num.47.
Et commendata quomodo vacent nu.48.
Vacantia ob crimen hæresis collationi Papæ sunt reseruata, cum declarationibus, numer. 143.
Beneficia Regularia, quæ sint, & quomodo probentur esse, rubr.12.cap.7.nu.15.
Illa assequi is tantum potest Religiosus, qui est

Monachus illius Religionis,cuius Monachi possidere consueuerunt nu. 16.
Nec plura vni conferri possunt, sed vnicum tantum num. 17.
Sint ne perpetua an manualia nu. 21.
Beneficium ne cōferri posset externo, vetus erat sanctio, & qua hodie, rubr. 9.*cap.*6.*nu.*2.
*Illius fructus obligare beneficiatus non potest, nec permittere exequutionem in illis fieri,rubr.*8.*cap.*6.*nu.*9.
*Illius ex causa subest Episcopo loci,in quo est beneficium illud,rubr.*9.*cap.*8.*nu.*11.
*Plura si quis possidet omnium illorum Episcoporum est subditus, ibidem nu.*12.
*Si tamen sit in territorio vnius Episcopi, alteri tamen subest,quid dicendum,ibidem num.*13.
*Potestas de conferendo beneficium vacaturum dari vtrum possit,ibidem nu.*34.
*Vacans per sententiam latam in Curia, non potest conferre Episcopus, rubr.*11. *cap.*23. *num.*125.
*Vtique verò si ab altero Episcopo lata esset sententia priuans beneficijs, ibid. nu.*125.
Illius priuatio ipso iure per qua verba inducitur,ibidem nu 126.
Resignari coram Ordinario vtrum possit,vide in verbo resignatio beneficiorum.
Coniugatus tenere nequit, rubr. 11. *cap.* 12. *num.* 3.
*Illius priuationis si quis incurrit, possit ne interdum resignare, cum distinctione respondetur,rubr.*11.*cap.*12. *sub nu.*8.
*Si simplex sit, & residentiam perpetuam requirat, assimilatur Curato, rubr.*5. *cap.*3. *num.*13.
*Vtrum sufficiat,vt quis dicatur alterius Episcopi subditus,rubr.*9.*cap.*8.*nu.*11.
*Non nisi pradito bonis moribus conferri debet,rubr.*11.*cap.*33.*nu.*22.
*Ad illud consequendum pariat ne inbabilitatem,quodlibet delictum nu.*23.
Ad retinendum illud, vel consequendum, an homicidium necessarium operetur inhabilitatem nu. 24.
*Illo vt dicatur priuatus homicida, requiratur ne sententia nu.*25.
*Illo priuatus an dicatur,qui ad carceres, siuè triremes perpetuò damnatus fuit nu.*29.
*Vnum si non sufficiat victui an plura adipisci clericus valeat, rubr.*12.*cap.*7.*nu.*18.
*Illius statum non mutat prouisio Apostolica, rubr.*11.*cap.*13.*nu.*430.
*Cùm est litigiosum, quid agendum, ibidem num.*486.
Semel affectum, semper durat affectum, numer. 495.
*Habens curam animarum in habitu, vtrum sit prouidendum,cum qualitatibus, & requisitis habentis curam animarum in actu,rubr.*5.*cap.*3.*nu.*14.
*Quod alteri est vnitū amittit naturam suam cum multis conclusionibus, & simillimis, rubr.*7.*cap.*6. *nu.*18.
*Illud impetrans, quia possessor non adeptus est sacerdotium infra annum, quid verificare teneatur,ibidem nu.*34.
*Quid verò si ob publicationes non factas impetrauit,ibidem nu.*35.
*Si sit in Cathedrali habens annexum ordinem, illum infra annum à die possessionis tenetur assumere possessor,ibid.nu.*38.
*Illud si sacrum exigat ordinem, qui assumi possit infra annum, quem saltem debeat prouidendus habere tempore prouisionis? ibidem nu.*43.
Illius,qui possessionem nactus,est quando spoliatur altero, in verbo curatum beneficium.
*In illius impetratione est facienda mentio alterius antea obtenti, & pensionis, rubr.*8. *cap.*5.*nu.*27.
*Qui secundum adipiscitur eiusmodi,an vacet primum simile,rubr.*12.*cap.*7.*nu.*19.
*Quid si curata nō sint ambo, sed alia ex causa incompatibile vnum,vtrum vacet nu.*20.
*Clericus contrahens sponsalia de futuro,an perdat, quod detinet, rubr.*11. *cap.*12. *numer.* 6.
*Et suspensus an spolietur ante suspensionem, obtento.rubr.*11.*cap.*16.*nu.*17.
*Illius collatio epilenticis facta, vtrum sit nulla,rubr.*11.*cap.*17. *nu.*182.
*Eo indigni sunt furiosi, & similes, ibidem num.*183.
*Beneficeum de iure patronatus nemo potest vnire,rubr.*11.*cap.*13.*nu.*477.
*Neque conferre intra tempus quatuor mensium,ibidem num.*478.
Eius resignatio sine consensu patroni, est declaranda irrita,ibidem num. 479.
*Ita quod si resignans interea moriatur, prouidetur alter per obitum ad præsentationem patroni, ibidem num.*480.
*Quod etiam faciendum erit, vbicumque duo fuerunt præsentati, & alter eorum, tanquam idoneus institutus, quia si hic pendente appellatione ab altero proposita decesserit,non substituitur collitigans,sed alter præsentatur,ibidem num.*481.
*Papa tamen illud conferre solet, & cum derogatione iurispatronatus,ibid.nu.*487.
*Si vacet in Curia non dicitur reseruatum, ibidem num.*497.
*Bigamia triplex rubr.*11.*cap.*6.*nu.*2.
*Vera,qua dicatur,ibidem num.*3.

Ipsius

Ipsius defectus non auferatur per baptismum num.4.
Interpretatiua,quæ sit, ibidem nu.5.
Similitudinaria,quæ sit,& quis eam contrahat,ibidem num.11.
Inter has tres species bigamiæ refertur differentia,ibidem num. 12.
Ad bigamiam contrahendam duo requiri,& quæ ibidem num. 13.
Ad illam contrahendam, cuius coitus requiratur,ibidem num. 14.
Copula sufficit, licet absit seminis emissio, ibidem num. 15.
Irregularitas, quo tempore cæperit esse annexa bigamiæ ibidem num.24.
Super bigamia dispensare quis valeat,ibidem num.26.
Ipsius impedimentum, quando citra dispensationem auferatur, ibidem num.30.
Bigamus an sit,qui mulierem,quomodocumque corruptam duxit rubr.11.cap.6.nu.6.
An etiam ille,qui virgini nupsit, eamque defloravit cum qua deinde ab altero cognita rursus coiuit,ibidem nu.7.
Quid si tunc compulsus à Superiore, habuit cum illa rem,ibidem num.8.
Fornicator verò cum pluribus, aut eum vna corrupta,non est bigamus, ibidem nu. 9.
Ratio diuersitatis traditur,ibidem nu.10.
A quorum ordinum suspensione prohibeatur bigamus,ibidem nu.18.
Causa, ex quibus est bigamo interdicta promotio,ibidem num.19.
Si ordinari patiatur, recipit caracterem, ibidem num.20.
Eum promouens,quam incurrat pœnam,ibidem num.23.
Ipsum habilitare ad beneficia quis valeat, ibidem num.28.
Si is fuerit dispensatus ad ordines, an etiam dicatur ad beneficia,ibidem num.29.
Blasphemia quid sit,rubr.11 cap.26.nu.66.
Eius quot sint effectus ibidem nu.67.
Quæ dicatur hæreticalis nu.68.
Eam euomentes Ecclesiastici Iudicis iurisdictioni subduntur nu 69
Eius criminis quanta sit atrocitas nu. 70.
Exemplo etiam animalium ostenditur numer.71.
Necnon Crucifixi responso nu.72.
Quin & quod Mahometica etiam lege punitur nu.73.
Propterea repulsa in eo denegatur nu. 74.
Prout compositio,quid aliquum sit gratia nu. 75.& 78.
Præterquam à supremo Præsule nu 80.
Quod extenditur etiam ad blasphemantes Sanctos nu.76.& 77.
Illa in Deum,aut Virginem Beatam,an specie distinguatur ab ea, quæ emittitur in Sanctos nu. 79.
Pœna pro eo crimine apposita de iure communi nu.81.
De iure verò Regni nu. 84.
Ipsa quomodo distinguatur à maledicto, numer.89.
Blasphemus comprehenditur sub casu reseruato, etiam si vnicum blasphemauerit sanctum, rubr. 11.cap.26. nu.82.
Si ioco blasphemauerit, qua pœna plectatur, qui verò nimia iracundia adductus, aut dormiens, siue demens, an puniri debeat, num.85.
Cum eo quomodo se gerere debeat confessarius num.86.
Ita diiudicandus est dicens: Potta di Dio, num.87.
Vtrum verò iurans ad Corpus Christi, numer.88.
Vtrum dicens,ne rincresca Dio, nu.90.
Blesus quis sit,rubr. 11.cap.17 nu 92.
Bona adducti blanditijs ad Religionem, non ad Monasterium ipsum, sed illius hæredes deferuntur. rubr.12.cap.2.nu.10.
Bonus,seu melior,simpliciter loquendo quis intelligatur. rubr.6.cap. 3.nu.35.
Bonus, qui semper fuit sit ne præferendus,an is qui quandoque malus, nunc emendatus, ibidem nu.36.
Brachium sæculare impartiri tenetur laicus Episcopo,quin & ad illud concedendum ab eodem Episcopo compelli potest, rubr. 12.cap.13. nu.84.
Breue pro capienda possessione Episcopatus continens decretum expediendi literas infra sex menses à die datæ, intelligitur à die habita possessionis,rubr.11.cap.11 1.nu.268. & 272.
Illud autem,quod extra tempora, aut aliud, quod in temporibus appellatur, quomodo concedatur,rubr.9.cap.7.nu.4.

C

Camerali obligatione deuinctus possit ne vti priuilegio cap.Odoardus,rubr.11.cap. 13.nu 190.
Cambium in duas diuiditur species: alterum quippe est cambium verum, & reale: alterum verò fictitium, & palliatum,rubr. 11.cap.20 nu 14.
Prior species valida est, cessatque vsura, si quid exigatur nu.35.
Dumtamen concurrant relata in nu 36.
Secunda verò inualida, & vsuram complectitur,ibidem nu.37.

In

In illo cuius sit periculum, ibidem nu. 47.
Illius literas qui scripsit, cogi vtrum possit ad restituendam summam receptam, si eum pœnituit, in cuius gratiam factum est, ibidem num. 48.
An etiam cogi ad alium scribere literas, ibidem nu. 49.
Alia multa in verbo litera cambij.
Candela extincta, si alius licitator adueniat, cum maiori oblatione, an sit audiendus, rubr. 11. cap. 13. nu. 330.
Alia in verbo subhastatio.
Canones de supremi Præsulis electione loquentes referuntur, rubr. 7. cap. 6. nu. 52.
Canonicatus incompatibilis est cum beneficio curato, rubr. 7. cap. 6. nu. 19.
Omnis requirat residentiam probatur, ibidem num. 20.
Quam requirat ætatem, ibidem nu. 26.
Quid si habeat annexum onus pœnitentiariæ, ibidem nu. 27.
Ipse, aut hebdomada in collegiata, quam requirat ætatem, ibidem nu. 30.
Canonici Regulares sub Regularium appellatione non veniunt, rubr. 12. cap. 1. nu. 3.
Ipsi præcedunt alijs, etiam Monachis nigris, eadem rubr. cap. 13. nu. 121.
Canonicus cum infirmatur non percipit distributiones, si antea deseruire non consueuerat, rubr. 7. cap. 6. nu. 15.
Ipse, & alij Canonici successores iurantiū, non indigent absolutione à iuramento, rubr. 11. cap. 19. nu. 45.
Capitulum, sede vacante, quid possit in homicidijs, aut mutilationibus circa dispensationes, rubr. 11. cap. 23. nu. 144.
Ad illud extendatur ne delegatio facta Episcopo, siuè illius Vicario, ibid. nu. 145.
In quibus subrogetur defuncto Episcopo, rubr. 12. cap. 13. nu. 75.
Maioris Ecclesiæ Neapolitanæ quando succedat in bonis vacantibus, eodem cap. 13. num. 164.
Capit. statutum el 2. de haret. in sexto, comprehendit etiam bastardos, rubr. 11. cap. 26. num. 11.
Item alios quocumque ex coitu illegitime natos, ibidem nu. 12.
Non tamen eos, quorum parentes pœnituisse constat, ibidem nu. 13.
Sed an relapsorum pœnitentium sobolem, discutitur nu. 14.
An eos, qui post paternam heresim nati sunt, an etiam, qui ante ibidem nu. 16.
Dùm restringit ad secundum gradum inhabilitatem filiorum hæreticorum ad beneficia, an his temporibus subsistat, etiam respectu Episcopatus, an verò vlterior gradus impediat ad illum ascendere, ibid. nu. 23.
Cap. de multa. de prabend. duo traduntur intellectus rubr. 8 cap. 3. nu. 14.
Vide etiam in verbo textus.
Cappellania, vt dicatur sacerdotalis, ex quibus desumatur, rubr. 7. cap. 6. nu. 9.
Qui eam adipiscitur debeat ne tunc insignitum esse ordine sacro, vel satis sit postmodum ad illum assumi, ibidem nu. 10.
Sacerdotalem, qui possidet vtrum inseruire illi possit per alium ibid. nu. 13.
Et cum Cappellanus infirmatur teneatur ne per alium facere celebrari Missas, & è contra, ibidem nu. 14.
Si illa esset familiaris, & sacerdotalis, quid agere oporteret si in familia abesset Sacerdos, ibidem nu. 16.
Captura in diebus festiuis prohibetur, etiam pro causis ciuilibus, rubr. 12. cap. 13. numer. 100.
Caput est cæteris membris honorabilius, & corporis potentior pars, rubr. 11. cap. 17. numer. 35.
Eius dolor si insanabilis est, coadiutorem dandi causam affert ibidem nu. 41.
Quàm grauiter eiusmodi dolore laborauerit S. Ioannes Chrysostomus refertur nu. 44.
Carcer cedat in pœnam si dicatur in sententia operatur, vt iam dicta sententia dicatur condemnatoria, rubr. 11 cap. 18. nu. 9.
Cardinales non nisi insignes doctrina viri esse debent, rubr. 5. cap. 4. nu. 5.
Si Presbyteri sint possunt familiaribus suis conferre minores ordines, rubr. 5. cap. 2. numer. 11.
Monasteria Monialium ingredi an valeant; rubr. 12. cap. 16. nu. 39.
Eorum nomen, & dignitatis titulum antiquissimum fuisse in Ecclesia demonstratur, rubr. 7. cap. 6. nu. 48.
Eorum vetus numerus, quiuè recens, ibidem num. 49.
Ad eos quomodo venerit ius eligendi Papam, ibidem nu. 53.
Si Propositum in Concistorio ad Episcopatum, si non impediant, an peccent, si sciant alium esse digniorem, ibid. nu. 72.
Eorum Collegium habeat ne maiorem potestatem an Papa, ibid. nu. 75.
Penes illud remaneat ne potestas defuncto Papa ibid. nu. 76.
Alia vide in verbo Collegium.
Cardinalis Estensis facinus, rubr. 11. cap. 17. num. 70.
Casum legis habere dicitur, qui instrumentum habet, rubr. 11. cap. 20. nu. 18.
Casus in quibus Episcopi dispensare possunt, rubr. 6. cap. 3. nu. 45.

Vigintiquinque recensentur, & affatim declarantur, in quibus Regulares, non obstantibus priuilegijs, subsunt Episcopis, rubr. 12. cap. 13. nu. 3.
In quibus excusantur non seruantes dies festiuos nu. 106.
Illis extantibus cur introductum sit concedi licentiam ab Episcopis nu. 107.
In quibus subsunt Regulares Episcopis, possintne Episcopi illos punire nu. 167.
In quibus Episcopi ob textum in cap. liceat Concil. Trident absoluunt subditos, quos alioquin absoluere nequirent, rubr. 7. cap. 5. num. 7.

Castitas inter vota Religionis numeratur, rubr. 12. cap. 8. nu. 1.
Quos effectus pariat nu. 2.
Tres habet gradus nu. 3.
Et quem illorum complectitur castitatis votum nu. 4.
Religiosus illam violans an sufficienter confiteatur se ex voto teneri ad castitatem, nec addiderit se esse regularem nu. 5.
Quæ sint in causa illam custodiendi nu. 6.
Vt seruent duo actendere oportet Moniales ipsas, rubr. 12. cap. 16. nu. 75.
Eam seruat, qui cum propria vxore concubit, rubr. 7. cap. 3. nu. 15.
Differentia refertur inter ipsam, & continentiam, ibidem num. 17.
Eam vouenti nefas est matrimonium contrahere. & explicatur sub eodem nu. 17.

Castratus quis propriè dicatur, & quæ sit differentia inter castratum, eunuchum, & spadonem recensetur, in rubr. 11. cap. 17. numer. 119.

Caudam si Episcopus faciat sibi deferre in aliena Diœcesi non errat, rubr. 9. cap. 5. nu. 5.

Causa quando dicatur instructa, rubr. 11. cap. 13. nu. 176.
Eam non esse instructam, cuius sit onus probare, ibidem nu. 178.
Criminalis est, vbicumque simonia opposita fuit, quamuis per viam exceptionis, rubr. 11. cap. 27. nu. 95.

Causæ cumulatio in secunda instantia fieri non potest, ibidem nu. 96.

Causa scientiæ, quæ apponenda est à teste, volente probare ætatem, rubr. 11. cap. 4. nu. 6.
Necessitatis, quæ dicatur, quæque vtilitatis, rubr. 6. cap. 3. nu. 15.
Etiam impulsiua, si falsa est, vitiat dispensationem, ibidem num. 47. & vide in verbo dispensatio.
Ea cessante, cessat dispositio, rubr. 12. cap. 16. num. 27.
Eaque latiùs declaratur Regula, rubr. 11. cap. 17. nu. 132.
Ac propterea irregularitatis cessante, cessat etiam irregularitas, ibid. nu. 67.
Nostrorum malorum est, quod viuimus ad exempla, rubr. 12. cap. 4. nu. 10.

Causæ generatim ad dispensandum validæ referuntur in rubr. 6. cap. 3. nu. 28.
Pro matrimonijs autem contrahendis inter coniunctos referuntur inibi nu. 41.
Quæ verò sint ad dispensandum, vt omittantur denunciationes, ibid. nu. 42.
Quæ verò ad obtinenda plura beneficia, ibidem nu. 43.
Quæ ad concedendam separationem Thori, cum declarationibus latissimè, eodem cap. 3. num. 44.
Quæ ad excusandum sponsum, ne teneatur matrimonium de præsenti contrahere, rubr. 1 nu. 53.
Introducendi ieiunium, quæ fuerint, rubr. 12. cap. 16. nu. 65.
Ex quibus transferuntur Episcopi de vna in alteram Ecclesiam referuntur, & declarantur, rubr. 11. cap. 13. nu. 161.

Cautio facilior est, vbi manifesta formido est, rubr. 11. cap. 31. nu. 1.

Cedens bonis si pinguiori fortuna foueatur, in quo teneatur creditoribus, rubr. 11. cap. 10. num. 11.

Celebrare an valeat inquisitus, maximè post babilitationem, vide in verbo criminosus.

Cessio bonorum ignominiosè fieri his temporibus prohibetur, & quas ob rationes, rubr. 11. cap. 10. nu. 1.
Ipsius beneficium, quibus ex causis adinuentum, ibidem nu. 2.
Eam faciens vtrum afficiatur infamia, ibidem num. 4.
Eam, qui petierit, deinde ipsum pœnitere, vtrum possit antequam re vera cesserit, ibidem nu. 7.
Eius beneficio nemo potitur, nisi instantibus creditoribus, ibid. nu. 8.
Eam anteire, quæ debeant, ibid. nu. 9.
Eam facere non coguntur Clerici, sed gaudere priuilegio cap. Odoardus possunt, ibidem num. 5.
Eam, qui fecit, & si alios conflauit creditores, & postmodum ad pinguiorem fortunam deueniat, contra istos priuilegio vti nisi superfit ad necessarium victum non potest, ibidem nu. 12.
Eam facere cuicumque debitori permissum est, ibidem nu. 13.
Eius beneficio renũciare, an quis valeat, maximè cum iuramento, ibid. nu. 14.
Eam facere volenti, cui denegetur, ibid. nu. 15.
Decoctori præsertim denegatur facere posse, ibidem nu. 16.

Ea

Ea gaudere obligatus ex causa fiscali an possit, ibidem nu. 30.
Ipsamque non prodesse fideiussori, ostenditur ibidem nu. 31.
Caracther imprimitur cum ordo datur, rubr. 2. num. 19.
Cur tantum in tribus Sacramentis imprimatur, ibidem num. 20.
Est nomen grecum, sed latinè quid significet, ibidem num. 21.
Eius descriptio, quæ ponatur à Theologis, ibidem nu. 22.
Imprimitur etiam si sacri ordines extra tempora dentur, rubr. 6. cap. 3. nu. 18.
Atque etiam si impuberi darentur, etiam sacri, rubr. 7. cap. 3. nu. 8.
Vtrum si in eunis existentibus sub eodem num. 8.
Quando imprimitur si ante ætatem quis ordinetur, ibidem num. 27.
Quin, & non subdito si ordines conferantur absque sui Superioris licentia, adhue imprimitur, rubr. 9. cap. 1. nu. 4.
Ita si per saltum fuerint collati ordines, rubr. 10. nu. 2.
Chirurgus, qui mēbra abscidit alicuius, vtrum fiat irregularis, vel si mortem illi obierint, quorum medicatus est infirmitates, rubr. 11. cap. 13. nu. 19. & cap. 14. nu. 13.
Et secanti mēbrum, qui opem præstat, vtrum sit irregularis, ibidem nu. 14.
Cibi vetiti tempore ieiuniorum, qui sint, rubr. 12. cap. 16. nu. 57.
Cicatrix, quæ & quando dicatur, rubr. 11. cap. 17. nu. 47.
Citatio exequuta in personam illius, qui erat in fenestra valet, rubr. 11. cap. 17. nu. 36.
Partis an requiratur cum testes examinantur in causa simonia, rubr. 11. cap. 27. numer. 52.
Circumcisio iterari nequibat, ac propterea explicatur text. Iosue cap. 5. rubr. 1. nu. 27.
Quomodo differat à baptismo, ibid. nu. 116.
Circumstantiam sacri ordinis an exprimere debeat, qui insignitus sacris commisit mentale peccatum carnis, rubr. 7. cap. 3. nu. 20.
Claudi quando probibeantur ordinibus insigniri, rubr. 11. cap. 17. nu. 127.
Desierint quandoque claudicare demonstratur, ibidem nu. 130.
Clausula, salua moderatione, aut commutatione facienda an sit vetitum inserere in sententia, rubr. 11. cap. 10. nu. 24.
Clausula teque absoluentes vtrum excludat irregularitatem, rubr. 11. cap. 11. nu. 9.
Operatur, vt rescriptum sit validum, & optuletur excommunicato, rubr. 11. cap. 15. num. 22.
Nisi tamen ille per annum continuum steterit excommunicatus, ibidem nu. 23.
Aut si parere recusauerit rei iudicatæ, aut si incendiarius fuerit, & alijs in casibus enarratis, ibidem nu. 24.
Vel si hæreticus, ibidem nu. 25.
Clausula dummodo incontinentiæ paternæ imitator non sit, cuius sit efficacia, illiusque vigore quid oporteat Episcopum facere, rubr. 11. cap. 13. nu. 88.
Clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, an operetur conditionem, rubr. 11. cap. 13. nu. 89.
Clausula si preces veritate nitantur, explicatur rubr. 11. cap. 13. nu. 193.
Ipsa operatur, vt impetrans teneatur verificare omnia narrata, ibidem nu. 194.
Primum se esse Clericum Diœcesis mentionatæ in literis, quæ alioquin essent subreptitia num. 195.
Item valorem expressum, ibidem nu. 196.
Clausula de non tollendo iure quæsito, intelligitur apposita, vbi non reperitur expressa, rubr. 11. cap. 13. nu. 204.
Illa maioris est efficacia cum subintelligitur, quàm cum expressa fuit, ibid. nu. 205.
Clausula quam, & quas, declaratur abunde, cum eius efficacia, rubr. 11. cap. 13. nu. 190. & alijs.
Eius præsertim vigore semper auocatur causa, ibidem nu. 206.
Clausula vocatis vocandis, est conditionalis, rubr. 11. cap. 13. nu. 208. & 209. cum seq.
Si cum hac clausula dati fuerint exequutores, non nisi cum causæ cognitione procedere possunt, ibidem nu. 209.
Et si parte non vocata procederent, acta essent nulla num. 219.
Ipsa operatur, vt rescriptum propterea notari de subreptione minimè possit, ibidem num. 217.
Et tunc, qui sint vocandi, ibidem nu. 218.
Illa si apposita non fuerit in rescripto, sed adsit possessor ille non erit amouēdus, nisi præcedente citatione, ibidem num. 220.
Et qui tunc caperet possessionem, non vocato possessore, diceretur intrusus, ibid nu. 221.
Clausula si inueneris, aut si repereris remissiuè tangitur, rubr. 11. cap. 13. nu. 255.
Clausula si per diligentem examinationem idoneum repereris, non inducit conditionem, rubr. 11. cap. 13. nu. 256.
Et tunc de idoneitate extraiudicialiter cognoscere sufficit, ibidem nu. 257.
Clausula parito, est conditionalis, vt propterea non sit audiendus supplicans, nisi antea paruerit, rubr. 11 cap. 13. nu. 258.
Ipsaque importat, vt dimittat antea possessionem,

nem, restituat fructus, & soluat expensas, ibidem nu.259.
Et propterea constare plenè debet de totali paritione nu.260.& 266.
Clausula sine retardatione exequutionis litterarum Apostolicarum, multis & varijs solet concipi verbis, in eundem tamen finem tendentibus, rubr.11.cap 13.nu.275.
Eiusque vis fit, ibidem nu. 276. & 277.
Illius vigore nulla inducitur conditio, ibidem num.279.
Clausula amoto requirit citationem partis, rubr.11.cap.13.nu.280.
Nisi tamen addatur alia clausula sine vitio spolij, ibidem nu 281.
Clausula sine vitio spolij, operatur ne spoliatus sit ante omnia restituendus, rubr.11.cap. 13.nu.282.
Clausula defendas inductum quanto tempore vim habeat, vt eius vigore possit exequutor tueri possessorem, rubr.11.cap.13 nu.283.
Clausula non retardata solutione pensionis, eam vim habeat, vt remaneat eoram exequutore litterarum ius exequendi, rubr.11.cap. 13 nu.284.
Immò, vt non facta solutione pensionis procedi non possit in causa super eiusdem pensionis nullitate, ibidem nu 285.
Nisi ex ventre bulla constaret de ista exceptione nullitatis ibidem nu.286.
Clausula quouis modo vacet, complectitur omnem vacationis modum ab eadem tamen persona procedentem, rubr.11.cap.13.numer.291.
Nisi alia addantur verba illa, & ex quacunque persona, ibidem nu 292.
Quinimmo, & vacationem per obitum amplexatur, ibidem nu.293.
Nisi, & illa adiungantur verba, preterquam per obitum obtinentis, ibidem nu.294.
In duobus tamen casibus, neque vacationem per obitum amplexaretur, etiam si relata verba non extarent, ibidem nu.295.
Hac clausula etiam Episcopi vti possunt, ibidem nu.296.
Clausula, prout de iure, semper apponitur in rescripto restitutionis in integrum, rubr. 11.cap.13.nu.297.
Alia vide in verbo restitutio.
Clausula si & in quantum, cuius roboris sit, rubr.11.cap.13.nu.403.
Clausula dummodo patroni accedat assensus, cuius sit virtutis, rubr.11.cap.13.nu.435.
Clausula reclamationibus, appellationibus, &c. in constit.Gregor.XIII. apposita, cuius sit virtutis, rubr.12.cap.12.nu.13.
Clausula constito, est conditionalis, rubr.11.cap. 13.num.215.
Operatur, vt ea de re constare debeat, precedente causa cognitione, & citatione partis, ibidem num. 216.
Et si talis omissa probatione, exequutioni demandaretur, rescriptum esset inualidum, quicquid fieret, ibidem nu.217.
Executor cum dicta clausula, vel altera vocato, non ordinarie, at summarie tantum procedere debet, ibidem nu.219.
Clausula constito de re iudicata, operatur nè sit locus commissioni, nisi prius de re iudicata pateat, rubr.11.cap.13.nu.218.
Clausula quatenus deuolutum, siuè litigiosum, quid significet, rubr.11.cap.13.nu.445.
Clausula pro hac vice tantum, quando apponatur in derogatione iurispatronatus, & cuius sit effectus, rubr.11.cap.13.nu.447.
Ea solet inseri etiã cum vnicus est patronus, ibidem num. 448.
Clausula ex deductis an operetur, vt eum illa absolutus, si ex nouis indicijs molestaretur, impediretur obtinere beneficia, rubr. 11. cap.17.nu.88.
An etiam operetur, vt antiqua inditia nihil prosint, & noua talia esse oporteat, quæ de per se sufficiant ad condemnandum inquisitum nu.89.
Ipsa non in omni sententia insirenda venit, sed in illa, quæ additur nu.90.
Vide alia in verbo absolutus ab aliquo crimine.
Clausula apposita in Regul.8.Cancell.sufficienter derogant clausulis quibuscunque, etiam derogatorijs derogatoriarum, rubr.11.cap. 13.nu.346.
Addenda in præsentatione, vt illa reuocari nequeat, aut quoquo modo periclitari, ibidem nu.455.
Clausura Monialium duobus modis custoditur, rubr.12.cap.13.nu.89.
Ipsa vt custodita dicatur, quæ oporteat specta re, rubr.12.cap.16.nu.19.
Clem.1. de priuilegijs declaratur, rubr.12. cap. 13. nu.79.
Prima §.sanè de stat.monach.explicatur, rubr.12.cap.16.nu.51.
Clericus vsurarius, quibus pœnis castigetur, rubr.11.cap.20.nu.50.
Quo tempore suspensus manere debet, ibidem num.51.
Sodomita ante omnia suspensionem de iure contrahit, rubr.11.cap.12 nu.7.
Celebrans fit propterea irregularis, ibidem num 8.
A quo propterea super tali irregularitate dispensatur, ibidem nu.9.
Constit. 70. Pij V. contra eos prolata, quas patiatur declarationes, ibidem nu.10.

Vt præsertim exercentes tantum,& frequentantes ostenditur,ibidem nu.11.
Item notorie tantum exercentes,ibid.nu.12.
Item, & in solo foro exteriori, non interiori, ibidem nu.13.
Quin neque in exteriori ob solam pollutionem extra vas,& in alijs casibus,qui repetuntur,ibidem nu.14.
Si muliere retro abutitur, comprehenditur ibidem nu.17.
Itidem si vitio bestialitatis laboret, ibidem num.18.
Degradandus venit, & tradendus curiæ sæculari ex constit.Pij V.ibidem nu.19.

Clericus cõiugatus licet bigamus non perdit priuilegium, rubr.11.cap.6.nu.23.
Priuilegio cap. Odoardus non gaudet, rubr. 11.cap.10 nu.47.
Alio verò clericali in criminalibus gaudet si aliqua concurrant,rubr.11.cap.12.nu.10.
Neque pro causa ciuili,persona ipsius costringi,aut carcerari à laico potest,ibid nu.11.
Et sæculare officium si exerceat,neque amittit priuilegium,ibidem nu.13.
Eius personam pro causa ciuili si constringere audeat Iudex laicus, excommunicatione ligatur,à qua non eum alius absoluit quàm Papa, ibidem nu.14.

Clericis maximè conuenit sobriè viuere, rubr.4. num.3.
Ad eorum statum,quæ pertineant,ibidem num.2.
Continere debent si sacris sunt insigniti ordinibus,ibidem nu.9.
Tabernas ingredi prohibentur edendi gratia, ibidem nu.11.
Item sordidissimum cauponem, aut tabernarium agere,ibidem nu.13.
Condecenti habitu vti debent, & qui ille sit, ibidem nu.14.
Honestam quoque non superfluam debent retinere supellectilem,ibidem nu. 15.
Arma deferre neque possunt,ibid nu.16.
A laicali familia reperti spolientur ne armis, ibidem nu.19.
Capi ab eadem familia an possint si reperiantur armati. ibid.nu. 26.
Captos verò an saltem per viginti horas detinere valeat temporalis Iudex,ibid nu.27.
Balnea quoque prohibentur ingredi, ibidem num.30.
Venatio insuper denegatur eisdem, ibidem numer.31.
Eorum statum dedecet aleis ludere, ibidem num.32.
Debent mores componere suos, ibid nu.33.
Linguas etiam suas à mendacio cohibere debent,ibidem nu.37.

Ne cum perditis hominibus conuersentur,statutum esse demonstratur, ibid.nu.43.
Eorumdem fornicantium recensetur pena, ibidem nu.46.
Notorij concubinarij sint ne irregulares,ibidem nu.47.
In eis quanta olim desiderabatur honestas, ibidem nu.48.
Mulierum cohabitationem vitare debent,ibidem nu.45.
In eorumdem clericorum mensa audiatur lectio Sacrorum librorum conuenit, ibidem num.11.
Detractores esse non debent, ibid.nu.42.
Eis possint ne dare licentiam Episcopi arma deferendi,ibid.nu.24.
Eorum concubina cuius sit fori,rubr.11.cap. 2.num.6.
Cessionem facere non coguntur, sed priuilegio cap. Odoardus potiri possunt, rubr. 11. cap.10.nu.5.
Irregulares propterea non fiunt, vide in verbo irregularitas.
Fustibus cedi an possint remissiuè tangitur in rubr.11.cap.10.nu.20.
Eis quando denegetur priuilegium cap. Odoardus,ibidem nu.45.
Dum petit ad tale beneficium admitti an sit carceri mancipandus, ibid.nu.46.
Si minoribus tantum sit insignitus ordinibus illius capitis priuilegio non potitur,ibidem num 47.
Si matrimonium contrahat quando amittat beneficia, seu pensiones, vide in verbo coniugatus.
Legare potest filiæ spuriæ in causam dotis, etiam post constitut.Pij V. rubr.11. cap.13. num.32.
Si contra prohibitionem dictæ constit. disposuerit an fiscus,an succedens ab intestato illud acquirat, ibid.nu 34.
Si relinquat aliquid distribuendum inter pauperes, possit ne exequutor illud dare filijs spurijs,eiusdem disponentis si sint pauperes, ibidem nu.35.
Si filio legitimo,& naturali substituerit spurium cessat præsumptio fraudis, ibidem num. 36.
Si tamen venderet bona alicui, non vtique posset emptor reuendere spurio ipsius vendentis,ibidem num.37.
Cum verò aliquid relinqueret eius spurio,asserendo illius esse debitorem in ea quantitate, vtrum subsistat relictum, ibidem num. 38.
Si bellum iustum adeant, quando fiant irregulares.rubr.11.cap.23.nu.7.
Fiant ne irregulares si accedendo ad mulierem

rem, superueniens illius vir, occiderit mulierem: & quid si ipse inuasus occiderit virum inuasorem, & alia vide in verbo irregularis.
Vtrum succedant in feudum, rubr. 11. cap. 24. num. 4.
Hortantes ad pugnandum in bello iusto, vtrum sint irregulares, ibidem nu. 10.
Coactio, seu vis, alia absoluta, alia conditionalis, siue alia pracisa, alia causatiua, rubr. 11. cap. 5. nu. 2.
Ipsa excludit delictum à coacta. rubr. 11. cap. 17. nu. 22.
Coadiutores easdem conditiones, & qualitates habere debent, quæ sunt annexæ officio, & beneficio. rubr. 7. cap. 16. nu. 101.
Eamdem propterea ætatem, quam & beneficium requirit, ibidem nu. 103.
Residere præterea tenentur in Curatis, ibidem nu. 104.
Eos deputare qui possit, ibidem nu. 105.
Quam retineant in beneficio potestatem, ibidem nu. 106.
Conferre beneficium, vtrum possit, sub num. 107.
Causa ob quam dandi sunt, ibid. nu. 108.
Quibus in casibus, ibidem nu. 109.
Præcipua causa est ingrauescentis ætatis, ibidem nu. 110.
Ob illam concessa, cuius sit, onus probare ingrauescentem ætatem nu. 111.
Concessa, quia coadiutus est in ætate sexaginta annorum, vel circa, quæ sit tunc necessaria ætas, ibidem nu. 112.
Coclites, idest monoculi ordinari prohibentur, rubr. 11. cap. 17. nu. 71.
Cæci possint ne ordinari, & alia vide in verbo oculis carens, in verbo corpore vitiatus, in verbo luscus, & strabo.
Ipsi, vt assumerent ordines, quandoque dispensauit Papa, rubr. 11. cap. 17. nu. 68.
Cælibatus, quo iure fuerit, sacro ordini annexus discutitur. rubr. 7. cap. 3. nu. 26.
Cogentes mulieres ingredi Monasteria, necnon consulentes, & fauentes excommunicantur cum ampliationibus, & declarationibus, rubr. 12. cap. 16. nu. 9.
Coire quem posse, quæ in ætate præsumatur, rubr. 7. cap. 1. nu. 14.
Collaterales qui sint ex materna linea ad inuicem succedentes, rubr. 11. cap. 13. numer. 32.
Si eorum sit præteritio in matris testamento, illud inficiunt tanquam inofficiosum, num. 33.
Collatione beneficij acquiritur ius in re, rubr. 11. cap. 15. sub nu. 19.
Collegium Cardinalium babeat ne maiorem potestatem an Papa, & alia vide in verbo Cardinalium.
Possit ne mortuo Papa creare Cardinales? ibidem rubr. 7. cap. 6. nu. 77.
Vtrum, & beneficia conferre, ibidem numer. 78.
Ad iddem Collegium possit ne appellatio interponi, ibidem nu. 79.
Illud in deficientis locum subrogat Camerarium, ibidem nu. 80.
Item alia necessaria faceret pro defendenda Terra Ecclesia Romanæ, ibid nu. 81.
Curare debet, vt acceleretur Papæ prouisio, ibidem nu. 82.
Irregularitatem in quibus casibus auferre valeat ibidem nu. 83.
Illud esse honorabilius membrum, quod Ecclesia babeat, ibidem nu. 85.
Collum propriè quale sit, rubr. 11. cap. 17. numer. 100.
Ex eo quando oriatur irregularitas, ibidem num. 102.
Colloni, & massarij Episcoporum, quibus gaudeant priuilegijs. rubr. 9. cap. 9. nu. 12.
Eorum, aut censitorum liberi, eiusdem sunt conditionis, si vterque parens, ac si alter tantum censitus sit, rubr. 11. cap. 8. numer. 14.
Comitialis morbus, qui sit, rubr. 11. cap. 17. numer. 172.
Eo correptus nequit suscipere ordines, ibidem num. 173.
Etiam si diu conualuerit, ibid. nu. 174.
Dicitur morbus hæreditarius, ibid. nu. 175.
Hæredes vtrum possint promoueri, ibidem num. 176.
Eo laborans teneatur ne desistere ab exercitio ordinis suscepti, antequam tali opprimeretur morbo, ibidem nu. 177.
Commendata beneficia quomodo vacent, rubr. 12. cap. 13. nu. 48.
Commendatarius, quæ possit, quamque babeat potestatem, rubr. 7. cap. 6. nu. 97.
Hoc titulo multi decorantur, quibus tamen non verè competit, ibid nu. 98.
Commendæ descriptio refertur, rubr. 7. cap. 6. num. 94.
Quibus ex causis concedi soleat, ibid. nu. 95.
Quando sit perpetua, ibidem nu. 96.
Commendatitiæ literæ, quæ sint, rubr. 9. cap. 7. num 2.
Sine illis admitti alienus non debet ad celebrandum, vel Sacramenta administranda, rubr. 9. cap. 6. nu. 1. & nu. 3.
Sint ne de forma explicatur, ibid. nu. 4.
Et qui sine illis celebraret, quam incurreret pœnam, ibidem nu. 5.
Causa ob quam probibitum est ne exter-

nus

nus celebret intra Diœcesim sine illis, ibidem nu.6.
Commutare pœnam ad quem spectet, rubr. 11. cap.10.nu.21.
Eiusdem commutationis materia latius tangitur, ibidem nu.27.
Compernis, qui sit, & num prohibeatur assumi ad ordines, rubr.11.cap.17. nu.130.
Compositio ad quem spectet, & eius materia tangitur, rubr.11.cap.10. nu.27.
Concelebrare cum Episcopo dicitur, qui promouetur ad Sacerdotium, rubr.7. cap.4. numer.16.
Concilio Tridentino nunquam dicitur derogatum, nisi eius fuerit facta specifica mentio, rubr.11.cap.33.nu.27.
Requirenti multiplicatas præsentationes, satisfactum an dicatur si duæ producantur, rubr.11.cap.13. nu.425.
Concipere, aut generare, quæ impediant recensentur, rubr.11.cap.23.nu. 31.
Concubina clerici, cuius sit fori, rubr.11.cap.2. num.6.
Concubina quæ dicatur, rubr.11.cap.13. nu.6.
Concurrens doctus cum nobili, vter præferatur, vide in verbo nobilis, & verbo doctus, & nobilis cum ignobili, vide in eodem verbo nobilis.
Concursus non requiritur cum dignitas confertur, cui annexa est Parrochialis, rubr.7. cap.6.nu.21.
Conferre beneficium de iurepatronatus, nemo potest infra quatuor menses, & alia multa vide in verbo beneficium de iurepatronatus.
Conferens beneficium bono viro, omisso meliori an peccet, rubr.6.cap.3.nu.32.
Confessarius quomodo se gerere debeat, cum blasphemantibus, rubr.11.cap.26.nu.86.
Confessio propria validior omni alia probatione, rubr.11.cap.27.sub nu.59.
Confessiones audire, qui valeant, rubr.12.cap. 13.nu.56.
Potestas illas audiendi duplex est: ordinaria, & delegata, illæque explicantur nu.57.
Si Regularis voluerit alterius Regularis audire, non indiget Episcopi licentia nu.58.
Et si licentiam ab Episcopo habeat, renuat verò suus Superior, audire nequit. nu.60.
Audire an valeat Sacerdos cum licentia tantum Parrochi confessiones illius Parrochianorum nu.61.
Confessor consulens pœnitenti fateri delictum, aut si iustè fuerit condemnatus, ne sententiæ exequutionem differat per appellationem, aut alium modum, an sit irregularis, rubr.11.cap.23.nu.86.
Si renuat absoluere Iudicem differentem condemnare reum iustè damnandum, ibidem nu.89.
Secretum custodire debet cum declarationibus, & alijs, vide in verbo Sacerdos auricularius.
A reseruatis absoluere nequit, nisi expressam habuerit in illis facultatem, rubr.12. cap. 13.nu.63.
Confidentiæ materia tractatur, rubr.11.cap.27. à nu.69. & vide in verbo simonia.
Illa non præsumitur, ibidem nu.75.
Illa irretitus omnibus beneficijs priuatur ipso iure nu.86.
Confiteri peccata laicis vtrum possimus in casu necessitatis, rubr.1.nu.113.
Confiteri sub censura cogit Ecclesia in 12. & 14. anno respectiuè, rubr.7.cap.1.nu.5.
Quando teneantur sanctimoniales, rubr. 12. cap 16.nu.50.
Confirmationis Sacramentum temporibus Apostolorum non nisi ab eisdem Apostolis peractum esse scitur, rubr.1.nu.17.
Illud conficere, & conferre alij quam Episcopi non possunt, ibidem nu.18.
Vt non Episcopus conferat, neque consuetudine acquiri potest, ibidem nu.19.
Ea qui caret, si ordines recipere audeat, recipit caractherem, rubr.2.nu.27.
Confraternitates subsint ne Episcopis, rubr. 12. cap.13.nu.123.
Congrua portio qua sit, & alia de ea reperies in rubr.7. cap.6. à nu. 116. & rubr.12. cap. 13.nu.17. & sub nu.19.
Coniecturæ ad probandum confidentiam enarrantur, rubr.11.cap.27.à nu.71. & vide latiùs verbo simonia.
Coniugatus ordinari prohibetur, rubr. 11. cap. 12.nu. 1.
Sed ordines suscipit si illos assumere audeat, ibidem nu.2.
Beneficia tamen adipisci, nec tunc potest, ibidem nu.3.
Immò prius habita perdit ipso iure, cum matrimonium contraxit, ibidem nu.4.
Neque retinet, aut recuperat, si ante copulam vxor ingressa est Monasterium, sub eodem nu 4.
Si matrimonium inijsset inualidum an illa perdat, ibidem nu.5.
Si tamen sponsalia contraheret de futuro, non vtique vacarent beneficia, ibidem nu.6.
Consecrationi Episcoporum quale sit praescriptum tempus, rubr.6.cap.4.nu.1.
Cur tantum in die Dominico sit facienda, ibidem nu.2.
Sabbatho qui fuerit sacerdotio insignitus possit ne Dominica sequenti consecrari. Episcopus, ibidem nu. 3.

Quid si die Dominico vigore dispensationis Põtificiæ fuerit promotus ad Sacerdotium, possit eadem Dominica consecrari Episcopus, ibidem nu.5.
Locus idoneus pro cõsecratione Episcoporum, qui sit, ibidem nu.6.
Numerus Episcoporum ad illam faciendam, qui sit, ibidem nu.7.
Hora, qua sit pro eadem re idonea, ibidem num.8.
Infra quod tempus fieri debeat consecratio prædicta, ibidem nu.9.
Consensus Episcopi requiritur in translatione iurispatronatus, rubr.11.cap.13.nu.323.
Qui requiritur etiam si tantum donetur ius præsentandi, reseruato patronatu, ibidem num.324.
Ille tamen non requiritur cum donatio fit compatrono, ibidem nu.326.
Sed vtique si filio compatroni, ibid.nu.328.
Eiusmodi tamen consensus, tùm ante, tùm in ipso actu donationis, tùm denique postea accedere potest, ibidem nu.329.
Sed vtrum post mortem donantis, ibidem num.330.
Conseruatores nonnisi in dignitate constituti esse possunt, rubr.12.cap.13.nu.24.
Quanto tempore duret eorum potestas, numer.25.
Non nisi in casu manifestæ iniuriæ manus apponere queunt, non autem ad iudiciariã requirentia cognitionem nu.26.
Decretum refertur congregationis circa electionem, & requisita in illis nu.27.
Item alterum Clem.VIII. nu.28.
Consilium alterius petere tenetur, quamuis non sequi, qui actum explicare debet, cum illius consilio, rubr.12.cap.13.nu.131.
Constitutio 70. Pÿ V. quas patiatur declarationes, rubr.11.cap.22.nu.10.
Altera eiusdem Pÿ V. exordiens intollerabilis, in quatuor distinguitur partes, & vniuscuiusque earum, quæ sit tractatio, rubr.11.cap.27.nu.70.
Ad quem gradum parentum extendatur, à num.76. & 77.
Nùm ad fœminas si fuerint constitutæ procuratrices à resignatario nu.78.
Item ad quem gradum propinquorum nu.79.
Illius vigore satis ne sit vnica coniectura, num.83.
Altera 148. de primis nundinis loquens, de quibus nundinis intelligatur, rubr.11.cap.20.num.44.
Altera 120. non probibet successionem illegitimorum, iuxta dispositionem iuris communis, rubr.11.cap.13.nu.35.
Cum declarationibus, & ampliationibus numer.36.37.38.39.40.41.44. & 45.
Illa Clem.VIII. moderatoria, alterius Sixti contra clericos malè promotos, vtrum faueat Regularibus habentibus priuilegia vt nõ obstante sanctione Sixti, vti illis valeat rubr.7.cap.5. nu.5.
Constitutiones omnes, quæ à Sixto emanarunt circa probibitos ordinari, & earum refertur breue compendium, deindeque restrictio ipsarum facta à Gregorio XIV. rubr.11.cap.13.nu.121.
Consuetudo mercatorum est seruanda, rubr.11.cap.20.nu.40.
Quin & illa, quæ in Religione extaret, rubr.12.cap.12.nu.5.
Vetustissima capituli Salernitani conferendi canonicatus in omnibus mensibus, sublata fuit, rubr.11.cap.13. nu.241.
Illius vigore, qui elegerunt, an incurrerint in pœnas statutas in constit. 35. & 36. Pÿ V. ibidem nu.242.
Consulens homicidium dicitur homicida, rubr.11.cap.23.nu.79.
Si tamen eius consilium fuerit in causa sequuti homicidÿ, ibidem nu.80.
Si tamen patratum esset absque consilio, nulla contrabitur irregularitas, ibid.nu.81.
Quod si longè post consilium occiderit, consultor fit irregularis, ibidem nu.82.
Etiam si non interierit is, contra quem consuluit, sed consultus, ibidem nu.83.
Si homicidium non sit subsequutum, non fit irregularis, neque etiam attentans, ibidem num.84.
Quid facere debeat, si post consilium voluerit irregularitatem aufugere, ibid.nu.85.
Continentia quando cœperit esse annexa sacro ordini, rubr.7.cap.3.nu.11.
Ad eam vtrum obligetur, qui conditionali coactione impulsus suscepit sacros ordines, ibidem nu.10.
Eam cogebantur antiquitus expressè promittere ordinandi, ibidem nu.12.
His verò temporibus satis est, si non dissentiant, ibidem nu.13.
Differentia refertur inter ipsam, & castitatem, ibidem nu.17.
Illius votum æquissimo iure annexum esse ordini sacro, probatur, ibidem nu.24.
Contractus ad firmam intelligitur ne tantum de locatione ad longum tempus, vel etiam de quacumque, rubr.11.cap.13 nu.358.
Minoris iuramento vallatur, rubr. 11. cap. 19.nu.43.
Contradictor veniens ad iudicium, si non fuerit citatus, vtrum sit audiendus, rubr.11.cap.13.nu.222. & vide in verbo legitimus contradictor.

Quando

Quando sit in Ecclesiasticis admittendus, ibidem nu.225.
Admittitur etiam habens imparem titulum, scilicet prouisionem ordinarij, ibidem num. 227.& 231.
Etiam qui solum habet ius ad rem, ibidem num.228.
Etiam si habeat posteriorem datam, & possideat, ibidem nu.229.& 232.
Legitimus qui sit, & alia plura, vide in verbo legitimus contradictor.
Contribuere Parrochiani tenentur pro oneribus Parrochiæ, rubr.12.cap.13.nu.18.
Contumacia tripliciter consideratur, rubr. 11. cap.15.nu.68.
Conuictus de falsificatione monetæ, possit ne insigniri ordinibus, rubr.11.cap.29.nu.18.
Copula carnalis inter coniuges cum ignoratur si adfuerit, cuius standum sit dicto, rubr. 1. num.87.
Quot numerus matronarum sit tunc adhibendus, ibidem nu.88.
Corpora antiquorum hominum vastiora, & prolixiora fuisse ostenditur, rubr.3.nu.8.
Corporalia vitia, quæ antea, quæque nunc sint impedientia ordinari, rubr.11.cap.17. numer.6.
Corpore vitiatus prohibetur, & quo iure assumi ad ordines, rubr.11.cap.17.nu.1.
Rationes adduntur, ob quas fuerit id sancitum nu.2.
An sit ita dicendus, qui longè non videt, ibidem nu.61.
An etiam, qui propinqua non contuetur sine orbiculis, ibidem nu.62.
Et isti impediantur ne suscipere ordines, ibidem nu.63.
Vitiatus corpore, si absque dispensatione promouetur, & ministret in susceptis, an alteram contrahat irregularitatem solitam enasci ex mala promotione, & subsequenti celebratione, rubr.11.cap.17.nu.207.
Corporis species simulacrum est mentis, figuraque probitatis, rubr.11. cap.17.nu.3.
Ex illius turpitudine anima deformitatem præsumunt Medici, ibidem nu.4.
Humani staturā ad summum septem pedum ait Gellius, rubr.11.cap.17.nu.142.
Antiquorum hominum vastiora, & prolixiora fuisse corpora scribit Homer. atque inibi probatur nu.143.
Corpus delicti concurrere debet, eiusque probatio, vt furti pœna damnetur aliquis, vide in verbo furtum.
De eo constare quando dicatur, rubr.11.cap. 25.nu.18.
Corrupta, consecrari Monialis non potest, rubr. 12.cap.16.nu.76.
Creditor teneatur recipere pecuniam non iusti ponderis, vbi illa expendi consueuit, rubr. 11.cap.29.nu.20.
Vtrum pecuniam currentem tempore solutionis, an contractus nu.23.
Vtrum massam auri, siuè argenti, & alia in verbo debitor.
Crimine in aliquo quocumque, duplici modo procedi potest, ciuili nempè, & criminali, rubr.11.cap.27.nu.91.
Committens illud læsæ maiestatis, probibetur ordinari, rubr.11.cap.30.nu.1.
Etiam si in Principem temporalem nu.2.
Illud dicatur ne clericus patrare, si aliquid in Principem temporalem commisit, numer. 3.
Filij quoque illud patrantis ad honores neque extolli, neque clerici fieri possunt, numer. 4.
Si tamen eo tempore clerici erant, non vetantur ad altiores ascendere, & beneficia consequi nu.5.
Illud, etiam proditione committitur nu. 6.
Eo irretitus irregularitatem contrahit, rubr. 11.cap.31.nu.6.
Criminosus omnis vetatur assumere ordines, honores, aut beneficia impetrare, rubr.11. capit.33.nu.1.
Quin, & de crimine tantum accusatus, numer. 2.
Immò, & celebrare quoque prohibetur, si tamen de simonia pendeat accusatio nu. 4.
Et si fuerit aliquis de crimine alio accusatus, & carceratus, deindeque habilitatus, neque valet celebrare, nisi cum licentia, num.4.
Pendente etiam iudicio irregularitatis nequit ille promoueri nu.5.
Vt autem quis criminosus reputetur, vnicum ne an plura perpetrasse crimina oporteat, num. 29.
Crucifixi responsum ad Regem Gallorum refertur, rubr.11.cap.26.nu.72.
Cumulatio cessat, vbi præsentās iurauit non variare, rubr.11.cap.13.nu.399.
Curatus si annum labi pateretur ante susceptum sacerdotium, ipso iure priuatus est beneficio, rubr.7.cap.6. nu.33.
Alterum simile adipiscens beneficium curatum, quando spolietur altero simili, quod tunc obtinebat, rubr.8.cap.3.nu.13.
Sit ne rursus examinandus cum secundum consequi intendit, ibidem nu.19.
Curialium species, quot sint, rubr. 11. cap. 24. num.1.
Illis interdicitur promotio, ibidem nu.2.

Dam-

D

Damnum emergens etiam inopinatum tenetur quis soluere, rubr. 11. cap. 20. numer. 20.
Quamuis mutuans non consueuerit negotiari, ibidem nu. 21.
Debitor dicitur seruus creditoris, rubr. 11. cap. 9. num. 1.
Si ordinibus insigniri valeat, eum distinctione respondetur, ibidem nu. 2.
Eum delegans liberatur, ibidem nu 4.
Cedentis quando teneatur cessionario, iterum soluere si cedenti soluit, ibidem nu 5.
Eius qui effectus est non soluendo varia recensentur antiqua pœna, rubr. 11. cap. 10. num. 3.
Ei quomodo succurratur si in carceribus detineatur, petatque cibaria à creditore, & ea praestare ille deneget, rubr. 11. cap. 10. num. 48.
Præuenire vtrum possit tempus solutionis, & creditor teneatur recipere, maximè si pecuniarum suspicetur mutatio rubr. 11. cap. 29. num. 22.
Exhibendo massam auri, vel argenti an liberetur num. 24.
Decimarum solutio est tributum animarum egentium, rubr. 12. cap. 11. nu. 149.
Illas non soluendi libertas, in totum præscribi non potest nu 150.
Ab illarum solutione immunes non sunt personæ exempta nu. 151.
Ideo, & Regulares illas persoluere tenentur, nisi specifico fruantur priuilegio nu. 152.
Quin & priuilegium habentes illas non soluendi, nihilominus ad eos tenentur si alienas locauerint territoria, aut conductores illorum nu. 153.
Itidem, & pro possessionibus deinde acquisitis, nisi adsit expressa derogatio ad text. in cap. nuper de decimis num. 154.
Consuetas, qui non persolueret, peccaret numer. 155.
Ac propterea possent illi Sacramenta denegari à Superiore, & absolutio à confessore num. 156.
Immò excommunicari num. 157.
Illarum solutio, quibus ex rationibus introducta fuerit nu. 158.
De quibus solui debeant nu. 159.
Quouè tempore nu. 160.
Declaratio, quod intendit vti scripturis, quatenus veræ sint, vtrum sit valida, quidue tūc agendum sit, rubr. 11. cap. 28. nu. 18.
Declaratoria requiritur etiam in pœnis ipso iure incursis, rubr. 11. cap. 23. sub nu. 122. & alio illic mentionato loco.
Speciatim in pœna simoniæ, rubr. 11. cap. 27. num. 65.
Declinatoria triplex, rubr. 11. cap. 13. nu. 186.
Cum declinatoriæ proponendæ sunt, illa antecedere debet, quę ad Iudicis recusationem spectat, ibidem nu. 187.
Decoctus non valet bonis cedere, rubr. 11. cap. 10. nu. 16.
Decretum irritans continent omnes Concilij Tridentini canones, rubr. 11. cap. 13. num. 109.
Eius decreti, qui sit effectus, ibidem nu. 110.
Decretum in prouisione dimittendi obtentum habita possessione non inducit priuationem, quousque ille adeptus est pacificam possessionem, rubr. 11. cap. 13. nu. 269.
Possessio ad hunc effectum non solum debet esse quò ad factum, scilicet, vt percipiat fructus, sed etiam de iure, scilicet non litigiosa, ibidem nu. 270.
De eius captura debet esse certus prouisus de secundo eum hoc decreto, & ex tunc incipit sibi currere tempus in eodem decreto appositum, ibidem nu. 271.
Quin si adsint sola molestia iudiciales, non tenetur dimittere primum, ibid nu. 273.
Huic decreto an dicatur paruisse, qui infra terminum in eo assignatum dimittendi in manibus Papæ, dimiserit in partibus coram alio, ibidem nu. 274.
Decurio vt quis sit, quæ ætas requiratur, rubr. 7. cap. 6. nu. 141.
Defectus quiuis producens impedimentum ad exercitium ordinis, operatur irregularitatem, rubr. 11. cap. 17. nu. 201.
Episcopus potest cognoscere, & arbitrari an defectus sit talis, qui impediat promotionem, ibidem nu. 202.
Respectu verò Regularium, cui competat id declarare, ibidem nu. 203.
Deformitas quando impediat promotionem, vsumque susceptorum, rubr. 11. cap. 17. numer. 35.
Degradatus conferrat, si id facere audeat, rubr. 1. nu. 108.
Delegatus in causa, ad institutionem faciendam, atque ad expeditionem literarum procedere non potest, rubr. 11. cap. 13. numer 223.
Præter quam si is esset ex Auditoribus deputatis in Romana Curia, ibidem num. 324.
Extra locū delegationis partes citare, aut ius dicere nequit, rubr. 11. cap. 13. nu. 211.
Ad cognoscendum in quo loco dicatur facta delegatio, multa attendenda sunt, quæ recensentur, ibidem à nu. 214.
Et propterea iudicium alibi agitatum, vt valeat,

ficat, duo concurrere debent, ibidem numer. 215.
Vtrum possit suam exequi sententiam in aliena Diœcesi, ibidem nu. 327.
In Vrbe exequi suas sententias nequit, rubr. 11. cap. 13. nu. 245.
Alibi verò si esset delegatus, neque posset elapso anno à die prolata sententia, ibidem num. 246.
Neque si appellatum fuisset, & esset deserta appellatio, quia praterierit terminus ab homine assignatus, ibid. nu 247.
Delictum opponi per viam exceptionis, ad repellendum tamen à iudicio, non ad puniendum, rubr. 11. cap. 27 sub nu. 92.
Demoniaci, siuè arreptitij possint ne ordinibus insigniri, rubr. 11. cap. 17. nu. 188.
Carent ordinum antea susceptorum exercitio, etiam postquam conualuerint, ibidem num. 189.
Dente carens non est morbosus, rubr. 11. cap. 17. num 97.
Illum, qui sibi ipsi ex impatientia euulsit, an repellatur à suscipiendis ordinibus, ibidem num. 98.
Denunciationes matrimoniales si omittantur, non reddunt matrimonium inualidum, etiam post Concilium, rubr. 11. cap. 13. nu. 143. & rubr. 6. cap. 3. sub nu. 42.
Vt omittantur, dispensare Ordinarius quando possit, vide in verbo causa.
Depositus ab officio ob propriam culpam, non est amplius ad illud admittendus, rubr. 11. cap. 10. nu. 18.
Derogatio iurispatronatus à solo Papa concedi potest illud conferendo, rubr. 11. cap. 13. num. 487.
Illa nisi expressa extet, non prasumitur voluisse Papam derogare, ibid. nu. 488.
Non tamen solet in totum derogare, cum ex fundatione, vel dotatione quasitum est, sed tantum pro medietate, ibid. nu. 489.
Eiusmodi derogatio pro medietate, cuius sit efficacia, longa serie demonstratur num. 490.
Derogat tamen quandoque in totum, sed ex causis, qua annectuntur, ibidem nu. 492. & 497.
Illa an detur cum retentio conceditur possessori assumpto ad Episcopatum, ibidem num. 498.
Si fiat cum clausula, quatenus litigiosum, quando subsistat, ibidem nu. 500.
Si Generalis sit, non solet comprehendi iurispatronatus Regum, & Principum, ibidem num. 503.
Descendentia est probanda à prasentante, rubr. 11. cap. 13. nu. 376.
Ea tamen dicatur probata si verificetur prasentantem esse hæredem illius, qui vltimo loco prasentauit, ibidem nu 349.
Deuolutioni cum locus est, ea fit ad quemcumque Episcopo inferiorem, ad quem spectat prouisio rubr. 11. cap. 13. nu. 466.
Illi, cum habet locum, est facienda prouisio infra sex menses, ibidem nu. 482.
Fitq; gradatim ab vno ad alium proximum Superiorem, ibidem nu. 483.
Et propterea, Episcopo excepto, fit ad Papam, ibidem nu. 484.
Qui ob deuolutionem prouidere habet, tenetur inuestigare naturam beneficiorum, ibidem num. 485.
Deus neminem patitur tentari vltra id, quod potest, rubr. 11. cap. 17. nu. 24.
Diaconissa, qua ita appelletur, rubr. 11. cap. 2. num. 4.
Dictionis alias, qua sit vis, declaratur rubr. 11. cap. 15 sub nu. 109.
Vsque refertur vis, rubr. 11 cap. 23. nu. 4.
Nullatenus etiam delibatur, rubr. 12. cap. 13. sub nu. 129.
Quatenus refertur vis, & intellectus, rubr. 6. cap. 3. nu. 25.
Dictum pœnitentis sit ne satis contra confessorem, quod reuelauerit eius confessionem, rubr. 11. cap. 32. nu. 15.
Mulieris, quod ipsam tentauerit de obscenis rebus in actu confessionis, nu. 16.
Diœceses quis distinxerit, & quando, rubr. 11. cap. 10. num. 29.
Illius mentio facta in literis, an verificetur tantum de loco originis, an etiam domicilij, & beneficij in verbo clausula si preces.
Dies festiui, qui dicantur, & alia de his, vide in verbo festiui dies.
Differentia traditur inter prabendam temporalem, & spiritualem, rubr. 11. cap. 13. num. 261.
Inter pœnam ipso iure incurrendam, & alteram per sententiam, rubr. 11. cap. 22. nu. 8. cap. 15. nu. 38 & cap. 23 nu. 121.
Inter subditum, & vassallum, rubr. 11. cap. 33. num. 15.
Inter peccatum inobedientia, contemptus, & intemperantia, rubr. 12. cap. 6. nu. 5.
Inter eunuchos, castratos, & spadones refertur, rubr. 11. cap. 17. nu. 116.
Inter duos illos modos, in quibus incompatibilitas beneficiorum contingit, eadem rubr. 11. cap. 14. nu. 15.
Ob quam ebrius nonnumquam fit irregularis occidendò nusquam verò furiosus, rubr. 11. cap. 17. num. 113.
Inter probationem valoris expressi in precibus, & alteram, quod non sit expressus

verus valor, rubr.11.cap.13.num.202.
Digitus non est membrum, rubr.11. cap.17. nu. 110.& cap.23.nu.95.
Eo carens sit ne irregularis explicatur multis additis declarationibus, ibid.nu.112.
Plures quinque si quis haberet, ordinari vtrũ valeat, ibidem num. 113.
Dignitas cum confertur, non opus est concursu, quamuis Parrochialis illi annexa sit, rubr.7.cap.6.nu.21.
Quam exigat ætatem, si annexam habeat curam animarum, ibidem nu.22.
Quid si in commendam detur, ibid.nu.23.
Dignitatis Episcopalis, quæ sunt, distant ab alijs, quæ simplicis sunt iurisdictionis in proœm.nu.4.
Dignus quando quis dicatur, rubr.7.cap.6.numer.73.
Dilatio annalis, seù quinquennalis quando concedenda, rubr.11.cap.10.nu.41.
Quibus in casibus non prosit, ibid.nu.42.
Inter annalem, & quinquennalem, quæ sit differentia, ibidem nu.43.
Dimissoriæ literæ, quæ sunt, rubr.9. cap.7. numer.1.
Concessæ cum expressione tituli patrimonialis, vel donati, vtrum prosint si titulus prædictus fuerit retrocessus, rubr.9. cap.1. numer.14.
Quid si contineant titulum, quem idem impetrans falso habere mentitus est Episcopo, ibidem nu.15.
Qui illas habet ordinari ab extraneo potest, rubr.9 cap.7.nu.1.
Earum antiquissimum fuisse vsum, ostenditur, ibidem nu.3.
Si causa cesset, ob quam concessæ fuerunt, an illarum vis adhuc perduret, ibid.nu.5.
Illas concedere iurisdictionis est, rubr.9. cap. 8.num.1.
Inferiores Prælati an illas concedere possint, ibidem nu.2.
Et vtrum Vicarius Episcopi, ibid.nu.3.
Exempti an illas concedant, ibid.nu.4.
An capitulum sede vacante. ibidem nu 5.
Quid in Vicario Papæ, ibidem nu.6.
Illas dare potest Superior, qui est ex causa originis, beneficij, vel domicilij ibid.nu.26.
Non nisi ex causa concedendæ sunt, & ob quam nu.27.
Earum tenor multiplex esse solet, & qualis, ibidem num.28.
Eas concedens debet prius examinare dimittendum, ibidem nu.31.
Non expirare, concedentis interitu, etiam re integra nu.36.
Etiam si à Capitulo num. 37. Nisi, &c. numer.44.
Dicuntur concessæ si illarum meminerit ordinans in bullis ordinum, ibid.nu.25.
Regularibus quis concedat, rubr.12.cap.13. num. 36.
Illa quæ continere debeant, vt Regulares ab Episcopis promoueantur, ibid.nu.37.
Discretionis ætas in quo anno verificetur, vide verbo ætas.
Dispensare ab irregularitate nemini licet, nisi Papæ, rubr.6 cap.3.nu.23. & rubr.7. cap. 5.nu.2.& rubr.11.cap.15.nu.6.
Etiam ab homicidio voluntario, eadem rubr. 11.cap.23.nu.127.
Cum Parrocho, vt causa studij non teneatur insigniri sacerdotio, potest tùm Episcopus, tùm Capitulum sede vacante, rubr.7.cap. 6.num.37.
Cum promoto à non suo Antistite quis possit, rubr.9.cap.4.nu.1.
In interstitijs, qui possit, rubr.9.cap.9. nu.19. & eadem rubr.cap.9.nu.3.
Et qui cum promoto per saltum, rubr.10. numer.5.
Super bigamia, qui possit, rubr.11.cap.6. numer.26.
Cum bigamo, vt obtineat beneficium, quis valeat, ibidem nu.28.
Cum eo, qui non bibit vinum, aut cui prohibita est vini potio, quis valeat, rubr.11.cap. 11.num.18.
Cum irregulari verò ob ministerium in ordine, quem non habebat quis possit, ibidem num.25.
Cum homicida voluntario nequit Episcopus, etiam ad minores ordines, aut beneficium simplex, rubr.11.cap.23.nu.129.
Etiam si homicidium fuerit occultum, ibidem num.130.
Posset tamen si non esset voluntarium ad dictos ordines, dictumque beneficium, ibidem num.131.
Cum Iudice verò iustè damnante reum ad mortem, vtrum ipse Episcopus possit, ibidem num.136.
Cum Curialibus, qui possint, rubr.11.cap.24. num.16.
Cum Subdiacono, Diacono, & Presbytero, vt matrimonium contrahat, Papa potest, rubr.7.cap.2.sub nu.25.
Cum Monacho verò discutitur copiosè numer.26.
Cum eiectis quis valeat in casibus, in quibus illa indigent, rubr.12.cap.15.nu.7.
Dispensatio cum promoto extra tempora, à quo concedatur, rubr.6. cap.3.nu.22.& 24.
Concessa arctato, quando haud suffragetur impetranti, ibidem nu.26.
De dispensatione generatim loquendo, vtrum concedi

concedi possit sine causa, ibidem nu.27.
Ad eam concedendam, causa quindecim adducuntur, ibidem nu. 28.
Illa nullo iure debetur, sed ex misericordia conceditur, ibidem nu.40.
Eius narratiua verificanda est, ibidem numer. 46.
Vitiatur, si causa etiam impulsiua falsa sit, ibidem nu.47.
Illam alleganti obtinuisse, an sit credendum, rubr.8.cap.3 nu.22.
Cum illegitimo ad quacumque beneficia, tantum à supremo Pontifice, rubr.11.cap. 13.num.79.
Ad quosdam tamen ordines, & aliqua beneficia etiam ab Episcopo, ibidem nu.80.
Tunc etiam à Capitulo, sede vacante, ibidem num. 81.
Etiam ad Canonicatus in Cathedrali Ecclesia de iure communi, ibidem nu 82.
Etiam si Canonicatui esset cura annexa, ibidem num.83.
Nec solum cum naturalibus tantum, sed ex quouis illegitimo coitu natis, ibidem numer.84.
Ad beneficium requirens ordinem sacrum, concedi ab Episcopo nequit, ibid nu.85.
Et propterea non ad beneficia curata, ibidem num.86.
Neque ad beneficia, quæ Pater, ibid.nu.87.
Pro corpore vitiatis, tantum à Papa impetratur, rubr. 11.cap. 17.nu. 202.
Et tunc, quæ soleat Pontifex intueri, ibidem num.205.
Solet etiam dirigere breue ordinario, committens illi cognitionem, & facultatem dispensandi ibidem nu.206.
An requiratur ab homicidio casuali, vel necessario, & à quo concedenda, rubr.11. cap. 23.sub nu.129.
Omnis est odiosa, rubr. 11.cap.13.num.90. & rubr.6.cap.3.nu.45.
In ea non vendicat sibi locum Regula, concesso quod maius est, dicit concessum, quod minus est, eodem cap.13. nu.91.
Nisi illud minus necessariò includeretur sub maiori ibidem nu.92.
Ad curata non extenditur ad curata in collegiata, ibidem nu.99.
In ea narrata quando sint verificanda, vide in verbo narrata.
Ad eam concedendam, quæ causa requirantur, vide in verbo causa.
Eius tria sunt genera, aliqua plena, alia plenior, alia plenissima, rubr.11. cap.26. numer.4.
Non nisi ex causa, maximè à Præsulibus concedenda est, rubr.11.cap.13.nu.103.
Eius forma num.102.
Ad eam concedendam, quindecim referuntur causæ, ibidem nu.104.
Illa an præsumantur, si illegitimus alleget eius vigore se promotum esse ibid.nu.105.
Eam vidisse Episcopum, dicendum est; dùm ordines exerceri ab inhabili passus est, aut possideri beneficium incompatibile, ibidem num.108.
Ipsa an præsumatur plurium incõpatibilium diù possessorum, ibidem nu.111.
Concessa ab eo, qui præsumebatur habere potestatem, an subsistat, rubr.2.sub nu.25.
Matrimonialis, nisi producatur, non præsumitur, rubr.11.cap.13. nu.151.
Alia de hac dispensatione matrimoniali, vide in verbo matrimonium.
Circa interstitia quando concedenda, in verbo interstitiorum dispensatio.
Dispensatus ad aliquem actum, non dicitur ad consimilem, rubr.11.cap.13.nu.94.
Et qui simpliciter fuit dispensatus ad ordines, intelligitur ad minores tantum, ibidem num.95.
Quod si fuerit dispensatus etiam ad sacros, an intelligatur dispensatus ad beneficia, ibidem num.96.
Et simpliciter dispensatus ad beneficia intelligitur ad simplicia tantum, ibidem numer.97.
Et qui fuerit præsentatus ad beneficium simplex, & ad illud obtinendum impetrauerit dispensationem, an dicatur dispensatus ad aliud simile, ibidem nu.98.
Et qui obtinuerit dispensationem ad curata, non poterit obtinere curata collegiata, ibidem num.99.
Quin dispensatum ad Curatum, non videri dispensatum ad simplex, non desunt qui dicant, ibidem nu.100.
Si fuerit dispensatus ad omnes ordines, omniaque beneficia, non ideò quibit dignitates consequi, ibidem nu.101.
Distributiones minimè percipit infirmus si antea non consueuerat deseruire, rubr.7.cap. 6 num.15.
Illas an lucretur Vicarius perpetuus, ibidem num.115.
Lucratur tamen, qui fidei professionem emittere tenebatur, & non emisit, sed choro inseruiuit, rubr.8.cap.3.nu.17.
Sicuti & illarum duas portiones, amissa tantum tertia, Canonicus Episcopo inseruiens, vbi fructus omnes consistant in distributionibus, eodem cap.6. sub dicto nu.15.
Consuetudo operari vtrum valeat, vt non seruiens illis gaudeat? ibidem.
An saltem, vt per substitutum quis inseruire valeat,

valeat, vt illis potiatur, ibidem.
Illas an tute percipiat, qui Papæ inseruit, & alia multa, ibidem.
Illæ an computentur inter fructus in cōdemnationibus, rubr. 11. cap. 13. nu. 347. & latius dicto cap. 6. sub dicto nu. 15.
Eas non amittit iniustè excommunicatus, rubr. 11. cap. 15. nu. 54.
Neque Clericus iniustè vinculis mancipatus, ibidem nu. 55.
Illas à quibus tunc prædicti repetant, ibidem num. 56.
Diuinatio quid sit, rubr. 11. cap. 26. nu. 94.
Absque dæmonum operatione an contingat, num. 96.
Exquirere futura à dæmonibus, quibus ex rationibus illicitum sit nu. 98.
Diuisio facienda pro rata temporis inter quas personas, & in quibus fructibus admittatur, aut denegetur, rubr. 6. cap. 3 nu. 6.
Illam potest inter filios pater probibere ad certum tempus, non autem in perpetuum, rubr. 8 cap. 5. nu. 10.
Diuortium, spurius Corbilius primo fecit, & quando introductum fuerit, rubr. 1. numer. 63.
Illud iura ciuilia permiserunt, & alia contrahere matrimonia nu. 64.
Illud quò ad thorum tantum ob fornicationem ius canonicum permittit nu. 65.
Eoque facto Iudicis auctoritate ob causam fornicationis, an liceat tùm viro, tùm mulieri ingredi Religionem, altero coniuge inuito nu. 66.
Vide alia in verbo repudium.
Doctoratus quam exigat ætatem, rubr. 7. cap. 6. num. 135.
Doctrinam Christianam ignorantes impediri vtrum possint nè matrimonium contrahant, rubr. 9. cap. 14. nu. 6.
Illam, vt subditi addiscant, an possint Episcopi compellere, & Parrochos, vt doceant, ibidem nu. 7.
Doctus cum nobili concurrens, quis præferatur, rubr. 6. cap. 3. nu. 31.
Dolus quando præsumatur, rubr. 11. cap. 13. num. 180.
Si absit, non potest committi falsitas, rubr. 11. cap. 28. nu. 5.
Verus quomodo verificetur, quouè præsumptus nu. 6.
Domicilium operatur, vt qui illud habet, subsit Episcopo, seù Ordinario illius loci, in quo incolit, rubr. 9. cap. 8. nu. 14.
Illud an acquirat Scholaris in eo loco, ad quem se contulit causa studij, ibidem numer. 15.
Dominium duplex, rubr. 12. cap. 7. nu. 2.
Dominicani in Episcopos consecrari nequeunt nisi libros, & alia multa prius consignauerint Superiori Monasterij, rubr. 12. cap. 14. num. 15.
Donans teneatur nè de euictione, rubr. 8. cap. 4. num. 4.
Si Episcopus sit, qui rem emptam ex fructibus Episcopatus, teneatur ne simul cum donatario ad restrictionem, rubr. 12. cap. 14. nu. 7.
Donare vtrum valeant Religiosi, aut eleemosynas facere habentes vsum rerum de licentia Superioris, rubr. 12. cap. 16. nu. 72.
Donatio vtrum admittat læsionem, rubr. 8. cap. 4. num. 5.
Facta in titulum ordinandi, reuocari, nec nè possit, rubr. 8 cap. 6. nu. 10.
A patre facta filio, sit nè in legitimam computanda, ibidem nu. 11.
Dormiens si hominem necaret, non fieret irregularis, rubr. 6. cap. 23. nu. 110.
Citra somni interruptionem occidere aut alia agere vtrum, & quomodo possit, ibidem num. 112.
Ipse nec non ebrius plerumque fit irregularis occidendo, nusquam verò furiosus, & ratio additur diuersitatis, ibidem nu. 113.

E

EBrietas sit nè peccatum mortale, rubr. 4. num. 7.
Quæ mala producat, ibidem nu. 4.
Ebrius irregularitatem aufugit occidendo, rubr. 11. cap. 23. nu. 107.
Nisi rursus occidat, ibidem nu. 108.
Ecclesia non iudicat de occultis, rubr. 1. numer. 86.
Ecclesia non præsumitur extructa à diuersis familijs, rubr. 11. cap. 13. nu. 433.
Construere nemo potest Ordinarij non præcedente licentia, ibidem nu. 336.
Reparare, qui teneatur, rubr. 12. cap. 13. numer. 19.
Receptitia quæ sit, rubr. 8. cap. 4. num. 10. & abundantius cap. 5. sub nu. 32.
Edictum affigendum est postquam est facta, & admissa præsentatio ad iuspatronatus, rubr. 11. cap. 13. nu. 358.
Illius, qui sit effectus, & mirabilis recensetur, ibidem nu. 412.
Eijci Regulares à Religione vtrum possint, rubr. 12. cap. 15. nu. 3.
Et alia vide in verbo Regulares.
Electi Vniuersitatum, cuius debeant esse ætatis, rubr. 7. cap. 6. nu. 141.
Electio Papæ vno ex tribus modis fit, rubr. 7. cap. 6. nu. 60.

Per inspirationem, quæ fit, eaque quomodo fiat, ibidem nu.61.
Altera per viam compromissi quomodo fiat, quæque requirat, ibidem nu.62.
Vltima fit per scrutinium, eaque, quæ requirat, ibidem nu.63.
Idem electus computetur nè in numero duarum partium, ibidem nu.64.
Consensus duarum partium debeat, ne collegialis esse, ibidem nu. 66.
Tacitus si aliquorum fuerit an sufficiat, ibidem num.67.
Electus antequam fuerit acceptatus, possit nè eligens retrocedere, & se pœnitere, ibidem num. 68.
Si alter fuerit à tertia parte electus, vel illa concurrere recusat electioni factæ à duabus partibus, quid saneiant canones, ibidem num.69.
Talis electio fit nè facienda de digniori, vel sufficiat si de digno, ibidem nu.70.
Cætera de eius electione, vide in verbo Papa.
Eius electionem esse magnum negotium probatur ibidem nu. 84.
Facta de digno ad quodlibet officium, beneficiũ, aut dignitatem omisso digniori vtrum valeat, rubr.7.cap.6 nu.71.
Etiam post Concilium nu.74.
Epilentici vtrum ad beneficia sint inhabiles, & eis facta collatio sit nulla, vide in verbo lunatici.
Episcopale munus cunctis est formidandum, rubr.5.cap.4.nu.1.
Illud est in hæreticos excandescere, rubr. 11. cap.16. nu.65.
Episcopatus vtrum ne sit ordo, rubr. 2. numer. 7.
Episcopalis auctoritas omnis, vel à dignitate prouenit, vel à iurisdictione, vel ab ordine, probem.num.1.
Episcopi valeant nè dare licentiam suis subditis arma deferendi, rubr.4.nu.24.
Ipsi non solum morum honestate pollere debent, sed scientiæ splendore fulgere, rubr.5. cap.4.num.2.
Sint remouendi si penitus illiterati sint, rubr.5.cap.5. num.3.
Eorum consecrationi quale tempus sit statutum, rubr.6.cap.4. nu.1.
Visitare debent etiam beneficia non Regularia, sed Curata illis vnita, eadem rubr.cap. 13. num.49.
Volentes Monasteria exempta in casibus sibi permissis visitare, & Monachi renuant, possunt & illos excommunicare, & etiam via facti procedere, frangendo ostia, ibidem num.52.
Nec tunc tenentur appellationem admittere num.53.
Neque monitiones præmittere, si velint excommunicare nu.54.
Dicuntur Ordinarij Inquisitores, alij verò delegati Inquisitores nu.38.
Ipsi valeant proprio Confessario concedere potestatem se ipsos absoluendi, ac secum dispensandi in omnibus casibus, in quibus vigore cap.liceat, Trident.Concil.possunt absoluere, & dispensare eum subditis, rubr.7. cap.5. num.6.
In quibus casibus vigore præfati Concilij absoluunt subditos, quos alioquin absoluere nequirent, ibidem nu.7.
Ac præsertim si delictum fuerit deductum in iuditio, & absolutus reus, quamuis per media deprauata, ibidem nu.8.
Cum Parrocho dispensant, atque etiam Capitulum, sede vacante, vt causa studij non compellantur infra septennium assumere ordines, rubr.7.cap.6.nu.37.
Quibus vestibus se induere in aliena Diœcesi non valeant. rubr.9 cap 1.nu.1.
Eorum insignia Episcopalia, seù ornamenta, quæ sint, quibusuè vti in locis exemptis, ibidem.
Iurisdictionalia exercere in locis exemptis, neque possunt. sub eodem nu.3.
Mitra cum baptizant, aut matrimonium celebrant, non coguntur vti, ibidem nu. 4.
Caudam si faciant sibi deferri in aliena Diœcesi non errant, ibidem nu.5.
Inuitati ad conferendos ordines nihil inquirunt in ordinandos, ibidem nu.7.
Et tunc vtrum teneantur si inhabilem promoueant. rubr.9.cap 8.nu.22.
In quibus homicidijs valeant dispensare asseritur, rubr.11.cap.23 nu.140.
Illorum potestas circa mutilationem, etiam voluntariam, non restringitur à Concilio, ibidem num.141.
Relaxare nequeant irregularitatem ex delicto prouenientem, & deducto ad forum contentiosum disponitur à Concilio, & declaratur ibidem nu.142.
Possint ne suos Vicarios substituere in dispensationibus concedendis, si ipsis Episcopis fuerint à sede Apostolica delegata, ibidem num.147.
Queunt in omni parte Diœcesis ius dicere, & illuc commeare subditi tenentur, ibidem num.149.
Antiquitus subijciebantur Metropolitanis, non hodie in criminalibus, ibid.nu.151.
Quid in ciuilibus, ibidem nu. 152.
Teneantur nè sibi Vicarios constituere, ibidem num.153.

Si exercerent iurisdictionem tanquam Ordinarij, neque Vicario Archiepiscopi tūc causa subesset ibidem nu. 154.
Eorum munus est in hareticos excandescere, prout iurarunt, rubric. 12. *capit.* 26. *numer.* 65.
Etiam si illi Regulares sint, rubr. 12. *cap.* 13. *num.* 135.
Quin, & in ipsos Regulares transgressores cōstitutionis Sixti IV. & Pij V. de Conceptione loquentium, ibidem nu. 139.
Episcopus conferens beneficium bono viro, omisso meliori, an peccet, vide in verbo conferens.
Quid dicendum in instituente bonum, omisso meliori, vide in verbo instituens.
Quid etiam in resignante ad fauorem boni, & non melioris, vide in verbo resignans.
In quibus casibus Episcopus dispensare possit, rubr. 6. *cap.* 3 *nu.* 44.
Si legitima atate careat assumendus ad Episcopatum, solet ipsi concedi administratio Ecclesia vsque ad atatem legitimam, rubr. 7. *cap.* 6. *nu.* 46.
Si beneficium contulit ordinato sine titulo, iterum de alio prouidere debet, si primum fuerit ab illo euictum, rubr. 8. *cap.* 5. *numer.* 16.
Itidem si titulus ebasmate perijt, ibidem num. 17.
Similiter si promotus habeat titulum insufficientem, ibidem nu. 18.
Aut si cum ordinatore pactus sit nolle petere alimenta, ibidem nu. 19.
Quin, & eiusdem Episcopi ordinatoris successor, ad illud idem tenetur ordinatore mortuo, ibidem nu. 20.
Proprius quis dicatur Episcopus, rubr. 9. *cap.* 8. *num.* 7.
Dicitur proprius superior in primis ex causa originis, ibidem nu. 8.
Item ex causa beneficij, ibidem nu. 11.
Item ex causa domicilij, ibidem nu. 14.
Qui ex aliqua dictarum causarum est Superior, possit ne dare dimissorias, ibidem num. 16.
Quod possit ordinare suum familiarem triennalem, declaratur, cum multis alijs de familiari, vide in verbo familiaris.
Qui Presbyteratu caret, & ordinetur Episcopus, an Episcopalem suscipiat ordinem, rubr. 10. *nu.* 3.
Quibus comparetur, rubr. 11. *cap.* 10. *numer.* 22.
Qua exequi possit in suo Episcopatu, ibidem num. 23.
Gratiam facere vtrum valeat, ibidem numer. 25.
Quibus titulis honoretur, ibidem nu. 28.
Excommunicare an possit suum subditum existentem extra Diœcesim, rubr. 11. *cap.* 15. *num.* 117.
Dispensare in quibus casibus valeat, referuntur rubr. 6. *cap.* 3. *nu* 41.
Vtrum teneatur promouere volentem ordinari, rubr. 11. *cap.* 1. *sub nu.* 1.
Vtrum compelli possit ab Archipresule ad promouendum, rubr. 9. *cap.* 8. *sub nu.* 37.
Cum confert beneficium, possit ne annatam recipere, rubr. 11. *cap.* 27. *nu.* 47.
Pracedere debet, & quibus, rubr. 12. *cap.* 12. *num.* 11.
Pradicare si velit in alterius Diœcesi, non valet, nisi de illius Ordinarij licentia, in verbo pradicare.
Promouens Regularem stare debet fidei Superioris Regularis illius, attestantis de vita, atate, moribus, & alijs requisitis, prater doctrinam super qua ipse examinet Regulare ordinandum, rubr. 11. *cap.* 13. *num.* 15.
Tenere potest familiam armatam nu. 88.
Componit differentias contingentes in processionibus nu. 120.
Si alio vadat consecraturus Ecclesiam, salarium consequi valet, rubr. 12. *cap.* 26. *numer.* 105.
Infringens excommunicationem in accedentes ad Monasteria Monialium, & cum illis loquentes, eligat etiam accedentes ad Monasteria exempta, si expresse addiderit, rubr. 12. *cap.* 16. *nu.* 45.
Possit ne fœminis etiam prohibere, nè cum Monialibus loquantur, nu. 48.
Confert beneficia reseruata, si vacent mortuo Papa, vide in verbo beneficia reseruata.
Episcopatum esse ordinem, probatur rubr. 6. *cap.* 4. *num.* 4.
Equites Hierosolymitani comprehendantur nè sub prohibitione facta Regularibus accedendi ad Moniales, eas alloquuturis non obtempta licentia à Sacra Congregatione, rubr. 12. *cap.* 16 *nu.* 44.
Equus furto subtractus, si alicui fuerit locatus, & in eo equitet quis, possit nè in itinere impediri, & detineri ne perficiat iter, rubr. 11. *cap.* 25. *nu.* 21.
Esus lacticiniorum conceditur tempore ieiuniorum aliquibus in locis, vide in verbo lacticiniorum.
Eucharistiam sumere quoties, & quando liceat in eadem infirmitate, rubr. 1. *sub numer.* 34.
Euictio babeat nè locum in donatione, rubr. 8. *cap.* 4. *num.* 4.

Eunu-

Eunuchi vera explicatio traditur rubr. 11.*cap.* 17. *nu.* 119.

Antiquitus seruandis cubilibus Regum adhibebantur, virginumque lectum custodiebant, ibidem nu. 120.

Ab illis suppressas quandoque fuisse mulieres sibi custodia datas, refertur nu. 121.

Illorumque improperia aliqua recensentur, nu. 122.

Possint ne assumi ad ordines, explicatur numer. 123.

Illos neque recaluastros fieri, neque podagra laborare solere, ostenditur nu. 125.

Ad cæteras tamen mundanas dignitates admitti, probatur nu. 126.

Examen proponi debet antequam ordines conferantur, rubr. 1.*nu.* 2.

Aliter ordinatus, est deponendus, ibidem num. 6.

Quomodo, & à quo sit faciendum pro beneficio Curato, rubr. 5.*cap.* 3.*nu.* 9.

Per concursum ad Curata tantùm requiritur, non alia beneficia, ibidem nu. 11.

Examinari Parrochus non amplius compellendus est, vide in verbo Curatum beneficium.

Qui beneficium à Papa impetrauit habens sacrum ordinem annexum, sit ne rursus ab Episcopo examinandus, cum ordinem illi annexum intendit suscipere, rubr. 8. *cap.* 5. *nu.* 24.

Regularis volens prædicare, examinari potest ab Episcopo loci, verbo prædicare.

Examinator eligi debet Archidiaconus, rubr. 3. *nu.* 14. & 15.

Exceptio contra rescriptum non impedit, quin idem Iudex cognoscat vtrum sua sit iurisdictio, rubr. 11.*cap.* 13.*nu.* 175.

Illa reijci potest à Iudice, cum expressè, tùm tacitè, scilicet procedendo ad vlteriora, ibidem nu. 176.

Illius ope, & modo, vtrum opponi possit, vide in verbo delictum.

Nullitatis, opponi coram exequutore an possit, rubr. 11.*cap.* 13.*nu* 254.

Cohærens personæ principalis, non prodest fideiussori rubr. 11.*cap.* 10 *nu.* 32.

Vtique verò illa, quæ rei cohæret, ibidem num. 18.

Declinatoria quotuplex, & alia vide in verbo declinatoria.

Excommunicatio non nisi in subditum fertur, rubr. 9. *cap.* 1. *num.* 3. & *rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 135.

Illius appellatione venire tantùm maiorem, demonstratur eodem cap. 15.*nu.* 1.

Illa quando aliquis deuincitur, & quæ propterea concurrere debeant, ibidem nu. 2.

Eius effectus non suspenditur per appellationem ab ea interpositam, ibidem nu. 42.

Ea, non reperiri in iure maiorem pœnam ostenditur, ibidem nu. 51.

Illa ne ligetur, summopere formidare debet ehristianus, ibidem nu. 52.

Illa, vt feratur pro peccato præterito, aut præsenti inobedientia, aut contumacia, requiritur ibidem nu. 63.

Pro futura verò culpa, etiam nulla præcedente monitione promulgatur, ibidem num 63.

Ob delictũ, sua natura, quodque leue proferri quoque potest, si illud subsequatur contumacia, ibidem nu. 65.

Aduersus furantes prolata, an liget illum, qui prolationis tempore, non erat soluendo, ibidem nu. 66.

Quid verò si postmodum factus sit ditior, ibidem nu. 67.

Illam antecedere debet monitio, & trina, ibidem nu 69.

Sit ne valida si talis ommittatur monitio, ibidem nu. 70.

Sit ne saltem iniusta ibidem nu. 71.

Vt feratur personaliter citandus est, qui excommunicandus est. ibidem nu. 73.

Nisi in certis casibus, qui adnectuntur, ibidem nu 74.

Illa in subsidium ferenda ac propterea non proferenda, si Iudex Ecclesiasticus, exequi realiter, aut personaliter potest, ibidem nu. 75.

Etiam si plures essent excommunicati, & contra vnum ex qui non posset Iudex, ibidem num. 76.

An ferri possit in subditum existentem extra Diœcesim, ibidem nu. 117.

A quo ortum habuerit, ibidem nu. 118.

Ipsius referuntur duodecim effectus, ibidem num. 119.

In eam incidit, qui percussionem Clerici suo nomine factam ratam habet, rubr. 11. *cap.* 3. *nu.* 115.

Eam an incurrat occidens Clericum existimans occidere animal, rubr. 11. *cap.* 23. *sub num.* 43.

Excommunicatione minori quando aliquis ligetur, rubr. 11.*cap.* 15.*nu.* 7.

Ea ligatus si ministret Sacramẽta vtrum peccet, & quod peccatum committat, scilicet mortiferum an leue. ibidem nu. 8.

Ab ea quis absoluat, ibidem nu. 9.

Ea deuinctus potest eligi, præsentari, institui, &c. ibidem nu. 21.

Excommunicatus inhabilis est ad beneficia, quæ propterea illi conferri haud possunt, rubr. 11.*cap.* 15.*num.* 11.

Non eis fieri potest resignatio, ibidem nu. 12.
Illius persona, nec eligi, aut postulari potest, ibidem nu. 13.
Neque etiam præsentari, ibidem nu. 14.
Neque confirmari, aut institui, ibidem numer. 15.
In eius fauorem neque pensio constitui potest, ibidem nu. 16.
Ab eo facta impetratio beneficij, irrita decernitur, ibidem nu 17.
Sed optare beneficium vtrum valeat, ibidem num. 18.
Acceptare autem beneficium sibi ante excommunicationem collatum, benè potest, ibidem nu. 19.
Eidem si beneficium collatum fuerit, solet concedi noua prouisio post absolutionem, ibidem nu. 29.
Beneficijs antea obtemptis non spoliatur ipso iure, sed spoliandus venit, & quando, ibidem nu. 30.
Si anno sic stetit possit, ne tanquam hæreticus, vel de hæresi suspectus castigari, ibidem nu. 31.
Fructibus beneficiorum vtique priuatur, ibidem nu. 32. & rubr. 9. cap. 2. nu. 6.
Quin si fuerit in mora, neque alimenta ex fructibus percipiet, quamuis pauper esset, eodem cap. 15. nu. 33. & cap. 16. nu. 22. & 24. & 25.
Nulla requiritur declaratoria, vt fructus perdat, ibidem nu. 34.
Postquam ita fuit declaratus, poterit insuper denunciari etiam pendente appellatione, ibidem nu. 41.
Iniustè si quis ita fuit, non amittit fructus, ibidem nu. 67.
Quin non habitos repetere poterit, etiam distributiones, ibidem nu. 68.
Si beneficium à Papa impetret, quia cum clausula, teque absoluentes, an faciat fructus suos, ibidem nu. 71.
Absolutus cum reincidentia, post tempus an possit interea impetrare beneficia, & alia multa, vide in verbo absolutus ab excommunicatione cum reincidentia.
Si absolutionem habuit ex falsa causa, vtrum dicatur validè absolutus, & talis subsistat absolutio eodem cap. 15. nu. 74.
Si generatim fuerit tùm principalis, tùm testis excommunicatus, an deinde possit nominatim excommunicari, ibid. nu. 134.
Possit ne matrimonium contrahere, ibidem num. 139.
Recipiat ne caractherem ordinis, si ordinari se faciat, ibidem nu. 140.
Comparere autem ad se defendendum vtique potest, ibidem nu. 141.
Aduersus illum, & alios omnes excommunicatos additur imprecatio, atque adhortatio, vt resipiscant ibidem nu. 142.
Ita dicitur, qui cum potest, non prohibet percussionem Clerici, rubr. 11. cap. 3. nu. 114.
Possit ne absolui inuitus, rubr. 1. nu. 53.
An potiatur beneficij fructibus, rubr. 9. cap. 6. & rubr. 11. cap. 15. nu. 32.
Si sit puer an absolui possit ab Episcopo non tantum cum in ea est ætate, sed etiam postquam factus est maior, rubr. 9. cap. 7. numer. 6.
Promoueri non potest, nec ministerio vti susceptorum, rubr. 11. cap. 15. nu. 3.
Et si contrafaceret, fieret irregularis, ibidem num. 4.
Prohibetur ea facere, quæ sibi passiuè vetita sunt, ibidem nu. 20.
Si sit occultus perdit beneficiorum fructus, nec illos facit suos, rubr. 11. cap. 15. numer. 45.
Ab eo gesta ratione publici officij, dicuntur valida, ibidem nu. 46.
An possit alium excommunicare nu. 47.
Exequutio realis cum est facta, qua sit adhibenda solemnitas in illius alienatione, rubr. 11. cap. 13. nu. 329.
Illa creditori adiudicatur, præcedente appretio, si in subhastatione nullus offerat, aut non iustum pretium nu. 331.
In immobilibus, non præcedente altera in mobilibus, vtrum reuocanda tanquam nulla, nu. 332. & cap. 15. nu. 89.
In libris scholarium non potest fieri nisi ipso, vita functo. rubr. 11. cap. 10. nu. 10.
Exequutor possit ne exequi ante verificationem literarum, rubr. 6. cap. 3. num. 46. & in alijs locis citatis in verbo narratiua.
Possit ne exequi, non requisito Iudice loci, rubr. 11. cap. 13. nu. 328.
Testamenti, quot annos natus esse debeat, rubr. 7. cap. 6. nu. 143.
Cautionem præstare vtrum teneatur, rubr. 12. cap. 12. nu. 133.
Item testamenti à Clerico facti, possit ne filijs pauperibus eiusdem testatoris dispensare, quod ille reliquit, vt pauperibus distribueretur, rubr. 11. cap. 13. numer. 46.
Significauit Apostolici post latam excommunicationem possit absoluere eum, qui in dictam excommunicationem inciderat Papalem, si paruit defenditur, rubr. 11. cap. 15. nu. 128.
Executores constituti cum clausula vocatis vocandis, non nisi præcedente cognitione procedere possunt, rubr. 11. cap. 13. num. 209.

Ipsi

Ipsi propterea dicuntur mixti exequutores, & Iudicis partes assumere coguntur, ibidem num.210.

Ab eis lata sententia, nihil est innouandum infra decemnium, ibidem nu.211.

Ab eorum sententia si appellatum fuerit deferèdum est appellationi, retardata exequutione, ibidem num.212.

Citare partes nequeunt vltra dietam, ibidem num. 216.

Nisi tamen in casibus relatis, ibidem.

Non ordinariè, sed summariè procedere debent, sicuti & constituti cum clausula constito, ibidem nu.219.

Dispensationum matrimonialium nihil recipere possunt, etiam pro decreto, aut captura informationis, rubr.11. cap.16. numer.105.

Exemplum hominis cuiusdam ex citeriore Hispania tricies in die cognoscentis vxorem, ac deinde alia duo similiter perpulcbra, rubr.1.nu.38.

Alia Macharij, Alexij, & Thecla referuntur inibi num.73.

Aliud de puero in quinquennio blasphemare solito, rubr.7.cap 1. nu.70.

Plura vetusta, & alia moderniora referuntur, in quibus pueri ordinariam passi sunt pœnam delictorum atrocium, ibidem numer.21.

Insigne illud Zeleuci refertur, rubr.11. cap. 13.num.216.

Alterumque de Manlij Torquati filio, ibidem num.227.

Origenis, & Marci sibi membra abscindentium, rubr.11.cap.17. nu.13.

Multorum, qui sibi ipsis mortem consciuerunt, ibidem nu.20.

Theosmi parui pendentis visum oculorum, vt perbreuem non omitteret veneream voluptatem, ibidem nu.53.

Cardinalis Estensis contra fratrem, rubr.11. cap.17.nu.70.

Papirij, qui mendacio potius censuit secretum tegere, quam propalare, aliorumque in rubr. 11.cap.32.nu.2.

Seruorum Patauinorum mauolentium in seruitute perdurare, quam patronos prodere num.4.

Duo recensentur eorum, qui inobedientes graues, Diuina voluntate, luerunt pœnas, rubr. 12.cap.6.nu.6.

Illam speciem esse probationis, eisque sensum magis allici, quam ratione probatur numer.7.

Aliqua referuntur in gratiam illius, qui paupertatem amat, rubr.12.cap.7.nu.8.

Aliqua etiam recensentur, quibus ostenditur vitandum otium, rubr.12.cap.6.nu.7.

Expensa necessaria pro habendis, seu exemplandis scripturis ad redditionem computorum cadunt in damnum eius, cui redduntur, rubr.7.cap.6 nu.132.

Quæ permissa pro salarijs, &c. in causa baresis, rubr.11.cap.26. nu.103.

Quæ verò in reliquis causis, maximè facienda in Tribunalibus Ecclesiasticis nu.104.

Quæ pro Episcopo ituro ad consecrandam Ecclesiam nu.105.

Quæ pro visitatione nu. 106.

Quæ coram executoribus dispensationum matrimonialium nu. 107.

Illas quis subministrabit Prædicatoribus, rubr. 12.cap.13.nu.16.

Quando sint licita in materia hæreticali, & qui propterea incidant in excommunicationem, ibidem nu.146. & rubr.11.cap.26. num.103.

Exploratio voluntatis, quandoque sit ante susceptum habitum, quandoque postea, rubr. 12.cap.2.nu.11.

Illa propterea semel, atque iterum facienda est, nempè antequam suscipiat habitum, & antequam profiteatur, eadem rubr.cap. 16.num.10.

Vtraque ab Episcopo facienda est, etiam si Monasterium sit exemptum nu.11.

Facienda ante professionem, quæ continere debeat nu.12.

Expositi sint nè legitimi, & ordinari absque dispensatione vtrum possint, rubr.11.cap. 13.num.157.

Exponere sit ne causa, vt patria potestas soluatur, ibidem nu.158.

Antiquitus fas erat certis in casibus sobolem exponere, ibidem nu.159.

Deinde fuit apposita pœna aduersus exponentes, ibidem num.160.

Eiusmodi expositi sint ne baptizandi, ibidem num.161.

Eis præstare alimenta quis debeat, ibidem num.162.

Eisdem quis succedat ab intestato, ibidem num. 163.

Extentio admittitur vbicumque in pœnalibus, vel odiosis versatur Ecclesia, vel Religionis fauor, rubr.11.cap.26.nu.81.

Extrema vnctio iterari potest, sed vtrum, & quando in eadem infirmitate, rubr.1.sub num.34.

F

Facies, quæ corporis pars, ita dicatur rubr. 11.cap.17.nu.45.

Eius deformitas qualis esse debeat, vt impediat

diat ordinandum num. 46.
Nigram habentes,veluti Mauri,vel Aethiopes ordinari possunt.ibidem nu.48.
Facinus, & quidem enorme patratum in quadam Ecclesia Neapolis recensetur, rubr. 11.cap.23.nu.19.
Fallitus est,ergo fraudator, rubr.11.cap.10.numer.17.
Falsam producens scripturam ab ipso fabricatam sit nè tanquam falsarius puniendus, an etiam declaratio requiratur, quod vti voluerit,rubr.11.cap.26.nu.16.
Quid verò si non fabricauit, sed tantum exhibuit nu. 17.
Si replicauit velle vti scripturis,quatenus verae sunt,quid agendum nu.18.
Falsans acta causa, cadat à causa, quomodo intelligatur,rubr.11.cap.28.nu.10.
Literas verò Apostolicas incurrit excommunicationem num.19.
Vtrum verò,qui illis tantum vtitur nu.20.
Falsans monetam,qua veniat puniendus poena, rubr.11.cap.29.nu.13.
Condemnatus propterea,qui fuit non appellat nu.17.alia in verbo poena.
Vtrum verò promoueri nu. 28.
Excommunicationem autem non incurrit, num. 27.
Illius crimen prodere vnusquisque tenetur in verbo reuelare.
Ita quod Dominus domus, vbi patratum est, adhuc ignorans punitur nu. 18.
Nam domus illa confiscatur, nisi vidua, aut pupilli sit,nu.19.
Falsarius impeditur ordines suscipere,rubr.11. cap.18.nu.2.
Eius poena nu.4.9.& 12.
Coram Iudice vigore remissorialium alterius à quo sit castigandus nu. 15.
Falsi crimen, quàm sit detestabile, & horrendum demonstratur, rubr.11. cap.28. numer.1.
Illius poena,an puniatur tantum fabricans, an etiam vtens nu. 12.
Vter iudicium cognoscat, si in aliquo loco fabricauit,in alio verò vsus est nu.13.
Falsitatis de essentia sunt tria, rubr.11. cap.28. num.1.
Si nemini nocuerit, sit ne poena saltem extraordinaria puniendus, qui commisit, numer. 4.
Ipsa citra dolum non committitur nu. 5.
Neque si spes lucri absit nu. 7.
De ea inquisitus non est fideiussoribus relaxandus nu.8.
Familiaritas,quibus modis probetur,rubr.9.cap. 9.num.15.
Familiaris triennalis Episcopi, ordinibus insigniri potest à praedicto Episcopo, & quando,& quomodo,rubr.9.cap.9. nu.1.
Si illegitimus sit dispensationem consequi ab eo vetatur,ibidem nu.2.
Quin & super interstitijs quoque obtinere ab illo nequit,ibidem nu.3.
Si verò sit familiaris in absentia,neque ab illo ordinatur,ibidem nu. 4.
Neque si sit familiaris alieuius Episcopi titularis tantum,ibidem nu.5.
Et qui ob familiaritatem fuerit ab illo promotus, prouidendus necessario est ab illo, statimque post collatos ordines, ibidem num.6.
Alioquin poenam incurreret ordinans,quam verò num.8.
Triennium praedictum debeat ne esse integrum post adeptum Episcopatum, vel coniungi antecedens, & subsequens possunt, ibidem num. 10.
Quibus tamen gaudeat priuilegijs familiaris Episcopi,ibidem num.11.
Commensalitas nec ne concurrere debeat,ibidem num.14.
Cardinalis verò sit ne exemptus à sui ordinarij iurisdictione, ibidem nu.16.
Fatalia in causis appellationum minimè currunt durante termino remissoria, rubr. 6. cap.4.num.10.
Fautores, defensores, & receptatores haereticorum,qua veniant plectendi poena,rubr.11. cap.26.num.14.
Febricitantes ordinari vtrum possint, rubr.11. cap.17.num.171.
Festiui dies,qui dicantur, rubr.6.cap.2.nu.16.
A qua hora initium sumant, & celebrandi sint, & vsque ad quam horam, ibidem num.2. & latiùs, ac distinctiùs, rubr. 12. cap.13.num.94.
Eos dies indicit Episcopus cum Clero,& Populo,eodem cap.13.num.92.
Illos pronunciabit Populo in quauis Dominica die Parrochus, ibidem num 93.
In illis à quibus debeant abstinere Christicola longo methodo respondetur num. 95.
Potissimùm si molitori liceat molere num.96. & 107.
Aut nundina fieri nu.97.
Agasones,aut alij iumentorum vectores vtrum possint inceptum perficere iter, aut illud incipere num.98.
Sententia proferri nequit num.99.
Capi nemo potest pro causa ciuili,necnon executio in bonis, aut intimatio nu.100.
Sententia verò in causa haeresis vtique proferri potest num. 101.
Monitiones fieri,aut censura prolatio, siue denunciatio an possit num. 102.

Absolutio à iuramento concedi vtrum possit num.103.
Sententia verò in causa criminali demandari exequutioni nequit nu. 104.
Iuramentum praestare vtrum liceat nu. 105.
In eis tamen nonnumquam operari licet, & delibantur nu. 106.
Quod si verum cur in eis requiritur Episcopi licentia nu. 107.
Contrafacientes etiam laicos punit Episcopus num.111.
Quibus pœnis num.112.
Vtrum sententiam excommunicationis addere possit contrafacientes opus vetitum in illis diebus num. 113.
Festum si alicubi celebretur, constringitur audire Missam, qui inibi reperitur in Adhortat.num.11.
Etiam qui illinc pertransiret num.12.
Feudatarij sint ne ordinum capaces, rubr. 11. cap.24. num.3.
Feudum competens masculo, an hermaphrodito debeatur, rubr.11.cap.3.nu.2.
Etiam in casibus in quibus ipso iure amittitur, declaratoria requiritur, rubr.11. cap. 15.num.35.
Fidem abnegans metu mortis non est hareticus, sed mortiferè peccat, rubr. 11. cap.5. numer. 3.
Fideicommissum an extinguatur per obitum prioris vocati, maximè ante assecutum fideicommissum, an verò duret, & ad sequentem deferatur, rubr. 11. cap. 27. numer. 82.
Fideiussor prioris obligationis liberatus per secundum non dicitur, nisi expressè actum fuerit, rubr.11.cap.9. nu.7.
Ante solutionem contrà reum principalem experiri nequit, nisi quibusdam in casibus, ibidem num.8.
Ei non prodesse cessionem bonorum factam à principali probatur, rubr.11.cap.10.numer. 31.
Neque communicantur exceptiones coherentes, persona debitoris, ibidem nu.32.
Ideò non est deobligatus ab eo, quod pater esset liberatus, quia vltra quod facere posset, ibidem num. 33.
Ita etiam fideiussor patroni num. 34.
Similiter fideiussor Soceri pro solutione, vel restitutione dotis, ibidem num.35.
Id ipsum si sit fideiussor mariti obligati ad restitutionem dotis, ibidem num.36.
Demumque si socij Militis, Magistratus, aut similium sit fideiussor, ibidem nu.37.
Ei competere exceptiones rei cohaerentes ostenditur, ibidem num. 38.
Ipsum cedere bonis posse, etiam quod principalis cesserit, ibidem num. 40.
Eidem non opitulari moratorias, aut inducias annales, seù quinquennales, ibidem num. 39.
Filia spuria Clerici si moriatur, an dos reuertatur ad dotantem, rubr. 11. cap. 13. numer. 33.
Spiritualis, qua dicatur, rubr. 11. cap. 32. num. 19.
Filij, & reliqui descendentes ab haereticis in tribus casibus ob istud parentum delictum puniuntur, rubr.11.cap.26.nu.7.
Non omnes tamen eorum descendentes, sed vsque ad certum gradum, & attenta varietate temporum, ibidem num.8.
Vtrum beneficijs priuentur ante haresim paternam obtentis, ibidem nu.17.20.& 21.
Committentium crimen lasa maiestatis, neque obtentis ante crimen paternum, neque postea spoliantur, ibidem nu.18.& 22.
Haereticorum à paterna liberantur potestate, ibidem num.27.
Filij receptantium, defendentium, aut fauentium haereticis sunt inhabiles ad obtinenda beneficia, rubr.11.cap.26.nu.25.
Vtrum verò spolientur antea obtentis, ibidem num.26.
Filij ita exharedantur non liberando patrem à carceribus, sicuti & non redimendo ab hostibus, rubr.11.cap.33.nu.31.
Eorum quanta sit erga parentem egentem obligatio, atque vt retineantur ab ingressu Religionis, qua parentis requiratur necessitas, vide in verbo habitum Regularem.
Eorum appellatione an veniant descendentes, rubr.11.cap.13.nu.61.
Filius Imperatoris, vel Regis, an Augustus, vel Rex denominari possit ad viuente patre, rubr.8.cap.5. nu.4.
Quo titulo his temporibus honoretur filius Regis adhuc viuentis, ibidem nu.5.
Iudaei, non vetatur assumere ordines, & beneficia obtinere si à natiuitate fuerit baptizatus, rubr.11.cap.7.nu.6.
Natus ex persona Deo consecrata, quo nomine appelletur, rubr.11.cap.13.nu.22.
Ex Clerico natus an succedat, & quando, aut in quibus bonis paternis, ibidem num. 30. & 53.
Quomodo verò in maternis, ibidem nu. 31.
Praeteritus à matre inficit eius testamentum tanquam inofficiosum, ibidem nu. 33.
An succedat hodie Clerici filius per constitutionem Pij V. ibidem num.35.
Natus ex complexu illicito, quomodo succedat etiam de iure ciuili, ibidem numer.55.

Sit ne admittendus ad beneficia paterna, ibidem nu.66.
Dubia multa annectuntur super ea re, cum eorum resolutionibus à nu 67.
Possit ne habere pensionem in beneficio paterno, ibidem nu.68.& 70.
Legitimus Clerici vtrum valeat consequi beneficium paternum, ibidem nu.74.
Antequam generetur dicitur esse in patre secundum corporalem substantiam, rubr.11. cap.26.nu.29.
Filius præsumitur mariti, quamuis probetur mulierem adulterasse, idque verum est additis quibusdam declarationibus, rubr.11. cap.13.nu.153.
Natus, qui tunc est verè ab adultero vtrum ordines suscipere valeat, ibidem num. 152. & 154.
Ipsum non ex marito procreatum, sed ex adultero quando teneatur mater propalare, ibidem num.155.
Proditoris an ordenum, & beneficiorum sit capax, rubr.11.cap.32.nu.21.
Quid si Religionem ingredi vellet nu.22.
Illius naturalis tantùm an probibeatur ordinari nu.23.
Eiusdem proditoris qui inductum à laico obtinuit, vtrum filius ordinari possit sine ecclesiastica dispensatione nu.25.
Fiscus repetit omnia bona alienata post commissum delictum, ob quod est inflicta pœna priuationis bonorum ipso iure, rubr.9. cap.2.nu.6.
Tenetur ad alimenta, & dotem filijs eorum, in cuius bonis successit in casibus quibuscumque, dubitatur autem si ob crimen hæresis, rubr.11.cap.26.sub nu.7.
Fœmina à quibus arceantur, & alia multa de ipsis vide in verbo mulieres.
Si auditu careant non prohibentur fieri Monisales, ibidem.
Fœtus quo tempore intelligatur ordinatus, rubr.11.cap.23. nu.20.
Inanimatum, qui perderet, non homicidij pœna, sed mitiori puniretur, ibidem numer. 28.
Forma concedendi absolutionem ab incursa irregularitate in foro interiori refertur, rubr.6.cap.3. nu.48.
Franciscana in duplici sunt differentia, rubr. 12.cap.16.nu.4.
Frigiditas duplex, & vnaquælibet illarum species declaratur, rubr.11.cap.17.nu.192.& vide rubr.6.cap.3 sub nu.44. vbi alia de hac re tanguntur.
Differentia inter frigidos, & maleficiatos, quæ sit, vide in verbo maleficiati.
Illa si mulierem afficiat, non dirimit matrimonium, sed tantùm cum illa est arcta, ibidem num.199.
Frons diuersorum effectuum index est, sicuti etiam varia esse solet eius qualitas, rubr.11. cap.17.nu.50.
Fructuum diuisiones quot sint, & quæ, rubr.6. cap.3.nu.8.
Illorum portio beneficij vtrum debeatur renunciantis, & quousque, rubr.11. cap.27. num.42.
Et propterea renuncians beneficium cum pactione recipiendi fructus pro rata non est simonia nu.41.
Eorum restitutio facienda vigore extrauagant cum detestabile, quos comprehendat num.67.
Furari rem suam quisque potest, vel tantundem si alioquin repetere illam nequeat, rubr.11. cap.15.nu.97.
Et tunc neque monitorijs, aut excommunicatione ligatur, ibidem nu. 98.
Neque scientes si non reuelent, ibidem numer.99.
Furatas res occultans, qua sit puniendus pœna, rubr.11.cap.15.nu.21.
Si illa perierunt in cuius damnum perijsse dicantur, ibidem nu.10.
Earum valor, quomodo probetur, & an iuramento Domini, ibidem nu.5.
Fures infames esse demonstratur, rubr.11. cap. 25 nu.1.
In eorum bonis præferantur ne hi, quibus fuerit primitus res furata, an simul omnes concurrant in repetitione valoris, ibidem num.30.
Furiosorum species tres recensentur, & explicantur, rubr.11.cap.17.num.177. & cap. 23.nu.105.
Qui sint furiosi mente capti, aut habentes dilucida interualla declaratur dicto cap.17. num.178.
Prædicti furiosi ordinibus nequeunt insigniri cum declarationibus, & rationibus relatis, ibidem nu. 179.
Beneficijs vtrum dicantur indigni, ibidem nu.182.
A susceptis ordinibus non deponuntur, ibidem nu.184.
Sed illos exercere etiam postquam conualuerint nequeunt, ibidem nu. 185.
Irregularitatem non contrahunt, rubr. 11. cap.23.nu.101.
Neque pœna aliqua corporali veniunt mulctandi, cum adiunctis exemplis, ibidem num.102.
Aliorum etiam exempla recensentur, qui vt loqui contra Principes possent, furorem simularunt, ibidem nu.103.

Si

Si propria culpa furorem ceperunt fiant ne irregulares, & puniantur, ibidem num. 104.
Omnes furore correpti, varijs nominibus, & quibus appellitentur, ibid. nu. 106.
Delictum furoris ne an sanitatis tempore commissum, ibidem nu. 197.
Furtum duplex, manifestum, & non manifestum, rubr. 11. cap. 25. nu. 2.
Illud in re communi patratur, ibid. nu. 3.
Itidem à vendente gemmas falsas pro veris, ibidem nu. 4.
Cum illo repertus, à quocumque deuinciri potest, & Curia tradi nu. 6.
Similiter cum illo apprehensus, sit ne relaxãdus, si Dominus attestetur ipso sciente illum cepisse sua bona, ibidem nu. 8.
Quid si cum eo captus sit Domini consanguineus, ibidem nu 9.
A multis patratum, an omnes, an vnus restituere cogatur, ibidem nu. 11.
Et an omnes corporali pœna plectendi, ibidem nu. 12.
Pro illo non esse infligendam pœnam mortis ostenditur, cum declarationibus, ibidem num. 13.
Eo maculatus erit inhabilis ad ordines, ibidem nu. 14.
Et si clericus sit, beneficia consequi non potest, quin habitis spoliari, ibid. nu. 15.
Pro eo condemnari ex præsumptionibus violentis nemo potest, ibidem nu. 16.
Et nisi constet de corpore delicti, ibidem numer. 17.
Cum eo repertus extra territorium, in quo fuit patratum, vtrum capi, & puniri possit, ibidem nu. 20.
Illius pœnam aufugiunt duo genera personarum, ibidem nu. 29.
Illud an operetur hypothecam in bonis furantis, ibidem nu. 30.
Non omne suaptè natura est mortale, sed in certis quibusdam casibus, qui delibantur, num. 31.
Fustigari an possit Clericus, remissiuè tangitur rubr. 11. cap. 10. nu. 20.
Fustigatus ordinari non potest, rubr. 11. cap. 18. num. 15.

G

Gallico morbo vexatus vtrum reputetur irregularis, rubr. 11. cap. 17. nu. 167.
Eiusmodi morbus quando primum apparuerit in Europa, & qua occasione, refertur ibidem nu. 168.
Gallia Regnum octodecim Prouincijs contineri, refertur rubr. 7. cap. 6. nu. 45.
Genæ quando pariant irregularitatem, & alia vide in verbo malæ.
Gibbosus sit ne corpore vitiatus, rubr. 11. cap. 17. nu. 103.
Gigantes haud censendi sunt irregulares, rubr. 11. cap. 17. nu. 139.
Eos sexaginta cubitorum repertos, quandoque fuisse, demonstratur ibid. nu. 142.
Ipsis, à natura concessam fuisse hanc proceritatem ostenditur ibidem nu. 143.
Gratiæ natura est perpetuò durare, rubr. 9. cap. 8. num. 40.
Eam facere an possit Episcopus, vide in verbo Episcopus.
Vtrum Baro, vide in verbo Baro.
Ipsa requirit scripturam ad effectum probationis, rubr. 11. cap. 13. nu. 106.
Gratificatio in institutione facienda ad beneficium patronatum, habet locum vbicumque cætera omnia sunt paria, rubr. 11. cap. 13. nu. 445. & 449.
Eam non admittit vocum paritas si cætera non sunt paria, ibidem nu. 446.
Sit ne illi locus, cum ambo præsentati sunt pares, quia alter eorum præcedente dispensatione factus est habilis, ibid. nu. 450.
Grauamen irreparabile, in quibus casibus considerari possit, rubr. 11. cap. 13 nu. 315.
Gregorius Turonen. Episcopus longè breuis staturæ fuerit, probatur rubr. 11. cap. 17. numer. 147.
Grues fugasse Pigmeos ab Vrbe Gerensa in Thracia, refertur rubr. 11. cap. 17. sub numer. 146.
Guardiani, ac Priores possint ne subditos tonsurare, rubr. 6. cap. 2. nu. 10.
Gula, seu guttur, quæ & qui sit, rubr. 11. cap. 17. num. 101.
Quando pariant irregularitatem, ibidem num. 102.

H

Habitum Regularem assumere cum quis vult, perscrutanda nonnulla sunt connumerata in rubr. 12. cap. 2. à nu. 2.
Primum si parentes habeat in necessitate constitutos, num. 3.
Et propterea inquiritur, quanta sit filij erga parentem egentem obligatio nu. 4.
Et quæ parentis necessitas sufficiat, vt filius detineatur ab ingressu nu. 5.
An tantum necessitas victus, vel alia quæuis num. 6.
Item inquirendum est, si spiritu diuino, an leuitate adductus, num. 7.
Quin ille cogitare diù debet, quid agere velit num. 8.

Simili-

Similiter inquirendum est, an fuerit seductus num. 9.
Ad illum admitti nemo debet, non praecedente licentia, & approbatione Ordinarij, numer. 12.
Ille non facit Monachum, sed Regularis professio, rubr. 12. cap. 4. nu. 6.
Haeredes cum plures sunt vnius defuncti, in illius patronatu succedunt insolidum, non autem proportione haereditaria, rubr. 11. cap. 13 nu 179.
Haereditatis definitio, rubr. 8. cap. 4. nu. 2.
Haeres omnibus obligationibus haereditarijs deuincitur, licet nulla sit de haerede facta mentio in instrumento, rubr. 11. cap. 9. numer. 13.
Volens Religionem ingredi an patiendum, vbi testator ratiocinia tenebatur reddere, ibidem num. 14.
Haeresim qui abiurauit vtrum perdat beneficia prius obtenta, rubr. 11. cap. 26. sub nu. 3.
Noua autem acquirere vtrum valeat, ibidem num. 4.
Inter ipsam, & schisma, quae sit differentia, ibidem num. 39.
Eius de crimine inquisitus quando tormentis subijci possit, rubr. 11. cap. 26. nu. 57. & vide latius in verbo tortura.
Ad eius cognitionem, & punitionem, quinque considerantur capita delibata ibidem num. 101.
In eo, qui sit Iudex num. 102.
In eo, quae permittantur expensa nu. 103. & abundantius rubr. 12. cap. 13. nu. 146.
Qui propterea incidunt in excommunicationem recipientes in hac re pecuniam ab illis, eodem num. 146.
Ob illius crimē, Regulares subsunt Episcopis, dicto cap. 13. num. 137.
In illa non faciat transitum in rem iudicatam sententia absolutoria, ostenditur ibidem num. 142.
Beneficia propterea vacantia soli collationi Papae reseruantur, num. 143.
In ea compilato processu ne procedant Episcopi ad expeditionem causa, aut torturam, nisi prius consuluerint Sacram Congregationem num. 144.
Eius causa inquisitum relaxare sub fideiussoribus an liceat, maxime tempore feriarum, ibidem num. 145.
Haereticales propositiones, quae sint, rubr. 11. capit. 26. num. 29.
Haereticorum alij sunt pertinaces, alij poenitentes, rubr. 11. cap. 26. num. 41.
Pertinaces, qui sint, ibidem num. 42.
Sub ista pertinacium specie contineri impertinentes, demonstratur inibi nu. 43.
Poenitentes verò, qui sint, ibidem nu. 44.
Sponte redire quando dicantur, ibidem numer. 45.
Quando verò incontinenti redire, ibidem num. 46.
Eorumdem haereticorum poena quae sint, rubr. 112. cap. 13. num. 141.
Haereticus non est, qui fidem abneget metu mortis, rubr. 11. cap. 5. nu. 4.
Vt quis reputetur, quae concurrere debeant, rubr. 11. cap. 26. nu. 28.
Quem esse, aut haereticales dixisse propositiones testium assertionibus, probatur ibidem num. 30.
Duorum verò assertione conuincatur, ibidem num. 31.
Alijs etiam modis conuinci posse, ostenditur ibidem num. 35.
Quem poenituit ad satisfactionem etiam tenetur, ibidem num. 54.
Occultum absoluere vtrum liceat Episcopo, ibidem num. 55.
Eundem post interitum damnare, vel absoluere an liceat, ibidem nu. 56.
Ipsius filij, & descendentes quomodo puniantur, & alia vide in verbo filij haereticorum.
Si Clericus fuerit, beneficia, eorumque fructus non amittit, nisi declaratoria praecedat, rubr. 11. cap. 15. nu. 37.
In poenam priuationis illorum ipso iure incurrit, ibidem cap. 26. nu. 6.
Ad obtinenda, est inhabilis, eodem cap. 26. numer. 5.
Ordinibus insigniri nequit, ibidem nu. 1.
Ab ordinibus antea susceptis degradandus venit, ibidem num. 2.
Quiuis ita est, denunciandus est, necnon idolatra, & quomodo, & quo remedio vtendum tunc est, rubric. 12. cap. 13. num. 147.
Nemo ita reputatur, qui non pertinaciter, sed inaduertenter aliquid protulit, quod saperet haeresim in adhortat. nu. 17.
Hermaphroditus, qui appelletur, rubr. 11. cap. 3. num. 8.
Illius nomen, vnde prodierit, ibidem nu. 9.
Eius periucunda fabula describitur, ibidem num. 10.
An sit ordinum capax, ibidem nu. 1.
Ad ipsum vtrum spectet feudum, quod masculo competit, ibidem nu. 2.
Ab ipso emissa professio vtrum subsistat, ibidem num. 3.
Vtrumque sexum parem habens, adhuc vetatur insigniri ordinibus, ibidem nu. 4.
Quid verò sit de eo sentiendum, qui neutrius est generis, ibidem num. 5.

Quid

Quid de eo, quem mutasse sexum apparet, ibidem num.6.
Homicida antiquitus poterat assumere ordines, rubr.11.cap.23.nu.1.
Posteriori verò iure nequaquam, ibidem numer.2.
Irregularitatem contrahit, etiam si occisus esset excommunicatione ligatus, ibidem numer.6.
An sit occidens puerperium, vide in verbo puerperium.
An Medicus consulens poculum ad abortiendum, in verbo Medicus.
Extraordinariè punitur, si culpa antecedit casum, ibidem nu.33.
Neque tunc esset ab irregularitate alienus, ibidem num.34.
Etiam si culpa esset leuis, quid verò si leuissima, ibidem nu.35.
Quali vti debeat diligentia ne qui rei licitæ incumbit fiat irregularis ob subsequens homicidium casuale, ibidem nu.36.
Si rei illicitæ operam dederit, etiam si omnem adhibuisset curam fieret irregularis ob casuale homicidium, ibidem nu.37.
Voluntarius quando celebrare possit absque dispensatione, ibidem nu.69.
Illi facta collatio beneficij inualida est, ibidem num.119.
Antea tamen obtentis non spoliaretur ipso iure, ibidem nu.120.
Imò etiam si de homicidio esset condemnatus, nisi expressè addita esset priuatio beneficij, ibidem num.121.
Quid si beneficium haberet annexum sacrum ordinem, ibidem nu.124.
Homicidio à multis patrato, si ignoratur occidens, omnes præsumuntur irregulares, rubr.9 cap.8.nu.46.
Irregularitas ex eo orta, à quo iure prodierit, rubr.11.cap.23.nu.3.
Illius refertur definitio ibidem nu.5.
Illud, & mutilatio à pari procedunt ad incurrendam irregularitatem, ibid.nu.18.
Vno ex quatuor modis, (qui referuntur) committitur, ibidem nu.31.
Casuale plerumque committitur, etiam à dante operam rei licitæ, ibidem nu.32.
Illud etiam committeret, qui poculum amatorium daret mulieri, quæ, aut eius fœtus propterea interierit, ibidem nu.47.
Et propterea, qua pœna esset castigandus, ibidem nu.48.
Necessitate cogente patrato, irregularitas contrahitur, si necessitas potuisset euitari, ibidem nu.50.
Quod si ineuitabilis fuerit, non incurritur, ibidem num.51.
Et tunc neque impedit missam complere, si celebrans inuasus fuisset, & occidisset, ibidem num.52.
Neque peccatum operaretur si tamen concurrant, quæ referuntur ibidem nu.54.
Id tamen si pro tuitione propria personæ, ibidem num.55.
Atque ideò non si pro tuitione personæ alterius, etiam si proprij parentis, ibidem numer.56.
Multo minus si pro tuitione rerum, etiam suarum, ibidem nu.57.
Etiam si laicus esset, qui pro defensione illarum occideret, ibidem nu.58.
Commissum ab eo, qui antea insultauit, causaret irregularitatem, ibidem nu.59.
Similiter si ab eo qui poterat aufugere, & se liberare ab illa necessitate, ibidem nu.60.
Aufugere an teneatur laicus eo casu, ibidem num.61.
Cum verò esset fuga dubia an teneatur etiam Clericus aufugere, ibidem nu.62.
Qui inuasorem fugauit, eumque insequutus est, & occidit, fit irregularis, ibidem num.63.
Casuale, & voluntarium, quando dici possit illicitum, ibidem nu.67.
Voluntarium quatrupliciter contingere potest, ibidem num.68.
Illi opem præstans an sit irregularis, vide in verbo opem.
Illud committi mandans fit irregularis, ibidem num.91.
Quid verò si mandatarius occidisset, nullo etiam præcedente mandato. ibidem nu.92.
Quid si mandatum dirigeretur ad offensam tantum, non homicidium, ibidem nu.93.
Mandatum verò non tantum expressum requiritur, sed tacitum sufficit, sub dicto numer.93.
Nisi reuocatum fuerit ibidem, vbi etiam discutitur, quid si ratum habuit.
In quibus casibus æquiparetur homicidium, & mutilatio, ibidem 98.
Huius particeps siuè facto, siuè præcepto, siuè consilio inhabilis iudicatur ad ordines, rubr.11.cap.24.nu.6.
Voluntarium quale sit, inquiritur eod. cap.23.nu.133. & respondetur nu.137.
Diuiditur autem in occultum, & non occultum, num.134.
Occultum verò adhuc subdiuiditur, ibidem num.135.
Omninò occultum patrans an contrahat irregularitatem, vel saltem possit nè ab Episcopo consequi dispensationem, ibid nu.136.
Voluntarium quale, & quando dicatur, ibidem num.137.

Inten-

Intenti, & voliti ponuntur complura exempla scitu digna, atque in praxi multum necessaria, ibidem num. 139.

Necessarium dicatur ne comprehensum sub casuali, ibidem nu. 140.

An operetur irregularitatem illud, quod necessitate cogente patratum est, rubr. 11. cap. 13. num. 26.

Honorarium, siuè Palmarius Aduocatus vincentis ne possit directè petere à victo condemnato in expensis, rubr. 11. cap. 13. numer. 382.

Quid in causa propria eiusdem Aduocati, ibidem num. 383.

Hora sit nè certa constituta ad dandam tonsuram, rubr. 6. cap. 1. nu. 4.

Qua sit constituta pro conferendis ordinibus minoribus, rubr. 6. cap. 2. nu. 18.

Qua verò pro conferendis sacris, rubr. 6. cap. 3. num. 17.

Item qua pro consecratione Episcoporum, & alia vide in verbo consecrationi.

Hosti credendum nemo sapientum putauit, rubr. 11. cap. 31. nu. 3.

Hydrida, qui appellentur, rubr. 11. cap. 13. numer. 12.

Hydropisi laborantes ad ordines recipi non debent, rubr. 11. cap. 17. nu. 115.

Hypocritarum descriptio refertur rubr. 11. cap. 17. num. 5.

I

IDonior quis dicatur, vt præferendus sit in institutione facienda de idoniore, rubr. 11. cap. 13. num. 443.

Ieiunium in qua ætate quis seruare teneatur, rubr. 7. cap. 6. num. 148.

Antea verò, is qui emisit professionem, ibidem num. 149.

Aut qui iubileum vellet consequi, præcipiens ieiunium, ibidem num. 150.

Ab eo, vt propter senectutem quis deobligetur, in qua debet esse constitutus ætate, ibidem num. 151.

Illud tria requirit, rubr. 12. cap. 16. nu. 56.

Cibi vetiti, qui sint tempore illius, ibidem numer. 57.

Refectiunculam tunc sumere manè vtrum liceat, ibidem nu. 58.

Hora, qua sit in eo idonea, ibidem nu. 59.

Illius lex quando minimè frangatur, quamuis non seruetur nu. 60.

Illud quibus diebus obseruare teneamur, ibidem num. 61.

Vouens ieiunare in festiuitate alicuius Sancti, an teneatur si incidat in Dominicam, num. 62.

Quo tempore incipiat, & quo vsque duret, ibidem num. 63.

Ab illo dispensatus dicitur, qui habilitatus est comedere carnes, non autem, qui lacticinia, num. 64.

Illud introducendi, quæ fuerint causa, ibidem num. 65.

Ignoscendum est si multitudo deliquit, rubr. 6. cap. 3. num. 19.

Illegitima non vetatur fieri Monialis, rubr. 11. cap. 13. nu. 122.

In Abbatissam tamen eligi prohibetur, ibidem num. 123.

Illegitimi prohibentur de iure Canonico ordinari, rubr. 11. cap. 13. nu. 1.

Eorum multiplices esse species refertur, illaque recensentur ibidem nu. 2.

Qui propriè ita dicebantur antiquo iure, ibidem num. 3.

Qui verò hodie, ibidem nu. 4.

Admittantur nè ad successiones, cum distinctione respondetur, ac deinde subijciuntur declarationes, ibidem nu. 25. cum seq.

An succedant in feudo, ibidem nu. 56.

Quid in feudo Ecclesiastico, ibidem.

Ad iuspatronatus verò succedant, ibidem numer. 58.

Succedant nè parentibus quo ad nobilitatem, & insignia, ibidem nu. 59.

Religionem ingredi vtrum possint, ibidem num. 61.

Quibus ex rationibus inhabiles sunt ad successionem, & alia, ibidem nu. 62.

Ad beneficia quoque sunt inhabiles, ibidem num. 63.

Ad pensiones etiam ibidem nu. 64.

Eis an suffragetur mandatum Papæ de prouidendo, ibidem nu. 65.

Si essent dispensati ad Episcopatum, vtrum dicerentur dispensati ad Presbyteratum, & alios inferiores ordines, ibidem nu. 91.

Caracterem an recipiant si ordinari patiantur, ibidem nu. 113.

Et si deinde ministrent, an nouam alterius speciei incurrant irregularitatem, ibidem num. 114.

Post professionem, ordinibus insigniri non prohibentur, ibidem num. 120.

Dispensati ad Prælaturas Religionis, non dicuntur habilitati ad sæcularia curata, ibidem num. 121.

Ita nati habiles redduntur ad ordines si legitimati fuerint, vide in verbo legitimatio.

Si ordines susceperint validetur nè promotio per matrimonium deinde inter eorum parentes subsequutum, ibidem nu. 156.

Illiteratus quis propriè dicatur, rubr. 5. cap. 5. num. 2.

Eidem

Eidem facta collatio beneficij est ipso iure nulla, ibidem num. 1. & rubr. 9. cap. 14. num. 5.
Promoueri prohibetur, rubr. 11. cap. 14. numer. 2.
Homicida odiosior reputatur, ibid. nu. 3.
Et propterea explicantur verba illa Dauidis, quia non cognoui literaturam, &c. ibidem num. 4.
Illi facta collatio beneficiorum est ipso iure nulla ibidem nu. 5.
Illi verò qui tametsi non illiteratus, debita scientia careret, sit ne irrita, vel irritanda collatio, discutitur, ibidem nu. 6.
Indocti prohibentur promoueri, vide in verbo illiteratus.
Ab ordine verò suscepto suspendendus est, donec illis se idoneos reddiderint, rubr. 11. cap. 14. num. 9.
Induciæ annales, siuè quinquennales non opitulentur fideiussori, & alia de eis, vide in verbo moratoria.
Indulgentias concedere possunt Episcopi ante consecrationem, in probem nu. 2.
Etiam perpetuas, ibidem nu. 3.
Incestuosi, qui dicantur, rubr. 11. cap. 13. numer. 20.
Incompatibilis est Canonicatus, & Curatum beneficium, vide in verbo Canonicatus.
Incõpatibilitas beneficiorum duobus modis contingere potest, rubr. 12. cap. 14. nu. 14.
Inter eos modos compatibilitatis, quæ sit differentia, ibidem nu. 15.
Incorrigibilis quis censendus, rubr. 12. cap. 15. num. 2.
Inebriari, qui consueuerit non potest assumere ordines, rubr. 11. cap. 11. nu. 14.
Infames ordines suscipere vetantur, rubr. 11. cap. 18 num. 1.
Similiter & beneficia consequi, ibid. nu. 2.
Quin & ordinum exequutione priuandi veniunt, ac beneficijs spoliandi, ibid. nu. 3.
Iure Canonico dicuntur omnes, qui iure ciuili ita reputantur, ibidem nu. 11.
Casus omnes ex quibus sit aliquis infamis, ex aliquo trium capitum prodeunt, quæ recensentur, ibidem nu. 12.
Ab illa iuris si fuerint per Principem laicum habilitati, non erunt habiles ad Ecclesiastica, ibidem nu. 13.
Infamia triplex, rubr. 11. cap. 18. nu. 4.
Facti quæ sit, ibidem nu. 5.
Iuris duplex, & quæ, ibidem nu. 6.
Ipsa incurritur, quamuis procedatur per viam exceptionis, ibidem nu. 7.
Sed constare prius debet de sententia, ibidem num. 8.
Illam abolere quis valeat, ibidem nu. 10.
Canonica, quæ sit, ibidem num. 14.
Infans si consecraretur Episcopus nihil ageret, rubr. 7. cap. 3. nu. 28.
Quis ita dicatur, rubr. 11. cap. 23. nu. 100.
An fiat irregularis si occidat nu. 99.
Infirmitas quamuis grauis non est valida causa exeundi à Monasterio, rubr. 12. cap. 16. num. 22.
Ingredi, vt aliquis possit Monasterium, tria requiruntur rubr. 12. cap. 13. nu. 25.
Inhibitio metropolitani inualida est, si appellatio legitimè facta non praecessit, rubr. 11. capit. 13. num. 303.
Inimicus plus metuendus, qui latenter obripit, rubr. 11. cap. 31. nu. 2.
Si fallaciter interimere suum inimicum conetur an sit proditor nu. 8.
Inquisitor hæreticæ prauitatis, cuius ætatis esse debeat, rubr. 7. cap. 6 nu. 122.
Cuius verò delegati ab ipsis inquisitoribus, ibidem num. 123.
Insidiæ nomen quid significet, & complectatur, rubr. 11. cap. 31. nu. 10. & 11.
Instantia cum est perempta vtrum dicatur pendere lis, vide in verbo lis.
Instituens bonum ex præsentatis, omisso meliori an peccet, rubr. 6. cap. 3. nu. 33.
Instituere ad beneficium an possit Ordinarius inferior, rubr. 11. cap. 13. nu. 436.
Vicarius autem Episcopi potest quamuis specificam non habuerit facultatem, ibidem num 437.
Capitulum etiam sede vacante, ibid. nu. 438.
Institui, cum plures fuerũt præsentati, is debet, qui idonior est, rubr. 11. cap. 13. nu. 442.
Idonior quis tunc dicatur, vide in verbo idonior.
Cum est dubium, quis è præsentatis ab eodem patrono sit instituendus, debet institui, qui primo loco fuit præsentatus, ibidem num. 444.
Institutio ad beneficium quandoque differenda est, rubr. 11. cap. 13. nu. 471.
Ad illam faciendam non reperitur præscriptum tempus, ibidem nu 474.
Ideò quo possit remedio vti præsentatus si differatur institutio, ibidem nu. 475.
Institutio beneficij obligans omni die celebrare, vtrũ valeat, & obliget, rubr. 7. cap. 6 nu. 15
Instructa causa quando dicatur, & alia vide in verbo causa.
Intrusus dicitur, qui non vocato possessore capit possessionem, rubr. 11. cap. 13. nu. 221.
Inuadens aliquem si in necessitate deinde constituatur occidendi, fit irregularis, rubr. 11. cap. 23. num. 59.
Inuasorem, qui fugauerit, & occiderit, est irregularis, rubr. 11. cap. 23. nu. 63.

Imperiti arceantur à munere iudicandi, rubr. 11. cap. 14. num. 1.
Item à suscipiendis ordinibus, vide in verbo illiteratus.
A susceptis verò suspenduntur, donec illis se idoneos reddiderint, vide in verbo indocti.
Imperator non propagatione naturali, sed electione tantum creatur, rubr. 8. cap. 5. numer. 6.
Prius in Regem eligitur Romanorum, ibidem nu. 7. & rubr. 7 cap. 6 sub nu. 157.
Irregularis nec ne sit, qui requisita scientia ad ordines, illorumque exercitio caret, rubr. 5. cap. 4. nu 6.
Sit ne, qui suspensus à collatione ordinum illos conferat, rubr. 7. cap. 4. nu. 4.
Vtrum ille, qui ab vsu Pontificalium suspensus, ordines conferat, ibidem nu 5.
Vtrum ille, qui suspensus à Pontificalibus in illis celebrat, ibidem nu 6.
Vtrum ille, qui ante ætatem promotus ministrauit ibidem nu 9.
Vtrum ille, qui credens habere legitimam ætatem promotus est ante illam, ibidem num. 11.
Quid si tunc ministrauit ibidem nu 12.
Quid verò si postquam aduertit carere legitima ætate ministrare non omiserit, ibidem num. 13.
Quid si dolosè tunc suscepit ordines, sed deinde bona fide ministrauerit, ibid. nu. 14.
Vtrum ille, qui aliquo modo vetito per constitut. Pÿ II. suscepit Sacerdotium, ibidem num. 15.
Vtrum ille, qui ante perfectum trigesimum annum in Episcopum consecratur, ibidem num. 16.
Non nisi à Papa dispensari potest ab irregularitate contracta, ille qui suspensus ministrauit, rubr 7. cap. 5. num. 2. & rubr. 6. cap. 3. nu 23.
Cum ignoratur quis occiderit, omnes, qui adfuerunt homicidio præsumuntur homicidæ, & irregulares, rubr. 11. cap. 8. nu. 46.
An ita sit, qui inebriari consueuit, rubr. 11. cap. 11. nu. 14.
Quid verò dicendum in eo qui vinum non bibit, ibidem nu. 15.
Aut cui est prohibita vini potio, ibidem numer. 16.
Et si ordinetur abstinere debet, ibidem numer 17.
Quis dispenset cum eo, ibidem nu. 18.
An ita sit laicus exercens sacrum ordinem, ibidem nu. 21.
Quid de Clerico exercente non susceptum, ibidem nu. 22.
Num ille, qui Epistolam canit sine manipulo, aut Euangelium sine stola, an fiat irregularis, ibidem nu. 23.
Etiam si cum illis mos sit Regionis canere, ibidem nu. 24.
Qui ex defectu irregularis est, nunquam in aliam incidit irregularitatem prouenientem ex promotione, & administratione in promotis, rubr. 11 cap. 17. nu. 108.
Fiat ne qui fuit in causa, vt vir superueniens occideret vxorem, ad quam ipse accesserat, rubr. 11. cap. 13 nu. 44.
Quid si tunc inuasus ab adultera viro, & debito vsus moderamine occiderit inuasorem, ibidem nu 45 & 53.
Vtrum, qui vulnerauit, si deinde vulneratus decesserit, ibidem nu. 46.
Infans non ita fit, etiam si occidat, rubr. 11. cap. 11. nu 99.
An ita sit, qui schismaticus est, rubr. 11. cap. 26. num. 40.
Irregularitas, vt publica dicatur non satis est, vt publicè ministrauerit, nisi etiam sciretur publicè ipsum esse suspensum, rubr. 7. cap. 5 num. 3.
Ea incurritur, etiam ob auxilium præstitum, rubr. 9 cap. 8 nu. 48.
Omnem irregularitatem à solo iure humano introductam esse probatur, rubr. 11. cap 6. num. 28.
Ipsa quo tempore cœperit esse annexa bigamiæ ibidem nu. 25.
Eam non incurrit Clericus, qui gauisus est priuilegio cap Odoardus, & propterea altiores assumere ordines non vetatur, rubr. 11. cap. 10 nu. 6.
Ipsa impedit ordines assumere Ecclesiasticos, rubr. 11 cap. 11. nu 1.
Operatur suspensionem à ministerio suscepto- rum, nisi in certis casibus, ibidem nu 2.
Non tamen ab omni vsu ordinum, ibidem num. 3.
Ad beneficia consequenda inhabilem reddit, ibidem nu. 4.
Item ad pensiones ibidem nu. 5.
Obtentorum ante priuationem quoque operatur, non tamen ipso iure, ibidem nu 6.
Etiam si ex causa homicidÿ incurratur, ibidem num. 7.
Fructuum admissionem an pariat, ibidem num. 8.
Ab ea non absolutio, sed dispensatio datur, ibidem num. 10.
Omnis aufertur ingressu Religionis, rubr. 11. cap. 13. nu. 116.
Præter eam, qui ex bigamia proficiscitur, ibidem num. 117.
Eius causa si cessat, vbique & irregularitas ipsa cessat, rubr. 11. cap. 17. nu. 67.

Non

Non nisi homicidio, vel mutilatione contrahitur, rubr. 11. cap. 23. nu. 94.
Ita quod pracidendo digitum, non contrahatur, ibidem nu. 95.
Vtrum si manus abscindatur, sed arida, ibidem nu 97.
Ipsa non solum oritur ex delicto, quod committitur, sed ex altero, quod quis impedire omittit, si tamen aliqua concurrant, ibidem nu. 114.
In eam, qui incurrant non impediendo delictum, ibidem nu. 117.
In eam vtrum incurrat, qui ageno non succurrit, & fame pereat, ibidem nu. 118.
Si occulta est, quando ab Episcopo deletur vigore Concilij, rubr. 7. cap. 5. nu. 7.
Itali ordinati ab Vltramontanis, quam incurrant pœnam, rubr. 9. cap. 1. nu. 12.
Iudaeorum filij à natiuitate baptizati non prohibentur ordinari, & beneficia adipisci, rubr. 11. cap. 7. nu. 6.
Iudex compromissarius, quam ætatem habere debeat, rubr. 7 cap. 6. nu. 142.
Quis erit in causa desertionis appellationis, rubr. 11. cap. 13. nu. 251.
Prioris instantia, etiam post intimatas literas inhibitoriales posset decernere appellationem desertam, si appellans post dictam intimationem fecerit coram ipso aliquem actum appellationi contrarium, rubr. 11. cap. 13 nu. 252.
Vtrum possit coarctare terminum ad triginta dies, ibidem nu. 318.
Appellationis, possit ne cum deserta est appellatio confirmare primam sententiam, rubr. 11. cap. 13 nu. 253.
Ipse inhibere non valet, & inhibendo impedire nequit exequutorem ne procedat, ibidem num. 278.
Afficitur iniuria si eius sententia reuocetur, rubr. 11. cap. 17. nu. 97.
An possit suam exequi sententiam, rubr. 11. cap. 13. nu. 306.
Quid post desertionem contingentem ob lapsum termini statuti ab homine, ibidem num. 319.
Eius recusatio operetur ne, vt eligantur arbitri, tam si Ordinarius, quàm Delegatus recusetur, & alia multa, vide in verbo recusatio.
Quando dicatur secundum formam iuris interrogare reum, vt ille teneatur fateri delictum, rubr. 11. cap. 23. nu. 88.
Mandans suspendi reum, committat ne homicidium, & voluntarium, rubr. 11. cap. 24. num. 17.
A quo dispensetur, vide in verbo dispensare.
Laicus teneatur ne statim exequi sententiam Ecclesiastici Iudicis, rubr. 12. cap. 13. numer. 87.
Illi liceat ne ad eruendam veritatem indicere ieiunium inquisito, eadem rubr. cap. 16. num. 66.
Iura loquentia de redimendis captiuis, in carceratis militare ostenditur, rubr. 11. cap. 33. num. 30.
Loquentia de beneficijs curatis, vendicant sibi locum in Vicarijs perpetuis, rubr. 7. cap. 7. num. 114.
Iuramenti multiplex traditur diffinitio, rubr. 11. cap. 19. num. 21.
Ad illius substantiam requiratur ne tactus alicuius rei, ibidem nu. 22.
Episcopi, Presbyteri, Religiosi, & alij Prælati, cum iurant tangunt pectus, ibidem num. 23.
Sæculares autem Principes, etiam Reges, & Imperator tangunt scripturas, ibidem num. 24.
Cum rectè præstatur, licitum esse probatur, ibidem num. 25.
Ab ipso absolutio concedi vtrum possit, rubr. 12. cap. 13. num. 103.
Ab ipso relaxatio, à periurio autem petitur absolutio, eodem cap. 19. nu. 26.
Prædictam relaxationem solent concedere Antistites, & alij Prælati, ibidem nu. 27.
Non tamen omnes, sed ille tantum, qui petentis est Superior ordinarius, ibidem num. 28.
Item ille, qui præest loco, vbi celebratus est contractus, ibidem nu. 29.
Item qui loco, in quo petens detinet domicilium, ibidem nu. 30.
Non autem eius loci Antistes, in quo lis mouetur, ibidem nu. 31.
Si multa fuerint etiam in eodem instrumento præstita iuramenta, non vnica sufficit relaxatio, sed ab omnibus, ibidem nu. 33.
Ab illius relaxationis concessione, vtrum liceat appellare, & ad effectum suspensiuum ibidem num 34.
Quin suspendatur ne illius effectus, si Iudex detulerit appellationi, ibidem nu. 35.
Ad illam concedendam requiratur ne citatio partis, ibidem nu. 36.
A iuramento ad effectum compensandi, an concedenda veniat, ibidem nu. 37.
Ab illo verò præstito in obligatione Camerali, non est concedenda ad effectum compensandi, ibidem nu. 38.
Ea non indigent Canonici successores iurantium, ibidem nu. 45.
Neque hæredes, quamuis eos obliget testatoris iuramentum, ibidem nu. 46.

Ipso iuramento valletur ne contractus minoris, vt citra absolutionem venire contra illud nequeat, ibidem nu 40. & 41.
Praestari diebus festiuis nequit, rubr. 12. cap. 13. num. 105.
Neque absolutio tunc ab eo concedi, ibidem num 103.
Iurispatronatus titulus quo modo sit probandus, rubr. 11. cap. 13 nu. 405.
Et quomodo possessio. ibidem nu 406.
Et quomodo sit probandum iuspatronatus, cum adest praesumptio vsurpationis, ibidem nu. 407.
Et tunc an vltra immemorabile tempus requiratur probatio praesentationum factarum per scripturas, spatio quinquaginta annorum, ibidem nu. 408.
Alia verò persona aliena ab vsurpatione probare illud, etiam post Concilium possunt illis omnibus modis a iure permissis, ibidem num. 409.
Attestationes testium in scriptis redactae, an probent iuspatronatus, cum vsurpatio praesumitur. ibidem nu. 410.
Homines de Vniuersitate an probent iuspatronatus pro Vniuersitate, ibidem num. 412.
Praesentationes multiplicatae, ac factae à Procuratoribus, quae sortitae sint effectum, an probent possessionem iurispatronatus, rubr. 11 cap. 13. nu. 413.
Quatragenaria possessio sufficiens de iure communi ad probandum iuspatronatus, an etiam sufficiat post Concilium, ibidem num. 415.
Modi, quibus etiam nunc probatur, remissiuè tanguntur, ibidem nu 416.
Ac praesertim fama, idque decisionibus multis quae referibuntur, defenditur ibidem num. 417.
Illud non verificari ex certo subsidio alicui praestito, tanquam patrono ostenditur, num. 322.
Mentio facta in bullis ab instituente, an illud probet ibidem nu. 418.
Bulla praedicta an probent praesentationem intercessisse. ibidem nu. 420.
Sententiae an probent patronatum, illaq; praesertim an sufficiant, vt interea manuteneatur praesentans, ibidem nu. 421.
Praesentationem praecessisse an praesumatur, si sententia producatur, ibidem numer. 422.
Anni quinquaginta requisiti per Concilium, à quo tempore initium sumant, & quousque protelentur. ibidem nu. 426.
Vnicus sufficiat actus ad effectum vt quis manuteneatur in possessione, si de existentia patronatus non dubitatur, ibid. nu. 427.
Centum annorum spatium requiri ad probandam possessionem patronatus, demonstratur, ibidem nu 428.
Mentio in literis Apostolicis facta à prouiso, quod sit de iurepatronatus, illud an probet, ibidem nu. 419.
Iurisiurandi multiplex traditur definitio, rubr. 11. cap. 19. nu. 31.
Et alia vide in verbo iuramenti.
Iuspatronatus ex primaua erectione, quibus ex causis acquiratur, rubr. 11. cap. 13. num. 334.
Et tunc acquiratur ne, vt etiam reseruetur patronatus, an sufficiat dotasse, fundasse, vel construxisse, ibidem nu. 335.
An quaratur readificatione, ibidem numer. 336.
Vtrum per augmentum dotis, ibidem numer. 340.
An ex priuilegio, an ex causa onerosa dicatur tunc acquisitum. ibidem nu. 343.
Quae pacta in illius fundatione apponi possint, ibidem nu 350.
Acquisitum ex vsurpatione, in quibus praesumatur, ibidem nu 411.
Vacans in mense reseruato comprehenditur sub Regula octaua, si non apparet ex fundatione, vel dotatione acquisitum, rubr. 11. cap. 13. nu. 302.
Transferri quot modis possit, rubr. 11. cap. 13. num. 152.
Transeat ne ad haeredes donatarij, aut alterius cessionarij, si non adsit clausula pro se, & haeredibus, cum translatum fuit, ibidem nu. 351.
Vtrum transeat in simplicem cessionarium, ibidem nu. 353.
Vtrum accessoria transeat cum venditione, ibidem nu. 354
Vtrum cum fundo vendito, si in eo extet cappella continens patronatum, ibidem num. 355.
Quid cum palatio vendito, ibid nu 356.
Vtrum transeat in conductorem castri, aut villae ibidem nu. 357.
Vtrum in eum cui data sit res in pignus, in qua erat iuspatronatus, ibid nu. 359.
Vtrum & in sequestrum, ibid. nu. 360.
In feudatarium autem transire non dubitatur, ibidem nu. 361.
Sed in maritum, vel fructuarium discutitur, num. 362.
Quin & ad Monasterium etiam viuente patrono ingresso Religionem, ibid. nu. 363.
Sicuti, & ad fideicommissarium generalem, ibidem nu. 364.
Ius praesentandi donari potest, reseruato iurepatronatu

tronatu, rubr. 11.*cap.* 13. *nu.* 366.

Iustificare narratiuam oportet, in verbo narratiua.

Iustitia descriptio ponitur in rubr. 3. *nu.* 11.

Iuuenibus gubernantibus, mala complura oriri solent, rubr. 12.*cap.* 13.*nu.* 127.

Eorum exempla veluti rarò contingentia amplecti non debemus nu. 128.

L

Labia appellentur nè membra, rubr. 11.*cap.* 17.*num.* 86.

Illa multoties irregularitatem gignunt, ibidem num. 87.

Lacticiniorum esus permittitur aliquibus in locis, tempore ieiuniorum, rubr. 6. *cap.* 3. *num.* 38.

Illis vesci tempore quadragesimali sit ne de iure vetitum, ibidem nu. 39.

Laicus possit ne præsentari, discutitur, & illius præsentatio vtrum dicatur facta de inhabili, rubr. 11.*cap.* 13.*nu.* 465.

An conferre baptismum valeat, rubr. 1.*num.* 111.

Si Religiosum percutiat, absolui an possit à Superiore Regulari eiusdem percussi, rubr. 12.*cap.* 13.*nu.* 136.

Læsio habeat nè locum in donatione, rubr. 8.*cap.* 4.*num.* 5.

Vltra dimidiam ita procedere oportet si maior iurauit, ac si minor, rubr. 11. *cap.* 19. *num.* 44.

Legatum relictum mulieri si honestè, & castè vixerit, debetur & si alias cõtraxerit nuptias, rubr. 7.*cap.* 3.*nu.* 17.

Monacho relictum cum conditione nè quæratur Monasterio, an subsistat, rubr. 12. *cap.* 7.*nu.* 13.

Legem qui transgreditur, cuius peccati labe maculetur, rubr. 9.*cap.* 9.*nu.* 10.

Illam, & physicam si Ecclesiastici audiant, excommunicationem quando incurrant, rubr. 12.*cap.* 9.*nu.* 2.

Latam propter bellum temporibus duris, in pace florente abrogandam esse, probatur rubr. 11.*cap.* 17.*nu.* 135.

Itidemque in casu contrario, sub eodem numer. 135.

Legitima, solum de iure debetur filio post patris interitum, eaque, quæ, & qualis esse debeat, & quomodo persoluenda, discutitur rubr. 8.*cap.* 4.*num.* 9.

Quando debeatur renuncianti bonis paternis, maximè si propter assignatam dotem, sed non sufficientem nu. 11.

Ea tamen priuatur propter ingratitudinem, ibidem num. 12.

Legitimati per subsequens matrimonium capaces sunt ordinum, beneficiorumque omnium, sine vlla dispensatione, rubr. 11.*cap.* 13.*num.* 126.

Etiam Episcopatus, ibidem nu 127.

Eosque venire appellatione filiorum legitimè natorum, etiam in materia stricta, & statutaria demonstratur, ibidem nu. 128.

Quin ad feuda quoque habiles esse, probatur ibidem nu. 129.

Etiam ad Ecclesiastica, ibidem nu. 130.

Quid si aliud fuerit intermedium matrimonium, num. 131.

Quid tamen si extarent nati ex matrimonio, & statuto caueretur primogenitos ad feudum admitti, ibidem nu. 132.

Ex ancilla etiam procreati nu. 133.

Etiam si matrimonium cum fidele hæretico, vel schismatico initum est, nu. 134.

Quin & nati ex clericis constitutis in minoribus, & beneficiatis, ibidem nu. 136.

Ita etiam si matrimonium celebratum fuerit ab existentibus propè interitum, ibidem num. 137.

Atque etiam si tale matrimonium fuerit putatiuum, ibidem nu. 138.

Multò magis nati post tale matrimonium putatiuum, ibidem nu. 140.

Eiusmodi nati ex matrimonio putatiuo adeò sunt legitimi, vt excludant etiam substitutum, ibidem nu. 144.

Legitimatio facit habiles ad ordines, qui illegitimi nati erant, rubr. 11.*cap.* 13. *nu.* 124.

Præsertim si illa ex subsequenti matrimonio proficiscatur, ibidem nu. 125.

Per viam rescripti concedat tantum supremus Princeps, ibidem nu. 165.

Neque omnis supremus Princeps, sed is tantum, qui est impetrantis Superior, ibidem nu. 166.

A laico Principe concessa, nullius est roboris apud Ecclesiam, ibidem nu. 167.

Differt plurimum à dispensatione, ibidem num. 168.

Si subsequatur testamentum, an illud rumpat, ibidem nu 169.

Legitimus contradictor si non sit, qui compareat, non est retardanda possessio alterius, rubr. 11.*cap.* 13.*nu.* 223.

Quis dicatur legitimus contradictor, ibidem num. 224.

Ita præsertim dicitur, qui habet titulum prouenientem ex eodem fonte, ibidem numer. 233.

Leprosus nec ordinari potest, nec in susceptis ministrare, rubr. 11.*cap.* 17.*nu.* 153.

Illi datur coadiutor, non tamen spoliatur beneficio, quamuis Curato, ibidem nu. 154.

Potest beneficium resignare coram Ordinario, etiam bis temporibus, ibidem nu.160.
Nonnunquam leprosos sanatos fuisse, ostenditur ibidem nu.162.
Lex posterior contradicens praecedenti, illam abrogat, etiam si eius non meminerit, rubr. 11.cap.12.nu.12.
Quae de contractibus loquitur, non extenditur ad vltimas voluntates, rubr. 12. cap. 3. num.13.
Lex Barbarius ff de offic. Prator. explicatur, & traditur intellectus, rubr. 11. cap. 15. num. 49. & vide in verbo Regula.
Liberi Colonorum, & aliorum, &c. eiusdem sunt conditionis, si vterque parens censitus sit, ac si alter tantum, rubr. 11. cap. 8. numer. 15.
Libertus ordinari non debet, rubr. 11. cap. 8. num. 12.
Librorum editio interdicta est, si Episcopi non praecedat licentia, etiam à Regularibus facienda, rubr. 12. cap. 13. nu. 4.
Licentia celebrandi in propria domo non expirat morte concedentis, rubr. 9. cap. 8. numer. 38.
Neque altera de non residendo nu.40.
Cum conceditur laborandi in diebus festiuis, commutatio in eleemosynam an intrare possit, rubr. 12. cap. 13. nu. 4.
Eam quis concedat in certis casibus mentionatis, in quibus Moniales exire debent à Monasteriis, rubr. 12. cap. 16. nu. 23.
Quis verò ingrediendi, in aliis memoratis, & necessariis casibus ad illarum Monasteria, ibidem nu. 31.
Illam si habeant Moniales, aliqua possidendi, valeat ne contractus ab illa initus, ibidem num. 70.
Illa circa vsum mobilium qualis esse debeat, ibidem nu. 71.
Licitatoris aliqua, vide in verbo candela.
Lien cui deest, sit ne assumendus ad ordines, rubr. 11. cap. 17. nu. 116.
Lingua carens inhabilis quando sit ad ordines, rubr. 11. cap. 17. nu. 88.
Item quid si vsu linguae, ibidem nu. 89.
Matrimonium contrahit, ibidem nu. 90.
Qui tardè, & impeditè loquitur, & Balbus, & Blesus, non est irregularis, ibidem numer. 91.
Illius vitio cessante, cessat quoque irregularitas, ibidem nu. 94.
Quod illius vitium quandoque cessauerit, multa referuntur exempla, ibidem numer. 95.
Lippitudine laborans est irregularis, rubr. 11. cap. 17. nu. 76.
Illa quae sit, ibidem nu. 77.
Eius differentia, signa, effectus, prognostica, & curatio, traditur remissiuè, ibidem numer. 78.
Lis vt dicatur pendere, quae sint consideranda, rubr. 8. cap. 3. nu. 3.
Eius pendentiam non inducit citatio circumducta, ibidem nu. 5.
Vtrum dicatur pendere post peremptam instantiam, ibidem nu. 7.
Eius exceptio in litis initio proponenda est, ibidem nu. 8.
Litem habere quis, & quando dicatur, rubr. 8. cap. 3. nu. 2.
Illa quinque modis extinguitur, ibidem numer. 9.
Literae aliae dicuntur dimissoria, alia commendatitia, vide in verbo commendatitia, & verbo dimissoria.
In quibus locis, alia multa de his habebis.
Literae exequutoriales cur adinuentae, si idem Iudex suam exequi potest sententiam, rubr. 11. cap. 13. nu. 144.
Literae cambii si fuerint scriptae, liberatus quando dicatur scribens amplè discutitur rubr. 11. cap. 20. nu. 50.
Et propterea quid dicendum cum literae fuerunt acceptatae, non tamen facta solutio, ibidem nu. 51.
Illa ad quem diriguntur soluere vtrum teneatur, maximè si aduenit Nuncius, quî scribens decoxerit, ibidem nu. 52.
Praesumantur nè quandoque acceptatae licet expressa non constet, ibidem nu. 53.
Habent exequutionem paratam contra acceptantem, ibidem nu. 54.
Quid respectu scribentis, si mandatarius renuit soluere, ibidem nu. 55.
Literis Apostolicis si paritum non fuerit, tamen quandoque cessant decreta in eis apposita, rubr. 11. cap. 13. nu. 267.
Earum iustificatio, quomodo, & quando facienda, vide in verbo narratiua.
Locus pro conferendis ordinibus minoribus, constitutus vtrum ne sit, & qualis, rubr. 6. cap. 2. num. 17.
Pro conferendis verò sacris, quis idoneus censeatur, rubr. 6. cap. 3. nu. 16.
Pro consecratione autem Episcoporû, & alia, vide in verbo consecrationi.
Loth vicerunt vina, quem non vicit Sodoma, rubr. 4. num. 5.
Lucretia Romana vindicetur ne prorsus ab impudicitia, & iusta omninò dicatur, rubr. 11. cap. 17. nu. 23.
Lucrum cessans si exigatur, non inducit vsuram cum declarationibus, rubr. 11. cap. 20. num. 24.
Quid si absit mora, ibidem nu. 25.

In

In initio contractus, de eo parisci posse ostenditur nu. 26.
Non tamen tunc exigi, ibidem nu. 27.
Neque totum lucrum cessans exigitur, sed aliqua deducta summa, qua refertur nu. 28.
Lunatici, epilentici, & similes, inhabiles quoque ad beneficia iudicantur, rubr. 11. *cap.* 17. *num.* 181.
Ipsis collatio facta vtrum sit nulla, ibidem num. 182.
Luscitiorum duplex species, rubr. 11. *cap.* 17. *num.* 64.
Luscus iudicatur vitiosus, & ordinari probibetur, rubr. 11. *cap.* 17. *nu.* 63.
Luxuria species esse duas, ostenditur, & declarationes annectuntur, rubric. 11. *cap.* 22. *num.* 23.

M

Magia quid sit, rubr. 11. *cap.* 26. *nu.* 94.
Mala, seu Gena irregularitatem, quandoque pariunt, rubr. 11. *cap.* 17. *nu.* 79.
Si rubeant probitatis est signum, ibidem num. 80.
Malefici quintupliciter ladere alios solent suis maleficiis, rubr. 11. *cap.* 17. *nu.* 190.
Maleficiati, qui propriè ita dicantur, ibidem num. 192.
Vetantur cum illis contrahere, ob quas fuerunt maleficiati, ibidem nu. 191.
Differentia refertur inter frigidos, & maleficiatos, si cum secunda aliquis illorum contrahat, ibidem nu. 194. *&* 195.
Quibus vti remediis possint, ibidem nu. 196.
Maleficiis vti ad dissoluendum maleficium prohibentur, ibidem nu. 197.
Precibus tamen, vel pretio inducere maleficum ad destruendas magias non vetantur, ibidem nu. 198.
Ordinibus insigniri vtrum possint, ibidem num. 200.
Maleficium quid sit, rubr. 11. *cap.* 26 *nu.* 94.
Illud qui declarent, & quomodo exerceatur, num. 100.
Malum nascens facilè opprimitur, inueteratum verò fit plerumque robustius, rubr. 12. *cap.* 8. *nu.* 8.
Perpetrari minimè debet, vt aliud maius vitetur, rubr. 11. *cap.* 17. *nu* 25.
Mandans committi homicidium sit nè, & quando irregularis, vide in verbo homicidium.
Mandatum ad præsentandum, nè periclitetur, quas clausulas continere debeat? rubr. 11. *cap.* 13. *num.* 435.
Manu, qui caret, irregularis est, rubr. 11. *cap.* 17. *num.* 104.
Ei qui caret non vetatur illud exequi ordinis exercitium, quod manum non requirit, ibidem num. 105.
Eam abscissam fuisse, quandoque restitutam refertur, ibidem nu. 106.
Aridam qui haberet, vtrum dicatur corpore vitiosus, & irregularis? ibidem nu. 107.
Sed tremulam, qui detineret sit ne vitiosus, aut irregularis, ibidem nu. 108.
Varam autem, aut brachia longè breuia si haberet, vtrum & talis censendus sit? ibidem num. 109.
Manzeres incogniti apud ciuilistas, noti tamen apud Canonistas, rubric. 11. *cap.* 13. *num.* 15.
Mariti animam contristari ex secundo matrimonio celebrato ab vxore, ostenditur, rubr. 1. *num.* 37.
Matri attestanti genuisse filium cum adultero non tenetur filius credere, rubr. 11. *cap.* 13. *numer.* 18.
Et tamen si crediderit filius, tenetur se spoliare bonis, ibidem nu. 19.
Matrimonium tertio contrahi vetitum est, rubr. 1. *num.* 35.
Illud repeti posse, quo nam modo intelligendum sit? ibidem nu. 43.
Illud contrahi vtroque coniuge adhuc viuente, quare sit vetitum, ibidem nu. 48.
Celebratum absque consensu Parrochi, sed eo præsente sit nè validum, ibidem nu. 50.
Illud repetentem nondū altero dissoluto, punit Ecclesiasticus ibid. nu 46. *& decisum addit. Viu. comm. opin.* 1057. *lit. V, lib.* 1. *nu.* 2.
Quia iterari tunc posse admittit lex Valentiniana, ideò tanquam impia notatur, ibidem num. 49.
Aliquorum, qui simul plura contraxerant, condemnatio facta à Tribunali sanctissimæ Inquisitionis refertur, ibidem nu. 47.
Eius materia, & forma, qua sint, ibidem num. 51.
Eius etiam, qui sit Minister, ibid. nu. eod. 51.
Ad illud contrahendum sit nè, quandoque cogendus sponsus? ibidem nu. 52.
Illud statim contrahere post vxoris obitum non est viro vetitum, ibidem nu. 56.
Fœminæ autem iure Romanorum prohibitum erat infra sex menses numerandos à mariti interitu, quid verò sit de iure Canonico, & Ciuili refertur, ibidem nu. 56.
Ius Canonicum non reuocat pœnas propterea impositas ad fauorem filiorum, ibid. nu. 57.
Quod ius prohibet secundo nubere in tempore, in quo possit esse incertitudo partus, ibidem num. 58.
Quo tempore vetitum non fuerit plures simul habere vxores? ibidem num. 59. *& vide alia in verbo vxor.*

Ratum

Ratum soluatur dispensatione Papa demonstratur, ibidem num. 70.
Item ingressu Religionis alterius coniugum, ibidem num. 71.
Item professione militaris Ordinis S. Ioannis, ibidem num. 71.
Item si voueatur obseruantia alicuius Regulæ ab eo, qui in domo maneret, ibid. nu. 74.
Item propter impotentiam coheundi, ibidem num. 78.
Vtrum dicatur ratum cum vir penetrauit claustra pudoris, & corrupit sponsam, sed semen non emisit, ibidem nu. 75.
Illud susceptione ordinis sacri non dissoluitur, ibidem num. 79.
Neque per vitam heremiticam, ibidem num. 81.
Neque per ingressum Religionis, cum vir corruperit tantum, nec emiserit, ibidem num. 77.
Consumatum, Religionis professione non dissoluitur, ibidem num. 82.
Vtrum verò auctoritate Papa, eodem nu. 82.
Morte dissoluitur, & resurgens non repetit superstitem, ibidem nu. 88.
An dissoluatur si mulier per vim cognita à viro ingrediatur aliquam Religionem, & in ea profiteatur? ibidem nu. 83.
Illud consumantes ante benedictionem Sacerdotalem non peccant mortaliter, ibidem num. 91.
Pro illo contrahendo inter coniunctos, quæ causa sint valida, rubr. 6. cap. 3. nu. 41. & vide in verbo causa.
Ad illud contrahendum, quæ requiratur ætas rubr. 7. cap. 6. num. 127.
Quæ verò adtenta Phylosophorum sententia, sub eodem nu. 127.
Procurator ad illud celebrandum, quot annos natus esse debeat, ibidem nu. 128.
Illud ne contrahant ignorantes doctrinam christianam an impediri possint ab Episcopo, vide in verbo doctrinam christianam, vbi corrige, & dic, rubr. 11. cap. 14. nu. 7.
Ad illud dissoluendum quo ad thorum, quæ alia sufficiant, vide in eodem verbo causa.
Nunquam dirimitur ob frigiditatem mulieris, sed tantum si illa sit arcta cum declarationibus, in rubr. 11. cap. 17. nu. 199.
Vt contrahatur inter consanguineos in tertio, & quinto gradu, seu quarto, & quinto nulla requiritur dispensatio, etiam Episcopalis, rubr. 6. cap. 3. sub nu. 45.
Vtique verò contrahere illud potest vir cum sorore vxoris defunctæ vxoris, si Papa accedat dispensatio, rubr. 11. cap. 13. nu. 147.
Ita etiam, vt patruus cum filia fratris contrahat, ibidem nu. 148.
Quemadmodum si filius fratris velit sibi copulare relictam patrui, ibidem nu. 149.
Raro tamen eas concedere supremos Pontifices resolvitur, in tantum, quod impossibile existimatur, ibidem nu. 150.
Clandestinum, quod sit, rubric. 11. cap. 13. num. 142.
Legitimam tamen reddit prolem postea susceptam, ibidem nu. 141.
Quin, & putatiuum quoque legitimat prolem antea susceptam, ibidem nu. 138.
Multo magis deinde procreatam, ibidem num. 140.
Idque adeò, vt etiam substitutum excludat, ibidem num. 144.
Casus perpulcher additur super hoc matrimonio putatiuo, ibidem nu. 145.
Sed quale matrimonium dicatur putatiuum, ibidem nu. 139.
Matronarum quot numerus sit adhibendus ad cognoscendam mulieris deflorationem, rubr. 1. nu. 87.
Medici Physici num sint inhabiles ad ordines, rubr. 11. cap. 24. nu. 12.
Vtrum dicantur homicidæ si poculum ad abortiendum dederint mulieri constitutæ in periculo mortis, ibidem nu. 17.
Chirurghi verò, qui laici sint, an dicantur inhabiles ad ordines? ibidem nu. 13.
Melior, seu bonus simpliciter loquendo, quis intelligatur, rubr. 6. cap. 3. nu. 35. & vide in verbo, bonus.
Membrum propriè, quale sit, & dicatur, rubr. 11. cap. 17. nu. 112.
De eius mutilatione, vide in verbo mutilatio membri.
Virili carens, & celebrare volens, non tenetur illud arefactum gestare, rubr. 11. cap. 17. num. 16.
Mendacium triplex, rubr. 4. nu. 38.
Quod sit peccatum mortale, ibidem nu. 39.
Mendicantes non Monachi, sed Regulares dicuntur, rubr. 12. cap. 1. nu. 4.
Mentis deformitas quando impediat promotionem? rubr. 11. cap. 17. nu. 98.
Meretrix dici, quæ possit, rubric. 11. cap. 13. num. 9.
Metus annullet nè ipso iure votum, seù iuramentum, rubr. 11. cap. 5. nu. 6. & rubr. 11. cap. 11. sub nu. 9.
Si mortis sit, ob quem aliquis abnegauit fidem non propterea est hæreticus, eodem cap. 5. num. 1.
Ille quid sit, eodem cap. 11. nu. 10.
Qualis requiratur ad annullandum actum, num. 11.
An professionem annullet, vide in verbo professio.

Cadem

Cadens in constantem virum, quando dicatur, eodem cap. 11 nu. 12.
Reuerentialis an inualidet votum, seu matrimonium ob illud celebratum nu. 14.
Miles non minor annorum 17. esse debet, rubr. 7. cap. 6. nu. 147.
Si militis in bello iusto sit ne incapax ordinum, rubr. 11. cap. 24. nu 8.
Minor nec doli capax, si delinquat nullam pati meretur pœnam, rubr. 7 cap. 1. nu. 15.
Minores ordines quo tempore sint conferendi, rubr. 6. cap. 2 nu. 1. & vide verbo ordo.
Et quo loco, ibidem nu. 17.
In qua hora sint conferendi, ibidem nu. 18.
Cum illi conferuntur sit ne missa celebratio necessaria, ibidem nu. 19. & verbo missa.
Vtrum possint simul conferri ibidem nu. 20.
Illis insignitus extra constitutos dies, an contraxerit suspensionem, ibidem nu. 21.
Quid dicendum in promouente extra tempora, ibidem nu. 22.
Minores ordines, & Subdiaconatum conferre, vna simul an liceat, rubr. 6. cap. 3. num. 10.
Missa sit nè celebranda cum minores ordines conferuntur, rubr. 6. cap. 2 nu. 19.
Quid verò cum sacri, rubr. 6. cap. 3. nu. 21.
Vnica tantum in die celebrari potest, rubrica 11 cap. 13. nu. 200.
Et non nisi cum Ministro, ibidem nu. 201.
Illam celebrare per substitutum quando possit Cappellanus, vide Cappellania.
Quid cum ipse Cappellanus est infirmus, vide in eodem verbo.
Num ille, qui exijt à triremibus, rubr. 11. cap. 18. nu. 21.
An accusatus pendente inquisitione, maximè si fuit habilitatus, vide in verbo criminosus.
Mitra, & baculo vti nemo Antistitum potest in aliena Diœcesi, rubr. 9. cap. 5. nu. 2.
Ea vtitur cum baptizat, rubric. 9. cap. 5. num. 4.
Moderamen inculpatæ tutelæ, qui transgreditur in irregularitatem incidit, rubr. 11. cap. 23 nu. 64.
Dictum moderamen, vt concurrere dicatur, tria requiruntur relata, ibidem nu. 65.
Mœnia Monasterij Monialium si confracta sint, cuius expensis refici debeant, rubr. 12. cap 13. nu. 90.
Molare diebus festiuis nec ne liceat, rubr. 12. cap. 13. num. 96.
Monachus exercere Vicariatum alicuius Episcopi potest, si eiusdem Superioris Regularis licentiam habuerit, rubr. 11. cap. 13. num. 118.
Interpretatur solus, rubr. 12. cap. 1. nu. 2.
Inter ipsum, & fratres refertur differentia num. 5.
Ipsumque etiam antiquitus emisisse professionem probatur nu 8.
Vt contrahat matrimonium, vtrum dispensare valeat supremus Pontifex, rubr. 7. cap. 3. num. 26.
Assumptus ad Episcopatum à iugo professionis absoluitur, rubr. 12 cap. 14. nu. 1.
Item à ieiunijs, & prohibitione esus carnium in sua Religione statutis, ibidem nu. 2.
A recitatione etiam officij propria Religionis, ibidem num. 3.
A votis tamen non absoluitur, ibidem nu. 4.
Expendere autem vtrum valeat ad instar alterius Præsulis, qui non fuit Regularis, ibidem num. 5.
Rem emptam de fructibus Episcopatus alienare vtrum possit, ibidem nu. 6.
Sit nè propterea obligatus ad restituendum, ibidem num. 7.
Cui acquirat nu. 8.
An succedat hæreditati paternæ, ibidem num. 10.
Vestibus Religionis non spoliatur, ibidem num. 11.
Rocchetto non vtitur, ibidem nu. 12.
Renuncians Episcopatui, Monasterium rursus petere non tenetur, ibidem nu. 13.
Qui alicui sæculari Ecclesiæ inferiori præficitur, vtrum absoluatur ab his, à quibus si Episcopatum assumpsisset? ibidem nu. 14.
Monasterium cum habet iuspatronatus non Superiores illius, sed Monachi præsentant, rubr. 11. cap. 13. nu. 389.
De nouo erigendum non est nisi tria potissimum attendantur, recensita, rubr. 12. cap. 13. num. 81. potissimùm si locus in quo erit construendum vicinus sit alteri, non tantum si Monachorum, erectum verò Monialium, quorum alterum ab altero longè distare debere dicit cap. Monasteria el 2. 18. q. 2. verùm si ambo sint eiusdem speciei, attenta temporum, & constitutionum varietate circa distantiam, quæ latè explicatur, dicto num. 81.
Monastica vita professores, quibus nominibus appellati olim fuerint, rubr. 12. cap. 1. num. 1.
Monetam cudere de Regalibus est, rubr. 11. cap. 19. num. 4.
Ideò qui præter Principem cuderit, tanquam monetæ falsificus puniendus est, nu. 5.
Etiam si in pondere forma, & materia iusta sit, sed inscio Principe, nu. 6.
Multo magis si materia peccet nu. 7.
Sub his speciebus continetur adulterans, vel tingens monetam nu. 8.

Nisi

Nisi ioco num. 9.
Tondens verò comprehenditur sub specie diminuti ponderis nu.10.
Nisi tamen grauioris ponderis circumciderit, & ad verum reduxerit nu.11.
Ex illius pondere, qui tantum deduxerit in cudendo, quanti erogau:rit in cudendo, sit nè puniendus, si reliqua concurrant? num. 12. alias in verbo falsans monetam, & verbo numisma.
Eius mutatio si suspicetur, possit nè debitor praeuenire tempus? nu. 22.
Illam sic falsam ad alicuius manus ignoranter peruentam, valeat nè ille tuta conscientia expendere? nu.25.
Qui alicubi emit, vbi expenditur iuxta pondus, vtrum valeat alio transferre, ibique alienare citra peccatum, vbi expenditur ad valorem cunei nu.26.
Monialium clausura duobus modis custoditur, rubr.12 cap.13.nu 89.
Monitiones generales ad finem habendi reuelationes concedi quando possint, rubr.11.cap. 15.num.77.
Illae concedi possunt etiam aduersus detinentes, vt restituant, ibidem nu.78.
Illis quando non ligetur, qui scripturas non exhibet, ibidem nu.80.
Quando neque testis, ibidem nu 81. & 84.
Neque Sacerdos auricularius, ibidem numer. 85.
Illas non nisi Episcopus concedit, ibidem num.86.
Pro qua summa concedì possint, ibidem num 87.
Vicarius etiam elargitur, ibidem nu.88.
Similiter Capitulum, & eius Vicarius sede vacante, ibidem nu.89.
Non autem inferiores ordinarij, ibidem num.90.
Vt cōcedantur praecedere debet petitio illius, cuius interest, ibidem nu 91.
Illa transeunt in simplicem citationem si ab aduersario opponatur exceptio legitimationis personae, ibidem nu.92.
Quin si ille petat examinari principalem cum iuramento super interrogatorijs ab ipso productis, audiendus est, ibidem num.93.
Cum conceduntur cauendum est nè nomina debitorum quoquo modo addantur, aut alterius cuiuscumque, nisi ipsius supplicantis tantum, ibidem nu.96.
Super capitibus infamatorijs dari prohibentur ibidem num.97.
Si alius compareat, & opponat rem petitam esse penes se, idque coram competenti Iudice se probaturum, supersedendum est, nec amplius procedendum ad alias publicandas monitiones, aut excommunicationem promulgandam. ibidem nu 98.
In qua parte iudicij sint concedenda, ibidem num.99.
Eas pluries in eadem causa concedi posse, & toties quoties testes examinari possunt ostẽditur num.100.
In diebus festiuis, vtrum concedi possint, rubr.11.cap 13.num.101.
Capita super quibus sunt danda eiusdem tenoris, & qualitatis esse debent, cuius & articuli super ea causa esse possunt, ibidem num. 101.
Vbi tamen res nota esset, aut alia via probari posset, abstinendum est ab ijsis monitorijs, ibidem num.102.
Concedi non debent ab ordinarijs in eadem causa in qua concessa fuerunt vigore significauit Apostolici, ibidem nu.107.
Delegatus non nisi vulgarizare verba dicti significauit potest, non autem aliquid addere, ibidem num.108.
Monoculi ordinari vetantur, rubr.11.cap.17. num.70.
Eorum frequentes populos in Aethiopia esse demonstratur, rubr.11.cap.17.nu.71.
Monogama mulieres apud antiquos corona pudicitia coronabantur, rubr.1.nu.16.
Monstris non licere suscipere ordines, demonstratur, rubr.11.cap.17.nu.149.
Neque eos pro liberis haberi ostenditur, numer.150.
Quis propriè dicetur monstrum esse, ibidem num.151.
Inter illud, & prodigium, siuè portentum, & ostentum, vtrum sit differentia, ibidem num.152.
Moratoria, aut induciae annales, seù quinquennales non opitulantur fideiussori, rubr.11. cap.10. num.41.
Eas qui impetrat, periurium incurrit, ibidem num.46.
Morbosus quis sit, demonstratur, rubr.11.cap. 17.num.134.
Morbus vtrum differat à vitio, rubr. 11. cap. 17. num.92.
Mortem, qui sibi consciuerunt, quam pati poenam mereantur, explicatur, rubr.11.cap. 17.num.30.
Praesertim Ecclesiastica priuantur sepultura. ibidem num.31.
Mortuum hominem, qui cremaret, aut illius caput amputaret, aut alio modo in illum excandesceret, non homicidij poenam mereretur, rubr.11.cap.13.nu.29.
Morum compositio in quibus consistat, rubr. 4. num.34.

Mulieres

Mulieres ordinari prohibentur, rubr. 11. cap. 2. num. 1.
Ipsis interdicti sunt actus ciuiles, ibidem num. 2.
Earum vitiorum relatores citantur, & aliqua etiam vitia referuntur, ibidem numer. 3.
Eas loquaces esse demonstratur, & recondita rerum propalatrices, ibidem nu. 7.
Earum semen an concurrat, ad generandum, rubr. 11 cap. 6. nu. 18.
Ipsa quam sint ad libidinem propensa, auctoritatibus, & exemplis clarescit, ibidem num. 33.
Earum genus honestandum esse probatur similiter auctoritatibus, & exemplis ibidem num 34.
Ipsas sapientiores esse viris oportere ostenditur, addita ratione, ibidem nu. 35.
Eis nihil boni esse potest amissa pudicitia, rubr. 11. cap. 17. nu 21.
Si auditu careant, moniales fieri non probibentur, ibidem num. 42.
Earum multas reperiri qua vel podragra laborant, vel calua sunt, rubr. 11. cap. 17. num. 123.
Multitudini erranti ignoscendum, rubr. 6. cap. 3. num. 29.
Mutilatio membri principalis operatur irregularitatem, partis verò nequaquam, nisi duo concurrant rubr 11. cap. 17. nu. 7.
Totius autem membri, vt idem operetur, spectandum est casu nè, an culpa euenerit, ibidem nu 8.
Illud, quamuis absconditum si quis sibi ipsi abscindat, irregularis fit, ibidem nu. 9.
Etiam si partem, dumtamen ex indignatione, ibidem num. 3.
Ita si ab altero eius tamen iussu, ibidem num. 10.
Etiam si à Iudice, aut inimico, si tamen praecesserit propria culpa, ibidem nu 11.
Ita si ex causa apparenter iusta obtruncaverit, vel obtruncari fecerit, ibidem nu. 12.
Membrum sibi absciderũt, origenes, & Marcus, ibidem nu. 13.
Naturali morbo correptum mutilare permittunt iura ibidem nu. 17.
Iam dicta mutilatio, & homicidium à pari procedunt ad incurrendam irregularitatem, rubr. 11. cap. 23. nu. 18.
Mutus contrahit matrimonium, & alia vide in verbo lingua carens.

N

NArratiua verificanda est literarum, rubr. 11. cap. 13. nu. 194. & 195.
Etiam dispensationis, rubr. 6 cap 3. nu. 45.
Quam teneatur probare narratiuam, qui ob non assumptum Sacerdotium infra annum impetrauit Parrochiam, vide in verbo Parrochialis, & verbo beneficium.
Quid verò si ob publicationes non factas, vide in dicto verbo beneficium.
Nasus ita in facie locatus est, vt murus oculis interiectus esse videatur, rubr. 11. cap. 17. num. 82.
Indicium facere morum, arbitrantur complures, ibidem nu 83.
Eius mutilatione Aethiopum Rex puniebat delinquentium crimina, ibidem nu 84.
Ille, quando fit causa irregularitatis, ibidem num. 85.
Naturales qui propriè dicantur, rubr. 11. cap. 13 nu. 5 & nu 7.
Necessarium respectu finis, bifariam consideratur, rubr. 1. nu. 11.
Nephariÿ qui sint rubr. 11. cap. 13. nu. 21.
Neophitus promoueri vetatur ad ordines, rubr. 11. cap. 7 nu. 1.
Quas ob rationes, ibidem nu 3.
Quousque protelatur talis prohibitio, ibidem num 4.
An tantum ad maiores ordines assumi prohibeatur, an etiam ad minores, ibidem num. 5.
Qui eum ordinare intendit qua debeat antea inuestigare, ibidem nu. 9.
Eius dua sunt species, ibidem nu. 2.
Nepotes illegitimi an comprehẽdantur sub prohibitione illa filiorum illegitimorum non valentium habere beneficia paterna? rubr. 11. cap. 13. nu. 75.
Nepotes ex fratre, aut sorore an veniant appellatione descendentium, rubr. 11. cap. 13. num. 77.
Nobilis ignobili praeferendus est cum beneficia conceduntur rubr. 6. cap. 3. nu. 30.
Quid si cum docto concurrat, ibidem nu. 31.
Poenis ignominiosis non debet plecti, rubr. 11. cap. 18. nu. 16.
Ideò non furca suspendi, ibidem nu. 17.
Non fustigari num. 18.
Neque in triremes conÿci nu 19.
Nobilitas ex paterna tantum linea attenditur, non ex materna, rubr. 11. cap 26 nu. 10.
Notariÿ, siuè Actuariÿ Episcoporum, quibus gaudeant priuilegÿs, rubr. 9. cap. 9. nu. 14.
Notorum cognitio difficilis iudicatur, & quare, rubr. 11 cap. 13. nu 16.
Nouitÿ à suis Superioribus, vel cum illorum dimissorÿs promoueri nequeunt, rubr. 6. cap. 2 nu 8 & rubr. 12 cap. 13. nu. 44.
A quo tamen ordinandi sint traditur in rubr. 9. cap. 3. nu. 3.

Profiteri

Profiteri poterunt si aliquo anni tempore steterint extra Religionem de licentia Superiorum,rubr.11.cap.13.nu.10. & rubr. 12 cap.3.nu.3.
Illorum beneficia non vacant, eodem cap. 3. num.7.
Iure eligendi competente eorum beneficijs,an priuentur interea nu 8.
Si curatum possideant, Episcopus deputabit substitutum ad exercitium curæ nu. 9.
Valeant nè beneficia interdum resignare, num.10,
Eos volentes resignare beneficium, an procedat dispositio Concilij, in cap. 16. sess. 25. ibidem nu. 11.
Si testamentum confecerint an rumpatur sub sequenti professione? nu 14.
Intestati si decedant, quis sit eorum hæres, num.15.
Ipsis conferre beneficia an possint, nu. 20.
Subiaceant ne præceptis,ac censuris Religionum,nu.21.
A censuris quos antea incurrerunt,quomodo absoluantur,nu.22.
Cum eis dispensare Regulares vtrum possint super irregularitatibus contractis,nu.23.
In eorum votis, quæ sit eorumdem Superiorum auctoritas, nu. 24.
Ipsi dicuntur Ecclesiastica persona,nu.25.
Eos percutientes incurrunt excommunicationem, nu.26.
Potiuntur fori priuilegio,nu.27.
Interea retinent beneficia, & feuda ante ingressum habita, quin & ad feuda succedunt si egrederentur,nu.29.
Expleto anno probationis, vel profiteri, vel eyci debent rubr.11.cap.4 nu.1.
Vtrum dicantur subditi Superiorum Regularium, & illorum appellatione comprehendantur.rubr.12.cap.13.nu.43.
Ipsis volentibus è Monasterio recedere sunt restituenda omnia bona, quæ in Monasterium detulerant,ibidem nu.125.
Illos rapientis,quæ sit pœna, rubric.12. cap. 16.num.83.
Noxa procul est à coacta, rubric. 11. cap. 17. num.22.
Nullitatis exceptio possit nè coram executore opponi? vide in verbo exceptio nullitatis.
Numisma quis primus excuderit, rubr.11.cap. 29.num.1.
Quo tamen genere, quouè metallo vsus quisque fuerit, nu.2.
In vnoquoque eorum tria principaliter intuemur num.3. alia in verbo monetam,& verbo falsans.
Nundinæ diebus festiuis fieri an possint, rubr. 12. cap. 13. num. 97.
Nuptis,siuè viduis mulieribus concedi licentia, nec nè quandoque possit intrandi Monasteria mulierum,rubr.12.cap.16.nu.30.

O

Obedientia votum maximè elucet inter alia Religionis vota,rubr.12.cap.6.nu.1.
Sub illius voto non omnium sanctionum Regulæ obseruatio venit, sed quæ propriè est obiectum obedientiæ,quæ additur nu.2.
Illa non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est nu. 3.
Contra illam non semper committit, qui Superiori parere recusat nu. 4.
Vtrum verò, qui renuit obtemperare Superiori reformanti Regulam nu.8.
Illius definitio refertur, rubr.12. cap.16.numer.67.
Obseruantia subsequens interpretatur sanctionem, & quamlibet dispositionem dubiam, rubr.7.cap.6.nu.11.latiusque rubr.11.cap. 13.num 57.
Eaque releuat ab onere probandi eodem cap. 13. sub nu. 346.
Obstetrices quot requirantur ad cognoscendam deflorationem, vide in verbo matronarum.
Obtentum,vt dimittere quis teneatur vigore decreti de dimittendo, requirit pacificam possessionem, & alia vide in verbo decretum.
Obtestatio errorum ponitur in adhortatione, num.16.
Illa quomodo, & ad quid prosit, ibidem num.18.
Obtinere verbum,quid importet, rubr.7.cap.6. num. 6.
Obtruncans sibi membrum, quando fiat irregularis,vide in verbo membrum.
Occidens clericum existimans occidere animal ligetur nè excommunicatione, rubric. 11. cap. 23 sub nu 43.
Occidere nemini licet nisi publicæ potestati, rubr.11 cap.17.nu.18.
Scelus est, etiam vbi remedium est mori, ibidem num.19.
Occultans res furatas quæ pœna sit puniendus, vide in verbo furatas res.
Oculis carens non promouetur, rubr.11.cap.17. num.51.
Illis, quæ sint noxam afferentes repetuntur, & qui propterea cæcutierint, ibid. nu.52.
Hominum sunt imago mentis,& cordis nuncij,ibidem nu 54.
Illis carens interdicitur,etiam vsus ordinum antea susceptorum,ibidem nu.55.

Non

Non tamen arcetur à prædicatione, aut ab audiendis confessionibus, ibidem nu.56.
Complurium mentio fit, qui cum essent caci, doctissimi tamen viri euaserunt, ibidem num.57.
Beneficijs non spoliatur, etiam requirentibus personale seruitium, sed datur coadiutor, ibidem nu.58.
Resignare beneficium si velit coram Ordinario, audiendus erit etiam vigore Constitutionis Sixti V. ibidem nu.59.
Additur ratio, qua ita sanxerit præfata Constitutio nu. 60.
Vt ordinibus insigniretur, dispensauit quandoque Papa, ibidem nu 68.
Vno caris certius videat, & exquisitius, Aristotelicus sermo præportat, ibidem nu.72.
Illius visio, si læsa sit, citra tamen euidentem morbum, irregularitatem quando operetur ibidem nu.73.
Vnum altero grossiorem, aut ambos prominentes, siue vtrosque paruos retinens, vtrum sit censendus irregularis, ibidem nu.75.
Oeconomus quis sit, & quomodo differat à Commendatario, vide rubr.7.cap.6 sub nu.96.
Officialis consequitur salariū, etiam pro tempore syndicatus, rubr.7.cap.6. nu.131.
Cuius ætatis esse debeat ibidem nu.141.
Deputatus ad beneplacitū dicitur perpetuus, rubr.12.cap.13.nu.65.
Officio priuatus ob culpam, non est amplius ad illud admittendus, rubr.11.cap.10.nu.18.
Opem præstans homicidio irregularis fit si antea præstiterit, vel in ipso actu homicidij, rubr.11.cap.23.nu.71.
Quid si postea, ibidem nu.72.
Exemplum traditur de auxiliante ante delictum nu.73.
Item alterum de auxiliante in ipso actu homicidij, ibidem nu.74.
Aliud de auxiliante post homicidium, ibidem num.76.
Iste post homicidium auxilians nonnūquam fit irregularis, ibidem nu. 77.
Qua veniat puniendus pœna, qui opem præstitit, ibidem nu. 78.
Illa præstatur, etiam sola assistentia, rubr.9.cap.8.nu.49.& dicto cap.23.sub nu.78.
Ophtalmia, idest lippitudine laborans, est irregularis, vt videre poteris in verbo lippitudo.
Opinio vt dicatur communis, an numerus Doctorum, an opinio maioribus, & validioribus rationibus fulcita attendenda sit, rubr.12.cap.13.nu.132.
Otium vitandum, ostenditur exemplis multis, rubr.12. cap.8.nu.7.
Ordinans cōponere mores suos prius debet, quam subditorum vitam scrutari, rubr.3.nu.7.
Ordinari vnusquisque potest, qui non reperitur de iure prohibitus, rubr.11.cap.1.nu 1.
Illumq; ab ordinibus suscipiendis impedire nequit Antistes. ibidem nu.2.
Nisi iudicio sui Episcopi non sit vtilis, vel necessarius Ecclesiæ, rubr.9.cap.6 sub nu. 4. & dicto cap.1.nu.2.
Quæ in eo requirantur de necessitate Sacramenti eodem cap.1.nu. 3. & vide in verbo requisita. & verbo ordines.
Si baptismo careat neq; ordinari, neq; vllum potest suscipere Sacramentum, ibid.nu.4.
Ordinarius si nolit, pati vt Regularis prædicet in aliqua Ecclesia sua Diœcesis, facere vtrū possit, vide in verbo prædicare.
Ordinatus sieque idoneus adiudicatus ad ordines, an possit deinde iudicari inhabilis ad beneficium simplex obtinendum? rubr. 8. cap.5.nu.25.
Si fuerit ab alieno Superiore, tenetur verificare de licentia proprij ordinatum, rubr.9. cap.8.nu. 34.
An receperit caracterem, si coactē susceptit ordines, rubr.11.cap.5.nu. 1.
Sit nè obnoxius ad continentiam seruandam, si intercedente vi conditionali ordines suscepit, ibidem nu.5.
Ordines quotuplices sint, rubr.2. nu.5.
Eorum quot dicantur sacri, quot verò non sacri, ibidem nu 8.
Sacri quare ita dicantur, ibidem nu. 9.
Minores quot primitiua Ecclesia agnouerit, ostenditur, ibidem nu.12.
Isti verò vtrum sint sacramenta, ibid.nu.13.
Omnes autem ordines, vnum constituunt sacramentum, ibidem nu.14.
Eorū materia.& forma, quæ sint, ibid.nu 15.
Eos conferre, aut ex ordinaria, aut delegata prouenit iurisdictione, ibidem nu.29.
Illos conferendi potestas tantum Episcopo regulariter competit, ibidem nu. 30.
Ad illorum collationem, quæ requirantur, ibidem nu.31. & supra verbo ordinari.
Horum requisitorum, aliqua sunt de substantia, aliqua de solemnitate, ibid.num.32. & dicto verbo ordinari.
Eorumdem ordinum de substantia est contactus materię debetq; simul cum forma verborum concurrere, ibidem nu.33.
De eorum substantia sit nè manus impositio? ibidem nu.34.
Quæ sint de solemnitate, ibidem nu. 35.
Cum dantur an missa sit de necessitate, vel solemnitate, ibidem nu. 36.vide etiam in verbo missa.
Minores quo tempore dandi sint, & alia vide in verbo minores ordines.
Sacri non nisi ab Episcopis conferuntur, rubric. 6.

bris. 6. cap. 2. num. 13.

Illos conferendi, dari vtrum possit Sacerdoti potestas à Papa, ibidem nu. 14.

Quibus temporibus sint conferendi, rubr. 6. cap. 3. nu. 1.

Cur diebus Sabbati tantum conferantur, ibidem nu. 9.

Minores, & Subdiaconatus vna die conferri prohibentur, ibidem nu. 10.

Itidem duo sacri, neque conferri possunt, ibidem nu. 11.

Quæ sit pœna recipientis, & conferentis plures sacros insimul, ibidem nu. 13.

Locus ad conferendos sacros, qui congruus censeatur, ibidem nu. 16.

Hora certa sit nè, & qualis constituta ad conferendos, ibidem nu. 17.

Si extra tempora dentur imprimitur caracter, ibidem nu. 18.

Tunc recipiens, & propterea suspensus, possit nè interdum beneficia adipisci, ibid. nu. 20.

Sint nè inter missarum solemnia conferendi, vide in verbo missa.

Qua in ætate potuissent iure veteri recipi, ibidem nu. 1.

Eisdem sacris insignitus ante pubertatem, nō obligatur ad continētiam, etiam postquam ad illam peruenit, rubr. 7. cap. 3. nu. 9.

Eos, qui ab alieno Præsule recipit, est etiam inhabilis ad beneficia, rubr. 9. cap. 2. nu. 1.

Sed propterea obtentis antea non spoliatur, ibidem nu. 2.

Illorum fructibus interea non potitur, ibidem num. 3.

Eorum priuilegio clericali, an gaudeat, ordinatus ab extraneo Episcopo, ibid. nu. 9.

Quin, & Regularis etiam à proprio tantum Episcopo ordines suscipere debet, vide in verbo Regulares.

Quis valeat dispensare cum promoto à non suo Episcopo, rubr. 9. cap. 4. nu. 1.

Cum dimissorias alienus habet à proprio, recipere non prohibetur ordines ab externo, rubr. 9. cap. 7. nu. 1.

Eiusmodi ordines esse gradatim suscipiendos probatur, rubr. 10. nu. 1.

Eorum alter si fuerit omissus datur Episcopo facultas dispensandi à Concilio, iuxta notata inibi nu. 6.

Et tunc quid agendū circa alterum ipsorum, qui fuerit prætermissus, ibid. nu. 7.

Quid si dubitet promotus, si fuerit ordo omissus, ibidem nu. 8.

De pœna ita promoti, & dispensatione, vide in verbo pœna, & verbo dispensare.

Illos prohibentur assumere Neophiti, & alia multa, vide in verbo Neophitus.

Nec non serui, & alij, de quibus in rubr. 11. cap. 8. & vide multa in verbo seruus.

Itemque ratiocinijs obligati, vide in verbo ratiocinijs obligatus.

Nec non coniugati, vide in verbo coniugatus.

Eos, qui conditionali coactione impulsus assumpsit, vtrum obligetur ad continentiam, rubr. 7. cap. 3. nu. 10.

Eis quando caperit esse annexam continentiam, ibidem nu. 11.

Illis insignitus sacrilegium committit, si carnis peccato maculetur, ibid. nu. 14.

Quin, & illis æquissimo iure annexam fuisse continentiam probatur nu. 24.

Quo verò iure annexus fuerit sacer ordo, ibidem nu. 25.

Ordines conferens non habenti ætatem, qua mulctetur pœna, rubr. 7. cap. 4. nu. 1.

Beneficijs annexos sufficit infra annum assumere, rubr. 7. cap. 6 nu. 32.

Nisi in certis casibus enumeratis nu. 39.

Illos dari ab alieno Præsule vetitum est, rubr. 9. cap. 1. nu. 1.

Etiam assumendo laicum, ibidem nu. 2.

Caracter tamen impediretur si externo conferantur, ibidem nu 4.

Eos si vltramontanus susceptit ab Italo, quam pœnam incurrat, & alia vide in verbo vltramontani & verbo Itali.

Minores, qui recipit ab alieno Abbate sine licentia proprij, an recipiat caracterē n. 18.

Eos omnes, qui eum non haberet potestatem conferendi, sed publicè crederetur habere, si conferat nihil agit, ibid. nu. 19.

Ordinis nomen quid significet, & quotuplex sit, *rubr. 2. nu. 1.*

Ecclesiastici definitio, ibidem nu. 2.

Est verè Sacramentum, ibidem nu. 3.

Ipsum quomodo hostes Ecclesiæ, ab ea tollere elaborarint, ibidem nu. 4.

Cum datur, gratia confertur, ibidem nu. 18. & rubr. 3. nu. 1.

Atque etiam caracter imprimitur, eadem rubr. 2. nu. 19.

Antequam conferantur praponēdum est examen, rubr. 3 nu. 2.

Quod si examine non præcedēte, quis ordinaretur deponendus esset, ibid nu. 7.

Eundem nemo præter Episcopum iure ordinario confert, rubr. 1. nu. 22.

Si fuerit ab hæretico datus, quando censeatur valide collatus ibid nu. 25.

Illum recipiens à præcisis ab Ecclesia, eiusdem seruata forma, & potestatem retinens non solum caracterem recipit, sed exequutionem, si ignoranter nu. 105.

Hodie tamen etiam ignoranter ordinatus ab illis indiget dispensatione Episcopali n. 106.

Illū recipere an valeat, cuius mulier adulterium

rium committit, ibidem num.80.
In eo quot gradus perfectionis considerentur, rubr.21.nu.27.
Ordinandus Sacerdos debeat nè tangere calicem cum patena,& hostia, an satis sit calicem tangere, ibidem nu.16.
Vinum si absit, cum calix traditur ordinando in Presbyterum, ne sit collatum sacerdotium demonstratur, ibidem nu.17. vide in verbo Subdiaconatus, character, & Sacerdos,& ordines.
Ordo, accusatio, & testimonium dicere, parificantur ad effectum, vt in vno probibitus dicatur in altero rubr.11.cap.19.nu.11.
Oratio est animi vultus. rubr.4.nu.36.
Origo paterna an prosit, vt quis dicatur alicuius Episcopi subditus, an tantum propria, rubr.9.cap.8.nu 9.
Illa non acquiritur per natiuitatem in eo loco, quo mater pertransibat, ibidem nu.10.
Osculans mulierem, siuè inuitam, siuè inuitis parentibus, sed prætextu contrahendi matrimonium, an veniat puniendus pœna pragmatica Regni, rubr. 12. cap. 16. sub num. 84.

P

PActa, quæ possint apponi in fundatione iurispatronatus, rubr. 11. cap. 13. num. 350.
Pactum, quod stetur simplici dicto, an valeat, rubr.11.cap 20 nu.39.
Papa ea, quæ iurisdictionis sunt Episcopalis delegare potest non Episcopo, in prohemio num.5.
Item simplici Sacerdoti auctoritatem confirmandi, ibidem nu 8.
Non autem laico, aut etiam Diacono, quamuis Cardinali, rubr 1.nu 20.
Vtrum committere valeat Sacerdoti, vt sacros conferat ordines? ibidem nu.21.& rubr.6.cap.2.nu.14.
Conficiendi Corpus Christi committere potestatem non Sacerdoti, neque potest, ibidem num.15.
An possit dispensare, vt monachus contrahat matrimonium, rubr.7.cap.3.nu.26.
Eum comprehendi sub nomine Episcopi, ostenditur, rubr.7.cap.6.nu.51.
Canones de eius electione loquentes recensentur, ibidem nu.52.
Ius eligendi illum, quomodo ad Cardinales deuenerit, ibidem nu.53.
In eius electione nulla est præscripta forma, si tamen duæ partes accedant, ibid.nu.54.
Neque propterea vllus est locus statutus ad validitatem actus, ibidem nu.55.
Receptio sit nè vltra electionem de ipsius electionis substantia, ibidem nu.56.
Intronizatio sit nè quoque necessaria, ibidem num. 57.
Tractatus in Papæ electione, qui anteire possit, ibidem nu.58.
Consensus concors tantum duarum partium est de illius substantia, ibid.nu.59. alia de eius electione, vide in verbo electio Papę.
Ille conferre beneficium potest de iurepatronatus cum illius derogatione,& alia multa, vide in verbo derogare.
Concurrit cum quolibet Ordinario in prouisione beneficiorum, rubr. 11. cap. 13. sub num. 344.
Paralysi laborans irregularis est, rubr.11.cap. 17.num.164.
Parentum appellatione, qui veniant, rubr.11. cap 27.num.76.
Parrochialis Ecclesia non nisi præcedente concursu conferri debet. rubr.5.cap.3.nu.21.
Nec alteri quam constituto in 25.anno, rubr.7.cap.6.nu.29.
Eam impetrans, quia possessor non est infra annum adeptus Sacerdotium, quid verificare debeat, ibidem nu.34.
Eius si in personam dignam fiat prouisio, irritatur si dignior appellet, ibidem nu.74.
Eius, qui cepit possessionem, quando vacet altera, quam tunc possidebat, vide in verbo Curatum,& verbo beneficium.
Eius fructus si tenues sint, quid agendum, rubr.8.cap.4.nu. 18.
Parrochiani cogendi sunt alimenta suppeditare Parrocho tenues habenti fructus, rubr.12. cap.13.nu.17.
Nec non pro aliis necessitatibus Parrochiæ, scilicet reparatione, & reconciliatione, ibidem num.18.
Quid verò cum Parrochia est de iurepatronatus laicorum, ibidem nu. 20.
Sed cogi aliquid in templo offerre diebus festiuis vtrum possint, ibidem nu.110.
Parrochus si infra annum non assumpserit Sacerdotium, ipso iure spoliatur Parrochia, rubr.7.cap.6.num.33. & rubr.11. cap.23. num.12.
Non est amplius cogendus ab Episcopo ad examen, rubr.8.cap.3.nu.21.
Cum annus nondum lapsus est, sed paucissimi supersunt dies, in quibus impossibile sit assumere ordines, non venit priuandus, rubric. 11.cap 23.nu.10.
Quin tunc resignare potest ad fauorem alterius, ibidem nu.11.
Post annum vacat, & impetrari potest, ibidem num.12.
Tūc cuius sit onus probare spoliatum habuisse pacifi-

pacificam possessionem , ibidem num.13.
Si tenues habeat fructus, cogentur Parrochiani ad suppeditandum necessaria , rubr.12. cap.13.nu.17.
Ipsi nec nè liceat alium tonsurare , rubric.6. cap.2.nu.12.
Liceat autem nec nè delegare cuicumque simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo facultatem audiendi confessiones, rubr. 12. cap.12. num.61.
Pater alere filium tenetur , vide in verbo alimentorum appellatione.
Onus perpetuum licet apponere in legitima non valeat, prohibere tamen potest filijs diuisionem ad certum tempus, rubr.8. cap.5. num.10.
Patrimonium assignare tenetur filio volenti ordines suscipere, atque ad id per Iudicem etiam cogi potest, ibidem nu.14.
Donationem etiam propter nuptias si matrimonium contrahere velit, ibidem nu.15.
Dotem etiam filiæ si virum sibi copulare intendat, ibidem nu.16.
Patria potestas soluatur nè ob eam causam, quod sobolem exposuit, rubr.11.cap.13.nu.158.
Patrimonij vocabulum, quid importet, rubr.8. cap.4.nu.1.
Ad illius titulum nemo promouendus , nisi dispensatio præcedat, ibidem nu.7.
Patronus iurispatronatus babet ius bonorificum, onerosum, & vtile , rubr. 11. cap.13. num.391.
Si sit laicus , babet quatrimestre tempus ad præsentandum , si verò Ecclesiasticus babet semestre, ibidem nu.392.
Illud tempus à die scientiæ exorditur , ibidem nu. 393.
Impedito non currit, ibidem nu.394.
Si indigeat consequitur alimenta à beneficiato , sed quæ requiratur egestas, numuè teneatur si potest aliquod exercere ministerium , quod suum statum deceat, rubr.11. cap.27.sub nu.22.
Recedere à præsentatione quam fecit, quando, & quomodo possit , vide in rubr. 11. cap. 13.nu.440. sed num lite pendente, cum distinctione si pēdeat inter patronos, vel præsentatos. respondit Viu.commu.opin.lib.2. opin.608.nu.17.& 18.
Quid si non expressè recedat , sed alium nominet , neque addiderit per viam cumulationis, ibidem nu.441.
Cumulare an possit cum iurauit non variare, ibidem nu.451.
Procuratorem tamen constituere tunc potest ad præsentandum alium, ibidem nu.452.
Quin si procuratorem constituit ad præsentandum, & iurauit illum non reuocare, nihilominus ipse potuerit tunc alium præsentare, ibidem nu.453.
Et si iurauit non variare, si tamen variauit an fecerit actum validum, ibidem nu. 454.
Patronus aliquòd retinet ius super liberto, nēpè bonorificum, onerosum, & vtile, rubr. 11. cap.8.num.14.
Ei succurritur , & quomodo, cum seruus ipso inscio suscepit ordines, ibidem nu.5.
Paupertas est secundum Regularium votum continens abdicationem rerum quo ad dominium, rubr.12.cap.7.nu.2.
Illius complures laudes referuntur, rubr.12. cap.16.nu.74.
Peccare in qua ætate quis possit, & alia vide in verbo ętas.
Peccatum originale à patre non à matre prouenire ostenditur, rubr.11.cap.26.nu.9.
Mentale, & actuale, vtrum differant inter se, rubr.7.cap.3. nu.20.
Pensio si constituta fuerit super multis beneficijs ab vno possessis, eo mortuo si plures sint in illis successores , non nisi pro rata tenebuntur, rubr.11.cap.13.nu.287.
Quinimmo rigor, qui pro illius solutione consueuit seruari, etiam contra successorem , intimatis tamen literis, cessat statim ac op ponitur diuisio beneficiorum, ibid.nu.288.
Illam , qui persoluere tenetur , an vti possit beneficio cap.Odoardus pro illa quantitate, ibidem nu.289.
Illa in beneficium excommunicati constitui non potest, rubr.11.cap.15.nu.16.
Eius est facienda mentio in impetratione beneficij, rubr.8.cap.5.sub nu.27.
Illam sibi retinendo beneficiatus super beneficio per ipsum resignato, ad cuius titulum fuerat promotus, an talis subsistat resignatio? rubr.8.cap.6. nu.6.
Eam adipisci coniugatus nequit, rubr.11.cap. 12.sub nu.3.
Quin antea babita perdit sub nu.4.
Sed matrimonio subsequenti inualido, an extinguatur, ibidem nu.7.
In qua ætate possit obtineri , rubr.7. cap. 6. num. 5.
Illam qui possidet priuilegio gaudeat desumitur ex Doctoribus adductis sub dicto nu.5. & rubr.9.cap.8.sub nu.17.
Ad illam obtinendam decem conditiones requiri probatur, rubr.11.cap.14.nu.16.
Ad eam illum dici inbabilem, qui & ad beneficium dicitur, nu.17.
Sit nè loco beneficij discutitur nu.18.
Vt subsistat sit nè beneficij valor, & à quo iustificandus nu.19.
Illam persoluere tenetur successor beneficiatus pro terminis decursis tempore prædecessoris

decessoris cum declaratione nu. 20.
Illa haeredibus pensionarij sit nè pro rata solvenda nu. 21. & sequitur Thesaur. decis. 143. in fine. A quo verò praestanda sit pro eodem anno interitus beneficiati nu. 22.
Periurium sit nè delictum homicidio gravius, rubr. 11. cap. 19. nu. 1.
Illud grauissimum esse crimen ostenditur, ibidem nu. 2.
Solum Deum habeat vltorem, an homines etiam, ibidem nu. 3.
Ipsius poena varia secundum varietatem gentium, & nationum semper fuerit ostenditur, ibidem nu. 4.
Eius qua specie irretitus infamiam cõtrahat? ibidem num. 13.
Quotupliciter distinguatur additur, & vnaquaelibet species declaratur, ibid. nu. 15.
Ab eo eximitur, illudq; non incurrit iurans, si pars remiserit, ibidem nu. 39.
Periurus testimonium dicere amplius non potest, rubr. 11. cap. 9. nu. 5.
Praeterquam in causa fidei, ibidem nu. 6.
Agere etiam vetatur, ibidem nu. 7.
Si tamen pars opposuerit, ibidem nu. 8.
Si clericus sit, ab ordine, & beneficio deponitur, ibidem nu. 9.
Quod si laicus ordinari prohibetur, ibidem nu. 10. & nu. 14.
Collatio beneficij illi facta inualida est, ibidem nu. 12.
Ab ipso obtenta absolutio non ei prodest, cum declarationibus, ibidem nu. 16.
Ita reputatur, qui promissa non adimplet in tempore cum explicationibus relatis, ibidem nu. 17. & 20.
Permutatio beneficij pinguis, cum tenui quando praesumatur fraudulenta, rubr. 8. cap. 6. sub num. 5.
Persona complures enumerantur masculini generis, quibus ob necessitatem concedi potest licentia intrandi Monasteria Monialium, rubr. 12. cap. 16. nu. 26.
Petitorij causa quando retardanda sit ob possessorium intentatum, rubr. 11. cap. 13. numer. 469.
Illud cum est probatum opprimit possessorium ibidem nu. 470.
Phlebotomator sit nè irregularis si phlebotomatus decesserit, rubr. 11. cap. 24. nu. 15.
Philippi III. Austriaci praeconia, rubr. 1. numer. 42.
Philippus II. Austrius quater matrimonium contraxit, & cum quibus, quosque ex eis liberos habuerit, rubr. 1. nu. 39.
Eiusdem serenissimi Philippi laudes aliqua, ibidem nu. 40.
Ipsiusmet refertur interitus, ibidem nu. 41.
Pinguis vtrum possit ordinari, rubr. 11. cap. 17. num. 114.
Poena iterantis baptismum, qua sit, rubr. 1. numer. 30.
Qua verò repetentium caetera duo sacramenta, ibidem nu. 33.
Qua verò bigami, rubr. 11. cap. 6. nu. 22.
Qua etiam ordinantis illum, ibidem nu. 24.
Recipientis, & conferentis plures sacros eodem die, qua sit, rubr. 6. cap. 3. nu. 12.
Qua verò promoti, vel promouentis extra tempora ibidem nu. 19.
Qua verò regularis promoti, aut ipsum promouentis sine dimissorijs proprij Superioris Regularis, vide in verbo Regulares.
Qua castigetur coniugatus suscipiens ordines, rubr. 11. cap. 12. nu. 10.
Ordinati, & ordinantis illiteratum, rubr. 5. cap. 2. nu 3.
Et qua ordinantis externum, rubr. 9. cap. 1. num. 16.
Qua promouentis, aut promoti sine titulo, rubr. 8. cap. 5. num. 1.
Et qua ordinati per saltum, rubr. 10. nu. 4.
Qua blasphemantis, rubr. 11. cap. 26. nu. 83.
Qua haereticorum, rubr. 12. cap. 13. nu. 141.
Quam mereatur, qui ordines conferret non habenti aetatem, rubr. 7. cap. 4. nu. 1.
Quam etiam, qui tonsurã illi daret. ibid. nu. 2.
Promoti ante aetatem, qua sit, ibidem nu. 8.
Qua sibi ipsi mortem inferentis, & alia vide in verbo mortem.
Qua sit falsantis monetam, rubr. 11. cap. 19. num. 13.
Qua expendentis illam nu. 14.
Qua confessoris cognoscentis filiam spiritualem interpellatam extra actus confessionis, rubr. 11. cap. 32. nu. 18.
Pecuniariam, qui persoluere non potest, quando luat in corpore, rubr. 11. cap. 10. num. 22.
Commutationem poenae cuiuscumque, quis facere possit, ibidem nu. 24.
Eiusdem commutationis, & compositionis materia habetur, ibidem nu. 31.
Priuationis beneficij ipso iure, in quo differat ab altera facienda per sententiam, rubr. 11. cap. 12. nu. 8.
Corporalis nemo debet esse exequutor contra se ipsum rubr. 11. cap. 17. nu. 16.
Sub illa excommunicationis cogi possunt Parrochiani ad addiscendam doctrinam christianam, & Parrochos ad docendum, vide in verbo doctrinam, vbi per errorem Typographi allegatur rubr. 9. vult dicere rubr. 11. cap. 14. nu. 18. & praeter illic citatos Auctores, vide eundem Thomam Sanchez in suo Opere morali lib. 2. cap. 3. num. 15.

num.15. quo in capite adamussim extricat tractationem illam perutilem, quæ sit necessarium necessitate præcepti explicitè credere, ac scire ex fidei mysterijs, ac reliquis ad doctrinam christianam spectantibus.
Comminata aduersus cognoscentes Moniales, quando incurratur, rubr.12.cap.12. num.79.
Et quæ sit aduersus illos statuta nu.80.
Quæ contra raptores Monialium nu.81.
Quæ mulieris rapientis virum nu.82.
Quæ rapientis nouitium à Religione, numer.83.
Rapientis verò mulierem ob præcedentem tractatum de matrimonio contrahendo, quæ sit nu.84.
Illam aufugit minor non doli capax, si delinquat, rubr.7.cap.1.nu.14.
Minorem verò quando quis patiatur, ibidem num.15.
Et tunc sit omninò minoranda, vel si Iudici videbitur, ibidem nu.16.
Quousque tamen minoretur, ibidem nu.17.
Legalem patiuntur etiam minores 18. annorum in atrocioribus delictis, ibidem numer.19.
Ordinariam non meretur, qui non potuit consumare delictum, rubr.7.cap.3. numer.22.
Pœna triremium successit in locum condemnationis in metallum, rubr.11.cap.18. num.20. reliqua in verbo triremium pœnam.
Pœnam talionis non patitur, qui propter testes productos, sed ob crimen reprobatos non verificauit iniectum crimen, rubr.11.cap.31.num.10.
Pœna à lege imposita nunquam persoluenda est in foro conscientiæ, nisi declaratoria intercesserit, rubr.11.cap.15.nu.36.
Quæ sit differentia inter pœnam ipso iure inflictam, & alteram infligendam per sententiam, ibidem num.38. & vide in verbo differentia.
Pœna, quot sint aduersus simoniacos constituta, & quæ, rubr.11.cap.27.nu.61.
Statuta in extrauaganti cum detestabile, comprehendit tantum realem nu 62.
Quid verò dicendum sit vigore constitut. Pij V. nu.63.
Item quid respectu constit. Sixti V. nu.64.
Illius declaratoria an requiratur nu.65.
Quæ verò sit aduersus prouisum ob simoniam ab adultero commissam nu.68.
Pœna damnationis in metallum, quæ postea successit, rubr.11.cap.23.nu.47.
Pœnitentiæ nomen quotupliciter sumatur, & qui sint hi modi declarantur, rubric.11. cap.21. num.9. & 10.
Solemnem, qui egerunt ordinari prohibentur, rubr.11.cap.21.nu 1.
Quid si publicam, ibidem nu.2.
Et isti possint nè matrimonium contrahere, ibidem nu.6.
Cum istis dispensare possunt Episcopi pro suscipiendis ordinibus, ibidem nu.7.
Forma, quæ sit iam dicta pœnitentia solemnis, ibidem nu.8.
Quibus ex causis fuerit antiquitus illa instituta, ibidem nu.9.
Podagra peregrinus morbus est, neque in Italia, antiquitus cognita, rubr.11.cap.17. num.136.
Ea laborans censeatur nè irregularis? ibidem num.137.
Morbus hæreditarius dicitur, ibidem numer.138.
Pollutio simplex, peccatum est, & cuius grauitatis, rubr.11.cap.22.nu.24.
Pontificalia exercere in aliena Diœcesi, nemo Præsul valet, cum explicationibus, rubr.9. cap.5. num.1. & rubr.11. cap.16. sub num.9.
Ista prohibitio vsus Pontificalium, quæ complectatur eodem cap.5. nu.2.
Portio quam exigat ætatem, rubr.7.cap.6.numer.28.
Possessio triennalis, quibus in easque non suffragetur, etiam si pacifica, rubr.8. cap.3. num.16.
An ei opituletur, qui tenebatur, & non emisit professionem fidei, ibidem nu.17. & rubr.11.cap.13.nu.3.
Possessio concedenda non est cum pendet appellatio à decreto institutionis, rubr.11. cap.13. num.476.
Quæ requiratur, vt quis teneatur parere decreto de dimittendo, & alia, vide in verbo decretum.
Possessionem capiens non vocato possessore dicitur intrusus, rubr.11.cap.13.nu.221.
Possessor pacificus an reputetur ille, cui fuit mota lis super possessione, rubr.8. cap.3. numer.10.
An ille, cui mota fuit lis super aliqua tantum re sui beneficij ibidem nu.13.
Eiusmodi quando dicatur, qui triennio possedit, ibidem nu.15.
Possessore non vocato, qui capit possessionem dicitur intrusus, vide in verbo clausula vocatis.
Possessorium primitus, deinde petitorium decidendum est, rubr.8.cap.3.nu.11.
A sententia in eo lata, vtrum liceat appellare, ibidem nu.12.
Postulationis materia summatim explicatur, rubr.

rubr. 8. cap. 4. num. 11.
Potentia vegetatiua, quo tempore acquiratur, rubr. 11. cap. 23. nu. 22.
Praebenda temporalis, & spiritualis traditur differentia, rubr. 11. cap. 13. nu. 261.
Praecedendi ordo laudabilis est, rubr. 12. cap. 12. num. 2.
In tantum, quod Religiosus non potest consentire, vt non in suo, sed inferiore sedeat loco num. 4.
Et à consuetudine Religionis introductus praeposterari non debet nu. 6. & 9.
Qui in suo non sedet duplici remedio vti potest aduersus occupantem nu. 8.
Praecedentia materia tangitur, rubr. 12. cap. 12. num. 10.
Illa fruitur Episcopus Senator electus, etiam cum antiquioribus Magistratibus, num. 11.
Eius cum controuertitur in processionibus, quis obtinere debeat nu. 12.
Et Iudex est Episcopus nu. 14. & eadem rubrica cap. 13. nu. 120.
Illa vtuntur Canonici Regulares aduersus Monachos nigros, eodem cap. 13. nu. 121.
Inter Confraternitates si lis oriatur de illa quid faciendum sit, ibidem nu. 122.
Praeceptum Iudicis, siuè mandatum, siuè monitorium, resoluitur per comparitionem in simplicem citationem, rubr. 11. cap. 15. numer. 86.
Illud de audienda missa in diebus festiuis est praeceptum Ecclesiae, in adhortatione numer. 10.
Ideò qui reperitur in loco, vbi festum celebratur constringitur missam audire, ibidem num. 11.
Etiam qui illinc pertransiret nu. 12.
Illi paret quiuis audiens missam quancumque, licet non illius diei nu. 13.
Praedicare non Sacerdos an valeat, rubr. 12. cap. 13. nu. 12.
Id facere qui teneantur, ibidem nu. 13.
Praedicatores deputare ad quem spectet, ibidem num. 14.
Illi exigere eleemosynam possunt nu. 15.
Eis quis subministrabit expensas cum declarationibus multis, ibidem nu. 16.
Vtrum de licentia Parrochi in illius Parrochia illis liceat praedicare, ibidem nu. 21.
Vt eorum munus debitè exequantur, qua attendere debeant, ibidem nu. 21.
Praeferendus sit nè is, qui semper fuit bonus, an qui malus quandoque, & tunc emendatus, vide in verbo bonus, alia vide in verbo nobilis.
Praelati Episcopo inferiores acquirere possunt spectantia ad Episcopum, vel ex dignitate, vel iurisdictione, in proemio nu. 6.
Illa verò quae ab ordine procedunt nullo modo adipisci valet, ibidem nu. 7.
Redarguuntur detinentes inhonestos familiares, rubr. 4. nu. 44.
Presbytera, quae sit, rubr. 11. cap. 2. nu. 5.
Praesentatio de persona non attingente 14. annum non iudicatur inualida, rubr. 7. cap. 6. num. 3.
Et facta ad fauorem laici, neque est penitus censenda de indigno, ibidem nu. 4.
A quo sit facienda cum pupillus habet iuspatronatus, rubr. 11. cap. 13. nu. 347.
Apud quem sit facienda, ibidem nu. 352.
Quomodo sit facienda, ibidem nu. 353.
Facta coram Notario publico an subsistat, ibidem nu. 354.
Eius partes sunt tres, nempè praesentatio, admissio, & institutio, ibidem nu. 355.
Cum est admissa cum clausula si & in quantum affigi debent adicta, ibidem nu. 358.
Illam quod praecesserit, an probent bullae institutionales, ibidem nu. 374.
Quid verò si sententia producatur, ibidem num. 376.
Illa vt periclitari nequeat, quae clausulae sint addendae in mandato, ibidem nu. 403.
Per eam acquiritur ius ad rem, rubr. 11. cap. 16. num. 13.
Praesentationes multiplicata ad finem parendi Concilio, an sint duae, illaque sufficiant, rubr. 11. cap. 13.
Si accrescant alicui in secunda instantia non prosunt contra institutum, ibidem num. 463.
Si factae fuerunt ad fauorem plurium in eodem beneficio, quid agendum, ibidem num. 439.
Quid verò cum in alterius fauorem facta fuit à proprietario: in alterius verò ab existente in possessione praesentandi? ibidem num. 416.
Praesentans ad beneficium de iurepatronatus ab alio acquisitum tenetur probare modum, quo in ipsum pertransijt, rubr. 11. cap. 13. num. 375.
Ac praesertim legitimam descendentiam, ibidem nu. 376.
Recedere à praesentatione vtrum possit, vide in verbo patronus.
Praesentare possunt nepos, & patronus simul, vbi iuspatronatus est familiare, rubr. 11. cap. 13 nu. 380.
Praesentari an possit laicus, & illius praesentatio vtrum dicatur facta de inhabili, rubr. 11. cap. 13. nu. 465.
Praesentari, qui prohibetur, multo magis, & acquirere per viam collationis, rubrica 11.

11. cap. 16. num. 13.
Praesentatus à maiori parte, si non est indignus praeferendus est idoniori nominato à minori, rubr. 11. cap. 13. nu. 447.
Si decidat ante institutionem, an in patroni, an in compraesentanti beneficium decedat, ibidem nu 456.
Si fuerit indignus, quid agendum, ibidem num. 458.
Quid si non idoneus, ibidem nu. 459.
Quid si indignus fuerit nominatus à maiori parte, alterque eorum à minori, vter eorum erit instituendus ibidem nu 460.
Inhabilitas isto casu sufficit tempore praesentationis, vt alter instituatur, quamuis post praesentationem superuenerit habilitas, ibidem nu. 461.
Et qui tunc fuit habilis, & propterea institutus, reijci in secunda instantia nequit, licet impedimentum superuenerit, ibidem num. 462.
Si fuit institutus non remouetur per sententiam superuenientem priuantem praesentantem iurepatronatu, si tamen fuerit in possessione praesentandi, ibidem nu. 472.
Ab eo autem, qui diù cessauit à praesentando sit nè instituendus, dùm compatroni semper praesentarunt, ibidem nu. 473.
Si renunciauerit praesentationi, an compraesentato prosit, an potius patronis, qui valeant alium praesentare, rubr. 11. cap. 27. num. 35.
Praesulis dispensatio non requiratur ad contrabendum matrimonium inter consanguineos in quarto, & quinto gradu, rubr. 6. cap. 3. sub nu. 45.
Praesumere verbum, quid significet, rubr. 12. cap. 16. nu. 37.
Praesumptiones duae in eodem casu non admittuntur in iure, rubr. 11. cap. 27. nu. 74.
Pretium ad dilatum tempus soluendum, minus est illo, quod fit praesenti pecunia, rubr. 11. cap. 20. nu. 12.
Maius est si anticipata fiat solutio, quae si offeratur melior conditio adfertur, ibidem num. 13.
Primates, & Patriarcha, qui sint, rubr. 2. numer. 28.
Princeps quando dicatur loqui secundum vsum loci sui, vel potius aliorum, ad quos dirigitur sermo, rubr. 11. cap. 31. nu. 13.
Principalis interrogatus à Iudice, quando teneatur deponere, rubr. 11. cap. 15. nu. 95.
Priores possint nè subditos tonsurare, rubr. 6. cap. 2. nu. 10.
Priscillianista qui sint, rubr. 11. cap. 32. nu. 3.
Priuatio beneficij, quibus verbis inducitur ipso iure, vide verbo beneficium.
Priuilegio clericali non gaudeat, qui ab alieno Episcopo assumpsit ordines, ex aliquorum sententia, rubr. 9. cap. 2. nu 9.
Priuilegio cap. Odoardus, an gaudeat debitor pensionis pro quantitate debita ex causa dicta pensionis, rubric. 11. cap. 13. num. 289.
Num verò, qui obligatione Camerali est obligatus, ibidem nu. 290.
Priuilegium concessum alicui non soluendi decimas non prodest, si aliena conduxerit territoria, aut si propria alijs locauerit, quin ab illis soluantur, rubr. 12. cap. 13. num. 153.
Imò neque pro possessionibus deinde acquisitis, ibidem nu. 154.
Probatio nulla maior ipsa propria confessione, verbo confessio.
Probitatem alicuius, aut improbitatem ex sermone iudicare periculosum est, rubric. 4. num. 35.
Processiones, quae sint, & quotuplices, rubrica 12. cap. 12. num. 118.
In eis solent gestari reliquiae praeterquam in illa Corporis Christi, ibidem nu. 119.
Controuersias in illis contingentes componit Episcopus, ibidem nu. 120.
Processus in causa haeresis cum est compilatus supersedere debent Episcopi, nè properent ad expeditionem, aut etiam torturam inferendam, nisi prius consuluerint Sacram Congregationem vniuersalis Inquisitionis Vrbis, rubr. 12 cap. 13. nu. 144.
Procuratio qualis, & in quibus debeatur pro visitatione, rubr. 11. cap. 26 nu. 106.
Procurator constitui ad praesentandum se ipsum constituentem, an possit, rubr. 11. cap. 13. nu. 399.
Vtique verò ad praesentandum alium, ibidem num. 452.
Illo constituto cum iuramento non reuocandi, alius constitui nequit, sed benè praesentari, ibidem nu. 453.
Si constitutus nominaret indignum haud praeiudicium afferret patrono, ibidem num. 467.
Constitutus in causa, lata sententia functus est officio suo, & non nisi appellare tunc potest, rubr. 11. cap. 13. nu. 321.
Nisi tamen adsit in mandato clausula, & ad prosequendam appellationem quo casu potest prosequi, non tamen cogi ad prosequendum, ibidem nu. 322.
Constitutus verò ad celebradum matrimonium, quot annos natus esse debeat, rubr. 7. cap. 6. num. 128.
Alius verò quiuis, cuius aetatis esse debeat, ibidem nu. 130.

Ille

Illi salarium constitui, quale debeat, ibidem num. 131.
Si in alium fuerit missus locum, & postea revocatus, & petita ab eo redditio computorum, ac propterea impeditur redire ad patriam, utrum consequatur, tunc salarium, ibidem nu. 132.
Constitutus ad resignandum beneficium, ad cuius titulum fuit promotus, utrum revocari possit, rubr. 8. cap. 6. nu. 4.
Eidem constituto ad solutionem faciendam, nunquam censetur data facultas soluendi indebitum, rubr. 9. cap. 8. nu. 33.
Proditionis crimen atrox, & abominabile, rubr. 11. cap. 31. nu. 4.
Proditor graui notatus infamia, rubr. 11. cap. 31. nu. 5.
Quis ita dicatur nu. 7. & 9.
Sit ne incapax ordinum, & beneficiorum, rubr. 11. cap. 32. nu. 20.
Si indulgentiam, siuè indultum obtinuit à laico Principe, queat nè ordines suscipere, aut beneficia consequi absque alia dispensatione ab Ecclesia nu. 24.
Quid verò dicendum sit respectu filiorum nu. 25. & alia in verbo filij.
Professio fidei si emissa non fuerit ab eo, qui eam facere tenebatur, utrum opituletur triennalis possessio, etiam pacifica, rubr. 8. cap. 3. nu. 17. & rubr. 11. cap. 13. nu. 3.
Qui eam non emisit, sed inseruiuit lucratur distributiones quotidianas, eodem cap. 3. num. 18.
Illa emitti per procuratorem an possit, ibidem nu. 19.
Illam iterum facere tenetur, qui renunciato priori beneficio, adeptus est aliud simile, ibidem nu. 20.
Eam emisisse allegans, neque probans utrum tutus sit, & molestari possit, ibidem nu. 23. & dicto cap. 13. sub nu. 111.
Professio Regularis, ut emittatur, quae sit necessaria aetas, rubr. 7. cap. 6. nu. 129.
Emissa ab Hermaphrodito utrum subsistat, rubr. 11. cap. 3. nu. 3.
Duplex est, scilicet expressa, & tacita, & quando emittatur expressa, rubr. 12. cap. 4. nu. 2.
Requisita ad emittendam expressam recensentur nu. 3.
Tacita emittitur uno ex tribus modis, nu. 4.
Altera ab altera an distet, & quomodo nu. 5. & 11.
Tacita dirimit matrimonium postea contractum, ibidem nu. 7.
Subsequens, etiam si expressa non dirimit antecedens matrimonium consumatum, numer. 9.
De professione si lex loquatur in omnibus speciebus subsistit nu 8.
Emissa non seruata statuta forma, sit nè inualida, eadem rubr. 12. cap. 5. nu. 1.
Possit nè emitti sub conditione retinendi proprium? eadem rubr. 12. cap. 7. nu. 9.
Subsistat nè emissa ab eo, qui verbis promisit, corde autem contradixit nu. 10.
Quid si non abfuit animus profitēdi, sed promissa non seruandi nu. 11.
In casibus supradictis valida semper iudicatur in foro exteriori nu. 12.
Illam emittere tenetur, qui in secundam ingressus est Religionem, quamuis in priori emiserit, rubr. 12. cap. 9. nu. 11.
Validè emissa, quos operetur effectus, & primum plenariam indulgentiam, rubric. 12. cap. 10. nu. 1.
Item dissoluit quodcumque votum personale, num. 2.
Irregularitatem aufert nu. 3.
Similiter nobilitatem nu. 4.
Non autem iura suitatis, sub eodem nu. 4.
Vitium omne purgat ingratitudinis nu. 5.
A iurisdictione laicali liberat nu. 6.
Matrimonium antea ratum dissoluit nu. 7.
Facultatem concedit Superiori Regulari absoluendi ab excommunicatione, quam ante professionem contraxerat nu. 8.
Illa possit nè ab excommunicato emitti, & emissa utrum subsistat nu. 9.
Annullatur nonnumquam, ac primum, quia ante expletum 16. annum emissa fuit, ead. rubr. cap. 11. nu. 1.
Eam emissam fuisse ante aetatem, allegantis onus est probandi nu. 2.
Tuncq; sit nè dandus Curator ad lites, alleganti illius inualiditatem ob istud caput minoris aetatis nu. 3.
Declaratur insuper nulla si furore correptus erat cum emisit nu. 5.
Ita si alio morbo alienante mentem nu. 6.
Qua propter si ebrius tunc erat cum declaratione, quae refertur nu. 7.
Quin & si propter metum nu. 8.
Quid si ob blanditias, maximè Principum num. 15.
Causa insuper referuntur, quibus vigore Constitutionis Sixti V. inualidatur numer. 16.
Item alia vigore Regularium cuiusq; Religionis nu. 17.
Requisita per Concilium ad illam inualidandam recēsentur, cum ampliationibus, restrictionibus, & declarationibus nu. 18.
Illam anteire debet exploratio voluntatis continens perplura declarata, rubric. 12. cap. 16. nu. 12.

Et

Et emissa non praecedente iam dicta exploratione ab Ordinario facta, quid agendum, ibidem nu. 17.
Eandem emittere corrupta queit, rubr. 12. cap. 16. nu. 77.
Propinquorum appellatione, qui intelligantur, rubr. 11. cap. 27. nu. 77.
Propositionum genera sex esse affirmatur, & quę heretieales, rubr. 11. cap 26. nu 29.
Proprietarius quando minimè dicatur Regularis, tametsi aliqua possideret bona? rubr. 12. cap. 7. nu. 3.
Maximè si Superior concederet illi licentiam habendi vsum rerum nu. 4.
Quid respectu bonorum stabilium nu. 5.
Dumtamen in rebus necessarijs, atque vtilibus, non voluptuosis nu. 6.
Proprietatis vitium, quem producat effectum, rubr. 12 cap. 7. nu 7.
Protestatio contraria facto nihil operatur, cum declarationibus, rubr. 11. cap. 13. nu. 185. & vide in verbo Regula, vt nihil, &c.
Illa praecedere debet admissionem articulorum, alioquin si fuerint admissi impertinentes, amplius rejei nequirent, rubr. 11. cap. 27. nu. 100.
Quo tempore illa fieri debeat nu. 101.
Qua verò concurrere nu. 102. alia vide in verbo articuli.
Aduersus testes quando fieri debeat, rubr. 11. cap. 33. nu. 18.
Errorum quomodo, & ad quid prosit, in adhortatione nu. 18.
Prouisio Apostolica non mutat statum beneficij, vide in verbo statum beneficij.
Prouisus de beneficio per collationem acquirit ius in re, rubr. 11. cap. 16. sub nu. 13.
Proximorum si lex meminerit, quis intelligatur vocatus? rubr. 11. cap. 27. nu. 80.
Et an proximior testatoris, vel vltimi morientis? nu 81.
Illo decedente, siuè post, siuè ante assecutum fideicommissum, quando illud non extinguatur nu. 82.
Psalmistatus an idem sit, quod prima tonsura, rubr. 2. nu 6.
Pubertatis tempus cur lõgius in masculo, quàm in fœmina constituatur, scribitur rubr. 11. cap. 19. nu. 41.
Illi proximus, comparatur puberi nu. 42.
Puella educationis causa ingressa Monasterium post 25. annum, inde exire cogenda est, rubr. 12. cap. 16. nu. 29.
Pueri absolutionem ab excommunicatione consequuntur ab Episcopis non solum, dùm sunt in ea ætate, at etiam postquam sunt maiores, vide in verbo absolutio, & verbo excommunicatio.
Peccare in qua ætate possint, & alia vide in verbo ætas.
Puerperium oportet esse animatum, vt illud interficiens dicatur homicida, rubr. 11. cap. 23. nu. 15.
Qua pœna castigetur occidens, ordinaria scilicet, an extraordinaria, ibidem numer. 16.
Quando censiatur animatum cum distinctione, si masculinum, vel fœmininum, ibidem nu. 23.
Quid vbi cognosci non potest si fuerit masculinum, vel fœmininum, ibidem nu. 24.
Quid si ignoretur tempus conceptionis, vt vera mensium computatio fieri nequeat, ibidem nu. 25.
Pupillus si habeat iuspatronatus, à quo sit facienda præsentatio, ab ipso, vel tutore, rubr. 11. cap. 13. nu. 390.
Pusilli hominis, & miseri est repetere mordentem, in adhortatione nu. 20.
Pygmei irregulares minimè sunt, rubr. 11. cap. 17. nu. 144.
Tantum nomine differunt à nanis, ibidem num. 145.
Eorum consueta statuta, qualis sit, ibidem num. 146.
Cum eis posse de facili dispensari intra ipsorum conformes populos, probatur ibidem num. 148.

Q

QVartana an impediat suscipere ordines? rubr. 11. cap. 17 nu 169.
Quatenus dictio cuius vis sit, & intellectus, vide in verbo dictionis.
Quatragesimali tempore sit nè vetitum de iure comedere lacticinia, & alia, vide in verbo lacticinium.
Quatuor tempora, olim quo tempore celebrarentur, & quo hodie, rubr. 6. cap. 3. nu. 2.

R

RAptorum pœna, quæ sint, cum distinctione respondetur. & vide in verbo pœna.
Illis insuper denegatur appellatio, rubr. 12. cap 16. nu. 85.
Ratiocinij obligatus tonsura insigniri non potest, etiam functo officio, rubric. 11. cap. 9. num. 3.
Altiores verò ordines assumere non prohibetur, ibidem nu. 11.
Quin, & tonsura etiam insigniri potest, si idoneum præstet fideiussorem, principaliter se obligantem, ibidem nu. 12.
Recambia, quæ sint, & vetita vtrum sint, rubr. 11.

br. 11. cap. 10. nu. 43. & melius sub nu. 45.
Receptans malefactores, qua pœna puniatur, rubr. 11. cap. 25. nu. 23.
Baronis receptantis bannitum, qua sit pęna, ibidem nu. 25.
Qui bannitum affinitate coniunctum receptat qua puniatur pœna, ibidem nu. 26.
Qui verò ignorans aliquem esse malefactorem nulla plectitur pœna si receptauerit, ibidem nu. 27.
In eo quomodo sit probanda scientia, ibidem num. 28.
Recusatio Iudicis, operatur nè idem Iudex cognoscat, si subsistat exceptio, vel non, rubr. 11. cap. 13. nu. 188.
Ea facta sint nè eligendi arbitri, tàm si ordinarius, quàm delegatus recusetur, ibidem num. 189.
Reditus ex inferno nulli patet, rubr. 11. cap. 17. num. 29.
Regnum Galliæ octodecim Prouincijs contineri refertur, rubr. 7. cap. 6. nu. 45.
Regula iuris est, nè valeat ex post facto, quod ab initio non valuit, rubr. 9. cap. 4. nu. 2.
Item nè quis possit habere ratum, quod ipsius nomine gestum non fuit, ibidem nu. 3.
Vt nouatione recedatur à priori obligatione, quando subsistat, rubr. 11. cap. 9. nu. 6.
Vt qui pęnam pecuniariam persoluere non valet, luat in corpore, quando procedat, rubr. 11. cap. 10. nu. 22.
Cessante causa, cesset effectus, probatur, & declaratur, rubr. 11. cap. 17. nu. 132.
Concesso, quod maius est, dicatur concessum, quod minus est, non procedit in dispensationibus, rubr. 11. cap. 13. nu. 91.
Nisi illud minus necessario includeretur sub maiori, ibidem nu. 92.
Et propterea si illegitimus, esset dispensatus ad Episcopatum, diceretur etiam habilitatus ad ordines, ibidem nu. 93.
Vt nihil operetur protestatio contraria facto, declaratur, rubr. 11. cap. 13. nu. 185.
Vt commissio reuocatoria liget ignorantes, quando militet, rubr. 11. cap. 13 nu. 177.
Lex Barbarius ff. de offic. Prætor. affatim explicatur in rubr. 2. num. 25. & rubr. 11. cap. 15. num. 49. ac præsertim illius intellectus refertur, quodque non habeat locum in spiritualibus probatur, dicto nu. 25.
Regulæ Cancellariæ habent vim legis, & constitutionis, rubr. 11. cap. 13. nu. 345.
Expirant extincto Pontifice, rubric. 11. cap. 15. nu. 26.
Octaua eiusdem Cancellariæ excludit optiones præbendarum, vide in verbo reseruatio contenta in Regula octaua.
Regulares etiam sunt promouendi à proprio tàm Episcopo, rubr. 9. cap. 3. nu. 1.
Cum dimissorijs tamen proprij Superioris Regularis, ibidem nu. 2.
Qua pœna plectantur promoti, & promouentes sine dictis dimissoriis, ibidem nu. 4. & 5.
Ipsos non esse examinandos de scientia, sunt qui credant, rubr. 5. cap. 2. nu. 4.
Vtrum ne peccent, si in alijs quam votis delinquant, scilicet si in concernentibus dispositiones Regulares, rubr. 12. cap. 5. numer. 3.
Obtinere beneficia quando possint, rubr. 12. cap 7. nu. 14.
Recusantes vitam communem quando peccent nu. 25. & 26.
Eandem debent habere ætatem, quam & sæculares ordinandi, rubr. 7. cap. 3. nu. 29.
Qui antiquitus ob priuilegia absolui poterãt, & dispensari à proprijs Superioribus, hodie non possunt, rubr. 7. cap. 5. nu 4.
Illis an faueat constitutio Clem. VIII. moderatoria alterius Sixti, vt non obstante sanctione Sixti reuocante priuilegia, possint illis vti, ibidem nu. 5.
E monasterio non nisi vrgenti ex causa exire permittantur, rubr. 12. cap. 9. nu. 1.
Etiam si legem, vel medicinam audire vellent nu. 2.
Quid si vt alimenta suppeditent parentibus, num. 3.
Et quando liceat propriam dimittere Religionem, & in aliam ingredi nu. 7.
In aliam quamuis strictiorem non petita licentia ingredientes, reuocari à proprio Superiore possunt nu. 8.
In parem verò ingredi si voluerint non solum petere, sed obtinere licentiam debent, num. 9.
Intrantium in alteram, cui competant bona, priori, an posteriori nu. 10.
Omnes subsunt Episcopis, rubr. 12. cap. 13. num. 1.
Nisi priuilegium habeant exemptionis, ibidem nu. 2.
Quod tamen vigintiquinque in casibus cessaret, etiam hodie, vt eo non obstante subsint, ibidem nu. 3.
Qui recensentur, & declarantur inibi à numer. 4.
Eorumque primus in editione librorum, dicto num. 4.
Secundus in lectione habenda sacræ scripturæ num. 5.
Tertius si velit prædicare, vt benedictio sufficiat, si in Ecclesia sui ordinis, licentia verò requiratur in alijs nu. 6.
Ita quod si patri antistes nequeat, vt ille prædicet,

dicet, etiam in Ecclesia sui ordinis, facere valeat, ibidem nu. 8.
Quin & examinari tunc ab Ordinario potest num. 9.
Et si non obtenta illius licentia prædicaret, à quo sit castigandus inquiritur nu. 10.
Quartus casus deuincit Regulares degentes extra Monasterium, & inibi delinquentes nu. 22.
Ita quod etiam in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum subijciuntur, ibidem nu. 23.
Cum verò in Monasterio habitant, extra verò delinquunt, an subsint nu. 29.
Si reperiantur sine licentia suorum Superiorum extra locum Monasterij, puniuntur ab Episcopis nu. 31.
Quintus casus versatur circa ordines suscipiendos à Regularibus nu. 32.
Qui ab illo Præsule assumendi erunt, qui præest loco, in quo extat Monasterium num. 33.
Concurrere tamen debet proprij Superioris Regularis licentia nu. 34.
Ordinans verò stare debet fidei Superioris illius circa vitam, ætatem, mores, & alia requisita præter doctrinam nu. 35.
Illis volentibus ordinari ab alieno Antistite, quis concedat dimissorias nu. 36.
Illæ verò dimissoriæ, quæ continere debeant, num. 37.
Promoueri in minori ætate, qua sæculares, nequeunt nu. 38.
Et in interstitijs requisitis in sæcularibus, num. 39.
Possunt tamen cum eisdem dispensare Episcopi circa interstitia nu. 40.
Quibus tamen concurrentibus nu. 41.
Eorum verò Superiores dispensabunt in interstitijs in casibus in quibus illos promouere possunt nu. 42.
Sextus casus respicit visitationem Monasteriorum commendatorum cum explicationibus à nu. 45.
Septima auctoritas versatur circa confessiones audiendas nu. 55. de quibus confessionibus audiendis multa recensentur in verbo confessiones, & verbo approbatio.
Sed simpliciter approbati, impediri nequeant audire confessiones nu. 66.
Vt neque superuenienti excommunicatione dicatur reuocata approbatio nu. 67.
Neque si è Diœcesi exierint nu. 68.
Neque interitu Episcopi concedentis nu. 69.
Successor verò, vtique potest reuocare, numer. 70.
In vna Diœcesi approbati audire confessiones necnè valeant in alia nu. 71.
Approbari ab alio non Episcopo, an possint, num. 72.
Vtique à Vicario Episcopi nu. 73.
Item à Vicario Capitulari nu. 74.
Vtrum verò ab Abbatibus exercentibus iurisdictionem nu. 76.
A quo Episcopo erunt approbandi, nempè loci vbi audienda est confessio, an pœnitentis, an confessoris nu. 77.
Octauus casus inspicit constructionem faciendam Monasteriorum nu. 80. & vide in verbo Monasterium.
Quandoque etiam in erecto manus apponunt si licito in loco sint posita nu. 82.
Nonus casus respicit clausuram Monialium num. 83. & 89. & vide in verbo clausura.
Decima auctoritas est in colendis festis, cum declarationibus à nu. 91. & multa in verbo festiui dies.
Vndecimus casus obligat Regulares publicare, & seruare interdicta, & censuras ab Episcopo promulgatas nu. 114.
Duodecimus deuincit Regulares exercentes curam animarum nu. 115.
Decimustertius si Monasteriū incolant Episcopo suppositum nu. 116.
Decimusquartus versatur circa processiones nu. 117. & vide in verbo processiones.
Decimusquintus versatur circa renunciationes à Regularibus faciendas nu. 124.
Decimussextus cum Regulari præponendo Religiosis fœminis, vt ab Episcopo examinetur nu 126.
Decimusseptimus respicit Regularem volentem impetere aliqua ex causa professionem num. 129. & vide in verbo professio Regularis.
Decimusoctauus deuincit illos exequutores vltimarum voluntatum, vt rationes Episcopo reddant num. 130. & vide in verbo exequutor.
Decimusnonus versatur circa Regulares volentes quæritare nu. 139.
Vigesimus est in absoluendo Regulares excommunicatos, ob percussionem Clericorum num. 133.
Vigesimusprimus in causa hæresis nu. 137.
Vigesimussecundus in causa reconuentionis, num. 148.
Vigesimustertius in solutione decimarum num. 152. & vide in verbo decimarum solutio.
Vigesimusquartus, vt Regulares venerentur Episcopos nu. 161.
Vigesimusquintus nè in Sabbato maioris hebdomadæ campanas ante matricem pulsent num. 162.

Et propterea neque baldachinum in propria Ecclesia erigere, & alia facere, quæ recensentur nu. 163.
Excommunicari autem ab Episcopis utrum nè possint dicti Regulares nu. 166. *& cap.* 16. *nu.* 41.
An etiam puniri in casibus in quibus subesse Episcopis dictum est, eodem cap. 13. *num.* 167.
E Monasterijs eijci nec nè, & quando possint, rubr. 12. *cap.* 15. *nu.* 1. *&* 3.
Cum sint eiecti, quæ gerere, & exequi munera valeant, cum in seculo morantur latè discutitur nu. 4.
Ac præsertim si ordinibus insigniri possint, & beneficia consequi nu. 5.
A votis Religionis an liberentur nu. 6.
Cum dispensatione indigent, quis Præsul impartietur nu. 7.
Cui tunc subsint nu. 8.
Cui acquirant nu. 9.
Qui etiam si fugitiui sint nu. 10.
Cui demum si damnati ad triremes nu. 11.
Si ad Religionem iterum admitterentur, vnde expulsi fuerant, nec iterum vouere tenerentur, nec proprium acquirerent locum num. 12.
Eiusmodi eiecti inter apostatas an numerari possint nu. 13.
Possint nè Regulares ipsi declarari ab Episcopis incurrisse, si priuilegio potirentur nè possint excommunicari, rubr. 12. *cap.* 16. *num.* 42.
A quo absolutionem consequantur, ab excommunicatione iuris nemini retenta, numer. 43.
Constitui Vicarij Episcoporum non prohibentur, & tale exercere officium, si tantum proprij Superioris Regularis accedat licentia, rubric. 11. *capit.* 13. *numer.* 118.
Relapsus, & emendatus, an dicatur incorporatus Ecclesiæ unitati, rubr. 11. *cap.* 26. *numer.* 15.
Quando dicatur, qui abiurauit, ibidem numer. 50.
Eius quæ sit pœna, ibidem nu. 51.
Relatum est verè, & propriè in referente, si tamen fuerit productum relatum, rubr. 12. *cap.* 7. *sub nu.* 17.
Relaxationis, siuè absolutionis à iuramento materiam, vide in verbo iuramenti.
Religionem si masculus mentito sexu intrauit, quid agere oporteat, rubr. 11. *cap.* 3. *numer.* 7.
Eius ingressus intelligitur post emissam professionem rubr. 11. *cap.* 12. *nu.* 115.
Eiusdem ingressu omnis aufertur irregularitas, ibidem nu. 116. *& vide in verbo irregularitas.*
Eius nomen vnde prodierit, rubr. 12. *cap.* 1. *num.* 6.
Eius habitum assumere volens, quæ debeat perscrutari, in verbo habitum Regularem.
Religiosa vita, quando initium fuerit, rubr. 12. *cap.* 1. *nu.* 7.
Religiosus status requirit, vt voto obligetur Regularis ad paupertatem, castitatem, & obedientiam, rubr. 12. *cap.* 5. *nu.* 2.
Remedia ad cohibendum veneris appetitum, rubr. 11. *cap.* 17. *nu.* 15.
Remedium quamuis esset mori, nihilominus solus est occidere, ibidem nu. 19.
Renuncians beneficium in verbo resignatio.
Renuncians præsentationibus, in verbo præsentatus.
Renuncians Episcopatum si Monachus fuerat, iterum claustrum petere non tenetur, rubr. 12. *cap.* 14. *nu.* 13.
Repræsentatio ex quadam iuris fictione demonstratur, rubr. 11. *cap.* 1. *nu.* 38.
Repudij libellum dare, permissum lege Mosayca, rubr. 1. *nu.* 61.
Et tunc à peccato excusabat, ibidem numer. 61.
Vide alia in verbo diuortium.
Repulsa ad quod vsque tempus peti possit, sitque nè odiosa, an fauorabilis, rubr. 11. *cap.* 33. *num.* 18.
Sit ne admittenda contra testes examinatos in prima instantia nu. 20.
Illius terminus vtrum cōcedi debeat, si prætery̆t tempus restitutionis nu. 21.
Requisita in ordinādo de necessitate Sacramenti, rubr. 11. *cap.* 1. *nu.* 3.
Alia decem requiruntur, quæ si desint, confertur ordo, eaque enarrantur, rubr. 3. *nu.* 4. *&* 5. *latè verò explicantur rubr.* 11. *cap.* 14. *à nu.* 1. *alia vide in verbo tonsuram.*
Rescriptorum duplex species, rubr. 11. *cap.* 13. *numer.* 153.
Alterum gratiæ, ipso iure nullitati subiacet; si de surreptione notetur, rubr. 11. *cap.* 13. *nu.* 171. *&* 180.
Et quando dicatur falsis precibus obtemptum ibidem nu. 179.
Alterum iustitiæ, quod exceptionis ope irritatur, cum de surreptione notatur, rubr. 11. *cap.* 13. *nu.* 171. *&* 179.
Alioqu in validum est nu. 182.
Quod si exceptio opposita fuerit, & Iudex non omiserit vltrò progredi, refertur remedium, quo pars valeat se defendere, ibidem nu. 183.
Quid si protestetur, & nihilominus pareat Iudici,

Iudici, vtrum sibi praiudicet, ibidem numer. 184.

Illud autem, quod est auocatorium, quamuis sit de iustitia, est tamen inualidum ipso iure propter surreptionem, rubr. 11. cap. 13. nu. 172.

Quando verò dicatur auocatorium, ibidem nu 173.

Illud non nisi Papa, & signatura concedere potest & auocare. ibidem nu. 174.

Si contineat clausulam, dummodò causa non sit instructa, quale tempus attendi debeat, ibidem nu. 175.

Sed illud, quod in forma pauperum dicitur, in multis casibus non refragatur, qui referuntur in rubr. 8. cap. 5. nu. 23.

Quando verò suffragetur, & quæ continere debeat, ibidem nu. 28.

Quod continet clausulam vocatis, de surreptione notari non potest, rubr. 11. cap. 13. nu. 217.

Falsis precibus obtentum, quando sit subreptitium, & propterea annullandum, si de iustitia sit, rubr. 11. cap. 13. nu. 179.

Quid verò si gratiosum fuerit, ibidem num. 180.

Expeditum verò absque clausula, teque absoluentes, inualidum est, si impetrans sit excommunicatus, etiam postquam fuit absolutus, rubr. 11. cap. 15. nu. 28.

Et continens clausulam constito, si non præcedente probatione narratorum demandaretur exequutioni, nihil fieret, rubr. 11. cap. 13. nu. 239 & 241.

Reseruatio beneficiorum duplex, nempè generalis, & specialis, & quæ illæ sint, declarantur, rubr. 5. cap. 3. nu. 5.

Specialis validior generali, ibid. nu 6.

Omnis expirat extincta legatione reseruantis, rubr. 9. cap. 8 nu 41.

Et esse odiosam probatur, ibid. nu. 42.

Contenta in Regula octaua Cancellariæ excludit optiones præbendarum, rubr. 11. cap. 13. nu. 262.

Reseruatarius fructuum, an Titulario, an Pensionario comparetur, rubr. 6. cap. 3. num. 7.

Res integra, dicatur nè post mortem donantis ad effectum concedendi assensum donationi iurispatronatus, rubr. 11. cap. 13. num. 374.

Res iudicata nonnumquam cessat, si pars in cuius fauorem esset, sibi præiudicasset, rubric. 11. cap. 13 sub num. 320. & præter Doctores illic memoratos, vide decisionem Antonij de Amato 58. numer. 10. & sequent.

Residentia cessat propter aeris intemperiem, rubr. 11. cap. 17. sub num. 161.

Resignans beneficium ad fauorem boni viri, omisso meliori an peccet, rubr. 6. cap. 3. numer. 34.

Resignatio beneficiorum, coram Ordinario fieri de iure potest, rubr. 11. cap. 17. numer. 155.

Etiam beneficiorum reseruatorum, ibidem nu. 156.

Exempti verò nequeunt illa resignare coram Ordinario loci, ibid nu 157.

Quæ tamen fieri potest, tantum si libera sit, non autem si conditionalis, ibidem numer. 158.

His tamen temporibus, neque libera fieri potest coram Ordinarijs, nisi in certis quibusdam casibus, ibidem nu. 159.

Si fiat absque assensu Papæ, & cum retentione pensionis num pœnæ statutæ in Constit. intollerabilis Pij V. subintrent, rubr. 11. cap. 27. nu. 30.

Responsa Agnetis, & Luciæ præclara referuntur, rubr. 1. nu. 84.

Restitutio ablatorum gradatim facienda est, ideò quo in loco numerentur, qui vsuras persoluere tenentur, rubr. 11. cap. 20. numer. 66.

Restituere quamuis non teneantur pauperes cedentes ligna in nemore Vniuersitatis, quamuis vilius propterea vendatur, tenetur tamen custos, rubr. 11. cap. 23. numer. 141.

Danti quippe tenetur restituere, qui male recepit, ab eo, qui bene dedit, rubr. 11. cap. 27. nu. 11.

Restitutio in integrum si concedenda sit cognoscit delegatus, non ipsa signatura, rubr. 11. cap. 13. nu. 299.

Ideò Commissarius tenetur seruare formam iuris, non autem ex abrupto impartiri, ibidem nu. 300.

Ipseque priusquam in causa principali procedat, interloqui debet super restitutione, ibidem nu. 301.

Neque sufficeret si procederet ad vlteriora, præterquam si denegandam esse arbitraretur, ibidem nu. 302.

Ipsius iudicio pendente, an sit supersedendum in exequutione prius decreta, ibidem numer. 313.

Reuelare crimen falsantis monetam vnusquisque tenetur, rubrica vndecima cap. 29. numer. 15.

Non autem tondentis nu. 16.

Alterumque hæresis, vel idolatriæ, etiam reuelare quis tenetur, rubr. 12. cap. 13. numer. 147.

Reuelationum copiam consignans parti, an possit

possit fieri irregularis, si aliquis propterea moriatur, rubr.11.cap.15.nu.120.
Reus condemnatus ex falsis probationibus, quarum falsitas Iudici latuerit, se defendere, qua via possit, rubr.11.cap.23.nu.88.
Quando dicatur legitimè interrogatus, vt teneatur fateri delictum, ibidem nu.89.
Rocchetto non vtitur Monachus assumptus ad Episcopatum, rubric. 12. cap. 14. numer.12.
Rubor in malis, probitatis est signum, rubr.11. cap.17. num.80.
In auriculis verò signum est læsæ conscientiæ, ibidem num. 81.
Rutam inter adulia ponebant sacerdotes antiqui, seruandæ castitatis causa, rubric.11. cap.17.nu.14.

S

Sacerdos proprius quis dicatur, rubr.11.cap. 15. num.10.
Auricularius tàm secretim, tenere debet, quæ in confessione nouit, vt non obstantibus monitorijs ea propalare nequeat; rubric. 11. cap. 15. num. 101. & cap. 32. num.6.
Alia annectuntur ampliationes ad Regulam prædictam de secreto, seruando à confessario num.102.eiusdem cap.15.& latius dicto cap.32.à nu.5.
Si consulat pœnitenti fateri delictum, contrahat ne irregularitatem, & alia, vide in verbo confessor.
Sed dicatur ne proditor si peccata in confessione habita reuelet, eodem capite 32. numer.5.
Eidem dicenti reuelasse de licentia pœnitentis, vtrum sit standum discutitur, ibidem num.12.
Quid si dicat rem ab ipso manifestatam habuisse alio modo quam per confessionem sacramentalem nu.13.
Contra ipsum an sufficiat dictum pœnitentis, quod reuelauerit confessionem, ibidem numer. 15.
In eum hodie inseuiunt Inquisitores, si in actu pœnitentiæ expoposcit inhonesta à pœnitentibus nu. 17.
Sacerdotalis ordinis conspicienda demonstratur auctoritas, in adhortatione nu.1.
Eo qui initiatur, vel ante ætatem, vel alio modo vetito per Constitutionem Pij II. vtrum dicatur irregularis, rubr.7.cap.4. num.15.
Sacerdotes Romani capram tanquam libidinosum animal abhorrebant, rubric.4. numer. 10.
Ita debent vitæ sanctitate excellere, sicut ordinis dignitate excellunt, in adhortatione num. 3.
Si negligant quotidie celebrare, aut saltem diebus festiuis, curet Episcopi, vt celebrent, ibidem nu.5.
An verò peccent si prædictis Dominicis diebus, aut festiuis, non celebrent, ibidem num.8.
Quid si toto anno omittant celebrare, suscipiunt tamen sacramentum Eucharistiæ in die Paschatis, ibidem nu.9.
Sacramenta noua legis, quot sunt, rubr. 1. numer. 4.
Qua ratione fuerint septem tantum instituta, ibidem num. 5.
An conuenienter iuxta præscriptum modum fuerint ordinata, ibidem nu.6.
Quod à Domino Iesu Christo fuerint instituta, ibidem nu.7.
Eorum institutionem non fuisse simpliciter necessariam, ibidem nu.8.
Causas institutionis eorum, quot referãt scribentes, ibidem nu.9.
Eorum quædam sunt necessitatis, reliqua verò voluntatis, ibidem nu.10.
Nè sint inter se paria demonstratur inibi, num.14.
Eorum tria tantum sunt initerabilia, ibidem num.13.
Quæ iterabilia sunt, nec morte delentur, ibidem nu.14.
In his, quæ necessitatis sunt requiritur sanctificatio materiæ ad solemnitatem, in cæteris verò ad solemnitatem, & necessitatem ibidem nu.13.
Quot sint iterabilia & quæ, ibidem nu.34.
In quibus consistant, ibidem nu.92.
Ad eorum substantiam tria requiruntur, ibidem nu.93.
Ea conferenti tria esse necessaria, ibidem numer. 94.
Ad ea conferenda non requiritur actualis intentio in Ministro, sed virtualis sufficit, ibidem nu. 95.
Publicis peccatoribus non esse conferenda probatur, ibidem nu. 100.
Ea suscipiens si in peccato est grauiter peccat, præterquam si ordines minores, ibidem nu. 101.
Ea ministrans in peccato, non sine peccato graui facit, ibidem nu.102.
Recipere ab hæreticis, alijsque præcisis ab Ecclesia nemo debet, ibidem nu.103.
Illa si præcisi ab Ecclesia conficere, & conferre auderent vera conficerent sacramenta, si formam Ecclesiæ seruarent, recipientes verò peccarent si scienter, ibid. nu.104.

Ea omnia conferunt catholici hanc retinentes facultatem, quamuis peccato commaculati reperiantur, ibidem nu. 113.
Quæ noua legis sunt, excellentiora esse alijs veteris legis demonstratur inibi, numer. 114.
Quæ imprimunt caracterem actum recipientis, non requirunt, rubric. 11. *cap.* 17. *numer.* 180.
Vt ministrentur requiritur, vt Minister iurisdictionem habeat in eum, cui ministrantur, rubric. 12. *cap.* 13. *num.* 78. *etiam respectu confirmationis, alioquin esset graue peccatum, vt sequutus Palud. & Syluest. notat Suarez citato tertio tomo quæst.* 72. *articul.* 12. *disputation.* 38. *section.* 2. *in fine, Armill. verbo confirmatio num.* 1. *& Visuald. in suo Candelabro rubrica de confirmatione num.* 30. *Omnesque concurrunt in ea resolutione, vt contrafaciens nullam incurrat censuram, aut irregularitatem; quinimmo, & peccatum etiam cessare credit Genuens. ex tacita voluntate Episcopi, siuè præsumpta ratihabitione, in suo Manuali Pastorum cap.* 54. *sub num.* 7. *& Neapoli antiquitus passim fieri vidi, tametsi oculatissimi moderniores Archiepiscopi cœperint prohibere, & cauendum esse sanxerint à confirmandis alienis. Quò verò in ætate conferri possit istud Sacramentum, ijdem extricant Auctores, consuetudine verò obtentum esse monet citatus Visuald. sub num.* 39. *vt pueri duorum annorum, vel circa confirmentur, dummodò liber conficiatur, in quo describantur confirmati, cui quippe vsui addit fauere plurimum textum in cap. quoniam de sent. excommunicat. in sexto, concedentem confirmationem tempore interdicti propter periculum moræ; nimirum Petrus à Soto, de institution. Sacerdot. rubr. de Sacrament. confirmat. lection.* 2. *inquit antiquum ordinem Ecclesiæ seruandum esse, quo pueri statim post baptismum confirmabantur, nec immeritò grauiter peccent Antistites multo tempore negligenter omittentes confirmare, vt aliorum fultus auctoritatibus affirmat eodem capit.* 54. *Genuens. nu.* 2.
Sacramenti nomen apud prophanos Auctores, quomodo explicetur, tùm apud Cæsarei, tùm Pontificij Iurisperitos, & quomodo in sacris literis, tùm præsertim apud latinos Patres, rubr. 1. *nu.* 1.
Illud minus latinum est, ibidem nu. 2.
Eius definitio, ibidem nu. 3.
Illud suscipientis intentio an requiratur, ibidem nu. 99.
Sacramentum pœnitentiæ hæretici, nec conferre possunt, nec si absoluere audent tenet absolutio, rubr. 1. *nu.* 108.
Quare illud non conferant, quamuis Ecclesiæ formam seruent, sed alia vtique si prædictam adhibuerint formam, ibidem num. 109.
Illud saltem conferre an possint constituto in articulo mortis, ibidem nu. 110.
Illius minister an esse possit laicus in casu necessitatis, ibidem nu. 112.
Sacramentum Eucharistiæ, quos operetur effectus, illique referuntur, rubr. 12. *cap.* 7. *numer.* 28.
Illud quolibet die sumere laudabile est, rubric. 7. *capit.* 6. *sub numer.* 5. *& alia vide in verbo Eucharistiam, & verbo sumere.*
Sacrilegium committit constitutus in sacris, carnis peccato maculatus, rubr. 7. *cap.* 3. *num.* 14.
Sæuitia viri an satis sit, & quæ ad matrimonij separationem quo ad thorum, rubr. 6. *cap.* 3. *sub nu.* 44.
Salarium constitui Procuratori quale debeat, rubr. 7. *cap.* 6. *nu.* 129.
An ei debeatur durante tempore redditionis computorum, ibidem nu. 130.
Officiali debetur etiam pro tempore syndicatus, ibidem nu. 131.
An debeatur Episcopo eunti ad consecrandam Ecclesiam, aut confirmandum? rubr. 11. *cap.* 26. *num.* 105. *& latius in verbo sumptus.*
Vtrum non conuentum, aut non solitum præstari debeatur Vicario? rubr. 11. *cap.* 33. *nu.* 14.
Sede vacante possit nè Capitulum Vicario constituere soluendum à successore Episcopo nu. 15.
Vicario constitutum quando censeatur exorbitans nu. 16.
Salutem ex inimicis nonnullos consequutos esse ostenditur, rubr. 11. *cap.* 17. *nu.* 131.
Satellites, vide sbirruarij.
Sbirruarij, alijuè omnes comitantes facinorosum ad supplicium sunt irregulares, rubr. 11. *cap.* 24. *nu.* 9.
Scabie laborans irregularis est, rubr. 11. *cap.* 17. *nu.* 163.
Scientia à sapientia differt, rubr. 5. *cap.* 1. *numer.* 2.
In genere sumpta tres habet partes, ibidem num. 3.
Humana quid sit nu. 4.
Atque ipsa triplex est nu. 5.
Eminentis, mediocris, & sufficientis vera declaratio subnectitur nu. 6.

Eminens

Eminens in confessario non sit necessaria, at sufficiens tantum requiratur nu. 7.
Qua requiratur ad beneficia, & ordines de iure communi, eadem rubrica cap. 2. numer. 1.
Qua autem per Concilium Tridentinum, num. 2.
Quod in beneficijs adipiscendis diuersa requiratur, & iuxta qualitatem beneficiorum, cap. 3. nu. 1.
Qua verò in vnoquoque illorum requirat, num. 2.
Quod in Episcopis etiam exigatur, eadem rubr. 5. cap. 4. nu. 2.
Sed qua de iure communi nu. 3.
Qua verò per Concilium Tridentinum, numer. 4.
Ad Cardinalatus amplitudinem quoque requiritur nu. 5.
Requisita, qui caret ad ordines, illorumque exercitium, num sit irregularis, ibidem num. 6.
Eiusque pœna, ac cum ordinantis, qua sit, eodem cap. 2. num. 3.
Illa crescit crescente ætate, neque in omni ætate homines pariter sapere ostenditur, rubr. 7. cap. 1. nu. 1.
Scire vnusquisque sua natura desiderat, rubr. 5. cap. 1. nu. 1.
Sclopi ictus contineat ne insidias, & proditionem, vt propterea non gaudeat indultu excludente proditorium, rubr. 11. cap. 31. num. 9.
Scolaris non potest obligare suos libros, ideò non nisi vita sit functus, in illis fit exequutio, rubr. 11. cap. 10. nu. 11.
Scrutinium duplex esse demonstratur, rubr. 3. num. 3.
Antecedens ordinationem, circa quæ versetur ibidem num. 4.
In eo requisita declarantur, ibidem nu. 5.
Et sine illo ordinatus, nulloque præcedente examine deponendus est, ibidem nu. 6.
Secundum, explicatur quale scrutinium sit, ibidem nu. 14.
Sedendi locus iuxta præcedentiam constituendus est; rubr. 12. cap. 12. nu. 2. & alia in verbo præcedentia.
Sedes Apostolica nunquam moritur, rubric. 11. cap. 13. num. 496.
Seductio ad ingrediendum Religionem vetatur, illa tamen non inualidat professionem, rubr. 12. cap. 2. nu. 9.
Secretum pandens inter proditores numeratur, rubr. 11. cap. 32. nu. 1.
Secretarius quid possit recipere pro bulla, maximè si extet consuetudo aliquid recipiendi, rubr. 11. cap. 37. nu. 48.
Senex vt dicatur exemptus à ieiunio, in qua debet esse ætate, rubr. 7. cap. 6. nu. 151.
Sententia dicens carcer cedat in pœnam est condemnatoria, rubr. 11. cap. 18. nu. 9.
Ex deductis proferenda est, quamuis conscientia obstet, nisi tamen abstinere possit Iudex, rubr. 9. cap. 8. nu. 47.
Antiqua, qua, & quando dicatur, rubr. 11. cap. 13 nu. 423. & 432.
Sententia frustra proferrentur, nisi debitæ exequutioni demandarentur, idque legibus, & auctoritatibus probatur, rubr. 11. cap. 13. num. 248.
Item exemplis nu. 249. & 250.
Quis verò erit Iudex exequendi illas, scilicet an idem, qui protulit, ibidem nu. 126.
Quid verò si appellatio deserta est ob lapsum termini statuti ab homine nu. 319.
In alterius Diœcesi demandari exequutioni vtrum possint, ibidem nu. 127.
Vbi verò pars aliquid fecisset in præiudicium rei iudicatæ sint nè exequutioni demandanda, ibidem sub nu. 320.
Proferri in diebus festiuis non possint, rubr. 11. cap. 13. nu. 99.
In causa verò hæresis vtique, ibidem num. 101.
Demandari exequutioni illis diebus, neque possunt, etiam in causa criminali, ibidem num. 104.
Absolutoria in causa hæresis non faciunt transitum in rem iudicatam, ibid. nu. 142.
Illarum, siue Actorum de nullitate, vter Iudicum cognoscat, prioris nempè instantia, vel appellationis, rubr. 11. cap. 13 sub nu. 254. & illic notatis adde Viuium commun. opinion. lib. 2. opin. 550. liter. N à nu. 7. quam nullitatem prosequi, num liceat si deserta sit appellatio, idem Viuius à num. 6. & quando dicatur incidenter, aut principaliter intentata num. 4.
Trium conformium regulariter non impedit exequutionem intentata nullitas, vtique verò vnius, quamuis transacta in rem iudicatam, sub eodem nu. 254.
Separatio thori, quibus ex causis concedenda, & quomodo, vide in verbo causa.
Sepelienti publicum excommunicatum, & dicenti eum absoluisse in articulo mortis, standum esse probatur, rubr. 11. cap. 12. numer. 14.
Septa Monasterij Monialium ingredi nemini licere, rubr. 12. cap. 16. nu. 24.
Seruire per substitutum possit, qui sacerdotalem possidet Cappellaniam, rubr. 7. cap. 6. numer. 13.
Quid verò cum ipse Cappellanus infirmatur, vtrum debeat per substitutum celebrari

 facere

facere missas, num.14.
Vtrum habeat vacuam diem in qualibet hebdomada, scilicet missam, vt aiunt francham, ibidem sub nu.15.
Seruus ordinari prohibetur, rubr.11. cap.8. numer.1.
Eius conditionem non contemnendam, ibidem num.3.
Si ordines suscipere audeat caracterem recipit, ibidem num.4.
Quo modo tunc succurratur patrono, si eo inscio promotus est, ibidem nu.5.
Tunc reuersus in potestatē Domini, quo gaudeat priuilegio, ibidem num.6.
Eius appellatio quos complectatur, ibidem num.7.
Eius species multiplices sunt, ibidem nu.8.
In eius promotione tria attendenda esse ostenditur, ibidem num. 11.
Volens ingredi Religionem, neque est admittendus, additis ampliationibus, ibidem num.12.
Signatura non solet virtualiter iudicare, rubr. 11. cap.13. num.298.
Ideò semper remittit delegato, vt cognoscat si restitutio concedenda sit, & alia, ibidem num.299.
Simonia affinis est haresi, rubr.11. cap.27. numer.1.
Eius definitio num.2.
Ipsius distinctio in tres species nu.3.
Mentalis definitio num.4.
Ista quoque tripliciter distinguitur nu. 5.
In illis omnibus mortiferè peccatur, non tamen excommunicatio contrahitur comminata in extrauaganti cum detestabile, num.6.
Neque restitutio subintrat num.7.
Ratio traditur, quare simoniacus mentalis non obligatur ad restituendum, vtique verò vsurarius mentalis nu.10.
Conuenticnalis definitio nu.12.
Eaque duplex num.13.
Ita dicatur, an potius realis, si altera pars adimpleuit promissum nu.14.
Huius species peiores sunt mentali nu. 15.
Eius speciei est simonia confidentialis nu.18.
Realis definitio num. 19.
Ipsa requirit in primis implementum ex vtraque parte, cum declarationibus, numer.20.
Item vt promissio antecedat prouisionem, &c. num.21.
Et quod alteram ob causam factam fuisse non constet, vt puta patrono indigenti pro alimentis num.22.
Imò ne longo tempore antecesserit prouisionem num.23.
Excluditur si prouisionem subsequitur donatio num.24.
Requirit etiam inhabilitatem aliquam respectu prouisi nu.25.
Item quod actus fuerit validus, non si inualidus num.26.
Sub ista continetur extinctio pensionis sine consensu Papa num.27.
Sed tunc non incurritur in excommunicationem num.28.
Neque in pœnam statutam per Constitutionis Pij V. num.29.
Sub hac Reali cadit renunciatio beneficij, ab vtraque parte, pracedente pactione mentionata, si vterque renunciauit, tametsi neutra adepta sit possessionem nu. 31.
Item illa, qua per remotionem obstaculi committitur num.32.
Vbi redimeretur vexatio, & certa concurrerent requisita, cessaret simonia nu.33.
Vtique verò committeretur si compresentato, vel coelecto persolueretur aliquid, vt renunciet, prasentationi, & electioni, numer.34.
Item si concurrenti daretur, ne defectum quo laborat, propalet num.37.
Vel vt concurrenti metum inferat, & desistat num. 38.
Non autem si pro re non pertinente ad rem spiritualem num.39.
Si fructuum collati beneficij fiat promissio incurritur, etiam simonia nu.40.
Nisi intercesserit pactio soluendi ratam fructuum pro tempore, quo renuncians possidit num.41.
Committitur etiam si aliquid mediatori detur pro litteris dimissorijs obtinendis, ibidem num.43.
Item si ad quarendum consensum ordinantis, nempè pro examine, & approbatione num. 44.
Non secus ac pro approbatione ad beneficium num.45.
An verò si pro approbatione ad audiendas confessiones num. 46.
Illa quot modis probetur num.49.
Et primum instrumentis nu.50.
Item testibus num.51.
An vnico teste num. 53.
Quid si vni habili faueat dictum alterius inhabilis num.54.
Item confessione num.59.
Quid si resignantis sit an noceat resignatario num. 60.
Illius pœna in verbo pœna.
Confidentialis materia incboatur nu.69.
Quibus coniecturis probetur nu.71.
Prasertim si resignatarius constituat resignantem

gnantem procuratorem ad exigendum, non autem si prouisus, electus, vel præsentatus num.72.
Dumtamen fructus etiam eidem procuratori donauerit num.73.
Quid si fœmina fiat prædictum mandatum procuratorium nu. 78. & alia multa de confidentia vide in verbo confidentiæ materia, Coniecturæ & Constitutio Pij V.
Huius criminis exceptio impediat nè prouidendum num 87.
Si in prima instantia non fuerit oppositum, vtrum & in secunda opponi possit præsentato ad finem reuocandi decretum, &c. num.94.
Simoniacus si quis fuit in ordine, illius exequutionem amittit, & ad altiores promoueri nequit, rubr.11.cap.27.nu.84.
Quid si in beneficio num. 85.
Conuentionalis impetrans beneficium, sit nè illo priuandus, rubr.11.cap.27.nu.16.
Quin incurrat nè propterea in excommunicationem num.17.
Occultus absolui ab alio quam Papa an possit num. 66.
Sobrietas quam maximè conferat corporali saluti, rubr 4.nu.8.
Socius criminis an faciat indicium ad torturam rubr.11.cap.27.nu 55.
Quid si duo sint socij criminis nu.56.
Sit ne admittendus in crimine simoniæ, numer.57.
Quis ita dicatur num.58.
Sodomia crimen omnibus ad luxuriam spectantibus longè grauius, & peius esse ostenditur, rubr.11.cap.22.nu.1.
Quin omnibus abbominabile, & perexosum etiam Satanæ, ibidem nu.2.
Pro eo variæ fuerunt iuxta varietatem legum irrogatæ pœnæ, ibidem nu.3.
Ob illud etiam post mortem proceditur ad finem declarandi testamentum nullum, ibidem num.4.
Illius causa matrimonium separatur, ibidem nu.5. & vide in verbo causæ.
Illud à mulieribus prodijsse ostenditur, ibidem num.6.
Si clerici committant, ante omnia suspensionem contrahunt ibidem nu.7. alia vide in verbo Clericus sodomita.
Attentans quibus veniat in hoc delicto puniendus pœnis, ibidem nu.16.
Eiusmodi delictum inter ea, quæ mixti fori sunt numeratur, ibidem nu.21.
Sodomita possit nè ordinari, rubr. 11. cap. 22. num. 19.
Beneficijs non spoliatur nisi declaratoria præcedat, ibidem nu.20.
Somni definitio, & effectus referuntur, rubr.11. cap.23.nu.111.
Somniare quis incipit cum quatriennium attingit, rubr.7.cap.1.nu.9.
Sororum explicatio, rubr.12.cap.16.nu.3.
Illæ S. Claræ ex primeua erectione in duplici quoque sunt differentia nu.6.
Sortilegi, qui dicantur, rubr. 11. cap. 26. numer. 95.
Ipsi veniunt tanquam hæretici puniendi à Papa. vt propterea dubitare liceat cur Ordinarij sibi quandoque sortilegium retineant num.97.
Spado quis propriè sit, refertur, & differentia inter ipsum, castratum, & eunuchum, rubr.11.cap.17.nu.118.
Splene quanto magis aliquis indiget, eo mitius risui promptus est, rubr.11. cap.17. num. 117.
Sponsalia ad cōtrahendum requiritur ætas annorum septem completorum, rubr.7.cap.1. nu.10. & cap.6.nu.124.
Sint nè valida si aliqui tantum dies defuerint de septennio, eodem cap.1.nu.14. cap. 6.num.125.
Illa si celebrata fuerint à parentibus nomine filiorum ipsis scientibus, obligat filios, & ex eis oritur impedimentum publicæ honestatis, eodem cap.6.nu.126.
Spurij nomen tum in genere, tum in specie accipi contendunt scribentes, rubric.11. cap. 13.num.12.
Quo iure vtantur in successione matris, ibidem nu.52.
Quouè circa successionem in paternis bonis, ibidem nu.54.
Statum beneficij non mutat prouisio Apostolica, vide in verbo beneficij statum.
Statuta variantur humana, secundum varietatem temporum, rubr.7.cap.3.nu.6.
Strabismus quale sit vitium, & vtrum insanabile, rubr.11.cap.17. nu.65.
Strabones inter irregulares ponuntur, ne valeant ordinari, rubr.11 cap.17 nu.66.
Stultitia est, timore mortis, mori, rubr.11.cap.17. num.28.
Subdiaconatus non semper fuit inter sacros ordines numeratus, rubr.2.nu.10.
Cum confertur, habeat ne manus impositionem, ibidem nu. 11.
Vna simul cum ordinibus minoribus conferri vtrum possit, rubr. 6. cap.3.nu.10.
Subditus alienus admitti vetatur ad celebrandum, seù sacramenta administranda absq; literis commendatitijs proprij superioris, rubr.9.cap.6.nu.1.
Qui sine illis celebraret, vel cum illis, sed falsis, quam incurrat pœnam, ibidem nu.4.

Subba-

Subbastata re si nullus offerat, aut non iustum pretium, executio creditori adiudicatur praecedente appretio, rubr.11. cap.13. numer.331.
Substantiam panis in Corpus Christi, & substantiam vini in sanguinem conuerti virtute verborum sacerdotis demonstratur, in adhortatione nu. 4.
Suitas quid sit, & alia vide rubr.12.cap.10.sub num.4.
Sumere omni die Eucharistiam laudabile est, rubr.7. cap.6. sub nu. 15. vbi propterea excitatur quaestio illa, si valeat institutio beneficij obligantis beneficiatum ad celebrandum omni die, alia in verbo Eucharistia, & verbo sacramentum.
Sumptus, siuè expensas consequitur Episcopus ab Vniuersitatibus, in quas commearet administraturus confirmationis sacramentum, vt asseritur rubr.11. cap.26. sub nu. 105. nulla addita auctoritate, quia memoria exciderat, postea venit in mentem, scilicet Archidiacon. in cap. cauendum 10.q. 3. tùm propè num.3. in illis verbis, secundam à populo pro labore chrismatis, tùm propè finem cum dicit, etiam si vadat causa consignandi pueros, vel consecrandi Ecclesias, siuè pro quocunque alio negotio communi, vel quod multos tangit; idipsum illic concludit si vadit reconciliaturus Ecclesiam, tametsi videatur negare in cap. Ecclesijs num.1. de consecration. distinct.1. vbi quia tandem aduertit addenda esse, quae in adducto cap. cauendum scripserat, ergo figit pedes in his, quae illic statuit, & sic in affirmatiua, quam illic admittit.
Superior inferiori antecellere debet, rubric. 12. cap.12.nu.1.
Quamuis Generalis alicuius Religionis, non valet permittere aliquid fieri contra statuta Religionis nu. 7.
Quae oporteat ipsum habere requisita, & qualitates, rubr.3.nu.10. & 12.
In benignitatem potius quam in rigorem debet esse propensus, ibidem num.9. idque declaratur nu.13.
Superstitionis materiam, qui tetigerit, rubr.11. cap.26. nu.91.
Ea verò quid sit nu.92.
Quaue eius species nu. 93.
Surdaster non vetatur ordinari, rubr. 11. cap. 17.nu.38.
Surdus prohibetur suscipere ordines, rubr. 11. cap.17.nu.39.
Surreptio rescriptorum, vt excludatur, quae qualitates sint in eis exprimendae, rubr.11. cap.13.nu.181. & nu.348.
Eius exceptio si non fuerit opposita super rescripto de iustitia, validum est iudicium agitatum, ibidem nu.182.
Quod si opposita fuerit, Iudex tamen non omiserit vltro procedere, datur remedium, ibidem nu.183.
Vtrum cesset si pars fuerit protestata de surreptione, & insimul paritum Iudici, ibidem nu.184.
Vtrum excludatur ex eo, quod Papa potuit cogitare, ibidem nu. 348.
Suspensio supponit peccatum sine quo minimè contrahitur, rubr.11.cap.16.nu.1.
Illam an incurrat ipso iure, qui ordines confert non habenti aetatem, rubr.7.cap.4.numer.3.
Quis incurrat, & quando, si ingerat se actui, à quo est suspensus, ibidem nu.7.
Quanto tempore duret suspensio promoti ante aetatem, ibidem nu. 10.
Eam non incurrit, qui credens habere legitimam aetatem ordines recepit ante aetatem, ibidem nu.11.
Ab ea contracta propterea, quod suspensus celebrauit, non nisi Papa absoluit, rubr. 7. cap.5.nu.1.
Ipsa non semper, neque omnis inducit irregularitatem propter sequentem celebrationem, rubr.9.cap.1.nu.5.
Eam quo iure incurrat promotus ab alieno, ibidem nu. 6.
Eandem an etiam contrahat, qui minoribus insignitus fuerit ordinibus à non suo, ibidem nu.7.
Suspensus à collatione ordinum fit irregularis conferendo, rubr.7.cap.4.nu.4.
Quid si ab vsu Pontificalium suspensus, ordines conferat, ibidem nu.5.
Quod si à Pontificalibus, non tamen erit irregularis, si in illis celebret, ibidem numer.6.
Vtrum verò si illa exerceat, rubr.11.cap.16. num.9.
Beneficijs ante suspensionem obtentis non spoliatur, rubr.9.cap.2.nu.2.
Illorum tamen fructibus interea non potitur, ibidem nu. 3. & 5.
Sed interdum fit ne alimentandus, modestè tamen de eiusmodi fructibus, ibidem numer.4.
Vt fructibus priuetur non est necesse, vt antecedat declaratio, ibidem nu 7.
Qui suspensus prohibetur ordines suscipere, cum declarationibus, rubr.11.cap.16. n.2.
Ab ordine, siuè officio intelligitur ab exercitio ordinum, ibidem nu.4.
Nec non à promotione. ibidem nu.3.
Ideo assumendo alios fit irregularis, ibidem num.5.

Ita

Ita suspensus, an censeatur etiam à beneficio suspensus, & è contra, ibidem nu.5.
Qui verò suspensus fuit simpliciter, non addito à quo actu, à quibus dicendus sit suspensus declaratur, ibidem nu.6.
A diuinis si quis fuerit, à quibus actibus ita reputabitur, ibidem nu.7.
Si officia exequeretur ordinibus non deputata peccaret, non tamen fieret irregularis, ibidem nu.8.
Ab officio suspensus vtrum dicatur à beneficio, ibidem nu.10.
Qui verò à beneficio suspensus fuerit, aliud obtinere nequit, ibidem nu.11.
Neque ad illud præsentari nu.12.
Et illi facta collatio sit ne inualida ipso iure num.14.
Sed qui fuerit à beneficio, an dicatur inhabilis ad ea tantum beneficia, quæ sunt eiusdem Diœcesis, an etiam alterius nu.15.
Ille verò, qui ab officio fuit suspensus, possit nè interea adipisci beneficia, ibid.nu.16.
Qui verò iniustè fuerit suspensus, semper, & iustè perciperet fructus nu.22.
Quin, & distributiones quotidianas nu.23.
Imò, & deperditas, quia propterea non deseruiuit repeteret, vt sub eodem nu.23.
Nanciscitur verò semper, qui ab officio suspensus est nu.19.
Qui verò propter suspensionem illos amittit, an saltem de illis alimentari debeat nu.20.
Syndicus in qua debeat esse ætate, rubr.7.cap.6. num.143.
Quando functo officio conueniri possit n.144.
Cui tenetur denunciare delictum, excusaretur si aliqua concurrerent, sub eodem nu.144.
Verum ita puniretur vnum ex delinquentibus subticendo, ac si omnes, Corbul. de iure emphyt. ampliat.5.nu.5.fol.334.

T

TEmpori seruiendum est, rubr.7. cap.3. numer. 6.
Tempus ad conferendam tonsuram sit ne constitutum, rubr.6.cap.1.nu.1.
Ad minores autem ordines conferendos sit ne statutum, & quale, rubr.6.cap.2.nu.1.
Constitutum pro consecratione Episcoporum, quale sit, rubr.6.cap.4.nu.1.
Quo aliquis constitutus est in carceribus, an computetur in exilium, rubr.11.cap.18. sub num.9.
Homini constitutum ad pariendum, nullum reperitur, rubr.11. cap.23.nu.26.
Omnibus tamen animantibus vnum constitutum legitur, ibidem nu.27.
Datum ad præsentandum, quale sit, & alia vide in verbo patronus.
Si illud præterierit deuoluitur prouisio ad Superiorem, qui infra sex menses conferre debet, rubr.11 cap.13.nu.482.
Ista deuolutio fit ad quemcumque Episcopo inferiorem, ad quem spectat prouisio, ibidem nu.466.
Illa fit gradatim ab vno ad aliū proximum Superiorem, ibidem nu.483.
Et propterea ab Episcopo exempto ad Papam ibidem nu.484.
A iure statutum ad appellandum, appellationemque prosequendam non labitur durante compromisso, quo pendente non currunt fatalia, rubr.6.cap.4.sub num.11. idque probat insuper Anton. August. in suo Epitome tit.de desert. §.8. & decis. Litta prima nu.3. inter rescriptas à Marchis. in commiss. desertion post §.1.par.2: quę cum loquatur etiam de tempore in quo tractatur concordia, videtur excludere opinionem illam, quod requiratur scriptura in compromisso, vt impediat desertionem, de qua text. in l final. §. final. C. de tempor. appellat. & post alios Gabriel. conclus. 4 de arbitr. nu.21. vers. quarto limita, & Thesaur. decis.244 in fine, atque ita assentiatur opinioni Glossæ in dicto §. finali, contradicenti, quam videtur amplecti Guid. Pap. cons.184. dum ait impediri cursum, etiam si inter partes conuentum esset de compromisso faciendo.
Tentari Deus neminem patitur vltra id, quod potest, rubr.11.cap.17.nu.24.
Terminus datus ad appellandum suspenditur, per subsequens compromissum, rubr.6.cap.4. nu.11.
Tertiaria, cui subsint, Episcopo, an Superioribus Regularibus, rubr.12.cap.13.nu.164.
Inter se, triplici ex causa distant, eadem rubrica cap.16. nu.5.
Tertius comparens quando admittatur in Ecclesiasticis, vide in rubr.11. cap.13. num. 225. & in verbo contradictor.
Testimonium dicere, accusatio, & ordo à pari procedunt ad effectum, vt prohibitus in vno, dicatur etiam in altero, rubr.11. cap. 19.nu.11.
Testis, cuius ætatis esse debeat, rubr.7.cap.6. numer.152.
Eum alloqui antequam ferat testimonium non est vetitum parti, ibidem nu.153.
Neque præsumitur subornatio, quod cum illo loquutus sit, etiam de negotio, ibid.nu.154.
Immò illum instruere per modum reminiscentia ad veritatem dicendam licet, ibidem nu.155.
Quā causam scientiæ afferre debeat, si ætatem probare voluerit, rubr.11.cap.4.nu.7.

Quan-

Quando dicatur omni exceptione maior, rubr.11.cap.26.nu.32.

Singulari probetur nè quem esse haereticum, ibidem nu. 33.

Aliquin inhabilis, vtrum & quando reputetur idoneus in crimine haeresis, ibidem num. 34.

Cogi, & compelli possit ne ad ferendum testimonium, ibidem nu. 36.

Si laicus sit, censuris compellitur ab Ecclesiastico ad testificandum coram ipso, ibidem num. 37.

An possit inuitus extrahi è domo, aut patria ad testificandum, ibidem nu. 38.

Cum examinandus est in causa simonia, an sit citanda pars, rubr.11.cap.23.nu.52.

Esse, nullus potest, pendente inquisitione de crimine, rubr.11.cap.33.nu.6.

Etiam si per viam exceptionis repulsus fuerit, quin, & tunc, neque ordinari potest, num. 7.

In vno iudicio repulsus, in alio an sit repellendus nu. 8.

Eius crimen poena haud subijcitur, quod per exceptionem deductum fuit nu 9.

Ipsius inhabilitas ad qua referatur, numer. 11.

Ab aliquo productus, aut descriptus tantum, possit ne in eadem, vel in alia causa reijci, ab eodem nu.19.

Pro Episcopo crudeli nequit illius subditus esse nu.17.

In quibus casibus subiacet excommunicationi, si non reuelet, rubr. 11. cap. 15. num. 100.

Volens reuelare non iurat, sed ea vti debet forma quae additur, ibid. nu. 111.

Nec satisfacit, qui oretenus Episcopo, aut alijs reuelaret, cum in scriptis id facere debeat ibidem nu.112.

Examinatus ad reuelationem, repetendus est coram laico, aut etiam ipsomet Ecclesiastico, vel altero, vt probet, ibid. nu. 121.

Cum tunc repetitur, vtrum probet si se remittat ad ea quae dixit in reuelationibus, ibidem nu.122.

Cum reuelat an possit examinari cum interrogatorijs partis aduersa, ibid. nu. 123.

Textus in l. Barbarius declaratur, & alia vide in verbo Regula l. Barbarius.

In cap ex transmissa de filijs Presbyteror. de quibus filijs loquatur, rubr. 11. cap 13. numer.69.

In cap. ad abolendam de filijs Presbyteror. quem admittat intellectum, ibid. nu. 71.

In cap. ad haec de filijs Presbyter. non de simplici sed quocumque beneficio intelligitur, ibidem nu.72.

In l. in fraudem §. quoties ff de iure fisci, an etiam procedat in falsificante testes, rubr. 11. cap.28 nu.11.

Alia in verbo Cap.

Textus omnes Concilij Tridentini continent decretum irritans, & alia, vide in verbo decretum irritans.

Textus Concilij Tridentini in cap. 5. sess. 6. de reformat. declaratur, rubr. 9. cap. 5. numer. 6.

In cap. cum etiam §. si verò sess. 14. de reform. de quo homicidio verba faciat, rubr. 11. capit. 23. nu. 66. & nu 84.

An prohibeat omnimodam dispensationem, vel praemaximam inducat difficultatem, ibidem nu. 128.

Cum verò homicidium non est voluntarium, an habeat locum, ibidem nu. 132.

Non extenditur ad mutilationem, etiam voluntariam, ibidem nu. 143.

An complectatur mandantem verberari, aut vulnerari, si inde sequutū est homicidium, ibidem nu. 145.

In cap. 6. sess. 24. de reformat. explicatur, rubr. 7. cap. 2. nu. 4 & melius cap. 3. nu. 4.

In cap. 16. session. 25. habeat ne locum in renunciatione beneficij, rubr. 12. cap. 3. numer. 11.

Item intelligatur in dispositione tantum reuocabili causa mortis, vel irreuocabili inter viuos nu. 12.

Vtrum de omnibus actibus inter viuos, vel de renunciatione tantum nu.16.

Vtrum comprehendat etiam renunciationem factam in seculo nu. 17.

An loquatur etiam de maiore 25. annis renunciante, vel tantum de minore sexdecim nu. 18.

An rescindat donationē factam addito, quod valeat etiam si professio non subsequatur, num. 19.

In cap. 14. sess. 25. & cap. 14. sess. 7. concilientur, rubr. 12 cap. 13. nu. 30.

Theobaldi Vmbrorum Ducis historia recensetur, rubr. 11. cap. 17. nu. 126.

Thori separatio, quibus ex causis concedatur, vide in verbo causa.

Titulus coloratus qualis sit, rubr. 11. cap. 13. numer. 226.

Illum habens admittatur ad contradicēdum, vide in verbo contradictor.

Titulus est, illiusque vim, ac locum tenet admissio illa Capituli, dùm optat praebendam, rubr. 11. cap. 13. nu. 263.

Titulus ordinandorum duplex est, rubr. 8. cap. 1 num. 4.

Ille ad quem suscipiendum ordinem requiratur, ibidem nu. 5.

Qui

Qui eo, & sufficienti caret promoueri non potest, ibidem nu. 1.
Et si promotus fuerit caret suscepti ordinis exequutione, ibidem nu. 2.
Ideò debet ordinans prius inquirere in titulum ordinandi, ibidem nu. 3.
Conferens minores non habenti titulum, an teneatur subministrare illi alimenta, ibidem nu 6.
Ille talis esse debeat, vt sufficiat ad honestè viuendum, rubr. 8. cap. 2. nu. 1.
Quando ita dicatur, ibidem nu. 2.
Episcopus multa perscrutari debet antequam arbitretur esse sufficientem, ibid. nu. 3.
Eo carenti teneatur nè Episcopus, qui promouit subministrare, etiam necessaria ad disciplinam acquirendam, ibid. nu. 6.
Illum debet pacificè possidere ordinandus, rubr. 8. cap. 3. nu. 1.
Ad titulũ donationis vtrum promoueri possit, rubr. 8. cap. 4. nu. 3.
Illo carenti, quando sit permissum, vt promoueatur, ibidem nu. 6.
Ad titulum patrimonij, quando quis promoueri possit, ibidem nu. 7.
In quibus casibus dicatur quis titulum habere, ac præsertim Vicaria perpetua, ibidem nu. 8.
Item coadiutoria cum futura successione, ibidem nu. 9.
Aut beneficij iam quærendi nu. 10.
Sine illo promoti, aut promouentis, quæ sit pena, rubr. 8. cap. 5. nu. 1.
Absque illo promoti impetrare possunt rescriptum à Papa, quo ordinantes constringantur prouidere de beneficio: & interim de alimentis, ibidem nu. 23.
Ad titulum beneficij consistentis in distributionibus quotidianis, an promoueri quis possit nu. 29.
Sub emẽtito titulo, qui ordinatus est, suspensionem incurrit, ibidem nu. 30.
Illius retrocessio vtrum, & quando sit valida nu. 31.
Qui ad titulum beneficij promotus est, quod in spe habet non in re, vtrum incurrat suspensionem, ibidem nu. 33.
Sine titulo licet videatur prima facie in aliquibus casibus quis ordinatus, non tamen suspensus, ibidem nu. 34.
Cum regulari promouendo non requiritur titulus, ibidem nu 35.
Nisi tamen professionem nondum emiserit, ibidem nu. 36.
Regularis autem, qui professionem emisit, sed inualidam, vtrum promoueri possit, & sit suspensus, si ordines suscepit sine titulo, ibidem nu. 37.
Eiusmodi titulus alienari minimè potest absque Episcopi licentia, rubr. 8. cap. 6. numer. 1.
Si sit beneficij, illud resignari nequit, nisi addita expressione, quod ad illius titulum ordines assumpsit, ibidem nu. 2.
Et tunc resignatio admitti probibetur, nisi probatum fuerit se aliud habere, quod resignanti sufficiat ad victum, ibid. nu. 3.
Iam dicti beneficij sit nè à Concilio probibita tantum resignatio, an etiam permutatio, ibidem nu. 5.
Et facta resignatio istbac, cum reseruatione pensionis, vtrum subsistat, ibid. nu. 6.
Si titulus iste consistat in patrimonialibus bonis, vtrum vendi possit, ibid. nu. 7.
Nùm Episcopi saltem requiratur consensus, cum tale patrimonium alienari intenditur, ibidem nu. 8.
Si consistat in donatione, vtrum reuocari talis donatio possit, ibidem nu. 10.
Titulus iurispatronatus, quomodo sit probãdus, rubr. 11. cap. 13. nu. 405.
Toga pretexta, à quo instituta, rubr. 7. cap. 6. numer. 146.
Tonsura sit ne ordo inuestigatur, rubr. 2. sub nu. 6. & rubr. 6. cap. 1. nu. 5.
Qualibet die conferri potest, eodem cap. 1. numer. 1.
Etiam in aliena Diœcesi, ibid. nu. 2.
Ad illam conferendam, an sit certus constitutus locus, ibidem nu. 3.
Vtrum fuerit hora certa propterea statuta, ibidem nu. 4.
Aetatem requirit septem annorum completorum, rubr. 7. cap. 1. nu. 3.
Illam suscipere is tantum potest, de quo probabilis coniectura sit ipsum Deo fidelem cultum præstiturum, quique intentionem habeat in eo statu perdurandi, rubr. 3. sub num. 5. abundantiusque rubr. 11. cap. 14. sub num. 10. quæ itidem intentio requiritur, cum beneficium adipisci quis intendit, alioquin si potiatur fructibus, dubitatur, & extricatur quæstio inibi.
Tortura, quando ad eruendam veritatem afficitur reus in causis hæreticalibus, rubr. 11. cap. 26. nu. 57.
Illi tamen locus esse tantum potest, cum reliquæ cessant probationes, ibid. nu. 58.
Ideò sine illa properandum esse ad sententiam contra confessum ostenditur inibi nu. 59.
Etiam contra conuictum, & negantem, ibidem num. 60. cum declarationibus nu. 61. & 62.
Illi sit nè subijciendus ad eruendam intentionem, qui de leui est inditiatus, ibidem num. 63. & nu. 64.

Transferri

Transferri Episcopi de vna in alteram Ecclesiam,quibus ex causis possint,cum declarationibus,rubr.11.cap.17.nu.161. & errore Typographi perperam allegatum cap. 13.supra in verbo causa.

Triennalis possessio,quando minimè suffragatur etiam si pacifica, alia vide in verbo possessio.

Triremium pœnam, qui passus est, promoueri non potest,rubr.11.cap.18.nu.20.

Ordines autem antea susceptos an exercere valeat,ibidem nu.21.

Et alia vide in verbo pœna triremium, & verbo nobilis.

Tutor quis esse potest ante 25.annum,si aliqua sanctione municipali fuisset minorata ætas, rubr.7.cap.1.nu.18.

V

VAgari per Ciuitatem, & palatia laicorum frequentare vetantur Religiosi,rubr.12. cap.9.num.4.

Vagina vtrum nè perdatur si gemmis pratiosis sit ornata cum ense spoliatur deferens sine licentia,rubr.4.nu.25.

Valor expressus in literis, verificādus est ab Impetrante,rubr.11.cap.13.nu.196.

Quibus modis probetur, ibid.nu.197.

Ille, talis esse debet, qui sit iustus,& resecatis oneribus,ibidem nu.198.

Vt eiusmodi dicatur, quæ sint onera, quæ resecanda veniant,ibid.nu.199.

Ille aliter probatur cum verificandus est expressus in precibus,aliter verò cum non est expressus verus valor,ibid nu.202.

Quis illum probare teneatur, cum agitur de non expressione veri valoris, ibidem num. 203.

Vana obseruatio,quæ sit,& vnde dignoscatur, rubr.11.cap.26.nu.99.

Vari valgi, seù varij sint ne irregulares, rubr. 11.cap.17.nu.128.

Variantur statuta humana secundum varietatem temporum,rubr.7 cap.3.nu.5.

Variare,& cumulare nequit patronus, qui iurauit non variare, rubr.11. cap.13. num. 451.

Sed tunc procuratorem posset constituere ad præsentandum alium, ibid.nu.452.

Quod si nihilominus variauerit, an fecerit actum validum, ibid.nu.454.

Lite pendente inter præsentatos impermissa est patronis præsentatio,etiam per viam cumulationis, rubr.11. cap.27.nu 36.ac præterea exornat Viu opin.comm. lib.2. opin. 608. patroni nu.14. & nu 15. adnectit id etiam affixione edicti subsistere.

Vassallus angarius ordinibus insigniri vetatur, rubr.11. cap.8 nu.10.

Velum Monialium quintuplex esse ostenditur, eiusque species declarantur, rubr.12. cap. 16.nu.78.

Illo indutam esse, an oporteat Monialem, vt secum rem habens veniat plectendus pœnis, comminatis aduersus cognoscentes Moniales nu.79.

Venatio regulariter denegatur clericis, rubr.4. nu. 31.

Quæ verò concedatur,rubr.11.cap.23. n.43.

Est de iure permissa, etiam in alieno territorio,rubr.11.cap.23.nu.40.

Illum neque Princeps prohibere potest, ibidem nu.41.

Venator credens occidere animal, & hominem interfecerit, sit nè in foro exteriori puniendus,rubr.11.cap.23.nu.38.

An incidat in irregularitatem, ibidem num. 39. & cum distinctione respondetur, numer.43.

Teneatur ne animalia restituere, siuè pretium eorum, quæ cepit in fundo alieno, quem prohibente Domino ingressus est, ibidem nu.42.

Excommunicationem an incurrat,si credens occidere animal, & clericum interficiat, ibidem sub nu.43.

Veneris appetitum,quæ remedia cobibeant, rubr.11.cap.17.nu.15.

Verba illa de vita, & honestate Clericorum declarantur rubr.4.nu.1.

Illa autem,boni,& iusti ponderis cur in contractibus apponantur cum subintelligantur,rubr.11.cap.19.nu.21.

Illa verò ipso iure vim canonis latæ sententiæ præseferunt, rubric. 7. cap. 4. sub numer. 10.

Illa,vitæ necessaria,quæ importent, rubr. 8. cap.2.nu.4.

Illa Pauli, oportere Episcopum esse vnius vxoris virum, quem intellectum admittant,rubr.11.cap.6.nu.1.

Illa,vel quod alias exequutioni locus sit,quomodo intelligenda, rubr. 11. cap.13. num. 243.

Illorum Dauidis Psalm.49.quare tu enarras iustitias meas, affertur intellectus, in adhortatione nu.15.

Veritas vino attributa fuit ab antiquis,rubr.4. num.6.

Vertiginosis ne quis manus cito imponat,admonetur,rubr.11.cap 17.nu.186.

Hi possint ne,& quādo exercere ordines antea adeptos, ibidem nu. 187.

Vestes Pōtificales, quæ sint,quaque insignia & quibus vti nequeunt Præsules in aliena

Diœcesi

Diœcesi referuntur, rubr. 9. cap. 5. nu. 2. & rubr. 11. cap. 16. sub nu. 9.

Viaticum in eadem infirmitate pluries sumere licere, rubr. 1. sub nu. 34.

Qui sanus manè communicauit, vesperi autem morti proximus non liceat communicare, constat ex his quæ scribo illic, dùm concludo licere, si die præcedenti suffultus doctrina Suarez in versic. Rogabis illic citato utentis verbis generalibus illis, scilicet, quod si quis manè communicauit, Philiareb. etiam de offic. Sacerdot. par. 2. lib. 3. cap. 27. tom. 1. idipsum probat in vers. est hoc loco, cuius verba iunctis alijs positis in rubr. illius capitis, praeportant eius intentionem fuisse complecti quoque eum, qui sanus communicauit manè, tametsi correlarium desumpserit in infirmo, qui manè communicauit ingrauescente, deindè infirmitate, ac morti proximus nequeat rursus vesperi communicare redarguens Religiosos illos, qui contrarium fecerant iterum communicando post prandium eorum Prælatum. Hic casus Neapoli etiam euenit in initio huius anni 1618 & à doctis viris responsum non licuisse, scio, quin, & eorum alter de hac re mecum alloquens prolixè inter nos discusso dubio, ita conclusimus, sicuti & ille multis fretus auctoritatibus, & rationibus, etiam Phylosophicis in scriptis antea responderat, quod verò causa morbi præsumatur diù antecessisse, & sic manè etiam fuisse infirmum, ac propterea apertior videatur responsio negatiua quasi in eadem infirmitate se communicauerit manè, & Phylosophicè illa subsisteret, dubito si generatim procedat exemplum in lethaliter vulnerato.

Vicaria perpetua est beneficium Ecclesiasticum, rubr. 7. cap. 6. num. 113. & latè Garsias de beneficijs par. 1. cap. 2. à nu. 95.

In ea procedunt iura loquentia de beneficijs curatis, ibidem nu. 114.

Quibus in casibus sit illa constituenda, ibidem nu. 115.

Quæ portio sit Vicario perpetuo assignanda, ibidem nu. 116.

Et quibus consideratis circumstantijs sit assignanda, ibidem nu. 117.

Tunc habere, nec nè debeat incerta, & decimas, ibidem nu. 118.

Vtrum etiam distributiones quotidianas, ibidem nu 119.

Constitutio 46. Pij V. de ea loquens declaratur, ibidem nu. 120.

Eam non fuisse reuocatam per alteram 15. Gregor. XIII. ibidem nu. 121.

Vicarius vtrum cognoscere possit causas suo Episcopo delegatas? rubr 11. cap. 23. num. 148. & Garsias de beneficijs qui etiam loquitur in casu contrario, & in vtroque negat par. 6. cap. 2. à nu 19.

Foraneus, vel Generalis in aliqua parte Diœcesis non dicitur Generalis, vt ab eo possit ad Metropolitanum appellari, ibidem nu. 150 Idemq; Garsias par. 5. cap. 8. nu. 30. & 36. nec non Sanchez de matrim. lib. 3 disput. 29. nu. 12.

Episcopi vtrum subsit Archiepiscopo? ibidem num. 152.

Si delinquat in officio, vtri potius subsit, vt puniatur; Episcopo nempè an citius Archiepiscopo, ibidem nu. 157.

Quantumcumque generalis sit reputatur delegatus in his, in quibus fruitur specifica potestate, tametsi contenta in commissione Vicariatus sub nu. 149. contradicentem verò sententiam admittit citatus Garsias in ipso cap. 8. nu. 41. cum ampliatione, & illius restrictione à nu. 42.

Archiepiscopi inhibere Episcopo non possit, eique mandare aliquid vigore appellationis à sententia ab illo prolata, ibidem num. 156.

Qui nec apponere manus valeat prætextu appellationis à sententia lata à Vicario foraneo Episcopi sub eodem nu. 150. & Garsias dicto cap. 8. nu. 29 atque Sanchez de matrim. disput. 29. nu. 12.

Vel altero delegato ab Episcopo, sub eodem num. 149. idemque Garsias dicto num. 29. ipseque in annotat. ad Ritum 22. Curiæ Archiepiscop. Neapol num. 22. citatusque Sanchez eodem num. 12.

Capitulari si fuerit notificata inhibitio non afficit Episcopum successorem, eiusuè Vicarium, itidemque si Episcopo, eiusuè Vicario fuerit intimata, neque illa afficiat, aut delegatio extendatur ad Capitulum, eiusuè Vicarium, rubric. 11. cap. 23. sub num. 147.

Vinum non bibens, an possit assumere ordines, rubr. 11. cap. 11. num. 15.

Quid in eo, cui est prohibita vini potio, ibidem num. 16.

Si ordinetur abstinere debet, ibidem nu. 17.

Illud vouens non bibere, non prohibetur ordinari, ibidem nu. 19.

Non refert, si album, vel rubeum sit pro consecratione, rubr. 11. cap. 17. nu. 49.

Vir negotijs domus vacare debet, rubr. prima num. 55.

Et quandoque licuerit plures habere vxores, ibidem num. 59.

Eique permittatur nè accusare mulierem

vim passam de adulterio? ibidem nu. 67.
Quid si culpa sua fuerit oppressa, ibidem num. 69.
Ipsius sauitia, quid operatur, vide in verbo sauitia viri.
Et liceat sacris ordinibus insigniri in vita uxoris adulterae, concluditur, ibidem nu. 80. & assentitur Viuius commun. opinion. lib. 3. opinion. 1060. uxor num. 22. dùm maritum post adulterium mulieris cognoscentem illam impediri ab ordinum promotione affirmat per text. in cap. si eius 33 distinct. supponit itaque posse antequam cognouerit, cognitione siquidem subsequenti remissam iniuriam fuisse, constat ex eodem Viuio num. 20. & resolutis à nobis, rubric. 6. cap. 3. sub numer. 44.
Virginitas possit nè tantum suaderi, an etiam imperari, rubr. 7. cap. 3. nu. 22.
Illa est res magis voti, quàm praecepti, ibidem num. 21.
Virilibus carens si celebrare velit, non tenetur illa arefacta gestare, rubric. 11. cap. 17. num. 16.
Vitiatus corpore prohibetur assumi ad Sacerdotium, & alia multa de eo ponuntur in verbo corpore vitiato.
Vltramontani promoti ab Italis, in quas incidunt poenas, rubr 9. cap. 1. nu 8.
Quid dicendum de his, qui medium tenent locum, ibidem num. 9.
Quid si Vltramontani ab Italis, quibus subsunt ratione domicilij ordinentur, ibidem num. 10.
Quid si ab Vltramontanis in Italia ordinentur, ibidem num 11.
Poena cap. 1. de tempor. ordin. in sexto, an ipsi incurrant si tantum sacris se insigniri fecerunt ab Italis, an etiam si minoribus, ibidem num. 12.
Vnire beneficium de iure patronatus nemini licet rubr. 11. cap. 13. nu 477.
Vniuersitates duae, si iuspatronatus habeant, vnaqualibet earum habet vnicam vocem, rubr. 11 cap. 13. nu. 387.
Et tunc Regentes dictas Vniuersitates praesentare nequeunt, sed vniuscuiusque Populus, ibidem num. 388.
Voces duae sunt, cum specialiter vnus nominatur ad praesentandum, & alij deinde subnectuntur sub nomine collectiuo, nam primus vnam, alij verò alteram habent, rubr. 11. cap. 13. num. 385.
Nisi ille primus honoris causa, & praeminentia fuerit specialiter nominatus, ibidem num. 386.
Vocum computatio in stirpes, non in capita facienda est, rubric. 11. cap. 13. numer. 384.
Vocum paritas non admittit gratificationem si caetera non sunt paria, ibidem num. 446.
Earum paritate an frui possit, qui cum esset extraneus à tot patronis nominatus fuit, à quot alter compatronus, ibidem num. 448.
Voluntas coacta, voluntas est, rubr. 11. cap. 5. sub num. 1.
Voluntatis exploratio quoties, & alia vide in verbo exploratio voluntatis.
Vomitus si persaepè alium inuadat operatur nè ille ordinetur, rubric. 11. cap. 11. numer. 20.
Votum emitti an possit in his, quae sunt de praecepto, vel tantum in his, quae sunt de Consilio? rubr. 7. cap. 4. nu. 18
Illud emittens conueniri, & compelli potest ad illud reddendum, sub eodem num. 18. quibus adde Hostiens. in cap ex parte nu. . . & Anan. num 4 de censibus, & Gratian. decis. Marchiae 42. nu. 10.
Continentia aequissimo iure annexum esse ordini sacro probatur ibidem nu. 25.
Sed quo iure discutitur nu 5.
Non omni metu cadente in constantem virum est nullum, sed quod refertur, rubr. 12. cap. 11. nu. 13.
Emittens ieiunandi in festiuitate alicuius Sancti, an teneatur si incidat in Dominica, rubr. 12 cap. 16. num. 61.
Vrbis appellatione intelligitur Roma, sicuti, & ordinis venit Ecclesiasticus, Apostolis, Paulus, & Sapientis, rubric. 2. sub numer. 1.
Vsura nomen, quid significet, rubric. 11. cap. 20. num. 2.
Eius vis, & substantia inquiritur, ibidem num. 3.
Lucrum in eius definitione appositum, quid significet, ibidem num. 4.
Illa an committatur, si mutuentur centum, vt pro alijs centum antea absque scriptura mutuantis, mutuatarius se obliget, ibidem num. 5.
Dicitur tamen vsura simoniaca, si mutuetur, vt beneficium conferatur, ibidem num. 6.
Prouenit tamen vsura ex contractu mutui tantum, ibidem num. 8.
Ideò committitur cum quis mutuat villico, vt eiusdem mutuantis possessiones colat, nullo cum salario, aut non integro, aut etiam iusto, ibidem num. 9.
Prouenit etiam ex mutuo palliato, ibidem num. 10.

Et

Et propterea ex venditione rei ad dilatum tempus plus iusto pretio,etiam rigido,ibidem num.11.
Itidem ex mutuo centum ducatorum, cum pacto emendi aliqua capita bestiarum, ibidem nu. 14.
Cum verò mutuatur habenti territorium, cum pacto seminandi in illo, in quo mutuans percipit aliquid cum seritur, an sit vsura, latè discutitur, ibidem nu.15.
Quid si res mutuata sit in aliquo loco, deferenda per mutuatarium in alium locum, in quo carius solet vendi,erit vsura, si pretium deinde fiat quanti valet in loco,in quo delata fuit,ibidem nu.16.
Ex contractu venditionis, cui inest pactum de retrouendendo, cum modicitate pretij nascitur quoque vsura,ibidem nu. 17.
Ipsa duplex est, realis,& mentalis, ibidem num.18.
Non inducitur per exactionem lucri cessantis,cum declarationibus,ibidem nu. 24.
Quid si mora absit,ibidem nu.25.
Vtrum committatur, si legatarius recepit aliquid ab haredibus testatoris pro tempore, quo hares differt soluere, ibidem num. 29.
Vtrum etiam cum fit venditio, cum pacto nè dicatur translatum dominium, nisi integrali sequuta solutione, & interim soluatur aliquid ibidem nu.33.
Ipsius restitutio etiam ab haredibus facienda est,ibidem nu.65.
Illa quomodo probetur, ostenditur ibidem num. 67.
Vsurarius omnis fit infamis,& ipso iure,probatur,rubr.11.cap.20.nu.1.
Sed tãtum ita dicitur, qui principaliter mutuauit propter lucrum, non qui secundario, ibidem nu.7.
Vt puniatur non tantum pactio, sed exactio requiritur, ibidem nu.20.
Quin, & exactio, neque sufficit, si tantum damnum emergens complexa sit, ibidem num.21.
Aut etiam si lucrum cessans, & annectuntur declarationes, ibidem num. 24. 42. & 46.
Quid si mora absit,ibidem nu.25.
Aduersus illum, vel ex officio, vel ad instantiam partis procedi potest, ibidem num.56.
Accusationis modus in causa est, vt quandoque ciuiliter,quandoque criminaliter procedatur,ibidem nu.57.
Primus modus triplicem habet finem,& quilibet declaratur,ibidem nu.58.
Aduersus vsurarium, qua sint statuta pœna, ibidem num. 59.
Si verò Clericus fuerit vsurarius quibus pœnis castigetur,ibidem nu.60.& 61.
Censuris cogi semper potest ad desistendum ab vsuris quiuis vsurarius, ibidem numer.62.
Quin ad confessionem admitti probibetur ante restitutionem,ibidem nu.63.
Vt autem admittatur, qualis restitutio sufficiat,ibidem nu.64.
Mentalis obnoxius est restitutioni,rubr.11. cap.27.nu.8.
Ratio adijcitur cur ipse teneatur restituere, non autem simoniacus mentalis, ibidem num.10.
Vsus probandus est, rubric. 11. cap. 31. numer. 12.
Loquendi, vtrum, & quando legem interpretetur,ibidem nu.14.
Vulgo concepti, qui dicantur, rubr.11. cap.13. num.11.
Vulnerans si vulneratus decesserit fit irregularis,rubr.11.cap.23.nu.46.
Vulnus illatum non sequuta morte, vtrum causa sit irregularitatis, rubr.11. cap.23. num.70.
Vxor ob fornicationem licitè dimittitur, rubr. 1.nu.44.
Dimissa ob fornicationem de lege Mosaica non licebat, quo ad Deum alteri nubere viro aduiuente: tametsi in foro exteriori nubere permissum esset,ibidem nu.45.
Illi nunquam licuisse habere plures viros, ibidem nu.60.& vide alia in verbo matrimonium.
An teneatur notificare viro suo,exposcentem inhonesta ab ipsa ibidem nu.68.
Eandem propria culpa oppressam,liceat ne viro accusare de adulterio, ibidem numer.69.
Diuortium petere potest ob mariti adulterium,rubr.6. cap.3.sub num.44. quo casu lucratur etiam donationem propter nuptias, Corsett. in Repertor. ad Abb. verbo adulterium, vers.si propter adulterium separetur matrimonium,& Viu commun. opinion.lib.3 opinion.1060.num.5. qua in opinione multa coaceruat de separatione ista matrimoniali ab alterutro coniugum petita ob adulterium alterius,necnon de dote, siuè alimentis ob id admittendis, quin & propter osculum.
Diuertere tamen sine Iudicis licentia non potest,etiam cum causa & si diuertat ante omnia cogenda est redire, sub eodem numer.44.
In quem locum sit reponenda durante lite, aut concesso diuortio.ibidem.

Alimenta à viro habere non possit quousque degit extra illius domum, nisi culpa viri discesserit, explicatur sub eodem numer. 43.

Nam causa existente ex parte viri, etiam lite pendente debentur, inibi probatur, quod si causam praebuerit uxor, scilicet adulterando, cessat praestatio alimentorum ex eodem Viuio eadem opinion. 1060. nu. 2. Cùm tamen lite pendente super adulterio, nisi illud fuerit manifestum, atque notorium, Federic de Senis consil. 131. Corsett. adducto verbo, vers. adulteria plura. an dicantur commissa, idemque Viu. numer. 3.

Coram quo Iudice agitari possit causa diuortij, vel alimentorum, vel petitae cautionis, vel uxoris restitutionis, ibidem.

Post mariti interitum repetendo dotem, possit ne, & quando illius interesse, & usuras repetere, sub eodem nu. 44.

Z

Z*Aleuci filij refertur exemplum, rubr. 11. cap. 13. nu. 149.*

Zaccbariae verba illa, qui vos tangit, pupillam tangit oculi mei de Clericis explicantur, in adhortatione nu. 2.

Externa, quae fuerunt allegata hoc in Indice, in repartu huius Operis, suis in locis erunt reportanda, paucis tantum immutatis verbis, ne sensus peruertatur.

ERRATA SIC CORRIGERE NE GRAVERIS.

fol.	colum.	virg.	errata	correctio
2	prima	54	*Præiat.*	*Prælat.*
3	ſecunda	15	*adiuuente*	*aduiuente*
5	ſecunda	28	*obſaruabantur*	*obſeruabantur*
5	ſecunda	45	*vocabuto*	*vocabulo*
7	prima	43	*pœni:entiam*	*pœnitentiam*
8	ſecunda	25	*ſacerdptibus*	*ſacerdotibus*
21	ſecunda	1	*dinortium*	*diuortium*
27	ſecunda	5	*lugentibu,ſcorpus*	*lugentibus corpus*
34	prima	4	*abandè*	*abundè*
34	ſecunda	54	*veeſ.*	*verſ.*
35	prima	6	*quandoquidum*	*quandoquidem*
36	prima	43	*baptizere*	*baptizare*
37	prima	4	*Ponctn*	*Punctu*
38	ſecunda	55	*do*	*de*
40	prima	33	*qui*	*quia*
40	ſecunda	22	*ſolnm*	*ſolum*
40	ſecunda	46	*qnatuor*	*quatuor*
41	ſecunda	59	*caractherque pè iterari*	*caracther quiuè iterari*
42	prima	9	*conſtituum*	*conſtituunt*
42	prima	40	*caracteher*	*caracther*
45	ſecunda	56	*diſtat*	*diſtant*
47	prima	50	*tactu*	*actu*
49	ſecunda	2	21.	13.
49	ſecunda	5	19.	17.
49	ſecunda	52	*Antiſtties*	*Antiſtites*
54	prima	61	*ſupplèm*	*ſupple*
55	ſecunda	3	*vnieuique*	*vnicuique*
57	prima	17	*indeferentes*	*deferentes*
57	prima	22	*Marſill.*	*Marſil.*
57	prima	32	*&*	*dele*
58	prima	65	*aſſentoir*	*aſſentior*
58	ſecunda	10	*communis*	*communi*
58	ſecunda	40	*reliqnos*	*reliquos*
61	prima	44	*geuus*	*genus*
65	prima	26	*recedeudo*	*recedendo*
65	ſecunda	2	*religens*	*relegens*
67	ſecunda	42	*nouiſſimè*	*nouiſſima*
68	prima	29	*cnarrantur*	*enarrantur*
69	prima	13	*i cap.9.*	*cap.9.*
69	ſecunda	42	*nullitet*	*nulliter*
71	ſecunda	2	*ſcieniiam*	*ſcientiam*
72	ſecunda	14	*illicerato*	*illiterato*
81	prima	1	*igiiur*	*igitur*
81	ſecunda	20	*gemal.*	*genial.*
81	ſecunda	43	*oblinione*	*obliuione*
83	prima	13	*Reſignatorio*	*Reſignatario*
84	ſecunda	45	*conficitnr*	*conficitur*
85	prima	65	*tameu*	*tamen*
85	ſecunda	44	*renouatione*	*reuocatione*
86	ſecunda	7	*rract.*	*tract.*
86	ſecunda	61	*ſuqradictum*	*ſupradictum*
86	ſecunda	63	*ſatisfare*	*ſatisfacere*
88	ſecunda	53	*ſubſtantla*	*ſubſtantia*
89	prima	55	*indefibite*	*indefinite*
92	prima	56	*confrrre*	*conferre*
95	prima	65	*lecticiniis*	*lacticiniis*
97	ſecunda	32	*earum verò dumtaxat*	*omnium verò cauſarũ dumtaxat*
97	ſecunda	34	*ſæuitiam nempè, ac vitium*	*ſæuitiam nẽpè, adulterium, ac vitium*
97	ſecunda	35	*Gallicanumque morbum*	*dele*
97	ſecunda	66	*reparatio*	*ſeparatio*
100	ſecunda	65	*controuerſia*	*controuerſiæ*
101	prima	8	*vrrba*	*verba*
103	ſecunda	25	*parias*	*pariat*

fol.	colum.	virg.	errata	correctio
104	prima	19	exquœditionem	expeditionem
105	ſecunda	11	ſenteatia	ſententia
105	ſecunda	33	ſnnt	ſūut
106	ſecunda	23	quo	æuo
109	prima	30	tn	tu
112	prima	47	refeto	refcro
116	prima	19	inire	iniret
117	prima	20	ætarem	ætatem
118	prima	35	interprætanda	interprætandam
118	prima	35	legenda	legendam
118	prima	36	admittenda	admittendam
118	prima	44	ſuſpenſo	ſuſpenſio
118	ſecunda	40	clement	clemens
118	ſecunda	59	ſacras	ſacros
123	ſecunda	3	aimarum	animarum
124	prima	9	conſtitutut	conſtitutus
128	ſecunda	26	vocubuli	vocabuli
129	prima	17	ſn	in
129	prima	27	fnerit	fuerit
129	prima	41	pelegi	perlegi
129	ſecunda	2	quibbus	quibus
129	ſecunda	30	teſponſio	reſponſio
130	prima	50	tatnum	tantum
132	ſecunda	13	ilmina	limina
133	prima	36	auimarum	animarum
134	prima	56	capxe.	Capyc,
134	prima	56	ſnb	ſub
135	ſecunda	56	ſupmſerunt	ſumpſerunt
136	prima	18	annexam	annexum
136	ſecunda	65	bebdomadarli	hebdomadarij
137	ſecunda	61	reſignatorium	reſignatarium
140	ſecunda	24	qparitur	quaritur
141	prima	2	qhicquam	quicquam
146	prima	19	Butrlo	Butrio
149	ſecunda	29	iudirium	iudicium
149	ſecunda	61	iotelliguntur	intelliguntur
150	ſecunda	12	cœtns.	cœtus
151	prima	16	genetatim	generatim
151	ſecunda	39	requiriter	requiritur.
153	ſecunda	25	remitere	remittere
154	ſecunda	25	bodie	hodie
155	ſecunda	16	aleram	alteram
155	ſecunda	58	tuno	tunc
156	ſecunda	64	voleat	valeat
157	ſecunda	12	bæc	hæc
159	ſecunda	27	ſcripſerunt	ſcripſerunt
160	prima	4	abſene	abſens
162	prima	22	Speeul.	Specul.
163	ſecunda	51	eſſento	eſſent
164	prima	6	uon	non
164	prima	15	quam	qua
164	prima	49	tuuc	tunc
167	ſecunda	18	exequata	exequuta
168	ſecunda	16	profeſſioncm	profeſſionem
169	prima	34	fi	ſi
170	ſecunda	42	cenceatur	cenſeatur
171	ſecunda	38	liberam	liberum
177	ſecunda	10	dicitnr	dicitur
178	prima	29	ptimum	primum
178	prima	46	cap. num.	cap.ſeq.ſub num.31.
179	prima	38	addit	addition.
181	prima	10	geniorem	genitorem
181	prima	17	demonſtrantur	demonſtratur
181	prima	38	quoqne	quoque
181	ſecunda	13	vtrnm	vtrum

fol.	colum.	virg.	errata	correctio
181	secunda	16	vsu	in
185	prima	26	matarnis	maternis
186	prima	8	coranaria	contraria
187	prima	24	prædictir	prædictis
187	prima	26	tunque	tuncque
190	prima	15	uisi	nisi
190	secunda	16	vlgore	vigore
190	secunda	46	Arlstitem	Antistitem
192	secunda	40	ilico	illico
196	secunda	14	in foro	in foro fori
197	secunda	21	sufficiens	sufficiens
198	prima	1	sunt	sub
198	prima	3	ad timorem	ad titulum
198	prima	16	dubiatut	dubitatur
198	prima	20	subnegetur	subrogetur
198	prima	63	creditoribus	creditoribus assignare
199	prima	31	retrocessit	retrocessi
200	secunda	56	considerabimu	considerabimus
202	secunda	59	impetrauer	impetrauerit
202	secunda	60	conessum	concessum
202	secunda	62	dimissoria	dimissorias
205	secunda	24	suns	sunt
206	secunda	48	sucrorum	sacrorum
207	prima	46	cepitulo	capitulo
209	secunda	2	assete	asserere
210	prima	22	ordinatio	ordinario
210	prima	37	suniectas	subiectas
210	secunda	26	inlellectum	intellectum
211	secunda	5	possit	possint
211	secunda	5	Episcopos	Ep. scopis
212	prima	46	honore	honere
213	prima	36	professis	pro festis
215	secunda	57	beneficiu	beneficium
217	prima	65	indicant	iudicant
217	secunda	4	Episcnpo	Episcopo
217	secunda	65	obir	obire
224	prima	16	Episoopo	Episcopo
224	secunda	11	deeisio	decisio
224	secunda	21	disimiturque	desumiturque
225	prima	1	nihilominu	nihilominus
225	prima	36	grom.	prom.
225	secunda	29	Iurisperitis	Iurisperitis
226	secunda	26	habitaerit	habitauerit
226	secunda	65	adducta	adducta
231	secunda	13	partibus	paribus
232	secunda	26	ueque	neque
232	secunda	41	resolntum	resolutum
232	secunda	43	susceptone	susceptione
234	prima	36	allegatum	allegatus
234	prima	36	receptum	receptus
234	secunda	39	coilij	concilij
241	secunda	48	Papti/mo	Bapt:smo
243	prima	28	quia	qua
248	secunda	32	& enim	etenim
249	prima	56	cnmpulsus	compulsus
250	secunda	39	beneficio	beneficia
252	secunda	45	Tholofanai	Tholosana
252	secunda	46	opinion	opinioni
254	secunda	2	bigamia	bigama
254	secunda	7	Ecclesiustici	Ecclesiastici
257	prima	65	aliquem	aliquam
265	prima	44	coutradicente	contradicente
267	prima	49	inuestigari	inuestigare
268	secunda	36	numero 1.	numero 9.
269	prima	25	minumissore	manumissore

fol.	colum.	virg.	errata	correctio
271	ſecunda	17	oſiſeruat	oſſeruat
272	prima	21	ſeqnitur	ſequitur
272	ſecunda	15	guandoquidem	quandoquidem
272	ſecunda	20	diſtinquendo	diſtinguendo
273	prima	5	intalligitur	intelligitur.
273	prima	60	peofeſſionem	profeſſionem
273	ſecunda	14	ignominoſa	ignominioſa
273	ſecunda	54	guudent	gaudent
274	prima	2	deilcto	delicto
274	ſecunda	48	optimnm	optimum
277	ſecunda	2	maſurpium	marſupium
278	prima	3	maxımè	maximè
278	prima	46	conceſſiouem	conceſſionem
278	ſecunda	33	reliquuntur	relinquuntur
280	ſecunda	58	vſurpetetur	vſurpetur
281	ſecunda	17	inueſtigabor	inueſtigabo
283	prima	14	alierius	alterius
283	prima	46	iuiunctum	iniunctum
284	ſecunda	33	extendatur	extendantur
286	prima	17	volentem	valentem
287	ſecunda	4	eis	dele
287	ſecunda	8	Razeus	Ruzeus
287	ſecunda	9	Ftancia	Francia
288	prima	39	eum	cum
290	prima	27	vim	vini
293	ſecunda	5	ſuffragarl	ſuffragari
293	ſecunda	14	inſerre	inferre
294	prima	27	illius	illius vigore
296	prima	38	cathtdrali	cathedrali
296	ſecunda	52	incompatibilium	incompatibilium
297	prima	5	Fpiſcopi	Epiſcopi
298	prima	37	uu.	nu.
298	ſecunda	18	traditnr	traditur
299	prima	12	audieadus	audiendus
299	prima	37	aduerſu	aduerſus
299	ſecunda	27	idonietas	idoneitas
299	ſecunda	47	conſuetudiuis	conſuetudinis
300	prima	44	bi	bi
300	prima	53	vacet	vacet
300	prima	54	vacatiouis	vacationis
300	ſecunda	4	tameu	tamen
300	ſecunda	27	præceſit	præceſſit
300	ſecunda	56	coarctere	coarctare
301	prima	8	nrn	non
302	prima	27	381.	387
302	ſecunda	39	au	an
302	ſecunda	52	uu.	nu.
303	prima	28	caſibns	caſibus
303	prima	46	procedente	præcedente
303	prima	55	ſaciat	faciat
304	prima	38	ordiuarius	ordinarius
304	prima	38	confrt	conſert
304	ſecunda	23	dccima	decimam
304	ſecunda	41	omues	omnes
304	ſecunda	42	excipiuntnr	excipiuntur
306	prima	62	nnm.	num.
307	prima	25	Imperaiot	Imperator
307	ſecunda	24	Iuſtinlanum	Iuſtinianum
307	ſecunda	34	vernm	verum
307	ſecunda	46	Inſitana	luſitana
309	prima	57	reſtantem	teſtator
313	prima	62	defleclerim	deflexerim
315	ſecunda	20	conſnetudinem	conſuetudinem
316	ſecunda	38	tempbribus	temporibus
317	prima	26	inſignibus	inſigniis

fol.	colum.	virg.	errata	correctio
317	ſecunda	56	ſtabile	ſtabiles
321	prima	10	vera	verba
321	ſecunda	10	ſicuti	ſicuti
322	ſecunda	13	nnlla	nulla
325	ſecunda	54	diſnenſatio	diſpenſatio
326	prima	30	inueſtigari	inueſtigare
330	prima	10	nn.	nu.
333	ſecunda	6	defendunt	defendunt
334	ſecunda	58	ben nam	benignam
334	ſecunda	59	a lheſſe	adheſiſſe
337	prima	43	præumptio	præſumptio
338	ſecunda	35	ediſcere	addiſcere
339	ſecunda	56	ſententla	ſententia
345	prima	26	incompetem	incompetentem
345	ſecunda	14	neuitque	tenuitque
345	ſecunda	25	Domiclium	Domicilium
345	ſecunda	44	quas	quos
347	prima	29	quæ eiſdem	quæ in eiſdem
350	prima	14	ſyt	ſit
355	ſecunda	44	executotiali	executoriali
371	prima	10	præſcriptio	præſcripto
375	ſecunda	25	& cap.	& cet.
386	prima	64	& cap.	& cet.
389	ſecunda	39	tranſlatæ	tranſactæ
391	prima	2	annorom	annorum
394	prima	63	faclentis	facientis
400	ſecunda	11	matera	materia
401	ſecunda	57	fecerit	fuerit
408	ſecunda	42	Dicept.	Diſcept.
408	ſecunda	4	memuacre	meminiſſe
408	ſecunda	54	texi	texui
411	prima	19	babita	babitis
412	prima	29	volorem	valorem
415	prima	53	& 52.	& 54.
415	prima	57	nu. 54.	nu. 52.
415	ſecunda	27	exeqnendi	exequendi
416	ſecunda	23	oreteuus	oretenus
421	ſecunda	32	congnentiori	congruentiori
421	ſecunda	36	ccpioſe	copioſe
425	ſecunda	65	vitiaretur	vitaretur
432	prima	30	nom.	num.
432	prima	32	Thol.	Theol.
432	ſecunda	43	in illa	in illam
434	ſecunda	53	cenſuæ	cenſuræ
435	prima	21	einſmodi	eiuſmodi
445	ſecunda	58	continet	contineat
451	ſecunda	54	compoſit.	compos
452	ſecunda	12	clar.	clarius
454	ſecunda	13	exquiſitus	exquiſitius
458	prima	22	prædictornm	prædictorum
460	ſecunda	34	ob via	obuia
461	prima	64	poti	potius
466	ſecunda	29	procurenda	procurrenda
468	prima	6	obietum	obiectum
468	prima	40	prætercam	prateriba
477	ſecunda	34	fauentem	fauente
477	ſecunda	63	ſuperflo	ſuperfluo
479	ſecunda	65	æqnauerunt	æquauerunt
480	prima	1	ſnnt	ſunt
484	ſecunda	58	veſp.	verſ.
489	ſecunda	4	ſenjili	ſenili
491	prima	39	nuncupatunt	nuncuparunt
491	prima	54	eum	cum
493	prima	24	animum	animam
496	ſecunda	3	Butrius	Butrium

fol:	colum.	virg.	errata	correctio
499	secunda	15	rationes	replicationes
500	prima	14	nisi	uti
500	secunda	36	debitam	deditam
501	secunda	4	rationum	rationem
502	prima	24	apponente	opponente
504	prima	21	Ripa	Ripæ
504	prima	28	rebulam	regulam
505	secunda	15	pierando	curando
505	secunda	46	absolutione	absolutio
506	secunda	28	cap.	C.
509	secunda	26	excrpsit	excerpsit
510	prima	45	seruata	seruate
510	prima	64	vetantur	vtantur
510	secunda	58	reclamatio	relaxatio
511	prima	30	assentione	assentionē
511	secunda	48	renunciari	renunciare
512	prima	31	suum	suam
512	prima	51	dilatione	delatione
513	prima	28	inuestigari	inuestigare
513	secunda	52	periurius	periurus
514	prima	29	obligat	obliget
517	prima	50	qropterea	propterea
517	prima	60	ode	de
517	secunda	43	anticipata	anticipate
519	secunda	62	præpo sita	propo sita
525	secunda	32	per	super
526	prima	35	quid	quod
531	prima	5	probaui supra	probaui supra sub nu. 8.
532	secunda	9	inuestigari	inuestigare
533	secunda	15	quem Canonem	qui Canon
537	prima	53	dixerunt	dixerunt Vgolin.
538	prima	20	dyciendus	deiciendus
538	secunda	61	meminere	meminisse
540	secunda	15	ausugendo	aufugiendo
540	secunda	31	eitam	etiam
540	secunda	35	voluntarium	necessarium
542	secunda	1	deduflo	deducto
545	secunda	55	mea	meo
546	secunda	39	causam	causa
554	prima	29	ax	ex
562	secunda	26	aliqai	aliqui
563	prima	47	mutilator	mutilatore
566	secunda	30	oonueniens	conueniens
568	prima	33	rrtio	ratio
568	prima	42	præmeditare	præmeditate
469	prima	61	prædictos vetent	prædictos non ꝛ
569	secunda	28	fama	fame
569	secunda	38	famæ	fame
569	secunda	40	epigramma	epigrammate
574	prima	48	causa;iccircò	causa;iccircò
577	prima	49	numeratus	numeratus
579	secunda	15	declarata	declarare
580	secunda	30	vtque	atque
581	prima	4	specles	species
582	prima	30	demittat	dimittat
589	prima	63	auditus	additus
591	secunda	19	probationem	probationum
592	secunda	43	schismaflicus	schismaticus
593	prima	41	punisum	punitum
593	secunda	9	debeant	debeat
593	secunda	31	retineat	retineant
593	secunda	32	pnniendi	puniendi
594	prima	19	sequtas	sequtus
595	prima	29	completi	completi
597	prima	44	explificat	exemplificat

fol.	colum.	virg.	errata	correctio
601	prima	51	vtrumquemque	vnumquemque
601	secunda	28	sit	scit
602	prima	42	inuestigari	inuestigare
602	prima	49	ne	me
602	secunda	34	lignaq;	linguaq;
602	secunda	46	cum	eum
603	secunda	18	cum	eum
605	prima	56	inuestigatue	inuestigat
610	secunda	14	fucrit	fuerint
610	secunda	35	de hac retractantes	de hac re tractantes
610	secunda	47	inhabitum	in habitum
610	secunda	62	Regialib.	Regia lib.
610	secunda	64	blasphemate	blasphemare
613	prima	34	possuisset	posuisset
613	prima	35	captandunque	captandumque
614	secunda	61	alibieas	alibi eas
615	prima	20	præstanda	præstandæ
615	secunda	62	processiuum	processiuum
616	secunda	28	danlibus	dantibus
616	secunda	46	terreri	teneri
620	secunda	6	mentalis	mentalem
622	secunda	9	Constitutionis Pij V.	constitutionis 85. Pij V.
623	prima	32	cum repromissione defectus	cum repromissione nè defectus
625	secunda	34	ne dum	nedum
630	secunda	40	proximiorem	proximiorem tametsi non
635	prima	12	adnectanda	adnectenda
635	secunda	39	statutæ	statutæ
638	prima	18	excusserit	excuderit
639	prima	63	verba	verbo
639	secunda	31	velle	vellet
640	prima	27	dicit	Diui
640	prima	34	delinquere	delinqueret
640	prima	41	enarrati	enarratis
641	secunda	5	Baiocb	Boich
648	prima	8	auellendus	euellendus
651	secuuda	1	locis	loci
656	secunda	55	est	&
658	secunda	31	cumque	eumque
659	prima	37	obsinuit	obtinuit
659	prima	51	Ista	Ita
660	prima	11	de reis.	de reor.
660	secunda	35	ant	aut
662	prima	56	cura	curo
663	prima	42	num.73.	num.23.
664	prima	43	de matrim.	de matrim. lib.3.
666	secunda	38	coerltis	coeritis
667	prima	49	adductl	adducti.
668	prima	29	grauls	grauis
671	secunda	46	recipiendls	recipiendis
679	secunda	39	sesoluit	resoluit
680	prima	6	nonitios	nouitios
681	secunda	39	prtoratum	prioratum
681	secunda	64	zerba	verba
683	secunda	54	præsumtione	præsumptione
685	secunda	61	voluntatate	voluntate
686	prima	50	concupiseentiam	concupiscentiam
689	secunda	13	Domenicanos	Dominicanos
689	secunda	16	rdministrare	administrare
691	prima	20	qubus	quibus
692	prima	29	conitnue	continue
705	secunda	32	iutentio	intentio
706	prima	57	Patrus	Petrus
711	secunda	7	hac	dele
713	prima	61	dixerit	differit
719	secunda	11	suoministrare	subministrare

fol.	colum.	virg.	errata	correctio
720	ſecunda	54	locaucrint	locaucrit
721	prima	18	263.	163.
722	ſecunda	65	taeearet	extaret
727	ſecunda	15	Cauaglos	Cauaglios
730	prima	3	ordinentut	ordinentur
732	ſecunda	28	Pralatis	Prælatus
734	ſecunda	26	Cencilio	Concilio
744	ſecunda	51	nampue	namque
746	ſecunda	55	iuramento	iumento
758	ſecunda	39	nundum	non dum
759	prima	9	ſautor	fautor
762	ſeeunda	42	ſuit	fuit
763	prima	48	Iſdrael	Iſrael
768	prima	59	ſtatueudam	ſtatuendam
768	ſecunda	49	diſponerc	diſponere
768	ſecunda	51	geneeatim	generatim
772	ſecunda	6	eſſe	eſſe
775	ſecunda	34	Iudiclum	Iudicum
777	prima	7	murtalis	mortalis
777	ſecunda	18	Concilis	Concilij
777	ſecunda	37	deputato	deputatus
781	ſecunda	18	meminere	meminiſſe
782	ſecunda	2	nouitiorum	nouitiarum
783	prima	25	eerta	certa
785	prima	44	rationabilemq;	rationabileq;
785	ſecunda	3	referuntut	referuntur
786	prima	33	ſacereotibus	Sacerdotibus
787	prima	25	decleta	decreta
789	prima	41	conſtitutionibur	conſtitutionibus
794	prima	52	lireras	literas
801	prima	27	ſuerit	fuerit
801	ſecunda	16	elaborerentur	elaborentur
802	ſecunda	58	annum	annos
804	ſecunda	28	auuentibus	annuentibus
805	ſecunda	16	exoratur	exhortatur
808	prima	25	potuit	potui
810	prima	13	quæmuis	quamuis
810	prima	30	num,304.	num.314.
811	ſecunda	47	uu.8.	nu. 8.
811	ſecunda	57	eoitu	coitu
813	prima	43	excommunicatoribus	examinatoribus
814	prima	41	Sacramentorum	Sacramentorum
814	prima	23	Epiſeopo	Epiſeopo
818	ſecunda	23	eap.13.	cap.17.
826	prima	3	num.20.	num.22.
826	prima	5	num.21.	num.23.
830	prima	40	rub.9.cap.14.nu.6.	rub.11.cap.14.nu.7.
830	prima	43	num.7.	num.8.
842	ſecunda	38	procidendo	prouidendo
860	prima	56	num.47.	num.49.
861	ſecunda	51	patronus.	patruus.